S. Basilii
Opera

Latine

VITT. EMA
NALE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
17 — N
27

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
17 — N
27 A

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14.0.9.
14 14
A D
10

DIVI
BASILII MAGNI
CAESAREAE CAPPADOCIÆ QVONDAM ARCHIEPISCOPI OMNIA QVÆ IN HVNC DIEM LATINO SERMONE DONATA SVNT
OPERA,

NVNC demum præter cæteras editiones ſolerti induſtria, nec minus accurata collatione ad fidem Græcorum aliquot exemplarium ſynceriori lectioni reſtituta, multiſque libris aucta.

QVORVM omnium ordinem & catalogum verſa pagina docebit.

PRÆFIXIMVS QVATVOR INDICES: Prior, res & verba continet: Alter, Scripturæ ſacræ locos à Baſilio explicatos complectitur: Tertius, habet ſimilitudines: Poſtremus, parœmias authori familiares.

PARISIIS,

Apud Ioannem de Roigny, via Iacobæa, ſub inſigni quatuor Elementorum.

1566.

In Opificium ſex dierum	Homiliæ xi.	pagina 1.
De Paradiſo	Homilia i. pag.	59.
In quoſdam Pſalmos	Homiliæ xviii.	61.
Ad populum Variis argumentis	Homiliæ xix.	128.
Exhortatio ad Baptiſmum		230.
De Baptiſmo	Liber i.	232.
Terra promiſsionis quibus debeatur	Homilia i.	253.
Aduerſus Apologeticum Eunomij	Libri v.	254.
De Spiritu ſancto	Liber i.	301.
In Aſcetica ſiue exercitamenta monachorum	Homiliæ vii.	329.
Ethicorum, hoc eſt moralium	Regulæ lxxx.	350.
De inſtitutionibus monachorum	Homiliæ ii.	381.
Regulæ fuſiùs diſputatæ	Numero lv.	389.
Regulæ compendioſiùs diſputatæ	Numero cccxiij.	429.
Animaduerſiones aduerſus Canonicos delinquentes		482.
Conſtitutiones monaſticæ		484.
Ad Chilonem diſcipulum epiſtola		508.
Admonitio ad Iuniores		511.
De laudibus Eremi		512.
Ad Monachos elapſos	Epiſtolæ ii.	514.
Animaduerſiones in cœnobitas	Numero xlix.	516.
De Vera Virginitate	Lib. i.	518.
Epiſtolæ diui Baſilij, itémque Gregorii theologi	clxxx.	550.
Ad filium ſpiritualem admonitio		631.

Adiecta ſunt Opuſcula.

Expoſitio in ſexdecim priora prophetæ Eſaiæ capita	637.
Aduerſus eos qui calumniantur quòd tres deos colamus	760.
Epiſtolæ tres ex deſcriptis calamo libris	762.
Canones diui Baſilii cum Commentariis Balſamonis	766.
Orationes xxiiii. ex Baſilio excerptæ per Simonem magiſtrum	796.
Liturgia ſiue Miſſa diui Baſilji	856.
Gregorii Nazianzeni theologi monodia in laudem Baſilii	861.
Scholia diui Baſilii in Pſalterium Dauidicum	882.
Viginti & vna Epiſtolæ diui Baſilii	1031.
Gregorii Nizianzeni in Baſilium funebria ſeu ſepulchralia	1042.
Ex primo Faſtorum Baptiſtæ Mantuani carmen in laudem Baſilii	1043.

CLARISSIMO ERVDITISSIMOQVE VIRO DOMINO THOMÆ A BRAGELOIGNIO LVTETIÆ RERVM CAPITALIUM Proprætori æquiſsimo, Domino ſuo ſingulari Ioañnes Gillotius Trecenſis,

S. P. D.

SI homines ſecum agitarent, & animo penitus comprehenderent, cuiuſnam rei gratia in hanc lucem eſſent editi, & quem vitæ finem accepturi, ſanè aut à vitiis abſtinerent, aut ſe adeò rebus nihili non traderēt, ſed totos ſe non tātùm ad Solis & Lunæ conſiderationem conuerterent (vt volebat Anaxagoras) verùm etiam ad ipſum Deum, quem mente contemplarentur, venerarentur, ac colerent, & communem generis humani parentem, omniúmque bonorum authorem recognoſcerent. Nam hominis ſummi & proprii boni conſtitutio non conſiſtit (vt philoſophi tradiderunt) in iis quæ naturam contingunt humanam, & quibus vita hæc, corpúſque noſtrum tuetur & ſeruatur, (quod nobis cum belluis commune eſt) ſed maximè, cùm Deus ſe cognoſcēdum præbuerit, in illa notione & contemplatione numinis continetur. Quam quidem contemplationem ex tot generibus nullum aliud animal præter hominem habere poteſt: ipſiſque in hominibus nullum reperias tam ferum & barbarū, qui, etiam ſi ignoret aut quid Deus ſit, aut qualem Deum habere deceat, tamen & eſſe & habendum non agnoſcat. Et de Deo non ſolū idipſum deprehendit cùm ſurſum dirigit oculos, & concinnam vniuerſæ generationis creaturam perſpicit & ſpeculatur, verùm etiam cùm mente repurgata eam cæli ſtructuram tranſcendit, curíſque humanis abiectis ſupra mundanas actiones intellectum ſuſtollit. Tum enim Deo quaſi aſtat, eiúſque cognitionem capit & amplexatur, non quidem perfectam, & qualem dignis in futuro ſeculo exhibebit, ſed velut per ſpeculum in ænigmate. Cuiuſmodi cognitionis effectrix doctrina fidei aut religio cenſenda eſt. Nam eius beneficiis ad benè beatéque in hoc mortali æuo viuendum, & Deum ex parte cognoſcendum inſtruimur: ſed emeritis huius vitæ tanquam ſtipendiis, & ſolutis corporeis vinculis facie ad faciem cognoſcentes immortalitate ac ſempiterno gaudio potiemur. Nullus nos amplius dolor afficiet, non morbus affliget, non curæ animum exedent. Proinde iam noſtras omnes cogitationes in id vnum conferre debemus, vt ſpretis cupiditatibus humanis ad Deum contēdamus, & religionem fideliter colamus citra quam, vt corpus ſine reſpiratione, ſic animus conſiſtere non poteſt. Religionem inquam non quamlibet, & quam ſibi quiſque pro animi ſententia vult arripere & retinere, ſed quæ antiqua & optima ſit, quæ vbique, ſemper, & ab omnibus credita ſit, quæ linea catholici ſenſus directa ſit, quæ denique nunquam à vera & præſcripta Apoſtolicæ traditionis & maiorum regula aberrauerit aut defecerit. Qualem qui nobis promulgarunt ſcriptíſque tradiderunt quomodo Deus fide certiſsima indubitatiſsimáque cognoſci poſsit, illi profectò de Republica Chriſtiana benè mereri videntur. Ex quibus vnus citra exceptionem Baſilius Magnus Maximi cognomento dignior ita excellit in omnibus, vt longè præcurrit in ſingulis. Quid enim habet vel eruditiſsima Græcia ſic in omni doctrinæ genere abſolutum, quid Romana eloquentia ſic in ſcientia ſacrarum literarum perfectum, & in ſubtilitate ſermonis ſic elaboratum vt

cum Baſilio ſit conferendum? Poteſt hic vnus pro cunctis ſufficere in iis quæ ad vitæ pietatem vel ad theologicæ rei cognitionem pertinent. Quod ſi integer & incolumis extaret, vnus locupletiſsimam bibliothecam redderet: vt pote ex cuius ſcriptis forma & imago veteris eccleſiæ priſcique ritus & veterum traditiones cognoſci poſſent. Quæ arma ſunt accommodatiſsima ad horum temporum caliginem diſcutiendam, lumenque veritatis hominibus velut prælucendum. Ob quam rem diligentiùs elaboratum eſt & accuratiùs à Bibliopola indagatum, vt hæc poſtrema editio non ſolùm chartis & formulis elegantioribus purior & emendatior quàm antea emitteretur, ſed etiam vt quibuſdam libellis ſeparatim excuſis, nonnullis etiam recèns adiectis ex vetuſtiſsimis exẽplaribus auctior in manus veniret. Quò ex reliqua multitudine librorum in tanta de religione diſſentione haberemus vnum aliquem velut quendam penum rerum ſacrarũ, è quo depromeremus quicquid opus eſſe poſſet ad Chriſtianæ noſtræ legis veritatem ex Eccleſiæ catholica traditione confirmandam contra nouam hæreticæ prauitatis falſitatem. In hoc autem opere (Index æquiſsime) ſi quid noſtra opera præſtitit, quam hîc in quibuſdam recognoſcendis, in aliis concinnandis, necnon colligendis indicibus adhibui ſucciſiuis temporibus & poſt impartitam pro meo munere doctrinam optimis & optimæ ſpei liberis tuis vel potius noſtris: (Nam erga eos qui mihi ſemper fuerunt diſcipuli, & quibus omne ſtudium, operam, & laborem meum detuli, iam paternam quandam beneuolẽtiam videor induiſſe) ſi quid inquam hîc laboris præſtiti, id, vt meipſum iampridem, tuo nomini conſecratum eſſe volui: tum propter ſyncerum tuum erga pietatem & religionem catholicam affectum: tum quia ſis tam inter laudatos iudices ſummus, quàm hic inter ſanctos ſcriptores nulli ſecundus. Cuius enim auſpiciis potius prodiret & quaſi renaſceretur Baſilius cui tantam authoritatem vel Romana Eccleſia tribuit, quàm eius quem meritiſsimum inter tot ordinis conſularis lumina ad tantam dignitatem deſignauit & inſtituit Chriſtianiſsimus Rex Carolus nonus? Te nanque, poſt cæteros magiſtratus qui tibi ſemper vltro gradatim delati ſunt, non fauore & pecuniis, quæ nunc frequentiſsima eſt etiam ſi ſordidiſsima honorum aſſequendorum ratio, ſed ob raras animi tui dotes, ob reconditam rerum multarum experientiam, ob ſingularem denique virtutem etiam cauſis criminum diiudicandis præfecit. Quam prouinciam quàm iuſtè & prudenter regas & adminiſtres, quàm integrè & ſyncerè in hoc munere verſeris, notius eſt quàm vt commemorare attineat. Omnes enim norunt & experiuntur tuam in iudicandis criminibus æquabilitatem, in audiendis etiam priuatorum hominum querimoniis facilitatem, & in extirpandis malefactoribus diligentiam, ſperántque in primis Domini clementia, deinde tua tuique ſimilium vigilantia futurum, vt huic perditiſsimo at periculoſiſsimo ſeculo, ætas ſuccedat melior & ſecurior. Deum igitur Optimum Maximum precabor, vt hanc tuam excellentem perfectámque prudentiam Reip. tranquilitati & commodis quàm diutiſsimè ſeruet incolumem. Vale, Atque ei præſidio ornamentóque eſſe velis, qui ſingulari quodam obſeruantiæ genere ad rectam probámque tuorum filiorum inſtitutionem præſtitit eam ſemper operam, quam certè potuit aut debere poſſe videbatur. Lutetiæ Calendis Octobris 1565.

Βασίλειος Καισαρίας τῆς Καππαδοκῶν, ἥτις πρῶτον Μάζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, κατ' Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας. θ καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχείας καὶ ποικίλας ὁμιλίας, τελευτᾷ βασιλεύοντος γρατιανοῦ.

Baſilius Cæſareæ Cappadociæ, quæ priùs Mazaca vocabatur, epiſcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de ſpiritu ſancto volumen, & in hexaëmeron homilias nouem, & Aſceticum, & breues variíſque tractatus. Moritur imperante Gratiano.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου βασιλείου ἐκ τῶν τοῦ Σουίδα.

Βασίλειος, Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, ἥτις πρώην Μάζακα ἐκαλεῖτο. ἑταῖρος γρηγορίου τοῦ Ναζιανζῶν ἐπισκόπου. Γέγονε δὲ γονέων περιφανῶν. Βασιλείου τε καὶ Εμμελείας. ὧν ἄνωθεν ἡ συγγένεια. ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. οὗτος ἔγραψε πλεῖστα, ἐν οἷς θαυμάζεται. τὰ εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους. καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τεῦχος. καὶ τὰς εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα. ἕτερον τεῦχος ἀσκητικὸν, περὶ παρθενίας, ἄλλο ἔπαινον εἰς τοὺς. μ. μάρτυρας, ἕτερον εἰς γόρδιον, ἄλλο εἰς Βαρλαὰμ, ἕτερον εἰς ἰουλίτταν. εἰς διαφόρους ψαλμοὺς ἠθικοὶ λόγοι, διάφοροι. ἐπιστολαὶ, ὧν οὐδὲν ἄμεινον, πρός τε τὸν σοφιστὴν λιβάνιον. καὶ πρὸς τὸν φίλον γρηγόριον. καὶ εἰς ἄλλους πλείονας. Τοῦδε γε βασιλείου, καὶ φιλοστόργιος μνήμην πεποίηται ἐν τῇ κατ' αὐτῶν ἱστορίᾳ γράφων οὕτω.

De eodem S. Baſilio è collectaneis Suidæ, Godefr. Tilm. Cartuſ. interprete.

Baſilius Cæſareæ Cappadocum ciuitatis epiſcopus quæ olim Mazaca vocabatur. ſodalis Gregorii Nazianzenorum epiſcopi. Parentibus porrò prognatus eſt genere conſpicuis, Baſilio & Emmelia. Horum ſanè cognatio multò fuit antiquiſſima. Vir hic eloquentiſſimus ad apicem vſque prouectus eſt omnigenæ eruditionis. Idem plurima conſcripſit, quorum gratia omnibus admirationi eſt, vt ſunt in hexaëmeron. Aduerſus item Eunomium inſignes admodum libros cõpegit. Inſuper de ſancto ſpiritu volumẽ. Sed & de opificio ſex dierũ homilias nouẽ. Aliud proin opus de monaſtica exercitatione. De virginitate, aliud. Laudes martyrũ quadraginta. Rurſus aliud in ſanctũ Gordiũ, & in Barlaã aliud. Homiliam in Iulittam. In pſalmos aliquot diuerſos quidem, morales homiliæ & eædem diuerſæ feruntur. Ad hæc, epiſtolas ſcripſit, in quibus nullæ iis meliores quas ad Libanium dedit & ad Gregorium familiarem ſuum, Nazianzenũ intellige. *alióſque complures. Huius quidem Baſilii commeminit Philoſtorgius in ea quam aduerſus iſtos edidit, hiſtoria, hunc in modum.*

Φιλοστόργιος.

Βασίλειος ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας καὶ γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῶν. σταθμὸς δὲ οὗτος Καππαδοκίας καὶ Ἀπολλινάριος ἐν τῇ λαοδικείᾳ τῆς συρίας. τρεῖς δὴ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσίου προυμάχουν, κατὰ τοῦ ἑτεροουσίου μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ, τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας. ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν ἀθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖστον οὗτοι προεληλύθεσαν. καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὅπσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνή-

Philoſtorgius.

Baſilius in Cæſarea Cappadociæ per eam florebat ætatẽ, qua & Gregorius epiſcopus præfuit Nazanzenis. Eſt autem ſtatio ſiue portus hic Cappadociæ. Apollinarius vero in Laodicæa Syriæ. Sanè viri iſti tres tum propugnatores homouſii fuêre aduerſus Heterouſion, multò cæteros antegreſſi tam qui præ ſe fuerunt, quàm qui ad meam vſque ætatem peruenerunt, iſtius hæreſis patronos, adeo vt Athanaſius iſtis collatus cenſeri poſſit puer. Hi in externis diſciplinis ſupra mediocritatem promouerant, ínque ſacris literis, quod ad lectionem conduceret, & exprompt am memoriam, erant experientiſſimi. In his eminebat Baſilius, etiãſi in ſuo quiſque genere ſcribendi erat appoſitiſſimus. Et qui-

μην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν καὶ μάλιστά γε αὐτῶν, ὁ Βασίλειος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος αὐτῶν, ἐς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Βασιλείῳ τὸ πανηγυρικὸν εἶδος τοῦ λόγου μακρῷ ἄριστα εἶχεν, ἦν γὰρ πανηγυρίσαι λαμπρότατος. ὁ δέ γε Ἀπολλινάριος ἐν τῷ ὑπομνηματικῷ εἴδει τῆς λέξεως, καὶ αὐτὸς ἄριστα εἶχε. ᾧ δέ γε Γρηγορίῳ καὶ παρ᾽ ἀμφότερα ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν, εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παραδρομῇ Φιλοστόργιος ὁ Ἀρειανὸς ἔγραψε. Τελευτᾷ δὲ Βασίλειος, Γρατιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος. ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος ἀδελφοὺς εἶχε δ. τόν τε Γρηγόριον τὸν Νύσσης ἐπίσκοπον. καὶ Πέτρον, καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον καὶ ἑτέρους δύο μονάσαντας.

dem Baſilius in panegyrico genere multò cæteros optimè an teibat, vt cui ad publicas conciones adeſſet elegans ingeniū. Apollinarius autem ad commentandum quidpiam mirè erat dexter & accommodus. At Gregorio ad genus vtrūque fæliciter exercitato, ſolidior vis ſuppetebat ad orationū conſcriptionem. Hæc de tribus illis tantùm veluti tranſcur ſim Philoſtorgius Arii propugnator conſcripſit. Diem porrò ſuam clauſit Baſilius Gratiano Romani imperii ſceptra moderante. Et quidem magnus hic Baſilius quatuor habuit fratres, Gregorium Nyſſenæ ciuitatis epiſcopum, Petrum item & ipſum epiſcopum. duos proinde alios monaſticen profeſſos.

Κεφάλαιον. ιθ. ἐκ τοῦ λόγου. δ. τοῦ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου.

Caput 19. è libro quarto Theodoriti Cyrenſis epiſcopi decerptum, Godefr. Tilm. interprete.

Ὁ δὲ Βάλης, πάσας ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐκκλησίας τοῦ ποιμένος γυμνώσας, εἰς τὴν Καισάρειαν ὥρμησεν, ἧς οἰκήτορες Καππαδόκαι. ἡγεῖτο δὲ ταύτης τηνικαῦτα Βασίλειος ὁ μέγας ὁ τῆς οἰκουμένης φωστήρ. προὔπεμψε δὲ τὸν ὕπαρχον ἐντειλάμενος, ἢ πεῖσαι τὸν Βασίλειον, τὴν πρὸς Εὐδόξιον ἀσπάσασθαι κοινωνίαν, ἢ μὴ πειθόμενον ἐξελάσαι. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς τὸ κλέος προπεπυσμένος, πρώτῳ προσβαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἵνα μὴ γενναίως τὴν προσβολὴν δεξάμενος, καὶ ταύτην ἀποκρουσάμενος, ἀνδρείας τοῖς ἄλλοις ἀρχέτυπος γένηται. Ἀλλὰ ἀράχνης ἱστῷ τὸ μηχάνημα παραπλήσιον ὤφθη. ἤρκεσε γὰρ τοῖς ἄλλοις Ἀρχιερεῦσιν, εἰς ὠφέλειαν τὰ παλαιὰ διηγήματα, καὶ οἷόν τινες πύργοι τῆς πίστεως περίβολον ἀκλινεῖς διετήρησαν. Ὁ μέντοι ὕπαρχος εἰς τὴν Καισάρειαν ἀφικόμενος, καὶ Βασίλειον τὸν μέγαν μεταπεμψάμενος, τιμῆς τε ἠξίωσε, καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν ἠπίοις ἐχρήσατο, εἶξαί τε τῷ καιρῷ παραινῶν, καὶ μὴ προέσθαι τοσαύτας ἐκκλησίας, δι᾽ ὀλίγην δογμάτων ἀκρίβειαν. ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ τὴν βασιλέως φιλίαν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης δι᾽ αὐτοῦ πολλοῖς ἐσομένας εὐεργεσίας. Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, μειρακίοις ἔφη τούτους ἁρμόττειν τοὺς λόγους. Ἐκεῖνοι τε τῆς καὶ οἱ ἐκείνοις προσόμοιοι, περὶ τὰ τοιαῦτα κεχήνασιν. οἱ δὲ τοῖς θείοις λόγοις ἐντε-

θραμ

Valēs per vxorem & hunc Eudoxiū Conſtant. epiſcopum in Arianam impietatē prolapſus eſt. Theodo. c. xis. huius ius. libri.

AT certè Valens, omnes propemodum eccleſias quum ſuo ſpoliaſſet paſtore, concitus Cæſaream contendit, cuius in colæ ſunt Cappadoces, cuius item Antiſtes erat tum Baſilius ille Magnus præfulgidum lumen orbis vniuerſi. Et quidem ille prouinciæ rectorem in hoc præmiſerat præſcripto eidem mandato, verbis vt illicibus Baſilium deduceret ad complexum mutuámve ſocietatem cum Eudoxio ineūdam, alioqui non perſuaſum cogeret ſolum vertere. Quòd enim celebrem gloriam viri iſtius pridem inaudiiſſet, noluit eundem verbis aggredi prior, veritus ne ſi eam impreſſionem generoſiùs exceptaſſet & à ſe depuliſſet, cæteris fieret fortitudinis exemplar. Atqui conatus hic, hæc molitio viſa denique eſt aſſimilis telæ Arachnææ. Quæ etenim à maioribus præclarè geſta paſſim narrabantur, vſum ſui ſatis idoneum præbebant cæteris pontificibus confirmandis. Nam perinde ac turres quædam immotæ ambitum conſer uabant fidei. Præfectus porrò ſimul atque peruenit Cæſaream, accitum ad ſe Baſilium hunc magnum digno excepit honore verbíſque erga ipſum vſus blandiſſimis, tempori ſe vt accommodaret, hortabatur, neque tot adeò eccleſias impendenti periculo excidii exponeret in gratiam ſubtilium aliquot dogmatum. Quin & pollicebatur initurum ab Imperatore haud vulgarem amicitiam, per quam ſeparario in multos conferenda eſſent beneficia. At certè vir ille eximius reſpondit ſermones eiuſmodi competere pueriliter agentibus. Illi etenim, quíque aſſimiles ſunt eis, auidè inhiant iſtis pol licitationibus: contrà, qui diuinis eſſent eloquiis innutriti ne-

vnam

θεᾳμμθύοι, προίεσθαι μὲν τῶν θείων δογμάτων οὐδὲ μίαν ἀνέχονται συλλαβήν. ὑπὲρ δὲ τούτων, καὶ πάσας εἰ δέοι, τῶν θανάτων τὰς ἰδέας ἀσπάζονται. τὴν δὲ βασιλέως φιλίαν, μέγα μὲν ἡγοῦμαι μετ᾽ εὐσεβείας. ἄνευ δὲ ταύτης, ὀλεθρίαν ἀποκαλῶ. τοῦ δὲ ὑπάρχου χαλεπήναντος καὶ ἀπονοίαν φήσαντος, ὁ θεῖος ἔφη Βασίλειος, ταύτην ἔχειν εἰ ἀεὶ τὴν ἄνοιαν εὔχομαι. ἐπειδὰν δὲ ἐξελθεῖν προσετάχθη, καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ βουλεύσασθαι καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δηλῶσαι τὴν γνώμην, συνῆπτο δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἀπειλή, φασὶ λέγεται ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνήρ. Ἐγὼ μὲν ὁ αὐτὸς σοι καὶ αὔριον ἥξω. σὺ δὲ μὴ μεταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς ἀπειλαῖς. Μετὰ δὲ τούτους λόγους ὁ ὕπαρχος ὑπαντήσας τῷ βασιλεῖ, ἀπήγγειλέ τε τὰ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδίδαξεν ἀρετήν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον καὶ θαρραλέον ἐμήνυσε. καὶ τότε μὲν σιγήσας ὁ βασιλεὺς εἰσελήλυθεν, ἐπειδὰν κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ θεηλάτους εἶδε κατασκηφθείσας πληγάς, καὶ γὰρ υἱὸς ἀρρωστήσας παρ᾽ αὐτὰς ἦν τὰς πύλας τοῦ θανάτου, καὶ τὴν γαμετὴν διάφορα ἐπολιόρκει παθήματα, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπέγνω τῶν σκυθρωπῶν, τὸν θεῖον τοίνυν ἄνθρωπον ἐν κολάσειν ἠπείλησε, ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν ἠντιβόλησεν. Οἱ δὲ στρατηγοὶ τοῖς βασιλικοῖς διηκόνουν προστάγμασι. τότε μὲν ὁ μέγας Βασίλειος καταλαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν παρ᾽ αὐτὸν ὄντα τὴν τελευτὴν θεασάμενος πρὸς ζωὴν τοῦτον * ὑποστρέψειν ὑπέσχετο εἰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος διὰ τῶν εὐσεβούντων ἀξιωθείη. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξελήλυθεν. ὁ δὲ τὸν ὅρκον κατὰ τὸν ἀνόητον μεμιμημένος Ἡρώδην, τοῖς συμπαροῦσιν αὐτῷ ἐκ τῆς συμμορίας Ἀρείου βαπτίσαι τὸ παιδίον προσέταξεν, ὁ δὲ παραυτίκα τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. Μεταμεληθεὶς δὲ Βάλης, καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ τῶν ὅρκων ἀλήθειαν λογισάμενος εἰς τε τὸν θεῖον ναὸν εἰσελήλυθε, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου διδασκαλίας ἀπήλαυσε, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα. Καὶ εἴσω δὲ αὐτὸν τῶν θείων παραπετασμάτων ἔνθα καθῆστο, γενέσθαι κελεύσας, πολλοὺς πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐποιήσατο λόγους καὶ δὴ λέγοντος ἤκουε. παρῆν δέ τις Δημοσθένης καλούμενος τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων, ὃς τῷ διδασκάλῳ τῆς οἰκουμένης ἐπιμεμψάμενος

* *Relictos ἀναστρέψαι. redeuntem reuerſurum eſſe ad vitam.*

vnam quidem diuinorum dogmatum ſuſtineant labefactari ſyllabam. magis verò pro tuenda horum integritate, ſi res ferat, interriti & alacres adituri ſint innumeras ſpecies mortis. Et quidem inire Imperatoris amicitiam vermagni eſſe duco, ea tamen iuncta ſi ſit pietati, qua ſine exitialem eſſe contenderim ac pernicioſam. Libertate reſponſi offenſus Præfectus dixit delirum eſſe ac deſipere Baſilium: cui contrà Baſilius, Optem me æternùm laborare hoc delirio. Quumque eſſet egredi iuſſus & vt ſecum expenderet quid ſibi cenſeret faciendum, ac poſtridie ſuum illi aperiret animum (erant autem & minæ verbis iniuſtæ) reſpondiſſe fertur vir ille omnium ore celeberrimus: Idem ipſe craſtinò ſum ad te reuerſurus: tu proinde caueto, tuam hanc immutes ſententiam, imò quæ interminatus es, vide vt exequaris. His prolatis ſermonibus quum poſt Imperatori occurriſſet præfectus: quæ reſpondiſſet Baſilius, renunciauit, ſimul & indicauit quanta viro illi ineſſet virtus, ſignificans virili eũ eſſe præditum & ad omnia præſenti animo. His interim ſilentio preſſis Imperator ingreſſus Cæſaream eſt, quandoquidem ſenſit dei iudicio plagas in familiam ſuam inuectas. Etenim filius eò morbi adductus erat, vt iam portas mortis proximè attingeret: vxor inſuper multimodis obſidebatur animi intemperiis. Idem comperta totius ſui mœroris ac triſtitiæ cauſa hominem planè dei cui fuerat interminatus irrogaturum eſſe ſe pœnas, ſupplex iam factus orat, domum ad ſe vt veniret. Imperiali mandato obſequuti ſunt duces exercitus. Et quidem tunc Baſilius Magnus quum in regiam perueniſſet, filium imperatoris conſpicatus moribundum iam, hunc pollicebatur reſtitutum iri vitæ, ſi modò ipſum iuberet per pietatis cultores compotẽ fieri ſanctiſſimi baptiſmatis. His ille dictis egreſſus eſt. Cæterum imperator exemplo illius mente capti Herodis, nempe per iuramentum initiatus, baptizandi pueri delegat negotium iis qui aderant Arianæ factionis, qui mox finem accepit vitæ. Valens denique pœnitentia ductus quum tacitus reputaſſet quàm eſſet ſibi detrimentoſum tueri voluiſſe veritatem præſtiti à ſe iuramenti, templum deo ſacrum ingreſſus Baſilij Magni doctrina perfruitus eſt, & ad aram quæ pro more ſolenni conſueuerunt, dona obtulit. Virum porrò acciri ad ſe iubet intra aulæa, vbi loci reſidebat, cumque eodem de diuinis dogmatibus ſuſiſſimè diſſeruit, ſimul & differentem audiuit. Ibi loci aderat vnus aliquis Demoſthenes nomine, qui & Imperatori erat ab epulis. Hic in doctorem orbis vniuerſi quum intendiſſet reprehenſionem, commiſit barbariſmũ. Illi quum blandè arriſiſſet ſacer Baſilius. Vidimus, ait, &

Locus hic pendet ex initio ca. xxiij. huius lib. iiij.

νος ἐβαρβάρισεν. Ὁ δὲ θεῖος Βασίλειος μειδιάσας, ἐθεασάμεθα, ἔφη, καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον. ἐπειδὴ δὲ πλέον ἐκεῖνος δυσχεράνας ἠπείλησε, σὸν ἐστιν, ἔφη ὁ μέγας Βασίλειος, τὸ τῶν ζωμῶν καρυκείας φροντίζειν. Δογμάτων γὰρ θείων ἐπαΐειν οὐ δύνασαι βεβυσμένας ἔχων τὰς ἀκοάς. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοῦτον ἔφη. ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως ἠγάσθη τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ χωρία κάλλιστα ἃ εἶχεν αὐτόθι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένοις δωρήσασθαι πένησιν, οἳ τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι, πλείονος ἦσαν μάλιστα θεραπείας προσδέοντες. τὴν μὲν οὖν πρώτην τοῦ Βάλεντος προσβολὴν οὕτω διέφυγεν ὁ μέγας Βασίλειος. ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἧκεν αὐτὸς, καὶ τῶν προτέρων ἐπιλελησμένος, ὑπὸ γὰρ τῶν ἐξαπατώντων ἐπολιορκεῖτο τὴν γνώμην, τὸν τῆς ἐναντίας αὐτὸν αὖθις γενέσθαι μερίδος προσέταξεν, εἶτα μὴ πείσας τὸν περὶ τῆς ἐξορίας γραφῆναι νόμον ἐκέλευσε. τοῦτον δὲ τῇ χειρὶ πειραθεὶς βεβαιῶσαι, οὐδὲ μίαν στοιχείου κεραίαν ἐξέλειπεν. Ὁ γὰρ κάλαμος συνετρίβη, ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ τρίτος κάλαμος, ταυτὸ πάθος ὑπέμεινε, καὶ βεβαιῶσαι τὸν δυσσεβῆ νόμον ἐκεῖνον ἐφιλονείκει, ἐσείσθη μὲν ἡ δεξιὰ καὶ τρόμον ἐδέξατο. δείματος δὲ πλήρης ἡ ψυχὴ γενομένη, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὸν χάρτην διέῤῥηξε. καὶ πέπεικε τῶν ὅλων ὁ πρύτανις ὡς καὶ τοὺς ἄλλους αὐτὸς ἐνδέδωκεν ἐκεῖνα, παθεῖν καὶ τοῦτον τῶν ἐπιβουλῶν ἀπέφηνε κρείττονα. διὰ μὲν τῶν περὶ τούτων γεγενημένων τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν δεικνύς. διὰ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκονομίας τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τὴν ἀνδρείαν κηρύττων.

Κεφ. Κ Ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ Βάλης προσβαλὼν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ Ἀθανασίου τοῦ νικηφόρου μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας, καὶ τοὺς ἰσαρίθμους στεφάνους, λῦσιν τῶν πόνων εἰληφότος, καὶ τὰ λειπά.

Demoſthenem literarum rudem. Ille indignabūdus quum interminaretur, Tui eſt officij, ait Baſilius, ſolicitam agere curam condiendorum iuſculorum & cupediorum. Aures enim quum tibi ſint iſtis ſordibus oppilatæ, neutiquam vales percipere dogmata hæc ſanctiora. Et hæc ſanè ad illum Baſilius. Proinde imperator tãta eſt admiratione proſequutus Baſilium, vt & ei luculentos agros prædiáque quàm optima dederit quæ ibidem habebat, eroganda pauperibus quos alebat Baſilij prouidentia, quorum vniuerſa corporis compages vitiata ac mutila multò maiore egebat curatione. Hoc ſanè pacto primam in ſe Valentis impreſſionem Magnus vitauit Baſilius. Atqui idem altero ſuo aduentu priorum omnium oblitus (Sycophantæ enim & impoſtores ipſius oppugnarant mentem) imperauit rurſum, vt in diuerſam nempe Arianorum partem tranſiret Baſilius, in quem denique nullis perſuaſum verbis iuſſit legem perſcribi de relegando in exilium. Eam dum adnititur communire ſuæ manus ſubſcriptione, ne vnius quidem apicem elementi abſoluit. (Contritus enim eſt calamus) quam eandem affectionem vbi ſenſit calamo alteri accidiſſe, ſed & tertio, nihiloſecius contendebat pro virili legem ſancire aduerſus pios decretam: donec cœpit illi dextra concuti & intremiſcere. Denique chartam manu vtraque arreptam timoris plenus diffregit: ac proinde rerum omnium diſpenſator deus perſuaſit reipſa ac docuit ſuo vnius indultu permiſiſſe, aliis vt accciderint afflictiones, hunc interim pronuncians ſuperiorem inſidiantium dolis: per huius quidem præclarè geſta ſuam ipſius declarans virtutem, per priorem vero diſpenſationem palàm prædicans virorum longè optimorum fortitudinem.

Et quidem parte hac quum impreſſionem Valens intendiſſet in B A S I L I V M, ſpe fruſtratus eſt ſua: Alexandriæ verò Athanaſius quum victricem per omnia palmam reportaſſet & poſt crebriùs repetitos agones quibus totidem reſponderent coronæ, perfunctus eſt pondere laborum. Et reliqua. Cap. 20

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM ET verborum quæ hoc libro continentur.

A

Aroois virga pag. 558.f
Abaridis iaculom 557.e
Ab atriis domini qui reiiciãtur 654.a
Abel paſtor fuit 221.e
Abimelech nomẽ generale regum alienigenarum 91.b
Abimelech interitus 205.d
Aboegatio ſuiipſius quæ 394.b
Aboegatio in multis cõſiſtit 396.b
Abnegaturo peculium ſuum quid faciendum 332.b
Abraham 667.b
Abraham aliquãdo hæſitauit 228.d
Abraham amicus Dei quare 295.c
Abrahã fuit velut peregrinus perpetuus 852.e
Abrahæ fides 345.e 487.a
Abrahæ obedientia 331.f
Abſcondere peccatum eſt ægrotãti cooperari ad mortem 418.f
Abſentium & præſentium ratio habenda 373.a
Abſalon ſuperbus 205.e
Abſalonis praua aſtutia 179.a
Abſtinentia quid 401.c
Abſtinentia nimia corpus atterere, ratione caret 522.e
Abſtinentia cibi per ſe noo booa 622.e
Abſtinentia quare commendetur 522.e
Abſtinentia ventris optima 189.e
Abſtineotiæ doctrina neceſſaria 401.a
Abſtinentiæ commendatio 401.e
Abſtinentiæ modus 403.a
Abundantia animæ 84.d
Abundantia nihil prodeſt 828.e
Abundare in omoi opere domini quid 477.d
Abyſſus quid 8.e
circa Abyſſum errores Manichæorum 8.f
Abyſſi myſticè 88.c d
Academiæ locum cur Plato peſtilentem delegerit 219.d 819.f
Acceptandæ oon ſunt perſonæ 221.f
Accumbendi menſæ ratio præſcribitur 335.e
Accuſationis flagella Baſilius ſuſtinuit 587.a
Accuſatores fidelium ſine omni examinatione fidem iouenire 587.a
Achab pœniteotia 228.a
Achar ſacrilegium exercitus luit 160.d
Achar terribile exitium 342.a
Achaz ioterpretatur 711.b
Achaz filium ſuum tranſtulit per ignem 749.b
Achaz theſauros templi ad regem Aſſyriorum miſit ibid.
Acheloi filiæ 625.d
ἀκρασία quid 441.b
ἀκρατὴς quis 401.e
Actio vna virum bonum non facit 815.d 817.e
Actio & cogitatio iuſti laus Dei eſt 92.a
Actio omnis aut degrauat aut alleoat ad deum 83.e
Actiooes corporis & animæ 803.a
Actiones quas geſſimus in hoc mundo, in die iudicij patebuot 660.a 684 a
Actiones obſcœnæ deo ſuot abominatio 671.b
Actiones noſtræ non pendent ab aſtris 818.f
Adam quare è paradiſo expulſus 165.f
Adam per eſcam vetitam vita ſpoliatus 334.e
Adam poſt præuaricationem cognouit Euam 640.b
Adam ex deo 846.f
Adam antequam eſſet quidquam mali expertus elegit malum, Chriſtus verò bonum 715.b
Adæ amictum cur deus ooo dederit 166.e
Adæ ſepulchrum Hieroſolymis fuiſſe vulgò memoriæ proditum 692.b
Ad iudicium veniet dominus cum ſenioribus 684.b
Admittere eum an debeant fratres, qui vult apud ipſos vt proficiat commorari 445.f
Admonitio modica ſufficit timentibus deum 581.e
Adoleſcentia in quæ vitia præceps ſit 679.e f
Adoleſcentes quomodo inſtituendi in artificiis 612.b
Adoleſcentum leuitas 137.a
Adoniæ venuſtas 205.e
Adoptionis ſpiritus 281.a
Adorare deum non licet oiſi in aula, id eſt eccleſia 77.b
Adoraturus dominum, non debet alienari a cœtu eccleſiæ 80.e
Aduenarum ſuſcipieodorum ſcopus 404.e
Aduentus Chriſti terrori fuit dæmonibus, bomioibus ſalutaris 676.a
Aduentus domini ſecundus qoalis 366.a
Aduentu Chriſti ceſſauit diuinandi ratio 676.a
Aduentu Chriſti extruſus eſt Iſraël, & eius loco inſertæ ſunt Gentes 716.d
Aduentu Chriſti imago terreſtris euacuabitur, vt inclareſcat cæleſtis 676.b
Aduerſarios noſter quis 464.c 682.e
Aduerſæ res probant 827.f
Adulator polypodi comparatus 217.b
Adulatoris & amici diſcrimen 602.f 757.d
Adulatorum deſcriptio 120.e
Adulationis ſermonẽ vitauit apoſtolus 407.a
Adulter quis veoia dignus 771.b
Adulter narium abſciſſione puniatur 779.e
Adulterum maritos vbi occidere poſsit 779.d
Adultera ſemper quæ ſit 780.c
Adultera an ſit appellanda quæ cum viro dimiſſo cohabitat 771.b 782.d 782.e
Adulteri viperæ comparantur 35.e
Adulteræ quomodo puniendæ 779.b
Adulterorum pœnæ 783. a & 785.e
Aedificationem ſubditi epiſcopus curet 372.b
Aedificator myſticus 136.e
Aedificandi duæ ſpecies 696.d
Aedium ſplendor & magoificentia taxatur 155.a
Aegon fluuius 14.e
Aegrotari ſe neſcientes 136.c
Aegrotis io hoſpitali quomodo miniſtrandum 454.a
Aegyptium mare quidam conati ſunt Iodico coniungere 18.d
Aegyptus inferior mari rubro 18. d
Aegypti deſolatio 736.a
Aemulatio quid 441.a
Aequaliter eſſe Deo quid 289.a
Aër aliquando cœlum dicitur 15.d
Aër terræ ineſt 5.a
Aetius hæreticus 302. b 618.c

Aeſtas

Aeſtas vnde incipit 29.e
Aetate prouecta venerabiliora natura fiunt 382.b
Aetates hominis 124.c
Aeternum eſſe quid 272.d
Aetheris oatuta 6.b c 15.a
Aetius hæreticus 596.d
Aeuum quid 272.d
Aeui futuri æternitas 217.c
Affectiooes animæ non omnibus eſſe notas 434.d
Affectionum tres differentiæ 803.e
Affectus nihil ita facũdè exprimit, atque ipſa animi paſsio 613.f
Affectibus noſtris dominandum vt beſtiis 53.a
Afhrmare aut oegare 72.a
Afflictio à Deo proficiſcitur 364.d
Afflictio duplex 683.a
Afflictio æquo animo perferenda 746.e
Afflictiones ferendæ ob gloriam futuram 585.d
Afflictiones quomodo irrogantur 648.b
Afflictiones ad animam ſe habeot, vt vineæ cultus ad vineam 694.b c
Afflictionibus qoare nos deus dedat 163.a
in Afflictionibus philoſophandum 612.f
Afflictorũ recreatio non caret premio 574.a
Agape communionis 595.e
ἀγαθωσύνης & χρηστότητος differentia 463.b
Agnominationis ſubſtantiæ vniuerſitatem non arguere diuerſitatem 267.d
Agnorum mira natura 43.e & 844.e
Agonia quid 714.b
Agricolæ munus 136.f
ἄγρωστις quid 727.a
ἀλαζὼν quis 438.f
Alcinoi menſa 558.d
Alcinæon 557.b
Alearum luſus taxat 41.b
Alexander muſica ad arma concitatus 215.d
Alexandri pudicitia & humanitas erga Darij filias 215.b 819.b
Alexandri apophthegma 573.d 822.f
Alexandri exemplo calumniatori non credendum 823.a
Alexandrinus Dionyſius 326.d
Aliena indagare facilius quàm propria 137.c 614.a 808.d
Alimentum craſſum oocet 839.a
Alimentum animæ mens ſiue intellectus 677.d
ἀλλόφυλοι quid ſonat 670.e
Altum ſapiens qois 438.f
Altaria Baſilidis Paphlagonis ſubuertuntur 586.b
Altaria cultu ſpiritali priuantur 584.b
Alypius 618.c 624.a
Amabile quid propriè 122.c
Amaritudo 702.d
Amarulentia quid 438.e
Amazonius 616.a
Ambitio morbus diabolicus 495.b
Ambitio eccleſiaſticorum 681.a b 684.b
Ambitioois epitheta 495.f
ab Ambitione ſe remotum eſſe, quomodo quis perſuadere ſibi poſsit 479.b
Ambitioſus quis 841.c
Ambroſij & Baſilij familiaritas 573.e f
Ambulare in tenebris 724.b
Amianton lapilli genus 120.e 811.c
Amici dei pauci 103.f
Amicitia Chriſtiana in primis colenda 363.b
ex Amicitia & ſodalitio monachorum ſingulari, quæ mala oriantur 384.d
Amicitiam fratrũ nemo facilè deſerat 596.e f
Amicitiæ noxiæ ſunt quæ cum malitia contrahuntur 166.d
Amicitiæ particulares in monaſteriis vitentur 383.a
Amnon frater perpetuo dedecore notatus propter ſororis violationem 535.f
Amos de grege caprarum ſumptus in prophetam 573.f
Amor mutuus inter homines 797.a
Amor ſuiipſius quid 438.d
Amore inſanientes æquo comparat 52.f
Amphibia animalia 32.e
Amphilochius 609.b
Amphilochus 676.a
Amphiſcij 30.a
Amygdala amata quomodo dulceſcant 24.b & 819.a
Anachoreſis quàm monachiſmus ſublimior 508.b
Anachoretarum conſtitutiones 484.& ſeq.
Ananias in quale iudicium inciderit 381.d 801.e 841.d
Ananiæ peccatum 343.f
Anarchia quantùm mali afferat 340.c
Anaxarchi conſtantia in tormentis 613.a
Andronicus præſes 627.a
Angelus angelo maior 620.d
Angelus Iacobum allocutus 272.f
Angelus ſuus cuique aſſiſtit 116.b 280.a 530.a 717.b
Angelus cuſtos eſt timentium dominum 693.e
Angelum filium dei à ſcriptura nominari 272.f
Angeli ante mundum creati 3.e
Angeli qnomodo creati 88.b
Angeli animæ cuſtodes 94.a 132.b
Angeli hominibus dati ceu pædagogi 280.a 311.b
Angeli non ſunt alterabiles vt homo 503.a
Angeli mali miniſtri ſunt iuſtitiæ dei 738.e
Angelorum opus laudare deum 80.a
Aogelorum perfectio 314.a
Angelorum anima oon percellitur timore 739.f
Anguillæ ex limo progignuntur 42.b
Anguis fœniculi paſtu lippitudinẽ oculorum curat 42.f
Anima humana captiua 513.d
Anima incorporea 138.e
Anima & mens 488.a
Anima carnis operimento obducta 134.e
Aoima q̃ua viuimus 209.d
Anima & templum dei eſt, & aula eius 80.f
Anima afflicta deo vicina 609.f
Anima debet imperare perturbationibus & deo ſeruire 849.c
Anima quomodo certa reddenda quòd à peccatis ſit purgata 478.c d
Anima quo pacto ſe præparet auſcultationi rerum diuinarum 1.a
Anima quando infirmior 849.b
Anima diſparata ab affectione & conſenſu corporis, viuit cũ Chriſto 66.e
Anima comes & conſectatrix corporis in loco eſt 60.d
Anima brutorum ſanguis & terra eſt 37.a
Anima brutorum genere vna 42.d
Anima ſi à Chriſto defecerit eſt vidua 659.e
Anima ſcelere repurgata deum habet à quo exaudietur 700.a
Anima quibus vnguentis exhilareſcit 687.e
Anima Dei contubernio deſtituta fit ſpirituum improborum habitatio 745.d

Anim

Anima virtutibus exhauſta expugnatę ciuitati ſimilis 651.a
Anima Petri petra dicta eſt 657.a
Anima noſtra vera vitis ibid. e
Anima vitiis infecta paulatim fit deterior 650.d
Anima quando dicitur emigraſſe è corpore 711.f
Animæ ætates metaphoricè 178.b
Animæ corpore vtentis propriū 581.d
Animæ cura habenda 551.a b
Animæ formam quæ indicent 532.d
Animæ incrementum 54.d
Animę lumen Deus verbū 271 f
Animæ malum inueteratum vix medelam admittit 64.e
Animæ morbus curioſè de Deo quærere 296.b
Animæ morb⁹ periculoſior quàm corporis 614.a
Animæ mors ignoratio Dei 181.b
Animæ migratio è corpore 798.e
Animæ damnatæ querimoniæ 808.a
Animæ peſtifera mala 550.e
Animæ purgatio ac expiatio 216.b
Animæ purgandæ principium 550.f 799.a
Animæ ſalute nihil magis neceſſarium propter quam Chriſtus mortuus eſt 334.b
Animæ vires tres 138.d
Animæ vis duplex 488.c
Animæ ſtatus quietus 551.e
Animæ theſaurus 849.b
Animæ immortalitas à veteribus controuerſa 669.c
Animam corporeis oculis cōprehendi non poſſe 138.e
Animam quid paſcat 550.f
Animam vitæ ſtudiis & exercitiis aſſimilari 207.a
Animam non illuminatam nihil intelligere 271.f
pro Animabus aliquid impēdendum 618.e
Animal quoque proprium vim & arma habere 155.d
Animalia quæ facilè capi poſſunt fœcundiora ſunt 44.b
Animalia quęuis naturę ductu ad ſibi commoda feruntur, noxia verò vitant 155.c d
Animalium quorundam proprietates 42.d
Animalium quædam ſpecies hominum mores exprimunt 748.a
Animantes ſunt naturali prædirę facultate ad tuendam & recuperandam ſanitatem 43.e
Animantium initores puniendi 769.c 786.b
Animantium tria genera 37.b
Animus nos ſumus 849.a
Animus nobilior corpore 478.d
Animus qui dirigitur ad voluntatem Dei quis 467.a
Animi promptitudo pro viribus in rebus etiā minimis Deo accepta eſt 360.a
Animi in virtute progreſſus, in humilitate progreſſus eſt 319.b
Animi vitia non omnibus manifeſta 434.d
Animi ſynceritatē nos iuſtificare 355.e
Animi conſtantis ſpecimen 575.e
Animi paſſio facundum reddit 613.f
Animi tranquilitas fons vberrimus virtutum 489.e
Animorum imagines per ſermonem exprimi 564.e
Animus ne circa varia oberremus docet 492.e
Anna 677.b
Annus ſolaris & lunaris 30.b
Annonæ pretium augens publicę execrationi obnoxius 151.e
Anomianæ impietatis ſeminaria vnde 564.d
ἀνόμοιοι qui 664.f
ἄνθος quis 114.e
Anſerum vigilantia 40.b
Antimacbus multiloquus 555.e
Anthimus Tyanę ciuitatis epiſcopus 562.e 580.c
Antiſtes & antiſta in colloquium rariſſimè deſcendat 447.d
Antiſtes quo animi affectu curam fratrum gerere debet 408.f 446.a
Antiſtes cuiuſmodi eſſe debet 417.a
Antiſtes perſonam Chriſti ſuſtinet 503. e
Antiſtes nullum admittere debet in familiam non conſciis fratribus 447.e
Antiſtes ſi quādo lapſus fuerit admoneatur per fratres eminentes 407.e
Antiſtitis conſilia non exquirenda à fratribus 418.a
Antiſtes in obiurgationibus quā rationem teneat 419. f
Antiſtitis officium 106.e
Antiſtitis miniſterium ſuſcipere inferiores non reformideut 409.b
Antiſtiti quàm terribile iudiciū immineat ſi fratres delinquentes non coarguat 406.f
Antiſtite abſente fit qui vices illius ſupplere poſſit 418.a
ἀνθῆλαι 27.d
Anthropomorpbitarum de Deo repellit opinionem 47.e
Antitechni 607.a
ἀντιπελάργωσις quid 38.e
Anus & adoleſcentula ſi idem peccatum incurrerint, an eidem animaduerſioni vtraque obnoxia ſit 443.e
Anyſius Euippij alumnus 554.f
Apum natura & ſolertia 38.a 74.e 194.e 340.e 833.d
Apibus naturæ lex innata 194.e
ἄφρων καὶ ἀνόητος quomodo differant 114.d
Apollinarius taxatur 16. a fuit vir eloquens 589. a eiuſdem errores ibidem
Apollinarij quæ laudarit & vituperarit Baſilius 600.e
Apoſtatæ cur virandi 507.a
Apoſtatas quomodo antiſtes tractet 506.e f
Apoſtaſia tractatur 500.e
Apoſtoli & prophetæ in eccleſia primi 678.a
Apoſtoli malitia paruuli 721.a
Apoſtolorum fundamentum retinendum 649.b
Appetitus quare corpori attribuitur 448.e
Appetitio cibi naturalis quare fit 403.e
Aqua cur vnum in locum congregata 18.b
Aqua terræ quoque ineſt 5. a
Aqua è petra promanans cuius figura 311.d
Aqua ſalubris è corpore Iullittæ 145.c
Aqua Siloe optima 718.a
Aquæ lauacrum quid ſignificet 326.f
Aquæ neceſſaria creatio 14.b
Aquæ commoditas 130.d
Aquam haurit de fontibus ſaluatoris, quis 736.f
per Aquā quid ſignificet 753. d e 754.a
Aquæ an ſuper firmamentum eſſe poſſint 13.b
Aquæ ſpirituales, ſancti doctores 78.a
Aquæ metaphoricǣs hanc vitam ſignificant 180.b
Aquarum copia cur tanta 14.a b
Aquarum collectio quomodo facta ſit 18.a b
Aquatilium genera 33.a

Aquila ſanctum deſignat 79.d
Aquilæ natura 39.c
Aquilæ impietas 843.a
Aram filij & Romeliæ qui conſpirãt aduerſus eccleſiã Dei 713.a
Aranearum filis ligare 789.a
Ataxes fluuius 14.d
Arbitrium liberum 121.d 165.d
Arbitrium liberum ad reſiſtendũ diabolo 253.a
Arbitrium liberum an poſſit quicquam, vbi neceſſitas & fatum dominatur 26.c
Arbitrium liberum in poteſtate hominis 253.a
Arabes quomodo interpretentur 753.f
Aram quid ſonat 711.a 718.a
Arbores ramis longiſſimis præditæ, earum radices profundiores ſunt 24.a
Arbores animalia non ſunt, licet viuere dicantur 32.d
Arborum nullæ infructuoſæ 23.c
Arborũ inter ſe varia ratiu 24.a b
Arboribus ſimile quid accidit cũ ætate hominum 24.a
Arcanum non quibuſuis reuelandum 492.f & ſeq.
Archilochi vulpeculæ 217.a 818.b
Architectus myſticè 136.e
Architectus à Iudæis ablatus quis 679.d
Argentum reprobum quid deſignat 661.d
Argenteum vas 165.a
Arguet Dominus populũ 668.e
Argumentum elati animi quod 673.e
Arida apparebit cur dictum 19.c
Arida cur dicta terra 19.d
Aries præit gregi ad paſcua 76.b
Aries ſanctum deſignat 79.d
Arietibus comparantur præſides ouilis Chriſti 76.b
Ariel quid ſonat 754.d
Ariſtoteles cur dialogos non ſcripſit. 628.e
Ariſtoteles taxatur in definitione felicitatis 613.a
Ariſtotelica quo in precio habenda 259.f
Arius 870.d
Arma iuſti & iniuſti quæ 739.b c
Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Dei 330.b
Armeniorum mores 867.d
Arnon quid ſonat 705.a
Arrogans quis 438.f
Arrogantia ſe efferre, eſt diabolo ſimilem ſe facere 336.c
Artes quomodo diſcendæ 817.c
Artes nobis indultæ vt occurramus infirmitati 421.a
Artes non ſunt vituperandæ ſi qui ſunt qui iis abutantur 421.f
Artium diuiſio 4.d 392.e f
Artium magiſtri quomodo delinquentes diſcipulos corrigant 420.e
Artificia aſceticam profeſſionem quæ deceant 414.d
Arundo quid 705.a
Aruſpices brutis vtebantur tanquam doctoribus & legum latoribus 669.f & ſeq.
Aſcendere in Bethel 665.c
Aſcendere in montem Domini 667.f & ſeq.
Aſcetæ quo animo ſint erga parẽtes 409.d & ſeq.
ἄσκιοι qui ſint 29.f
ἀσίλγεια quid 441.a
Aſinus geſtandis oneribus natum 647.a
Aſinus confertur cum parte concupiſcibili 647.b
Aſperſio vna 653.c
Aſperum quid 201.e
Aſphaltites lacus 19.b
Aſphodili prata 869.d
Aſſyriorum rex potentiſſimus 718. b 731.a
Aſſumptio verbi Domini, donum eſt à Deo profectum 645.d
ἀστήρος 741.e
Aſterius domeſtic⁹ Gregorij Nyſſeni 569.a
Aſtrologia apud Chaldæos in precio 176.b 745.c
Aſtrologos impugnat 28.a & ſeq.
Aſtutia quid 178.e
Athanaſius Ancyræ epiſcopus 573.b
Athei 163.b
Athenæ idolatræ 868.d
Athenarum laus 866.e
Athenienſes otij notati 111.b
Athenienſium vetus conſuetudo 612.b
Athenogenis hymnus 327.a
Athleta ſpiritualis 136.f
Athletarum miſeriæ 215.e
Attentio duplex 135.d
Auarus quis 153.d
Auarus in vrbe malus cohabitator 156.d 837.c
Auarus à peculatore nihil differt 153.d
Auarus igne voracior 202.f 835.d
Auarus diuitias ſibi Deum facit 665.b
Auari miſeria 202.d
Auari qui pecuniam ſuam defodiunt taxantur 155.b 831.d
Auari pauperes è poſſeſſionibus eijcientes 695.e
Auari omnia in aurum conuertũt 835.d
Auarorum inſatiabilis concupiſcentia 156. b 837. c
Auarorum excuſatio 853.b
Auaros Deus opprimit 837.e
Auaros deterret à metu iudicij extremi 156.f & ſeq.
Auaros notat 834.f 863.c d
Auaris cur opes creſcant 150.f
Auaritia radix omnium malorum 592.a 705.b
de Auaritia tractat 202.e
Auaritia quouſque iudicanda 437.e
Auaritiæ incommoda 634.c d
Auaritiæ ad inſaniam collatio 152.b
Auaritæ genus peſſimum eſt, nolle ea quæ facilè corrumpuntur inopi dare 153.b e
Auaritiæ genus omne expurgandum 362.b
Auditus natura 139.b
Auditus in ſactis literis 179.d
Auditor prudens 679.d
Auertere faciem ſuam quomodo Deus dicatur 85.a
Auis cuiuſdam mira natura 807.d
Aues aquatiles cur planis & latis pedibus præditæ 40.d
Auium natiua muſica 60.c
Auium differentiæ 37.d e
Auium aduncis pedibus natura 39.d
Auium obſeruatio in volatu 670.a b
Auguratio pernitioſa 670.a
Auguria & diuinationes lege Moſaica vetita 669.f
Aures Domini voce non habent opus 798.a
Aures quando ſepiendæ 520.a
Aures binas & linguam vnam cur homini natura dederit 526.c
Aurelius miles Olympi 618.a
Aurum animæ blandiſſimus inſidiator 510.a
Aurum in res ſingulas vertitur 152.b
Aurum incoctum 742.e
Aurum quomodo ſeipſum generat 835.d
Aureum vas 165.a
Auſcultandi præceptum 335.a
Auxilium 116.c
Auxilium ſolum & verum à Deo 119.b
Auxilia omnis generis in Chriſto 307.c

Babylon

B

BAbylon confuſio 729.b 737.e
Babylonis deſtructio prædicitur 737.b 743.e 744.b
Babylonici muri 877.d
Bactrus fluuius 14.d
Balaam præter voluntatem dei non auſus loqui 580.f
Balaam deum conſuluiſſe 598.d
Balaam de Chriſto 219.e
Balaam vaticinium 220.a
Balaam Moabitis mala prædicit 756.d
Balena 35.e
Balenarum captandarum ratio 49.b
Baptiſmatis duæ ſpecies 690.d
è Baptiſmatis fonte ſenes leuabantur 615.d
Baptiſmus fundamento fidei oititur 310.d
Baptiſmus hæreticorum reiiciẽdus 766.e
Baptiſmus per Moyſem traditus 234.b
Baptiſmus ſigillum fidei 281.d
Baptiſmus teſſera Chriſtiani militis 182.f
Baptiſmi Chriſti & Ioannis diſcrimen 181.d 234.b
Baptiſmi eulogia 183.a
Baptiſmi figuræ 182.a
Baptiſmi gratia per diluuium ſignificatur 80.b 82.d
Baptiſmi merſionis terræ figura 182.b 313.a 763.e
Baptiſmi pacta 181.b
Baptiſmi ratio & virtus quæ 356.c & ſeq.
de Baptiſmo variæ diſſentiones 766.b
Baptiſmo quoduis tempus oportuoum 181.c
Baptiſmo cognatum tempus dies paſchalis 181.d
in Baptiſmo quibus renunriemus 310.a
Ad Baptiſmum alta voce vtebantur catechumeni. 181.d per Babtiſ. mum in animabus ſanctificatorum habitatio domino præparatur. 82.b qui Baptiſmum differũt taxantur 183.b
Baptizatus ad ferendas tentationes inſtituatur 367.a
Baptizati quid reſpondere debeant hereticis 337.a
Baptizati quidem in ſuo ſanguine 313.c
Baptizati in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti quid 239.b c
Baptizandum in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. 192.d 356.c
Baptizatum eſſe in mortem domini quid 466.e
βάρις quid 107.a
Barlaam martyris agon 193.c & ſeq.
Baſan quid 674.d
Baſilides 587.b
Baſiliſci natura 685.b
Baſilius Cęſareæ ſtuduit 866.c
Baſilius præceptores & coætaneos ſuperabat 866.d
Baſilius in exilium pulſus 879.a
Baſilius ſuas expoſitiones emendari vult. 621.d
Baſilius eccleſiæ princeps 663.a
Baſilius & Gregorius libra 868.c
Baſilius eſt benignè exceptus Athenis 867.a
Baſilius pro legiſlatore habebatur 875.e
Baſilius adoleſcens quibus ſtudijs ſeſe dederit & pietati 595.b
Baſilius qua in re ſit accuſatus 578.a 597.d
Baſilius accuſationis flagella ſuſtinuit. 587.a
Baſilius argumentum ſermonum Gregorij 863.d
Baſilius in principio pontificatus ſacros cepit exponere libros 870.a
Baſilius inuidis cedens in Ponto pręfuit monaſterijs 870.c
Baſilius Cæſarienſis pontifex eligitur 869.d e
Baſilius redditus eſt ſuæ eccleſiæ 871.a
Baſilij liber de ſpiritu ſancto 878.f
Baſilius arti medicinæ ſtuduit 869.b
Baſilius populum compeſcuit 876.b
Baſilius ſcintilla veritatis 561.c
Baſilij ædes quidam deprædatus eſt 630.b
Baſilij & Gregorij calumniæ 560.f
Baſilij audacia 874.e
Baſilij ad ſolem comparatio 878.d
Baſilij oratio 485.e
Baſilij & præfecti diſceptatio 874.b
Baſilij cura in reficiendis pauperibus 871.d
Baſilij doctrina & eloquentia 878.c
Baſilij cum inuido reconciliatio 871.b
Baſilij conſtantia 874.f
Baſilij collatio cum patribus ſanctis 879.f 880.f
Baſilij certamen aduerſus inuidos 879.a
Baſilij tetrica increpatio & eruditio 878.b
Baſilij frugalitas 877.a
Baſilij Hexæmeron 878.e
Baſilij conſilium in diſcendo & legendo authores 212.e
Baſilij epiſtolas edidit Gregorius Nazianzenus 555.d
Baſilij facinus laudabile 872. a b
Baſilij fides reſiſtendo hæreticis 345.d
Baſilij ſententia de Trinitate 347.c
Baſilij recta in fide inſtitutio à teneris 595.d
Baſilij ingenij acumen 869.a
Baſilij iuuentus 866.b
Baſilij habitationis locus in ponto deſcriptus 556.f
Baſilii imitatores 881.b
Baſilij parentum laudes 864.b
Baſilij laudes ex parentum virtute 865.d
Baſilij laus 559.a. 560.d
Baſilij liberalitas 625.d
Baſilij libertas in loquendo & reprehendendo 871.c
Baſilij opes 877.a
Baſilij modeſtia 37.b. 578.b 590.c. 592.d
Baſilij mors & exequiæ. 881.d
Baſilij ſententia de cælo 13.b
Baſilij ſcriptis hęretici abutebantur 588.a
Baſilij patria 864.b
Baſilij parentes 865.d
Baſilii pulchritudo ac cæteræ corporis dotes 865.e
Baſilii pietas 864.d
Baſilii profectio 59.c
Baſilii prudentia erga Arianos 591.b
Baſilii ſtudium 878.d
Baſilii valetudo 592.b
Baſilii veſtitus 595.d 877.e
Baſilii victus 877.a
Baſilii virginitas 877.b
Baſilio crimen obiectum 597.d
Baſilium nullum genus latuit ſcientiarum 866.d
aduerſus Baſilium inuidi bonam plebis partem concitant. 870.c
βασάζειν 457.f
Beatus quis dicendus 331.b d
Beatus pacificus quid 463.c
Beatus homo qui ſemper eſt pauidus 387.a
Beatus qui propriam plagam quam internè habet nouit 83.d
Beatus nullus eſt prædicandus in hac vita 63.c
Beatum id eſſe quod per ſe bonum eſt 93.a
Beati pauperes ſpiritu qui 93.d

Beati qoi ſunt prædicandi 121.a
Beatorum cœtus. 185.c
Beatitudioum in Chriſto exempla 93.e
Bellatores adempti à Iudæis. 677.e
Bellatores imbecilles plerunque vſus reddit. 562.f
Beiluæ ſuos diligenter curaut 784.e
Bene ageodum dum in hac vita ſumus 682.f
Beoe agendi exemplar vnde iomendum 359.d
Beoedictio quid 776.e
Benedictionis promiſſionem quæ habeant 369.e
Benedictioois ſpecies quæ perfectiſſima 80.d
Benefaciēdi facuitas ablata vita functis 350.e
Beneſaciendum æquo animo 173.b
Benefacta aliena oihil ad nos ſi officium noſtrum negligamus 354.e
Benefacta nota facienda vt glorificetur deus 173.a
Benefactorum gratiæ in dantes reuertuntur 151.c
Beneficia Dei non debent ſileri 364.e
Beneficij accepti quomodo gratiæ agedæ 463.f
Beoigni quando ſumus 829.a
Benignitas quid 463.b
Benigoitatis Dei nemo expers 469.d
Beſeleel 873.d
Beſeleel ſemonum artifex 559.d
Bethel quid 687.a
Biantis dictum 217.b
Blaſphemi in ſpiritum ſanctum qui 979.a.359.e.474.a
Bombyx 40.e
Bona habitudo corporis periculoſa 219.d
Booitas quid 463.b.702.d
Boous deus 280.f
Bonū verò eſt ipſe deus 63.a.122.e
Bonum id ſolum expetēdum quod perpetuum eſt 565.c
Bonum eſt, quod omoia expetunt 103.e
Bonum humanum nullum ſyncerum 60 a
Bonum eſſe difficile eſt 215 f
Booi ſummi contemplatio angelorum theſaurus 498 d
Boni optione non neceſsitate laudandi 183.d
Bona eccleſiæ ſont pauperom 662.b.684.d
Bona Chriſtianorum diripiuntur 585.c
Bona multis non apparent 590.e
Bona ſua quibus relinquant monachi 397.d
Bonorum recuperatio 816.e
Bona ex ſeditione 876.e
Bonorum hominum afflictio pendet à deo 364.d
Bonorum cōſuetudo nihil prodeſt, ſi nihil boni facimus 354.f
Bonorum initium ſuga malorom 63.d
Bonorom omiſsio punitur 344.e
Bonorum operum quiſque pro ſua menſura typum gerat 359.d
Bonorū operū ſimus ſtudioſi 354.d
Boſporius epiſcopus 603.e
Boſporius Colonias 609.d
Bos & aſinus 647.a
Bos aſino præſtat ibidem
Bos & aſinus aratro non iungebantur 647.b
Bos poſſeſſorem agnouit. ibid.
Boues 43.a
Boues ver præſeotiunt 844.d
Bouis lachrymæ 165.f
Bruta veſcebantur frugibus aote diluuium 55.a
Bruta etiam ſuorum mortem deflent 854.f
Butyrum & mel comedere 715 a.716 a
Byſsina & hyacinthina veſtimenta 687.d
Byzaotiom 866.d

C

Cades qoid 79 b.82 b
κακοήθεια quid 442.d
Cæcus quis ſit 13.f
Cæſareæ laus 866.c
Cæſaris & Auguſti dicebantur Romæ Imperat. 91.b.c
Cæſarius frater Gregorij Nazianzeni 605.d
Cæſarij commendatio 610.e
Caio primus diaboli diſcipolus 171.e
Calamitas potior qoàm proſpera fortuna 610 a.64 a
Calamitas peccatis aſſcribenda 160.d
Calamitates nobis frequenter contingunt probationis gratia. ibidem 844.f
Calamitates vim coercendi peccata habent 165.b
Calamitatum ratio multiplex 471.a
Calamus quid 104.d
Calamus quid intelligatur 477.d
Calceameotum Dei 119.a
Calceamenta oon ſiot curioſa 406.a
Calcaneum quid in ſacra ſcriptura 113.a
Calix myſticè qoid 126.d
Calices æquales in compotationibus 188.b
Calor coosumit humorem 15.b
Caluatiæ locus 692.c
Calumnians pauperem deum procat 603 f
Calumnia quouis telo perniciosior 515.d
Calumnia virum homiliat 594.f 603.e
Calumniis obſiſteodum 576.c
Calumniis non eſſe obnoxiom impoſsibile 573.b
Ad calumnias non tacendum 577 f.595 a
Calumniator quibos nocet 824.b
Calumniator quis 823.b
Calumniatorem ſcorpio comparat 52.e
Calumniatorum verba pro nugis benda 561.f
Camelus quare longo collo ſit præditus 44.d
Cameli natura 36 e
Cancri aſtutia 33 e.824 a
Canis piſcis 35.f
Canis dicitor vir imprudens 103.b
Canis aduerſus alienos qualis 170.a
Canis ſagacitas fidelitas & memoria 44.a b
Cani comparat iracundos 52.e 170.d
Canes ſibi medeotur gramine 55.b
Canooici qui dicantor 769.a
Caoonom deſpicientia 795 d
Cantare canticum oouum 86.e
Canticum 82 e.691 b
Cantica canticorum liber quid tractet 174.c
Caotinoculæ officiunt moribus 17.b
Cappadocia iuuētutis & eqoorum altrix 864 b
Cappadocum fides 871 a
Caput etiam pro homine 648.b
Carbo quid denotat 707.a 708.d
Carbones deſolatorij 105.f
Carmen in victoriam 112 c
Caro & ſangnis Chriſti 620.c 653 f.677 b
Caro Chriſti diuinæ oaturæ vnita 304 d

304.d
Caro Chriſti, mons 667.a
Caro omnis vt fœnum 21.d
Caro qualis in reſurrectione 581.e
Caro carceris eſt loco 507.b
Carnis concupiſcibile per cótinentiæ exercitia frangendum. 522 d
Carnis inquinatio quid. 48.b
Carnis proprium 581.d
Carnis prouidentiam non eſſe faciendam 532.d
Carnis voluntati nó indulgendum 839.a
Carnis voluntates quæ 473 b
Carnis & ſpiritus perpes certamen. 132.f
Carni ſubtrahenda voluptas vt augeatur animæ robur 132 f
Carnium eſus conceſſus poſt diluuium 55 a
Carniuora dentibus acutis prædita ſunt 44 e
Caſia 106 e
Caſtalius fons 676 a
Caſtigatio dei vtilis ad motum correctionem 663 e
Caſtitas coniugalis etiam ſeruanda 331 f
Caſtus quis 817.d
Caſtrantes ſeipſos taxantur 543 b
Caſtrati in ætate gignendi idonea, libidine maiori vrgentur 543.e
Caſus aut peccata noſtra degrauant aut leuiora efficiunt 67 d
Cathari qui 767 a
καλεῖν quid 698.a
κάπηλα quid 686.b
Caupones miſcent vinum aqua 661 e
Cedrus arbor 78 c.674.a
Cedrus in bonam & in malam partem 78 d
Cedri del qui 78 e
Cedri Libani qui 78 c.81 e.674 a b 726 b.739.e
Cedri Libani aduerſarias poteſtates ſignificant 81 e
Cedri commendabiles 674 b
Cedri ad conſtruendum templum delatæ 674 b
Celeuſius 616 b
Cellarij officium 453 a
Cellæ commoda 513 d
Cephalēſium dux nudus è naufragio euaſit 204.b
Certamina pietatis gratia 575.d
Certamina de maiori potu 839.d
Ceruus oris reſpiratione trahit è cauis animalia venenata 79.d
Ceruus in ſcripturis 79.e
Ceruus ſanctus dicitur 79.e
Cedri natura 79.e
Cetui cornu ſuffitu fugantur ſerpētes 79.d
Cete magnitudine montes æquant 35 e
Cetorum capiendorum ratio 49.b
Chalanes nomen 729 a
χαλεπα 686 b
Cham quid 742 h
Chananæa imitanda 183 e
Charisma dari à deo ad menſuram fidei 365 d e
Charismatum differentia 366 d
χαρίσματα 610 a
Charitas erga deum à nobis vt æs alienum requiritur 360 e
Charitas erga deum nobis inſite à natura 389 f
Charitas Chriſtiani hominis ſuſigue 347 e
Charitas æqualis erga omnes tenēda 384 e
Charitas perfecta in malis proximi etiam conſtare poteſt 148 f
Charitas nulla affectionis labe ſit inquinata nec ſimulata 533 b
Charitas mutua qualis eſſe debeat 454 f
Charitas radix mandatorum 760 b
Charitatis commendatio 589 e
Charitatis dei & proximi præcepta copulata 392 a
Charitatis erga proximum acquirendæ formulæ 455 a
Charitatis bonum 797 a
Charitatis in deum modus 463 a
Charitatis fraternæ argumentū duplex 457 b
Charitatis præcepta 352 a
Charitatem diſſoluere quale peccatum 450 d
Charitatem qui hauet, deum habet 384 e
Charitatem qui non habet diuina gratia caret 507 e
Charitatem Chriſti erga proximū non habere quis dicatur 351 e
Charitatem ex manſuetudine & patientia conflari 406 e
Charitate carere malorum omniū grauiſsimum 360 e
ex Charitate aliquando proximum offendimus 351 e
Chirographum bonum & malum. 728 h
χειρὸς oratio præcedat 370 e
Choaſſes fluuius 14 d
Chremates fluuius ibid.e
Chriſma quod vnguentum 687 f
Chriſtus ab vnctione dictus 128.h
Chriſtus caput hominis 671 e
Chriſtus multiuocus 258.f
Chriſtus, vitis eſt 78.d
Chriſtus voicornium filius dictus. 78 e.82.a
Chriſtus ſuos fratres & filios appellat 720.e
Chriſtus iniquitates noſtras perputauit 707. a
Chriſtus lux mundi 689.f
Chriſtus ſeptuageſima ſeptima generatione ab Adam in mundum venit 56.h
Chriſtus perfectus homo fuit 218 f
Chriſtus humanam naturam quare aſſumpſerit 485 a.734.h
Chriſtus hoſtia adorifera 652.d
Chriſtus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech ſucceſsit Aaroni 653.e
Chriſtus pacem ſecum attulit 669 b c
Chriſtus ſummum bonum 691. c
Chriſtus aicenſurus in cælum cibū cur guſtauit 130. e
Chriſtus cur fleuerit 141.f.& ſeq. 827 c
Chriſtus vultus 107.d
Chriſtus quomodo Dei 272.a
Chriſtus in monte ſedens percurrit Moſi legem 540.d
Chriſtus coniugium quare tenuerit 540.a
Chriſtus quare horam & diem iudicij ignoret 620.e
Chriſtus quare non permiſerit ſe prædicari ante paſsionem ſuam 620.a
Chriſtus iuſtorum ſcriba 733.a
Chriſtus potens in omni opere bono 677.a
Chriſtus dictus eſt radix Dauid 734 h
Chriſtus infirmitate carnis cœuti appenſus 677.b.
Chriſtus mortuus vt poſſemus reſurgere 677.a
Chriſti actio virtutis regula fuit 485 a,491 a
Chriſti aduentus ſecūdus timorem incutiet 56.f
Chriſti generatio inenarrabilis 217 d.761.d
Chriſti corporis & ſanguinis communicatio neceſſaria ad vitam æternam 356.e
Chriſti erga nos quantus amor 632 e
Chriſti ieiunium 130.e
Chriſti mortis & reſurrectionis myſterium 106.d e
Chriſti vnctio 106.e
Chriſti comminationes non ſunt aſpernandæ 701 c
Chriſtum laboraſſe 491 f
Chriſtum axiomata ſua aliis largi-

ti 229.b
Chriſtum ad impletionem legis ve niſſe 360.f
Chriſtum ounquam riſiſſe 402.a
Chriſtum qui non habet, Dei virtutem non habet 677.a
In Chriſto qui ſcandalizantur 720 a
Chriſtianus ab odio ſit repurgatus 35t d
Chriſtianus conſtantiam fidei ſeruare deber 360.d
Chriſtianus debet ſuſtinere afflictionem pro nomine domini & mandatis eius 368.b
Chriſtianus voluntatem ſuam diuinæ non præferat 354.e
Chriſtianus non ad oſtentationem ſcribat 628.e
Chriſtianus non eſt qui Chriſti mãdatis non obedit 782.b e
Chriſtiani officium 35t d e
Chriſtiani hominis ornamenta 221 e
Chriſtiani proprium 380 b
Chriſtiani nomen multum prodeſt 666 d
Chriſtiani multi nomine 733 e
Chriſtiani qualia exempla imitari debeant 214.f
Chriſtiani vnde 390.e
Chriſtiani ſumus non rhetores 206.f
Chriſtiani diſcebant hymnos 188.d
Chriſtiano quæ præſtanda 338.a b
Chriſtianorum eſt Deo benedicere in proſperis & aduerſis 91.e f
Chriſtianorum afflictio 198.f
Chriſtianorum cœtus 584.b
Chriſtianorum primitiuorum vita. 162.f
Chriſtianorum ſignum 182.f
Chriſtianorum veſtimentum fides. 725.a
in Chriſtianos tyrannis tẽpore Gordij 195.d
Chriſtianiſmus quid 52.a 195.d
Chryſolachanum herba 609.e
Choreæ in nuptiis tempore Baſilij celebratæ 609.a
Choros in locis ſacris conſtituere 186.a
Chuſi quare filius Iemini appellatus 65.e
Cibus antequã ſumatur oratio ineunda 552.a
Cibus ad victum neceſſarius inquirendus 521.d
Cibus nõ ad voluptatem, ſed ad naturæ conſeruationem 403.b
Cibi ſumendi hora præſcripta ſit 552.b 138.d
Cibi vſus cuiuſmodi eſſe debet 382.e
Cibum per verbum Dei & præditionem ſanctificari 402.e
Cibum ſumens frater alium quàm alij an rectè faciat 450.e
Cibo aliquo ſi læditur frater, quid faciendum 450.f
Cibi duplices 655.f
in Cibis ſumendis non voluptas prædux ſit, ſed ratio quæ medicos imitetur 490.f
in Cibis quomodo ſe monachus gerat 504.f
A Cibis quibuſdam abſtinemus vt delicias fugiamus 505.a
Cibis diſpertiendis habendus eſt delectus 677.d
Ciborum non quantitas, ſed qualitas examinanda 521.b f
Ciborum differentia 812.a
de Ciborum delectu 763.b 792.e
Ciborum libidine quomodo non vincemur 450.a
Ciborum cõſequi voluptatem peccatum eſt 441.e
Cicadæ 40.e
Cicadæ pluuio tẽpore è terra emergunt 42.b
Ciconiarum natura & pietas 38.e 842.e 843.d
Cicuta appetentiam eſitandi rabidam reprimit 22.d
Cicutæ ſturni veſcuntur ibidem.
Circuncifio non manufacta 181.f
in Cithara confiteri domino, quid. 86.d
Citharas domi retinẽtes loco euangelij plectentor 698.b
Citharas pulſare non eſt mulieris 698.b
Ciuitas quid 110.a 119.a 949.a
Ciuitas fidelis 661.a
Ciuitas domini quæ 700.d
Ciuitatum interitus vnde 164.a
Clamor honeſtus 97.a.695.d 737.a
Clamare ad dominum quando dicimur 85.b
Cleantis mercenaria opera in hauriendis fontibus 625.d
Clemens Romanus 326.d
Clementia Dei 756.b
Clementia Dei in puniendis malis. 693.b
κλέος quid 932
κοινὰ Pro qualibet die 755.b
Clericus propter fornicationem an ſit deponendus 778.e
Clerici & ordinati propter peccata per depoſitionem puniuntur 783.f. & ſeq.
χλιδῶντα 686.e
Clinias etiam iurare verum noluit.
215.b 826.b
Cælum aërem vocari 167.e
Cælum quando innatum 7.b
Cælum rutilans quid portendat 27.d
Cælum & terra nobis proponũtur ad contemplationem 723.d
Cælum & terram conteſtatur Moyſes in tradenda lege 646.e
Cælum quare ſedes Dei 646.d
Cælum pro incolis cæli ibidem
Cæli figura 6.a
Cæli ſubſtantia quæ 5.b 6.a
de Cæli ſubſtantia opiniones 6.a
Cæli & terræ cur tantùm meminerit Moyſes, non aeris & terræ 4.f
Cæli an plures ſint 12.d
Cæli inanimes ſunt etiam ſi Deum laudare dicantur 16.b
Cœna dominica an in communi domo celebrari debeat 481.d
Cœnobio ſe tradens nihil debet à propinquis accipere 459.e
Cœnobicæ vitæ commoda 395.e 498.a
Cogitando facilè peccamus 135.a
Cogitatio de Deo, poteſt laus appellari 92.a
Cogitatio 179.0
Cogitationis peccata vt conſummata iudicabuntur. 530.f
Cogitationes quæ non ſint admittendæ 53.a 136.f & ſeq.
Cogitationes bonæ Deo placent 443.a
Cogitationes rerum æquo iudici ſatis ad declarationem veritatis 587.a
Cogitationes ſe accuſabunt in iudicio & reuelabuntur 530.d 668.e 816.e
Cogitationes prauæ in animo quot modis exiſtant 497.c & ſeq.
Cogitationes variæ vnde 433.d
Cogitationes moderande 487.f.
Cogitationum voluntates quæ 473.b
Cogitationum ordo duplex 758.d
Cognitio è doctrina paratur 301.c
Cognitio rerum quæ ignorabantur vna eſt. 666.b
Cognoſcendi Deum duo modi 719.b
Cognoſcere Deum vnde poſſimus 699.e

[illegible]
[illegible]
C[illegible]m
C[illegible]
C[illegible] cum inf[illegible]
C[illegible] reue cur quib[illegible] [illegible] dat[illegible] [illegible].d
C[illegible] is a[illegible] vigilan[illegible] d[illegible] [illegible].a
C[illegible] [illegible].a
C[illegible] ſanctus di[illegible]itur pr[illegible]er [illegible] [illegible].d
Co[illegible]s a[illegible]ndi[illegible] [illegible].e
[illegible] generatio 22[illegible].b
C[illegible] q[illegible] mal[illegible] [illegible].a
Co[illegible] ſcriptu- [illegible] admittenda [illegible]
Co[illegible] nu[illegible] repr[illegible] Deo [illegible].b
C[illegible] ſ[illegible]tiam quæ ac- c[illegible] [illegible].a
Co[illegible] 62.b
Co[illegible] omnia in monaſteri[illegible] 8[illegible].a
C[illegible]e infrugi[illegible]tis operi- bu[illegible] [illegible]
Communicans canere Deo laudes debet 35[illegible].b
Communicans indigne damnatus eſt 35[illegible].f
Communicatio corporis & ſangui[illegible] Chriſti neceſſaria ad vitam æternam 35[illegible].e
Communicatio ſubſtantiæ in patre & filio quomodo accipienda 263.f
Communio ſpiritalium chariſmatum 584.b c
Communionis neceſſitas docetur 384.e
de Communione contra hæreticos decretum 591.b
ad Communionem qui admittendi 589.d
ad Communionem accedere an audeat, qui quæ natura fert fecit. 481.b
ad Communionem accedens, quid debeat conſiderare 356.e f
Compilatio ſiue defraudatio quid 507.d
Completorium 414.a
Compoſitum omne diſſolubile 124.b e
Concertatio quid 441.a
Conceſsis a ſcriptura quatenus vtendum [illegible].a b
Concionator euangelicus in[illegible]ruitur 3[illegible]4.e
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] b
C[illegible].a [illegible]m [illegible]te [illegible]89.b
C[illegible]ntia caro [illegible] [illegible]io tran[illegible]enda 5[illegible].e
Co[illegible]piſ[illegible]tia praua quomodo ex- c[illegible]da 4[illegible]4.e f
C[illegible]cup[illegible]entiæ quomodo [illegible] vitetur 4[illegible]d
C[illegible]demnare neminem facile d[illegible] bem[illegible]s 3[illegible]4.c d
Conde[illegible]us nullus ni[illegible] ipſo præ[illegible] ſ[illegible]te ibidem
C[illegible]ndem[illegible]n quid 8[illegible].b
Con[illegible]ta vitanda vt illecebræ voluptat[illegible]s 62 c d
Co[illegible]oris prouidentia 12[illegible].a
Contabulãdum non eſt in templis [illegible].t
Contabulationes ſecretæ 5[illegible]4.f &c.
Confeſsio cordis 101.a
Confeſsio monialium qualis olim 44[illegible] d
Confeſsio de Chriſto libera & intrepida eſſe debet [illegible]52.a
Confeſsio prudenter audienda [illegible]1.a
Confeſsio pro gratiarum actione 84.a
Confeſsionem auricularem aſtruit Baſilius 87.d
Confeſsionem peccatorum aſſerit 84.a
Confidentia animi eſt diaboli imitatio 336.e
Confirmandi & viſitandi fideles 373.b
Confiteri peccata oportet 4[illegible].a b
Confiteri debet ſoror ſeniori præſente antiſtita 447.d
Confiteri quibus debeamus de peccatis 4[illegible].d.e
Confitentes pontifex abſoluit 788.e
in Congreſsibus cum ſenioribus quæ ratio tenenda 410.a & ſeq.
Coniugatæ mulieris moleſtiæ 527.c
Coniugatorum Chriſtiana vita 377.a
Coniugum curarum abyſſus 484.e
Coniugium quibus in peccatum reputetur 533.e
Coniugio liberum eſſe proprium
[illegible]
[illegible]
[illegible] ſuis in [illegible]
C[illegible] expend[illegible]am an[illegible] [illegible]
Con[illegible]os q[illegible]s 788.a
Con[illegible]or[illegible] poniendi 4[illegible]7.a [illegible].a
Conſecrata domino cuſtodienda [illegible].d
Conſecrata Deo vſurpare nefas 4[illegible]
Conſ[illegible] pare[illegible] in matrimo- ni[illegible]orum [illegible].d [illegible]81.c
C[illegible]um Dei [illegible] bis 89.a
Con[illegible]um res diui[illegible] [illegible]48.[illegible]
Conſilia contra [illegible] fidem diſſipanda 3[illegible]0.c
Con[illegible]a mala aduerſus iuſtum non ſuſtori noxia 682.a 848.d
C[illegible] fructus 664.b & 848.b
Co[illegible]is propriis quidam pereunt 2[illegible]5.d
Conſiliarius à Iudæis adeptus quis 6[illegible]9.a d
Conſiliarij 664.b
Conſolandi modus 149.d
Conſolatio ſuper morte vxoris 147.a
Conſolatio ſuper morte pueri 146.d 854.a & ſeq.
Conſtans verò quis 200.e
Conſtantia mera martyris Gordij [illegible]17.e
Conſtantinopolitana ſynodus 586.a
Conſuetudo pietati præiudicãs abroganda 415.b
Conſuetudo ne præiudicet diuinæ ſcripturæ 597.e
Conſuetudo tempore naturæ vires induit 394.b
Conſuetudo mali vix elui poteſt 66[illegible].d
Conſuetudinis vis 147.a
Conſuetudinẽ cum quibuſuis monachus ne habeat 492.f
Conſules 679.a
Conſultoris proprium 848.b
Conſultatio ſiue cogitatio radix eſt actionum 63.e f
Contatio in bonis operibus periculoſa 354.d
Contemplatio dogmatum Chriſti 485.c
Contemplatio circa internum hominem 622.f
Contemplatio rerum cœleſtium 189.d
Cõtemplatiuam vitam acturo quid faciendum 4[illegible]d

[illegible]
[illegible] d
[illegible] z
[illegible] d
[illegible]
[illegible] quomodo ex [illegible] [illegible]rum [illegible]ndæ 581.a
Contentiones ſemper augeſcunt 822.c
Contentos homines ſua ſorte non eſſe 48.a b
Continens perfectè quis ſit. 4[illegible]2.a
Continentiæ verus iam corporis quã animæ e paſsionibus abſtinet 6[illegible] b
Continentia quid 402 b
Continentiæ vocabulo quid intelligendum 4[illegible].a
Continentia quæ 4[illegible].b
Continentia quam efficax 4[illegible].f
Continentia quæ debeat eſſe [illegible] monacho 490.b
Continentia pietatis ſtudioſis neceſſaria 402 d
Continentiæ commendatio 402.f
Continentiæ flagella 522.d
Continentiæ lex in palæſtris data 209.d
Continentiæ modus optimus 382.d
Continentia golę quid poſsit 334.f
Continentiam metuẽdam eſſe corporis viribus 489.e
Continentiam requiri in pietatem colenti 401.a 405.a
Contradicere Deo quale peccatũ 354.a
Contriſtari ad vtilitatem 352.a
de Contriſtantibus fratres & cõtriſtatis 456.a b
Contritio cordis quæ 97.b
de Controuerſiis obortis inter fratres 419.b
Contrariæ res tripartitæ [illegible]2.c
Contumax quo animo tractari debeat 407.f
Conuentus anoni 203.a b
Conuerſatio Chriſti 491.a b
Conuerſatio qualis ſit inſtituenda 406.d
Conuerſatio quæ afferat mala 166.d
Conuictos bonorum multa habet commoda 395.c d
Conuictus Grecorum 162.b
Conuiuatores cum Deo nõ regnabunt 473.b
Conuiuium quid 434.a
Conuiuia quo pacto ferri poſsint 119.d e
Conuiuæ Chriſtiani quomodo tractari debeant [illegible] b
[illegible] filius [illegible]f
de [illegible]bus 4[illegible]a
[illegible] b
[illegible] perbi [illegible]d.
[illegible] ratio [illegible].f
[illegible]
Contumeliis pij tentantur 1[illegible]8 e
Cooperarij gratiæ domini non contemnendi [illegible]
Cor in animalibus vice fundamenti [illegible].e
Cor pro mente 6[illegible] d
Cor contritum [illegible]2.d
Cor iuſtorum [illegible]28.b
Cor iniquorum ibidem
Cordis præ[illegible] qoæ vera ſit [illegible] e
Cordis rectitudo in quo conſiſtat 68.f
Corallium, maris quomodo fiat lapis [illegible] i
Corinthius ſatanæ traditur [illegible].e 8[illegible].e
Cornix [illegible].d
Cornicis in pullos charitas 84[illegible].a
Cornices Ciconiis apparent. 58 e 845.d
Cornu in ſcriptura [illegible]9.a
Cornu narota 692.a
Cornu humore [illegible] ibidem
Corpus Chriſti & ſanguinem quo timore accipienda 456.d
Corpus Chriſti indignè ſumentes 356.f
Corpus Chriſti adire dignè 244.b
Corpus Chriſti quomodo manducandum 357.a
Corpus ex quatuor elementis conſtat [illegible]1.d
Corpus noſtrum quãtò pinguius, tantò grauior eſt carcer animæ 85.c
Corpus animæ vehiculum 2[illegible]2.d
Corpus animæ βαλαντίον 490.a
Corpus contemnendum 819.f
Corpus ſtomom et mathematicum differunt 13.d
Corpus quomodo curandum [illegible].d 522 848.e
Corpus hominis non malum 4[illegible]7.f
Corpus humanum quaſi carcer 145.b
Corpus omne colorem ſuapte natura obtinet, & lenſo percipitur 17.e
Corpus non minus eſſe atterẽdum 5[illegible]2.a
Corpus ſaginatum eſt compẽdiom ad la[illegible] 6[illegible].e
Corpus feræ inſtar cohibendum 21[illegible] d
Corporis condi[illegible] bona 4[illegible].d
Corporis batmo[illegible]
C[illegible] & an[illegible] [illegible]imen [illegible]
[illegible]
Corporis integritas virginitatis ſ[illegible] m[illegible] animæ [illegible]
Corporis vires ſpiritus ſaluti obſunt 9[illegible] d
Corporis eſt ea exequi quę animus recta iudicarit 492.b
Corporis officium 5[illegible].f
Corporis cura negligenda 216.a 8[illegible].e
Corporis vitium minus quàm anim[illegible] 55[illegible].e
Corpora prima elementa 6.c
ad [illegible]orpus ſubſiſtæ conuenientes functiones efficiebantur 145.[illegible]
Corpora quare afficiuntur ſecundum Lunæ variationem [illegible].b
Corpora compoſita coniunctas habent qualitates 19.e
Correctio qualis eſſe debeat [illegible]e. d
Correctionem quo animo ſuſcipiant ij qui deliquerunt 420.d
Corrigi delictum eius qui peccauit quomodo debeat 420.b
Corruptiuum imago rei incorruptæ eſſe non poteſt 48.a
Corticum diſcrimina 24.a
Coruus pauit Heliam 161.b
κόρυμβοι quid 686.a
Coturnices elleboro veſcuntur 22.d
Cratera 175.c
Creare mundum quid 288.e
Creat mala Deus quomodo 164.b
Creat Deus non manoũ corporalium motu 292.d e
Creare & facere in quo differant 89.a
Creatarum rerũ nihil eſt otioſum 22.d
Creatio ſiue creatura vt accipiatur 89 a
Creationis genus triplex in ſcriptu[illegible]tis 623.e
Creationis nomen ſæpe pro renouatione 164.e
Creationis omnium principiũ qui tollant 293.f
Creatoris præ rebus conditis præſtantia 26.b
Creatoris prouidentia 84[illegible] d
Creatura in duas partes diuiditur 2[illegible]
C[illegible]ra noua 288.e
C[illegible]us non eſt. 285.e

[illegible]

Cru[illegible] [illegible] tollere qu[illegible]
Cu[illegible] [illegible]
Cu[illegible]
Cu[illegible] 4.d
Cultus [illegible] quid eſſicit [illegible]
Cu[illegible] pro [illegible]
Cup[illegible] qua ſtum ſtratrum [illegible] nentius ſug. at 18 a
Cupiditates, cu[illegible] ractione mentis oriuntur 5[illegible]c
Cupiditates ſunt nobis vt tela 80[illegible]a
Cura omnium rerum deo committenda 5[illegible]
Cura huius vitæ quæ dicatur 444.c d
Curioſitas vitanda in rebus ad nos non ſpectantibus [illegible].a
Curioſitatem in quæſtionibus vitandam [illegible].c
Curule certamen inſimilat [illegible].c
Cygnis quare collum longum additum 4[illegible].d
Cyriacus ſympresbyter Baſilij 555.c

D

Damaſcus 717.e
Damaſcus quid ſonat 717.a
Damula 743.c d
Dæmon magnus, peccatum 183.e
Dæmon deus dicitur 619.e
Dæmonis inuidia 823.d
Dæmones lucem veritatis reſpicere non poſſe 278.d
Dæmones quando inſultẽt noſtris afflictionibus 83.c
Dæmones eiciuntur oratione & ieiunio [illegible].b
Dæmon[illegible] quomodo futura prænuntiant 721.d

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] toleratur in [illegible]
D[illegible] in pauperibus ex labore ma[illegible] 1.d [illegible]
D[illegible] pauperibus puteos [illegible]tur [illegible].d
Darius mare Ae[illegible]ptium conatus [illegible] cum Indico [illegible] 18.d
Dathan & Abir[illegible] quare à t[illegible] deuorati [illegible].f
Dauid etiam hodie prodeſt [illegible].d
Dauid viuens pœnas peccatoru[illegible] [illegible].c 100.a
Dauid generoſe fortis [illegible].c
Dau[illegible]is innocentia quæ 68.a
Dauidis manſuetudo aduerſus Saulem 172.a 82[illegible].f 821.d
Dauidis muſica 216.c
Dauidis prolapſio 5[illegible].a
Dauidis pœnitentia 228.a
Dauidis quare domus confuſio accidertt 164.f
Debitor quomodo vexetur 73.c [illegible]4.b
D[illegible]ta vnicuique reddenda
Debora 677.a
De[illegible]chordum myſticè quid ſignificet 86.e
Decatelogi 75.d
Decretum impium 195.e
Dedicatio eccleſiæ 82.f
Defectionis initium 584.d
Deſiſtere à deo malitiæ argumẽtũ 64[illegible].f
Deguſtanda omnia quæ in menſa apponuntur 4[illegible].a.d e
Dehoneſtare deum quid 351.d
Delator & eum quem defert & ſeipſum lædit 590.b
Delatorum admonitio 61[illegible].b
Del[illegible] laxantur 219.e
Deliciæ quando obſint 4[illegible]
Deliciæ quæ ſanctis congruant 60.f

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
D[illegible] [illegible]
D[illegible] [illegible]
D[illegible] munus [illegible].c
D[illegible] quentes deum 6[illegible]
D[illegible] [illegible] 8[illegible]o
[illegible] à deo [illegible] atrocius
D[illegible] Ca[illegible]es 79.b [illegible]b
De[illegible] & cogitationum 4[illegible]
D[illegible] [illegible]am eſſe 4[illegible].f
Deſperat[illegible] rem [illegible] ibid.
Deſtruere [illegible] 135.0
Detractor[illegible] 43[illegible].a b
Deus pater an antiquior filio 7[illegible]5.b
Deus affligit vt emendet non vt perdat 15[illegible].a
Deus an noſtro more loquatur [illegible].a
Deus prouidet omnibus 35.b 44.b
Deus quare deus Abraham appellatur 261.e 668.a
Deus quod ſit primum credere oportet 2[illegible]2.b
Deus cur vnus & ſolus dicatur 61[illegible]f
Deus non famet peccatis 807.a
Deus à nullo eſt 262.d 846.f
Deus non adoratur extra eccleſiã 8[illegible].c
Deus non eſt cuiuſuis deus 83.d
Deus cur benignus etiam in ingratos 15[illegible].e
Deus cur homo factus eſt 218.e
Deus nihil fecit improuidè 8.a 43.[illegible]
Deus quomodo dicatur auertere faciẽ ſuam & oculos 85.a 798.b
Deus cuiuſque nouit petionem 799.b
Deus vbique eſt & videt 90.a 798.d
Deus quantus ſit ſciſcitari periculoſum 22[illegible].d
Deus à quibus diligatur 351.c
Deus quomodo cognoſcatur 222.c
Deus quæ nobis tribuerit 148.c d
Deus eſt ſanctorum quiſque 223.d
Deus & ſancti quomodo inuitandi 358.a
Deus qualitati obnoxius non eſt 619.e
Deus quantum nobis deprehendi [illegible] 18[illegible].a b
Deus [illegible]ealis inuiſibilis [illegible]3.a

[illegible]
Deus to[illegible] essentia deus 6[illegible].c
Deus vnus 6[illegible].c
Deus noſter refugium & virtus 1[illegible]9.a
Deus in terra 218.a
Deus non largitur iis qui paup[illegible]ribus negant 15[illegible].d
Deus diligendus & propter eum proximus [illegible].f
Deus ſemper fortunatus, homo minimè 825.ab
Deus non ſtatim miſeretur 161.a & cuius 808.b
Deus miſericors & iuſtus 8[illegible]4.b
Deus quibus ſit pater 6[illegible].c
Deus bene operátibus ade[illegible] 7[illegible]4.d
Deus quos deſerat, & quibus conſolat 8[illegible].c
Deus eſt fons aquæ viuæ 647.f
Deus exercituum [illegible]21.a
Deus innoteſcit ſuis effectis 647.c
Deus agricola noſter 649.b
Deus turris eſt iuſto 694.a
Deus ſuamet beatitudine plenus 652.d
Deus homini omnia ſubiicit 671.d
Deus quos caſtigat 648.ab
Dei beneficia erga nos 148.140.c.d 391.a 796.e
Dei beneficia non ſilenda 564.e
Dei in homines bonitas 160.f
Dei dictis credendum 352.c
Dei iuſsis non aduerſandum 354.a
Dei iudicia non contemnenda 353.d
Dei habitatio quomodo ſit in nobis 551.d
Dei in agnominationibus non temerè quicqnam innouandum 468.e
Dei dona inæſtimabilia 365.d
Dei ſpectanda ſapientia in auibus 67[illegible].c
Dei agricolatio ſumus 649.b
Dei laus [illegible]1.d
Dei cognoſcendi methodus 138.e
Dei eſſentia an comprehendi poſſit 846.e
Dei cognitio in ho[illegible] ſeculo imperfecta 4[illegible].b
D[illegible]gnitio non vnico vocabu[illegible] tinetur 346.e
D[illegible] ho[illegible]nem apprehenſurus deb[illegible] affectibus carere 1[illegible].b
De[illegible] & futur[illegible] [illegible]ur
D[illegible]i pro[illegible]picere & [illegible] 89.e
Dei vo[illegible]untas eius eſt [illegible] [illegible].a
Dei vocem quomo[illegible] de-bemus [illegible].b [illegible].a
Deo quomo[illegible] am[illegible]es red[illegible]mit [illegible] a [illegible].d
Deo vt pa[illegible]us triplex neceſſitas 38[illegible].a
Deo dicatum in humanum vſum retrahere peccatum eſt 438.d
Deo humana aſsignantur 83.a
Deo habitatio in quibus præparetur 83.a
Deo quid offerendum 65[illegible].b
Deo adhærens terrena negligit 7[illegible]6.b
Deum ore confiteri 19[illegible].d
Deum ſequi volenti quid opus ſit 81[illegible].d
Deum incuſare non licet ob creata animalia venenata 45.a
Deum non eſſe auctorem malorũ 163.a
Deum melius res noſtras diſpẽſat, quàm optare poſsimus 628.b
Deum non numero, ſed naturæ vna confitendum 619.d
Deum honore afficere quis dicatur 351.d
Deum eſſe dæmones negare non poſſunt 273.a
Deum laudare opus angelorum 8[illegible].a
extra Deum exiſtens vitam beatam amiſit 381.a
Deum quomodo videmus 846.b
Deum à nobis diligi oportere 391.a
de Deo quid cogitandum & opinãdum 4[illegible].e.f
ex Deo omnia 22[illegible].a
à Deo ſeparari graue eſt 190.e
de Deo loqui periculoſum 346.e
Deatra dei 99.b
Deatrum quid ſignificet 305.c
Diabolus cur ſic dictus 16[illegible].a 59[illegible].a
[illegible] 5.2.e
Diabolus à ſeipſo incitatur a[illegible] 5.a
Diabolus an alicuius ſancti propoſitum impedire poſsit 474[illegible]
Diabolus illuſo noſter 68[illegible].a
Diabolus placari nequit [illegible].b
[illegible]
[illegible] aduerſum nos [illegible]
[illegible] ſtruit viam ad ſal[illegible]
[illegible] tempus præſens no[illegible] 184.b
[illegible]lus noſtram deo exprobrat [illegible]iam 79[illegible].f
[illegible] a d[illegible] nob[illegible] inimicus co[illegible]us non [illegible]ſt 1[illegible].d
Di[illegible]s cur princeps mundi dicatur 167.a
Diabolus malos vnde 16[illegible].b
Diabolus no[illegible]atim creatus eſt diabolus a[illegible]3.e
Diaboli methodus erga diuites 154.d
Diaboli natura 167.a
Diaboli inuidia in hominem [illegible] e 2[illegible]3 e
Diaboli aſtutiæ 2[illegible]8.a [illegible].b 82[illegible].e
Diaboli aſtutia irrita facta 205.e
Diaboli ſuperbia 841.f
Diaboli inſidiæ multiformes 2[illegible]2.bc
Diaboli verba quando deſciuit à deo 673.a
Diaboli variæ impoſturæ in diuinationibus 67[illegible].a
Diaboli potentia in ſuperbos 756.b
ex Diabolo patre eſt qui peccatum admittit 1[illegible].e
Diaconus qui fornicatus eſt deponendus 767.e
Diaconus pollutus in labiis 78[illegible].e
Diaconiſſam violare 781.f
de Diaconis 376.a
Dianæ encomium 603.f
Dialectices virtus 674.f
Dialectica dialogiſmo conſtat 66[illegible].d
Dialectices abuſus 756.e 757.d
Dialectica propugnatrix hæreſeon 751.e
Dibon 751.e 752.a
Dicere facetéve abſque teſtimonio ſcripturarum an quidpiã debeamus 430.a
Dies quid 10.e 3[illegible].a
Dies horarum viginti quatuor 11.a
Dies Halcyonij 59.b
Dies cur vnus & non primus 1[illegible].f
Dies primus qualis 1[illegible].c.11.b
Dies dominicus i[illegible]go reſurrectionis 1[illegible].b
D[illegible] mala iudicij 112.f
Dies ſeptimus 56.a
Dies

Dies domini qualis 655.c 740.a
Dies viſitationis 728.d
Dies vita præſens 689.e
Diei filij qui 473.a
Diei duplex finitio 30.a
Diem quanlibet animæ obtenebrationem adferre 550.d
Die operari 741.c
Dies priores nõ fuerunt iis meliores 648.a
Dies longiſſimi & breuiſsimi 29.e
Dies boni & mali 95.e f
Dies in metiendo tempore ſolùm numerantur 10.e
Digamus à miniſterio excluditur 772.e
Dilectio erga deum quomodo obtineatur 393.b
Dilectio caput doctrinæ chriſtianæ 559.f
Dilectionis bonum ab Apoſtolo commendatur 589.e
Dilectionis erga deum proprium 380.b
Dilectionis præcepta 351.d
Dilectionem dei doceri non poſſe 389.f
Diligere deum quomodo quempiã iodicetur 351.e
Diligentis dominum proprium 373.c
Diligentes muocra 662.e
Diluuium baptiſmi gratiam ſignificat 80.e
Diodorus 628.d
Diodorus ſympresbyter Baſilij 600.d f
Diogenis Cynici dictum 565.a 216.a 612.f
Diogeois laus 216.f
Diogenes paſtorale poculum abiecit 629.d
Diomedis apophthegma 555.a
Dionyſij aduerſarij Sabellij errores 564.d
Diſcedeodum ooo eſt fratri aliquò venia noñ petita 449.a
Diſcendum ſine pudore 551.d 814.a
Diſciplina quid 175.e
Diſciplina duplex 176.b
Diſciplina præferenda multę pecuniæ 176.a
Diſciplina violenta non eſt diuturoa 812.f
Diſcipulus domini qui fieri poteſt & quis dicatur 151.a
Diſcipulorum Chriſti demooſtratio 151.e
Diſcordiæ & diſſentiones in Rep. vode 340.e
Diſpenſator ſtrennus 694.d
de Diſpeoſatore 453.a b
Diſpenſationis origo 341.c
Diſputantes aduerſus nos quomodo docendi 375.b
Diſſeotio ioter nos vnde 341.b
Diſſimulatione non vtendum aduerſus peccaores 437.b
Diues nemo, itemque pauper ſi tantùm quiſque vſurparet quantùm opus eſſet 153.c
Diues ſuperbus taxatur 137.d
Diuitis io Lazarum inhumanitas 831.b
Diuites cur ſint, alij verò pauperes 153.d 832.a
Diuites taxantur 150.d 153.e 829.c d
Diuites eguerunt qui 94.d
Diuites inconſtantes 835.a
Diuitum aoxietas 833.d
Diuitum quærimoniæ 151.a
Diuitibus ſunt diuitiæ vt pauperes inopia ſubleuent 663.b 684.d
Diuina oatura ineffabilis 189.a b
Diuina natura nullis nominibus exprimi poteſt 599.c
Diuioa myſteria ſilentio colenda 217.d
de Dininis ſemper diſſerendum 619.b
Diuinis parua & vilia noo accommodanda 272.a
Diuiniras ob omoi perturbatione alieoa eſt 99.a
Diuinitas vna eſt 698.a b
Diuinitatem prorſus negare atheorum eſt ibid.
Dininandi varia ratio 737.e
Diuinatio inepta 669.f
Diuinãdi mos apud Chaldæos &c. 670.d
Diuioationibus qui ſe addixit, ſeſe deuouit dæmooibus 670.d
Diuitiæ veræ 203.d
Diuitiæ Chriſti 229.b
Diuitiæ contemnendæ 94.d 208.a 808.e
Diuitiæ multis luxuriæ cauſa 157.d & malorum 832.e
Diuitiæ non ſunt bona 763.e 816.a
Diuitiæ ſunt fluxæ 121.f 834.a
Diuitiæ quare qnibuſdam largiantur 834.c d
Diuitiæ vitæ incommodis non liberant 832.b
Diuitiæ nihil proſunt morienti 852.b
Diuitiæ & ſanitas miniſtræ malorum 832.d
Dinitiæ ad contumeliam excitaor 670.e
Diuitiarum cupiditas peccatum 670.f
Diuitiarum contemptus 116.e 121.e f
Diuitiarum fructus 837.c
Diuitiarum vſus 828.e
Diuitias animæ coaceruare 210.c
Diuitias noo eſſe ſectandas 362.b
Diuortium quamobrem fiat 377.a
Doaris oppidum 554.f
Doctrioa veritatis quales Chriſtianos exigat 378.e
Doctrina Chriſti 679.a
Doctrinæ chriſtianæ caput 559.f
Doctrinæ plures modi 163.a
Doctrinæ prauæ pernicioſis pharmacis aſsimulaodæ 580.e
Doctrinæ ſacræ à prophana differentia 213.c
Doctrinam alienam ab euangelio non eſſe tradeodam 371.d
Doctor quaſi parens 95.a
Doctor ſaluti ſuorum pronideat vſque ad mortem perſeoerando 373.c d
Doctor ſeipſum exemplar præſtet ad res boneſtas 372.a
Doctor ſi annuntiare neglexerit, bomicida eſt 456.d
Doctor in eccleſia bumilitatem exerceat 374.b
Doctor miſericors ac mitis ſit 373.e
Doctoris officia 372.b
Doctores mali oon toleraodi 360.d
Doctores falſi io laqueos diaboli pelliciunt 661.d f 711.d
Doctores & non factores 722.a
Doctores improbi pœnitentiam agant 752.c
Doctores ſophiſtæ quibus conferaotur 701.f
Doctorum præſidentia 584.b
Doctoribus licet quoſcũqne coarguere 652.c
Doctoribus improbis, væ. 727.f
Dogmata vetuſta veoeranda 326.b
Dogmata fidei plurimùm conducunt 656.a
Dogmata diuina non ſunt prophaois miſcenda 718.a
Dogmatum prauorum authores plectentur 117.b
Dolendum cur ex officio quandoque 141.b
Dolor conſolantis dolorem auget 149.a
Dolor mentis temulentia 131.c
Dolores mortis 123.b
δόλος quid 442.e
Dolus quid 71.a 96.b
Dolus in Chriſto non eſt inueotus 682.e
Doloſus vir vulpeculæ ſimilis 103.b
Doloſos vrſo comparat 52.e
Dominus prope eſt 97.a
Dominus non ſubſtantiæ nomen ſed poteſtatis 267.d
Dominus in iudicio alios ab aliis ſecerner

ſecernet 684.b
Dominus quantò præſtet Abrabæ 667.b
Dominus in iudicio cum populo diſceptabit 659.f
Dominum derelinquentes conſumentur 665.a
Dominum ſuos non deſerere 554.e
Domine deus meus, vox plena affectu fiduciæ 83.d
Domini erga ſeruos quomodo ſe gerant 378.a
Domitianus 627.b
Domus inſtar ſepulchrorum 626.e
Domus eburnea 107.a
Domus dei eccleſia 130.d
Domus quid deſignat 706.e
Domus pro dogmate 696.b
Domus dei Iacob 668.a
Domus domini quando inclareſcet 666.e
Domus Iſraël vt lutum figuli in manu domini 693.e
Donec, acceptio 215.d
Donum dei etiam immeritis traditur 458.b
Donum dei comprimens 439.e
Donum dei pecuniis non acquiri 365.d
Donum quod deo acceptum 76.a 850.d
Donum ſpiritus ſancti debet nobis ſufficere 366.c d
Dona dei gratis impertienda 265.e f
Dona dei incomparabilia 365.d
Dona dantur à deo ad vtilitatem cuiuſque 365.e
Dona dei penſare nemo poteſt 722.d
Donorũ diſpenſator ſpiritus 281.a
Donorum ſpiritus diuiſiones 192.e
Donis à deo acceptis qui ſe exercuerit, idoneus qui præterea aliis donetur 366.a
δωρεὰς vnde 135.e
Dormire dei 83.a
Dormiendum non tota nocte 146.a
Dormientium ſub dio & luna capita humore replentur 31.e
Dormitationis intempeſtiuę cauſa, & eius depellendæ gratia 435.a
Dorotheus 571.d 574.d 585.a
δόξα quid 730.b 732.a
Draconum ſabula 216.e
Dulce ponere amarum 703.b
Dulcedo 702.d. 703.b
Duo Prophetæ Noë & Amos 646.a b
Duplex cauſa excuſationis iis qui inuitabuntur vt præſiderent populo 681.e
Durabile nõ eſt in memoria, quod inuitè diſcitur 62.b

E.

Ebrietas animæ 132.e
Ebrietas dæmon voluntarius 186.a
Ebrietas quid dicatur 131.d
Ebrietas taxatur 186.a
Ebrietas fortitudinis pernicies 188.a
Ebrietas imprudentiæ mater 133.a
Ebrietas origo totius impietatis 698.a
Ebrietas varia 704.d
Ebrietas mala 186.a
Ebrietatis incommoda 129.c 131.d 839.e 636.a
Ebrietatem ſpiritum ſanctum expellere 131.d
Ebrius torrenti ſimilis 697.f
Ebrij deſcriptio 839.d & ſeq.
Ebrij quomodo ad ſobrietatem reducti 186.a
Ebrij gentium idola 188.a
Ebriorum valetudo 187.a
Ebrij beſtiis peiores 186.e
Eccleſia filia dei 147.b
Eccleſia domus dei 667.a
Eccleſia quos vitare debeat 588.e
Eccleſia quomodo diuiditur 760.b
Eccleſia babet omne genus artes 136.d
Eccleſia Chriſti metropolis 664.d
Eccleſia chriſtianorum per charitatem adoptatur 294.e
Eccleſia nauigio comparatur 576.b
Eccleſia quomodo facta meretrix 661.e
Eccleſia à quibus affligatur 661.c d
Eccleſiæ pulchritudo mari comparatur 20.e
Eccleſiæ facies turbulentiſsima 584.a
Eccleſiæ vſitatis vocabulis inhærẽdum 345.d
Eccleſiæ ſtatus deploratur 585.a 584.a 586.f
Eccleſiæ dei conſuetudo 411.f
Eccleſiæ fundamenta 667.a
Eccleſiæ filij 108.a
Eccleſiæ bonis malè vtentibus non aſſentiendum 662.b
Eccleſiam ſuam epiſcopus ne derelinquat 585.a
Eccleſiam qui opprimunt eam ampliorem reddunt 719.a
Eccleſiarum communis ſit cura 593.a
Eccleſiarum deſidia vnde 340.c
Eccleſiaſtes Salomonis liber quid contineat 174.c
Ecebolius 607.d
Echo quid 743.e
Edem 60.e 665.d
Edere carnem Chriſti quid ſit 620.c
Editius Parnaſſenus 554.e
Effectus quid 7.e
Egreſſionis, aſcenſionis & fugæ diſcrimen 712.a
ἐγκρατείας 401.e d
ἐκλαμψις 471.e
Elatus quis 438.f
Eleale quid 758.a
Electi duo populi 89.d
Electrum 24.f
Electionem in naturam non cadere 599.b
Eleemoſyna non differenda 153.a
Eleemoſyna an munder 473.d
Eleemoſyna cum iniquitate acquiſita abominatio eſt coram deo 634.e
Eleemoſynæ non dandæ excuſationes 832.d
Eleemoſynam dãtes ne babeamus rationem perſonarum 830.a
Eleemoſynam dare an fratres debeant 446.b
Eleemoſynam dãtes poſt mortem taxantur 157.e
Elementa Græcè quomodo dicantur 20.a
Elementorum ſingulorum qualitates 19.e
Elephantus 44.d
Elepbanto formidoloſus eſt mus 45.a
Elephanto quare pedes inarticulati 44.d
Elephantorum ætas 44.e
Eliſæus mutauit ſalſilaginem in aquam dulcem 145.c d
Elizabeth 677.b
Elleborus coturnicibus eſt cibus 22.d
Eloquia domini dulcia 702.e
ἐμβλέψαι quid 698.a
Elpidius 553.f
Emmanuel 110.e 718.d
Emmelia 865.d
ἐμπλάκιον 686.f
Encomiorum lex 195.b
Enoch ſeptimus à generatione hominum mortem non vidit 56.b
Enoch eccleſiæ myſterium Ibid.
Eparmata 612.d
Ephraim quid 711.a
Epicteti animus in tormentis 613.b
Epinicia & odæ pro parta victoria 118.a
ἐπίνοια quid 258.a
Epiſcopatus nomen ad quos deuenerit 554.e
Epiſcopus eccleſiæ Lycbinus 560.a

Epiſc-

Epiſcopus qualis eligendus 552.f
Epiſcopus vitæ formam præ ſe ferat 372.b
Epiſcopus euangelicus 376.a
Epiſcopus ædificationem ſubditi curet 372.c
Epiſcopus ciuitates & vicos circumeat 372.d
Epiſcopum deſignate domini eſt noſtrum petere 577.d
Epiſcopo deſignando digna virtus ſpectanda 560.e
Epiſcoporum auaritia notatur 625.f
Epiſcopos qui ordinant pecunia taxat 591.f
de Epiſcopis 376.a
Epiſtolarum vſus maximum doni 573.e
Epulandi habitus 552.a
Equeſtre certamen 196.b
Equitatu non eſt vſus Iſraël 90.d
Equus ſanctis non fuit in vſu 50.d
Equi quomodo domandi 149.d
Equi fallaces & quare 671.a
Equorum vſus à deo non approbatus 670.f
Erat 305.b
Eremi laudes 511.a 512.b
Ericius quid 746.a
Ericij natura 747.f
Eridanus fluuius 14.e
ἔρις quid 441.a
ἔριθος quid Ibidem.
Errare à via iuſtitiæ qui non poſſint 163.c
Erroris cauſa 675.d
Erudiendum quomodo 814.c
Eſaiæ cum populo iudaico collatio 709.d
Eſau per gulæ vitium à deo abalienatus, & in ſeruitutem fratri redactus 129.c
Eſcam deo non commendare 522.e
Eſcarum qualitas diſcernenda 621.b
Eſcarum copia nociua 636.a
Eſebon 752.d 756.f 757.f
Eſſentia quinta 6.b
Eſurientē paſcere opus miſericordiæ præcipuum 162.a
Eſurientibus opitulando à peccatis abſoluemur Ibid.
Et, coniunctio 322.b c
Euagationes mentis vnde oriantur 433.d
Euagrius quis 554.a
Euangelium liberè prædicandum 372.d
Euangelium audientes & non reſipiſcentes grauius puniri 350.a
Euangelium & apoſtolica ſcripta ad vnum ſeruanda 354.b
Euangelium quomodo prædicandum 373.a 374.d
Euangelium occultos animæ affectus prohibere 361.a
Euangelium quid 717.b
Euangelium quid adfert 717.b
Euangelij prædicator non debet plus poſſidere quàm naturalis vſus deſiderat 374.f
Euangelij præeminentia 190.d
Euangelij & legis diſcrepantia 361.a b
Euangelij lectio quantùm proſit 595.b
Euangelij propagatio cita fuit 717.b
Euangelio verè obediens qui 35?.a
Euangelio contenti ſimus 581.a
Euangelia ediſcere quomodo debeat 367.a
Euangelicam doctrinam qui ſuſcipit, vacare debet omni inquinamento. 351.a
Euangeliſtas non diſſentire 879.d
Euangeliſtarum in ſcribendo ordo 271.c d
de Euchariſtia 356.e
Euclidis patientia 215.a 826.b
Eudoxius Rhetor 605.c
Euentus tripiices ſunt 9.a
Eulalius epiſcopus. 606.d
Eunomius taxatur 165.c
Eunomij arrogantia taxatur 629.b
Eunuchi 874.a
Eunuchi myſtici 545.f
Eunuchi propter regnum cœlorum præſtantiores 541.c
Eunuchorum tres ſpecies 541.c
in Eunuchos inuehit 541.c
Eunuchiſmi myſtici præmium 542.e
Eunuchimum quem damnet 544.e
Eupraxius 617.a
Eupſychi ſynodus 561.a
Euripotum natura 31.d
Euſebius Anteſignanus Arrianorū 602.b
Euſebius Cōſtantinopolitanus Arrianus 588.f
Euſebius palæſtinus 326.e
Euſebius epiſcopus Samoſatenus 616.c
Euſebij Neocæſarienſis laus 576.e
Euſtathius philoſophus 627.f
Euſtathius ex Sebaſtia Arij ſectator 588.e 594.e 601.e
Euſtathius medicus 597.b
Euſtochium ſophiſtes 611.d
Exacerbatio quid 438.e
Exactor quis 682.d
Exaltati deus quomodo dicatur 83.a 672.d
Excandeſcentia quid. 438.e
Excandeſcentiæ proprium 441.b
Excelſus & ſublimis differunt 673.d
Exercitationis vtilitas 215.e
Exercitationem corporis honeſtā eſſe 489.e
Exhortationis vis 132.a 810 a
Expiatio vna 653.c 658.b
Expiatio duplex 690.f
Exponentes pueros taxantur 39.d
Ex quo 304.d
Exquirendi ſignificatio 93.a
Extrema quæque periculoſa ſunt 521.a
Exultationis noſtræ in domino quæ cauſa eſſe debeat 86.a
Exultationis vocabulum in ſcripturis ibid.
Exuuiæ quid 729.a
Ezechiel vidit ſpeciem gloriæ domini 845.f
Ezechiæ medicina 422.a

F

Facetias ſectati monachum non debere 496.b
Facies quomodo obſcuratur 128.b
Facilius nihil eſt quàm ſeipſum fallere 501.b
Facta aliorum nobis non prodeſſe 354.e
Facta bona quorum non ſit occultare 475.c
Facta & dicta noſtra debent fulciri teſtimonio diuinarum literarum 357.f
Facta infecta eſſe non poſſunt 627.d
Facta virorum quomodo legenda 214.f
Factis omnibus rectè, ſi vnum defuerit, ſalutem non adipiſcimur 466.d
Facta omnia manifeſtabūtur in iudicio 838.a
Falces qui intelligantur à propheta 669.a
Fama melior quàm diuitiæ multæ 151.d
Fames grauiſsima 871.d
Fames quibus ex cauſis à deo immittatur 159.a
Fames ac ſqualor tempore Baſilij 158.d
Fames humanarum calamitatum caput 161.e
Fames hominum peccata punit 163.f
Fames menſam ſuauē facit 8,9.b

Fames

Fames ad virtutem vtilis 722.e
Famis quauta vis eſt oeceſſitas.161.f 836.c
Famis iocommoda 161.e
Fames verbi domini 656.b
Famis diuerſæ ſpecies 722.f
Famis expoſitio 656.a
Familiaritas cum deo quomodo acquirenda 457.b
Fatum qui ponebant & qui negabant 669.c
Fatum Chaldæi inducebant 745.e
Feneſtræ animæ 524.d
Felix quis dicatur 613.a
Felicitas æterna quæ 850.b
Feſti dies ſanctorũ quare celebrandi 195.c
Feræ victitabant fructibus 55.a
Feræ de ſe beoe meritos amaot oaturæ inductu 457.d 463.a
Ficus quomodo inſerantur 819.a
Ficorũ imbecillitati quo pacto mederi poſsit 24.c
Fides quid 345.e
Fides tractatur 352.c
Fides eſt deitatis coofeſsio 281.d
Fides & in ſimplicitate ſermouis non in apparatu verborum 125.a
Fides & baptiſma duo modi parandæ ſalutis 310.d
Fides quæ in deum eſt ageoda præſtuere debet 497.a
Fides in deum patrem & filiũ dogma neceſſarium 274.c
Fides Theologiæ fundameotum 125.b c
Fides nititur diuinis ſcripturis 718.a
Fidei confeſſio Baſilij 345.d e
Fidei Chriſtianæ coofeſsio 347.a
Fidei ſolius iuſtificatio. 205.f
Fidei iu coofeſsiooe liberè agendũ 352.a
Fidei cooſtantia ſeruari debet 360.d
Fidei menſuram deus vnicuiq; partitus eſt 251.f
Fidei virtus 124.f
Fidei verbis quidam more medicorum vtuntur 587.e
Fidem quidam deſerunt 497.a
Fide infirmioribus quomodo parcendum 360.e
Fideles confimandi 373.b
pro Fidelibus orãdum vt meliores quotidie fiant 372.e
Fidem ne motet Chriſtianis 360.d
Fidendum auxilio diuino iu periculo 367.e.f
Figura quid 311.d
Filius altiſsimi quis 126.d
Filius ante ſecula cùm ſit ouoquam eſſe incipit 270.e
Filius quomodo nõ creatura 621.a
Filius cur dictus verbum 191.e
Filius Chriſtus ſubſtãtiæ imago eſt 283.c
Filius quomodo io ſeipſo patrem oſtendat 263.c
Filius io diuiois 189.d
Filius contumaciæ quis 272.a
Filij proceſsioois ſimile 272.a
Filium deum à ſcriptura appellari 272.e
Filium à ooo eſſe ad eſſe productũ 270.c
Filium genituram dicere temerarium eſſe 268.d
Filium non eſſe facturam 267.a
Filij perditionis 66.a
Filij prodigi hiſtoria 228.e
Filij ſapientiæ 67.d
Filij erga parentes quomodo ſe gerant 378.a
Filij quare quærendi 203.c
Filij diffidentiæ & iræ 478.e
Filiorum Eli pactum 457.e
Filiorum procreatio 865.c
Filiis quid theſaurizandum 202.b
Filia Sioo quæ derelicta à domino 649.e
Filiæ regum 106.f
Filiæ duæ humanæ coouerſatioois 162.d
Fimbriæ aureæ 107.f
Finis Chriſtianorum 111.e
Fiois ſaltandi &c. perditio 698.e
de Fine humano diuerſæ opiniones 111.e.f
Fines artium ſpectãdi 698.e 817.c
Firmamentum qua ratione cœlum 15.d
Firmameoti oomine in quibus vtitur ſcriptura 13.d 14.f
Firmameoti natura quæ ſit 13.c
Firmiliani liber 327.d
Flagitioſè facta quomodo eouotiãda 465.d
Flagellat deos populum pro peccatis 648.a
Flere cum flentibos quomodo deceat 149.c 828.a
Fletus initium iucuoditatis 753.c
Florum fugacitas 60.a
Fluctus animi 180.d f
Fluminis impetus 109.f
Flumioum ortus 14.d
Fluuius lætificans ciuitatẽ dei 110.a
Fœmioa quare paſsiua & vir actiuus 519.a
Fœminæ quædã partum eduot abſque maſculo 715.a
Fœoerator lepori ſimilis 833.e
Fœueratores taxat 72.f 832.e
Fœnus 73.f 74.d 75.b 833.e
Folia in arboribus 24.d
Footium eſt puteorum origo 14.d
Forceps 707.b
Forma dei 45.f
Formicæ ſolertia 43.a 74.e 829.f 833.d 848.c
Formicæ deſcriptio 629 b
Fornicatio Canooicorum reprimẽda 769.a
Fornicatio non eſt matrimonium 776.b 781.c
Fornicator quis ſit 774.f
Fornicatrix 776.d
Fornicatores grauius peccãt quàm trigami 783.d e
Fornicatorum pœnæ. 775.b 785.f
Fortis quis ſit 827.b
Fortuoam & fatum non admittendum 628.b
Fortuitum nihil 87.e
Frater qui in corporis debilitatẽ inciderit an in hoſpitale amaodari debeat 476.e
Frattes in oeceſsitate vſui eſſe 569.b
Fratribus quo animo ſit ſeruiendũ 454.d
Fratrum vous ſit animus 576.d
Fratrum cohabitatio iucunda 395.f
Fratrum cura ſuſcipienda 362.d
Fratrũ conoeotus in voo pago plures conſtitui an conueniat 411.c
Fratrum collegia vniri vult Baſilius 411.d
Frigoris dolor 199.e
Frigore martyres multi coecati 199.e
Fructus illorum quorum labores 384.e
Fructus pœoitentia digni 477.a
Fructus ſpiritus ſancti qui 649.b
Fructus cordis qui 661.a
Fructus animæ filij vocantur 747.d
Fructus quos percepturi ſumus à deo 661.a
Fructuum ablatio 758.a
Frugalitas io ſuſcipieodis hoſpitibus ſeruanda 360.b
Froges multis periculis oboozıæ antequam domum comportentur 152.d
Frumentatores 871.d
Frumentorum mos 871.d
Fucus muliebris 820.d
Fucum mulierum adimet dominus 686.c
Fugere quos debemus, cootrà verò imitati 358.b
Fulmioa quare fiant 387.e
Fumus quid 750.a d
Fundamentum fidei quod 696.b
Fuoctio Seraphin 708.a
Furor quid 438.e
Furor cœli quid 742.f
Furoris proptium 441.b
Futem celans etiã puniendus 788.a
Fures quomodo puoiantur 786.a

G

GAbaooitarum aſtutia 178.f
Gabriel angelus quare non ceciderit 166.b

Galba-

Galbanum 654.d 658.b
Galeæ ſpirituales 132.e
Gallina 38.a
Gallus gallinaceus 38.a 40.b
Gangrænorum altaria in agro ſubuertuntur 587.b
Garrulitas ocioſa 433.f
Gaudium quid 141.d
Gaudium in domioo quod 460.b
Gaudiũ cui aīç a Deo īgignatur 82.d
Gehenna 698.d
Generatio Chriſti venerãda 217.e
Generatio diuina quomodo intelligitur 268.e
Generationis ſenſus per ſimilitudinem 235.b
Generationis duæ ſpecies 646.e
Genethliacos perſtringit 28.a. 87.c 745.b
Genicula in frugibus 22.a
Genitalia membra 520.b
Geuituræ vocabulum 269.a
Genitus eſt 217.e
Gentilium librorum lectio damnoſa 606.e
Gentilis quomodo ad fidem perſuadendus 580.d
Gens & populus 647.d
Gens tota peccatrix 647.d
Gentes vnde euanuerint 275.d
Gentium impietas per fidem abluta 206.d
Gentium variæ nationes 667.d
Gentes ad dominũ veniũt 667.c d
Gentes quid exquirebant à ſuis idolis 722.a
Genua flectere & erigere 324.e
Gen⁹ prophetarũ obſeruatur 646.a
γίνας quid 732.a
Geri aliquid nòn rectè 247.b
Giezi prolapſio 509.a
Gigas quis 90.b
Gigantes qui 677.e
Gigantum arrogantia 205.c
Gigis annulus 868.d
Gladius Dei ſpiritusſãctus 622.d
Gladius piſcis 35.f
Gladio petire quid 785.b
Gloria iuſti & ſpiritus in eo exiſtẽs 85.e
Gloria iuſti magna 321.a
Gloria hominum quomodo amplectenda 207.e
Gloria Dei finis vitæ Chriſtianæ 838.b
Gloria vana hominũ 121.a 842.a
Gloria hominis vera quæ ſit 205.b
Gloria benefactorum 828.d
Gloria iuſti eximia 672.b
Gloria vana ſugienda 52.f 495.d
Glorię inanis fugiendæ ratio 137.d
Gloriæ vox variæ ſignificationis 730.b
Gloriæ inanis cupidus quis 438.b
Gloriæ inanis epitheta appoſitiſſima 495.f
Gloriæ captandę vitium quo pacto vitetur 435.b
Gloriæ humanæ cupiditate moueri alienũ ab hoīe Chriſtiano 366.b
Gloriæ humanæ inconſtantia 21.d
Gloriam & honorẽ quomodo deo offerimus 76.c d
ad Gloriam dei omnia facere quis dicatur 460.d
Gloriari de benefactis non debemus 365.d
Gloriandum non eſt ob bona corporis & animi 92.a
Gloriatio in domino quæ 468.d
Gloriatio vetita ibid.b
Glorificare deum quid 351.d
Gloria in frugibus ad quid 22.a
Glorioſũ apud hoīes haberi 207.d
Goliath fatui ſuperbia 205.e
Gomorrha quid 651.b d 745.a
Gordius militiam exercuit 195.d
Gordius Cæſarienſ. ciuis fuit ibid.
Gordius deſertum petiit 196.a
ad Gordij martyriũ tãto ſtudio plebs cucurrit vt ciuitas prorſus vacua fuerit 197.b
Graculorũ inſtar vt ſint permittẽdũ de aquilarũ volatu iudicãtiũ 614.b
Græci ex Moſi libris aliqua didicerunt 212.f
Græcorum conuictus 162.b
Gratia in labiis Chriſti 105.a
Gratia dei ad proprias libidines vti peccatum 365.e
Gratia in baptiſmo 274.d
Gratia ſpiritus ſancti non per tenuitatem officij minuitur 560.a
Gratiæ prius agendę deo de his quę quotidiana neceſſitas corporis requirit 365.a
Gratiæ diuinæ participes eſſe non poſſumus niſi perturbationes & vitia prius eiiciamus 121.b
Gratiam dei ſupprimẽs vt talẽtum occultans condemnatur 439.e
extra Gratiam poſiti an ad deũ clamare debeant 183.f
Gratiæ ſemper agẽdę deo tũ in proſperis tũ in aduerſis rebus 91.e
Gratiæ deo agendæ de his quæ ad neceſsitatẽ corporis ſpectãt 365.a
Gratiarum agẽdarum ratio pro beneficiis acceptis 146.
Gratias in omnib⁹ agẽdas eſſe 146.b
Gratias deo quomodo agamus etiã in calamitate 146.b c & ſeq.
Gratitudo quæ deo probetur 148.e
Gregorius mandauit ipſo mortuo oīa ſua bona pauperib⁹ dari 603.a
Gregorius nudo capite orauit 578.e
Gregorius magnus 578.d
Gregori⁹ Nyſſen⁹ Nyſa abact⁹ 554.f
Gregorij theologi pietas modeſtia 557.e
Gregorij magni factũ memorabile 327.a
γιτιζειν quid 626.a
Gruum natura 38.d 843.e
Gubernator intelligens 180.b c
Gubernãdi modus optimus 614.f
Gulæ morbus incurabilis 334.d
Gulæ intemperantis incommoda 129.b c 131.b
ex Gulæ vitio malorũ ilias 334.d e
Gulæ vitiũ nõ in eſcarũ copia tantũ, ſed in voluptate atq; guſtato 334.d
Gulam in officio ſi continueris paradiſum habitabis, ſin minus pabulum mortis futurum 335.a
Guſtus in ſacris literis 179.d
Guſtus fons voluptatum 520.e
Guſtus qualis ſenſus 521.e 2.ſeq.
Gutta 106.e

H

HAbitus ornatus quis 462.e
Habitus tam virtutis quàm vitij paulatim comparãtur 647.d
Habitudo corporis duplex 667.e
Habitudo bona periculoſa 133.f 219.d 819.f
Hæreditas bona 203.d 723.b
Hæreſis eccleſiæ putredo 8.e
Hæreſis quid 766.b
Hæreſis Anomæorum 728.a
Hæreſe⁀s mater ſuperbia 702.a
Hęretici non ſunt rebaptizandi, ſed Chriſmate inungendi 767.a
Hæretici ſcripto oſtendant reſipiſcentiam 586.e
Hęretici per zizania deſignãtur 22.f
Hæretici an ſint recipiẽdi in exceſſu vitæ 769.a
Hæretici quibus noceant 577.a
Hęretici lenitate fiũt peiores 617.d
Hæreticę mulieres virginitatẽ profeſſæ an ad matrimouiũ recipiendæ 774.e
Hęretici malũ verbũ eructãt 104.b
Hæreticorum labor & ſtudium 584.f & ſeq.
Hæreticorum conſuetudo omnia laudare 255.d
Hæreticorũ reuocatio quorundam 601.d
Hæreticorum incooſtantia 602.e
Hæreticorum mores 584.f
Hæreticis quibus rebus populus aſſueſcat 584.f
Hæreticos chriſtianum nomẽ prætexere 585.b
Hæreticos eſſe arguendos & vitandos 603.d
Halcedinis natura 39.b
Halcyon 799.e
Halcyonij dies 39.b
Harmonia cœlorum & coocentus taxantur 13.a
Haſta & lancea quæ 669.a
Hæbræorũ aſtutia erga Ægyptios 178.e
Hebraica io diuinis cõſulẽda 273.e
Hebraicas quaſdam voces quare

non auſi interpretari 268.e
Heli filij interficiuntur 342.e
Heli peccatum punitur 801.b
Helias & Ioães philoſophi 870.d
Helias per ieiunium meruit videre dominum 129.d
Helias in ſpeluncam quare ſeceſſerit 196.a
Helias igneos currus non expauit 182.a
Helias ieiunio clauſit cœlum tres annos & menſes ſex 133.e
Helias à coruis paſtus 161.b
Helias magnæ viſioois ſpectator 129.d
Heliæ ieiunium 811.a 825.e
Heliæ zelotis ira 170.d
Heliſæi ieiunium 129.d 811.b
Helluo veotrē deū pręſtituit 665.c
Herbæ aliquid ortæ 421.c
Herbæ noxiæ cur creatæ 21.d
Hercules cum duabus mulieribus 214.d
Herinaceus marinus futuram tempeſtatem præſentit 35.a
Herinacei terreſtris natura 43.a
Hermogenes Cæſareæ epiſcopus 588.f
Heſiodi laus 214.a b
Heteroſcij 29.e
Hieremiæ perpeſsio quod nō faceret verba ad populum 812.e
Hieremiæ fletus 828.b
Hieremiæ verbum domini quomodo factum 185.e
Hiericus in ora maris ſita 204.d
Hierocleus 624.a
Hieroboam vaccas aureas commētus 711.a
Hieroſolyma quare exciſa 164.c
Hieroſolymitana obſidio qualis 583.d
Hieruſalem in colle ſita 204.d
Hieruſalem cœleſtis 690.b
Hieruſalem ædificate 696.d
Hieruſalem repudiata 681.d
Hieruſalem deſtricta 706.d
Hippij animus leuis 628.f
Hiruodo viſum ſibi reſtituit 39.a
Hirundinis ſolertia ibid.
Hirundinum & olorū fabula 555.e
Holocauſtorum diuina interpretatio 653.a
Homerus breuiloquus 555.e
Homerus de Margite 215.e
Homeri poeſeos cōmēdatio 214.b
Homericus equus 869.d
Homo quid 50.a 72.b 848.e
Homo duplex 179.a 209.f 646.e 655.f
Homo id quod ſecuodum animam eſt 48.d
Homo animal natura mite & congregabile 391.a
Homo ſociale animal ibid.
Homo quomodo ad imagioem dei 48.d 671.e
Homo qua in re à brutis differat 186.b
Homo cur ſit erectæ ſtaturæ 139.a
Homo minor mundus dicitur 58.a
Homo ſingulis ferè horis alterationi obnoxius 102.f 118.b 103.a
Homo quomodo dominatur animantibus 48.b f
Homo ſanguinis Chriſti precio redemptus 113.f
Homo brutis viribus inferior, ſed ratione præſtantior 26.a
Homo animal præſtantiſsimum 671.d
Homo imagine dei coboneſtatus 671.d
Homo humilis 672.b
Homiois cum deo nulla comparatio 706.b
Homiois ſuperbi conatus eſſe caducos 673.e
Hominis ætates & incrementa 50.c
Hominis ætates & alterationes 124.c d
Hominis natura duplex 490.e
Hominis creatio ſingularis 203.f
Hominis proprium rationalem eſſe 19.d
Hominis dignitas 47.a
Hominis prærogatiua quanta 115.d
Hominis inconſtantia 48.a
Hominis caput ſurſum verſus erectum 42.c
Hominis quanta proceritas futura ſit, ex trimo puero indicatur 50.d
Homini quid maximè peculiare 392.a
Homini turpe ſeruire affectibus carnis 48.e
Homini variæ conceſſæ ſunt facultates 671.d
Homioes nubeculis ſimiles 602.a
Homines hic eſſe qui dicantur 126.b
Homines boni & aſino ſimiles & deteriores 647.a b
Homines mūdi amantes 817.a
Hominum vita labilis 674.e
Hominum vita duplex 331.e
Hominum tres ordioes 212.f
Hominum & vitis allegoria 23.d
Homicidæ prognati ex diabolo 754.a
Homicida quis 781.d
Homicidæ io bello tres annos à cōmunione abſtioebant 772.e
Homicidæ voluntarij pœna 767.d 770.c 772.d
Homicidia voluntaria & inuoluntaria 769.d e 784.f 785.e
Homouſios 764.c 765.a
Homouſiaſtæ 587.d
Honor an ſit affectandus 435.d
Honor viri vnde naſcatur 221.c d
Honorem quomodo offerimus, & contra 76.d
Hooores an debeat appetere monachus 504.c
Honorare deum quid 351.d
Horrea diuitum 836.a
Hoſpites quomodo accipiēdi 403.e
Hoſpitum ſuſcipiendorum ſcopus 404.e
Hoſtia vna 653.e
Hoſtia quæ ſit grata deo 652.d
Hoſtis veritatis variè quotidie nos impugnat 207.f
Horrendum incidere in manus dei 706.a
Hortus 665.d
Humana inualida 90.c
Humaoæ vitæ duplex methodus 331.e f
Humanum genus à puro homine redimi non potuit 113.b
Humanarum rerum inconſtaotia 2.d 60.a 94.f 180.b
Humilis & ſuperbi colla. 634.f
Humilis viri habitus 841.b
Humilis animi argumentum 412.a
Humilem animā quæ deceāt 551.e
Humiles & abiecti non aſpernandi 366.e
Humilitas quid 460.f
Humilitas duplex 672.c
Humilitas eſt Chriſti imitatio 336.c
Humilitas animi quid 462.b
Humilitas quædā illaudabilis 97.e
Humilitas iuſtorum & peccatorū 97.b
Humilitas Chriſti 207.a
Humilitas Dauidis 673.e
Humilitas eſt virtutum theſaurus 497.a
Humilitas virtutū contentrix 335.f
Humilitatis exercitatio 477.c & indicia 841.b
Humilitatis virtus 205.a
Humilitatem perſequi quomodo debeamus 207.d
Humilitatem ſectandam vt maiorem gloriam aſſequamur in regno cœlorum 361.c d
de Humilitate 204.f
ex Humilitate gloria naſcitur 207.a
Hydræ fabula 546.a
Hydroparaſtatæ 767.a
Hyemis initum 29.d
Hymnodiæ nocturnæ 584.b
Hymnorum vis & vſus 551.a
Hypocrita quis 128.b
Hypocritæ deformoſiſsimi apparebunt 665.e
Hypocritæ quercui ſimiles ibid.
Hypocriſis fugienda 228.b
Hypophetæ qui 190.e

Hypo-

Hypoſtaſis 564.d 565.d 764.e

I

IAcob Innocentia 178.d
Iacob dominus Eſau ex benedictione patris 319.a
Iacob gratus deo 668.a
Iacob muſicem quare auerſatus 699.d
Iacob Iſraël quare dictus 668.a b 725.e
Iacob & Iſraël differentia 746.a
Iaël 677.a
Icarius 617.d
Iconium ciuitas 554.b
Idolum execrandum 671.e
Idolum eiicit qui reſpuit mendaciũ 676.a
Idola appellatione dei denominati 558.d
Idola abominatio ſunt 671.c d
Idola argẽtea & aurea eiicere quid 676.c
Idola ſunt inanes animæ conceptiones 676.b
Idololatria dicitur iguomioia 674.d
Idololatria extremum eſt malum 671.f
Idololatræ in ſupplicium præcipitabuntur 665.d
Idololatræ qui 769.d
Idithum quid 119.d
Idumæa 119.a
Iechonias regno expulſus 762.f
Iecur concupiſcentiæ organum 546.e
Ieiunabant omnes ad vnũ 132.c
Ieiunare facilius quàm ſe ingurgitare 810.d
Ieiunare nihil prodeſt anima peccatis referta 41.b
Ieiunandum quomodo 130.a b
Ieiuoandum adhibita moderatione 490.f
Ieiunium 450.d 451.f
Ieiunium græcè quomodo dicatur 128.a
Ieiunium armatura eſt cootra impios ſpiritus 131.b
Ieiunium prophetas gignere 129.d
aduerſus Ieiunium non ſe ingurgitandum 132.f 133.a 134.a
Ieiunium voum fuiſſe baptiſtæ vitam 130.e
Ieiunium omni tẽpore vtile 132.a
Ieiunium expeditus comes iter facientibus 132.d 8 0.e
Ieiunium pœnitentiæ initiũ 134.b
Ieiunium angelorũ imago 133.d
Ieiunium oratiooem in cœlum deferre 130.a
Ieiunium lege antiquius 128.c
Ieiunium lætitiæ quædam occaſio 130.b
Ieiunium Lazari 128.e 130.e
Ieiunium Heliæ 129.d 133.e
Ieiunium Heliſæi 129.e
Ieiuoium trium puerorũ 129.e 811.c
Ieiunium Danielis 129.f
Ieiunium noo additur per temulentiam 131.d
Ieiunium ſanitatis cuſtos 133.f
Ieiunium ciborum ſumptionẽ condit 130.b
Ieiuoium cuiuis hominum conditioni & ordini vtile 133.b 810.b
Ieiunium laudabile quod 134.b
Ieiunium verum quod 132 c 134.b
Ieiunium eſſe oeceſſarium ſuo exẽplo docuit Chriſtus 656.d
Ieiunium Moſis & Heliæ 656.e
Ieiuoium deo gratum deo & inuiſum quod 655.d 658.a
Ieiunium non perficitur abſtinentia ciborum 655.d
Ieiunium hypocriticum fugiendũ 656.a
Ieiunantium capita angeli recenſent 132.e
Ieiuoij laus 129.d 130.a 131.d 133.b
Ieiunij ratione non ſumenda crapula 132.f 133.a
Ieiunij poſſeſsio vnde ad nos 129.a
ad Ieiuoium exbortatio 812.b
Ieiuoij laus à vetuſtate 128.d
Ieiunij commoda 133.b c
Ieiunij ſimulachrũ quod fuit 128.d
Ieiunij effectus 655.d
Ieiunij ratio 656.a
Ieiunio dominus reſiſtit diabolo 130.e
Ieſus ſaluator 219.a
Ignauia quantùm malum 403.b
Ignis neceſſaria natura 14.e
Ignis in corporibus latitans inooxius eſt 5.a
Ignis ſpiritalis vis 254.d
Ignis duæ facultates 79.a 731.f 850.a
Ignis purgatorius 707.a 708.e 727.b 732.a
Ignis inferni vis 849.e
Igne conflagrabunt omnia 14.e f
Iguoranter peccans pœoæ oboonxius 439.b
Ignorantia dei mors animæ 848.f
Ignorantiæ ſummæ ſignũ 257.a
Ignorantiæ venia danda & obliuioni 772.a
Ignoratio dei mors animæ
Illecebra quid 752.f
Illuminati ad meliora opera præparantur 288.c
Imago dei Chriſtus 225.e 752.c
Imago inuiſibilis dei quomodo intelligitur 272.a
Imaginem dei per affectionũ alienationem recipere 381.a
Imaginem dei defœdatam quomodo reſtituemus 381.a
Imaginẽ dei non referimus in corpore noſtro 47.f
Imaginem dei non eſt fas contumeliis afficere 742.e
Imagiues rerum viſibilium apprehendere oequimus 277.a
Imaginatiooes vitioſæ abominatio ſunt 671.b
Immaculatus quis 76.e
Immortale quomodo in deo accipiendum 160.a
Immuoditia quid 441.a
Imitatores Chriſti qui 312.e 339.c
Imperata quatenus exequenda 448.a
Imperatiuus loquendi modus in ſacris ſcripturis 469.a
Impertibile quid 260.f
Impij quomodo vitandi 570.d
Impiorum præſtigia 194.d
Impietas propriè in deum peccatũ 63.f
Impiorum in concilium qui abeãt ibidem.
Improborum ſocietas oon præiudicat bonis 501.a
Improbitas latens periculoſa 255.d
Imprudens quis 114.d
Impuritas quid 375.f
Impoſtores 661.d
Impoſtorum aſtutia 702.b
Inanis quomodo decidat ab inimicis 66.e
Inaures 687.a
Incantatoribus non fidendũ 109.b
Incantatrices quæ. 788.b
Incarnatio domini immaculata 220.d
de Incertis non iudicandum 364.c
In quid ſignificet 304.b 321.e 322.e 325.a
Inceſſus animum indicet 551.f
Inceſtuoſi pœna 769.d
Iuclemens quis 430.d
Incommodum pro oomiue Chriſti ſuſtinendum 368.a
Incommodum vnde maximum reſiliat 663.d
Inconſtantia iumento aſſimilis 494.f
Inconſtantia ſtultitiæ ſimilis 502.b
Inconſulti 848.d
Incontioens quis 401.f
Incontinentia quid 441.a
Incontinentia ex vino 840.a
Incontinẽtiæ malum 452.a 649.e
Incorporale loco non circuoſcribitur 60.d
Incorporeum in deo quomodo accipiendum 260.a
Incorruptibile figurari nequit 48.a
Incorruptibilis deus quare dicatur 259.a
Incredulis nulla venia relinquitur 344.c

ab Incredulis quando diſcedēdum 375.d
Increpandi ratio quæ tenenda 151.de
Increpandus frater quo animo ſit 446.a
Increpatio animæ medicina 420.f
Increpatio pio ſuſcipienda 376.e
Increpationis modus 443.be
Incuſare quando cōueniat 363.bc
Indifferentia & media quæ 763.e
Indigentia ſanitatis mater 422.f
Indignatio quid 170.d
Indignatio neruus animæ 169.f
Indignationis iuſtæ proprium 440.b
Indus fluuius 14.d
Induere nouum hominem 107.f
Indumentum chriſtiano coouenięs 405.b 686.a
Indumentum auferet nobis dominus 685.f
Indumenta Rebeccæ 686.e
Indumenta varia filiarum Sion 686.e
Inferiores magiſtratibus ferè ſimiles 65.b
Inferiores antiſtitis miniſteriū ſubire non reformident 409.b
Infidelitas mater fornicationis 661.b
Infideles quomodo ad fidem perſuadendi 580.c
Infideles coarguendi 678.a
Infideles infirmantur viribus erga crucem 677.a
Infirmitates ſæpe eſſe peccatorum flagella 422.e
Infirmitatibus quomodo remedia inuenienda 551.b
Infirmiores quomodo tractaodi 360.e
Infirmorum viſitatio domini mandatum 588.d
Infirmorum tria genera 217.d
Inflatus quis 438.f
Ioflatos io diabolicum crimem incidere 256.e
Influxuum cœleſtium cognitio 27.d
Ingenio non abutendum 663.c
Ingenitus deus quare dicatur 259.a
Ingenitum eſſe quid 272.d
Ingenitum variè accipi 295.e
Ingratos exemplo à cane deducto taxst 44.a
Inhabitatio dei vera 531.d
Inhoſpitales exemplo cornicum taxat 38.e
Inimicus biſariam iuuandus 457.d
Inimici peculiare iudicium 457.c
Inimici qui ſunt diligendi 457.c
Inimici domini 663.d
pro Inimicis orandum 365.c
Iniqui ſuccendentur 666.a
Iniqui reiiciendi à congregatione 663.f
Iniuria in proximos duplex 659.b
Iniuriæ dimittendæ formula 466.c
Iniuriarum præteritarum memoria non retinenda 364.a
Iniuriarum remiſſio immortalem famam parit 627.b
Iniquè agentibus an communicādum 249.d
Innaſcibilitas an io ſubſtantia dei ſit 258.a
Innocens qui 178.b
Innocentia duplex 178.c
Innocentia Dauidis quæ 68.a
Inobediens frater quomodo tractari debeat 407.f
Inobedientes taxantur 435.f
de Inobedientibus 419.a
Inobedientia cuiuſq; verbi an morte ſit digna 245.d
Inobediētia magnorum malorum radix 449.a
Inquinamentum carnis ac ſpiritus quid 438.b
Inquinatio ſpiritus quid ibid.
Inſecta quare ſic dicta 40.c
Inſecta oliuo pereunt, aceto reuiuiſcunt 40.d
Ioſidiatores quomodo vitandi 367.d
Inſomnia qualia obueniant 146.b
Inſtrumentum bumanum 537.a
Intelligentia quæ & quomodo à deo petenda 463.e
Intelligentia quid 699.e 703.e
Intelligentiam humanam reprimere tumorem animi 565.c
Intelligens 703.e
Intemperantia quid 441.b
Interpres quis 678.a
Interrogatus ſubmiſſa voce reſpōde 335.b
Iotuitus pudicitiæ index 523.a
Inuidentia ſequitur diabolum 170.b
de Inuidia 171.b 202.e 203.e
Inuidia cui dominari non poſſit 173.e
Inuidia viperæ comparatur 171.b muſcis & vulturibus 173.a. Cācro.
Inuidiæ antidotum 173.b
Inuidia inter pares & proximos 172.d
Inuidia Caio 171.e Saul ibidem.f 172.c fratrum Ioſeph.ibid. b & 823.d
Inuidia Iudæorum 172.c
Inuidia nihil pernicioſius 171.b
Inuidia proprium diaboli vitium 203.e 204.a
Inuidia amicitiæ peſtis 172.e
Inuidiæ malum 171.e
Iouidiæ booum 823.e
Inuidiæ epithera 171.f 173.a
Inuidiæ remedium 173.b
Inuidus beneficentia irritatur 172.a
Inuidia cor hominis conſumit 202.d
Inuidi diaboli miniſtri 172.f
Iouidi virtutes in vitia conuertunt 173.b
Inuidi mores 823.e
Inuidi & pacifici collatio 633.b
de Inuido 171.d 173.a
Inuido nunquam deeſt triſtitia 171.c
cum Inuido non congrediendum 172.d
Inuidorum faſcinaotes oculi 172.f
Inuiſibile quid 7.e
Inuiſibile io deo quomodo accipiendum 260.a
Inuiſibilia per inuiſibilia cognoſcuntur 698.a 699.e
Iouocationis verba cum paots eucbariſtiæ oſtenditur 324.a
Inuoluntaria quæ 71.d
Ioas ignis domini 711.c
Iob proprium contra ſeipſum prædicit caſum 207.c
Iob calamitates ſuas cum ſilentio pertulit 594.e
Iob inuictus athleta 150.d
Iob exemplum 142.ef
Iob variè afflictus 164.f
Ioannes cæteris euangeliſtis excellentior 190.d
Iob patientiæ mercedem accepit 825.c
Iob verax 827.d
Iob conſtantia 142.f 824.d
Iob fortitudo 551.b 827.d
Iob vxor exprobrat pietatem 824.c
Ioſapha à deo reprehenſus 206.f
Ioſeph hiſtoria quem fructum babeat 551.b
Ioſeph iuſtus 220.c
Ioſeph quid ſeruum fecerit 172.e
Ioſeph pudicitia 534.d 819.d
Ioſeph auari imitari debent 151.b
de Ira 167.d 202.b
Ira & furor dei 99.a
Ira quid 168.d 438.e 705.d
Ira & iodigoatio quî differaot 170.d
Ira quomodo compeſcenda 168.d 434.e
Ira bona & mala 170.ab 167.d
Ira momentanea quædam inſania eſt 168.a
Ira mentis eſt temulentia 131.c
Ira nihil ſtultius 169.d
Ira bonarū actionū miniſtra 170.e
Ira vt facilè recreatur 138.d
Ira dei nobis eſt eruditio 705.e
Ira pro correctione 728.f

Iræ appendices & germina 171.a
Iræ officioſæ vtilitas 169.f
Iræ antidotum 169.e
Iræ filius quis 473.a
Iræ incommoda quomodo fugiẽda 167.f
Iræ vis 822.b
Iræ ac futoris fructus 167.f
Iræ locum date quid 468.a
Iram vincere ſupra naturã eſt 821.b
Iracundia ex animi elatione 400.c
Iracundi conſortium eſſe fugiendum 821.f
Iracundo non aſſidendum 202.b
Iracundos cani comparat 52.e
Iraſci quomodo non poterimus 434.e 450.a
Irati habitus 168.a
Irati nomine belluarum vocantur 167.e
Irati à dæmonibus nihil differunt 168.a
Irati ſui immemores 167.f
de Irato 131.d
Irrnæus vicinus apoſtolorum temporibus 226.d
Iris fluuius 596.b
Iridis deſcriptio 567.d
Iſraël non eſt vſus equeſtri exercitu 90.d
Iſraël interptetatur 647.c
Iſraël per vineam intelligitur 695.b c
Iſraël eſt eccleſia vidua liberata à iugo ſeruili legis 659.e
Iſraël incultus manet 694.e
Iſraël ſimilitudine bonis exprimitur 647.692.a
Iſraëlitæ à deo nutriuntur in deſerto 161.b
Iſraëlitarum ruina qualis 206.d
Iſter fluuius 14.d
Iubar inuentor citharæ 699.d
Iucunda etiam faſtidiunt 130.c 839.c
Iudæ prolapſio 509.a
Iudæ interpretatio 727.e
Iudæ fortitudo 727.d
Iudæa regio fœcunda 692.a
Iudæi ſex annos errabant, ſeptimo quieſcebant 56.a
Iudæi Eunomio magis pij 289.a
Iudæi compatantur equo indomito 158.d
Iudæi exleges 651.a
Iudæi benrficiorum immemotes 709.e
Iudæi cæci 651.b
Iudæi de doctrina Chriſti mirabãtur 679.a
Iudæi deteriotes populo Sodomæ 651.f
Iudæi traditi in reprobum ſenſum 718.d
Iudæi alligatunt Chriſtum 682.a
Iudæi prophetas non habẽt nec latriam 650.a 682.a
Iudæotum calumniæ 219.a
Iudæorum inuidia 172.c
Iudæorum interitus cauſa 682.d
Iudæorum reliquiæ ſaluæ fient 710.d
Iudæorum improba viuendi ratio à gentibus 670.d
Iudæos quare reiecit dñs 653.b c
apud Iudæos qui numerabantut 732.e
Iudex 682.e
Iudex quiſque iniquus eſt ſui 841.f
Iudex fieri non optandum 842.b
Iudicis officium 177.e 816.c 818.a
Iudicare quatenus ſinimur 455.b
Iudicare pro probate 67.c
Iudicare de altero ſecus non debemus 364.a
Iudicandum non eſſe de obſcuris 364.c
Iudicandi pulcher mos 596.e
Iudicandi homines quo ordine ſint 684.b
Iudicium rectum 177.d
Iudicium quibus conuenit 608.d
Iudicium non ſine miſericordia 829.d
Iudicium iræ dei debet alios erudire 353.d
Iudicium de capitis ſupplicio anxiè fiebat 596.e
Iudicium fieri nou debet in perſonarum acceptione 364.c
Iudicium in ſcriptura 67.c
Iudicium 683.f
Iudicium dei timendũ 659.a 720.a 849.d e
Iudicium dei nobis proponendum 802.d
Iudicium incipit à domo dei 740.f
Iudicij extremi commonitio 95.c d 850.a b
Iudicij dies tremendus 93.c 95.c 740.a 837.f 850.a
Iudicio maioris partis ſtandum 449.d
Iudicia dei non eſſe contemnenda 353.d
Iudicia dei timenda 462.e
Iudicia dei nuper ſcrutabilia 261.b
Iudiciorum dei timorem docuit Chriſtus 246.b
Iugum Criſti lene 181.e 361.b 806.b
Iulianus 628.c
Iullitta martyr. 144.c
Iullittam in ſtruem lignorum accẽſam inſiluit 145.b
Iullittæ diem feſtum agendum indixit Baſilius 145.f
Iullittæ corpus illæſum manſit ex igne 145.b
Iullittæ mira conſtantia 145.a b
Iumentis comparatus 116.b
Iuramentum in ſcriptura quid 71.f
Iuramenti forma vbi quærenda 771.e
Iuramenta quæ non iuramenta 772.b
Iuramentorum ſpeciem qui habẽt 72.a
Iurare an liceat 71.e 777.c
Iurare cur deus dicatur 228.a
Iurare Clinias noluit 215.b
Iurantes ne cogantur ad periurium 771.d
Iuſtitia multiplex 68.a
Iuſtitia quare filius Dei dicitur 228.d
Iuſtitia Dei non ſecũdum perſonarum dignitates 605.b
Iuſtitia diuina 177.b
Iuſtitia quędã homini inſita 177.a b
Iuſtitiæ ratio non eadem quæ peccati 228.d
Iuſtitię gloriatio ſuperbiæ vitio perditur 206.c
Iuſtitiæ proprium 387.d
Iuſtus in principio ſermonis ſeipſum accuſat 207.c
Iuſtus arbori plantatæ comparatur 61.a
Iuſtus proficit in meliùs 705.e
Iuſtus à ſua iuſtitia ſe auertens 648.a
Iuſti quomodo ſumus 228.d
Iuſti actio 92.a
Iuſti via 93.a
Iuſti non fuerunt omnino Moſes & Abraham 228.d
Iuſtum quid 168.f
Iuſtum quid apud deum 228.a
Iuſtiria dei, angelorum & hominũ 68.a
Iuſtitiam faciens 70.d
Iuuenis moribus 680.a
Iuuenes apud Iohelem promiſsiones habere 179.b
Iuuenum mores indomiti 848.b
Iuuenum conſuetudo perniciosa 334.a
Iuuenum adminiſtratio periculoſa 848.b

L

LAborandum vnicuique 490.a 362.e
Laborare qui nolet fratet quomodo puniendus 439.e
Laboraſcerarum 403.a
Laboris & requietis viciſſitudo 383.c
Laborem agricolæ imminuit ſpes fertilitatis 62.f
Laborem fratres quo animo ſuſcipere debeant 416.d
Labores aſſueti minus offendunt 132.d
Labore parta diligentius ſeruamus 12.b

Labore gloria acquiritur 184.d
Labris pollui quid 787.e
Lacedęmoniorum legatis Atheniēſibus reſponſum quale datum 608.f
Lachryma fœnus æterni gaudij 142.a
Lachrymæ erumpentes afflictionis copiam diſcutiuot 582.f 584.c
Lachrymę Chriſti quales 141.f 142.a
Lachrymę in magnis calamitatibus non ſunt cohibendæ 142.d
Lachrymæ vnde & quàm vtiles ad leuandam animi triſtitiam 142.b
Lachrymæ ſanctorum 141.d
Lachrymarum origo & ratio phyſica 141.c d 142.b
Lachrymarum ſocietas ſolatium 760.h 828.a
Lachrymis quatenus indulgendum 142.d 827.b
Laconicarū mulierū veſtitus 687.c
Laconiſmus 555.d
Lacus in ſcriptura 83.e
Lacus in malam partem 69.d
Lacuſtris aqua quo differat à puteana 69.e
Lætitia virtutis comes 488.b
Lætitiam quæ pariūt extra nos ſunt 139.e
Lamech peccatum 437.e
Lancea 669.a
Lapidem mouere 217.c
Lapidum nomine quid deſignatur 726.a
Laſciuia quid 441.a
Laſciuia naturam lædit 209.c
Latria quid 465.e 650.b
Laterum nomine quid deſignatur 726.a
Latronum interfectores an puniēdi 785.a
Latum clauum quid 687.b
Lauachrum adultorum 660.b
Laudabile non eſt quod inuiti ſubimus 123.c
Laudare deū opus Angelorū 80.a
Laus dei quid 91.f
Lazari ieiunium 128.e
Lazari patientia 422.d
Lazari ſuſcitatio 142.a 827.c
Leænæ partus difficilis 42.e
Lebes ſpei meæ 119.a
Lectio inter edendum cum attentione audienda 458.b
Lectionis ſcripturarū vtilitas 551.b
Legere arbitratu ſuo libros an aſcetæ debeant 445.d
Legendi quomodo gentilium libri 212.e
Lenitas falſa quantū malum 408.a
Leonis natura 42.d
Leoni vociferator ſimilis 52.f
Leones pios paſcunt 161.c
Leporum natura 74.c
Leproſi Dauidem Hieroſolymis excluſerunt 563.e
Letoius Meutēſis epiſcopus 518.b
Leuia quæ 201.d
Lex diuina non actum ſolum, ſed voluntatis ſententiam damnat 543.c
Lex ciuilis punit non medetur, cōtra lex eccleſiaſtica 781.d
Lex quid 652.a
Lex ex Sion 668.c
Lex diuina doctrix & magiſtra veritatis 722.d
Lex ſpiritualis ſpiritualiter intelligenda 653.e
Lex ſimilis fructui teneti corticis 65[illegible].b
Lex obſignata eſt & intellectu difficilis 720.e
Legis & Euangelij diſcrepantia 361.a
Legis ſumma, diliges proximum 653.e
Legis iugum quibus oneroſum videtur 719.d
Legem exemplar eſſe & vmbram cœleſtium 706.e
Legem obſeruare, futura prędicendi ratio 722.c
Legem qui dicūr obſignare 720.e
Legum gentium diſcrepātia 177.b
Legiſlatori contumelia eſt deſpectio legum 76.e
Leuare de fonte baptiſmatis 615.d
Libanij laus 626.c d
Libanus Idolatriæ locus 78.d 81.f
Libanus mons 674.a
Liberationem quomodo homo accipiat 231.d
Liberare & ſeruare quomodo differant 66.b
Libera voluntas ad bonum & ad malum 747.b
Liberi fiebant Hebræi ſeptimo anno 56.a
Liberæ facultatis ſeu voluntatis aſſertio 661.a
Libertas arbitrij aſtruitur 660.e
Liberius epiſcopus 589.a
Liberorum procreatio benedictione digna domini 540.c
Liberorum erga parentes officium 378.b
Liberorum cauſa non ſont cumulandæ opes 157.d 832.a
Libido nulla vehementior quā maris & fœminæ cōiunctio 484.b
Libidinis incentiua vnde 520.e
Librorum multitudinem culpat 589.a
Lignem vas myſticè 165.a
Lignum vetitum cur deus in paradiſo poſuerit 166.d
Lilij flos citò periens 103.b
Lingua quare vna 526.c
Lingua creata ad benedicendum non contra 636.d
Linguæ natura 139 b
Linguę cuſtodia ſit in virgine 526.a
Linguæ veloces ad calumniā ſternēdam 564.b
Linguæ peccatum multiplex 96.a
Lingua deum negare & corde confiteri an liceat 197.e
Linum fumigans quid 477.d
Lis quid 441.a
Litaniæ quando cœptæ 578.d
Literæ nudæ an ſit inſiſtendū 262.a
Locuſtarum prælia 40.c
λαλιά quid 434.a
Loquendi opportunitas 496.a
Loth naturæ fines contumelia affecit 334.e
Lotophagorum penuria 558.c
Lucifer quo pacto ſit pulcherrimus ſtellarum . 10.d
Lucifer peiorem naturam accepit 280.d
Luctus bonus 460.c
Luctus laudabilis 85.d
Luctus multùm prodeſt 755.b
Luctum mortuorum immoderatū non probat 143.a
Lumen animæ 271.f
Lumen Iſraël in ignem 731.f
Lumbus quid 752.f
Lugentium habitus 149.b 159.a
Lugentium voces 143.b
Luna in deliquio non abſumitur 27.a
Luna carminibus minimè transferri poteſt 31.f
Lunæ mutatio corpora afficit 31.b
Lunæ lux aduentitia non eſt 27.a
Lunaris annus 30.b
Lupi & agni fabula 597.d
Lupo raptorem comparat 52.e
Lux 10.a 702.d
Lux deus eſt 283.d 724.b
Lux pro ſplendore 26.d
Lux mundi Apoſtoli 229.b
Lucis filij qui . 473.a
Lucis pulchritudo ſiue bonitas 10.c
Luxus in compotatiunculis 697.b
Luxuriæ annexa 700.f
Lycaones 422.d
Lydia arena 216.e

M

Machabæorum matris conſtantia 855.b
Machæra quid 669.a
Macrina nutrix Baſilij 591.a 595.f
Magi cur primi Chriſtum adorarūt 219.e
Magorum dona interpretantur 220.a
Magiſtratus debet ſuis affectibus imperare 53.a
Magiſtratus quomodo molliendi 607.f
Magiſtratus ad vindictam ſint tardi 38.b

Magiſtratus quales eſſe debeant 8;5.b
Magiſtrum ſecularium puerorum an monachum conueniat 477.e
Magiſtro inſciente quicquid fit ſacrilegium 333.a
Magnanimitas quid 702.f
Magnus quis 730.a
Magni duplex acceptio 30.b
Magnificare dominum quis dicatur 92.d
Magnificentia quid 78.a
Magnificè de nobis ſentire nõ debemus 165.c.d
Magnificus verè quis dicatur 78.b
Maiori honos deferendus 335.b
Maiores ad maiora aſtringi 361.d
Maioribus ſubiici debemus 378.d
Maioribus dignus quis 355.d
Malagma quid 648.e
Maledictus qui fecerit ſculptile 676.b 671.b
Maledictum quid 434.a
Maledicendi de aliquo tẽpora duo ibidem.
Malignitas quid 441.e
Malitia quid 488.f. 702.d
Malitia quaſi funiculus 701.a
Malitia mentem hominis voluptate inueſcat 719.d
Malitiæ deploratæ homines vitandi 363.f
Malitiam morbum eſſe in anima 418.c
Malum quid 43.c 165.e
Malum duplex 163.e
Malum nihil niſi peccatum 164.f 165.b
Malum cum bono non eſt creatum 165.d
Malum non ſolum bono, ſed ſibi repugnans 104.a
Malum nullum eorũ quæ patimur 163.d
Malum bono penſandum 821.c
Malum à Deo non promanat, ſed à nobis ipſis 9.a
Malum magnum quod 816.d
Malum in animæ læſionibus gignitur 165.c
Malum à Deo alienatio 166.b
Malum ſemper eſt malum 383.d
Mali vitatio virtus 183.d
Mali nomen pro vexatione 164.d
Malo vno caſtigato, multi conuertuntur 67.b 842.e
Mala cur infligantur hominibus 163.d 802.c
Mala quomodo facilè feramus 144.a
Mala à nobis ipſis oriuntur 441.c
Mala noſtra non eſſe celanda 100.c
Mala vitanda 65.a
Mala vltronea acceſſimus 74.a
851.d
Malorum excogitatores 442.e
Malorum omnium grauiſſimũ charitate carere 390.e
Malorum Deum nõ eſſe auctorem 163.a
Mamas martyr 221.a
Manaſſes per pœnitentiam è captiuitate liberatus eſt 228.d
Mandatum Dei rectè faciẽtes quomodo tractandi 356.b
Mandatum magnũ & primũ 351.b
Mandatum primum cohibere linguam 96.a
Mandatum Domini quomodo faciendum 355.b c
Mandatum Domini vt ſtudioſè exequamur quomodo obtinere poterimus 457.a
Mandati Dei finis 353.d
Mandata dei facere nõ pietatis gratia quale peccatum 449.a
ad Mandata Dei ſegnes quomodo ſeduli reddi queant 435.e
Mandata Dei ordinem habere 389.a b
Mandata Domini fidelia 345.c
Mandata Dei omnia æquè ſeruanda 355.a ibidem.d 386.e
Mandata Dei exequendi cur ipſe pri⁹ nobis vires ſuggeſſerit 390.a
Mandatorum Dei ſeries 389.a
cum Mandatorum Dei contemptorib⁹ periculoſũ eſt habitare 394.d
Mandragora 22.d
Manichæi tellurem animatam dicebant 36.b
Manichæorum error circa abyſſum 8.f & circa tenebras. 8.d
Manichæos taxat propter fatalem caſum 147.a
Manducare ad gloriam Dei 402.d
Manè prophetæ cur miſſi 699.f
Maona 311.d 751.e
Manſuetus quis verè 92.d
Manſuetudo patiẽtiæ mater 496.c
Manſuetudo Dauid erga Saulem 172.a 551.e
Manſuetudinis laus 92.c
Manſuetudinem in indignãdo poſſe ſeruari 496.e
Manſiones multæ in domo patris 691.a
Manus Dei 99.d f 734.e
Manus martyris flamma incenſa 194.b
Manus ſuperbiæ 343.b
Manus incruenta & ſacrifica 618.a
Manus fortis quæ 719.a
Manus impoſitionẽ Euſtathius doloſè obtinuit 588.f
Manus nomine quid deſignatur 706.a
Manus organa ſunt expleodæ cogitationis 682.c
Manus in cœlum tollere 657.d
Manum nemini citò imponendam 371.b
Manuum officium 54.e
Marcellus hæreticus 572.e 579.a 589.c
Marcion duo principia inducit, & duos deos 225.b
Marcion cum ſuis adhuc hodie nocet 531.d
Marcion Euangelij deprauator 269.b
Marcus Alexandriæ euangelizauit 299.d
Mare eſt fons & origo totius humoris 20.c
Mare arena coercetur 18.d
Mare quomodo bonum ſiue pulchrum apud Deum 20.b
Mare Aquilonium inſultius exteris 34.d
Mare quomodo potulentum fit 20.a
Mare hanc vitam ſignificat 180.a
Maris aqua cur amarulenta 15.d
Maris occidui æſtus 31.d
Maris nomine quid intelligitur 735.e
Maria multa recenſet 19.c
Margites qualis vixerit 215.e
Maria cur deſponſa fuerat 218.d
Maria poſt partum virgo 219.b
Mariæ & ſanctorum fit commemoratio in miſſa 857.a b f
Mariæ ſororis Moſis peccatum 801.a
Martyr quidam in agone Chriſto abrenunciat 200.b
Martyris conſtantia in tormentis 194.a
Martyrum vera laus 198.e
Martyrum encomium 221.b
Martyrum gratiarum actiones 200
Martyrum oſſa tacta ſanctificant 127.a 853.f
Martyrum memoriæ quales olim 415.a b
Martyrum conſtantia & dicendi libertas 199.a
Martyrum quadraginta hiſtoriæ 198.e & ſeq.
Martyrum quadraginta cuſtos martyr fit 200.c
ad Martyrium exhortatio 197.f
Maſculus ter in conſpectu Domini apparebat 653.d
Maſculorum concubitores puniendi 769.c
Maſculis erga fœminas cõcupiſcentiæ vis inſita 536.a
Maiaza 613.e

Matet & frater Chriſti 275.a
Matris virile facious 201.a
Matris Baſilij mors 553.d
Materiæ vium poſterius ars inuenta docuit 7.f
Matrimonium legitimum quod 533.d 781.b 790.c
Matrimonium non diſſoluendum 771.a 783.a
Matrimooium tempore ſeruitutis contractum non valebat 780.d
Matrimonio iuncti quomodo in cœnobiis recipi debeant 399.a b
Matthæus generationis Chriſti ſecundum carnem interpres 271.c
Matthæus non facultates modo ſed & piacula contempſit 396.b
Matutinæ boræ cur inſtitutæ 413.e
Maximi laus 565.b
Maximinus 864.d
Medi vnde dicti & qui 743.f
Medicina ars cur nobis indulta 421.b
Medicinæ commendatio 46.d 597.b
Medicinæ vſus 422.e
Medicus corporalis & ſpiritualis 136.c
Medici verbi Dei 749.e f
Medici animæ iudicium 775.a
Medicorum operas non negligendas eſſe 421.a
Medicorum induſtria 817.b
Medicos aliquam vim ſentiendi auferre 553.b
Mediocritatem in omni re ſeruandam 490.a
Meditatio ſcripturarum diuinarum ad quid valeat 551.a
Mel 38.c
Mel diuina doctrina 179.d
Melchiſedech 667.b
Meletius epiſcopus 571.d 586.f
Melodia pſalmorum cur inuenta 61.f
Membrum membro indiget 797.b e
Memoria quid 531.a
Memoriæ inſidet teoacius quod cū oblectatione diſcitur 62 c
Mendax quis 125.d
Mendax ex ignorantia piaculo obnoxius 439.b
Mendaces bomioes in ſtateris iniquitatis 121.e
Mendacium peſſima atmatura 597.e
Mendacinm ſine timore effutiri 587.a
Mendacium fœtus diaboli 596.a
Mendacium à veritate diſcetnendum 822.d e
Mendacium ex diabolo prognatū 578.f
Mendacia fugienda 357.d
Mendacia quidam confingnnt mercede conducti 579.b
Mentiendum non eſſe 357.d
Meotiendum non eſſe alicuius vtilitatis cauſa 442.e
Mendicus & pauper quid differunt 471.d
Menſura eadem remetitur 122.b
Menſæ luxum carpit 838.d
Menſæ accumbendi ratio 335.c
Mens quid & eius functio 488.a
Mens vt validior reddatur, domanda ieiunio caro 130.f
Mens animi oculus 488.a
Mens noſtra libera & ſui iuris 530.b
Mens carni alligata, ſide opus babet 623.a
Mens quando ad ſeipſam redeat 551.a
Mens princeps facultatis 645.c
Mens verò magna 730.a
Mens ſanctorum quid modo agit 675.d
Mens magna pro verſuto 730.b
Mens vioo immerſa in cæteras pertui bationes facilè prolabitur 750.f
Mentis euagatio vnde oboriatur 433.d & quomodo cohibeatur 392.e 480.d
Mentis arcana inter ſe fratres debent prodere 407.d
Mentis puritas ſeruaoda 132.a
Mentis munus 674.e
Mentis quietæ commoda 551.a
Mercatores ſpirituales 180.d
Mercenarius paſtor diabolus 222.a
Mercenarius notatur 759.b
Mercenarij qui ſunt 222.d 803.e
Meretrices fœtus ſuos occidentes puniendæ 767.b
Merita nulla poſt hanc vitam 350.e
Meſſis quæ 669.a
Meſſotibus quæ cooceſſa ſit poteſtas 669.a
Metalla quomodo naſcantur 20.b
Metamorpboſis Chriſtianis notanda 688.b
Metere qnod quiſque ſeminauerit 682.d 724.d 728.d
μετάνοια quis 673. d
Metus cauſa eſt expectatio cuiuſuis mali 462.e
Metus temulentia eſt 131.e
Meum & tuum abſit ab aſcetis 409.d
Metropolitanus 563.d
Midas 868.d
Miles Cbriſtianus 136.e
Militis Cbriſtiani arma 132.d
Militis terreni & ſpiritualis collatio 132.d e
Militi Chriſtiaoo qne facienda 330.b
Miloois Crotoniatæ fortitudo 215.d
Minę impiorum piis ſuot ſemina dinina 197.a
μνήμη quid 686.b
Miniſtertum à fratre quomodo ſuſcipiendum 454.e
Miniſterij opus magnum 335.f
Miniſtri verbi ne abutaotur ſua poteſtate 374.b
Miniſtri Euangelij oratiooe conſtituendi 370.e
Miniſtri inter fratres cuiuſmodi eſſe debeant 410.d
Miniſtri Dei cum booore excipiendi 360.a
Miniſtri fideles proprium 345.e
Miniſtetia in conuentibus quomodo fieri debeant 383.c
Miniſtrare alteri magna res eſt 334.b
Minor maiorem doccre ſi iuſſus fuerit quo pacto erga illum ſe gerer 456.a
Miſeri qoi perſiſtunt in ebrietatibus 699.a
Miſericors vir res eſt pretioſa 53.d
Miſericordem Cbriſtianum eſſe debere 362.a
Miſeticordes ſuot liberales ad contribuendum 362.a
Miſericordia quid 123.e
Miſericordia Dei iocomprehenſibilis 431.f
in Miſericordia Dei ſperare quis dicitur 90.d
Miſericordia Dei non eſt ſine iudicio, oec contra 87.d 387.d
Miſericordia Dei in poodere 87.e
Miſericordia comes Iuſtitiæ 123.e
Miſericordiæ efficacia 183.e f
μοχὸν quid 23.e
Mitis quis 460.a
Moab 755.f 759.b
Modeſtiæ ſtudium ad quid vtile 207.a
Modeſtiæ indicia 841.a
Modicum modico adiectū 813.

Modum

Modum pœnis præſcribit Deus 629.a
Mœror per gemitus tel euatur 584.e
Monachus à vino abſtineat 337.a
Monachus extra monaſterium exire non debet 494. a nec à cœtu fratrum ſe abſcindere 501.b
Monachus peculium non habeat 336.d
Monachus an date veſtimẽtum vetus debeat 444.e
Monachus opera illa ſectetur quæ ſuæ profeſsioni ſunt idonea 492.d
Monachi obedientia quæ eſſe debeat 503.d
Monachi vouebant olim 381.e
Monachi an poſsint mutare habitum & nubere 781.b 783.d
Monachi Inter ſe vt fratres ſint 383.b 384.e
Monachi locum mutantes vitandi 494.e
Monachorum Idem ſtudium & cõſenſus 383.f
Monachorum victus quomodo parandus 382.d
de Monachorum inſtitutionibus 381.a 383.e
Monacharum inſtitutio compendioſa 385.b e
Monachis veſtitus idem et concolor cur 405.b
pro Monachis recipiendis an aliquid accipiendum 480.e
Monachatum ſuſcepturus quid primùm cogitare debeat 331.d & quibus debeat facultates relinquere 397.d
Monaſticæ vitæ ſcopus 383.f
Monaſticæ conſtitutiones 484.a
Monaſticæ vitæ exempla 331.f
Monimenta ſumptuoſa prohibita 158.c
Mons Dei 70.e
Mons Sion 666.f
Montes figuratè accepti 109.e
Montes & colles qui dicuntur 732.b
Montium vertices qui dicuntur 667.a
Montis ſublimis deſcriptio 556.f
Montani dogma 279.d
Morbus vtilis peccatori 109.a 802.d
Morbus, &c. an ſint in malis numeranda 9.b 163.e f
Morbi peccatorum flagella 422.c
Morbi non ingeniti 165.d
Morborum tria genera 815.b
Mores varij hominum 339.f
Morimur ſæpe prius quàm anima ſeparetur à corpore 124.e
Mors iuſtis ſomnus 193.e
Mors ſanctorum non lugenda 126.e
Mors ſanctorum vitæ occaſio ibidem
Mors manet omnes
Mors peccatorum mala 98.d 163.d
Mors animæ quid 728.b
Mors vitæ priuatio 165.f
Mors Domini quomodo annunctianda 466.d
poſt Mortem nullus merendi locus 730.e
Mortem amicorum etiam æquo animo ferendam 143.b
Mortem Deus non fecit 165.f
Mortificationem Ieſu qui corpori circunferant 578.b
Mortuum ſuſcitanti non credendum niſi ſanctè viuat 791.e
Mortui non flendi 143.a 368.d
Mortuorum cõmemoratio. 751.e
Moſes propheta 4.e
Moſes adoptus à filia Pharaonis, & à ſapientibus ægyptiorum erudi-tus 1.d
Moſes ægyptiorum diſciplinas didicit 213.d 706.e
Moſes Pharaoni datus in Deum 599.c
Moſes Iudex Iſiaël eſſe negat 842.e
Moſes in æthiopia quadraginta annos contemplationi vacauit 1.e
Moſes barbarica voce ſuam doctrinam tradidit 624.d
Moſes calamitates & ærumnas præelegit voluptati 1.d
Moſes annos natus octoginta Deũ vidit 1.e
Moſes author libri Geneſeos 1.b
Moſes multa omiſit ad ædificationem nihil facientia 41.e
Moſes ſeptimus ab Abraham legẽ accepit 56.b
Moſes & Abraham omnino inſti non fuerunt 228.d
Moſes redimere hominem non poterat 113.d
Moſes ieiunij beneficio penetrauit in montem, nubem ingreſſus eſt & legem accepit 129.b 811.d f
Moſes dum alteram legem accipit, altero ieiunio opus habuit 131.a
Moſes & prophetæ ſæpe plures perſonas in diuinis ſuboſtendunt 297.a
Moſes cum Deo loquebatur, tanquam amicus cum amico 297.a 664.b
Moſes quare non ingreſſus terram promiſsionis 342.b
Moſes iuſtitiæ obſeruantiſsimus 1.d
Moſes natura mitis 496.e
Moſes quare conſtituit viros ſupra populum 678.d
Moſis manſuetudo 551.e
Moſis irati exemplum 170.b
Moſis patientia inuictu 825.e
Moſis charitas erga fratres 392.e
Moſis & Eſaiæ legatio 709.a
Moſis peccatum punitur 801.a
Motus animi ſanctorum exemplo cohibendi 169.d
Mulier tenerum animal 204.a b
Mulier etiam ad imaginem Dei facta 52.e
Mulier in omnibus conſanguinea viro 145.b
Mulier nudo capite non oret 365.e
Mulier veſtem non mutet 820.b
Mulier pulchritudinis gratia ſe non ornet 377.b
Mulier non tangenda 633.e f aut inſpicienda
Mulier quæ viro non apparente cum alio nubet mechatur 778.d
Mulier partum negligens punienda 779.a 784.b 785.a
Mulier ad concupiſcentiam ſe adornans mechatur in corde ſuo 675.e
Mulieris facies fugienda ſicut ſerpentis 208.b
Mulieris impudicæ aſpectus 685.b & inceſſus 820.d
à Muliere vt ab igne cauendum 489.b
Mulieres in eccleſiis ſileant 377.e
Mulieres impudicæ quid cogitare debeant 820.a
Mulierum ornatus quis 377.e
Mulierum cultum nimium, taxat 155.d 685.a
Mulierum ac virorum cœtus quales optandi 578.b
Mulierum colloquutiones & congreſsiones fugiendæ 489.a

de Mu-

de Mulieribus raptis 775.a
Mundatio peccatorũ qua in re ſita. 430.e
Muoditics io corporis ſtatu nooim probaoda 614.a
Mundus effici quis datur 4;8.e
Mundo corde qui 475.f
Muodus hic docẽdis animabus eſt accommodus 3.e
Mundus ab æterno fuiſſe à quibuſdam credebatur 4.e
Muodi pars ſumus 854.e
Mundum repudiare 813.f
Mundus finem capiet 2.f 855.c
Mundus hic eſt quaſi liber ſcriptus prædicaos gloriam dei 54.c
Muudus minor homo dictus 58.a
Mundus cognitionem Dei non ſuſcipit 393.a
à Mundo abeſſe quid 550.e
Munerum corruptelam taxat in iudice 662.e
Murmur quorundam 439.e
Murmurans ob cibum 451.a
Murmuratores 408.d 436.a 43:.f
Mutus quid 674.f
Mus elephanto formidoloſus eſt 45.a
Muicæ origo eſt natura 715.d
Muſicæ genus quod probandum 216.b
Muſicæ vis 215.d
Muſicus inſignis ibidem
Muſooius 5 9.d
Mutare quem ſuam ſentẽtiam poſſe 43 .e
Mutuam pecuniam accipientibus quod impendeat mala 75.b
de Mutuo dando domioi cõſilium 75.b
Mutuum 830.d
Myrrha ſepulturæ ſignum 106.d
Myſterium mortis Chriſti & reſurrectionis ibidem
Myſteria ſalutis omoibus æquè tradenda 175.d
Myſteria diuina intelligere Dei donum eſt 645.b

N

NAſcimur vt moriamur 854.e
Naſci & creari idem 621.e
Natalium ad volatilia comparatio 37.e
Natiuitas Chriſti diuina 217.d 715.a
Natura diuina ab omoi compoſitiooe pura 308.b
Natura Dei oon incidet in paſsiouem 297.d
Natura quorum vna eſt horum & actiones eædem 63.b
Natura finem acceptura eſt 666.e 855.e
Naturæ cognitio quantum proſit 561.e
Naturæ ad ductum quæ fiunt, plerunque beoe ſuccedunt 612.b
Naturæ noſtræ proprium 392.a
Naturam refingere difficilimum 300.f
Naturalis iudicaodi vis à deo 623.a
Naucleros pij imitari debeor 180.d 181.a
Nautili piſcis natura 613.d
Naues maris quæ 675.a
Naues commendabiles 675.b
nauæ virgo 714.e
Neceſſaria perquirenda io diuinis rebus 353.b
Neceſsitas fratrum curanda 362.d
Negare Chriſtum 790.e
Negligentia periculoſa 186.b
Negligere verbum Domini res expaueſcenda 646.e
Nemo vox geoeralis 762.b
Nemo ſua ſorte cooteotus viuit 148.a
Neotecita io diuinis facilè non admittenda 600.e
Neomeniæ 654.e
Nequitias auferre à coospectu Dei quid 658.d
Neſcire Dei quid 621.a
Nicenum concilium 564.f
Niceni concilij fidei ſymbolum 575.f 594.a
Niceni ſymboli neceſſaria confeſſio 593.e
Nicobulus 615.a
Nihil fit præter certam rationem 24.e
Nihil eſt otioſum in ſcripturis ſanctis 668.a
Nilus fluuius 14.e
Nili origo 715.d
Niniuitæ ieiunio euerſionem euitarunt 131.a. 811.f
Niniuitarum pœoitentia 228.a 809.a
Niuis generatio 15.e 660.d
Nobilitate geoeris nou gloriaodũ 333.b
Noctuæ 39.f
Noë vixit ſenior quàm quiſquam ex ſuis poſteris 678.e
Nomeo Dei quomodo ſanctum 90.f
Nomen bonum melius quàm diuitiæ multæ 151.d
Nomina varia de Deo quomodo accipienda 260.e
Nomioa ſolenoia regum diuerſarũ gentium 91.a
Nomioa io terra manentia 115.b
Nominum impoſitio 219.a
Noſſe ſeſe 216.b
Noſſe ſeipſum difficile 842.a
Noſtrum nihil iu hac vita 831.f
Noſtrum verè taotum eſt anima 209.d eáque nos ſumus 135.f
Noſtra quæ ſunt 849.a
Nouiſsimi dies 666.e
Nouiſsimis temporibus apparebit Dominus 666.f
Nouitius ſtatim ſacris literis aoimũ applicet 445.d
Noua oratioois hora 414.a
Nouercarum odium 793.f
Nox quid 10.d
Nox vmbra terræ 27.e
Nox tota noo impertienda ſomoo 146.a
Nox animæ officit 700.a
Nox dicitur dies iudicij 689.e
Noctis mediæ oratiooes 414.a
Noctem mentem decipere imaginatiooibus 550.d
Nocte operari nemo poteſt 741.e
Nocturna calamitas diurna vehemeotior 750.b
Nubere in Domino quid 533.e
Nubes quid 694.f
Nubes vnde habeat ſuam ſubſiſtentiam 691.a
Nubeculis homo comparatur 602.a 817.f
Numen qualitati obnoxium nõ eſt 619.e
Numerus corporalis naturæ eſt 619.d
Nunc particula 685.c
Nundinæ olim ad ſepulchra martyrum fieri ſolitæ 415.a
Nuptiæ hooorabiles quę ſiot 533.d 535.a
Nuptiæ nefariæ quæ 776.f
Nuptiæ ioter cognatos prohibitæ 786.d 789 d
Nyſes fluuius 14.e

O

OBedientia tractatur copioſè 502.e & ſeq.
Obedieotia monachi qualis 503.d
Obedieotia vera quæ 384.c
Obedientia Abrahæ 331.f
Obedieotia Deo debetur & ſuperiori 4°9.c d

Obedientia vera 845.b
Obediētia ad mortem vſque extendenda 453.d
Obedientiæ Deo debitæ, nihil pręferendum 399.a
Obedientiæ merces præclata 174.b
Obedientiæ præmium debetur 384.c
Obedientiam mutuam quomodo præſtabimus 448.c
Obedire maioribus noſtris debemus 378.d 479.f
Obelus quid 19.d
Obiurgatio quæ palam & liberè fit, præſtantior eſt beneuolentia 418.f
Obiurgatio qua animi affectione fieri debeat 446.b 842.a
Obiurgatio aduerſus Iudæus 647.d
Obiurgationes acerbæ 828.b
Oblatio & thymiama olim in vſu 195.f
Oblatio noſtra ad Deum qualis 76.a b
Obliuiſci facilè ea quæ inuiti diſcimus 62.b
Obloquutorum pœna 434.b
Obſeruatio temporum neceſſaria intelligendis prophetis 645.f
Obſeruatio diſciplinæ multùm prodeſt 720.a
Obſtinatum in peccato quo animo proſequamur 431.b
Obſeruatorum congreſſus virandus 375.d
Obtrectatio quid 434.a
Obtrectationes aliorum non cupidè audiendæ 337.a
Ocium maleficij principium 35.a
Ocium Deo ingratum 656.e
Ocium iners eſt præter hominis naturam 656.d e 658.b
Ocium ſabbati & feſtorum quale eſſe debet 656.e
Ocij & laboris viciſſitudo laſsitudinem non ſentir 383.c
Ocioſæ animæ ægritudo 137.b
Ocioſus ſermo ex quibus verbis iudicatur 433.f
Oculus rerum honeſtatum aſpectu exatietur 54.c
Oculus corporis lucerna 560.a
Oculus Domini quomodo ſuper nos 90.d
Oculi propius ad motum non vident 14.e
Oculi cur in capite 139.b
Oculi cur gemini 58.d
Oculi Domini 90.d 96.d 672.b
Oculi ſeptem in Zacharia 294.e
Oculi inuidorum 172.e
Oculorum contagium 523.e
Oculorum tunica & munitiones 58.e
Oculorum moderatio que 519.f
ᾠδὴ quid 741.a
ᾠδῖνες quid ſint 123.b
Odium qui habet, diabolum habet 384.e
Odium ſuccedit charitati 797.e
Odij finis 171.d
Odij primordia 384.e
Odio licet nonnunquam vti 106.d
Odio haberi cum Deo ſolatium 760.a
Offendiculum quid 250.e 440.a
Offendiculum non eſſe dandum 358.f
Offendiculum quomodo cauendū 360.e 440.d
Og quid ſonat 674.d
οἶμος quid 174.d
Olera quędam titillationes exciтāt 521.c
Oleum quid 648.e
Oleum exultationis 106.e
Oleum vnctionis olim conſecratum 324.b
Olympius 607.e 617.c 629.d
Onerati qui dicantur 114.b
Oneroſa omnia ab Euangelio diſſona 361.a
Onocentauri qui 7.44.f
Onyx 654.d 658.b
Operari monachos debere 550.f
Operandum eſſe cuiuis 489.e
Operandum eſſe dum valemus 363.e
Operatio præter rectitudinem ſcriptutæ abominatio eſt 671.b
Operationes variæ ſpiritus 318.b
Opus aſsignatum an recuſandum 448.f
Opere implete verbum 733.f
Opera mala 747.d
Opera bona ſine eleemoſyna non prodeſſe 155.c
Opera omnia in fide 87.a
Opera grauiora, an recuſanda 449.b
Operum iuſtorū præſentia eſt pro voce 123.a
Operibus proptiis quiſque ſibi fidem faciat 358.c
Opes ad pompam compatatæ 154.e f
Opes non eſſe noſtras 209.e
Opes aut virtutis aut iuſtitiæ miniſtræ 173.e
Opes cur auaris creſcunt 150.d
Opum incommoda 157.b
Opibus creſcentes charitate minui 154.d
Ophir vbi 742.e
Opinionum diuerſitas non eſt ſequenda 755.d
Opportunitas dictorum & factorū captanda 354.e
ὀπαῖον quid differat à κάπνης 105.c
Orare quomodo debeamus 365.a
Orare ſine intermiſsione 145.e f
Orare velato capite vir non debet 365.c
Orare alij pro aliis viciſsim debemus 365.b
Orare debet Eccleſia pro presbyteris 678.e
Orandi ratio 335.d
Orandi modus duplex 485.d
Orandi tempora 403.e
Orandi tempus tota vita 382.e
Orandus quare ſit Deus cum ſciat, quid nobis opus ſit 487.c
Orandum eſſe pro ſubditis 372.e
Orandum pro verbi miniſtris 365.a
Orandum vbique 183.f
Orandum quomodo ſit 365.b
Orandum quid in ipſo mortis articulo 368.c
Orandum pro inimicis 365.c
Orandum ne ſit vt non incidamus in corporis dolores 464.b
Orandum pro conultiatore 683.a
Orāti quomodo inſidietur dæmō. 335.e
Oranti quid faciendum 76.a
Orantes quare non ſemper exaudimur 470.d
Oratio quid 145.c
Oratio Baſilij memorabilis 487.e & ſeq.
Oratio pro ſacerdotibus 857.e
Oratio pro Imperatore 858.b
Oratio quibus rebus circunſcribatur 798.a
Oratio meridiana cur bipartito diſcreta 383.a
Oratio pro fidelibus defunctis 708.c
Oratio munimentum animæ 635.c
Oratio noſtra qualis 145.e
Oratio ſanctorum martyrū 616.d

Oratio

Oratlo mutua 797.b
Oratio multorum efficax 582.d
Oratio oon eſt in verbis 145.e 184.a
Oratio quæ bona 551.d
Oratio prolixa oon omnis prodeſt 657.e 658.b
ad Oratioois finem durare 335.d
Orationis vſus 134.d
Orationis vis 132.a 798.e
Orationem fidelium Baſilius petit 554.b
Orationem debere omoibus aote-poni 485.a
Oratiooe prolixa non vtendum in petēdis quę corruptiooi ſunt obnoxia 365.a
Oratiooes iocundæ ante cibum 552.a
Oratiooes lectionibus ſucceden-tes 551.d
Orationibus & vigiliis incumben-dum 364.f
Oratoria quatenus laudanda 213.e
Oratorum & pictorum collatio 198.d
Orca piſcis 35.f
Orcheſtra incontinentiæ omnis of ficina 17.b
Ordo inter eos qui æternæ fruitio-ois futuri ſunt participes 690.b
Ordinis ſui deſertores, cur vitandi 507.a
Ordinationem miniſtrorum oratio debet præcedere 370.e
ὀργὴ quid 438.e
ὀργὴ & θυμὸς quomodo differũt 84.a
Orientem verſus precamur 324.d
Origenes taxatur 16.a
Orioo ſtellarũ clariſsimus 741.d e
Ornatus mulierũ quis 377.e 685.a
Os arcanum mentis 91.f
Os orationibus muniendum 526.d
Oſſa iuſtorum 97.e f
Oſcula formoſorum vitanda 535.e
Oſtentatio quid 437.f
Oſtentatio io prædicatione verbi dei fugienda 374.a
Oſtium cur Chriſtus appelletur 306.e
Otietur quando mens 433.d
Otioſus ſermo vitandus 357.e
Otioſum verbum 433.f
Otioſorũ pœna apud inferos 215.e
Otium maximum negotium 563.a
Otium ſine motu Dei 41.b
Oua irrita ſiue ſubuentanea 39.d
Ouis ſanctum deſignat 79.d
Oues Chriſti 80.f
Oues appetente Hyeme copioſius pabulum ventri ingerunt 43.a 844.d
ὑγιαίνω vnde 15.d.39.e
ὀνειδίζειν καὶ ὑβρίζειν differentia 564.d 565.d e & ſeq.
Ozias interpretatur fortitudo Do-mini 711.e
Ozias rex improbus 749.a

P

Pacificus quis 463.e
Paleſtini quare deleti 365.a
Palma ſemper frondet 25.c
Palmarum ſtupenda natura 24.e
Palpebræ oculi 58.f
Pampious in vitibus 24.d
Panegy res olim in eccleſia 584.b
Panis ἐπιούσιος quis 469.e
Paois quare Chriſtus 258.e
Panis robur & aquę nõ eſt amplius apud Iudæos 677.b
Panem comedere viueotem 182.a
Panthera 42.e 823.f
Papaueris ſuccus doloresvehemen tes ſedat 22.d
Parabolicæ ſimilitudioes quatenus accipiendæ 469.d
Paracletus 761.a
Paracletus à Chriſto capit omnia 691.c
Paradiſus quibus lignis conſita, & eiuſdem deſcriptio 59.d
Paradiſi delitiæ quales 60.e
Paraſynagogæ epiſcoporum quæ 766.b
Parati ſemper eſſe debemus ad ad-uentum Domini 354.d
Parcendum iniuria afficientibus 364.a
Pardalis odium in hominem 49.d
Pardalis io hominem ira 204.d
Pardalis pelli ſimiles 817.d
Parentes veri qui 396.b
Parentes debeot vitæ ſubſidia libe-ris ſubmioiſtrare 66.d
Parentes honorandi 842.e
Parentes ad liberorũ dilectionem brutorum exemplo prouocãtur 43.e
Pareotes quomodo filios tractent 378.b
παροιμία vnde & quid dicatur 174.d
παροξύνομαι quid 438.e
Partes ſi ſint interitui obooxiæ, iti-dem & totum 3.a
πάρθενος 714.d
Paruis miſericordia cõceditur, po tentes poteoter examinabuotur 663.b 684.b
Paruulos regnum Dei accipere. 463.d
Paruulos in vtero matrum Deus cu ſtodit 123.f
Paſcere eſurientem inter opera pie tatis primum 362.a
Paſcha quomodo celebrandum 653.f
Paſchalis dies olim baptiſmo addi-ctus 181.d
Paſchalis dies cæleſtium bonorum myſtica ſignificatio 556.d
Paſtinacea piſcis marinus 35.f
Paſtoris munus 136.e
Paſtores laudati in ſcripturis 221.f
Paſtores mali tractantur 222.a
Paſtorum diligentia 219.d
Paſtorũ charitas qualis eſſe debeat 591.d
Paſtura & regoi adminiſtratio ſoro res ioter ſe 221.f
Pater in diuinis 189.d
Pater & filius natura nõ ſunt diuiſi 225.a
Pater omnium principium 189.d
Pater filio ſoli & ſpiritui ſancto no tus 261.f
Pater quomodo filio prior 264.a 265.f
Pater & filius quomodo ſunt vnũ 283.b
Pater noſter Deus quare 275.a
Pater Deus ſolus, à oullo eſt 257.d
Patris Dei origo nulla 270.b
Patrem ab æterno foiſſe patrem 270.a
Patrem maiorem eſſe filio quomo-do intelligatur 265.e
Patre vno omnes nati ſumus 202.a
Patrum decreta non contemneoda 576.c
Patriæ maledicere 723.a
Patriæ mores Ibidem
Pati Chriſtianom debere pro oo-mine domini 368.a 827.a
Patieotia diuites & pauperes pro-bantur 160.d
Patientiæ commodum 633.e & præmium 826.d
Patientiæ quædam exempla 214.f
Patriarcharum vita pro exemplo propoſita 581.b
Patrophilus epiſcopos 600.a 603.e
Pauci probi tempore Eſaiæ 646.a b
Paulious Marcellianus & eius er-ror 589.c
Paulus ea quæ ad vitam neceſſaria mandat 540.e
Paulus perſecutor fuit eccleſiæ 116.a
Paulus conſiliarius 664.b
Pauli vexationes 75.a
Pauo 38.a
Pauper quiſnã verè ſit 156.a 835.a
Pauperis & diuitis diſcrimen 74.a
Pauperis appellatio oe ſit acerba 821.d
Pauperis rapina in domibus veſtris 684.d
Pauperi non denegandum 829.b
Pauperẽ qui iniuria afficiũt 684.e
Pauperes ſpiritu qui ſint 93.d 461.f
Pauperes diuitibus feliciores 833.d
erga Pauperes quorundam immiſe ricordia 210.e
Pauperes qui repellendi 830.a b
Pauperes verè beati qui ſint 684.e
Pauperum conſolatio 138.a

Pauperum miſeriæ 836.c
Pauperum curam morientes non negligant 618.d
Pauperum bona non diripienda 830.e
Pauperibus quibus erogādū 830.b & quod noſtrum ſit 830.e
Paupertas amplectenda 362.b
Paupertas quæ laudabilis 93.d 833.b
Paupertas inuitum malum
Paupertas quomodo facilè feratur 138.a
Paupertas multos ad ſobrietatem reuocauit 109.a
Paupertas nullam conciliat homini turpitudinem 74.a 169.c
Paupertas philoſophiæ altrix 627.d
Paupertas quæ digna 834.b
Paupertas pædagogus ad colēdam pietatem 670.e
Paupertatem tolerandā eſſe exemplo hirundinis 39.a
Pax amplectenda Chriſtiano homini 363.a
Pax & trāquillitas inquirēda 96.c
Pax eſt perfectiſſima inter benedictiones Dei 80.d
Pax Chriſti æterna 725.d
Pacem facit Deus 164.b
Peccare grauius qui ſæpius peccarunt 353.d
Peccare in Chriſtum 535.d
Peccare cogitatione tantùm 135.a 682.c 803.b
ad Peccandum quidam inuiti trahuntur 357.d
Peccant qui Deū non timēt 849.f
Peccans per ignorātiam iudicio nō caret 439.b
Peccantes arguendi 406.f
Peccantes ſciēter quomodo arguēdi 777.a 814.d
Peccantes & peccantibus conſentientes puniendi 169.b
Peccantiū modus diuerſus 800.d
Peccantium multitudo an exoret Deum 354.a
Peccator ſeruus eſt peccati 804.d
Peccator quo pacto conuertendus 430.c
Peccatores nō negligendos 363.d
Peccatores arguendi 437.b
Peccatores quomodo tractandi 590.c
Peccatores qui 700.e
Peccatores in delictis perſeuerātes à Deo reiiciuntur 656.f
Peccatores tanquam oues & damæ 743.d
Peccatores deſerūtur à Deo 694.a
Peccatorum obſtinatorum cōgreſſus vitandus 363.d
Peccatū omne p ſtultitiā fit 100.d
Peccatum ex ignorantia etiam expiatum in lege 342.d
Peccatum animæ ægritudo & mors 149.e 828.b
Peccatum ad mortem 778.e
Peccatum animā ſequitur ſicut vmbra corpus 157.a
Peccatum quomodo irrepſit in animam 165.d
Peccatum ſi bonum retinendum 807.a
Peccatum prorepſit à libertate voluntatis 166.b
Peccatum vnius multis exitio eſſe 437.c
Peccatum vnius totam gentē euertit 160.d 802.e
Peccatum quo pacto nderimus 431.d
Peccatū animæ ſolus grauius quàm corporis 537.c
Peccatum qui facit ſeipſum afficit contumeliis 742.c d
Peccatum non amplius dimittam 656.f
Peccatum quo pacto remittitur 657.a
Peccatum Iudęorum comparādum Sodomitis 681.d
Peccatum vulnere grauius 802.e
Peccati principium in nobis eſt 163.d e
Peccati finis mors 353.c
Peccati facultatem cur Deus homini non eripuit 166.a
Peccati commiſſio abalienat à Deo & diabolo conciliat 357.b
Peccato nemo caret 87.f. 227.d
Peccato anima libera quomodo ſcitur 478.c
Peccata ex nobiſipſis naſcuntur 442.c
Peccata flere debemus 149.e
Peccata anni temporúmq; naturas mutant 159.b 829.a
Peccata noſtra famem merentur 159.c
Peccata remittuntur per baptiſmū & dona proponuntur 182.d
Peccata quædā voluntaria quædam inuoluntaria 177.c 800.d
Peccata omnia an deleat eleemoſyna 473.d
Peccata noſtra remiſit Deus quantùm in ipſo fuit 431.e
Peccata fratrum non obtegenda 418.e
Peccata aliorum ſilentio non prætereunda 363.d
Peccata contrariis virtutibus emendantur 86.d
Peccata noſtra erunt manifeſta in die iudicij 530.d 984.a 685.d 849.e
Peccata myſticè ſerpentes dicūtur 82.b
Peccata leuia quare puniantur 800.e 801.d
Peccata propria quæ 732.c d
Peccata confiteri nō eſt ſatis 656.f 658.d
Peccata noſtra cauſæ afflictionum 726.d
Peccata noſtra ſunt tanquam lepræ animarum 660.c
Peccatorum odium quomodo acquirendum 431.b
Peccatorum cōdonatio quomodo cognoſcitur 431.e
Peccatorum remiſsio etiā poſt batiſma 227.e 229.d
Peccatorum multitudo Deo diſplicet 354.a
Peccatorum conſuetudo 727.a
Peccatorum alia egent lotione, alia ducunt ad mortem 690.d e
Peccatis non immorandum 55.a
à Peccatis conuerſionis modus 478.e 479.c
Peccatis obuoluta anima qua ſpe accedat ad Deum 431.c
Peculator quis 153.d
Pecunia ſępe miniſtra luxurię 109.a
Pecunia erogāda pauperib⁹ 828.d
Pecunia ad quē finē data eſt 157.c
Pecunia quare abiicienda 210.c
Pecunia vitam non prorogat 157.b
Pecunia iudiciorum corruptrix 704.d
Pecuniarum quæſtus 205.a
Pecuniarum inutilitas 216.e
Pecuniarum congerēdarum ſtudiū taxat 670.e
Pecunias mutuas capere miſerum 13:.e f
Pecunias defendere in ſpes incertas miſerum 837.d
Pedum officium 54.e
Pentecoſte 188.e 324.e 653.f
Penuria ſanitatis mater 423.a
πένης quis 471.c
πεφυσιωμένος quis 438.f
Pepuzenorum blaſphemia in ſpiritum ſanctum 766.c
Perceptionis & auditionis diſcrimen 652.a
Perdix 38.a
Perdicis aſtutia 184.c
Perfectus quis 636.f
Perfectorum cōtubernium ſectandum 637.a
Perfectorum proprium ſe nō attollere 590.d
ad Perfectionem tendenti tria proponuntur 63.e
Periclis patientia 214.f
Periculū potius q̄ ſeueritas 610.a
Periurij peccatū multiplex 791.a
Periurij abſolutio 778.a
Periurij punitio 777 e f. 786 c. 790 f
Per quem 304.d 306.a
Perſecutio vehemens ob religionē 585.c
Perſeuerantia in peccatis 664.f 789.f

6

789.f 800.b
Perſeuerandum in bonis operibus 508.e
Perſonæ nō ſunt acceptãde 201.f
Perſonarū vnitas oſtenditur 46.a
Perſonarum in acceptione iudiciū fieri non debet 177.e 364.c
Perſonarum differentias numerare non eſt ſatis 580.d
Perturbatio nulla cadit ī deū 705.e
Perturbationes 536.c
Perturbationes animum cōfundūt 92.e
Peruerſi incorrigibilis 617.d
Peſtis natura 65.a
Peſtilentiæ qui ſunt ibidem
Petenda à Deo quæ 39.b
Petenti cuiuis dandum 446.c d
Petitio in oratione quæ eſſe debet 485.d 486.b
Petra cur Chriſtus dicitur 366.e
Petræ nomine quid intelligendum 672.b
Petrus quare petra dictus 229.b
Petrus cæteris apoſtolis antepoſitus 801.f
Petrus fide præſtabat 267.d
Petri laus 344.a
Petri negatio & eiuſdem pœnitētia 229.c
Petri arrogantia reprehenſa 206.c 801.f
Petro quę cōminatus eſt Chriſtus 344.a 802.a
Phantaſmata vnde 579.e
Phantaſiæ nocturnæ vnde 433.e
Pharao nomen celebre regum ægyptiorum 91.c
Pharao non ſtatim iniquitatis pœnas luit 165.b
Pharaonis interitus 205.d
Phariſei ſuperbia 206.e
Phaſis fluuius 14.d
Phidiæ opus 217.a
Philagrius quid 605.d
Philautia quid 438.d
Philiſtæi dicti allophyli à diuinatione 670.d
Philiſtæi omnes alienigenæ 749.b
Philiſtinorum paſtores obſeruandi 619.b
Philoſophia ſeminarium errorum 300.e
Philoſophiæ duplex commoditas 606.b
ad Philoſophiam tria conducunt 612.c
Philoſophus & phyſiologus qui 700.a
Philoſophorum Inconſtantia 2.a
Philoſophorum error circa mundi principium 2.a
& circa ſolem 15.b
Phinees ira 170.c 822.c
Phuminus 623.e
Phlegmone 648.e
Phortanus 554.f
Photini error 288.a
Phrigij modi 215.d
Phygellus & Hermogenes traditi ſatanæ 739.d
πι-νία quid 438.e
Pietas vbi 276.d
Pietatis cognitio, humilitatis cognitio eſt 336.c
Pietatis exercitatio ſcalæ Iacob cōparatur 63.d
Pietatis meditatio animam alit 550.f
ad Pietatem tendenti canon 336.c
pro Pietate certantes non deferendi 368.c
Piger in mãdatis Dei quomodo excitari debeat 435.e
Pigritia malitiæ coniuncta 403.b
Pili palpebris cur additi 58.f
Pinguis vēter tenuem ſenſum non gignit 521.f
Pinus in quercera verti 24.b
Pium quid 468.f
Piſcis nullus ruminat præter ſcaurum 844.a
Piſces cur acutiſsimis dentibus prædit 33.d
Piſces ſe mutuò comedētes 836.e
Piſces imperfectioris ſunt vitæ quā terreſtria animalia 36.c d
Piſces indomabiles ſunt 33.a 36.e
Piſcium genera 33.a
Piſcium prudentia 843.f
Piſcium proſopopeia 844.b
Piſcium mores quot oporteat imitari 34.b
Piſcium pabulum 33.d
Piſcibus reſpirandi organum ſunt branchiæ. 33.a
Placendi hominibus affectus quomodo exciendus 435.b
Plagam timorem generare 164.d
Plagæ ante ſpoliationem ſpiritualium 204.e
Platanus Xerxis 558.f
Plato in negotiorum tempeſtate ad diſciplinarum ſtudium confugiobat 630.a
Platonis dialogi 628.f
Platonis eloquentia 628.e
Pleias 741.e
πλωνέξια quatenus iudicari debet 437.e
plenus Deus 652.e f
Plenitudo gratiæ eſt à Deo 653.a
Pluit minime eo tempore quo formica exponit frumentum ſuum 43.a
Pluit Dominus ſuper ciuitatem vnam & non ſuper aliam 695.a
Pluuiæ origo 15.f
Pluuiæ quomodo fiant 20.d
Pneumatomachi 589.a
Pneumatomachos Impugnat 88.a
Pœna damnatorum grauiſsima 849.e 850.b
Pœnam irrogatam quo animo ſuſcipere debeamus 454.d
Pœnæ in Canonicos delinquentes 482.d
Pœnæ in monachos delinquentes 516.a
Pœnæ modus adhibeatur pro ratione delicti 383.b
Pœnitens quomodo ſuſcipiendus 430.e
Pœnitentes Deus exaudit 159.c
Pœnitentes quæ deceant 350.c
Pœnitentibus non eſt ſatis à peccatis recedere, ſed fructus pœnitentia dignos ferre 350.d
Pœnitendum de vno quoque peccato 431.b
Pœnitentia tractatur 227.d & ſeq.
Pœnitentia poſt baptiſmum 227.f 229.d
Pœnitentia peccato æquãda 136.c
Pœnitentia citra ieiunium vana 128.d
Pœnitentia relaxat peccata 542.e
Pœnitentia Achab & Dauid 228.a
Pœnitentia Niniuitarum 159.e
Pœnitentia augenda vel minuenda pro ratione pœnitentis 767.c
Pœnitentia an ſit moderanda 791.f
Pœnitentia Deum placat 739.e
Pœnitentia à quibus non exigatur 753.b
Pœnitentiæ initium ieiunium 134.b
Pœnitentiæ locus poſt baptiſma 227.f
Pœnitentiæ tempus 350.b
Pœnitentiæ multa exempla 229.d
pœnitentiæ propria 350.e
pœnitentiæ fructus digni oſtendendi 432.b
pœnitentiæ ignis iuuat plurimum 733.a
pœnitentiam agendo quales ſumus 682.d
pœnitentiam fructus habere 350.d
pœnitentiam quomodo agere debeamus de ſingulis peccatis 430.e
pœnitentiam olim quomodo patres agebant 85.e
pœnitentiam primum agere debēt credentes 350.a
pœnitentiam non eſſe differēdam 806.a 807.d
pœtæ quomodo ſunt legēdi 213.d
Polycleti opus 217.a
Polydamæ robur 215.d
polygamus congregatione Eccleſiaſtica

ſiaſtica priuabatur 768.e
Polygamiæ pœnæ 790.a
Polypi natura 34.a 824.a
polypodis natura 868.b
& eiuſdem aſtutia 217.b 824.a
populus peccatis plenus 647.e
populus cur incidat in hoſtes 648.f
populę meus 682.d
populus ſimulachro aſini exprimitur 647.e
populus Iſraëliticus vinea Domini 649.f
populi duo electi 89.d
potatores bibẽdo alios non defraudant 188.b
potentes 677.e
potentes in populo 663.b
potentes potenter examinabuntur 704.e
poteſtas nulla niſi à Deo 90.b
poſthuminus 615.d
potio ſalutaris 724.a
præceptoris mercedem ſibi Cleantes comparauit 629.d
præceptorũ diligentia in inſtituendis diſcipulis 501.f
præceptum quodque habet adiunctam regulam 470.e
præcepta Domini ad humilitatem aſſuefaciunt 404.f
in pręceptis Dei an aliquis ſit ordo 389.d
præda quid 717.b 719.a
prædicanda quæ ſint populo 56.a
prædicatio noſtra debet pẽdere ab auxilio diuino 374.e
prædicatio verbi Dei per vniuerſum orbem 668.d
prædicationis ſcopus 375.a
prædicare verbum Dei neminẽ debere niſi mittatur 371.b
prædicator ſeipſum exẽplar ad res honeſtas præſtet 372.a
prædicator qui ſit à Deo alienus 375.a
pręedicator Euãgelij non debet plus poſsidere quàm naturalis vſus poſtulat 374.f
prædicatores Euangelij quales eſſe debeant 379.b
& quomodo ſe gerere 371.b .e
præfectus quis deligatur 382.d 384.b
præmia quibus debeantur 804.b
præſcientiam Dei non habere principium 284.b
præſentia dolorem auget 149.e
præſides ouilis Chriſti arietibus cõparantur 76.b
præſidentibus Eccleſiæ improbè viuentibus væ 663.b
præſtigiæ 786.d
præuaricatio calamitatum cauſa 651.d
præuaricatores qui 310.a
prandij hora qui non adfuerit quomodo tractandus 451.b
πρàν quid 460.a
prauitas ex Dei ignorantia 803.c
prauum adeò nihil eſt quod nõ corrigatur diligentia 398.d
precari quæ debemus in mortis articulo 368.e
precatio quæ bona 551.d
precatio vbiq; pręmittẽda eſt 485.a
in precationibus perſiſtendũ 364.f
preces poſt cibum 552.b
preces Iudæorum ſanguine plenę 657.f
preces noſtras cur nõ exaudiat Dominus 657.f
de presbyteris 376.a
presbyter qualis eſſe debeat 678.b
presbyteri iuuenes ſi admittantur, quales 678.d
presbyteri non habeantur ludibrio 678.d
presbyter nuptiis nefariis implicatus quibus priuetur 776.e
presbyter à muliere ſemouendus 794.c
presbyteri ablatio 678.b
presbyterorũ gloria canicies 678.d
primogenitus quis 219.d
primogenita cuius typũ gerãt 311.d
princeps 582.e
princeps in quibus appareat 680.f & 845.e
princeps ſeculi ſapientiam Dei non agnoſcit 731.b
princeps non debet eſſe propenſus ad vltionem 663.a
principis officium 378.d 614.f
principi maledicere 722.f
principes debẽt eſſe vindices iuſtificationum Dei 378.d
principes quales fuerunt tales ſubditi 417.a & 662.a
principes Eccleſiæ quaſi conſiliarij 664.b
principes terræ 108.b
principes iuuenes 680.a
principes Eccleſiæ vleiſcentes taxantur 662.d
principes Eccleſie ebrietatem fugere debent 704.b
principes Eccleſiæ teneant claues 738.d
principes Sodomorum & populus Gomorrhæ quare 651.e
principum exemplum aliis prodeſt 738.d
principibus quid præcepit Dominus 662.a
principium variè accipitur 191.a
principij multiplex acceptio 4.a
principij nihil eorum quæ ſunt in mundo expers 2.d
principio nihil antiquius 271.b
principia artium tradenda ſunt 125.b
priuatum quid in ſocietate fratrum eſſe debeat 444.a
probandi ſunt homines 358.b
probatur quis per afflictiones 93.a
proboſcis cur elephanto 44.d
procopius 608.d
procurationes quomodo committi debeant fratribus 446.f
prodicus Chius de Hercule 214.d
proditionis nota quæ 552.d
profeſsio monachorum 774.d
profeſsio qua ætate fieri debeat 399.f
de profeſsionem reſcindere volentibus 399.e 803.b
profeſsionem ſuam debet quiſque factis comprobare 358.e
profunditatem Dei inueſtigat ſpiritus 281.b
prognoſtica ex ſole & luna 27.d
propheta quis 658.b 678.a
propheta in Iſraël nullus 695.a
prophetæ videntes à fronte vocati 638.f 645.a
prophetæ enarrant futura 639.a 648.f
prophetæ fuerunt conſiliarij 664.b
prophetæ pluere dicuntur cum ſit Dominus 695.a
prophetę per tibiam iuſtitiæ intelliguntur 85.e
prophetiæ dictæ viſiones 645.d
prophetiæ genus per inſomnium 639.a
prophetiæ donum 638.b
prophetarũ quare Pharao, Balaã, &c. 639.b
prophetarum qui propter ſuam dignitatem 714.a
prophetarũ qualis animus eſſe debeat 638.c
propinquitas cum Deo quomodo concilianda 357.b
propinquorum nulla habenda conſuetudo monacho 499.d
propinquos quomodo tractent aſcetæ 459.d
propoſiti initiũ deũ requirere 183.e
propoſito in recto cõſiſtendũ 355.f
proprietas cur monacho vitãda 507.b
proprietati inhiãs monachus alter Iudas 507.d
proprietatũ diuerſitas, diuerſitatẽ ſubſtantiæ non arguit 177.e
proprietatum Deo attributarũ officium 277.b
proprium Chriſtiani quid 380.b
propugnatores Eccleſię ſi deſinit id fit ob populi inobedientiam 677.e 678.a
proſperè ſemper agere ſolius eſt Dei 212.b
proſperitatis humanæ finis 615.e

Protagore arrogantia 658.f
Proteus Ægyptius ſophiſta 217.b
πρόλα quid 699.e
Prouerbia imagines aliorum eſſe 288.d
Prouerbiorum nomen 174.d
Prouerbiorum Salomonis argumẽtum 174.b
Prouerbiorum vtilitas 179.e
Prouidentia Dei omnia tuetur 33.d 855.a
Prouidentia & ſapientia Dei nihil fecit otioſum 43.f
Prouidentiam negantes taxantur 116.d 824.e
Proximus noſter quis 71.b
Proximus diligendus 392.a 859.b
Proximum diligens filius Dei vocatur 633.a
Proximum qui non diligant 351.e
Proximum non diligit qui ſeipſum non diligit 525.a
Prudens vt ſerpens quis 468.a
Prudens rerum humanarum gubernator quis 847.d
Prudentia quid 176.c
Prudentia duplex 176. d 848.a
Prudentia ſucata 176.e
Prudeoiia vera 848.a
Prudentia homines antiquos facit 843.b
Prudentia vna ex virtutibus præclaris 176.c
Prudentia modũ bonę actioni pręſcribit 497.a
Pſallere an continenter poſsimus 467.b
Pſallere quæ nolit an cogenda monacha 475.f
Pſallere Deo qui ſyncerè dicantur 83.f
Pſallere bene 87.a
Pſallere lingua & mente ſenſum ſcrutari 80.b
Pſalmodiæ 578.d
Pſalmodiæ vtilitas 635.d
Pſalmodiæ & orationis in inceptione an viciſſitudine vtẽdũ 481.a
Pſalmus 82.f
Pſalmus confeſſionis 578.d
Pſalmus inſcript⁹ ſit filiis Core, Cãticum pro delicto 103.e
Pſalmi titulus pro arcanis 108.d
Pſalmi titulus, in finem 108.d 111.f
Pſalmi titulus in recordationẽ 98.f
Pſalmi titulus, in titulum 118.d
Pſalmi titulus, in victoriam 112.a
Pſalmi titulus, pro liliis 103.e
Pſalmorum cantos quare inuentus 61.f 813.a & ad quid vtilis 62.a
Pſalmorum liber quantus 62.e & cur Pſalterium inſcriptum 62.d
Palmos olim populus edocebatur 62.a 188.d
Pſalterium 62.d. 82.d 112.f
Pſalterium myſticè mens intelligitur 86.e
Pſalterij Dauidici laus 61.c
Pſellia quæ 686.e
Pſeudapoſtoli qui 757.d
Pſeudoprophetæ non ſunt tolerandi 360.d
πλοχὸς quis 471.c
Pudicitia Alexandri magni 215.b
Pudicitiæ index intuitus 523.b
Puer animo 179.b
Puer non videt quæ proſunt 816.e
Pueri cum ſenioribus orent 400.b
Puer qui ſemel peccauit ſenſim fit deterior 649.c
Puer qui veterem exuit hominem & nouum induit 711.a
Puella pro virgine 219.b
Puellæ impuberis matrimoniũ, an poſſit conſiſtere 780.a b
Puellarum fornicantium pœnæ 779.f
Puerilis imitãda ſimplicitas 463.d
Pulchritudo à ſpecie quid differat 105.b
Pulchritudo & turpitudo qd 702.f
Pulchritudo vera 84.f 105.d
Pulchritudine Dei nihil præclarius 390.c
Pulchrum quid 390.e
Pulchrũ apud Deũ 16.d 20.b
Puluis quid 687.e
Punientur grauiùs in lege edocti, quàm alij ſecus 67.f
Puniendi grauiter qui poſt bonas actiones ad peccatũ redeũt 185.e
Punitio quare fiat 627.c
Puniendi cauſæ 845.e
Puteus in ſacra ſcriptura 69.d e
Putei exhauſti pulchriore fluunt aqua 152.d
& meliores redduntur 599.e
Purgatio per ignem 690.e
Purpura in veſtimentis 687.b
Pupillo iudicare 659.e
Pyctaci ſententia 215.f
Pythagorici ſugillantur 37.a
Pythagoræ dictũ indelicatũ 219.d
Pythagoræ factũ cum ebriis 216.e 819.o
Pythij Miſij talenta 216.d
Pythonem Saul conſuluit 721.d
Pythoniſſa mulier deos ſe videre dixit 598.d

Q

QVadragenarii numeri celebritas 200.b
Quadrageſimale ieiunium ſeptem hebdomadarum 185.d
Quare peccatorib⁹ indignatur De⁹ 663.d
Quatuor iudices Barac Sampſon &c. 664.e
Quatuor odoramenta eſſe quatuor elementa 654.d
Quæſtio de gentibus 667.c d
Quæſtiones curioſæ vitandę 220.e 353.a
Quæſtiones propoſitæ quomodo vitandæ 419.e
Quæſtiones inutiles non eſſe mouendas 357.d
Quæſtum quem fugere debẽt aſcetæ 418.a
Quando 217.e
Quies purgãdæ animæ initiũ 551.a
Quinquagenarius ablatus à populo iſraëlytico 678.f
Quis hęſitantis eſt & interrogantis 70.d 303.d 748.e
cum Quo 306.a b
Quomodo non quærendum 217.e 761.a b

R

RAab meretricis aſtutia 178.f
Raca quid 438.a
Rachelis aſtutia & eiuſdem purgatio 178.f
Radix Ieſſæ erit 734.a
Raptorem alienorum lupo comparat 52.e
Raptores mulierum & qui illis conſentiunt quomodo puniantur 778.b
Ratio honeſta ſectanda & turpia fugienda indicat 35.a
Ratio quinq; ſenſuũ cuſtos 519.e f
Ratio debet in nobis imperare 695.e 848.a
Ratio qua homines impelluntur in errorem 757.f
Rebaptizãdi an ſint hæretici 785.d
Rebecca 677.a
Rebeccæ aſtutia 178.f
Rebellio quantum malum 340.e
Rebus ſeculi non adhærendum 852.d
Reconciliandi ſunt ij quos contriſtauimus 351.f
Rectus corde quis 68.e
Rectus quis vocatur 68.c
Recta quę ſunt an fieri debeãt prout cuique placet 479.a
Reddenda vnicuique quæ ſua ſunt 358.e
Refugium quorundam præpoſterũ 109.b
Regeneratio alterius vitæ initium 181.b 183.a 312.e
Regio viuorum 154.d
Regnum quid 90.b
Regnum Chriſti & regnum patris 615.b
Regnum cælorum eſſe violẽtorum 336.a
Regnum cælorum qui non acquirant 361.a
Regnum cælorum quid 652.f
Regnum Chriſti in cruce 725.b
Regnum Chriſti quouſque protrahetur 755.f

Regnum

Regnum Aſſyriorum imbecillum fore prædicitur 715.e
Regnum Ephraim quid 713.b
Regna Deus ſeruat 90.b
Regni cælorum qui participes 233.b
Religionis propoſitum nõ eſſe otij prætextum 403.a
Religioſam vitã ſectaturi quomodo admitti & probari debeãt 398.b
Religioſi viri & vulgares quomodo obiurgãdi ob ſimile pctm̃ 443.b
Remedia vitiorum 401.d
Reminiſcendi Dei apud pios nulla ſatietas 189.a
Remiſsio fons peſtilentiæ & libidinis 671.f
Remittẽdum ex corde delicta aliorum 364.a
Remora piſciculus naues ſiſtit 35.f
Renes pro concupiſcentia 68.d
Renuntiatio quæ 397.a
Renuntiatio perfecta 396.c
Renuntiationis formulæ 396.a
Renuntiaturo peculio ſuo quid faciendum 332.d
Repletio author iniuriæ 839.a
Reprehenſio & opprobrium quid differant 71.d
Reprehenſio palam facta prodeſt ei qui reprehenditur 668.e
Reprehẽſionis vtilitas 395.a 821.a
Reprehenſiones quæ palam & liberè fiunt præſtant occulta amicitia 418.f
Reprobi coram Deo 355.a
Reptile animal 32.e & quare ſit dictum 754.d
Res Deo dicatæ in aliud inſumi nõ debent 358.e
Reliquiæ Iudæorum ſaluæ 651.b
Reliquiæ Iſraëlis ſancti vocabuntur 690.b
Requies quid 734.c d
Requies ſabbati quæ Deo grata aut ingrata 655.b
Reſipiſcere quoſdam verbo ſolùm 430.f
Reſipiſcens verè quomodo tractandus 431.b
Reſipiſcentibus parata ſalus 333.e
Reſpondẽdum id quod fide dignũ eſt 353.b
Reſpondendum omnibus ex ſcripturis 359.a
Reſurrectio carnis qualis 581.e
Reſurrectio quare Chriſtus vocatur 307.d
Reſurrectio creditur Chriſto crucifixo 669.c
in Reſurrectione nec mas nec fœmina erit 124.b
Rei ſanguinis qui 371.
Retributio digna meritis 682.b 683e
Retribuere in ſcriptura 66.d
Retribuere perſequentibus 662.e
Rex quare Chriſtus vocetur 306.e
Regis proprium 848.b
Regis & Cõſiliarij diſcrimẽ 664.a
Reges ad regimen Eccleſiæ eliguntur 739.a
Regum authoritas 174.e
Rhetores quomodo legendi 213.d
Ridere non eſſe prudentis 401.f
Ridere an non liceat 435.a
Riſus ratio tractatur 401.f & ſeq.
Riſus in ſcripturis 402.a
Riſus pro hilaritate ibid.
Ritus gentium viuendi à diuinationibus 671.a
Roboam iunior 680.a
Robur Iſraelis 692.d
Robur panis & aquæ 677.b
Robur panis eſſe ablatum quid 677.b c
Roſæ cur additæ ſpinæ 23.b 60.a 625.a 803.e
Roſæ fugacitas 60.a
Ructus quid 104.b
Ruminat ſolus ſcarus ex piſcibus 33.d
Ruminant quare nonnulla animalia 44.c
Rumor velox 805.d

S

SAbbatizandum quomodo virgini 542.d
Sabbatũ in operis ceſſatione 541.e
Sabbatum delicatum 655.d
Sabbatorũ quatuor differẽtię 655.d
Sabellius libys 578.a
Sabellij hæreſis 579.e
Sabellianorum error 593.f
Saccus pœnitentiæ ſymbolũ 85.e
Sacerdos qualis conſulendus 332.e
Sacerdos peierãs deponitur 772.b
Sacerdos pœnas augere vel minuere poteſt 785.a 788.f
Sacerdotes iurantes 773.d
inter Sacerdotes coryphæus qualis eſſe debeat 576.f
Sacerdotes an matrimonium contrahere poſſint 782.a
Sacerdotalis & regalis tribus commixtæ 763.a
Sacerdotij inuaſores puniũtur 248.d
Sacerdotij myſteria non eſſe celebranda in omni loco 247.d
Sacra non eſſe contumelia afficienda 358.d
Sacræ res quandiu in honore habẽdæ 358.d
Sacris literis nihil addẽdum aut detrahendum 345.e
Sacrificiũ quale Deo exhibeamus 127.e
Sacrificium Deo gratum 247.a 604.c 653.b e
Sacrificia Cain qualia 183.d
Sacrificandum in Eccleſia 127.d
Sacramenta græca iurare 790.e
Sacrilegi qui appellari poſſunt 468.d
Sacteſimus 555.a 574.d
Sagittæ acutæ 105.e
Sagittæ animæ 69.b 803.d
Sagittæ dei 99.d 803.d
Salis acrimonia pruriginem excitat 521.c
Salomon ab infantia ſacras literas didicit 174.e
Salomonis elogium 53.d
Salomonis opera 174.b
Salomonis conſilium in ſcripturis euoluendis 702.b
Salomonis prolapſio 509.a
σκληρ 742.b
Saltationes taxantur 188.d
Salus è proximo adeſt. 728.d
Salutis noſtræ caput 293.a
Salutare dei Chriſtus 120.a
Samuel per ieiunium donatus matri 129.c.133.e
Samuelis ira 170.d
Samaria 713.b 717.e
Sampſonem inexpugnabilem reddidit ieiunium 129.c 133.e 811.a
Sanguis pecudum figura ſanguinis Chriſti 311.d
Sanguinem Chriſti bibere quid 620.e
Sanitas quid 43.d
Sanitatis mater indigentia 423.a
Sanitatem corporis nõ medicis ſed deo referre debemus 422.a e
Sanctificamur per ſpiritum 226.a
Sanctificatio nulla niſi per ſpiritum 314.b
Sanctificationis fons ſpiritus ſanctus 280.e
Sanctitas ſpiritus cõſummatiua eſt naturæ 318.a
Sanctus dicitur aquila, ouis ergo 79.d
Sanctus domicilium dicitur 323.b
Sanctum nihil eſt citra ſpiritus ſancti præſentiam 88.a
Sanctum dei nomen quomodo ſit 90.f
Sancti honorandi 198.b c
Sancti omnes variis probati pœnis 585.d
Sancti vnde decorentur 585.d
Sancti patres quid de ſe ſentiunt 706.f
Sanctorum vera laus 198.e
Sanctorum facta ad æmulationem accendunt 195.a
Sanctorũ & iniquorũ gloria 66.f
Sanctorum quiſque deus eſt 223.d
Sanctorum conuerſatio quibus nõ proſit 354.e
Sanctorum mors pretioſa 126.f
Sanctorum memoriam celebran-

dam 195.e
Sanctorum commemoratio 595.c.
Sanctorum mors luctu & lacrymis cohoneſtabatur 193.e
Sanctorum vita quare nobis propo natur 551.a
Sanctos ſuos nō deſerit deus 554.c ſed honore afficit 668.a
Sapere ad ſobrietatem 252.a
Sapiens multifariam dictus 179.f
Sapiens quis 703.f
Sapientes 114.e
Sapientes in malā & iam partē ibi.
Sapientis interrogatio ſtultum ſapientem facit 766.a
Sapientia quid 174.f.703.f
Sapientia & virtus dei 734.e
Sapientia huius mundi ſtultitia 742.a
Sapientiam loqui 112.d
Sapientiam habentes cui ſunt ſimiles 703.d
Sara fortis 677.a
Saræ riſus 402.a
Saſima oppidum 562.f
Satanas quid 167.a
Satanas non cuiuſque peccati author 442.b
Satanas quare diabolus dicatur 167.a
Satanas pater mendacij 578.b
Satanas an alicuius ſancti propoſitum poſsit impedire 474.e
Satanæ reſiſti ſine diuina gratia nō poſse 353.a
Satietas multis mortē affert 209.b 839.a
Satietatis incommoda 131.b
Saturninus 615.f
Saul quare contra Dauid inſurrexerit 171.f
Saul inuidia 823.c
Scalę Iacob pietatis exercitationē comparat 63.d
Scandalizare neminem debemus 358.f
Scandalizare quis dicatur 440.a
Scandalizans amputari debet 359.d
Scandalum 358.f
Scandalū quibus ſit grauius 440.e
Scandalorū origo multiplex 440.b
Scarus ſolus ex piſcibus ruminat 33.d
Scenicas theatraleſque præſtigias arguit 17.a b
Scite dei 621.a
Sciens 703.e
Scientia quid ibid.
Scientiæ vanæ 176.b
Schiſma quid 766.b
Scorpio calumniatorem comparat 52.e
Scriptura ſacra in vetando vel iubendo quid denunciet & promittat 369.a
Scriptura ſacra quomodo legenda 40.d.245.a
Scriptura quæ concedit in dubium reuocari non debent 364.d
Scripturæ ſacræ nominibus vtendū 400.d
Scripturę ſacræ lectio ad quid vtilis 551.a.b
Scripturæ ſanctæ nihil addendum aut minuendum 345.e
Scripturæ ſanctæ conſuetudo 65.f 66.d.84.b.114.f.709.f
ad Scripturæ intelligentiam puritatem requiri & exercitationē 639.f
Scripturam omnibus voluntatem dei denuntiare 436.f
citra Scripturam quare quædam tradita 324.b
ex Scriptura pietatem diſcamus 445.d
Scriptores improbi peribunt 728.a
Scripturarum ſacrarum arcana humanam mentem non poſſe capere 346.d
Scripturarum multitudo cōtentioſis raro vtilis 272.f
Scripturis ſanctis quare inſit obſcuritas 639.e
Scripturis ſanctis omnia noſtra corroboranda 357.f
in Scripturis nulla vox de deo prætermittenda 301.a
in Scripturis ſanctis quædam ſcripto explicata quædam non 430.a
Scrutatio quid 68.d
Sculptile maledictus qui fecerit 665.c.729.e
Sculptiria vlulatum edebant 729.c
Scythæ Nomades 67.f
Scitale Laconica 630.a
Sebaſtia oppidū minoris Armeniæ 588.e
Seceſſus quid cōmodi afferat 611.a
Seculares quatenus colloqui debeant aſcetis 409.e
Sedex ad dextris dei quid 265.e
Sedere quomodo oporteat 335.b
Seditionis proprium 680.d
Seducit populū qui prædicat beatum 683.d
Segor quid 753.a
segnitiei indicium 335.b
seleucis auis inſatiabilis 256.e 136.d
semei iniquitatē Dauid tulit 169.d
semen an ſtatim formetur in homine 767 b
semē à domino nobis relictū 651.c
semen nequam & reprobum 747.a.b
seminis in terra proceſſus ac profectus 22.a
seminis ad patrem & doctrinæ ad doctorem eadem ratio 647.d
senex quomodo fiat iuuenis 806.f
senes qui attendendi 334.b.c
& honorandi 678.d
senes ſecundum animam 179.c
senectutis viaticum 217.c
senilis conſuetudo 334.b
senſus animæ feneſtræ 524.d
senſuum in capite officium & ſitus 139.b
sepes vineæ quæ 693.d
septenarij numeri myſterium 56.b
septimus dies apud Iudæos honori fuit. 56.a
sepulchrum bonum pietas 158.c
sepulchrum inhabitans quis 115.a
sepulnitis lacus 19.a
seraphim quid deſignat 709.e
sermo inutilis in monaſteriis vitetur 384.f
sermo otioſus ex quibus verbis indicatur 433.f
sermo Chriſti canon pietatis 485.a
sermo mentis cōceptione inferior 552.d
sermo cum inferioribus qualis 335.b
sermo vnum vitæ indicium 631.a
sermo euangelicus non venalis 721.d
sermo differt à lege 652.a
sermo vetus quis 818.f
sermo veritatis ſolidus 751.e
sermo euangelicus in quibuſdam fructus in aliis ſpinæ 720.c
sermo efficax alendis animabus accommodus 677.c
sermo hominum deum verbum nō agnoſcit 719.a
sermo quare nobis concedatur 674.f
sermonis diuini natura 134.e.f
sermonis vſus ad quid 134.e & qualis eſſe debeat 551.d
sermonis virtus 812.f
sermonem habere naturam volucrem 631.a
sermones ſacri diſcendi 213.b
sermones dei ſpectabiles 645.c
sermonibus prauis ne aſſueſcamus pueros 213.d
serpens in paradiſo erectus in pedes gradiebatur 60.d
serpens pro ſigno poſitus 311.d
serpens fœniculo ſibi medetur 844.d
serpens prudentiſsimus ferarum 176.d
serpentis natura 817.e
serpentes fugantur cornu cerui ſuffitu 79.d
serpentes myſticè peccata ſubindicant 82.b
serra piſcis 35.f
seruare & liberare quomodo differant 66.b
seruire deo quid 351.a
seruire deo quo animo quis debet 454.b

Seruire deo certius 121.a
Serui etiam deo gratias agãt 147.f
Serui erga dominos quomodo ſe gerant 377.f
de Seruis qui relictis dominis ad monaſteria confugiunt 398.f
Seſoſtris tentauit iungere Indicum mare Aegyptio 18.d
Sexta orationis hora 414.a
Siccitas & ſquallor tempore Baſilij 158.d e
Sicera pro omni potione quæ inebriare poteſt 187.d 697.a
Sidoniorum impietas 196.a
Signum quid ſit 714.d
Signum Chriſtiani eſſe oſtendendum 806.e
Signa Apoſtolorum 721.a
Signa bonitatis & rigoris 804.b
Signa quæ adſunt de inſtanti ſunt interpretanda 713.c
Signa ad tria tempora referuntur 713.e
Silentium nouitiis eſſe vtile 397.f
Silendum non ſemper 587.a
Silentium habere an bonum 462.d
Silentes deum audire 183.f
Silentij ſpeciem ſcriptura habet 324.d
Similago verbũ dei denotat 654.e d
Similaginis vſus in ſacrificiis 654.b
Simile & diſſimile 619.e
Similes deo quomodo efficimur 51.d 52.a
Similitudines corporeæ omittendæ cum de deo loquendum 271.f
Simoniaci Iudæ aſſeclæ 592.a
Simplex vt columba 468.b
Simpliciana hæretica 604.c
Simulatio inuidiæ fructus 174.a
Simulatio quid 752.e
Simulatio non iudicatur ſed voluntas 784.d
Simultas priuata plus quàm publicum bellum 328.e
Sinapis latens vis 301.e
Sincerum quid 471.f
Sion ciuitas inferior Hieruſalem 690.b
Sion ædificare 696.d
Sirenes quæ 744.f
Sirenum illecebris qui capiantur 745.d
Sitis potum dulcem facit 839.b
Socratis conſtantia in hauſtu veneni 613.b
Socratis dictum de diuite 217. a 832. d
Socratis patientia 115.a 826.a
Sodalitates in cœnobiis μικταὶ abſint 383.a 384.e 505.f
Sodoma quare euerſa 164.c
Sodoma & Gomorrha quid ſignificent 651.b d e
Sodoma varias recipit interpretationes 745.a
Sodomiticum barathrum 334.a
Sol & luna quare luminaria magna 30.b
Sol & luna ferè ſibi opponuntur 27.b
Sol & luna cur quarto die conditi 26. f
Sol cur creatus luce illa primigenia creata 26.e
Sol quomodo in poteſtatem diei 30. a
Sol mundi oculus 26.b 847.a
Sol eiuſdem magnitudinis vbique apparet 30.d
Sol iuſtitiæ quibus lucet 93.b
Solaris annus 30.b
Soliciti de victu ne ſimus 362.e
Solitaria vita 394.e
Solitariæ vitæ incommoda 394.f 395.e f
Solitariorũ vita qualis olim 595. b
Solitariis quid imponat diabolus 510. b
Solitudinis laudes 512.b
Solitudinem animi affectiones cõſopire 550.e
Solium quid 706.f
Solonis dictum 214.c
Solonis dictum de diuitiis 116. f 816.d 835.b
Solus vt variè accipitur 619.f
Solus Chriſtus peccatum non admiſit 667.c
Somni detrimentum quod 436.d
Somnum conciliat mandragora 22.d
Somni breues ex ieiunio 811.e
Somni quales ſint 552.b
Somniatores taxantur 580.e
Sophiſta Aegyptius 818.b
Sophiſtæ proprium 624.e
Sophiſtæ opus loqui 602.d
Sophiſtica ratiocinatio inutilis 702. c
Sophronius magiſter 602.f & prouinciæ rector 610.d
Sorech 442.d
Soricum generatio vnde 42.b
Sorores duas ducere an liceat 735. d
Sorore vna mortua liceat ne aliam ducere 792.e
Sororibus quomodo colloquendũ 410.a
Spadones facti in ætate genituræ maiori libidine agitantur 543.f
Spadonum differentia 541.d
Species à pulchritudine quid differat 105.c
Specioſus dominus forma 104.e
Specularius lapis qualis 13.e
Speculatio quare dicta ſit viſio 645. a
Spes fertilitatis futuræ imminuit laborem agricolæ 62.f
Spes reſurrectionis lætitiam affert 140.f 141.a
Spes non collocanda in alienis beneſactis 354.e
Spes poſt peccatum 230.b
Spes in deo collocata 817.a 845.d
Spes vigilantium ſomnium 556.f
Spes in manufactis poſita inutilis 759.a
Spes ad deum 733.d
Spem ſequi tribulationes 575.e
Spe conſtanti à deo ſalutaria petẽda 39.b
Sperare in miſericordia quis dicitur 90.d
Sperandum quatenus eſt 431.f
Spinæ quid ſignificent figuratè 111.b
Spiritus varia nomina 308.d
Spiritus eſt ſanctitatis dei character 292. b
Spiritus adoptionis quare 226. c 281.a
Spiritus in deo proprietas figurata 295.d
Spiritus omnia in ſe habet 223.e
Spiritus os domini dicitur 660.f
Spiritus locus ſanctorum 323.b
Spiritus glorificatione vetus teſtamentum refertum 193.b
Spiritus viuificans 281.c
Spiritus ſanctus quomodo nõ creatura 620.d
Spiritus fructus præcipui 86.b
Spiritus qui ferebatur ſuper aquas quis 9.e
Spiritus Chriſto nõ ſuperior neque antiquior 765.e
Spiritus ſanctus ſcriba 104.d
Spiritus ſanctus gladius dei, dextra, & digitus 622.d
Spiritus ſancti gratia 190.b
Spiritus quibus adeſt 817.b
Spiritus habitatio, Chriſti habitatio 292.a
Spiritus deus 291.c
Spiritus diſpenſator bonorum 281.a
Spiritus natura ſanctitas eſt 280. d
Spiritus adminiſtratorios creaturas eſſe 594.d
Spiritus præcepta ſeruare poſſumus 335.d
Spiritus iuſtorum præmium 315. e
Spiritus peculiaris appellatio 308.d
Spiritus paracletus 280.f
Spiritus ſanctus quomodo dimittit peccata 290.f
Spiritus ſanctus nec poſſeſſio nec creatura dei 292.a
Spiritus ſanctus creatura dictus ab Eunomio primum 279.a
Spiritus ſancti attributa 282.a
Spiritus ſancti quomodo participes

pes erimus 461.e
Spiritus ſancti nomen patri & filio commune 280.f
Spiritus ſancti hoſtes taxantur 622.a
Spiritui ſancto quidam adorandam diuinitatem adimunt 560.a
in Spiritum ſanctum blaſphemi 359.e
Spiritum ſanctum ab vtroque procedere 279.d
de Spiritu hæreſis ante Nicenam ſynodum nondum exorta 594.b
Spiritu fruens qui 470.b
ex Spiritu naſci 239.d
Spiritualia dona excipere nemo ſolus idoneus 395.b
Sponſa Chriſti qualis 538.a
Sponſæ an liceat lectori congredi 787.a
Spõſus Chriſtus nullum habet carnalem miniſtrum 533.a
Stabile nihil in vita humana 847.b 852.a f
Stacte quid 106.e 654.d 658.b
Statera cuique noſtrum inſita eſt 121.d
Stella quid 741.d e
Stella quæ magis apparuerat 220.a b
Stirpium proceſſus 21.a b
Stoicos quatenus laudat 613.a
ςοχή quid 467.e
Strategius ſympreſbyter Baſilij 600.a 602.e
Strophæ 176.f
Strymon fluuius 517.a
Studium vnum præſtat ſolerter cõfeciſſe, quàm multa attentaſſe 416.a
Studium in idolis conficiendis adnentu Chriſti in nihilum redijt 675.f
Studioſum nõ facit vnus actus virtutis 70.e
Stultus quis 114.e 132.f
Stultus in hoc ſeculo quis fiat 474.b
Stulti ſapientia indigent 175.e
Stuprator & ſtuprum 776.a
Stuprum & furtum quomodo differant 778.d
Stupra vi illata 783.c
Sturni cicuta veſcuntur 22.d
Stylus quare aliquando variandus 346.a
Subditorum erga principes officiũ 378.d
Subiectio inter fratres connumeranda 621.e
Subſtantia dei ingenita 260.f & ſequent.
Subſtantia vna diuerſorum nominum 285.b
Subuerſio animæ 649.e
Succinum 24.f
Superbia quàm grauis ſit momenti 206.d
Superbia quid circa animam faciat 205.a
Superbia triſtitiam commouet 170.f
Superbia peccatorum primum 673.a
Superbia omne peccatum 742.c d
Superbiæ manus quæ 343.e
Superbiæ ſignum 664.c
Superbiæ variæ rationes 674.a
Superbiam multùm damni afferre 206.d
Superbus quis 439.a
Superbus cedro comparatur 673.f
Superbus quibus ſignis cognoſcitur, & quomodo ſanatur 435.e
Superbi & humilis collatio 634.f
Supercilium oculorum 59.a
Superuacanea pauperibus erogan da 362.a
Supplicium peccatis adiectũ 245.f
Supplicium æternum 850.d
Supplicia inferni inæqualia 472.e & ſeq.
Supplicia inferorum non eſſe fabuloſa 850.e
Surdus quis ſit 13.f
Suſario 627.a
Suſpectus quis de peccato occulto an obſeruari debeat 433.a
Suſurrium 453.e
Sycaminus quid 726.a b
Syluæ nomine quid intelligitur 726.a
Syluas & ſaltus quos propheta vocat 732.e
Symbolum Nicenæ ſynodi 575.f 594.a
Synceritas quid 471.f
Synodus reproborum contempta 586.a
Synodi quare ſæpe fugendæ 608.d
Syriæ rex & rex Iſrael conſpirant aduerſus Hieruſalem 710.e
Syri & Græci inimici montis Sion 725.d

T

Tabeël quid 711.d
Tabernaculum dei 110.b
Tabernaculum dei corpus humanum 70.b
Tabernaculum pro corpore 75.f
Tabernaculi exitus, vitæ exitus 75.f
Tactus omnium ſenſuum pernicio ſiſsimus 520.a
Tactus in ſacris literis 179.d
Tactus quid poſsit in homine 536.a
Tactus velociter totum corpus penetrat 524.a
Talentum quid 469.d
ταμιεῖα quid 475.b
Tanais fluuius 24.d
Tarteſius fluuius ibid.
Tauri ſanguis homini exitio eſt 22.e
Temerè nemo credat 358.b
Temerè nihil fit eorum quæ fiunt 69.a
Temperans quis 657.a
Temperantia non eſt in oſtentatione 841.e
Temperantia in ſenectute 807.b 819.e
Temperãtiæ officia quomodo perdiſcenda 551.b
Temperantiam eruditioni antepon i 625.e
Templum dei qui ſint & idolorum 134.b
Templum dei quomodo efficimur 551.d
in Templo dei dicere gloriam 799.b d
Templa ordinata ad docẽdum populum 203.b
in Templis non inaniter confabulandum 79.f
Tempus quid 264.c d
Tempus omne aptum ad res deo gratas exequendas 354.d
Tempus præſens eſſe pœnitentiæ 350.b
Tempus præſens quomodo cognoſcendum 355.a
Tempus proprium in omnibus cognoſcendum 354.d
Tempus ſuum vnicuique rei 447.f
Tempus non reuocatur 817.a
Temporis acceptio 29.d
Temporis fluxa conditio 3.e
Temporis principium tempus non eſt 4.e
Temporis finis quando 657.a
quæ cum Tempore cœperunt, eadem deſitura ſunt 2.f
Temporum obſeruatio intelligendis prophetis neceſſaria 645.f
Tempeſtates in vita humana 180.b e
Temulenti arguuntur 699.a b
Tenebræ quæ 8.d 702.d
Tenebræ an lucem antegreſſæ 9.e
Tenebræ quomodo luce vincantur 718.e
circa Tenebras Manichæorum error 8.d
in Tenebris qui ſunt 755.d
Tentat nos deus tolerantia, an probi ſimus 825.d
Tentãdi forma quæ dæmoni 201.d
Tentatio duplex 150.d
Tentatio quomodo probat Chriſtianum 161.a
pro Tentationem patientibus orandus deus 368.d
de Tentatione 367.a b e
Tẽtatione à rebus bonis deiici miſerum 847.d

Tentationes patientia vincuntur 509.c
Tentationes ſcripturis ſuperandæ 367.f
in Tentationes nemo ſeipſum conjicere debet 367.c
in Tentationibus ne ſimus meticuloſi 367.f
Terra cur ſtabilis 5.f
Terra quomodo fulciatur nō quærendum 5.e
Terra cur incondita 7.b
Terra cur prius quàm ſol creata 20.f
Terra quando perfecta 7.b c
Terra inuiſibilis duabus de cauſis 7.e
Terra mater omnium 202.a
Terra ſpōte ſua fructus edebat ante Adæ delictum 23.a
Terra imitanda in ferendis fructibus 829.f
Terra in ſcripturis quid 649.a
Terra quare ſcabellum pedum dei 646.d
Terra infimum obtinet locum cœlum ſupremum 713.f
Terræ proprium 19.d
Terræ circuitus 41.f
Terræ fundamenta 743.h
Terræ concuſſio 743.a
Terræ principes 108.b
Terrores vtiles iis qui ſano ſunt iudicio 609.f
Tertia hora orationis cur inſtituta 403.e
Teſtimonia hoſtium fide magis digna 219.f
Teſtudo ſibi medetur origano 42.f 844.d
Tetrachordū corporis noſtri 521.d
τετράχορδον quis 439.a
Thebæ Aegyptiacæ 877.d
Theodoſius 619.b
Theognidis dictum 216.f 835.b
Theologiæ fundamentum fides 125.b c
Theophania 220.d
Theophilus Alexandrinus 600.d
Theophraſtus 574.b cur dialogos non ſcripſit 628.e
θὶς vnde dicatur 303.a
Therebinthus & glans 665.e
Theriſtrum 687.d
Theſaurus bonus 627.e & etiam malus 467.c
Theſaurus perpetuus bona memoria 836.f
Theſaurizandum an ſit filiis 203.b 832.a
Theſaurizandum quomodo in cœlo 361.f 723.d
Thraſimachi audacia in ſcribendo 628.f
Thronus quid 763.a
Thus 654.d 638.b
θυμὸς quid 438.e 705.d
θυμὸς in quo differat ab ὀργῇ 84.a
θυμοῦ ἔθος 441.h
Tiberina 557.h e
Tibia pro prophetis 85.d
Thyamiama deo acceptum 654.d
τιμὴ quid 732.a
Timere iudicia dei quomodo poterimus 462.e
Timor multiplex 95.h
Timor & tremor 513.f
Timor domini vnde 392.d
Timor inchoat ad pietatem 88.f 659.a
Timor ſimpliciores ædificat 164.d
Timoris domini vtilitas 164.d & argumentum 720.a
Timoris dei laus 94.c
Timoris cauſa expectatio mali 492.e
Timothei muſici peritia 215.d
Titiones duo fumigantes 712.d
Titulus in recordationem 58.f
Tolerans quis ſit 825.f
Tolerantiæ diſcendæ aliis præceptores ſimus 614.c
Tolerantiæ modi 826.a
Tolerantiam afflictionum à deo eſſe 364.d
Tonitrus quomodo fiat 77.e
Tonitrus myſticè 77.f
Tonitrua 13.d
Tonitrua quare fiant 387.e
τόκος vſura quare dicta 74.d
Torcular vineæ domini 692.d
Traditiones humanæ 354.b
de Traditionibus multa 324.b c & ſeq.
Tranquilitas animæ quomodo paretur 111.d
Tranquilitas vitæ 617.c
Tranquilitas animi fons virtutum 489.e
Tres pueri per ieiunium ſeruati 129.e
Trapezitæ 661.e
Tribuendum ſuperuacaneum 362.a
Tribulatio auxilij diuini conciliatrix 117.d
Tribulatio iuſtum decet 97.d
Tribulatio iuſtum inuenit 109.b
Tribulatio è longinquo 728.d
Tribulatio humilitatem parit 683.b
Tribulationis bona 119.b
Tribulationes ſequitur ſpes 575.e
Tribulationes quid conducant 91.e
Tribulationes coronant 93.a
Tribulationes dominus pro menſura inducit 585.d
Trigamia an prohibeatur 783.d
Trigamus 768.a
Trigamorum pœnæ 768.d e
Trinitas inſinuatur 47.c 192.e 597.f
Trinitatis confeſſio 760.e
de Trinitate quid ſentiat Baſilius 347.a 619.620.
de Trinitate non diſputandum 337.a
de Trinitate nihil prorſus creatum 576.a
de Trinitate apta comparatio 567.b
Triſtes quales ſint 827.b
Triſtia per patientiam vincenda 570.b
Triſtia quæ ſunt potiora delitiis 558.e
Triſtia lætis præponere mos eſt ſcripturæ 84.h
Triſtitia duplex 460.b
Triſtitia nimia opprimit 142.c
Triſtitia ſecundum deum 460.h
Triſtitia author peccati 827.f
Tritici negotiatorum malitia 871.e
Trophæum quid 793.a
Tumidus quis 438.f
Tumorem animi reprimit naturæ cognitio 565.c
Tunica qualiſnam ſit 551.e
Turris quid 674.e
Turris in medio vineæ 692.d
Turtur 39.b
Turturis caſtimonia 820.d
Tyanenſis ſynodus 601.f
Tyrannus quid à rege differt 174.e
Tyrus metropolis Chanaam 107.d

V

VAacandum orationi 111.d
Væ potentibus 663.b
Valentini impium dogma 581.d
Valens eccleſiæ perſecutor 873.e
Valetudo bona fallax 216.e
Vas teſtaceum 165.a
Vaſa mortis quæ 69.b
Vaſa quid ſignificent 165.a
Vates qui 788.h
Vaticinantium pœnæ 791.b
Vaticinium Balaam 220.a
Venatores in eccleſia 136.d
Vendentes in templo quare dominus eiecerit 415.b
Vendere proprias facultates cur dominus iubeat 444.f
Veneficium 786.d e
Venenum eiaculantia 79.c
Venenum ferrum conſumere 171.b
Venefici puniendi 769.c
Veneficæ pœna 791.c
Venter ſocius infideliſſimus 134.a
Venter grauatus 839.a 840.e
Ventris epitheta 134.a
Ventris moderatio animi perturbationum compreſsio eſt 489.e

Ventrem

Ventrem pro deo qui habent quomodo dicendi 721.f
Ventriloqui qui 721.c d
Verbum bonum quod 104.b
Verbum quod otioſum 433.f
Verbum domini quomodo conferendum 374.a
Verbum dei diligenter diſcendum 352. e
Verbum ſalutare non omnes excipiunt 724.d
Verbum dei quomodo credendum 352.c
Verbum erat in principio 724.a
Verbũ ad futurũ refertur 666.b c
Verbum domini quomodo percipiebant prophetæ 711.e
Verbi duplex ſignificatio 191.d
Verba dei ſine intermiſſione cuſtodienda 354.b 375.e
Verborum in ſcripturis virtus per fidem intelligenda 254.d
Veritas difficilis inuentu 301.d
Veritas verborum domini vbique retinenda 375.e
Veritas perquirenda 596.e 723.e
Veritas euangelicæ prædicationis quomo inueſtiganda 720.b
Veritas in cortice amara 513.e
Veritas eſt nuda 221.e
Veritas vbi ſita eſt 561.d
Veritas quomodo dolũ patitur 71.b
Veritatis doctrina qualis 14.f
Veritatis acceptio duplex 70.f
Veritatis cognitio quomodo paretur 551.a
Veritatem præſtat ignoraſſe quàm ab ea deficere 547.d
Veritatem in iniuſtitia detineri 440.f
Verſutia quid 178.e
Veſpera hoc ſeculum dicitur 84.c
Veſperæ preces 414.a
Veſpertilio 40.a 676.d
Veſpertilionis natura & diaboli 676.d
Veſpertilionum amor 797.b
Veſpertilionum volatus qualis 494.e
Veſtimentum nocturnum an liceat habere aſcetæ 444.e
Veſtimentorum vſus 145.f 405.d
Veſtimenta quæ reiicit ſcriptura 687.b
Veſtimenta perpetuò ſint candida 712.c
Veſtitus ſcopus quis 551.e
Veſtitus monaſticus quis 506.b
Veſtitus idem & concolor cur ſit monachis 405.e
Veſtitus qui deceat hominem Chriſtianum 405.b
Veſtitus iuxta dignitatem cuiuſque 405.a
Veſtitus pij qualis eſſe debeat 551.e
Veſtium ornatui ſtudentes 216.a
Veteris teſtamenti lectio quibuſdam nocuit 509.f
Vetuſtate quicquid præcellit, idem venerabile eſt 128.c
Via arcta 467.d
Via lata 719.d
Via vita dicitur 64.a 208.d
Via quare Chriſtus 307.b
Via ad recti inuentionem 551.a
Via noſtra 682.e
Via pro doctrina 789.c
Viæ duæ inter ſe contrariæ 64.d 816.e
Viator in eccleſia 135.d
Viatores hîc ſumus 852.a
Viatorum amicitia 147.c d
Vibex quid 648.d
Vibices quid denotent 648.e
Victimæ ſine pœnitentia non proſunt 652.d
Victimæ impiorum abominatio 652.d
Victimarum multitudo exploſa 652.d
Victimas ritu Iudaico oblatas reiicit ſcriptura 652.d
Viciſsitudo rerum humanarum 130.c 612.e
Victurus quis ſit in æternum 114.a
Victus certa ſit ratio 552.a
Victus intemperantia res periculoſa 401.b
Videns quis 645.a 737.c
Vidua quæ eligenda 775.e
Vidua ancillæ comparatur 774.a c
Viduæ & virginis lapſus differentia 774. a
Viduo viro nulla pœna impoſita 775.e
Viduarũ vera inſtitutio 377.e 695.e
Viduitatem commendat exemplo Turturis 39.e
Vigilanti color alius, alius dormiẽti 48. a
Vigiliæ 578.d
Vigiliis & orationibus incumbendum 364.f
Vilia pro precioſis accipimus 852.b
Vim vi repellere an liceat 781.d
Vinci literis amant docti 624.a
Vindicta prohibita 363.a 820.f
Vinea domini in amaritudinẽ verſa 650.a 692.a
Vinea pro vuis ſpinas edidit 650.a 692.e 693.a
Vinea vuam fellis protulit 650.a
Vinea probè effoſſa quæ 694.d
Vinea ope deſtituta 650.a
Vinea neglecta duo patitur 694.b
Vinea domini epiſcopis & presbyteris credita 684.c
Vinea veritatis 757.b
Vinea Sorec 692.d
Vinea Sabama 757.c
Vinea in Sodomis plantata 757.b
Vinea Aegyptiorum 757.b
Vineæ plantatio quæ 692.d
Vineæ & animæ collatio 23.d
Vineam domini qui incenderunt 684.c
Vinum dei donum 186.a
Vinum cœpit poſt diluuium 129.a
Vinum compunctionis verbum dei 1 8.e
Vinum iucunditatem ſubindicat 150.a
Vinum non bibere bonũ eſt 699.b
Vinum & mulieres apoſtatas facere 537.a
Vinum rationem deprimere 188.c 840.d
Vini vſus ad quid 186.a
Vini effectus 186.d
Vini immodici incommoda 186.e
Vini & Siceræ vſus quibus interdictus 704.a
Vini nomine documenta ſacrarum literarum 661.e f
Vino abſtinebãt magiſtratus 840.d
Vino vtendi optimus modus 131.d
de Vinolentis 187.d
Viperæ & murenæ ſimul coëunt 35.e
Viperarum partus 44.b
Vir tecto capite non oret 365.c
Vir angelicæ quodammodo dignitatis 532.a
Vir aſtutus, mulier improba 646.d
Virum quid deceat 683.d
Viri quomodo vxores debeant diligere 377.b
Viri mulieribus ne ſint inferiores in fide 145.d
Viri boni etiam in futuro iudicio examinabuntur 849.f
Viros quæ concernant ad tuendam pudicitiam 545.d
Virgæ multiplex acceptio in ſcripturis 106.b
Virgam exactorum deſtruit Chriſtus 724.d e
Virgo Maria prophetiſſa 717.d
Virgo an immaculata 714.d
Virgo ſalua virginitate vt peperit 843.f
Virgo & vita & inſtituto à nupta diuiſa 526.f
Virgo ſui ſponſi teſtamentum cogitet 542.d
Virgo quæ dicatur pudica 535. b 774.a
Virgo maiori cura obſeruet animã quàm corpus 523.a
Virgo ſeipſam reueretur 530.a
Virgo olim ex ædibus paternis non egreſſa niſi coniuncta viro 197.b 533.f
Virgo caſtitatis imago 527.a
Virgo non ſit gregalis 525.f
Virgo Chriſti vas animatũ 534.d
Virgo ſit cauta erga fratrem 535.

Virg

Virgo etiam ſola ne ſe nudet 530.a
Virgo mandatum dei ſibi præſtituat aurigam 525.e
Virgo quę aſpernari debeat Chriſti gratia 528.f
Virgo quæ animo virginitatē amiſit, nec corpore virgo eſt 523.d
Virgo ſponſæ comparatur 774.a
Virginis commoda 527.e
Virginis aſpectus quis 523.a
Virginis ornatus quis 524.e
Virginis ſermo quis 526.a b
Virgini quàm olim delatum 527.a
Virgini corporis cultus vitandus 525.a
Virgini adſit guſtus virginalis 520.f
Virginem deo placere quid 528.a
Virginē nullo modo mœchari conuenit 529.b
Virgines fatuæ 176.e 184.f
Virgines quomodo ſe gerant 378.c
Virgines quid olim pallæ 519.b
Virginum inſtitutio 378.c
Virginum dona 108.a
Virginum monachatum fornicantium pœnæ 785.f
Virginitas ſupra naturæ legem 540.e
Virginitas hominem deo ſimillimum facit 518.e
Virginitas vitam noſtram de corruptione ad gloriam colligit 539.e
Virginitas amiſſa non redintegratur 542.c
Virginitas vera quæ 381.c 547.a
Virginitas Mariæ ad diabolum latuerit 218.e
Virginitatis laus 877.e
Virginitatis nullæ leges ſtatutæ 540.b c
Virginitatis profeſſio ſolēniter inibatur 333.f
Virginitatis votum fuiſſe ſolenne 548.a
in Virginitatis profeſſione qua moderatione vtebantur 400.f
Virginitatis profeſsio qua ętate fieri debeat 400.e
Virginitatis profeſsio quomodo firma 399.f
Virginitatis commoda 381.c 527.e
Virginitatis pulchritudo per omne opus ſeruanda 526.f
Virginitatis præceptum non datur ſed conſilium 540.f
Virginitati tuendę præſcriptus ſcopus 520.c
Virginitatem quædam perpetuam ſeruant 578.b
Virginitatem curſum totius virtutis habere 521.e
Virginitatem non ſeruantes matrimonio copulentur 526.a
Virginitatem ſeruantes eſſe angelos 538.e
Virilia execta caſtum non facere 545.d
Virtus quid 390.b 702 e
Virtus, vitatio mali 183.d
Virtus veræ ſunt diuitiæ 202.a 816.a
Virtus animæ quæ, & quomodo paretur 632.b
Virtus viaticum ſenectutis 217.b
Virtus intra nos 173.f
Virtus Damaſci, gentes 717.e
Virtus ex voluntate non ex neceſſitate 166.a
Virtutis laus 214.c
Virtutis præmium deus 612.e
Virtutis pretioſa poſſeſsio 565.d 818.d
Virtutis iugum paucos ſubire 336.a
Virtutis via 214.a
Virtutis inſtrumenta 173.f
Virtutes quatuor in quibus conſiſtant 84.d
Virtutes quæ animo cernuntur, omnibus obſeruandæ 173.f
Virtutes in noſtram poſſeſsionem quando tranſeunt 209.e
Virtutes bona dilargiuntur 719.f
Virtutum ſagena 335.f
Virtutibus in propriis non eſſe ſuperbiendum 365.d
Videndi curioſitas prohibetur 335.a
Vis corporis nimia impedimento eſt ſpiritui ad ſalutem 839.b
Viſio pro libro 645.d
Viſio 699.e
Viſio mente perſpecta 737 b
Viſio ad quod refertur 666.b c
Viſiones nocturnæ vnde oboriantur 433.e
Viſitatio aliena eſt à profeſsione monaſtica 481.d
Viſus cæteris ſenſibus certior 645.b
Viſus quomodo fallitur 30.d e
Viſus in ſacris literis 179.d
Viſus ad euidentiſsimam cognitionem aptiſsimus 645.a
Vita vera 95.e 381.a
Vita hominum duplex 331.e 136.a
Vita optima deligenda 217.c
Vita ſermoni ſit conſona 214. e 818.c 819.d
Vita quibus inconſtans 628.e
Vita hominis fluuius quidam 212.b 851.c
Vita noſtra aſsimilata fœno 21. d 853.a
Vita noſtra via dicta 208.c 851. e 852.a
Vita æterna mandatum dei 353.d
Vita præſens & futura 385. f 504.d 575.e
Vita quibuſdā longior datur 851.e
Vita noſtra peregrinatio quædam 852. b
Vita æterna non ex voluptatia 804.a
Vita noſtra quaſi perpetua oratio dicatur 146.b
Vita noſtra quaſi carcer 147.b
Vita monaſtica adiutrix ad euangelica dogmata obſeruanda 387.f
Vita aſcetica ad quid inſtituta 403.a
Vita iuſti in afflictionibus poſita eſt 93.a
Vita quæ degitur in paradiſo 55.d
Vita futura qualis 368.e
Vita ſolitaria periculoſa 395.d
Vita Chriſtianorum vniformis 404. e
Vita hominis variis calumniis obnoxia 556.b 573.b
Vitæ duo genera per Mariam & Martham deſignata 485.b
Vitæ huius inconſtantia & incertitudo 64.a b
Vitæ communis quæ ratio tenenda 409.d e
Vita ſecularis incommoda 394.b c
Vita monaſtica prototypi 332.a b
Vitæ cænobiticæ commoditas 498. a
Vitæ ſpeciem turpem proponere quid 616.b
Vitæ humanæ miſeria 213.a
Vitę ingreſſus potius deflēdus 853.e
Vitam quietā nobis poſſumus conſtituere 847.d
Vitam hominis nullum certū terminum habere 183.d 807.e
Vitam euangelicam quæ comitentur 337.e
Vitam cænobiticam præfert ſolitariæ 394.e
Vitam hanc cuius ſit tranſire, & ad alteram properare 70.a
Vitam ex ſeipſu Chriſtum habere 620.b c
Vitam humanam dominus diuiſit 331.e
Vitam religioſam vnicum ſcopum habere 383.f
in Vita hac nihil verè noſtrum 209.a
Vitis & hominum allegoria 23.d
Vitis & animæ præclara collatio 650.b c
Vitis quare Chriſtus dictus 258.f
Vitium quid 390.b
Vitium etiam graue timore dei cōuincitur 398.d
Vitia virtutibus ſunt proxima 532.e 817.f
Vitia inueterata quomodo curentur 421.f
Vitiorum prauitas vnde 341.a
Vitiorum vacuitas quid præſtet 381.b
Vitulus libani 81.f
Vitulus pro ſacerdotio immolatus 546. b

Vitulus ſcit vbi naſcentur cornua 844.e
Viuet quis in æternum 114.a
Viuere Chriſto 236.d
Viuere ad opinionem vulgi pudendum 217.a
Viuificare Dei eſt 281.c
Viuorum regio 124.d
Vlciſcentes taxantur 662.f
Vlciſcentes viperæ comparantur 52.e
Vltio eſt animi iracundi 570.b
Vltio non ſumenda 363.a
Vlulatus quid 729.c 756.d
Vlulæ 40.a
Vmbra vt ſit, tria cócurrunt 9.d
Vnctio Chriſti 106.c
Vnguenta Deo grata 687.f
Vnicornis natura 78.e 82.a
Vnicornis prompta ad vltionem 78.f
Vnicornium filius, Chriſtus dictus 78.e 82.a
Vnigenitus quis 273 d
ante omnia 761.b
Vnitatis dictio quomodo accipiéda 619.f
Vnum verè & ſimplex 619.e
Vnicuique pro ſuo merito tribuuntur omnia 683.d
Vno offendere & eſſe omniũ reus 801.d 802.b
Vocabulis Eccleſiæ conſuetis inhærendum 345.d
Vocatio miranda 112.a
Vocatorum tria genera 112.b c
Volatile nullum pedibus caret 37.d
Volatilium differentiæ 37.e
Voluntas noſtra diuinæ non præferenda 354.c
Volũtas in noſtra poteſtate ſita eſt 166.a
Voluntas libera 707.e
Volũtatem damnat lex perinde ac opus 543.e
Voluntaté alicuius faciens eius particeps efficitur 476.c
Voluntate propria non vtendum 449.d
Voluptas plus habet doloris quàm iucunditatis 94.f
Voluptas inescatio diaboli 402.b 807.a
Voluptas in cibis fugienda 838.d
Voluptas ex vino 186.e
Voluptatis epitheta 183.d
Voluptatis cauſa cur homines trahantur in errorem 703.a
Voluptates corporis ſimiles cepis & aliis 650.f
Voluptates fugiendæ 815.f
Voluptatibus inſeruire quid 403.b 665.b
Voracitatis malum 520.e
Voti virginei antiquitas & ſolennitas 533.d 547.b
Vota ridicula 777.b
Votorum antiquitas 484.d
Votorum violatores quàm peccent 507.b
Votis piis inuigilandum 651.a
Vox quid 77.c 18.a
Vox qualis eſſe debeat 551. e 814. a
Vox domini ſuper aquas 77. d 81.b
Vox theologica impar ad exprimédam mentem dicentis 552.d
Vox gentium multarum quid 739.a
Vocis modum audientium neceſſitas definit 453.e
Vocem dei quomodo accipere debemus 77.c 81.a
Vocem exaltatam & abiectam qui habent 738.b
Voce cur vtimur 645.b
Vociferatio quid 87.a
Vociferatorem leoni comparat 52.e
Vrbanitatem ſcurrilem ſectari monachum non debere 496.b e
Vrias & Zacharias teſtes fideles euangelij 717.b
Vrias quid ſonat 717.c
Vrſa vulnerata verbaſco ſibi medetur 42.f 844.d
Vrſo comparat doloſos 52.e
de Vſiæ & hypoſtaſeos differentia 565.e & ſeq.
Vſus ſæpe imbecilles reddit bellatores 562.f
Vſura fœtus viperinus 74.d
Vſura quare τόκος appellata 74.d
Vſuræ malum quantum ſit 72.f & ſeq.
Vſurarij ſacerdotes an deponendi 773.a
Vſurarios ſuggillat 72.f
Vter 88.b
Vtres noui 88.e
Vterum deum ad generandum habere 290.e
Vua acerba dẽtibus, vt fumus oculis 712.e
Vulnus quid 648.d
Vulnera ſunt ſchiſmata in eccleſia 648.e
Vulpeculæ ſimilis homo doloſus 103. b
Vulpes quomodo ſibi medentur 42.f 844.d
Vultures præſagi cædis futuræ 40.c
Vultures pariunt ſine coitu 39. d 843.f
Vultus domini 96.e
Vxor aliena quæ 779.c
Vxor exemplo viperæ mariti moroſitatem ferre docetur 35.c
Vxores diligendas 35.c
Vxores leuitarum ſeorſum 535.d
Vxores viris ſint ſubiectæ 377.b
Vxores duas habentium pœnæ 789. d

X

XAnxaridæ thermæ 617.e
Xerxes 873.d

Z

ZAcharias quid ſonat 717.c
Zachariæ cædes 819.d
Zambri cócubitus cum ſcorto pœnas dedit 160.d
Zambri ſtuprum 170.e
Zelus 735.d
Zenonis dictum 629.d
Zona promptitudinis ad operandum ſymbolum 406 b
Zona duplex virtus & vitium 688. a
Zonæ vſus 406.b c

INDICIS RERVM ET VERBORVM FINIS.

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVI SPARSIM A D. BASILIO EXPLICANTVR, INDEX SECVNdum ordinem Librorum veteris & noui Teſtamenti.

GEneſeos 1. a. Factus eſt veſpere & mane dies vnus 324.d
Gene. 2. b. Lignum vitæ in medio parad. 166.d
Geneſ. 3. b. Comederunt & aperti ſunt oculi eorum 166.e
Geneſ.3.b Adam vbi es 123.f 847.f
Geneſ.3.c Inimicitias ponam inter te & ſemen illius 166.d
Geneſ.11.a Deſcendit autem dominus vt videret 89.f
Geneſ.12.a Egredere de terra tua & de cognatione 712.a
Gene.15.a Statímque ſermo domini factus eſt ad eum 77.c 81.a
Geneſ.18.e Deſcendam & videbo vtrum 89.f
Geneſ. 21. a Riſum fecit mihi deus 402.a
Exodi.5.c Vacatis, & idcirco 111.b
Exodi.12.d Vſque ad primogenitũ captiuæ quæ erat in carcere 83.e
Exodi. 20. c Cunctus populus viderunt voces & lampades 77.c 81.a
Exodi.23.d Ter in anno apparebit omne maſculinum 653.d
Leuitici. 21. c Homo ex ſtirpe tua, in generationibus veſtris &c. 243.f
Numeri. 15. b Anima quæcunque in manu ſuperbiam fecerit 343.b
Numeri. 24. e Orietur ſtella ex Iacob 219.e
Deuteronomij. 6. a Diliges dominum Deum tuum ex toto corde 103.f
Deuteron.22. d Si quis inueniat filiam virginem 219.b
Deuteron. 29. a Calceamenta veſtra in pedibus veſtris non ſunt contrita 686.a
Deuteron.28.c Sit cœlum quod ſupra te eſt æneum 15.e
Deuteron.33.e Accumbens dormiuit vt leo 220.a
2. Regum. 22. a ſcutum meum & cornu 79.a
4. Reg. 5. a Naaman magnus apud dominum ſuum 773.c
Iob. 8. d Os autem verax implebit riſu 402.a
Pſalmo.1.b Non reſurgunt impij in iudicio 67.b
Pſalm.3. b Dentes peccatorum cõtriuiſti 98.a
Pſalm. 6. a Quoniam conturbata ſunt oſſa 98.a
Pſal.7.a Ego confirmaui columnas eius 5.e
Pſalm. 8. a Ex ore Infantium & lactantium 90.c
Pſalm. 8. b Volucres cœli & piſces maris 773.b
Pſalm.12. b Illumina oculos meos nequando obdormiam in morte 341.a
Pſal. 18. d Præceptum domini lucidum illuminans oculos 99.f
Pſalm. 18. d Delicta quis intelligit 486.a
Pſal.19. g Quæretur peccatum eius & non inuenietur 491.b
Pſal.21.e Et à cornibus vnicornium 78.f
Pſal.23.a Super maria fundauit eum 5.e
Pſal.25. a Iudica me domine, quoniam ego in innocentia 67.e
Pſal.31.b Veruntamen in diluuio aquarum multarum 80.c 82.d
Pſal. 32. duobus argumentis poteſt conuenire 86.
Pſalm.32. a Verbo domini cœli firmati ſunt 88.a
Pſal.33.d Vnum ex eis non conteretur 98.b
Pſalm.34. b Omnia oſſa mea dicent 98.b
Pſal.35.e In lumine tuo videbimus lumen 317.d
Pſal. 36. e Neque ſemen eius quærens panem 134.e 507.c
Pſal. 36.g Vidi impium ſuperexaltatum ſicut cedros libani 78.e
Pſal. 41. a Deſiderat ceruus ad fontes aquarum 78.e
Pſalm.46. d Pſallite intelligenter 475.e
Pſal.49. b Ego cognoui omnia volatilia cœli 15.d
Pſal.50.e Cor mundum crea in me 164.b
Pſal.79. b Arbuſta eius cedros dei 78.e
Pſal.81. a In medio autem eos diiudicat 67.c
Pſal.90.b Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo 75.f
Pſal.90.e Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis 79.c
Pſal.91. b Exaltabitur ſicut vnicornis. 78.f
Pſal.100.b In matutino interficiebam omnes peccatores 700.d
Pſalm.103. c Montes excelſi ceruis 75.c
Pſal.109.a Ex vtero ante luciferum genui te 250.c
Pſal.109.a Iurauit dominus & non pœnitebit eum 72.a
Pſal. 111.b Cornu eius exaltabitur in gloria 79.a
Pſal. 118. a Beati immaculati in via qui ambulãt in lege domini 63.b 208.c
Pſal. 118. h Media nocte ſurgebam 414.b
Pſal.118.k Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me 54.a
Pſal.118.l Narrauerunt mihi inimici fabulationes 393.f
Pſal.118.r Os meum aperui & attraxi 91.f
Pſalm.125.a Qui ſeminant in lacrimis, in exultatione metent 84.d
Pſal.138.a Mirabilis facta eſt ſcientia 45.c
Pſal.140. e Diſcipata ſunt oſſa noſtra ſecus 98.a
Pſal.144.e Fidelis dominus In omnibus verbis ſuis 344.c
Pſal.148.b Et exaltauit cornu populi ſui 79.a
Prouerbiorum. 1. a Prouerbia Salomonis filij Dauid 174.c
Prouerb.1. a Principium ſapientiæ timor domini 4.a
Prouerb. 3. c Pes tuus nõ impinget 58.a
Prouerb. 5. c Bibe aquam de vaſis tuis 75.d
Prouerb. 8. b Dominus creauit me 288.c 621.e
Prouerb.10.a Nõ affliget dominus animam iuſtam fame 656.a
Prouerb. 13. b Redemptio viri diuitiæ ſuæ 444.d
Prouerb.14. b Innocens omni verbo credit 68.a
Prouerb.31.a Et vinum iis qui amaro ſunt animo 150.a
Eccleſiaſtes. 2. e ſapientis oculi in capite eius 58.d 97.f
Eccleſiaſt.1. b Initium ſapientiæ timor domini 392.d
Eſaiæ.1.a Cognouit bos poſſeſſorem ſuum 391.a
Eſaiæ.1. c ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum 432.a
Eſaiæ.4.a Et apprehendent ſeptem mulieres virũ vnum 689.b 691.a
Eſaiæ. 4.a Panem noſtrum comedemus 689.a
Eſaiæ. 5. a Vinea facta eſt dilecto 23.d
Eſaiæ. 5.e Væ qui dicitis malũ bonum 701.e

Eſaiæ.7.b Pete tibi ſignum in profundum 219.a
Eſaiæ. 7.b Ecce virgo concipiet 219.b
Eſaiæ.32. d Beati qui ſeminant ſuper aquas 647.b
Eſaiæ. 40.b Vox dicentis, Clama. 77.c 81.a
Eſaiæ. 40. b Omnis caro fœnum 21.d 853.a
Eſaiæ.40.c Quid cognouit ſenſum domini 303.c
Eſaiæ.42.a Calamũ quaſſatum non conteret 477.d
Eſaiæ. 42.c surdi audite, & cæci aſpicite 98.a
Eſaiæ. 45.b Ego dominus & nõ eſt alter, formans lucem & creans tenebras 164.a
Eſaiæ. 53. a Languores noſtros ipſe tulit 457.e
Eſaiæ.56.h Hæc dicit dominus eunuchis 541.e
Hierem.4.f sapientes ſunt vt faciãt mala 114.e
Hierem. 22.g Deprædatus eſt Iechonias ſicut vas 762.f
Hierem.30.c Obducam cicatricem tuam, ſanabo te à vulneribus tuis 84.b
Hierem.33.e Cœlum & terram ego adimpleo 294.e
Ezech.37.h Dabo ſuper vos neruos 98.b
Amos.8.d Mittam famẽ in terram 134. c
Micheæ. 1. d Deſcendit malum à domino in portam Hieruſalem 164.a
Micheæ.7.h Iram domini portabo, quoniam peccaui ei 422.d
Matthæi. 1. d Et non cognoſcebat eam donec 219.d
Matth. 2. a Ecce Magi ab oriente 219.d
Matth.3. e Videns autem multos Phariſæorum 350.d
Matth.3.c Baptizabit in ſpiritu ſancto & igni 294.c
Matth.3.e Paleas autem comburet igni inexting. 470.a
Matth.4.a si filius dei es 442.c
Matth. 5. a Beati pauperes ſpiritu 97.d 461.f
Matth.5.a Beati qui lugent 460.e
Matth.5.a Ipſi ridebunt 141.e
Matth. 5.a Beati mites 92.e 460.a
Matth. 5. a Beati miſericordes 387.d
Matth. 5. a Beati mundo corde 475.f
Matth.5.a Beati pacifici 463.c
Matth. 5. h Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita 464.d
Matth.5.d sis conſentiens aduerſario 464.c
Matth.5.d Non mechaberis 71.f
Matth.5.f. Ego autem dico vobis, ne iuretis 71.f
Matth. 5. f si quis te angariauerit 448.a
Matth.5. f Omni petenti te tribus 446.e
Matth. 5. g Diligite inimicos veſtros 457.c
Matth.6.a Quod facit dextera, neſciat 460.e
Matth. 6. a Intra cubiculum tuum 475. b
Matth.6.b Cùm ieiunas 464.d
Matth.6. b Exterminant enim facies ſuas 128.h
Matth.6.c Panem noſtrum quotidianum 469.c
Matth.6.c Vnge caput tuum & faciem tuam laua 128.b
Matth. 6. e Nemo poteſt duobus dominis ſeruire 351.a
Matth.6.d Ne ſoliciti ſitis quid edatis aut bibatis 462.a 473.f
Matth.7.a Nolite iudicare, & non iudicabimini 455.b
Matth.7.a Nolite dare ſanctum canibus 469.a
Matth.7.b Lata porta 467.d
Matt.7.e Nõ omnis qui dicit mihi, domine 352.b
Matth. 7.c Quicunque fecerit voluntatem 409.d
Matth.8.h sequere me & ſine mortuos 500.e
Matth.9.b Neque mittunt nouum vinum in vtres 88.h
Matth.10.h Prudentes ſicut ſerpentes 468.b
Matth.11.b Violentorum eſt regnũ cœlorum 336.a
Matth.11.b Lamentati ſumus vobis 85. d
Matt.11.d Venite ad me omnes qui laboratis 331.c
Matth.12.c Blaſphemia in ſpiritum ſanctum non remittetur 474.a
Matth. 12. c Bonus homo è bono theſauro 497.c
Matth.12.d Cùm autem immundus ſpiritus 111.c
Matth. 15.b scis quòd Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt 440. e
Matth. 13.e Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori 397.a
Matth. 18. a Niſi efficiamini ſicut paruuli 463.d
Matth.18.c si duo ex vobis conſenſerint 470.d
Matth.18.c Vbi fuerint duo vel tres 464.f
Matth. 18.c Quoties peccauerit in me frater 432.h
Matth. 18. c sed vſque ſeptuagies ſepties 56.b
Matt.19.b Magiſter bone quid boni faciam 154.a
Matth.19.b Nemo bonus niſi ſolus deus 619.f 762.b
Matt.20.a simile eſt 464.e
Matth. 20. a Merces operariorum 469. f
Matth. 20. b Tolle quod tuum eſt 469.e
Matt. 21. c Omnia quæcunque petieritis 470.d
Matth. 21. d Auſeretur à vobis regnum 757.b
Matth. 22.d Diliges dominum deũ tuum 103.f
Matt.23.c Væ vobis ſcribæ & Phariſæi 351.a
Matth. 24. b Ne fuga veſtra fiat in hyeme 638.2
Matt. 24. b Horam autem & diem nemo ſcit 287.a 762.d
Matt.25.a Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem 350.e
Matth.25.h sicut enim homo quidam peregrè 469.d
Matth.25.c Eſuriui & dediſtis mihi 161.f
Matt.25. d Diſcedite à me maledicti 344.d
Matt.26.d Tranſeat à me calix iſte 126.d 287.h
Matt.28.d Ecce vobiſcũ ſum omnibus diebus 219.d
Matt.28.d Euntes baptizate in nomine 580.a
Marci.1. b Angeli verò deſcendentes miniſtra 298.c
Marci.2.d Nemo vinum nouum in vtres 88.e
Marc. 4. a Aſcenderunt ſpinæ & ſuffo. 111.b
Marci. 9. g Habete in vobis ſal. 472. h
Marc.10.c Nullus bonus 187.f
Marc.10.f Poteſtis bibere calicem 126.d
Marc. 13. d De die autẽ illo & hora nemo 762.d
Lucæ.2.e Quia viderunt oculi mei ſalu. 120.2
Luc.3. d Paleas autem cõburet igni 470.a
Luc.3. d Beati qui nunc fletis, quoniam 402.a
Luc.8. b Hi ſunt qui ſeminati ſunt 197.d
Luc.9.c Si quis vult venire poſt me 394.h
Luc. 9. g Nemo qui miſit manum ſuam 500.h
Luc. 10. a Nolite portare ſacculum 469.b
Luc. 10. e Videbam ſatanam ſicut fulgur 167.b
Luc. 10.c Ecce dedi vobis poteſtatem

tem calcandi 79.c
Luc.10.d Quid faciẽdo vitam æternam 154.a
Luc. 10. d Nemo nouit filium niſi pater 767.b
Luc.10.e Homo quidam deſcendebat ab Hieruſa 204.d
Luc.10.g Martha martha ſolicita es 487.a b
Luc.11. f Quod ſupereſt date Eleemoſynam 473.d
Luc. 12. c Deſtruam horrea mea 150.d
Luc. 12. d Vendite quæ poſſidetis 445.a
Luc.12.f Vapulabit multis 472.c
Luc.12.g Quando vadis cum aduerſario tuo 682.d
Luc. 12.e Sint lumbi veſtri præcincti 753.a
Luc.13.b Ecce anni tres ſunt ex quo venio ad hanc 693.b
Luc.13. c Contẽdite intrare per anguſtam portam 350.f
Luc. 13. e Manducauimus coram te 476.a
Luc.16.b Quia filij huius ſeculi prudentiores 114.e
Luc. 17. a Vtilius eſt vt imponatur mola 440.a
Luc.18.c Qui ſe exaltat humiliabitur 438.f
Luc.19.b Homo quidam nobilis abiit in 740.c
Luc.19.d Quare non dediſti pecuniam meam 469.d
Luc.21.b Nondum eſt finis 762.d
Luc.22.d Qui habet ſacculum tollat 469.b
Ioan.1.a In principio erat verbum 190.d
Ioan.1.a Et verbum erat apud deum 192.a
Ioan. 1. b Gloriam quaſi vnigeniti 189.e
Ioan.3.b Facite fructus dignos pœnitentiæ 475.d
Ioan. 3.c Qui non credit iam iudicatus eſt 67.b
Ioan.4.a Da mihi bibere 762.d
Ioan.4.b Fons aquæ ſalientis 110.a
Ioan. 4. c Quinque viros iam habuiſti 768.a
Ioan.5.c Neque filius à ſeipſo aliquid facit 287.d
Ioan.5.g Ego veni in nomine patris mei 580.a
Ioan.6.d Laborate cibum qui non perit 462.b
Ioan.6.f Ego viuo propter patrem 287.d 620.b
Ioan.6. g Caro non prodeſt quicquam 321.c
Ioan.7.f De ventre eius fluent aquę viuæ 110.a
Ioan.10. c Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus 222.a
Ioan. 10. c Alias oues habeo 86.f 378.f
Ioan. 10.f Ego & pater vnũ ſumus 265.e
Ioan. 12. d Si quis mihi miniſtrat 491.a
Ioan.12.d Vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter 330.a
Ioan.13.f Seruus cognoſcens voluntatem domini 436.f
Ioan.13. d In hoc cognoſcẽt omnes quòd diſcipuli 392.b
Ioan.14.a Ego ſum via 307.b
Ioã.14.b Qui videt me, videt & patrem 224.e 308.b
Ioan.14.b Mundus me non videbit 320. b
Ioã.14.d Pater maior me eſt 286.f 620.d
Ioã.14.d Venit enim princeps mundi huius 167.b
Ioan.15.a Ego ſum vitis, vos palmites 23.d 287.e
Ioan. 15. b Mandata mea ſeruate 393.c
Ioan.15. d Cùm venerit paracletus, ille 318.d
Ioan.17.a Pater clarifica me 285.a
Ioan. 17. a Vt cognoſcant te ſolum verum 288.f
Ioan. 17. b Omnia mea tua ſunt 307.e
Ioan.17.d Pater iuſte, mundus te nõ cogno. 320.b
Ioan. 17. f Nemo ex iis periit niſi filius perdi. 66.a
Ioan.19.b Qui tradidit me tibi maius 437.a
Act.1.a Veſtrum non eſt ſcire tempora 621.d
Act. 5. b Quid eſt quod conuenit inter vos 313.e
Act.10.b Vas in quo erant quadrupedia & 748.a
Rom.1.a Per quem accepimus gratiam 306.d
Rom.1.e Qui veritatem in iniuſtitia detinent 440.f
Rom.1.d Et ſicut non probauerunt deum 341.a
Rom. 7.c Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccatum 432.d
Rom.7.d Quis me liberabit de corpore 98.d
Rom.8.a In ſimilitudine carnis peccati 581.d
Rom.11.d Quoniam ex ipſo & per ipſum 305.d
Rom. 12. a Obſequium rationale 465.f
Rom.12.a Vt probetis quæ ſit voluntas dei 474.e
Rom. 12. b Inuicem diligentes 467.e
Rom.12.c Feruens ſpiritu 470.b
Rom.12.c Noli altum ſapere 438.f
Rom. 12. c Nolite eſſe prudentes 470.c
Rom. 12.c Flere cum flentibus 149.e
Rom.13.a Qui poteſtati reſiſtit dei ordi. 502.d
Rom.13.d Sed induimini dominũ Ieſum 107.d
Rom.14.d Bonum eſt non manducare carnem 440.b
Rom. 15. a Debemus autem nos qui potentes ſumus 457.e
1.Corinth.3. a Charitas non inflatur 438.f
1.Corinth.3.d In ſeculo hoc ſtultus fiat 474.b
1.Cor. 4.a Nihil mihi conſcius ſum 485.f
1.Cor. 7.e Nôli quærere vxorem 541.a
1.Cor. 7. f Qui vtuntur hoc mundo, ſint 441.d
1.Cor.7.g Nubat tantùm in domino 533.e
1.Cor.8. b Siquidem ſunt dij multi 620.a
1.Cor. 8. c Si quis enim viderit te, qui habes ſcient 440.b
1.Corinth.8.d Non mãducabo carnes in æter. 440.b
1.Cor.10.a Et omnes in Moſem baptizati ſunt 311.c
1.Cor.10.g Ad gloriam dei manducare 402.d
1.Cor.10. g Siue editis ſiue bibitis 460.d
1. Cor. 11. c Quemadmodũ mulier ex viro, ita vir per mulie. 304.d
1.Cor.11.e Nunquid domos nõ habetis ad manducandum 481.d
1.Cor.11.f Mortem domini annuntiabitis 466.e
1. Cor. 12. b Hæc omnia operatur vnus & idem 313.e
1.Cor. 12.d Si patitur vnum membrum 457.b
1.Cor.13.a Si linguis loquar 589.e
1.Cor.13.a Si habeam omnem fidẽ adeò vt montes 458.a
1.Cor.13.b Charitas non eſt ambitioſa 468.c
1.Corinth.14. b Spiritus meus orat 475.d
1.Cor.15.e Chriſtum regnum dare deo 621.c
1.Cor.15.d Cùm autẽ ſubiecta fuerint illi omnia 286.e
1.Cor.15.g Abundantes in omni opere 477.d
2.Corint.2.a Conſilia deſtruentes 330.c
2.Cor.4.b Aporiamur ſed non deſtituimur 475.c
2. Corinth.4.c Egeſtate liberamus 473. d

2.Cor.4.c Maledicimur & benedicimus 465.b
2.Cor.5.d Si qua in Chriſto noua creatura 89.a
2.Cor.6.a Ecce nunc tempus acceptabile 350.f
2.Cor.6.c Nolite iugum ducere cũ infidelibus 351.a
2.Cor.7.a Has ergo habentes promiſsiones 351.a
2.Cor.7.a Ab omni inquinamento carnis 438.b c
2.Cor.12.c Pro hoc dominũ ter rogaui 470.d e
2.Corint.12.c Cùm enim infirmor tunc fortior 90.d 402.d
Galat.3.d Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis 310.c
Galat. 4.a Factus ex muliere 304.d
Galat. 4.c Filioli mei quos iterum parturio 95.a
Galat. 6.a Non efficiamur inanis gloriæ cupidi 438.b
Gala.6.a Alter alterius onera portate 457.f
Galat.6.c Ergo dum tempus habemus 350.f
Epheſ. 2.a Filij contumaciæ 473.a
Epheſ.2.c Vt duos conderet in ſemetipſo 98.a
Ephe.4.b Vnus deus & pater 403.c
Epheſ.4.f. Induite nouum hominẽ 107.e
Epheſ.4.f Iraſcimini & nolite peccare. Sol non 468.a
Epheſ.5.d Nolite fieri imprudentes 470.c
Epheſ.5.d Subiecti ſimus 448.a
Philip.2.h Propterea largitus eſt illi nomen 285.e
Philip.3.a Gaudete in domino 460.b
Colloc.1.a Sine intermiſſione orantes 403.d
Col.1.c Primogenitus omnis creaturæ 288.a
Col.2.d In humilitate 470.b
Collo.4.a Sermo veſter ſemper in gratia ſale 472.b
1.Theſ.2.d Ego quidem Paulus & ſemel & iterum 474.c
1.Theſſ.5.c Semper gaudete, indeſinenter orate 139.e 143.f 144.a
2.Theſſ.2.a Reuelatus fuerit homo peccati 65.f
2.Theſſ.3.b Nocte & die laborantes 403.d
2.Theſſ.3.c Operãtes panem ſuum mandu. 416.d
1.Timoth.1.a Si quis ſuorũ & maximè domeſticorum 500.d
1.Timot.2.c Volo viros orare in omni loco 247.d e
1.Timo.2.c Mulieres in habitu ornato 462.e
1.Timot.3.d Quomodo oporteat te in domo domini 82.f
1.Timot.5.b Iuniores viduas deuita 774.a
1.Timo.6.a In ſuperbiam eſt nihil ſciens 439.a
2.Timo.2.c In magna domo non ſolùm ſunt vaſa 165.a
2.Timo.2.d Nemo militans implicat ſe negotiis 330.a
Hebræo.1.a Quoniam ſplendor eſt gloriæ 568.a

INDICIS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ FINIS.

SIMILITVDINVM, QVIBVS AD PROBAtionem rei propoſitæ vſus eſt. D. Baſilius, Index.

DE ædificio & eccleſia 797.a
De ægroto, qui medico neglecto vitam perdit, & eo qui peccatis remiſſis adhuc in iis perſeuerat 808.d
De aëre peſtileti & praua conſuetudine 166.d
De ærugine & inuidia 172.e 823.b
De agricolis & fœneratoribus 832.f
De alimentis animæ & corporis 677.b
De eo qui amore accenſus eſt, & amore erga deum 528.d
De animæ cogitationibus & ſpiritu 28.b
De animantium ſingulorum virtute & hominum 818.d
De aqua & morbo gulæ 334.d
De aqua limpida & bonis noſtris 511.a
De aquæ ductu & ſermonis natura 814.b
De aquila & impiis parentibus 843.a
De apibus & Rhetorũ libris 213.f
De apro iracundo 822.c
De arboribus & Gordio 195.d
De arboribus & oleribus 490.d
De architectonica arte 62.e
De armis externis & fidei 346.a
De artificiis & operibus 393.c
De atriis ſanctorũ & eorum factis 6.f
De aſcendentibus gradus & auaris 156.b
De athletis & virtutis amante 141.a 849.f
De auaritia & igne 202.f
De auriga & cibo 521.a
De auro & virtutibus 334.c
De balneum ingredientibus & ſolitariam vitam amplectentibus 383.f. 817.e
De beſtiis demulſis & concupiſcẽtiis 550.f
De boue mutilo & eunucho 544.c d
De Cancro & eo qui dolo fratrem circumuenit 33.f
De cane & fœneratore 833.d
De cane & iracundo 822.a
De canibus & dæmonibus 729.d
De canibus & libidinibus 488.c
De carcere & vitæ longitudine ſiue breuitate 147.b 851.e
De catena & trinitate 567.b
De centauro & homine 520.d
De cera & anima 550.e 848.e
De cera & corde 89.d
De cera & homine 235.a
De Cereris imaginibus & inuidia 537.d
De certamine athletarum & probatione Chriſtiana 825.d
De certaminibus & ſtudioſo pietatis 141.a 655.f
De certantibus & anima 758.e
De certatore vulnerato & rebus aduerſis ferendis 854.b
De chirurgo & præpoſito aliis 490.a
De cholera & fœnore 833.f
De cibo nimio & inedia 521.a
De cibis athleticis & animæ 655.f
De cibatione corporis & oratione 333.d
De ciuitate expugnata & anima 651.a
De eo qui clauos corpori infixos habet, & de dei timore 175.d
De cœli admiratione 742.f
De cornuto boue & maſculo 544.c d
De cornutis animalibus & populo Iſraëlitico 692.a
De corporis vita & anima 181.c 848.f
De corpore maculoſo nudato in balneis, & anima exuta corpore 530.d
De corpore & membris 506.d

De

De corporibus & anima rationali 538.a
De corporibns mollibus & iis qui palam inſaniunt 315.f
De cucurbita & calore 15.a
De curatione corporis & animæ 421.e
De iis qui in cuſtodias coniiciuntur,& de anima 147.b
De deo & dilectione 384.e
De deo & medico 163.f
De diuite & ægroto 121.e
De doctrina peruerſa & peſte 580.e
De ebriis & nauigiis 186.f
De eleemoſyna palam facta, & ieiunio 811.b
De equo & corpore 488.d
De eo qui magiſtrum in ſole alloquitur & virgine 525.e
De eo qui minime ſentientem verberat,& contumelioſis 168.f
De ericio & diuite 747.f
De Eſau & diabolo 746.e
De fabro ferrario & Chriſtiano 393.d
De feris incluſis & Iudæis 45.e
De ferro & humana domini carne 218.b
De ferro in medio ignis & ſanctis virtutibus 280.d
De ferro ignito & baptiſmo 235.e
De ferro ignito & de deo verbo 218.a
De ferro ignito & lapide 615.e
De figulo & deo 2.f
De filio alicuius interfecto & precibus Iudæorum 657.f 798.b
De flamma & hæreſi 584.d
De flāma & facultate vitali 827.b
De flamma & filio ex patre 568.b
De flumine & tyranno 156.d
De fluminibus & auaris 156.d 857.a
De fluuio & diuitiis 121.f
De fluuio & vita humana 825.b
De fœno & tactu mulieris 633.f
De fonte & gulæ vitio 334.d
De frumēto coēmpto & impletione terræ 51.a
De frumento & pane pauperi dato 151.c
De fullonibus & gloria huius vitæ 213.b
De fumo & peccato 93.f 800.b
De funibus & vitiis 700.e
De gramine & anima 727.a
De germine 492.b
De gutture & mente 475.e
De helluone & diuite 831.e
De hiſtrionibus 214.e
De homicida & eo cui virilia reſecta ſunt 543.d
De homine duplici 655.f
De homine aſtuto & diabolo 207.f
De hydropico & verſuram faciente 74.f
De igne & amore 523.f
De igne & auaro 695.f
De igne & peccato 805.a
De igne & ſagittis 69.b
De igne & vnguento & de ſanctis 195.e
De igne & inuidis fugiendis 823.e
De imagine & diuina operatione 838.e
De imagine Regis & Dei 74[illegible].c 821.f
De indigentia rerum & obſcuritate literarum ſacrarum 813.a
De inſania captis & animo auari 152.a 835.d
De inſtrumenti officio & dicendi vario genere 346.a
De intemperantia gulæ & abſtinētia 522.c
De inuidis & vulturibus ac muſcis 173.a
De irato & torrente 167.f
De iride & trinitate 567.d
De lapide coniecto in ciſternam 524.a
De lapide & laſciuo intuitu 524.a
De latronibus & diabolo 800.a
De lebete & pluuia 20.d
De lege & dei ira 99.b
De leone,vrſo ac ſerpente 740.b
De lepore & vulpe & orationis inuolucro 176.f
De libra & de corpore & anima 136.b
De linea & corde 68.f
De loco decliui & auaro 835.b
De luce ſenſibili & ſole iuſtitiæ 93.b
De luce & tenebris,ſanitate & morbo,veritate & mendacio 675.e
De lucerna ſublata in nocte & gubernatione intelligibili 314.d
De iis qui maculam habent in corpore, & de velamine carnis exuto 213.b
De magnete & fœmina 519.b 525.d
De magiſtri præſentia & ieiunio 133.c
De mari turbulento & inconſtantia rerum humanarum 847.c
De medicamento & corporis neceſſariis 384.a
De medicamētis & tenebris in domo & de morte 218.b
De medicamento vrente 751.d
De medicina & correctione 712.e
De medico & Chriſto 620.e 808.c
De medico corporis & animorum 829.e
De medico & deo 135.a 163.f
De medico & ſpiritu ſancto 61.f 813.a
De medico & diabolo 739.d
De medicis & homicidis 496.d
De medico & pœnitentiā 806.f
De medicorum conſuetudine & Baſilio 599.f
De medicorū conſuetudine & vitiorum reſectione 407.f 420.b 712.e
De medicorū præceptis & ſpiritualibus monitionibus 167.d 814.b
De melle & ſermone cœleſti 813.b
De membris corporis & communi ſocietate 406.d
De mēbris corporis & mutuo auxilio 416.a
De mente debilitata & ventre 812.f
De milite & peccato 524.b
De milite temporali & ſpirituali 505.d
De montibus & anima 747.c
De montibus & contrariis poteſtatibus 674.d
De morbo fugiendo & malis declinandis 849.c
De morborum varietate & peccatorum doloribus & cruciatibus 472.c
De morbis corporis & animi 479.d
De muliere & anima 747.e
De muliere impudica & baſiliſco 685.b
De muris vrbium & angelis 800.b
De mane & ieiunante 128.f 810.d
De mane & homine inconſulto 679.a 848.d
De mane onuſta & corpore ebrij 840.d
De in mane dormientibus & vita noſtra 851.f
De manibus nimiū onuſtis & corporibus 675.a
De naufragantibus & Baſilio 599.f
De naufragiis & iis qui in littore conſtituti ſunt 141.d
De nauigandi inſolentibus & Baſilio 550.b
De nauigantibus & Baſilio 36.a
De nauigio debili & vxorum affectu 155.e
De niue & anima 660.d
De noctua & inanis ſapientiæ ſtudioſis 40.a
De notis & peccato 531.a
De nubibus & homine 602.a
De oculo vago & mente 550.e
De oculo & anima 181.e
De oculo & aquæ ductu 58.d
De oculo & corde turbatis 92.e
De oculo & intellectu 271.f
De oculo & mente 45.a 46.d
De oculo obeſo & anima 143.f
De oculo ſeipſum non vidēte 615.a
De oculo puro corporis & eccleſię præfecto 560.a

2.Cor.4.c Maledicimur & benedicimus 465.b
2.Cor.5.d Si qua in Chriſto noua creatura 89.a
2.Cor.6.a Ecce nuoc tempus accepiabile 350.f
2.Cor.6.c Nolite iugum ducere cũ infidelibus 351.a
2.Cor.7.a Has ergo habentes promiſsiones 351.a
2.Cor.7.a Ab omni inquinamento carnis 438.b c
2.Cor.12.c Pro hoc dominũ ter rogaui 470.de
2.Cocint.12.c Cùm enim infirmor tunc fortior 90.d 402.d
Galat.3.d Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis 310.c
Galat. 4.a Factus ex mulicre 304.d
Galat. 4.c Filioli mei quos iterum parturio 95.a
Galat.6.a Non efficiamur inanis gloriæ cupidi 438.b
Gala.6.a Alter alterius onera portate 457.f
Galat.6.c Ergo dum tempus habemus 350.f
Epheſ.2.a Filij contumaciæ 473.a
Epheſ.2.c Vt duos conderet in ſemetipſo 98.a
Ephe.4.b Vnus deus & pater 403.e
Epheſ.4.f. Induite nouum hominẽ 107.e
Epheſ.4.f Iraſcimini & nolite peccare. Sol non 468.a
Epheſ.5.d Nolite fieri imprudentes 470.c
Epbeſ.5.d Subiecti ſimus 448.a
Philip.2.b Propterea largitus eſt illi nomen 286.e
Philip.3.a Gaudete in domino 460.b
Colloc.1.a Sine intermiſſione orantes 403.d
Col.1.c Primogenitus omnis creaturæ 288.a
Col.2.d In humilitate 470.b
Collo.4.a Sermo veſter ſemper in gratia ſale 472.b
1.Theſ.2.d Ego quidem Paulus & ſemel & iterum 474.c
1.Theſſ.5.c Semper gaudete, indeſinenter orate 139.e 143.f 144.a
2.Theſſ.2.a Reuelatus fuerit homo peccati 65.f
2.Theſſ.3.b Nocte & die laborantes 403.d
2.Theſſ.3.c Operãtes panem ſuum mandu. 416.d
1.Timoth.1.a Si quis ſuorũ & maximè domeſticorum 500.d
1.Timot.2.c Volo viros orare in omni loco 247.de
1.Timo.2.c Mulieres in habitu ornato 462.c
1.Timot.3.d Quomodo oporteat te in domo domini 82.f
1.Timot.5.b Iuniores viduas deuita 774.a
1.Timo.6.a In ſuperbiam eſt nihil ſciens 439.a
2.Timo.2.c In magna domo non ſolùm ſunt vaſa 165.a
2.Timo.2.d Nemo militans implicat ſe negotiis 330.a
Hebræo.1.a Quoniam ſplendor eſt gloriæ 568.a

INDICIS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ FINIS.

SIMILITVDINVM, QVIBVS AD PROBAtionem rei propoſitæ vſus eſt. D. Baſilius, Index.

DE ædificio & eccleſia 797.a
De ægroto, qui medico neglecto vitam perdit, & eo qui peccatis remiſſis adhuc in iis perſeuerat 808.d
De aëre peſtileti & praua conſuetudine 166.d
De ærugine & inuidia 172.e 823.b
De agricolis & fœneratoribus 832.f
De alimentis animæ & corporis 677.b
De eo qui amore accenſus eſt, & amore erga deum 528.d
De animæ cogitationibus & ſpiritu 28.b
De animantium ſingulorum virtute & hominum 818.d
De aqua & morbo gulæ 334.d
De aqua limpida & bonis noſtris 511.a
De aquæ ductu & ſermonis natura 814.b
De aquila & impiis parentibus 843.a
De apibus & Rhetorũ libris 213.f
De apro iracundo 822.c
De arboribus & Gordio 195.d
De arboribus & oleribus 490.d
De architectonica arte 62.e
De armis externis & fidei 346.a
De artificiis & operibus 393.c
De atriis ſanctorũ & eorum factis 6.f
De aſcendentibus gradus & auaris 156.b
De athletis & virtutis amante 141.a 849.f
De auaritia & igne 202.f
De auriga & cibo 521.a
De auro & virtutibus 334.c
De balneum ingredientibus & ſolitariam vitam amplectentibus 383.f.817.e
De beſtiis demulſis & concupiſcẽtiis 550.f
De boue mutilo & eunucho 544.c d
De Cancro & eo qui dolo fratrem circumuenit 33.f
De cane & fœneratore 833.d
De cane & iracondo 822.a
De canibus & dæmonibus 729.d
De canibus & libidinibus 488.c
De carcere & vitæ longitudine ſiue breuitate 147.b 851.e
De catena & trinitate 567.b
De centauro & homine 520.d
De cera & anima 550.e 848.e
De cera & corde 89.d
De cera & homine 235.a
De Cereris imaginibus & inuidia 537.d
De certamine athletarum & probatione Chriſtiana 825.d
De certaminibus & ſtudioſo pietatis 141.a 655.f
De certantibus & anima 758.e
De certatore vulnerato & rebus aduerſis ferendis 854.b
De chirurgo & præpoſito aliis 490.a
De cholera & fœnore 833.f
De cibo nimio & inedia 521.a
De cibis athleticis & animæ 655.f
De cibatione corporis & oratione 335.d
De ciuitate expugnata & anima 651.a
De eo qui clauos corpori infixos habet, & de dei timore 175.d
De cœli admiratione 742.f
Do cornuto boue & maſculo 544.c d
De cornutis animalibus & populo Iſraelitico 692.a
De corporis vita & anima 181.c 848.f
De corpore maculoſo nudato in balneis, & anima exuta corpore 530.d
De corpore & membris 506.d

De

De corporibus & anima rationali 538. a
De corporibns mollibus & iis qui palam inſaniunt 315.f
De cucurbita & calore 15.a
De curatione corporis & animæ 421.e
De iis qui in cuſtodias coniiciuntur, & de anima 147.b
De deo & dilectione 384.e
De deo & medico 163.f
De diuite & ægroto 121.e
De doctrina peruerſa & peſte 580.e
De ebriis & nauigiis 186.f
De eleemoſyna palam facta, & ieiunio 811.b
De equo & corpore 488.d
De eo qui magiſtrum in ſole alloquitur & virgine 525.e
De eo qui minime ſentientem verberat, & contumelioſis 168.f
De ericio & diuite 747.f
De Eſau & diabolo 746.e
De fabro ferrario & Chriſtiano 393. d
De feris incluſis & Iudæis 45.e
De ferro & humana domini carne 218.b
De ferro in medio ignis & ſanctis virtutibus 280.d
De ferro ignito & baptiſmo 235.e
De ferro ignito & de deo verbo 218.a
De ferro ignito & lapide 615.e
De figulo & deo 2.f
De filio alicuius interfecto & precibus Iudæorum 657.f 798.b
De flamma & hæreſi 584.d
De flamma & facultate vitali 827.b
De flamma & filio ex patre 568.b
De flumine & tyranno 156.d
De fluminibus & auaris 156.d 837.a
De fluuio & diuitiis 121.f
De fluuio & vita humana 825.b
De fœno & tactu mulieris 633.f
De fonte & gulæ vitio 334.d
De frumẽto coẽmpto & impletione terræ 51.a
De frumento & pane pauperi dato 151.c
De fullonibus & gloria huius vitæ 213.b
De fumo & peccato 93.f 800.b
De funibus & vitiis 700.e
De gramine & anima 727.a
De germine 492.b
De gutture & mente 475.e
De helluone & diuite 831.e
De hiſtrionibus 214.e
De homicida & eo cui virilia reſecta ſunt 543.d
De homine duplici 655.f
De homine aſtuto & diabolo 207.f
De hydropico & verſuram faciente 74.f
De igne & amore 523.f
De igne & auaro 695.f
De igne & peccato 803.a
De igne & ſagittis 69.b
De igne & vnguento & de ſanctis 195.e
De igne & inuidis fugiendis 823.e
De imagine & diuina operatione 838.e
De imagine Regis & Dei 7[illegible].c 821. f
De indigentia rerum & obſcuritate literarum ſacrarum 813.a
De inſania captis & animo auari 152.a 845.d
De inſtrumenti officio & dicendi vario genere 346.a
De intemperantia gulæ & abſtinẽtia 522.e
De inuidis & vulturibus ac muſcis 173.a
De irato & torrente 167.f
De iride & trinitate 567.d
De lapide coniecto in ciſternam 524.a
De lapide & laſciuo intuitu 524. a
De latronibus & diabolo 800.a
De lebete & pluuia 20.d
De lege & dei ira 99.b
De leone, vrſo ac ſerpente 740.b
De lepore & vulpe & orationis inuolucro 176.f
De libra & de corpore & anima 136. b
De linea & corde 68.f
De loco decliui & auaro 835.b
De luce ſenſibili & ſole iuſtitiæ 93. b
De luce & tenebris, ſanitate & morbo, veritate & mendacio 675.e
De lucerna ſublata in nocte & gubernatione intelligibili 314.d
De iis qui maculam habent in corpore, & de velamine carnis exuto 213.b
De magnete & fœmina 519.b 525.d
De magiſtri præſentia & ieiunio 133.c
De mari turbulento & inconſtantia rerum humanarum 847.e
De medicamento & corporis neceſſariis 384.a
De medicamẽtis & tenebris in domo & de morte 218.b
De medicamento vrente 751.d
De medicina & correctione 712.e
De medico & Chriſto 620.e 808.e
De medico corporis & animorum 829.e
De medico & deo 135.a 163.f
De medico & ſpiritu ſancto 61. f 813.a
De medico & diabolo 739.d
De medicis & homicidis 496.d
De medico & pœnitentia 806.f
De medicorum conſuetudine & Baſilio 599.f
De medicorũ conſuetudine & vitiorum reſectione 407.f 420.b 712. e
De medicorũ præceptis & ſpiritualibus monitionibus 167.d 814.b
De melle & ſermone cœleſti 813. b
De membris corporis & communi ſocietate 406.d
De mẽbris corporis & mutuo auxilio 416.a
De mente debilitata & ventre 812. f
De milite & peccato 524.b
De milite temporali & ſpirituali 505.d
De montibus & anima 747.c
De montibus & contrariis poteſtatibus 674.d
De morbo fugiendo & malis declinandis 849.c
De morborum varietate & peccatorum doloribus & cruciatibus 472.e
De morbis corporis & animi 479.d
De muliere & anima 747.e
De muliere impudica & baſiliſco 685. b
De muris vrbium & angelis 800. b
De mane & ieiunante 128.f 810.d
De mane & homine inconſulto 679.a 848.d
De mane onuſta & corpore ebrij 840.d
De in mane dormientibus & vita noſtra 851.f
De manibus nimiũ onuſtis & corporibus 675.a
De naufragantibus & Baſilio 599.f
De naufragiis & iis qui in littore conſtituti ſunt 141.d
De nauigandi inſolentibus & Baſilio 550.b
De nauigantibus & Baſilio 36.a
De nauigio debili & vxorum affectu 155.e
De niue & anima 660.d
De noctua & inanis ſapientiæ ſtudioſis 40.a
De notis & peccato 531.a
De nubibus & homine 602.a
De oculo vago & mente 550.e
De oculo & anima 181.e
De oculo & aquæ ductu 58.d
De oculo & corde turbatis 92.e
De oculo & intellectu 271.f
De oculo & mente 45.a 46.d
De oculo obeſo & anima 143.f
De oculo ſeipſum non vidẽte 615.a
De oculo puro corporis & eccleſię præfecto 560.a

De oculis & anima ingrata 147.e 856.e
De oculis ad ſplendida directis & mente 553.b
De oculo grauato & animo 828.b
De oculo ſano & operatione ſpiritus 307.d
De oculorum ſpeculatione & animæ 827.e
De olei & aquæ miſtione 536.c
De oleo & ieiunio 132.b
De oleo & mundo 10.b
De oue morbida & peccatore 506.b
De pane & ſcriptura ſacra 509.ſ
De pallio & verbo 107.f
De pantheris & diabolo 823.ſ
De pardalis ira & diabolo 204.d
De pardo & monacho 382.a
De paruo indumento & rebus neceſſariis 384.a
De paruis pueris & pædagogo, & de iis qui diuina audiunt 175.ſ
De pede obtorto, & corde obliquo 86.b
De peſte & peccato 802.ſ
De peſtilenti contagione & contétioſis hominibus 329.b
De peſtilenti aëre & praua conſuetudine 166.d
De pictore & ſtudioſo 551.c
De pictoribus & moribus muliorum 384.b 845.b
De pictoribus & philoſophis 214.e 817.d
De piſce & auaro 836.e
De plantis & anima 213.d
De plantis infirmioribus & peccatis 800.c 849.d
De planta & ambitione 694.d
De plantatore & Dionyſio 564.d
De pluuia & prophetis 694.ſ
De polypo & iis qui potétatus perpetuos ſubeunt 34.a
De ponderibus & anima 143.e 849.b
De puero & auaro 835.d
De pueris & diabolo 733.b
De pueris diſcentibus & iis qui accedunt ad Chriſtianiſmum 814.e
De puluere & cupiditate 705.c
De principe & deo 486.e
De promotione ad virtutem & ad vitium 647.d
De pugili & peccante 493.b
De pulchritudine caſtæ & meretricis mulieris 15.f
De puteo & diuitiis 152.d
De radice arboris & cauſa primaria peccati 477.b 694.d
De ſagitta & inuidia 172.e
De ſagitta & iudice 177.e
De ſagittis & conuitiis 169.b
De ſagittario & recto iudice 177.e 816.c
De ſanitate recuperanda & peccato ſugiendo 808.e
De ſatyris & virgine 527.a
De ſcala & viuendi ratione 816.e
De ſcalis & diuitibus 835.e
De ſcopulo & Iob 824.d
De ſcorpij filiis & auari 203.e 857.a
De ſemine & fidei augmento 595.f
De ſemine mundi & nequitiæ 747.a
De ſemine terræ & eleemoſyna 830.a
De ſiti & auaro 835.a
De ſolis lumine & iniuſtis 682.a
De ſole & anima 488.c
De ſole & mente 190.e
De ſole tenebras ſugante & iuſtitia dei ſuperbiam 742.a
De ſole lucente & ſpiritus ſancti gratiis 190.b
De ſpeculo & anima 580. e 849.b
De ſpeculo & filio dei 568.e
de Sphæra & natura 42.a
De ſpina & vite 692.ſ
De ſtatera & corpore & anima 136. b
De ſtatua renouata & homine 234.ſ
De ſtellis & ſolitario 513.a
De ſtellis & virtuti ſtudentibus 818.d
De ſtomacho affecto & verbo veritatis 94.b 671.b
De ſtupa & corporum vtriuſque ſexus mutuo contactu 536.a
De ſue & peccatore 65.a 800.c
De ſylua ardenti & inuido 172.d
De teſis & malo conſilio 682.a
De telis & inuidia 823.e
De tenebris & prauitate 816.e
De teſſera & baptiſmo 182.f
De theatrum ingrediente & diuite auaro 153.b
De tinctura & animæ peccatis 660.c d
De torrente & iratis 167.ſ 822.b
De torrentibus & temulentis 697.e
De tragœdis & lugentibus 827.e
De vaſculo pleno & anima 662.d
De valibus & ebriis 840.c
De veneno & inuidia 171.b
De venenatorum laqueo & iis qui multa interrogare ſolent 301.b
De ventre pingui & exili 521.ſ
De verbo prolato & deo 290.a
De vermibus & anxietate animi 142.e
De vermibus & mœrore 827.a
De vermibus in viſceribus puerorum & de peccato 128.a
De veſtimentis ad vtilitatem & cibis ad neceſſitatem 812.e
De viatore obliuioſo & Baſilio 37.b
De viatoribus & vita humana 208.d 850.d 851.d 856.a
De vinolentis & vallibus 187.c
De vino & affectibus 697.f 699.a
De viperis & inuidia 823.b
De viperis & fœnore 833.e
De virtutis & vitij promotione 647. d
De viſu & ebrio 187.a
De vite & anima 650.d 694.a
De vmbra & peccato 803. d 837.b
De iis quibus nulla fuit vrbium cõſuetudo 26.a
De vulturibus, muſcis & inuidis 823.a

INDICIS SIMILITVDINVM FINIS.

INDEX PROVERBIORVM.

ALtera manu demulcet caput, altera maxillā ferit 559.f 614.d
Amicorū bona communia 557.d
Aquam cribro ferre 216.a
Araneoli ſtamen pertexere 28.f
Arganthonij ſenecta 217.c
Quoniā tu baculo eum percuties, & animam eius ex morte liberabis 164.d
Bis ad eundem offendere lapidem 609.c
Caluum eſſe cum ariete aduerſa fronte arietandum 612.a
Velut ceruus ſagitta ictus in hepar 515.f 523.a 546.c 805.e
Corrumpunt bonos mores colloquia praua 166.d
Corruptor ſuiipſius 408.a
Difficile eſt bonum permanere 215.f
In pertuſum dolium haurire 131.d 839.b
Dolia fracta implere 216.a
Fluuij fluctus non detorquendus 612. b
Graculum aſſidere graculo 614.c
Ne ſuſtineas inter graculos primas habere, cum aquila eſſe queas 612.d
Qui ſeipſum humiliauerit exaltabitur 206.e
Veru ignem diuidere 216.a
Ignem fodere 839.b
Infirmi non ſunt otioſi 609.a
Intus ſumus 48.c
Lapidem ad funiculum applicare 2.4.a
Omnem lapidem mouere 217.c
Leo ex vnguibus 564.c 628.d
Mathuſalem ſenecta 217.c
Medice cura teipſum 271.a
Modus in omni re 623.b
Negotium eſt otium 563.a
Nidum comprehendere 144.d
Olores canunt cùm ſilent graculi 556.a
Paruum ſupra paruum adponere 217.b 813.a
Pelagus aquam 564.a
Principium bonæ vitæ 191.a
Scienti loqueris 128.c
Scytale laconica 630.a
Secundo flumine 137.d
Secunda vel poſterior nauigatio 699.c
Sepia tranſilire 27.f
Superbis reſiſtit deus, humilibus dat gratiam 206.e
Tabulatum vel piſtillum proculcare 150.c
Telam aranoeam ordiri 698.d
Tithoni ſenecta 217.b
in triuio impeditus 515.b
Date vinum iis qui ſunt in triſtitia 150.a
Vitis non ſinenda ſarmentis nouelli ſylueſcere 23.f

INDICIS PROVERBIORVM FINIS.

SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII, NOMINE REQVE MAGNI
CAESAREAE CAPPADOCIAE QVONDAM ARCHIEPISCOPI,

homiliæ nouem in Hexaëmeron, Ioanne Argyropylo interprete quidem: at eædem recèns accuratiore opera ac propenſiore ſtudio recognitæ, & ſuæ puritati reſtitutæ, collatione expolitiſſimi exemplaris Græci, per Godefridum Tilmannum Cartuſiæ Pariſienſis ex profeſſo monachum.

HOMILIA PRIMA.

In principio fecit Deus cælum & terram.

A DECENS EST, accommodatúmque principiũ ei,
qui mundi conſtitutionem
ſit enarraturus, ſuæ narrationi vt præſtruat principiũ,
quo res conſpicuæ ac ſubiectæ oculis in ſuum quæque
ordinem diſtributæ ſunt &
diſtinctæ. Etenim cœli terræque tradenda creatio
eſt, non vtique euentu fortuito aut caſu exorta,
perinde vt quidam ſunt opinati: ſed originem
ab ipſo deo atque cauſam ſumpſit. Cuiuſmodi eſſe
debet auditus, dignus vt ſit percipienda eorum
quæ dicuntur, magnitudine? Quónam apparatu
adornatam conuenit eſſe animam tantarum rerum
auſcultationi occurſuram? Nempe liberrimã
& perpurgatam ab impura omni carnis affectio-
B ne, minimè caligantem tẽporariæ iſtius vitæ curis,
ſed expromptam & alacrem ad tolerantiam
laborum, ſingulis diſquirendis attentam, quæ vndiquaquæ
circumſpiciat, contempletur cuncta &
exploret: ſic vnde notio quæpiam cõceptióve nihil
deo indigna affulgeat mẽti. Prius tamen quàm
quæ ſit horum verborum complexio, exactè diſquiramus,
perſcrutemúrve quantum ſententiarũ
acumen iſtæ perquàm puſillæ voces nobis inſinuent:
nobiſcum ipſi reputemus, quiſnam ſit is,
qui ſcitè adeò hæc nobis ediſſerit. Tãti enim iſtius
ſcriptoris ſenſa profundiora etſi non aſſequamur
per mentis noſtræ imbecillitatem: ac certè auto-
C ritati dicentis fide omni digniſsimæ attenti, nihil
inuiti aſſentiemur illius dictis. Moſes ſanè is eſt,
qui hanc nobis hiſtoriæ commentationem in cõmune
exponit. Ille inquam Moſes, qui etiamdum
ad matris pendens vbera, ſcripturæ teſtimonio
probatur amabilis deo fuiſſe & gratioſus, quẽ ſibi
adoptatũ filia Pharaonis magnifico ac regali im-
pendio curauit educãdum, & ad ſe accitis ſapien- D
tibus Aegyptiorum, inque magiſtros præfectis
puerum tradidit erudiẽdum. Is denique tyrannidis
faſtum peroſus, ad ſuæ gentis contribules recurrit,
eorúmque humilitatẽ complexus prælegit
calamitates ærumnáſque cum dei populo experiri,
quàm vt temporaria voluptate perfruitus
ſe obnoxium redderet peccato. Idem ſic erat natura
ſuapte compoſitus, vt ſummo ſemper amore
iuſti & æqui fuerit obſeruãs ac tenax: quando vel
priùs quàm principatus populi ipſi eſſet concreditus,
tam ad totius improbitatis odium natura
propendebat, vt ad necem vſque de iis vltionem
expetiuerit, qui iniuriam proximo priores intulerant.
Denique vt verteret ſolum, ſibíque conſuleret
fuga, ab iis cõpulſus eſt, in quos beneficia cõtulerat.
Et quidem nihil inuitus ceſsit ſeditioſæ ac
tumultuanti vitæ Aegyptiorum. Ad Aethiopiam E
enim vſque profectus, ibique ſecurus omnium ac
proinde liberrimum nactus otium, totos quadraginta
annos contemplationi rerum indulſit. Qui
annos natus iam octoginta deum vidit, quoad videre
poteſt homo, veriùs quãtum mortalium nemini
eatenus conceſſum eſt videre, id cõprobante Num. 12
dei teſtimoniõ dicentis: Si quis fuerit inter vos
propheta domini, in viſione apparebo ei, & per
ſomnium alloquar eum: at non ſic vt ſeruus meus
Moyſes, qui in tota domo mea fidelis eſt. Ore ad
os loquar ei in viſione & non per ænigmata. Is
igitur, qui dignus habitus eſt, ſpectator vt eſſet
peræquè ac angeli, faciei diuinæ, ille inquam quæ F
auditu didicerat colloquente ſecum deo, hæc nobis
ediſſerit. Audiamus igitur verba veritatis neutiquàm
conſiſtentia in perſuaſibilibus humanæ
ſapientiæ ſuadelis; ſed quæ deprompta ſunt è veraci
doctrinæ ſpiritus promptuario, quorum exitum
non plauſibilis auditorũ acclamatio laúſque

excipit,

Aggreſsio narrationis.

excipit,potiùs iis qui docentur,cõciliant ſalutem.
In principio fecit deus cœlum & terram.) Vis huius ſententiæ ſanè quàm admirabilis orationem ſiſtit meam. Quid dicam primùm? Vnde inducti iſtius axiomatis narrationem exordiar? Num externæ ſapientiæ profeſſorum ſuperciliosam coarguam vanitatem,an veritatem potiùs fidei noſtræ meritis laudibus efferam? Et quidem de rerũ naturis illi Græcorum ſapientes quàm multa ſunt commentati,& in literas transmiſerunt? Atqui he vna quidem ratio apud hos ſolidè conſtitit, immobiliter,& inconcuſſè,nimirũ poſteriore ſemper priorem excludente ſententiam,adeò vt ope

Gentilium philoſophorum inconſtantiam ſugillat.

A roſum iam non ſit nobis illorum dogmata argumentis elidere, quando per mutuam futiliũ verborum velitationem ſapis ipſi ſunt ſuiſmet euertendis opinionibus.In his enim qui veriſsimi & vnius dei ignoratione caligabant, ij cauſam illam primariam negarunt prouida mente eſſe præditam,qua rerum omnium moderandæ generationi præeſſet:ſed & ſe totos permittentes atque accommodantes primæ illi ſuæ de deo ignorantiæ, quæ videmus cuncta ad ortum progredi, hæc ita emergere cõcluſerunt perpeti quadam ſerie ſucceſsionis.quò contigit,vt horum nonnulli ad materiæ præiacẽtis principia ceu baſes quaſdam vniuerſi confugerint, cauſam creaturæ totius acceptam ferentes mundi iſtius elementis. E diuerſo alij minutiſsima quædam & impartilia corpora, moles item ac meatus naturam continete omniũ

τὰ ὄντα.

Atomos commenti ſunt Leucippus & Democritus. li. 9. Laer. dio. Plutar.

B quæ oculis quaquauerſum ſubiacẽt,vecordi imaginatione deluſi aſtruxerunt. Opinati enim ſunt nunc quidem illis inſectilibus corpuſculis inter ſe coaleſcentibus & agglutinatis, nunc contrà eiſdẽ diſparatis à ſe ac ſeiunctis generationes fieri rerũ & corruptiones,ſimul & tenaciorem atomorum inter ſe complicationem cauſam præbere diuturnioris perſiſtentiæ longiſsimè duraturis corporibus.Prorſus iſtius generis ſcriptores, quid aliud dicas,quàm ſtamen flaccidum araneoli pertexere,dum pertenues adeò comminiſcuntur rerum cauſas,dum cœli,terræ,mariſque principia ſupponunt nuſpiam conſiſtentia? Neque enim didicerant illud depromere: *In principio fecit deus cœlum & terram.*) Eóque factum eſt, vt vniuerſam hanc mũdi molem citra vllam moderatricis prouidentiæ ac rerum diſpenſatricis operam, nimirũ temere ac fortunæ nuſquàm conſiſtentis impetu ferri arbitrati ſint,ſuamet in deũ circunuenti im-

Collatio.

C pietate.In hanc abſurditatem pluſquàm impiam nequando nos contingat impingere, is qui mundialis fabricæ cõſcripſit creationem, in ipſo mox aditu ſuæ cõſcriptionis, diuini nominis inductione,noſtram illuſtrauit mẽtem, hiſce verbis exorſus: *In principio fecit deus.*) Ecquàm rationi conſentaneus ordo.Principium enim primo ſtatuit loco, vt ne qui mundum hunc principij expertem opinarentur. Mox adiecit & illud, fecit: vt qualecunque tandem ſpecimen, id quod factum eſt, declararetur eſſe, ac minima portio potentiæ admirandi huius opificis. Quemadmodum enim figulus cùm ad vnius ſuæ artis methodum innumera vaſa effinxit,ne ſic quidem ars illi figulinaria diſperiit, aut acciſæ ſunt & attritæ vires:itidem vniuerſi huius opifex effectricem illã potentiam ſuam non creando vni mundo habet

Opiniones non intempeſtiuæ.

ſic admenſam & circũſcriptam, quò minus tantò poſsit hoc vno plures effingere, ſed quæ in infinitum exuperet,quando & rerũ quæcunque oculis ſunt conſpicuæ,magnitudines vel ſolo annutu ſuæ voluntatis condidit. Hic itaque mundus ſortitus quum ſit principium, quippe qui olim conditus:relinquitur iam tibi,quærendum à quo principium ſit ſortitus,quis tãtæ molis fuerit opifex. Veriùs vt ne,ſi humana ratiocinatione nitẽs, ſingula exactiùs pergas exquirere,longiùs digrediare & aberres à via veritatis,anteuertit nos Moſes ſua hac doctrina tueri ac communire, quando illud multò omnium pretioſiſsimum nomen dei adiecit,quaſi ſigillo quopiam animas noſtras cõ- D
ſignaret,aut certè eas aduerſus cuiuſcunque tandem erroris venena præmuniret præſeruatorio aut tutelari quodam amuleto, idque dum dixit:

ἐγκόσμιον.

In principio fecit deus.) Natura planè beata deus,exuberantiſsimè abũdans ac luculenta bonitas,cuique rationis capaci mirè amabilis, pulchritudo flagrantibus votis & exæſtuanti deſiderio nulli non expetenda, omnium quæ ſunt, primiceria origo,fons vitæ,ſpiritualis omnis intelligentiæ lux,ſapientia inattingibilis nec vlli peruia mortalium,Hic inquam ille eſt,qui cœlum & terram creauit,idque in principio. Nihil igitur ô homo eorum quæ oculis tuis ſubiecit deus,opineris expers eſſe principij.Rurſus quũ te vndique cingi his intelliges,quæ iuxta cœli motum in orbem ciẽtur,nec tamen iſtius ſphæricæ motionis principium quiueris ſenſu deprehendere:nolim eiuſmodi corporum quæ circulari latione aguntur, E
naturam putes eſſe principij expertem. Sanè orbis hic (planam dico figuram, quam vnica circũplectitur & ambit linea) tametſi ſenſum defugiat noſtrum,adeò vt ne vnde quidem cœperit, inuenire poſsimus, aut in quem deſiturus ſit finem: non cõtinuo decerni debet ob id exors eſſe principij.Eſto id ſenſum effugiat,re tamẽ vera ab vno aliquo prorſus cœpit,qui centro ipſum circũſcripſit ſimul & interſtitio.Itidẽ & tu per hoc, quòd corpora hæc quæ orbiculari cientur motu, intelligis quaſi mutua conſpiratione & concordi annutu in ſeipſa verſari:ſolerter proſpice,ne ipſa eorum æquabilis motio, nec vllo prorſus interciſa medio errorem tuæ menti inſtillet, aut inſertum relinquat, quo malè perſuaſus credas mundum hunc vt nullam aliquando ſortitum originem,ita nec vllo fine olim contrahendum. Præterit enim figura mundi huius.Et Cœlum,& terra tranſibũt. F
vtrunque hoc dogma certò præcinens futuram conſummationem mundique in melius permutandi innouationem,ipſa eadẽ complectitur,quæ & hic verborum compendio ad noſtram omniũ qualencunque, nempe elementarem inſtitutionem doctrinæ ſibi diuinitus aſpiratæ Moſes tradit, dicens: *In principio fecit deus.*) Nam quæ ex tempore cœperunt,neceſſe prorſus, eadem vt aliquando deſitura ſint & conſummanda. De horum igitur fine nihil addubites, quæcunque ex tempore ſumpſerunt principiũ. Geometricæ dimenſiones, rationéſve arithmeticæ ſupputationis,de ſolidis item corporibus commentationes, ipſa denique vel vulgo decãtata Aſtronomia, negotioſiſsima prorſus vanitas ad quem prono excurſu propendent ac deuergunt finẽ?Etenim hæc qui

In terrà omnia.

qui propenſiore ſtudio conſectati ſunt, iuſtóque operoſiorem operam in iſtis contriuerunt, eò demum ſunt prolapſi impietatis, vt conſpicuum hunc ad viſibilem mundum decernerent vniuerſorum opifici Deo coæternum, ad comparem diuinæ maieſtati gloriam promouentes eũ qui certa lege circunſcriptus eſt & principij & finis, & cuius corpus craſsiſsima concretione materiæ cõflatum eſt & compactum, hunc æquiparantes ei cuius natura nulli eſt vel comprehẽſibilis vel viſibilis mortalium. Adeò ne vel ad tantillum lumen, intelligentiæ mentem ſuam non poterant attollere, vt ſecum reputarent, quia cuius partes corruptioni & alterationi ſunt obnoxiæ, huius

A totum neceſſe ſit cum ſuis partibus eaſdem aliquando vt ſubeat affectiones? Sed quid? euſque vanitatis prouecti ſunt, ſuiſmet cogitationibus, tanta caligine ignorationis obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: vt cùm ſe deprædicarent maximè omnium eſſe ſapientes, eò ſtultitiæ euaſerint, vt pars iſtiuſmodi philoſophãtium aſſeruerit vnà cum deo ab æterno cœlum extitiſſe. Alij cœlum ipſum eſſe deum pronũciarunt, quare nec cœpiſſe aliquando, nec vllo deſiturum aut intercipiendum fini, ac proinde eundem cũ deo profeſsi ſunt ſingularum quarumque partium vniuerſi adminiſtratorem eſſe. Erit dubio procul, erit inquam, quando redundans hæc mundi ſapientia cumulũ iſtis exaggerabit ſupplicij grauioris, quippe qui ad ſutilis & euanidæ vanitatis contemplationem cum acriter adeò & argutè oculos mentis intẽderint, ad vnius veritatis apprehendendam intelligentiam vltronea ſua impietate ſiuerunt ſe excæ-

B cari. Quin & ij qui ampliſsima ſpatia quibus à ſe ſtellæ dirimuntur, ſtulta perſuaſione ſe confidunt permetiri poſſe, iidem velut digito cõſignant eas quæ nullo non tempore ſe conſpicuas exhibent, & quæ à ſeptentrionis plaga affulgent. Quantæcunque rurſus ad polum auſtrinum poſitæ illius quidem regionis hominibus perſpicuè conuiſuntur, nobis verò non item. Latitudinem proinde toto aquilone ſe protẽdentem, ac zodiacum circulũ tanto intercidunt & diſſecant à ſe interuallo, vt nemo ad numerum reuocet. Aſtrorum præterea curſus toties repetitos, contrà, fixas ſtationes, excluſiones, omnium ad ſua primordia regreſsiuam motionem, quãtum denique temporis quiſque planetarum deterat in explenda ſua periodo, & hæc quidem exacta diligentia iſti obſeruarũt: vnam illam omnium præcipuam artem non inuenerũt, nimirum eam qua noſſe poterant, ſecúmque reputare deum eſſe vniuerſi totius opificem,

C iudicem æquiſsimum, vt qui mercedem reſoluit cuique pro qualitate meritorum condignam quæ quiſque in viuis deſignauit. Nec iſti in animũ induxerũt, vt intelligerent neceſſariò conſequi mũdi cõſummationem ex ratione quæ de futuro iudicio colligitur, Neceſſe enim ſit, vt credas mundum hũc oportere immutari, ſi modò nihil diffidis ſtatum animarum in aliam longè diſsimilẽ vitæ ſpeciem reformarũ iri ac permutandũ. Quemadmodum enim vita hæc temporaria cognatam obtinuit & huic mundo conformem naturã: itidem & ſecuturæ illius vitæ ratio, ſortem cõditionémve exceptura eſt animarum noſtrarum ſtatui commmodiſsimè reſpõdentem. At verò illi, tantum abeſt, vt veriſsimis hiſce dogmatis animum aduertant ſuum, vt quoties cũ illis conferimus de mundi conſummatione, déque regeneratione ſeculi, in effuſiſsimum riſum ſe reſoluant ac laxent, nóſque quaſi deliros deridiculis ſannis proſcindant & inſectentur. Iam quando ita natura comparatum eſt, vt principium naturæ ordine cuncta præcurrat quæ ab ipſo promanant: de his enarraturus Moſes quæ ex tẽpore ſortita ſunt vt eſſent, neceſſariò cæteris ex tempore conditis hanc prætexuit vocem: *In principio fecit.*) Nec tamen abſimile vero fuerit credere fuiſſe quiddam vel ante mundi iſtius conſtitutionem, id quod arcana quadam animi contemplatione licuerit intelligi, tametſi hac de re nihil in literas Moſes tranſmiſerit, quòd rei tantæ cognitio parùm idonea videretur iſtis paruulis, qui lactẽdũ doctrinæ initiandi rudimentorum fidei veniunt & inſtituendi. Erat ſanè ſtatus quidam mundi generatione ſuperior abſtractis illis à concretione materiæ potentiis mundo præſtãtioribus pro decoro accommodatus, temporis etiam conditione anterior, æternus nimirum ac perpes. Creaturas autẽ in ipſo creator omniũ atque opifex perfecit, lucem ſpiritualẽ eorum beatitudini accommodam, qui dominum amant, naturas rationis vi maximè præditas atque inuiſibiles, omnéſque beatarum mentium ordines, quotquot noſtræ mentis quãtãlibet dixeris, facultatem exuperant, quorum ne nomenclaturas quidem poſsimus inuenire. Et hæc ſubſtantiã cõplent mundi illius inuiſibilis, vt & ipſi inſtruimur doctore Paulo: In ipſo, ait, condita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, E ſiue virtutes, ſiue angelorũ exercitus, ſiue archangelorum præfecturæ. Tum demum conueniebat, his iam conditis mundus vt accederet & adiungeretur, qui imprimis locus eſſet perdocẽdis animabus hominum atque erudiẽdis ſane quàm accõmodus: dein, vt ſemel omnibus ſuo capaci ſinu excipiẽdis domicilium eſſet appoſitiſsimum, quæ generationi pariter & corruptioni obnoxia ſunt. Sanè & mundo huic & iis quæ tum in eo producta ſunt animalibus & plantis congener ſubſtitit temporis curriculum accedens ſemper ac more fluentis aquæ recedens, nec vnquã à cœpto curſu reſtitãs aut cõquieſcens. Quid enim? An non eiuſmodi eſt, conditio tẽporis? Quid enim eius tranſactum iam eſt, vtique in nihilum abiit: nondum adeſt, quod eſt affuturum: quin quod adeſt, priùs ſenſum fugit tuum, quam cognoris adeſſe. Talis planè eſt eorum quæ oriuntur cõditio ac genius. Aut enim augeſcunt in horam, aut ad corruptelã F deuergũt. Neque enim in iſtis quicquam liquidò queas deprehẽdere, fixum quod ſit & ſtabile. Sanè conueniebat corporibus animantiũ ſtirpiúmque, quæ quaſi defluuio cuipiam aquarum iugiter ſcatentium lege naturæ adſtricta videntur & obnoxia vicariæ motioni nunc ad generationem, mox ad corruptionem promouenti: vt intra vagam iſtam nec cõſiſtentem temporis naturã continerentur, conditio cuius iis cognata eſt, quæ alternam ſubeunt permutationem. Hinc propriè aggreſſus ſermonem de mundo ſapiens, nos his verbis edocet eius originem: *In principio fecit,* In eo nimirum principio, quod ſimul fuit cum

A ii tempore

ἀΐδιον φυσικῶν.

In hic Ariſto. eſt.

ἀπαλλάξεις, ἀπογείους τε καὶ ἀποκαταστάσεις.

Collatio.

ὡς ἔοικεν

ἐν αὐτῷ,

Mundus eſt hic διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν καὶ ἐνδιαίτημα πάντων. Temporis quàm fluxa ſit & inconſtans conditio.

τῷ κατὰ χρόνον.

D

τῷ κατὰ χρόνον

tempore. Neque enim iuxta rationē antiquioris aut primigeniæ conditionis conteſtatur, mundū hunc ea quæ facta ſunt, omnia antegredi, dicens in principio factum eſſe: ſed poſt ea quæ non oculis iſtis ſed intellectu ſolo percipiuntur, principium narrat & originem rerum iſtarum quæ viſu queunt aut alio quouis ſenſu percipi. Principium ſanè dicitur primaria quæuis motio, vt in illo: Principium viæ bonæ eſt facere iuſta. A iuſtis enim actionibus primùm mouemur ad beatam vitam. Dicitur rurſus, Principium id quoque, vnde quiduis cōficitur, cum hoc ipſum principium inexiſtit ei operi quod moliris, tale quid eſt in ædibus fundamentū & carina in naui. Iuxta eam acceptionem dictum eſt: Principium ſapientiæ timor domini. Eſt enim hic reuerentiæ erga deum timor ad perfectionem contendenti veluti fundamentum & gradus quidam. Eſt item principium eorum operum quæ arte cōficiuntur, ipſa ars, vt ſapientia Beſeléēlis principium fuit totius ornatus qui circa tabernaculū conuiſebatur. Principiū denique actionum non rarò dicitur perutilis & accōmodus finis eorum quæ fiunt. Exempli gratia, Eleēmoſynæ boc eſt benignitatis miſericordiæve principium ſpes eſt laudis & gratiæ apud deum ineundæ: Omníſque actionis quæ à virtute proficiſcitur, pincipium ipſe eſt finis conſiſtens in promiſſa beatitudine. Tot igitur modis dici quum ſoleat principium: conſideres velim, eáne vox ſingulis ſignificatis accommodari queat. Etenim diſcere vtique poſsis quo primùm tempore conſtiterit mundi origo: ſi quidem ex hodierno die ad ſuperiores retrogreſſus ætates, ſtudio contenderis diem inuenire quo ſubſtitit primùm. Hoc enim pacto inuenies vnde primaria illa motio acceſſerit tempori. Ad hoc deprehendes cœlum & terram quaſi fundaméta quædam & baſes ſulcrales vniuerſi priùs iacta fuiſſe & præſtructa. Subin, occurret menti verbum illud rerum artifex, quo præēunte in ſuū quæque ordinem oculis ſubiecta atque cōſpicua diſtincta ſunt: velut vox ipſa principij tibi nihil obſcurè indicat non temerè, nec fruſtrà excogitatam eſſe mundi fabricam, ſed ad eum finem qui non modicam allaturus eſſet vtilitatem, nec mediocre emolumentum his quæ cōplectitur. Erudiendis ſiquidem animabus ratione præditis officina eſt haud dubiè accommodatiſsima, & eiſdē ad cognitionem dei prouehendis totius eruditionis domicilium appoſitiſsimum, per hæc viſibilia ſenſiliaque præſtruens viam ac veluti manuducēs intellectum ad inuiſibilium contemplationem, vel teſte Apoſtolo his verbis aſtruente ſententiá: Inuiſibilia ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Aut fortaſſe eò dictum eſt, *In principio fecit*. quòd creatio rerum momento minus perfecta eſt, citráque omnem temporis abſoluta morulam: quádoquidem impartile quiddam eſt principium, nec vlla interuallari dimēſione à ſe toto diſpeſcitur. Quemadmodum enim principium viæ via nondum eſt, domus quoque principium neutiquam cenſetur domus: itidem & principiū temporis adeò tempus non eſt, vt ne eius quidem ſit minima portio. Quòd ſi vnus aliquis cōtentione peruicaci aſtruet temporis principium eſſe tēpus: is nouerit ipſum principium oportere iuxta hanc poſitionem diduci in multifidas tēporis partes, nempe in principium, media atque finem. Atqui res prorſus deridicula videtur, vel mente concipere principium principij. Quiſquis enim principium bipertitò ſecat, is duo principia pro vno efficiet, veriùs perquàm multa, imò infinita, quando id quod ſemel diſſecueris, in alia rurſus ſegmina intercidi poſsit. Vt igitur edoceret nos Moſes mundum hunc ſola dei voluntate ac citra omnem temporis morulam ſubſtitiſſe, dixit, *In principio fecit*: pro quo alij quidam interpretes connixi ſenſum reddere dilucidiorem, dixerūt: ἐν κεφαλαίῳ. in ſumma ſiue ſummatim fecit deus. hoc eſt, ſimul omnia vel cōprehenſim & momento minùs. Et hæc ſanè non admodum multa hactenus libuit dicere è plurimis. Artium porrò quū quædam τεχνικαὶ factiuæ dicantur: aliæ item πρακτικαὶ actiuæ, aliàs operatoriæ: aliæ rurſus θεωρητικαὶ contemplatiuæ vel ſpeculatiuæ. Et quidem artis cōtemplatiuæ finis eſt ipſa commentatio efficax eorum quę mente verſamur. Finis practicę agitatio eſt ſiue motio corporis, quo quidem motu interquieſcente, nihil iā eius artis ſubſtitit aut reſidet, quod cerni queat. Neque enim vllus eſt finis artis ſaltatorię aut ſi mauis, geſticultatorię & canendi tibia, quando ipſamet in ſeipſam operatio deſinit. In factiua diuerſum reperias, vt operis quidpiam deſieris efficere, ſpectandum tamen opus tuum proponitur, cuiuſmodi artes ſunt ędificatoria, fabrilis in ligno, excuſoria in ære vel ferro, textoria, & quæcunque ſunt eius generis: quæ quidem vt non adſit artifex, cauſas tamen admodum idoneas ipſa in ſpeciem prætexunt opera, quorum cōtemplatione poſsis rapi in eius admirationem qui ædificator eſt, excuſor, aut textor. Quò igitur ſapiens Moſes expreſsius declararet mundum hunc, artificioſum ſanè opus in cōmune ob oculos omniū expoſitum, vt eius ſedula cōtemplatione ad agnitionem pertingas ſapientiæ eius qui ipſum fecit, non alia vſus voce eſt, de ipſo locuturus, ſed dixit: *In principio fecit*. Non egit, neque ſubſtituit aut produxit, ſed ἐποίησεν fecit. Et quia cōplures eorum qui mundum ab æterno ſimul cū deo fuiſſe ſunt opinati, non ab ipſo factum eſſe: ſed quaſi adumbratio quædam potentiæ ipſius eſſet, ſponte veluto biter emerſiſſe ipſum aſſeruerunt: atque cauſam quidem ipſius deum eſſe fatentur, cauſam tamen voluntate non concurrente: ſed perinde atque corpus vmbræ, lucidúmque ſplendoris eſt cauſa: ideo talē errorem emendare propheta percupiens, hac verborum exactiſsima cōplexione vſus eſt: *In principio fecit deus*. Non hoc ipſum proximè dictum, cauſa vt eſſet mundo ad ſubſiſtētiam ſui præſtitit deus: ſed fecit, vt bonus, quod vtile eſt: vt ſapiens, quod pulcherrimū eſt: vt potentia præditus, quod maximum eſt. Ná tantum non artificem tibi deum in ipſam rerum ſubſtantiam omnium ingreſſum ac partes ſingulas inter ſeſe cōiungentem atque accommodantem, conſentaneumque ſibi conſonúmque totum vniuerſum efficientem oſtendit: *In principio fecit deus cœlum & terram*. Ex duobus principiis vniuerſi ſanè totius innuit eſſentiam, cœlo quidem prærogatiuam in generatione dignitatē: terræ autem ad rerum eſſentiam, ſecundas adſcribens

Principij multiplex acceptio. ὁδοῦ, al. vita.

Prouerb. 1. a lege ἀνάλογα. בצלאל In vmbra dei Ex.31.

τεχνικὸς λόγος.

ἡ ἀρχὴ, ἀμερής τι καὶ ἀδιάστατον. ἀμερὴς ἐστι. Aſimile. Principiū tēporis non eſſe tēpus.

Fecit deus.

Artiū ſectio.

οὐκ ἐνήργησεν, οὐδ' ὑπέστησεν, ἀλλ' ἐποίησεν. Lege Laert. quid aliàs tam eo Epicuro lib.10.

Cœlum & terram.

bens. Quicquid autem iſtorum mediũ eſt, id vnà cum ipſis omnino finibus exortum eſt. Itaq; etiã ſi nihil de cæteris dixerit elemẽtis, igne, inquam, aqua atque aëre, tuopte tamen ſolerti ingenio capere velis. Primùm quidem quoniam in omnibus omnia ſunt permixta: atque adeò in terra aquam, aërem, & ignem inuenies: ſiquidem tam è ſcilice quàm è ferro, quæ ſuam originem è terra trahũt, ignis exilit ac frictionibus copioſus emer-

Ali. naturæ miraculum.

A gens elucet. Vbi dignum id eſt etiam admiratione, quo nam pacto cum in ipſis corporibus innoxius latitet ignis, idem cũ egreſſus fuerit ipſa quoque abſumat, à quibus eatenus ſeruatus eſt. Aquæ vero naturam ipſi inſitã eſſe terræ ij demõſtrant, qui puteos effodiunt, & aëris item naturam eidẽ terræ ineſſe ipſi vapores, quos ab humectata terra ſole tepefacta reſultare, ſurſumque ferri conſpicimus. Deinde quoniam cœlum natura locum ſuperum occupat, terra verò infimum: fit hinc vt quæ leuia ſunt, cœlum ſuapte natura petant: ponderoſa verò ad terram ſuopte nutu ferantur. Aduerſantur porrò ſibi mutuò maximè ſuperus inferúſque loci: qui quum & mẽtionem eorum fecit, quæ plurimùm inter ſeſe ſuapte natura diſtãt, is & ea comprehẽſim notauit, quæ mediam inter illa regionem occupãt atque implent. Quare ſingulorum enarrationem quærere noli, ſed ea quæ ſilentio prætterita ſunt, per iam declarata intelligere velis. IN *principio fecit deus cœlum & terram.* Quod ſi ſeparatim inueſtiganda eſſet cuiuſuis earum rerum quæ ſunt, eſſentia: aut earum quas contemplamur, aut earum quæ ſenſibus no-

Ratio physica.

ἀντιπαλί... λόγον.

B ſtris obiiciuntur: lõgum profectò atque à re propoſita ſeiunctum admodum interpretationi ſermonem adferret, vt in exquirẽdis illis verba lõgè plura reliquis eſſent cõſumenda, quæ de ſingulis eorum quæ quærimus dici poſſunt. Adde etiã, neque vllum operæpretium ad ædificationem eccleſiæ tale ſtudium negotiúmque conferre. Sed de ſubſtantia cœli ſatisfaciunt ea nobis quæ ab Eſaïe propheta ſunt dicta, qui vulgaribus verbis idoneũ de ipſius natura ſenſum nobis aperuit, cum dixit: Qui firmauit cœlũ quaſi fumũ: id eſt, qui tenuem naturam, non ſolidam neque craſſam, ad conſtituendam cœli ſubſtãtiam fecit. De figura quoque ſatis ſunt ea quæ idem ille dixit, dei gloriam enarrando. Qui conſtituit, inquit, cœlũ, vt fornicem. Hæc eadem & de terra vobiſipſis conſulimus, vt ne eius ſubſtantiam quæ illa tandem ſit, curioſiùs perſcrutemini, neu voſipſos ratiocinationũ argutiolis deteratis, aut inaniter maceretis in ipſo perquirendo ſubiecto: neque naturam aliquam, qualitatibus deſtitutã, & quæ pro ſua ratione expers ſit qualitatis, quæramus: ſed probè teneamus quòd omnia quæ contemplamur in ipſa, ad eã rationem ſunt accommodata vt eſſent: quippe quæ

... ἀντοδιά...

Catholicũ conſilium.

C eſſentiã ipſius adimpleant. In nihilũ enim omnino deſieris, ſi ſingulas eas quas obtinet qualitates ratiocinando conẽtis auferre. Nam ſi nigredinẽ, ſi frigiditatem, ſi grauitatem, ſi denſitatem, ſi denique qualitates eas, quas ſibi guſtus vẽdicat, aut ſi quas alias ineſſe terrę videmus, amoueris, nullũ relinquetur ſubiectum. His igitur poſthabitis, nec illud quæramus, moneo: ſuper quonam ſubiecto terra fundetur atque quieſcat. Hoc enim pacto mẽs vertigine velut facta perturbabitur, ad nullũ certum ſanè finẽ ratiocinatione tua proficiſcẽte. Siue enim latitudini terræ ſubſtratũ dixeris aërẽ eſſe, dubitatis quonam pacto permollis illa multúmque inanis natura ſub tanto preſſa pondere perduret ac renitatur, nec cõſidentiã tantæ molis fugiens vndique dilabatur, perpetuoq; ad ſuperna tendens ſuper opprimentis ſe telluris ſuperficiem effundatur. Rurſus, ſi ſuppoſueris aut ſtatueris tecũ aquam terræ ſubiectam eſſe, hoc quoq; pacto

In quæſtione non vadendum curioſitatem.

D quæres, cur pergraue denſumq; corpus nõ penetret aquam, ſéve illi immergat: ſed à debiliore natura corpus illud terræ adeò pondere exuperans detineatur? Ad hæc ipſius etiã aquæ ſedem ſi quæſieris: iterũ dubitatis cuinam corpori ſolido renitentique vltimus ipſius inſideat fundus. Quòd ſi aliud quoddã corpus quod terra ſit ſolidius, tellurẽ, ne ad ima ſubſidat, prohibere ex ſuppoſitione dixeris: & illud quoq; cogitabis, alio quodã opus habere à quo ſuffulciatur ac prohibeatur, ne & ipſum ad ima decidat: & ſi quippiam illi ex ſuppoſitione commentitia affinxeris, & iſti iterũ aliud mens noſtra fundamentũ quæret: atq; hoc pacto in infinitum abibimus fundamentis inuentis alia rurſum excogitantes. Denique quãtò longiùs ratione progreſſi fuerimus, tantò maiorem afferre ſubducereq; vim renitẽdi cogemur, ad totam illã ſuperpoſitã molẽ ſuſtinẽdam. Quamobrem modum finẽſque menti ſtatuito, ne tuam nimiã inueſtigationem, qua perſcrutaris ea quæ cõprehendi minimè poſſunt, Iob ſententia carpat: interrogeriſq; ab ipſo & tu, ſuper quo orbes ſiue anuli terrę firmati ſunt. Sed & ſi in pſalmis audieris vnquã. *κρίκοι γῆς.*

E Ego confirmaui columnas eius: vim eam qua cõtinetur atque ſtabilis eſt, dictam eſſe colũnas puta. Nã illud: Super maria fundauit eã: quid aliud, quam vndique terræ naturam aquæ circunfuſam eſſe ſignificat? At cùm fluida ſit aqua, & ad decliuia ſuapte natura ruere ſoleat, quomodo ſublimis manet, nulláque ſui parte defluit? At terram etiã in ſeipſa ſuſpenſam eſſe atque pendentẽ non animaduertis, eandem, immo verò maiorem dubitationem afferre: quippe cũ natura aquæ elemẽto ſit longe grauior: Quinetiã ſiue per ſe ipſam conſiſtere conceſſerimus terram, ſiue ſuper aquis ſtabilitam eſſe dixerimus, non diſcedamus vnquam à pia & religioſa ſententia, ſed ſimul omnia per eius qui condidit, contineri potentiam fateamur. Hæc igitur & nobiſipſis dicamus oportet, & iis qui nos percontantur, cuinam corpori veluti ſubiecto fundamento tam immenſum hoc, intolerabileq; terræ pondus innitatur, quòd in manu dei ſunt fines terræ. Sanè id reſponſi & nobis eſt ad parandam ſcripturæ intelligentiã tutiſſimum, & auditoribus cõducibile. Iam verò quidam interpretes naturę, terre perſiſtere immobilẽ tales etiã ob cauſas magno cũ apparatu verborum contendunt, nimirum quòd mediã regionẽ vniuerſi oc- *ἀποσχλίνον χανόν catholicus. Pſal. 94.*

Terra cur ſtabilis ratio physica.

F cupauerit, quodq; æqualem vndiquaque ad extrema elongationem ſortita, non iam habeat, in quã potiùs deuergat partem aut ſe acclinet. Quũ enim ſimilis parve æqualitas omni ex parte ipſam ambiẽs impoſſibilem inclinationẽ inducat ipſi terræ in vnam aliquã partem, neceſſariò in ſeipſa permanet. Proinde mediũ hunc locum terram eſſe ſortitam volunt, non quaſi partitò aut caſu quopiã: ſed quod illi naturalis ſit & neceſſaria eiuſmodi

μὴ ἐπικλίνουσα.

 poſitio.

poſitio. Nam cum locnm verſus ſupera cœleſte corpus extremam regionẽ obtineat: quæ nos (inquiunt) inde pondera cadere ſuppoſuerimus è ſupernis, ea ſuopte nutu medium vndiquaque petent, ad ipſumque ſerentur. At ad quod cuiuſpiam partes ſuapte natura ſeruntur, nimirum ad id & totum ipſum itidem feretur, ac impelletur. Quod ſi lapides, ſi ligna, ſi terreſtria omnia, ad inferum mouẽtur locũ: hæc eadem etiam & toti ſanè propria fuerit accõmodatáque poſitio terræ. Si leue aliquid à medio mũdi ſuopte motu ciebitur: procul dubio ſua illa motione ſuprema petet. A Eſt itaque grauiſsimo cuique corpori propria hęc latio, vt deorſum feratur. At vniuerſi medium, inferum eſſe locum noſtra iam oratio demonſtrauit. Noli itaque mirari ſi nulla ſui parte terra excidit: quippe quæ medium ipſum occupet vniuerſi, locũ accõmodatiſsimum ſibi natura. Omnino enim aut manere ipſam eo in loco necesſe ſit: aut ſi motu præter naturã cieatur, à ſua propria dimoueri ſede. Si quid eorum quæ dicta ſunt, probabile tibi videatur, ad dei ſapientiam, quæ res omnes ita inſtituit atque diſpoſuit, admirationem transferto. Non enim admiratio quę maximas ob res oritur, cum modus, cuius gratia fit aliquid admirabile, fuerit inuentus, imminui ſolet: Sin hoc, at certè, ſimplicitas fidei rationalibus demonſtrationibus plus apud te obtineat. Hæc eadem de cœli quoq; natura dixerimus. Complures enim & eædẽ verbis prægrauidæ commẽtationes à mundi ſapientibus ad nos vſque tranſmiſſæ ſunt de cœli natura. Quidam enim quatuor ex elementis ipſum conB ſtare dixerunt: quippe cum tangi poſsit, atque cõſpiciatur: & terræ quidem renitẽtiæ ac ſoliditatis ratione, ignis autem ob aſpectum, & cæterorum, miſtionis cauſa, particeps ſit. Quidã hac opinione, velut nõ probabili poſthabita repulſaq;, quintam quandam naturam corporis ad cœlum cõſtituendum ſuopte ingenio atque ex ſeipſis cõmentitiam & pro tẽpore excogitatam introduxerunt. Eſtque apud eos æthereũ quoddam corpus, quod nec ignis ſit (vt inquiunt) nec aër, nec terra, nec aqua, nec omnino vnum aliquod ſimpliciũ corporum: propterea quòd ſimplicibus quidem proprius ſit motus & rectus, puta, leuibus ad ſuperna, grauibus ad ima tendẽtibus: & neq; motus ille ad ſuperiora ferens, nec is qui ad inferiora deducit, eiuſdẽ ſit rationis cũ circulari periodo, & omnino motus rectus ad circularem illam circumlationẽ plurimam habeat apoſtaſim. Quorum verò ſecũdum naturam diuerſæ ſunt motiones: eorũ diuerſam & euariantẽ (vt aiunt) eſſentiam eſſe neceſſe eſt. At neque ſupponere poſſumus, ex primis corporibus, quæ & elementa vocamus, cœlum conſtare: propterea quòd ea corpora, quæ compoſita ſunt ex diuerſis, ęquabili motione, viq́ue violenta carente, moueri non poſſunt: cum ſingulis ſimpliC cibus quæ in ipſis inſunt cõpoſitis, aliud alij momentum cõpetat ſuapte natura. Quocirca res cõpoſitæ primum quidem cũ continuo cientur motu, non ſine labore retinentur: quippe quum vnus motus omnibus cõtrariis accõmodatus, atq; amicus eſſe nequeat: ſed qui leui rei conuenit, grauiſſimæ aduerſetur. Nam cũ ſurſum verſus nos mouemur, terrea natura tum grauamur: cum infera petimus; vim tum inferimus igneæ deorſum illã contra naturam trahentes. Elementorum autem ad contraria loca diſtractio, cauſa profectò fit diſſolutionis & ruinæ. Quod enim coactum eſt & præter naturam, quum parum reſiſtat vix etiã ac violenter: id omne citò admodum in ea diſſolui, ex quibus conſtitit, ſolet: dum quicquid aliunde venerat in locum proprium redit. Ob has itaque ratiocinationum (vt aiunt) neceſsitates, maiorũ ſuorum rationibus reiectis, illis opus fuit, ſuam vt ſuffulcirent opinionem, priua quadã ac peculiari ſuppoſitione, qui quintam quandam corporis eſſentiam ad cœli ſiderúmque conſtituendam generationem ſuppoſuerunt. Alius è diuerſo ex iis D vnus qui per ætatem ſe in argumentis exercuere generis perſuaſorij, hos adortus, iſta quidẽ & digeſsit in ordinem & mox diſſoluit: neque id fecit modò, ſed & ſuomet cõmentus ingenio propriã inuexit opinionem. Hiſce de rebus nunc ſi aggrediemur dicere, in nugas perinde atq; illi, incidemus. Quarè illis omiſsis, ſeſe vt mutuis elidant cõtrouerſiarum digladiationibus, ſermone itidẽ de eſſentia poſthabito, Moyſi fidẽ habeamus aſtruẽti, quia fecit deus cœlum & terram. Optimũ itaque illum & incomparabilem architectũ, qui quę facta ſunt cuncta, ſua ſolius artifici & exactiſsima ſapientia creauit, dicenti gloria afficiamus. Denique cùm à pulchritudine rerum quæ omniũ oculis conſpicuæ ſunt & ſpectandæ proponuntur, illũ agnoſcamus inenarrabili pulchritudine cætera antegredi ac pręcellere: tum à magnitudine ſenſilium corporum ſuiſque circunſcriptorum locis, ipſorum opificem cogitemus velim, infinitũ eſſe E & immenſæ magnitudinis, omnem proinde intelligentiæ omnis vim ſua ſolius exuberanti potẽtia exuperantem. Eorum etenim quæ facta ſunt etſi ignoremus naturam, at certè omni ex parte quicquid ſub ſenſum hunc noſtrũ cadit, ſeque exponit viſendum, tantum in ſe obtinet miraculi, nóſque adeò totos rapit in ſui admirationem, vt quodcũque tandem ingeniũ quantolibet polleat acumine, quantauis cõtentione ac ſtudio ſe excitet, longè tamen deprehendetur inferius, nec ſatis idoneum, pro rei dignitate exequatur & explicet quiduis eorum quæ in mundo ſunt, minutiſsimum, aut certè huius gratia meritam laudẽ exoluat ac debitã creatori, quem omnis addecet gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Thelogicum axioma.

Cœlum. Hiſce de rebus lege Laert. Diog.

διαιϑετικαὶ παρ᾽ ἑαυτῶν.

ἀπόστασιν digreſsionẽ, diſtantiã.

φύσιν.

διήχϑη, diuiſus.

HOMILIA SECVNDA DE EO,

Quod inuiſibilis erat terra & incondita ſiue inornata.

PERQVAM paucis immorati verbis, abuſque nimirũ diluculo diei tãta in illis deliteſcentem ac reconditam inuenimus ſententiarũ profunditatẽ, vt de iis, quę deinceps ſequũtur, prorſum deſperemus. Nam ſi ſanctorũ F atria talia ſunt, & templi veſtibula tantum reuerentiæ ſe adeuntibus incutiunt, tantáve ſe attollunt mole, vt exuperantia ſuæ pulchritudinis, perinde ac intermicãtibus fulgetris oculos mentis noſtræ perſtringant: qualia putas, ipſa ſunt ſancta ſanctorum? Ecquis tandem comperietur idoneus, qui intimas penitiſsimáſque templi ædes auſit ingredi? Aut certè, quis promerebitur

τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Collatio elegans.

τῶν ἀδύτων.

ſpectator

ſpectator eſſe iſtiuſmodi arcanorum, nec cuiuis explicabilium? Talium enim vel proſpectus vix vlli peruius eſt: atque adeo eorũ prorſus quæ intellexeris, non niſi magna animi contentione interpretatio elici poteſt. Attamen quãdo apud æquiſſimum illum iudicẽ definita merces eſt haud quaquam aſpernabilis vel ſoli voluntati ad decẽtia opera propenſæ: ne quæſo, ad cœptam rerum indaginem ſimus cunctatiores. Nam tametſi rerũ ſublimium attingere dignitatẽ minimè poſſumus ſi modo à genuino ſenſu ſcripturæ & ſcopo, Spiritus ope ſubnixi non exciderimus: non vſquequaque reiectitii cenſebimur aut reprobi, ſed & cooperante gratia, Eccleſiæ dei nõnihil impartiemur

Terra cur incondita.

A commodæ ædificationis. *Terra autem erat inuiſibilis & incondita.* Quî factum putas, vt vtriſque citra alterutrius diſcrimen & delectum iam cõditis cœlo terráque, cœlũ quidem ſuis conſtitit partibus perfectum, terra autẽ imperfecta atque inculta? aut quid illud omnino eſt, terram inornatã fuiſſe & incõditam? quam item ob cauſam incõſpicua erat & inuiſibilis? Sanè is apparatus, ea demum ſtructura terræ exacta fuiſſe cenſetur atque perfecta, cùm vberem ex ſe primùm edidit fructuum copiam, cùm ex ea omnigenûm ſtirpium ſuppullulauit & emerſit omnimoda germinatio, quando arborum altiſſimarum tam fructuoſarũ, quàm quæ ſunt infrugi primigeniæ eruptiones emicuerunt: quando itidem florũ perquàm amœni colores, odores quoque ſuauiſſimè fragrantes, cæteráque id genus omnia quę paulò poſt è terra

Terra quã do perfecta

B dei præcepto exorta, ſuam condecorarunt parentem. Horum ſanè quando nihildum ſe è terra exeruiſſet, hanc non iniuria nuncupauit ſermo hic ἀκατασκεύαστον inornatam. De cœlo etiamnum dicere licuerit non admodum diſſimilia, quando id ipſum excultum nondum erat aut perpolitum. Necdum enim ſe decentem ornatum obtinebat, quippe quod non iam ſplendeſcebat radioſiſſimo ſole lunáque circunfuſum, at neque ſtellarũ choris, tãquam ſertis redimibatur. Neque enimdum iſtiuſmodi erant condita. A veritate igitur nihil aberraueris, cœlum quoque ſi dixeris fuiſſe incõditum. Atqui duas ob cauſas inuiſibilem dixit terram, aut quia nondum erat is qui ſpectaret illam & contemplaretur, homo: aut quòd cerni tum nõ poſſet, nimirum immerſa aquæ, quæ ſupernatans ipſius ſuperficiem quaquauerſum adoperuerat.

Cœlũ quando inornatum.

Inuiſibilis terra duabus de cauſis.

Nondum enim erant aquæ in ſuas aggregatæ ſtationes, quas poſtea aggregatas, Deus Maria nun-

In hac ἀόρατα inuiſibile quid.

C cupauit. Inuiſibile igitur quid eſt? Tum id quod oculis carneis videri non poteſt, cuiuſmodi eſt mens noſtra: tum id quod natura quidem eiſdem conſpici poteſt, obiectu tamen corporis occultatur, vt ferrũ, quod in alto gurgite iacet: hoc modo nunc inuiſibilem terram dictam eſſe putamus circunfuſa aqua velatam. Adde his & lucem nondum exortam fuiſſe: abſentia cuius haud mirum videtur, ſitam in media mũdi parte tellurem, inuiſibilem ob id ipſum etiam à ſcriptura fuiſſe dictam, quòd aër vndique ſupra ipſam diffuſus, luce careret. Sed veritatis deprauatores non ſuam mentem accommodantes ſcripturæ, ſed ad ſuam voluntatem, mentem ſcripturarum trahentes ac peruertentes, materiam hiſce verbis innui dicũt. Hæc eſt enim & inuiſibilis, inquiunt, & inornata

Hæc de re lege Lactant. & Plutar.

ſuapte natura: quippe cum omni prorſus qualitate careat ſuomet genio & conditione, atque ab omni penitus forma figuráque ſit ſeparata, quam opifex vniuerſi ſumptam per ſuam ſapiẽtiam informauit, & in ordinem ſtatúmque elementi redegit: atque ita per ipſam, rerum earum omnium quæ conſpiciuntur, eſſentias fecit. Si igitur ingenita eſt terra, nec vlla prorſus ipſius extat origo, primum quidem peræquè ac deo, tribuendus illi venit honos eximiæ dignitatis. Quo quid magis impium fieri poteſt? terram, inquam, ipſam qualitatis omnis expertem, forma penitus carẽtem, informitatem extremam, turpitudinem (iis ipſis vtor nomẽclaturis) nullis adumbratam typis, eodem ſtatu ſupremo, ac præeminenti, quem ſapiẽs D & potens, & formoſiſſimus opifex, creatórque rerum omnium, ſibi ſuo iure vendicat, dignã eſſe exiſtimare? Deinde enim conſequitur eam tantæ eſſe quantitatis, vt totam ſuſcipiat ſcientiam dei, hoc quoque pacto ſubſtantiam ipſius ęqualem aliquo in modo, inueſtigabili dei potentiæ, facultatique ex aduerſo opponũt: ſi quidem dei ex ſeſe prudentiam totam metiri poſſit. Quòd ſi minor materia ſit operatione diuina, hoc etiam ſanè pacto in abſurdius longe maledictum in deum, hęc ipſorum ſententia vertetur ac recidet, eo quòd otioſum deum, & ab actione ſuorum operum creationéve propter materiæ defectionem, remorẽtur per eiuſmodi impium dogma ac detineãt. At humanæ naturæ paupertas illos decepiſſe videtur. Et quoniam humanis in rebus ſingulæ artes circa aliquam materiam definitè verſantur, vt fabrorum ferrariorũ quidem facultas circa ferrũ, E fabrilis autem circa ligna: atque in his aliud quidem eſt ipſum ſubiectum, aliud forma, aliud item id quod ex forma conficitur, & materia quidem forinſecus aſſumitur, forma verò accommodatur ab arte: effectus denique eſt id quod ex vtriſque componitur, ex materia inquam & forma. Ad eundem modum & in operatione diuina vſu iam eueniſſe putarunt, mũdi quidem figuram, à creatoris omnium allatam ſapiẽtia: materiam autem aliunde opifici adminiſtratam ac ſubiectam fuiſſe, & mundum ipſum ex hiſce compoſitum emerſiſſe, ſubiectum habentem quidem, & eſſentiam aliunde, figuram verò ac formam à deo accepiſſe. Et hæc illis opinio ex eo obuenit, quòd magnum deum inficias ierint autorem eſſe conſtitutionis mundi, ortuíque rerum præfuiſſe: alioqui eundem admiſerunt portionem contuliſſe ad rerum creationem, ſed perquàm puſillam, vt F qui quaſi ſuppleuerit, quod corrogatæ illi materiæ deerat & aliunde emendicatæ. Nec ob ingenii cogitationúmque humilitatem, apicem veritatis attingere ac ſuſpicere potuerunt: tantùm eo ſpectabant: quod in hoc ſeculo quidem propter vſus neceſſitatem poſt ipſas materias in vitam hanc introductæ ſint artes. Erat enim anteà lana, texendi pòſt facultas ſequuta eſt, vt naturæ inopiam ars ſuppleret: & lignum itidem erat, ars autem fabrilis acceptam materiam, pro vſu rerum, quas quotidiana neceſſitas deſiderabat, formans vtilitatẽ nobis vſumque lignorum oſtendit, nautis remum, agricolis aratrum, militibus haſtá prębẽtando. Deum vero aſtruimus antequam quicquam eorum quæ conſpiciuntur, exortum eſſet,

τῆς αὐτῆς προεδρίας.

ipſe. Materiæ vſum ars poſterius inuenta docet. Aratrũ videtur Argyr. legiſſe ἀροτῆρα pro

ea quæ nondum erant mente coocepiſſe, conceptaque facere voluiſſe, atque qualem eſſe mundū oporteret, intellexiſſe: & vna cum forma protinùs ipſius materiam accommodatam creaſſe, atque cœlo quidem non indignam cœlo, ſed decẽtem ſeorſim ac diſtinctè aſſignaſſe naturam: figuræ autem terræ debitam conuenientémque ſubſtantiam ſubieciſſe. Ignem denique, aërem, atque aquam, in eam quę ſibi libuit, redegit figuram, inque eſſentiam deduxit, periode atque vnuſcuiuſque ratio flagitabat. Mundum præterea totū diſſimilibus conſtantem partibus arcano quodam &

A inexplicabili concordiæ vinculo * colligauit ac coniunxit: adeóque in voam ſocietatem concentū que cooſlauit, vt & ea quæ longiſſimo inter ſeſe interuallo ſuapte natura diſtant, vnita miro conſenſu coniunctáque videantur. Proinde deſinant à fabuloſis hiſce figmentis: nec eam potentiā quę nulla poteſt mente comprehendi, quæq́ue voce humana penitùs ineffabilis eſt, ſuarum imbecillitate cogitationum ratiocinationúmque metiri velint. *Fecit deus cœlum & terram.* haud dimidia ex parte vtruoque, ſed totum cœlum, totámque terram. Ipſam, inquam, eſſeotiam, ſiue materiam fecit cum forma comprehẽſam. Non enim figurarum inuentor eſt deus, ſed ipſius oaturæ rerū creator. Alioqui reſpondeant nobis, quæſo, quonam pacto inter ſeſe conueoerint binc operatrix dei potentia, illinc paſſibilis materiei natura: hęc ſine forma ſubiectum præſtans: illa figurarum ſcientiam habens, ſine materia, vt quod alteri defuerit, collatum ſit ab altero: opifici quidem, vt baberet quo ſpecimẽ æderet ſuæ artis: materiei verò, vt informitatem deponeret priuationémque for-

B mæ. Sed de his hactenus: ad ea redeamus, vnde digreſſi ſumus. Vbi dixit, *In principio fecit deus cœlum & terram.* Multa ſanè obticuit, vt ignem, aërem, aquam, & ex his ipſis emergeotes inferiorū corporum affectus, quę cuncta quidem mundum ſimul cum aliis velut abſoluentia, manifeſtè cum vniuerſo ſubſiſtere: omiſſa tamẽ de induſtria ſūt, vt ad ſolertiam ſeſe noſter exerceat animus, atque ex paucis veluti principiis, ea quæ reſtant, expendat. Itaque cum dictum quidem non ſit, aquam deum feciſſe, dictum autem ſit inuiſibilem eſſe terram, cogitare tute ipſe conſiderareque velis, quo velamine terra operta, conſpicua non fuerit. Nec igitur ignis operire poterat terram. Illuminare enim ignis potius, & illuſtria reddere ea corpora quibus eſt præſens, quàm tenebris obſcurare ſolet. Non item aër terræ tum erat velamẽ. Eſt enim aëris perrara tranſparens, & pellucida natura, rerúmque omnium viſibiliū acceptas formas ad ìotuentium oculos aſpectúſque trāſmittit. Reſtat ergo vt intelligamus aquas ſuper telluris ſuperficiem inundaſſe, antequam ad propriam ſtationem ſortémve bumoris ſubſtantia ſegrega-

C retur, atque ex eo, terram tum non ſolùm inuiſibilem, ſed inornatam etiam fuiſſe: quippe cum humoris exuperatio etiam nunc gignendis ferẽdiſque fructibus impedimẽto terræ ſoleat eſſe. Eadem itaque cauſa erat, propter quam terra & inuiſibilis erat & inornata. Siquidem telluris compoſitio & apparatus, ipſius eſt proprius ornatus: ipſiſque iuxta naturam accommodatus, vt pote, ſegetes in concauis & decliuibus locis vbertim prouenientes, prata præuirētia, copiáque florum ac varietate depicta, frondoſæ valles & floruleatæ, montium denique cacumina ſyluis vmbroſa. Quorum nondumquicquam ipſa tellus habebat, ſed parturiebat quidem omnium ortum, carū plenè virium ratione, quæ cum crearetur, ab opifice ſibi ſuerāt impreſſæ: opperiebatur autem idonea definitáque tempora, quo diuino præcepto conceptus ſuos in lucem ac fœtus æderet. Sed & tenebræ, dicit, erant ſuper abyſſum. Aliæ turſum hinc fabularum occaſiones, aliaque figmentorum magis acmagis impiorum principia, eorum hominū D

Attende terra parturiens.

emergunt qui ad ſuas opiniones, ſcripturæ verba peruertunt. Tenebras enim non vt earum babet natura interpretantur, aërem aliquẽ eſſe lucis expertem, aut locum obiectu corporis obumbratum, aut quacunque cauſa carẽtem lumine locū, ſed vim malam, quin potius ipſum malum, ex ſeipſo principium atque originem trahens, oppoſitum, contrariúmque bonitati diuinę tenebras ipſas interpretātur. Nam ſi deus eſt lux, eam vim & potentiam, quæ cōtra ipſum militat, eique aduerſatur abſque dubio tenebras eſſe, iuxta intellectus ſui rationem cooſectaneam contẽdunt. Tenebras haud ab alio genitas, ſed genitum à ſeipſo malum. Teoebras boſtes animarum, mortis effectrices, virtuti aduerſarias: quas & in ratione rerū eſſe, & non à deo produſſe, verbis iſtis buius prophetæ ſignificari dicunt baud mediocriter aberrantes. Ex hac impietate, quid vtrique noo improbatorum & impiorum dogmatum cōfictum eſt? Quales lupi, quàm atrociſſimè perrumpentes ac diſtrahentes gregem dei, principio ab hac parua voce ſumpto, non inuaſerunt animas? Non Mar- E

Attende Manichæorum commentum de tenebris.

ciones, non Valentiniani hinc ſunt exorti? non abominabilis Manichæorū ſceleſtáque ſecta? quā ſi quis eccleſiæ, putredioem dixerit, à veritate nō aberrauerit. Cur ita longè à veritate diſcedis, & exorbitas bomo? Cur exitij tibiipſi cauſas excogitas? Simplex eſt hæc oratio, atque ab omnibus cōprehendi facilè poteſt: Erat inuiſibilis, inquit, terra quam ob cauſam, quæſo? quia circūnfuſa vndique erat abyſſo. Quid abyſſus ſignificat? cōpioſam aquam, ad cuius fundum baud facilè penetrari poterit deorſum verſus. At complura corpora per tenuem & tranſparentem aquam ſcimus non rarò videri. Quamobrem igitur pars terræ nulla tunc per aquas viſendam ſe offerebat? Quia eatenus lumine carebat aër, obtenebratúſque adhuc erat, qui totam ambibat aquæ oaturam. Radius enim ſolis cum aquas penetrat, calculos in fundo collocatos perſæpe demonſtrat: profunda vero in nocte nullo modo quiſquam ea quæ ſunt ſub aqua, conſpicere poteſt. Eius itaque quod tellus inuiſibilis fuit, probatio eſt quod ſubiungitur, tenebroſam abyſſum terræ ſuperficiem occupaſſe. Neque igitur abyſſus aduerſariarum poteſtatū eſt multitudo, vt quidam imaginati ſunt: neque F

Abyſſum definit.

Ratio phyſica.

tenebræ principalis quædam ſunt ac mala potentia, ſummo contraria bono. Nam ſiqua duo paribus eſſent inter ſe contraria viribus, exitio ſibi mutuò timirum eſſent, moleſtiáſque cōtinuò alterum alteri mutuo nec vnquam finiendo implicata bello afferrent. Quòd ſi viribus alterum exuperaret, victum omnino conficeret alterum atque conſumeret: quare ſi mali vires ſummique

Nẽpe Manichæi.

boni

boni pares eſſe dicunt, inceſſabile profectò bellum, ac continuum interitum, dum vtraque pars & vinceret & vinceretur, introducunt. Si exuperat ſummi boni potentia, quid cauſę eſt, vt mali natura non funditus ſit ſublata? Si contrà, quod nefas eſt dicere, miror quonam pacto ſeipſos ipſi non abhorreant, ad tam nefanda maledicta delapſi. At neque à deo ipſum malū profluxiſſe, pium eſt dicere: propterea quòd nihil contrariorum à cōtrario ſuo gignitur. Neque enim vita mortem parere ſolet, neque tenebrę principium adferunt luci, neque ſanitatem morbus efficit vnquam: ſed in affectuum quidem transmutationibus è cōtra-

A tiis ad contraria fiunt tranſitiones: in generatione verò non à contrariis, ſed ex congeneribus vnumquodque eorum, quę gignūtur, procedit. At ſi nec ingenitum eſt, inquies, ipſum malum, nec à deo profluxit, vnde naturam ſortitur? Nam mala eſſe nemo vitę particeps contradixerit. Quid igitur eſt dicendum? Nempe malum non eſſentiam viuentem animáque prędıtam eſſe, ſed affectionem animę virtuti contrariam, deſidioſis ac inertibus, propterea quod à bono deciderunt, inditā. Noli itaque malum forinſecus circunſpicere, atque inquirere: neque quandam naturam principem malignitatis imaginare, ſed malitię quiſque ſuę ſeipſum autorem agnoſcat. Nam ſemper ea quę nobis eueniunt, partim à natura proficiſcuntur, vt ſenectus, vt infirmitas: partim ſua ſponte proueniūt, quales ſunt caſus inopini alienis principiis accidentes, vt quę plerunque tibi adferant triſtitiam, aut quę te exhilarent: vt ſi quis, dum puteum fodit, theſaurum inueniat: aut ad forū eunti canis rabidus occurrat: partim verò in nobis ipſis ſunt collocata, vt cupiditates ſuperare aut volup-

B tatibus modum non ponere, continere iram, aut manum iniicere in eum qui iniuria laceſſiuit, vera dicere aut falſa, māſuetum moribus eſſe ac moderatum, aut ſaſtu ſuperbum, arrogantiáque elatum. Quorum itaque tute dominus es, eorū principia non aliūde quęrere velis: ſed quod propriè malum eſt, id ab vitronea & voluntaria electione ſumpſiſſe principium ſcito. Non enim, ſi nobis inuitis eueniret ſitúmque in nobis non eſſet, tantus quidem à legibus metus iis, qui iniurij ſunt in alios, immineret: iam vero iudiciorum pœnę indeprecabiles ſunt, quas maleficis pro meritis flagitiorum ęqua talione rependunt. Atqui hęc mihi de eo quod propriè malum eſt, ſint dicta. Morbus enim, paupertas, ignobilitas, mors, cęteráque id genus quę hominibus ſunt triſtia, non propriè malis adnumerāda veniunt: propterea quòd neque ea quę iſtis aduerſantur, inter maxima bona numeramus: quę quidē partim à natura prodeūt: partim vero multis etiam vtiliter accidiſſe videntur. Quę cùm ita ſint, omni prorſus hoc loco tropica & allegorica interpretatione poſthabita, ſim-

C pliciter, non curioſè tenebrarum ſenſum, ſcripturę ſequentes voluntatem, accipiamus. Quod ſi ratio quęrit, ſint ne tenebrę cum mundo ſimul exortę, an antecedant lucem antiquitate? Denique id ſi eſt, cur id quod eſt deterius, ętate ſit prius? Dicimus itaque haſce tenebras non ſecundum ſubſtantiam extitiſſe, ſed affectionem eſſe quę aëri ex luminis priuatione accidat. At cuiuſnam, is locus quęſo, quem mūdus ambit, ſubitò luminis expers inuentus eſt, vt eſſent tenebrę ſuper aquas? Arbitramur ſanè ſi quid erat ante mūdi ſenſilis atque corruptiui cōſtitutionem, id in lumine nimirum fuiſſe. Neque enim angelorum dignitates, neque cœleſtis exercitus vniuerſus, neque omnino ſi quæ naturæ ſunt participes rationis, aut nomen ſortitæ, aut nomine carentes, ſpiritúſque ſubminiſtrantes degebant in tenebris: ſed in hac commodatiſſima ſibi luce, lætitiáque ſpirituali ſuū ſtatum habuerunt. Atque his controuerterit nemo, non is ſaltim qui ſupercœleſtem lucem inter bonorū promiſſiones expectat. De qua Salomon ait: Lux iuſtis ſemper eſt præſens. Et apoſtolus Paulus: Gratias agētes patri, qui idoneos nos fecit in par-

D te ſortis ſanctorum in lumine. Etenim ſi qui condemnantur, in tenebras exteriores mittūtur: qui dignè egerunt voluntate diuina, nimirum hos in lumine ſupercœleſti, ſuam habere requiem conſtat. Cœlum igitur factum cùm eſſet dei ſanè imperio, ſuóque quaquauerſum ambitu expanſum, vt ſuæ complexu circunferentiæ quę excepturum erat, quaſi interiore quodam ſinu circumplecteretur ea & contineret, corpus continuum obtinens, ab externíſque ſufficiens interna ſeiungere, comprehenſum à ſe locum neceſſariò carentem lumine reddidit, tenebríſque, externo interciſo ſplendore & intercepto obſcurauit. Nam vt fit vmbra, tria concurrant oportet: lux, corpus obiectum luci, locus luminis expers. Tenebræ igitur illę mundo circunfuſæ, propter cœleſtis corporis vmbram ſubortæ ſunt. Atque id quod dicimus apertiſſimo planè exemplo perceperis, ſi tibi in pūcto meridianæ lucis, denſa ex materia & impenetrabili tabernaculum circumpoſueris, ac tenebris his ex tempore procuratis teipſum incluſeris: tales & tenebras illas eſſe ſuppone, non prin-

E cipaliter ex ſeſe ſubſiſtentes, ſed res alias ſubſequutas. Has autem & ſuper abyſſum ſeſe expandiſſe ſcriptura dicit quòd extremæ aëris partes cum corporum omnium ſuperficie copulari, atque accommodari ſuapte natura ſolent. Aqua verò tunc fluitabat, omnémque tegebat ſuperficiē. Idcirco tenebras neceſſariò dictū eſt ſuper abyſſi faciem fuiſſe. *Et ſpiritus dei ferebatur*, inquit, *ſuper aquas*.) Siue hūc dicat ſpiritum, diffuſionem fuiſſe aëris, accipe tibi Moſen horum autoré mūdi ſingulas partes enumerantem tibíque recēſentem: quia fecit deus cœlum & terram, aquam, aërem, & hunc diffuſum iam ac diffluentem. Siue, quod & verius eſt, & à maioribus noſtris probatū, ſpiritus ille ſpiritus dei ſanctus dictus eſt: propterea quòd obſeruatum eſt, talem de illo peculiari modo ſcripturam præcipuéque facere mentionem, & nihil aliud dei ſpiritum appellare, quā ipſum ſpiritum ſanctū, qui diuinæ beatæq; Trinitatis numerum complet. Hanc quoque ſentētiam ſi admiſeris, maiorē ex hac vtilitatem fueris conſequutus. At quonam pacto dixeris, Super aquas hic ferebatur? Equidem non meā tibi, ſed viri cuiuſdam Syri ſententiam recenſebo, qui tantùm à ſapientia mundi diſtabat, quanto verarum ſciētiæ rerum propinquior erat. Aiebat igitur ille Syrorum vocem ſignificantiorem atque euidētiorem eſſe, & ob affinitatem, quam habet cum Hebraica lingua, ſententias aliquo modo ſcripturarum propius attingere. Itaque talem huiuſce dicti ſen-

tētiam

Malum è nobis ipſis.

Tenebræ non luci antegreſſa.

Ephrem intelligit Syrum.

τὸ ἐπιφέρεσθαι ... ζωογονεῖν.

rentiam eſſe dicebat: verbum hoc, Ferebatur, pro cõfouebat, vitalémque fœcunditatẽ aquarũ naturæ præbebat: ſumunt atque interpretãtur ad ſimilitudinẽ auiculæ incubantis, vimque vitalẽ quandam imprimentis in ea quæ ab ipſa fouẽtur. Talẽ hunc is prædicabat ea voce ſenſum ſignari: Super aquas, inquã, ſpiritũ dei ferri, id eſt, fœcũditatẽ vitalẽ, aquæ naturã ipſum ſpiritũ ſanctum præparaſſe. Quare ſatis per hoc id oſtẽditur, quod quæ ritur à nõnnllis, nec ab actu creandi ſpiritũ ſanctũ abfuiſſe. *Et dixit deus: fiat lux.*) Prima dei vox lucis naturã creauit, tenebras diſpulit, mũdum illuſtrauit & exhilarauit, vniuerſis cõtinuò gratũ artu lit iucundũmque cõſpectũ. Nãque cœlũ quidem in omniũ proſpectũ venit, & tenebris eaten' adopertũ mũdo inclaruit: pulchritudinémque tantã vltro obtulit, quantã etiam nunc aſpectus oculiq; teſtantur. Aër autem omni ex parte illuſtrabatur. Imò verò totã immixtã ſibi per omnia lucem habebat, celeritérque ſplẽdorem per fines quaquauerſum ſuos diſtribuẽs tranſmittebat. Etenim per res ſuperas verſus, ætherẽ ipſum cœlũmque pertingebat: in latitudine verò omnes mundi partes tam aquilonares ac auſtrales, quã ipſum ortũ atque occaſum mométo tẽporis pũctóve illuminabat. Talis eſt enim ipſius natura nempe pertenuis atque perſpicua, vt lumen per ipſum trãſiens mora prorſus nulla tẽporis egeat: Nam vt incũctãter ac ſubitò noſtros aſpectus ad ea quæ cõſpiciuntur deducit: ſic & luminis acceſſus, & eiaculationes ad fines vſque ſuos pũcto tẽporis ſuſcipit, quò ſanè minus tẽporis momentũ vllũ vel mente nemo capere poteſt. Aether denique iucundior poſtortam lucem euaſit, & aqua magis perſpicua nõ ſolùm ſplendorẽ ſuſcipiẽdo, verũ & ex ſe per refractionem remittẽdo, ſplẽdidiuis & intermicãtibus vndecũde ab aquæ elemento fulgetris. Tũ enim dei vox ad iucũdiſſimã omnia & lõgè præſtantiſſimã conditionẽ permutauit. Vt enim qui in profundã aquæ voraginem oleum immittũt, ei loco conciliãt & infundunt perſpicuitatẽ: itidẽ & vniuerſi creator ædito mox verbo lucis, amabilẽ & peramœnã venuſtatẽ mũdo inuexit. *Fiat lux.*) Sanè imperiũ hoc opus ipſum erat, mox enim fiebat natura, qua vna nihil poſſit humana ratiocinatio cõminiſci & excogitare, quo ſe oblectet ſuauius. Proinde in deo cum vocẽ, verbum & præcepti aſſerimus: caue, intelligas aut cogites eũ ſtrepitũ qui per vocis organa editur, nõ item aërẽ linguæ officio articulatũ & impreſſum, ſed momẽtũ id, cáve inclinationẽ diuinæ volũtatis cẽſemus in præcepti ſpeciẽ figurati, quò eorũ qui docẽtur, velut oculis res ſubiecta colliqueſcat & manifeſtetur expreſſius, *Et vidit deus lucẽ eſſe bonam*, aliàs pulchrã.) Quas nos poſtimus depromere laudes luce hac dignas, quæ initio ſtatim ſuæ cõditionis anteuertit, ſuũ vt haberet creatorem prærogatiuę ſuæ pulchritudinis reſtẽ? Etenim vel apud nos oratio ipſis defert ac cedit oculis hac de re iudicium: ita enim ne ſermo vllus tantũ queat exprimere, quantũ ipſe oculorũ ſenſus anteuertẽs ſuo cõprobat teſtimonio. At ſi bonitas ſiue pulchritudo corporis, tale vt ſit, ſortitur ex moderata partium temperie, ex apparẽte itẽ & cõſpicua coloris bonitate: quonã pacto cõſeruatur ratio pulchritudinis in luce quæ ſuapte natura ſimplex eſt, & omnimoda conſtar partium ſimilitudine? An quod iſtiuſmodi contẽperatio luci atteſtatur & conſentit non quidem in propriis ipſius partibus conſiſtẽs, ſed quòd mox cõſpecta nos mœrore liberat, animũmque demulcet blanda quadã placiditate? Nam & ratione cunſimili aurum cõſtat dici pulchrũ, non vtique ex collata inter ſeſe partiũ ſymmetria, potiùs quòd probo iſto & inſigni colore nos proliciat ad ſui amorẽ & inuitet. Ad eundem modum Lucifer pulcherrimus eſt ſtellarum, non eò quia partes habet iuſta & æquabili proportione contẽperatas, ſed quod illius ſplendor affuſus ſemel oculis ſe contuẽtium & illapſus triſtitiã ex animo depellat, nóſque mira circũfundat iucũditate & recreet. Iã verò quod loco præſenti inducitur dei iudiciũ, nõ eſt vſquequaque ſpectãtis ad eam quæ ex illius pulchritudine in contẽplantes reſilit, oblectationẽ: ſed veriùs proſpicientis vtilitati ex eadem luce olim ad poſteros peruenturæ. Neque enim dũ erãt oculi qui lucis pulchritudinẽ internoſcerent ac diiudicarent. *Et diuiſit deus inter lucem & inter tenebras.*) Id eſt, naturã harũ impermiſtã effecit, adeò vt neutra alteri permiſceretur, ſed cõtrariæ ſibi eſſent & cõtrapoſitæ. *Et appellauit deus lucem quidẽ, diem, & tenebras noctem*) Nunc quidem ex illo tũ dies poſt ſolem factũ, is aër eſt, quẽ ſol ipſe illuminat, in noſtro dũ eſt hemiſphærio, ſupra terrã relucẽs. Nox vmbra eſt terræ, quæ diei ſole ſe occultãte ſuccedit. Tum verò fiebat dies, qui cedẽti nox viciſſim ſuccedebat, non quidem ſecũdum motionẽ ſolis, ſed primigenia illa luce ſuum ſplẽdorem diffundẽte, ſéque rurſum cõtrahẽte, idq; pro mẽſurã à deo definita. *Et facta eſt veſpera, & factũ eſt mane dies vnus.*) Sanè veſpera & diei & noctis terminus eſt vtrique cõmunis: at mane peræquè eſt noctis ad diem vicinitas. Vt igitur in ordine creationis primigeniã prærogatiuã deferret diei, ipſius diei finẽ priore loco cõmemorat, dein ſubnectit quod vltimũ eſt noctis, quãdo nox diẽ ſubſequitur. Prior enim ille mũdi ſtatus, nimirũ ante primigetiã lucẽ exortã, non nox dicebatur, ſed tenebrę: nox enim ea tẽporis portio dicta eſt, quæ diſtinctẽ ſe habet & oppoſitẽ ad diẽ, quæ quidẽ diei ſuccedanea nonã hanc appellationẽ indepta eſt. *Facta eſt igitur veſpera, & factum eſt mane.*) his planè verbis diẽ noctẽmque cõptehenſim ſignificat. Non iam vtrunque complexus eſt nuncupatione diei ac noctis: ſed prę ſtabiliori totam tribuit appellationem. Hanc vtique conſuetudinem inuenire poſſis in tota ſcriptura obſeruatam, nimirum in metiendo tempore dies ſolere enumerari, non item cum diebus noctes. Dies annorum noſtrorum, dicit pſalmorum cantor. Et Iacob: Dies vitę meę parui & mali. Rurſus Omnes dies vitæ meę. Hęc itaque nunc in ſpeciem formámve hiſtorię tradita, pręuię quędam ſunt veluti legum ſanctiones ad ea quę deinceps ſequuntur. *Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies vnus.*) Quam ob cauſam non dixit primum diem, ſed vnum, vbi magis conueniebat allaturum ordine ſecundum diem, & tertium, atque quartum, eum qui omnes anteibat primum appellare diẽ, non vnum? Sed vnum dixit. An vt diei noctiſque ſpatium definiret, ac tempus vtriuſque nempe diei ac noctis coniungeret, ita vt ex vigintiquatuor horis

Lux. A.

B

ἀμείνω ... ἀλλάξας.

Lucis pulchritudo ſit ... C

Aurum pulchrum.

D Ἑωσφόρος ... Lucifer ... pulcherrimus aſtro.

E

ἡμερονύκτιον.

F

Dies cur vnus & non primus.

horis vnius diei ſpatium compleretur, atque ita & nox ſub vocabulo diei ſubint[elligi]eretur: vt & ſolſtitiis altera exuperet alteram, definito tamen tempore totum vtriuſque ſimul ſpatium ſit deſcriptum: quaſi diceret, quatuor vigintique horæ, ſpatium eſt vnius diei. An quia cœli ab eodem ſigno ad idem reuolutio vno die peragitur: ita vt quoties iuxta ſolis circuitum veſpera & mane mundum occupant, non id prolixiore tempore, ſed in vnius diei ſpatio ſuam expleat periodum? An ea ratio potior eſt, quæ in arcanis ſecretiſque literis traditur: Deus ſanè qui temporis naturam creauit, menſuras ipſi ac ſigna, nimirũ ſpatia dierũ adiunxit, ſeptimanáque ipſum metiens, in orbem, ſeptimanam in ſeſe ſemper verſari iuſſit, curricula temporis ac motiones enumerantẽ: & vnum item diem ſeptimanam conficere, ipſum in ſeſe ſepties redeuntẽ. Id autem orbis ſubit effigiem, à ſeſe incipiens & in ſeipſum deſinẽs: quod iam & ſeculi propriũ eſſe conſtat, in ſeipſum conuerti, & nequaquam terminari. Quamobrem caipſius temporis non diem primum, ſed vnum appellauit, vt ex appellatione etiam affinitatem ad ipſum ſeculum ſortiatur. Is enim qui vnici principij ac incommunicabilis ad aliud præ ſeſe fert formam, propriè ſanè atque appoſitè vnus eſt oũcupatus. Quod ſi ſecula plura ſcriptura nobis afferre ſolet, ſeculi ſeculũ, ſeculorúmque ſecula pluribus in locis dicẽdo, tamen & illic nec primum, neque ſecũdum, at neque tertium ſeculum nobis connumeratur, vt ſtatuum potius variarúmque differentiæ rerum: ſed non deſcriptiones ac fines ſucceſſionésve ſeculorum ex eo demõſtrentur. Dies enim domini, inquit, magnus eſt & præclarus. Et rurſum: Cur vos quæritis diem domini? Atque hic eſt tenebræ & non lux: Tenebræ videlicet iis, qui digni tenebris ſunt. Nam & veſperis & ſucceſſione ac fine diem illum carere doctrina ſacra nouit: quem & octauum pſalmorum autor appellauit: propterea quod extra tempus illud ſitus eſt, quod ſeptimanæ metiri ſolent. Quare ſiue diẽ dixeris, ſiue ſeculum, aut æuum, eandem ſanè ſententiam dixeris. Siue igitur dies, ſtatus ille dicatur: vnus eſt & non multi: ſiue ſeculum aut æuum appelletur, vnicum vtique fuerit, & non multiplex, nec admittens numerum. Quæ cum ita ſint, vt ad futuram illam vitam, ſtatúmque futurum illũ, noſtram Moſes mẽtem erigat atque deducat, vnum eum appellauit diem qui ſeculi ipſius imago, qui dierum primitiæ, qui luci coætaneus eſt: Ipſum, inquam, ſanctum dominicum diem, quem reſurrectio domini honore præcipuo affecit.

Facta eſt igitur veſpera, inquit, & factum eſt mane dies vnus. Sed hi noſtri de illa veſpera ſermones ab hac veſpera iam occupati, hic orationi noſtræ finem impoonunt. Patet autem veræ lucis, qui diem cœleſti lumine decorauit, qui noctem ignis ſplendoribus illuſtrauit, qui futuro in ſeculo ex laboribus requiem ac refocillationẽ in ſpirituali illa indeſinentique luce apparauit, veſtra omnium corda notitia veritatis illuminet, veſtrámque vitam inoffenſam conſeruet: ac præſtet, in die vt honeſtè ambuletis, vt in ſanctorum demum ſplendoribus veluti ſol eluceatis ad meam ipſius exultationem, in die domini, cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Dies horarum 24.

Cur vnus dies nõ primus.

Dies dominicus imago reſurrectionis.

A

B

G

HOMILIA TERTIA, de modis generationis.

HAEC SANE dicta ſunto de operibus diei primi, magis verò vnius. Non enim cõuenit nos ſpoliare ipſum prærogatiua dignitate, quam naturæ indulgentia obtinet, à conditore rerum per ſe ac ſeorſim æditus, nec ordine numeróve reliquis accenſus. Attamen quando quæ in ipſo facta ſunt opera, heſterna oratio percenſuit, eáque noſtra enarratione in auditorum gratiam bipertitò diuiſa matutinam alimoniam pars altera, altera item animabus conciliauit veſpertinam lætitiam: nunc ad cõmemorandas res diei ſecundi ſtuporis & miraculi plenas noſter progreditur ac tranſit ſermo. Hoc porrò mihi dictum ſit, non ad interpretis vires referenti, veriùs eorum quæ ſcripta ſunt, ſuſpicienti gratiam, quæ ſuapte natura omnium comprobatur ſuffragiis, placidè irrepens ſéque peramicè inſinuans eorũ cordibus, qui credibili cuipiam hiſtoriæ tantò eã anteponunt quæ veritate nititur. Meæ huic ſententiæ pſalmus apertiſsimè ſuccinit, dulcorem ex veritate ſcripturæ promanantem hiſce repræſentans verbis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! ſuper mel ori meo. Heſterno itaque die quatenus viriculæ ſinebant, in hoc condiximus operam, veſtras vt animas exhilararemus qualicũq; diſſertatione eloquiorum dei: en rurſum hoc die qui ſecundus eſt, occurrimus, diei itidem ſecundi ſtupenda dei opera expenſuri. At enim non me clam eſt, multos hic nos circunſiſtere vulgarium artium opifices qui pro more in diem quæritant, ſuisve diurnis operis ſibi parant viaticum. Iſti ne quàm velint, diſtrahantur prolixius ab opificio, ſuóve quæſtu, noſtrũ ſolent circuncidere ſermonem. Iſtis quid reſpondeam? nimirum neutiquàm ſibi deperire eam temporis portionem quam fœnori tradiderint deo: ſed magna cum acceſsione ſolere ab eo repẽdi. Quanticunque enim fortuiti caſus his negotium faceſſerint, eorum dominus difficultatem omnẽ emolietur, neruoſas corpori ſuggeret vires, inſeret animæ exprõptam ad opus alacritatem, permutãdis mercibus facilem & cõmodam dexteritatem ſuppeditabit, denique retũ ex animi ſententia cadentium ſucceſſus lætos in omnem vitam largietur iis nimirum qui ſpiritualia chariſmata iſtis temporariis tãto duxerint eſſe præſtantiora. Quòd ſi fors ſtudia veſtra, ſi operæ gnauiter inſumptæ haud quaquàm ſortientur hic exitum, prout ſpes vobis præſumpta erat, at certè, per hanc ſpiritualem doctrinã vobis interim theſaurus bonorum ingens ac luculentus congeritur in vitam mox ſecuturã. Omnem igitur iſtam parandæ alimoniæ anxiam ſolicitudinẽ exime cordi: vniuerſaſque animi cogitationes in vnum cogens facito, mihi totus hic vt adſis. Quod enim operæpretium hinc te conſequi poſſe ſperes, ſi corpore quidem præſens, magna alioqui animi contentione inhies terreno cuipiam theſauro.

Et dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, ſitque diuidens inter aquam & aquam. Paulò priùs, fieri videlicet audiuimus dei verba dicentis, *Fiat lux* hodie item, *Fiat firmamẽtum*) Præſens

D

E

F

Pręſens proinde contextus verborum meo arbitratu quiddam in ſe continet prærogatiuæ quàm antecedens, auguſtioris. Neque enim in nudo & qualicunque præcepto oratio reſtitit, quin & cauſam ipſam apparati & à deo conditi firmamenti, quæ vtique requiri ſolet, præciſa verborum proprietate definiuit, dicens: *Vt diuidat inter aquam & aquam*) Sanè quod primo aſſumpſimus inquirẽdum loco, hoc eſt: Num deus noſtro loquatur

Quæſtio 1. Noſtro ne more loquatur deus?

A more. Et quidem priùs à rebus ipſis typus ſiue adumbratio abſtracta ſe inſerit & imprimitur intellectui ſiue cogitationi hominis. Dein poſt imaginationem rerum apprehenſarum, ſeligens proprias & cuique rei ſubiectæ accommodas ſignificationes, pronunciat. Secundum hæc, iis quæ intellectu cogitationéve apprehẽdit, ſubminiſtrationi vocalium organorum velut per manus traditis, ita demum per aëris reuerberationẽ & impreſſionem, pérque intermediam motionem articulatæ vocis, eam in medium promit & explicat, quam in arcano mentis receſſu concepit, cogitationem. Quînam fabuloſum dici nõ debeat, aſſerere velle deo opus eſſe periodo eiuſmodi, ad eorum quæ ſemel mente conceperit, explicationem? An pietati cõſentaneũ magis fuerit aſtruere ſanctam eam voluntatem ac primariam appetitionem ſiue inſtitutionem motionis illius ſpiritualis, verbum eſſe dei? Expreſſiore proin figura ipſum nobis ſcriptura delineat ac pingit, non in hoc modo vt declaret deum voluiſſe fieri creaturam, ſed & eandem promotam eſſe ad generationem per vnum aliquem cooperarium. Vtique

Ipſa dei voluntas eius eſt ſermo.

B potuiſſet quo iam initio cœperat, conſimili ſtilo perſtringere ſingula & commemorare: *In principio fecit deus cœlum & terram.*) Subin, fecit firmamentum. Nunc autem dum imperantem inducit ſimul & cum quopiam ſermones pertexẽtem: eam, & ſi ſilentio ſuppreſſam perſonam ſubindicat, cui & mandatum communicat, & qua cum ediſſerit, nihil nobis inuidẽs illius cognitionem: potiùs nos charitatis flamma extimulans ad illius cõplexum deſiderabilem. Vtriuſque enim iſtius boni gratia, veſtigia quædam ac veluti delineationes rei arcanæ expreſſiuas ſuppingit. Rẽ enim labore partam ingenti cum gaudio ac veluti paſſis vlnis pleri que omnes exceptant, exceptá tuentur ac ſeruant non diligẽter: contrà, quorum cuique eſt parabilis & ad manum expoſita indeptio, horum & aſpernabilis eſt conſecutio, nec difficilè venit in contemptum. Hac ſanè gratia veluti viam ordinémque prę ſtruens ſcriptura nos rectà promouet ad cognitionem vnigeniti dei, etiamſi incorporeæ illi naturæ nihil ad eum modum fuerat opus intermedio ſermone quẽ ipſi voce promimus, quando quæ mente conceperat pater citra ſermonis officium ſe inſinuare poterant con-

Sermo cur deo tribuatur.

[illegible] contrarius.

C creatori. Quo fit, vt vſus ſermonis minimè neceſſarius ſit iis qui inita conſilia ſolo poſſunt intellectu inter ſe partiri communiter. Vt enim vox in gratiam indulta eſt auditus, ita & auditus propter vocem. Nã vbi non aër ſuppetit, non lingua, non auris, non item meatus in ſinus plicatiles cõtortus ad eam vſque poſituram in capite quæ conſentit auditui, ſonos ſubuehens, nullus iam ibi vſus ſermonis eſt: ſed communis tum partitio voluntatis fit ex ipſis, ita enim dicere quis poſſit, medullaribus, hoc eſt, in intimis cordium conceptis conſiliis. Sanè, quod mihi dictum iam eſt, quò ſe mens noſtra ſurrigeret ad eius inquiſitionem perſonæ, ad quam hic intenditur ſermo: figuratam hanc diſſerendi proprietatem ſapienti admodum ac prouida, nec minùs artifici ratione ſibi ſcriptura aſciuit. Quod ſecundo ſe offert diſquirendum loco, hoc eſt: ſítne firmamentum hoc ab eo diuerſum, quod initio factũ eſt, cœlo, quan

Collatio.

D do & illud cœli quoque nomenclaturam ſortitũ eſt, ac proinde num duo prorſus ponendi ſint cœli. Qui enim de cœlo diſſeruerunt philoſophi, priùs ſuas linguas perditum ire eligant, quàm aſſertionem eiuſmodi vt veram admittant. Et quidem pro re comperta vnum eſſe conſtituunt ac decernunt, ſed tale, cuius natura neutiquam vim obtineat operatoriam adeò & efficacem, ex ſe vt producat alterum, tertium aut quotumuis tandẽ, nimirum eſſẽtia cœleſtis totius corporis ad illius vnius cœli conſtitutionem prorſus (ita iſti ſuſpicantur) abſumpta & expenſa. Vnum enim nihil inuitè fatentur eſſe corpus, quod quidem latione mouetur orbiculari, at id circunſcriptæ eſt virtutis. Quod ſi ad primi illius cœli conſtitutionem, omnibus ſuis partibus ſubſtantiam exhauſerit: conſequi videtur nihil iam eius reſediſſe ad ſecũdi, tertiíue generationem. Ecqua tandem iſti deliria planè & anili imaginatione deluſi comminiſcuntur, qui hylen ingenitam cenſent, eámque aliunde adſcitam ad rerum productionem offerũt opifici, ex comentitia illa & conficta primum fabula ad hoc conſequens abrepti mendacium. Ab iſtis porrò Græciæ ſapientibus id vt æquum eſt,

Quæſtio 2. Cœlos eſſe [illegible] licet philoſophi [illegible] ſunt.

O ſtultam philoſophorum ſuſpicionem.

[illegible] iſti ſomniant [illegible]

E contenderim: ne nos ſuis deridiculis ſannis prius inceſſant, quàm ſuas ipſi velitares & hactenus cõtrouerſas inter ſe opiniones ſedarint. In his nanque ſunt, qui infinitos aſtruant & cœlos eſſe & mundos: quorum opinionem dictu abſurdã, nec vlla ſui parte ſimilem vero cum ij coarguerint, qui demonſtrationibus vti ſolent grauioris multo momẽti, víque probationum geometricarum neceſſariò concludentium confirmarint id ferre non poſſe naturam, vt præter vnum hoc cœlum alterum conſtituat: tum ſanè iſtorum mathematicorum lineares nugas quamlibet artifici ingenio concinnatas tantò ſolutiùs ridebimus. Siquidem quum videant nulla diſpari cauſa vnam, alteram plures item excitari bullas, mox controuertũt & reuocant in quæſtionem, tantáne opifici facultas ſuppetat, vt ſatis ſit vnus tot adeò condendis cœlis, quorum vires ac magnitudinem nihil ab eo humore concauo differre cẽſemus, qui in obſtreperis ac ſalientibus aquis torrentium intumeſcit atque inflatur, ſi certè ad exuperantem præeminẽtiam reſpexerimus diuinæ potentiæ. Quare iſtorum riſu proſequenda ratio eſt, qua contendunt neutiquam poſſe in rerum natura conſiſtere cœ-

Laert. lib. [illegible] & alios aliquot locis.

F los duos. Nos contrà, de duobus tantum abeſt vt quicquàm addubitemus: vt & tertium inquiramus, cuius cõtemplatione dignus eſt habitus admirabilis Paulus. Pſalmus ad hoc, dum nominatim commemorat cœlos cœlorum, vtique non vnius modò cœli, ſed & plurium perſpicuam nobis inſeruit intelligentiam. Neque hæc aliquãdo minore fide credi par eſt, quàm qua credimus ſeptem eſſe orbes, in quibus ſtellę ſeptem ferè omnium

Collatio.

nũ conſono ore prędicantur ſuum peragere curſum, quos quidem cœlos ita aſſerunt cõcinnè inſerti vnũ alteri, quemadmodum ſi cadi aut vaſcula in ſeſe inſerta ſint. Hos proinde ſic inſertos, dum motu contrario ex aduerſo vniuerſi in orbẽ verſantur, aſſeuerant æthere per hos circumquaque perrupto, ſonum reddi concinnum ſuauè reſonãtis harmoniæ, quæ melicæ omnis melodię melliſſimam exuperet & iucundam ſuauitatem. Subin aſſertores iſtius commenti, ſi quando repoſcuntur, fidem vt faciant ac ſenſu ipſo confirment hæc ita ſe habere, quid aiunt? Nos per primariam ad eum ſonum aſſuetudinem, nimirum ab ipſo mox ortu ita huic aures conſueſſe commodare, vt intentiore eiuſmodi audiendi cura ſenſus ipſe obſorduerit nobis ac deperierit, perinde atque ij hominum quorum aures crebris ictibus in excuſoriis officinis & cõtinenter pulſatæ ſic occalluerunt, ſurdę vt ſint: quorum impoſturam planè veteratoriam & ruinoſa carie præflaccidam coarguere, (cùm mox audita nulli non ſe cognobilem oſtentet, & conſpicuam) non vtique viri eſt aut ſcientis parcere tempori, aut certo coniectantis quo intelligentię acumine ſint præditi auditores. Externis iſtis interim omiſſis ſuis hominibus, toti velut poſtliminio ad orthodoxum eccleſiæ redeamus ſermonem. Dictum eſt à nonnullis noſtris maioribus, non eſſe ſecundi cœli hunc ortũ, ſed explanationem quandam prioris: propterea quòd illic ſcriptura cœli ac terræ creationem in ſumma quidem tradidit: hic vero modũ, quo ſingula facta ſunt, exactiùs explicet. Nos autem dicimus, cum nomen diuerſum, officiúmque peculiare cœli ſecũdi traditum ſit, aliud hoc præter id eſſe, quòd in principio eſt effectum, ſolidioris ſanè naturæ, præcipuum quoque officium vniuerſo ſubminiſtrans, ET *dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquarum & fecit deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento ab iis, quæ erant ſuper firmamentum.*) Sed antea quàm ſcripturę ſententiam attingamus, id quod ab aliis obiicitur, diſſoluere enitamur. Percõtantur enim nos: Si firmamenti corpus globoſum eſt, vt aſpectus ipſe declarat, aqua autem ſuapte natura fluxa quum ſit & è ſublimi ſidere ſoleat ac delabi, quînam potuit in curua & ſuperiore circunferentia firmamenti ſolidè ac ſtabiliter perſiſtere? Quid ad hanc obſecro reſpondendum eſt obiectionẽ? In primis quidem dicendum: vt donem aliquid eſſe, quod qua parte nobis cernitur, ſpeciem præfert circuli per flexuram fornicémve internæ cõcauitatis, non continuò neceſſe ſit illius quoque externam ſuperficiem quaquauerſum ad imaginem ſphæræ eſſe perfectam, totúmque id, perinde ac opus tornatile exactè eſſe circunductum leuigatum ac perpolitum, quãdo videmus ipſi tum tecta balneorum lapidea, tum ædium extructiones antri in ſpeciem cauernoſas, ipſo quidem internæ partis aſpectu circunductas eſſe in ſpeciem figurámve ſemicirculi, cum interim pars tecti ſuperior æquabilem plerúque obtineat, & planam ſuperficiẽ. Quapropter hac de re neque ſibi moleſtias ipſi ſumere, neque nobis præſtare velint, quaſi ſuperis aquam in locis detinere, coërceréque non valeamus. Dein dicendum eſſe videtur, quæ nam ſit ipſius firmamenti natura, & quam ob cauſam inter aquas ſeparandas inſtitutum ſit intermediũ vt eſſet. Scriptura ſacra nomine firmamenti, in iis rebus quę robore viribúſque exuperant vti conſueuit, quemadmodum cum dicit: Dominus firmamentum meum, & refugium meum: Et, Ego confirmaui columnas eius: Et, Laudate eum in firmamẽto virtutis eius. Nam externi homines id firmum corpus dicunt, quod quaſi ſolidum eſt, denſum ac plenũ, vt à mathematico corpore diſtinguerent. Eſt autem mathematicũ corpus, quòd in dimenſionibus ſolis conſiſtit, latitudine inquam, longitudine, & profunditate. Firmũ autem ſolidúmque, quod cum dimenſionibus & reniti reſiſteréque poteſt. Scriptura autem ſacra, quod perrobuſtum eſt, neque cedit, id omne firmamentum dicere conſueuit, atque adeò, vt & in aëre addenſato hac ipſa voce plerúque vti videatur, veluti cum dicit: Qui tonitruum firmat. Soliditatem enim & reſiſtentiam eius ſpiritus, qui in nubium cõcauis ſinibus includitur, atque ob violentam eruptionem inde ſonos ac ſtrepitus eos efficit quos tonitrua dicimus, firmitudinem tonitrui ſcriptura nuncupauit. Igitur & hic etiam pro quadam firma ſolidaque natura, ad detinendas aquas ac coërcendas idonea, quæ ſuapte natura dilabuntur, perfaciléque diſſoluuntur, hanc à ſcriptura vocem ordinatam eſſe arbitramur. Nec tamen ipſum firmamentum cum iuxta communem & vulgatam acceptionem ex aqua videatur ortũ habuiſſe ſuum, aut aquæ in glaciem concretæ, aut materiæ cuiquam tali, quæ ſui principiũ ortus ex humore percolato ſumit, ſimile cẽſendũ eſt eſſe, qualem cryſtalli lapidis naturã eſſe cõſtat: quem ob exuperantem aquę congelationem in eam eſſentiam quam obtinet, aſſeuerant trãſmutari, aut ſpecularii lapidis qualis eſt natura, qui inter metalla concreſcit. Eſt ſanè lapis hic tranſparens ac pellucidus, & peculiari quadam ac puriſſima perſpicuitate prænitens, adeò vt ſi is ſuæ naturæ numeris omnibus reſpõderit, neque vlla exeſus putredine, ſed nec vlla ſui parte perruptus, cum aëre contendit, eíque ferè perſpicuitate ſimilis eſſe videtur. Ex his igitur nulli ſimile firmamentum eſſe cẽſemus. Eſt enim puerilis ſimpliciſque profectò mẽtis, tales de corporibus cœleſtibus opiniones habere. Neque tamen ſi cuncta in cunctis inſunt ignis in aëre, aër in aqua, cæterorúmque ſimiliter aliud ineſt in alio, & nullum omnino eorum quę ſub ſenſum cadunt elementum ſincerũ eſt mixtionéque caret, vt non ſit aut medii, aut oppoſiti ſibi particeps: firmamentum ob id ipſum, aut ex vno ſimplicium corporum, aut ex omnibus mixtum eſſe aſſerere nobis placet, qui iam ab ipſa diuina ſcriptura ita inſtituti ſumus, vt nihil vltra ea quæ ſunt conceſſa menti noſtræ, imaginari cogitaréque concedamus. At verò nec illud inexpenſum & vt annotatione indignum nos prætereat, quòd poſteaquam præceperat deus dicẽs, *Fiat firmamentum.*) non dictum eſt ſimplici modo. Et factum eſt firmamentũ, ſed fecit deus firmamentũ. Et rurſum: Diuiſit deus. Audite, qui ſurdi eſtis: reſpicite, qui cæci eſtis. Ecquis, quæſo, ſurdus eſt, niſi qui non audit magna adeo voce ſpiritum ſanctum inclamantem? Quis denique cæcus eſt, niſi qui non cernit ac inſpicit adeò apertas, adeò claras de vnigenito dei filio demonſtrationes? *Fiat*

De hac harmonia planetarũ præter cæteros. c. xlviii. & ſeq. tomo. iii. cant. primi harmonia Aug. de lege, ſed cũ iudicio, item & ſuppetiam Eugubinus. Hypatinus Alanorum opinio. A

[illegible] *Sententia S. Baſilii.* [illegible] B

C

Firmamentum phyſis quæ ſit.

[illegible] *Firmatur corpus mathematicum. Quod corpus ſolidũ.* D

Tonitrus.

E *Similis à cryſtalli natura deductio confirmat.*

[illegible]

F

[illegible]

firmamentum.) hęc vox profectò cauſæ eſt primigeniæ & principis. *Fecit deus firmamentum.*) hæc effectricis eſt ſanè creatricíſque potentiæ teſtis. Sed ad interpretationem continuandam, orationē flectamus. *Et diuidat*, inquit, *aquas ab aquis.*) Infinita quidem, vt videtur, aquarū erat diffuſio, vndiquaque inundantium terræ, ſuperficiémque illius in ſublimi ita occupantium, vt ad cætera elementa collatæ, ſua proportione tranſcendere viderentur. Quapropter & anteà dicebatur abyſſum vndique circūdare terram. Cauſa autem humorum copiæ tantæ, in iis quæ deinceps dicentur
A nos aſſignare oportet. Nemo vero noſtrum, vel eorum prorſus quorum animus non mediocriter in perſpiciētia rerum ſeſe exercuit, quíque in hac caduca fluentéque natura per quàm acutè conſpiciunt, noſtram increpabit opinionem, quaſi quędam impoſſibilia ſupponentē, aut figmenta. Neque à nobis repoſcet quis rationem, quánam nitens ſede aquarum natura, ſolidè cōſiſtebat. Quia enim rationeterram tātò aqua grauiorem ab extremis abducentes in medio ceu pendulam collocant, eadem prorſus infinitam illam aquæ copiam tum ob natura inſitam ad ima prolapſionē, tum propter pondus parte omni æquilibre, circū terram conquieſcere ac ſolidè perſiſtere, & conquieſcere concedent. Igitur aquæ immenſa natura circa terram vndique diffundebatur, non temperatè ſeſe habens ad illam, ſed longo exuperans interuallo: ita iam ab inde vniuerſi primordiis à magno rerum artifice futura re proſpecta, & primis rebus ad commoditatem ſequentem diſpoſitis. Quænam igitur neceſſitas fuit, vt aquæ natura tanta exuperaret nec explicabili copia? Quando-

Ratio phyſica aquæ exuperantioris.

B quidem eſſentia ignis neceſſaria eſt vniuerſo, nō ſolùm ad terreſtrium rerum adminiſtrationē, ſed ad ipſius etiam vniuerſi totius complendam integritatem (mutilum enim eſſet, ſi hoc vno elementorum omnium maximè opportuno deſtitueretur) aduerſantur autē ſibi mutuò, alterúmque alterius corruptiuum eſt: ignis quidem aquam cum excedit, vincit viribus, ignem autem aqua cū exuperat copia: nec aut ſeditionem inter hęc eſſe, aut alterius defectione cauſam oportebat emergere, qua diſſolueretur vniuerſum & deperiret: tantam humoris naturam qui omnia diſponit deus parauit atque recondidit, vt ad definitos vſque fines ipſius mundi cōſtitutionis, cum paulatim ab ignis viribus abſumatur, ipſi reſiſtere valeret. Enimuerò qui pondere cuncta menſuráque diſpoſuit (innumerato nanque ipſi, ſecundum Iob, & pluuiæ guttæ ſunt) is planè cognorat quantum præſcripſiſſet temporis mundo ad durationem: & quantum etiam igni ſumptus pabulíque recondere oporteret, non ignorauit. Hæc eſt aquæ redundantis & copioſæ ratio circa creationē. Atqui neceſſa-
C riam mundo naturam ignis ipſius eſſe, nemo ſic eſt vſquequaque vitæ expers, vt ignoret, docerí-que opus habeat ratione inducta, nō ſolùm quia facultates omnes ac artes quibus vita noſtra ſubminiſtratur, ac cōtinetur ad operationes exercendas ſuas ignis egeāt natura, ceu ſunt textoria, coriaria, ædificatoria, atque agricultura: uerūetiam neque germinationes arborum, neque fructuum maturæ concoctiones, neque animalium aut terreſtrium aut aquatilium ortus, neque alimenta e-

Ignis & aquæ neceſſaria creatio.

tiam iſtorum vlla aut initio conſtitiſſent, aut tempore aliquo permanſiſſent, ſi calor in ratione rerum nō adfuiſſet. Ergo pernecesſaria quidem caloris creatio fuit, vt ea quæ gignuntur, oriātur atque perſiſtāt: pernecesſaria autem & humoris copioſa abūdantia propter ignis inceſſabilem ac ineuitabilem conſumendi vim. Circumſpice quæſo, luſtráque creaturas omneis, & caloris vires omnibus in rebus, quæ generationi corruptioníque obnoxiæ ſunt, perſpicies præualere. Idcirco copioſæ ſunt aquæ, partim ſuper terram diffuſæ, partim vltra ea quæ conſpiciūtur diductæ, partim D
in ſinibus telluris inſperſæ: vnde fontium emergunt copioſiſſimi ortus, & puteorum confluuia, amniúmque tam torrentium quàm perennium flumina: quo multis porro variiſque locis ac cellulis humoris ſubſtantia conſeruetur. Atque ex orientali quidem plaga, ab hyemalibus ſolſtitiis, fluuius Indus erumpit, omnium maximus amniū, vt memoriæ tradiderunt ii, qui de orbis circuitu partibúſque conſcripſerunt: A medio autem oriētis Bactrus & Choaſpes, atque Araxes à quo & Tanais auulſus in Mæotim paludem dilabitur, & præterea Phaſis à Caucaſiis montibus erumpens, & alii innumeri ab aquilonaribus partibus, ad Euxinum vſque pontum labuntur. Ab occaſibus autem æſtiuis, ex Pyrenæo monte Tarteſus & Iſter egrediuntur: quorum ille ad id mare pergit, quod vltra colūnas Herculis diffunditur. Iſter verò Europam præterfluens, in Pontum emanat. Quid refert & alios adnumerare, quos Riphæi montes generāt, vltra intimam Scythiam ſiti, quorum eſt & Eridanus cum innumeris aliis, nauigabilibus & ipſis amnibus qui per occiduos Galatas, Celtaſ- E
que, atque propinquas eis barbaras gētes, nationéſque præter labentes, occiduo ſeſe omnes infundunt mari. Iam quidem & ex meridie ſuperis à plagis per Aethiopiam alii, partim ad noſtrum hoc mare adueniunt, partim ad id quod eſt vltra nauigabile, eò prouecti exonerant ſe: ex quibus ſunt Aegon, & Nyſes, & qui Chremetes vocatur, & inſuper ipſe Nilus: qui ſanè neque ſimilis natura fluuiis eſſe videtur, cum exundans æquè atque mare vniuerſam Aegyptum operiat. Adeò locus hic orbis habitabilis noſtri, copioſis ambitur aquis, profundis voraginibus maris veluti præcinctus & adſtrictus, & innumeris amnibus alluitur perenni defluxu ſtagnantibus per inenarrabilem opificis ſapientiam: opera cuius rerum moderatrice effectum eſt, vt ignis aduerſantem ſibi aquę naturam haud facilè conſumere poſſit. Erit tamē quando & vniuerſa cremabuntur & conflagrabūt igne, vt Eſaias in iis aſſerit oraculis, quæ diſſerens, ad deum refert rerum opificem: Qui dicit abyſſo, deſerta eris, & omnes fluuios tuos deſiccabo. Quæ cum ita ſint infatuata illa ſapientia, à te excuſſa, ſuſcipe nobiſcum veritatis doctrinam, vulgarem quidem ſermone, ſtabilem autem fir- F
mámque cognitione. Idcirco *fiat firmamentum in medio aquarum, & ſit diſcriminās inter aquam & aquam.*) Diximus quid apud ſcripturam ſignificari habeat firmamenti nomen. Nimirum naturā inſinuat neutiquàm reluctātem aut ſolidam, quęve ſuo pondere grauis ſit aut renitens. Non eiuſmodi dicit eſſe firmamentum. Alioqui ſi ſic grauē mole eius intelligis naturam, propius ac iuſtius

hanc

[illegible]

Fontiū ac puteorum ſcaturigines.

Lege Strabonē xv. li.

In Indum vnū quindecim inſigniamnēs flumina.

Hodiē loci de Choaſpe [illegible] indidere.

[illegible]

Eſaia.44.d

Veritatis doctrina ſimplex ac rudis ſermone, cognitione ſtabilis.

hanc ſibi vindicaſſet terra noméclaturam firmaméti: ſed quòd natura rerum nobis ſupereminérium ac ſublimium tenuis admodū ſit ac rara, nec vllo ſenſu poſſit percipi, hoc appellauit Moſes firmamétum, corporum comparatione quæ tenuiſſima ſunt, & quæ ſenſu facilè comprebenduntur. Mihi núc tu locum vnum aliquem cogita humoris diſcernendi ſacultate prǽditum, qui quidem tenuem & percolatum ad ſupera loca traüciat: eū verò qui craſſiſſimus eſt, ac terrę immiſtus, ad infera demittentem, vt ab initio finem vſque, eadē in vniuerſo temperies conſeruetur, calore paulatim bumoris eſſentiam abſumente. Tu vero copiam quidem aquarum tantam eſſe non credis: ad A caloris autem tantam copiam nō reſpicis: qui tametſi paruus eſt magnitudine, multum tamen bumoris ſua vi natiua conſumere poteſt. Etenim attrahit quidem ad ſe propinquum bumorem ſibi, vt ipſæ cucurbitulæ medicorum docét: attractum autem conſumit: perinde atque in igne lucernæ fieri ſolet, qui per ellychnium ad ſe tractum adiacens alimétum citò admodum mutatum comburit. Iam vero ætherem ipſum quis ambigat igneū eſſe, ac vſtiuum? Quem, niſi fine ſibi ab opifice præſcripto perutili ac neceſſario coërceretur, quid, quæſo, probibuiſſet omnia ſibi propinqua cremantem atque vrentem, vniuerſum omnium rerum humorem iam abſumpſiſſe? His aërius iſte conſtat bumor, dum ſuperior locus cogitur in nubes per ſubnectionem vaporum, quos fluuii, fontes, lacus, paludes, ac maria omnia emittunt: ne cuncta occupet æther & corripiat incendio, quandoquidem ipſi etiam videmus ſolem bunc æſtatis tempore irriguam regionem & cœno lacuſtri bumectam plerunque vel breuiſſimo temporis momēto relinquere humore omni deſtitutam atque B arentem. Quò quæſo te illa defluxit aqua? Oſtendant nobis qui nibil non ſe ſcire promittunt viri graues & tumidi. An non cuiuis liquet eā æſtuantiſſimo ſolis calore in vaporem reſolutam cōſumptam eſſe? quanquàm ne illi quidem concedunt ſolem eſſe calidum. Tanta iſti ſuperfluunt ad deliras & aniles nugas copia temporis. Attendite, cuiuſnam autoritatis demonſtratione nixi, efficaci aduerſentur & operoſæ ſolis actioni. Cum ſol, inquiunt, colore candidus ſit, & nec ſubrubens ei color, nec flauus inſit, nec ignea profectò præditus eſt ob idipſum natura, ſed eiuſmodi calorem illi accidere ex præpete ac veloci circumactu aſtruunt. Quid hinc iſti procurant aut elicere volunt commodi? Vt nihil abſumere humorum ſol credi poſſit. Ego proinde quanquam bæc illorum ſententia vera non ſit, non tamen eam elidere velim ac reprobare, quaſi eius euictione meā ipſius rationem confirmem. Nam ob humoris conſumptionem, à caloris actione neceſſariam eſſe copiam aquarum aſſerebamus. At nibil intereſſe vi C detur, naturáne ſol an affectione quapiam calore præditus ſit, ad effectus eoſdem in materiis eiſdē gignendos. Nāque ſiue mutua frictione ligna flāmam ignémque pariant & accendant, ſiue flāma accenſa crementur, ęqualis nimirum ac ſimilis ex vtriſque finis reſilit. Summam tamē vniuerſa adminiſtrantis opificis, dei ſapientiam in eo videmus, quod ex aliis ad alia ſolem loca deducit: ne ſemper ipſe trahens eiſdem in partibus motā, per redundantiam caloris rerum ordinem diſſoluat. Sed nunc ipſum ad auſtrum circa hyberna ſolſtitia, nunc ad ęquinoctialia ſigna pellit, atque illinc ad aquilonias plagas ſub æſtiuo ſolſtitio reducit: adeò vt hac illius ſenſim migratione, ſubiectis tēperies tractibus, ac regionibus conſeruetur. Animaduertant autem ipſi velim, an ſibiipſis non aduerſentur, qui mare quidem inquiunt non exundare excreſceréque fluuiis propter conſumptionem eam quæ fit ex ſole, & inſuper ſalſum amarúmque relinqui, vi caloris, bumore tenui potulentóque conſumpto: quod ex ſole potiſſimum vnum ab altero ſecernēte, dein quidem quod leue eſt ad ſe proliciente, relinquente verò quod craſſum eſt ac terreum veluti eſt limus & aquæ ſedimentum: quò fit, vt mari adſuit amaror, ſalſugo & ad exiccandum aptitudo. Poſtea verò mutata ſententia, nec iis animaduerſis quæ de mari diſſeruêre, nullam prorſus aſſerunt humoris ex ſole fieri imminutionem. D

Maris aqua cur amarulēta.

ET *vocauit deus firmamentum cælum.*) Vt hæc cœli appellatio alteri congruat & aptetur, certè particeps eius voculæ fit hoc firmamentum per ſimilitudinem. Ipſi enim ſubinde obſeruauimus hunc aëris locum conſpicuum, cœlum dici, quòd denſus ſit & ob continē tem cohærentiam aëris ſub aſpectum noſtrum apertè cadentis. (A verbo enim ὁρᾶσθαι videri petita eſt & corriuata appellatio nominis τοῦ οὐρανοῦ id eſt, cœli.) Vt quum dicit ſcriptura, volatilia cœli. Et rurſus, Ea quæ volant per firmamentum cœli. Tale quid eſt & illud: Aſcendunt vſque ad cœlos Moſes quoque benedicens tribui Ioſephi: A pulchritudine cœli & rore, & à ſolſtitiis menſiúmque coitibus, atque à vertice montium, colliúmque perennium benedictiones præſtat: quippe cū horum ordo tēperatus, fertiles terræ regiones efficere ſoleat. E Quin & in execrationibus Iſraëli dicit: Erit æneum tibi ſuper verticem cœlum. Quid his verbis indicare vult? nimirum omnimodam ſiccitatem ac defectionem aërii bumoris & aquarum cœleſtium, quibus ad gignendos fructus efficitur terra fœcunda. Quum itaque deferri de cœlo rorem, aut pluuiam dicit, aquas tum eas nos intelligimus, quaſcunque ſuperas occupare regiones eſt inſtitutum. Quando nanque exhalationes illæ ſublime petentes & aër aſpirantium ventorū adſtrictione addenſatur & concreſcit, quum quidē humores hactenus vaporationis inſtar & minutatim nubi inſperſi, iam inter ſe mutuò cohæſerint, generantur guttæ ex concretorum humorum pondere ad ima decidentes, atque id ortum eſſe pluuiæ conſtat. At cum humor redactus in ſpumam fuerit vi ventorum, agitationéque diſſectus, ſumméque deinde refrigeratus coactus fuerit vniuerſus, nix tum cum frangitur nubes, deſertur. Atque omnino ratione eadem vniuerſam humoris naturam circum aërem noſtro capiti imminentem & ſuperne pendulum, tibi cernere licet. F Neque verò ſimplicem quiſquā ſpiritualium explicationem ſententiarum, nec iſtis probabilibus argumentis ſubnixam, cum eorum hominum curioſa qui de cœlo locuti ſunt, inquiſitione & ſuperuacanea comparare cōferréque velit. Etenim quantò in caſtis ſibique temperantibus fœminis pulchritudo eſt meretricia pręſtabilior, magíſque anteponenda: tantò fidei noſtræ ſermones præcellūt

Firmamentū qua ratione calū.

Deut. xxviii.b.

Guttæ & pluuiæ origo.

Niuis generatio.

A ſimili argumentū

cellunt ad externorum dogmata collati. Iſti nanque vi extortam ſuis ſententiis conciliant probabilitatem: hic ipſa ſola veritas nuda & omni vacua artificio aut impoſtura, ob oculos proponitur. Sed quid opus eſt vt laboremus in illorum falſis opinionibus redarguẽdis: quibus ſatis ſit illorum libris inter ſe collatis, ſummo cum otio ſpectatores ipſorum contẽtionis pugnæque ſedere? Nam neque pauciores numero ſanè, neque dignitate cedentes: ſed loquacitate vel longo interuallo ſuperiores ſeſe illis contraria ſentientes obiectant, qui mũdum vniuerſum comburi, reuiuiſceréque rurſum è ſeminalibus iis rationibus, quę remanẽt A in ipſis rebus combuſtis dicunt. Vnde & infinitos occaſus mũdi, & regenerationes itidem introducunt. Verùm illi quidem à veritate in duas diſſecti partes, hinc & inde ſibi diuerticula quædam exorbitationéſque, quibus ad errorem proficiſcantur, inueniunt. Nobis verò & aduerſus quoſdam, qui ſtetiſſe ab eccleſia videntur, ſermo habẽdus interim eſt de aquis à ſe diſparatis. Et quidem iſti prætextu agnagogici, ſenſus & ſublimioris intelligentiæ ad allegorias ſe transferunt ac ſuffugiunt, aſſerentes poẽtias quaſdam ſpirituales expertéſque corporis tropicè ſignificari per aquas: & ſupernè quidem ſupra firmamentum pręſtabiliores manſiſſe, infernè verò in terrenis ac materialibus locis ſubſediſſe, quæ erant maligniores. Idcirco dicunt, & eas aquas, quæ ſuper cœlũ ſunt collocatæ, deum laudare, id eſt, probas illas eſſentias, quæ dignæ ſunt ob mentis puritatem, decen- B tem accommodatámque, reddere laudem creatori. Aquas autem eas quæ ſub cœlis deſederunt, ea eſſe ſpiritualia nequitiæ & improbitatis: à naturali ſublimitate, in imam totius vitioſitatis voraginem delapſa. Has improbas mentes vt turbulentas, vt ſeditioſas, vt affectuum perturbationũque procellis, ac turbine fluctuantes exęſtuantéſque, maria nuncupatas fuiſſe aſſerũt, propter mutationis facilitatem, & voluntatis electioníſque motuum inſtabilitatem. His igitur & eius generis ſententiis, vt quæ ſomniis & anilibus fabellis cõferendæ veniunt relegatis, aquam nos vt aquam intelligamus, & ſegregationem factam humorũ, à firmamento ea cauſa quam aſſignauimus, accipiamus. Atque etiam ſi quãdo aquarum illæ, quæ ſuper cœlos ſunt collocatæ, communem omniũ dominum laudare tradantur, non naturas ratione præditas, ob id illas eſſe decernimus. Neque e- C nim cœli anima vlla informantur, quia gloriam narrant dei: neque firmamentum animans ſenſu præditum eſſe cenſemus, quod effectionem manuum ipſius itidem annuntiat, vt aſtruat aliquis & interpretetur hoſce cœlos virtutes eſſe quaſdam contemplationi concreatas, firmamentum verò facultates quæ operosè admodum & efficaciter fungantur officio, nempe operatrices: nos ſanè eiuſmodi definitionem vt arguta quadam ſcitáque acrimonia adornatam non negamus, at eandem non continuò veram eſſe concedemus. Secundũ enim hanc interpretandi formulam ros, pruina, frigus, & æſtus, quòd apud Danielem iuſſa ſint cõcelebrare hymnis vniuerſorum opificem, mentes quædam erũt, nimirum intellectu præditæ, ſimul & inuiſibiles naturæ. Veriùs quę iſtis dictionibus ineſt ſignificandi ratio ſpiritualiter & cõtemplatiuè ab his accepta quos illuſtrat intelligẽtiæ donum, ad hoc mirè conducit, plenam vt conditori exoluere queas glorificationem. Neque enim ſuper cœlos conſiſtens aqua ob hoc quòd inferiores antegreditur honoris præcipui dignitate, ipſa ſolùm ob eximiam & inſignem ſuæ virtutis prærogatiuam, diuinã adimplet laudem. At enim laudate eũ, ait, & quæ ex terra ſunt, dracones & omnes abyſſi. Quarè ipſa etiam abyſſus, quam iſti in peiorem reiecerunt partem, qui nihil non ad allegorias trahunt, adeò Pſalmorum cantori viſa nõ eſt aſpernabilis & reiectitia, vt eam quoque adſciuerit in communem creaturæ omnis chorum: quando iuxta ſibi inſitas rationes, canticum diuinæ laudis concordi & melico concentu exoluit D creatori. ET *vidit deus quòd eſſet bonum ſiue pulchrum.*) Non iſta vulgari iucunditate dei oculos paſcunt, quæ ab ipſo conficiũtur opera. Nec qualis apud nos deprehenditur eſſe, apud ipſum talis eſt bonarum rerum commendatio: ſed bonũ aut (ſi malis) pulchrum id tandem eſt, quod ad artis rationem regulámve confectum, rectà contendit ad commodam vtilitatem præſtituti finis. Qui igitur initio ſtatim eorum quæ fiunt, finem ſibi propoſuit, is quę ſenſim fiunt ſingula, vt ad executionem plenam deſtinati finis pertinentia, & ad rationes expenſa ſuæ artis comprobauit iam & laudauit. Alioqui manus ſi ſeiunctim ſtatuatur, ſi priuatim oculus, denique ſi vnumquodlibet mẽbrorum virilis ſtatuæ iaceat ſeparatim: nemini hæc cuicunque tandem videri bona poſſint, aut pulchra. Sin ſuo quæque pars ordine repoſita fuerit: tũ ſtatuæ iſtius ex partium iuſta proportione pul- E chritudo ſe exerens & interlucens vel vix tãdem cuiuis rudi talium operum ſe exhibet cognobilẽ & perſpicuam. Atqui artifex antequàm ſe accommodet ſtructuræ aut cõpoſitioni præſtituti operis, priùs ipſe nouit cuiuſque partium futurã pulchritudinem aut eximiam bonitatem, eóque laudat ſingula, ad eorum quæ facturus eſt, finem, ſuã referens ſententiam. Talis itaque vel nunc deus nobis proponitur, quaſi arte quapiam præditus ſingula quæque ſua opera comprobans. Eſt autẽ & hoc proditum memoriæ, quo laus congrua tãto opifici exolueretur, abſoluta iam vniuerſa mũdi mole ac ſuis conſtante partibus. Verùm enim hic iam finis eſto, finémque capiat ſermo noſter qui de die ſecundo eſt, vt auditorum iis quidem qui induſtrii ſunt & ad tolerandos hoſce labores alacres prouolãt, opportunitas ſuppetat commodior ea quæ ex nobis audierunt, excutiendi & in F quæſtionem reuocandi, in his vt ſi quid deprehẽderint ſibi vſui futurum, id fideli memoriæ commendent, pérque alacrem & ſedulam meditationem quaſi per concoctionem quandam, iſtius vtilis doctrinæ expectent digeſtionem diſtrahendam, inque omneis animæ vires diſpertiendam. Illis porrò quorum animus occupatur præſentis vitæ curis, nonnihil concedatur otii, vt hoc intermedio tempore, curis ordine tranſactis, anima tũ liberiore ac vacua negotiorum ad veſpertini ſermonis epulationem occurrant. Deus qui opera hæc eximiæ magnitudinis creauit, quique parua vt dicerem, indulſit: is vobis omnibus omni prorſus in te vires ſuggerat ſuæ intelligendæ veritati accommodas, vt ex viſibilium cõtemplatione ad intelli-

Φθορὰς ἀπείρους κὶ παλιγγενεσίας.

Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini.

Contra Origenem & Apollinarium.

Cœli inanimes, licet laudē dei enarrare ſcribãtur.

θεωρητικὰς τὰς δυνάμεις καὶ πρακτικάς

intelligēdum cum conſurgatis qui inuiſibilis eſt, & ex magnitudine ſimul & pulchritudine creaturarum, perſuaſionem colligaris tanto opifice nihil indignam, nec indecoram. Inuiſibilia enim ipſius à creatione mundi, per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiternáque eius virtus & diuinitas, adeò vt in terra, & in aëre, in cœlo, in aquis, in nocte pariter & die, in omnibus denique iſtis palam conſpicuis, principio ſtatim exempla deſumere poſſimus, quæ nos ſubmoneant bene- A ficentiſſimi erga nos dei: atque ita nō iam vel téporis tantillum concedemus peccatis, ac proinde hoſti noſtræ omnium ſalutis nullum prorſus in cordis domicilio relinquemus locū, ſi modò per continentem memoriam inhabitatorem cordis habuerimus deum, quem gloria omnis cultúſque latriæ addecet nunc & ſemper in vniuerſa, nec vllo vnquàm fini intercipienda ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA QVARTA, DE aquarum congregatione.

Scenicas theatraleſque præſtigias perſtringit.

SVNT ciuitates nonnullæ, quę omnigenis præſtigiatorū ſpectaculis, iam inde à primordio diluculaſcentis diei ad ipſum vſque aduesperaſcēs cœlum ſuos paſcūt aſpectus. Sed & hominum quidam tanta auiditate inhiant exaudiendis cantiunculis in mollitiem diffractis, ad motum B quoque corruptelam quàm maximè prolicientibus & quæ nullum non genus effrenis laſciuiæ animis ingenerent auditorum, vt nullo vnquā neque fini, neque modo illis exarientur. At interim plerique ſunt, qui populos improbandæ huic conſuetudini addictos prędicent beatos: quòd neglectis forenſibus mercimoniis, exercitiiſve artium quas natura tuendæ vitę excogitauit, poſthabitis, per omnem ignauiam & illicem voluptatē tranſmittunt huiuſce vitæ tempus certa lege prouidētiæ ſibi præfinitum? Ipſe equidē arbitror hos neſcite orcheſtram eiuſmodi laſciuis ſpectaculis redundantem, communem eſſe & publicam diſcendæ omnis incontinentię officinam iis qui eò prouolant conſeſſuri. Nec iſti planè videntur intelligere modulationes tibiarum omni genere harmoniæ concinnatas, meretriciáſque cantillationes fixiùs illapſas animis auditorum atque inſidentes aliud nihil efficere quàm quòd in commune perſuadent ſpectatores quid vis flagitiorum & obſcœnæ turpitudinis admittere, dum hi indecora citharæ ac tibiæ pulſitatione rem ipſam geſtiunt exprimere. Iam verò non deſunt C qui vel vſque ad inſaniam ſe totos addixerunt equis ad obeunda certamina exercendis, adeò vt in equorum gratiam ſibi videantur per ſomnium confligere, currus aurigáſque ſtatione tranſmouentes: vtque perſtringam compendio, ne per ſomnum quidem ab imaginatione interdiu conceptæ dementiæ auocari poſſunt. Nóſne, quos dominus ipſe admirabilium planè rerum autor eximius & ſuſpiciendus artifex ad ſuorum commendationem operum inuitauit, ad eorum contemplationem

Orcheſtra, incontinentia omnis officina.

In Thymelicos.

Curule certamen perſtrinxit. Synoridas, Anabatas, & c. intelligit. Iul. Pol primo.

delaſſabimur? An ipſi lenteſcemus per ignauiam ad percipienda ſpiritus ſancti eloquia? Quúmque ingens hæc & variegata diuinæ creationis officina nulla non parte nos cingat & obuallet, & ad illius ſuperioris æui conſiderationem quiſque iam cœperit mentem reflectere: pigebit ne tandem nos preſſiùs contemplari diſtinctionem vniuerſæ iſtius mundialis machinæ? Cœlum quidem appenſum ac libratum, quaſi fornicem, vt habet ſermo propheticus. Terram autem immenſam vt magnitudine, ita & pondere, ſibíque ipſi ſolidè cohærentem & ſtabiliter innixam. D Aërem verò fuſum, mollem humidúmque natura, accommodatum quidem perpetuúmque reſpirantibus ſuppeditantem alimentum, cedentem autem præ mollitia iis quæ motu cientur, & ſe ſinentem interſcindi, adeò vt nullum prorſus per ipſum meantibus impedimentum ſit ſemper ad terga ſecantium ſe facilè incumbentem atque circunfluentem. Aquæ denique naturam, tum ad alimentum, tum ad cæteros noſtros vſus paratam, cuius ordinatiſſimum ad definita loca concurſum ex iis quæ modò lecta nobis ſunt ſpeculare. ET *dixit deus: congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in congregationem vnam, & appareat arida, & factum eſt ita: & congregata eſt aqua quæ ſub cœlo erat, in collectiones ſuas, & apparuit arida, & vocauit deus aridam, terram: & congregationes aquarum appellauit maria.*) Quot mihi negocia, quot moleſtias afferebas in iis quæ antea dicebantur, cauſam poſtulando, quomodo tellus inuiſibilis fuerit: cum omne corpus colorem ſuapte natura obtineat, ac proinde omne corpus ſenſibile ſit viſu. Et forſitan ea quæ diſſeruimus ibi E ſatisfacere tibi non videbantur: cum diceremus inuiſibile non reſpectu naturæ, ſed noſtri, dictum à ſcriptura fuiſſe, propter obiectionem aquæ, tunc vniuerſam tellurem operientis. Ecce nunc audi ipſam ſcripturam ſeipſam explanantem. *congregentur aquæ, & appareat arida.*) Contrahuntur vela vt aſpectui ſeſe obiiciat ea, quæ eatenus non conſpiciebatur. Sed fortaſſe quiſpiam & illa quæſierit, præter hæc, Primum; Cur quod ſecundum naturam competit aquæ, ferri inquam, per decliuia loca, imáque petere, id ad opificis imperium ſcriptura reducit? Quouſque enim in æquo planóque ſolo ſita eſt aqua, ſtabilis eſt quippe cum haud habeat quò diffluat aut permeët. Sed cum prona loca fuerit atque decliuia nacta, protinus cum antecedens proceſſerit, ea quæ poſt ipſam continua eſt, ſedem ipſius occupat: ea quæ ſequitur illius itidem ſedem: & ita delabitur quidem quæ antecedit, ſequitur autem quæ accedit: atque tanto delatio fit celerior, quanto & pondus maius eſt eius quod deorſum fertur, & loca ad quæ fit confluxio, magis concaua ſunt. F Hæc igitur ſi eſt aquæ natura ſuperuacaneum videri poſſit id imperium, quo iubetur in vnam cogi collectionem. Prorſus enim futurum fuerat per naturæ illius ad ima delabentis propenſionem, vel ſuaptè ſponte, vt ad omnium maximè concauum & decliuiorem locum ſe conferret, defluuium illud ſuum non priùs remoratura, quam ſuperficies æquabili

Diſtinctionem triūm ...

... par.

1. Quæſtio.

planicie complanaretur. Neque enim vſpiam conſpicitur vlla campeſtris regio peræquè plana, vt ipſa aquæ eſt ſuperficies. Deinde quæritur, qua ratione dicat aquas in vnam congregationem iuſſas eſſe concurrere, cum tam multa eſſe maria conſpiciantur plurimóque inter ſe interuallo ac ſitu diſparata. Ad id igitur quod priore loco quæſitum eſt, illud dicimus. Tu quidem optimè noſti, quæ fuerint motiones aquæ poſt dominicum præceptum, vt illa circunflua ſit, nec conſiſtens, vtque ſuapte natura ad prona, decliuia & concaua præceps de-

A uoluatur loca. At ſanè eadem quid priùs obtinuerit virium, antè nimirum quam curſus hic illi ingigneretur præcepto dominico: neque ipſe noſti, ſed nec certo audiſti, qui nouerit.

2. Quæstio

Cogita enim mihi tu vocem dei effectricem eſſe naturæ, idque imperium quod factum creaturæ tunc eſt, creatis deinceps omnibus ordine ſuccedaneo conſimilem & operatoriam facultatem prærogaſſe. Dies & nox creata ſemel ſunt, & ex illo tum die aduſque hodiernum, quum ſibi alternis ſuccedant, æquis tamen partibus non deſinunt inter ſe diſpertiri vices temporum. *congregentur aquæ.*) Iuſſa eſt currere natura aquarum, nec vnquàm delaſſatur, eam ad curſum perpellente iugiter illo præcepto.

Hoc ſanè dixerim, ad fluxibilem reſpiciens partem aquarum. Sunt enim, quæ ſuapte natura fluunt, cuiuſmodi fontanæ ſunt & fluuiatiles. Sunt contrà & aliæ collectitiæ nec quoquàm permeabiles. Atqui ſermo de his mihi nunc eſt quæ impetu quodam naturæ cientur ac fluunt. *congregentur aquæ in congregationem v-*

B *nam.*) Tibine vnquàm propter fontem, copioſam aquam eructuantem conſiſtenti inceſſit eiuſmodi cogitatio? Quis aquam hanc cogit exilire è mediis terræ viſceribus? quis feſtinè vt in vlteriora progrediatur, vrget vehementer? quænam promptuaria, vnde depromuntur, tantum continent prouentum aquarum? quis ille tandem locus, ad quem defluuio præcipiti contendunt? quinam fit, vt hæ non deficiant, nec illæ interim expleantur? Scito hæc à prima illa dei voce dependere. Illinc enim primaria ad curſum motio indita aquis eſt & prærogata. Ad omnem de aquis commemorationem, primæ illius vocis immemor ne eſto. *congregentur aquæ.*) Oportebat eas decurrere, ſuum vt occuparent locum: dein locis ſibi natura definitis reſtitutæ, in ipſis vt perſiſterent, neutiquàm vltra progreſſuræ.

ἐκ τῶν λεγόντων.

Quapropter iuxta Eccleſiaſtæ illius ſententiam, Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Nam quòd fluant aquæ, dei imperium cauſa eſt: maris itidem intra ſuos fines circunſcriptio à primaria illa diuinæ legis ſan-

C ctione pendet. *congregentur aquæ vnum in locum.*) Ne è locis quæ ipſam ſuſceperant, affluens fuſim exundaret, tranſcenderet ſemper, atque ita ex aliis alia compleret loca, ac totam hoc pacto continentem terram ſtagnantibus tandem vndis & alluentibus inuolueret: iuſſa eſt in vnum ſe colligere locum. Idcirco furens ventis ſæpenumero mare, atque ad immenſam altitudinem ſeſe attollens vi fluctuum, vbi littora ſolum attigerit, eo impetu mox in ſpumam diſſoluto, retrolabitur. An me non timebitis, dicit dominus, qui poſui arenam terminum mari? En mare, res planè ſua vi intoleranda, re tamen omnium inualidiſſima, nempe arena frenatur ac coërcetur. Alioqui quid prohiberet mare rubrum ſua exundanti alluuie irrumpere in vniuerſam Aegyptum, quæ ipſo mari tantò eſt concauitate depreſſior, ſeque mari quod Aegypto adiacet, coniungere: niſi creatoris præcepto tanquam compedibus aſtrictum coërceretur? Etenim Aegyptus quòd ſit mari ru- D

πάντες οἱ χείμαῤῥοι torrentes. Eccl. 1. & ἐμπιμπλάμενοι iuxta 70.

bro humilior, vel illi nobis re ipſa perſuaſere, qui connixi ſunt maria hæc Aegyptium inquam, & Indicum cui permiſcetur rubrum mare, inter ſeſe committere & alterum alteri coniungere. Quamobrem deſtitere à tanto conatu, Aegyptius ille Seſoſtris qui primus id eſt aggreſſus, Darius item Medus qui ſecundum hæc voluit perſequi rem tantam & ſupremam operi admoliri manum. Hæc eò mihi dicta ſint, vt nobiſcum reputemus quàm efficax & operatoria vis ſit diuini illius præcepti: *Congregentur aquæ vnum in locum.*)

Id eſt, nulla poſt hanc, alia congregatio fiat: ſed in prima hac collectione quæ in vnum confluunt, permaneant. Deinde dicto illo, quo iuſſit aquas in vnum cogi indicauit multas quidem eſſe aquas varia per loca ſeorſim à ſe fuiſſe diſparatas. Concaua nanque montium profunditate conuallium eminentiora & ſuperinducta collectitias etiamnum aquas continebant. Ad hoc, campi tam multi & iidem ſupini, qui ne maximis etiam pelagis cederent, quod ad E effuſam amplitudinem attinet, Valles item nulli numerandæ & conualles multiformi cauitate diſtinctæ: quæ omnia priùs inundantia aquis, dei præcepto euacuata tum ſunt & exinanita, omni ex loco aquis in vnam collectionem affluentibus & coactis. Nemo proinde dicat: Si aqua terræ ſuperficiem operibat, prorſus conſequi videtur omnes omnino concauitates, quæ nunc maria ſuſceperunt, refertas fuiſſe aquis. Quò igitur aquæ properabant ſeſe vnum in locum collecturæ, concauis omnibus præoccupatis? Huic enim ipſe dixerim, tum receptacula earum aquarum capacia ab opifice eam ad rem exceptandam adornata fuiſſe, quum in vnam coïtionem cogendæ venirent & ſecernendæ. Neque enim erat iam mare illud, quod trans Gades eſt externum: non item vaſtum illud & nautis inacceſſum & formidabile pelagus quod Britannicam inſulam, occiduóſque Hibèros amplectitur: ſed amplo tunc capacique conceptaculo præcepto dei creato, ad illud aquarum copiæ conceſſerunt. Ad ſecundum autem illud quod noſtra ſententia de opificio mundi ipſi aduerſetur experientiæ, F propterea quod non vnum in locum aqua tota confluxiſſe videatur: multa quidem dicere poſſumus, & ex ſe notiſſima omnibus: Atqui non ſatis compertum habeo, fueritne ridiculum, cum huiuſcemodi nos hominibus certare atque contendere.

Obiectio.

Solutio. 3

[illegible]

Nunquid enim & lacuſtres aquas, & eas quæ ex imbribus aggregantur, nobis opponere,

pérque

perque eas noſtram ſententiam redarguere putare debent? Non enim quamlibet confluxionem aquarum, ſed maximam, & abũdantiſsimam, vnã appellauit aggregationem, vnũ concurſum. Nam putei collectiones aquarum ſunt arte manuque confectæ, humore terræ inſperſo in eam humi confluente partem, quæ in concauitatem reducta eſt. Non ergo quoſuis concurſus aquarum congregationis indicat appellatio: ſed excellentem, & maximum, in quo totum elementum confertim aggregatum oſtenditur. Nam vt ignis & in parteis paruas diuiſus eſt pro vitæ hominum vſu,
A & vniuerſus in æthereo loco ſuſim digeſtus eſt: & aër item in parteis quidem exiguas & ipſe diſſectus eſt, vniuerſus autem tellurem circumquaque totã amplectitur: ſic & in aqua tametſi paruæ quædam compluresque collectiones aquarũ ſunt ſeparatæ, vna tamen eſt congregatio, vnus locus, qui totum elementum à cæteris ſegregauit. Stagna lacúsve qui partim in ſeptentrionis plagis, partim in Græciæ regionibus ſunt, partim Macedoniæ, Bithyniæ, Paleſtinæque tractus occupant, omnes aquarum quidem congregationes eſſe conſtat: at non de his in præſenti, ſed de maxima omnium, æqualiue magnitudine terræ, oratio eſt præſens. Iam lacus, etſi copioſas aquas habere nemo inficias ibit, nõ tamen maria quis cõſentaneè nuncupauerit, ne ſi quàm maximè ſalſi ſunt ſaporis, craſſæque nonnulli naturæ, perinde vt mare: qualis eſt & Aſphaltites lacus in Iudæa, & Serbonitis ille qui inter Aegyptum & Palæſtinam per Arabiam deſertã protẽditur: lacus enim ſunt atque ſtagna: mare autem vnum eſt, vt ij me-
B moriæ prodiderunt, qui terrarum orbem luſtrarunt: quanquam & Hyrcanum Caſpiumque mare, ſunt qui ſeorſum circunſcripta ſuis eſſe finibus arbitrentur. Sed ſi iis qui in deſcribendis terris operam nauarunt, mẽtem adhibere oporteat, hæc inter ſeſe per meatus ſuos commiſcentur, & omnia permeant ad mare maximũ atque confluunt: quemadmodum & mare rubrum ad id quod eſt trans Gades mare Oceanum tendere, eique coniunctum eſſe ferũt. At quonam modo dicit aquarum aggregationes deum maria nũcupaſſe? Quia confluxere quidẽ vnũ in locũ aquæ. Congregationes autẽ aquarũ, id eſt ſinus, qui ſecundũ propriã figurã à terra circundante cincti ſunt cõpreheſique, maria deus appellauit, vt ſunt aquiloniũ mare, auſtrinum mare, orientale mare, rurſum aliud occidentale mare. Multa quoque nomina propria variàque marium extant: Euxinus pontus, Propontis, Helleſpõtus, Aegeum, Ioniũ, Sardonicum, Siculum, Thyrrenũ aliud, & mille alia
C nomina marium ſunt, quæ longum ſanè fuerit & planè inſolens exactè recencere ac numerare. Idcirco deus congregrationes aquarum maria nuncupauit. Sed ad hæc nos deduxit ipſa ſeries diſputationis. Nunc ad id redeamus, quod initio propoſuimus: ET *dixit deus, Congregentur aquæ, vnum in locum, & appareat arida.*) Non dixit, & appareat terra: ne rurſum ipſam incõditam, ac incompoſitam oſtendat, luto refertam, atque aquis immixtam, nondum propria forma facultateque recepta. Et ſimul ne telluris exiccatæ cauſam, ſoli deferamus terræ ſiccitatẽ generatione ſolis vetuſtiorem opifex fecit. Animaduertas autẽ velim, his indicantem verbis ſcripturam non ſolũ exundantes aquas de terræ ſuperficie defluxiſſe, ſed quicquid etiam aquarum per profunditatis totius dimenſionem inerat immixtum, ipſi ceſsiſſe, inexorabilibus domini iuſsis obtemperando.

ET *factum eſt ita.* Satis fuerat id adieciſſe ad indicandum opificis vocem in opus mox exiiſſe. In nonnullis porrò exemplaribus accedit & hoc. Et cõgregata eſt aqua, quæ ſub cœlo erat in congregationes ſuas & apparuit arida: quæ neque alij interpretes tradiderunt, & neq; vſus contextus Hebraici habere cõſpicitur. Reuera enim poſt illud teſtimoniũ. Et factum eſt ita, redundans eſt & ſu- D
peruacanea hęc enarratio. Quin & eadem in exẽplaribus exactiore diligentia deſcriptis confoſſa leguntur & obelo iugulata. Eſt ſanè obelus expũctionis nota ſiue reprobationis. *Et vocauit deus, aridam, terram: & congregationes aquarũ, appellauit maria.*) Cur & antea dictũ eſt: Congregentur aquæ vnum in locũ, & appareat arida: non itẽ ſcriptũ eſt. *Et appareat terra.*) Et hoc loco rurſum: Et apparuit arida, & vocauit deus aridã, terrã? Quia ſiccitas quidẽ ſiue ariditas, aut certè arida propriũ quid eſt, quod naturã veluti delineat & exprimit, ipſius ſubiecti: terra autẽ nuda quædam eſt ac tenuis appellatio rei. Nam vt ratione quidem præditum eſſe, proprium ipſius hominis eſt: vox autem homo id ſignificat animal, cui propriũ illud cũpetit, ſic & ariditas, atq; ſiccitas proprium eſt, atque præcipuum terræ. Cui igitur, vti propriũ, ſiccitas accõmodatur, atq; ariditas, id appellatum eſt terra: perinde atq; cui veluti propriũ peculiareque quid, ipſum hinnibile cõpetit, id nuncupatum eſt equus. Non ſolum autem in ter- E
ra ita habet, ſed cæterorum etiam elementorum propria cuique & ſortito attributa qualitas ineſt, qua ſanè tam à cæteris ſecernitur, & quale vnumquodque ſit, internoſcitur. Nam aqua frigiditatẽ, aër humiditatem, ignis caliditatem, vt peculiarẽ ſibi vendicat qualitatem. Verum hæc quidem vti prima compoſitorum corporum elementa, iuxta iam dictum modum ſpeculatiuæ rationis conſiderãtur. Ea tamen quæ iam in corporibus inſunt, conſtituta ſenſuique ſubiiciuntur, obtinent coniunctas qualitates: neque quicquam eorum omnino, quæ conſpiciuntur ac ſentiuntur, abſolutè vnicum eſt ſiue ſolitarium, aut ſimplex, aut ſyncerum, ſed terra eſt ſicca & frigida, aqua humida frigida, & aër humidus & calidus, ignis calidus atque ſiccus. Hoc enim pacto per qualitatem cõſortem, & coniugatã facultas in ipſis mutuæ mixtionis emergit. Nã per cõmunem ipſis qualitatẽ ſingula cũ vicinis ſibi copulantur ac permiſcentur & ſocietatis ratione, quam cum ſibi propin- F
quis obtinent, cum oppoſitis coniunguntur: verbi gratia, terra quæ ſiccitate frigiditatéque prædita eſt, cum aqua quidem frigiditatis affinitate coniungitur: per aquam autem cum aëre copulatur, quippè cum aqua medium inter vtrunque obtinens ſuapte natura, quaſi vtraque iniecta manu, vtraque qualitate, corpus vtrũque proximum ſibi, frigiditate terram, humiditate aërem attingit. Rurſum ſuo ipſius interuentu aër pugnantem naturam aquæ & ignis conciliat, aquæ quidem ſe connectit per humiditatem, igni verò per calorem. Ignis denique pari modo duabus

Cur dictũ, Arida, nõ terra appareat.

Arida cur vocata eſt terra.

Aqua frigida, aër humidus, ignis calidus, terra arida.

Phyſica γνώμη.

& ipſe qualitatibus præditus, calore, inquam, ac ſiccitate, illo cum aëre copulatur, hac humum petit ſibique coniungit. Atque ita fit orbis quidam, choreaque concors & concinna ex omnibus inter ſe conſociatis ordine & ſibi cócinentibus elementis. Vnde & propriè illis elementorú appellatio adaptata eſt. Hæc à me dicta ſunt cauſam afferente cur deus ipſam aridam appellarit terram, & non terram ex contrario nuncuparit aridam. Nempe quod non ex iis ſit aridum quæ poſt acceſſerunt terræ, ſed ex iis quæ eſſentiá eius à primordiis ipſis conſtituunt & complent. At ea quæ cauſam, vt quędam ſint, præſtant: iis priora ſunt & longè præſtantiora, quæ poſtea fiunt. Itaque non

A immeritò per ea quæ priora ſunt ac vetuſtiora excogitauit ſcriptura peculiares notas quibus terra internoſceretur. *Et vidit deus quod eſſet bonum ſiue pulchrum.*) Non hoc agit hæc oratio vt delectabilem quendam maris aſpectum oblatú eſſe deo demonſtret. Non enim rerum creator oculis creaturæ pulchritudinem cernit, ſed ineffabili ſapientia perſpicit & contemplatur ea quæ fiunt. Eſt quidem ſpectaculum periucundú inalbeſcens æquor, cum ipſum ſtabilis & conſiſtens tranquillitas occupat. Eſt etiam iucundum, cum placidis ac lenibus auris ſummis parumper exaſperatum vndis, purpureum colorem aut cœruleum cernétibus obiicit: quando neque violenter vicinam verberat continenté, ſed quaſi quibuſdam pacificis amplexibus deoſculatur & ſalutat. Non tamé putandum eſt, quod ad hunc modum etiam deo mare viſum eſſe bonum ac iucundum ſcriptura dicat: ſed bonum illic opificij creationis ratione

B diiudicatur. Primùm quidem, quia fons origóve totius humoris quaquauerſum terram alluentis, aqua maris eſt. Hæc enim per occultos paſsim meatus ſe diſpertiens, velut declarant continentes litoraléſve terræ hiulcis rimis latiores inſtar ſpongiarum & antris ſubterraneis differtę, ſubter quas mare fluitans ac permeans per cuniculos fiſtulares & anguſtos mox vbi obliquis aut certè rectà in ſublime ſurrectis excurſibus ſe occupatú deprehenderit, ab agitante compulſum ſpiritu, ſuperficie terræ vi diſrupta erumpit atque foras emicat, fitque potulentum depoſita per tranſcolationem ſiue diſtillationem amaritudine. Iã verò calidiore ex metallis qualitate accepta, per ſuum eiuſmodi excurſum, per eandé cauſam concitátis plurimú efferueſcit atque igniſcit, id quod tam in inſulis cernere liceat non tantò contingere, quàm in locis maritimis. Quin & in mediterranea plaga, loca quædam fluuialibus aquis con-

C finia (vt interim parua magnis comparemus) ſimiles prorſum affectus nobis referunt. Quò tandem hæc mihi dicta ſint? nimirum vt terram omnem noueritis irriguis elicibus differtam ac ſubterfoſſam quaquauerſum cuniculis, idq; aqua per retruliſsimos meatus ſuam eliciente originem è mari. Bonum igitur apud deum eſt mare, propter humoris in profundo terræ diſcurſionem, Bonú eſt etiam, & quia fluuiorum eſt receptaculum, atque in ſeſe cuncta omni ex parte flumina ſuſcipit, nec ſuos fines egreditur. Bonum eſt item, quòd fons quidé eſt & origo aëreis aquis: quippe quod radiis quidem ſolis tepeſcit: per vapores autem pertenuem aquæ portionem emittit, quæ ſublimen in locum attracta, deinde refrigerata, propterea quod radiorum quæ à telluris eſt pauiméto refractione ſuperior euaſit, ſimúlque ipſam intendente nubis vmbra refrigerationem, pluuia fit, humumq́ue pinguem lætamq́ue facit. His nemo prorſus detraher fidem, modò is conſideret lebetas ſubiecto igni admotos, qui priùs humore quopiam pleni, deprehenſi poſtea ſunt plerũque vacui, in vaporem eo toto quod coquebatur reſoluto. Quinetiam & ipſam maris aquam à nauigantibus coqui cernere licet: qui ſpongiis ſuſcipientes vapores, neceſsitatis tempore nó mediocriter ſubueniunt vitæ. Bonum eſt etiam & alio modo apud deum, partim quod inſulas circũſtringit arcetq́ue: ornamentum ipſis inde ſimul tute- D

lamq́ue præſtando: partim quia continentes plurimum inter ſeſe diſtantes, ac inſulas per ſe cõiungit, atque liberas nauigantibus congreſsiones & expedita commercia concedit, quorum quidem nautarum relatu, rerum eatenus ignotarum hiſtorias exhibet gratuitò omnibus cognobiles: tum opulentiæ mercatoribus conſequendæ autor fit: vitæq́ue omnino neceſsitatibus perfacile ſuccurrit, & penè collapſam reſtituit: iis qui copia rerú abundant, in exportandis iis quæ ſuperſunt, facultatem ſubminiſtrando: iis qui egent, id quod ipſis deeſt ſupplendo. At vnde mihi quæſo tanta facultas, vt totam maris pulchritudinem exactiſsimè contéplari poſsim, quantam ſe exhibuit ſui creatoris oculo clariſsimè perſpiciendã? Quod ſi mare bonum eſt apud deum, ſi pulchrum, ſi laudabile: quonam pacto non longè pulchrius eſt hoc talis eccleſię conciliú, in qua permixtus ſonus quaſi cuiuſdam ad litus accedentis vndæ, virorum, mu- E

lierum ac infantium, ex orationibus ad deum noſtrum reſultat & emittitur? Hanc trãquillitas profunda, ſtabilem, & inconcuſſam conſeruat, malignis fugatis ſpiritibus qui hæreticis illam doctrinis conturbare minimè potuerunt. In hoc igitur incumbite, vt obſeruata tandem diſciplina ordinis iſtius decentiſsimi, à domino condignam laudem reportetis, in Chriſto Ieſu domino noſtro, quem addecet gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Collatio.

HOMILIA QVINTA DE germinatione terræ.

ET DIXIT *deus: germinet terra herbam fæni & facientem ſemen iuxta genus ſuum, & lignum fructiferum faciens fructum iuxta genus* F *ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit.* Terra excuſſo à ſe iam ac poſito aquæ pondere vt interquieuit aliquantùm & liberior reſpirauit, ordine naturæ conſentaneo edictum accepit, quo iubebatur germinare herbam quidem primùm, dein lignum, id quod vel in hunc cernimus fieri diem. Illa enim reddita tunc vox, primum illud præceptum, veluti lex naturæ quædam ac inſtitutum impreſſum inſculptumq́ue telluri, facultatem ipſi generandi, fructúſque ferendi præſtat. GERMINET *terra.* In ſtirpium ortu primum eſt germinatio: deinde

vbi

vbi parumper germen emerſit, fit herba: poſt incrementis ſuſceptis vireſcens, fœnum euadit, ſtirpibus ſenſim ſeſe explicantibus, atque ad edendū vſque concoquendúmque ſemen properantibus. Herbeſcunt enim omnes æquo diſcrimine, vireſcuntque ſtirpes. *Germinet terra herbam fœni.*) ex ſeipſa terra nulla prorſus aliena egēs ope, abundè diffundat herbeſcentem viriditatem. Et quoniam ſunt qui ſolem omnium eorum, quæ à terra pullulant, eſſe cauſam arbitrātur, è profundo telluris vim germinādi per caloris attractionem ad A ſuperficiem elicientem, ideo terræ diſpoſitio creationem antegreſſa eſt ſolis, vt & adorare ſolem tanquam viuendi cauſam, homines ij deſinant, qui eo in errore verſantur. Si igitur perſuaſum fuerit ipſis ante ſolis creationem, terrā omnem habuiſſe ſuam diſpoſitionem, tam immoderatam de ſole conceptam admirationem, tandem remittent, mox vt ſecum expenderint, fœno ac herba poſteriorem ſolis eſſe generationem. Num igitur pecoribus quidem præparatum eſt pabulum, noſtrū autem neglectum eſt alimentum, nec vlla prouidentia prorſus fuit curáque dignum? Quin potius qui bobus paſtum equiſque parauit, is tibi diuitias pariter & delitias parat. Qui nanque tua pecora paſcit, is profectò tibi vitæ ſubſtātiam ac facultatem auget. Deinde ſeminū ortus quid aliud eſt quam apparatus tuæ vitæ degēdæ, præter alias complures herbas & olera, quibus humanum veſcitur genus. *Germinet terra herbam fœni, ſeminantem ſemen iuxta genus ſuum.*) Itaque etiamſi quod herbæ genus alijs eſt animantibus commo- B do, ipſa illorum vtilitas ad nos redit, fit enim vt & ſeminum horum vſus nobis ſit deputatus, vt ſenſus eorū quæ dicuntur talis ſit: *Germinet terra herbā fœni, & ſemen ſeminificans iuxta genus ſuum.*) Nam ita & verborum ordo ac ſeries reſtitui poterit, cum alioqui conſtructionem habere videātur non bene congruam, ſibique minùs rectè cohærentem, & neceſsitas eorum quæ à natura gubernantur, conſeruabitur. Primum enim in ordine eſt germinatio, deinde herba, poſtea incremētum fœni, poſtremo loco, producto ſemine iuſta creſcentium abſolutio. Dixerit quiſpiam: Cur omnia quæ naſcūtur ex terra ſemen efficere ſcriptura indicat, vbi non arundinem, non † gramen, non mentham, non crocum, non allium, nō butomon, non denique vix cuiquam numeranda alia genera plantarum ſemen efficere conſtat? Ad hoc ſanè dicemus complura naſcentium è terra vim ſeminum in ipſa propagine atque radicibus obtinere: quemadmodum arundo poſt annuum incrementum ex radicibus quandam appēdicem elicit ſeminis rationem ad ortum futurum obtinentem. Idem & alia innumera faciunt, quæcunque per humum diſperſa & vagantia in ipſis radicibus ſuam ſobolem ſuccedaneā habent. Qua- C rè re omni verius eſſe cōſtat ſingulis in ſtirpibus, aut ſemen eſſe, aut quandam vim propagandi. perinde atq; ſemen ineſſe. Atque id eſt ſanè quod dicitur: Iuxta genus ſuum. Non enim proiectura illa ſiue appendix arundinis eſt effectrix oliuæ, ſed ex arundine quidem arundo altera prodit: ex ſeminibus autem ea quæ genus idem ſubeunt, quòd & ipſa ſemina iacta gignere pullularéque ſolent. Atq; id ita quod è terra primo prodiit ortu, hucuſque ſerie ſucceſsionis genere perſiſtēte, conſeruari videtur: *Germinet terra.*) Animaduertas velim hac voce parua, præceptóque adeò breui, terram ipſam per ſe frigeſcentem ac infœcundam, parturientem protinus atque ad edēdos fructus promotam & adproperantem: & perinde atque amictu mœſto lugubriq; deiecto, ſplendidiore veſte ſeſe induentem, ornamētiſque proprijs exultantem ac infinita ſtirpium genera procreantem. Volo percupióque tibi vehementiùs iſtius rerum creationis admirationem imprimi, vt vbi vbi te inueneris, & cuicūque ſtirpium aſtiteris generi, manifeſtam claramque creatoris ca- D pias admonitionem. Primùm itaque vt herbam fœni conſpexeris atque florem, in mentem tibi veniat humanæ naturæ, ac ſapientis Eſaiæ imaginariam ſimilitudinē in memoria habeto: Omnis caro, dicentis, vt fœnum eſt, omniſque gloria hominis veluti fœni flos eſt. Breuitas enim temporariæ iſtius ac deciduæ vitæ, oblectamentumque proſperitatis humanæ, atque hilaritas exiguo tēpore perſiſtens, accōmodatiſsimam eſt apud prophetam ſimilitudinem ſortita. Hodie florulentus corpore, propter delitias obeſus, & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem efflōreſcentē laſciuiens, vehemens, impetu intolerabilis, nec quoquàm ſecum cōſiſtens: cras idem ipſemet miſerabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forſan diſſolutus ſenióque confectus. Eſt quiſpiam ob amplitudinē patrimonij illuſtris, ac ſuſpiciendus, & adulatorum hominum copia, & ſatellitiū circa ipſum verſatur, ſeptúſque eſt fictis amicis, E qui gratiam ipſius venantur: magna quoque caterua ſanguine propinquorū, & ipſa ſimulata ſtipatus: innumera denique ſequitur illum eorū hominum multitudo, qui partim alimoniæ emerendæ gratia comitantur, aut propter alios vſus ei adſunt: quos abiens domo ſeſeque recipiens domum ſecū trahens, inuidioſus eſt occurrentibus. Adde diuitiis, ſi volueris, & ciuilem aliquam poteſtatem, vel etiam honores ex regibus, curam & adminiſtrationem gentium, imperatorū munus exercitus ducendi, præconem præeuntem & anteambulonem, ipſius qui exerta voce reboēt, feruligeros lictores qui vel ipſo prægreſſu terrorē acerrimum incutiant ſubditis imperio, plagas ingerant, & irrogent facultatum publicationes, abreptiones, carceres: è quibus intolerabilis ſubditorū metus emergit atq; accumulatur. Quid poſt hæc quæſo? Nox vna, vna febris, aut certè pleuritis ſiue peripneumonia abreptū hūc è medio hominū cœtu abit ſecum abducens hominem, omni prorſus quæ eundem circunſtabat, ſcæna ſpolians in veſtigio ac nudans. Splendor ille maieſtatis & gloriæ ad inſomnij imaginē momento diſparuit. Quarè per hoc prophetæ oraculum gloriæ humanæ ſimilitudo, ad debiliſsimum florem appoſitè videtur accōmodata. *Germinet terra fœni herbā* F *facientem ſemen iuxta genus ſuum ac ſimilitudinem.*) Is ordo, quo nunc etiam omnia naſcūtur, teſtis eſt primæ ſtirpium creationis. Germinatio enim omnem antecedit herbeſcētem viriditatē, puta herbā & fœnū. Siue enim à radicibus quid, è ſobole ſiue ex inferiore prominētia naſcitur, vt crocus, vt gramen, germinet, pulluléq; primū, ac foris emineat, neceſſe eſt: ſiue à ſemine gignitur, hoc

Collatio elegans.

Attende inconſtantiam rerum humanarum.

lateralis dolor, pulmonis inflammatio.

hoc quoque pacto primum germen emergit, her
ba dehinc explicatur, poſtea vireſcens fœnũ eua-
dit, demum fructus fit, ſuper arido iam & ſolido
culmo maturus. *Germinet terra fœni herbam.*)
Cum ſemen ſparſum in terræ gremium incidit,
humore teporéque præditæ moderato, vbi fuerit
emollitum meatibusque refertum, humum ſibi
vi ſua propinquam amplexum, ea nimirum inde
quæ ſunt accõmodata ſuæ naturæ, ad ſeipſum at-
A trahit. Quorũ tenuiſsimæ partes in ipſos inciden-
tes illabentesque meatus, molem ipſius ampliorẽ
efficiunt: vt ad inſera quidem fibras, radicẽſque
agat: ad ſupera autẽ emergat & emicet in culmos
numero pares radicibus ſeſe attollens. Germen
interim dum continenter tepeſit, eum humorem
quem exugit per radiculas vi caloris ipſum è ter-
ra prolicientis quantum moderatæ ſuæ alimoniæ
ſatis ſit, adſciſcit ſibi quod reliquũ eius eſt, diſpen
ſat ac diſpertitur in culmum, corticem, in thecas,
hoc eſt, loculos ſiue valuulas, in triticum, in ipſas
denique ariſtas: & ita ſenſim augeſcens, ad ſuum
quodque naſcens peruenit ſtatum, ſiue ſit generis
frumenti, ſiue leguminis, ſiue oleris, ſiue etiã fru-
ticis. Vnum fœnum, vnaque herba mentem tuam
ad eius artis rationes perſpiciendas, ex qua pro-
diit, occupare totam perfectò poteſt. Quomodo
geniculis præcingãtur culmi frumenti, vt illis ve-
luti quibuſdam vinculis corroborati, ſpicarũ fa-
cile pondus ferant atque ſuſtineant: cùm plenæ
iam fructuum grauidæque, ad humum ſuo põde-
re inclinant. Quapropter auena quidẽ inanis at-
que vacua tota eſt: quod nullo prorſus culminus
B pondere premitur: contrà, frumentum natura ge
niculato culmo quaſi vinculis confirmaſſe vide-
tur. In theca vero granum recondidit, ne ſit expo
ſita frugilegis auiculis præda: inſuper & ariſtarũ
vallo veluti telis obiectis, animalculorum noxiã
abarcet. Quid dicam? quid ſilentio præteribo? In
hoc opulentiſsimo creationis theſauro, perdiffi-
cilis quidem eſt rei præſtabilioris electio: intole-
rabilis autẽ omiſſæ præteritæq; iactura. *Germinet
terra herbam fœni.*) Et ecce cum his quæ edules
ſunt & nobis alẽdis opportunæ, exortæ ſunt mox
ipſæ etiam exitiales herbæ, venenoſæq;. Cum fru-
mento cicuta, cum eſculentis cæteris elleborus,
aconitum, mandragora, atque papaueris ſuccus.
Quid igitur? relicta ne gratiarum actione opifici,
pro iis quæ nobis vſui ſunt, reddẽda: pro iis ipſum
accuſabimus, quæ noſtræ vitæ aduerſantur offi-
ciuntque? Illud ne tandẽ animaduertemus, quòd
haud omnia ventris noſtri gratia creata ſunt: ſed
alimẽta quidem definita nobis in promptu adeò
ſunt, vt ab omnibus dignoſci facileque diſcerni
poſsint: res autem ſingulæ, quæ ſiunt, propriam
quandam peculiarẽmque rationem ad creaturam
conferunt atq; ſupplent. Non enim quia tibi tau-
C ri ſanguis exitio eſt, ideo taurum aut in lucem nõ
edi, aut ſanguine non eſſe præditum oportet, viri-
bus cuius ad tot humana vita res tantáſque ſub-
miniſtrandas egere videtur. Sed tibi quidem inſi-
ta ratio & per ſe familiaris ſatis facit ad eas res
euitandas: quæ letales, quæ venenoſæ, quæ peſti-
feræ ſunt. Nunquid enim oues quidem atque ca-
pellæ vitare ſciunt ea quæ vitæ ſuæ nocent, ſolo
ſanè ſenſu noxia diſcernentes: tibi vero cui ratio
ſuffragatur & ſuppetit, cui medendi facultas corũ
quibus vti cõmodè poſsis, notitiam ſubminiſtrat,
quem experientia eorum qui te anteuerterũt, do-
cet vti noxia eſſe vitanda, difficile eſt dic, quæſo, à
venenoſis rebus exitialibúſque cauere? Illarũ au-
tem rerum nullã prorſus exiſtimare oportet, aut
& otioſè, aut fruſtrà creatam eſſe. Aut enim non-
nullis animalibus expertibus rationis ſunt pabu-
lum, aut & nobis ipſis ex his in nonnullis morbis
depellendis ab arte medendi remedia compert-
ta præſtantur. Nam cicuta quidem ſturni veſcun- D
tur, & tamen propter corporis conſtitutionem à
veneno non occupãtur. Cum enim pertenues ha
beant ad corda penetrantes meatus: fit, vt antea
deuoratam cicutã concoquant, quàm inde letale
gelu ad præcordia peruenerit: elleborus autẽ co-
turnicibus eſt cibus, nec ab eo peculiari quadam
temperatione detrimenti quicquam percipiunt.
Sunt hæc ipſa tempore opportuno nonnunquam
etiam vtilia nobis. Per mandragoram nanq; me-
dici ſomnum aduocant atque inuitant: ſucco vero
papaueris vehementes dolores corporis ſedant.
Quidam rabientem appetentiam eſitando cicu-
tam, tabefecerunt ac ſenſim extinxerunt, & elle-
boro non pauca ſed & diuturna corporis vitia ra-
dicitus extirparunt. Quibus efficitur, vt quod ve-
luti crimen in opificem afferre putabas, id in cu-
mulum tibi gratiarum habendarum tãdem agno
ſcis ceſsiſſe. *Germinet terra herbã fœni.*) Quan-
tum hiſce verbis, tum in radicibus, tum in ipſis
herbis, tum etiam in fructibus ſua ſponte nobis
oblatum eſſe dicit parabilem quidem vitæ com-
meatũ. Quantum inſuper eius, qui prouenire ſo-
let cura diligentiaq; agriculturæ? Non ſemen fru- E
geſque protinus educere terrã, ſed germinare vi-
reſcereque, & tum ſemen edere iuſsit, vt primum
illud diuinum præceptum ſequentis ordinis ipſi
naturæ documentum fiat. At quomodo terra, for
taſſe quiſpiam dixerit, ſemina naſcentium ſecun-
dum genus edit, quum ſæpe tritico ſparſo frumẽ-
tum hoc atrum colligamus? Ad idipſum nõ ad ge-
nus diuerſum mutationem habet: ſed quaſi mor-
bus quidam ægritudoque ſeminis eſt. Non enim
frumenti naturam amiſit: ſed in atrum colorẽ ob
aduſtionem eſt verſum, vt ex appellatione quo-
que edoceri poſsis. Nam nimio frigore exuſtum
in alium colorem, in aliumque ſaporem degene-
rauit. Adeò quoque vt ſi rurſus in humum bene
cultam idoneamque fuerit iactũ, cœlumque cle-
mens benignumque fuerit nactum, in ſuam pri-
ſtinam illam formam qualitatemque redire fe-
runt. Quare nihil prorſus in ſtirpibus aliter inue-
nies fieri, quàm imperium illud diuinũ inſtituit.
Nam id quod lolium appellatur, cæteraque adul-
terina ſemina, quæ ſeſe cum eſculentis miſcere
ſolent, quæque ſcriptura ſacra nuncupare zizania
conſueuit, non tritico mutato, ſed ex origine ſua
principioque naſcuntur, propriumq; ſuum obti- F
nent genus. Hæc eorum hominum præ ſe ferunt
imaginem, qui dominicam doctrinam adultera-
re deprauaréque nituntur: quique non vti legi-
timos ſe dedunt verbo dei erudiẽdos diſcipulos,
ſed ſpiritus maligni doctrina corrupti, cum eccle
ſiæ ſeſe corpore ſano permiſcent, vt clãculum ſui
erroris noxam, in ſimpliciores & integræ fidei
viros transfundant. Iam verò dominus, & eorum
profectum perfectionemque, qui crediderunt
in ipſum

Cur vel ab ἀντιπάθειαν ... venena cõdita ... ſturno cib' cur Elleborus ſiue veratrum edule coturnicis. Mãdragora ſomnum cõciliat, ſucco papaueris ſedatur dolor.

Mirabilis naturæ genius.

ἄιρα.

Heretici ... zizania.

in ipſum, accretioni ſeminum comparat: Quemadmodum, dicens, ſi homo iaciat ſemen in terram, & dormiat & exurgat nocte dieque, & ſemen germinet, & illo neſciente ſuſcipiat incrementa. Vltro nanque terra fert fructum, primum herbam emittendo, deinde ſpicam, deinde plenũ in ſpica frumentũ edendo. *Germinet terra herbam.*) Temporis puncto nimirum à pullulatione initio ſumpto, tellus, vt creatoris ſui legibus impetuſque obtemperaret, per omnem accretionis formam diſcurrit: germinaque protinus ad ſummum eorum ſtatum deduxit, atque prata quidem A alta continuò copia fœni fuere. Campi vero ſertiles inhorreſcentes ſegetũ denſitate perinde atq; mare, ſpicarum agitatione fluctuabant: omnis inſuper herba, omne oleraceum genus, ſarmenticiũ omne, denique quicquid vſquam leguminaceum copioſiſsimũ tum ſupra tellurem emicabat. Nullum enim detrimentum in iis, quæ primum tunc emerſere, prorſus erat, aut agricolarũ imperitia, aut aëris intemperie, aut alia vlla cauſa quæ nocere naſcentibus ſolet. At neque etiam illa contra genus hominũ allata ſententia tum impedimento telluris erat fertilitati. Hæc enim illum hominis errorem, illud delictum anteceſſerũt, gratia cuius nos cõdemnati ſumus, vt in ſudore noſtri vultus, veſcamur pane. Quin &, ait, lignum pomiferum faciens fructũ: ſemen cuius in ſemetipſo ſit iuxta genus & ſecundum ſimilitudinẽ ſuam ſuper terrã. Vt operatoria verbi iſtius ſine vlla mora protinus ſyluæ omnes denſabantur, omnes arbores erumpebãt: & quæ petere cœlum altitudine ſolẽt abietes, cedri, cupreſsi, piceæ: omne item ſruticũ B genus & arbuſtium comabatur, addenſabatur. Quæ rurſus ad plectẽdas corollas faciunt, ſeu roſeta, myrti, lauri, iſthæc omnia priùs cùm nõ extitiſſent, momẽto ſuper terram emicuere, cum ſua arbores quæque peculiari proprietate, ſeiunctæ quidem atque diſtinctæ manifeſtis differentiis à reliquorum generum plantis: ſingulæ autem propriis inſignitæ formis. Verum roſa tunc ſpinis carebat: poſtea verò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamẽto propinquo afficiamur dolore, recordatione delicti: cauſa cuius factum eſt, vt ſpinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret. At quiſpiam dixerit: Iuſſum eſt terræ lignum pomiferum edere faciens fructum ſuper terrã, cuius ſemen in ſemetipſo ſit: cõplures tamen arbores neque fructum nos edere cernimus neque ſemen. Quid igitur dicemus? Primum quidem earum arborum ſcripturam ſacram præcipuè mentionem feciſſe, quæ natura ſunt præſta- C biliores: deinde cunctas aut ſemen edere, aut ea quæ vim ſeminis, atque potentiã obtinent exactè perſpicienti colliqueſcet. Nam populi nigræ, ſalices, vlmi, populi albæ, ceteræque id genus, fructum quidem apertè ferre nullum videntur: habent autem ſingulæ ſemen ſi quis exactè ſcrutetur. Id enim granulum, quod ipſis frondibus ſubter inhæreſcit, quodque nõnullis eorum, qui nominibus rebus imponendis operã nauarunt, miſchũ placuit appellare: vim ſanè ſeminis obtinet. Iam quæcunque ab ipſis ramorũ ſurculis oriri ſolent, inde magna ex parte radices eliciunt. Seminis etiã fortaſſe rationem obtinent, & appẽdices radicum ſiue propagines, quibus auulſis ſtudioſi inſerendarum arborum locupletant genus & augent. Priùs tamen vti diximus, earũ ſcriptura mentionem arborum fecit: quæ magis humanæ vitæ cõſeruandæ congruunt: quæque ſuis fructibus hominem benignè excipiendo fuerant illi victũ luculẽtiorem ſuppeditaturæ. Vitis quidem gignẽdo vinum, quo cor hominis exhilareſcit. Olea vero fructum eum præſtando, qui faciem hilarem oliuo facere poteſt: cæteræque ſimilis generis, quot proruendo concurrebant, quot properabant in idem, ea ſcilicet omnia procreante natura? Radix ipſius vitis, palmites circunquaq; frondentes pro- D ducti, ſuperque terram multum diffuſi. Germen, clauiculi, vua primum peracerba geſtatur: deinde cõcocta maturaque ac ſuauis. Abundè ipſo aſpectu, ac ſcitè naturæ poterit admonere te vitis. Nã ſimilitudinis te domini non immemorẽ eſſe certò ſcio, qua ſeſe vitem, & patrem agricolam eſſe, dixit, noſque ſingulos eccleſiæ per fidem inſertos palmites appellauit, atque ad copioſè ferendos fructus inuitat, ne ob inutilitatem condemnati, igni tradamur. Nec ceſſat vbique vitibus noſtras animas comparare. Vinea nanque facta eſt dilecto, dicit, in cornu, pingui in loco. Et, Vineã ſeui, & ſepem circũpoſui. Animas humanas planè vineam dicit, circundedit ſepto tum ea ſecuritate tutelâve, quæ ex præceptis reſultat, tum ipſa cuſtodia angelorum. Immitet enim ſe, aut medium cõſtituet angelus domini in circuitu metuentiũ eũ. Deinde quaſi valla ſiue perticas & ſtatumina nobis defixit, poſitis in eccleſia primum apoſtolis, ſecundò prophetis, tertio doctoribus. Exemplis præterea veterum hominum, beatorumque, ſen- E ſus noſtros in ſublime erexit: neque permiſit in humum nos eſſe deiectos, ac dignos eſſe qui conculcemur. Vult etiam nos quaſi clauiculis ſiue capreolis quibuſdam, amplexibus charitatis proximis inniti ac adhęrere, & in ipſis etiam conquieſcere, vt iugi affectu ſurſumverſus feramur & quaſi ſcãſiles arbuſtiuæ vites nos ipſos adæquemus ſublimium faſtigiis arborũ. Quin & à nobis expoſcit, vt dũ defodimur, ſuſtineamus. Sanè anima tãtiſper defoditur, dum ſe tenacibus exuit mũdi curis, quæ cordibus noſtris grauiſsimo ſunt oneri. Itaque qui carnalem hũc poſuit amorem, qui pecuniarum à ſe excuſsit auiditatẽ, qui ſuſpiriis proſequendæ mundialis gloriolæ affectationem deſſpuendam prorſus duxit & aſpernabilem: is ſanè inani onere terrenæ iſtius prudẽtię abiecto veluti deſoſſus reſpirauit. Opus proinde ſit iuxta prouerbij alluſionem, vt ne vitem hãc noſtram ſinamus ſarmentis noxiis ſylueſcere & eluxuriari, id eſt, ne quid in obeũdis vitæ huius noſtræ muniis, F per oſtentationẽ deſignemus, neu laudem venemur captemúsve ab iſtis externæ conuerſationis hominibus: magis vero adnitamur, fructuoſi vt ſimus, at interim piam quandã oſtentationẽ operum noſtrorũ vero illi agricolæ ſiue vinitori aſſeruemus. Atque adeò tu vide vt ſis oliuæ inſtar, nõ qualiſcunque ſed fructiferæ in domo dei: nequãdo ſpe nudus cõſpiciaris, potiùs ſalutem retineto ſpe continenti reuireſcentem merito fidei. Hoc enim pacto perpetuũ plãtæ iſtius imitabere virorẽ: ſed & exuberantẽ copiã fructuũ oleæ æmulaberis, benigna ac perpetu collatiõe eleemoſynæ.

Sed ad

Sed ad artificioſas inſtitutiones perquirendas re-
deamus. Quot genera tunc plãtarum partim fru-
gifera, partim ad ædium contignationem & fa-
bricam, partim ad extruendas naueis, partim ad
ſubminiſtrandum ignem idonea emerſere? In his
etiam ipſis varia quidem eſt atque diuerſa partiũ
vniuſcuiuſque arboris diſpoſitio. Summa autem
cum difficultate cuiuſque tam proprietatis inuen
tio, quam ad ſingulas diuerſorũ generum explo-
ratio differẽtiæ, notitiaque fieri poteſt. Quomo-
do pars quædam arborum radices in profundũ,
pars non in profundum agant. Et aliæ rectà ſupe-
ra petant, ſitque in eis ab radice caudex vnus. Alię
humirepæ & humiles ſtatim ab ipſis ſuis radici-
A bus plures in caudices exeant ac diuidãtur. Quo-
modo quarum rami prolixiores ſunt, porrecti la-
tè & expaſsi per aërem, earum & radices profun-
diores ſint, & circunquaque latè etiam diffundã-
tur: perinde quaſi natura fundamenta quædã pro-
portione reſpondentia ſuperorũ ponderibus ſub-
iecisſet. Quot præterea corticum diſcrimina ſint:
ſtirpium enim aliis leuis, aliis ſcaber eſt cortex &
ruptilis. Et aliæ ſimplici, aliæ multiplici præditæ
ſanè ſunt cortice. Et quod mirum eſſe videtur, iu-
uentutis humanæ ac ſenectutis accidẽtarios affe-
ctus, perſimiles inueneris & in plantis. Nouellis
enim atque vigentibus circum ipſe cortex inten-
ditur: ſeneſcentibus verò quaſi rugoſior aſperiór-
que euadit. Succiſæ præterea aliæ rurſum germi-
nant, aliæ non repullulant: ſed citra ſpem ſucce-
daneæ ſobolis manent, quaſi præciſio illis ſit in-
teritus quidam. Iam verò detruncatas nõnulli pi-
nus, aut incẽſas vſtáſque flammis, in querceta ob-
B ſeruarunt verti. Sunt & quarum ſuæ naturæ vitiũ
agricolæ cura diligentiaque deponere ac extru-
dere nouimus, vt punicas acidas, amygdalaſque
amaras. Cum enim ima in parte radici propinqua
ſtipite perforatæ, cuneum ex pino pinguem per
mediam adactum medullam ſuſceperint, ſaporis
tum faſtidio gratum in vſum mutato, dulceſcunt.
Nemo igitur in vitio conſtitutus homo de ſeipſo
deſperare velit: haud neſcius agriculturam ſtirpiũ
qualitates mutare: curam autem ac ſtudiũ in cun-
ſequendis virtutibus, animi omnes vincere mor-
bos ſuperareque poſſe. Frugiferarum verò ſtir-
pium tanta eſt in edendis fructibus differentia, vt
eam oratione poſſet conſequi nemo. Non ſolum
enim differentia fructuum in diuerſis genere ſtir-
pibus, ſed in eadem etiam arboris ſpecie nõ me-
diocre diſcrimen eſſe videtur: vbi forma fructus,
à peritis in ſtirpium cultu diſtincta eſt etiam ſexu,
vt alia marium ſit, alia fœminarum, qui palmas
C etiam in marem fœminamque diffindunt: & vi-
deris eam interdum, quæ ab ipſis fœmina dicitur,
in marem pronã blandioribus ramis nutare, quaſi
geſtientem, atque amplexum maris percupientẽ:
ſtirpium verò cultores, inter ramos tunc quaſi ſe-
mina quædam, maris florem ſeu fructum immit-
tere, atque ita illam quaſi voluptatem inde perci-
pere, ſeſeque demum rurſus engere, ad formámque
propriam ſuas reſtituere comas. Hæc eadem de
ficis etiam aſſerunt. Quamobrem alij iuxta ficeta
caprificos ſerunt: alij caprifici groſſos, inter ſeſe
colligatos iniiciunt ficis. Atque hoc pacto ficorũ
imbecillitati medentur, defluentem iam laben-
témque fructum ipſarum, groſsis iſtis fulcientes.

Attende naturæ & Agricolationis admirabilem & multimodam indolem.

Attende naturæ miraculum in palmis.

Quid iſtud ſibi naturæ vult ænigma? Quòd ipſi
quoque nos ab alienis à fide nec raro debemus
deſumere intentam animi acrimoniam vimque
bonorum operum efficacem. Si quando enim tu
vnum aliquem ritu Gentili viuentem, aut per er-
roneam hæreſim ab eccleſia præciſum & diſſe-
ctum, vitæ alioqui continentis ſtudioſum ac reli-
quæ moralis diſciplinæ non inſtrenuum cultorẽ
contemplatus fueris: tantò tuum ad probitatem
conſectandam ſtudium illius cõtemplatione in-
tendito & connitere, aſsimilis vt fructiferæ fico
euadas alacrem virium copiam colligẽti ex agre-
ſtium olynthorum præſentia, ſuorumque fructuũ
inhibenti defluuiunt, & accuratiùs eos ipſos enu-
trienti. Tales igitur ſtirpium differentiæ videntur D
emergere, circa productionis modum, vt ex plu-
rimis pauca admodum afferamus. Ipſorum autẽ
fructuum varietatem, quis enumerare, quis expli-
care poterit? figuras, colores, ſaporum proprieta-
tes, vniuſcuiuſque vtilitatem? vt partim nudi con-
coquuntur à ſole, partim recti cruſtis & putami-
nibus ſepti ad ſuum ſtatum perueniunt. Et quarũ
ſtirpium molliuſculi ſunt fructus, earum folia ve-
luti tutiora quædam opercula craſsiuſcula ſunt vt
in fico: quarum duriuſculi ſunt, eæ tenuiores le-
uioresque obtinent frondes: vt in nucibus intueri
licet. Nam illis quidem ob imbecillitatem maio-
re ſubſidio opus eſſe conſtat: his autem craſsius
tegmen ex vmbra ab obiectu frondium proue-
niente noxium fructibus fuiſſet. Vt vitis folium,
pampinus, inquam, pluribus in partibus finditur,
quo racemus partim incommoda cœli vitet: par-
tim radios ſolis per raras illas & graciles diuiſu-
ras vberem teporem ſuſcipiat. Nihil fit prorſus E
præter certam rationẽ. Nihil temere caſúve for-
tuito agitur, omnia in ſeſe ſanè latentem admira-
bilemque ſapientiam habẽt. Quænam oratio tot
tantaſque res attingere poterit? Quo pacto mens
humana res omneis haſce tam exactè pertractare
tranſigereque poterit: vt & proprietates perſpi-
ciat, & ſingulorũ diſcrimina clarè differentiaſque
diſcernat: & deliteſcentes inſuper plenè perfe-
ctéque cauſas afferat, atq; aſsignet: Vna aqua per
radices attracta, alio modo radices, alio caudicis
corticem, alio lignum, alio medullam alit: eadem
& folium fit, & in ramos denſiores ſurculoſque
diuiditur, & incrementa frugibus præſtat: lacry-
mæ denique ſuccíque ſtirpis eadem ex cauſa ma-
nant, quorum quantum ſit inter ſeſe diſcrimen, ac
differentia, quis oratione conſequi poterit? Aliud
eſt enim lentiſci lacryma: aliud balſami ſuccus.
Ferulæ inſuper quædam tam in Aegypto quàm in
Africa, diuerſum ſucci genus illacrymãtur. Fertur F
& ſuccinum ſuccum ſtirpium eſſe, in lapidis na-
turam concretum. Atque id ita eſſe, teſtes ſunt fe-
ſtucæ, quæ in ipſo viſuntur, & tenuiſſimę minimæ-
que beſtiolæ: quæ cum ſuccus molliuſculus eſſet,
in ipſo tanquam viſco adhæſiſſent, retentæ ſunt.
Omnino qui non experimento ſuccorum diſcri-
mina didicit iuxta cuiuſque qualitatem, is illa ita
vt in re ſunt aperta, nullam vnquam orationem
inuenerit quæ illorũ vim operatoriam explicet.
Ab eodem rurſum humore vt in vite quidem vi-
num vt in olea oleum conflatur. Atque non ſolũ
id mirabile eſſe videtur, quo pacto penitus idem
humor, illic quidem dulcis euaſit: hic autem pin-
guis eſt

guis eſt factus. Verumetiam illud in ipſis dulci-
bus,inquam, fructibus, qualitatis varietatẽ eiuſ-
dem inenarrabilem eſſe. Aliud eſt enim dulce
quod eſt in vite,aliud quod eſt in malo, fico, ac
palma. Velim te,in artis huiuſce opificio exactiùs
& ſolertiùs perquirendo trahere moram, atque
animum huc aduertere,vt eadem aqua nũc lenis
eſt ſenſui,cum in aliis plantis edulcata fuerit:nũc
contrà pungit guſtum cum per alias diducta ſtir-
A pes exacuerit,nunc in ſummum amarorem verſa
ſenſum exaſperat, cum in abſinthium aut ſcãmo-
neam peruenerit:atque in glandibus quidem aut
cornis,in adſtringentem acerbáque vertitur qua-
litatem : in terebynthis autem atque iuglandibus
nucibus ad molliuſculam quandã oliuique æmu-
lam naturam mutatur. Sed quid opus eſt remo-
tiora adferre, cum eadem in ficu contrarias mi-
gret in qualitates? Eſt enim in ſucco quidẽ ſum-
mè amara : in fructu autem ſummè dulcis. Et in
eadem itidem vite in flagellis & ramis quidem &
adſtringentiſsimæ naturæ eſt, in racemis autem
ſuauiſsima. Quot præterea differentiæ ſunt colo-
rum? Eandem in pratis aquam cõſpexeris hoc in
flore rubeſcentem,in alio purpuream, & in hoc
cœruleam,in alio albidam. Quin & longè plures
odorum tibi differentias offerentem inueneris,
quàm ſint ipſæ varietates differentiæque colorũ.
Sed enim orationem noſtram propter inexple-
bile iſta conſiderandi deſiderium vltra modum
ſeſe extendere ſentio, quam niſi neceſsitate vin-
ctam à creatione deuocauero,deficiet me profe-
ctò dies, magnam ex paruis exiguisque rebus
B dei vobis ſapientiam repræſentare geſtientem.
*Germinet, inquit, terra lignum pomiferum, fru-
ctum faciens ſuper terram.*) Et moonium cooti-
nuò vertices, perinde atq; comis,arboribus ope-
riebãtur,orti inexplicabili artificis ſolertia ador-
nabantur. Amnium ripæ locáve deuexa generi-
bus ſtirpium innumeris ſine vlla mora veſtiebã-
tur,ac decoram faciem oſtentabant, quæ partim
ad exornandam hominis menſam ordinata ſunt,
partim ad præſtandam pecoribus, tum ex frondi-
bus,tum ex frugibus alimoniã : partim ad ea ſub-
miniſtranda quibus medica ſolertia cauſa valetu-
dinis vteretur, ſuccos, lachrymas, carphe, corti-
ces,fructus locupletiſsimè tellus edebat : vtq; ſe-
mel compendio, omnia quæ nobis experientia
tandem diutina comperit,è ſingulis variis diuer-
ſiſque caſibus,atque euentibus id eligendo ſem-
per,quod conducit,quodque frugi eſt, ea proui-
da ſapientia, ſolersque dei conditoris mundi fa-
cultas inde ab initio præuiſa creauit. Tu verò cũ
vrbanas,agreſtes,aquatiles,terreſtres,florigeras,
ſiue floribus haud præditas, ſtirpes conſpexeris,
ex hiſce rebus exiguis deo maximo cognito ad-
mirationem ſemper accumulato, ac tuum erga
C rerum illum opificem, amorem, charitatemque
augeto : perſcrutarique velis,quomodo ſtirpium
alias ſempiterna coma virenteis, alias haud ſem-
per virenteis fecerit, & illarum alias quæ fo-
lia amittant, alias quæ perpetuò ſeruent. Deci-
dunt enim tàm oleæ quàm pino frondes : licet
ſenſim occultéque adeo folia permutent, & al-
ternent, vt haud vnquam denudari coma pro-
pria videantur, Sed palma ſemper à prima germi-
natione videlicet, eiſdem ad finem vſque foliis
frondet. Deinde & illud animaduerte Myricas,
inquam, quaſi vitam ancipitẽ degere,vt & inter
aquatiles connumerentur & copioſæ ſint in deſer-
tis. Quapropter & improbiores mores & incon-
ſtantis nec ſolidæ fidei talibus diuus ille Hiere-
mias haud iniuria ſtirpibus ſimiles eſſe dicit.
Germinet terra.) Hoc perbreue præceptũ natura
tum illicò non mediocris, artificioſaq; ratio fuit,
cogitatione noſtra celerius innumeras ſtirpium
conficiens peragensque proprietates. Hoc etiam D
nunc inſitum telluri præceptum, ipſam quotãnis
ſuas quas habet vires,ad herbas,ſemina,arboreſ-
que generandas elicere cogit,atq; impellit. Nam
vti turbines à primo ipſis indito ictu, ſequentes
efficiunt conuerſiones vertigineſque, cum ipſo
centro fixo in ſeipſis verſantur:ſic & naturæ ſanè
ſeries inde à primo illo imperio principio ſum-
pto,per omne tempus, eodem ordine progredi-
tur:quouſque tandem ad ipſam communem vni-
uerſi peruenerit conſummationem. Ad quam &
nos omnes referti fructibus, pleoique bonorum
operum properemus, vt plantati in domo domi-
ni in atriis dei noſtri effloreſcamus, in Chriſto
Ieſu domino noſtro:quem decet gloria & impe-
rium in ſecula ſeculorum, Amen.

Hier. xvij & xviij.

Argu. à ſimili.

Colorum varietates.

Odorum.

HOMILIA SEXTA, DE creatione luminarium.

DIXIT *autem deus, fiant
luminaria in firmamẽto cæ-
li, vt luceant, & illuminent,
& diuidant diẽ & noctem.*) E
Spectatorem cõcertaotiutu
participem, & ipſum alicu-
ius eſſe vehementiæ vigo-
riſque oportet. Idque ex pa-
negyricis ritibus quiſpiam conſpexerit, qui con-
ſidentes in theatro, nudo ſedere capite iubent,
quo non ſolum (vt mihi videtur (certantiũ de-
ſideat ſpectator,ſed etiã ipſe aliqua ex parte con-
certator ſit. Eodem itaq; modo magnorum etiam
admirabiliumque ſpectaculorũ inquiſitorem,eo-
rumque auditorẽ,quæ à ſumma, vera ineffabiliq;
ſapientia profluxerunt, adminicula quædã ex ſeſe
nimirum habentẽ acceſsiſſe oporteret ad ea quæ
proponuntur ſpectãda,participemque mecũ cer-
taminis,quoad facultas ſuppetit, eſſe, non magis
iudicem, quàm cõcertantem:necubi fortaſſè nos
prętereat iouẽtio veritatis,ac proinde error meus
cõmunis fiat auditorum iactura. Qua quæſo gra-
tia mihi hæc dicuntur? Quia cũ inquiſitio mundi
cõſtitutionis nobis vniuerſique contẽplatio pro-
ponatur principia cuius non ex mundi ſapientia,
ſed ex iis ſumenda ſunt, quæ ſeruũ ſuum deus edo
cuit,in viſione loquutus illi, & non per ænigma-
ta,eos omnino qui rerũ non mediocriũ ſpectan- F
darũ auidi ſunt,neceſſe ſit non inexercitatã men-
tem habere ad proponendarũ nobis rerum per-
ceptionem. Si vnquam itaq; ſerena nocte admi-
rabilem ſtellatũ ornatum ac ſpeciem intenta ocu
lorũ acie ſuſpexiſti,venitq; ſubinde tibi in mentẽ
artificis vniuerſi, quiſnã is ſit qui ſideribus hiſce
veluti floribus cœlũ miris modis diſtinxit ac per-
ornauit, egitque ut neceſsitas ipſorũ delectationẽ
ex tantæ pulchritudinis aſpectu capiendã exupe-

A ſimili arguit.

Nimirum Moſen.

ret. Rurſus, ſi quidem interdiu cogitatione menteque ſobria mira diei ſpectacula didiciſti, atque per ea quæ cernuntur eum qui non cernitur animaduertiſti, paratus auditor profectò, cœtuq; dignus huiuſce glorioſi perbeatiq; theatri accedis.

Simile.

Age igitur, iam & ipſe, perinde atque ij factitare ſolent, qui eos quibus nulla vnquam interceſsit vrbium conſuetudo, prehenſa circunducunt manu: itidē ego vos ad huiuſce eximia magnitudine vrbis occulta miracula viſenda circūducā. Hac in vrbe ſanè, in qua vetus illa eſt patria noſtra, à qua A expulit nos homicida dęmon ille, ineſcationibúſque ſuis hominem in ſuum abduxit mancipium, hic inquam primā hominis conſpicies creationē, mortemq́; eam quæ nos protinus occupauit, quā peccatum genuit primogenita proles dæmonis principis vitiorum. Atque teipſum noſces terreū quidem natura, manuum autem diuinarū opus, & viribus quidem animantibus brutis longè inferiorem: omnium autem, tam irrationaliū quàm inanimatorum, diuina voluntate ſententiaq; principem conſtitutum: inferiorem quidem apparatu naturæ: rationis autem copia vel ad cœlum vſque ſeſe efferendi præditū facultate. Hæc edocti, noſmetipſos vtique cognoſcemus, Deus per nos cæteris innoteſcet, creatorem adorabimus, domino ſeruiemus, patrem glorificabimus, paſtorem altoremq́; noſtrū amore charitateq; proſequemur eum qui nobis beneficia contulit venerabimur: principem denique noſtræ vitæ datoremque, cū præſentis, tum etiam futuræ adorare non ceſſabimus: eum inquam, adorabimus, qui per eas quas B prærogauit diuitias, illorum quoque certò fidem facit quæ ſe daturum pollicitus eſt, bonorū: & doctricæ experiētia præſentiū, ſpem ſancit firmatve noſtram, de futuris.

Collatio à minori.

Hæc enim temporaria, talia ſi ſunt: qualia ſperes fore æterna? Et ſi ea quæ cōſpiciuntur adeò bella ſunt, adeò pulchra: qualia putanda ſunt ea quæ oculis ſunt inuiſibilia? Si magnitudo cœli mentis humanæ metiendi facultatem exuperat: quænam mens, quis intellectus, quæſo rerum inueſtigare ſempiternarum naturā poſſet? Si ſol iſte corruptioni ſubiectus, adeò pulcher eſt, adeò magnus, velociſsimus quidem motu, ſuas autē peragens ordine decētiſsimo periodos, moderata quidē ad vniuerſum præditus magnitudine, vt haud quaquam proportionem totius reliquæ machinæ admenſuratam tranſgrediatur: pulchritudine verò naturæ quaſi quidam oculus ſplendidus creaturam ipſam condecorans, cuius ſi aſpectus inſatiabilis eſt, qualémnam ipſum eſſe iuſtitiæ ſolem arbitrari nos debemus? Si ſolem hunc haud conſpicere, detrimentum eſt homini cæco: qualis, tandem iactura, quamtúmve diſpendium, eſt peccatori veriſsima illa luce carere?

Sol mūdi radioſiſsimus oculus ac prælucidus.

ET *dixit deus: fiant luminaria in firmamento cæli, vt luceant ſuper terram, vt diuidant diem ac* C *noctem.*) Cœlum ac terra præceſſerunt: lux poſt cœlum & terram creata eſt: nox & dies diſcretæ ſunt: tum firmentum eſt ortum, arida dein emerſit, atque aquæ confluxerunt vnum in locum ſibi præſtitutum ac definitum. Terra demum ſuis eſt germinibus referta, cum innumeris herbarū generibus editis, tum formis variis fruticum arborumque momēto exortis exuberans. Sed nondū erat ſol neque luna, ne lucis principem patremq́; ſolem appellarent: nec eorum quæ naſcuntur è terra, creatorem cēſerunt eſſe qui deum ignorāt. Idcirco quartus iam dies acceſsit, & tunc deus dixit. *Fiant luminaria in firmamento cæli.*) Cum perceperis eum qui dixit, illicò cogitatione cum ipſo copulas eum velim, qui audiuit.

Sol & luna cur quarto die condita.

Deus dixit: fiant luminaria, & fecit deus duo luminaria. Quis dixit? & quis fecit? nónne animaduertis in hiſce, duas eſſe perſonas? Vbique dogma illud theologiæ, hac in enarratione myſticè inſperſum eſſe videtur. Et additur iis, officium vſuſque luminariū ortus: vt luceāt ſuper terram. Si lucis ortus ſolem anticipauit: cur nūc ſol vt luceat ſuper terrā exortus dicitur eſſe? D Principiò quidem, ne vulgaris illa dictio riſum tibi moueat. Siquidem nō ſectamur verborum elegantiam, quæ apud vos ſuſpicitur, neque cōcinnæ verborum ſtructuræ magnopere ſtudemus. Apud nos enim nō ſunt, qui verba tornando expoliāt: neque curæ nobis eſt ſonora vocum modulatio: ſed vbique præfertur clara & expreſſa vocum ſignificatio. Vide ergo num dilucidè ſatis quod volebat, per lucis dictionē expreſſerit. Lucem nanque pro ſplendore & illuminatione poſuit.

Hiſtoria interſperſa eſt myſteriis. γνώμη memorabilis.

Non aduerſantur hæc illis ſanè quæ de luce ſunt dicta. Tunc enim ipſa natura lucis producta eſt: nunc autem hoc ſolis corpus eò conditum eſt, vt illi primogenitæ luci vehiculum eſſet. Nam vt alia diuerſaque ſunt, & non eadem ignis atque lucerna: & ignis quidem illuminandi vim obtinet: lucerna autē idcircò facta eſt, vt vel moderatam lucem ſubminiſtret egentibus, ſic & illi puriſsimæ, ſyncerę, immaterialique luci ceu ve- E hiculū nūc ipſa luminaria ſunt extructa.

ἥλιος ὄχημα πρωτογόνου φωτός.

Vt enim Apoſtolus quoſdā aſſerit fuiſſe luminaria in mūdo: cùm interim alia ſit vera lux mundi, cuius participatione ſancti animarum facti ſunt luminaria, quas erudiebant, eas eximentes ignorantiæ tenebris: ad eundem quoque modum vel nunc poſt conditam lucem illam micantiſsimam, hunc ſolem quem creauit ipſe opifex, ad illuſtrandum mundi ambitum ſua luce perfudit. Atqui incredibile nemini videatur & à fida abhorrēs, quod dictum mihi eſt, aliud nimirum quiddam eſſe à luce ſplendorem, aliud item corpus ſubſidens luci ac ſubiectum. Primùm enim res omnes compoſitæ, ſic à nobis diuidi ſolent, in ipſam eſſentiam ſuſceptricem, & in eam quæ ipſi accidit qualitatem. Vt igitur diuerſa ſunt hæc natura, albedo, inquā, & corpus dealbatū: ſic & ea quæ modò diximus, differunt quidem, vnita tamen ſunt potētia creatoris. Itaque ne mihi dixeris, fieri hæc non poſſe, vt lux à corpore ſolis ſeparetur.

Rei omnis compoſitæ ſubſtantia eſt & accidentaria eius qualitas.

Neque enim ego lucis à ſolis corpore ſeparationē mihi ac tibi poſſibilem eſſe dico: ſed aſſerendum eſſe cenſeo, quę mentis ſola agitatione, cogitationeque diſparari à ſe poſſunt, ea re ipſà ſeiungi facultate creatoris vtriuſque naturæ poſſe. Nam & ignis vim vſtiuā ab eius ſplēdore tu quidem ipſe ſeparare minimè F vales: deus autem volens famulum ſuum reddere ſibi attentiorem illo admirabili ſpectaculo, in rubum ignem ſplendore ſolùm agentem, otioſam autem flagrandi vrendique facultatem habētem immiſit, vt & Pſaltes teſtatur: Vox domini, dicēdo, intercidentis flammam ignis. Vnde arcana quædam doctrina nos docet, cum pro iis, quæ in vita geſsimus, mercedes nobis retribuētur, naturam

Confirmat. τῷ παραδείγματι. habes Exo. cap. 3.

ram ignis in hæc diſtributum iri: Lux ſanè iuſtis in perennem & peramœnam fruitionem cedet: è diuerſo ſupplicio addicendis ſeorſim attribuetur vis vſtiua. Ad hæc, tamen ex lunæ affectibus, eorũ quæ in quæſtionem poſuimus, inuenire poſſumus fidem. Deficiens enim deliquio luna, decrementáque ſuſcipiens, non corpore toto abſumitur, ſed lumen quod acceſſerat, ipſa deponẽs, iterumque aſſumens, ſpeciem nobis incrementi decrementíque exhibet. Enimuero lunæ corpus haud abſumi cum in deliquio eſt, argumento dilucido ſunt ea quæ cernimus. Licet enim tibi liquido in aëre atque omni nebula liberato, cùm potiſsimum in cornua luna curuatur, partẽ ipſius obſcuram, lu-

A minéque carentem, tanta orbis ſui curuatura circunſcribi conſpicere, quanta totum ſplendorem cũ ſinuatur in orbem, obit: vt aſpectu ſinũ obſcurum aëris æmulum ad eam referente partem quæ lucet, integer totúſque orbis perſpicuè videatur. Et noli mihi proferre lucem aduentitiam eſſe lunæ: propterea quòd imminuitur quidem cũ ſolẽ verſus motu cietur: accreſcit autem cũ ab eodem diſcedit. Non enim hoc in pręſenti nobis inueſtigandum proponitur: ſed illud, aliud eſſe lunæ corpus, aliud lucẽ ipſius qua lucet. Tale aliquid mihi cogita & de ſole, præterquàm quòd is ſemel acceptam, ſibíque attemperatam lucem nunquam deponit: luna vero continuè quaſi ſeipſam expolians atque veſtiẽs luce, & ea quæ de ſole ſunt dicta, viciſsitudinibus ſuis hiſce per ſe cõfirmat. At vero hiſce luminaribus diui diem & noctem ſtatutum eſt. Etenim ſuperiùs quidem à tenebris lucem diuiſit deus, ipſorumq́; naturam tum ad con-

B trarium ſtatum dimouit, adeóque ſeiunxit, vt inter ipſa nulla ſit prorſus immixtio, lucique cũ tenebris nihil ſit omnino commercij. Quod enim vmbram diurno tempore nouimus eſſe, id noctu tenebrarum naturam eſſe putare oportet. Nam ſi omnis vmbra ſplendore aliquo lucente, aduerſa luci ſemper ab obiectis corporibus excidit, & mane quidem ad occaſum protenditur, veſpere autẽ oriẽtem verſus declinat, & in meridie rurſum ad ſeptẽtrionis iacitur plagas: nox quoque pari modo contrarias ad partes radiis ſanè cedit: nec aliud quicquam eſſe ſecundum naturam, quàm vmbra terræ videtur. Vt enim interdiu à corpore luce ſeſe opponente decidit ipſa vmbra: ſic & in aëre ſanè terræ circumfuſo nox ipſa cum vmbris obiectu telluris efficitur. Hoc ipſum ſanè inſinuat, quod dictum eſt: Et diuiſit deus à tenebris lucem. Quippe cum tenebræ lucis incurſiones minimè patiantur, ſed fugiant: hoc primo iam in ortu na-

Collatio phyſica.

C turali, hac inter ſe diſcordia conſtituta nunc autẽ metiendo quidem diei ſolem præfecit, lunam autem quoties luminis plenum, totum ſuũ obtinet orbem, principem noctis conſtituit. Tunc enim hæc lumina è regione diſpoſita ſunt, ſibíque ferè per diametrum opponuntur. In pleniluniis enim exoriente ſole, luna deſcendit, ac deliteſcit facta obſcurior: contrà verò ſole occidente, oritur eadem ſæpenumero ex aduerſoque exurgit nimirũ ab oriẽte. Quod ſi cæteris in formis, atque figuris lunare lumen non vnà cum nocte ex æquo perficitur, nihil ad inſtitutum ſermonem refert. Cæterum vbi tota lumine perfunditur vſquequaque perfecta, tum noctis quidem obtinet principatũ, ſuo lumine ſtellas illuminãs, & vniuerſam colluſtrans tellurem, æquè vero atque ſol ſpatia temporis ſecat. Et ſint in ſigna, & tempora & dies & annos. Neceſſariæ profectò ſunt luminariũ in hominum vita ſignificationes. Nanque ſi non vltra modum ſigna quiſpiam, quæ ab ipſis proficiſcuntur exploret, vtiles ipſorum obſeruationes eas inuenerit, quas experiẽtia longa probauit. Cõplura cuiq; ſanè de imbriũ alluuione, cõplura de ſiccitatibus, cõplura de flatuũ agitationibus, aut in parte, aut in vniuerſo, vehemẽtioribus ac leuioribus diſcere licet. Nam & vnum quid eorũ, quæ à ſole oſtendũtur, dominus nobis tradidit hiſce verbis: Quia tẽpeſtas erit: rutilat enim triſte cœlũ. Cùm

Influxuum cœleſtiũ cognitio vtilis.

Prognoſticon euangelicum.

D enim per caliginem nebulámve aſcẽſus fuerit ſolis, radij tum obfuſcantur: ipſe rutilus veluti pruna, coloréque propè ſanguinis æmulus cernitur, aëris craſsitudine viſionem hãc in aſpectibus noſtris efficiente. Quod ſi non diffuſus à radiis tum aër ille addenſatus & in ſeſe coaleſcens, apertum eſt ob vaporum illorum effluentiam è terra tunc aſcendentium, ſuperari non potuiſſe: ſed ob humoris copiam tandem eas in regiones in quibus ſe colligit, tempeſtatem eſſe allaturum. Similiter & luna cum caliginoſo humore circundatur, idẽ portendit. Et cũ orbes ij ſolẽ cingunt, quos areas appellare ſolent, aut cœleſtis aquæ copiam ſignificant, aut flatuum vehementium concitationem. Quinetiam ij quos aduerſos ſoles appellant, cum ſolis conſequuntur curſum: accidentium quorundam aëris præſagia fiunt. Quemadmodum & virgulæ, colore iridis præditæ, rectæ in nubibus ap-

Prognoſticon ex luna & ſolis.

E parentes, imbres ſæuos, aut tempeſtates atrociſsimas, aut aëris omnino non mediocrem mutationem portendũt. Complures quoque ſignificationes & circa lunam obſeruantur, accreſcentẽ decreſcentemque, qui huic ſtudio operam impẽderunt: quaſi aër terrę imminens vnà cum ipſius lunæ formis neceſſariò permutetur. Tertio nanque die ſi tenuis ſit, puroque nitore fulgeat ſerenitatẽ conſtantem prænuntiat, ſin craſſa cornibus ſubrubicundaq́; cernatur, aut impetuoſam & immodicam, è nubibus aquam, aut horridam auſtri cõcitationem minatur. Quanto autem emolumẽto ſint vitæ humanæ, quantamque vtilitatem eidem præſtent tales ex hiſce luminaribus obſeruationes, quis ignorat? Licet nautæ ſuam intus in portu continere nauem ex vẽtorum agitatione ventura pericula præuidenti: licet viatori incõmoda cœli vitare, ex ipſa cœli triſtitia, mutationem aëris expectanti: licet & agricolis qui in ſerendis ſeminibus, cultuque ſtirpium elaborant, omnium hinc

F officiorum, operumque ſuorum exercendorum opportunitatem tempúſque ſemper idoneũ inuenire. Iam verò diſſolutionis etiam vniuerſi ſigna, dominus ſolem daturum, & lunam, & ſtellas prædixit: Sol vertetur in ſanguinem: & luna non dabit lumen ſuum. Hæc vniuerſæ conſummationis ſunt ſigna. Sed homines ij, qui ſepta tranſiliunt, ad defenſionem Genethliacæ artis multò vaniſsimæ, hanc trahere ſcripturæ ſententiam conantur. Atque aiunt vitam noſtram à cœleſtium corporum motione pendere, & hanc ob cauſam ex ſideribus a Chaldæis eorum notationes effectuum, qui nobis accidunt, fieri: ſermonemque ſimplicem hunc ſcripturę: Sint, inquam,

Παροιμία.

in ſigna,non eorum quæ accidãt aëri, neque mutationis temporum,ſed ad hoc ſignificandũ quod ſibi videtur,accipiunt de genere vitæ vnicuilibet hominum velut ſortitò diſtribuẽdæ. Quid enim aiunt? Nimirum quia coniunctio permiſtióve aſtrorum quæ mouentur ad eas ſtellas quæ in orbe ſignifero collocatæ ſunt,ſi talis fuerit inter ſe concurrentium figura, tales efficiet hominum generationes atque ortus: ſin talis fuerit habitudo, contrariam reddit vitæ ſortem. Elucidandi iſtius argumenti gratia, neutiquam fuerit inutile hac de re altiùs aliquantò repetita diſſerere. Dicam autem nihil ex me ipſo ſanè, ſed illorum ipſorum ad illos redarguendos ſentẽtiis vtar. Hinc enim iam præoccupatis hoc morbo remedium, cæteris, ne ſimiles in errores incidant, ſecuritas tuteláque afferetur. Genethliacæ artis inuentores,cum in temporis amplo ſpatio complures figuras ſuam ipſorum conſcientiam fugere percepiſſent, in anguſtum admodum temporis cõtraxere menſuras, vt minutiſsimo quoque & ſubitaneo articulo, quale eſt quod apoſtolus dicit, In momento temporis,in ictu oculi,plurimum differentiæ ſit inter natiuitatem & natiuitatem. Vt is quidem qui hoc in momẽto genitus eſt, tyrannus ſit,ciuitatum populorumque princeps, locupletiſsimus,præpotens. Is autẽ qui natus eſt temporis ſequenti momento, pauper quidam ſit futurus aut mendicus, circulator vel præſtigiator, ex oſtiis oſtia permutans quotidiani conſequendi cauſa victus. Quamobrem eo orbe, qui ſignifer appellatur,duodecim in parteis diuiſo, cùm in triginta dierum ſpatio partem ſol eius globi transeat duodecimam, quem inerrantem appellant,triginta in portiones ſingulas illas duodecim parteis ſecuerunt. Tum ſingulis portionibus illis in ſexaginta minuta diuiſis, minuta hæc ſingula horum ſexaginta rurſum in alia ſexaginta modo ſimili diuiſere. Poſito igitur enixu eorum qui in lucem edũtur,videamus,obſecro, ſi hanc exactiſſimam temporis diuiſionem autores hi ſibi valeant conſeruare. Nam ſimul atque æditus puſio eſt,mas an fœmella ſit,obſtetrix explorat:tum vagitum expectat infantis, nimirum indicium vitæ eius,qui natus recens eſt. Quot hoc tempore vis ſexageſima præteriiſſe minuta? Dicit obſtetrix deinde Chaldæo partum qui editus eſt: quot minutiſsima momenta vis intereà dum obſtetrix loquitur,prætercurriſſe? præſertim ſi fortè fortuna fuerit non in conclaui mulierũ Chaldæus ille præſens,ſed in ædium atrio aut veſtibulo,tempus horamque reponens. Et cum eum qui definiturus eſt diligenter tempus ac horam, exploratoria nimirum horarum percipere oporteat, ſiue diurna ſint, ſiue nocturna: quot minutorum hoc quoque tempore,quæſo,præteruolat prẹteritque examen? Compertam enim eam eſſe ſtellam, qua tempus horaque ſit exploranda, non ſolum quãta in parte ſit duodecima, ſed etiam quàm iuxta duodecimæ portionem partis, in quotoque minuto ſexageſimæ eorum, inquam, in quæ diuidi diximus portionem: aut vt exactiſsimè comperiatur,quoto in ſexageſimo eorum in quæ ſubdiuiſa ſunt ſingula ſexageſima illa prima, neceſſe eſt. Atque hanc tamen adeò tenuem ſubtilemque temporis inuentionem,quanquam attingere nequeunt, ſingulis in ſtellis errantibus faciendam eſſe neceſſariò dicunt, vt qualem ad adhærentes cœlo fixáſque ſtellas ipſæ diſpoſitionem habitudinémve haberent, qualiſque ipſarum eſſet inter ſeſe figura, cùm in lucem ederetur fœtus, compertum ſit tandem ac exploratum. Quæ cum ita ſint, ſi fieri non poteſt, vt tempus illud exactiſsimè quiſquam attingat, variationeque, vel breuiſsimi temporis fit, vt tota via penitus aberretur, deridendi profectò non mediocriter eſſe videntur, tam ij qui ſtudio huius indulſerunt artis, quam in ratione rerum nuſquàm eſſe conſtat, quàm ij qui hiantes ab illorum ore pendent intenti: perinde quaſi omnia illi ſcire poſsint, quæ ipſis ſunt euentura. At qui tandem illi effectus ſunt, qualéſve genitalis iſtius prædictionis? Ille talis, inquiunt, criſpanti decorabitur capillitio, eritque aſpectu mirè gratioſus. Eſt enim editus in lucem arietis tempore. Tale autem ipſum animal aſpectu quodammodo eſſe videtur. At erit & animo grandi, atque elato: quippe cum & aries dux ſit gregis: faciet etiam omnia animo prompto: denique ad quæſtum ingenio erit ſolerti ac prouido. Nam hoc animal & citra moleſtiam vellus laneum deponit, & à natura facilè rurſum eodem ſanè veſtitur. Sed in tauro natum tolerantem eſſe laborum dicunt, atque ſeruilem: quoniam & taurus iugo ſubiicitur. Eſt & qui ortus eſt in ſcorpio, propenſus ad ferendum atque ad inferendos ictus paratus, ob ſimilitudinem eius beſtiæ. Et iuſtitia præditus itidem is, quem enixa eſt ſua parens tempore libræ, non niſi ob trutinæ, lanciumque, noſtri, inquam, inſtrumenti, quo pondera libramus, æqualitatem. Iſtis quid ineptius aut deridiculum magis? Aries is, à quo natiuitatem hominis ipſe ſumis, cœli pars eſt duodecima: in qua cum fuerit ſol, puncta verna ſignaque tangit: & libra ſimiliter, atque taurus partem orbis ſigniferi duodecimam occupant. Cur igitur illinc vniuſcuiuſque vitæ hominis præcipuas proficiſci cauſas aſſerens, ex iſtis pecudibus natorum hominum mores exprimis atque effingis? Eſt autem is ad erogandum procliuis, qui natus eſt in ariete, non quia pars illa cœli tales efficit mores, ſed quòd hoc pecus naturam talem ſortitur. Quid igitur nos exterres, & huiuſce imples religionis, vindicans tibi autoritatem ac fidem ab aſtrorum aſpectu: & interim hæc ipſa eniteris nobis perſuadere per pecudum balatus? Nam ſi cœlum tales motum habeat proprietates, ab animalibus iſtis ſumptas, ipſum etiam cœlum alienis principiis eſt ſubiectum: quippe cum à pecoribus cauſas pendentes habeat tales. Id aſſerere ſi ridiculum ſit: longè magis ridiculum eſſe conſtat, ex iis, quorum nulla prorſus affinitas eſſe videtur, ſententiam illam eniti veriſimilem eſſe, atque probabilem demonſtrare. Sed hominum iſtorum elegantes iſtæ ſententiæ ſapientéſque rationes, perſimiles ſunt aranearum telis, in quas ſi culex, ſi muſca, ſi quippiam aliud inciderit inualidis hiſce beſtiolis ſimile, irretitum retinetur. Sin validiuſculum irruperit animal, ipſum facilè admodum elabitur, penetrat, & iſtiuſmodi imbelles illas perrumpit telas, ac demolitur. Atqui non in his ſolum conſiſtunt, ſed etiam eorum cauſas corporibus cœleſtibus

tribuere

Margin letters: A (at "Dicam autem nihil"), B (at "transeat duodecimam"), C (at "exploratoria nimirum horarum"), D (at "pendent intenti"), E (at "Iſtis quid ineptius"), F (at "Id aſſerere ſi ridiculum ſit").

Marginal notes:

Cominus pugnat cũ aſtrologis vanitatibus.

Aggreſſio.

ἐν ἀτόμῳ καὶ ἐν ῥιπῇ [illegible]

ἀπλανοῦς σφαίρας.

[illegible] aſtrologice.

ἀράχνια ὕφη. Collationẽ hanc tribuunt Zaleuco Locrenſium legiſlatori.

tribuere pergūt, quorum electionem cuique noſtrum propriam eſſe conſtat, morum inquam ac ſtudiorum, probitatis atque improbitatis. Hiſce nugis controuertere, alioqui ridiculum videtur. Sed quia pleroſque homines hoc errore præoccupatos eſſe non ignoramus, eiuſmodi nænias haud ſilentio præterire neceſſe eſt. Primum igitur illud ipſos interrogabimus, ſit ne vt ſingulis diebus ſiderum figuræ mille modis mutentur, ac A varientur? Nam cum vagæ ſtellæ perpetuò continuóque moueantur, citiùs planetæ alij in alios incurrant & apprehendant, & partim tardiore motu ſuos efficiant orbes: fit vt eadem in hora ſæpenumero tum mutuò ſeſe conſpiciant, tum occultentur. Et cum maximam vim habeat in hora geneſeos ſiue natiuitatis, ab effectrice bonorum, an malorum conſpici, ſtella, vt ipſi cenſent, ſitne vt ſæpe cum haud id attigerint ipſi tempus, quo bonorum effectrix ſtella dominabatur, ob vnius ignorantiam minuti, eâ tum vt in mala ſitam fortuna deſignent? Cogor enim eiſdem nunc vti verbis, quibus & illi ipſi vti cōſueuere. In verbis igitur huiuſmodi magna quidem amentia, multò verò maior impietas continetur. Maleficæ enim ſtellæ, ſuæ ipſarum malignitatis cauſas in ſuum tranſſcribunt factorem. Nam ſi natura ſtellis cōpetit maleficium, ipſe ſanè creator effector erit malignitatis: ſin improbæ voluntate ſua, malæque euadunt. Primùm quidem, animantia quæque erunt boni malíque electiua & ſoluris appetitionibus imperioſiſque vtentur: quod quidem inanimis falſò tribuere, ſummæ dementiæ conB ſtat eſſe. Deinde quantum à ratione diſſonat, malum ac bonum non pro dignitate cuique diſtribuere? Sed cum hoc in loco fuerit, bonam: cum ab hoc conſpecta ſidere fuerit, malam eandem dicere ſtellam: cum parumper deníque declinauerit à figura, ſuæ protinus obliuiſci malignitatis? Sed hæc quidem hactenus ſint dicta. Si verò ſingulis in momentis temporis atque punctis, in aliam atque aliam ſidera figuram permutando ſe accommodant: in innumeris autem huiuſcemodi mutationibus quæ vna die tantædem contingunt, figurationes eiuſmodi regiarum natiuitatum perficiuntur: cur ſingulis, quæſo, diebus non reges naſcuntur? Aut cur apud ipſos reges omnino regna per ſucceſſiones traduntur? Non enim quemque regem ortum filij ſui, ad regiam ſiderum figuram obſeruantem accommodare dicere audent. Quis enim mortalium rei talis dominus eſſe poteſt? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achas, Achas Ezechiam, & horū nulli nanciſci contigit ſeruilem natiuitatis ſuæ horā? Deinde ſi non probarum ac improbarum operationū principia penes nos ſita ſunt, ſed ex ortu neceſſitudines emergunt: fruſtra profectò legum latoC res agendas res & non agēdas, ſed fugiendas præſcribunt: fruſtra ſunt iudices etiam, virtutem honore, vitium pœnis afficiētes. Non enim hoc pacto iniuria cōnulſa, furis eſt aut homicidæ: quippe cui neque volenti quidem, ob ineuitabilem ipſum impellentem ad agēdum neceſſitudinem, manum cōtinere licuerit. Vaniſſimi denique homines ſunt, & qui dant artibus operam, in ipſiſq; elaborant, quando rectè quidem facturus videtur agricola, ſi neque ſemen vllum in terrā deiecerit, neque ad meſſem falcem exacuerit ſuam, quin & mercator, velit, nolit, ſupramodum diteſcet, quando ipſi fatum affatim accumulat luculentas & vberes diuitias. Spes porro magnæ illæ chriſtianorum euaneſcent omnino nobis, atque peribunt: quippe cum neque iuſtitia honoribus vllis afficiatur, neq; peccata puniantur: propterea quòd nihil prorſus ab hominibus libero animi propoſito agatur. Nam vbi neceſſitas vrget fatumque dominatur, nullum id ibi locū obtinet, D quod pro dignitate pēditur: id, inquam, quod iuſti iudicij munus præcipuum eſſe conſtat. Sed cōtra illos eouſque ſit diſputatum: neque enim vos pluribus verbis egetis: quippe à vobiſmetipſis eſtis præditi fidei ſanitate, & tempus non patiatur vltra modum cōtra illos prolixiorem prorogare ſermonem. Ad ea nos quæ cōſequuntur ordine verba, redeamus oportet. *Sint in ſigna*, inquit, *& tempora, & dies, & annos.* Dictum iam eſt à nobis de ſignis. Tempora autem exiſtimamus ſcripturam dicere quatuor viciſſitudines tēporum, hyemis, inquam, veris, æſtatis, ac autumni: quorum periodus ordine miro ab ordinatiſſima proficiſcitur luminarium motione. Tunc enim fit hyems, cum ſol in auſtrinis regionibus moram trahit: vmbramque eam in qua nox ipſa conſiſtit, circa hanc noſtram plagam, copioſam adeò facit, vt refrigeſcat aër inde telluri propinquus: & omnes exhalationes humidæ circa nos coactæ concretæque imbrium, glaciei, niuiſque copioſiſſimæ cauſam atque materiam præſtent. At cum contrà remeans ſol auſtrinis à finibus ad ipſum medium tendit, vt ex æquo partiatur diei E noctiſque tempus: quantò ſuper terram plus moræ trahit, tanto temperiem aëris maiorē pro portione reducit, atque ver oritur: cunctis quidē ſtirpibus, germinandi princeps & autor: quàm plurimis vero arboribus reuiuiſcendi cauſam exhibens, animalibus autem tam terreſtribus, quàm aquatilibus omnibus ſucceſſione prolis generis adminiſtrans conſeruationem. Iam verò ſol illinc vrſam verſus aquilonarē ad ſolſtitia pergens æſtiua, dies nobis maximos præbet. Et quia plurimo tempore tum hoc in aëre moratur, ideo tum & aërem noſtro capiti imminentem perurit, & vniuerſam tellurem exiccat: ſeminibus inde maturationem ſubminiſtrando, & ad concoctionem fructus arborum compellendo, cum & flagrantior exiſtit, & breuiores vmbras meridie facit: propterea quòd ab excelſo noſtras has illuminat regiones. Maximi nanque dies ij ſunt, in quibus vmbræ breuiſſimæ fiunt. Breuiſſimi contrà dies ij ſunt qui longiſſimas vmbras habēt: Idque apud nos accidit, qui Heteroſcij vocamur, nimirum ab alterius partis vmbra, quique tractus aquilonios habitamus. Iam enim quidam ſunt, qui duobus diebus in toto anno penitus vmbra carent in me- F ridie conſtituti: quos à vertice ipſe ſol illuſtrans, ex æquo vndiquaque ſuo lumine circunfundit, adeò vt per ora anguſta profundorum aquas puteorum, etiam ſua luce illuminet. Hos ea de cauſa, ſunt, qui ἀσκίους (id eſt, ſine vmbra exiſtentes) vocant. Eorum præterea qui vltra Arabiam odoriferam illam, incolunt: vtranque verſus partem vmbræ viciſſim & alternis excidere ſolent. His enim ſolis mortalium orbem hunc habita-

In Genethliacos & Astrologos fidem vanitatis disputat. [margin note, partly illegible]

Ex hoc ratio, aſtrologorum vanitatē vrget vehementer.

Irriſio ſunt in aſtrologos.

γνώμη.

Tēpora hic quatuor anni viciſſitudines. Hyemis autē ſpeciē quando.

[illegible Greek margin note]

bilem noſtrum, id vt peculiare quid contingit, vt & auſtrales verſus regiones eorum vmbræ meridie caderent. Vnde & à quibuſdam Amphiſcij, id eſt, vtrinque vmbriferi nuncupantur. Hæc autem omnia porro tum euenire videtur, cum ad aquilonias ſol iam permeauerit plagas. Ex his coniecturam ſumere licet, quãtus is æſtus ſit, quem ſol in aërem ſuis radiis imprimit, quales quantóſque accidẽtarios effectus agere poſsit. Hinc autumni

Dies & annus.

tempus deinceps vbi ſucceſsit, exuperantem quidem vim ęſtus infringit: calorem autem paulatim

A cum temperamenti mediocritate remittens, innocuè nos per eam temperiem ad hyemis tempus frigoraque perducit: ad auſtrinas ſole videlicet regiones tum ab aquiloniis remeante. Hæ tẽporum viciſsitudines, hæ varietates ſolis motiones conſectantes, vitam nobis & quæ ad vitã ſunt neceſſaria diſponunt, ac adminiſtrãt. *Si, inquit, & in dies.*) Non vt dies creent aut faciant: ſed vt ipſis diebus præſint. Dies enim & nox luminarium ortum anteceſſerunt. Id ita eſſe declarat & ipſe pſalmorum autor. Poſuit, inquiens, in poteſtatem diei ſolem: lunam & ſtellas in poteſtatem noctis. Quonam igitur modo poteſtatem diei ſol obtinet? Quia lucem in ſeſe circunferens, vbi tandem horrizonta noſtrum, hoc eſt, finitorem noſtri hemiſphærij fuerit prætergreſſus, diſſolutis fugatiſque tenebris, diẽ præſtat. Itaque non aberrauerit quiſquã, ſi diem definiens, aërem eſſe dixerit illuminatum à ſole: aut quantitatem temporis tantam quo ſol in globo noſtro dimidio ſupra terram moram trahit. Sed & ad annos agendos

Dies.

Diei duplex ſenſus.

Annus. Lunaris annus. Solaris annus.

B ſol atque luna principes ſunt conſtituti. Nam luna cum duodecies ſuum peregit curſum, effectrix eſt anni, excepto menſe intercalari, cuius egere præſepe videtur ad exactiſsimum temporũ agendum concurſum, quemadmodum Hebræi vetuſtiſsimo tempore antiquiſsimique Gręcorũ olim annum metiebantur. Solaris autem annus eſt, cũ ad idem ſol punctum ſiue ſignum vnde profectus eſt, ſuapte motione redierit. *Et fecit deus duo luminaria magna.*) Cum magnum aliud ſignificationem habeat abſolutam, vt magnum eſt cœlũ, & terra magna mareque: aliud magna ex parte referri ad aliud ſuapte natura ſoleat, vt magnus equus, magnus bos. Neque enim hæc teſtificationem ſiue commẽdationem accipiunt ſuæ magnitudinis ab exuperanti mole corporis, ſed ex collatione ad ſimilia. Vtro igitur modo magni ſignificationem nunc capiemus? Vtrum vti formicam aut aliud quiduis eorum quæ natura ſunt parua, magnum pronũtiamus, propter comparationem ad alia eiuſdem generis, ipſius exceſſum referentes? an eo modo quo luminarium magnitudo in ſua propria conſtitutione naturaque monſtratur? Equidem hoc modo magnum nunc eſſe cenſeo capiendum. Non enim ſol atque luna, quia maio-

C rem quàm ſtellæ minores, obtinent molem, ideo luminaria magna dicũtur: ſed quia tanti ſunt ambitus, vt is qui ab ipſis diffunditur ſplendor, cœlũ colluſtret ac aërem, atq; ad vniuerſam terrã ſimul mareq; ſeſe extendat, cunctaq; cõpleat. Enimuero quacũque in parte cœli fuerint hæ magnæ ſtellæ, & exorientes, & occidentes, & medium occupantes, à quocunque loco ſemper ab vniuerſis hominibus æqualis magnitudinis conſpiciuntur. Quòd ſanè magnitudinis excellentis, immenſæq; molis argumentum dilucidum eſſe conſtat: proptereà quòd amplitudo latitudoque telluris momenti nihil prorſus afferre videtur ad ipſarũ moles, aut maiores, aut minores cõſpiciendas. Nam ea quæ longè diſtant, minora quàm ſint quodammodo cernimus: ad quæ vero proprius accedimus, eorum magnitudinem exactius comperimus. At ſoli propinquior eſt nemo, remotior nemo, ſed æquali ſemper interuallo cunctis hominibus ipſe quocunque tractus telluris habitent, obuium ſe offert. Argumento id fuerit, quòd Indi iuxta ac Britanni ipſum ſolem peræquè contuen- D tur. Neque enim iis qui orientis habitant regiones, ſol occidens magnitudinem ſuam imminuit: neque ab iis qui regiones occiduas incolunt, minor exoriens vnquam conſpicitur. At neque cum cœlum medium occupat in alterutrã euariat partem, vt maior minórve alterutri appareat. Ne tibi aſpectus iſte ſolis imponat. Neque quia cubitalis magnitudinis cernentibus eſſe videtur, ob id eius eſſe magnitudinis putes. Contrahi nanque maximis in interuallis eorum quæ cernuntur magnitudines, ſolent: quippe cum ipſa vis perſpectiua non queat intermedium penetrare ſpatium: ſed quaſi in illo medio abſumatur, paruaque ſui parte res eas quæ conſpiciuntur, attingat. Factus igitur aſpectus noſter exiguus, exiguas eſſe res eas quæ cernuntur, fecit exiſtimari: ſuamque ipſius affectionem rebus quas contueri datur, adſcribit. Quum itaque fallatur viſus, nulla illius iudicio tribuẽda fides eſt. Recordare earum quæ tibi in- E terim contingunt, affectionum, atque abs re ipſo fidem eorum quæ nunc dicuntur, habebis. Si vnquam ab excelſi montis cacumine immenſum ſupinumque campum, conſpexiſti, quanta ipſa iuga tibi boum, quanti arantes ipſi ſunt viſi? Formicarúmne tibi velut imaginem quandam repræſentarunt? Si vnquam etiam à ſpecula è regione vaſti pelagi poſita tuos aſpectus iniecisti æquori, quantæ tibi maximæ inſulæ viſæ ſunt, quantaque tibi cõſpecta eſt oneraria nauis, candidis expaſsis velis ſuper cœruleũ mare diſcurrens? Nonne quæuis columba minorem tibi præſtitit viſionẽ? propterea quod in aëre medio conſumptus viſus, vt diximus, inualidúſque factus, res quæ ſe offerunt cõſpiciendas, apprehendere vt ſunt, nequit. Iã vero montes immenſæ magnitudinis abruptos ac velut eliquatos in imas valles, rotundos & in planiciẽ leuigatos eſſe ipſe aſpectus indicat, in eminentiorem ſolùm infixus verticẽ: interiectas vero concauitates ob imbecillitatem ingredi minimè valens. Itidem neque formas figuraſque corporum, quales nã ſint, percipere poteſt: ſed quadras anguloſaſque omnino turres, teretes putat. Quare omni ex parte cõſtat in maximis interuallis aſpectum, nõ articulis diſtinctam & abſolutã, ſed confuſaneam corporũ accipere coniecturalẽ F imaginem. Eſt igitur Sol, luminare magnum, vti ſcriptura teſtatur, in infinitumque grãdior eo qui nobis videtur: Adde etiã illud magnitudinis eius apertiſsimum argumentum. Nam cum ſtellæ multitudine ſint infinitæ: lumen quod ab vniuerſis ipſis congeritur, ad diſcutiendum diſſoluendúmve nocturnæ caliginis mœrorẽ minime ſatisfacit. Hic autem ſolus vel ſuper horizontem

apparens

apparens, immò verò cum adhuc expectatur antequàm & totum à tellure ſe attollat, tenebras cõpendio diſſoluit, ſiderum lumina ſuperat, concretum eatenus & frigore adſtrictum circa terram aëra liquefacit, atque diffundit: vnde & flatus in aurora ſpirare, roréſque ſereno cœlo terram circumfluere ſolent. Tellurem etiam, quæ tantæ eſt molis quo pacto vniuerſam tẽporis vno momento punctóue luce Sol ſua illuſtrare poſſet, ſi non ab ampliſſimo quo ambitur, circulo lumen ſuum emitteret? Hoc loco ſapientiam opificis animad-
A uertas ipſe percipiaſque velim: quomodo moderatiſſimum ad hoc interuallum accommodatiſſimúmque præſtiterit ſoli calorem. Eſt enim in eo tãta caloris imprimendi facultas, moderata alioqui adeo, vt neque ob exuperantiam vrat inflammétque tellurem: neque defectionis ratione refrigeratam eam gelidam infœcundámque relinquat. Iam dictis germana conſimiliave & de Luna velim intelligas. Eſt enim & corpus ipſius magnũ, & ſplendidiſſimum ſane poſt ſolem. Non tamen ſemper eius conſpicitur magnitudo, ſed nunc quidem tota ſinuata in orbem, & perfecta, nunc vero in deliquio luminis & imminuta conſpicitur, altera ſui parte, quid deſit, indicans. Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa ſuſcipit: alia pars eius occultatur, cum imminuitur. Eſt quædam figurarum mutationis huiuſce variæ ſapientis ratio creatoris: aut enim hoc vult, vt exemplum nobis illinc euidens noſtræ naturæ præſtetur, Nullam rem, inquam, humanam fixam, & ſta-
B bilem eſſe: ſed alias cum antea non eſſent, exortas, ad ſuum ſtatum pergere capeſſendum: alias item cùm proprium attigerint vigorem, & ad ſummam adoleuerint incrementi menſuram, rurſum quotidianis decremẽtis ſenſim corrumpi ac perire & imminutas aboleri atque intercipi. Nos igitur ex lunæ contemplatione, quàm fluxa ſint noſtra perdiſcamus atque erudiamur: in mẽtémque celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat, ac non magnificè nobiſipſis ob vitæ proſperitatem placeamus, non potentatibus gloriemur, non ob incertas & inſtabiles diuitias efferamur: deſpiciamus carnem in qua potiſſimum verſatur mutatio, curam animo diligentiámque adhibeamus, bona cuius duntaxat immobilia eſſe conſtat. Quod ſi dolore te luna paulatim ſublationibus lucem abſumens afficiat: dolore te maiore afficiat anima, ſi probitatem aſſequuta, deinde bonum virtutis ob negligentiam & incogitantiam perdiderit, & nunquam in eadem periſtat affectione,
C ſed frequenter ob mẽtis infirmitatem vertatur ac mutetur. Verè enim (vt dicitur) Stultus perinde vt luna mutatur. Atqui corporibus animaliũ conſtituendis, cæterarúmque rerum, quæ à terra naſcuntur, non mediocriter lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora cum ipſa decreſcit, alio, cum accreſcit, afficiuntur: etenim nũc rara fiunt inaniáque cum imminuitur. Nunc contrà luna accreſcente & ad luminis plenum properante orbem, corpora rurſus diffarciuntur & implentur: propterea quod humorem quendam, calori immixtum, in profundum vſque tum imprimit occultè, atque immittit. Declarant id ita eſſe tum ij, qui ſub dio lunaque dormiunt, capita quorum vltra modum humore replẽtur: tum animantia nuperrimè iugulata: quæ mox incurſu impreſſionéve lunę permutantur: tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ humore copioſo prædita ſũt: arborúmque medullæ, quę ſua ſanè mutatione conuertere luna cuncta non poſſet, niſi quid immenſum (vt ſcriptura teſtatur) exuperánſque viribus eſſet. Quin & cunctas circa aërem accidentarias affectiones, ab hiſce lunæ mutationibus effici, luce clarius extat, vt turbines repentini teſtantur: qui cum in noua cornua luna curuatur, è tranquillitate ſæpenumero, ſilentióque ventorũ repente exoriuntur, quando & nubes flatibus exagitantur, ſibique occurſant, & æſtus etiã gurgitéve maris reciproci, partim in euripis, partim in oceano, quos ordinatè D
conſequi ad lunæ periodos ab incolis eſt compertum. Nam euripi, certis quidem lunæ temporibus viciſſim ad partes vtraſque fluunt. In coitu vero, ne puncto quidem temporis quieſcunt, ſed in ſeſe perenni fluctuant agitatione, nutantq́ue, atque librantur, quouſque rurſus apparẽs luna, reciprocæ fluxionis illis cõſuetam præſtiterit diſpoſitionem. Occiduum autẽ æquor affluxus refluxúſque ſubit reciprocos, nunc abiens, nunc rediẽs. Rurſus idem deſtagnat atque inundat, perinde quaſi lunæ reſpirationibus quidem partes ad poſteras ſubtrahatur, rurſum item expirationibus ad priorem menſuram cogitur redire. Hæc à nobis ſunt dicta, vt ex hiſce, luminarium immenſa tam ſolis quàm lunæ magnitudo demonſtretur: vtq́ue conſtatet in verbis ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ne ſyllabam quidem eſſe otioſam: quanquã nihil eorum ferè quæ opportuniùs commodiúſve loco E
huic competerent, oratio noſtra tetigiſſe videtur. Complura nanque de magnitudine, déque interuallis ſolis & lunæ commentari excogitaréve ratiocinando licuerit ei, qui non perfunctoriè aut oſcitanter vtriuſque operationes ac vires cõſiderandas ſibi proponeret. Vos igitur (ſi modò grati eſſe pergitis) conuenit meam ipſius infirmitatem excuſare, non itẽ incuſate malignius, quando noſtræ huic qualicunque orationi admetienda neutiquam venit aut velut ad libellam appendenda tãtorum dei operum operoſiſſima moles ac magnitudo. Quin ipſi potius ex iis perquam paucis quę diſſeruimus, veſtro cum animo verſate ac recogitetis, quotnam ſint & quanta quæ ſermo noſter indicta tranſiluit. Nolim itaque mihi lunam metiare oculo, ſed arcana tecum ratione, quę oculis iſtis ad attingendam veritatem tanto certior eſt & accuratior. Fabulæ porro quædam planè ri- F
diculæ à temulẽtis neſcio quibus aniculis ac proinde deliris quoquo terratum diſſipatæ & peruulgatæ tradunt lunam veneficiis carminibúſque propria ſtatione emotam in terræ elementum deferri. Quo, quæſo te, pacto præſtigiatorum vis vlla incantatrix ſua eam ſede emoueat, quam ipſe fundauit altiſſimus? Quis tandem locus illam cœlo detractam ſuſcepit? vis ex me accipere effuſiſſimæ illius magnitudinis dilucidam demonſtrationem ab exiguis petitam indiciis? Vrbes terræ totius habitabilis quàm longiſſimo licet, inter ſe diſſitæ interuallo, vnà cum vniuerſis quotquot recta orientem reſpiciunt, vicis, lunare lumen ex æquo omnes ſuſcipiunt: id quod neutiquam fieret, ſi nõ ſingulas quaſq; facie cõuerſa reſpectaret,

ſed eos quidem angiportus ſuo prorſus luna illuſtraret lumine, qui ad eam rectà obuerterentur, iis autem qui latitudinem ipſius excederent, prętereuectis & tanquam ſe fugiētibus obuerteretur, nimirum reflexis in obliquam partem radiis cuiuſmodi exemplum ſamiliare & domeſticum in lucernis liceat videre. Pluribus enim ad lucernæ proſpectum circũſtantibus, eius vmbra qui in directum adſtat lucernæ, rectà porrigitur: reliquorum ad vtranque partem declinant. Quarè lunæ corpus niſi immenſum eſſet exuperantis & eximiæ magnitudinis, nequaquã ad omnes peræquè terras ſeſe expãderet. Aequè enim ipſius compo-
A tes fiunt, eum ab æquidialibus ſiue æquinoctialibus exoritur locis, qui prope gelidam rigentémque plagam habitant, ſubque vrſæ ſiti ſunt conuerſionibus, & qui concaua meridianæ accolunt plagæ, exuſtæ ſcilicet & torridæ zonæ vicini: quibus omnibus iuxta latitudinis dimenſionem è regione prætereuecta luna, apertiſſimum ſuæ magnitudinis præbet teſtimonium. Quis igitur inficias iã ierit, lunæ corpus ampliſſimæ eſſe magnitudinis, quod ſe tot tãtiſque locorum interuallis ex æquo diſpertitur? Et hæc quidem de ſolis lunæque magnitudine præcellenti hactenus dicta ſunto. Ipſe porrò deus qui mentẽ nobis intelligentiæ vi præditam gratuitò eſt largitus, idem id doni gratificetur, vt ex minimis creaturæ rebus eximiam ipſius & admirabilem ſapientiam condiſcamus: & ex iſtis ampliſſima mole magnitudinis eminentibus, auguſtiores de eorum conditore cõcipiamus cogitationes: tametſi ad ſuum collati creatorem Sol Lunáque culicis ac formicæ rationem obtinent. Neque enim fieri poſſit, vt iſtorum quantalibet contemplatione, vllam concipias animo
B rationem dei auguſtiſſimæ maieſtati pro dignitate reſpondentem. At certè exiguis quibuſdam, nec admodum conſpicuis hinc emergentibus notitiis per hæc ipſa quemadmodum & per vnum quodque minutiſſimorum in genere tam animalium quàm ſtirpium contingit nos ad dei contemplatiunem promoueri. Dictis hactenns contenti, gratias in commune agamus, Ego quidem ei, qui exiguam hanc verbi adminiſtrationem mihi gratuitò impertiit: Vos autẽ eidem, qui ſpiritualibus vos aluit alimentis, quique famelicas animas meæ vocis exilitate, quaſi panis cuiuſpiã hordeacei edulio pauit: optauerim, perpetuò vos vt paſcat iuxta adæquatam fidei proportionem, nihil obſcuram cognitionẽ largitus ſpiritus ſancti, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA SEPTIMA,

de Reptilibus.

C ET DIXIT *deus: Producant aquæ reptilia animarum viuentium ſecundum genus: & volatilia volantia iuxta firmamentum cœli ſecundũ genus.*) Poſt luminariũ creationem aquæ deinceps opplentur animãtibus, vt hæc demum portio vniuerſi ornatu ſe decenti cohoneſtaretur. Suum iam ex ſe cultum terra acceperat propriis conueſtita germinibus. Acceperat & cœlum nempe ſiderum flores roſeos, quibus acceſſit quòd idem magnorum luminarium ſociali fœdere, quaſi geminorum radiantiſſima eiaculatione oculorum inſigniter conuenuſtatum eſt & ornatum. Reliquum videbatur, ſuus vt aquis conſignaretur ornatus. Venit mandatum, & ecce tibi dicto ocyus fluuii ſpecimen ſuæ ediderunt operationis, ſtagna genitali prole fœcundantur, ac ſui quæque generis moliebantur fœtus natiuæ indoli lacuſtris aquę reſpondentes. Mare genus omne natantum parturiebat. Ne id quidem quantillum vſpiam aquarũ in limoſis & paluſtribus locis reſedit, erat ingenitæ ſibi operationis vacuum, nec D
ab eo deſedit munere quod ab ipſa ſua mox creatione acceperat explendum. Etenim ranę, muliones, culices ipſi ex ipſo tũmirum lacuſtri emergebant cœno. Quæ enim vel hodie in omnium oculis fiũt, illius tum temporis exhibitorum operum perſpicua quędam demnnſtratio ſunt. Tanto tum ſtudio contendebat aqua omnis ſui cõditoris imperio ſubſeruire & obſequi, vt & quorum ne genera quidem poſſit quiuis ad numerum referre, horum vitam nulla intercedente mora efficacem atque operatoriam, ſéque motitantem declarauit magna prorſus & ineffabilis dei potentia, ſimul atque ſuo vnius pręcepto aquis vim impreſſit generationi accommodam, *Producant aquę reptilia animarum viuentium.*) Nunc primùm animatum fit, ac ſenſile creatur animal. Nam plantę & arbores quamlibet dicantur viuere, quòd nutritiuę facultatis auctiuæque participio gaudeant, at nõ ob id animalia ſunt, neque anima informantur, eóque dictum eſt: *Producant aquæ reptilia.*) Natatile quodcunque tandem illud eſt, ſiue id ſummam aquæ ſuperficiẽ radat natando, ſiue innatãs imam E
aquã ſecet, in reptilis naturæ cenſum tranſit, quando per aquæ corpus ſerrabit, & ſi qua aquatilium pedum fulturis nituntur & incedunt. Horum enim pleraque ſunt amphibia maximè, ceu ſunt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ & cancri. In his pręrogatiua nominis gaudet, quòd ſuapte natura natatile eſt, ob id dictum eſt: *Producant aquæ reptilia.*) In hiſce perbreuibus verbis, quod genus omiſſum eſt? Quid non reptilium comprehenſum eſt in creatoris præcepto? Non vtique ea quæ animal pariunt, ceu ſunt phocæ, delphines, torpedines, cæteráque id genus quæ chartilaginea. Non omiſit ouipera, quibus nomenclaturis omnia ferè piſcium genera continentur. Non ſquamoſa, non corticoſa, non pinnis prædita, non eiſdem carentia. Vox quidem imperii breuis admodum eſt, quin potiùs neque vox eſt: ſed momentum duntaxat, & ſubitus motus diuinæ voluntatis: Atqui voluntatis iſtius in præcepto quanlibet breui deliteſcentis tanta nimirum diffuſio eſt, quot ſunt, & quibus diffe- F
runt inter ſeſe, quibúſque conueniunt animantium piſcium genera, atque naturæ: de quibus diligenter accuratéque diſſerere velle perinde eſt, atque ſi quiſpiam aut æquoreas vndas enumerare aut metiri cotylis ſiue hominis aquas maris aggrederetur. *Producant aquæ reptilia.*) In iis ipſis ſunt ea quæ in pelago verſantur, quæ littoribus gaudent, quæ immerſa profundo viuunt, quæque adhæreſcunt petris & allambunt.

Sunt

ἐν ακιϕω-λαί... præcedentium.

οὐδὲ ἄμοιρον τῆς κατ... ἐνεργείας ... ἡμετέρας.

ἀμφίβιον in vtroque viuens elemento, vt in terra & in aqua.

Φῶκαι vituli marini.

ζωοτοκοῦντα.

Μαλάκια ὀστράκα.

λεπιδωτὰ φολιδωτὰ πτερύγια.

Collatio.

Sunt & gregalia, ſolitaria vt cete & beluæ molis immenſæ, & minutiſſimi piſces. Eadem enim vi ſanè, parique præcepto, tam magna, quàm parua animantia in lucem edita ſunt. *Producāt aqua reptilia.*) Oſtendit tibi natatilium animalium naturalem ad aquas affinitatem. Quapropter vel parū ab humoris natura piſces ſecluſi diſpereunt. Non enim reſpirandi habent organum, quo hunc aërē attrahant: ſed quod in terreſtribus animantibus aër obtinet rationis, id eſt generi natatiliū aqua. Et cauſa eſt in promptu. In nobis enim eſt pulmo, viſcus porrò rarum, meatibúſque multis pa-

A tens, quod per ipſum pectus dilatatum, attractū, recipiens aërem, internum diuentilat noſtrum refrigerátque calorem. In illis autem dilatatio conſtrictióque branchiarum attrahētium humorem reddentiúmque, ſpirandi munus efficiūt. Propria piſcium eſt ſors, propria ſanè natura, ſeparata peculiariſque, pro moribus victúque vita. Ideo neque miteſcit animalium natatilium quicquā: neque ſeſe tractandum vnquam manibus vllis mulcendúmque præbet. *Producant aqua reptilia viuentium animarum, ſecundum genera ſua.*) Vniuſcuiuſque generis nunc primitias quaſi naturæ ſemina quædam oriri iubet: multitudo verò ſucceſſioni poſteà aſſeruatur, cum genera ſiogula neceſſe ſit in multitudioem creſcere. Atque aliud genus eorum eſt, quæ oſtracoderma vocātur. Qualia ſunt conchæ, pectines, limaces marini, ſtrombi, & oſtrearum diſcrimina numeroſa. Aliud eorum, quæ malacoſtraca vocantur. Vt locuſtæ, cancri, cæteràque id genus finitima. Aliud præter hęc genus eorum eſt, quæ mollia nuncupantur, quorum caro mollis eſt, atque tenera. Vt polypi, ſepię

Piſces indomabiles.

Aquatiliū genera. Piſces oſtracoderma. μαλακόστρακα quæ molli teſta ſunt tecta.

B cæteraque ſimilis generis. In quibus rurſum innumeras eſſe differentias conſtat. Prętereo dracones, mureoas atque anguillas: quæ limoſis in fluminibus ſtagniſque naſcuntur, & venenatis potius reptilibus, quàm piſcibus ſunt pr:pinqua. Aliud item genus ſubeunt ea quæ ouum, aliud ea quæ animal pariunt. Procreant autem animal ea quæ muſtelini generis ſunt, & caniculi: & ea omnioo quæ chartilaginea nuncupantur, generiſque cetarii, plurima ſunt viuipera, vt delphini, vituli marini, quos & tenellos ſuos catulos aliqua perterritos cauſa, in ventrem rurſum ſuſcipere circōplectique ferunt. *Producant aquæ reptilia viuentium animarum per genus.*) Aliud genus eſt cetarium, aliud piſcium teouium genus. In piſcibus item innumera diſcrimina ſunt, per geoera ſanè diſtincta. Quorum & nomina propria ſunt, & pabulum varium & figura, & magnitudo, & carniū qualitates haud eædem, ſed diuerſæ. Maximis ſingula differentiis inter ſeſe diſcrepant, ſub variiſque formis, atque diuerſis ſpecie collocantur.

Piſces viuiperi.

Delphini.

Quinam, quæſo, thynnorum explotarores, generum nobis enumerare differentias poſſent? quanquam vt ferunt in magnis piſcium gregibus, numerum illorum exactè reouintiant. Quis item eorum qui circa litora ripáſque ſiue oras ſtudio piſcandi conſeneuere, nobis horum hiſtoriam omnium exactè ootam efficere poſſet? Alia porrò genera piſcium cognoſcunt qui in Indico mari, alia qui in Aegyptio ſinu piſcantur, alia inſularum incolæ, alia Mauritani nouerunt: omnia tamen tam parua, quàm grandia, primum illud imperium illáque inenarrabilis potentia procreauit. Multi variique ſunt ipſorum modi viuendi: multę denique in vniuſcuiuſque ſucceſſione generis differentiæ, non ouis plurimi piſcium, perinde vt aues incubant, non nidulos fixiùs agglutinant aut compingunt, non in enutrienda ſua prole laborāt, ſed aqua ſuſceptum editum ouum, animal nullo prorſus exhibito negutio fecit. Eſt etiam vt vniuſcuiuſque ſucceſſio generis inuariabilis ſemper ſit: neque cum alia natura vlla miſcetur. Non in humore perinde atque in terra naturas eſſe promiſcuas nouimus, quales eſſe mulorum conſtat, & a- D uium nonnullarum deprauantium generum adolterantiúmque naturam. Nihil in piſcium genere dimidia parte dentibus eſt armatum, vt bos apud nos, vt ouis: neque enim quiſquam piſcis ruminat niſi ſcarus ſolus, vt quidam memorię prodiderūt, ſed omnes acutiſſima frequentium dentium acie communiuntur, ne ſi mora in molendo traheretur, diffluerer alimeotum. Etenim niſi celerrimè dilectum ventri immitteretur, dum ſecaretur in minuta, per humorem ſanè dilaberetur. Pabulum autem aliis aliud piſcibus per genera definitū eſt. Quidam enim limo, quidam alga veſcūtur. Alios aliæ in humore naſcentes herbę delectant, maior pars piſcium liguriunt alter alterum atque deuorant: & minor apud illos eſca maioris eſt, & ſi vnquam euenerit, vt is qui minorem ſuperauerat alterius præda fiat, ambo tum ſimul deglutiuntur, & vnum vltimi piſcis immerſi ventrem ingrediūtur. Quid igitur, quæſo, nos homines aliud agimus, cum vim affetimus inferioribus? Quid intereſt inter eum ac vltimum piſcem, qui ſua impro- E ba & intemperanti cupiditate diuitias conſequendi, in inexplebiles auaritiæ ſinus imbecilles ingerit homines, atque abdit? Ille pauperis patrimonium raptum habuit: tu illum oppreſſum partem tuarum facultatum feciſti: iniuſtis iniuſtiorē profectò, atque auaris auariorem te oſtendiſti. Prouideto, ne finis idem tibi qui piſcibus euenire crebrò ſolet, occurrat, hamus forſitan, aut naſſa, aut etiam rete. Et nos enim omnino cum multa peregerimus mala atque iniqua, iudicium illud extremium, pœnam illam vltimam nō euitabimus. Iam quidem & infirmi cuiuſdam animantis haud modicam aſtutiā ipſe ac doloſum ingenium inſidioſúmque cum didiceris, volo proinde, vt ipſe admonitus non imitere ſed vites maleficos. Cancer efflictim oſtrei carnes cupit, ſed perdifficilis eius eſt ipſi venatio, teſtę ratione, qua clauditur ac munitur: perualido nanque & infracto ſepto carnis oſtrei mollitudinem natura muniuit. Quapropter & oſtracodermon id aquatile nuncupatur. Cúmque duæ concauitates exactè inter ſeſe coniunctæ oſtreum circumplicent & ambiant, nihil prorſus cancri denticulati forcipes illi poſſunt. Quid igitur agit? quid tandem molitur? Cum viderit illud trāquillis in locis tepore, ſeſe oblectare, ſuáſ- F que illas valuulas ad ſolis radios aperuiſſe ac explicaſſe, tunc clanculum iniecto calculo concluſionem prohibet, atque quod viribus ſuis deerat, id tali aſtu ſibi ſupplet. Hæc eſt eorum malitia, quæ neque ratione neque voce prædita ſunt. Ipſe ego optauerim, vt cancrorum ſolertem induſtriam imitatus in parādo viatico, à proximorum noxa incommodiſque tibi temperes.

Scarus ſolus inter piſces ruminat.

Quo veſcātur pabulo piſces. Ariſt. de animalibus.

ἀλληλοφαγία.

Cancer vt aſtutus.

Talium

Talium eſt profectò motum, qui ſuum cum dolo fratrem adire ſolet, quique ex inſidiis proximos aggreditur alieniſque inſultat calamitatibus. Effugito deſpiciendorum hominum imitationes. Tuis propriis facultatibus eſto contentus: paupertas cum veraci ſufficientia, omni potiundæ voluptati profectò eſt compoti mentis anteponenda. Non ſilentio prætericrim polypi dolos ac furacitatem. Is cuicunque ſaxo adhæſerit colorem ſubit illius, atque adeò, vt piſcium complures ad ipſum de im-

A prouiſo nantes, tanquam ad ſaxum appellant, paratámque ſeſe offerant illi verſuto malitioſóque prædam. Talibus eos moribus præditos eſſe conſtat, qui perpetuos potentatus ſubeunt: & ad vſus neceſſitudinéſque ſingulas occurrentes ſeſe accommodant: nec in eadem ſemper volũtate perſiſtunt, ſed alii diuerſique facilè fiunt. Sobrietatẽ cum ſobriis laudant: intemperantes ſunt cum intemperantibus: atque ad id quod cuique placet ſuam omnino ſententiam vertunt. Quos euitare facilè nemo poteſt, nec ab ipſorum inſidiis nocumentiſque cauere: propterea quòd pietatis prætextu prauitas eorum fucata & adornata profundè celatur, ac latet. Huiuſcemodi ſanè mores, rapaces lupos appellat dominus, in indumentis ſeſe ouium palàm oſtentãtes. Fugito prorſus varios hoſce multiplicéſque mores: ſectare veritatem, ſynceritatem, ſimplicitatem. Anguis varios obtinet mores: eóque pœnæ huic addictus eſt, vt repțet humi. Iuſtus fictione caret, qualis & Iacob etiam fuit: quapropter ipſe dominus habitare facit vnius moris homines in domo, minimè ſcilicet

B fucatos. Hoc mare illud magnum & ſpatioſum eſt: illic reptilia ſunt, quorum numerus eſſe non poteſt, animalia parua cum magnis. Attamen eſt in illis quædam diſpoſitio ſapiens rectúſque modus viuendi. Non enim carpere ſolum reprehendetéque poſſumus piſces, ſed ſunt in illis, & quæ proſequenda ſunt imitatione. Vt ſingula genera piſcium accommodata ſibi loca diſtribuunt, in illiſque vitam degunt, nec aliena loca vnquam aggrediuntur: ſed intra ſuos læta verſantur fines.

Piſciū mores quos operæpretiū ſit imitari.

Non illis geometra quiſquam diſtribuit habitationes, non mœnibus vllis ſunt vlla genera piſcium circumſcripta, non finibus vllis diuiſa: ſed quod cuique prodeſt, quodque neceſſarium eſt, id naturæ munere eſt definitum. Hic ſinus hæc piſcium genera, ille alia paſcit: & quæ hic abundant, in aliis ea deſunt. Nullus hic mũs acutis porrectus verticibus ea ſeiungit. Nullus amnis tranſitionem dirimit: ſed quædam naturæ lex æquè iuſtéque pro vniuſcuiuſque nimirum commodiore vſu diætam, hoc eſt ſuum cuique viuendi limitem & canonem velut ſortitò præſcribit. Atqui neutiquã tales ſumus. Vnde? quòd ipſi terminos quos

C poſuerunt patres noſtri, eóque continenter ſeruandos transferimus. Terram limitari ſectione diducimus. Domum ad domum coniungimus & agrum agro copulamus, vt à proximo auferamus. Norunt planè cete illa grandia quam ſibi natura diætam præſcripſerit. Id occupãt mare, quod vltra plagas habitabiles collocatur, quod inſulis fermè caret: cui continens vltra ſuccedere nulla vnquam tellus conſpicitur. Quamobrem innauigabile eſt, & nec hiſtoriæ ſiue explorandi ratio, nec vlla neceſſitudo prorſus æquor illud vnquam aggredi nauigantibus perſuadent. Hoc mare, cetarium genus magnitudine maximis æquandum montibus, vt ferunt qui conſpexerunt, occupatum tenet in ſuis finibus manens, nec vllum prorſus detrimentum, aut inſulis, aut vrbibus maritimis afferens. Ita ſingula genera piſcium in definitis ſibi maris tractibus, perinde atque in vrbibus, aut pagis quibuſdam, aut antiquis patriis immorantur. Iam verò ſunt, & qui peregrinationem de more capeſſant, quaſi qui communi cuiuſpiam curiæ decreto, aliò ablegari & in exilium proſcripti D ſub vna militari teſſera aliquò emigrent omnes. Nam cùm deſtinatus ab natura articulus temporis acceſſerit [illegible], alii ab aliis finibus emigrantes, communi lege cõcitati naturæ ad aquilonium properantes mare contendunt. Quo tempore aſcenditur, videre vtique poſſis vnitos piſces, per inde vti flumen, & per proponridem & Euxinum pontum tranantes. Quis eſt qui mouet? Quod regis edictum? Quæ tabellæ in foro poſitæ præſtitutum decedendi tempus definiunt? Qui denique ſunt hoſpitum aduenarúmque ductores? Conſpicíſne diuinam inſtitutionem ordinémque cuncta complentem, & vel minutiſſima quæque penetrantem? Piſcis diuinæ legi non aduerſatur, & homines ſalutaria præcepta non ferimus? non toleramus? Noli flocci pendere piſces, quòd voce careant, quòd animalia ſint penitus expertia rationis: ſed vereri, ſed permetuere velis, ne creatoris obſtando præceptis, rationis illis expertior videare. Audi piſces propè vocem per ea quæ faciunt emittentes. Nos quo genus noſtrum perſiſtat, atque perennet, longinquam iſtam capeſſimus peregrinationem. Propria quidem ratione piſces haud præditi ſunt: naturæ verò ſibi legem E inſitam inſculptámque habent, id ſemper quod agendum eſt demonſtrantem. Eamus, inquiunt, ad aquilonium mare. Illa enim cæteris æquoribus aqua dulcior eſt: propterea quòd modicam in eo moram ſol trahens, non vniuerſum ſuis exhaurit, abſumítque radiis, quod potulentum eſt. Enimuerò non mediocriter & animãtes æquoreæ dulcibus humoribus gaudent. Vnde fit vt & ad flumina ſæpenumerò annatent, lõgéque ab ipſo mari diſcedant. Hac de cauſa põtum ipſi finibus æquoreis cęteris anteponunt, vt ad effundendos excludendóſque fœtus, & enutriẽdam ſibi ſobolem, magis idoneum, magíſque aptum. Atqui mox vt ſatis ſtudio ſuo quod geſtiebant explere, fuerit factum, rurſus ipſi omnes velut agmine facto, ſeſe recipiunt domum. Et quænã ſit ratio redeundi recipiendíque ſe domum, ab ipſiſmet animantibus mutis audiamus. Aquilonium, inquiunt, mare vadoſum eſt, reſupinúmque, ventorum flatibus exponitur violentis: perpaucas etiam oras, tractúſque profundos & ſubterfugia habet: quamobrem & ex ipſis ſedibus imis perfacilè flatus ipſum exagitãt, procellæque reuoluunt, vt & vnà cum fluctibus F vndíſque miſceatur harena. Huc accedit & frigus hybernum. Hyemis enim tempore pergelidum eſt: quippe quod complures, tum peralgidos pergrandéſque ſuſcipiat amnes. Idcircò temperie moderationéque ipſius per tempus æſtiuum potiti, rurſus hyemis tẽpore, æquoris profũdi gurgites altos, loca ſoli propinquiora repetimus, flatúſque ſeptentrionis horridos fugientes, ad eos

ad eos ęquoreos ſinus tanquam ad ſtationes properamus, atque confugimus, qui minus vi ventorum concutiuntur. Vidi ipſe ego hæc, & in omnibus ſuſpexi admirabundus dei ſapientiam. Si rationis expertia excogitare cõſeruaréque ſalutem ſuam ſoleant, atque piſcis id ſciat quid expetendũ ſit ſibi, quid fugiendum: quid noſipſi dixerimus, qui rationis munere cohoneſtati, legibus erudiri, pollicitationibus inuitari, ſpiritu ſapientiam aſſequuti, res eas deinde quæ ad nos pertinent longè rudiùs, & à ratione alieniùs, quàm ipſi piſces diſponimus? ſi illi quidem de futuro proſpiciant, A atque prouideant: nos autem de ſpe futurarum rerum vacui, vitam noſtram, voluptati vitæ pecudũ accommodatæ deditam conficiamus, ac conſumamus? Piſcis tot maria tranat ac permutat, vt vtilitatis aliquid cõſequatur. Quid ipſe dixeris quęſo? qui vitam in otio degis, quod quidem maleficii principium eſſe nemo eſt qui ignorãtiam prætexere poſſit. Ratio profectò naturalis nobis inſperſa, proſequenda conciliandáve eſſe honeſta, fugienda noxia turpiàque ſubindicat. Non ab æquoreis exemplis diſcedo: quoniã hæc nobis inquirenda nunc proponuntur. Audiui quendam eorum qui maritimis in regionibus verſantur, æquoreum herinaceum commemorantem, exiguã illam paruipendendámque beſtiolam tranquillitatis indicem doctorémque ſæpenumero tempeſtatiſque nauigantibus fieri: Qui cum ventorum perturbationem præſenſerit, calculum haud exiguum ſubit, ſub ipſo tanquam anchora ſeipſum B ſtabiliens. Detinetur enim illius pondere, ne facilè fluctibus trahatur ac agitetur. Id vbi nautici cõſpiciunt, futuram hoc indicio ventorum agitationem tempeſtatémque præſagiunt. Nemo homo ſtellarum ſcientia præditus, nemo Chaldęus procellas ex ortu ſiderum coniectans aëris turbelam herinaceum docuit: ſed mariũ dominator atque ventorum, huic etiam animanti paruo immenſæ ſuæ ſapientiæ veſtigium euidens & apertum impreſſit. Nihil eſt prorſus, quod ſub prouidentiam dei non cadat. Nihil eſt omnino, quòd à deo neglectum ſit: omnia explorat, omnia conſpicit oculus ille peruigil: omnibus adeſt, facultatémque ſalutis cuique præſtat. Si herinaceũ deus à ſua prouidentia non excludit, ea quę ad te pertinent non explorat, non conſpicit? Vos ó viri, coniuges veſtras diligite, & ſi locis longinquis ſemoti in coniugii ſocietatem conueniſtis, naturę vinculum legibus ac benedictione obſtrictum vnio ac iugum diſtantium eſto. Vipera genus ſerpentum omniũ C exitioſiſſimum murenæ marinæ nuptias expetit, & ſibilo ſuam ſignificat præſentiã, eamque è gurgite vaſto inuitat ad nuptiales complexus. Illa autem obtemperat & coït cum venenato. Quid hęc mea ratio vult? quid portendit? Siue aſper eſt cuiuſpiam coniunx, ſiue ferus moribus, perferat illũ vxor neceſſe eſt: nec vllam prorſus ob cauſam ſocietatem vinculúmque diſſoluere patiatur. Ferit ne, verberat, éſtque percuſſor? At vir tamẽ eſt tuus. Temulentúſne? At tibi eſt natura coniunctus. Durúſne, moroſus & implacidus? At membrum iam tuum eſt & membrorum præſtabiliſſimum. Audiat & ipſe vir accommodatam ſéque decentẽ admonitionem. Vipera virus ob nuptiarum venerationem euomit. Tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob vnionis reuerẽtiam non deponis? An exemplum viperæ nobis & alio modo fortaſſe prodeſt? Adulterium naturæ quoddã eſt viperæ murenæque mutuus ille cõplexus. Diſcant igitur ij, qui alienis inſidiantur nuptiis, cuiuam reptili ſint ſimiles. Id vnum eſt mihi cordi, id vnum propoſitum vt eccleſiam vndequaque noſtram hanc ædificem. Intemperantium, incontinentiúmque hominum perturbationes, tam à mari quàm à terra, ſumptis exemplis, caſtigarę ſedentur. At enim infirmitas me corporis, atque anguſtia temporis (tam enim adueſperaſcit) hoc loco finem orationi ponere cogunt. Alioqui plura poteram adhuc auidis audiendi de iis quæ in mari naſcuntur referre digna prorſus admiratione, D de mari denique ipſo: quonam pacto in ſalem cogatur maris aqua: quomodo pretioſus lapis corallium in mari quidem ſit herba: ſed cum in aërem effertur, in lapidis ſoliditatem tranſgelatur & concreſcit. Vnde viliſſimis animantibus oſtreis, ipſa natura pretioſiſſimos vniones impreſſerit. Quæ nimirum vtraque in ſuis recondi theſauris reges percupiunt: ea paſſim circum littora & oras ſiue ripas, circum aſpera ſaxa diſiecta ſunt, viliſſimis oſtreorum inſita cruſtis: vnde vellus aureum pinnæ nutriant, quod nondum exactè quiſquam eorum qui coloribus inficiunt vellera, potuit imitari? Vnde cochleæ, veſtes regibus purpureas offerunt: quas quidem & pratorum flores viuacitate coloris longo interuallo ſuperare non eſt obſcurum? *Educant*, inquit, *aquæ*. Et quænam res neceſſariæ non continuò ſunt exortæ? Quæ lautarum rerum non dono datæ ſunt vitæ: partim ſanè E ſubminiſtrationis hominum: partim vt ex creaturæ miraculo ad contemplationem eleuêre, partim etiam formidinis terroriſque incutiendi ratione, quò noſter animus ſomniculoſus, deſidioſus, ac iners excitetur & erudiatur. Fecit deus cete magna, nõ quia ſquilla, & halece maiora ſunt, cete ideo magna ſunt dicta: ſed quia maximis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad ſummam aquæ ſuperficiem enatarint, inſtar inſularũ ſæpenumero apparent. Hæc tamen tantæ molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere verſaríque ſolent, ſed id inhabitant mare quod Atlanticum nuncupatur. Talia ſunt animantium ea, quæ ad terrorem ſtuporémque nobis incutiendum creata ſunt. At ſi audieris maximas naues extentis velis ſecundo per æquora flatu labentes, piſciculum minutum remorant dictum ſi carinis adhæſerit, adeò facilè ſiſtere, vt immobiles haud F paruo tempore detineat, moretúrque quaſi in ipſo mari radices altius fixiúſque egiſſent, nónne ab exiguo quoque piſce demonſtrationem eandem acceperis ipſarum virium creatoris? Non enim ſolum gladii, ſerræ, canes, balenæ, orcæ, cęteráque id genus formidoloſa metuendaque ſunt, ſed etiam aculeus ſiue radiolus paſtinacæ piſcis marini licet mortui, lepus marinus, animal ſanè noxium non mediocriter terrent: quippe quę celerem afferant & ineuitabilem necem. Ita per omnia rerum opifex vigilare te vult, vt ea ſpe quã in ipſo tute habere debes, detrimenta noxáſve, quæ ab illis prouenium, euitare poſſis. Sed enim ex altis emerſi gurgitibus, vaſtóque mari iam ad continentem confugiamus.

Nam

Nam cum aliæ mirandæ res æquoreæ poſt alias nos occupaſſent, ſius nimirum orationem noſtrá perinde vt inde fluctuſque crebris incurſationibus obrutam diduxerunt. Quanquam mibi ſanè haud mediocri fuerit miraculo, ſi non mens noſtra ſugam veluti Ionas ad mare rurſus arriperet, cum in continente admirabiliora inueniat. Videtur autem oratio noſtra cum in res mirabiles innumeras incidiſſet, mediocritatis oblita fuiſſe, eíque idem obtigiſſe quod & immenſum æquor nauigantibus euenire ſolet. Illi cum nullum ſibi fixum ad motionem metiēdam ſignum conſtituere queant, ignorant perſæpe ſpatij quātum fuerit ab

A illis decurſum. Hoc ipſum circa nos ſactum apparet, noſtro enim per opera creationis decurrente ſermone, eorum quæ commemorata ſunt, neutiquā ſentire potuimus numeroſam multitudinē. Sed & ſi religioſum boc theatrum pluſculis audiendis inhiet, ſitque non iniucunda ſeruorum auribus, miraculorum betilium enarratio: hic tamē ad portum oratione deducta accedentem expectemus diem, ad ea quę reſtant reddenda. Surgamus igitur omnes, atque gratias agamus partim pro iis quæ ſunt dicta, partim eorum quæ reſtant poſtulemus plenariam perſectionem. Vtinam & inter ſumendas epulas, hæc omnia vobis menſarij ſermones ſint, quę vobis hodierno die, partim exoriente, partim occidente ſole oratio tranſegit, ac obtulit. Vtinam etiam in eorum ſentētiis ſomno vos occupari, dormientes quoque diurna perfruamini voluptate, quo vobis iure liceat dicere: Ego dormio & cor meū vigilat, nocte diéque legem domini meditando: quem gloria & imperiū addecet in ſecula ſeculorum, Amen.

B *HOMILIA OCTAVA, DE*

volatilibus & aquatilis.

Cōtra Manichæos. ματαιόφρονες μανιχαῖοι.

ET DIXIT *deus: Producat terra animam viuentem iuxta genus, quadrupedia, & reptilia, & beſtias iuxta genus. Et factum eſt ita.*) Acceſſit opificis edictū, ordine procedens, & terra quoque ſuum proprium ornamētum accepit. Illic: Educant aquæ reptilia animarum viuentium, dictum eſt. Hic: Educat terra viuentem animam, dicitur. Eſt ne ergo anima prædita tellus? Vanæque mētis bomines Manichæi locū ne iam habent, rectéque ſentiunt anima præditam tellurem eſſe, dicentes? Non quia dixit: ἐξαγαγέτω, Educat ſiue producat, id ideo quod in ſeipſa ſitum erat, eduxit terra: ſed qui iuſſit, is vt terra educeret, ipſi præſtitit facultatem. Nec enim, cùm audiuit: Germinet terra berbam ſœni fructiferúmque lignum quod in ſeipſa habebat deliteſcens ſœnū,

C illud eduxit. Nec ſanè palmam, aut quercum aut cupreſſum aliquo in loco inferioris vteri ſui eatenus retruſa, in apertum & propalam eduxit & edidit: ſed verbum ipſum diuinum: eorum eſt profectò natura quæ oriuntur. Germinet, inquit, non id quod habet, emittat: ſed id quo non eſt prædita, conſequatur, actionis operationiſque deo facultatem atque potentiam largiente: pari nunc etiam modo: Producat terra animam, nō eam quæ ineſt in ipſa: ſed eam quæ data eſt ipſi, creatoris dei præcepto. Deinde ratio Manichæorū in contrarium iiſdem reflectetur. Nam ſi eduxit animā, iam anima ſeipſam terra deſtituit. Sed illorū quidem abhorrendam & execrabilem eſſe ſententiā ſuapte luce eluceſcit. Cur autem aqua quidem reptilia viuentium animarum, tellus autem viuentē animam educere iuſſa eſt? Arbitramur natatilium quidem naturam imperfectioris quodammodo participem eſſe vitæ: quippe cum in bumoris craſſitudine degant. Nam & auditum obtinent grauem, & aſpectum hebetem, cum per mediam aquam videāt. Adde memoriam ferè nullam in illis eſſe, neque imaginationem, neque conſuetudinis aut familiaritatis vllam cognitionem. Qua- D

ἀλληγορία

propter oratio quaſi demonſtrare videtur, in aquatilibus quidem carnalem vitam, animaliū motionum principem eſſe. In terreſtribus autem animantibus, cum perfectiore vita prædita ſint, principatum vniuerſum ſubindicat animam obtinere. Terreſtrium ſiquidem ſenſus perſpicaciores ſunt, quàm aquatilium, præ his item illa acutiùs præſentia apprehendunt, exactæ verò certæque rerum præteritarū memoriæ apud plurimas quadrupedes animantes comperiūtur. Quamobrem in aquatilibus quidem (vt videtur) animantia corpora ſunt creata. Reptilia nanque viuentium animarum ex aquis producta ſunt. In terreſtribus autem animam adminiſtrantem corpora tellurem educere iuſſum eſt, quaſi plus quid habeant animantia terreſtria, quàm aquatilia facultatis viuendi. Etenim expertia quidem ſunt, & terreſtria rationis. Attamen affectiones complures animę naturali ſua quæque voce ſignificant. Nam & gaudium, & dolorē, & conſuetudinis familiaritatiſve agnitionem, & indigentiam alimenti, & ſeiūctio- E nem compaſcuorum animantium, & innumeras id genus affectiones emiſſione ſuę vocis indicare videntur. Sed animantes aquatiles non modò nō eliciunt vocem: ſed neque miteſcere quidem, neque doceri poſſunt. Quinetiam ad omnem omnino vitæ ſocietatem bominibus inattractabiles ſunt penitúſque ineptæ. Cognouit bos ſe poſſidētem, & aſinus præſepe domini ſui. Piſcis autem nō agnouerit ſuum vnquam altorem. Scit aſellus aſſuetam ſibi vocem, ſcit eam viam qua ſæpius ambulauit. Nonnunquam, & dux homini fit erranti. Non aliud terreſtrium audit boc animali acutiùs. Cameli prætereà mali memoriam ſibi illati, grauémque furorem, atque ad iracundiam diutiùs retinendam propenſionem, quiſnam vnquam marinorum piſcium imitari poſſit? Olim verberibus cæſa camelus, ira, longo poſt tempore recondita, cum idoneum opportunúmque nacta fuerit tempus, malum illud tandem reddere ſolet. Audite vos, audite, qui grauem amarúmque geritis animum, quíque mali memoriam vobis illati, tanquā F virtutem probitatémque quandam exercere ſoletis, cuinam animali perſimiles ſitis, cum dolorē cōtra proximum, perinde atque ſcintillam occultam in cinere eouſque reconditis, quouſque materiam occaſionémque nacti, tanquam flammam quandam iram prius conceptam redaccendatis. *Educat terra animam viuentem.*) Cur animam viuētem tellus educit? Vt quid ſit inter animam iumenti, atque animam hominis diſcas. At animam

ἀνήμερα καὶ ἀδίδακτα.

quidem

quidem hominis paulopòſt quomodo habeat ſcies. Nunc interim audi de animantium anima ratione non præditorum. Cum iuxta quod ſcriptum eſt, animalis omnis anima ſanguis ſit ipſius: ſanguis autem coactus in carnem ſuapte natura vertatur, caróque corrupta in terram reſolui ſoleat: mortuum quid optimo iure eſt anima iumentorum. Igitur animam terra viuentem educat. Vide conſequentiam ordinémque animę ad ſanguinem, ſanguinis ad carnem, carnis ad terram: contrà, facta reſolutione per eadem regreditor, à terra in carnem, à carne in ſanguinem, à ſanguine in animam ipſam, & iumentorum animam inueneris terram eſſe. Noli putare corporis ipſorum cõſtitutione vetuſtiorem animam eſſe, neque poſt carnis diſſolutionem perſiſtere. Elatorum arrogantiúmque philoſophorum fuge deliramenta, quos haud pudet, animas ſuas, & caninas eſſe eiuſdem ſpeciei conſtituere: qui ſeipſos etiam & mulieres olim & frutices aſſerunt, & æquoreos piſces fuiſſe. Ego verò piſces quidem illos olim fuiſſe, non auſim dicere: eo tamen tempore quo iſta ſcriptioni mãdabant, expertes magis rationis quã piſces fuiſſe, & aſſeterem acri admodum cum cõſtantia atque contenderem. *Educat terra animam viuentem.*) Mirantur fortaſſe plerique veſtrum, cur oratione proſpero currente curſu, vt ſemel fatear, tempore non paruo conticuerim. Sed auditorum ſanè qui quæ mihi dicuntur ſtudioſiùs contendunt vt intelligant: cauſam mei ſilentii non ignorant. Quî nanque ignorẽt, qui mutuo ſeſe reſpicientes, ac conniuentes, me ad ſe conuerterũt, B in eorúmque cogitationem quæ pretermiſſa ſunt reduxere? Nam integrum quoddam creaturæ genus, neque id quidem minimum, uos præteriit, & penè abiit ſine inquiſitione contemplationéque relictum. *Educant enim*, inquit, *aquæ reptilia animarum viuentium per genera, & volatilia volantia ſuper terram iuxta firmamentum cœli.*) Heri itaque de natantibus tantum diſſeruimus, quantum veſperaſcentis anguſtia cœli nobis conceſſit. Hodierno verò die ad animantium terreſtrium inueſtigationem inde trãſcendimus, atque ita nos volucre genus in medio collocatum dilapſum effugit, ac euolauit. Vt igitur obliuioſi facere viatores conſueuere, qui ſi quam rem ſibi perneceſſariam reliquiſſent, & ſi longis itineribus magna viç ſpatia tranſierunt: rurſus tamen eadem redeunt via, dignam deſidia ſua pœnam luẽtes, eum, inquam, laborem, quem in remeando ſuſcipiunt: Sic & nos vt videtur, agamus neceſſe eſt, eadem via redeamus oportet. Neque enim aſpernabile prorſum ſit, id quod pręter miſimus: ſed tertia pars animalium creationis eſſe videtur, ſiquidem tria genera ſunt animalium, aquatile, volatile, terreſtre.

C *Producant*, inquit, *aquæ reptilia animarum viuentium per eorum genera, & volatilia ſuper terram volantia ſecundum firmamentum cœli.*) Cur ortũ ex aquis volucribus quoque perinde vt aquatilibus præſtitit? Quoniam volantibus ad natatilia, quaſi conſanguinitas quædam eſt. Nam vti piſces aquam ſecant agitatione quidem pennarum, ad vlteriora quæ petunt proficiſcentes: caudæ verò mutatione flexiones ſibi rectóſque impetus gubernantes: ſic & in volatilibus fieri conſpicere licet, aërẽ pennis aliiſque findentibus ſimili natantibus modo. Quare cum vna ſit vtriſque communis conditio, ipſum, inquam, natare, vna quædam ipſis affinitas, ex aquarum ſanè generatione tributa eſt. Verùm volatile nullum pedibus caret: propterea quòd vniuerſis victus à terra præſtatur, & omnibus pedum officio ſubminiſtrationéque neceſſariò opus eſt. Rapacibus enim vngues aduncos atque acutos venationis gratia: cæteris ob aſſequendum pabulum, atque ad reliquam moderãdam tranſigendámque vitam. pedum natura ſubminiſtrationem neceſſariò præſtitit. Perpaucę ſanè volucres præditæ ſunt pedibus incommodis, nec ad ambulandum, nec ad venandum aptis, ceu hirundines, & eæ quę falculæ nuncupantur, aut ripariæ, quibus ex iis quæ ferũtur in aëre, pabulum prouidit natura. Quin hirundinibus propinquis humo volatus pro munere pedum eſt. Sunt tamẽ & in volucrum natura generum innumeræ differentiæ, quas ſi quiſpiam eodem trãſegerit modo, quo piſcium etiam aliqua ex parte diſcrimina nos tetigimus, vnum idem commune volucrum nomen, infinitas autem inueniet differentias, & inenarrabilem inter ipſas, magnitudine, formis, coloribus, vita moribus, actionibúſque varietatẽ. Iam verò quidam conati ſunt in ipſis & nomina noua fingere, vt inſolitis alieniſque nominibus, tanquã quibuſdam iuſtis notis, propria cuiuſque generis percipi natura peculiariſque conditio poſſit. Atque alias fiſſipennes appellarunt, vt aquilas: Alias cutipennes, vt veſpertiliones: Alias mẽbranipennes, vt veſpas: Alias vaginipennes, vt ſcarabeos, & quæcunque tandem in vaginis ſunt & tectoriis ſiue cruſtis generatæ, diffracta priùs cruſta, ad volatum pennas liberè explicant. Sed nobis ad generum volucrum diſtinctionem aſſignandam, peculiarémque naturam, ſufficit ipſe cõmunis vſus, E & diffinitiones eæ, quæ de puris atque impuris à ſcriptura trahuntur. Aliud itaque genus earũ eſt, quæ carnibus veſcũtur, aliaque compoſitio, atque forma, modo victus ipſarum accommodata. Vngues his inſunt adunci, acuti, & roſtrum incuruũ, + celeritáſque volatus atque pernicitas, vt facilè præda capiatur, diſtractáque atque dilaniata prædatori pabulum fiat. Alia rurſus earum, quę frugibus veſci ſolent, eóque dicuntur ſeminilegæ, corporis morúmque conſtitutio. Alia item earũ quæ quouis aluntur paſſim obuio. In his ipſis plurimæ ſunt differentiæ. Harum enim quædem gregales his eximuntur rapaces. His enim nihil prorſus cõmune eſt, præter coniugalem ſocietatem. Sunt aliæ innumeræ, quæ congregatiuam ſiue collectitiam ament vitam, vt columbæ, grues, ſturni, graculi aut monedulæ. In his etiam aliæ nulli ſunt imperio ſubditæ, ſed quaſi ſuo iure liberè viuunt, & illeges, aliæ ſub duce degere patiuntur, vt grues. Iam verò non mediocrem in his, & aliam differẽtiam eſſe nouimus. Nam aliæ nunquam ſedẽ mutãt, ſed eiſdem in locis verſantur. Aliæ naturæ ductu quàm longiſſimè demigrant, & ſub ingruentem hyemen in ſemotiſſima quàm plurimum ſe F recipiunt loca. Complures aues præterea ſi educãtur manſueſcunt, mitéſque fiunt, præter eas quæ inualidæ ſunt, quæ propter exuperantem metum atque pauorem, aſſiduam manus attrectationem non ferunt. Quinetiam ſunt & quæ cum hominibus degunt, & ſimiliter habitare ſolent auiculæ

D quædam.

In Pythagoreorum τὴν μετεμψύχωσιν.

Vnde P. basil. modo ſilentium, quia ſe lapſum memoria in genere ſit.

Aggreditur de volucrum natura narrationem. Ad lapſum memoria oppoſitè facit.

Collatio natatilium ad volantia.

ἀξίωμα physicum. ἄπουν expers, ſine pedibus.

σχιζόπτερα fiſſipennes vt Aquila. δερμόπτερα cutipennes vt veſpertilio. πτιλωτὰ vel πτιλόπτερα membranipennes vt veſpa. κολεόπτερα vaginipennes vt ſcarabeo.

+ χηλὰς ἀγκύλας.

quædam. Aliæ verò montes incolunt,& ſolitudi-
ne gaudent. Maximum aurem diſcrimen eſt inſu-
per inter ipſas,& differẽtia circa vocem. Aliæ nã-
que garrulæ,& loquaculæ ſunt. Aliæ taciturnæ,&
aliæ oſcines,ac multas variáſque voces eliciunt.
Aliæ inoſcines penitus ſunt, cantúſque expertes.
Aliis præterea data vis eſt imitãdi,aut ex ſeſe,ſua-
pte natura,aut exercitio adhibito. Aliæ vocem v-
nici modi,ac immutabilem edunt. Elatus eſt gal-
lus gallinaceus atque ſuperbus:ornatus & elegan
tiæ amator pauo,politurǽque ſtudioſus. Colũbæ
copia libidinis gaudent:nec facilè quoquam ſe e-

Pauo. Columba. Gallina. Perdix.

A mouent domo gallinæ,& eædem nullo non tem-
pore veneri indulgent. Callida volucris aſtuta ac
zelotypa perdix eſt, malitioſéque cum venatori-
bus in præda agit. Innumera profectò volucrum,
vti diximus,& actionum,& vitæ degendæ diſcri-
mina ſunt. Sunt nonnullæ volucres & ciuiles (ſi
quidem ciuilis officium ſocietatis proprium eſt
vt ad vnum communem finem, ſingulorũ actio-
nes cõcurrant) vt in ipſis apibus intueri licet. His
enim communis eſt habitatio, cõmunis volatus,
communis denique vnáque omniũ actio,& quod
portò maximum eſſe conſtat,ſub rege pręſide du
céque munus omne ſuum officiúmque attingunt
& aggrediuntur. Non priùs ad prata proficiſci ſu-
ſtinentes, quàm regem viderint cœpiſſe euolare.
Atque rex apud ipſas non ſuffragiis eſt conſtitu-
tus:nam impetitia populi ſępenumero peſſimum
omnium citra delectum in magiſtratum promo-
uit. Non ſorte poteſtatem eſt aſſecutus. Sortium
enim fortuiti caſus ad omnium peſſimum deter-
rimúmque perſæpe deferunt principatum. Non
paternæ iure ſucceſſionis in regali throno reſi-

Apes.

B dens. Nam & ij rudes expertéſque probitatis om
nis ob luxum aſſentationéſque plerunque fieri ſo
lent:ſed à natura principatum in omnes obtinet
magnitudine,forma, manſuetudine morum cæ-
teris omnibus antecellens. Eſt enim & ipſe rex
aculeo præditus,ſpiculóque armatus:at nunquam
irritatur ad vltionem:nunquam vtitur illo. Leges
quædam iſta profecto naturæ ſunt inſtitutáque,li
teris non mandata. Tardos, inquam, eos ad vindi
ctam pœnámque ſumendã eſſe oportere,qui ma-
ximas obtinent poteſtates. Quin & apes quę non
ſequuntur,ac imitantur regis exemplum,cito ad-
modum temeritatis pœnitet ſuæ:propterea quod
mox poſt ictum intereunt. Audiant iſta Chriſtia-
ni,quibus lege ſancitum eſt, nemini vnquam ho-
mini pro malo reddere malum, ſed malum vin-
cere ſuperaréque bono. Imitare mores apis pecu-
liares,quæ nemini prorſus officiens, nec alienos
vllos fructus demoliens,fauos extruit & compin
git ſuos. Etenim ceram quidem à floribus apertè
colligit. Mel autem,humorem qui ſpeciem præ-
fert roris inſperſum floribus, ore libatum atque

γνώμη.

C attractum: in cauos fauorum ſinus immittit. Vn-
de & humidum primum eſt:deinde tempore cõ-
coctum, ad ſuam propriam craſſitudinem ſuaui-
tatémque redit. Pulchra decoráque laude à pro-
uerbiorum autore prædicata eſt apis,ſapiens ope
ratrixque nuncupata,adeò pabulum diligenter e-
laboratéque congerens. Cuius labores (inquit) tã
reges, quàm priuati homines ad tuendam ſanita-
tem edunt. Adeò ſapienter, adeò exacta miráque
arte apothecas mellis extruens atque fingens. In

Attẽde operoſiſſima et ſolertia apo cula œconomiam.

tenuem enim extenſa cera membranam,frequen
tes cellulas, denſas, ſibique continuas alias ſuper
alias extruit,vt ipſarum adeò minutarum inter ſe-
ſe vinculi denſitas vniuerſo ſit operi munimen-
tum,ac firmitudo. Quæque enim adhæret alteri
cellula pertenui ſeiuncta ſimul copulatáque ſep-
to. Deinde aliæ ſuper alias accumulantur hę fiſtu-
læ,in altúmque editur opus,perinde vt ædes præ-
celſæ, ſecunda, tertiáque præditæ contignatione.
Nanque cauetur ipſi continuum vnum efficere
ſinum,nè foras humor ſuo præ põdere dilabatur.
D Diſce interim quãtum obtineant geometricæ in-
uentionis, vel ea quæ parerga ſunt ſapientiſſimæ
iſtius apiculæ. Fauorum enim fiſtulæ omnes cera
compactæ, ſenis angulis æqualibúsve lateribus
præditæ ſunt. Non in directum ſuper alias alię ia-
cent, ne fundi vacuis interuallis accommodati
defatigentur: ſed ſexangulorum inferiorum an-
guli ſedes ſuperiorum fundamentáque ſunt,vt tu
tò eleuent ac ſuſtineant pondera, & ſeorſum hu-
mor in vnumquenque ſinum ſuſcipiatur, & con-
tinere queat. Quonam pacto mores actionéſque
peculiares exacte volucrum vobis exponam? Vt
grues excubias nocturnis temporibus,viciſſim ha
bere ſolent:& cæteræ quidem dormiunt,aliæ ve-
rò in orbem circunluſtrant & obeunt dormiẽtes
vniuerſis ſomno indulgentibus ſecuritatem om-
nem exhibendo. Exacto deinde tempore defini-
to, illa quidem emiſſo clangore ſeſe ad ſomnum
carpendum vertit:alia verò ſuccedit, & quam ac-
cepit reddit in parte ſecuritatem. Hunc eundem
ordinem diſciplinámve exactam in ipſarum vo-

ἐξάλων καὶ ἰσόπλευρα δι᾽ ὀργάνου.

Grues.

latu profectò conſpicere licet. Interdum enim a-
E lia ducendi cæteras officium ſubit,ſtatóque tem-
pore, munere hoc perfuncta, ad totius agminis
ſeſe terga recipiens,idem ei ducendi munus quæ
poſt ipſam prima volabat, tradit. Mores verò ci-
coniarum haud longè dixeris à prudentia ratio-
néque diſtare. Ita vno tempore omnes in noſtras
prouincias ſiue regiones veniunt: Ita & ſub vno
ſigno quaſi militari quapiam teſſera hinc à nobis
auolant. Cornices autem noſtrates veluti licto-
res ipſas ſatellitéſque comitantur,atque deducũt.
Quin vt mihi videtur,& ſocias ſeſe offerunt auxi-
liaréſque aduerſus aues ipſis aduerſarias atque ho
ſtes. Cuius rei argumento ſunt illa: Primum quòd
noſtris in prouinciis illo tempore nulla prorſus
cornix conſpicitur. Deinde cum vulneribus rede-
untes,aperta præſtitæ tutelæ & ſuppetiarum indi-
cia nobis afferunt. Quis apud ipſas hoſpitalitatis,
quæſo,iura præſcripſit? Quis ipſis deſerti exerci-
tus pœnam minatus eſt,vt nulla prorſus deducen
dis ſeſe ſubtrahat copiis. Audiant hęc homines ij,
qui hoſpitio neminem except..nt, ianuáſque ſuas
occludunt, & neque hyeme, neque noctu, ſolo
tegmine peregrinos aduenáſque ſuſcipiunt. Iam
vero pietas,& obſequium ciconiarum, erga ſuos
F ſenio confectos parentes, ſatis profectò liberos
noſtros beneuolos parentibus, atque obſeruan-
tiſsimos efficere poteſt,modò mentem adhibere
velint. Nemo enim prorſus eſt qui naturæ ſenſu
prudentiáve ſic deſtituatur, vt non mediocri pu-
dore eum exiſtimet dignum: quiſquis quod ad
virtutem attinet, finit ſe alitibus iſtis nulla rectæ
rationis vi præditis deprehendi inferiorem. Illæ
genitorem per ſenium, defluxu pennarum de-

Ciconiæ.

Cornices.

Ciconia.

grauesc-

grauescentem, ſuiſmet pennis circundatum ſouent, & abundè victum lautéque ſubminiſtrantes, ſubſidium etiam ei quoad fieri poteſt, in ipſo volatu præſtant, ſenſim vtrinque ſuis eum ſubleuantes alis. Idque adeò diuulgatum eſt, adeóque notum, vt quidam harum ipſarum alitum nomine vicariam gratiæ redditionem appellent ἀντιπελάργησιν. Nemo paupertatem deploret, nec is de ſua vita deſperet, actúmque iam eſſe de ipſa putet, cui nihil eſt de patrimonio ſuo relictum, ad hirundinis reſpiciens ingenioſam & ſolertem induſtriam. Nam illa compingendo ſibi nidulo, ſtramenta quidem ore legit, perfértque. Lutum A autem cum deferre nequeat pedibus, extremitates pennatum aqua primùm madeſacit: deinde tenuiſſimo puluere ſeſe inuoluens, hoc ſibi pacto comminiſcitur excogitatque luti vſum. Tum paulatim compactis inter ſeſe floccis, colligatiſque ſtramētis, interpoſito perinde atque glutine quopiam, luto, in ipſo nidulo iam extructo, ſuos tandem excluſos editis ouis pullos nutrit: quorum ſi quiſpiam pupugerit oculos, habet quandam à natura ſibi conceſſam facultatem medendi, qua quidem ad valetudinem priſtinam ſuæ lumina prolis reducit. Hæc te doceant, hæc te admoneant, vt ne per paupertatis incommoda, ad flagitia vlla fraudéſque ſinas mentem deflecti tuam: nec in grauiſſimis calamitatibus conſtitutum te eiecta ſpe penitus inertem, animo labeſactato, fractóque ſine actione, ſinéque operatione vlla iacêre: ſed ad deum ipſum confugere, qui ſi tantis muneribus hirundinem affecit, quanto maiora in eos homines beneficia conferet, qui toto ipſum corde inuocant: Halcedo quædam eſt auis, mari maximopere gaudens. Hæc fœtificare ſecundum littora B ſolet, & ouis in ipſa arena poſitis circiter mediam ferè hyemem pullos excludit, cùm crebris violentiſque ventorum exaſperatum mare procellis, pertunditur, ac terræ littoribus alliditur. Attamen ſileſcunt & conſopiuntur tum omnes venti, quieſcunt vndæ, tumida æquora placantur, ſeptem totis diebus cum incubat ouis halcedo. Tot enim duntaxat diebus ipſam ſuos excludere pullos ferunt. Sed cum & victu ſit ipſis opus, alios inſuper pro incremento ſuæ prolis beneficentiſſimus ipſe deus huic tam exiguo præſtitit animali, ſerenos itidem ſeptem tranquillóſque dies. Id omnes etiā nautici ſciunt, & halcyonides dies illos appellāt. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina prouidentia præſtat, vt inde quaſi lege ſit tibi ſtatutum, vt per hæc admoneare, à deo ſemper vt poſtules quæ ad ſalutem tuam pertinēt. Quid à deo, etiam præter omnium ſpem, tui cauſa non fuerit exorabile, quem ad imaginem ipſe ſuam creauit: quādoquidem alitis tam exiguæ gratia, mare tam vaſtum, tam terribile, ſæuumque, tranquillum eſſe media bruma, iuſſum detinetur, atque quieſcit? C Turturem aſſerunt ſeiugatam à cōiuge nunquam ſocietatem inire: cum alio, ſed ſine coniuge vitam cœlibem degere, recordatione amiſſi conſortis coniugium alterius abnuentem. Audiant ipſæ mulieres, vt etiam apud animalia ratione non prædita, viduitatis honeſtas indecoro iterati connubij anteponatur. Iniquiſſima volucris aquila in educanda ſua prole dicitur eſſe. Duos enim mox vt excluſit pullos, horum alterum alarum verbere cæſum nido deturbat in terram: alterum autem & eum ſolum exceptum vt propriū adiungit ſibi familiariter. Quin hunc quoque quem ipſa genuit, ob nutricationis difficultatem à ſe ablegat: ſed hunc (vt aiunt) exceptum oſſifraga diſperire non ſinit, potiùs exceptum vnà cum ſuis educat pullis. Eiuſmodi parentes ii ſunt in liberos præduri & inclementes, qui prætextu à paupertate quæſito ſuos infantes exponunt, aut certè iniquiſſimos ſe declarāt patrimonio in filios partiendo. Iuſtum enim vt quemadmodum ex æquo cuique vt eſſet, tribuêre, ſic & ad viuendum peræquè diſpertiantur facultates. Imitari noli crudelitatem earum auium, quibus vngues adunci ſunt D & incurui. Hi cum ſuos ſenſerint fœtus volandi iam poteſtatem conſequutos eſſe, alis eos verberantes ac impingentes, nidis depellūt, nullamque prorſus erga illos extruſos curam deinceps ac diligentiam adhibent. Laudandus eſt ſanè cornicis erga ſuam prolem amor: laudanda eſt diligentia. Hæc ſuos pullos iam volántes comitatur, ſuppeditánſque alimoniam aliquandiu enutrit. Compluribus auium generibus ad conceptum non opus eſt copula marium. Sed in aliis quidem generibus ſterilia ſunt oua quæ ſubuentanea dicuntur: vultures autem, magna ex parte parere ſine coitu ſubuentanea fœcunda ferunt, & eſſe longiſſimæ vitæ: quippe quibus ad centenos vſque annos plerunque vita protenditur. Id ex alitum ipſe hiſtoriis notatum habeas animaduerſúmque velim, vt ſiquando nonnullos irridere conſpexeris arcanum fidei noſtræ myſterium, quaſi fines naturæ cancellóſque tranſgrediatur, fieríque non potuerit, vt virgo pareret virginitate ipſius integra intemeratáque perſiſtente veniat in mentem tibi, deum cui libuit per ſtultitiam prædicationis ſal- E uos facere credentes: ad fidem iſtiuſmodi mirabilibus ac præter omnium opinionem ſtupendis conciliandam & aſtruendam, argumenta occaſionéſve ſexcentas ex ipſa rerum natura præuertentem propoſuiſſe. *Educant aqua reptilia animarum viuentium & volatilia volantia ſuper terram, iuxta firmamentum cœli.*) Iuſſum eſt volucres ſuper terram volare: propterea quòd à terra pabulum omnes ſumunt. Iuxta firmamentum cœli, id eſt, in aëre vt antea diſſeruimus οὐρανοῦ cœli præſenti loco à verbo ὁρᾶσθαι videri, eò quod ipſe aër ſiue cœlum hoc oculis ſubiectum ſit. Iuxta firmamentum, quòd aër ipſe capiti noſtro imminens collatione ætherei corporis denſioris eſt coagmenti & adſtrictioris, per exhalationes quæ hinc in ſublime feruntur. Habes igitur cœlum iā perornatum, tellurem comptam ac decoratam mare fœtibus ſuis abundans, aërem denique peruolitantibus alitibus refertum, orta omnia, edita omnia diuino imperio vbi nunquam eorum antea quicquam erat. Quæ omnia tute ipſe contem F plator, impiger auditor: & iis inſuper animaduerſis, quæ noſtra nunc omiſit oratio, nimiam in ipſis trahēdam moram euitare percupiens, ne modum egredi videatur, ſapientiaque creatoris inde ſumma percepta, non deſinere velis vnquam mirari, & ex omnibus rebus creatis deum opificem exaltare, gloriáque afficere. Habes in tenebris ea volucrum genera, quæ non niſi noctu vagantur ſibique victū acquirunt: in luce, ea quæ interdiu

Turtur.

Aquila.

Aues aduncis vnguibus.

Cornix.

Oua ſubuentanea.
Vultures.

volitant. Veſpertiliones enim, noctuæ, vlulæ, cæteráque id genus, nocturno tempore, non die pabulum quæritant, vt tibi ſi vnquam te non occupet ſomnus, morula etiam in ipſis, & quæ peculiariter ipſis inſunt conſiderandis, ad gloriam dicendam creatori, ſufficiat. Conſideres velim, vt cum ouis incubat luciſnia, vigilet, totáque non ceſſet canere nocte. Vt veſpertilio quadrupes eadem ſit aléſque ſimul, & auium ſola dentibus vtatur, & pariat quidem animal, vt quadrupedia, circa verò aëris ſuperficiem ſe attollit, & ex humo emergit, non quidem pennis ſublata, ſed membrana quadam æmula cutis coriaceæ. Vt & id genus mutuam inter ſeſe quandam beneuolentiam habeant natura, atque veluti catena quædam contexta, mutuò ſibi veſpertiliones hæreant, aliáque ab alia pendeat, quod haud facilè apud nos homines fieri contingit. Seiuncta nanque priuatáque vita communi coniunctæque longè à pleriſque hominibus antepoonitur. Vt oculis noctuæ perſimiles homines ij ſint, qui euanidæ & inanis ſapientiæ ſtudio incubuere. Nam vt illius aſpectus noctu quidem valet, ſole autem illuceſcente nó mediocriter offuſcatur & hebeſcit: ſic & iſtorum hominum mens, acutiſſima quidem ad vanas res perſpiciendas eſſe videtur, hebetiſſima verò caliginéque referta ad ipſam lucem veram percipiendam euaſit. In die quoque perfacilè tibi fuerit vndequaque creatoris admirationem elicere. Vt ad opera conficienda te familiaris ac domeſtica excitet ales, acuta inclamitans voce, cantúque ſuo ſolem adhuc è longinquo aduenientem prædicens cúmque viatoribus mane euigilans: & ad ſuos labores atque meſſem agricolas educens ædibus. Vt peruigili cura genus anſerum occupetur, & acutiſſimum ſit ad ea ſentienda quæ cæteros lateant, qui iam olim & ipſam vrbem, ſedem ac domicilium imperii conſeruauerunt, hoſtibus quibuſdam Romanis omnibus clam nec præuiſis per occultos cuniculos iamiam occupaturis arcem ac capitolium Romæ, clangoribus ſuis vociferationibúſque declaratis ac patefactis. Cui nam alitum generi non proprium & peculiare quid admirandum natura impreſſit oſtentandum? Quis, quæſo, cædem vulturibus ac mortem hominum, cum contra ſeſe militiam ducunt, prædicit? Videris enim vulturum innumeros greges, exercitus caſtráque ſequentes, armorum apparatu ſerróque proculdubio talem exitum coniectantes, quod quidem haud longè dixeris à cogitationibus humanis coniecturiſque diſtare. Quonam pacto tibi militias exercitúſque locuſtæ terribiles enarrauero, quæ velut agmine facto, ſub vna teſſera in ſublime vniuerſa ſimul elata, caſtris toto latè poſitis agro, non antea ſanè fructus depaſcitur, quàm ipſi ſit id à deo conceſſum atque mandatum, vt ſeleucis auis eam inſequatur, remedium cladis, edendi ſine fine vorandíque facultatem obtinens, inſatiabilem à creatore naturam ſortitus, quò tanta diuino beneficio pernicies è medio perbreui tẽpore tolli poſſit. Quis ſit canendi modus cicadæ, Vt meridie magis incumbant cicadæ cantui, aëris tractione quæ fit cum pectus expanditur, ſonum elicientes. At enim ipſe equidem oratione plus à volucrum admiratione relinqui videor, quàm ſi pedibus celeritatem volatus earum coner attingere. Cũ volatilium ea conſpexeris, quæ inſecta vocantur, vt apes, vt veſpas: ſic enim ea nuncuparunt: propterea quòd vndique ſciſſuras quaſdam ſiue inciſuras oſtendant: veniat tibi in mentem ea prædita reſpiratione non eſſe, pulmonéque carere, ſed totis omnia ſui corporis partibus nutriri aëre. Quapropter ſi oliuo fuerint madefacta, occluſis meatibus pereunt, ſin aceto protinus aſperſeris ea, recluſis foraminibus reuiuiſcunt. Nihil vltra neceſſitudinis fines aut redundans creauit opifex vniuerſi deus noſter, nec verò quicquàm defuit neceſſariorum. Rurſus ſi volucres eas quæ gaudent aquis conſpexeris, diuerſam ab aliis in illis compoſitionem inuenies. Nanque pedes non diffiſſos vti cornicis, non adúcos velut earum auium quæ carnibus veſci ſolent, ſed latos atque membranæ inſtar expaſſos obtinent: ideo ſanè, vt commodiùs fluitare ſuper aquas nataréque poſſint, pedum membranis perinde atque remis diſpellentes humorem. Quòd ſi animaduerteris, vt olor in profundam aquam immiſſo collo, ex imo ſibi cibum in ſublime exportet, apertè tum creatoris inſpexeris ſapientiam, compereríſque porrectius collum quàm ſint pedes, ideo opificem adiunxiſſe, vt illud perinde atque lineam piſcariam ipſe demittens, inde ſibi comparet ac ſuppeditet alimoniam in imo deliteſcentem. Sacræ ſcripturæ verba ſi vtcunque legantur aut perfunctoriè, ſyllabæ tantùm quædam eſſe videntur & eædem perexiguæ: *Producant aquæ volatilia volantia ſuper terram iuxta firmamentum cœli.*) Sed cum verborum ſententiæ peruestigantur, tunc quanta nam ſit ſapientia creatoris perſpicitur: quot volucrum opifex ipſe diſcrimina, quot differentias præuidit: per quot ipſas inter ſeſe genera ſpeciéſque ſeiunxerit, aut vt ſingulas propriis quibuſdam inſignibus peculiaribúſque diſtinxerit. Deſtituet me dies ea vobis quæ ſunt in aëre miranda narrantem. Continens ipſa iamdudum od oſtentandas feras, reptilia, & reliquorum gregem animalium nos ad ſe inuitat, parata ſat ſcio non inferiora ſtirpibus natantiúmque genere nobis ac volatilibus cunctis viciſſim oſtendere. *Producat terra viuentem animam iumentorum & ferarum, & reptilium in genere ſuo.*) Quid dicitis vos, quæſo, qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione, quam in reſurrectione fore dicit, qui pleraſque videtis aëris animantes ſormas permutare, qualia de verme quoque illo Indico cornua protendenti gemina narrari ſolent. Hic in erucam vertitur primùm: fit deinde temporis progreſſu id quod bombyx appellatur: at neque hac in forma perſiſtit, ſed illis præmollibus corniculorum bracteolis ſeſe ſenſim prolatantibus in alarum ſpeciem, ita demum fit volucris. Quum igitur vos ô mulieres repetitis vicibus ordimini & retorquetis veſtram operationem ſedentariam, fila nimirum, quæ ad vos vſque ſeres tranſmittunt ad raras iſtas ac præmolles veſtes concinnandas: veniat vobis in mentem huiuſce varietas animalis in formas, atque mutatio, indéque reſurrectionis dilucidam certámque ſententiam ſumite, neu fidem futuræ immutationi abrogetis ei, quam hominibus omnibus communem fore ipſe diuus Paulus pollicetur. At enim orationem noſtram cancellos tranſgredi

ſentio

Marginalia: [illegible] (beside the opening lines) — A — *Gallus excubitor. Anſeres vigiles.* — B — *Vultures præſagi cædis propinquæ. Locuſtarũ prælia exercitúſque.* [illegible] *Heſychius & Phauorinus. Cicada canora.* [illegible] *Phyſis inſectorum cũ phyſica expoſuit.* — C — D — [illegible] — E — *Sw.* — F — *Bombyx.*

ſentio mediocritatis. Enimuero cùm ad eorum multitudinem, quæ ſunt dicta reſpicio, nec tum vltra modum efferri video: contrà, cum ad ſapientiæ creatricis ipſis inſitæ rebus omnimodam varietatem me verto, nec initium enarrationis me tum ſumpſiſſe exiſtimo. Et inſuper ſi longiuſculo tempore vos detineo, non inutile profectò fuerit. Quid enim agat aliud quiſquam veſtrum abſque tempore hoc, ad Solem vſque cadentem? Nemo vos ſollicitat aut perurget coëpulonum.
A Nullæ vos operiuntur alternæ compotationes. Quapropter ſi videtur, hoc corporali ieiunio ipſi vtemur ad exhilarandas animas. Carni non ſemel obſequutus es & inſeruiſti ad voluptatis perfruitionem: vel hodie perſta ſuas animæ delicias subminiſtrans. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si diuitiarum auidus es, habes diuitias ſpirituales. Iudicia domini vera & iuſtificata in idipſum, plus ſanè deſiderabilia ſunt, quã aurum, quàm innumeri lapides pretioſi. Si delitiis deditus es, ſi voluptatis cupidus homo, habes eloquia dei, quæ longè dulciora, longè ſuauiora melle fauóque ſunt, & cuiuis ſpirituali ſenſu ſano validóque prædito. Si vos dimiſero, & concilium hoc diſſoluero, ſunt qui protinus ad teſſeras, aleáſque ſeſe conferent. Iuramenta ſunt illic, contentionéſque pergraues, ac auaritiæ partus. Spiritus malignus aſſiſtit, furorem punctis oſſibus illis ludentium inſaniamque accedens. Eaſdem ille pecunias nunc ad hunc, nunc ad alterum transfert. Atque modò hunc victoria efferr, illum victum mœſtitia premit: modò contrà, illum elatum, hũc
B demiſſum oſtendit. Quid prodeſt, quæſo, corpore ieiunare: animam vero mille vitiis, mille malis eſſe refertam? At vero qui talario quidem ludo non vacãt, in otio vero nequicquam degunt: quid vani non loquuntur? quid abſurdi non auſcultãt? Omnium enim dei metu ſi careat, præceptor vitiorum iis eſt, qui tempore ſibi indulto non norunt vti. Igitur fortaſſe quidem & vtile quid in his quæ hic à nobis dicuntur comperietis: ſi minùs, at delinquere vobis ſaltem per occupationẽ hanc haud licebit ita, vt quò vos quiſpiam plus hoc loco detineat, eò vos plus à committendis abmoueat delictis. Satisfaciunt & ea ſanè, quæ diſſeruimus æquo bonóque iudici, is modò non ad affluentiam copiámque rerum quæ ſunt à deo creatæ, ſed ad noſtræ facultatis imbecillitatem, atque ad ſatisfactionem voluptatis eorum qui huc conuenerunt, reſpiciat. Opulenter admodum ac ſplendidè ſuis germinibus terra vos excepit, mare piſcibus, aër volucribus. Quin supereſt ea terræ pars quæ in ſolitudinem abiit, deſtituta cultore & hæc etiamnũ parata eſt viciſſim ſuas opes oſtentare nihilo ſuperioribus inferiores. Cæterùm finis hic modúſque
C eſto matutini iſtius conuiuii, vt ne ſatietas exuperans vos ad veſpertinas ſumendas epulas voluptatéſque capiendas hebetiores efficiat. Qui vero cuncta ſua creatione compleuit, atque in omnibus nobis ſuorum manifeſta miraculorum claráque monumenta reliquit, is vtinam omni lætitia veſtra corda, & iucunditate compleat ſpirituali in Chriſto Ieſu Domino noſtro, quem addecet gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA NONA,

de Terreſtribus.

Qualisnam verborum menſa viſa vobis eſt, quam aurora exoriente primùm apparaui & admoui? Equidem de his quę mihi aguntur, ita ipſe ſentio, ſimilia vt ſint vniſcuipiam conuiuatori bene- D
uolo ſanè, attamẽ perquàm tenui ac pauperi: qui quum in hoc ſuas condicat operas ambitioſius, vt videri poſſit luculentiꝰ ac ſplendidè ſuos accepiſſe conuiuas, per inopiam tamen lautiorum & quæ magno parantur, eduliorum, neſcio quid turbelæ ac mœroris conuiuarũ animis impreſſum relinquit, menſam non niſi vilibus epulis vberiùs onerando. Quibus efficitur, vt id quo gloriatur, ſeſéque liberalem videri percupit, ipſi in opprobrium dedecúſque vertatur quaſi qui expers ſit honeſtæ & mundioris vitæ. Tale quid eſt & id profectò quod à nobis agitur nunc, niſi quid aliud vos ipſi dicitis. Verũ qualiacunque tandem noſtra hæc fuerint, neutiquàm vobis veniunt habenda deſpicatui. Neque enim Heliſæus in præbendis epulis vilis habebatur ab iis quibúſcum viuebat, quanquam oleribus ſylueſtribus excipiebat amicos. Noui leges allegoriarum, & ſi non à me inuentas, ab aliis tamen elaboratas teneo. Nam qui non acceptant ſententias ſcripturæ communes, ij non aquam vt aquam accipiunt, ſed aliam quandam naturam inquiunt eſſe: & piſcem, ad id quod ipſis videtur, ſua permutant interpretatione. Reptilium etiam ortum atque ferarum ad ſuas * ſententias deflectentes, in- E
terpretantur perinde vt ſomniorum interpretes, qui ad id reſpicientes quod ſibi propoſuerunt, eorum quæ ſecundum quietem viſa ſunt, interpretationes afferre ſolent. Ego verò cum fœnum audio, fœnum intelligo: & ſtirpem, & piſcem, & feram, & iumentum, omnia vti dicta ſunt, ita accipio. Non enim me pudet euangelii. Neque quoniam qui conſcripſere de mundo, complura de terræ figuris diſſeruere: ſphæráne ſit, an cylindrus terra, aut certè diſco aſſimilis, & vndique in orbicularem figuram ex æquo detornata, an lichnoides, & in medio concaua (ad has enim omnes opiniones ij qui de mundo diſſeruerunt deducti ſunt, ſinguli quique aliorum diſſoluentes inter ſe ac demoliti opinionem) ob idipſum compulſus fuero, noſtram hanc extructionis mundi conſcriptionem inferiorem dicere, quia nihil de figuris ſeruus dei Moſes ille diſſeruit? Neque, quia terræ circuitum vniuerſum decem & octo myriades ſtadiorum eſſe non dixit: & vmbram terræ, cum Sol mouetur ſub terra quantum ad aëris protenditur ſpatium, non eſt menſus: quoque modo defectiones hæc efficiat cum in ipſam incidit luna, F
non aſſignauit: quippe cum ea quæ nihil ad nos attinent, vt inutilia nobis ſilentio prætermiſit. Num quæſo vel hac gratia, ſpiritus ſancti eloquia cenſuero viliora eſſe ſapientia mundi quæ ſtulta iam euaſit? An potiùs eum glorificauero, qui non ſiuit mentem noſtram irretiri euanidæ iſtius, & inanis philoſophiæ dogmatis: ſed ea duntaxat cõ-

Exemplo cõfirmat ex ſcriptura. dñ, ptũ in Origenem qui omnia priuè ad allegoriam trahebat.

** aliàs allegorias.*

Attende prudentiam Baſilii in enarrandis ſcripturis.

ſcribi voluit, quæ ædificandis animabus & in tranquillo ſtatu conſtituẽdis apprimè fore vtilia prænouerat: Id quod mihi videtur quidam minùs intellexiſſe, quando ſuis quibuſdam commentis ac tropologiis ſuopte ingenio excogitatis conati ſunt authoritatis aliquid adſciſcere, quaſi inuenta ſua ſcripturis cõcinerent. Verum hoc eius eſt, qui ſpiritus ſancti oraculis velit haberi ſapientior: quique prætextu enarrandæ ſcripturæ quæ ſua ipſius commenta ſunt, clàm erepens quærat inferre. Hæc itaque vti ſcripta ſunt, intelligantur: *Producat terra animam viuentem iumentorum, beſtiarum, & reptilium.*) A Mihi quæſo conſidera verbum dei vniuerſam percurrens creaturam, & quidem cœpit operari, idem operatur in diem hodiernum, ſed & in finem vſque cuncta perluſtrans dum mundi iſtius venerit conſummatio, operabitur. Quemadmodum enim ſphæra quæpiam, globus nimirum teres depulſus manu ac deturbatus, is ſi locum internanciſcetur declinem, partim ob propriẽ conſtitutionem naturæ, partim ob loci per quem ſidit, aptitudinem, præceps ad ima defertur: nec priùs ſiſtitur à motu, aut conquieſcit, quàm in planiciem exceptus deſederit: ita ſanè natura rerum excita ſemel & vnico hoc emota præcepto, creaturam ipſam æquabili curſu tum in generatione, tum in corruptione penetrat & tranſit, generúmque ſucceſſionem ſimilitudine ſeruat, tantiſper dum generandi occurret finis. Succedit equus equo natura, leo leoni, aquila aquilæ, ſingulàque animalia ſuis ordine ſucceſſionibus conſeruata vſque ad exitum conſummationémque vniuerſi ipſa tranſmittit. Nullum vnquam tempus proprias peculiaréſque naturas animalium interlini ſinit aut exoleſcere, ſed quaſi B nunc primum condita rerum natura ſit, vnà cum tempore noua quotidie recénſque ſuum peragit curſum. *Producat terra animam viuentem.*) Præceptum hoc ſic impreſſum eſt terræ elemento, vt ne hodie quidem deſinat ſubſeruire ſuo creatori. Nam animalia partim ex antecedentibus oriuntur ſucceſſione, partim nunc etiam ex ipſamet emergere terra, generaríque cernuntur. Non ſolum enim cicadas humus pluuio tempore edit, & innumeras alias beſtiolas in aëre peruolantes, quarũ plurimæ præ tenuitate nullam ſortitæ ſunt nomenclaturam: quin & mures ranáſque ex ſeipſa iam profert & edit: vtpote cum circa Aegyptias Thebas poſt vehementes in æſtibus pluuias vniuerſa arua ſoricibus impleri protinus nouimus. Anguillas quoque, nec alio vllo modo niſi ex feculenta conſtitui materia, limóque conſpicimus: quarum nec ouum, nec alium vllum modum ſucceſſionem efficere conſtat, ſed è terra hæ progignũtur. *Producat terra viuentem animã.*) Iumenta terrea ſunt, & ad ipſam nutantia terram: C At planta cœleſtis homo, quantum figura formáque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præſtat. Qualiſnam eſt animantium quadrupedum forma? Caput illis ad humum eſt pronum, ad ventrem ſpectat, voluptatem ventris omnibus modis perſequitur. Caput tuum ad ipſum cœlum exurgit, oculi tui res ſupernas conſpiciunt. Quòd ſi vnquam & tu carnis affectionibus ſuccumbens teipſum dehoneſtaris, ventríque, & iis quæ ſunt ſub ventre ſeruieris: comparatus es iumentis inſipientibus, & illis perſimilis es effectus. Alia te cura decet, ſupernas res, inquam, explorare ac quærere vbi Chriſtus eſt, terrenis contemptim tranſmiſſis cœleſtia mente tranſcendere. Vti forma te natura inſigniuit: ſic & teipſum & tuam vitam diſponere velis. In repub. cœleſti verſare: vera tibi patria eſt ſuperna illa Hieruſalem: conciues atque contribules ipſi primogeniti, qui ſunt conſcripti in cœlis. *Producat terra animam viuentem.*) Non igitur priùs inſita telluri rationis expertium animan D tium anima, diuino imperio tum emerſit: ſed vnà cum imperio tum primum in ratione rerum exorta eſt: atque genere quidem vna eſt animalium anima, ratione non præditorum: quippe cum vnum ſit: & id ſimili ratione, quod ad eſſentiam ipſius accommodatur, naturámque exprimit, ipſa, inquam vacuitas rationis: diſcriminibus autem numeroſis differentiiſque non vna eſt. Animalia nanque ſingula diuerſis proprietatibus inter ſeſe variiſque non mediocriter diſtinguuntur. Eſt enim bos quidem conſtans ſtrenuúſque: aſinus autem piger: equus libidine incenditur, petitque impetuoſè fœmellam: lupus miteſcere nequit: vulpes inſidioſa eſt, & ad dolos natura concinnandos ſagax: ceruus timidus, laborioſa formica, canis gratioſus eſt, & initæ ſemel amicitiæ tenax ac memor. Simul enim animalia ſingula cum ſua peculiari natura creata ſunt. Vnà cum leone animoſitas, & ad incandeſcentiam iræ propenſio illi agnata eſt, vita ſolitaria, expers ſocietatis ad ea quæ genus ſubeunt idem. Velut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium, pa- E res honores congreſſionéſque cum cæteris non acceptat, ſed aſpernatur. Qui neque pabulum heſternum accedit, nec ad reliquias ſuæ venationis vnquam redit. Cui tanta quoque vocis eliciendæ natura præſtitit inſtrumenta, vt animantium complura longè ipſo celeriora, ſolo ſæpe rugitu capiantur. Vehemens eſt panthera, & ad impetus faciendos propenſa, pernixque. Atque idoneum ipſi corpus flexile agiléque addidit natura, ad animæ motiones agitationéſque ſubminiſtrandas. Pigerrima eſt vrſæ natura, ſolitaria, ingenii latentis ac doloſi, profundéque tecti. Simile ſanè corpus & ipſam ambit, graue, compactum, indiſtinctum ſiue inarticulatum accommodatum ſeſe occultanti pergelidæ feræ. Si tranſigamus oratione, quanta rationis expertibus iſtis inſit ſine doctrina quidem, quippe naturalis ſuæ vitæ diligentia, atque cura: aut ad noſtri cuſtodiam corporis, animarúmque noſtrarum prouidendam ſalutem impellemur, ac concitabimur: aut magis magiſque carpemur, ac condemnabimur, ſi ita fuerimus affecti, vt neque animalia imitari rationis expertia valeamus. Vrſa ſæpenumero vulneribus ſaucia grauibus ſibiipſi medetur omni conatu: calenti adhuc vulneri F verbaſcum ſiccæ naturæ herbam indens obturanſque. Videris & vulpem laricis aut piceæ lachryma ſeipſam medicantem. Teſtudo quoque viperæ immodicè exatiata carnibus, per aduerſum origani naturam, nocumentum è venenata fera ſibi prouenturum euitat.

Confirmat ſimili.

Collatio ſtaturæ hominis ad iumentum.

[illegible]

Animaliũ proprietas.

Leonis ſuperbia.

Pantheræ natura. ἡ πάρδαλις. habet exẽplar Baſilii pro panthera.

Vrſa. Variam induſtriã natura animantibus indidit.

Vrſa.

Vulpes. Teſtudo.

Anguis.

Quin

Quin & anguis fœniculi paſtu lippitudinem oculorum curare videtur. Prænotiones ſiue præſagia mutationis circa aërem futuræ, quam mentis rationiſque ſagacitatem non ſuperarunt? Quandoquidem oues ipſæ accedente hyeme pabulum copioſiùs auidiúſque vētri ingerunt: proinde quaſi ſibi viaticum prouidentes pro indigentia cibi futura. Boues autem diutius occluſi tēpore hyemis, iam tandem ineunte vere ſenſu naturali mutatione percepta, omnes vno impetu, lætis aſpectibus è ſtabulis ſuis egrediūtur, & rectà ad viarū exitus ſpectant. Iam vero quidam haud inertium hominum

A emolitum fuiſſe cōſtruxiſſeque gemina ſibi ſpiramina cubiculi terreſtrem herinaceum obſeruauit: atque aquilone ſpiraturo, aquilonium ſpiramen obſtruere: contra, auſtro flaturo ad ſeptentrionale tranſit ſpiraculi foramen. Quid, quæſo, per hæc ipſa nobis hominibus indicatur? Non ſolum diligentiam opificis noſtri & prouidam curam per omnia penetrare, ſed in animātibus quoque ratione non præditis, futuri ſenſionem quandam ineſſe: vt & nos etiā ipſi, non huic vitæ, præſentibúſque rebus adhæreamus: ſed totum noſtrū ſtudium ad futuram illam vitam dirigamus? Non ture tibi eandem ſi homo diligentiam adhibebis? non tute tibiipſi demum elaborabis? non hoc tēpore præſenti fruges tibi recondes? requiemque ad futurum formicæ exemplo parabis? Formica temporis hyberni pabulum æſtate ſibi ſedulò cōdit, & non quòd hyemis incommoda nondum aſſunt, otioſa tēpus traducit: ſed inceſſabili quodam intentoque ſtudio legendi ſemina tantiſper incumbit, dum ſufficiens alimentum in celullis

B ſibi recondat. Neque id incuria facit, ſed ſapienti quadam prouidentia, vt quamplurimo tempore pabulum ſibi perſiſtere conſeruarique poſsit. Secat enim vnguiculis fructus mèdios, arroſoſque condit: ne rurſus in fruges exeant è terra, atque inutiles inde ſibi ad vſum alimoniæ fiant. Cū ſenſerit eos malefactos imbre, profert atq; exiccat. Nec omni tempore id agit, ſed cum præſenſerit aërem ſerena in ſtatione teneri, ſerenumque cœlum. Etenim nunquam ex nubibus imbrem defluxiſſe conſpexeris, quanto tempore à formicis expoſitum eſt frumētum. Quænam oratio, quis dicendi modus hæc attingere poterit? Quis horum capax auditus? Quodnam tempus ſatis fuerit ad expromenda enarrandaque opicis tanti ſtupenda opera? Dicamus & nos cum propheta: Quàm magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti. Quî igitur vel illud per ſe ſuffecerit obtendere ad excuſationem, quod nequaquam edocti ſimus literis quæ ad parandā ſalutem ſunt cō-

C ducibilia, quando lege naturæ (cui nullius externæ doctrinæ præſidio opus) cognitionem accepimus id diligendi quod animæ proſit? Scis quid boni proximo facias: eſt enim id quod ab alius tute tibiipſi fieri velis. Non ignoras profectò, quidnam ſit ipſum malum: eſt enim id quod ab alio tute tibi fieri non exoptaueris vnquam. Nulla ars radicum ſecandarū ad medelam excogitata, nulla prorſus herbarum experientia doctrinam adinuenit, qua brutæ animantes inſtituerentur ad ſecernēdum ſibi vtile ab inutili: ſed natura quæque harum prædita eſt facultate, ſuæ tam conſeruandæ, quàm recuperādæ ſanitatis atque ſalutis: necnon & inenarrabilem ad id quod ſecūdum ſuam eſt naturam, habet affinitatē. Sunt apud nos ipſæ virtutes ſecundū naturam, ad quas habendas affinitas animæ, non ex humana doctrina, ſed ex ipſa natura nobis ineſſe videtur. Etenim vt nulla oratio, nulla doctrinę vllius formula nos edocet morbum odiſſe: ſed ex nobiſmetipſis nos ea quæ dolorem efficiunt, reprehendimus, auerſamur, horremus: ſic & in anima quædā ineſt naturalis quædam & citra doctrinā vllam euitatio mali. Atqui malitia omnis, ægritudo eſt animæ: contrà, virtus rationem obtinet ſanitatis. Bene nanque ſanitatē

D quidam definiere, qui habitum ſtatumque cōſtantem ipſam eſſe dixerunt, à quo naturales operationes ſine vllo prorſus impedimento proficiſcūtur. Id quòd ſi dixeris de bona etiam animæ habitudine, non aberraueris ſanè, ſed decorum ipſum attigeris. Quibus efficitur, vt anima citra ductum vllius doctrinæ, ſuapte natura propēdet ad id expetendum quod ſuum proprium bonū eſt, quódque accommodatur ſibi natura. Quapropter cōmuni omnium ſententia celebratur temperantiæ virtus, nulli non accepta eſt iuſtitia, admirabilis conſpicitur fortitudo, omnium votis ſtudioſè expetitur prudentia, quæ quidem virtutes quatuor propiùs attingunt animam ac germaniùs, quàm corpus ipſum ſanitas. Vos porrò filij amate & colite parentes. Vos parentes nolite ad iracundiam filios prouocare. Nunquid & natura ea non dicit? Nihil noui diuus Paulus ſanè monet, ſed naturæ vincula vincit, inſuperq; præſtringit. Si leæna diligit eā quæ ex ipſa profluxit, prolem: ſi lupus pro ſuis catulis pugnat: quidnam ipſe dixerit homo, ſi neque mandatis obtemperat, & naturam ipſam

E adulterat, cum aut filius ſenectutem patris intoleranda aſpergit ignominia, aut pater ob ſecundarū nuptiarum ſocietatem, priorū obliuiſcitur filiorū? Summa profectò dilectio, ſummus amor brutis eſt inter parentes ac fœtus ſuos: quapropter & qui ea condidit deus, defectum rationis acrimonia ſentiendi opulentiore temperauit ſolatúſque eſt. Nam vnde ſit, vt in obuium quidem tam copioſo numeroſoq; grege, è ſtabulis exiliēs agnus, matris ſuæ continuò percipiat vocem, ad eamque properet, atq; lactis fontes proprios rectà petat, papilliſque maternis contentus ſit, etiamſi perparū habeant ſucci, præteritis haud paucis vberibus lacte diſtentis? Quin mater ipſa inter tam multos numeroſoſq; agnos, eū internoſcit, vt proprium. Vna vox omniū eſt, vnus idemq; ſępenumero color, vnus etiā penitus odor, quatenus odoratus noſter nouit diſcernere. Atqui iſtis ineſt quædā ſentiendi facultas, noſtra longè nimirū exactior, qua ſuū cuique propriū facilè dinoſcere licet. Catulus

F nondū obortis dentibus iam ore quiddā minatur ei, qui dolore ipſum affecit. Nondum cornua vitulo ſunt exorta: ſcit tamē qua ſua arma parte naſcitura ſint. Hæc indicant animātes cunctas iſtiuſmodi natura indociles eſſe ac doctrinæ rudes: nihil tamen in rebus eſſe non ordinatum, non certa lege prouidentiæ circūſcriptum ac definitum, ſed omnia in ſe circūferre quædam ſapiētiæ ſui creatoris veſtigia. Itaque orta eſſe ſe declarant, vt ſint ad conſeruandam ſuam ſalutem ſuapte natura parata. Et quidem canis expers rationis eſt, ſenſionem tamen obtinet parē propè dixerim rationi.

Ab exemplo

Attende in agno naturæ miraculum.

Quæ nanque ſeculi ſapientes per prolixum vitæ torius orium deſidentes vix tandem inuenerunt, argumentationum (inquam) rationumq; nexus: in iis ſeſe offert canis eruditum ab ipſa natura. Nam cum eius feræ veſtigia, quam perſequitur, inueſtigat, ſiquidē inuenerit ea pluribus ſeſe ſindentia modis: diuortia viarum ſingulatim digreſſionéſque quaſcunque in partes ferant, vbi ſuo illo ſagaci odoratu perluſtrauit, vocem propè ſyllogiſticam per ea quæ agit, elicit hoc pacto: fera quam perſequor, inquit, aut hac, aut illa, aut iſta diuertit parte. Atqui non hac, non item illac: reſtat ergo illā iſthac abiiſſe via: atque ita falſa tollendo, verum inuenire ſolet. Quid plus faciūt, qui

A pro linearum deſcriptionibus deſignandis tanta cum grauitate ſedēt iſti, lineiſque pulueri inſculptis, è tribus vbi duas propoſitiones ſuſtulerint vt falſas, in ea demum quæ trium reliqua eſt, verum comperiunt. Memoria vero beneficiorum animantis huiuſce, gratiæque reddēdæ quem ingratum beneficiorumque immemorem, non pudore ac dedecore aſperſerit? Iam quidem & interfectis à latronibus in ſolitudine dominis, complures à cadaueribus canes non receſsiſſe, ſed ibidem expiraſſe memoriæ traditur. Nonnullos etiā cæde adhuc recente duces illis fuiſſe qui latrones inquiſierunt: & ad pœnam maleficos rapi fecerunt. Quid hic iſti dixerint, qui nullo ſuum opificem altoremque deum proſequuntur amore: ſed vt amicis etiam, & neceſſariis iis vtuntur, qui loquuntur aduerſus deum iniquitatem, eiuſdē participes menſæ facti: & ad alimoniam ſumendam admiſsi, aduerſus beneficum ſuū altorem blaſphe-

Memoria canis et gratitudo.

B mas voces tolerant efferri? Sed ad creaturæ ſpeculationem redeamus oportet. Animalium ea quidem quæ facilè capi poſſunt, fœcundiora longè cæteris eſſe conſtat. Quocirca tam lepores, quàm feræ & agreſtes capræ, oues itē ſyluaticæ ſæpius gemellos pariūt fœtus, ne genus deficiat abſumptum & ad prædam expoſitum feris iis, quæ ſanguine gaudent, carneq; veſcuntur cruda: at ea quę aliis exitium corruptelamve adferunt, certum eſt longè minus fœcūda eſſe. Quapropter leonis vix leæna mater euadit. Edi nāque partum, vnguium acie lacerato in enixu vtero, vulgò feruut. Viperas etiā vtero matris eroſo fama eſt in lucē exire, decentes ſcilicet mercedes, præmiaque parenti reddentes. Adeò nihil eſt in iis, quæ ſunt, cui non ſit bene prouiſum, cui non data ſit opera curáve ſuæ naturæ accommoda. Quod ſi perſcrutari percipereque parteis animātium velis: nihil prorſus opificem adiunxiſſe quod addendum non eſſet,

τὰ εὐαλωτότερα τῶν ζώων πολυγονώτερα. Φθαρτικὰ ἄλλων ὀλιγοτόκα. ἐχιδνεία τὰ πρέποντα μισθὸν ἀποδιδόντα γονεῦσι.

C nihil nō attuliſſe quod neceſſarium ſit inueneris. Carniuoris animalibus acutos accōmodauit dentes. Eſt enim talibus opus ad cōuenientis alimēti formam atque naturam. Quæ verò parte ſolū dimidia dentibus armata ſunt, iis numeroſa conceptacula, compluréſque meritò, variáſque pabuli cellulas extruxiſſe videtur. Nā quia primùm immiſſus ori cibus, officio munereque dentiū haud ſatis minutim conficitur: idcirco data eſt ipſis renocandi cibum deuoratum facultas, quo ruminatione ſatis confectum alimentum concoqui poſſit: & ei quod alitur, in ſubſtantiā trāſiens coaptetur. Gulæ, membranulę ventris quæ internæ ſunt, reticula, maiora inteſtina, horum nihil otioſè animalibus quæ ea habent, inditum eſt: ſed neceſſarium munus vſumque ſuum horum quodque explet. Collum prolixum camelus obtinet: quo par ſit pedibus, & eam qua veſcitur herbam attingere valeat. Contrà perbreue eſt humeroq; ingeſtum tam vrſæ, quam leoni, quæ etiam tigridi, cæteriſq; generis huius animantibus collū: propterea quòd haud ex herbis ipſis offertur pabulum, nec vt humum attingant ore, neceſſe eſt: quippe cum carniuora ſint, & animalium venatione prædaq; vitá ſuſfulciant ſuā. Quid ſibi vult proboſcis elephanto? Quoniam tantę molis hoc animal, & omnium terreſtrium maximum ad ſtuporem admirationemque obuiis incutiendam productū eſt, oportebat carnulentum eſſe & obeſo corpore diſtra-

Camelus.

Elephãtus

D ctum. Huic ſi grande pro rata membrorum inferiorum pedumque ratione exæquatum collū adiunctum fuiſſet, inattrectabile penitus eſſet, exuperante pondere ſemper ad humum deuergens. Nunc autē caput quidem per colli paucas admodum vertebras, ſpinæ dorſi counitur. Proboſcidē autem habet officiū ſubeuntem munúſque colli, qua planè tam pabulum ſumere, quā potum etiā adhaurire ſolet & ad ſe ſuſtollere. At enim pedes ipſi ſunt inarticulati, quò quaſi colūnæ counitæ, vaſtam illā corporis molem ſuſfulciant. Nanq; ſi artus tanto corpori ſuſtinendo molliores & qui facilè inflecterentur, eſſent ſubſtrati: creberrimæ fierent emotiones articulorum, fera in humum modò genua reclinante, modò ſe attollente ex humo. Neque enim alleuādæ tantæ moli ſatis eſſent. Nunc verò paruus talus pedi ſubiicitur elephanto, nec tamen in teretem flexuram, neque in genu cōmiſſuram dearticulatus eſt aut diſtinctus.

E Neque enim ad lapſum prona articulorum lentitudo carnulētam illam tanti animalis molē ferre poſſet, tanta adeò circunfunditur copia carnium, vt cōtinenter intremiſcat, ruinámque videatur in terminari. Quæ cùm ita ſint, opus elephanto fuit illo porrectiore naſo, qui ad pedes vſque demitteretur. Non vides in bellis, quòd perinde ac turres quædam animatæ vniuerſo agmini viam muniunt ac prægrediuntur? Aut certè veluti colles quidam concretione carniū condenſati, intolerabili facto impetu conſtrictas conſtipatáſque hoſtium acies diſtringūt & diſſecant? Quod ſi partes infernæ minùs decēti proportione reſpōderent reliquę moli corporis, nullo animal tēpore perſiſteret. Et quidem ſunt etiam nunc, qui certò ſciant viuere elephantū annos trecentos atque adeò his tantò plures: cauſam adſcribunt huic inarticulatæ mēbrorū compagi, nec vllis diſtinctæ articulis. Iam verò vti diximus, illa proboſcis è terra ſurrigit ſibi, quo

F alatur, pabulum, naturâ cùm ſit id Elephanti roſtrum aſsimile ſerpenti, & humidius, eóque quanlibet in partem magis flexile. Adeò vera illa ſentētia eſt, In rebus creatis nihil vſpiam inueniri poſſe quod vel ſuperuacaneum ſit, vel deſit neceſſariæ functioni. Atqui tantæ iſtius molis animal nobis vt ſubſeruiret, ſubque manus noſtras ſterneretur, ſanxit deus: adeò vt cùm à nobis docetur, quid velimus, intelligat, cùm vapulat, ſuſtinet: nos docens euidenti admodum exemplo, omnia noſtræ ſubiecta eſſe ditioni, quòd ad imaginem ſumus noſtri creatoris conditi. Non ſolùm autem in tam magnis animantibus, verumetiam

Collatio.

& in

& in minimis, inmueſtigabilem inſpicere dei ſapientiam nobis, admirarique licet. Nam vt haud magis ſublimium cacumina montium admirari ſemper ſoleo (quæ quidem quia propinqua ſunt nubibus, continuis circunquaque flatibus hybernam perpetuò refrigerationem ſibi cõſeruant ac detinent) quàm concauitates cõuallium, non ſolùm incommodos cœli flatus locorum eminentium euitantes, ſed & tepidum ſemper aërem cõtinentes: ſic & in animantium etiam compagine non elephantum admirari potiùs conſueui, propter tantum magnitudinis tumorem, quàm A murem, qui formidoloſus eſt elephanto: aut ſcorpij tenuiſsimam partem, aculeum, inquam, quem cauum periode, atque fiſtulam artifex vniuerſi, quo virus per ipſum ictis infundatur atque imprimatur, extruxit. Atque nemo creatorem eam ob rem incuſare velit, quod animalia venenata, exitia vitæ necique parata noſtræ, in rationem rerum induxit: vel adeò quiſpiam, & inſtitutorem educatoremque puerorum accuſet, in ordinem redigentem iuuentutis ingenium, ad improbitatem, ad libidinem luxumque propẽſum plagis verberibúſque caſtigando, ac coërcendo. Fidei ſanè demonſtrationes ſunt ipſæ feræ. Confidis in domino? ſuper aſpidem & baſiliſcum † ambulabis, & conculcabis leonem & dracõe: atque habes poteſtatẽ ex fide ambulandi ſuper ſerpentes ac ſcorpiones. An non vides viperam illapſam manui diui Pauli arentia ligna vel ſarmenta colligentis, nihil illi penitus detrimenti impreſſiſſe, proptereà quod fidei plenum inuenit? Quòd ſi fide cares, B haud feram potiùs exitialem, quàm eã qua præditus es fidei vacuitatem, tute tibi metuere velis: qua te iam cuiuis internecioni & corruptelæ expoſuiſti. At enim ſentio iamdudum ea quæ ad hominis ortum generationemque pertinent, auditores à me maximopere poſtulare, mihique videor propè dixerim, eorum in me cordium clamores exaudire, quibus dequeruntur ac inquiũt, ſe quæ noſtræ ditioni ſubſtrauit opifex deus, qualia ſint, natura doceri, ſeipſos verò ignorare. Omni igitur cunctatione nos occupante depulſa poſitaque, neceſſe eſt hac de re vt diſſeramus. Reuerà enim difficillimum eſſe omnium videtur, ſeipſum cognoſcere. Non ſolus enim oculus ea quæ ſunt foris conſpiciens, in ſeipſum cernendũ haud vtitur facultate videndi: ſed ipſa mens etiam noſtra peracutè perſpiciẽs alienos errores, tarda eſt & cunctatior ad proprios ſuos cognoſcendos defectus. Idcirco nunc etiam oratio noſtra, cũ aliena iam incunctanter tranſegerit, languet lenteſcitque ad ea perquirenda quæ ad nos attinent. quanquam haud fit vt magis ex cælo terraque deũ quiſpiam, quàm ex noſtra propria natura, compagine, conſtitutioneque percipiat: ſi is modò ſeipſum ſagaci vſus prǽduce prudentia inueſtigauerit: C quemadmodum diuus propheta dixit, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, id eſt vbi me ipſum noui, immenſam exuperantemque tuam ſapientiam ipſe didici. *Et dixit deus, faciamus hominem.*) Quo mihi iam conſpicitur loco Iudæus, qui in iis quæ ante dicebantur, quaſi per feneſtras ingrediente, & intermicante luce theologiæ, perſonamque ſecundam innuente, nondum autem perſpicuè inclareſcente eadem veritati repugnabat: ipſumque deum ſecum diſſerere, ſeque alloqui dicebat. Ipſe enim dixit (aiebat) & ipſe fecit. Fiat, inquam, lux, & facta eſt lux: Erat igitur & tũc in iis quæ dicere Iudæus ſolet, cuiuis obuia & cognobilis omnibus abſurditas. Quis enim faber aurarius aut lignarius aut certè coriarius ſutor ſolus ipſe quidem, nec alio quoquam ſibi cooperante ſtipatus, interque ſuæ artis inſtrumenta deſidens, quis inquam ſibi ſoli admurmurat dicens: Faciamus gladium, aut: Compingamus aratrum, aut: Conficiamus calceamentum: ac non potiùs ſilentio ſuam cum libuerit accomodatam ad artem exequitur operationem? Sunt enim inſignes D profectò nugæ, vnum aliquem inueniri qui ſibi imperet ſiue præceptorem deſidere ac heriliter ſeipſum vehementerque vrgere & adhortari. Verumenimuerò qui ſummo ſtudio calumniis perſequuti ſunt dominũ ipſum, nec vnquam eos puduit huius, quid nõ dixerint, quæſo? quid non finxerint, exercitatam paratamque linguam ſemper ad quoduis falſum dicendum habentes? hæc tamen vox præſens penitus ipſorum os oppilat: Et dixit deus, Faciamus hominem. Nunquid & nunc etiam (dic mihi Iudæe) ſola, perinde vt tibi placet, atque vnica eſt ipſa perſona? Non enim ſcriptum eſt, fiat homo, ſed faciamus hominem. Hactenus nondum apparuit, qui doceretur, atq; ideo in abyſſo diuinæ cognitionis præconium hoc celabatur ac tegebatur: deinceps iã ipſius ortus hominis certò expectatur, detegitur paulumper ipſa fides, & apertiùs indicatur iſtius veritas diuini decreti: Faciamus hominem. Audis ô tu qui bellum E indixiſti perpetuum Chriſto, deum ipſum, ſuum in creandis rebus ſocium alloqui, per quem fecit & ſecula, qui portat omnia verbo potentiæ ſuæ. At non cũ ſilentio & quiete religionis rectæ ſententiam perfidus Iudæus acceptat: ſed vt ferarum eæ, quæ ſummo perſequuntur hominem odio, cũ viuariis includuntur, circum ſuæ illius caueæ ſepimẽta ſtrendent dentibus & circumfremunt, amarulentiam feritatemque naturæ oſtentantes, cùm non queant conceptum explere furorem: ſic & inimica gens veritatis, Iudæi in anguſtum intruſi, multæ ſunt (inquiunt) perſonæ non vna, ad quas oratio dei dirigitur: angelis enim adſtantibus, faciamus hominem dicit. Iudaicum hoc eſt profectò figmentum: & ex illorum odio in Chriſtum deliræ iſtius & futilis fabulæ excogitatio deriuata eſt. Iſti enim vt ne vnum nempe Chriſtũ admittant, innumeras introducunt perſonas: & per hoc quòd filium habent deſpicatui, ſeruis ipſam conſultationis tribuunt dignitatem, conſeruóſque noſtros autores noſtræ creationis efficiunt. Homo enim vt primùm ſtatum aſſequitur ſuæ perfectionis, ad angelorum rectà reducitur dignitatẽ. Ad quænam tandem creatura ſuo adæquari vnquàm creatori poſſit? Conſidera autem id quod continenter ſequitur: Ad imaginem noſtrã. Quid F ad hæc dicere paras? Num vna & dei & angelorum imago eſt? Prorſus filij patriſque forma eadem vt ſit, neceſſe eſt. Formam hic vt intelligamus neceſſe ſit, quæ diuinam addeceat maieſtatem: hoc eſt non lineamentis conſtantem corporeis, ſed in peculiari numinis proprietate conſiſtentem. Quin tu qui ex noua iſta circunciſione es, audi: audi inquam, tu, qui chriſtianiſmi

prætextu

Vbi Chriſtũ ſalus per ſpinam.

Fide nobil... ſubiicitur. † Inſcides vel aſcides baſiporp.

... expungendum ſimile quod ſequitur ... ipſius ... per collationem oculi & mentis.

Faciamus hominem, ... ad tractationem humanæ formationis.

Elegans collatio.

prætextu nihil habes quod Iudaiſmo ducas charius. Cui dicit: Ad imaginem noſtram? Cui quæſo te, alij, quàm ei qui ſplendor eſt gloriæ & figura ſubſtãtiæ eius, ei qui eſt imago dei inuiſibilis? Suæ igitur imagini propriæ, qui viuit, quæ dixit: Ego & pater vnum ſumus: & qui me vidit, vidit patrẽ: huic dicit, faciamus hominem ad imaginem noſtram. Vbi vna eſt imago, quem ibi locũ obtinet diſsimilitudo? Et fecit deus hominem, non dixit, A fecerunt. Euitauit hoc loco perſonarum multitudinem. Per illa nanq; Iudæum erudiebat: per hæc vero gentiliũ excludens errorem, ſecurè admodum ad vnitatem recurrit: vt & filium ſimul cum patre intelligas, & multitudinem deorum longè periculoſiſsimã effugias. *Ad imaginem dei creauit ipſum.*) Iterum ſocij creationis perſonã adduxit. In his enim, non ad imaginem ſuã dixit, ſed ad imaginem dei. At quanam in re dei ſui creatoris imagine præditus ſit homo, quoque pacto ſimilitudinis particeps ſit, deinceps in ſequentibus, deo præſtãte nobis facultatem, dicemus atque explicabimus. Nunc id tantũ dicamus, ſi vna eſt imago, vnde tibi in mentem venit intolerabilis hæc impietas, diſsimilem aſſerere filium patri. O ingratitudinem, Ne eam quidem ſimilitudinem cuius factus es particeps, reſoluis illi aut rependis qui hoc beneficij in te cõtulit: ea inſuper quæ per dei gratiam gratuitò indulta ſunt, conſtatuta tibi cenſes perpetuò, qui interim domino nõ permittis, vt quam ad ſuum habet genitorem, ſuapte natura ſimilitudinem, illam tueatur. Sed enim ſilentium ecce nobis indicit deinceps adueſperaſcens B tempus, Sole iamdudum ad occiduas emiſſo plagas. Hic itaque & nos iam dictis contenti noſtrã hanc orationem conſopiri ſinemus, & interquieſcere. Et quidem nunc ea ſermone attigimus, quæ quatenus faciant ad promouenda & excitãda ſtudia veſtra, ſatis ſint. Exactiorem porrò accuratioremq́ue propoſitarum rerum diſcuſsionem, in iis quæ deinceps ediſſerentur, opem ferente diuino illo ſpiritu & nobis cooperante reddemus. Lætitia igitur & gaudio perfuſi in ſuas quiq; ædes mihi nunc abite, Chriſti amantiſsima concio. Ite inquam, menſas veſtras per ſe alioqui reuerentiæ & honeſtatis plenas eorũ quæ mihi dicta nunc ſunt, cómemoratione exornaturi, vice edulij ſplendidioris, proq́ue condituris omnifariam apparatis. Quiſquis interim diſsimilem patri aſſerit filiũ, hic dedecore omni pudoreq́ue aſpergitor, perfidum Iudæum ludibrio habetote, cõtrà pius omnis tripudiet ſibiq́ue decorè placeat in ſentẽtiis veritatis. Perpes eſto gloria domino, quẽ iugis addecet gloria & imperium, In ſecula ſeculorum, Amen.

Decimam hanc & vñdecimã interpres ὑπομνήμασιν pro loco diſſuſo paraphraſi, quò vtraque en... explicatur.

HOMILIA DECIMA DE hominis primigenia conſtitutione, Godefrido Tilmanno Carthuſienſi interprete.

C DEBITVM quo me vobis non ita pridem obſtrinxeram, en aduenio exoluturus ac proinde fidem liberaturus meam. In eiuſmodi reddendo quòd fuerim veſtra omnium expectatione cunctatior, nulla hoc fecit animi erga vos mei maleuolentia minùs agnoſcentis quid ex pacto deberet: ſed ne vti cóndictum erat, in tempore exoluerem, ſola interceſsit corporis huius mei aduerſa valetudo. Sanè hoc genus debiti tale eſt, quod quãtò neceſſarium magis intelligitur: hoc vos ſolitò attentiores requirit, & ad audiendum alacriores. Neque enim iuſtum fuerit, ſi qui tanta cum alacritate ſuſtinuiſtis vos mea qualicunque opera perdoceri natiuam indolem ferarum, natatilium, pecorum ac volatilum, de cœlo item & his quæ per cœli defluxum in inferiora ſidunt, de terra & iis quæ è terra emicant, ſtirpibus: nón D etiam vel pari ſtudio huc aduigiletis, quò vobis illuſtrior fiat cognitio noſtræ omnium primigeniæ generationis, idq́ue ſententiis è ſcriptura diuinitus inſpirata petitis ac depromptis. Vt enim oculi noſtri ad externa contuenda quum ſe totos effundant, ſe interim non vident, ni fors quiduis ſolidum attingant, cuius quidem illinc in ſe refractione, quaſi è quopiam aquarum refluxu ipſi in ſe reſilientes ac retroacti ſe ſibi ſpectandos exhibeant & viſendos: itidem & mens noſtra cætera quum videat, minimè cernit ſeipſam, niſi acie fixiùs intenta ſcripturarum cõtemplationi. Hinc quippe refringuntur ſplendifluæ lucis radij, quibus illuſtrata cuiuſque noſtrum mens contempletur ſeipſam, denique & agnoſcat. Imprudentes alioqui nos, nec circunſpectim attenti noſtræ ipſorum primariæ inſtitutioni, adeò vt nos quoque lateat, quid ſumus, ad quid item conditi. Tam enim ſupinè nobis ipſis afficimur, & neglectim adeò, vt ne ea fideliter quidem teneamus, quorum cognitio paſsim obuia cuiuis & ad manum eſt, ceu illæ ſunt in nobis minutiſsimæ partes. Quàm multæ occupationes circa humanum E hoc corpus, ſtudium omne noſtrum detinent, & abſumunt? Quòd ſi ad mentem aduoces artis medicæ profeſsionem, facilè compereris, quanta de vtilitate vſuve partiũ corporis ars eadem ob oculos nobis percenſeat & enarret. Quot quæſo, in annomaticis traditionibus de intimis partib⁹ corporalis opificij excogitauit vias, retruſas quidem illas ac velut in arcano quodam receſſu deliteſcentes? ceu ſunt vna & eadem à toto corpore conſpiratio, canales è quibus ſpiritus elicitur, elices quaſi quidam aquæ ductus ſanguini ducendo natura comparati, attractio reſpirationis, ſitus foci nimirum præferuidi caloris in corde, illa reſpirãdi perpes agitatio ac diutiſsimè durans in præcordiis. Sexcẽta eiuſmodi à medicis philoſophica commentatione perueſtigata ſunt, quorum cognitionem vt doctrice experientia aſſequamur, nemo noſtrum vel tantillo habet ſtudio, quòd nemo ad eam peritiæ partem ſolerter exquirendam diſpertiatur & inſinuat ſuum qualecunque otium. At ne vnus vſpiam comperitur qui ſtudiũ ſuum in hoc collocet, ſe vt nouerit. Naturæ enim procliuitate prægeſtimus noſſe, cœlum quid ſit: quàm quid nos ipſi. Ne tu itaq; id cõtẽnito, quod F in te admirabile elucet. Tuo quidẽ arbitratu paruies & exilis momenti: at magnum quid eſſe te deprehendes, ſi primæ tuæ conditionis iniueris rationem. Ob hoc eminẽtis ſapientiæ vir ille Dauid, quòd probè noſſet ad exactam iudicij librilẽ ſe appendere & diſcutere, ait: Mirabilis facta eſt ſcientia ſiue cognitio tua ex me. Artis enim tuæ ſolertiam deus quæ in me conſpicitur, ſimul atque ſum cõtemplatus, nimirum quanta ſapientia corpus

Elegans & phyſica ...

... ſpiratio.

... in ... me.

Multi nul... ſciunt. & ... ſeipſos neſciunt.

corpus ipſe meum cópegeris, ex iſtius qualiſcunque opificij perpenſa conſideratione opificem te eſſe eximium agnoui & prorſus admirabilem: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ſimilitudinem.*) Demonſtratum priùs aliquantò eſt & quidem velut in tráſcurſu, ſatis alioqui expreſſum putem, quis ſit is qui loquitur, & ad quem dixerit verbú. Habet ſanè eccleſia hiſce de rebus confeſſas & compertæ veritatis demóſtrationes, veriùs habet fidem demonſtratione omni tantò certiorem ac ſolidiorem. *Faciamus hominem.*) Noſſe vis teipſum? vel hinc auſpicium ſumito. De

A nullo enim opificiorum quæ catenus condiderat, vox iſta in literas tráſmiſſa eſt. Lux facta eſt, idq; ſimplici mandato. Nam dixit deus, fiat lux, cœlú, & ecce cœlum præeunte nulla conſultatione cóſtitit, Rurſus luminaria, nec quicquá legitur præextitiſſe initi conſilij de condendis luminaribus. Pręcepto item fecit mare vt eſſet, pelagúsve omni dimenſione ſuperius. Dei mandato omnigeni piſces facti ſunt. Feræ itidem, iumenta, volucrum genus omne, Dixit deus vt eſſent, & ecce facta ſunt. Non iam hic cóſtiterat homo, & de formádo homine initur conſilium. Non hic iam, vt de aliis præmiſerat, dixit: fiat homo. Erudite hinc ô homo ac ediſce, quanti vnus tu æſtimandus venias. Neque enim generationem tuam ceu abiectitiam aut pretij vulgaris communi creaturarum mandato cenſuit attexendam. In deo conſultatio prægreditur, quo pacto id animantis quod tanti fuerat æſtimandum, prouehi deberet ad vitam. Faciamus, ait. En conſultat ſapiens, & quid ſecum inſtituerit artifex, proponit decernendum. Quid

B enim? Artis ne ſuæ exacta cognitione deſtituitur artifex tantus? Abſit. Per hoc ſanè quòd curam eá condendo homini interſerit ſcriptura, innuit deú voluiſſe ædere quidpiam operis quod eximiæ ſuæ artis ſpecimen eſſet numeris omnibus abſolutú, perfectum, ſolertique artificio elaboratú ac perpolitú. Aut certè, tibi vt inſinuet quàm ſit in oculis dei tuapte natura perfectus. Duas porrò perſonas hîc adeſſe luculenter doceris, vnam nimirú quæ loquitur, & ad quam dirigitur ſermo, alterá. Quidni dixit: facito tu, ſed faciamus hominem? vt ius domini in omnem creaturam intelligas filio iuxta ac patri cómune eſſe, vt ne agnitionem aſſecutus patris, ignoratione caligares filij: ne te clam eſſet patrem per filium cuncta feciſſe & eadem filium condidiſſe annutu paternæ voluntatis: ac proinde patrem glorifices in filio, filium quoque in ſpiritu ſancto. Itaque efficeris tu vtrique commune opificium, vtrunque vt adores cómuniter, non culturam ſcindens debitæ deo venerationis,

C ſed naturam coüniens diuinæ maieſtatis. Hic tu mihi contemplare figura hac verborum hiſtoriá quidem repræſentari: at potentia exprimi theologiam. ET *fecit deus hominem.*) Quum dixerit, faciamus, non continenter ſubiecit: Et fecerunt, ne quam hinc arripias anſam comminiſcẽdi tecum numeroſam illam deorum multitudinem. Si enim multitudinis numero perſonam intuliſſet: nullus neque modus, neque finis fuiſſet homini inexplebilem ſibi coaceruandi deorum multitudinem. Et quidem dixit nunc, faciamus, vt hoc inſigni dicto agnoſcas patrem & filium & ſpiritú ſanctú. At poſterius: fecit deus hominem, diuiná vt vnias maieſtatem. Sanè vt vnias non eas quæ ὑποστάσεις dicuntur, hoc eſt, ipſas tres perſonas, ſed quatenus id vnitatem cócernit potentiæ, vt vnam in diuinis retineas gloriam ac maieſtaté, circa eius adorationem impartibiliter habens te, non item eam vnitatem diſſecás aut partiens in deorú multitudinem. Neutiquàm dixit: fecerunt dei hominem, ſed fecit deus, diſcreta licet ſi patris ac propria ὑπόστασις, perſona videlicet, propria item filij, propria quoque ſpiritus ſancti. Quidni igitur tres ſunt? Quòd vna ſit diuinitas. Quam enim in patre contemplor diuinitatem, omnibus eſſentiæ gradibus eandem intueor & in filio. Et quam in ſpiritu ſancto, hác ipſam & in filio iubeor agnoſcere, quòd forma in vtroque ſit vna, & principium à patre in filio idem, quò ſit vt apud nos adorandi glorificádique ratio vna ſit. Principium ſanè noſtræ generationis, Theologia vera eſt: nempe, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrá. Facti vtique ſumus ad imaginem dei. Quínam intelligendú, Ad imaginem dei? Cor ipſi expiemus ab inſcientia & ruditate, repurgemus iſtá præſumptionem ineruditam, omnemque de deo inſipienter & indoctè conceptá ſuſpitioné. Dixerit quiſpiam: Si ad imaginem dei facti ſumus, cóſequi videtur deum nobis eſſe conformem. Oculóſne deus habet, aures, caput, manus, denique & coxendicé: quo nitatur ſeſsitans? In ipſa enim ſcriptura ſedere deus aſtruitur. Pedéſne ei ſunt quorú miniſterio iutus obambulet? Talis igitur deus? A corde amolitor ac ſubmoueto haſce de deo indecorè conceptas imaginationes. Abs te propellito cogitationem eiuſmodi abhorrétem prorſus à magnitudine dei. Figuræ omnis expers eſt deus. E

D

Simplex enim, nec ipſum vlla poſsis (quátanlibet imaginere molẽ) circunſcribere & metiri magnitudine aut quantitate. Ne quá opinere deo coaſſiſtentem formam. Ne tu eum qui veriſsimè magnus eſt, imminueris impietatem ſecutus Iudaicam: abſit, in animum inducas deum cóprehendi corporali complexione. Ne confidas circunſcribi poſſe deum anguſtis iſtis mentis tuæ cancellis. Magnitudine reuera eſt incomprehenſibilis. Cogites licet magnum eſſe & præcóceptæ huic magnitudini etiam atque etiam adde. Auguſtiori tuæ de deo cogitationi tantò adiice auguſtiorem, denique huic etiamnum tuæ ratiocinationi perſuadeto eá ipſam nullo pacto ad ea pertingere poſſe quæ infinita ſunt. Nullam, dei memor cogites figuram. A potentia intelligitur deus. In deo mihi cóſidera naturæ ſimplicitaté, Magnitudiné quantitatis exortem, Vbique eſt & ſupra omnia redundat, ſupereminens vniuerſis. Attactu nullo definitur, infinitus enim. Comprehenſione tua cùm ſit F ſuperior, elabitur, non vlla quantalibet circúſcribitur magnitudine, non formæ vllius delineatione comprehenditur, quátamlibet imaginere potentiam, nunquam ipſum quiueris dimetiri, nullis adſtringitur tẽporum interſtitiis, nullus illi præſtituitur finis. Eorum quæ circa nos conſpiciũtur, nihil tale aliquid credideris ineſſe deo. Quo igitur ſenſu accipienda eſt ſcriptura aſtruens nos ad imaginé dei factos? Quæ de deo ſcriptura aſſerit, erudiamur primùm: dein quæ noſtra ipſorú ſunt, ipſi cogitemus. Neque enim quod ad dei imaginem facti ſumus, id poſsidemus in iſtius decidui

corporis

Quæ græcis ὑποστάσεις ſubſtantiæ vel ſubſiſtẽtia, Latinis perſonæ ſũt.

Anthropomorphitarũ impiam de deo reiecit opinionem.

corporis forma. Vnà enim cum corrupti corporis prolaptione, & illius intercidit forma ac deperditur. Sanè quod incorruptibilè eſt, figurari nequit in re obnoxia corruptioni. Nihil corruptiuum rei incorruptæ imago eſſe poteſt. Augeſcit corpus, idemque imminuitur: ſeneſcit, & immutatur. In iuuenili flore videas eſſe aliud, aliud dum temperata habitudine perfruitur, aliud item malè affectum. Aliud metu dum cõſtringitur anxium: aliud contrà cùm ſe oblectat & hilareſcit. Aliud inopia rerum dum laborat: aliud rurſus copia eduliorum dum ſe exatiat. In pace aliud, aliud in bello. Vigilanti color eſt alius, alius dormiẽti. In illo quidem flos coloris eniteſcit ſeque exerit

ἀξίωμα.

τοῦ μὲν, ἰδοῦ δὲ.

A rubicundior, nimirũ calore ad externas prodeunte partes: in hoc contrà, extimarum partium caliditas refrixit, vt quæ ſe proripuit in intimos receſſus corporis. Fit hinc vt dormientiũ corpora pallore ſubliueſcant. Quî igitur poſsit quod vicariæ permutationi obnoxiũ eſt, ei videri aſsimile quod ſuapte natura eſt inalterabile? ei quod ſemper ſui eſt ſimile, id quod ne momento quidem cõſiſtit? Nobis enim clam nec cogitantibus fugit more fluentis aquæ. Priùs enim quàm ſpectandum ſe ac viſendum hominum oculis exhibeat, clam elabitur fugitans, Aliud ex alio cõſpicitur corpus humanum. AD *imaginem noſtram.*) Fluitans imago & perpetim dilabens qui poſsit immobilem ſeruare naturam? quæ conſpicua & illuſtri forma inſignitur, rem tueri formæ exortem? Ad quam igitur examinis formulam excutiemus illud: AD *imaginem*? Nimirum in ipſiſsimis domini verbis. Ex me ſi quid in medium attulero, cauetote id ac-

In exemplari, nostro arbitratu mendum eſt.

B cipiatis: ſi dominicum, hoc ipſum excipitote.

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram, & dominetur piſcibus.) Corpore an ratione? In animane eiuſmodi imperandi dignitas prærogatiua repoſita eſt, an etiã in carne? Et quidem caro hæc quàm multis eſt imbellior animantibus? Quæ tandem collatio eſſe poſsit humanæ carnis ad camelinam? ad bubulam? denique noſtra hæc ſi ad vnius cuiuſlibet feræ componatur carnem? Collatione prorſus ferinæ carnis humana hæc tanto illa facilius intercipitur morte ac diſperit. Qua demũ in parte hominis ſita eſt hæc imperandi vis? In exuberanti opulentia prærogatæ homini rationis. Corporis enim viribus quãto iſtis conſpicitur inferior: tantò cæteras animantes exuperat diuite copia rationis. Vnde vel vnus quiuis homuncio quanlibet arduæ molis pondera ſuis emouet locis & aliò transfert? Idne conficit viribus nitens, intentiſque corporis neruis, an

ἀρχέτωσαν.

C veriùs ingenij ſolerti induſtria? *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.*) Dicens, Faciamus hominem, vtique illum inſinuat, qui internus eſt. Dixeris fortaſſe tu: Quin vel hic commeminit rationis? Hominem dixit ad imaginem dei. Ratióne homo eſt? Audi Apoſtolum: Etiamſi is qui foris eſt homo noſter, corrumpatur: is tamen qui intus eſt, renouatur de die in diem. Quî poſsim iſtos duos internoſſe homines? Planè vnum, qui in cõſpicuo eſt omnibus: alterũ, qui tectorio corporis iſtius palàm cognobili conuelatus deliteſcit, inuiſibilis ille interior homo. Introcluſum itaque hunc habemus & arcanum hominem, deprehendimur hinc quadã tenus eſſe duplices: ac proinde

2.Cor.4.d.

id verũ quod in omniũ verſatur ore, intus ſumus. Ego enim ſum id, quod ad interiorẽ attinet, iſthęc enim externa nõ ego, ſed mea. Neque enim ego manus hæc ſum, ſed id quod rationale eſt animæ: manus porrò hominis particula eſt. Corpꝰ igitur hoc, organũ eſt hominis, organũ animæ. Homo nanq; id peculiariter cenſetur eſſe, quod ſecundũ animam eſt. *Faciamus hominem ad imaginem noſtrã.*) Hoc eſt, Homini impartiamur ac prærogemus affluentem rationis copiam. *Et dominẽtur.*) Neutiquàm dixit: Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & impotenti ira incandeſcãt, Flagrent concupiſcentia, iugi ſe mœrore conficiant. Neque enim deus ſuam impreſſurus imaginẽ animæ, haſce affectiones vitioſas comites aſſumpſit: D

ἰδιότητα.

ſed rationem, quæ coorientem illarum intemperiem turbulentam ſupprimeret ac moderaretur. ET *præſint piſcibus.*) In ipſo tuæ creationis articulo, vt præeſſes creatus es. ET *præſint ſiue dominentur.*) Accepit vnus aliquis anni vnius poteſtatẽ ab rege, vtiq; ab homine homo, mortalis à mortali: & ab eo accepit qui ne ipſam quidem habet poteſtatem. Quid enim ſibi iuris vindicet homo in animam? Atqui ipſe eam accepiſti à deo, nõ ligneis tabellis, nõ membraneis inſcriptam diplomatibus, quæ vtraque ſubiacent corruptelæ, & tinearum arroſioni expoſita ſunt: quin ipſa cetinet natura in ſaccas literas relatam dei vocem: *Præſint ſiue dominentur.*) Vniuerſa enim hæc humano ſubſtrauit imperio deus: *Præſint piſcibus, beſtiis terræ, volatilibus cœli, iumentis, reptilibus quæ repunt humi.*) Non dixit: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã, & veſcantur ligno fructifero, quod habet fructũ in ſeipſo. E

ὑπόθεσιν.

Quæ concernunt carnem, ſecundas obtinent. Nã primas ſibi aſſerit primogenia præſidendi authoritas attributa animæ. Nobis enim principio ſtatim conditis delatum eſt in cætera ius imperij. Animal itaque es ô homo imperio natũ. Ecquid miſeram hanc affectuũ ſeruis ſeruitutem? Quid te deturbas vltroneus è faſtigio prærogatiuæ iſtius tuæ dignitatis? Ecquid te dedis peccato in vile mãcipium? Cur tuapte ſponte mancipem te & captiuum conſtituis diaboli? Sciuit te ac iuſsit deus in creaturis principem locum tenere: & ecce tanti principatus natura delatã dignitatem à te excutis ac recellis? Sed ſeruus vocatus es. Quid te adflictat vel trve animũ ſeruitus corporis? Quin tu potiùs animum ſuſtollis tuum tanto per dei gratiam cohoneſtatus dominio? En habes rationẽ vitioſi omnis affectus planè dominatricem. Herum tuũ ſiquando fœdæ voluptati ſubſeruientem animaduerteris, ipſe tibi temperans: tum in mentem veniat, nomine quidem ſeruum te dici, illum contrà F

nomenclaturam domini obtinere, cum interim opere ipſo perpetem & ſolidam ſeruiat ſeruitutẽ. Vt à complexu pendeat viliſsimæ cuiuſpiam meretriculæ, nimirum perſpicis huius ipſe contemptor. Quo quæſo te pacto, non tu iam præ illo es dominus iſtius obſcœnæ affectionis: ille è diuerſo earum ſeruus, quæ abs te velut calce proteruntur, illicium voluptarum? Illud itaque: Faciamus hominem. Itemque: Præſint ſiue dominentur, vtrunque nihil obſcurè prodit in eo relucere dei imaginem: quiſquis facultate eſt præditus cæteris pro poteſtate iubẽdi. PRAESINT *piſcibus.*)

Qui primum

Qui primum nobis attributus eſt principatus, in ea ſe porrigit quæ habitant à nobis diſsita ſemotiùs. Neque enim dixit: Principatum obtineant in animātes familiari cōuictu ſibi notas, ſed ipſis imperent piſcibus, qui ſtagnantibus innataores aquis vitā tranſigunt. Primùm igitur collatus nobis eſt in piſces principatus. Ecqua tandem ratione internoſcimur inaugurati imperio in piſces? Si quidem tecum reputaueris, vt illos vel umbra A tui corporis exterruerit, cùm in ſtagno natātibus obtuliſti te quanlibet obſcurè viſendū. Quis tanta cū authoritate ſuam moderatur familiam herus, vt turbatis aliquando rebus domi is ſi inopinus acceſſerit, tranquillitatem nullo ſuo tribuat negotio, cunctaque in ordinem pro cuiuſque decoro reſtituat, & ſua ſolius dominantis præſentia redintegret ac permutet? Vt vno quouis conſpecto homine creatura omnis aquatica in aliam ſe figuram habitúmve tranſmutat? Non iam illi conſtat liberioris vitæ & exercitij ratio, non item iam ſecundum ſuperficiem marinæ aut ſtagnātis aquæ natando auſit proludere. Ipſe delphin tametſi præ natalibus magnanimitatem ſpiret tege quolibet non indignam: dicto ocyùs, hominem ſi contēpletur propiùs ſibi adſiſtere, fugitans ſuppudeſcit ac veretur. Tantum vni homini principatus in natatilia prærogatū eſt. Atque adeò vim indultæ tibi rationis quum perſpicias nihil non permeantem ac penetrantē, omnia denique peruincentem: quomodo non etiam imperitādi balenis facultas ſuppetit? Equidem vidi admirabilē hominum ſolertiam & ingenioſè excogitatū artificium. B Concinnant iſti hamos quoſdam quibus quidem captandis cetis atque ineſcandis illices eſcas, admenſas tamen atque moderatas pro magnitudine illorum qui eas ſunt deuoraturi, cetorum, infigunt preſsiùs hamis. Sub hæc funium illorum partibus ſummis à quibus hami dependēt, ſecūdum partem alteram funium iſtorum extremam vtres innectunt copioſo & collectitio flatu diſtentos, eoſque supernè ſecundum ſuperficiem aquæ natatutos demittunt in mare. Mox igitur vt ceti illi immanes pellecti illecebra eduliorū adnatarint & in gulam trāſglutierint hamos, eadem opera vtres ſecum abripiunt in maris profundū. Vtrium porrò natura ea eſt, ſublime ſemper vt petant: quò fit rurſus vt ad aquæ ſuperficiē retrahantur, atq; adeò illos iā diceres cibo ſuo ebrios, ſic ſurſum ac deorſum velut maniæ morbo perciti ſubſiliunt & exagitantur, ac tali ſubinde renouata ſaltitatione in profundiora demum quaſi quiddā perſcrutaturi ſe recipiūt. Mare aliud ex alio iſthęc belua immanis remetitur ac permutat: ſeque vt explicet laqueo, magna eluctatur contentione, ſed inefficaci. Atque ita cetus hic agreſtis nullo propè negotio, per hamum tenaciùs inhæreſcentem captiuus abducitur, C labore nec mediocri edomitus & dira fame expugnatus vnà cum vtribus ad littoris oram enectus pertrahitur, præda factus venatori, exiguo ingēs, immanis imbelli. Qua id gratia? Homo enim per opulētam ac prædiuitem vim rationis, principatu in quæuis animantia donatus, quaſi facinoroſos ac refugas ſeruos, & peſſimè morigeros ad officium obedientiamque reuocat. Qui proinde nulla placabili lenitate cicurātur, hos vel ipſa neceſsitate adigit, ſuo vt famulentur ac ſeruiant imperatori. His ſanè argumentis eluceſcit ab ipſo opifice vim in cætera imperandi inſertam eſſe & prærogatam homini vbiuis gentium conſtituto. Factum hinc, vt xiphiæ, zygenæ, balenæ, priones, boues, reliqua deniq; omnia vel nuda nomina cetorum horroris plena ſub hominis manus atque imperiū miſſa & ſubſtrata. *Præſint itaque piſcibus maris. Et beſtiis terræ.)* Num perſpicis leonem, illum quidem grauem & infrendētem rugitu, cuius vel nomen intolerandum & pergraue eſt, D cuius rugientis fremor terram ipſam cogit intremiſcere? Quænam cæterarū animantium præſentis adeò animi eſt ad quiduis tolerandum, vt huius ſuſtineat impetum? Ne vnū quidem in animalibus vſpiam repereris, cui tantum ſuperſit virium, vt ſe confidat ſuſtinere poſſe ſubitariam leonis impreſsionem: atqui hunc ſic violentum præexigui viuarij ſepimentis includi videre licet. Quis hunc incluſit & coercuit? Is nimirum qui huic vaſtæ molis animanti ſuopte ingenio commentus eſt carcerem. Quis hac raritate ligneorum cancellorum, ſtaminū inſtar apparuit ſimul & prouidit reſpirationem iſti beluæ, vt ne ſuomet præfocetur anhelitu? Vna & eadē opera, & copiam illi fecit liberæ reſpirationis, & hoc interuallari ſepimento cuſtodiave illi proſpexit, ne quò ſe proriperet. Quis id? Nonne homo? Is pro re ludicra habet longè efferatiſsimas feras. Non etiam pardales eludit? Chartam ob oculos beſtiæ oppandit ex æditiore loco, quæ penicillo pictoris effigiatum hominē repræſentet. Et hæc quidem fruſtillatim cōcerpit chartam: cum is interim qui ſubter chartam deliteſcit, riſu proſequitur E beluæ veſanientem ſtoliditatem. Eſt ne quicquam, quod non exuperet homo copia ſibi prærogatæ poteſtatis? De volatilibus porrò, quid tibi vis ediſſeram? Et quidem homo alite aſcenſu neutiquàm ſe attollit in aëra, remigio alarum deſtitutus: at certè per vim intellectilem, cum illis vnà euolat. Nihil vſquàm eſt, quod remoretur rationem. Quæ in vaſtiſsima abyſſo deliteſcunt, perſcrutatur: venatur, quæ ſunt humi, quæ aëra circūuolitant, quàm præuideatur, intercipit atque occupat. Nunqu ne obſeruaſti auiculam inſidētem extremæ pinnulæ cuiuſpiam rami, & ex eo, ſtridulo clamore quaſi cachinno proſequētem illac commeantes? Hæc enim ſpem ſibi ponit in pernicitate alarum. At certè vnum è pueris licuerit videre, qui obſeruata aui, mox faſcem arūdinum congerens, vnam ſubſternat alteri, viſco illinat & agglutinet harum acumina. Ad hæc quāto maximo poteſt aſtu, per ramos foliaque fallit viſci præſentiam, obſeruat dein oculum auiculæ in ſublime ſpectantem, itaque prehendit leni attractu volitare per aëra conſuetam, & quæ eatenus per æthera ferebatur, viſco implicita, captiua abripitur. Deſidet quidem infernè homo, infernè eſt F hominis manus: at ingenioſa ſolerſque hominis mens in ſublime rapitur. Adeò nihil eſt vſpiā locorum, quod non artifici cōmentatione aſtúve homo aſſequatur. Pennatis oppandūtur retia, ad rectam collineationem ſagittariorum iaculis volucres confinguntur. Quæ natura propendent ad ingluuiem, illici ineſcatione capiuntur. Aliquandone obſeruaſti aquilam ad deſtinatam prædam ſidentem & ingenti alarum agitatione aduolan-

E tem

Similequod dam habes apud Strabonē in primo de Galatis & in Odyſſ.

Xiphias gladius Theodoro, Galeotes Strabonis in. I. Zygena libella. Balena. Serra

tem? dein eandem ſubiectis vndique laqueis cinctam atque irretitam? Ad eum ſanè modum quod in ſublimi eſt, obiecta per hominem ciborũ illecebra inuitatum ſidit ſeque demittit. Adeò nihil eſt, quod non in manum tradiderit homini, ac proinde opificium abſoluit ſuum, nec ſemel prærogatæ ditionis exortem reliquit hominem. Caue, dicas: Qui poſsint mea intereſſe, inque ære meo cenſeri, quæ per aëra feruntur? Per prærogatiuam enim collatæ tibi rationis, etiam hæc ditioni tuæ addicta ſunt & mancipata. *Et reptilibus, quæ repunt ſuper terram.*) Vides denique, è quibus

Et reptilibus.

A colligis te eſſe factum ad imaginem dei. *Et fecit deus hominem.*) Quid igitur eſt homo? Ex iis quæ & legimus & audiuimus, colligenda nobis eſt hominis finitio. Non enim neceſſe iam ſit, vt ipſi ab externis aut à fide abhorrentibus mutuemur finitiones eiuſmodi, neque ad diſcutiendam veritatis doctrinam opus eſt dogmatis ex vanitate profectis. Homo factura dei eſt rationalis ad ſui creatoris facta imaginem. Deſitne quiddã noſtræ huic finitioni, an ſecus: ipſi viderint qui partem multò maximam retroacte inſumpſerunt corruptiuæ iſti parandæ ſapientiæ. *Ad imaginem dei factus eſt homo.* ET, *Benedixit deus hominem, ac dixit, Creſcite & multiplicemini & replete terram.*) Huic conformis eſt & piſcium benedictio: ET *dixit deus, Producant aquæ reptilia animarum viuentium, & factum eſt ita.*) Deinde, Et dixit deus, Creſcite & multiplicamini & replete aquas. Quid hic ſanè habemus, quod ſit eximiũ? Et quidem quæ exigebat neceſsitas naturæ, eadem tibi

Homo quid

B cum cæteris communiter prærogauit. Cæterùm peculiares repoſitæ tibi ſunt prærogatiuæ. Perinde enim ac cætera animantia, creſcis. Ab eo enim exorſus quod primùm perquàm puſillũ fuit, lenta quidem acceſsione ac ſenſim progrediente ad ſtaturæ perfectionem promoueris. Itidem equi, canes, nec ſecus aquilæ, olores & quodcunq; tandem animantium quiueris depromere, ſimul atque ex genitali maſſula concepti primùm fœtus per gradus ætatis adoleuerint & ad incrementi perfectionem fuerint prouecti, ibi rurſus quotidiana deminutione ac decremento ad prolapſionem defectumque abeunt. Hanc igitur communem naturæ, viciſsitudinem ac permutationem, nobis quoque impartiuit. *Creſcite*, ait.) hoc eſt, quotidiano augeſcite alimento: & puſilli atque exiles geniti ad ſtaturæ proceritatem adoleſcite, ſit interim modus & præſcriptus limes iſti incremento. Nam quòd per primi ſeptennij curriculũ immutamur, nóſque ſtaturæ permutatio trãſmittit in alteram annorum hebdomadem: non hinc elicitur per omnem vitæ partitionem, vno quoque ſeptennio ſtaturam corporis immutatum iri, parque accepturam eſſe incrementum. Prima annorum hebdomas puerilem ſtaturam complecti-

C tur, cuius metã qua clauditur, liquidò poſsis colligere ex dentium immutatione. Vt enim ceciderunt quidam, alij erepentes adnaſcũtur. Alteram à prima ſtaturæ promotionem altera item auxeſis à ſeptennio ſumit & ad exitum vſque protenditur anni quarti & decimi, quæ quidem ſecunda puerorum eſt, In prima enim puſio eſt ſiue puellus, mox puer, dein adoleſcens ſiue puber à quarto & decimo. Poſt ſubſequentem hebdomadem annorum denique vir. Hic enim tertij augmenti meta ſtatuitur. *Creſcite* igitur.) Ad annos licet centum vitam proroges, non continuò ſequitur ab anno primo ad vſque centeſimum per omnes ætatum gradus accepturum eſſe te ſtaturæ procerioris incrementum. Vnum enim verbum hoc ſcita ac ſapienti ratione dictum ſolerter ac prouidè diſpenſatur. CRESCITE.) Quouſque tandẽ? Statæ ne ſunt & circunſcriptæ creſcendi menſuræ? Ab ipſa concretione ſeminis in matricem deiecti & fundamenti vice ſubſtrati licuerit colligere futuri augmenti modũ. Neque enim quæ progreſſu ætatis illi accreſcit ſtaturæ acceſsio, videri

D debet donum recẽs & acceſſorium. Nam fundamenta corporis in vtero conſtituendi, ex eo ſortita ſunt conſtaturam & ratam incrementi aptitudinem. Puerône dentes collapſi ſunt? Hoc inſigni agnoſcimus, quantum illi menſuræ acceſſerit, Trimúſne hic puſio eſt? ex eo pater futuræ proceritatis admetitur menſuram. Nouit planè duplam illi iuſtæ ſtaturæ proceritatẽ deeſſe. Quantus enim triennis deprehẽditur puerulus, bis tantò eſt euaſurus procerior compos factus plenitudinis augmẽti, aut certè denuò tantus. Hic ille eſt modus humanæ naturæ præſcriptus aduſque extremam vitæ lineam ac finem, nimirum à prima ad alteram annorum hebdomadem. Ex ea deinceps iam facto puberi calor accreſcit & intenditur, gracileſcenti corpori accedit formæ decus, ſicceſcit puerilis humoris defluuium, robur membra accipiunt ſolidius ac vegetantur. Hac ætate

E homines inter eos primùm cõſtituuntur, quibus cum coætaneis de virium robore certamen eſt, nondum alioqui abſolutam conſecutis vegeti roboris perfectionẽ. Coaleſcit enim primùm iſtorum caro ac recens concreſcit, quarè teneriuſcula adhuc eſt, ac proinde minùs idonea tolerando continenti & aſsiduo labori. Et quidem hoc genus animal de cætero habet naturæ beneficio leue vt ſit & agile. Tertia porrò annorum hebdomade iuſtam accipit incrementi formulam. Poſt hoc ſeptenne tertium, non iam in longitudinem ſe ſurrigit ſublimius corporis ſtatura procerior. Simul enim atque laboribus iſtis augmenti ſurſum verſus ſe attollentis defuncta natura reſpirauit, tum deinceps in patulam & effuſam latitudinem ſenſim incipit tranſcendere & quaſi fundamenta iacere, atque quaquauerſum ſubſternere iis quæ in faſtigioſam altitudinem præmouit, ſimul & carnulentam circumponere pinguitudinem ac proinde membra reddere corporis vegetiora. Et quidem hæc efficit natura ad incrementa ordine legitimo progrediens. Sanè initio facta ſunt hæc dominico vrgente imperio, perque omnem deinceps creaturã progreditur aduſque ſeculi finem vis illius tum dictæ ſententiæ: *Creſcite & multiplicemini.*) Creſcite, vt ne creatura

Creſcite & multiplicamini.

F vnius ſemper & eiuſdem ſtaturæ ſitu circunſcribatur, ſed adoleſcat. Multiplicemini, vt ne in vnũ aliquem abeat homo, magis autem in admodum multos propagetur. ET *implete terram.*) Implete, non incolatu aut habitatione, (ita enim nos ipſos viuentes alioqui locorũ arctiſsimis anguſtiis compreſsiſſemus, ſi terram voluiſſet admetiri modulo capaci noſtræ habitationis) magis implete, poteſtati eam veſtræ ac dominio ſubſternẽtes. Nobis enim

enim terræ dominium prærogauit. *Implete terram.*) Ipſi ne homines eam vi ſubigentes implẽt? vtique eam vt impleremus, dominos nos conſtituit: & illam ſanè implemus munere nobis indultæ rationis. Vt primũ perſpexerimus quanta porrigitur dimenſione illa exæſtuans & retorrida regio eademq; inhabitabilis: quum clima illud boreale contemplabimur, quod ampliſsimæ licet ſit capacitatis, ſit tamen ob inſigne & exuperans frigus, vt tota ea regio vacua ſit culturæ, nec vlli cedat hominum viui, num quæſo videbimur impleuiſſe terram? Vtique eam implemus, ſelecta portione quam nobis futuram vſui noueramus, repudiata ea quam intelligebamus vitę huic traducendæ incommodam.

A Nos itaque inſtituit terræ totius dominos operatoria virtute ſententiæ illius: Implete terram. Eſto, non tota in vſum conceſſerit noſtrum: cõſtat tamen ſub hominis ditionem, vniuerſam veniſſe. Nam ne tu quidem frumentũ ſi coëmiſti, neutiquã negari debes dominus, quòd miſtim illi inſerta quædam cõperiantur, quæ partim parando edulio conueniant, partim quæ excutere è medio debeas & abiicere. Aut lapides quidem vt eſui inutiles, illinc abiicis, & quicquid aliud ſe offert permiſtum ad eſcam incommodũ. Paleis primùm exufflatis, zizaniiſque ſecerniculo diſcuſsis, ſeligis id purum quod ſit, quodq́ue intelligis tibi ſubminiſtraturum conſiſtentem vitæ ſubſtãtiam. Ad eum itaque modum homini deus gratuitò terram cõtulit, hanc quidem nempe meliorem, humanæ habitationi accommodam, illã autem agricolationi conuenientẽ & proinde neceſſariam, alia quadrupedum gregibus paſcendis

B dimiſſa eſt. Licueritne, dic tu mihi iam cõſtituere quod volo: quando munifica & indulgenti liberalitate creatoris, tanto inauguratus dominio, dicẽtis: Implete terram? ET *imperent piſcibus maris & volatilibus cæli, & beſtiis terræ.*) Hæc illa benedictio, hæc ſanctio legis poſitæ, hæc illa denique eſt dignitas per dei gratiam, homini prærogata. ET *fecit deus hominem. Ad imaginem dei fecit illum.*) Hanc ne apodixin annotaſti inabſolutam eſſe nec exactè concludentem? *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*) Duo quædam hæc complectebatur conſultatio, nempe? Ad imaginem & ad ſimilitudinem, cũ interim creatura ipſa vnicum obtinuerit. Num aliter conſultauit, ac ſemel initum conſiliũ dein permutauit in aliud? An in ipſa creatione illi pœnitẽtia quædam ſe comitem addidit? Vlla ne in creatore inefficax ponenda impotentia eſt, vt qui alia conſilio deſtinarit, alia opere ipſo præſtiterit: aut

C vlla hiſce ineſt verbis ſuperuacanea & futilis loquacitas? Certè enim hoc dixit: *Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ.*) Hic verò vbi dixit, Ad imaginem: non ſubtexuit, Ad ſimilitudinem. Quicquid iam dictorum elegeris, vtique in ius vocaueris ſcripturam. Quòd ſi malis hoc ipſum dicere ſcripturam, redũdans vtique fuerit & ſuperfluum inculcare eadem & bis efferre Intoleranda prorſus & grauis blaſphemia fuerit vel verbum aſſerere in ſcriptura inueniri otioſum. Atqui nihil illa in aream profert, otioſum quod ſit aut redundet. Igitur neceſſarium fuerit cõcludere hominẽ factũ & ad imaginem & ad ſimilitudinẽ. Quamobrem minùs reddidit expreſsè ſcriptura, quæ deus vt faceret, conſilio inſtituerat? Quid ni dixit: Et fecit deus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem dei? Elanguitne, aut imbellis fuit virtus conditoris? Ratio hæc planè impia. Pœnituitne imperatorem initi conſilij? Tantò hæc præ illa eſt impia magis cogitatio. Atqui dixit. Statuit ne aliud, mutato dein cõſilio? Ne id quidem. Neque enim iſte eſt genuinus ſcripturæ ſenſus. Neque opifici ad operis deſtinati exactam conſummationẽ deceſsit quicquam virium aut deminutum eſt: ſed nec irritum abiit aut inane eius conſilium. Quæ igitur tandem ratio eſt, quòd particulam poſteriorem iſtius ſuppreſsit ſententiæ: Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ad ſimilitudinẽ?

D Nimirum hæc, quia illud quidem quod priore ſtatuitur loco, in ipſa mox creatione obtinuimus: quod poſteriore ipſi vt aſſequamur, à noſtro pendet liberæ voluntatis arbitrio, Nam quòd ad imaginem dei facti ſumus, nobis ſuppetit prærogatũ ex ipſa ſtatim primigenia conditione: vt autem ſimilitudine inſigniamur dei, id demum relinquitur nobis acquirendum certa animi deſtinatione. Et hoc quidem vt liberè eligamus, ineſt nobis potentia: at efficaci & operatoria actione eam nobis adſciſcimus ſimilitudinẽ & conciliamus. Niſi enim is qui nos condidit dominus, anteuertiſſet occupatione, vt diceret illud, Faciamus, &c, Ad ſimilitudinem, ſi non ſua ſolius munificentia prærogaſſet poteſtatẽ, qua adiutrice nos ipſius ſimilitudini cõformaremus: nulla vnquam noſtra ipſorum facultate ad eam diuinæ ſimilitudinis ſusceptionem euaſiſſemus. Nunc quãdo potentia quidem ſimiles deo nos fecit, largitus poteſtatem in

E hoc, vt aſsimilemur deo: reliquum erat, vt nos ſineret cooperari iſti gratiæ ſimilitudinis ad deum nobis potentia prærogatæ, vt merces propoſita operi perinde, ac nuntius quidam ad operam ſtrenuè nauandam nos proliciat atque inuitet, vt ne cunctatiores deſideamus, ceu ſtatariæ imagines cuiuſpiam pictoris penicillo effigiatæ, nullo ſuo fructu in loco poſitæ, vt ne iſtius ſimilitudinis nobis collatæ decus ac ſplẽdor alij cuipiam adferat laudem. Imaginem enim accuratiore opera ac ſolerti artificio afformatam primario exemplari fixiùs contemplatus, laudem non vtique ad imaginem regeris, ſed pictoriæ manus artificem ſuſpicis articulum. Quò igitur ſimilitudinis huius admirabilis ac ſolida laus vni mihi cedat, non item alteri, penes me eſſe voluit & licuit arbitrarium, ad dei vt poſsim pertingere ſimilitudinẽ. Per imaginem animæ impreſſam meæ, obtinui rationis vſum: verum chriſtianus effectus, vtique ſimilis efficior deo. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœ- F leſtis perfectus eſt, ait. Viden', quò loci explicatiùs dominus nobis ediſſerit illud, Ad ſimilitudinem? Quia, inquit, oriri facit ſolem ſuũ ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Malicię omnis oſor ſi fueris, ſi immemor acceptę iniuriæ aut inimicitiæ heſterno cũ quopiam cõtractæ, ſi fraternæ dilectionis & concordiæ tenax, ſi alienæ calamitati indoleſcens ex animo aſsimilis deo inueniêre. Si inimicitias aduerſum te exercẽti pro cordis affectu remiſeris, ad ſimilitudinẽ dei prouehêre. Ad ſimilitudinẽ dei pertinges, ſi qualem hic ſe erga te peccatorem exhibet, talem te erga proximũ qui in te deliquit, declararis miſe-

A ſimili argumentum.

ricordis clementiæ affectu. Quarè illud prius, Ad imaginem, obtines quidem tu ratione insignitus: poſterius verò, Ad ſimilitudinem, ſtola benignitatis amictus aſſequêre. Piæ miſerationis viſcera aſſumito, ſuauis ac placidæ benignitatis, vt Chriſtū promerearis induere. Per quæ enim interiore affectu alienæ infœlicitati condoleſcis, per eadē ipſe indues Chriſtum, perque cum ipſo contractā familiaritatem, tantò ſe reddet deo familiariorē. Per hanc ſanè diſſerendi formulam, narratio hiſtoriæ ad humanæ diriuatur eruditionem vitæ.

Ad imaginem *Ad ſimilitudinem.*

Faciamus hominem ad imaginem.) Ab ipſa mox
A creatione obtinui illud, Ad imaginem: deſtinato autem ac liberiore animi propoſito, ad id prouehor, Ad ſimilitudinem. Tua igitur aliqua ex parte eſt gratia, quarè meritò ingredieris coronatus. Totum enim tuus tibi ſi prærogaſſet opifex, qua tandem gratia tibi nihil cōmerito cœleſtis regni fores reſeratæ fuiſſent? Nunc verò quiddam contulit, quiddam reliquit perficiundū, vt id in teipſo quum ad perfectionem promoueris, pronūciere nihil indignus qui mercedē inſumptæ operæ deo repignerante recipias. Quo igitur pacto effingimur ad ſimilitudinem dei? nimirū per euangelia. Chriſtianiſmus quid eſt? Aſsimilatio dei, quatenus eam aſſequi poteſt humanę fragilitas naturæ. Voti ne reus es te chriſtianum fore? Ne cunctere deo fieri ſimilis, Chriſtum indue. Quonam pacto indues Chriſtum? Baptiſma qui non accepit, qui indumento incorruptibili ſe nondum amiciuit, vtique is à ſe excuſsit & ablegauit dei ſimilitudinē. Tibi proinde ſi dixiſſem, Huc ades, Regi aſsimilis eſto: méne cenſeres de te præclarè meritū?

ἀνεπίδρομα — *τῷ σῷ ἡ χάρις.* — *Non per euangelia, non impios ac flagitioſos fratres aut lutheranos.*

B Quum verò ipſe percupiā componere te & effingere ad ſimilitudinem dei, eam vitabundus auerſaris doctrinam, quæ te poſsit æmulū reddere diuinæ virtutis aureſque mox tuas obſepis, ne ſalutaris ſermo meus aditum inueniat ac penetret.

ET *fecit deus hominem ad imaginem*) Planè hominem, dixerit quæpiā mulier: Quid refert mea? Vir ipſe factus eſt. Non enim dixit hanc hominē, nempe mulierem: ſed definitè adſcripto articulo τὸν hunc ad ἄνθρωπον hominem nihil obſcurè marē expreſsit. Atqui ne per imperitiā vnus aliquis ſuſpicaretur autorem vti voluiſſe appellatione hominis pro viro & eo ſolo, ſubtexuit: *Maſculum & fœminam fecit eos.*) Habet ſanè & mulier nihil minùs ac vir, quòd ad imaginem dei facta eſt. Honor vtrique naturæ nihilo diſpar, ſed æquus, æquæ virtutes, vtrique in agone virtutis decertāti propoſitū par præmium, conſimilis vtrique peccanti decreta condemnatio. Nolim dicat mulier: Imbellis ſum & infirmæ conditionis. Iſthęc infir-
C mitas carnis eſt: nam in anima ſibi ſedem fixit virtus firma ac potens. Diuina igitur imago hæc quū in vtroque ſexu peræquè honoretur, ſit & cōpar atque cōſentanea in vtroque virtus, quæ per bona opera vim ſuam exerat & explicet. Prætexurienti imbecillitatem corporis ne vna quidē excuſandi ſui iuſta ſuppetat ratio. Non enim vſquequaq; cōceſſerim infirmū eſſe mulieris corpus. Eſt, fateor, per ſympathian teneriuſculū, quod alioqui ad tolerantiā non exigui ſit vigoris, pertinax firmumq́; ad excubias. Nam cuius aliquando viri natura cōcertare auſit cū mulieris indole, eius quæ iugi cōtinentia vitam adornat atq; inſtituit ſuā? Quando

τὸν ἄνθρωπον.

vir vnus imitetur mulierum pertinacem cōſtantiam in ieiuniis, in orationibus operoſam ſedulitatem, profluentem & prolixam lachrymarū effuſionem, alacritatem expromptam ad cuiuis exhibendam benignitatē? Ipſe ego vidi mulierem honeſto genere furti, viro clam, ſuffurantem quæ in pios inopum vſus fuerat erogatura pro ſoſpitate viri, pro rei familiaris incremēto, pro liberorum diuturna incolumitate, Idque facientē cōiuge totius rei nihil conſcio. Conſcientiam eius vitabat, pro cuius hæc diſpertiebat ſalute. In illius enim, quod faciebat, faciebat gratiā, qui nihil non quālibet arcanum clariſsimè contuetur ac perſpicit, D
nulli prorſus ſuam pandens beneficentiā. Habet igitur & bona mulier illud: Ad imaginē. Nolim, iſti externo homini animū admoueas tuū, tectorium quoddā eſt. Deliteſcit anima intus ſub hoc integumento ſeſsitans, & corpore molliuſculo. Anima ſanè viri, anima itidē mulieris vtraq; parili honore inſignita eſt. Tantùm comperitur in iſtis integumētis diſcrimen. Aſsimilare igitur deo, benignitate, clemētia in iniurios tibi, familiari cum cæteris congreſsione, amore mutuo, fraterna charitate, malignitatis totius odio, imperādo pro virili iſtis affectibus vitioſis, vt prærogato tibi principatu vel tandē inaugurere. ET *præſint piſcibus.*) Indultum inſuper tibi eſt, piſcibus vt præſis, quibus nullus eſt cū ratione vſus. Fac itaque princeps vt euadas ac ſuperior omni affectu vacuo rationis. ET *præſint beſtiis.*) In omnem quoq; beſtiam decoraris imperio. Dixeris: Quid ergo eſt? Egóne haſce beſtias in meo continea ſinu deliteſcētes? Et quidē nulli numerabiles. Planè in teipſo circunfers numeroſam & eā apprimè turbulētam E
beluarum intēperiem. Dictum hoc meū vt ne arbitreris in tuam detortū cōtumeliam, audi, tibíne efferueſcētis iræ impetus beſtiola videtur? In corde væſaniens ira cū oblatrarit, quo non cane efferatior eſt? Dolus quoties in anima doli fraudiſq; concinnatrice ſibi delegit domicilium, num vrſo quouis in ſuo ſpelæo collatebrāte eſt implacabilior? Quid? Hypocriſin neges eſſe beluā? Quiſquis ad cōcinnandam calūniam cōpoſito eſt & peracri ingenio, is ne tibi meritò videri debet ſcorpius? Quiſquis ad expetendam vltionem, per inſidias clàm adornatas ſe comparat: num hic quauis vipera cenſendus eſt immanior? Non eum iure dixeris lupum rapacem, qui nullo ſuo iure corradit & extorquet aliena? Quæ tandem fera eſt, quæ non in nobis ſibi vendicet locum? Inſano captiuus amore cuiuſpiam mulierculæ, non talis equus eſt furiali concitus œſtro? Equi, ait ſcriptura, inſani amatores mulierum facti ſunt. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Se enim quis F
ad eius brutæ animantis indolem transformaſſe dicitur, cui vitioſa imitatione aſsinem ſe reddidit ac familiarem. Quocirca non vnę in nobis ſe collatebrant feræ. Da igitur operam, iſtiuſmodi beſtiis vt imperes. Externarum princeps factus, internas ſines impunè debacchari nullo cohibitas imperio? Qualis tu, ſi quidem leonem duce ratione coërcens, illius quoque contemnens rugitum te hinc effers & inſoleſcis: ipſe cōtrà infrendens dentibus inconcinnam nec ſuis articulis diſtinctam emittis vocem, animo prorſus ira perciro & ad hoc connitente vt in vnum aliquem, im-

προσταγμα. — *Hiere. 5.*

preßionem

preſsionem faciat? Ecquid vſquam eſt hoc furiali
affectu truculentius? Non ſinit vt vel tãtillum in-
ternus noſter homo perſtet trãquillus & requie-
tus, ſimul atque hominem irrequieta eiuſmodi
perturbatio expugnarit, cùm incandeſcens ira
principatum ſibi vendicarit animæ, Ratione ex-
ploſa. Sanè in hoc creatus es princeps, vt impe-
rites iſtis affectibus, vt dominere beſtiis, reptili-
bus vt præſis, ſimul & volatilibus. Cogitationes
A ne admittito aeriuagas & plenas vanitatis. Caue,
leuis ſis animo nec ſecum cõſiſtente. Delatum eſt
tibi in hæc volatilia imperium. Inſolentem pror-
ſus & abſurdam rem feceris, ſi externè quidem
volucres è ſublimi decurrens, ipſe leuis depre-
hendère & animo ſupra vires arrecto. Eſto faſtus
fugitans, animi elationem auerſator. In animum
ne vnquàm induxeris tuum, vt quàm humanę na-
turæ poſtulat ratio, coneris ſapere maiora. Lau-
dibus te aliquis extulit? Ne infleris. Ne te collau-
des. Nolim teipſum exiſtimes magni quiddam
eſſe momenti. Fueris alioqui volucris inſtar nuſ-
quam conſiſtens, nec firmo vnquam animo huc
illuc circumagère palabuodus. Tuis fac imperes
cogitationibus: imperator vt ſis, quæ ſunt, om-
nium. Ad hanc doctrinæ formulam collatus no-
bis principatus, per animalia mores noſtros con-
cinno ordine moderatur & eò dirigit, vt noſtri
ipſorum diſcamus eſſe domini. Abſurdum enim
fuerit, & res admodum inſolens, ſi is non vni
genti imperet, qui ipſe domi ex alieno pendeat
arbitrio: is adminiſtrandæ reipublicæ ciuita-
tis præficiatur, qui in intimis ædibus captiuus
B premitur iugo vilisſimi ſcortilli, nec rem fa-
miliarem rite diſpenſat. Conueoit eum aſſu-
mi ad aliorum præfecturam, qui quæ ſibi ſunt
intima, probè nouit ac decenti ordine modera-
ri. In hunc alioqui, rem domeſticam ſi confu-
ſaneam reliquerit, nec eam ſcierit digerere in
ordinem, iure à ſubditis regeretur euangelicus
ille ſermo, Medice cura teipſum. Auſpicium
proinde medendi à nobis ipſis primùm ſuma-
mus. Nemo quod venatu non prehenderit leo-
nem, contemptui patuit aut multatus morte eſt:
iræ intemperiem qui non domuit, nulli non fuit
deridiculus. Hoc igitur affectu priuato quiſ-
quis non euaſit ſuperior, vituperij incurrit no-
tam: quum is interim nihil dum videtur ad-
miſiſſe damnatione dignum aut quod illi ver-
tendum ſit vitio, ſi victoriæ compos eſſe nequi-
uerit aduerſus beſtias haſce agreſtes & effera-
tas. Dominus qui ſua diſpentatione voluit hæc
in literas tranſmitti, qui noſtram qualencunque
& eam planè debilem linguam ſiuit in hanc
vſque horam ad vos concionem extendere, quí-
que per noſtram imbellem & infirmam intelli-
gentiam, in hiſce perexiguis adumbrationibus
C veritatis deliteſcentes theſauros vobis ingentes
ſanè reuelauit: is indulgenter vobis det per ha-
ſce minutias eximiam atque vberem doctrinam,
per exilia hæc ſemina abſolutam ſcientiæ largia-
tur cognitionem: nobis proinde donet noſtri
iſtius inſtituti perfectam ac ſolidam mercedem,
vobis denique impertiatur, vt opulento & vbe-
re fructu perfruamini diuinorum eloquiorum.
Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum,
Amen.

HOMILIA VNDECIMA, *de hominis primigenia conſtitutione, Godefrido Tilmanno Cartuſiano interprete.*

SALOMON ſane quàm ſa-
piens non in perſuaſibilibus
eruditus ſapientiæ verbis, ve- ἀκοσμητοῦ τὸν ἄνθρωπον.
riùs qui è ſolida ac veraci ſpi
ritus ſancti doctrina ſuam il-
lam hauſit ſapientiam, in iis D
quæ recèns lecta nobis ſunt,
magnifico planè hominem
exornans elogio, voce exerta hæc depromebat:
Magna res eſt homo & res pretioſa, vir miſeri-
cors. Ego contrà ſed nullo meo fructu rem hanc
commentabar atque expendebam, omnis ad-
metiens meæ vnius exiguitati, cùm ea quæ in ani-
mo mecum ipſe verſabam, tum quæ doctrice ſcri
ptura de homine edidiceram. Equidem reputa-
bam ipſe, quinam poſſet dici homo res eximia
adeò ac præcellens, animal deciduum & morti
deſtinatum, animal inquam, quod innumeris ob-
noxium & expoſitum affectionibus, ab ipſa mox
effuſione vteri materni ad extremæ ſenectæ li-
neam agmen ſecum trahens inexplicabilium ma-
lorum, veluti ſentinam quandam exhaurit: de
quo dictum eſt, Domine quid eſt homo, quia
innotuiſti ei? Et ecce quem regius Pſaltes pro
aſpernabili ducit & gregario animali, huic pro-
uerbiorum liber elogium defert eximiæ cuiuſ-
dam ac ſingularis prærogatiuæ. Verùm oppoſi-
tionem hanc implexam & ancipitem exemit ani-
mo ac diluit hiſtoria Geneſeos de homine lecta. E
Audiebamus enim nunc, quia deus accepto è
terra puluere finxerit hominem. Sanè ex hoc di-
cto veram vtriuſque partis obiectæ elicui dilutio-
nem, nempe quia homo & nihil eſt, & idē quid-
dam eſt eximium. Si ad illius naturam tantum
ſpectes: nihili hominem dixeris, at ne vllius eſſe
momenti: ſi ad id honoris quo illum dignata
eſt & inſigniuit dei benignitas, mentem conuer-
teris, vtique magnum quiddam deprehenderis
eſſe hominem. Quis ille tandem honor? Dixe-
rat deus: *Fiat lux, & facta eſt lux.*) Hominis exor
tum confer nunc cum generatione lucis. Dixit
illic, *Fiat firmamentum*) Magnum iſtud cœlum
quod ſupra nos expanſum eſt, factum eſt verbo
dei. Aſtra, Sol, Luna & quæcunque oculorum
acie licet contueri: quæcunque inſuper mente
aſſequimur ſupra nos eminere, quantælibet mo-
lis ſint & diffuſæ magnitudinis: quod ſunt, id ob-
tinuere verbo Dei. Mare, terra ac eórum, quæ
vtrunque ſuo ambit complexu, decens & accom-
modata diſtinctio, omnigenum animalium ge-
nera, omniuariæ ſtirpium differentiæ, hæc om-
nia verbo ſunt facta. Hominis porrò creandi,
quæ fuit formula? Nequaquàm dictum eſt, Fiat F
homo, ſicut illud, Fiat firmamentum. In crean-
do enim homine quiddam contemplari liceat
auguſtius creatione lucis, cœli, luminarium.
Denique cætera exuperat hominis creatio.
Accepit dominus deus.) Corpus hoc noſtrum ni-
hil indignũ duxit, quod propria efformaret ma-
nu. Id effingendum non vnicuipiam angelorum
delegauit. Non quemadmodum ſolet cicadas, ita
nos ſua ſponte terra quaſi ebulliens & efferue-

ſcens ſuis excluſit viſceribus. Non item vnicuipiã ex adminiſtris illis ſpiritibus aut potentiis dixit, ſic & ſic facies: ſed propria ipſe aggreditur & capeſsit opus. *Accepit terrã.*) Acceptã cõdendo homini materiam ſi ſpectaueris, quid tibi iã homo? At plaſtem fixiùs ſi cõtẽplere, hominem neceſſe eſt fatearis eſſe quiddam non vulgare aut gregarium. Quarè ratione ſubducta materiæ, nihil eſt homo: & idem magnum quid ob delatã illi dignitatem. ET *accepit deus.*) At certè quo id pacto? Illic enim priùs dixerat, *Et fecit deus hominem*) Hic porrò quaſi de homine nihil dũ eſſemus edo- A ctı, hiſtoria nobis retexit hominis creationem & ab initio redorditur, dicens: *Et accepit deus puluerem de terra. Et formauit deus hominem.*) Huic obiectioni proximè quidã reſponderũt hoc quidem, Formauit, de corpore eſſe dictũ: illud prius, Et fecit, de anima. Hæc fortè diſſerendi ratio non ita recedit à ſcopo veritatis. Nam quo loco dictũ eſt, ET *fecit deus hominẽ. Ad imaginem dei fecit eũ.*) ibi expreſſe poſitum eſt verbũ ἐποίησεν, id eſt fecit: iam verò deinceps quando de corporis ſubſtãtia ſermo eſt, verbum infert hoc, ἔπλασεν, id eſt, formauit, finxit, plaſmauit. Regius nãque pſaltes hoc eſſe diſcerniculi inter facturam & formationem edocuit ſuo illo verſiculo, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Fecit, vtique interiorem & arcanum hominem: plaſmauit ſiue finxit hunc externum. Cõgruè enim ad cœnum ſiue lutum plaſmatio aut figmẽtum refertur, vt factura ad imaginem. Caro igitur formata quidem eſt: anima autem facta. Superiore igitur loco quũ de B ſubſiſtente dixerit animæ natura, reliquum erat, nũc vt de inſtitutione formationéve corporis nobis ediſſereret. Penes te quoque & hanc ſepone rationem. Quænam illa eſt altera? Nimirum hæc: Quædam enim conciſiùs loquens ſcriptura, contrahit in compendium: quædam contrà iuxta quẽ facta ſunt, modum nobis tradit explicatiùs. Sanè ſuperiùs dictum eſt, quia fecit: hic, quo illum pacto fecerit. Si enim velut obiter & vtcunque dixiſſet hominem factũ: in animum tuum potuiſſet irrepere cogitatio factum eſſe hominem ad eandem formulam, qua & pecora, beſtiæ, plantæ, denique fœnum. Quò itaq; auerſere ac deſugias iſtã indolem animantium rationis expertium natura ad affectiones propendẽtem: memoriæ prodidit ſcriptura deum circa te eſſe vſum diſcreto ab illis ac peculiari artificio. *Accepit puluerem de terra.*) Dixit illic, quia te fecit, hic vt te fecerit, indicat. E terra ſumpſit puluerẽ, ſuiſque te manibus effinxit. Mentem huc mihi aduoca, & vt ſis formatus, vide. Ad hanc naturæ officinam animum aduerte tuum. Quæ tẽ excepit formandum manus, vtique dei eſt. Corpus iſtud dei formatum manu prouide, nulla vt vnquam piaculari improbitate defœdetur, nequa cõtage immutetur peccati: nequãdo C è manu dei contingat excidere te. Es vtique vas ſolerti effictum ac prouida dei manu, affabrè factum à deo: gloriam repẽde factori. In hoc enim vnum factus es, te vt habeat ſuæ gloriæ accõmodum & vtile organũ. Quin & vniuerſa hæc mũdi moles, perinde eſt ac liber literis exaratus palàm conteſtans ac deprædicans gloriam dei illiúſque auguſtiſsimam maieſtatem arcanam alioqui, & inuiſibilẽ abundè enuntians tibi intellectili creaturæ, quatenus ad cognitionem attinet veritatis. Dicta igitur fac, tenaci mandes ac fideli memoriæ. ET *benedixit eis deus & ait: Creſcite & multiplicamini & replete terram.*) Incrementum duplex: corporis vnum, alterum animæ. Sanè anima creſcit, dum quotidiana progreſsione ſe ad perfectionem promouet, præſidio adiuta diſciplinarum. Creſcit & corpus, dum ab exigua maſſula progreditur, ſeque attollit ad iuſtum & competentem ſtaturæ modum. Illud igitur, Creſcite, brutis quidem animantibus dictum eſt iuxta perfectionem corporis, tantiſper dum id ſe ſurrigit ad menſuram ſtaturæ ſibi natura præſcriptæ. No- D bis porrò dicitur, Creſcite, ratione inita interioris hominis, qua ſe promouẽte rectà ad deum contendimus. Iſtiuſmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, proque virili ſe extenderet in anteriora, eorum quæ erant à tergo, obliuiſcebatur. Hæc ea auxeſis eſt ſpiritualis & diuinæ contemplationis. Pietatis redintegrandæ ratio, ipſa inquam extenſio in hoc ſita eſt vt ad ampliora iam quæſitis quotidiana progreſsione nos extendamus: nimirum vt eo quidem quod aſſecutus iam es, è memoria ſublato, id demum perſequare pro virili quòd ex perfectæ pietatis cumulo agnoſcis tibi deeſſe. Talis & Iſaac erat, de quo celebre illud elogium proditum memoriæ eſt, quia promouens gradum in ſublime attolebatur, donec magnus effectus eſt. Non enim deſiit aliquando ſuccreſſere. Neq; quòd in ſtadio virtutis aliquouſque promouiſſet: deſedit cunctatior: quin is potiùs iugi & intenta progreſsione procedebat. Ad obeunda virtutis opera ſe contulit. Et quidem ad F temperantiã prouectus eſt gradu impigro. Ad iuſtitiam pertigit. Ab hac ad virilem & heroicã fortitudinem peruaſit. Ad adipicem deniq; ſummã totius boni his auctibus iuſtus continenter progrediens ſublimatus eſt. *Creſcite igitur.*) Sed quo incremento? nimirum perfectionis ad deum rectà prouehentis, incremento quod interiorem hominem moderetur & ornet. *Multiplicamini.*(Eccleſiæ benedictio hæc eſt, vt ne in vno aliquo vis efficax verbi diuini finem capiat aut circunſcribatur: magis verò in omnem ſeſe effundat terram ac euulgetur euangelium ſalutis. MVLTIPLICEMINI.) Quinam? qui per euãgelium generamini. REPLETE *terram.*) Bonis operibus carnem hanc vobis in miniſterium collatã ſuffarcinate. Oculus rerum honeſtarum & apprime decentium aſpectu exatietur. Manus ne cunctetur explere ſe operibus bonis. Pedes ſe ad interuiſendos ægrotos impigrè promoueant, & ad ea ſe conferant gradu concito, quæ adire conueniet. Membrorum denique concinnus & pulcher ordo his ſe operibus referciat, quæ mãdaris legis diuinæ reſpondeant, nimirũ hoc indicat, Replete terram. Voces quidem hæ vel brutis communes F ſunt, iure tamen quodam ac peculiari eas nobis aſciuerimus, ſiquando illarum vſum tranſcripſerimus ad animam quæ ſecundum imaginem dei creata eſt, & ad rationẽ, qua inſigniuit nos & honorauit deus. Et quidem illa augeſcunt incremento, ſed corporis, nos ſpiritus: Implent illa terram numeroſa multitudine, nos nobis coniugis vice coũitam terram hanc, corporale videlicet obſequium cõplemus fertili copia bonæ operationis.

Ecce dedi

Αὐτουργικῆς δυνάμεως.

Cap. 2.

ἐπλάσθη ἡ σάρξ, ἐποιήθη ἡ ψυχή. *Ratio altera explicatur.*

Simile quiddam de B. Antonio Anachoreta Athanaſius Alex.

Creſcite. Incrementũ animæ & corporis.

αὔξησις, augmentum, acceſſio, incrementũ.

Gen. 26. a.

σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν.

εὐλογία

Caro. Oculus. Manus. Pedes.

Ecce dedi vobis lignum, quod habet fructum in ſemetipſo vobis erit in cibum.) Nihil neglectim aut perfunctoriè prætercurrat eccleſia, quando nihil horum non legitimum eſt. Non dixit, dedi vobis piſces in cibum. Dedi vobis pecora, reptilia, quadrupedia. Neque enim in eum vſum hæc creaui, inquit, Verum primaria illa legiſlatio eſum indulſit fructuum. Neque enim dum paradiſi domicilio cenſebamur indigni. Hic proinde myſterij quiddam occultioris delitescit. Nobis enim in cõmune cum fe[illegible], volucribus cœli, denique cum vniuerſis terræ beſtiis collatus eſt ſructuum eſus, A gramen quoque, quum interim paucas ferarum liceat videre ali fructibus. Nam quo tandem fructu ſe paſci panthera ſuſtineat? Quis fructus cedat leoni in cibum? Attamen feræ iſtæ tantiſper dum iugum legis naturæ paſſæ ſunt: vitam tolerabant eſitatione fructuum. Homo autem ſimul vt præſtitutum ſibi traducendæ vitæ prætergreſſus eſt canonem, & limitem præfinitum tranſcendit, quumque mox à diluuio prænoſſet dominus homines nequaquam ſibi ab inconceſſis temperaturos, indulſit quouis veſci. Omnia hæc, ait, quaſi holera virentia comedite. Per hanc nobis indultam conceſſionem & animalia quæque parili libertate donata ſunt quiduis impunè edendi. Ex eo iam tum ac deinceps crudis leo veſcitur: vultur hianti roſtro internectiuum cadauer affectat. Neque enim vultures mox à cæterorum animalium creatione, quaquauerſum ſpectabant terram. Nullum enim eatenus vſquàm comperiebatur morticinũ B eorum quæ à deo aſſignata fuerant & ſacta, quó ſe nutricarent vultures. At ne id quidem ſinebat natura in ſuo tum conſiſtens vigore. Non item venatores conficiundis feris operam dabant: neque dum id ſtudio erat hominibus: cùm nec feræ laniénam exertis in homines dentibus exercerent, vt quæ necdum eſſent crudiuoræ. Inoleuit dein ex more vulturibus conſuetudo, penſum vitæ vt ſibi parẽt ex morticino quopiam cadauere. Quare cum nuſpiam locorum eatenus eſſet cadauer, nullodum ex loco graueolens ſpirabat odor, necdum vlla eiuſmodi eſca explẽdis iſtis idonea vulturibus: ſed cygnorum in morem, indiſcreta erat & eadem omnibus viuendi ratio. Prateuſes tantùm herbas animal omne ſibi attondebat ac depaſcebatur. Eius rei inſigne & in canibus liceat videre. Dum enim ſtudent ſibiipſis mederi: hos identidem videas depaſci gramen: non quòd cani paſcendo conueniat gramen, ſed quia citra operam humanæ inſtitutionis, doctrice tantum natura ad id bruta profugiunt, quod ſubodorantur ſi- C bi vſui futurum. Velim reputes tecum, iſtiuſmodi fuiſſe tum animalia (quæ hodie vides cruda carne veſci) vt vi imaginatiua apprehenderint herbam omnem fœnaceam ſibi collatam in cibum, ac proinde nihil inſidiarum in ſeſe moliebantur. Cuiuſmodi enim ſpes eſt futurã olim rerum redintegrationem: talis modi fuerunt res cunctæ initio primæuæ generationis. Reuocandus enim homo eſt in gradum priſtinæ conditionis: ſi modò à ſe priùs improbitatem amolietur, ſi multiuarias vitę iſtius deciduæ curas abiecerit, animam denique ſi ſeruili iugo rerum temporalium emancipatã ſuæ libertati reſtituerit. Iſthæc omnia à ſe vbi depulerit, ad eam licebit recipere ſe vitam, qua in paradiſo degitur, illam dico vitam nullis carnis ſeruientem affectibus, liberam prorſus, cum deo congredientem, angelorum prægeſtientem contubernio. Sanè hæc non eo mihi dicuntur, quod vſum iſtiuſmodi alimoniæ ademptum cupiam, quẽ dei benignitas nobis indulſit: quin vt declarem potiùs, quàm beata fuerit, quámque fœlix ineuntis illius primùm temporis conditio. Qualis erat tum vita? Vt nullius prorſum rei inops? quàm paucis, quámque parabili contenti viatico abierunt homines, quod ad rationem traducendę iſtius vitæ? Quo nunc pacto author mali, peccatum nobis hanc multiuariam inuexit viuendi rationem? Veris enim paradiſi delitiis ſimulátque excidimus, has planè fucatas & quæ nihil habeãt ſynceræ voluptatis ipſi nobis excogitauimus. D Quando non iam datur vitale illud lignum ante ora tueri, neque illius eximiæ pulchritudinis ſinimur ſpectaculo perfrui: in qualencunque oblectationem dati ſunt coci deinceps, piſtores, multimoda item excogitatio cupediarum & ſuffituum, aliorúmque eiuſmodi in qualecunque ſolamen noſtræ è paradiſo miſerabilis ruinæ. Ita enim qui ægrotant, ſi quando per inualeſcentem morbi acrimoniam incommodè capiunt fructum ex edulio conſueto idque ſit ſtomachi deiectione: alia quædam odoramentis & id genus conditúris confecta, manúque exhibita medicorum ſumunt. Nam quando in iſtis collapſa eſt appetitio ſolidioris edulii, quæ talium debilitatæ naturæ conſentiunt, communiſcuntur hi & excogitant, qui infirmorum ſenſibus norunt indulgenter obſequi atque inſeruire. Etiam ſi nunc quoque imitari velimus eam quæ in E paradiſo obſeruata ſuit, vitam: vitatis illecebris eduliorum tot adeò materiis concinnatorum, ad illam frugi ac parabilem viuendi formulam pro vitium modulo nos ipſos reuocamus contenti ad vitæ iſtius ſulcimentum, vſu fructuum, ſeminum & eorum quæcunque lignoſo putamine circumueſtiuntur, cuiuſmodi ſunt nuces, poma, caſtaneę. Quicquid, hæc prætex ſe obtulerit: ab vſu noſtro vt nõ neceſſarium, ſubmoueamus. Et quidem horum nihil execrabile ducimus aut abominandum in eius gratiam qui condidit: nec tamen eadem expetenda veniunt, vt ne ſint carni ſomes voluptatis. *Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis.*) Hic ſanè reſpondeant arithmetici, & qui ad parandam eiuſmodi rerum cognitionem tantum otii detriuerunt, qui paſſim oſtentant & obtrudunt eximiæ cuiuſdam ſapientiæ loco huiuſce rei peritiam: qua ratione ſenarius iſte numerus F congener ſit mundi creationi, quídve cum mundo affine habeat. Eſt enim prole prægnans multiplici. Nam ſpecies numerorum quum ex ſe tam multas gignat, partibus tamen quibus cõſtat, perfectus eſt. Pleraque inſuper alia quæcunque de ſenione arithmetici enarrant in ſuis illis diſceptationibus ſcholaſticis. Si cui ad hæc expendenda ſuppetit otium: licebit hæc ſecum vt admurmuret. Rurſus dicant & de ſeptenione, quòd is ſterilitatis infœcundæ ſit. Nec enim aliud quicquam ſeptenio ex ſe gignit, at neque ab alio, generatur. Proinde ſermonem hũc vt ne in tot adeò ſpecies materiáſve cogar diducere: velut excurſim hac ad vos relegata diſceptatione, ad ea quę animis veſtris gratiora fore confido, me conferam.

A diluuio primum eſt conceſſus carniũ eſus. Hic quiddam deſidero in exemplari.

Porrò ſi quis cootendet penes ſe eſſe qualencunque horum peritiam: velim, is ſibi perſuadeat apud nos quoque repoſitum eſſe eiuſce artis theſaurum. Quarè ſi quid in ſe arithmetice continet eximium: vtique eius ſemina hic etiam ſuppetũt. Nec interim nobis quicquam arrogamus aut gloriamur: quòd hęc è mundi ſapientia profecta ſint, aut certè quòd ad eam faciant ſapientiam quæ è mundo corriuata eſt. Qui enim talia ſtudioſè conſectantur, ſimulatque nonnihil hinc furto ſuppilarint, ſuis id infarcientes libellis, quaſi quiddam magnum ſcripſerint, inſoleſcunt & ſupra modum gloriantur. Quò igitur declaremus ea demum nobis aſpernabilia videri, quorùm cognitio tantopere ab iſtis expetitur: rationem quæ hiſce de rebus reddi poterat, ſilentio prætercurremus. Simul bis adde, quòd rerum eiuſmodi ſpeculatio populo ſit captu perquàm difficilis: quum interim eccleſia non huc cogitur, vt eos excipiat ſermones qui auditoribus ſint admirationi: veriùs cupidè quærit earum ſolutionem propoſitionum quæ ſuæ poſſint ædificationi commodare. Sanè dies ſeptimus, nempe ſabbatum honori olim fuit. Apud Iudæos enim ſeptimus hic numerus erat honore venerabilis: in quo quidem ſcenopegiæ, tubarum celebritas & dies propitiationis. Apud illos item annus ſeptimus remiſſionis dictus. Totos etenim annos ſex, agricolationem vt exercerent, iſtis licebat: at ſeptimo his abibant contenti, quæ ſuapte ſponte gignebat humus. Promiſſionis terram quum iſti incolerent, annos ſex Hebræus ſeruiebat: ſeptimo ſinebatur abire liber.

παρ' ἡμῖν.

A

σκηνοπηγίαι à figendis tabernaculis.

Apud hos ſoluta captiuitas eſt anno ſeptuageſimo. Ad noſtra deinceps tranſcendamus. Ait ſcriptura: Septies cadet iuſtus, & reſurget. Hoc pacto hebdomadem dierum conciliemus & nos in vnum: A generatione hominis ſeptimus mortem non vidit, Enoch, myſterium eccleſiæ. Septimus ab Abraham Moſes legem accepit. En mutatio vitæ, iniquitatis reſolutio: introductio iuſtitiæ, dei aduentus: in mundum inuecta eſt atque introiit diſciplina, & eorum quæ agenda ſunt, ſubiit legiſlatio. Septuageſima ſeptima generatione ab Adam ſe conſpicuum mundo exhibuit ac viſendum Chriſtus. Nouit & Petrus myſterium ſeptenarii, dicens: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? Reſpondit dominus, Non dico tibi, vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties. Myſterium ſeptenarii aliqua ex parte intellexit Petrus. Nondum tamen exactè didicerat, vt qui diſcipulus adhuc eſſet: vſque ſepties: At ne doctor quidem receſſit à ſeptenione. Præiit ſciuit, dicebat diſcipulus: ſupergreſſus eſt diſcipulum opulentia pietatis dominus. Quoties peccabit, & dimittam? Quid ni dixit: vſque ſexies, aut octies, ſed vſque ſepties? Cur non item dominus: vſque centies & centies, ſed ſeptenionem multipliciter auxit? Et quidem Petrus non de alio quoquam numero rogauit: neque dominus canonem prętergreſſus eſt ſeptenarii. Petrus videlicet obſeruauit hunc eſſe antiquariæ traditionis canonem, ſeptenionem in ſe complecti ſacramenti alicuius ſignificationem, nempe remiſſionis peccatorum, perfectæ quietis & recreationis, cuius ſignum ſabbatum eſt, dies à mundi generatione ſeptimus. Petrus quidem ſepties:

B

C

Dominus verò, ſeptuagies ſepties. Peccata puniũtur ſepties. Eum ne in modum omnis qui occiderit Cain, ſeptenam perſoluet vltionem? Illic non octo, ſed ſeptem. Parumper opperitor, & myſterium apprehendes. Septies punitur primum illud peccatum. Secũda cædes Lamech. De Cain enim expetita eſt vltio ſepties, verùm de Lamech ſeptuagies ſepties. En vides, quòd Petri ſeptena remiſſio reſpondet vltioni Cain: cùm interim dominica condonatio, ſeptuagies ſepties vltioni ſeptuagies ſeptenæ reſpondet de Lamech ſumptæ. Quáta fuit offenſio, tanta & condonatio. Vbi modicum peccatum, ibi & modica remiſſio. Cui remiſit modicè, modicè & diligit. Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Quod igitur illud eſt myſterium? Octaua dies, ſeculum illud dicitur, nimirum iudicii, in quo peccator, ſepties: & qui ſupra modum peccator eſt, punietur ſeptuagies ſepties. Iuſtus itidem ſeptemplici honore potietur: qui excellenter iuſtus eſt, honorabitur ſeptuagies ſepties. Et quidem nunc dei erga nos benignitas ænigmaticis prælusionibus ſubindicat, quæ futura olim ſunt: tum ipſo nimirum præſente, nulli non perſpicuè veritas inclareſcat. Hæc enim quo quiſque præmio dignum ſe exhibuerit, nihil obſcurè eſt oſtenſura. Dominus igitur hic per confeſſionem ac pœnitentiam placatus, ſeptuplam retributionem peccatoribus debitam remittet. Quarè cùm dies ille formidabilis ac terroris plenus minimè nos lateat, cùm ipſi certò nouerimus in eum diem repoſitam eſſe peccatoribus retributionem, mercedem quæ ex æquo reſponſura ſit & admetienda qualitati delictorum: præoccupatione condignæ pœnitentiæ commiſſa diluamus, quatinus multiplicem ac doloris plenam promereamur illic effugere retributionem. Dicamus igitur nonnihil de die ſeptimo illius octauæ in qua conſummationem accipiet ſeculum hoc. *Et requieuit deus ab operibus.*) Eorum quæ in mundo fiunt operũ nihil eo die tum erit. Nullæ deinceps celebrabuntur nuptiæ, nullæ commutandarum mercium nundinationes, non item exercebitur agricolatio. Terram enim omnem terror vndique occupabit. Angore & horrore corripietur omnis creatura: ſudórque anhelus & inexplicabilis coorietur. Ipſi etiamnum iuſti prætrepidi & anxii pro ſententia quæ tandem proferetur. Abraham & ipſe tum aderit non ſine agonia: non quaſi veriturus, ne in gehennam condemnetur, verius quémnam inter iuſtos ſortiturus ſit ordinem, primúmne, an ſecundum, vel tertium. Veniente è cœlis domino, diſrumpentur cœli. Quantum obtineat Chriſtus potentiæ, colliqueſcet ac reuelabitur. Creatura omnis intremiſcet. Quis non trepidabit? Ne angeli quidem ſine timore ſunt futuri. Ipſi quoque ſiſtendi ſunt, non quaſi rationem deo reddituri. Attamen domini apparitio tanto ſplendore glorię illuſtrabitur, at tremorem ſit iniectura omnibus. Non audis Eſaiam dicentem: Si aperueris cœlum, deſcendente te tremor apprehendet montes. In eo Chriſti aduentu mare concreſcet gelu, operis omnis vacua erit creatura, mortificata erit & natura. Rapientur tũc iuſti, tunc iuſtis nubes erit pro vehiculo. Angeli tum ſe iuſtis addent comites ac duces. Iuſti quaſi ſtellæ ſplendidiſſimi aſſumentur in cœlum.

D

E

F

Contrà,

Contrà, innexi vinculis peccatores, ſuorúmque mole peccatorum quaſi compedibus aſtricti, quo tum ſibi peſſimè conſcii erunt, deorſum ſidet ac præcipitabuntur. Illa ergo hebdomadas figuratè per hanc ſignatur: *Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus.*) Quæ præſentem concernunt vitam anxiæ admodũ curæ, illo die prorſus intercipientur. Concupiſcentiæ iuueniles & inconſultæ conquieſcent ac ſopientur. Nullum iam de nuptiis propoſitum, nemini curæ tum erit propagatio liberorum, de congerendo auro nullum anxia cura premet. Sui tunc obliuiſcetur auarus marſu-
A pii. Qui luculentum & latiſſimè effuſum poſſidet peculium, obliuiſcetur terræ. Qui perditè & vſque ad inſaniam, gloriam deperit: tunc eius obliuiſcetur: Horum omniũ memoria ex animo concidet & obliterabitur. Corripietur enim anima terrore ingenti, certò ſibi proponens impendentia mala. Omnem enim cogitationem diutius licet, animabus noſtris, immanentem, iſtiſque affectibus obnoxiam à ſua ſede depellet timor & profligabit. Vbi enim dei timor, ex eo mox animo omnes ſe proripient vitioſi affectus maculæ. Hæc dies ſeptima illius ſeptimæ eſt typus. *Accepit igitur deus puluerem de terra.*) Non hic mundi generatio exactam accepit perfectionem, neque vt noſtra enarratio ſubtexeretur, ſeries conſequentiæ interciſa eſt. Dictum enim eſt, quia deus fecit hominem, dein requieuit ab omnibus operibus. Cúmque induxiſſet otium, iam quo pacto fecerit, his docet verbis: *Accepit deus puluerem de terra.*) Audiſti nomen χοῦν puluerem? Hinc erudire & eſto intrepidus. Nullius deinceps accipito perſonam. Quid magni de re tibi promittis, quid-

(τὸ ἐπίμετρον ſuppoſitum eſt, pro χοῦν.)

B ve inſoleſcis? Cogitationes quæ cordi inſerunt tumorem, flammamque accendunt elationis, ſiquando te adorientur: fac, creationis huius tuæ vt memineris. Quo tandem pacto creatus es? *Accepit deus puluerem de terra. Et formauit deus hominem.*) Quo demum tempore tui obliuiſci poteris? Tui tum obliuiſcêre, cùm te è terra ſubmoueris. Quòd ſi à terra ne momento quidem te ſubducis, (coaluiſti enim terræ & concreuiſti, ſuper terram ingrederis, acquieſcis terræ, téque in ea oblectas, delitigas pro terra, quicquid denique facias, ſit id magnum aut certè perexiguum, id omne in terra facis) nimirum è vicino habes quod te tuæ commonefaciat humilitatis. Vnicuipiam es iniurius & incandeſcis? Vnde tibi ira hæc impotens? Ignominia te aſperſit aliquis? Non ſuſtinuiſti audire: Ignobilis? Dicto hoc ocyùs acriore irâ efferbuiſti? Quàm quæ audiſti, atrociora contendis regerere? Demitte oculos, & conquieuit indignatio. Inſpecta humo fac tecum repures, me qui è terra factus ſum, dixit ignobilem: minus obiecit, quàm ipſe ſum. Neque e-

(ἐπάρσεις.)

C nim exprobrauit terram, è qua ſumptus ſum: ſed hominem, qui me genuit. Vnus quiuis homo animatus quantò eſt terra præſtantior, quæ proculcatur pedibus? In eam mihi antiquam matrem, nempè terram intendo oculos, quò fit, vt non iam contumeliæ loco habere debeam quòd è ſeruo ſim prognatus. Honoris enim eſt, quòd factus ſum hac anima inſignis & cohoneſtatus.

Exiſtimat autem is ſe atroci affeciſſe me contumelia neſcius quantò per eam plus mihi conciliauerit honoris. Meæ enim conſcius naturæ, quis ſim, probè noui, ſimul & vnde ſim. Ad eam conſiderationis formulam ſi factos nos eſſe de terra meminerimus: humilis hæc & deiecta de nobis cogitatio nullo vnquàm tempore ſinet iræ impetum plus æquo excitari. Rationem itaque tuam adiuuet & auxilietur terra ipſa nuſquàm non præſens, téque primigeniæ originis commonefaciens. Ad neſcio quam vilem concupiſcentiam ſi continget excurrere te: fac, ſubeat mentem tuæ hinc emigrationis articulus. Horam tui corporis in terram reſoluendi ſi ad mentem aduocaueris: D
momento ſedabitur eiuſmodi maleſuada & væſaniens concupiſcentia. Terra es, & in terram abibis. Cogites, velim membra hæc tua quæ nunc velut ſubſultant ardore accenſa libidinis, poſt aliquantum deſitura eſſe, ipſis nimirum diſſolutis membris & in terram reſolutis. Fac naturæ memineris, & ecce omnis illa ad improbitatem ſectandam affectio peſſum iit. Iugis hæc cogitatio ſalutare quoddam amuletum eſt, aduerſus quodcunque peccatum. *Formauit deus hominem puluere è terra accepto.*) Eximiæ laudis eſt humilitas, hæc quoque congener nobis & conſentanea naturæ commonitio. Si quidem dixiſſet Moſes: Formauit deus hominem particula quapiã è cœlo ſumpta, id quando contemplari voluiſſemus, vt ſubmoneremur humanæ conditionis ac naturæ? En ſuppetit & ad manus eſt: quod nos vltro moneat, quàm nihili ſumus, atque id adeò ex his eſt quæ vel calce proterimus. Demitte in terram oculos: dein attende, quòd ex re quapiam iſti terræ congenere & affini, nempe vili ac reiectitia efformatus es. Quid aſpernabilius eſſe poſſit, E
quàm nos ipſi? Quid nobis occurrat dignius, quàm vt nos humili deiectione exinaniamus? Vidiſti neſcio quem ſibi magnopere placentem? veſte amictum veluti floribus interſtincta & variegata? protendentem manum anuli fulgore ſplendicantem? præferentem orbicularem anuli palam pretio ſanequam ingenii concinnatam? adeò vt hoc nomine talis in immenſum glorietur? Qui amiculum geſtitet ſericis filis detextum? Quem numeroſum comitetur famulitium? Qui diffuſione comæ laxioris, & quidem flauæ atque artifici ſtudio depexæ ſibi placeat? circunferat aureos torques? qui ſeſſitet in argentea cathedra? qui inceſſum norit greſſu glomerare ſuperbo? qui velut è ſublimi edat vocem? qui inſoleſcat ob famulorum aſſentatorúmque numeroſum gregem, quos qui eiuſmodi ſunt, in ſuum adſciſcunt famulitium? ob lautitias opiparæ menſæ? propter ſalutatorias voces, quas iſti circa forum apprecantur & exhibent omnes, qui è ſubſelliis paſſim aſſurgunt, quique contendunt primi vt excipiant venientem, progredientem honoris cauſa comitentur & deducant feruligeri lictores? Hos tu principes ſiquando aſſonante F
præconis voce progredientes conſpexeris: hos inquam, vbi videris huic neſcio cui terrorem incutere, cæſim alterum exſcalpere, illius publicare opes, alium morti addicere nihil eorum quæ videris, formides: eorum contemplatione quæ fiunt, ne te perterreat is, cuius hæc fiunt imperio, nulla per hæc imaginatio demutet tibi aut nouet mentem. Tum mihi ad mentem reuoca. Quid illud?

(φυλακτήριον.)

illud? Deum feciſſe hominem, puluerem è terra. Si quidem aliud aliquid eſt, id tu timeto. Quòd ſi puluis è terra ſumptus, contemnito. *Et formauit deus hominem*) Vox, Formauit, non continuò actionem vllam ſubindicat dei circa hominem effingendum ab arte quapiam proficiſcentem. *Formauit deus.*) Ita ne formauit, vt figulinaria arte fingi ſolent lutea? vt qui conflant æs? Effigiatio ſtatuæ pariter & gypſi quandam præſeruot imitationem, ſed ſuperficieteous. Contemplatus ne es A ſtatuam, vt ſtans ſuam quãdam ſpitat oatiuam indolem? putà, ſi militis eſt, ipſo vultu exprimit animi excandeſcentis & concitati ferociam: contrà, affectionem muliebrem, ſi tamẽ æs eſt figuratum in mulierem: ſiue quiduis aliud ars poteſt imitatione inducit ac repræſeotat èius mores atque habitum, ad cuins eſt effigiata characterem. At non talis eſt dei conformatio. Sanè formauit hominem, ſic vt illa eius opifex & rerum creatrix actio ad intimarum vſque partium profunditatem progrediens ac penetrans organa corporis omnia ſolertiſſimè abſoluerit. Si otii liberioris tantum ſupereſſet, quo fretus demonſtrare queam corporis humani conſtitutionem: nimirum ex teipſo doceręris, quàm prouida fuerit circa te, quámque ſolers dei ſapientia. Minor quidam mundus re ipſa eſt homo: quarè nihil indecorè factum putem ab his, qui hominem hac exornarunt celebri & honorifica appellatione. Quantum impenſum eſt operæ rei huic vni, quótve conſcripti libelli? Extãt de bominis natura medicorum quæſtiones, eorum item obſeruationes qui de gymnaſtica corB poris exercitatione præcipiunt, De Analogia quoque, rurſus de cõcinna membrorum inter ſe ſymmetria. Denique, De opimando corpore ſiue augenda carnulentia. In vnius humani corporis abſolutam formationem conſpirant bæc omoia. Vnde mihi tantum affluat eloquentiæ flumen, vt ad amuſſim expromere queam, quæ in ſe complectitur vna illa vox ἔπλασε formauit, finxit? Nam quæ protrita ſunt & ad maonm cuiuis expoſita, nimirum intelligis vel me tacente. Formauit deus hominem rectum. Hanc tibi deus præter cætera animantia eximiam & peculiarem indidit formã. Quid ita? Sanè præoouerat ſe tibi collaturum eximiam & inſignem prærogatiuam efficaciter agendi. Cætera quidem animalia dicta ſunt, βοσκήματα, id eſt, paſcua pecora, & ad quæ natura ea cõpoſuit, ad hęc quoque propendentem ſortita ſunt corporis molitionem. Vt berbas depaſcatur & attondeat ouis, facta eſt: eóque caput acclinat ac deflectit in terram, vt ſpectet ventrem & quæ ſub ventre ſunt: quando in hunc ſcopum, fœlicitatis illorum exitus conſpirat, paſtu vt exatient ventrẽ ac voluptate. Homo non item. Nec enim oculos C in ventrem demittit. Ipſi etenim caput eſt ſpectãs in ſublime, quò cœleſtem illam ſuam cognationẽ agnoſcat & contempletur. Oculi nequaquam terræ innuũt. Caue igitur, quicquam deſignes: quod generoſitati tuæ repugnet naturæ. Terrena hæc ne circunſpicias, ſed cœleſtia: vbi Chriſtus eſt. Si conſurrexiſtis enim, ait, cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt. Hac enim cõditione & lege formatus es. Tui corporis effigies rudimentum quoddam eſt, quo docearis ad quem ſis finem conditus. Vt deum contemplère, factus es, non vt humi etẽpat vita tua, non vt pecudum ritu voluptate perfrnaris: veriùs vt ad normam & inſtitutum cœleſtis vitæ ruain ipſius componas. Et hac gratia oon inſcitè dixit ſapieos Eccleſiaſtes, Sapientis oculi in capite eius. Cuius nam oculi non ſunt in capite? Atqui hic, in capite, hoc eſt, vt ea cootemplentur quæ in ſublimi ſunt. Nam qui nõ ad bona quę in ſublimi ſũt, ſed quæ in terra, reſpectat: is vtique defigit detrahitve oculos in terram. Oculi ſaoè iſti orbiculares capiti inſident in D humeros reclinanti. Et ne humeros quidem ingreditur aut init prorſus, vt ne depreſſius ſit atque humile, ſed collo quaſi fido cuipiam fulcimento adnititur ſeve acclinat caput in ſublimi conſidẽs. Oculi porrò gemella acie conſtant. Dic tu mihi, non vnus ſuffeciſſet? Atqui duo ſuccedaneis ac mutuis officiis ſe ſuffulciunr: adeò vt ſi vnum continget intercipi ac perire, huic alter ſit ſolatio. Iam verò vis viſiua quæ ab vno proficiſcitur, debilior eſt. Sanè aquæ ductus è duorum in ſeſe concurſu & commiſſura footium proſiliens, tantò fortiore ſcatebra profluit. Viſus itidem ab oculo progrediens vbi quidem ad naſi interſeptum pertingens conquieſcit, ibi tum vtrinque ſe inflectẽs in vnum permiſcetur. Quaſi enim elices quidam aquarii, vis hæc viſiua ab vtroque progreditur oculo, hinc hæc, illinc illa. Vtraque tamen eminus commiſſura coit ea vis in vnum: vnita fortius inualeſcit. Quo argumento vnionem fieri deprebẽditur? Non vides & quæ proxima ſibi aſtant, ſenes cernere non poſſe? Nam quando vis illorum viſiua debilis eſt diuiſa: ne id quidem videt, quod prope eſt. Verum vbi oculorum conſerrio fit, quaſi ſi te cernente quædam contingat innundatio, ſenſibilium tunc apprehenſio fortior redditur. E Quot muniunt oculum cuſtodiæ? Eſt illi interior tunica, nec abit ea contentus. Noo enim vna craſſiuſcula eſſe potuit. Alioqui craſſa ſi eſſet, obuelaret oculum. Eam rurſus tranſpatentem ſiue pellucidam eſſe oportebat ac leuem. Vna igitur eſt oculo tunica & ea pellucida, eſt & altera gracilis. Tertia quidem cryſtallo aſſimilis, Quarta verò corneam ſpeciem præfert. Quæ extimam oculi partem protegit, fortior eſt: ioterior autem quò minus tranſitum abarceat, rarior eſt ſiue gracilior. Tertia dein tunica Cryſtalloeides in ſe retinet rei viſæ imaginem ſimul & tralucidam perſpicuitatem. Iam verò palpebra oculo prætexitur, vt illi quædam ſit protectio tutelaris, velamen & integumentum, quaſique oculi domicilium, atque propugnaculum. Manus vtique potuiſſet obtegere oculum: atqui priùs affectio quæpiam anteuerteret oculi aciem obtundere, quàm eouſque pertingat manus. Nunc verò illi adiacet palpebra ſupernè impendens, quæ ſimul vt noxiæ aliquid ſenſit, mox oppandit velamen. Quarè & pupilla ſub expanſo velo deſidens difficiliùs inuaditur. F Inter membra hoc vnum tangi ſe aut palpari non ſinit, nempe oculus ſub palpebra quaſi velo quopiam deliteſcens. Pilorum aciculæ circumpoſitæ. Quid ita? vt inter ſe conſerantur iuſtiùs & applicentur exactiùs palpebræ, ſuperior ad inferiorem. Quaſi enim quædam ligamenta ſunt pili palpebrarum inter ſeſe implexi & interſerti. Ad hoc accedit, quòd animantium quæque minutiſſima procul à ſe ſubmouẽt, nec

ἐπιθεώρῃ

Simile eleganſ.

ὑμένας hic pro membranulis, pelliculis ſiue tunicis oculi. καταξηραίνει, καταστέλλει. Lege Cal. Rhod. ca. 1. li. 16. ἐμφαντικὴ διαυγεία. βλέφαρα.

ὤψ

nec puluerulentam vllam materiem aut ſcobinam ſinuot adire prupiùs oculi pupillam, quæ alioqui poterat ab omni parte reddi obſcurior & induere caliginem. Per eiuſmodi palpebrarum pilos peculiaris quædam & accommoda munitio oos vndique cingit, ſimul quidem per eam nobis delineationem, gratuitum decorem indulgens, ſimul etiam non mediocre emolumentum ſuppeditans cuſlodiæ tutelaris. Supercilium item quod ſupernè prætexitur prominétve oculis, eſt ipſis propugnaculum peculiare & penè domeſticum, vt aciem viſiuæ potentiæ rectà intendat ac
A moderetur. Quæ dicti iſtius euidens probatio? Si quid vnquam collibuerit contemplari loogiùs à re diſparatum, manum ſupernè obtendis in concauum contractam ſuperciliis. Id cur ita fit? Nimirũ vt ne digeſtio oculi in ſublime ſpectantis nullo ſuo fructu ſparſim ſe effundat: quin imò vt manu præteota dirigatur, & rectà impellatur in rem ſibi obiectam, ac proinde ipſa oculi acies ad videndum diſponatur pleniùs, cùm ipſa viſiuæ potẽtiæ traiectio dirigatur obiectu manus prætentæ. Quarè & ſupercilia ſimul quidem aciem dirigunt oculi, & eadem opera ſudorem ex immodico labore contractum non quidem ſinunt influere oculis, nec illis proinde eſſe impedimento. Hac ſanè gratia quaſi muro quopiam communiunt oculos ſupercilia. Quis vñquam vinitor pulchrè adeò & omni ex parte poſſit ſuam excolere vineam aut ſuperciliosſo colle eam circundare, vt à quoquam haud facilè queat inuadi & neque lędi vlla incur-
B ſiooe torrentium è finitimis locis alluentium, perinde atque dominus ſepimento ſuperciliorum & quaſi propugnaculo præmuniit oculos? Quàm iucunda gratáque ſpecie hunc oobis ab vna ſanè cõmiſſura circunduxit ambitum, qui leariter conſertus naſo conuiſitur vtrinque partitus: ne quid negotij omnino aut moleſtiæ adire cogatur agricola per ſudoris defluuium hac illac decurreotis, neque is interim manum amoliatur à vite, detergendo ſudori intẽtus, ſimul vt ſudor ipſe per ſuos deſtillet & effluat elices, per quos deriuandum iam olim ſtatuerat opifex, ad partes nimirum quàm oculi ſunt, tantò minùs vtiles: ſimul etiam vt oculus ſibi congenitæ actionis munus efficaciter obiret. Quòd ſi de iis modò quæ clementiſſimi dei benignitas nobis indulſit, pergemus ediſſere: totus vtique dies hic nos deficiet. Cæterum ex vno hoc vos reliquorum omnium ipſi tranſſumite intelligentiam. Nos porrò neceſſaria profectione ad iter contẽdentes comitemini precibus
C piiſque votis, quò ocyus vobis ſoſpites & integri reddamur, & eorum quę reſident explicanda, debitam exoluamus enarrationem, eios comite gratia qui qoæ circa nos ſunt, cuncta diſpenſauit, ſuáque ſolius gratia nos condidit. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

HOMILIA SANCTI PAtris Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi de Paradiſo.

PLantauit deus Paradiſum in Eden, ad orientis plagas: & poſuit ibi hominem, quem formauit.) Ad mentem aduocemus dignam hanc deo plãtationem, nẽpe paradiſum, vt quę nihil dedeceat incomparabilem & eximiam pulchritudinem talis ac tanti opificis. Superiore loco dictum eſt: Educat terra herbam fœni, & lignum fructiferum ſeminificans ſemen faciens fructum. Hic paradiſus ſi quidem lignis conſitus eſſet vniuerſo orbi communibus: vtique in primigenia illa generatione contineretur, nec hę arbores quæ præſenti loco commemorantur à deo in D
paradiſo plantatæ, opus habuiſſent eximia hac & à cæteris ſelecta plantatione. Iam quidem tanquã inter vtraſque diſcrimen ſit, præter præinducta plantarum genera, ſcripturę verbis docetur in paradiſo arbores fuiſſe à deo præcipua quadam & peculiari diligentia conſtitutas. Nam quemadmodum hominem à cæteris animantibus diſcreta ac ſingulari dignatus eſt formatione: itidem & homini apparauit ſuáque condidit manu peramœnam ac delitiis omnifariam diffluentem manſionem, locum vtique omnem exuperantem creaturam, viſenda pulchritudine ſuſpiciendum & admirabilem, locum dico, prælustrem & ſpectatu digniſſimum, & qui ob ſitus celſitudinem nulla ſui parte vllas admittit tenebras, nulla tenebreſcit caligine, quippe quem exorientium ſiderum ſplendor irradiat & vndique ſuo lumine circunfundit. Retinet hic peramœnam ac iucundiſſimam veris E
temperiem, lucidiſſimo colluſtratus & ſplẽdifluo aëre. Illic igitur plantauit deus paradiſum, vbi oulla eſſet vis ventorum, nulla tempeſtatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procellæ ac turbines, non contorta ac violeota fulgurã, nulla hyemalis glacies, non veris humiditas, oec æſtatis exæſtuatio, nec autumoi ſiccitas, ſed temperata & pacifica inter ſe temporum conſonãtia, ſingulo quoque horum adornato propria amœnitate, cùm nec præcedens à ſequente quicquam inſidiarum metuere poſſet: dum neque verno decori ſubſequens æſtas noceret: neque æſtiui vel autumnales fructus præ ſenio defluerent. Nam ita locum hunc conſtituit, vt ſatis alioqui illum anni ſingulæ tempeſtates circunluſtrarent, imò præcipuis illum ſuis facultatibus ſtipantia ac communientia conferrent ſingula tempora, vernale, quod habet delicatum & iucundum: F
æſtiuum eſculenta in alimoniam: autumnale, hilaritatem: hyemale otium & quietem. Deinde vt terra eſſet pinguis, mollis, & verè fluens lacte ac melle, ad fertilitatem frugum accommoda, ac fertiliſſimis aquis irrigua, quæ profectò incredibilem quandam pulchritudinem exhiberent. Subtiles enim aquæ illæ ac perſpicuæ, & multum quidem iucunditatis ſpectantibus conferunt, plus tamen vtilitatis. Prius igitur ipſum paradiſi locum condidit capacem plantationum dei. Deinde plantauit in illo omnifariam arborum pulchritudinem, quæ & gratiſſimæ eſſent aſpectu, & iucundiſſimum ſui exhiberent vſum.

Collatio.

Quonam

Quonam pacto patriam noſtram conſpectui tuo conſpicuè proponere potero, vt te hinc ex iſto te uoce ei exilio? Quòd ſi florulenta prata iucundiſſimum tibi præbent ſpectaculum: tàtò hoc gratius velim animo imagineris. Roſa hic ſpinis eſt coniuncta, externa gratia moleſtiam obiegens, & tantum non aperta nos voce conteſtans ac dicens: Quæ iucunda vobis ſunt ô homines, triſtibus permixta ſunt. Nam verè in humanis bonis ita comparatum eſt, vt nullum eorum ſyncerum ſit, ſed confeſtim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mœſtitia: coniugio viduitas: puerorum educationi cura & ſolicitudo: fœcunditati aborſus: vitæ ſplen A doti ignominia, proſperis ſucceſſibus diſpendia, delitiis ſatietas, ſanitati infirmitas. Florida quidẽ eſt roſa, ſed mihi triſtitiam infligit. Nam quotieſcunque florem hunc videro, peccati mei admoneor, propter quod terra, vt ſpinas ac tribulos proferret, condemnata eſt. Et hic quidem tranſitoria ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc deſiderantes deſtituit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuerſi ſumus, & ecce in ipſis adhuc manibus noſtris conſtituti marceſcunt: in paradiſo verò florum ſplendor nõ eſt momentaneus, ſed conſtantem habent iucũditatem, gratioſum & amabilem aſpectum, nunquam defuturum oblectamentum, inſatiabilem fragrantiam, & colorum elegantiam reſulgentem. Non diſſoluunt illos impetus ventorum, non flaccefaciunt neomeniæ, non glacies horrida congelat, nec ſolis inflammatio torrefacit, ſed flatus quidã moderatus tenuem & iucundam reſpirationem adfert, leuiter illos ac placidè adflans, ac indomabilem tempori gratiam ipſorum conſtituens & conſeruans. Et ipſarum quoque plantarum venu- B ſtas talis eſt, quæ conditoris opificium & plantationem deceat, ſiue ſint ſarmentitiæ, ſiue fruticoſæ, ſiue vniſtirpes, ſiue multiramæ, ſiue alticomæ, ſiue vtrinque florentes, ſiue ſoliis deciduæ, ſiue perpetuò foliatæ, ſiue ſoliis perpetuò deſtitutæ, ſiue ſemper floridæ, vel frugiferæ ſini, vel infrugiferæ, cùm vſui deſtinatæ ac neceſſitati, tum ad oblectamentum conferentes, magnitudine ac venuſtate omnes eximiæ, opacæ ramis, vtrinque floridæ comis, fœcundæ fructibus, aliam atque aliam vtilitatem & oblectationem exhibentes. Nam quiſque illarum fructus multum quidem habet elegantiæ & gratiæ: plus verò vtilitatis quàm oblectationis. Quomodo tibi delitiarum illarum excellentiam repræſentabo? Si contulero cum præſentis ſeculi delitiis: contumeliam illis potiùs ex collatione attulero. Aut quam tibi vel ex imagine aliqua energiam ob oculos exponã? Omnia perfecta ſunt, omnia tempeſtiua & matura, non paulatim accepto incremento adaucta. Non enim à flore ad abſolutam maturitatem creſcunt, ſed proprio vigore naturæ illi effectus exoriuntur, non C humanæ induſtriæ. Illic & auicularum omnigenũm ſunt genera, quæ alarum flore, & natiua muſica, admirabilem quandam per ſeipſas oblectationem offerunt ſpectantibus, ita vt per omnes ſenſus iucundè afficiant hominem, alia viſu, alia auditu, alia tactu, quædam olfactu, aliqua guſtu. Sunt illic & variorum animantiũ ſpectacula, quæ omnia ſunt manſueta, omnia eorundem motum, quæ omnia & audiunt inter ſe & loquuntur ſen-

παραιτητή γᾶσι.

ἐκ τῆς ἑαυ τῆς.

ſatè. Serpens tum non erat horrendus, ſed mitis ac manſuetus, nec terribiliter in telluris ſuperficie veluti natãs reptabat, ſed ſublimis & erectus pedibus inſiſtens ingrediebatur. Illic poſuit hominem, quem formauerat. Alibi finxerat, illuc autẽ illum introduxit. Quemadmodum & luminaria fecit deus, & poſtea in firmamento locauit, ita & hominem puluerem quidem finxit è terra, poſuit autem in paradiſum. Notandum verò, quòd non dictum eſt, quem fecerat, ſed quem formauerat. Quem enim fecerat, ſecundum imaginem ſuam fecerat. Is autem corporalis non eſt. Et quod corporale non eſt, loco nõ circumſcribitur. Nam comitatur quidem quod factum eſt figmentum, hoc D eſt, anima fictum corpus, (Simul enim eſt, quod compoſitum eſt) peculiariter tamẽ corporum eſt locus. Anima vero comes & conſectatrix corporis in loco eſt, propter habitum quem habet ad corpus, non ſua ipſius natura, locis in corpore circumſcripta. Quid igitur? An exhilaraui te commemorata paradiſi amœnitate, vel triſtem reddidi magis corruptibilium collatione? Nam omnino animus ſublimis & excelſus, ac cœleſtia ſapiens, vtpote cõuerſationem habens in cœlis, & ad promiſſorum ſupernam dignitatem ſuſpiciens, cogitauit & cupidè expectauit aliquid vt audiret eorũ bonorum quæ nobis ſunt promiſſa, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt. Si oculus non vidit, quis eſt, qui hæc enarret? Si auris non audiuit, quomodo tua excipiat? Si in cor hominis non aſcenderunt, quomodo illa mens noſtra capiet? Neque corporalia abiicimus & ſpiritualia requirimus. Quẽadmodũ enim in lege & ſenſibilia etiã ſed exemplaria illa eſſe fecit ſpiritualium: ita & paradiſum corporaliter quidem cõſideramus, per allegorias E verò ſpiritaliter interpretamur. Plantauit igitur deus paradiſum in Eden verſus Orientis plagas. Nomina plantarum ſuppreſſa ſilentio ſunt. Proditum verò memoriæ eſt quo ſit loco plantata. In Eden inquit plantauit, hoc eſt, in delitiis. Nam Eden delicias ſignificat. Num vocat delitias eas, quæ per os ingrediuntur & ventri traditæ ſunt, & quarum finis ſeceſſus eſt? An eas quæ pereunt, delitias tradidit? An hæc eſt gratia illa à deo nobis data, ſaturitas ventris, & corporis lautitia, & animi diffuſio voluptatem efficiens? Aut hoc vel dicere quidem pium eſt? Corpus enim abundè ſaginatum & anima illi immerſa & ad peccandũ procliuis facta compendium quoddam eſt ad laſciuiã & procacitatẽ, ac ſimul omnia ea quæ vetita ſunt. Intelligemus igitur de delitiis deo dignis, vt & plantationem agriculturæ diuinæ competentem diſcamus. Quænam ergo dèliticę ſanctis congruere poterunt? Delectare, inquit, in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quoniam infinita eſt virtutis pulchritudo, à multiformi ſapientia initium ducens, proptereà ſcriptum eſt, quòd plantauerit deus paradiſum, non ad Orientem, ſed ad F plagas orientis. Nam vnaquæque planta à domino ſata, propria luce ornata fulguris inſtar reſplẽduit. Illic ſunt fluminis impetus, exhilarantis ciuitatem dei. Alibi torrens voluptatum nominatur, nutriens & prouehens ſpiritualium plãtarum venuſtatem, qui in ſequentibus dicitur fluuius egrediens ex Eden ad irrigãdam paradiſum. Suprà dictum

τὸ ἀσώμα τον, τοῦτο ἐν περιγρά φεται.

Accedit ad allegoriam

γάρα

dictum eſt quòd creaturas reliquas priùs abſolue rit, ac tum demum hominem in principatum ac dominatum introduxerit. Hic verò per contrariũ priùs formauit hominem, deinde plantauit paradiſum. Huius ſanè cauſa eſt illic quidem, vt in plenam domum induceret patremfamiliàs, quem nõ inopem & indigum condiderat, poſtremò rerum largiretur copiam, hic verò profectus ac felicitatatis abſolutionem largitus, alibi creatum primũ, tandem paradiſi habitatorem conſtituit, vt cogni A ta inter extrariam vitam & paradiſi conuerſationem, ex vtriuſque collatione, differentia, cognoſcas quidem pulchritudinis excellentiam, metuas vero & ruinæ iacturam. Vt verò intelligas plantationem manus dei competentem, recordare eorũ quæ in euangelio diſcipulis à domino ſunt dicta. Videlicet: vos eſtis palmites & pater meus agricola eſt, vt pote ab illo plantati. Ex illa plantatione ſunt, qui in domo domini plantati ſunt, & in atriis domini florent. Et iterum in propheta: Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram. Et imitator Chriſti audet ac dicit: Cooperarij dei ſumus. Dei agricultura eſtis. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Et iuſtus aſſimilatur arbori plantatæ ſecus decurſus aquarum, quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet. Et iuſtus ſicut palma florebit. Et, Vineam ex Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam. Conare ergo per huiuſmodi dogmata paradiſi acquirere intellectum, vt aſſequare diuinæ lucis auroram, in qua lux ſciẽtiæ oritur, vt intelligas, quomodo plantata ſit paradiſus delitiarum. Quòd ſi locum aliquem cogitaueris ſanctorum capacem, in quo omnes, qui in terra bonis operibus reſplenduerunt, gratia dei fruantur, & in vera ac ſpiritali iucunditate viuant, nõ aberraueris à decenti de paradiſo ſimilitudine. Illic itaque bonæ quædam virtutes radicatæ ac ſolidè confirmatæ ſunt, miniſtræ ſanctorum, quibus D homo recèns natus plurimóque ad perfectionem adiumento opus habens, traditus eſt. In quo loco cœtus ſunt ſanctorum, in quo lucis ortus, in quo animæ delitiæ, illic poſuit deus hominem. Si carnalis es, habes deſcriptionem corporalis paradiſi, & delicatiſſimam ſaturitatem. Si plurimi facis ſenſibilium rerum oblectationem, accelera ad illam, in qua delitiæ indeſinentes ſubminiſtrantur. Si ſpiritalis es, & ſublimiora corporalibus delectationibus expetis: aſcende animo ad pulchritudinem angelorum, cognoſce in illis iuſtitiæ fructus contemplare fluuium aquis dei refertum, cuius impetus ciuitatem dei lætificant, cuius artifex ac conditor deus eſt. Ciuitatem illam præterfluit fluuius ille dei, qui ex Eden originem trahit, & paradiſum irrigat. His omnibus mente cognitis, glorifica deum, quoniam illum decet omnis gloria patrem ſcilicet, & filium & ſpiritum ſanctum in ſeculorum ſecula, Amen.

SANCTI PATRIS NO-

B *STRI BASILII CESAREÆ CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI HOMILIA IN PSALmum primum, verius proœmium in pſalmos omnes Dauidicos, Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho, interprete.* E

Præfatio in omnes pſalmos. Collatio. Eccle. 10. a

SCriptura omnis diuinitùs inſpirata, & vtilis, hac vna ratione à ſpiritu ſancto cõſcripta aſtruitur: Vt ex ea haud ſecus atque è communi quapiam curãdarum animarum officina, medelam ſuo quiſque morbo ſalutarem & accommodam queat ſeligere. Medicina enim iuxta Eccleſiaſten, ſedabit magna delicta. Alia proinde nos ipſi prophetæ erudiunt, Hiſtorici perdocent alia, alia item inſtruit lex. Rurſus alia commonendæ eccleſiæ ſpecies ex opere Prouerbiorum eruitur. At hic vnus pſalmorum liber quiduis ex omC nibus in ſe complectitur, quod vſui ſit omnibus, futura certiſſimis præcinit oraculis, Hiſtoricam continet narrationem, leges ſancit vitæ ſanctiùs inſtituendæ, cuique agenda præſcribit & ſubmonet. Vtque ſemel omnia, liber hic bonę omnis doctrinæ vberrimum quoddam eſt & cõmune promptuarium, ſua vnius prouida ac ſolerti cura veluti comminiſcens & excogitans, quid cuiuſque noſtrum ſaluti maximopere conducat. Vulnera etenim animarum perſanat, quãtalibet vetuſtate occalluerint: vulneri recèns inflicto celerem citamque adfert emendationem. Diutino item morbo affectum priſtinæ aſſerit ſoſpitati, quod verò incolume eſt & integrum, tuetur interim ac ſeruat: denique omnem prorſus vitioſæ affectionis intemperiem quoad eius fieri poteſt, ab animis noſtris reuellit ac ſubmouet, quantiſcũque modis per vitæ iſtius corruptam conſuetudinem inualuerint, ídque cum peramœna quadã deductione ac moderata iucunditate animorũ, quæ & menti honeſtas inſerat cogitationes. Nã quando ſpiritus ſanctus nos vidit ægrè perſuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad ineundam vitæ rectitudinem per hoc lenteſcere, quòd toti ad conſectandã voluptatem propenderemus, quid fecit? Nimirũ ſcripturæ ſuæ dogmatis miſtim inſperſit concinnam iſtam numerorum modulationẽ, vt auribus permulctis ac delinitis melico vocum concẽtu, clàm F ac velut aliud agẽtes ſineremus in animos noſtros irrepere eloquiorum vtilitatem, idque pro more ſapientis medici. Is enim pharmacum oblaturus auſteriuſculum quidem auerſanti cibos nec probè cõcoquenti, ſubinde oras calicis prælinit melle. In hoc ſanè excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum, vt qui per ætatem pueri etiam dum ſunt, aut certè morum maturitate nondum

Dauidici pſalterii laus.

Metaphora.

Spiritus ſancti inuentum eſt melodia. Cur inuenta ſit & quẽ effectum.

incanuerunt, dom in ſpeciem concinunt ac modulantur, re ipſa animas erudiant ſuas. Neque enim è promiſcua plebe & iis qui ad ſcripturarum indaginem toti deſident, vnus aliquis voquàm facilè comperietur, qui hinc à nobis abiens præceptum vllum apoſtolicum aut propheticum memoriæ mandarit: pſalmorum verò eloquia & domi cantillant omnes, & medio io foro ſecum circumferunt. Vt vnus aliquis feræ in morem peracri ira incáduerit: ſimul atque pſalmus cœperit illius auribus incini, mox ex animo diſcuſſa feritate abit ſerenior. Pſalmus, animarum eſt tranquillitas: A arbiter iocuodæ pacis, cuius annutu exundantes ac tumultuariæ cogitatiooes ſe coottrahunt & conquieſcunt. Animæ ſiquidem vim ad iram propendeotem edulcat ac præmollit pſalmus: cum contrà, freno temperãtiæ coërceat eam, quæ ad effrenem laſciuiam deuergit. Pſalmus amicitię eſt cõciliator, vtuio diſſidentium, pacis inter hoſtes con ſtabiliendæ ſequeſter eſt pſalmus. Quis enim inimicuio deinceps cenſere eum poſſit, quo cum vel vnicam ad deum vocem ſemel emiſerit? Id itaque quod in bonis numeratur præſtantiſſimom, pſalmodia ſuppeditat, nempe charitatem: quæ quaſi nodus quidam couniendis & in vnum aſtringendis omnibus concordem hanc vocum excogitauit harmooiam, ad conſonum chori vnius concẽtum populum coaptans. Pſalmus eſt profligandis dæmooibus ac depellendis quoddam amuletum, Angelicæ tutelæ cõciliator, ſcutum ſecuritatis inter timores nocturnos, diurnorum requies laborum, iofantium tutelaris protectio, conſiſtẽtium in ætatis flore decus & ornamentum, ſenum ſolamen, denique muodus eſt mulieribus exoroandis B appoſitiſſimus. Pſalmo ſequeſtri & velut patario ipſæ incoluntur ſolitudines. Forẽſes ſtrepitus moderatur pſalmus ac remperat. Incipiẽtibus erudiri primùm, elementaris eſt inſtitutio pſalmus, proficientibus augmentum, perfectis denique ſuffulciendis ſtabile firmamentum. Vox eſt eccleſiæ pſalmus. Hic dies feſtos illuſtriores reddit ac perfundit gaudio, quũ triſtitiam alioquin operetur, ſed quæ ſecũdum deum eſt è corde enim lapideo ciet lachrymas. Pſalmus opus eſt angelorum, cœleſtis illius Reipublicæ in cõmune propoſita functio, ſpirituale thymiama. O inuentum ſanequàm admirabile ac ſapiens doctoris qui excogitauit, quo pacto vna eadémque opera ipſi melicos cantus emodularemur & doctrinam animæ ſalutarẽ condiſceremus. Quæ enim numeroſis modulis comprehenſa ediſcitur, fixiùs imprimitur animo. Ita enim natura comparatum videmus, vt vix tantillum duret, quod inuitus didiceris: cum contrà id oeſcio quo pacto memoriæ inſideat tenaciùs, quod cum peramœna quadã oblectatione & gratia irrepit atque illabitur animo. Quid porrò ooo C hinc poſſis edoceri? oon fortitudinis magnificentiam? noo exactam ſeueritatem iuſtitiæ? non temperantiam vel ipſo aſpectu venerabilem? non abſolutam perfectionem prudentiæ? noo pœnitẽtię formulam? non modum patientiæ? noo denique quicquid dicere poſſis de genere bonorum? In hoc ſanè reconditus eſt perfectæ theologiæ theſaurus. Hic reperias de Chriſti in carnem aduentu oraculum, cõminatiooem iudicij, reſurrectionis ſpem, terrorem intentati ſupplicij, glorię promiſſionem, reuelationem myſteriorum. In pſalmorum libro perinde ac in ampliſſimo quopiam & commuui promptuario nihil non bonorũ recõditum eſt. Proinde quum non vna ſit ſpecies muſicorum inſtrumentorum, ad id maluit propheta librum hunc ſuum accommodare, quod pſalteriũ dicitur: ob id (ita equidem arbitror) vt vel ipſo nomine gratiam in eo perſpicuè reſonantem ſubindicaret è ſupernis profluere à ſpiritu ſancto: quòd inter cætera ſolum hoc cauſas ducit ſonoris edendi è ſupernis. Nam in cithara lyráque æs ab inferiore plectro pulſatum ſonum reddit. E diuerſo D pſalterium supernè attactum cauſas ſortitur concinnæ illius ſuæ modulatioois: vt hoc documento permoti tota animi cõtemplatione diſcamus quę ſurſum ſunt, quærere, non item pręcipites deuergere ac rapi ad obſcœnos carnis affectus per illicem voluptatem ſuauè ſonantis melodiæ. His adde & illud: Equidem reor altiſſima quadam & ſapienti ratione prophetam nobis ſubindicare voluiſſe per inſtrumẽti iſtius ſtructuram, quòd quiſquis exactiore ſtudio & ad virtutis complexum commodiore animam ſuam compoſuerit: is tantò ſe eriget faciliùs ad cœleſtium meditationem booorum. Reliquum proinde fuerit, vt quod ſit pſalmorum initium videamus.

Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.)

SAnè qui architectooicæ artis ſunt periti, fundamenta ſubſternunt primùm futurę moli ædificiorum in ſublime ſurrigendæ correſpõdentia. Nec E ſecus onerariam nauẽ & hanc numeroſæ multitudinis capacem facturi, carinam priùs cõpingunt & agglutinant tantam, quæ ſatis ſit tranſmittendo tuercium vectorúmque oneri. Quin & in animantium generatione cor quod natura præmolitur ac vice fundamenti præſtruit, ipſo etiamnum naturæ ductu conſtitutionem accipit æquabili proportione reſpõdentem ac futuro congruã animali: quò fit, vt corpore ſuis ipſius principiis omni ex parte attemperato, ad ſuam quæque animantium differentiæ promoueaotur & emergant magnitudinem. Quod itaque ad domus molitionem eſt fundamentum, ad compingẽdam nauim carina, quod cor in conſtituendo animantis corpore eſt: vim nihilo diſparem meo quidem arbitratu obtinet circunciſum hoc ad breue prooœmiũ ad vniuerſam ſupellectilem atque apparatũ pſalmorum. Nam quando Dauid per operis totius progreſſum fuerat tam multa admonitutus, quibus obeundis operoſiſſimi quique labores, ſudoréſque innumeri impenderent iis qui deſudaturi erant in legitimo pietatis agooe, hæc pręuertens, lucidiſſimis rationibus probat horum exitum fœlicem ac beatum fore: vt bonorum oobis repoſi- F torũ ſpe inuitati nihil grauatim aut moleſtè quicquid occurret doloris aut triſtitiæ, perferamus. Sic enim & iter faciẽtibus per aſperrima quæque ac penè inacceſſa loca, tædiũ releuat laboris ſpes certò propoſita commodioris hoſpitii: vtque maris periculo auſint ſe committere mercatores, facit cupiditas parandarum mercium: & agricolis imminuit ac ſuffuratur labores ſpes ſecuturæ fertilitatis.

Liber cur pſalterium.

Beatus vir

tilitatis. Eam ob rem qui noſtram omnium vitam in commune diſpenſat ac moderatur eximius doctor ſpiritus ille veritatis ſolerti ſapientia & artifici conſilio initio ſtatim mercedem ob oculos ponit: vt laboribus dum in manibus ſunt veluti iam tranſmiſſis, tota mente ad bona quæ in cœlis repoſita nobis ſunt auidiùs properemus. *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.*) Eſt ſanè quiddam, quod peculiari ac primaria acceptione beatitudinis prædicari debeat beatum, quod verè bonum eſt, hoc ipſum eſt deus. Quarè & Paulus memoriam facturus Chriſti, ait: Secundum manifeſtationem beati dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chri-

A ſti. Reuera id denique beatum quod per ſe bonũ eſt, ad quod reſpiciunt omnia, quod vniuerſa cupidè expetunt, natura immutabilis, Dominica dignitas, vita nulli obnoxia perturbationi, temperies totius expers mœroris ac triſtitię circa quam nulla conſpicitur vicaria alienatio, nulla eam attingit loci permutatio, fons ſcaturiens, luculenta & exũdans charitas, theſaurus nunquàm exhauriendus: cuius rudes & amantiores mundi dum boni iſtius ignorant naturam, ſæpe quæ nullius ſunt momẽti admirantur, & beatitudinis habent loco, vt diuitias, ſanitatem, vitæ ſplendorem, quorum nullum ipſa ſui natura æſtimandum eſt bonum, non ſolũ quòd facilem habeant ad res contrarias conuerſionẽ, ſed & quòd poſſeſſores ſuos nihilo meliores reddere valeant. Quis enim ob pecuniam iuſtus? quis ob corporis proſperam valetudinẽ prudens? Contrà, hæc aſpicimus nec rarò abutentibus cedere in fomitem & miniſteriũ peccati. Beatus igitur ille qui quæ plurimi ſunt habenda, poſſidet, quíve eorum particeps eſt quæ nullis queũt modis conuelli & auferri. Sed hũc quomodo co-

B gnoſcemus? Qui non abiit in conſilio impiorum. Ego vero priuſquam exponam, quid ſit, nõ abiiſſe in cõſilio impiorum, quæſtionem vobis huius loci ſoluam. Cur propheta, inquis, virum duntaxat ſelegit, quem beatum prædicaret? num fœminas ab hac beatitudine excludit? Abſit. Nam vna virtus viri & fœminæ eſt, quãdo par vtrique creatio, honórq; ſimilis. Audi Geneſin: Fiat (inquit deus) homo: ad imaginem dei fecit illum: maſculum & fœminam fecit eos. Quorum itaque natura vna, horum & actiones eædem. Quorum æquale opus horum & merces eadem. Cur ergo viri facta mẽtione, mulierem tacuit? Quoniam ſatis eſſe exiſtimauit, quando eſt vna vtrique natura præcipuo ſexu vtrunque hominem ſignificare. Beatus igitur vir qui non abiit in conſilio impiorum. Conſidera verborum quæ ſit exacta comprehenſio, quotiam modo quælibet dictio ſententiis ſcatet & exuberat. Non dixit, qui non abit, ſed non abiit in conſilio impiorum. Nondum enim ille qui in vita eſt, beatus eſt prædicandus ob exitum incertũ: ſed qui vices ſuæ functionis & vocationis ſemel

C abſoluerit, vitámque fine certo clauſerit, hic iam beatus tutò dici poterit. Cur igitur beati immaculati qui ambulant in lege domini? Non enim ibi dicitur, qui ambulauerunt, ſed qui adhuc ambulant, beatos illa ſcriptura pronuntiat, quoniã qui benefaciunt in ipſa laudantur actione: qui verò peccatum fugerunt, ſi ſemel atque iterum à malo fortè declinauerunt, non propterea laudãdi ſunt, ſed qui omnino omni tempore vitare prorſus potuerint malitiæ experientiam. Ex qua ſanè ſerie ſermonis, altera nobis emerſit dubitatio: Cur eũ qui ex virtute viuit non dicat beatum, ſed qui nihil mali admiſerit. Hac enim ratione, equus, bos, lapis, beari poterunt appellari. Quod enim inanimatum in via peccatorum ſtetit? aut quod expers rationis ſedit ſupra cathedram peſtilentiæ? Aliquantum ſi perſtiteris, ſolutionis medelam inuenies. Infert enim: *Sed in lege domini voluntas eius.*) Diuinæ autem legis meditatio ei tantum qui particeps rationis eſt, conuenit. Nos verò & illud dicimus, quòd principium ad bonorum apprehẽſionem ſeu emendationem vitæ, eſt à malis abſceſſio. Declina à malo (inquit) & fac bonum. Sa- D

pienter itaque & ſolerti conſilio nos ad virtutem introducere cupiens, fugam vitiorum initium fecit bonorum. Si enim ſtatim ea quę ſunt perfecta tibi propoſuiſſet: ad ea fortè obeunda, fuiſſes cunctatior. Nunc verò ad faciliora captu te aſſuefacit vt ad ea quæ ſequuntur, animo ſis præſentiore. Ego quippe pietatis exercitationem, ſcalæ à Iacob viſæ rectè comparauerim: cuius pars terram attingebat, pars altera ipſi ſupereminens in cœlum vſque porrigebatur. Ex quo eos admonere opus eſt qui ad virtutem inſtituuntur primùm, vt primis admoueant gradibus veſtigium, & inde paulatim aſcendendo progrediendóque, ad comprehenſibilem humanæ naturæ altitudinem ſenſim ac paulatim promouentes perueniãt. Quemadmodum igitur in gradu ſcalari, prima eſt aſcenſio ab humo receſſus: ſic in exercitatione diuinæ conuerſationis principium profectus eſt diſceſſus à malo. Omnino autem facilius longè eſt otiari ac quieſcere, quàm qualecunque opus facere. Verbi gratia: non occides, non mœchaberis, non furaberis. His omnibus otio tantum & immobilitate eſt o- E

pus. Atqui, dilige proximum tuum, ſicut teipſum: Et, vende ſubſtantiam tuam, & da pauperibus, Et ſi quis te adegerit ad miliare vnum, vade cum illo duo, actiones ſunt athletis competentes, ſtrenuo ac forti animo ad præſtandum opus habentes. Ex quo illius admirare ſapientiam, qui nos ad perfectionem per res faciliores & comprehenſu aptiores deducit. Tria verò nobis digna obſeruatione proponit: Nequando abierimus in cõſilio impiorum: Non conſiſtendum in via peccatorum: Non ſedendum in cathedra peſtilentiæ. Rerũ naturam ſecutus hunc dictis ordinem impoſuit. Primum enim conſilium inimus. Deinde conſilium firmamus. Poſtremò in iis quæ conſuluimus, permanemus. Ante omnia igitur ipſa puritas in mente noſtra conſiſtens prædicanda venit beata, quoniam radix earum quæ per corpus fiũt actionum, cogitatio ipſa ſiue conſultatio eſt in corde conquieſcẽs. Adulterium enim in anima voluptatum aſſectatoris primis accenditur flammis, atque ita corporis corruptionem operatur, vnde & domi- F

nus ait: Intus ſunt quæ coinquinant homines. Quoniam autem impietas propriè dicitur in deũ peccatum, abſit vt de deo quicquam per incredulitatem dubitemus. Hoc nanque eſt abiiſſe in conſilio impiorum. Si in corde tecum dixeris: éſtne deus, qui vniuerſa moderetur & gubernet? eſt ne deus ſingula diſpenſans? eſt ne iudicium? eſt ne retributio expectanda vnicuique, ſecũdum quod geſſit? Cur ergo iuſti egent, peccatores in copiis

 ſunt

Pietas.

Collatio.

Ad perfectionem cõtendentibus proponuntur tria.

ſunt rerum:hi imbelli valetudine, illi firmæ ac forti:hi ignobiles, illi illuſtres ac celebres gloria? Quid enim? Num fortuito caſu fertur hic mundus,& vniuſcuiuſque vita euétuum caſibus temerè ſubiecta eſt. Quòd ſi iſta cogitaueris, iam in cõſilium impiorum abiiſti. Beatus igitur qui nullam in animum induxit de deo ambiguitatem, qui circa præſentia non eſt lapſus in puſillanimitatem, ſed & futura expectat, qui nullam habuit incredulam ſuſpicionem de eo qui nos condidit. Beatus & ille qui in via peccatorum non ſtetit. Via enim

Via, vitæ eſſe probatur ſimilis.

A vita dicitur, per quam quilibet natus properat ad finem. Quemadmodum qui in nauigiis dormiũt, ſponte à vento in portum deducuntur, & ſi ne ſentiant quidem, perpellente eos ac perurgente nauis curſu ad finem optati portus: ſic & nos vitæ noſtræ tempore prętereunte, veluti quodam motu continuo & irrequieto, ad proprium quilibet terminum occulto vitę noſtrę curſu properamus. Verbi gratia: Dormis? tempus prætercurrit & elabitur: vigilas, & mente aliquid agis? vita etiam ſi non ſentiamus, abſumitur. Omnes enim vnum currimus curriculum, ad propriam quiſque metá tendentes. Quamobrem omnes in via ſumus? Atque ad hunc modum ſi de via hac ſenſeris, viator eris in hac vita, tranſibunt omnia, poſt te igitur relinquentur omnia. Vidiſti de via plantam, herbá, aquam aut aliud quiduis non indignum ſpectatu? Nonnihil hinc decerpſiſti oblectationis? Hæc interim abs te defluxerunt. Rurſus in lapides inciđiſti. In conualles, præcipitia, ſcopulos, lignáve a-

B cuminata, aut forte in feras incurriſti, reptilia, ſpinas, alia item permoleſta? Hinc nonnihil contraxiſti mœroris? Mox iſta reliquiſti. Talis eſt vita, quæ nec delectabilia, nec rurſus acerba & triſtia diu retinet. Sed nec via hæc tua eſt, neque pręſentia tua ſunt. In viatoribus primus veſtigium mouit, & poſt eum alius, item alius inſequitur. Conſidera parumper, num res humanæ ſint conſimiles. Hodie terram coluiſti? cras alter colet, & poſt eum alius. Vides agros hos & domos ſumptuoſas? quot nomina iam vnumquodque horum permutauit? Dicebantur alicuius eſſe, & poſtea in alterius denominationem tranſierunt, & poſt illum rurſum ad alium, nunc quoque alterius eſſe dicuntur. Cur vita noſtra non dicetur via: quæ modò hunc, modò alium ſortitur continuò ſtatum? Beatus ergo qui in via peccatorum non ſtetit. Hoc autem, non ſtetit, quid ſibi vult? Quum in primæua adhuc conſiſtimus ætate, non iam dicimur in malitia eſſe aut virtute. Ea enim ætas habitus vtriuſ-

C que minimè eſt capax. Poſtquàm autem ratio ad perfectum venit, tunc fit quod ſcriptum eſt: Adueniente mandato, peccatum reuixit, ego verò mortuus ſum. Oriuntur enim prauæ ex carnis affectibus cogitationes animis noſtris ingenitæ. Reuera nanque vbi mandatum venit, hoc eſt, cognitio bonorum, ſi prauæ cogitationi non fueris dominatus, ſed rationem permiſeris ab affectionibus captiuari, reuixit quidem peccatum: at mẽs morti ſuccumbit, delictis mortificata. Beatus igitur qui non ſtetit, hoc eſt, diu non eſt immoratus in via peccatorum, ſed ſuperiore ratione ad Rempublicam ſiue ſodalitatem ſtudioſam pietatis ſe recepit. Duæ nanque ſunt inter ſe contrariæ viæ: vna quidem lata & ampla ſiue ſpatioſa, altera angusta & arcta. Totidem etiam duces, quorum vterque ad ſe viatorem arripere conatur. Via nanque illa facilis & lata pronoque curſu decliuis ducem habet decipientem dæmonem malum, qui per voluptatem ſe ſequentes ad perditionem trahit. Aſperæ verò, accliui & arduæ angelus præſidet bonus, qui per ſtrenuos pro paranda virtute labores ad finem beatum ſequaces ſuos deducit. Donec enim quilibet noſtrum puer eſt in hac vita voluptatem perſequens, nullam vitæ futuræ rationem aut curam habet. Vir autem factus, poſt intelligentiæ perfectionem, quaſi diuiſam ſibi in vitium & virtutem vitam videt, & accuratè animæ oculos vtrinque voluendo, quæ ad amborum pertinent proprietatem, diiudicat. Nam & peccatorum vita omnia præſentis ſæculi iucunda eſſe declarat. At iuſtorum ſola futuræ vitæ bona oſtendit, & ſaluandorum via quantò pulchriora profitetur eſſe & promittit futura: tantò laborioſiora præſentia exhibet. At voluptatum ſectatrix & intemperans vita, non eam quæ in futurum expectari debeat, offert, ſed præſentium rerum iucundam fruitionem. Anima igitur omnis quaſi vertigine ratiocinationum laborans & claudicans malè afficitur: dum electura virtutem, cogitat ſecularia, & ad præſentia reſpiciens, voluptatem virtuti præfert. Hic carnis oblectationem aſpicit, ibi diſciplinam: hic ebrietatem, ibi ieiunium: Hic intemperantiores riſus, illic vberem lachrymarum copiam: hic ſaltationem, ibi preces ad deum ac vota: hic tibias & muſicam, ibi luctus: hic libidines & amores, ibi virginitatem. Quoniam autem verè bonum ratione cogitationeque comprehendi per fidem poteſt (procul enim ſemotum eſt boni illius domicilium, & oculus non vidit, & auris nõ audiuit.) Peccati verò oblectatio promptam habet & per omnes fluentem ſenſus voluptatem: beatus proinde qui ab eius abſtinens illecebris, ad exitium minimè ſiuit ſe reuolui, ſed per patientiam, ſalutis ſpem retinens: in ambarum viarum electione non ea ingreditur, quæ ad peiora contendit. *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.*) An dicit cathedras, in quibus noſtra conquieſcere facimus corpora? Quænam eſt ligni ad peccatum collatio, vt ipſe cathedram à peccatore præoccupatam, ceu exitialem & noxiam debeam fugere? An putare debemus cathedram dici ſtabilem ac firmam in iudicio prauo conuerſationem? quæ nobis prorſus vitanda eſt, quòd diuturna exercitatio peccatorum, præſertim ſtudio ſi fit & certa deſtinatione, animabus ſolet habitum ingignere vix vnquam deſiturum & egerrimè mobilem. Animæ enim morbus vbi vetuſtuit iam, mali item exercitatio ſimul atque occalluit diuturnitate: vix vllam admittit medelam, aut certè immedicabilis fit prorſus: quum in his, vt in pleriſque aliis cõſuetudo mutetur, & abeat in naturam. Optãdum igitur fuerit, vt ne attingamus quidem malum. Secundus proinde erit noſtræ nauigationis curſus, ſi à prima mox qualicũque experientia mali, quaſi à beſtia intentante plagam peſtilentem ac virulentam refugerimus, juxta quod à Salomone de leui & improba muliere ſcriptum eſt: Ne applices oculum tuum ad eam, ſed reſilito: neu moreris. Iam enim ipſe quoſdam noui, qui per ætatis teneræ florem ad obſcœnas carnis affectiones de-

Via duæ ac duo duces.

[illegible] D

[illegible]

E

Cathedra peſtilentiæ. [illegible]

F

lapſi,

lapſi, per conſuetudinem quoque mali iſtis immortui ſunt peccatis. Quemadmodum enim ſues qui in cœno ſeſe obuoluunt, continuò ſibi lutum augēt, ſic hi fœditatem ex voluptate ſingulis diebus affricant ſibi & aſpergunt. Beatitudinis igitur eſt nihil cogitaſſe, aut propoſito deſtinaſſe exequi, quod ſit malum. Si autem per inimici inſidias impietatis conſilia inieueris, in peccato noli perſiſtere. Id demum ſi accidit, caue inſideas malo. Ne igitur ſedeto in cathedra peſtilentiæ. Sed quando A intellexiſti cathedram hic, diuturnam in peccatis ſignificari moram: deinceps exquirendum tibi, quam nominatim dicat peſtilentiam. Dicunt rerum huiuſmodi periti peſtem ea eſſe natura, vt ſi vnius hominis vel iumenti corpus attingat, ad quoſque proximos quaſi partitò ſerpit: vt vno cōtaminato, mox ad alium vis morbi perueniat. Tales itaque ſunt operarij iniquitatis: alius in alium ſuum tranſmittit morbum, proinde coægrotant, ſimul etiam pereunt. An non vides libidini meretriciæ addictos, quomodo in foro ſedētes, ac eos qui ſobriè caſtéque degunt, ſugillantes, ſuæ ipſorum turpitudinis facta adnumerant, ſtudia quæque tenebrarum & ignominię dedecora: perinde ac ſtrenuè ea facinora & fortiter geſſerint, commemorant? Hi demum peſtilentiæ vocantur, qui dum proprium morbum in omnes transfundere contendunt, multos gloriantur ac geſtiunt reddere ſibi ſimiles: vt per malorum communionem multorúmque ſocietatem, propriam diffugiant infamiam. Nam neque ignis arentem & ſuſcipiendæ flammæ idoneam nactus materiam cohiberi B poteſt, quo minùs vniuerſam corripiat, maximè ſi contigerit vis venti flammam prouehentis, neque poſſibile, peccatum quod in vno fuerit, ad vicinos omneis non tranſire, ſi ſpiritus ac ventus iniquitatis eum accenderit. Fornicationis enim ſpiritus non in vno tantum coërceri ſe patitur aut ſiſti: ſed coæu ſtatim eodem comprenduntur morbo: Ganeæ, ebrietates, narrationes laſciuæ & obſcœnæ turpitudinis, amica inſuper vnà potās huic arridet, illum irritat ac prouocat ad libidinem. Denique omnes ad idem incendit peccatum. Num parua hæc peſtilentia, aut modica eſt iſta peccati diffuſio? Quid autem, ſi quis auarum imitatur, aut eum, qui potentia quadam politica & honoris ſpecie fucatus populis imperet, dux ſit exercitus, deinde turpiſſimis affectibus contaminatus inueniatur: nonne is peſtem animo ſuo accepit, alterius malum quem imitatorem habet, proprium conſtituens? Res enim in vita magnæ atque illuſtres, vitas clatotum hominum ad ſe reducunt atque referunt: & milites plerunque ducibus aſſimilari ſolent: & in ciuitatibus populi eos imitantur qui potentia pollent. Prorſuſque poſtquam C vnius morbus imitatione dignus multitudini exiſtimatus fuerit, propriè & conſentaneè peſtilentia quędam animarum dicetur in vita dominari. Vitæ nanque ſplendor per nobilitatem malitiæ quæſitus, multos ad æmulationem ſimilem eorum qui proni ac lubrici ſunt ad peccandum, trahit. Quoniam itaque alius alium complet motum corruptela, iure tales animarum peſtilentiæ in terris dicantur. Ne igitur in cathedra peſtilentiæ ſederis, neu particeps conſilii eorum fueris, qui ſuam cæteris affricant corruptelam aut contagem peſtilentem: vel ſaltem in malis non diu manſeris conſiliis. Atqui ſermo hic meus in ipſis adhuc verſatur prooemiis, ſed & multitudinem video modum excedere: adeò vt iam vobis promptum non ſit plura excipere, nec item mihi dictādi facultas ſuppetat, ob innatam vocis me deſtituentis debilitatem. Si autem quæ cœpi dicere de vitādis ante omnia malis, déque perfectione per bona opera conſequenda, hoc ſermone non abſolui: attamen hæc pauca benignis veſtris nec ingratis auribus commendantes, pollicemur deo ſuggerēte nos reliqua completuros, modò ne vocis organo deſtitutus ſilentium prorſus cogar ſubire. Dominus autem det nobis eorum quæ diximus mercedem: vobis verò eorum quæ audiſtis fructum, per gratiam Chriſti ipſius, cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen. D

Nam ſimul peccatis dantur à ſimili.

διαμονὴ τῶν ἐν ἁμαρτίαις. Collatio.

κατὰ διάλεκτον.

συνόματι ... Simile.

A ſimili mores accipiunt ... re.

HOMILIA IN PSALMVM

ſeptimum, Domine deus meus in te ſperaui.

Pſalmus ipſi Dauid, quem cecinit domino, pro verbis Chuſi filij Iemini.

Ea quæ in huius pſalmi titulo inſcribuntur, cum hiſtoria Regum, vbi de Dauide narratur, quadantenus non conuenire videntur. Illic enim Chuſi princeps quidem ſociorum Dauid, filius verò Arachi memoratur. Hic autem filius Hiemenei. Eſt enim nec hic neque alius aliquis filius Hiemenei ex his qui ibi apparēt. Num fortè igitur quoniam per ſimulationem amicitiæ, vt transfuga is partes ſequutus Abſalonis, ac proinde conſilia alioqui commodiſſima Achitophelis viri vtique acerrimi & peritiſſimi ducandi exercitus, in irritando, ita ſtrenuam ac fortem operam nauauit Dauidi: idcirco filius Hiemenei eſt hic appellatus, id eſt filius dextræ? Illū enim cum conſuluiſſet nullum tempus intermittendum, ſed imparatum patrem ſtatim & ex inſidus inuadendum, admitti non permiſit: vt induceret, inquit hiſtoria, dominus in Abſalonem omnia mala. Nam viſus eſt inferre Abſaloni cauſas, quàm Achitophel probabiliores diſtrahendæ pugnæ ac nectendæ moræ, eo ſanè animo, vt Dauidi tempus colligendi exercitus tribueret. Ex quo receptus gratúſque apud Abſalonem fuit dicentem: Bonum conſilium dedit Chuſi filius Arachi, longéque melius conſilio Achitophel. Dauidi amico intereà per ſacerdotes Sadoch & Abiathar quę inſtituta eſſent vt fierent, oſtendit, ac præcepit ne in Araboth deſerti caſtra metaretur, ſed vt tranſire maturaret. Quoniam itaque ob bonum conſilium dexter & accommodus eſt factus Dauidi, à præclaro eiuſmodi ac virili opere hoc indeptus eſt cognomentum. Hac itaque de cauſa filius Hiemenei, hoc eſt, filius dextræ eſt appellatus. Ipſa nanque ſcripturæ conſuetudo, peiores à peccato magis cenſere, quàm à patribus ſolet: meliores verò filios ex aliqua inſigni & eis conueniente virtute. Quamobrem diabolus apoſtolus perditionis filium appellat. Niſi enim, inquit, reuelatus fuerit iniquus ille filius perditionis. Et Iudam dominus

Pro eo quod Hebræi proferunt כּוּשׁ בֶּן יְמִינִי Chusben Iemini, Græci habent, χουσὶ υἱοῦ ἰεμενί. ad eū modū nomina Hebraica ferè interuertūt ἐν ταῖς βασιλείαις in regnorū libris, ita enim & Græci, pro quo Hebræi Malachim regū non malachot regnorum. יְמִינִי dexter ſiue dextra. Memorabilis γνώμη.

minus in euangelio filium perditionis vocauit: Nullus (inquit) periit niſi perditionis filius. Filios autem ſapientiæ eos vocat, qui in dei cognitione ſunt inſtituti & conformati: Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filiis ſuis. Et ſi fuerit, inquit, ibi filius pacis. Non igitur mirum videri debet, ſi nũc corporalem eius tacendo patrem, dextræ filium potiſſimum ſocium Dauidis nominet, accepta decenti appellatione, ex ratione illuſtris ac præclari operis. *Domine deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac.*) Putatur vulgare quid eſſe, & quòd à quouis poſſit ſanè ac verè proferri illud, Domine deus A meus in te ſperaui, ſaluum me fac: Profectò non ſe ſic habet res. Qui nanque in homine ſperat, aut ob aliud quiduis eorum quæ vitam hanc concernunt, animi pendet ac diſtrahitur, (verbi gratia dũ ſpem collocat in magiſtratu, in diuitiis & aliis quibuſlibet quæ apud pleroſque putantur clara eſſe ac ſplẽdida) is neutiquam legitimè dicere poteſt: Domine deus meus in te ſperaui. Præceptum eſt enim non oportere in principibus ſperare. Et rurſus: Maledictus homo, qui confidit in homine.

Aggreditur ſuſcepti pſalmi interpretationem.

Quemadmodum nec quicquam aliud, præter deũ colere oportet: ſic nec in alio ſperare, quã in deo omnium domino fas eſt. Spes mea, inquit Dauid, & * cantatio mea dominus. Sed quomodo primum ſeruari à perſequentibus, deinde liberari rogat? Puncti enim diſtinctio claram hic reddit orationem. *Saluum me fac*, inquit, *ex omnibus perſequentibus me.*) Deinde ſequitur: *Libera me nequando rapiat vt leo animam meam.*) Quæ igitur differentia inter ſeruari & liberari? Seruantur propriè debiles, liberantur verò ij qui in cuſtodia captiui retinentur. Propterea eum qui per ſe de-B bilis eſt, alioqui in ſe retinet fidem: propria ad hoc moderatur ac dirigit fides, vt demum conſequatur ſalutem. Fides enim tua, inquit dominus, te ſaluum fecit. Et rurſus: Fiat tibi ſicuti credidiſti. Qui verò libertate donandus eſt, pretium aliunde pro ſe dependi expectat: Qui itaque ſub mortis pendet articulo, cognoſcens quemadmodum vnus eſt ſaluator, vnus item liberator ſiue redemptor, ait: In te ſperaui, ſaluum me fac ex debilitate: libera me item ex captiuitate. Exiſtimo autem quòd generoſi dei athletæ per omnem ſuam vitam cum inimicis inuiſibilibus, cùm colluctati ſatis ſupérque fuerint, poſtquàm omnes eorum ſubterfugerint inſectationes, prope vitæ finem conſtituti, à principe ſeculi huius examinantur: vt ſi qua comperiantur retinere ex initis certaminibus vulnera, aut ſi quas diſcolores notas ſiue impreſſiones peccati in his deprehenderint, deſtineantur. Quòd ſi nullo ſaucij vulnere, nec vlla aſperſi decolore macula peccati perinde ac inexpugnabiles ac liberi à Chriſto inuenientur, interquieturi ſuſcipiantur, ac refoueantur. Orat ita-C que de vita præſenti & futura. Serua me, inquit, hic à perſequentibus me: libera verò me, tempore reddendæ rationis, nequando rapiat vt leo animam meam. Et hæc ex ipſo domino diſcere vtique poſſis circa paſſionis ſuæ horam dicente: Nunc princeps mundi huius venit, & in me non habebit quicquam. Sed is quidem qui nihil vnquam admiſit peccati, rectè dicit: In me non habebit quicquam. Homini autem abunde fuerit, ſi auſit dicere: Venit princeps mundi huius, & in me habet pauca & modica. Periculum itaque hęc pari fuerit, niſi nobiſcum liberantem nóſque ex his malis redimentem ac ſeruantem habeamus.

** aliàs, laudatio.*

Saluum me fac, deinde libera.

γνώμη memorabilis.

Duobus autem propoſitis totidem ſequentia reſpondent. *Serua me ex multitudine perſequentium me & libera me, nequando rapiat, ac ſi non ſit qui liberet aut redimat. Domine deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat.*) Mos eſt ſcripturæ, retributionis nomen non ſolùm in præmium aliquod boni & D mali accipere, ſed in actionum principio, vt, Retribue ſeruo tuo, pro tribue. Dare nanque initium benefaciendi eſt. Reddere verò, menſuram iis quæ ſunt tributa æqualem circumſcribere. Retributio autem, alterum ferè dandi principium ac bonorum ſeu malorum in quoſdam cumulus quidam ac periodus collatorum.

ut in ſcriptura ſolemne.

Arbitror autem, quando pro petitione quaſi repetitionem ponens oratio, retributionem requirit, quod talem demonſtret ſenſum: Prouidentiæ ac curæ debitum, quod ex natura parentes neceſſariò debent liberis, hoc mihi exhibeas peto. Debetur nanque liberis à parente ſecundum naturalis amoris affectum ſuſtentandæ vitæ prouidentia ſiue prouentus. Parentum enim eſt, inquit, colligere ſiue theſaurum recondere liberis, vt præter hoc quod ad vitam illos genuerunt, etiam viuendi ſubſidia ſubminiſtrent. Ad hunc modum in ſcriptura, in primariis actionibus noſtris, redditionis ſeu vicariæ retributionis dictio vſurpari ſolet. Hic verò videtur confidenter dicere, quoniam non reddidi retribuen-E tibus mihi mala, non reddidi ſimilia. Itaque ſi feci hoc, & ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Inanis autem ab inimicis ille decidit, qui ex gratiæ Chriſti plenitudine excidit. *Perſequatur* itaque *inimicus animam meam. Comprehendat & conculcet in terram vitam meam.*) Anima iuſti à conſenſu & affectione corporis diſparata, vitam habet cum Chriſto abſconditam in deo, vt dicere cum Apoſtolo valeat: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Item, Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo. Peccatoris autem & eius qui ſecundum carnem viuit anima, & corporeis voluptatibus inquinatur, in vitioſis carnis affectibus, perinde ac in luto quodam continuè volutatur: quam conculcans inimicus magnopere commaculare, & veluti in puluerem redigere ac obruere contendit, irruens in iacentem, ac pedibus illum in terram proterens. Conculcet in terram, hoc eſt, in corpus, vitam videlicet prolapſi, & gloriam meam in puluerem deducat. Sanctorum enim, qui cum ſuperis conuerſantur, & ſibi theſauri ſempiterni bona theſauriſant, gloria in cœlo eſt. Ter-F renorum verò & ſecundum carnem viuentium gloria, in puluerem deduci dicitur. Qui enim ob terrenas diuitias gloriatur, & ab hominibus captat ac venatur honorem breui tempore duraturum, quíque in exuberanti copia rerum corporalium ſpem habet, is profectò gloriam ſibi conciliat, non quæ ad cœlum aſpiret, ſed in puluere permanentem. *Exurge domine in ira tua.*

Myſterium

Myſterium reſurrectionis iam impleri Propheta orat, in peccati eorum condemnationem, vel in cruce exaltatiunẽ, quę futura erat, poſtquàm prouecta ad vltimum terminum creuerit inimicorũ malitia. Aut certè: *Exaltare in finibus inimicorũ meorum.*) eiuſmodi ſenſum præfert: Quantumlibet in ſublime ſuccreuerit malitia, etiãſi per exuberantem copiam aut facultatem potentiæ in immenſum & infinitum ſe effuderit: potes quemadmodum bonus medicus depaſcẽtis vlceris terminos præoccupans, ſiſtere morbum latè vagantem ac ſerpentem, & eius continentem contagionem A plagis tuæ diſciplinæ incidere. *Et exurge domine deus meus in præcepto, quod mandaſti*) Poteſt itẽ hic ſermo ad reſurrectionis myſterium referri: vt hortetur Propheta & obſecret iudicem, quatinus is exurgat in peccati omnis vltionem, & ad mandata perficienda quæ nobis pridem cõſtituit. Poteſt etiam vſurpari ad rerum prophetæ, quæ tunc contingebant, conditionem ſtatúmve: & ita deũ rogat, vt ad vindictã præcepti neglecti quod mandauit, exurgat. Præceptum autem erat hoc à deo præſcriptum: Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod filius ipſius tranſgreſſus erat. Ideo rogat, vt & eũ ipſum corrigat atque caſtiget, & exẽplum multis ſit, quo admoniti reſipiſcant, neu cũctetur longanimiter ferendo: ſed exurgat in ira, & exurgens proprium vindicet mandatum. Non enim, inquit, tam me vlciſceris, quàm præceptum tuum neglectum, quod ipſe mandaſti. *Et ſynagoga populorum circundabit te.*) Liquet enim, quòd caſtigato vno improbo, multi cõuertentur. Itaq; malitiam iſtius puni, vt multa populorum ſynago B ga te circundet, & propter hanc in altum regredere. Pro circundante te ac venerante ſynagoga, quam poſſediſti per gratiæ condeſcenſionem in carnem, & legis nouæ diſpenſationem, regredere in altum gloriæ quam habuiſti ante mundi cõſtitutionem. *Dominus iudicat populos.*) Multis in locis ſcripturæ ſermo de iudicio interſperſus eſt, vt neceſſarius maximè & ad conſeruandam pietatis doctrinam opportuniſsimus apud eos qui in deum per Ieſum Chriſtum crediderunt. Quoniã tamen variis modis de iudicio ſermo inſcriptus eſt, cõfuſionem his inſerere videbitur, qui minùs exactè varias iudicij acceptiones diſtinguunt.

Pſalm. 1.

Qui enim credit in me non iudicatur: qui nõ credit iam iudicatus eſt. Si vero qui non credit, ſimilis eſt impio, quomodo dictum eſt: Non reſurrecturos eſſe impios in iudicio? Et ſi credentes, filij dei ob fidem facti ſunt, ac propterea digni facti ſunt, qui & ipſi dij vocentur, quomodo deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos di- C iudicat? Sed videtur aliquando iudicare pro, probare, in ſacris voluminibus accipi: quandoque verò pro condemnare. Quando probare ſignificat ait: Iudica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum. Ibi enim ſubiungit, Proba me domine & tenta me. Quando verò condemnare ſignificat: Si nos, inquit, ipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Si enim nos ipſos perſcrutaremur, vtique condemnationi non ſubijceremur. Rurſus dicit. Iudicio contendet dominus aduerſus omnem carnem: hoc eſt, in exquirenda ratione eorũ quæ cuique dum viueret, acta ſunt, vniuſcuiuſque iudicio ſe ipſum ſubijciet, & ſua præcepta peccatorum factis opponet lucida vl demonſtrationum velut excuſans, & quòd in ſalutem iudicandorum quæ ſe decebant, cuncta fecerit: vt certò ſibi perſuadeãt peccatores, quòd rei & obnoxij criminibus diuinum ſuſtineant iudiciũ, meritam pœnã ſponte ſubeant. Eſt & alia ſignificatio ex hac voce iudicare, vt ait dominus: Regina auſtri exurget & cõdemnabit generationem hanc. Eos enim qui doctrinam diuinã auerſantur, quique à ſe amolliuntur ſtudia honeſti ac virtutis & ſapientiæ dogmata plena bonæ eruditionis faſtidienter à ſe prorſus ablegarunt, eorum comparatione ſimul & collatione qui in generatione ſuo- D rum Gentiliam rerum bonarum ſtudio excelluerunt, grauiorem aſtruit daturos eſſe pœnam, eorũ gratia quæ neglectim tranſmiſerunt. Credo equidem non omnes ſimilem relaturos eſſe ſententiã ab æquiſsimo illo iudice, quotquot hoc terreſtre corpus receperint: quòd externi iſti caſus qui cuique noſtrum contingunt, non paruo diſcrimine à ſe diſsideant, quo fit, vt diſsimilem quiſque ſententiam ſit relaturus. Qui enim concurrunt caſus non à nobis quidem profecti, ſed vel inuitos circunſtant, aut peccata noſtra degrauant, aut leuiora efficiunt. Fac ex ſuppoſitione ſcortationem vocari in iudicium. Eſto vnus aliquis id peccati admiſerit, initio ætatis improbis moribus innutritus. Sit item parentibus omni genere intemperantiæ contaminatis prognatus: ſit idem educatus in improba conſuetudine flagitiorũ, in ebrietate & comeſſatione, inter obſcœna & auditu fœda colloquia. Contrà alius aliquis aliquam multa nactus, quæ ipſum inuitent ad quæque longè optima conſectanda, vt ſunt, liberalis educatio, do- E ctores, diuinorum eloquiorum ſubinde repetita auditio, crebræ lectiones rerum ſalutarium, admonitio parentum, enarrationes quæ ipſum forment & inſtituant ad componẽdam morum grauitatem & tuendam mordicùs pudicitiam, ad moderatam ſumẽdæ alimoniæ temperiem. Talis denique in ſimile quo alter deliquit, ſi delapſus fuerit peccatum: quonam pacto hic poſita ratione vitæ prioris, non maiores longè, quam ille pœnas merito dare oportere exiſtimabitur? Ille enim ob id ſolum culpabilis erit, quòd inditis & inſperſis menti ſalutaribus occaſionibus nõ rectè vſus eſt: poſterior verò præter hoc etiam cũ magnum ad ſalutem adiumentum habuerit, propter intemperantiam ac breuiſsimi temporis negligentiam & incuriam, ſeſe prodidit. Similiter autem & is qui in pietate mox à cunis educatus, & inter diuina dogmata cõuerſatus omnem erroris vitauit peruerſitatem, inque lege dei enutritus, quæ omne peccatum traducit, & ad contraria prouocat: non F ſimilem habebit idololatrię excuſationem, quam ille qui ex parentibus prophanis natus & ex legibus & à gentibus initio idololatris edoctus eſt. *Dominus iudicat populos.*) Aliter Iudæum & aliter Scythã. Ille enim acquieſcit legi & in deo gloriatur, & probat meliora. Inſtructus igitur per legem, & præter commune donum intelligentiæ quũ audiat ſuis auribus incini, & continenter erudiatur propheticis & legalibus ſcriptis, ſi deprehendetur quidpiam præter æquũ admiſiſſe: longè grauioribus erit obnoxius peccatis. Scythæ autem Nomades agreſtibus & inhumanis educati

motibus,rapinis ac prędis inter ſe aſſueti,iræ nul-
la tempetantia indulgentes,lites denique omnes
ferro dirimere prompti,& contentiones per ſan-
guinem ſoluere edocti, ſi quid fortè inter ſe hu-
manitatis aut bonitatis communicauerint, nobis
ob propriam virtutis & legis inſtitutionē, ſi quid
fortè defecerimus, longè grauiorem præparant
mulctam. *Iudica me domine ſecundum iuſtitiam
meam,& ſecundum innocentiam meam ſuper me.)*
Videbitur hic ſermo aliquid fortè iactabundum,
& glnrioſum, & ſimile aliquid orationi phariſæi
ſeſe extollentis habere. Candidè tamen perſpi-
cienti rem propheta noſter ab boc vitioſo affectu
procul omnino eſſe iudicabitur. *Iudica me domi-*
A *ne* (inqnit) *ſecundum iuſtitiam meam.)* Multa,in-
quit,de iuſtitia dicuntur,& perfectæ iuſtitiæ fines
comprehenſu ſunt difficiles. Eſt enim & angelo-
rum iuſtitia quædam quæ humanā ſuperat:ſi qua
virtus eſt ſupra angelos,correſpondentem habet
magnitudini iuſtitiæ præſtātiam. Poſtremò ipſius
dei iuſtitia omnem excedit intellectum, cùm ſit
omni genitæ naturæ incomprehenſibilis atque
inenarrabilis. Me igitur iudica domine ſecun-
dum iuſtitiam meam:hoc eſt, hominibus tantum
comprehenſibilem & poſsibilem his qui in carne
viuunt. *Et ſecundum innocentiam meam ſuper me.)*
Sic enim maximè conſtat dicentis affectus lon-
giſsimè à phariſæi arrogantia diſtare. Innocentiā
enim ſuam nnminat, perinde ac ſimplicitatem in-
experientiamque eorum quæ vtilia ſunt cognitu.
Sicut in prouerbiis dicitur: innocens omni verbo
credit. Quoniam itaq; nos homines in multa de-
labimur incommoda ob incōſiderantiam & in-
B experientiam,ſe apud deū excuſat, veniáque orat
vt aſſequatur ſuper innocētia. Ex hoc autē palàm
eſt quòd ea quæ dicta ſunt, humilitatē prophetæ
magis quàm ſuperbiā præ ſe ferre vidētur. Iudica
me (inquit) ſecundū iuſtitiam meam, & Iudica
me ſecundū innocentiam meam in me exiſtentē,
id eſt ad librilem bumanæ fragilitatis iuſtitiam
meam appendens,ita me iudices. Simplicitatem
enim cùm probè noueris morum meorum, non
me vt verſatilem,neque vt circūſpectum in mun-
di negotiis,ſic peccantem me iudices. *Conſume-
tur nequitia peccatorum.)* His verbis orās verum
ſe præcepti euangelici diſcipulum palàm oſtēdit.
Orat enim pro perſequentibus ſe: & ita orat,vt fi-
ne quopiam ac termino peccātium eorū circum-
ſcribatur iniquitas. Quemadmodum ſi quis oret
pro iis qui corpore laborant,ac dicat: conſumme-
tur obſecro laborantium morbus. Etenim ne in-
ſtar cancri vicina quæque depaſcentis, latiùs ſer-
C pat peccatum,orat vt ſiſtatur ac finem capiat,non
item ſe latiùs effundat, hoc modo inimicos dili-
gens ac benigne facere iis qui ſe oderūt, cupiens
eóque precatur pro ſe perſequentibus. *Et diriges
iuſtum.)* Rectus,iuſtus nominatur, & rectum cor
quod bene facit. Quid igitur vult bic orādo pro-
pheta? Orat enim vt qui iam rectus eſt dirigatur.
Nihil dicet aliquis,obliquū aut obtortū,ſeu tranſ
uerſum,in recto erit. Sed profectò neceſſaria hęc
pro iuſto petitio, vt rectū eius mentis propoſitū
per directionē & manuductū dei regatur, ne præ
fragilitate quandoque veluti à canone veritatis
nutando declinet,neque à veritatis inimico, per-
uerſis lædatur dogmatis. *Scrutans corda & renes
deus iuſtè.)* Scriptura quandoquidem nō rarò cor
accipit pro mente,& renes pro parte animæ con
cupiſcibili : & hic idipſum ſignificat,quaſi dicat,
Iudica me deus cùm ob dogmata, quæ de pietate
retineo,tum ob motus affectuum animi. Tu nan-
que corda & renes perſcrutaris. Strutatio propriè
eſt cum omnibus torturis & argumentis inquiſi-
tio, quæ à iudicibus adhibetur torturæ admotis,
vt ſi cōſcij rerum ſunt arcanarum quæ in quæſtio-
nem poſitæ ſunt, vi tormētorum adacti eas priùs
deliteſcentes in apertum conſtituant. Et quidem
inquiretur in cogitationes noſtas, æquiſsimi iudi-
cis examine prorſus infallibili. Ipſæ rurſus actio-
nes in quæſtionem venient & expendentur. Ne-
mo igitur huius veriſsimi iudicis præuertat ſibi ſu D
mere vices, neque antè tēpus iudicet, donec ve-
niat ipſe dominus qui illuminabit abſcondita te-
nebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiū. Dum
deus corda & renes ſcrutatur, ſuam oſtēdit iuſti-
tiam. Tentatum eſt cor Abrahæ,an deum ex tota
anima & ex toto corde diligeret,quando Iſaac fi-
lium iuſſus eſt in holocauſtum offerre : vt plenè
oſtenderet,quàm filium ſupra deum non amaret.
Probatus eſt & Iacob fratris inſidias paſſus: vt lu-
ce ipſa eniteſceret, clarius ipſius fraternam cha-
ritatem nihilo imbecilliorem factam per tot tan-
táque Eſau peccata. Horum itaque corda ſcruta-
tione quadā ſunt examinata. Renes vero Ioſephi
probati ſunt,quando inſaniēte erga ſe laſciua do-
mina, libidini turpiſsimæque voluptati honeſtatē
continentię prætulit. Ad hoc autem probatus eſt,
vt ſpectatores diuini iudicij animaduerterent iu-
re illi honorē maximum exhibitum, quòd illius
iam multis ſpectata documentis inuicta caſtitas E
præluxiſſet. *Auxilium meum à deo.)* Propriè in
bellis ij qui eruptionē inimicorum ſuſtinēt auxi-
lium quærunt. Hic verò inuiſibiles Propheta ſen-
tiens inimicos, & inſtās ſibi periculum ex inimi-
cis vndique totius exercitus impreſsione in ſe ir-
ruentibus animaduertens, ait : Auxilium meum,
non ex diuitiis, nō ex vllo corporali ſubſidio, non
item ex facultate quauis aut fortitudine qualicū-
que mea, at neq; ex cognatione quātalibet huma-
na, ſed auxilium meū à deo. Quale autem mittat
auxiliū timentibus ſe dominus, alibi à pſalmo di-
dicimus dicente, Caſtra metabitur † angelus do-
mini in circuitu timentium ipſum, & eripiet eos.
Et alibi: Angelus eruit me. *Qui ſaluos facit rectos
corde.)* Rectus corde is eſt, qui animū retinet neu
trobi vergentem,ſic vt ne excedat, neq; deſit tibi:
ſed ad medium dirigitur virtutis. Nam quiſquis à
fortitudine deflectit, in timiditatem deuoluitur:
contrà qui iuſto plus ſe extendit, ad audaciam te- F
meritatemq; declinat. Quamobrem huiuſcemo-
di homines ſcriptura obliquos & obtortos nomi
nat,qui à virtutis medio ad exceſſum ſeu defectū
tendūt. Quemadmodum enim obliqua linea fit,
ſi nunc in curuum, nunc in conuexum eius recti-
tudo diffringatur ſiue obliquetur: ſic itē cor obli-
quū eſt, quod nunc per iactantiam arrogantiáque
effertur, nūc per calamitates & dolores deiicitur.
Ideo Eccleſiaſtes ait : Obliquum non dirigetur.
*Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, non iraſcetur
per ſingulos dies.)* Hoc videtur propheta inferre
aduerſum eos inuectus qui tum ob rerum euen-
tus turbabantur, quaſi ſuorum perturbationem
cobibens

Innocentia Dauidis qua.

Collatio. Metaphora.

Cor pro mente, renes pro concupiſcentia.

Scrutatio quid.

Arg. à ſimili.

† al. Immittet ſe & in medium interponet.

Cordis rectitudo in quo conſiſtat

cohibens,ne diffidant vniuerſorum prouidentię, videntes multum patrem ſuper filij rebellione & Abſalonis flagitium quod moliebatur, proſperos habere ſucceſſus. Eorum itaque in cogitationibus ſtupiditatem & inconſiderantiam corrigens, ad hunc modū illos conteſtatus eſt, dicens: Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, non iraſcetur per ſingulos dies. Nihil temerè fit, eorum quę geruntur, ſed cuilibet pro menſuræ ſuæ portione deus reddet, ad quam in hac vita actus ſuos præmenſurauit. Quoniam igitur peccatum ego admiſi, ex eo meritam recipio mercedem. Nolite itaque loqui
A aduerſum deum iniuſtitiam, Deus enim iudex iuſtus. Neque tam abiectè de deo cogitate, vt exiſtimetis ipſum ad vltionem ſumendam impotentem eſſe. Nam fortis & potens eſt: Quæ ergo cauſa, quòd non ſtatim peccantibus pœnam infligit? Quoniam patiens eſt. Non iraſcitur per ſingulos dies. *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit.*) Comminatorius ſermo ad cōuerſionem inducens eos qui tardi ſunt ad pœnitentiam. Non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes, ſed armorum vibrationem, veluti præparationem quandā ad vltionem intentat. Quemadmodum enim qui arma abſtergunt ac poliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum & alacritatem per hoc ſignificant: ſic & ſermo hic dei motū ad vltionem oſtendere volens, gladium illum vibrare dixit. *Arcum ſuum tetendit.*) Non aliquis neruus arcum dei tendit, ſed potentia puniendi quandoque intenſa, interdum verò remiſſa. Peccanti itaq; minatur ſententia hæc parata eſſe, quæ illi irrogatura ſint pœ-
B nam, ſi à peccato non deſiſtat. *Parata ſunt enim in acru vaſa mortis.*) Vaſa vero mortis, potentiæ ſunt internecioni tradētes inimicos dei. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.*) Quemadmodum enim ignem dominus non adamanti qui non liqueſcit igne, ſed ardenti materiæ ceu ſunt ligna, creauit: ſic & ſagittæ dei in animas quæ multū aridæ materiæ & ad interitum aptæ collegerunt, ſunt affectæ. Illi itaque qui ignitas diaboli ſagittas priùs receptas in ſe retinent, hi ſunt qui demum dei ſagittas excipiunt. Ideo dicit ſagittas ipſius iam ardentibus effectas. Incendunt planè animam carnis amores, pecuniarū cupiditas, inflammata ira, exurens animam triſtitia & tabefaciens, timores item alieni à dei timore. Qui verò nullis eſt eiuſmodi inimicorum ſagittis ſauciatus, ſed dei armaturam ſe induit: nullas hic vnquàm experietur aduerſum ſe incendi lætales ſagittas. *Ecce parturiit iniuſtitiā, concepit dolorē. & peperit iniquitatē.*) Et quidem quod ad huius ſententiæ ordinem attinet, conſuſaneus videtur eſſe dictionum cōtextus. Quoniam grauidæ primùm quidem concipiunt, deinde parturiunt, poſtremò pariunt. Hic parturigo primum ſortitur locum, dein conceptio, demum partus. Cæterùm ordo hic ſignifi-
C cantiſsimè explicat cordis conceptionem. Incontinentium enim appetitiones nullo coërcitæ freno rationis, & inſanæ prorſus concupiſcentiæ hominem veluti œſtro quopiam extimulantes dictæ parturigenes quædam ſunt, quòd acrimoniā vehementiſsimi doloris in anima parere ſoleant. Secundum hunc ad malum pręgeſtientem impetum quiſquis non euadit ſuperior malignis & ad malum perſuadentibus conſiliis, is iam concepit dolorem, idem vbi finierit in corde conceptam malitiam in flammam erumpere per improbas & flagitioſas actiones, tum demum peperit iniquitatem. Videtur enim hæc dicere, quodammodo erubeſcēs pater iniqui filij appellari: Non meus, inquit, filius hic, ſed eius eſt patris, cui ſe per peccatum iure adoptionis contradidit, eóque ſecundum Ioannem: Qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt. Ergo, Ecce parturiit ipſum per iniuſtitiā diabolus, & concepit ipſum: hoc eſt in penitiſsimos receſſus ſub inteſtina ſuæ affectionis viſcera pertraxit, ipſumq; geſtauit diabolus in vtero. Denique eundem peperit, ipſius iniquitate palā tra- D
ducta. Nam omnibus quidem Abſalonis aduerſus patrem rebellio manifeſta fuit. *Lacum aperuit & effodit eum.*) Lacus nomen apud ſcripturā non admodum in bonam partem plerunque reperitur: ſicut nec puteus in malam. Lacus enim eſt in quem Ioſeph deiectus eſt à fratribus ſuis. Et cū cædes facta eſt à primogenito Pharaonis, vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in lacu. Et in pſalmis: Deputatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Et in Hieremia: Me fontem aquæ viuæ reliquerunt, & effoderunt ſibi lacus pertuſos & cōfractos, qui non poterunt aquam continere. Et in Daniele lacus leonum deſcribitur, in quem ipſe coniectus eſt Daniel. Puteum autem effoderunt Abraham & pueri ſiue ſerui Iſaac: & ad puteum profectus refocillatus eſt Moſes. Et mandatum à Salomone accipimus, vt aquam bibamus ex vaſis noſtris, & ex fonte puteorum noſtrorū. Denique ſeruator noſter apud puteum cum Samaritana de diuinis myſteriis eſt locutus. Cauſam verò cur la- E
cus ad peiora, puteus verò ad meliora vſurpatur, hāc eſſe exiſtimamus: quòd aqua in lacu extranea quodāmodo, cadénſque è cœlo eſt: in puteis verò aquarum venæ velut aggeſtitia terra obrutæ ſeſe produnt, priuſquàm loca effodiantur, ſublato vndiq; terræ cumulo qui aquas occulebat, aut quacunque tandem illis incumbente ſubſtantia ſubmota, quæ aliud nihil eſt quàm terra. Et in animabus quoq; foſſa quædam eſt, in quam cadunt quæ meliora ſunt, ac deinde mutantur, & peruertuntur, quando qui honeſtatum rerum cogitationes incidentes ad peiora peruertit & ad ea quæ veritati ſunt cōtraria nihil omnino curans habere honeſtè. At contrà puteos in anima inuenias, quum vitiis quæ integebant, vndique ſubmotis affulget lux, fonſque aquæ potabilis in ſermone & doctrina. Idcirco cuilibet ſibi puteum effodere neceſſarium eſt, vt mandatum ſupradictum conſeruet. Bibe aquam ex tuis vaſis, & è fonte puteorū tuorum. Sic itaque nos filij cenſebimur effodientium puteos Abrahæ & Iſaac & Iacob. Lacus minimè faciendus, ne in foſſam incidamus, quemadmodum hic dicitur, néve audiamus ea quæ ab Hieremia ſcripta ſunt in peccatorum probrum ac vitu-
perationem: deo de ipſis dicente quorum paulo- F
antè meminimus: Me fontem aquæ viuæ reliquerunt: & lacus pertuſos ſibi effoderunt, qui aquas continere non poterunt.

In Abſalonem impiū incendit.

Lacus & puteus accepti.

Aqua lacuſtris quo differat a puteana.

IN PSALMVM DECIMVM-quartum, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo.

Sermone

SERMONE hoc volens propheta, perfectum virum nobis deſcribere, eum qui ſit beatitudinē aſſecuturus: ordine quodam & via meditationum ſuarū vtitur, & ab his quæ prima & magis attendenda videntur, principium orditur, *Domine quis incolet tabernaculū* (παροικία.)

A *tuum?*) Incolatus enim diuerſorium eſt hoc breue & habitatio temporaria, vitam nobis re ipſa ſubindicans minus conſtabilitam, ſed deciduam ac tranſitoriam, ob ſpem hioc ad alteram tantò meliorem emigrandi. Sancti autem viri eſt, hanc vitam more hoſpitis tranſire, ac ad alteram properare. Ideo & Dauid de ipſa loquitur: Incola ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Incola item fuit Abraham, qui ne terræ quidem veſtigium propriè poſſedit: ſed vbi opus ei ſepulchro fuit, id argento mercatus eſt. Ex quo ſanè ſcriptura demonſtrat: quemadmodum in carne viuentē, incolam eſſe oporteat: migrantemque ex hac vita io locis propriis requieſcere: quoniam in hac vita alienigenis cohabitat: terram verò corpus in ſepulchro recipientem mercatus eſt. Beatus planè, qui iis quæ io terra ſunt, non vt propriis ſe addixit, neque iſti ſeculo tanquam naturali ſuæ patriæ acquieuit: quin potiùs grauatur, quòd incolatum hunc caſum nouit eſſe à rebus potioribus, & quaſi proſcriptionis domicilium, vitam hanc incolit, perinde atque illi qui ob quæpiam delicta coguntur iudicum calculis ſolum vertere relegati in exi-

(πάροικος καὶ παρεπίδημος. παράδειγμα.)

B lium. Ratus inuētus eſt talis, qui præſentibus, nō vt propriis vacet: diuitiarum vſum fluxum atque fragilem ſciat: corporis valetudinem proſperam breui tempore duraturā, poſtremò humanæ gloriæ floridam fœlicitatem minimè firmam ac ſtabilem eſſe cognoſcat. Quis ergo iocolet tabernaculum tuum? Tabernaculū dei, hominis caro dicitur ad animæ babitationem à deo data. Quis carni huic vt alienæ attenderit? Quemadmodum incolæ alienam terram mercede conductam, ad voluntatem eius qui elocauit agrum, colunt: ita & nobis carnis cura iuxta condictum ac præſcriptum traditur: vt eam demum decēter & officioſè excultam ſuo reddamus elocatori frugiferam. Si verò deo digna fuerit caro, reuera dei tabernaculum efficitur, iuxta eam manſionem, qua inhabitat ſanctos. Talis enim eſt eius, qui tabernaculum dei incolit: propterea dicit, Domine quis tuū tabernaculum incolet? Deinde profectus quidam & progreſsio ſequitur ad id tendens quod perfectius eſt. ET *quis requieſcet in monte ſancto tuo?*) Iudæus quidem vt qui terreſtria ſapit, quādo montem audit, ad Sion ſtatim recurrit. Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Ille qui carnem inco-

(Tabernaculū dei corpus humanum ſignificari ex collatione.)

C luit, in monte ſancto tuo requieſcet. Mons ille locum cœleſtem illuſtrem atque ſplendiſſua luce conſpicuum ſignificat: de quo apoſtolus ait: Appropinquaſtis ad montem Sion, ciuitatem dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem: in qua feſtum ac celebritas angelorum eccleſia primogenitorum deſcriptorum in cœlis exiſtit. Poſtquàm pertranſiit hanc carnem aliquis, quam citra vitioſam vllā affectionem, & vt alienā incoluit, neque vt propriæ illi ſe admodum addixit: is tādem quòd propria membra mortificauerit ſuper terram, & ſanctimoniam perfecerit, dignus eſt in monte ſancto requieſcere: quam vtique requiem pſalmiſta exoptans alibi ait: Pertranſibo in locum tabernaculi admirabilis. Et rurſus: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum? Illic nos erga proximos dilectio pro ratione illius quæ in monte eſt quietis, ea item charitas quæ reſilit ex mammona iniquitatis, nos faciet interquieſcere. Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis: vt D cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. De hac commemoratione dominus etiā per modum precandi ait: Pater ſanctæ, da vt vbi ego ſum, & illi ſint, Ratus profectò, qui in corpore tantiſper dū eſt incola, in monte requieſcere mereatur. Propterea vt dubitans ait: Quis incolet? & quis requieſcet? Quemadmodum illud: Quis nouit ſenſum domini? Item illud: Quis annuntiabit vobis ignem illum ardentem? Quis annuntiabit vobis locum illum æternum? Rurſus illud: Quiſnam fidelis & prudens? Et interrogatorium forte eſt illud quis, reſponſum exquirentis à domino ſancto, quo cum loquitur. Ad quem contrà diuina vox propoſitam diſſoluens queſtionē, quid ait? *Qui ambulat ſine macula & operatur iuſtitiam.*) Si immaculatus eſt, & nullo bonorum operum deficiens, ſuamque attēperans vitam procul omni peccato, quo differt diſcerniculo ab eo qui facit iuſtitiam? An eundem ſenſum duplicibus verbis enuntiat cum dicit, Ambulans immaculatus & faciens iuſtitiam? Aut certè propriā quandam ſententiam vtrunque hoc dictum continet: vt ſit immaculatus ſecundum interiorem & arcanū ho E minem, in omni virtutis genere perfectè preparatus atque inſtructus: faciens autē iuſtitiam, qui ea quæ circa corporis agibilia verſantur, in actiuo genere vitæ, rectè abſoluerit? Oportet enim non ſolùm ea quæ ſunt recta iuſtaque facere ſed etiam iuſto rectoque animo facere, ſecundū illud: Rem iuſtam iuſtè proſequere, hoc eſt, cum ratione iuſtitiæ rem iuſtam abſolue. Idiotam contingit apparare aliquam medicinam aut curam, quę opem ferat ægrotanti, non tamen hoc facit vt medicus, cum artem nō calleat, atque ideò artis finem minimè conſequitur. Ambulans itaque immaculatus, mente perfectus erit. Faciens autem iuſtitiam is eſt, qui ſecundum apoſtoli vocem, inconfuſibilis eſt domini operarius. Attende exactam dictionis vim. Non dixit, qui ambulauit, ſed qui ambulat: neque qui fecit iuſtitiam, ſed qui facit. Non enim vnus actus perficit ſtudioſum virtutis operatorem, ſed per omnem vitam prorogari & extendi conuenit virtutis actiones. *Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua.*) Rurſus & hæc ſimilitudinē quandam & ſocietatē inter ſe habere videntur: Loqui veritatem in corde, & non agere dolū in lingua ſua, F qualē habent illa: Eſſe immaculatū & facere iuſtitiam. Quemadmodum enim ibi & interioris hominis perfectionē, & in rebus agendis dexteritatem ſignificari oſtēdimus: ſic & in hoc loco, quomodo id quod loquimur, ex cordis abūdantia loquimur, velut ex emanante fonte intimi affectus. Priùs dixit: In corde veritatem, deinde in verbo ſimplicitatem quæ per linguā depromitur, ſignificauit. Duo autē veritatis ſignificata inuenimus:

(Quis et hic ſciſcitantis eſt, & interrogantis.)

(Quo differat ingrediens immaculatus à faciente iuſtitiam.)

(Argumentum, Deut. 16.d)

(γνώμης)

(Veritatis acceptio duplex.)

Voum

Vnum quidem, earum rerum compreheſionem, quæ beatam omnino vitam ſpectant. Alterum, cuiuſcunque tandem rei ad inſtituendam hanc vitam pertinentis ſanam cognitionem. Illam igitur veritatem ſalutis cooperatricem in corde exiſtentē hominis perfecti, oportet ſine dolo in omnibus proximo exhibere. In huius autem vitæ negotiis ſi forſan à veritate intercipietur virtutis ſtudioſus aut excidet, nihil illi ad ea quæ hic dicuntur atque promittuntur erit impedimento. Quot enim ſtadia ſint terræ vel maris, quótve in cœlo aſtra moueantur, & quantum alterum alteri celeritate præſtet: in his & ſimilibus veritatē ignorare, nihil profectò ad beatitudinem à deo promiſſam conſequendam impedimenti adfert. Forſan ſententiola hæc, & tale aliquid nobis repræſentat, quod ea quæ de veritate ſunt, hoc eſt myſtica, loqui conuenit, non cum quolibet, ſed cum proximo, hoc eſt, non prodenda illa eſſe vulgo, ſed narranda iis qui myſteriis ſeu ſacramentis cōmunicauerint. Si verò veritas eſt dominus noſter, impreſſam & quodammodo ſignatam hanc quiſque in corde ſuo veritatē retineamus: de qua loquentes in cordibus nobis ipſis, dolo ſermonē euangelij, dum illum proximo annuntiamus, ne inuertamus. *Qui dolum non egit in lingua ſua.*) Multis adeò locis ſcripturæ dolus traducitur velut inimicus dei. Diſperdet (inquit) dominus omnia labia doloſa. Item dolus in corde operantium mala. Quandocunque enim quod bonum eſt, peioris commixtione adulteratur, dolus dicitur. Vt vinum dolum ſuſtinet, dum ei admiſcetur peius, vt ſi aqua illi præter modum temperiemque infundatur. Item aurum falſatur, dum cum argento & ære coit. Sic & veritas dolum patitur, quando qui malè audiūt ſermones ac reprobi inſerti fuerint & implexi ſanctis ſcripturæ eloquiis. *Nec fecit proximo ſuo malum.*) Quem hæc pſalmi particula proximum appellet, nemo dubitat eorum, qui audierunt euangelium, interrogante quodam accidente: Quiſnam eſt meus proximus? Cui dominus dixit parabolam illius, qui deſcendit ab Hieruſalem in Hierico: quē & interrogauit, quis horum tibi videtur fuiſſe proximus? & ille, qui fecit, inquit, miſericordiam cum illo. Docuit enim per hæc omnem hominem putandum eſſe proximum. Hoc autem mandatum obſeruatu difficile, multamque requirit diligentiam, vt nulla in re ſiue modica, ſiue maiori noceas proximo: vt ne verbo lædas, non quicquam auferas eorū quæ illius ſunt, neu vel optes illi malum, vt non denique omnino inuideas rebus eius lætis ac proſperis.

Proximus.

ET *opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.*) Dubia eſt dictio, vtrum ipſe nulla admiſerit quæ mereantur à proximis ſuis exprobrari, & hac de cauſa non acceperit ab ipſis opprobrium: an potiùs nullum proximorum ipſe vituperauerit, aut opprobrio affecerit eorum qui in vnum aliquod delictum prolapſi ſunt, aut corpore colluxati & mutili, aut in alio quopiam deprehenſi defectu carnis. Neque enim is qui peccat, probris venit inſectandus, vt ſcriptum eſt: Ne exprobres homini auertenti ſe à peccato. Nunquàm enim ad delinquentium vtilitatem nouimus eſſe à quopiam aſſumptum. Nam cùm apoſtolus in ſuis ad Timotheum diſcipulum inſtitutionibus permiſerit redargutionem ſiue reprehenſionem, obſecrationem ſimul & increpationē: nuſquàm tamen aſſumit opprobrium, quod fraternæ correctioni aduerſetur. Sanè reprehenſio ſiue coargutio videtur ſibi ſcopum aut finem præſtituere emendationem peccantis: contrà, opprobrium eius magis qui peccauit, ſpectat confuſionem. Paupertatem porrò, ignobilitatem generis, indocilitatem, aut certè corporis infirmam conditionem cuiquam dare probro, hominis eſt rationis gratia abutentis & à virtutis ſtudio longiſsimè abhorrentis. Quæ enim nobis contingunt præter animi deſtinationem, hæc cenſentur inuoluntaria. Ob eiuſmodi proinde deminutiones ſiue defectus præter omnem noſtram voluntatem contingentes, conuenit miſereri potiùs miſerè afflictorum, quàm vlla eos aſpergere contumelia.

AD *nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.*) Magno prorſus ac præſtanti animo opus eſt, & qui in nullam ſe ſinat deflecti partem humanarum rerum, quique virili fortitudine præditus ad ſummum iam peruaſerit iuſtitiæ habitum, ſuum ius vt cuique pro dignitate diſpertiatur ac diſtribuat, & malignè agentes nouerit ad nihilum deducere, quantolibet magiſtratu iſti polleant, quantiſlibet differti opibus ſe venditent, ſint licet generis claritudine conſpicui atque illuſtres, quanlibet ſui nominis ſplendorem ſuſtollant ac celebrent, tantùm ſi in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum deducere, hoc eſt, ne tantilli quidem æſtimare, excelſi eſt prorſus ac præſtantis animi. Contrà verò, timentes dominum, vt hi pauperes ſint, ignobiles, idiotæ ſermone, corpore debiles, hos gloria, laudibuſque attollere & beatos exiſtimare addecet eum qui ſpirituali doctrina eruditus tales didicerit planè eſſe beatos. Beati enim, ait, omnes, qui timent dominum. Eiuſdem nanque bene inſtitutæ mentis fuerit, & agentem iniqua, quamuis clarum ac potentem nihilipendere, & timentem dominum glorificare, quamuis tenuem ac pauperis & deſpicabilis vitæ, nec quicquam externorum poſsidentem quæ nos inuitent ad illius commendationem. *Qui iurat proximo ſuo & non decipit.*) Quid hoc tandem eſt? Hic iuramentum homini perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur: in euangelio verò prorſus prohibetur. Quis incolet tabernaculum tuum, & quis requieſcet in mōte ſancto tuo. Qui iurat proximo ſuo, & non decipit. Illic uero: Ego autem dico vobis, ne iuretis omnino. Quid igitur dicemus? Quod vbique dominus tam in veteri, quàm in noua lege eandem habet præceptionis conſiderationem. Cupit enim peccatorum effectibus occurrere, & à primis initiis malignitatē exſcindere. Vt enim vetus lex ait: Non mœchaberis. Dominus vero: Non concupiſces. Illa item: Non occides. Dominus perfectiora inſtituens: Non iraſcaris. Sic itaque in hoc loco contentus abit propheta iuramento quod iuſtum ſit ac rectum. Dominus verò vel occaſionem ipſam reſecat periurij. Qui enim vel rectè iurat, fortè & is poſsit interdum falli: qui verò non iurat, periculum vitauit periurij. Nominat item propheta multis adeò locis iuramentū immutabilem firmamque

firmamq́ue rei ac propoſiti cuiuſlibet confirmarioooem, vt eſt illud : Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Item, Iurauit dominus & oon pœoitebit eum. Non quòd deum ad teſtimooiú dictorum fidemq́ue dubietati faciendam induxerit, ſed quòd is immutabili ac firmo decreto gratiam promiſsioois Dauidi confirmauit. Sic & hic dictum eſſe poteſt, illud, Qui iurat, proximo & non decipit, hoc eſt, qui promiſſa affirmat proximo & non decipit, vt cum ſeruatoris dicto conueniat: Sit ſermo veſter eſt eſt, non oon. De eiuſmodi rebus dum aſtruis & affirmas, annue: de his verò quæ oon ita ſe habeot, & ſi omnes bomines adhortarentur & obſecrarent, nunquam vllo pa-
A cto inducaris, vt cootra oaturæ veritatem affirmes. Nó facta eſt res? negatio ſequatur: facta eſt? conſenſu firmetur. Citra vllam verborum implicarionem ad aliud reſpiciens ipſam per ſe veritaté ſtudeto exprimere ſimplici ac nuda vſus aſſenſione. Qui vero ſic affirmanti minimè crediderit, ipſe viderit : damnú ſentiet incredulitatis. Turpe enim & omnino ſtultum, ſeſe vt fide indignú accuſare, & ad iuramenti ſecuritatem confugere. Sunt autem quidam ſermones, iuramentorú quidem figuras habentes, oon tamen iuraméto omnino exiſtentes, ſed remedia potiùs perſuadendi, vt Ioſepb Aegyptium familiarem ſibi reddere cupiens, per ſanitatem iurauit Pharaonis. Et apoſtolus charitatem ſuam erga Corinthios oſtendere volens, ait : Per gloriam veſtri quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Noo enim euangelicæ doctrinæ immoriger fuit & inobediés is cui cócreditum erat euangelium, ſed ſimplici ſermo-
B oe ſub forma iuramenti reddito, gloriationem quam in ipſis habebat, omnium ſibi pretioſiſsimam eſſe hoc verborum tropo vſus oſteodit, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.*) Ad cómuoiooem & mutuam charitatem, & quod naturæ eſt coonſentaneum ac familiare ſentétia hæc nos exortatur & inuitat. Homo enim animal politicum eſt & ſociale. In communi verò conuictu & mutua cóuerſatione, ad ſubleuandam alienam inopiam opus ſit in alios liberali rerum largitione. Petenti nanq; te, da. Vult te omnino erga petentes ob fraternam chatitatem eſſe facilem, io ſimplicitate ad rationis tamen libellam, vt petétis te, appendas neceſsitaté. Idque quo pacto ſcitè ac prudéter ab iſtis perfici debeat, qui ſibi explendum pietatis ſcopum propoſuerunt: didicimus ex apoſtolicorum actuú lectiooe. Quotquot enim, ait, poſſeſſores agrorum & domorum erant: vendentes ea, pooebant pretia eorum quæ vendide-
C rant, ad pedes Apoſtoloruio. Diſtribuebarur autem vnicuique, prout opus erat. Iam quando plerique horum vſum oeceſſariorum prætergredientes rem emendicando partam vertebant in occaſiooem mercimonii: ac negotiationis, materiámve fruendi obſcœois & impuris deliciis: apud eos quibus pauperum cura erat concredita, fiebat pecuniarum collectio, vt illinc depromptæ io cómunes vſus pro cuiuſque neceſsitate prudenter ac ſcitè diſpenſarentur. Quemadmodum enim in morbo aliquo conſtitutis plerumque eſt neceſſarius vini vſus, nec tamen eſt cuiuſuis decernere poſſe & internoſſe exhibendi vini tempus, menſuram qualitatémve, ad eá enim rem opus ſit medici conſilio: ſic & circa neceſſariorum curam diſpeoſatio ooo ab omnibus vtiliter tractari poterit. Multi eoin miſerabilia membra ſibi ſponte componunt ad mulierculatum deceptionem: vnde & mutilata corporis mébra ac vlcera ad mercaturæ cuiuſdam materiam, & occaſionem oſtentant, quibus iſta liberalitas inutilis eſt prorſus. Nam illis ea in occaſiooem maliciæ vertitur & quæſtum. Quamobrem horum latrarum repellere oporret, paucaque his dare. His verò qui miſericordiam, & fraternam charitaté erga illos maximè oſtendunt, qui patienter tribulationem ferre didicerunt, ſanè illa à domino verba ad poſtremum dicentur: Eſuriui, & dediſtis mihi bibere, & reliqua quæ ſequuntur. Et, Qui vult abs te mutuú D
accipere, ne auerſeris. Quod præceptum pendet ex priùs dictis. Ná & pauper qui hic te petit : vtique mutuum ex te petit, illum tibi oſtendens diuitem, qui in cœlis eſt, qui & tibi pro eo exoluet debitum. Qui enim pauperis miſeretur, deo fœoerat. Fœnoris verò certa fideq́ue digna ſponſio regnum eſt cœlorum.

SERMO IN RELIQVA *quæ ſuper eodem Pſalmo dicenda reſtant, contra fœneratores*

HESTERNA die ſuper pſalmo decimoquarto ſermoné apud vos habuimus, qué ſub horæ ſpatio permiſsi non ſumus abſoluere : nunc auté vt certi debitores, reliqua quæ reſtabant libenter exoluturi E
venimus. Eſt enim reliquum breue quidem auditu, ſic vt videri poſsit, & forte multos veſtrum latuit, adeò vt putarint nihil de eo pſalmo eſſe relictum. Scientes itaque vim magnam ad vitæ oegotia breue hoc quod reſtat, habere: vtilitatem illius, quam adferet, ſi excutiatur, non eſſe prætereundá putauimus. Propheta enim perfectum planè hominem, eum qui ad vitam illam aſcenſurus ſit nulla vnquàm exagitandam intemperie deſcribens, inter eius præclarè ac fortiter facta, illud quoque annumerauit, vt argétum ſine fœnore daret. Quod vtique vitium io plurimis ſcripturæ locis vituperati videtur. Nam Ezechiel in maximis ponit malis fœnus, & plus, quá ſortem accipere: & lex illud luculenter probibet dicés : Non fœnerabis fratri tuo & proximo tuo. Et rurſus ait : Fœnus ſuper fœnus, & dolus ſuper dolum, & de ciuitate in multitudine malorú deprehenſa quid ait pſalmus? Et non defecit de pla- F
teis eius vſura & dolus. Idem quoque nunc tanquam characterem ac certam notá hominis perfecti propheta ooſter vſurpauit, dicens : Qui argentum ſuum noo dedit ad vſuram. Enimuero inhumanitas eſt maxima, ſi is qui egeſtate premitur, mutuum ad vitæ ſubſidium quærat, dans verò minimè ſorte cótentus, ex miſeri calamitate prouentus & opes ſibi excogitet. Dominus enim palàm nobis pręcepit: Ne vultum auertas ab eo, qui abs te mutuum petit. Auarus autem videns inopé neceſsitate coactum ad genua ſua ſupplicem procumbentem, ecquid non facientem quod abiectum ſit ac vile? quid non loquentem? non miſeretur illius vtvt præter decorem ſe ſuplicem exhibeat

Qui iurat, promiſsis ſtabiliter proximo ſuo

Sermones figurati ſpecie iuramenti præferunt, non tamen iuramenta.

Deeſt hic textus.

Vſura malum quantum ſit.

hibeat,communem non cogitat naturam, humi-
libus ſupplicationibus nihil cedit: ſed flecti ne-
ſcius perſtat & implacabilis, & nec precibus vin-
citur,nec lachrymis mollitur,ſed negando perſe-
uerat. Iurat inſuper atque proteſtatur ſeſe omni-
nò carere pecunia,& quærere ſi quem ipſe fœne-
ratorem inueniat, ac mendacio fidem per iura-
mentum faciens, iniquæ & inhumanæ mercatu-
ræ impudens periuriũ addit. Poſtquàm verò con-
A ſpicit miſerum illum meminiſſe fœnoris fœtu-
ramque ſortis vltrò offerentem, ſupercilium re-
mittere ac ſubridere incipit:tunc demum amici-
tiæ paternæ memoriam illi refricat, & familiarẽ
& amicum appellat. Videamus, inquit, ſicubi re-
lictũ eſt nonnihil depoſiti argenti. Eſt enim ami-
ci hominis depoſitum quoddam apud nos, vnde
quæſtum ille facit, graueque fœnus nobis impo-
ſuit,& præſcripſit. Nos verò ex hoc detrahemus,
longeque minore tibi dabimus. Hac itaque com-
mentitia ſimulatione ac blandis demulcendo ver
bis vbi ineſcauit miſerum,vbi etiam ſibi eum ob-
ſtrinxit literis ſuper eo fœnore confectis, ad cu-
mulum vrgentis inopiæ addit. Quid? Detracta vi-
ro libertate, illinc ſe proripit. Ille demum ſimul
atque ſeſe obnoxium reddidit fœnori,cui ſoluen
do minimè ſit idoneus: voluntariam ſeruitutem
per omne vitæ tempus ſuſcepit. Pecunias die mi-
hi,& quæſtum quæris ex inope? & ſi ille ditiorem
te reddere potuiſſet, quid apud tuas ianuas quæſi-
uiſſet? ad auxiliũ cum aduenerit, reperit hoſtem:
auxiliare antidotum cùm quæſierit diligenter, in
exitiale venenum incidit. Officium tuum fuerat,
B hominis depreſsi egeſtatem conſolari ac leniorẽ
reddere. Tu contrà potius adauges,fructũ ex ho-
mine deſtituto: veluti ſi quis medicus ad ægrotan
tes introgreſſus, loco reddendæ ſanitatis, id quod
eis virium reſtabat, auferret. Et tu inopum cala-
mitates materiam tibi conſtituis augendi prouen
tus? vtque coloni ad ſatorum augmentum imbres
exoptant: ſic tu inopiam & publicam egeſtatem
hominum, vt pecunia tibi ſuccreſcat, & fiat lucro-
ſior, exquiris? An ignoras quòd maior tibi pecca-
torum exurgat aceruus, quàm ſit acceſſus opum
quem ex vſuris venaris? Nam qui mutuum quæ-
rit, grauatus rerum anguſtia quando reſpicit ad
paupertatem, deſperat de ſolutione: quando vero
præſentem conſiderat egeſtatem, vſuræ ſe com-
mittit. Deinde hic quidem victus eſt, vt qui neceſ-
ſitati ſuccubuit, Vſurarius verò illinc abit libellis
ac vadibus cõmunitus. Qui pecunias quidem ac-
cepit, primum ſplendidus & totus prægeſtiens
conſpicitur ac ſolitò illuſtrior, idque commodi-
tate interim ſuffultus æris alieni, ac immutationẽ
vitæ declarans. Menſa indulgẽtior, veſtis pretio-
ſior, famuli illuſtriore habitu immutati, Adulato-
res, conuiua veluti veſpæ ac fuci ędium innumeri
C concurrunt. Quando autem pecunia quidem de-
creſcit, tempus verò progrediens ſecum adducit
auctam pecuniã fœneratitiam: nec iam illi affert
noctes quietas, nec dies ſerenos, non ſolem iucũ-
dum, ſed execratur vitam, odit luces quæ ad tem-
pus conſtitutum tendunt, expaueſcit menſes tan-
quam vſurarum parẽtes: & ſi dormit, per inſom-
nium fœneratorem videt malum capiti intentẽ-
tem: & ſi vigilat, de fœnore cõtinuò cogitat. Cre-
ditore ſimul & debitore inter ſe cõgredientibus,
vtrunque cõſiderat dominus. Ille quidem vt car-
nis prædæ inhians incurſionem facit: hic contrà
velut præda hianti expoſita, illius exhorret occur
ſum. Nam huic adimit paupertas loquendi fidu-
ciam. Vtriq; in digitis ſummæ debitæ calculus eſt,
Huius in fœnoris fœtura gaudentis, alterius æris
alieni continuò augeſcentis, calamitatem ſuſpi-
rantis. Bibe igitur miſer ex tuis vaſis aquam, vt ait
Salomon, hoc eſt, proprias conſidera facultates
ac ſubſidia vitæ. Non ad alienos fontes propera, D
ſed ex proprij fontis ſcaturigine tibi vitæ ſolatia
collige. Habes vaſa ærea, veſtes, iumenta, diuerſi
generis ſupellectilem, hęc vende: omnia denique
perdere ac proiicere præſtat, quàm libertatẽ. Sed
me pudet, inquit, hæc publicare. Quid ergo, vt
paulò pòſt alius abs te eadem in medium efferat,
tuorumque bonorum auctionem faciat præco-
nis voce publica, & in oculis tuis vili pretio ven-
dat? Ne ad alienas fores accedas. Reuera enim pu
teus alienus anguſtus. Melius eſt longè paulatim
ſtudio & exercitatione egeſtatem cõſolari, quàm
vno ſimul tempore geſtiẽtem atque elatum alie-
nis facultatibus paulò poſt omnibus ſimul apud
te exiſtentibus priuari. Si habes vnde reddas, cur
præſentem neceſsitatem eorum quæ habes, ſubſi
diis non releuas? Si verò cunctaris exoluere &
hæres dubius, malũ malo curas. Ne recipias euer-
tẽtem te fœneratorem, neu te veluti prædã quan-
dam exquiri ac veſtigari patiare. Sumere mutuò
initium mendacij, ingratitudinis occaſio, perfidię
& periurij. Alia verba ſunt quando ſumis, & alia
quãdo vt reddas exigeris. Vtinam, inquis, hic pri-
mum te nõ acceſsiſſem: alioqui enim repetiſſem E
quibus ſubſidis neceſsitati meæ conſuluiſſem. An
non pecuniam ne volenti quidem mihi mutuò in
ipſas manus obtruſiſti? Aurum erat ſubæratum &
numiſma adulterinum. Siue igitur amicus eſt, à
quo vis mutuum accipere, caue ne amicitiam læ-
das: ſiue inimicus, ne fias aduerſario, & maleuolo
ſubditus. Breui admodum tempore ex alienis ho
neſtatus & gaudens, paulò poſt patrimonio euer
tẽris. Pauper es nũc, ſed liber: ſi acceperis ad vſu-
ram mutuum, primũ quidem per hoc neque dite-
ſces, ſed & amittes libertatem. Autoratus enim
fœneratori & quodam modo ſtipendiarius ſer-
uus eris, ineuitabile ferens ſeruitium. Canes acci-
pientes manſueſcunt: fœnerator verò accipiens
irritatur. Non enim conquieſcit allatrans, ſed plu
ra expetit. Si iuraueris, non credet: quæ in ædibus
habes diligentiùs perſcrutatur, tua cõmercia ne-
gotiaque curioſiùs veſtigat. Si quopiam è domũ-
cula progrediẽre, ad ſe te trahet, denique & euer-
tet. Quòd ſi introcluſeris te: en domui inſiſtet
tuæ, fores pulſitans. Quin vel vxore præſente, pu-
dore te aſperget, afficiet contumeliis vel coram
amicis. In ipſo foro gulam obtorto collo præfo-
cabit. In feſto, iſtius occurſus inauſpicatus eſt & F
malus. Adornat enim tibi vitam, ne vita quidem
ipſa viuibilẽ. Dixeris tu mihi, Vrget nec medio-
cris neceſsitas, ſpe interim nulla alicũde affulgen
te prouentus pecuniarum. Quæ quæſo vtilitas ex
hodierna dilatione? Rurſus ad te paupertas vt ve-
lox curſor recurret, & ipſa neceſsitas cũ auctario
aderit. Fœnus enim non omnimodam liberatio-
nem, ſed paruam difficultati morã præbet. Hodie
patiamur ex egeſtate dura, & ne cunctemur in

A fœnore dando dehortatur.

Quot mala in ſumendo mutuo perueniant.

craſtinum. Nam ſi nunc minimè acceperis, ſimili modo fueris hodie, & reliquo deinceps tempore pauper. Si autem acceperis, longè plus affligeris, fœnore paupertatem augẽte. Et nunc quidẽ nullus tibi probro dat paupertatẽ, quum malum ſit minimè volũtarium: ſi autem fœneri fueris obnoxius, nemo erit qui te non ſtoliditatis cõdemnet. Non itaque malis noſtris minimè voluntariis, vltroneum malũ nobis acceſſamus ex noſtra ſtultitia. Stultæ nanq; mentis eſt ſeſe ex rebus præſentibus nolle cohibere, ſed incertæ ſpei ſe cõmittendo, ea quæ ſunt manifeſtum incommodum & in-
A euitabile præbitura, tentare. Iam cõſilio inito cogita, vnde exolues iis à quibus ſumis mutuo: an res vſui & exolutioni ſufficiat, & ſi vſuras reputaueris, vnde ad tãtam ſummam pecunia multiplex colligetur, vt partim curare neceſsitatem, partim explere ſortem, præter hæc fœnori ſuppeditare valeat. Sed non ex his quæ accipis totum reddes mutuum, reddes autem aliunde? Illas igitur expectemus ſpes, ne vti piſces ad eſcam properantes, qui cum cibo hamum vorant, ſic & nos cum pecunia vndique transfigamur è fœnore. Nullam paupertas conciliat homini turpitudinem aut dedecus. Quid ergo nobiſipſis opprobria ex ære alieno cõparamus? Nemo vulnere vulnus curat. Nemo malis malo medetur, nec paupertas fœnore corrigitur. Diues es? noli mutuò ſumere. Pauper es? noli item ſumere. Nam ſi nullius rei es indigus, quid tibi cum fœnore? Si verò nihil habes, non iam mutuum rependes. Noli tuam ipſius vitam ſeræ pœnitentiæ tradere, ne quando beatos
B exiſtimes dies, qui fœnus præceſſerunt. Hoc enim vno pauperes à diuitibus differimus, quòd ſecuri ſumus, atq; eos vigilantes continuo, nos dormientes riddemus: præterea in magna quiete agentes, eos in magna rerũ perturbatione conſtitutos ipſi aſpicimus. Qui autem debet, & pauper eſt & curis anxius, ne noctu quidem indulget ſomno, interdiu quoque in ſomnis, ſecũ omni tempore cogitat, quonam modo ſeſe his liberet curis, nunc quidẽ ſua quanti ſint, æſtimando, nunc verò ſumptuoſas domos, agróſve diuitum, ſeu veſtes ſplendidas eorum quibus occurrit, vaſa quoque diſcũbẽtium pretioſa, ſecum admurmurat: Hæc ſi mea eſſent, diuenderem tanti & tanti, meque à fœnoris iugo quo obſtringor, extricarem. Hæc ipſius cordi noctu inſidẽt, & interdiu illius mentem nihil diſsimilia occupãt. Si quis ianuam pulſauerit, ſtatim debitor ſub lectica latitat. Si velociter aliquis ad eum accurrit, huius cor perculit. Canis latrat? hic ſudore perfluit, & anxietate corripitur, conſpicitque quo fugiat. Vbi verò tempus exolutioni præſcriptum inſtat, ſecum reputat quo illum eludat mẽdacio, quo confiẽto prætextu depellat à ſe & ableget creditorem. Non ſolum autem te accipere cogita, ſed & breui quod acceperis, exi-
C gendum. Quid re iſti tam fœcundæ beſtiæ adiungis? Lepores aiunt eius eſſe naturæ, vt ſimul & pariant & nutriant, & ſuperfœtẽt: Sic & fœneratoribus pecuniæ ſimul tempore & dantur ad vſurã, & gignũt & ſuperfœtant. Nondum enim in manus accepiſti, & præſentis mẽſis lucrũ quæſtúmve expoſtularis. Hæc rurſus pecunia data fœnori alterum malũ eduxit, illud rurſus aliud, deniq; malũ hoc in infinitũ ſerpit. Quamobrem genus hoc auaritiæ hac appellatione τόκος, id eſt partus (vt exiſtimo) ob multiplex mali germen, ſiue fœcũditatẽ nominatur. Vnde enim aliũde ?aut fortè ob parturiginẽ ac mœrores anxios qui in eorũ mentibus gignuntur, qui grauati ſunt fœnore? Sicut enim dolores parienti, ſic tempus ſtatutũ debitori exiſtit fœnus ſupra fœnus, malorum parentũ mala ſoboles. Hi ſanè fœtus vſurarũ rectè genimina viperarum dicantur. Viperas enim dicunt ventrẽ matris perrodẽdo naſci. Sic item fœnora debitorum domos abſumẽdo naſcuntur. Semina omnia ſuo tempore naſcuntur, animalia quoque tẽpore præſtituto ſuos edũt fœtus. Fœnus verò hodie na- D
ſcitur? hodie parere incipit. Animalia itẽ quæ cito pariunt, cito etiam à partu deſiſtũt. Pecuniæ verò cum ab auiditate plus æquo habendi volucrẽ trahant originem, infinitam acceſsionem tãtò progredientem vlteriùs recipiunt. Vnũquodque creſcentium, vbi ad iuſtæ ſibique cõuenientis ſtaturæ magnitudinem peruẽnit, deſinit augeri: argentum verò auari omni tẽpore augeſcit. Animalia vbi ſuæ ſoboli ceſſerunt pariendi vices, non iam impregnantur: fœnori tradentiũ pecuniæ aduentitias vndecunde alias pariunt & ſuccedaneas, veteréſque nouant. Ne tu mihi velis experiri, quid iſthæc viriũ habeat prodigioſa beſtia. Liber vides Solem? Quid miſer vitæ tibi libertatem inuides? nullus pugil ſic aduerſarij plagas ſubterfugit, vt debitor creditoris occurſum, ad columnas ac parietes caput occultando. Quomodo, inquis, nutriar? Habes manus, habes artem, fac aliquid vnde mercedem capias, miniſteriũ vnicuipiam exhibeto ſtipis emerendæ gratia. Multæ ſunt excogitatæ E
parando victui exercitationes, occaſiones multæ. Atqui vires nõ ſuppetunt ferendo labori idoneæ? Ne corrogare ac petere pigeat te ab opulẽtis poſſeſſoribus. Verum turpe, inquis, rogare? Turpius verò accepto fœnore omnibus ſpoliari. Non omnino dãdo leges, hoc ego dico: ſed oſtendens omnia tibi tolerabiliora eſſe, quàm fœnore inuolui. Formica poteſt neque rogans neque mutuò accipiens, nutriri, & apes proprij nutrimẽti reliquias regibus gratuitò condonant, quibus nec manus nec artes natura dedit: tu autem induſtriũ animal, homo, vnã tantũ ad vitæ vſum viã reperire neſcis? Quanquam videmus ſæpe homines ad fœnus & mutuũ confugiẽtes, non gratia vſus neceſſarij, cũ pauperes minime fidẽ inueniant: ſed vt ſe elocent ac tradant totos laxioribus impẽſis & profuſioni opum prorſus infructuoſæ, vt ſeruiliter ſe addicãt muliebrium voluptatum illecebris. Et hæc quidẽ dixerit: Mihi opus eſt veſte ſumptuoſa & aurata, filiis paruis ornatu decenti ſeruis item floridis & variegatis veſtibus, menſæ denique lauticia ſplendidiore. Qui talia vxori adminiſtrat, ad trapezitã venit: & hos quos accipit nũmos priuſquàm vtatur alij reddit creditori, aliũ ex alio aſſumens do-
minum, & ſemper cõtinuatione ſeſe iugiter obli- F
gãdo probrum paupertatis fugit. Et quemadmodum hydropici ſuſpecti habentur de carnulenta obeſitate, ita & iſte diuitem ſe imaginatur ſemper accipiens, ac ſemper reddens & ex poſterioribus priora ſoluens, deniq; fidem ſibi ex continua verſura cõſeruans. Et quemadmodũ qui vtroque excernunt ventre id ſemper quod priùs inſederat eiicientes ſi nondum perfecta purgatione cibum

ſumpſerit

Vt τόκος pro partu & vſura, ita fœnus à fœtu.

Vſuræ fœtus viperarum.

ſumpſerint alterum, rurſus hunc vomere cogũtur cum dolore & inteſtinorum lancinatione. Sic bi fœnus ex fœnore ſumẽtes, priuſquam priora purgentur ſecundum addentes, vbi aliquantum temporis fuerint in alienis deliciati, ad extremũ rem domeſticam amiſſam lugent. O quantos aliena bona perdiderunt? Quanti veluti in ſomno ditati, in ærumnas pœnaſque maximas ſeſe coniecerũt? Sed multi ex ſumpto fœnore, inquis, diuites ſunt facti. Plures ob hoc magis puto ſe laqueis implicuerunt. Tu diuites factos reſpicis: eos verò qui ſibi præfocarunt gulam, non numeras: qui mendicitatis probrum dedecúſve non ferẽtes, prius mortem adire implicito ſibi laqueo prælegerũt, A quã probroſè viuere. Vidi ego miſerabile ſpectaculum, pueros ingenuos ob debita patris in forũ pertahi venui exponẽdos. Non habes pecuniam quam relinquas filiis, ne ſaltem eis generoſitatẽ auferas: vnam hanc ipſis conſerua libertatis poſſeſsionem, veluti depoſitum, quod ipſe à parentibus accepiſti. Nemini aliquando paterna egeſtas probroſa fuit. Paternum verò debitum in carcerẽ ducit. Ne relinquas debitorum tabulas, vt execrationem paternam in filios & nepotes deſcendentem. Audite diuites, qualia pauperibus ob veſtrã inhumanitatem conſulamus: videlicet, vt malint conſtanter grauiſsima quæque ferre, quàm calamitates quæ ex fœnore proueniunt, ſubire. Quòd ſi domino fide cohæreretis, quid bis eſſet verbis opus? Quod autẽ domini conſiliũ eſt? Mutuò date iis, à quibus accipere minimè ſperatis. Et quale, inquis, hoc mutuum, cui non reddendi ſpes cõiuncta eſt? Intellige dicti efficacem vim, & legiſlato-B ris humanitatem admiraberis. Quando pauperi daturus es in domini gratiam, idem ipſum & donum & fœnus eſt. Donum quidẽ, quòd à paupere non ſperes te recepturum: mutuum verò ſiue fœnus ob domini munificã liberalitatẽ pro illo reddentis, qui parua quidem per pauperem cum acceperit, maxima pro ipſis retribuet. Quí enim pauperis miſeretur, deo fœnerat. Non vis vniuerſorũ dominum tibi ad exolutionẽ autoratum habere? Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis ſpondeat, fideinſsionem illius accipis: deũ verò non admittis tanto ſe plura perſoluturum pauperum cauſa pollicentem? Da argentum domi nullo tuo vſu conditum, nulla ipſum grauando acceſsione, cuius vnius gratia vtrique bene cõſultum fuerit: tibi in primis ſecuritas aderit cuſtodiæ, accipienti verò ex vſu lucrum. Si autem & acceſſorium quæris, iis quæ à domino tibi tradentur, contentus eſto. Ipſe enim pro pauperibus fœnoris abs te commodati C auctarium reddet: ab eo qui verè in nos benignus eſt, benignitatem expecta. Quod enim accipis ex paupere, omne ſuperat odij in homines exẽplũ. Ex calamitatibus pauperum quæſtum facis, ex lachrymis argentum tibi corradis, nudum ſtrangulas, famelicum cædis, miſericordia nulla, nulla cogitatio ſubit mentem cognationis quæ tibi intercedit cũ eo qui miſerè affligitur, & quæ hinc accreſcunt lucra benignitatem vocas? Væh dicentibus amarum dulce, & inhumanitatem humanitatem appellantibus. Ne Samſonis quidẽ ænigmata talia erant, quæ cõuiuis propoſuit. A comedẽte exiit cibus, & à forti egreſſa eſt dulcedo, & ab inhumano exiit benignitas. Non colligunt è ſpinis vuas, nec à tribulis ficus, neq; item à fœnore benignitatẽ. Omnis enim arbor marcida malos facit fructus. Parumper cõſidera. Hec aſtrologi & decatelogi, † nomina, vel ipſo auditu incutientia horrorem, menſtrui repetitores, veluti dæmones qui epilepticos faciũt, ac pauperes circa lunæ periodos inuadunt, iniqua prorſus mutui datio vtrique danti pariter & accipienti, huic quidem in pecunias, illi verò in ipſam animam damnum pœnamque afferens. Agricola † enim accepta ſpica, ſemen rurſus ſub radice non ſcrutatur: Tu verò fructus habes, nec deſinis ipſam redituum ſortẽ requirere. Sine terra plantas, ſine ſatione metis, cum incertum ſit cui cõgreges. Palàm is ſcitur qui ob vſuras extortas, ſe rigat lachrymis: at incertus, D qui ex earum opulentia fructum ſit decerpturus. Incertum enim, aliis ne ſis relicturus iſtiuſmodi opes, qui eis perfruantur, malo interim quod tibiipſi ex iniquitate collegiſti, penes te vice theſauri depoſito. Igitur à volẽte accipere mutuò ne vultum auertas, nec pecuniam tuam dederis ad vſuram, vt tam ex veteri, quàm noua lege quæ cõducibilia ſunt edoctus bona cum ſpe ad dominũ hinc emigres bonorum factorum vſuras recepturus, in Chriſto Ieſu domino, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Consilium domini de dando mutuo.

Tabernaculum pro corpore. Exitus tabernaculi, exitus vitæ.

IN PSALMVM VICESIMVM octauum, Afferte domino filij dei: In exitu ſeu conſummatione tabernaculi, Pſalmus Dauid.

PSALMVS viceſimus octauus communem quidem inſcriptionem habet. Pſalmus E enim inquit, Dauidi: habet proinde quiddam propriũ. Additur enim ei: Exitus tabernaculi. Quid autem hoc eſt? Conſideremus quis ſit ille exitus, & quod tabernaculum, vt in ſenſu pſalmi conſiſtere valeamus. Quo ad hiſtoriam igitur, videtur ſacerdotibus & leuitis ab opere ſe relaxãtibus hoc datum eſſe præceptum, vt eorũ reminiſcãtur, quæ ad cultũ dei præparare oportet. Exeuntes enim è tabernaculo, Pſalmi iſtius verba proteſtantur & admonent quæcunq; conueniat præparaſſe, quæ quidem habentes ad diem ſequentẽ cõuenirent: nimirũ filios arietũ. Item gloriam & honorem, gloriã nomini domini. Item quòd nunquam, nec alio quouis loco quàm in aula domini & in loco ſanctificationis diuinũ exercere cultũ conueniat. Noſtræ autẽ menti ſublimiora contẽplanti per magnificũ & conuenientẽ diuinæ ſcri-F pturæ ſenſum familiarẽ nobis legẽ reddẽtem, illa ſuccurrũt: vt hic nec aries ouiũ maritus accipi debet, neq; item tabernaculũ ex hac materia inanimata cõpactum habitaculũ, neq; exitus tabernaculi diſceſſus à templo, ſed tabernaculũ quidẽ corpus hoc noſtrũ intelligatur, vt nos docuit Apoſtolus, dicẽs: Exiſtentes in hoc tabernaculo ingemiſcimus. Et rurſus Pſalmus: Flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Exitus verò tabernaculi, diſceſſus ab hac vita eſt, ad quem hic nos ſermo præparari lubet, vt hæc quædam & alia rurſus ad dominum afferamus, quãdo labor hic & quæſtus præſens viaticũ quoddam ſunt ad futuram vitam.

Quicũque hic gloriam & honorem domino per bona opera affert, is demum gloriam & honorẽ ſibi ex iuſti iudicis retributione theſaurizat. In multis tamen exemplaribus additum eſſe reperimus hoc, Afferte domino filij dei: Et quoniam non cuiuſuis donum eſt domino deo acceptum, ſed eius tantum, qui corde puro offert illud. Non enim caſtæ ſunt preces, nec accepta oblatio ex meretricis mercede, Et rurſus Hieremias: Num vota, inquit, & ſanctæ carnes auferent malitias tuas, aut per hæc purus eris? Ideo pſalmus prius nos vult eſſe filios dei, deinde idoneos accedere

γνώμη. *μὴ ἰυχαὶ* *nõ vota ſiue preces.* *Pater noſter qui.*

A ad offerenda deo dona, nõ quælibet, ſed quæ ſint ab eo ordinata. Ante omnia dicito: Pater, deinde petes ea quæ ordine ſequuntur. Scrutare verò teipſum ex cuiuſmodi conuerſatione ad deũ accedas: expende, num dignus ſis, qui deum ſanctũ voces patrem. Per vitæ enim ſanctimoniam nobis peruius eſt ad eum ſanctum ac familiaris aditus. Si ſancti filius cupis eſſe, ſanctitas te in filium adoptet. Afferte itaque domino, non omnes, neq; ex omnibus, ſed filij dei. Eximia quædam dona quæſiturus eſt, & hac gratia eximios eligit qui offerãt. Etenim ne cogitationes tuas deĳciat in humum, neu te arietem faciat, nimirum quadrupes rationis expers ac balatile animal inquirere, quaſi ſperes iſtius animalis victimatione deum placatum iri, ait: Afferte domino filij dei. Neq; enim opus iam filio: vt filium offeras: ſed ſi magnũ quid eſt filius, & magnum quid & dignũ filij charitate & paterna dignitate, illud quod offertur addecet eſſe. Filios itaque, dicit, arietum afferte, vt ipſi qui à vobis offerũtur, vbi filij ſunt arietum, in filios dei

B mutentur. Aries enim animal imperium retinẽs, ac princeps viam præit ouibus ad edulem & paſcuam pabulationem, ad aquarum peramœnam refocillationem, ad ſtabulũ inſuper & caulas. Tales enim quidã ouilis Chriſti præſides ſunt, præeuntes gregi dominico ſe conferenti ad carpenda ſpiritualis doctrinæ floruléta & odoratiſsima pabula, qui ſibi creditas oues rigẽt ſuppeditante illis aquam viuam ſpiritu ſancto & eas adoleſcere faciant, atque ad proferẽdos ex ſe fructus enutriãt, qui viam præmonſtrent ad requiem perennẽ contendentibus, eaſdemq́ue ab inſidiantium impoſturis præmuniant ac tueãtur. Horum igitur filios à dei filiis adduci vult domino ſermo hic. Quòd ſi arietes hi ſunt, qui reliquo gregi præmuniunt rectitudinis viam: vtique horum filij erunt, qui propenſiore bonorum operũ ſtudio & exercitatione fuerint per præſulum doctrinam formati & inſtructi ad vitam ſecundum virtutem inſtituendã. *Afferte* igitur *domino filij dei, afferte domino filios*

C *arietum.*) Didiciſti, quo cum ediſſerit hæc & loquitur propheta? Didiciſti de quibus? Nunc docet quid. *Afferte domino*, inquit, *gloriam & honorẽ.*) Quomodò autẽ nos qui terra & cinis exiſtimus, magno domino gloriam afferimus? quomodò & honorem? Gloriam quidem, per bona opera, quũ opera noſtra ſplendore probitatis irradiarint hominum oculis, ſic vt perſpectis operibus noſtris homines glorificent patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. Sanè per ſobrietatem, perq́ue ſanctimoniã eos peculiariter contingentem, qui ſe ex profeſſo obſtrinxerunt tuẽdæ religioni, poteſt quis afferre gloriam deo, iuxta Pauli admonitionem dicentis:

Nõ legitur in exẽplari.

Hoc adeſt, quæ excuſſa cucullo virginis Chriſto ſacras retrò-bitis ſub iugũ nuptiale, & planè inceſtos & ſacrilegos.

Glorificate deum in membris veſtris. Hanc item gloriam dominus requirit ab iis qui in ſe credũt, & adoptionis gratia ſunt dignati. Filius enim, inquit, glorificat patrem. Et: Si pater ſum ego, vbi eſt gloria mea? Honorem affert deo is, qui ſecundum prouerbium, ex iuſtis laboribus & primitiis ſuæ iuſtitiæ eum honorat. Omnis item qui de diuinis pro decoro ediſſerti, ſic vt nuſquam deerret aut excidat à recta notione, quæ de patre tenenda eſt, de diuinitate vnigeniti, & de ſpiritus ſancti maieſtate: ſanè hic affert domino gloriam & honorem. Gloriam verò hanc intendit & auget qui rationes aſsignare poteſt, quarum gratia omnia D creata ſunt, & per quas continentur omnia & cõſeruantur ab ipſius prouidentia ad quæque minutiſsima pertingente, iuxta quas etiam rationes iudicio eius ſiſtẽtur omnia, exacta eiuſmodi diſpenſatione. Qui inſuper dilucidis rationibus, citraq; confuſionem vllam per ſe poteſt contemplari ſingula: nec id ſolùm, ſed & quæ fuerit contemplatus, eadem quoque poteſt & aliis exprimere, putà de dei bonitate, deq́ue eius iuſto iudicio: hic ille eſt, qui affert domino gloriam & honorem, nimirum vita vſus quæ huic ſuæ contemplationi concinnè reſpondeat. Iſtiuſmodi enim viri lux coram hominibus verbo iuxtà opere ac eluceſcit, perq́ue eam omnigenûm præclarè actorum celebritatem pater qui in cœlis eſt, glorificatur. Non is porrò affert domino gloriam & honorẽ, qui humanam hanc gloriã attonitus miratur: non item qui argentum in pretio habet, non qui corporis voluptates magni æſtimat, non quiſquis abhortẽtia à pietate & dei cultu demiratur dogmata. Quemadmodum enim per bona opera domi- E no afferimus gloriam: itidem ex contrario eam ipſam auferimus per malignitatis & nequitiæ opera. Quid enim dicit peccantibus? Nomen meum per vos blaſphematur inter gentes. Et rurſus apoſtolus: per præuaricationem legis deum inhonoras. Legiſlatori ſiquidem cõtumelia eſt deſpectio legum atque contemptus. Domus ni ritè gubernetur, nimirum in qua indignatio & clamor ſint, contumelia itẽ, riſus, voluptas, prodigus ac profuſior luxus, immundicia & ex cõſuetudine flagitioſa ſcortatio: eorũ quæ fiunt ignominia atque turpitudo in eum regeruntur ac reſiliunt, qui domui præſidet. Conſentaneum igitur fuerit, ipſi vt intelligamus, quoniam deus quemadmodum per efficacem & bonam operationem glorificatur: ſic & per malignã & flagitioſam inimicus. Quando enim ſumens membra Chriſti, facio membra meretricis, tunc gloriam ab eo qui me ſeruat, ad cũ transfero qui me perdit. Nam quicunq; Chriſto nõ credit, gloriam incorruptibilis dei in ima- F ginem corruptibilis hominis, & volucrum, & ſerpentum, & quadrupedum, quæ ſunt in terra, commutat, vt ait apoſtolus. Quiſquis colit creaturam ac veneratur præter creatorem: nõ deo, ſed creaturis affert gloriam. Itaque creaturam dicens aliquid eſſe, dein procidit illi & adorat: ſuam ipſe nouerit ſortem cũ qua ordinabatur. Cum timore igitur prouideamus, ne dum gloriam & exultationem afferimus diabolo per peccatum: ipſi cũ eodem æternæ addicamur cõfuſioni. Quod enim peccatum in illius cedat gloriam, qui ad peccandum efficaciter nos promouet: per ſimilitudinem

γνώμη *cõtemnẽ* *es legem*

hanc

hanc, quid mihi dicatur, expende: Duo inter ſe duces cōſerant pugnam ſeque adoriantur, vt quidem primùm agmen hoc ex altero retulerit victoriam, qui victori exercitui præeſt, nullo controuertente is ex hoſte palmarem reportat gloriam. Siquando contraria acies præualuerit, ad illius quoque ordinis ducem victoriæ honos trāſfertur ac recidit. Sic & in tuis benefactis dominus eſt, qui laudatur. In his autem quæ perperam

A agis, aduerſarius eſt. Nolim longiùs abs te cogites conſiſtere hoſtes tuos, neque eminus oculos in duces quaſi in ſcopum quendam intendito: tibiipſi tantùm attēde, & omnem ſimilitudinis veritatem inuenies. Quando enim mens cum affectu vitioſo luctatur, ſi quidem intentis viribus & attentione ſolerti vicerit: de eiuſmodi animi intemperie refert victricem palmā, Deúmque velut inſigni corona redimit & condecorat. Contrà, ſiquando ſiueris te per lenteſcentem animi molliciem ſubſterni voluptatum illecebris, iam in ſeruitutem abriperis & captiuitatem peccatorum, gloriam per hoc addēs inimico, elationem, & ſuperbiæ occaſionem. *Adorate dominum in aula ſancta eius.*) Poſt oblationem fructuum eorū quæ requiruntur, neceſſaria adoratio: quæ quidem non extra eccleſiam, ſed in aula dei perficitur. Ne mihi priuatas iſtas aulas, neu ſynagogas excogitetis. Vna eſt aula ſancta dei, in qua priùs Iudæorum ſynagoga conſtitit, ſed poſtquam ſcelus in Chriſtum admiſerunt, facta eſt illa eorum ſtatio deſolata. Idcirco dominus, & alias oues, inquit, habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, de illis lo-

B quens, qui ex gentibus prædeſtinati ſunt in ſalutem, præter Iudæorū aulam proprium ouile propriamque aulam oſtendit. Non itaque extra ſanctam hanc aulam, ſed in ipſa adorare deum licet. Quòd ſi quis ab iis qui ab ea alieni ſunt, tractus atque illectus fuerit, intra hāc aulam deſinet eſſe. Plures enim ſpeciem orationis præſerre videntur, qui tamen in hac aula non ſunt propter mentis euagationem & diſtractionem quæ fit per inanes curas. Potes & aulam quoque cœleſtē illā intelligere vitam. Idcirco plantati hic in domo domini, quæ eſt eccleſia dei viuentis, ibi in aulis domini dei noſtri florebunt. Qui autem ventrem mundi gloriam ſeu argentum, vel aliud quod ex omnibus magis honorat, deum fecerit: non adorat dominū, neque in aula eſt ſancta, & ſi dignus videatur qui intra ſenſiles iſtos aliorum conuentus admittatur. *Vox domini ſuper aquas.*) Multis in locis nomen vocis poſitū liceat inuenire. Itaq; vt intelligamus quæ ſit vox domini, operæpretiū fuerit pro viribus, ex ſacra ſcriptura colligere, quæ de voce ſcripta ſunt, vt illud eſt in oraculo Abrahæ reddito, ſtatim facta eſt vox, dicens: Non erit hic hæres tuus. Et in Moſe: Omnis populus

C videbat vocem & lampadas. Et apud Eſaiam rurſus: Vox dicentis, clama. Vox quidem apud nos eſt, vel aër percuſſus, aut certè quæ circa aërē fit, ſenſilis repræſentatio quædam, quam vult ille repræſentare & exprimere, qui pronuntiat. Quid igitur eſt vox domini? An percuſsio circa aërem intelligi debeat, vel aër ipſe percuſſus ad aures eius penetrās, ad quem fit vox? aut neutrum iſtorum eſt, ſed alterius generis quædam concepta apprehenſione eorum hominum, quos vult deus ſuam vocem audire, ita vt eiuſmodi imaginatio iis ſeruet proportionem quæ ſæpenumero cōtingunt per inſomnia. Quemadmodum enim non percuſſo aëre, quandam verborum & ſonorum memoriam in phantaſia per ſomnum accipimus, dum vocem non per auditum, ſed per ipſum cor noſtrum formatam haurimus, talem quandam oportet ex deo vocem putare ineſſe prophetis. *Vox domini ſuper aquas.*) Quatenus quidem ad

ſenſibile attinet, nubes ſimul atque differtę aquis D fuerint: inter ſeſe colliduntur ſonumque ædūt & ſtrepitum ingentem. Vox domini, inquit, ſuper aquas. Sicubi etiam ſonitus aquarum diruptarum quibuſdam obuerſantibus & cōtranitentibus fit, & ſi mare ventis turbatum exæſtuet, violentumq; murmur emittat: inanimata illa elementa vocem habent à domino, oſtendēte ſcriptura, quòd vniuerſa creatura tātum non clamans creatorem ſuū deprædicet. Et cum tonitrus ex nubibus obſtrepit, nihil eſt aliud putandum, quàm quòd deus maieſtatis intonuit, & quòd dominus eſt is qui per ſeipſum humidam continet naturā. *Dominus ſuper aquas multas.*) Didicimus enim in mundi creatione aquam eſſe ſuper cœlos. Aquam rurſus abyſſi, aliam rurſus aquam, nempe congregationes maris. Quis igitur alius eſt, qui hæc continet, nec ſinit ea iuxta ſuæ inclinationem naturæ ſidere ac ferri deorſum: quàm dominus, qui nihil nō pertingit, qui aquarum habet imperium? Forſan & ſecretiore modo vox domini ſuper aquas erat, quando baptizato filio facta eſt supernè vox: Hic eſt filius meus dilectus. Tunc enim dominus ſu-

per aquas erat multas, eas per baptiſmum ſancti- E ficās. Deus autem maieſtatis & gloriæ magna teſtimonij ſui voce ſupernè intonuit. Et ſuper eos qui baptizantur, hæc à domino vox relicti elogij editur: Euntes in mundum vniuerſum baptizate in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. *Vox domini ſuper aquas.*) Fit autem tonitrus quando ſpiritus ſiccus & violentus in nubis concauitate relictus vehementi ac peracri impetu per concaua nubium impulſus circumuoluitur, exitum & eruptionem quærens. Nubes autē reſiſtentes ex vehementi cōſtrictione aſperū illum ſonitum ex incluſi ſpiritus vehemēti affrictione ſine colliſione emittūt. Quoniā verò veluti bullæ tumefactæ ac vēto explicatæ atque reſeratæ amplius reſiſtere ac retinere nequeunt, tunc violenter diſruptæ ventumque expirantes ad externam reſpirationē edunt tonitruum ſtrepitus. Hoc ipſum aſſolet efficere & fulgur. Dominus itaque ſuper aquas exiſtens, & magnos ſtrepitus tonitru faciēs, in molli aëris natura tantam vocis magnitudinem parit. Poteſt etiam & eccleſiaſtico ſermone tonitru ea doctrinæ traditio dici, quæ poſt baptiſma intonante euangelij voce in eas transfunditur animas, quæ aſpirant ad perfectionem. Quod autem F tonitrus ſit euangelium, oſtendunt diſcipuli à domino per metaphoram, filij tonitrui appellati. Quamobrem non cuilibet vox tonitrui talis cōpetit, ſed ſi quis dignus fuerit rota nominari ei conueniet. Ait enim: Vox tonitrui in rota, ſi quis fuerit ad anteriora contendens veluti rota, modica ſui parte terram attingens: & omninò talis, qualis erat ea de qua rota dixit Ezechiel: Vidi, & ecce rota ſequens animalia quatuor, & aſpectus

Super aquas. *Quomodo fit tonitrus* *Vox tonitrui in rota.*

rotarum & factura earum quaſi ſpecies Tharſis. Deus ergo *maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas.*) Aquæ item ſancti ſunt, quoniam & ex eorum ventre flumina fluunt, hoc eſt, ſpiritualis doctrina animas irrigans audientiũ. Et rurſus accipiunt aquam ſaliẽtem in vitam æternam, quæ & in his qui eã rite acceperint, efficitur fons aquæ ſaliẽtis in vitam æternam. Super iſtiuſmodi ergo dominus aquas eſt. Reminiſcere item Heliæ hiſtoriæ quando tribus annis & ſex menſibus clauſum eſt cœlum, & ſerenitate exiſtente ſuper verticem Carmeli, audiit Helias vocem aquarum A multarum, paulò pòſt tonitrus ſimul & aquæ inſecutæ, ex nubibus fluentes. *Dominus* ergo *ſuper aquas multas, vox domini in virtute.*) Sicut in rota vox fit, ſic in virtute vox domini conſiſtit. Qui enim cuncta facere, ac tolerare prçualet in eo qui ipſum confortat, Chriſto: is eſt qui domini audit facitque mandata. Vox igitur domini non in debili diſſolutaque ac molli anima, ſed in ea quæ ſtrenuè & viriliter quod bonum eſt, perficit. *Vox domini in magnificentia.*) Magnificẽtia virtus eſt, quæ circa res magnas decorè verſatur. Qui igitur ſeruato decoro res magnas obit & conficit, talis magnifici nomenclaturam promeretur audire.

Dominus ſuper aquas. Aquæ ſpirituales, ſancti doctores

In magnificentia.

Sanè anima cum à ſeruili prudentia carnis ſe aſſeruerit in libertatem, magnitudinemque ac dignitatem ſibi conuenientem ex deo acceperit (modò quæ ſibi ſuppetunt, conſentiant) in hac fit vox domini. Qui igitur magnificas de deo cogitationes habẽt, ſublimes item de rerum creatione rationes ſpeculantur, huc etiam quatenus potue-B runt, incubuere, vt bonitatem diuinæ prouidẽtiæ qualicunque intelligentia conſequerẽtur: ad hoc, in faciendo ſumptu minimè illiberales aut ſordidi & in alleuanda fratrum neceſsitate munifici: ij demum ſunt magnifici, in quibus vox domini ſibi legit domicilium. Verè etenim magnificus, iſthęc corporalia omnia nihil ducit, ne tantilli quidem ea faciens, collatione inuiſibilium. Virum decenter magnificum nulla rerum fortuitarum circunſtantia mœrore cõficiet, conſtantiam ex eius animo calamitas prorſus nulla decutiet, nullave exturbabit intemperies. Non homunculorum improborum & deſpiciendorum peccata commouebunt. Non carnis impuritas humilem, & abiecto animo efficiet, cùm humilibus affectibus ac ſordidis qui locum apud eum ob mentis ſublimitatem non habent, minimè ſit obnoxius. Dicitur & quædam dei magnificentia, quemadmodũ illud: Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Qui igitur magnificè de deo ſentientes, ipſius deprædicant gloriam: hi ſunt qui & magnificentiam domini ſubuehunt laudibus. *Vox domini confringentis cedros.*) Cedrus enim quandoque, vt reliquis quidem arboribus longæuitate præſtantior & putrilagine ſuperior, & odorata, & obumbrãs C tectorium præbere apta, apud ſacra volumina laudatur. Quandoque verò vt infructuoſa & flecti neſcia, ſicque impij, adimplens ſimilitudinem in malam traducitur partem. Vidi impium (inquit propheta) exaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani: veluti & nunc accipitur, Vox domini cõfringentis cedros. Sicut enim in magnifica anima fit vox domini, ſic etiam temere inflatos ſuperbia tumidóſque ob ea, quæ in hac vita ſublimia altáve exiſtimantur, vt ſunt gloria, imperium, elegans corporis forma, vires ac robur, confringere deus dicitur. *Et confringet dominus cedros Libani.*) Qui enim ſe rebus ingerunt alienis, & per ea ſibi conciliant & adiciſcunt ſuperbiendi occaſionem, hi ſunt Libani cedri. Sicut enim cedri per ſe altæ cum ſint, per hoc quoque quòd in ſublimi quopiam monte prognatæ ſunt, ob montanæ altitudinis acceſsionem tantò efficiuntur ſplendidiores & eminùs ſpectandæ: ſic qui iſtius mundi rebus planè deciduis & corruptiuis nituntur, cedri quidẽ ſunt per mentis elationem ac faſtũ. Quin iidem appellari pro- D merentur cedri Libani, quòd aliena ſubnixi altitudine intempeſtiuo gaudio diffunduntur, & à terra terreniſq; rebus, quaſi à vertice Libani ſubuecti in ſublime, in ſuperbiam eriguntur & inſoleſcunt. Non autem omnes cedros confringit dominus, ſed Libani tantum: quoniam Libanus eſt idololatriæ locus. Quæcunque igitur animæ aduerſus dei ſciẽtiam extolluntur, ipſæ Libani cedri ſunt, & dignæ quæ conterantur. Sunt autem quædam cedri dei, quas arbuſtiuæ vites tranſlatæ ex Aegypto operiũt, ſicut in pſalmis didicimus: Operuit mõtes vmbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Quoniam verò vnà cum aliis de Chriſto tranſlationibus & vitis dominus noſter dicitur: Ego ſum (inquit) vitis, & vos palmites. Cedri dei ſunt illi, qui hactenus quidem ſteriles & apti ad cõburendũ fuerunt, vbi verò ſub velamen & integumentum Chriſti venerũt, illumque veluti induti ſunt, per ipſius gratiã, propriæ vitæ ſterilitatem contegunt. Cedros ergo dei arbuſta fructuoſa circum- E plexa cuſtodiunt. *Cedros autẽ Libani conteret dominus, & cõminuet & tanquam vitulum Libani.*) Reminiſcere vituli apud Exodũ, quem ad ſectandam idololatriam efformarant, quem & comminutum dedit Moſes potãdum populo. Vituli itaque illius modò totum Libanum & in ipſo cõſuetudinem omnem idololatriæ inualeſcentem exterminabit. *Dilectus vt filius vnicornium.*) Vnigenitus filius dans mundo vitam, quandoquidem ſacrificium & oblationem ſeſe pro noſtris peccatis deo offert, etiã agnus dei nominatur, & ouis: Ecce agnus dei. Et rurſus: Vt ouis ad occiſionem ductus eſt. Quando verò punire vitia & potentiã generi humano incumbentem, efferatam illam, & exaſperatã euertere oportet, tunc filius vnicornium nominatur. Vt in Iob didicimus, vnicornis, eſt animal inſuperabili virtute, hominibus minimè ſubiectũ aut obtemperãs. Non enim loro ipſum aut vinculo ligabis, neq; dormiet ad præſepe, & multa alia de ipſius animalis libertate & indocilitate ad parandum hominibus, in ea prophetiæ parte dicuntur. Obſeruatum eſt autem quod in vtranque partem ſimilitudine vnicornis ſcriptura vtitur: quãdoq; enim laudatur, interdum verò vituperatur: Libera, inquit, ex gladio animã meã & F à cornibus vnicornium humilitatem meã. Populum ſeditioſum & bella promouentem deteſtans hoc dixit, qui paſsionis tempore domino rebellauit. Rurſus: Exaltabitur (inquit) ſicut vnicornis cornu meum. Videtur itaque propter vlciſcendi alacritatem quæ iſti ineſt animali, ſubinde trahi ſimilitudo peiorem in partem. Ob ſublimitatem verò cornu, & libertatem eius in bonam accipi partem:

Vox domini confringentis cedros.

Collatio elegans.

Cedri Libani.

Collatio.

Chriſtus vitis vocatur

Vnicornium filius.

Vnicornis per partem.

Vnicornis acceptio in corpore

partem:& demum Cornu multis in locis ſacri eloquij, pro gloria vſurpatum inuenimus, vt eſt illud: Exaltabit cornu populi ſui. Et, Cornu eius exaltabitur in gloria. Vel pro virtute & fortitudine, vt, Protector meus & cornu ſalutis meæ. Chriſtus verò virtus eſt dei: ideóque tanquam vnum habens cornu, videlicet vnam cum patre communẽ virtutem, vnicornis appellatur. *Vox domini intercidentis flammam ignis.*) Intercidit enim ignis flámam, ſecundum hiſtoriam trium puerorum apud Babylonem, quando caminus ſupra cubitos xlix. ſeſe effuderat, eóſque qui circunſtabant, ambuſſit omnes. E diuerſo eadem flamma dei præcepto intercisa in ſe recepit ſpirantem auram, nempe perquàm ſuauem ac iucundiſſimam reſpirationem atque refrigerationem pueris tribuens veluti ſub vmus alicuius arboris peramabili vmbra, tranquillo ac requieto in ſtatu cóſtitutis. Facta eſt (inquit) flamma, veluti ſpiritus roris ſuaui ſpirans ſibilo. Longè eſt admirabilius ignis naturam intercidi, quàm mare rubrum in partes diuidi. Attamen domini vox ignis continenter ſibi cohæreſcentem atque vnitam naturam intercîdit. Quanquam igitur indiuiſibilis & inſecabilis humanis ſenſibus videatur ignis, veruntamen ad præceptum domini interciditur ac diuiditur. Exiſtimo autem quòd ignis ad ſupplicium diabolo & angelis eius paratus domini voce interciditur. Quoniam duo ſunt in igne potiſſima, vſtiua vis & illuſtratoria. Vis prior ignis acerrima quidem ad pœnas irrogandas, repoſita eſt his qui vſtione ſunt digni. Altera nempe ſplendiſſlui ſui luminis diffuſiua velut ſortitò
B ſuccedet iis, qui claritate perfruituri ſunt gaudij perennis. Vox itaque domini intercidentis flammam ignis ac diuidentis, ita vt obſcurus quidẽ ſit ignis ſupplicij, vi verò comburendi careat lux illa refocillationis. *Vox domini cõcutientis deſertum.*) Beneficij loco ita diſpenſatur deſerto cõcuſſio illa à domino, vt permutata ſolitudine ea tellus inhabitetur, & poſito ſterilitatis probro, laudẽ multos pariendi filiós recipiat. Multi enim filii ſunt deſertæ magis, quàm illius quæ virum habet: & illa quæ aquarum ſpiritu referta eſt, quæ olim erat deſolata, in ſtagna aquarum mutatur. *Et commouebit dominus deſertum Cades.*) Non igitur omne deſertum commouet, ſed tantum Cades, hoc eſt ſanctificationis. Cades enim ſanctificatio interpretatur. *Vox domini præparans & perficiens ceruos.*) Pari ratione, cum prioribus æſtimanda ſunt etiam iſta de ceruorũ abſolutione dicta, quę vox domini operatur. Quoniam talem hoc animal na
C turæ conditionem ſortitum eſt, vt nullo veneno ſerpentis lædi queat: cui remedio eſt ſiue purgationi ſi forte in id inciderit (quemadmodum aiũt qui talia obſeruauerunt) vipera deuorata. Omnia verò venenum eiaculantia iniquis & aduerſis virtutibus in ſacro eloquio comparantur, dicente domino: Dedi vobis poteſtatem conculcandi ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici. Quin & Pſalmus promittit prophetæ, quia Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Neceſſarium eſt, vt ſi quando audiamus nomen cerui in diuinis libris, id verbi in optimam trahamus ſimilitudinem. Nam & Montes excelſi ceruis: Et, Deſiderat ceruus ad fontes aquarum: quando & iuſtus omnis in altiſſimis ſibi deligit conuerſationem, deſtinatum ſiue ſcopum perſequens ad brauium ſupernæ vocationis, & ad potabiles fontes recurrit, prima Theologiæ principia requirens. Trahit itẽ ceruus oris reſpiratione è cauis animalia venenata latentia, quæ vi ſpiritus ſui ex ipſis quoque luſtris extrahit. Quemadmodum ſanè & aquila dicitur ſanctus, quod arrecto incedat ac ſublimi animo & à terra longiùs diſtante. Sic & ouis dicitur ſanctus, quia manſuetus, ac ſua diſpertit in commune. Dicitur aries, quòd cæteris præſit: Columba, propter innocentiam: Itidem ſanctus ceruus ob id dicitur, quòd aduerſetur improbitati & nequitiæ: ideo Salomon ait: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum tecum verſetur, docens planè nos, prædictos hoſce ceruos aptos D
ad theologiæ doctrinam eſſe. *Vox domini præparans ac perficiens ceruos.*) Quando igitur aliquem dei hominem perfectum & abſolutum viderimus vtilitatem ex eius congreſſu & conuerſatione ſectemur. Nam vbi cerui pręſentia eſt, omnium ibi ſerpentium malitia fugatur. Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad ſuffitum cornu ceruini ſecedunt reptilia. *Et reuelabit condenſa.*) Primùm vox domini omnibus concinnat & abſoluit numeris ceruos, deinde reuelat condẽſa: hoc eſt, locos ſyluoſos, & agreſti ac infrugifera lignorũ materia differtos & conſpiſſatos, ad quos plerunque venenata animantia cófugere ſolent. Quoniam igitur perfectus iam eſt ceruus per eá perfectionem quæ eſt à domino, iuſtus, qui illi aſſimilatur, reuelat cõdenſa, vt nudi & omnium oculis expoſiti prodantur, qui vitam noſtram ſuis lædebant corruptelis. Et quoniam omne lignum E
non faciens fructum bonum inciditur à ſecuri, & in ignem mittitur: neceſſe eſt, vt inhorreſcẽtes & condenſæ ſyluæ, animæ videlicet ſylueſcentes, in quibus quaſi feræ quędam, affectiones multiuarię peccatorum illatebrant, à verbo dei, quod omni gladio ancipiti cæſim penetrat acutiùs, purgẽtur. Quoniam autem plures homines curis humanis aggrauati, veluti quandam terram ſpinis opertam ſuas gerunt animas oneratas, vnde nec ſinunt eas enutriri ad proferendam diuini verbi frugem: reuelat dominus condenſa: hoc eſt, curarum exiſtentium in vita deformitatem & fœditatem & incommodum aperit, vt loco qui de bonis ac malis eſt, veluti ſyluoſis arboribus elucato & aperto non habeant homines, quo de agẽdis iudicia per inſcitiam peruertant. Multi nanque bona vbi laborioſa vident, mala exiſtimant. Mala è diuerſo ob inſitam voluptatem, vt bona perſequuntur. Ex F
quo infinitus occupat mortales error. Referunt enim naturam bonorum ligna fructifera, & nunnes cedri quæ ad laudem accipiuntur. Malorum verò condenſa, ne decipiantur qui aliquem in eis fructum inuenire ſe putant, reuelat ac manifeſtat dei vox. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.*) Audiant hæc pſalmi verba & confuſi ſuppudeſcãt ij, qui in templo prolixiſſima intertexunt colloquia. Quid dicit pſalmus? Qui in templo dei eſt, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obſcœnis rebus differtos ſermones pronuntiet, ſed in templo eius quiſque dicet gloriam. Aſſiſtunt verba deſcribentes angeli, adeſt & dominus affectus inſtantium conſiderans. Preces cuiuſlibet deo manifeſtæ ſunt.

Cornu vt accipitur in ſacris...

Collationes

Et reuelabit cõdenſa

In templo non inaniter fabulandum.

Alius ex affectu tantum orat, alius ſcitè ac prudēter cœleſtia quærit: quidam perfunctoriè nec acri attentione ſummis labris verba loquitur: cor autē eius procul à deo eſt, & ſi etiam orat, carnis tamē proſperam valetudinem, corporis bona, inſuper diuitias & gloriam quærit humanam. Oportet autem nihil horum committere in templo, vt ſermo dei docet: ſed in templo eius quiſque dicet gloriam. Cœli enarrant gloriam dei. Angelorum opus laudare deum: omnibus denique cœleſtibus exercitibus vna hæc cura, gloriam tranſcribere creatori. + Reliquæ item creaturæ omnes, ſiue cœleſtes, ſiue terreſtres, ſeu rationales, ſiue rationis expertes, demúmque inanimatæ, ſeu voce ſiue geſtis aut aliqua ſignificatione ſummum omnium conditorem deum extollere ac prædicare videntur.

Fanus dei, opus angelorum. ἀχρονύμως.

** Non habentur hæc in exēplari Græco. Locus ſanè intelligendus.*

A

Homines verò miſerabiles relictis ædibus ſuis ad templum concurrunt, quaſi emolumenti quicquam inde laturi, cum tamen nec accommodent aures verbis dei, nec ſuæ intelligant conditionem naturæ, nec peccato quopiam præoccupati mœrore afficiuntur, ac ne tum quidem contriſtantur, quum ad memoriam quæ admiſerunt, recurrunt. Nullo corripiuntur diuini iudicij metu: adeò vt ſibi arridentes, ſuáſque prenſantes dextras, domū orationis in locum vertant effuſiſſimæ loquacitatis, minùs obtemperantes Pſalmo huic conteſtanti ac dicenti: In templo eius omnes dicent gloriā. Tu autem non ſolùm nō dicis, ſed alteri cuipiam impedimento es: eúmque tibi vni reddis attentū, dum obſtrepero tuo clamore obtundis & exuperas perſonantem ſpiritus ſancti doctrinam. Vide ne quum hinc emigraris, loco mercedis recipiendæ pro diuinis laudibus: vnà cum iis qui nomen dei execrantur & blaſphemis vocibus inceſſunt, condemneris. Pſalmum habes, Prophetas, Euangelica præcepta, Apoſtolorum prædicationes.

B

Lingua pſallat, mens ſenſum eorū quæ dicta ſunt, ſcrutetur: vt pſallas ſpiritu, pſallas item & mente. Nō enim gloria deus indiget, ſed vult te dignum reddi, qui olim laudem & gloriam promerearis. Quod enim ſeminat homo, hoc & metet. Seminat diuinæ laudis & gloriæ ſementem: vt coronas honores laudéſque in regno cœlorum metas.

ἐν παρα-ſάσει.

Hæc itaque per digreſſionem à nobis nō quidem ab re neque inutiliter ſint dicta de eo quod hic dictum eſt: In templo eius quiſque dicat gloriam, ob hoc, quòd quidam in templo dei nullo vnquā fine ſe totos effundunt in futiles & aniles nugas ac proinde nullo ſuo fructu illud ingrediuntur, atque adeo vtinam fruſtra tantùm ſubirent templum, non etiam magno ſuo incommodo. *Dominus diluuium inhabitare faciat.*) Diluuium aquæ inundatio, omne ſubiectum delentis, omne item quod prius ſordium colluuie ſqualebat, repurgantis. Baptiſmi itaque gratiam diluuium nominat, quo fit vt anima peccatis abluta & purgata excuſſo à ſe veteri homine, domicilium deinceps fiat accommodum deo in ſpiritu.

C

Meæ huic expoſitioni concinnunt ea quæ in pſalmo triceſimoprimo conſcripta ſunt. Poſtquam enim dixit. Delictum meum cognitum tibi feci, & peccatum ſine iniuſtitiam meam non abſcondi, & item hoc: Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: ſequitur: Veruntamē in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Non enim deinceps peccata appropinquant ei, qui iam accepit baptiſma in remiſſionem peccatorum, per aquam & ſpiritū ſanctum.

τῶν ἀνομιῶν ἐγνώρισα.

Huic ſententiæ cognatum & affine quiddā in Michez prophetia inuenitur: Quia volens miſericordiam eſt. Conuertet ſe, & miſerebitur noſtri. Demerget peccata noſtra, & proiicientur in profundum maris, & ſedebit dominus rex in ęternum. Splendenti nanque animę ſtatim poſt diluuium baptiſmi deus inſidēs, veluti thronum eam ſibi conſtituit & efficit. *Dominus fortitudinem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.*) A peccatore populo dominus robuſtum auferet & robuſtam: è diuerſo populo iuſtitiam ſedulò operanti ſuggerit vires & robur. Ideo dicitur: Omni habenti dabitur. Iam quiſquis animum cōfirmauit ad efficacem perfectionem bonorum operum, is vtique dei benedictione efficitur dignus. Inter porrò benedictionis diuinę ſpecies pax perfectiſſima eſſe videtur, quum ſtatus ſit mentē procul intemperie omni conſtabiliens: adeò vt pacificus vir hoc inſigni tanquam propriis notis internoſci poſſit, ſi quidem ſedatis eſt & peramœnis moribus: contrà, qui adhuc compugnantium affectionum fatigatur intemperie, is nondum effectus particeps eſt diuinæ illius pacis, quam dominus ſuis dedit diſcipulis, quæ cum omnem exuperet ſenſum, vtique illorum præmuniet & tuebitur animas qui ſe ea prǽſtiterint dignos. Hanc denique Apoſtolus apprecatur eccleſiis, dicens: Gratia vobis & pax adimpleatur. Sanè optandum ſit, ut poſt exantlatum & legitimè toleratum vitæ iſtius agonem, poſt prudentiam carnis in ſeruitutē redactam, quæ aduerſus deum inimicitias exercet anima in tranquillam & ab omni turbela diſſitam ſtationem recepta, promereamur appellari filij pacis, ac diuinæ illius benedictionis effici participes, In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Baptiſmi ex collatione.

D

E

DIVI BASILII HOMILIA IN eundem pſalmum: Adorate dominum in aula ſancta eius.

EVm addecet adorare dominum, non qui extra ſanctam eius aulam, ſed qui intra eam ſit conſtitutus: Hoc eſt, quiſquis debet deo offerre ſyncere adorationis cultum, ne egrediatur aut abalienet ſe ab eccleſiæ cœtu, ne ſit autor nouandæ vllius peruerſæ congregationis aut ſchiſmatis aduerſus eccleſiam concitandi. Neque enim cōuenit. Quemadmodum autem ſe adornat quis & inſtruit domum domini, dei templum vt ſit: ita & aulam eius ſiue atrium vndique poteſt cingere ſeipſum quaſi muro quopiam communiens vita, ſermone, diuinis cogitationibus, in ſeipſo adorans deum, ſufficientem in ſe tum habeat & idoneam occaſionem exhibendæ ei culturæ, cùm ex ſtructura corporis, tum ex moderanda diſpoſitione virium animæ. Iam verò & dominus de Iudæorum atrio & ouili loquutus, dixit, Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, oſtendens nimirum & aliud quoddam ouile, verè ſanctum eſſe, in quod congregandæ ſint oues Chriſti,

Aulā Ecclesiæ cum tuis aſſeclis.

Anima & templū eſt dei & aula eius.

F

ij vi-

ij videlicet, qui ex gentibus ad ſalutem ſunt prædeſtinati, hoc eſt, Eccleſiam hanc, in qua veri adoratores adorant in ſpiritu & veritate. Nemo verò eorum, qui aliud quid præter deum, honore diuino colit, deum adorare poteſt in atrio ſacto eius. Deos autem conſtituunt, alij ventrem, Quorum, inquit, deus venter eſt, alij argentum, qui videlicet auaritiæ, quæ idolorum ſeruitus eſt, addicti ſunt. Et quiſque ſanè, quod omnium potiſſimum colit, illi gloriam aſſignat diuinam. Talis autem nũ eſt in atrio ſancto, neque adorat deum, etiam ſi à ſenſibili conuentu videatur ſeparari non poſſe.

A *Vox domini ſuper aquas.*) Operæpretium eſt, vt intelligamus quid ſit vox domini quoad fieri poteſt, adducere ex diuina ſcriptura quæ de voce ſunt ſcripta. In Geneſi itaque verbum domini ad Abraham conſcriptum inuenimus. Ego, inquit, protector tuus ſum, merces tua multa. Et reſpondit Abraham, Domine quid dabis mihi? Ego verò morior ſine liberis: Et poſt pauca. Et ſtatim facta eſt vox ad ipſum. Rurſus in Exodo, Stent parati in tertium diem. Et quando cœperint audiri voces, & tubæ, & nubes, aſcendent illi in montem. Et poſt decalogum, Omnis verò populus videbat vocem ac lampadas, & vocem tubę. In Eſaia quoque ſcriptum eſt, Vox dicentis, clama. Eſt itaque vox percuſſio aëris, aut ſpecies illa circa aërem, quam exprimere vult qui vocem emittit. Qui per carnis organa inter ſe ſermocinantur, verberantes aërem, & velut impreſſionem quandam ac ſpeciem imprimentes aëri, vocem vi ſpiritus ad aures vſque illius impellunt, ad quem loquuntur. Vox verò domini alterius eſt generis, propterea quòd imaginatione cum illis agit quos vult audire vocem ſuam, ita vt analogiam imaginatio iſta

B habeat cum ea quę in ſomnis accidit. Illic nanque ſenſus eorum quæ dicuntur non per aures verberato extrinſecus aëre apprehenditur, ſed mens ipſa intellecta excepit, quæ in memoria eorum quæ conſiderata ſunt, permanere ſolent. Facta eſt itaque vox ad Abraham, quoniam aures habebat, quibus pręcepta dei audire poterat, arcano modo intonante illi voluntate diuina. Vox verò illa, quę ad populum facta eſt, viſio erat, hoc eſt, cognoſcibilis & omnibus intellectu cõprehenſibilis. Non enim colore aliquo colorata erat & circunſcripta erat vox iſta, vt ore prolata vox percipi poſſet oculis, ſed videbat populus vocẽ: propterea quòd præceptum domini lucidum eſt illuminans oculos, neque vlla ineſt iis quæ dicuntur obſcuritas. Et Eſaiæ quoque facta eſt vox dei, præcipiens ac dicens, clama, quod idem eſt atque, mens prophetæ à potentia, quæ illi indita eſt à deo, inſtruebatur. *Vox domini ſuper aquas.* Quę vox? Super quas aquas? Dictum hoc vt propheticum ſumendũ eſt. Memor eſto Ioannis, qui cum interrogatus eſſet

C à Iudæis, Tu quis es? Quod reſponſum dabimus his, qui miſerunt nos? reſpondit, Ego vox clamantis in deſerto. Eſt ergo Ioannes vox domini, Angelus à deo miſſus ante faciem domini, ad parãdum domino populum perfectum. Ipſa itaque vox dei erat ſuper aquas in Iordane, in quo baptizabat Ioannes prædicans baptiſma pœnitentiæ. Et non in Iordane tantum, ſed & in Enon prope Salẽ. Multum enim illic aquarum erat. Vox igitur domini ſuper aquas, Ioannes eſt baptizans. Illic & deus maieſtatis intonuit. Venit enim vox è cœlo dicẽs, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Tunc & dominus ſuper aquas multas erat cum ad Ioannis vſque baptiſma ſeſe demittere dignabatur, vt vniuerſam legis iuſtitiam adimpleret. *Vox domini in virtute.*) Aufert enim infirmitates populi per baptiſmum pœnitentiæ, per ipſum in aqua baptizans ad pœnitentiam. Illud in virtute, vox eſt dicens, Pœnitemini: appropinquauit enim regnum cœlorum. Et facite fructus dignos pœnitentiæ. Aut fortè vox in virtute erat, qua domino verè potenti ac forti Ioãnes teſtimo- D nium dabat dicens, Ego baptizo in aqua: qui verò poſt me venit, fortior me eſt. Ipſa itaque vox virtuti teſtimonium dabat. *Vox domini in magnificentia.*) Quando magnifica myſteria Ioannes de Ieſu prædicabat dicens, Vidi ſpiritum ſanctum ſicut columbam deſcendentem ac manentem ſuper eum. Et iterum, Quoniam de plenitudine ipſius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sublimes nanque ſunt iſtæ aquæ, & magnitudinem gloriæ vnigeniti exprimentes. Eóque vox domini erat in magnificentia. Magnificum verò illud & erat quod dicebat Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ille enarrauit. Multa & alia magnificè de domino loquutus deprehenditur, vt pote, Non poteſt homo accipere quicquam: niſi ſit illi datum è cœlo. Magnificum & hoc erat quod dicebat, Qui è ſupernis venit, ſuper omnes eſt. Et illud, Qui teſtimonium ipſius accepit, is ſignauit, quòd deus verax ſit. Quem enim deus miſit, is verba dei loquitur. Et illud, Qui credit in filium, habet vitam æternam. Et quæcunque ſunt alia huiuſmodi. Nihil i- E gitur humile, aut quod abſit à decoro, ſed omnia magnificè, cum excellenti amplitudine de domino dicta ſunt, quæ decenter à Ioanne illi ſunt adſcripta. Hac ratione dictum eſt, Vox domini in magnificentia. Vox domini cõfringentis cedros. Poteſt hoc de eo exponi, quòd parans domino populum perfectum, impietatéſque illas, quæ cõtra cognitionem dei eriguntur & in ſublime extolluntur, conterens & demolitus, obliqua redegit in viam rectam. Qui nanque omnem collem, & quemuis montem humiliabat, is certè, & cedros confringebat, & omnia ad aduentum domini complanana exæquabat, dum ſublime, exaltatum, & neſciens humiliari cor populi ad pœnitentiam deducebat. Quam præparationem populi aduentu ſuo dominus excipiens, aduerſarias poteſtates, cedros libani tropicè dictas, confregit. Oportet nanque regnare dominum, donec ponat inimicos ſub pedes ſuos, & cedros iſtas, comminuat, & tanquam vitulum Libanum. Quid eſt autem vitulus? de Libano dicunt quod ſimulacrorum cultores, vitulorum imagunculas, quas ſibi in libano fingunt, ſicque eas admouebant igni. Itaque hoc ſenſu aduerſarias F poteſtates propheta meritò ad internecionem vſque delendas eſſe dicit. Aut vitulus eſt, qui in monte Libano per ignem liquefit, ſecundum quod dictum eſt, Sicut liquefit cera à facie ignis, ſic pereunt peccatores. Atque ita intelligere poſſumus, quid ſit confringi cedros illas, & quid comminui Libanum, ducem huius ſublimium cedrorum.

Comminutus

Comminutus aliquando eſt & vitulus ille in Exo
do, per Aaronem factus, quem olim effinxit po-
pulus cùm deſerto deo ad idololatriam ſe auer-
tiſſet, quem correptum Moſes minutatim confre
git, & in aquas coniecit. Ad hunc modum domi-
nus totum Libanum, hoc eſt, primarium malitiæ
principatum, cōminuit, ſicut vitulus ille per Mo-
ſen comminutus eſt. Et comminuit eas velut vitu
lum, Libanum. *Et dilectus ſicut filius vnicornium.*)
Poſt ſublatas aduerſarias poteſtates, declarabitur
A & conſpicua demum erit dilectio erga dominum
& potentia ipſius illuſtris erit, nemine aduerſario
rum amplius exiſtente, qui illam obſcuret. Prop-
tereà dicit, poſt iſtam comminutionem, dilectus
erit ſicut filius vnicornium. Eſt autem vnicornis,
animal imperioſum, domini non ſubditum, nul-
lis viribus domabile, perpetuò in ſolitudinibus a-
gens, vno cornu ſecurum. Quapropter & inſupe-
rabilis domini natura vnicorni aſſimilata eſt, cum
propterea quòd omnibus dominatur, tum quòd
vnum habeat ſuiipſius principium, nempe patrē.
Caput nànque Chriſti deus eſt. *Vox domini inter-
cidentis flammam ignis.*) Peccatum quod ignis in
ſtar Iſraëlem deuaſtabat, Ioannes intercidebat di
cens, Pœnitemini, appropinquauit enim regnum
cœlorum. Flammam itaque affectionum quæ ex
peccato animabus mortalium innaſcitur, interci-
dit, dum Iudæis de ſempiterno igne diſſeruit, iudi
ciique diuini vehementiam expoſuit dicens, Cu-
ius ventilabrum in manu domini, & repurgabit
aream ſuam, & triticum quidem reponet in hor-
rea, paleas autem comburet igni inextinguibili.
B Flammam itaque illam intercidit, vbi terribilia i-
ſta populo ob oculos expoſuit. *Et concutiet domi-
nus deſertum Cades.*) Erat enim Ioannes, baptizās
in deſerto. Deſertum igitur illud concuſſit, per ac
curſum vndique adfluentium populorum, quod
quidem deſertum propter eorum qui illuc venie-
bant pœnitentiam, ſanctum eſt appellatum. Ca-
des enim, ſi interpreteris, ſanctum dicitur. Vox i-
ſta domini abſoluit ceruas, animas videlicet ſan-
ctas, quæ ſublimia ſunt quærentes, quæ & ſerpen-
tes abſumunt, & in ſublimibus montibus commo
rantur. Iſtæ itaque nobis ſint animæ magnificæ,
ad faſtigium cœleſtis conuerſationis ex imo fun-
do leues & erectæ contendentes, quibus cum ad-
uerſariis poteſtatibus, quemadmodum ceruis cū
ſerpentibus, bellum eſt. Quin. *Et reuelat conden-
ſa.*) Vt in apertum prodeant & fiant manifeſti ſer
pentes qui ſub inumbratione denſarum & ſylue-
ſtrium arborum deliteſcebant: quò ad lucem edu
cti minore negotio à ceruis cōſumantur. Fortaſſe
quiſquis arcana quæpiam vitia coarguit, is reuelat
condenſa. Hoc eſt, in apertum producit latētia in
ſylueſtri hac natura peccata, quæ ſerpentes dicun
C tur, propter voluptatis picturatam varietatem. Re
uelabit autem ea in illa die, in quo manifeſta fa-
ciet, abſcondita tenebrarum, & conſilia cordium
ipſorum. Forſan & de Ioanne poteſt intelligi, qui
cum eſſet vox domini, per ænigma Iſraëli ad hunc
modum loquutus eſt, Iam enim ſecuris ad radicē
arborum poſita eſt. Omnis itaque arbor, non fa-
ciens fructum bonum, exciditur & in ignem con
iicitur, atque ita & ipſe reuelabat condenſa, hoc
eſt, fructuum inutilitatem eorum manifeſtabat.
Eſt enim condenſum, ſylua infrugifera. Huius de
clarata noxia ſterilitate, ad competentem illos fer
tilitatem prouocabat dicēs, Facite dignos fructus
pœnitentiæ, ex quibus omnibus vnus eſt effectus
vt templum domini ædificetur, in quo quiſquis
conſtitutus fuerit, verè poteſt gloriam afferre do
mino. Sed *Et diluuium inhabitat dominus.*) Per
baptiſmum nanque in animabus ſanctificatorum
habitatio domino paratur. Ablutam igitur à pec-
catorum ſorde animam inhabitat deus. Quapro-
pter dicitur inhabitare diluuium. Quod enim re- D
miſſionem peccatorum, quæ ex baptiſmate eſt di
luuiū vocauerit, ex triceſimo primo quoque pſal-
mo didicimus, vbi dicit, Veruntamen in diluuio
aquarum multarum ad ipſum non appropinqua-
bunt, Peccatorum nanque delicta, in redemptio-
ne ea quæ per baptiſmum fit, appropinquare am-
pliùs non permittentur. *Et ſedebit dominus, rex in
æternum.*) Præter hæc omnia ſuppetet nobis &
concedetur hoc, vt agnoſcamus domini principa
tum ſuper omnem creaturam, qui dat virtutem
populo ſuo, vt deuicto maligno, benedictionem
accipiamus quæ datur à domino in pace, iis qui ſe
illo dignos præſtiterint. Ipſi ſit gloria in ſecula ſe-
culorum, Amen.

IN PSALMVM VIGESIMVM-nonum Pſalmus Cantici in dedicatione innouatæ domus Dauid, Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me,

PSalterium quidē inſtrumen- *Pſalterium*
tum cùm ſit muſicum ad con
cinēdos deo noſtro hymnos
cōcinnatum, figuratè tamen
ſtructura eſt corporis. Pſal-
mus verò ipſæ actiones ſunt E
corporis, quas veluti debitas
exoluimus in gloriā dei, quū *Pſalmus.*
ſic decorè ad præſcriptum verbi dei nos ipſos cō-
ponimus, vt nihil conficiamus quod in ipſo cor-
poris motu appareat inconcinnum. Cāticum eſt, *Canticum.*
quodcunque contemplatione ſimplici theologi-
caque comprenditur. Pſalmus itaque, ſermo eſt
muſicus, quandu concinnè aptéque ſecūdum har-
moniæ rationem ad organum pulſatur. Cāticum
verò vox eſt concinna quæ cum harmonica mo-
dulatione redditur ſine organi ſono & concētu.
Itaque quoniā hic inſcriptio talis eſt, Pſalmus can
tici, putamus ſignificari, quod contemplationem
ordine ſequatur actio. Hic igitur pſalmus cantici,
vt inſcriptus eſt, dedicatæ aut innouatæ domus ra
tiones continet aliquot. Et videtur, quod ad hiſto
ricum ſiue corporalē attinet ſenſum, temporibus
Salomonis erecto iam perquàm celebri templo
fuiſſe ad melicam pſalterij modulationem accō-
modatus & decāratus. Senſus vero ſpiritualis hu-
manitatem à deo verbo aſſumptā ſignificat, & de-
dicationem domus ipſius recens & mirabili mo-
do conſtructæ, indicat inſcriptio. Multa enim in- F
uenimus in hoc pſalmo ex perſona domini pronū
tiata. Aut forte domum intelligere conuenit ædi-
ficatam à Chriſto eccleſiā, vt & Paulus ad Timo-
theum ſcribit. Vt ſcias quomodo oporteat in do-
mo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viuentis.
Dedicatio verò eccleſiæ, exiſtimanda eſt renoua- *Dedicatio ſiue innouatio eccleſiæ.*
tio mētis per ſpiritum ſanctum facta, ſingulis qui-
buſque corpus eccleſiæ Chriſti complentibus.

Eſt autem diuina & muſica harmonia, comprendens aliquos ſermones non qui aures demulceát, ſed malignos ſpiritus qui aoimas noxæ & læſioni vndelibet expoſitas perturbant, cohibentes atque mitigantes. E*xaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non lætificaſti inimicos meos ſuper me.*) Quomodo is qui in altiſſimis habitat, exaltatur ab iis qui humilem ſortiti locum ſunt? Si enim deus in cœlo ſurſum, & tu in terra deorſum, quoná pacto deum queas exaltare? Quid igitur hiſce verbis pollicetur propheta? An quòd fortè ab his dicitur exaltari, qui magoa, & quæ deum nihil dede A ceant, intellectu & cogitatione apprehendont? & vitam omnem ad vnius gloriam dei componunt? Qui igitur ad beatitudinem cum ſcientia properat, deum exaltat: qui viam ingreditur huic oppoſitam, quod nefas quidem ſit dicere, quantum hic deum in ſeipſo humiliet. Omnem autem rebus noſtris conuenientem ſtatum, deo tribuere quodammodo videmur. Idcirco dormitãtibus nobis & pigrè agentibus dormire dicitur deus, ſuis nos vigilus ſuáve inſpectione indignos iudicans. Si quando autem ex ſomno detrimentum ſentimus dicimus: Surge, quare obdormis domine? Item non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Et quidam alij veluti dei oculos à ſe auocant per eorum quę gerunt, turpitudioem obſcœnam. Indigna enim dei oculis ſunt. Iidem mox vbi per pœnitentiam reſipuerint, dicunt: Cur faciem tuá auertis? Hos præter, ſunt & alij, qui expuncta è mente & excluſa dei memoria, deum reddunt ve-B lut obliuiſcentem ſuiipſorum, qui & dicunt: Quarè obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? In ſumma: qualia iuxta hominum affectus de deo dicuntur, illa faciunt ipſi homines, talem ſibi cõſtituẽtes deum, qualem quiſque ſeipſum priùs adornat & inſtituit. E*xaltabo te itaque domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non delectaſti inimicos meos ſuper me.*) Nihil humile, nihil terrenum mihi io vita feciſti. Et vnde facultas mihi ſuppetet te exaltandi? Quoniam tu me pręueniens ſuſcepiſti. Signatè dixit ſuſcepiſti me, hoc eſt, ſubleuaſti me & extuliſti, ſuperiorémque me reddidiſti his qui in me cooriuntur & inſurgunt: veluti ſi quis puerum quendam imperitum natandi, manu ſublimẽ ſupra aquas ducat. Qui igitur dei auxilio in ſublime tollit oculos à ruina, is demum per animi gratitudinem deum ſe pollicetur exaltaturum bonis actionibus. Aut velut ſi quis quẽdam palæſtritem debilem à ruinæ periculo liberet, ac ſuperiorem colluctatore conſtituat: huic quidem inſperatæ vi-C ctoriæ occaſionem præbet, illi vero ſperatæ palmæ lætitiam auſert. Non enim quæ ſanctis infliguntur tribulationes probationis gratia, noſtris inuiſibilibus inimicis lætitiam pariunt: ſed quando feſſi deſperamus, & noſtræ cogitationes in anguſtiam rediguntur, delaſſatis nobis propter afflictionum aſſiduitatem, tunc demum exhilareſcunt lætantúrque, plaudunt & inſultant miſeris: velut cum Iob actum eſt, amiſit poſſeſſiones, filiis eſt orbatus, tabo & vermibus eius caro ſcaturiebat. Nondum hæc aduerſario lętitiam generabãt, Si verò per animi mollitiem ad hæc tot laborioſa execrabile aliquod verbum, vt vxor incitauerat, dixiſſet: tunc ſuper eum inimici gauiſi eſſent. Idcirco nec in Paulo ſitiente, eſuriente nudo, colaphis cæſo, laborante, quoquo verſus peregrinante, aduerſarius eſt lætatus. Res potiùs in diuerſum abibat, nam conterebatur, cum eum videret tam hilariter atque conſtanter hæc perpeti certamina, vt idem quoque contemptim diceret: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? *Domine deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.*) Beatus qui propriam plagam quam interne habet, nouit: vt medico accedenti dicere valeat: Sana me domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Et, Ego dixi, domine miſerere mei, ſana animam meá, quia peccaui tibi. Hic quidem gratias reddit ob illatam ſibi medicinã: Domine, inquit, deus meus. Non omnium deus eſt deus, ſed eorum proprie qui charitate ſunt ei coniuncti, vt deus Abra D ham, deus Iſaac, deus Iacob. Si enim omnium eſſet deus, non vtique ſeiunctim illis teſtimonium reddidiſſet quaſi aliquid eximium. Et Iacob dicebat, Auxiliatus eſt tibi deus meus. Et Thomas rurſus vbi certò didicit reſurrectionem, dominum complexus ait: Dominus meus & deus meus. Eſt itaque vox iſta, domine deus meus plena affectu fiduciæ, & conueniens ſtatui prophetico. *Clamaui ad te, & ſanaſti me.*) Nihil medium, nullúmque interuallum fuit, inter meam vocem & tuam gratiam: ſed ſimul atque clamaui & ſanitas prodiit. Etiam te adhuc loquente dicam: Ecce adſum. Magna itaque loqui oportet ad deum orãtem, vt vel ocyùs exoriatur ſanitas. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam.*) De hac ſanitate deo gratias agit, Nam quãdo morbo affectus ad infernum deſcendit: inde per illius virtutem qui pro nobis pugnauit, contra eum qui imperium ſupra mortem habuit eſt redoctus. *Saluaſti me à deſcendentibus in lacum.*) Sæpenumero laci nominantur ſubter- E raneæ foſſæ cuſtodiæ captiuorum ſiue vinctorum accommodatæ: ſic in Exodo dicitur: A primogenito Pharaonis vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in lacu. Sed & Hieremiam in lacum iniecerunt. Et Ioſeph fratres præ inuidia in lacum aqua carentem miſerunt, aut certè concluſerunt. Vna quęlibet igitur actio aut ad inferiora nos per peccatum grauando deducit, vel habiles ad deum accedendi, ad ſuperiora tollit. Seruaſti itaque me priùs in vita exiſtentem iniqua: à deſcendentibus in tenebroſum & frigore perſtrictum locum ſeparando. Ideo ait: Suſcepiſti me: hoc eſt, me ne deorſum abriperet, ad vitam reduxiſti, ne qua inimicis daretur occaſio lętitię aduerſum me. Quod igitur alibi ait, Qui perficit pedes meos tanquàm cerui, & ſuper excelſa ſtatuẽs me: hic reditum ad excelſa, liberationem à lacu ſuſceptionémq; appellat. F *Pſallite domino ſancti eius.*) Nõ ſi quis pſalmi verba ore proferat, hic mox domino pſallit: ſed quicunque corde puro enuntiat pſalmodiam, & quicunque ſunt ſancti erga deum, iuſtitiam ſeruantes hi demum domino pſallere rhythmis ſpiritualibus concinno & conſentaneo ordine poterunt. Quotquot verò in fornicationis cogitatione perſtant, qui furtum, qui dolum, & mendacium in corde occulunt, pſallere quidem putantur, re autem vera non pſallunt. Sanctum enim ad pſalmos concinendos ſermo hic inuitat. Non poteſt arbor mala bonos edere fructus, neque item cor malum vitæ verba rectè proferre. Facite itaque arborem bonam, & fructus ex ea bonos.

Domine deus meus.

Lacus.

Actio omnis aut deprimit aut eleuat ad deum.

Reput-

Repurgate corda vt in ſpiritu fructificetis,& poſſitis ſanctificati prudenter pſallere domino. *Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.*) Non dixit, confitemini ſanctitati eius, ſed memoriæ ſanctitatis eius: hoc eſt, gratias agite. Confeſſio nanque in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quoniam in memoria ſanctitatis eius eſtis: qui quũ priùs fuiſſetis in profundo malitiæ, & carnis impuritate contaminati, veneratis tum in obliuionem ſanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem ergo remiſſionémve eorũ quæ admiſiſtis, confitemini de his quæ à vobis nõ rectè priùs nec ſobriè facta ſunt. *Quoniam ira in*
A *indignatione eius, & vita in voluntate eius.*) Priùs triſte quid dixit, nempe iram in indignatione dei. Deinde rem lætiorem, vitam ſcilicet in voluntate eius. Videtur tautologia eſſe, hoc eſt idem dicere apud eos, qui non queunt eorum quæ indicantur, attingere exactam intelligentiam. Quod propheta iram in indignatione dei eſſe dicit, quaſi ira & indignatio idem ſint, cum tamen plurimum differant. Thymos enim iudicium eſt ad infligendum talia & talia cõmerito. Ira verò labor ſuppliciúmque quod cuique pro modo menſuráve iniuſtitiæ imponitur à iudice iuſto. Quod dico, exemplo colliqueſcet magis. Medicus vbi ſigno quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam & ſanie refertam, iudicat inciſionem neceſſariam eſſe faciẽdam malè affecto, hoc itaque, thymon ſacrum nominat eloquium. Poſt verò medici iudicium ac ſententiam afferendi remedii, venitur ad rem, & ea exequenda quæ ſunt viſa & iudicata: hoc eſt, ad ferrum incidens, & dolorem ei qui inciditur inferens, hæc demum ira dei dicta eſt. Venito igitur ad pſalmi propoſitum,
B & facilè ſententiæ conſequentiam inuenies. *Quoniam ira in indignatione eius.*) Pœna ſecundum iuſtum dei iudicium, vita verò in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quòd hoc vult deus: hoc eſt, vt omnes eius vitæ participes ſint. Circunſtantię verò pœnarum non ipſius voluntate fiunt, ſed pro merito eorum qui peccauerunt, inferũtur. Vitam itaque deus cuique propria volũtate tribuit. Iram vero ſibi quiſque theſaurizat in die iræ & reuelationis & iuſti iudicii dei. Mos eſt ſacri eloquii, ſi quando triſtia lætàque commemõrat, triſtia lætis in ordine præponere: fruitio enim boni efficitur iucundior, triſtibus iam exactis. Beneficium pœna eſt poſterius. Percutiam & ego ſanabo. Ego, inquit, occidam, & ego viuere faciam. Ipſe dolorem inuehit, & idem rurſus in gradum reſtituit. Percuſſit, & manus eius ſanauerunt. Quæ nos affligtant, præcurrũt, quò maiore cum conſtantia multiplicem gratiam nobis collatam conſeruemus, quòd inflicta nobis mala preſſiùs tueantur conſecutam gratiam. *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*) Reminiſcere temporis
C dominicæ paſſionis, & ſermonis ſignificationem qui ponitur hic, facilè reperies. Ad veſperum demoratus eſt fletus diſcipulis domini, quando in cruce pendentem conſpexerunt: & ad matutinum lætitia, quando poſt reſurrectionem cum gaudio cucurrerunt, inter ſe bonos afferentes nuntios, quemadmodum viderint dominum. Vel fortè in vniuerſum, Veſpera ſeculum hoc dicitur, in quo qui ad ſuam beatitudinem plorauerint, aduenien-te poſteà matutino conſolabuntur. Beati, inquit, qui lugent, quoniam conſolationem accipient: beati qui flent, quoniam ipſi ridebunt. Quicũque igitur dies ſeculi huius in cõſummatione iam exiſtentis & ad occaſum tendentis, in plorandis peccatis exegerint, hi demum verè illo matutino adueniente gaudebunt. Qui enim ſeminant in lachrymis, in exultatione metent nimirum in ſeculo illo futuro. *Ego autem dixi, in abundantia mea non mouebor in æternum.*) Quemadmodum ciuitatis eſt abundantia, vænalium rerum in foro copia: itémque regionem abũdare dicimus quæ multis referta fructibus exiſtit: ſic & animæ quædam eſt abundantia, quæ omnigena ſpecie bonorũ o- D perum eſt referta, quę primùm quidem induſtrio ac ſolerti labore percolitur, poſteà verò cœleſtiũ imbrium frequenti irrigatione ſaginata fructum triceſimum, ſexageſimum, centeſimum reddere, ac benedictionem aſſequi valet dicentem. Benedicta horrea tua & reliquiæ tuæ. Qui enim ſuam intelligit conſtantiam, multa cum confidentia dicet & affirmabit ſe non paſſurum, Vt ab aduerſario in errorem mittatur, quaſi ager plenus cui benedixit dominus. *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.*) Qui tempus in inquirenda virtutum ratione conſumpſerunt, quaſdam dixere virtutes ipſa ſua contemplatione conſiſtere, quaſdam verò ſine cõtemplatione: vtpote prudentiam quidem ex contemplationibus in cognitione bonorum ac malorum: Temperantiam vero, eſſe eligibilium & fugiendorum, Iuſtitiam eorum quæ diſtribuenda ſint, quæ non ſint, Fortitudinem, eorum quę grauia ſunt, quæ non ſunt: Pulchritudinem verò & furtitudinem non eſſe contemplatrices virtutes, poſteriores illis quę ſunt ex contemplatione. Nam ſecundum commenſura- E tionem & harmoniam earum contemplationum quæ ſunt animæ, quidam ſapientum intellexerunt pulchritudinem: fortitudinem vero ſecũdum efficaciam earum virtutum, quæ ex contemplationibus ſuggeruntur. Verum vt decor animæ accedat, & efficaciter perfectiua eorum quæ neceſſaria ſunt, potentia, diuina eſt opus gratia. Vt igitur ſuprà dixit: Quoniam vita in voluntate eius: ſic nunc deum in reddendis gratiis exaltat dicens, In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Pulcher quidem eram ſecundum naturam: debilis autem factus, ob peccatum per inſidias ſerpentis admiſſum, perij. Pulchritudini ergo meæ, quam ex te in prima creatione accepi, addidiſti virtutem eorum quæ me addecent effectiuam. Pulchra nãque omnis eſt anima, quæ in ſymmetria propriarum virtutum conſpicitur. Pulchritudo autem vera, ac proinde amabiliſſima, quam ſola mens omni contagione expurgata poſſit contemplari, circa diuinam ac beatam conſiſtit naturam. Sanè qui in eius micantiſſimum fulgorem & inexhauſtam F gratiam, mentem preſſiùs intenderit, nonnihil hinc beneficii in ſe deriuat & tranſſumit, quaſi ſi à quapiam tinctura, floꝛulentum ſplendorem illinendæ faciei ſuę deſumpſerit. Vnde & Moſes ſimul atque particeps factus eſt eximiæ illius pulchritudinis ex familiari cum deo congreſſu, glorificatam habuit faciem. Qui igitur intelligit hanc ſibi ſuppetere virtutem, in iſthuſmodi vocem erũpit minimè ingratam collatori: Domine in volun-

tate

Confeſſio gratiarum actio.

Aſſerit peccatorum confeſſionẽ.

θυμὸς & ὀργὴ quo differant. παράδειγμα.

Ira in indignatione eius pœna proinde ex iudicio.

Pulchritudo animæ Creaturæ.

Decor & fortitudo. Virtutes 4. in quibus conſiſtant.

tate tua pręſtitiſti decori meo virtutem. Quemadmodum vero decor atque fortitudo contemplationis expertes, poſteriores ac ſequaces ſunt illis virtutibus quæ ex contemplatione ſunt: ſic cōtraria quędā vitia citra cōtēplationem, turpitudo & debilitas apparent. Quid enim turpius aut intempeſtiuius anima perturbationibus obnoxia? Vide, quæſo, parumper iratum, eiúſque ferociam & acerbitatem. Conſidera mœſtum atque triſtem, quanta ſit in eo humilitas deiectióque animi. Prę-
A terea eum qui à libidine aut gula ſuperatur, vel terroribus conſternatur: quiſnam vel ſuſtineat aſpicere? cum palàm ſit, animi affectus corporis ſtatum atque aſpectum penetrare ſolere. Velut itaque veſtigia quædam pulchritudinis animæ in ſancti hominis ſtatu apparent: ſic contrà in reliquis fœditas quædam. Prouidendum itaque nobis omni ſtudio vt hanc habeamus pulchritudinem, vt ſponſus dei verbum nos excipiens dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Auertiſti autem faciem tuam, & factus ſum conturbatus.*) Donec enim, inquit, contemplationis tuæ radij mihi affulſerunt, in ſtatu firmo atque tranquillo egi. Poſtquàm verò auertiſti faciem tuam, in multa perturbatione & tumultu deprenſa eſt anima mea: Auertere autem faciem ſuam dicitur deus, quum tempore afflictionis tentationibus expoſitos videtur deſeruiſſe, vt fortitudo certantis cognoſcatur. Si igitur pax ea quæ ſuperat omnem ſenſum, cuſtodierit corda noſtra, facilè confuſaneam omniū affectuum intemperiem ac turbelā effugere poſſumus. Iam quando diuinæ voluntati
B auerſio opponitur, pulchritudini verò & decori & virtuti perturbatio: animæ contingent perturbatio, deformitas, ſimul & infirma conditio. Et hæc vtique infirmitas ex eo cōtingit animæ, quòd ſe à deo abalienarit. Oremus itaque ſemper, nobis vt affulgeat facies dei, quatinus in ſancto ac decēti ſtatu perſiſtamus, requieti, mites, modíſque omnibus tranquilli & exprompti ad omne opus bonum. Paratus ſum, inquit, & non ſum turbatus: *Ad te domine clamabo, & ad deum meum precabor.*) Sæpè de clamore ad dominum dictum eſt, quòd clamor ſit eius tantum qui magna & cœleſtia deſiderat. Si quis autē parua & terrena à deo petierit, parua is & humili comperietur vſus voce, non ad ſublime, nec ad ipſius dei aures perueniente. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Cur, inquit, clamaui, & quæ te dominum ac deum meum rogaui? Quid mihi opus, inquit, carnis oblectatione, aut ſanguinis multitudine, quum ſim eas amiſſurus in communi corporis reſolutione? ſed potiùs meum corpus caſtigo, & in ſeruitutem redigo: ne fortè ex valetudine nimis proſpera, & ſanguinis copioſi feruo-
C re, occaſio peccati mihi corpulentia exiſtat. Ne igitur tuæ carni obſequare indulgentiùs aut colas eam geniali balneo, ſomno, plumis ac mollibus cubilibus, ſemper hoc verbum quaſi elogiū quoddam repetens: Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Quid quęſo tantopere adornas fuuéſque, quod paulopòſt eſt interiturum? Quid teipſum ſaginas & carnibus grauas? An ignoras, quantò pinguiùs tuum tibi corpus, tantò grauiorem animæ tuæ carcerem conſtituis? *Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?*) Quomodo terreſtris homo ac carneus cōfitebitur tibi deo? Quomodo item annuntiabit veritatem is, qui diſciplinis nullam dedit operam, & in tanta carnis mole ſuā ipſius mentem oppreſſam tenet? Iure itaque meam extenuo ac macero carnem, nec meo ſanguini parco, qui in carnem coagulari ſolet, ne mihi vel ad confeſſionem vel ad veritatis cognitionem ſit impedimento. *Audiuit dominus & miſertus eſt mei.*) Poſtquam narrauit quæ fuerint quę ipſe ad dominum D
clamauit, ſtatim diuinum ſentiens auxilium, nos ad petenda ſimilia prouocat: Audiuit, inquit, dominus & miſertus eſt mei. *Dominus factus eſt adiutor meus.*) Oremus ergo & nos, clamemúſque clamore ſpirituali petentes magna, non carnis ſtudio addicti. (Qui enim in carne ſunt, deo placere non poſſunt) vt & nos exaudiat deus, noſtram debilitatem miſeratus: & nos diuino freti auxilio, dicamus, *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.*) Non enim cuilibet animæ gaudium à deo ingignitur: ſed ei, quæ peccatum ſuum vehementi luctu & aſſidua lamentatione plorauerit, veluti ſi ſeipſum mortuum lugeat, qui ſanè fletus poſtremò in gaudium reuertitur. Quòd autem ſit laudabilis quidam luctus, oſtendunt pueri, vt ait euāgelium, in foro ſedentes atque dicentes: Lamentati ſumus vobis, & non ploraſtis: tibia cecinimus vobis & non ſaltaſtis. Eſt autem tibia inſtrumentum muſicum, quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperante: ex quo exiſtimo quemuis ſanctum prophetam figuratè, tibiam nominari, ob motum à ſancto prouenientem ſpiritu. Ideo dicit: Inflauimus tibiam, & non ſaltaſtis. Prophetici enim ſermones nos ad actionem ſanctæ prophetiæ conſentaneam & concinantem adhortā- E
tur, quæ hic dicitur ſaltatio quędam. Sed & lamētantur nobis prophetę, ad luctum nos prouocantes, vt ſimul ad conſenſionem & cognitionē peccatorum noſtrorum delati ex propheticis ſermonibus, noſtrum lugeamus exitium, laboribus multis & ærumnis noſtram carnem affligendo. Et ſanè qui talis eſt, lugubris veſtis diſrumpitur, quam ſibi circumpoſuerat ſuum lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ & palliū ſalutis, ſplendida hæc & nuptialia indumēta, quibus ſi quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptialis thalami. *Sciſdiſti ſaccum meum, ac circundediſti me lætitia.*) Saccus ad pœnitentiam facit, quum ſit humilitatis ſignum. Olim nāque patres in ſacco & cinere ſedentes, pœnitentiam egerūt. Quoniam Apoſtolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur à gloria in gloriam: datā ſibi à domino gratiam, propriam dicit gloriam. *Vt cantet tibi gloria mea*) Gloria iuſti, ſpiritus qui in eo eſt. Quicunque ſpiritu pſallit, dicat: Vt cantet tibi gloria mea, *Et non compungar.*) Non ampliùs, inquit, faciam digna compunctione, vt iam non compungatur cor per dimiſſi peccati memoriam. *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.*) hoc eſt, gratias agam: quoniamquidem ex pœ- F
nitentia mihi veniam dediſti, & ad gloriam me reduxiſti ſubmoto peccatorum probro. Ideo in perpetuum confitebor tibi. Quod enim tantum eſſe poſſit temporis interuallum, quo me tantorum beneficiorum tuorum oblitio capiat?

γνώμη.

Laudabilis luctus.

Propheta quiuis ſanctus πνευματικὴ tibia eſt.

Saccus pœnitentiæ ſymbolum. In ſacco & cinere.

IN PSALMVM XXXII. EXVLtate iuſti in domino, rectos decet laudatio.

EXultationis vox ſolenni conſuetudine ſcripturæ exprimit animę ſtatum apprimè quàm alacrem ac feſtiuum, & ingēti circunfuſum gaudio, ob ea quæ lætitia ac iucunditate digna ſunt. *Exultate itaque iuſti in domino.*) Non quãdo rem proſperam domi habetis, non item quando corpori bene fuerit, A non cum ager fructibus omnigenis refertus eſt: ſed quòd dominum habetis, tali inſignem pulchritudine, tali præditum bonitate, tali denique ſapientia pręcellentem. Sufficiat vobis ea lætitia, quæ in ipſo eſt. Videtur autem propheta hic ob aliquam rem maximè gratam quam aſſecutus ſit, in domino exultare. Ideo iuſtos adhortatur iſtam ſentire dignitatem, quòd talis domini ſerui eſſe meruerint, & exultare in illius famulitio ac ſeruitute cum gaudio inenarrabili & tripudiis cordis, velut per numinis aſpirationem ſubſilientis ac ſenſum diuinæ dilectionis. Si quando tuo cordi quaſi lux quædam illapſa multam de ſe deus cogitationem atque intelligentiam peperit, tuámque mirum in modum illuſtrauit animã, vt in eius amorem magnopere venias: res verò mundi iſtius & corporis vt vilia deſpicias ex illa breui & obſcura ſimilitudine, omnem iuſtorum ſtatũ facilè noſſe poteris, quo illi æquabiliter nec interciſe in deo lætitiam ſunt aſſequuti. Tibi autē diuina diſpenſatione quandoque, nec admodum ſæpe contingit gaudium, vt per breuem deguſtationem admonearis, quibus bonis ſis priuatus. B Iuſto autem quòd in ipſo inſideat inhabitétque ſpiritus perpes ſuppetit ei diuina cœleſtíſque lætitia. Inter pręcipuos verè ſpiritus fructus charitas, gaudium, pax numerantur. *Exultate igitur iuſti in domino.*) Quaſi locus quidam iuſtorum capax eſt dominus: in quo qui eſt, neceſſe ſit prorſus, vt lætetur & gaudeat. Fit viciſſim & iuſtus domino locus, cum illum in ſeſe recipit. Nam & qui peccat, locum dat diabolo, vt qui non obtemperat dicenti: Nolite locum dare diabolo. Itémque Eccleſiaſtici: Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcēdat, ne locum tuum dimiſeris. In ipſo itaque domino cum ſimus, quoad licet, ipſius mirabilia ſpeculemur, atque ita ex eorum contemplatione lętitiã noſtris cordibus comparemus. *Rectos decet collaudatio.*) Quemadmodum enim pedi obtorto atque obliquo, calceus rectus non admodum probè aptatur: ſic obtortis cordibus diuina laus minimè conuenit. Quamobrem exiſtimo dæmonum ori vt de ſeruatore indignè loquenti, ad eum manifeſtãdum ablatam fuiſſe poteſtatem. Et Pythonem increpat Paulus, vt ne ab impuro ſanctus commēC detur. Tale quid & peccatori dicit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Conemur igitur omni ſtudio, opus omne obliquum, ac detortum à rectitudine vitare: mentémque noſtram vt rectam regulam & animæ iudicium corrigamus: vt nobis exiſtentibus rectis, dei laus concredatur deo ipſi offerenda. Quemadmodum enim ſerpens qui ad peccatum nobis incentor fuit, obliquus dicitur, & in ſerpentem draconem obliquum, dei enſis in ducitur, propterea quòd multas ſpiras ac inuolucra in itinere facit. Serpentis nanque tractus inæqualiter per humum ſerpit: prioribus partibus aliter ac illis quæ ſequuntur motis, & rurſus poſtremis aduerſus priores procedere conantibus. Itaque qui ſerpentem imitatur, obliquam, inæqualem, & contrarietate refertam ſuam re ipſa exprimet vitam. Qui è diuerſo domini dei veſtigia ſequitur, rectas ſemitas, recta item pedum veſtigia faciet: quoniam rectus dominus deus noſter, & rectitudinem ſiue æquitatem vidit vultus eius. Si duæ regulæ, altera alteri admoueatur, pulchrè cō D uenient vtriuſque rectitudini. Si verò obtortũ iuxta regulam rectam ponatur lignum, incongruum & procul à proportione recti reperitur. Quoniã itaque recta eſt dei laus, recto opus eſt corde, vt ei laus dei congruat atque conueniat. Quod ſi nemo dominum Ieſum niſi in ſpirituſancto dicere valet, quomodo laudem referes, ſpiritum in tuis viſceribus rectum renouatúmque non habens? *Confitemini domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi.*) In cithara primùm confiteri domino oportet, hoc eſt, actiones corporales congruè reddere. Quoniam enim in corpore peccauimus, quando membra noſtra ſerua peccati ad iniquitatem prębuimus: corpore item confitebimur, eodem in peccati diſſolutionem vtentes organo. Maledixiſti? benedicas. Circumueniſti proximum in negotio? redde. In ebrietatem incidiſti? ieiuna. Arroganter & ſuperbè egiſti? humiliare. Inuidiſti? obſecra. Occidiſti? tu teſtimonio tuomet profitere te reum, aut certè per confeſſionem, tuum ipſius corpus affligito quaſi contra te redditurus teſtimonium. E Tunc demum poſt confeſſionem dignus fueris qui deo pſallas, in decachordo pſalterio. Priùs enim corporis actiones corrigere oportet, vt decenter ac congruè eas perficere poſſis iuxta præſcriptum diuini verbi, ac ſic tandem ad intelligibilium contemplationem aſcendere. Pſalterium fortaſſe mens ipſa dicta eſt, quæ ſuperna quærit, ex eo, quòd ſtructura organi huius à parte ſuperiore ſonandi potentiam accepit. Opera igitur corporis, veluti infernè deo cōfitentur: quę verò per mentem annuntiantur myſteria, è ſupernis occaſionem habent, propterea quòd mens per ſpiritum ſanctum ſonandi accipit facultatem. Qui enim omnia mandata reſpicit, ac veluti concentum & ſymphoniam quandam peregerit: is demũ in decachordo pſalterio deo pſallit. Decachordum appellat, quo decem mandata generatim in prima legis promulgatione ſunt cōſcripta. *Cantate domino canticum nouum.*) hoc eſt nõ in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus deũ adorate. Qui legem non iam interpretatur iuxta literæ corpus, ſed eam iuxta ſenſum ſpiritualem cæteris facit innoteſcere: hic canticum nouũ cantat. Veteris enim illius teſtamenti litera quaſi ſenio confecta exoleuit & pertranſiit: nouum verò F & veluti renouatum dominicæ doctrinæ canticũ nos excepit, quæ quaſi Aquilæ iuuentutem noſtram renouat, vbi hunc externum hominem corrupimus, & iidem de die in diem innouamur. Sanè quiſquis ad anteriora ſe extendit, ſeipſo iunior perpetuò redditur. Atque ita qui ſeipſo ſemper iunior fit, recentiùs quoque canticum deo canit. Recentiùs autem eò dicitur, vel quòd ſit præ

ter

Rectos decet collau.

In cithara cōfitendum domino: & in pſalterio. Contraria contrariis curantur.

Pſallere.

Decachordum. Cantate canticum nouũ.

ter conſuetudinem admirabile, nec priùs auditũ, vel certè quòd nunc primum in lucem prodierit. Siue igitur admirabilem & omnem excedentem naturam incarnationem domini narraueris, recentius vtique ac nouum concinis canticum, ſiue regenerationem quoque ac renouationem vniuerſi orbis per peccatum antiquati, poſtremò reſurrectionis myſteria mundo nunciaueris, ſic quoque canis recens ac nouum canticum. *Bene pſallite ei in vociferatione.*) Audite mandatum. Bene pſallite, hoc eſt, mente indiuulſa nec aliò quoquã diſtracta, ſed affectu ſyncero. *In vociferatione pſallite.*) Quaſi enim boni quidam milites parta

A iam de hoſtibus victoria, victoriæ autori referte hymnos. Confidite, inquit, ego vici mundum. Quiſnam hominum aduerſus diabolum bellum gerere poſſit, niſi ad imperatoris noſtri protectionem ſimul & virtutem confugientes, illinc in hoſtem noſtrum petita à fide quæ in Chriſtũ eſt, iacula contorqueamus, & ſagittis configamus? *Bene pſallite in vociferatione.*) Eſt autem vociferatio vox quædam inarticulata, quum in bello ad

Vociferatio

denſati milites & inter ſe conſtipati conſonè ſibi acclamant. In vno igitur concentu, eadémque animorum conſpiratione & vnione charitatis pſallite. Quid demum oportet pſallentes dicere? *Quia rectum eſt verbum domini.* Hac de cauſa priùs rectos corde ad laudem euocat: quoniã hoc quod eſt laudãdum dei verbum, in principio erat apud deum exiſtens deus. Rectus itaque pater, rectus

Opera omnia in fide.

filius. *Et omnia opera eius in fide.* Quid eſt quod dicit? Opus cœlum, opus terra, opus mare & aër, denique animata & inanimata, rationis participãtia & eius expertia omnia. Quomodo autem in fide omnia? Quænam in inanimatis fides? quæ i-

B tem brutis, quæ fides in lapide, quæ in cane? Nec inanimatum, neque brutum aliquod in fide. Hic autem nihil excipit, omnia comprehendit, dicẽs: Cuncta opera eius in fide. Quod ergo opus dicit? Si cœlum, inquit, contemplere, ipſiúſque ordinẽ conſideraueris, fidei tibi dux eſt. Per id nanque artifex tibi oſtenditur. Si terræ ornatus & diſtinctionem variam inſpexeris, rurſus per hanc tibi erga deum augeſcit fides. Non enim carneis iſtis

Νόημα catholicum

oculis edocti deum, in ipſum credidimus: ſed diſcurſiua vi mentis per hæc quæ videmus, inuiſibilem conſpicimus. Omnia ergo opera eius in fide: & ſi lapidem didiceris, quandam habet demonſtrationem virtutis eius qui ſe lapidem creauit: & ſi formicam, & ſi culicem, & ſi apem dixeris. Sæpè nanque in minimis conditoris ſapientia ſolet apparere. Nam qui cœlum expandit, & immen-

Apis.

ſa pelagi ſpatia diffudit, is eſt qui tenuiſſimum apis aculeum veluti fiſtulam quandam excauauit, vt per illam venenum effundat. Omnia igitur opera eius in fide. Nihil tibi omnino ſit infidelitatis occaſio. Caue dicas, temerè factum eſt hoc, &

Fortuitum nihil. In Genesi hæc.

C ſponte hoc prouenit. Nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit fruſtra, nihil temerè fertur. Nec malum vllum euentum, aut malam dixeris horam. Hæ nanque ineruditorum ac diſciplinam chriſtianam ignorantium voces ſunt. Nonne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex eis abſque dei voluntate non cadet? Quot capilli capitis? & vnus ex eis non eſt apud deum obliuioni. Vides igitur diuinum oculum, quomodo neque minutiſſimarum rerum quicquam conſiderationem ipſius effugiat? *Diligit miſericordiam & iudicium. Miſericordia domini plena eſt terra.*) Si per

Miſericordia & iudicium.

ſe iudicium dei ſatis eſſet, ac ſeuerè & præciſè pro meritis eorum quæ geſſimus, nobis rependeret, quæ nobis ſpes reliqua eſſet? quis ex omnibus ſaluus fieret? Nunc autem diligit miſericordiam & iudicium velut aſſiſtrice conſtituta ſibi miſericordia, & regio iudicij prælata throno. Sic quemlibet in iudicium adducit, Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Neque enim

Νόημα memorabile.

miſericordia ſine iudicio, neque iudicium ſine miſericordia. Ante iudicium miſericordiam diligit, & poſt eam prærogatam ad iudicium venit. D

Hæc enim inter ſe coniuncta ſunt, miſericordia cum iudicio: ne miſericordia ſola ſupinitatem & lentorem animabus ingeneret: neu iudicium ſi per ſe conſideretur, in eiſdem deſperationem operetur. Vult tui miſereri iudex, téque miſerationibus ſuis complecti, ſi modò poſt admiſſa humi-

Aſtruit confeſſionẽ auricularẽ.

lem te factum & contritum, & malefacta plurimùm deplorantem inueniet. Inſuper ſi quæ clam cæteris & in arcano deſignaſti, prodideris & euulgaris fratri citra pudorem vllum. Si fratrem ora-

Simile.

ueris, vt laboranti tibi auxilietur ad procurandam medelam. Si demum miſerabilem prorſus te viderit, abundè tibi miſericordiam ſuam impẽdet. Contrà, ſi cor tuum impœnitens, ſenſu ſuperbum diſcredentem futuro ſeculo, nullóque iudicij timore correptum conſpexerit, tunc in te iudicium diligit, perinde atque medicus placidus & amans hominum priùs fomentitiis infuſionibus & mollificatiuis delinimentis tumores ac tubera exiccare contendit: vbi autem viderit extuberaſcentem eam molem, nec quicquam remittere ex tumore, ſed reiecta miſericordia & cura molliore, vſum E deligit ferri. Diligit igitur miſericordiam in iis, quos præteritorum pœnitet: Diligit item iudiciũ in iis, qui duro ſunt corde. Tale eſt quod etiam Eſaias ad deum dicit: Miſericordia tua ad menſurã, Nam & ille miſericordiam cum iudicio exhibet, qui in pondere, numero & menſura admetitur cuiuſque merita & appendit. *Miſericordia domini*

Miſericordia in pondere. Tẽpus miſerendi.

plena eſt terra.) In hoc loco miſericordia à iudicio diſiungitur. Nam terram tantum dei miſericordia refertam dicit, iudicio in tempus definitũ reſeruato. Hic profectò miſericordia ſine iudicio prærogatur: non enim venit vt mundum iudicet, ſed vt ſeruet. Illic verò non eſt iudicium ſine miſericordia, quoniam nequit homo mundo corde ac liber omninò à ſorde peccati reperiri, etiam ſi vnius diei tempore ſupra terram vixerit. Quamobrem ſi quis videat quotidie malitiam inualeſcentem ac depaſcentem homines, & fragile genus hominum mille mortibus delictorum gratia dignum, tantò admirabitur magis diuitias bonitatis diuinæ, tolerantiæ & longanimitatis. Nos i- F gitur dum in terra ſumus, dei miſericordia opus habemus. Qui autem in cœlo ſunt, digni potiùs qui beati prædicentur quàm miſerabiles. Vel fortè nos terram appellat propter cõdemnationem peccati, quod illud audimus à domino: Terra es & in terram reuerteris. Referti ſumus miſerationibus dei. Cum enim nos mortui eſſemus peccatis & delictis, miſertus deus, conuiuificauit nos Chriſto. *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu*

Verbo domini cœli firmati.

oris eius omnis virtus eorum.) Vbi ſunt qui ſpirirum flocciſaciunt? vbi qui illum ſeparant à creatrice dei potentia? vbi qui à patris ac filij coniunctione illum dirimunt & exſecant? Audiant pſalmum dicentem: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Nō enim hic verbum ſimplex, aut communis hæc loquutio ex nominibus & dictionibus conſiſtens exiſtimā da eſt. Neque item hic ſpiritus eſt vapor in aëra diffuſus: ſed & verbum in principio conſiſtens apud deum, & Spiritus ſanctus, qui hanc proprie ſortitus eſt appellationem. A Vt igitur verbum opifex cœlum firmauit, ſic & ſpiritus ſanctus ex deo, qui ex patre procedit: hoc eſt, qui ex ore ipſius eſt, ne externum aliquid & creaturam eſſe ipſum iudices, ſed tanquam ex deo ſubſiſtentem glorifices, vniuerſas ſemel in illum cōtulit virtutes. Spiritu itaque ſancto firmata eſt omnis virtus cœleſtis, hoc eſt, firmitatem, ſoliditatem ac confirmationem in ſanctitate & omni virtute, quæ ſacras deceat poteſtates, ex Spiritus ſancti auxilio habent. Hic itaque ſpiritus quidem oris ſui ſcribitur. Inueniemus autem alibi verbum quoque oris eius dictum, vt intelligatur ſaluator noſter, & Spiritus ſanctus eius ex patre. Quoniam igitur verbū quidem domini ipſe quidem ſaluator, & ſpiritus oris eius Spiritus ſanctus eſt, vterque cœlum ac terram & omnes virtutes in eis concreauit. Hac igitur de cauſa dictum eſt, verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Nihil enim ſanctum eſt citra Spiritus ſancti præ-

Idem Auguſt. in illud. in principio erat verbum fuſius. Spiritus oris dei, deus Proſpiritu ſancto aduerſus Arrium, Macedonium & cæt.

B ſentiam. Angelos nanque initio vt eſſent, verbum opifex omnium condidit: ſanctificationem verò ſimul impendit ipſis Spiritus ſanctus. Non enim in infantili ſtatura ſunt creati, deinde paulatim exercitati atque perfecti, ſic ſpiritus ſuſceptione digni ſunt habiti, ſed in prima conſtitutione, & quaſi quadam conſperſione ſuæ ſubſtantiæ ſimul infuſam habuere ſanctitatem. Quapropter & ad malitiam difficilè ſe poterant tranſmouere nimirum in ſibi indulta ſanctitate quaſi tinctura quadam confirmati penè momento, ſtabilitatémque ad virtutem dono ſpiritus ſancti adepti. *Congregans ſicut vtrem aquas maris, ponens in theſauris abyſſos.*) Non dixit, congregans ſicut in vtre, ſed ſicut vtrem. Vtris naturam mihi vel nunc expende. Nunc pellis illa coriacea inflatur quidem, quū diſtenta fuerit ſpiritus introcluſi agitatione: nunc verò contrahitur, mox vbi flatus quo turgeſcebat diſtentus, abierit in auram. Sic item mare quando turget ac feruet, & ſpiritibus inſurgit efferatum C atque tumens, quandoque verò dum eſt tranquillum, in humilitatem ſe contrahit. Quemadmodū igitur vtrem contrahit, ſic aquas maris humiles reddit dominus. Reperitur & in quibuſdam exēplaribus, in vtre. Quo fermè modo ad antiquam nos remittit hiſtoriam, quando mare rubrum nullo ipſum diducente aut retinente, intra ſeſe retraxit & conſtitit: & quaſi in vtre quodam, diuino iuſſu ligatum fluere ac diffundi illud non ſinente. *Ponens, inquit, in theſauris abyſſos.*) Communi ſententiæ congruere magis videbatur ſi dixiſſet: Ponens in abyſſis theſauros: hoc eſt, in myſterio & arcano ſuas diuitias continens. Nunc autem quaſi quædam precioſa, digna diuinis theſauris abyſſos dicit eſſe. Non ſatis ſcio, an ipſæ rationes

ὡσεὶ ἀσκὸν, οὐκ ἐν ἀσκῷ, ἀλλ' ὡς ἀσκόν.

Collatio.

Abyſſi.

quæ de diuino ſunt iudicio arcanæ quidem illæ, nec vlli humanæ menti comprehenſibiles hic vocentur abyſſi: propterea quòd rationes hæ diuinæ tantum cognitioni reſeruatæ ſunt, quibus ſingula diſpenſantur. Quòd enim iudicia ſingulorum abyſſus vocata ſint, in alio pſalmo didicimus, qui dicit: Iudicia tua abyſſus multa. Si igitur quæris cur peccatoris vita prorogetur, iuſti verò incolatus huius dies abbreuientur: quare iniuſtus proſperetur, iuſtus affligatur: cur vnus aliquis puſio ante ætatis perfectionem hinc auferatur: vnde ſint bella, vnde naufragia, vnde terræ motus, ſiccitates, imbres immodici, cur quæ hominibus ſunt exitialia, deus creauit, cur hic ſeruus, ille liber: cur hic diteſcit, ille paupereſcit? Deinde multa eſt in D peccatis, multa etiam in rectè factis differentia. Et hæc quidem fœmina lenoni vendita, per vim quodammodo in peccato retinetur: illa autem quæ ab initio heram nacta eſt bonam, in virginitate nutrita eſt, cur hæc beneficio affecta eſt, illa verò condemnata. Et quæ ſit in ſingulos quoſque à iudice retributio. Hæc ſanè omnia, vbi inciderint menti tuæ, fac memineris, quia iudicia dei ſunt abyſſus. Et, quòd in diuinis recondita ſunt & incluſa theſauris, nec quibuſuis facilè comprehenſibilia. Et credenti quidem ex deo promiſſio eſt: Dabo tibi theſauros abſconditos & inuiſibiles. Nos vbi habebimur digni cognitione ea, qua perſpicitur deus facie ad faciem: tūc in theſauris dei eas abyſſos contemplabimur. De vtribus verò ſi quæ in ſacris voluminibus dicuntur, collegeris: propiùs pertinges ad propheticæ ſententiæ intelligentiam. Vtres noui in euangelio nominantur, E qui de die in diem vitæ genus renouant, & vinum nouum de vera vite capiunt. Qui verò veterem hominem nondum depoſuerunt, vtres ſunt veteres, quibus neutiquàm commodè credi poſſit infuſio vini noui. Nemo enim mittit vinum nouum in vtres veteres, ne vinum effundatur, & illi vtres prorſus diſpereant: nulla iam venia digni, ſi bonum ac nouum effundant merum. Igitur in vtres nouos vinum nouum eſt mittendum. Nouum inſuper & ſpirituale vinum, vt quod Spiritu ſancto efferueſcit, nimirum veritatis intelligentiam non dum exoleſcentem vetuſtate erroris mittere conuenit in hominem nouum, qui quod perpetuò domini noſtri Ieſu Chriſti mortificationem in corpore fert ſuo, iure nouus dici poſſit vter. *Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.*) Iam quando timor domini initium eſt ſapientiæ, qui terrena ſapiunt, F per timorem erudiantur. Timor enim quaſi quidam introductorius neceſſariò ad pietatem condiſcendam aſſumitur. Charitas verò à timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiens perficere ſolet. Terræ igitur vniuerſæ timorem præcipit hic ſermo. Commoueantur autem, inquit, omnes inhabitantes orbem: hoc eſt, omnis motus ſiue ex mente ſiue ex corpore actum perficiens, ab hominibus perficiatur iuxta præſcriptum diuinæ voluntatis. Sic enim intelligo illud, Commoueantur ab eo: videlicet ut nec oculus, nec manus præter dei voluntatem moueantur. Sed ne cor quidem ea quæ deo diſplicent, excogitet. Nec ab vlla prorſus alia cauſa moueantur: neque ipſos quiduis aliud moueat, niſi dei timor. *Quoniam ipſe dixit &*

παροικία

Vtres noui.

Timor domini. ἀρχὴ αἰσθήσεως principium ſenſus.

facta

facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.) Ad duo præcedentia duo alia ſubiecit: Timeat omnis terra, & commoueantur omnes inhabitãtes orbem. Hæc præmiſſa ſunt. Illis iſta ſubiecit. Ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Quandoquidem homo ex terreno corpore & anima corpus inhabitante compoſitus eſt, terra quidem iure dicitur, ex terra formatus. Inhabitans autem orbem anima vocabitur, diuerſorum & habitationem in corpore ſortita. Cõcinnè igitur ad terram illud retulit, ipſe dixit & facta ſunt. Ad figmentum quidem noſtrũ terreſtre pertinet quod dicit, & facta ſunt: ad imaginem verò dei illud & creata ſunt. Quoniam verò in ſacris voluminibus creatio pro tranſmutatione in potiorem ſolet accipi partem, vt eſt illud: Si qua in Chriſto noua creatura. Item illud: Vt duos crearet in vnum nouum hominem: Forſan illud quidem, facta ſunt, dicitur de prima hominis productione ad eſſentiam: hoc verò, Creata ſunt, de ſecunda per Chriſti gratiam regeneratione. Quantum itaque dei mandatum à ſimplici differt verbo, tantum creatio à generatione diſtat. *Dominus diſsipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum. Conſilium autem domini in æternum manet.*) Expoſitio eſt hæc præcedentis, quomodo deus in ſe credentes creauerit ex eo quòd populorum ſtulta diſſipat conſilia, quæ circa idololatriam & vniuerſam vanitatem habuerunt. Et reprobat conſilia principum. Poſſunt & ad dominicæ crucis referri tempus, quando illi quidem regem gloriæ ſupplicio B ſe afficere putarunt: ille contrà, per crucis diſpenſationem humanum genus renouauit. In reſurrectione nanque conſilium gentium diſſipatum, Pilati & militum & reliquorum, quotquot circa crucem talia peregerunt. Improbata ſunt autem conſilia principum, pontificum videlicet & ſcribarum, & regum populi. Reſurrectio nanque omne malignitatis iſtorum artificium diſſoluit. Si verò ſingulas ſcripturæ hiſtorias relegeris, quę deus aduerſus Gentes à fide alienas peregit, facilè inuenies etiam iuxta corporalis literæ ſenſum, quod iam dictum eſt, multam habere vim. Quando enim Ioram filius Achab regnauit apud Iſraël, tũc rex Syriæ filius Ader multa virtute & graui manu inſtructo exercitu Samariam obſedit, ad eámque compulit famem, vt aſini caput, tunc quinquaginta ſiclis argenti, & quarta pars ſextarij fimi columbini quinque argenti drachmis emeretur. Itaque vt Eliſæi promiſſio impleretur, diſſipata ſunt conſilia Syriæ, vt illi relictis tentoriis ſuis & omni opulenta admodum ſupellectile, fugerint tantam relinquentes copiam Samariæ obſeſſæ, vt menſura ſimilæ ſiclo, & duæ menſuræ C hordei ſiclo vno venirent. Sic igitur dominus nouit gentium conſilia diſſipare. Quomodo autem improbet conſilia ſiue ratiocinationes principum, in hiſtoria Achitophel didicimus, quando id in votis habens Dauid dominum orauit: Diſſipa obſecro conſilium Achitophel. Quando itaque aliquem arrogantius magna minantem audieris, & omnigenûm afflictionum incommoda impacturum ſe tibi promittentem: reſpice continuò in dominum diſſipantem conſilia gentium, & populorum cogitationes improbantem.

Conſilium verò domini in æternum permanet, cogitationes cordis eius in generationem & generationem.) Nonne vides gentium dogmata, vanam hanc philoſophiam, quàm ſubtiles & ingenio eximij circa adinuentiones dogmatum, cùm in rationalibus ſpeculationibus, tũ in moralibus præceptionibus ac phyſiologiis quibuſdam, & dogmatis aliis, quæ epoptica myſteria appellantur? Quomodò diſſipata ſunt & caſſa omnia, & ſola nunc euangelij veritas omnem orbis rempublicã D occupauit? Multa nanque in hominum cordibus conſilia, ſed domini conſilium præualuit. Et neceſſarium eſt, ſi conſilium dei ſtabile ac firmum conſiſtere in animis noſtris debeat, vt primùm humanæ cogitationes in nobis diſſipentur. Quẽadmodum enim, in cera ſcripturus quidlibet, eam priùs interlinit inductis literis, dein quas vult imprimit formas: ſic item cor noſtrum quod diuina ſit lucidè & perſpicuè ſuſcepturum eloquia, purum priùs liberúmque omnis contrariæ cogitationis reddi oportebit. *Cogitationes cordis eius in generationem & generationem.*) Sanè populi electi duo quum ſint, duóque ipſis contradita teſtamenta per illud, Cogitationes cordis eius in generationem & generationem, poſſunt vtique per bis nominatam generationem intelligi & duæ dei cogitationes. Vna quidem, per quam prius accepimus teſtamentum: altera verò, quæ nouam ſalutarémque Chriſti nobis gratuitò contulit doctrinam. *Beata gens cuius eſt dominus deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi.*) Nemo beatum dicit Iudæorum populum, ſed eum populum qui ex omnibus melior electus eſt. Nos autem ſumus gens cuius eſt dominus deus noſter, nos item populus quem elegit in hæreditatem ſibi. E Gẽs quidem, quia ex multis congregati ſumus nationibus: populus verò, quia in locum abiecti populi vocati ſumus. Et quoniam multi vocati, pauci verò electi: beatum dicit, non vocatum, ſed electum. Beatus igitur quem elegit. Quæ autem beatitudinis cauſa? Nimirum expectata bonorum æternorum hæreditas: Aut fortè quia iuxta apoſtolum, poſtquàm plenitudo gentium ingredietur, tunc omnis Iſraël ſeruabitur. Primùm multitudinem gentium beatam dicit: Deinde Iſraëlem, qui poſtremò ſeruabitur. Seruabitur autem non omnis, ſed ſolùm reliquiæ, quæ erunt ſecundum electionem gratiæ. Ideo dicit: Populus quem elegit in hæreditatem ſibi. *De cœlo proſpexit dominus, vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo ſuo.*) Eos qui in propria manent animæ dignitate, & naturæ congruentia faciunt, cœlitùs, hoc eſt, supernè aſpicit deus. Eos verò qui ad extremum flagitiorum prolapſi ſunt, ſecus inuiſit, nempe deſcendendo. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna nimis. Deſcendam itaque & videbo, an ſecundum clamorem qui ad me venit, perfecerint. Et rurſus: Deſcendit videre ciuitatem, F quam ædificauerunt filij hominum. Hic autem ait: De cœlo proſpexit dominus, vidit omnes filios hominum. Conſidera è ſublimi deſpectantem. Conſidera è cœlo res mortalium introſpicientem. Quocunque tandem perges, quodcunque demum efficies opus, ſiue in tenebris ſiue in diei luce dei oculum ſuperintendentem habes.

Proſpicere dei & deſcendere de cœlo.

Ex præparato habitaculo ſuo.) Non aperiuntur portæ, non contrahuntur cortinæ. Paratum eſt continuò ad quiduis ſpectandum dei habitaculum, omnes aſpicit filios hominum, ne vnus quidem ipſius fugere conſpectum poſſit, non tenebræ, non parietes, quemquam poſſint occulere, oculis dei nihil obſtaculi, nullum oppanditur velamen. Tantúmque abeſt vt vnumquenque non videat, vt etiam corda contempletur & introſpiciat, quæ ipſe finxit citra vllam admiſtionem ad malitiam inclinantem. Cor enim finxit opifex hominum deus ad ſuam ipſius imaginē, ſimplex
A quidem illud. Ipſi demum id reddidimus multiuarium & ad omne genus vitiorum verſatile, ipſum permiſcendo affectibus carnis, corrupta in illo imagine dei, & quam habebat ſimplicitate & ſynceritate ſibi vbique ſimili. Quoniam igitur cordium eſt conditor deus, propterea omnia noſtra opera intelligit, opera quidem dicimus etiam & verba & cogitationes, vtque ſemel, vniuerſam motionem hominis: quali item affectu, quóve propoſito mouemur: an hominibus magis quam dei mandatis placere ſtudeamus & obſequi, ſolus videt, qui intelligit omnia opera noſtra. Quapropter & de quouis verbo otioſo rationem dabimus. Et ne poculi quidem aquæ frigidæ mercedem perdemus, quando opera noſtra dominus intelligit. *Non ſeruatur rex per multam virtutem.*) Non exercitus militaris, quantauis munitio, non ciuitatum mœnia, non peditum phalanx, non equeſtris turma, non naualis munimi-nis præparatio regi ſalutem parit. Dominus enim reges conſtituit & deſtituit ſiue transfert: & nulla eſt poteſtas niſi à deo conſtituta. Seruatur er-
B go rex non per multam virtutem, ſed per diuinam gratiam, vt & hic verus ſit ille apoſtolicus ſermo: Gratia eſtis ſaluati. Sicut nec villicus tantum ob diligentiam agriculturæ prouentus ex agricolatione: quantum ob augentem terræ fructus deum aſſequitur. Neque enim qui plantat eſt aliquid: nec qui irrigat, ſed deus qui incrementum præſtat. Si ergo cor regis in manu dei: non per armatam militarem potentiam, ſed deo ſuppeditante præſidium & velut manum protendente ſeruatur. In manu autem dei non quilibet, ſed qui regis appellatione dignus fuerit. Quidam autem regnum definierunt legitimam eſſe præfecturam, vel ſupra omnes principatum peccato minimè obnoxium. * Nam qui ſui compos imperioſúſque eſt, rectè vocari rex poterit. *Et gigas non ſeruabitur in multitudine virtutis ſuæ.*) Gigantem dicit eum quiſquis natura compos eſt virium, ac robore corporis præſtanti vtitur. Neque igitur rex ex armis auxilium habet, quod ad ſalutem tuendam ſufficiat: neque item fortis ſibi ad omnia ſufficere idoneus eſt. Infirma nan-
C que & inualida ſunt cuncta humana, vni dei potentiæ comparata. Quocirca mundi infirma elegit deus, vt fortia confundat & ſuppudefaciat. Et, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, vt deſtruas inimicum & vltorem.

Dei nanque gratia in pueris & rerum humanarum rudibúſdum ipſo opere maxime eluceſcit.

Fallax equus ad ſalutem: in multitudine autem virtutis ſuæ non ſeruabitur.) Eiectus eſt & excluſus ab vſu ſanctorum equus. Sed neque Iſraël in obeundis bellis quanlibet proſperè ſe geſſerit, videtur vſus aliquando equeſtri potentatu. Nec ſanctorum aliquis priuatim equo vti pulchrum exiſtimauit. Pharao equeſtri vſus exercitu, & Sennacherib ſuperbus equorum multitudine narrantur. Quamobrem Pharaonis equum & aſcenſorem deus deiecit in mare, & Sennacherib milites dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Et lex per Moſen promulgata de regibus hæc ſancit: Non multiplicabit ſibi equum. *In multitudine virtutis ſuæ non ſeruabitur.* Quando enim infirmor, ait Paulus, tunc potens ſum. D
Virium nanque corporis multitudo ſaluti ſpiritus eſt impedimento. *Ecce oculi domini ſuper metuentes eum.*) Et alibi dictum eſt: Oculi domini ſuper iuſtos: hic verò ſuper metuentes eum.

Quando nos ad dominum reſpexerimus inque ipſum oculi noſtri rectà collinearint, vt dicere poſſimus illud: Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrum. Tunc videlicet ad noſtri curam & conſiderationem oculum domini trahimus. *Et in eos qui ſperant ſuper miſericordia eius.*) Humilitatem eorum qui domino ſeruiunt exprimit. Quomodò, inquit, aliquis ſuper eius miſericordia ſperat? Is videlicet qui non his nititur quæ præclarè ac fortiter geſſit, neque item ſe ſperat ex operibus iuſtificatum iri: ſed tantùm in dei miſericordia ſpem collocat. Quum enim illud ſecum reputarit: Ecce dominus, & merces eius parata reddere vnicuique ſecundum opera eius: & ſecum recogitauerit opera ſua mala, adeóque & ſupplicium timet, & minas dei perhorreſcit, Ad hoc verò, ne abſorbeatur à E
triſtitia, ſpe bona ſubnixus, ad miſerationes & benignitatem dei reſpicit, ſperátque liberandam animam ſuam à morte atque paſcendam à deo in fame. Anima noſtra ſuſtinet dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt. Exhortationem habet ad patientiam hic ſermo, vt ſi quando contingat ab vno aliquo tribulantium nos diuexari, per hoc interim ne ſinamus nos diuelli, neu ſecedamus à charitate dei quæ eſt in Christo Ieſu: ſed collectis animæ viribus omnia quæque aduerſa perpetiamur credentes non defuturum à deo auxilium. *Quoniam in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus.*) Hoc ſanè concinit iis, quæ in pſalmi principio dicit: Exultate iuſti in domino. Et, in ipſo lætabitur cor noſtrum. In eandem quoque ſententiam mihi videtur Apoſtolus dixiſſe hoc: In his omnibus ſuperamus per eum qui nos dilexit. Item illud, Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.

Quum enim dixiſſet hic pſalmiſta: Anima noſtra ſuſtinet dominum: vt declararet ſe nulla vi adactum aut oppreſſum afflictionibus ſuam oſtentare velle patientiam, ſed cum omni gau- F
dio ſuſcipere erumnas & incommoda pro nomine domini: Non ſolùm inquit, ſuſtinemus, ſed in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus. Nobis ſatis eſt quòd Chriſtiani vocamur, vt inimicorum omnem impreſſionem inſultus omnes effugiamus. Dei ſanctum dicitur eſſe nomen, non eò prorſus quòd in ſyllabis vim habeat ſanctificatiuã, ſed quòd omnis dei

proprie-

Legitima finitio regni.

* Nā quis. in verbum quodam in exemplari.

Equus ſanctis non fuit in vſu. Iſrael non legitur vſus equeſtri exercitu.

Nomē dei quomodo ſanctum.

proprietas & eorum intelligentia quæ ipſi emi-
nentiſsimè adeſſe contemplamur, ſancta eſt & ab
omni impuritate ſeiuncta. *Fiat domine miſericor-
dia tua ſuper nos, quemadmodũ ſperauimus in te.*)
Vides, quàm ſcitè ac prudenter orauerit? propriũ
affectum admenſus eſt adminiſtrationi miſera-
tionum dei. Tantum, inquit, fiat miſericordia tua
ſuper nos, quantam in te coniecimus ſpem præ-
ueniendo. Spes enim noſtra omnis huc reſpicit,
nempe in requiem tuam: vt transformato corpo-
re humilitatis noſtræ, hoc ipſum cognoſcamus cõ
forme factũ corpori claritatis & gloriæ, in Chri-
A ſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperiũ in
ſecula, Amen.

IN PSALMVM XXXIII.

Benedicam dominum, Pſalmus Dauid quando immutauit faciem ſuam coram Abimelech, qui dimiſit ipſum & abiit.

PSALMI huius intelligentia
ad duo argumẽta nos trahit.
Quæ enim in Nobe ciuitate
ſacerdotum geſsit Dauid, vi-
dentur affinia eſſe & cognata
huic inſcriptioni. Rurſus &
quę & Geth apud Achis regẽ
alienigenarũ. Nam mutauit
faciem ſuã tunc, cũ Abimelech ſacerdoti loque-
retur, celans quidem fugam ſuã, regio autẽ ſe in-
ſeruire mãdato ſimulans eiúſque ſedulò implẽdi
ſatagere, quando & panes propoſitionis accepit,
& gladiũ Goliath. Rurſus faciem immutauit ſuã
B in medio deprehenſus hoſtium, ſentirétque illos
inter ſe vindictæ inhiãtes dicere (Nã ſerui Achis,
inquit, inter ſe dicebant): Nonne hic eſt Dauid
rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicẽ-
tes: Saul percuſsit mille, & Dauid decẽ millia? Ti-
muit autem Dauid, inquit, mutauítque faciem ſuã
ante illorũ oculos. Quo igitur pacto titulus Abi-
melech nominat, cũ hiſtoria Achis regẽ Gethæo-
rum dicat, talem nos varietatis rationem, quæ per
traditiones ad nos vſque peruenit, tenemus: Re-
ges alienigenarum cõmuni nomine Abimelech
vocabãtur, proprium verò quilibet habebat quo
appellabatur, ſicuti & in Romano imperio liceat
intueri, Cæſares in cõmune dici palàm eſt & Au-
guſtos, alia verò habuiſſe etiam hos liquet nomi-
na ſanè propria. Talis fuit & apud Aegyptios Pha-
raonum nomenclatura. Nam & ætate Ioſeph, rex
Pharao dicebatur, quique ſecundum hunc, ad re-
gnum ſublimatus eſt generatione quarta, tẽpore
Moſis itidem Pharao. Sed & Salomonis tẽpore
C Pharao dicebatur. Accepit, inquit, filiã Pharaonis
& Hieremiæ prophetæ tẽpore ſimiliter alius: ſic
& Abimelech tẽporibus Abraham legitur fuiſſe:
rurſus tempore Iſaac, & nunc demum ſub Dauid
Abimelech memoratur. De temporibus nanque
Abrahæ legitur, quòd Abimelech & Ochozath
pronubus eius & Phicol princeps militiæ eius, ad
Abraham † dixerint: Ini fœdus nobiſcum. Et ite-
rum de Iſaac. Erat autem multum temporis ibi.
Quum autem proſpexiſſet Abimelech rex Phili-
ſtinorum per feneſtram, vidit ludentem Iſaac cũ
Rebecca. Ita & hic temporibus Dauid in ſuper-
ſcriptione pſalmi Abimelech tãquam commune
regni nomen dictum eſt. Achis verò propriè illi
additum ab ipſius natiuitate eſt nomen, vt tradi-
tum eſt in hiſtoria. Coram igitur faciem ſuã Da-
uid mutauit manibus ſeruorũ, delatus velut men-
te motus & interſtrepens ad ciuitatis portas. De-
fluebant, inquit, ſaliuæ eius in barbam: ita vt dice-
ret Achis ad ſeruos ſuos: Quare adduxiſtis eum
ad me? Opúsne habeo iſtis Epilepticis, vt intro-
duceretis eũ & coram me comitiali morbo cor-
riperetur? Atque ita demiſſus abiit inde, & ſerua-
tus eſt in ſpeluncam Odollam. Igitur tanquam ex
magno periculo liberatus hanc gratiarum actio-
nem refert ſuo liberatori deo dicens: *Benedicam* D
dominum in omni tempore.) Ereptus ex morte ſibi
veluti terminos vitæ præſcribit, ſuamque ipſius
animam inſtruit ac format ad exactiorem viuen-
di formulam, vt nullũ ei tempus prætereat, quin
deum laudet, ac magnarum iuxtà ac minimarum
rerum initia cauſaſque in eum referat. Non exi-
ſtimabo, inquit, mea quicquam fieri diligẽtia, nec
caſu id cõtingere, ſed in omni tempore benedi-
cam dominum, non ſolùm in rebus vitæ ſecũdis,
ſed etiam aduerſis. Hinc edoctus Paulus ait: Sem-
per gaudete, ſine intermiſsione orate, in omni-
bus gratias agite. Viden' quanta fuerit viri iſtius
charitas. Ad hanc malorum continentem & ſuc-
cedaneam ſeriem, nihilo ſe habebat moroſius.
Quum patriæ finibus exul vertere ſolum cogere-
tur, neque hoc modò, ſed & cognatis ac dome-
ſticè notis opibúſque ſemel ſpoliatus. His adde
per neceſsitatem in manus hoſtiles contraditus,
vt parum abfuerit, quin minutim & in fruſta ab
his cõciſus ſit, ne ſic quidem ſecum dixit: Quouſ-
que tandem continens hæc & ſuccedanea malo- E
rum ſeries progredietur? Nihil per huiuſce affli-
ctionis diuturnam prorogatiuam faſtidiẽtior fie-
bat aut animo deiectior: vt qui probè noſſet, quia
tribulatio patientiam operatur, patientia proba-
tionem, probatio ſpẽ. Reuera enim tribulationes
edulia quædam ſunt & exercitatio gymnico cer-
tamini mirè cõducentia, & ad patris gloriã ſuum
agoniſten promouentia, is modò ſi legitimè ad
omnium tolerantiam. putà, ſiquando inceſsimur
maledictis, nos contrà benedicimus conuiciato-
ri, quum blaſphemantem obſecramus, attriti la-
boribus ac oppreſsi gratias agimus, in afflictione
poſiti exultamus quaſi gloria affecti. Nihil minus
chriſtianum decet, quàm vt rebus ſuis proſperè
cadentibus benedicat deo: contra, triſtiore qua-
piam calamitate afflictus laudes reticeat dei: quã-
do tunc quoq; gratiæ vberiores agendæ veniunt,
vt qui planè nouerit quia quem diligit, erudit &
caſtigat: Flagellat autem omnem filium quem re-
cipit. *Semper laus eius in ore meo.*) Videtur rem F
impoſsibilẽ polliceri propheta: quomodo enim
ſemper dei laus in ore hominis poteſt eſſe? quan-
do enim ea depromit cõſueta & ad corporis ne-
ceſsitatem reſpicientia colloquia, vtique nõ iam
in ore habet dei laudem: quando item dormit,
penitus ſilet. Bibens quoque aut comedens quo-
modò ore concinit laudem dei? Ad hoc dicimus
os eſſe quoddam ſpirituale & intellectu præditũ
hominis iſtius interni, nẽpe mentis, quo nutritur,
quiſquis particeps diuini fit verbi, qui panis de
cœlo deſcendit. De hoc ore propheta etiã loqui-
tur: Os meum aperui, & attraxi ſpiritũ. Hoc item

nos dominus adhortatur dilatatum habere oportere, ad luculentam copioſam ciborum veritatis ſuſceptionem. Dilata, inquit, os tuum, & implebo illud. Sanè cogitatio quę de deo eſt ſemel impreſſa & velut ſigillo obſignata in præcipua animæ parte, nimirum in mẽte, poteſt laus dei rectè appellari, ſemper in anima exiſtens. Poteſt itẽ iuxta apoſtolicam adhortationem vir quiuis bonarum ſtudioſus cũcta facere ad dei gloriam, ita vt facta dictáque ipſius omnia, omniſque ſpiritualis operatio vim laudis habeant. Siue enim bibat iuſtus, ſiue edat, omnia ad dei gloriam facit. Talis etiam cum dormit, cor vigilat, iuxta verbum dicentis in Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meum

Iuſti cogitatio & actio omnis, laus dei eſt.

A vigilat. Quaſi enim tenor quidam ſoni ſemel æditi ac diutius auribus inſonantis ſunt illæ quæ per ſomnum recurrunt imaginationes conceptæ interdiu cogitationis. In *domino laudabitur anima mea.*) Nullus, inquit, meam induſtriam, per quam à periculis ſim ſeruatus, laudet. Non enim in vlla hominis aut potentia, aut ſapientia, ſed in gratia dei conſiſtit ſalus. Non glorietur, inquit, diues in diuitiis ſuis, neque ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, quòd intelligit & cognoſcit dominum deum ſuũ. Vides quomodò Apoſtolus cooperarios euangelij laudet? Quis eſt, inquit, conſeruus & miniſter veſter in domino. Si quis autẽ ob corporis elegantiam decúſque aut ob acceptã à parentibus claritatẽ generis laudatur, non in domino laudatur anima eius, ſed quiſquis talis eſt, in magna conſtituitur vanitate. Non enim artes illæ quæ mediæ ſunt & indifferentis naturæ verã ha-

γνώμη.

B bent laudem. Gubernatores, aut medici, aut oratores, aut architecti ciuitates ædificãtes, vel pyramides ſeu labyrinthos, quíq; ſumptu ingenti ſubſtructiones ædificiorũ apparant, ædiúmue ſuperbam molẽ. Nam qui ob eiuſmodi laudantur, non in domino ſuam habent animã. Satis eſt nobis ad omnem dignitatem & noſtri exiſtimationẽ talis domini ſeruos cenſeri. Etenim qui regi cuipiam ſubſeruit, nonne tandẽ is ſibi mirè placebit, quòd in ordinem aſcitus ſit tanti iſtius famulitij? Qui verò in ſeruorũ dei dignationem venerit, aliunde laudem exquiret? ac ſi ad omnis excellentiã gloriæ & nobilitatis hæc appellatio non ſatis eſſet. In *domino laudabitur anima mea, audiant manſueti & lætentur.*) Quoniam ſine bello, inquit, mea ſalus parta eſt ex ſola oris mutatione, diuino auxilio deceptis inimicis: audiant manſueti, quoniã poſsibile & iis eſt qui ſunt quieti, trophæum excitare, & minimè pugnantes, victores declarari.

A ſimili.

Audiant manſueti.

C Lætentur itaque qui meo exemplo ad complexum manſuetudinis ſunt confirmati. Iam quando quæ manſuetudinis ſunt, perfeci: Memento domine Dauid, & omnis mãſuetudinis eius. Maxima omnium virtutum manſuetudo. eóque in beatitudinum numerum relata eſt: Beati, inquit, mites, quoniam ipſi poſsidebũt terram. Illa enim terra cœleſtis Hieruſalem, non eſt bellatorũ ſpolium, ſed longanimiter & manſuetè omnia tolerantium ſperata hæreditas. Idem enim valet, audiant manſueti, & audiant Chriſti diſcipuli: Vult forſan miraculum diuinæ iſtius erga ſe beneficentiæ in nos more prophetico deriuari. Audiãt, qui multis pòſt generationibus futuri ſunt Chriſti

Manſuetudinis laus.

diſcipuli. Hos nanque mãſuetos nominauit, quibus dominus ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Qui enim ſedati ſunt & compoſitis moribus, nempe ab omni affectu vitioſo liberi, adeò vt nullum reliquerint in animabus ſuis perturbationi locum, hi demum manſueti appellantur, eoque Moſes præter cæteros homines manſuetus fuiſſe probatur ſcripturæ elogio. *Magnificate dominum mecum.*) Cõuenientem chorum propheta in domini laudẽ ſibi aſſumit. Nemo turbulẽtus, nemo obſtreperus aut tumultuarius, non qui carnalium affectionum œſtro extimulat animam, miſtum ſe mihi adiungat: ſed vos tantum manſueti, qui ſtabilitatem firmitatemque animi conſequuti eſtis, ſimulque torporẽ & ſom- D nolentam dormitationem à vobis ipſi excuſsiſtis, quo ſenſus veſtri ad ea quæ addecent, alacriores ſint & euigilent, qui tales eſtis magnificate dominum mecum. Magnificat autem dominum is, qui magno mentis propoſito celſóque animo & erecto pro pietate tentationes tolerat: deinde verò is etiam qui nec mediocri intellectu & ſublimiore animi ſpeculatione rerum conditarum multimodam magnitudinem cõſiderat, vt ex earũ magnitudine iuxtà ac pulchritudine, tantarum rerũ opificem contempletur. Quantò enim magis in ſublimitatem rationum, quibus omnia conſtant & omnia reguntur, ſeſe attollet: tantò magis dei magnificentiam conſpiciet, & quantum in ſe virium habet, is magnificat dominũ. Quoniam itaque non vna mens, nec vnius hominis meditatio, neque ad breue tempus ſatis eſt ad miraculorum dei comprehenſionem: omnes ſimul manſuetos ad huius obeundæ actionis ſocietatem inuitans E aſſumit. Oportet enim otium ab omni tumultu exteriore agere liberrimum prorſus, & intra cordis arcana perinde ac in intimo quopiam ineũdæ conſultationis receſſu, tranquilla quiete perfrui eum, qui cupiet velut è veſtigiis perſequi cõtemplationem veritatis. Audíſne prophetam confitẽtem peccatum? quid ait? Turbatus à furore oculus meus. Non ſolùm autem furor ſiue ira, ſed concupiſcentia & timor & inuidia oculum animæ conturbant. Et in vniuerſum perturbationes omnes, & immoderati motus aciem perſpicacitatemque animi confundunt & exturbant. Et quemadmodum oculis turbidis viſibilia exactè deprehẽdere non valemus, ſic corde turbato nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni. Secedere igitur opus fuerit ab iſtius mũdi rebus, & neque per oculos neque per aures aut alios ſenſus, alienas in animam cogitationes introdu- F cere. Quæ enim ex ſuperbia carnis cooriũtur aduerſus animam & inſurgunt bella, internum hominem complẽt obſtrepero prorſus & irrequieto tumultu, nec vnquam concilianda ſeditione. *Exquiſiui dominum, & exaudiuit me.*) Hæc, inquit, audiant mãſueti, quòd ego tempore illo apprimè difficili & perplexo, quando furor Philiſtinorum qui eorum meminerant, quæ illis priùs intuliſſem mala, aduerſus me motus eſt; omniſq; manus contra me armata eſt, cæterum ego nudus & inermis, paratus ad omnem ignominiam, & ſupplicium inimicis patebam, tunc nec ob timorem mentem confudi meam aut conſternatus ſum, non item à me excuſsi de deo cogitationem,

Manſueti vere qui.

γνώμ. collat.

Nimirū ea ſe Goliath.

non denique ſalurem propriam deſperaui, ſed exquiſiui dominum. Non enim quæſiui tantum ſimplici quadá breuique ſpe, ſed exquiſiui. Plus enim exprimit exquirendi emphaſis, quàm quærendi verbum, quemadmodũ amplius quiddam indicat perſcrutatio, quàm ſcrutatio. Defecerunt perſcrutantes perſcrutationes. Multam igitur quieté ac animi tranquillitatem per verbum exquiſitionis nobis ſermo hic repræſentat. *Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*) Omnis iuſti vita in afflictionibus poſita eſt, nempe, anguſta & arcta via. Et, Multæ tribulationes iuſtorum. Idcirco A & Apoſtolus ait: In omnibus tribulati. Itẽ: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Liberat autem ex tribulatione ſanctos ſuos deus, quod haud quidem citra probationem ſinit vitam tranſigere, ſed & idem ipſis largitur patientiæ virtutem. Si enim tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: qui tribulationem detrectar, probatione ſeſe priuat. Quemadmodum nullus ſine aduerſario triũphat aut coronatur: ſic neque probatus pronũtiari niſi per adflictiones poteſt. Ex omnibus ergo tribulationibus liberauit me. Non ſinens me anxietate opprimi, ſed cum tentatione exitum præbens, vt valeam ſuſtinere. *Accedite ad deum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*) Hos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt, hortatur ad dominũ venire, ac radiis diuinitatis propinquare: vt ex ipſius propinquitate, illuſtrati veritate, in ſeipſos recipiãt per gratiam ipſius dei illuſtrationem. Quemadmodum enim ſenſibile hoc lumen B non omnibus ſimiliter exoritur: ſed habentibus oculos & vigilantibus, his item qui nullo interſtite impedimento prohibentur, quin frui poſsint claritate ſolis primum aduentantis, ſic & iuſtitiæ Sol verum lumen, quod illuminat omnẽ venientem in hunc mundum, non omnibus ſuum ſplendorem præbet, ſed his qui viuendi formulam nihil ipſo indignã exigunt. Lux, inquit, orta eſt, non peccatori, ſed iuſto. Vt enim ortus eſt Sol, ſed nõ veſpertilionibus, nec aliis animalibus quæ noctu prodeũt pabulatum: ſic & lux, ſua quidem natura ſplendiſſua eſt ac vi prædita illuminandi, non tamen omnes claritatis participes exiſtunt. Sic & omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt eius opera non manifeſtentur. Accedite igitur ad ipſum, & illuminemini, & facies veſtræ non confundentur. Beatus, qui in die iuſti iudicij quando venerit dominus ad illuminandũ abſcondita tenebrarum, & manifeſtandum conſilia cordium, auſus erit ſub luce illa redargutionum conſiſtere, quique illinc ſe recipiet nullo dedecore aſperſus, vt qui conſcientiam deprehendetur habere nulla ſorde contaminatam improbandi operis. Quis verò male fecerint, in probrum & cõfuſionem reſurgent: in ſeipſis turpitudinem & for-C mas eorum quæ peccarunt, cõſpicientes impreſſas. Erit certè cõfuſionis eiuſmodi impreſsio iſtis tanto plus horrori, quàm vel ipſæ tenebræ aut ignis æternus, quod in ea æternum victuri ſunt peccatores, ſemper ob oculos verſantes veſtigia illa peccati in carne admiſsi, quaſi notæ cuiuſpiã tinctę nec vlla aſpergine eluibilis, in memoria animę perpetuò duraturæ. Paucorum enim eſt ad veram lucẽ accedere & manifeſtari velle, & vultu haud pudefacto ab iſta examinatiõe diſcedere. *Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.*) Nõ ſemper laudabilis paupertas, ſed quæ iuxta conſilium euangelicum libera volũtate ſuſcepta perficitur. Quàm multis non ſuppetit oppulentia facultatũ, qui animi deſtinatione ac propoſito ſunt auariſsimi? Tales ad ſalutem non inopia rerum prouehit, ſed cõdemnat voluntas. Non igitur qui eget omnino beatus eſt prædicãdus, ſed qui omnibus orbis theſauris mandatum Chriſti potius exiſtimat. Hos & dominus beatos dicit. Beati, inquit, pauperes ſpiritu, non qui pauperes ſunt, hoc eſt inopes: ſed qui paupertaté certa animi deſtinatione præ-D elegerunt. Nihil enim eorum quæ præter voluntatem contingunt, aſtruẽdum eſt eſſe beatũ. eoq; virtus omnis internoſci ſolet & diſtingui omniũ maximè hæc paupertas velut charactere quopiã, ſi à voluntate proficiſcitur. Hic itaque pauper clamauit, voce demonſtratiua ad pauperem ſecundum deum, eſurientem & ſitientem, & nudum, te inuitat, mentem vt conuertas tuam. Hic, inquit, pauper, quaſi digito oſtendens. Hic diſcipulus Chriſti poteſt hic ſermo & ad Chriſtum referri, qui cum natura diues eſſet, propterea quòd omnia quæ patris ſunt, ipſius ſunt: propter nos pauper factus eſt, vt nos eius paupertate diuites eſſemus. Omnis enim actionis quæ nos ad beatá vitam perducit, autor ipſe primus dominus fuit, ſeſe diſcentibus exemplum præbens. Ad eas recurre, quas beatitudines nominauit, his ſingulis ſedulò expenſis inuenies ſui ſermonis doctrinam ipſo anteuertiſſe opere, Beati mites. Quonam igitur modo hanc manſuetudinem didicerimus? Di-E ſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nobis pacis bonum oſtendet? Ipſe pacificus qui pacẽ fecit & conciliauit duos in vnũ nouũ hominem, & pacificauit per ſanguinẽ crucis ſuæ omnia, ſiue in cœlo ſiue in terris ſunt. Beati pauperes. Ipſe pauper vixit, ſeque aſſumpta ſeruili forma exinaniuit, vt nos omnes ex eius plenitudine gratiam pro gratia accipiamus. Si quis itaq; à ſancto ac benigno ſpiritu ductus, nihil de ſe magnum ſentiens, ſed humiliãs ſeſe, vt alios exaltet: ſpiritu clamet, magna ſibi apprecatus & orans: nihil quod parum ſit decorum, ſed nec ſordidum quid ore depromat aut vile, nimirum nihil terreſtris aut mundanæ rei reſipiens, huius profecto clamor exaudietur. Auditionis igitur finis quiſnã eſt? Ex omnibus tribulationibus liberari, nec vllo horũ ſauciari: ſic vt neutrobi ſinas inflecti te, nec addici miſeræ ſeruituti carnis ſeſe efferẽtis. Quis igitur modus per quem pauper liberatur? *Immittet ſe ſiue interſeret angelus domini in circuitu timentium, & eripiet eos.*) Ipſe quem dicat pauperem, interpretatus eſt, nempe timentem deum. Quoniam qui timet, in ordine adhuc ſerui eſt. Charitate autem perfectus ad filij deinceps dignitatem accedit. Ideo & ſeruus & pauper dicitur is, qui F nihil proprium habet, filius autem iam diues eſt ob paternam hæreditaté. Caſtra metabitur ergo ſiue immitet ſe medium angelus domini in circuitu timentium eum. Omni nanque in Chriſtũ credenti angelus aſsiſtit, niſi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus. Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: ſic angelum vitæ noſtræ cuſtodem, abigit

multa

Arbitror ſic perſtare hic σχέσις

Beatitudinum exempla in Chriſto.

Simile elegans.

Alius ex affectu tantum orat, alius ſcitè ac prudẽter cœleſtia quærit: quidam perfunctoriè nec acri attentione ſummis labris verba loquitur: cor autẽ eius procul à deo eſt, & ſi etiam orat, carnis tamẽ proſperam valetudinem, corporis bona, inſuper diuitias & gloriam quærit humanam. Oportet autem nihil horum committere in templo, vt ſermo dei docet: ſed in templo eius quiſque dicet gloriam. Cœli enarrant gloriam dei. Angelorum opus laudare deum: omnibus denique cœleſtibus exercitibus vna hæc cura, gloriam tranſcribere creatori. * Reliquæ item creaturæ omnes, ſiue cœleſtes, ſiue terreſtres, ſeu rationales, ſiue rationis ex A pertes, demúmque inanimatæ, ſeu voce ſiue geſtis aut aliqua ſignificatione ſummum omnium conditorem deum extollere ac prædicare videntur.

Laus dei, opus angelorum. *ἀφωνότερος.* ** Non habentur hæc in exēplari Græco. Locus ſanè intelligendus.*

Homines verò miſerabiles relictis ædibus ſuis ad templum concurrunt, quaſi emolumenti quicquam inde laturi, cum tamen nec accommodent aures verbis dei, nec ſuæ intelligant conditionem naturæ, nec peccato quopiam præoccupati mœrore afficiuntur, ac ne tum quidem contriſtantur, quum ad memoriam quæ admiſerunt, recurrunt. Nullo corripiuntur diuini iudicij metu: adeò vt ſibi arridentes, ſuáſque prenſantes dextras, domũ orationis in locum vertant effuſiſſimæ loquacitatis, minùs obtemperantes Pſalmo huic conteſtanti ac dicenti: In templo eius omnes dicent gloriã. Tu autem non ſolùm nõ dicis, ſed alteri cuipiam impedimento es: cúmque tibi vni reddis attentũ, dum obſtrepero tuo clamore obtundis & exuperas perſonantem ſpiritus ſancti doctrinam. Vide ne quum hinc emigraris, loco mercedis recipiendæ pro diuinis laudibus: vnà cum iis qui nomen dei execrantur & blaſphemis vocibus inceſſunt, B condemneris. Pſalmum habes, Prophetas, Euangelica præcepta, Apoſtolorum prædicationes. Lingua pſallat, mens ſenſum eorũ quæ dicta ſunt, ſcrutetur: vt pſallas ſpiritu, pſallas item & mente. Nõ enim gloria deus indiget, ſed vult te dignum reddi, qui olim laudem & gloriam promerearis. Quod enim ſeminat homo, hoc & metet. Seminat diuinæ laudis & gloriæ ſementem: vt coronas honores laudéſque in regno cœlorum metas.

ἐν παρεκβάσει.

Hæc itaque per digreſſionem à nobis nõ quidem ab re neque inutiliter ſint dicta de eo quod hic dictum eſt: In templo eius quiſque dicat gloriam, ob hoc, quòd quidam in templo dei nullo vnquã fine ſe totos effundunt in futiles & aniles nugas ac proinde nullo ſuo fructu illud ingrediuntur, atque adeo vtinam fruſtra tantùm ſubirent templum, non etiam magno ſuo incommodo. *Dominus diluuium inhabitare faciat.*) Diluuium aquæ inundatio, omne ſubiectum delentis, omne item quod prius ſordium colluuie ſqualebat, repurgantis. Baptiſmi itaque gratiam diluuium nominat, quo fit vt anima peccatis abluta & purgata excuſ- C ſo à ſe veteri homine, domicilium deinceps fiat accommodum deo in ſpiritu. Meæ huic expoſitioni concinnunt ea quæ in pſalmo triceſimoprimo conſcripta ſunt. Poſtquam enim dixit. Delictum meum cognitum tibi feci, & peccatum ſiue iniuſtitiam meam non abſcondi, & item hoc: Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: ſequitur: Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Non enim deinceps peccata appropinquant ei, qui iam accepit baptiſma in remiſſionem peccatorum, per aquam & ſpiritũ ſanctum. Huic ſententiæ cognatum & affine quiddã in Micheæ prophetia inuenitur: Quia volens miſericordiam eſt. Conuertet ſe, & miſerebitur noſtri. Demerget peccata noſtra, & proiicientur in profundum maris, & ſedebit dominus rex in æternum. Splendenti nanque animę ſtatim poſt diluuium baptiſmi deus inſidẽs, veluti thronum eam ſibi conſtituit & efficit. *Dominus fortitudinem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.*) A peccatore populo dominus robuſtum auferet & robuſtam: è diuerſo populo iuſtitiam ſedulò operanti ſuggerit vires & robur. Ideo dicitur: D Omni habenti dabitur. Iam quiſquis animum cõfirmauit ad efficacem perfectionem bonorum operum, is vtique dei benedictione efficitur dignus. Inter porrò benedictionis diuinę ſpecies pax perfectiſſima eſſe videtur, quum ſtatus ſit mentẽ procul intemperie omni conſtabiliens: adeò vt pacificus vir hoc inſigni tanquam propriis notis internoſci poſſit, ſi quidem ſedatis eſt & peramœnis moribus: contrà, qui adhuc compugnantium affectionum fatigatur intemperie, is nondum effectus particeps eſt diuinæ illius pacis, quam dominus ſuis dedit diſcipulis, quæ cum omnem exuperet ſenſum, vtique illorum præmuniet & tuebitur animas qui ſe ea pręſtiterint dignos. Hanc denique Apoſtolus apprecatur eccleſiis, dicens: Gratia vobis & pax adimpleatur. Sanè optandum ſit, ut poſt exantlatum & legitimè toleratum vitæ iſtius agonem, poſt prudentiam carnis in ſeruiturẽ redactam, quæ aduerſus deum inimicitias exercet anima in tranquillam & ab omni turbela diſſitam ſtationem recepta, promereamur appellari filij pacis, ac diuinæ illius benedictionis effici partici- E pes, In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

** ἐναντίως ex collatione.*

ἐκ τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων *τῶν ἁγίων ὑπόμνημα.*

DIVI BASILII HOMILIA IN eundem pſalmum: *Adorate dominum in aula ſancta eius.*

EVm addecet adorare dominum, non qui extra ſanctam eius aulam, ſed qui intra eam ſit conſtitutus: Hoc eſt, quiſquis debet deo offerre ſynceræ adorationis cultum, ne egrediatur aut abalienet ſe ab eccleſiæ cœtu, ne ſit autor nouandæ vllius peruerſæ congregationis aut ſchiſmatis aduerſus eccleſiam cõcitandi. Neque enim cõuenit. Quemadmodum autem ſe adornat quis & inſtruit domum domini, dei templum vt ſit: ita & aulam eius ſiue atrium vndique poteſt cingere ſeipſum quaſi muro quopiam communiens vita, F ſermone, diuinis cogitationibus, in ſeipſo adorans deum, ſufficientem in ſe cum habeat & idoneam occaſionem exhibendæ ei culturæ, cùm ex ſtructura corporis, tum ex moderanda diſpoſitione virium animæ. Iam verò & dominus de Iudæorum atrio & ouili loquutus, dixit, Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, oſtendens nimirum & aliud quoddam ouile, verè ſanctum eſſe, in quod congregandæ ſint oues Chriſti,

Audi Eutychetem ſuis affectis.

Anima & templũ eſt dei & aula eius.

ij videlicet, qui ex gentibus ad ſalutem ſunt prædeſtinati, hoc eſt, Eccleſiam hanc, in qua veri adoratores adorant in ſpiritu & veritate. Nemo verò eorum, qui aliud quid præter deum, honore diuino colit, deum adorare poteſt in atrio ſacto eius. Deos autem conſtituunt, alij ventrem, Quorum, inquit, deus venter eſt, alij argentum, qui videlicet auaritiæ, quæ idolorum ſeruitus eſt, addicti ſunt. Et quiſque ſanè, quod omnium potiſſimum colit, illi gloriam aſſignat diuinam. Talis autem nõ eſt in atrio ſancto, neque adorat deum, etiam ſi à ſenſibili conuentu videatur ſeparari non poſ-

A ſe. *Vox domini ſuper aquas.*) Operæpretium eſt, vt intelligamus quid ſit vox domini quoad fieri poteſt, adducere ex diuina ſcriptura quæ de voce ſunt ſcripta. In Geneſi itaque verbum domini ad Abraham conſcriptum inuenimus. Ego, inquit, protector tuus ſum, merces tua multa. Et reſpondit Abraham, Domine quid dabis mihi? Ego verò morior ſine liberis: Et poſt pauca. Et ſtatim facta eſt vox ad ipſum. Rurſus in Exodo, Stent parati in tertium diem. Et quando cœperint audiri voces, & tubæ, & nubes, aſcendent illi in montem. Et poſt decalogum, Omnis verò populus videbat vocem ac lampadas, & vocem tubę. In Eſaia quoque ſcriptum eſt, Vox dicentis, clama. Eſt itaque vox percuſſio aëris, aut ſpecies illa circa aërem, quam exprimere vult qui vocem emittit. Qui per carnis organa inter ſe ſermocinantur, verberantes aërem, & velut impreſſionem quandam ac ſpeciem imprimentes aëri, vocem vi ſpiritus ad aures vſque illius impellunt, ad quem loquuntur. Vox verò domini alterius eſt generis, propterea quòd imaginatione cum illis agit quos vult audi-

B re vocem ſuam, ita vt analogiam imaginatio iſta habeat cum ea quę in ſomnis accidit. Illic nanque ſenſus eorum quæ dicuntur non per aures verberato extrinſecus aëre apprehenditur, ſed mens ipſa intellecta excepit, quæ in memoria eorum quæ conſiderata ſunt, permanere ſolent. Facta eſt itaque vox ad Abraham, quoniam aures habebat, quibus pręcepta dei audire poterat, arcano modo intonante illi voluntate diuina. Vox verò illa, quę ad populum facta eſt, viſio erat, hoc eſt, cognoſcibilis & omnibus intellectu cõprehenſibilis. Non enim colore aliquo colorata erat & circunſcripta erat vox iſta, vt ore prolata vox percipi poſſet oculis, ſed videbat populus vocẽ: propterea quòd præceptum domini lucidum eſt illuminans oculos, neque vlla ineſt iis quæ dicuntur obſcuritas. Et Eſaiæ quoque facta eſt vox dei, præcipiens ac dicens, clama, quod idem eſt atque, mens prophetæ à potentia, quæ illi indita eſt à deo, inſtruebatur. *Vox domini ſuper aquas.* Quę vox? Super quas aquas? Dictum hoc vt propheticum ſumendũ eſt. Memor eſto Ioannis, qui cum interrogatus eſſet

C à Iudæis, Tu quis es? Quod reſponſum dabimus his, qui miſerunt nos? reſpondit, Ego vox clamantis in deſerto. Eſt ergo Ioannes vox domini, Angelus à deo miſſus ante faciem domini, ad parãdum domino populum perfectum. Ipſa itaque vox dei erat ſuper aquas in Iordane, in quo baptizabat Ioannes prædicans baptiſma pœnitentiæ. Et non in Iordane tantum, ſed & in Enon prope Salẽ. Multum enim illic aquarum erat. Vox igitur domini ſuper aquas, Ioannes eſt baptizans. Illic & deus maieſtatis intonuit. Venit enim vox è cœlo dicẽs, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Tunc & dominus ſuper aquas multas erat cum ad Ioannis vſque baptiſma ſeſe demittere dignabatur, vt vniuerſam legis iuſtitiam adimpleret. *Vox domini in virtute.*) Aufert enim infirmitates populi per baptiſmum pœnitentiæ, per ipſum in aqua baptizans ad pœnitentiam. Illud in virtute, vox eſt dicens, Pœnitemini: appropinquauit enim regnum cœlorum. Et facite fructus dignos pœnitentiæ. Aut fortè vox in virtute erat, qua domino verè potenti ac forti Ioãnes teſtimo- D nium dabat dicens, Ego baptizo in aqua: qui verò poſt me venit, fortior me eſt. Ipſa itaque vox virtuti teſtimonium dabat. *Vox domini in magnificentia.*) Quando magnifica myſteria Ioannes de Ieſu prædicabat dicens, Vidi ſpiritum ſanctum ſicut columbam deſcendentem ac manentem ſuper eum. Et iterum, Quoniam de plenitudine ipſius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sublimes nanque ſunt iſtæ aquæ, & magnitudinem gloriæ vnigeniti exprimentes. Eóque vox domini erat in magnificentia. Magnificum verò illud & erat quod dicebat Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ille enarrauit. Multa & alia magnificè de domino loquutus deprehenditur, vtpote, Non poteſt homo accipere quicquam: niſi ſit illi datum è cœlo. Magnificum & hoc erat quod dicebat, Qui è ſupernis venit, ſuper omnes eſt. Et illud, Qui teſtimonium ipſius accepit, is ſignauit, quòd deus verax ſit. Quem enim deus miſit, is verba dei loquitur. Et illud, Qui credit in filium, habet vitam æternam. Et quæcunque ſunt alia huiuſmodi. Nihil i- E gitur humile, aut quod abſit à decoro, ſed omnia magnificè, cum excellenti amplitudine de domino dicta ſunt, quæ decenter à Ioanne illi ſunt adſcripta. Hac ratione dictum eſt, Vox domini in magnificentia. Vox domini cõfringentis cedros. Poteſt hoc de eo exponi, quòd parans domino populum perfectum, impietatéſque illas, quæ cõtra cognitionem dei eriguntur & in ſublime extolluntur, conterens & demolitus, obliqua redegit in viam rectam. Qui nanque omnem collem, & quemuis montem humiliabat, is certè, & cedros confringebat, & omnia ad aduentum domini complanans exæquabat, dum ſublime, exaltatum, & neſciens humiliari cor populi ad pœnitentiam deducebat. Quam præparationem populi aduentu ſuo dominus excipiens, aduerſarias poteſtates, cedros libani tropicè dictas, confregit. Oportet nanque regnare dominum, donec ponat inimicos ſub pedes ſuos, & cedros iſtas, comminuat, & tanquam vitulum Libanum. Quid eſt autem vitulus? de Libano dicunt quod ſimulacrorum cultores, vitulorum imagunculas, quas ſibi in libano fingunt, ſicque eas admouebant igni. Itaque hoc ſenſu aduerſarias F poteſtates propheta meritò ad internecionem vſque delendas eſſe dicit. Aut vitulus eſt, qui in monte Libano per ignem liquefit, ſecundum quod dictum eſt, Sicut liquefit cera à facie ignis, ſic peribunt peccatores. Atque ita intelligere poſſumus, quid ſit confringi cedros illas, & quid comminui Libanum, ducem huius ſublimium cedrorum.

Comminutus

Comminutus aliquando eſt & vitulus ille in Exo
do, per Aaronem factus, quem olim effinxit po-
pulus cùm deſerto deo ad idolola triam ſe auer-
tiſſet, quem correptum Moſes minutatim confre
git, & in aquas coniecit. Ad hunc modum domi-
nus totum Libanum, hoc eſt, primarium malitiæ
principatum, cõminuit, ſicut vitulus ille per Mo-
ſen comminutus eſt. Et comminuit eas velut vitu
lum, Libanum. *Et dilectus ſicut filius vnicornium.*)
Poſt ſublatas aduerſarias poteſtates, declarabitur
A & conſpicua demum erit dilectio erga dominum
& potentia ipſius illuſtris erit, nemine aduerſario
rum amplius exiſtente, qui illam obſcuret. Prop-
tereà dicit, poſt iſtam comminutionem, dilectus
erit ſicut filius vnicornium. Eſt autem vnicornis,
animal imperioſum, homini non ſubditum, nul-
lis viribus domabile, perpetuò in ſolitudinibus a-
gens, vno cornu ſecurum. Quapropter & inſupe-
rabilis domini natura vnicorni aſſimilata eſt, cum
propterea quòd omnibus dominatur, tum quòd
vnum habeat ſuiipſius principium, nempe patrẽ.
Caput nanque Chriſti deus eſt. *Vox domini inter-
cidentis flammam ignis.*) Peccatum quod ignis in
ſtar Iſraëlem deuaſtabat, Ioannes intercidebat di
cens, Pœnitemini, appropinquauit enim regnum
cœlorum. Flammam itaque affectionum quæ ex
peccato animabus mortalium innaſcitur, interci-
dit, dum Iudæis de ſempiterno igne diſſeruit, iudi
ciíque diuini vehementiam expoſuit dicens, Cu-
ius ventilabrum in manu domini, & repurgabit
aream ſuam, & triticum quidem reponet in hor-
rea, paleas autem comburet igni inextinguibili.
B Flammam itaque illam intercidit, vbi terribilia i-
ſta populo ob oculos expoſuit. *Et concutiet domi-
nus deſertum Cades.*) Erat enim Ioannes, baptizãs
in deſerto. Deſertum igitur illud concuſſit, per ac
curſum vndique adfluentium populorum, quod
quidem deſertum propter eorum qui illuc venie-
bant pœnitentiam, ſanctum eſt appellatum. Ca-
des enim, ſi interpreteris, ſanctum dicitur. Vox i-
ſta domini abſoluit ceruas, animas videlicet ſan-
ctas, quæ ſublimia ſunt quærentes, quæ & ſerpen-
tes abſumunt, & in ſublimibus montibus commo
rantur. Iſtæ itaque nobis ſint animæ magnificæ,
ad faſtigium cœleſtis conuerſationis ex imo fun-
do leues & erectæ contendentes, quibus cum ad-
uerſariis poteſtatibus, quemadmodum ceruis cũ
ſerpentibus, bellum eſt. Quin. *Et reuelat conden-
ſa.*) Vt in apertum prodeant & fiant manifeſti ſer
pentes qui ſub inumbratione denſarum & ſylue-
ſtrium arborum delitеſcebant: quò ad lucem edu
cti minore negotio à ceruis cõſumantur. Fortaſſè
quiſquis arcana quæpiam vitia coarguit, is reuelat
condenſa. Hoc eſt, in apertum producit latẽtia in
ſyluestri hac natura peccata, quæ ſerpentes dicun
C tur, propter voluptatis picturatam varietatem. Re
uelabit autem ea in illa die, in quo manifeſta fa-
ciet, abſcondita tenebrarum, & conſilia cordium
ipſorum. Forſan & de Ioanne poteſt intelligi, qui
cum eſſet vox domini, per ænigma Iſraëli ad hunc
modum loquutus eſt, Iam enim ſecuris ad radicẽ
arborum poſita eſt. Omnis itaque arbor, non fa-
ciens fructum bonum, exciditur & in ignem con
iicitur, atque ita & ipſe reuelabat condenſa, hoc
eſt, fructuum inutilitatem eorum manifeſtabat.
Eſt enim condenſum, ſylua infrugifera. Huius de
clarata noxia ſterilitate, ad competentem illos fer
tilitatem prouocabat dicẽs, Facite dignos fructus
pœnitentiæ, ex quibus omnibus vnus eſt effectus
vt templum domini ædificetur, in quo quiſquis
conſtitutus fuerit, verè poteſt gloriam afferre do
mino. Sed *Et diluuium inhabitat dominus.*) Per
baptiſmum nanque in animabus ſanctificatorum
habitatio domino paratur. Ablutam igitur à pec-
catorum ſorde animam inhabitat deus. Quapro-
pter dicitur inhabitare diluuium. Quod enim re- D
miſſionem peccatorum, quæ ex baptiſmate eſt di
luuiũ vocauerit, ex triceſimo primo quoque pſal-
mo didicimus, vbi dicit, Veruntamen in diluuio
aquarum multarum ad ipſum non appropinqua-
bunt, Peccatorum nanque delicta, in redemptio-
ne ea quæ per baptiſmum fit, appropinquare am-
pliùs non permittentur. *Et ſedebit dominus, rex in
æternum.*) Præter hæc omnia ſuppetet nobis &
concedetur hoc, vt agnoſcamus domini principa
tum ſuper omnem creaturam, qui dat virtutem
populo ſuo, vt deuicto maligno, benedictionem
accipiamus quæ datur à domino in pace, iis qui ſe
illo dignos præſtiterint. Ipſi ſit gloria in ſecula ſe-
culorum, Amen.

IN PSALMVM VIGESIMVM-
nonum Pſalmus Cantici in dedicatione innouatæ
domus Dauid, Exaltabo te domine quo-
niam ſuſcepiſti me.

PSalterium quidẽ inſtrumen- *Pſalterium*
tum cùm ſit muſicum ad con
cinẽdos deo noſtro hymnos
cõcinnatum, figuratè tamen
ſtructura eſt corporis. Pſal-
mus verò ipſæ actiones ſunt E
corporis, quas veluti debitas
exoluimus in gloriã dei, quũ *Pſalmus.*
ſic decorè ad præſcriptum verbi dei nos ipſos cõ-
ponimus, vt nihil conficiamus quod in ipſo cor-
poris motu appareat inconcinnum. Cãticum eſt, *Canticum.*
quodcunque contemplatione ſimplici theologi-
caque comprenditur. Pſalmus itaque, ſermo eſt
muſicus, quando concinnè aptéque ſecũdum har-
moniæ rationem ad organum pulſatur. Cãticum
verò vox eſt concinna quæ cum harmonica mo-
dulatione redditur ſine organi ſono & concẽtu.
Itaque quoniã hic inſcriptio talis eſt, Pſalmus can
tici, putamus ſignificari, quod contemplationem
ordine ſequatur actio. Hic igitur pſalmus cantici,
vt inſcriptus eſt, dedicatæ aut innouatæ domus ra
tiones continet aliquot. Et videtur, quod ad hiſto
ricum ſiue corporalẽ attinet ſenſum, temporibus
Salomonis erecto iam perquàm celebri templo
fuiſſe ad melicam pſalterij modulationem accõ-
modatus & decãtatus. Senſus vero ſpiritualis hu-
manitatem à deo verbo aſſumptã ſignificat, & de-
dicationem domus ipſius recens & mirabili mo-
do conſtructæ, indicat inſcriptio. Multa enim in- F
uenimus in hoc pſalmo ex perſona domini pronũ
tiata. Aut forte domum intelligere conuenit ædi-
ficatam à Chriſto eccleſiã, vt & Paulus ad Timo-
theum ſcribit. Vt ſcias quomodo oporteat in do-
mo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viuentis.
Dedicatio verò eccleſiæ, exiſtimanda eſt renoua- *Dedicatio ſiue renouatio eccleſiæ.*
tio mẽtis per ſpiritum ſanctum facta, ſingulis qui-
buſque corpus eccleſiæ Chriſti complentibus.

Eſt autem diuina & muſica harmonia, comprendens aliquos ſermones non qui aures demulceát, ſed malignos ſpiritus qui animas noxæ & læſioni vndelibet expoſitas perturbant, cohibentes atque mitigantes. *Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non lætificaſti inimicos meos ſuper me.)* Quomodo is qui in altiſſimis habitat, exaltatur ab iis qui humilem ſortiti locum ſunt? Si enim deus in cœlo ſurſum, & tu in terra deorſum, quonam pacto deum queas exaltare? Quid igitur hiſce verbis pollicetur propheta? An quòd fortè ab his dicitur exaltari, qui magna, & quæ deum nihil dedeceant, intellectu & cogitatione apprehendunt? & vitam omnem ad vnius gloriam dei componunt? Qui igitur ad beatitudinem cum ſcientia properat, deum exaltat: qui viam ingreditur huic oppoſitam, quod nefas quidem ſit dicere, quantum hic deum in ſeipſo humiliet. Omnem autem rebus noſtris conuenientem ſtatum, deo tribuere quodammodo videmur. Idcirco dormitãtibus nobis & pigrè agentibus dormire dicitur deus, ſuis nos vigilius ſuave inſpectione indignos iudicans. Si quando autem ex ſomno detrimentum ſentimus dicimus: Surge, quare obdormis domine? Item non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Et quidam alij veluti dei oculos à ſe auocant per eorum quę gerunt, turpitudinem obſcœnam. Indigna enim dei oculis ſunt. Iidem mox vbi per pœnitentiam reſipuerint, dicunt: Cur faciem tuã auertis? Hos præter, ſunt & alij, qui expuncta è mente & excluſa dei memoria, deum reddunt velut obliuiſcentem ſuiipſorum, qui & dicunt: Quarè obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? In ſumma: qualia iuxta hominum affectus de deo dicuntur, illa faciunt ipſi homines, talem ſibi cõſtituẽtes deum, qualem quiſque ſeipſum priùs adornat & inſtituit. *Exaltabo te itaque domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non delectaſti inimicos meos ſuper me.)* Nihil humile, nihil terrenum mihi in vita feciſti. Et vnde facultas mihi ſuppeteret te exaltandi? Quoniam tu me pręueniens ſuſcepiſti. Signatè dixit ſuſcepiſti me, hoc eſt, ſubleuaſti me & extuliſti, ſuperioremque me reddidiſti his qui in me cooriuntur & inſurgunt: veluti ſi quis puerum quendam imperitum natandi, manu ſublimẽ ſupra aquas ducat. Qui igitur dei auxilio in ſublime tollit oculos à ruina, is demum per animi gratitudinem deum ſe pollicetur exaltaturum bonis actionibus. Aut velut ſi quis quẽdam palæſtritem debilem à ruinæ periculo liberet, ac ſuperiorem colluctatore conſtituat: huic quidem inſperatæ victoriæ occaſionem præbet, illi vero ſperatæ palmæ lætitiam auſert. Non enim quæ ſanctis infliguntur tribulationes probationis gratia, noſtris inuiſibilibus inimicis lætitiam pariunt: ſed quando feſſi deſperamus, & noſtræ cogitationes in anguſtiam rediguntur, delaſſatis nobis propter afflictionum aſſiduitatem, tunc demum exhilareſcunt lætantúrque, plaudunt & inſultant miſeris: velut cum Iob actum eſt, amiſit poſſeſſiones, filiis eſt orbatus, tabo & vermibus eius caro ſcaturiebat. Nondum hæc aduerſario lętitiam generabãt. Si verò per animi mollitiem ad hæc tot laborioſa execrabile aliquod verbum, vt vxor incitauerat, dixiſſet: tunc ſuper eum inimici gauiſi eſſent. Idcirco nec in Paulo ſitiente, eſuriente nudo, colaphis cæſo, laborante, quoquo verſus peregrinante, aduerſarius eſt lætatus. Res potiùs in diuerſum abibat, nam conterebatur, cum eum videret tam hilariter atque conſtanter hæc perpeti certamina, vt idem quoque contemptim diceret: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? *Domine deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.)* Beatus qui propriam plagam quam internè habet, nouit: vt medico accedens dicere valeat: Sana me domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Et, Ego dixi, domine miſerere mei, ſana animam meã, quia peccaui tibi. Hic quidem gratias reddit ob illatam ſibi medicinã: Domine, inquit, deus meus. Non omnium deus eſt deus, ſed eorum propriè qui charitate ſunt ei coniuncti, vt deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. Si enim omnium eſſet deus, non vtique ſeiunctim illis teſtimonium reddidiſſet quaſi aliquid eximium. Et Iacob dicebat, Auxiliatus eſt tibi deus meus. Et Thomas rurſus vbi certò didicit reſurrectionem, dominum complexus ait: Dominus meus & deus meus. Eſt itaque vox iſta, domine deus meus plena affectu fiduciæ, & conueniens ſtatui prophetico. *Clamaui ad te, & ſanaſti me.)* Nihil medium, nullúmque interuallum fuit, inter meam vocem & tuam gratiam: ſed ſimul atque clamaui & ſanitas prodiit. Etiam te adhuc loquente dicam: Ecce adſum. Magna itaque loqui oportet ad deum orãtem, vt vel ocyùs exoriatur ſanitas. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam.)* De hac ſanitate deo gratias agit, Nam quãdo morbo affectus ad infernum deſcendit: inde per illius virtutem qui pro nobis pugnauit, contra eum qui imperium ſupra mortem habuit eſt reductus. *Saluaſti me à deſcendentibus in lacum.)* Sæpenumero laci nominantur ſubterraneæ foſſæ cuſtodiæ captiuorum ſiue vinctorum accommodatæ: ſic in Exodo dicitur: A primogenito Pharaonis vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in lacu. Sed & Hieremiam in lacum iniecerunt. Et Ioſeph fratres præ inuidia in lacum aqua carentem miſerunt, aut certè concluſerunt. Vna quęlibet igitur actio aut ad inferiora nos per peccatum grauando deducit, vel habiles ad deum accedendi, ad ſuperiora tollit. Seruaſti itaque me priùs in vita exiſtentem iniqua: à deſcendentibus in tenebroſum & frigore perſtrictum locum ſeparando. Ideo ait: Suſcepiſti me: hoc eſt, me ne deorſum abriperet, ad vitam reduxiſti, ne qua inimicis daretur occaſio lętitię aduerſum me. Quod igitur alibi ait, Qui perficit pedes meos tanquàm cerui, & ſuper excelſa ſtatuẽs me: hic reditum ad excelſa, liberationem à lacu ſuſceptionémq; appellat. *Pſallite domino ſancti eius.)* Nõ ſi quis pſalmi verba ore proferat, hic mox domino pſallit: ſed quicunque corde puro enuntiat pſalmodiam, & quicunque ſunt ſancti erga deum, iuſtitiam ſeruantes hi demum domino pſallere rhythmis ſpiritualibus concinno & conſentaneo ordine poterunt. Quotquot verò in fornicationis cogitatione perſtans, qui furtum, qui dolum, & mendacium in corde occulunt, pſallere quidem putantur, re autem vera non pſallunt. Sanctum enim ad pſalmos concinendos ſermo hic inuitat. Non poteſt arbor mala bonos edere fructus, neque item cor malum vitæ verba rectè proferre. Facite itaque arborem bonam, & fructus ex ea bonos.

Repur-

Repurgate corda vt in ſpiritu fructificetis, & poſſitis ſanctificati prudenter pſallere domino. *Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.*) Non dixit, confitemini ſanctitati eius, ſed memoriæ ſanctitatis eius: hoc eſt, gratias agite. Confeſſio nanque in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quoniam in memoria ſanctitatis eius eſtis: qui quũ priùs fuiſſetis in profundo malitiæ, & carnis impuritate contaminati, veneratis tum in obliuionem ſanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem ergo remiſſionémve eorũ quæ admiſiſtis, confitemini de his quæ à vobis nõ rectè priùs nec ſobriè facta ſunt. *Quoniam ira in* A *indignatione eius, & vita in voluntate eius.*) Priùs triſte quid dixit, nempe iram in indignatione dei. Deinde rem lætiorem, vitam ſcilicet in voluntate eius. Videtur tautologia eſſe, hoc eſt idem dicere apud eos, qui non queunt eorum quæ indicantur, attingere exactam intelligentiam. Quod propheta iram in indignatione dei eſſe dicit, quaſi ira & indignatio idem ſint, cum tamen plurimum differant. Thymos enim iudicium eſt ad infligendum talia & talia cõmerito. Ira verò labor ſuppliciúmque quod cuique pro modo menſuráve iniuſtitiæ imponitur à iudice iuſto. Quod dico, exemplo colliqueſcet magis. Medicus vbi ſigno quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam & ſanie refertam, iudicat inciſionem neceſſariam eſſe faciẽdam malè affecto, hoc itaque, thymon ſacrum nominat eloquium. Poſt verò medici iudicium ac ſententiam afferendi remediũ, venitur ad rem, & ea exequenda quæ ſunt viſa & iudicata: hoc eſt, ad ferrum incîdens, & dolorem ei qui inciditur inferens, hæc demum ira dei dicta eſt. Venito igitur ad pſalmi propoſitum, B & facilè ſententiæ conſequentiam inuenies. *Quoniam ira in indignatione eius.*) Pœna ſecundum iuſtum dei iudicium, vita verò in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quòd hoc vult deus: hoc eſt, vt omnes eius vitæ participes ſint. Circunſtantię verò pœnarum non ipſius voluntate fiunt, ſed pro merito eorum qui peccauerunt, inferũtur. Vitam itaque deus cuique propria volũtate tribuit. Iram vero ſibi quiſque theſaurizat in die iræ & reuelationis & iuſti iudicii dei. Mos eſt ſacri eloquii, ſi quando triſtia lætáque commemorat, triſtia lætis in ordine præponere: fruitio enim boni efficitur iucundior, triſtibus iam exactis. Beneficium pœna eſt poſterius. Percutiam & ego ſanabo. Ego, inquit, occidam, & ego viuere faciam. Ipſe dolorem inuehit, & idem rurſus in gradum reſtituit. Percuſſit, & manus eius ſanauerunt. Quæ nos affligant, præcurrũt, quò maiore cum conſtantia multiplicem gratiam nobis collatam conſeruemus, quòd inflicta nobis mala preſſiùs tueantur conſecutam gratiam. *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*) Reminiſcere temporis C dominicæ paſſionis, & ſermonis ſignificationem qui ponitur hic, facilè reperies. Ad veſperum demoratus eſt fletus diſcipulis domini, quando in cruce pendentem conſpexerunt: & ad matutinum lætitia, quando poſt reſurrectionem cum gaudio cucurrerunt, Inter ſe bonos afferentes nuntios, quemadmodum viderint dominum. Vel fortè in vniuerſum, Veſpera ſeculum hoc dicitur, in quo qui ad ſuam beatitudinem plorauerint, aduenien-te poſteà matutino conſolabuntur. Beati, inquit, qui lugent, quoniam conſolationem accipient: beati qui flent, quoniam ipſi ridebunt. Quicũque igitur dies ſeculi huius in cõſummatione iam exiſtentis & ad occaſum tendentis, in plorandis peccatis exegerint, hi demum verè illo matutino aduenīente gaudebunt. Qui enim ſeminant in lachrymis, in exultatione metent nimirum in ſeculo illo futuro. Ego *autem dixi, in abundantia mea non mouebor in æternum.*) Quemadmodum ciuitatis eſt abundantia, vænalium rerum in foro copia: itémque regionem abũdare dicimus quæ multis referta fructibus exiſtit: ſic & animæ quædam eſt abundantia, quæ omnigena ſpecie bonorũ operum eſt referta, quę primùm quidem induſtrio D ac ſolerti labore percolitur, poſteà verò cœleſtiũ imbrium frequenti irrigatione ſaginata fructum triceſimum, ſexageſimum, centeſimum reddere, ac benedictionem aſſequi valet dicentem. Benedicta horrea tua & reliquiæ tuæ. Qui enim ſuam intelligit conſtantiam, multa cum confidentia dicet & affirmabit ſe non paſſurum, Vt ab aduerſario in errorem mittatur, quaſi ager plenus cui benedixit dominus. *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.*) Qui tempus in inquirenda virtutum ratione conſumpſerunt, quaſdam dixere virtutes ipſa ſua contemplatione conſiſtere, quaſdam verò ſine cõtemplatione: vtpote prudentiam quidem ex contemplationibus in cognitione bonorum ac malorum: Temperantiam vero, eſſe eligibilium & fugiendorum, Iuſtitiam eorum quæ diſtribuenda ſint, quæ non ſint, Fortitudinem, eorum quę grauia ſunt, quæ non ſunt: Pulchritudinem verò & fortitudinem non eſſe contemplatrices virtutes, poſteriores illis quę ſunt ex contemplatione. Nam ſecundum commenſura- E tionem & harmoniam earum contemplationum quæ ſunt animæ, quidam ſapientum intellexerunt pulchritudinem: fortitudinem vero ſecũdum efficaciam earum virtutum, quæ ex contemplationibus ſuggeruntur. Verum vt decor animæ accedat, & efficaciter perfectiua eorum quæ neceſſaria ſunt, potentia, diuina eſt opus gratia. Vt igitur ſuprà dixit: Quoniam vita in voluntate eius: ſic nunc deum in reddendis gratiis exaltat dicens, In voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Pulcher quidem eram ſecundum naturam: debilis autem factus, ob peccatum per inſidias ſerpentis admiſſum, perij. Pulchritudini ergo meæ, quam ex te in prima creatione accepi, addidiſti virtutem eorum quæ me addecent effectiuam. Pulchra nãque omnis eſt anima, quæ in ſymmetria propriarum virtutum conſpicitur. Pulchritudo autem vera, ac proinde amabiliſſima, quam ſola mens omni contagione expurgata poſſit contemplari, circa diuinam ac beatam conſiſtit naturam. Sanè qui in eius micantiſſimum fulgorem & inexhauſtam F gratiam, mentem preſſiùs intenderit, nonnihil hinc beneficii in ſe deriuat & tranſſumit, quaſi ſi à quapiam tinctura, floruIentum ſplendorem illinendæ faciei ſuę deſumpſerit. Vnde & Moſes ſimul atque particeps factus eſt eximiæ illius pulchritudinis ex familiari cum deo congreſſu, glorificatam habuit faciem. Qui igitur intelligit hanc ſibi ſuppetere virtutem, in iſtiuſmodi vocem erũpit minimè ingratam collatori: Domine in voluntate

Confeſſio gratiarum actio.

Aſſerit peccatorum confeſſionẽ.

θυμὸς & ὀργὴ quo differant. παράδειγμα.

Ira in indignatione eius pœna ... iudicio. ... Scriptura.

Decor & fortitudo. Virtutes. 4. in quibus conſiſtant.

Pulchritudo animæ & naturæ.

tate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Quemadmodum vero decor atque fortitudo contemplationis expertes, poſteriores ac ſequaces ſunt illis virtutibus quæ ex contemplatione ſunt: ſic cõtraria quædã vitia citra cõtẽplationem, turpitudo & debilitas apparent. Quid enim turpius aut intemperantius anima perturbationibus obnoxia? Vide, quæſo, parumper iratum, eiúſque ferociam & acerbitatem. Conſidera mœſtum atque triſtem, quanta ſit in eo humilitas deiectióque animi. Præ-
A tereà eum qui à libidine aut gula ſuperatur, vel terroribus conſternatur: quiſnam vel ſuſtineat aſpicere: cum palàm ſit, animi affectus corporis ſtatum atque aſpectum penetrare ſolere. Velut itaque veſtigia quædam pulchritudinis animæ in ſancti hominis ſtatu apparent: ſic contrà in reliquis fœditas quædam. Prouidendum itaque nobis omni ſtudio vt hanc habeamus pulchritudinem, vt ſponſus dei verbum nos excipiens dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Auertiſti autem faciem tuam, & factus ſum conturbatus.*) Donec enim, inquit, contemplationis tuæ radij mihi affulſerunt, in ſtatu firmo atque tranquillo egi. Poſtquàm verò auertiſti faciem tuam, in multa perturbatione & tumultu deprenſa eſt anima mea: Auertere autem faciem ſuam dicitur deus, quum tempore afflictionis tentationibus expoſitos videtur deſeruiſſe, vt fortitudo certantis cognoſcatur. Si igitur pax ea quæ ſuperat omnem ſenſum, cuſtodierit corda noſtra, facilè confuſaneam omniũ affectuum intemperiem ac turbelã effugere poſſumus. Iam quando diuinæ voluntati
B auerſio opponitur, pulchritudini verò & decori & virtuti perturbatio: animæ contingent perturbatio, deformitas, ſimul & infirma conditio. Et hæc vtique infirmitas ex eo cõtingit animæ, quòd ſe à deo abalienarit. Oremus itaque ſemper, nobis vt affulgeat facies dei, quatinus in ſancto ac decẽti ſtatu perſiſtamus, requieti, mites, modiſque omnibus tranquilli & exprompti ad omne opus bonum. Paratus ſum, inquit, & non ſum turbatus: *Ad te domine clamabo, & ad deum meum precabor.*) Sæpè de clamore ad dominum dictum eſt, quòd clamor ſit eius tantum qui magna & cœleſtia deſiderat. Si quis autẽ parua & terrena à deo petierit, parua is & humili comperietur vſus voce, non ad ſublime, nec ad ipſius dei aures peruenience. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Cur, inquit, clamaui, & quæ te dominum ac deum meum rogaui? Quid mihi opus, inquit, carnis oblectatione, aut ſanguinis multitudine, quum ſim eas amiſſurus in communi corporis reſolutione? ſed potiùs meum corpus caſtigo, & in ſeruitutem redigo: ne fortè ex valetudine nimis proſpera, & ſanguinis copioſi feruo-
C re, occaſio peccati mihi corpulentia exiſtat. Ne igitur tuæ carni obſequare indulgentiùs aut colas eam geniali balneo, ſomno, plumis ac mollibus cubilibus, ſemper hoc verbum quaſi elogiũ quoddam repetens: Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Quid queſo tantopere adornas fouéſque, quod paulopòſt eſt interiturum? Quid teipſum ſaginas & carnibus grauas? An ignoras, quantò pinguiùs tuum tibi corpus, tantò grauiorem animæ tuæ carcerem conſtituis? *Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?*) Quomodo terreſtris homo ac carneus cõfitebitur tibi deo? Quomodo item annunciabit veritatem is, qui diſciplinis nullam dedit operam, & in tanta carnis mole ſuã ipſius mentem oppreſſam tenet? Iure itaque meam extenuo ac macero carnem, nec meo ſanguini parco, qui in carnem coagulari ſolet, ne mihi vel ad confeſſionem vel ad veritatis cognitionem ſit impedimento. *Audiuit dominus & miſertus eſt mei.*) Poſtquam narrauit quæ fuerint quę ipſe ad dominum D
clamauit, ſtatim diuinum ſortiens auxilium, nos ad petenda ſimilia prouocat: Audiuit, inquit, dominus & miſertus eſt mei. *Dominus factus eſt adiutor meus.*) Oremus ergo & nos, clamemúſque clamore ſpirituali petentes magna, non carnis ſtudio addicti. (Qui enim in carne ſunt, deo placere non poſſunt) vt & nos exaudiat deus, noſtram debilitatem miſeratus: & nos diuino freti auxilio, dicamus, *Conuertiſti planctum meum in gaudium mibi.*) Non enim cuilibet animæ gaudium à deo ingignitur: ſed ei, quæ peccatum ſuum vehementi luctu & aſſidua lamentatione plorauerit, veluti ſi ſeipſum mortuum lugeat, qui ſanè fletus poſtremò in gaudium reuertitur. Quòd autem ſit laudabilis quidam luctus, oſtendunt pueri, vt ait euãgelium, in foro ſedentes atque dicentes: Lamentati ſumus vobis, & non ploraſtis: tibia cecinimus vobis & non ſaltaſtis. Eſt autem tibia inſtrumentum muſicum, quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperante: ex quo exiſtimo quemuis ſanctum prophetam figuratè, tibiam nominari, ob motum à ſancto prouenientem ſpiritu. Ideo dicit: Inflauimus tibiam, & non ſaltaſtis. Prophetici enim ſermones nos ad actionem ſanctæ prophetiæ conſectaneam & concinantem adhortãtur, quæ hic dicitur ſaltatio quędam. Sed & lamẽ- E
tantur nobis prophetę, ad luctum nos prouocantes, vt ſimul ad conſenſionem & cognitionẽ peccatorum noſtrorum delati ex propheticis ſermonibus, noſtrum lugeamus exitium, laboribus multis & ærumnis noſtram carnem affligendo. Et ſanè qui talis eſt, lugubris veſtis diſrumpitur, quam ſibi circumpoſuerat ſuum lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ & palliũ ſalutis, ſplendida hæc & nuptialia indumẽta, quibus ſi quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptialis thalami. *Sciddiſti ſaccum meum, et cinxiſti me lætitia.*) Saccus ad pœnitentiam facit, quum ſit humilitatis ſignum. Olim nãque patres in ſacco & cinere ſedentes, pœnitentiam egerũt. Quoniam Apoſtolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur à gloria in gloriam: datã ſibi à domino gratiam, propriam dicit gloriam. *Vt cantet tibi gloria mea*) Gloria iuſti, ſpiritus qui in eo eſt. Quicunque ſpiritu pſallit, dicat: Vt cantet tibi gloria mea, *Et non compungar.*) Non ampliùs, inquit, faciam digna compunctione, vt iam non compungatur cor per dimiſſi peccati memoriam. *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.*) hoc eſt, gratias agam: quoniamquidem ex pœnitentia mihi veniam dediſti, & ad gloriam me reduxiſti ſubmoto peccatorum probro. Ideo in perpetuum confitebor tibi. Quod enim tantum eſſe F
poſſit temporis interuallum, quo me tantorum beneficiorum tuorum obliuio capiat?

γνώμη

Laudabilis luctus.

Propheta quemuis ſanctus [illegible] tibia eſt.

[illegible] lego [illegible].

Saccus pœnitentiæ ſymbolum.

In ſacco & cinere.

H In

IN PSALMVM XXXII. EXVLtate iuſti in domino, rectos decet laudatio.

EXultationis vox ſolenni conſuetudine ſcripturæ exprimit animę ſtatum apprimè quàm alacrem ac feſtiuum, & ingēti circunfuſum gaudio, ob ea quæ lætitia ac iucunditate digna ſunt. *Exultate itaque iuſti in domino.*) Non quãdo rem proſperam domi habetis, non item quando corA pori bene fuerit, non cum ager fructibus omnigenis refertus eſt: ſed quòd dominum habetis, tali inſignem pulchritudine, tali præditum bonitate, tali denique ſapientia pręcellentem. Sufficiat vobis ea lætitia, quæ in ipſo eſt. Videtur autem propheta hic ob aliquam rem maximè gratam quam aſſecutus ſit, in domino exultare. Ideo iuſtos adhortatur iſtam ſentire dignitatem, quòd talis domini ſerui eſſe meruerint, & exultare in illius famulitio ac ſeruitute cum gaudio inenarrabili & tripudiis cordis, velut per numinis aſpirationem ſubſilientis ac ſenſum diuinæ dilectionis. Si quando tuo cordi quaſi lux quædam illapſa multam de ſe deus cogitationem atque intelligentiam peperit, tuámque mirum in modum illuſtrauit animã, vt in eius amorem magnopere venias: res verò mundi iſtius & corporis vt vilia deſpicias ex illa breui & obſcura ſimilitudine, omnem iuſtorum ſtatũ facilè noſſe poteris, quo illi æquabiliter nec interciſe in deo lætitiam ſunt aſſequuti. Tibi autē diuina diſpenſatione quandoque, nec admodum ſæpe contingit gaudium, vt per breuem deguſtationem admonearis, quibus bonis ſis priuatus. Iu
B ſto autem quòd in ipſo inſideat inhabitétque ſpiritus perpes ſuppetit ei diuina cœleſtíſque lætitia. Inter pręcipuos verè ſpiritus fructus charitas, gaudium, pax numerantur. *Exultate igitur iuſti in domino.*) Quaſi locus quidam iuſtorum capax eſt dominus: in quo qui eſt, neceſſe ſit prorſus, vt lætetur & gaudeat. Fit viciſſim & iuſtus domino locus, cum illum in ſeſe recipit. Nam & qui peccat, locum dat diabolo, vt qui non obtemperat dicenti: Nolite locum dare diabolo. Itémque Eccleſiaſtici: Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcēdat, ne locum tuum dimiſeris. In ipſo itaque domino cum ſimus, quoad licet, ipſius mirabilia ſpeculemur, atque ita ex eorum contemplatione lętitiã noſtris cordibus comparemus. *Rectos decet collaudatio.*) Quemadmodum enim pedi obtorto atque obliquo, calceus rectus non admodum probè aptatur: ſic obtortis cordibus diuina laus minimè conuenit. Quamobrem exiſtimo dæmonum ori vt de ſeruatore indignè loquenti, ad eum manifeſtãdum ablatam fuiſſe poteſtatem. Et Pythonem increpat Paulus, vt ne ab impuro ſanctus commē
C detur. Tale quid & peccatori dicit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Conemur igitur omni ſtudio, opus omne obliquum, ac detortum à rectitudine vitare: mentémque noſtram vt rectam regulam & animæ iudicium corrigamus: vt nobis exiſtentibus rectis, dei laus concredatur deo ipſi offerenda. Quemadmodum enim ſerpens qui ad peccatum nobis incentor fuit, obliquus dicitur, & in ſerpentem draconem obliquum, dei enſis inducitur, propterea quòd multas ſpiras ac inuolucra in itinere facit. Serpentis nanque tractus inæqualiter per humum ſerpit: prioribus partibus aliter ac illis quæ ſequuntur motis, & rurſus poſtremis aduerſus priores procedere conantibus. Itaque qui ſerpentem imitatur, obliquam, inæqualem, & contrarietate refertam ſuam reipſa exprimet vitam. Qui è diuerſo domini dei veſtigia ſequitur, rectas ſemitas, recta item pedum veſtigia faciet: quoniam rectus dominus deus noſter, & rectitudinem ſiue æquitatem vidit vultus eius. Si duæ regulæ, altera alteri admoueatur, pulchrè cō- D
uenict vtriuſque rectitudini. Si verò obtortũ iuxta regulam rectam ponatur lignum, incongruum & procul à proportione recti reperitur. Quoniã itaque recta eſt dei laus, recto opus eſt corde, vt ei laus dei congruat atque conueniat. Quod ſi nemo dominum Ieſum niſi in ſpirituſancto dicere valet, quomodo laudem referes, ſpiritum in tuis viſceribus rectum renouatúmque non habens? *Confitemini domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi.*) In cithara primùm confiteri domino oportet, hoc eſt, actiones corporales congruè reddere. Quoniam enim in corpore peccauimus, quando membra noſtra ſerua peccati ad iniquitatem prębuimus: corpore item confitebimur, eodem in peccati diſſolutionem vtentes organo. Maledixiſti? benedicas. Circumueniſti proximum in negotio? redde. In ebrietatem incidiſti? ieiuna. Arroganter & ſuperbè egiſti? humiliare. Inuidiſti? obſecra. Occidiſti? tu teſtimonio tuomet profitere te reum, aut certè per confeſſionem, tuum ipſius corpus affligito quaſi contra te redditurus teſtimonium. Tunc demum poſt E
confeſſionem dignus fueris qui deo pſallas, in decachordo pſalterio. Prius enim corporis actiones corrigere oportet, vt decenter ac congruè eas perficere poſſis iuxta præſcriptum diuini verbi, ac ſic tandem ad intelligibilium contemplationem aſcendere. Pſalterium fortaſſe mens ipſa dicta eſt, quæ ſuperna quærit, ex eo, quòd ſtructura organi huius à parte ſuperiore ſonandi potentiam accepit. Opera igitur corporis, veluti infernè deo cōfitentur: quę verò per mentem annuntiantur myſteria, è ſupernis occaſionem habent, propterea quòd mens per ſpiritum ſanctum ſonandi accipit facultatem. Qui enim omnia mandata reſpicit, ac veluti concentum & ſymphoniam quandam peregerit: is demũ in decachordo pſalterio deo pſallit. Decachordum appellat, quo decem mandata generatim in prima legis promulgatione ſunt cōſcripta. *Cantate domino canticum nouum.*) hoc eſt nō in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus deũ adorate. Qui legem non iam interpretatur iuxta literæ corpus, ſed eam iuxta ſenſum ſpiritualem cæteris facit innoteſcere: hic canticum nouũ cantat. Veteris enim illius teſtamenti litera quaſi ſenio confecta exoleuit & pertranſiit: nouum verò F
& veluti renouatum dominicæ doctrinæ canticũ nos excepit, quæ quaſi Aquilæ iuuentutem noſtram renouat, vbi hunc externum hominem corrupimus, & iidem de die in diem innouamur. Sanè quiſquis ad anteriora ſe extendit, ſeipſo iunior perpetuò redditur. Atque ita qui ſeipſo ſemper iunior fit, recentius quoque canticum deo canit. Recentius autem eò dicitur, vel quòd ſit præ-

ter

Marginalia: *Rectos decet collaudatio.* — *In cithara confitendum domino: dum in pſalterio.* — *Contraria contrariis curantur.* — *Pſallere.* — *Decachordum.* — *Cantate canticum nouum.*

ter conſuetudinem admirabile, nec priùs auditũ, vel certè quòd nunc primum in lucem prodierit. Siue igitur admirabilem & omnem excedeorem naturam incarnationem domini narraueris, recentius vtique ac nouum concinis canticum, ſiue regeoerationem quoque ac renouationem vniuerſi orbis per peccatum antiquati, poſtremò reſurrectionis myſteria mundo nontiaueris, ſic quoque canis recens ac nooum canticum. *Bene pſallite ei in vociferatione.*) Audite mandatum. Bene pſallite, hoc eſt, mente indiuulſa nec aliò qooquã diſtracta, ſed affectu ſyncero. *In vociferatione pſallite.*) Quaſi enim boni qoidam milites parta A iam de hoſtibus victoria, victoriæ autori referte hymnos. Confidite, inquit, ego vici mundum. Quiſnam hominum aduerſus diabolum bellum gerere poſſit, niſi ad imperatoris noſtri protectionem ſimul & virtutem confugientes, illinc in hoſtem ooſtrum petita à fide quæ in Chriſtũ eſt, iacula contorqueamus, & ſagittis configamus? *Bene pſallite in vociferatione.*) Eſt autem vociferatio vox quædam inarticulata, quum in bello ad denſati milites & inter ſe conſtipati conſooè ſibi acclamant. In vno igitur concentu, eadémque animorum conſpiratione & vnione charitatis pſallite. Quid demum oportet pſallentes dicere? *Quia rectum eſt verbum domini.* Hac de cauſa priùs rectos corde ad laudem euocat: quoniã hoc quod eſt laudãdom dei verbum, in principio erat apud deum exiſtens deus. Rectus itaque pater, rectus filius. Et *omnia opera eius in fide.* Quid eſt quod dicit? Opus cœlum, opus terra, opus mare & aër, deoique animata & ioanimata, rationis participãtia & eius expertia omnia. Quomodo autem in fide omnia? Quænam in inanimatis fides? quæ i-B tem brutis, quæ fides in lapide, quæ in cane? Nec inanimatum, neque brutum aliquod in fide. Hic autem nihil excipit, omnia comprehendit, dicẽs: Cuncta opera eius in fide. Quod ergo opus dicit? Si cœlum, inquit, contemplére, ipſiúſque ordinẽ conſideraueris, fidei tibi dux eſt. Per id nanque artifex tibi oſtenditur. Si terræ ornatus & diſtinctionem variam inſpexeris, turſus per hanc tibi erga deum augeſcit fides. Non enim carneis iſtis oculis edocti deum, in ipſum credidimus: ſed diſcurſiua vi mentis per hæc quæ videmus, inuiſibilem conſpicimus. Omnia ergo opera eius in fide: & ſi lapidem didiceris, qoandam habet demonſtratiooem virtutis eius qui ſe lapidem creauit: & ſi formicam, & ſi culicem, & ſi apem dixeris. Sæpè nanque in minimis coodiroris ſapientia ſolet apparere, Nam qui cœlum expandit, & immenſa pelagi ſpatia diffudit, is eſt qui tenuiſſimum apis aculeum velut fiſtulam quandam excauauit, vt per illam venenum effundat. Omnia igitur opera eius in fide. Nihil tibi omoino ſit infidelitatis occaſio. Caue dicas, temerè factum eſt hoc, & C ſponte hoc proueoit. Nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit fruſtra, nihil temerè fertur. Nec malum vllum euentum, aut malam dixeris horam. Hæ nanque ineruditorum ac diſciplinam chriſtianam ignorantium voces ſunt. Nonne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex eis abſqoe dei voluntate non cadet? Quot capilli capitis? & vnus ex eis non eſt apud deum obliuioni. Vides igitur diuinum oculum, quomodo neque minutiſſimarum rerum quicquam conſiderationem ipſius effugiat? *Diligit miſericordiam & iudicium. Miſericordia domini plena eſt terra.*) Si per ſe iudicium dei ſatis eſſet, ac ſeuerè & præciſè pro meritis eorum quæ geſſimus, nobis rependeret, quæ nobis ſpes reliqua eſſet? quis ex omnibus ſaluus fieret? Nunc autem diligit miſericordiam & iudicium velut aſſiſtrice conſtituta ſibi miſericordia, & regio iudicij prælata throno. Sic quemliber in iudicium adducit, Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Neque enim miſericordia ſine iudicio, neque iudicium ſine miſericordia. Ante iudicium miſericordiam diligit, & poſt eam prærogatam ad iudicium venit. D Hæc enim inter ſe coniuncta ſunt, miſericordia cum iudicio: ne miſericordia ſola ſupinitatem & lentorem animabus ingeoeret: neu iudicium ſi per ſe conſideretur, in eiſdem deſperationem operetur. Vult tui miſereri iudex, téque miſerationibus ſuis complecti, ſi modò poſt admiſſa humilem te factum & contritum, & malefacta plurimùm deplorantem inuenier. Inſuper ſi quæ clam ceteris & in arcano deſignaſti, prodideris & euulgaris fratri citra pudorem vllum. Si fratrem oraueris, vt laboranti tibi auxilietur ad procurandam medelam. Si demum miſerabilem protſus te viderit, abundè tibi miſericordiam ſuam impẽdet. Contrà, ſi cor tuum impœnitens, ſenſu ſuperbum diſcredentem futuro ſeculo, nullóque iudicij timore correptum conſpexerit, tunc in te iudicium diligit, perinde atque medicus placidus & amans hominum priùs fomentitiis infuſionibus & mollificatiuis delinimentis tumores ac tubera exiccare contendit: vbi autem viderit extuberaſcentem eam molem, nec quicquam remittere ex tumore, ſed reiecta miſericordia & cura molliore, vſum E deligit ferri. Diligit igitur miſericordiam in iis, quos præteritorum pœnitet: Diligit item iudiciũ in iis, qui duro ſunt corde. Tale eſt quod etiam Eſaias ad deum dicit: Miſericordia tua ad meoſurã, Nam & ille miſericordiam cum iudicio exhibet, qui in pondere, numero & menſura admetitur cuiuſque merita & appendit. *Miſericordia domini plena eſt terra.*) In hoc loco miſericordia à iudicio diſiungitur. Nam terram tantum dei miſericordia refertam dicit, iudicio in tempus definitũ reſeruato. Hic profectò miſericordia ſine iudicio prærogatur: non enim venit vt mundum iudicet, ſed vt ſeruet. Illic verò non eſt iudicium ſine miſericordia, quoniam nequit homo mundo corde ac liber omninò à ſorde peccati reperiri, etiam ſi vnius diei tempore ſupra terram vixerit. Quamobrem ſi quis videat quotidie malitiam inualeſcentem ac depaſceotem homines, & fragile genus hominum mille mortibus delictorum gratia dignum, tantò admirabitur magis diuitias bonitatis diuinæ, tolerantiæ & longanimitatis. Nos i-F gitur dum in terra ſumus, dei miſericordia opus habemus. Qui autem in cœlo ſunt, digni potiùs qui beati prædicentur quàm miſerabiles. Vel fortè nos terram appellat propter cõdemnationem peccati, qood illud audimus à domino: Terra es & in terram reuerteris. Referti ſumus miſerationibus dei. Cum enim nos mortui eſſemus peccatis & delictis, miſertus deus, conuiuificauit nos Chriſto. *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu*

Vociferatio

Opera omnia in fide.

Hymna catholicorum

Fortuitum nihil. In Geneth. hacus.

Miſericordia & iudicium.

Memoria memorabilis.

Aſtruit confeſſionẽ auricularẽ.

Simile.

Miſericordia in pondere. Tẽpus miſerandi.

oris eius omnis virtus eorum.) Vbi ſunt qui ſpiritum flocciſaciunt? vbi qui illum ſeparant à creatrice dei potentia? vbi qui à patris ac filij coniunctione illum dirimunt & exſecant? Audiant pſalmum dicentem: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Nõ enim hic verbum ſimplex, aut communis hæc loquutio ex nominibus & dictionibus conſiſtens exiſtimãda eſt. Neque item hic ſpiritus eſt vapor in aëra diffuſus: ſed & verbum in principio conſiſtens apud deum, & Spiritus ſanctus, qui hanc propriè ſortitus eſt appellationem. Vt igitur verbum opi- A fex cœlum firmauit, ſic & ſpiritus ſanctus ex deo, qui ex patre procedit: hoc eſt, qui ex ore ipſius eſt, ne externum aliquid & creaturam eſſe ipſum iudices, ſed tanquam ex deo ſubſiſtentem glorifices, vniuerſas ſemel in illum cõtulit virtutes. Spiritu itaque ſancto firmata eſt omnis virtus cœleſtis, hoc eſt, firmitatem, ſoliditatem ac confirmationem in ſanctitate & omni virtute, quæ ſacras deceat poteſtates, ex Spiritus ſancti auxilio habent. Hic itaque ſpiritus quidem oris ſui ſcribitur. Inueniemus autem alibi verbum quoque oris eius dictum, vt intelligatur ſaluator noſter, & Spiritus ſanctus eius ex patre. Quoniam igitur verbũ quidem domini ipſe quidem ſaluator, & ſpiritus oris eius Spiritus ſanctus eſt, vterque cœlum ac terram & omnes virtutes in eis concreauit. Hac igitur de cauſa dictum eſt, verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Nihil enim ſanctum eſt citra Spiritus ſancti præ- B ſentiam. Angelos nanque initio vt eſſent, verbum opifex omnium condidit: ſanctificationem verò ſimul impendit ipſis Spiritus ſanctus. Non enim in infantili ſtatura ſunt creati, deinde paulatim exercitati atque perfecti, ſic ſpiritus ſuſceptione digni ſunt habiti, ſed in prima conſtitutione, & quaſi quadam conſperſione ſuæ ſubſtantiæ ſimul infuſam habuere ſanctitatem. Quapropter & ad malitiam difficilè ſe poterant tranſmouere nimirum in ſibi indulta ſanctitate quaſi tinctura quadam confirmati penè momento, ſtabilitatémque ad virtutem dono ſpiritus ſancti adepti. *Congregans ſicut vtrem aquas maris, ponens in theſauris abyſſos.*) Non dixit, congregans ſicut in vtre, ſed ſicut vtrem. Vtris naturam mihi vel nunc expende. Nunc pellis illa coriacea inflatur quidem, quũ diſtenta fuerit ſpiritus introcluſi agitatione: nunc verò contrahitur, mox vbi flatus quo turgeſcebat diſtentus, abierit in auram. Sic item mare quando turget ac feruet, & ſpiritibus inſurgit efferatum C atque tumens, quandoque verò dum eſt tranquillum, in humilitatem ſe contrahit. Quemadmodũ igitur vtrem contrahit, ſic aquas maris humiles reddit dominus. Reperitur & in quibuſdam exẽplaribus, in vtre. Quo fermè modo ad antiquam nos remittit hiſtoriam, quando mare rubrum nullo ipſum diducente aut retiuente, totra ſeſe retraxit & conſtitit: & quaſi in vtre quodam, diuino iuſſu ligatum fluere ac diffundi illud non ſinente. *Ponens, inquit, in theſauris abyſſos.*) Communi ſententiæ congruere magis videbatur ſi dixiſſet: Ponens in abyſſis theſauros: hoc eſt, in myſterio & arcano ſuas diuitias continens. Nunc autem quaſi quædam precioſa, digna diuinis theſauris abyſſos dicit eſſe. Non ſatis ſcio, an ipſæ rationes quæ de diuino ſunt iudicio arcanæ quidem illæ, nec vlli humanæ menti comprehenſibiles hic vocentur abyſſi: propterea quòd rationes hæ diuinæ tantum cognitioni reſeruatæ ſunt, quibus ſingula diſpenſantur. Quòd enim iudicia ſingulorum abyſſus vocata ſint, in alio pſalmo didicimus, qui dicit: Iudicia tua abyſſus multa. Si igitur quæris cur peccatoris vita prorogetur, iuſti verò incolatus huius dies abbreuientur: quare iniuſtus proſperetur, iuſtus affligatur: cur vnus aliquis puſio ante ætatis perfectionem hinc auferatur: vnde ſint bella, vnde naufragia, vnde terræ motus, ſiccitates, imbres immodici, cur quæ hominibus ſunt exitialia, deus creauit, cur hic ſeruus, ille liber: cur hic diteſcit, ille paupereſcit? Deinde multa eſt in D peccatis, multa etiam in rectè factis differentia. Et hæc quidem fœmina lenoni vendita, per vim quodammodo in peccato retinetur: illa autem quæ ab initio heram nacta eſt bonam, in virginitate nutrita eſt, cur hæc beneficio affecta eſt, illa verò condemnata. Et quæ ſit in ſingulos quoſque à iudice retributio. Hæc ſanè omnia, vbi inciderint menti tuæ, fac memineris, quia iudicia dei ſunt abyſſus. Et, quòd in diuinis recondita ſunt & incluſa theſauris, nec quibuſuis facilè comprehenſibilia. Et credenti quidem ex deo promiſſio eſt: Dabo tibi theſauros abſconditos & inuiſibiles. Nos vbi habebimur digni cognitione ea, qua perſpicitur deus facie ad faciem: tũc in theſauris dei eas abyſſos contemplabimur. De vtribus verò ſi quæ in ſacris voluminibus dicuntur, collegeris: propiùs pertinges ad propheticæ ſententiæ intelligentiam. Vtres noui in euangelio nominantur, E qui de die in diem vitæ genus renouant, & vinum nouum de vera vite capiunt. Qui verò veterem hominem nondum depoſuerunt, vtres ſunt veteres, quibus neutiquàm commodè credi poſſit infuſio vini noui. Nemo enim mittit vinum nouum in vtres veteres, ne vinum effundatur, & illi vtres prorſus diſpereant: nulla iam venia digni, ſi bonum ac nouum effundant merum. Igitur in vtres nouos vinum nouum eſt mittendum. Nouum inſuper & ſpirituale vinum, vt quod Spiritu ſancto efferueſcit, nimirum veritatis intelligentiam nondum exoleſcentem vetuſtate erroris mittere conuenit in hominem nouum, qui quod perpetuò domini noſtri Ieſu Chriſti mortificationem in corpore fert ſuo, iure nouus dici poſſit vter. *Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.*) Iam quando timor domini initium eſt ſapientiæ, qui terrena ſapiunt, F per timorem erudiantur. Timor enim quaſi quidam introductorius neceſſariò ad pietatem condiſcendam aſſumitur. Charitas verò à timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiens perficere ſolet. Terræ igitur vniuerſæ timorem præcipit hic ſermo. Commoueantur autem, inquit, omnes inhabitantes orbem: hoc eſt, omnis motus ſiue ex mẽte ſiue ex corpore actum perficiens, ab hominibus perficiatur iuxta præſcriptum diuinæ voluntatis. Sic enim intelligo illud, Commoueantur ab eo: videlicet ut nec oculus, nec manus præter dei voluntatem moueantur. Sed ne cor quidem ea quæ deo diſplicent, excogitet. Nec ab vlla prorſus alia cauſa moueantur: neque ipſos quiduis aliud moueat, niſi dei timor. *Quoniam ipſe dixit &*

facta

Verbo domini cœli firmati.

Idem Augeſt. in illud: in principio erat verbum ſuſus. Spiritus oris dei, deus Proſperum ſancto adverſus Arrium, Macedonium & cæt.

ἀσκὸς vt ἐν ἀσκῷ, ἀλλ' ὡς ἀσκόν.

Collatio.

Abyſſi.

προμετώπου

Vtres noui.

Timor domini. ἀρχὴ ἀνθρώπου principium ſenſus.

facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.) Ad duo præcedentia duo alia ſubiecit: Timeat omuis terra, & commoueantur omnes inhabitãtes orbem. Hæc præmiſſa ſunt. Illis iſta ſubiecit. Ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Quandoquidem homo ex terreno corpore & anima corpus inhabitante compoſitus eſt, terra quidem iure dicitur, ex terra formatus. Inhabitans autem orbem anima vocabitur, diuerſorum & habitationem in corpore ſortita. Cõcinnè igitur ad terram illud retulit, ipſe dixit & facta ſunt. Ad figmentum quidem noſtrũ terreſtre pertinet quod dicit, & facta ſunt: ad imaginem verò dei illud & creata ſunt. Quoniam verò in ſacris voluminibus creatio pro tranſmutatione in potiorem ſolet accipi partem, vt eſt illud: Si qua in Chriſto noua creatura. Item illud: Vt duos crearet in vnum nouum hominem: Forſan illud quidem, facta ſunt, dicitur de prima hominis productione ad eſſentiam: hoc verò, Creata ſunt, de ſecunda per Chriſti gratiam regeneratione. Quantum itaque dei mandatum à ſimplici differt verbo, tantum creatio à generatione diſtat. *Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum. Conſilium autem domini in æternum manet.*) Expoſitio eſt hæc præcedentis, quomodo deus in ſe credentes creauerit ex eo quòd populorum ſtulta diſſipat conſilia, quæ circa idololatriam & vniuerſam vanitatem habuerunt. Et reprobat conſilia principum. Poſſunt & ad dominicæ crucis referri tempus, quando illi quidem regem gloriæ ſupplicio B ſe afficere putarunt: ille contrà, per crucis diſpenſationem humanum genus renouauit. In reſurrectione nanque conſilium gentium diſſipatum, Pilati & militum & reliquorum, quotquot circa crucem talia peregerunt. Improbata ſunt autem conſilia principum, pontificum videlicet & ſcribarum, & regum populi. Reſurrectio nanque omne malignitatis iſtorum artificium diſſoluit. Si verò ſingulas ſcripturæ hiſtorias relegeris, quę deus aduerſus Gentes à fide alienas peregit, facilè inuenies etiam iuxta corporalis literæ ſenſum, quod iam dictum eſt, multam habere vim. Quando enim Ioram filius Achab regnauit apud Iſraël, tũc rex Syriæ filius Ader multa virtute & graui manu inſtructo exercitu Samariam obſedit, ad eámque compulit famem, vt aſini caput, tunc quinquaginta ſiclis argenti, & quarta pars ſextarij fimi columbini quinque argenti drachmis emeretur. Itaque vt Eliſæi promiſſio impleretur, diſſipata ſunt conſilia Syriæ, vt illi relictis tentorijs ſuis & omni opulenta admodum ſupellectile, fugerint tantam relinquentes copiam Samariæ obſeſſæ, vt menſura ſimilæ ſiclo, & duæ menſuræ C hordei ſiclo vno venirent. Sic igitur dominus nouit gentium conſilia diſſipare. Quomodo autem improbet conſilia ſiue ratiocinationes principum, in hiſtoria Achitophel didicimus, quando id in votis habens Dauid dominum orauit: Diſſipa obſecro conſilium Achitophel. Quando itaque aliquem arrogantius magna minantem audieris, & omnigenûm afflictionum incommoda impacturum ſe tibi promittentem: reſpice continuò in dominum diſſipantem conſilia gentium, & populorum cogitationes improbantem.

Conſilium verò domini in æternum permanet, cogitationes cordis eius in generationem & generationem.) Nonne vides gentium dogmata, vanámque hanc philoſophiam, quam ſubtiles & ingenio eximij circa adinuentiones dogmatum, cùm in rationalibus ſpeculationibus, tũ in moralibus præceptionibus ac phyſiologijs quibuſdam, & dogmatis alijs, quæ epoptica myſteria appellantur? Quomodò diſſipata ſunt & caſſa omnia, & ſola nunc euangelij veritas omnem orbis rempublicã D occupauit? Multa nanque in hominum cordibus conſilia, ſed domini conſilium præualuit. Et neceſſarium eſt, ſi conſilium dei ſtabile ac firmum conſiſtere in animis noſtris debeat, vt primùm humanæ cogitationes in nobis diſſipentur. Quémadmodum enim, in cera ſcripturus quidlibet, eam priùs interlinit inductis literis, dein quas vult imprimit formas: ſic item cor noſtrum quod diuina ſit lucidè & perſpicuè ſuſcepturum eloquia, purum priùs liberúmque omnis contrariæ cogitationis reddi oportebit. *Cogitationes cordis eius in generationem & generationem.*) Sanè populi electi duo quum ſint, duóque ipſis contradita teſtamenta per illud, Cogitationes cordis eius in generationem & generationem, poſſunt vtique per bis nominatam generationem intelligi & duæ dei cogitationes. Vna quidem, per quam prius accepimus teſtamentum: altera verò, quæ nouam ſalutatémque Chriſti nobis gratuitò contulit doctrinam. *Beata gens cuius eſt dominus deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi.*) Nemo beatum dicit Iudæorum populum, ſed eum populum qui ex omnibus melior electus eſt. Nos autem ſumus gens cuius eſt dominus deus noſter, nos item populus quem elegit in hæreditatem ſi- E bi. Gẽs quidem, quia ex multis congregati ſumus nationibus: populus verò, quia in locum abiecti populi vocati ſumus. Et quoniam multi vocati, pauci verò electi: beatum dicit, non vocatum, ſed electum. Beatus igitur quem elegit. Quæ autem beatitudinis cauſa? Nimirum expectata bonorum æternorum hæreditas: Aut fortè quia iuxta apoſtolum, poſtquàm plenitudo gentium ingredietur, tunc omnis Iſraël ſeruabitur. Primùm multitudinem gentium beatam dicit: Deinde Iſraëlem, qui poſtremò ſeruabitur. Seruabitur autem non omnis, ſed ſolùm reliquiæ, quæ erunt ſecundum electionem gratiæ. Ideo dicit: Populus quem elegit in hæreditatem ſibi. *De cœlo proſpexit dominus, vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo ſuo.*) Eos qui in propria manent animæ dignitate, & naturæ congruentia faciunt, cœlitùs, hoc eſt, supernè aſpicit deus. Eos verò qui ad extremum flagitiorum prolapſi ſunt, ſecus inuiſit, nempe deſcendendo. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna nimis. Deſcendam itaque & videbo, an ſecundum clamorem qui ad me venit, perfecerint. Et rurſus: Deſcendit videre ciuitatem, F quam ædificauerunt filij hominum. Hic autem ait: De cœlo proſpexit dominus, vidit omnes filios hominum. Conſidera è ſublimi deſpectantem. Conſidera è cœlo res mortalium introſpicientem. Quocunque tandem perges, quodcunque demum efficies opus, ſiue in tenebris ſiue in diei luce dei oculum ſuperintendentem habes.

Proſpicere dei & deſcendere de cœlo.

Ex præparato habitaculo ſuo.) Non aperiuntur portæ, non contrahuntur cortinæ. Paratum eſt continuò ad quiduis ſpectandum dei habitaculum, omnes aſpicit filios hominum, ne vnus quidem ipſius fugere conſpectum poſſit, non tenebræ, non parietes, quenquam poſſint occulere, oculis dei nihil obſtaculi, nullum oppanditur velamen. Tantúmque abeſt vt vnumquenque non videat, vt etiam corda contempletur & introſpiciat, quæ ipſe finxit citra vllam admiſtionem ad malitiam inclinantem. Cor enim finxit opifex hominum deus ad ſuam ipſius imaginē, ſimplex
A quidem illud. Ipſi demum id reddidimus multiuarium & ad omne genus vitiorum verſatile, ipſum permiſcendo affectibus carnis, corrupta in illo imagine dei, & quam habebat ſimplicitate & ſynceritate ſibi vbique ſimili. Quoniam igitur cordium eſt conditor deus, propterea omnia noſtra opera intelligit, opera quidem dicimus etiam & verba & cogitationes, vtque ſemel, vniuerſam motionem hominis: quali item affectu, quóve propoſito mouemur: an hominibus magis quam dei mandatis placere ſtudeamus & obſequi, ſolus videt, qui intelligit omnia opera noſtra. Qoapropter & de quouis verbo otioſo rationem dabimus. Et ne poculi quidem aquæ frigidæ mercedem perdemus, quando opera noſtra dominus intelligit. *Non ſeruatur rex per multam virtutem.*) Non exercitus militaris, quantauis munitio, non ciuitatum mœnia, non peditum phalanx, non equeſtris turma, non naualis munimi- nis præparatio regi ſalutem parit. Dominus enim reges conſtituit & deſtituit ſiue transfert: & nulla eſt poteſtas niſi à deo conſtituta. Seruatur er-

κύριος καθιστᾷ καὶ μεθιστᾷ βασιλεῖς ἐμφανῶς.

B go rex non per multam virtutem, ſed per diuinam gratiam, vt & hic verus ſit ille apoſtolicus ſermo: Gratia eſtis ſaluati. Sicut nec villicus tantum ob diligentiam agriculturæ prouentus ex agricolatione: qoantum ob augentem terræ fructus deum aſſequitur. Neque enim qui plantat eſt aliquid: nec qui irrigat, ſed deus qui incrementum præſtat. Si ergo cor regis in manu dei: non per armatam militarem potentiam, ſed deo ſuppeditante præſidium & velut manum protendente ſeruatur. In manu autem dei non quilibet, ſed qui regis appellatione dignus fuerit. Quidam autem regnum definierunt legitimam eſſe præfecturam, vel ſupra omnes principatum peccato minimè obnoxium. * Nam qui ſui compos imperioſúſque eſt, rectè vocari rex poterit. *Et gigas non ſeruabitur in multitudine virtutis ſuæ.*) Gigantem dicit eum quiſquis natura compos eſt virium, ac robore corporis præſtanti vtitur. Neque igitur rex ex armis auxilium habet, quod ad ſalutem tuendam ſufficiat: neque item fortis ſibi ad omnia ſufficere idoneus eſt. Infirma nan-

Legitima finitio regni.
** Nā qui, ne verbum quidem in exemplari.*

C que & inualida ſunt cuncta humana, vni dei potentiæ comparata. Quocirca mundi infirma elegit deus, vt fortia confundat & ſuppudefaciat. Et, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, vt deſtruas inimicum & vltorem. Dei nanque gratia in pueris & rerum humanarum rudibúſdum ipſo opere maxime eluceſcit. *Fallax equus ad ſalutem: in multitudine autem virtutis ſuæ non ſeruabitur.*) Eiectus eſt & excluſus ab vſu ſanctorum equus. Sed neque Iſ-

γαίων.

raël in obeundis bellis quanlibet proſperè ſe geſſerit, videtur vſus aliquando equeſtri potentatu. Nec ſanctorum aliquis priuatim equo vti pulchrum exiſtimauit. Pharao equeſtri vſus exercitu, & Sennacherib ſuperbus equorum multitudine narrantur. Quamobrem Pharaonis equum & aſcenſorem deus deiecit in mare, & Sennacherib milites dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Et lex per Moſen promulgata de regibus hæc ſancit: Non multiplicabit ſibi equum. *In multitudine virtutis ſuæ non ſeruabitur.* Quando enim infirmor, ait Paulus, tunc potens ſum. D
Virium nanque corporis multitudo ſaluti ſpiritus eſt impedimento. *Ecce oculi domini ſuper metuentes eum.*) Et alibi dictum eſt: Oculi domini ſuper iuſtos: hic verò ſuper metuentes eum. Quando nos ad dominum reſpexerimus inque ipſum oculi noſtri rectà collinearint, vt dicere poſſimus illud: Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrum. Tunc videlicet ad noſtri curam & conſiderationem oculum domini trahimus. *Et in eos qui ſperant ſuper miſericordia eius.*) Humilitatem eorum qui domino ſeruiunt exprimit. Quomodò, inquit, aliquis ſuper eius miſericordia ſperat? Is videlicet qui non his nititur quæ præclarè ac fortiter geſſit, neque item ſe ſperat ex operibus iuſtificatum iri: ſed tantùm in dei miſericordia ſpem collocat. Quum enim illud ſecum reputarit: Ecce dominus, & merces eius parata reddere vnicuique ſecundum opera eius: & ſecum recogitauerit opera ſua mala, adeóque & ſupplicium timet, & minas dei perhorreſcit, Ad hoc verò, ne abſorbeatur à E
triſtitia, ſpe bona ſubnixus, ad miſerationes & benignitatem dei reſpicit, ſperátque liberandam animam ſuam à morte atque paſcendam à deo in fame. Anima noſtra ſuſtinet dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt. Exhortationem habet ad patientiam hic ſermo, vt ſi quando contingat ab vno aliquo tribulantium nos diuexari, per hoc interim ne ſinamus nos diuelli, neu ſecedamus à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu: ſed collectis animæ viribus obuia quæque aduerſa perpetiamur credentes non defuturum à deo auxilium. *Quoniam in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus.*) Hoc ſanè concinit iis, quæ in pſalmi principio dicit: Exultate iuſti in domino. Et, in ipſo lætabitur cor noſtrum. In eandem quoque ſententiam mihi videtur Apoſtolus dixiſſe hoc: In his omnibus ſuperamus per eum qui nos dilexit. Item illud, Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Quum enim dixiſſet hic pſalmiſta: Anima noſtra ſuſtinet dominum: vt declararet ſe nulla vi adactum aut oppreſſum afflictionibus ſuam oſtentare velle patientiam, ſed cum omni gau- F
dio ſuſcipere erumnas & incommoda pro nomine domini: Non ſolùm inquit, ſuſtinemus, ſed in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus. Nobis ſatis eſt quòd Chriſtiani vocamur, vt inimicorum omnem impreſſionem inſultus omnes effugiamus. Dei ſanctum dicitur eſſe nomen, non eò prorſus quòd in ſyllabis vim habeat ſanctificariuā, ſed quòd omnis dei proprie-

Equus ſanctis non fuit in vſu. Iſraël non legitur vſus equeſtri exercitu. Conſirmat ἵππῳ παραδυναστεύειν.

Qui in miſericordia dei non ſperare dicatur

Nomē dei quomodo ſanctum.

proprietas & eorum intelligentia quæ ipſi eminentiſsimè adeſſe contemplamur, ſancta eſt & ab omni impuritate ſeiuncta. *Fiat domine miſericordia tua ſuper nos, quemadmodū ſperauimus in te.*) Vides, quàm ſcitè ac prudenter orauerit? propriū affectum admenſus eſt adminiſtrationi miſerationum dei. Tantum, inquit, fiat miſericordia tua ſuper nos, quantam in te coniecimus ſpem præueniendo. Spes enim noſtra omnis huc reſpicit, nempe in requiem tuam: vt transformato corpore humilitans noſtræ, hoc ipſum cognoſcamus cōforme factū corpori claritatis & gloriæ, in Chri-
A ſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperiū in ſecula, Amen.

IN PSALMVM XXXIII.

Benedicam dominum, Pſalmus Dauid quando immutauit faciem ſuam coram Abimelech, qui dimiſit ipſum & abiit.

PSALMI huius intelligentia ad duo argumēta nos trahit. Quæ enim in Nobe ciuitate ſacerdotum geſsit Dauid, videntur affinia eſſe & cognata huic inſcriptioni. Rurſus & quę & Geth apud Achis regē alienigenarū. Nam mutauit faciem ſuā tunc, cū Abimelech ſacerdoti loqueretur, celans quidem fugam ſuā, regio autē ſe inſeruire mādato ſimulans eiúſque ſedulò implēdi ſatagere, quando & panes propoſitionis accepit, & gladiū Goliath. Rurſus faciem immutauit ſuā
B in medio deprehenſus hoſtium, ſentireíque illos inter ſe vindictæ inhiātes dicere (Nā ſerui Achis, inquit, inter ſe dicebant): Nonne hic eſt Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicētes: Saul percuſsit mille, & Dauid decē millia? Timuit autem Dauid, inquit, mutauitque faciem ſuā ante illorū oculos. Quo igitur pacto titulus Abimelech nominat, cū hiſtoria Achis regē Gethæorum dicat, talem nos varietatis rationem, quæ per traditiones ad nos vſque peruenit, tenemus: Reges alienigenarum cōmuni nomine Abimelech vocabātur, proprium verò quilibet habebat quo appellabatur, ſicuti & in Romano imperio liceat intueri, Cæſares in cōmune dici palàm eſt & Auguſtos, alia verò habuiſſe etiam hos liquet nomina ſanè propria. Talis fuit & apud Aegyptios Pharaonum nomenclatura. Nam & ætate Ioſeph, rex Pharao dicebatur, quique ſecundum hunc, ad regnum ſublimatus eſt generatione quarta, tēpore Moſis itidem Pharao. Sed & Salomonis tēpore
C Pharao dicebatur. Accepit, inquit, filiā Pharaonis & Hieremiæ prophetæ tēpore ſimiliter alius: ſic & Abimelech tēporibus Abraham legitur fuiſſe: rurſus tempore Iſaac, & nunc demum ſub Dauid Abimelech memoratur. De temporibus nanque Abrahæ legitur, quòd Abimelech & Ochozath pronubus eius & Phicol princeps militiæ eius, ad Abraham † dixerint: Ini fœdus nobiſcum. Erit eorum de Iſaac. Erat autem multum temporis ibi. Quum autem proſpexiſſet Abimelech rex Philiſtinorum per feneſtram, vidit ludentem Iſaac cū Rebecca. Ita & hic temporibus Dauid in ſuperſcriptione pſalmi Abimelech tāquam commune regni nomen dictum eſt. Achis verò propriè illi additum ab ipſius natiuitate eſt nomen, vt traditum eſt in hiſtoria. Coram igitur ſeruis faciem ſuā Dauid mutauit manibus ſeruorū, delatus velut mente motus & interſtrepens ad ciuitatis portas. Defluebant, inquit, ſaliuæ eius in barbam: ita vt diceret Achis ad ſeruos ſuos: Quare adduxiſtis eum ad me? Opúsne habeo iſtis Epilepticis, vt introduceretis cū & coram me comitiali morbo corriperetur? Atque ita demiſſus abiit inde, & ſeruatus eſt in ſpeluncam Odollam. Igitur tanquam ex magno periculo liberatus hanc gratiarum actionem refert ſuo liberatori deo dicens: *Benedicam* D
dominum in omni tempore.) Ereptus ex morte ſibi veluti terminos vitæ præſcribit, ſuamque ipſius animam inſtruit ac format ad exactiorem viuendi formulam, vt nullū ei tempus prætereat, quin deum laudet, ac magnarum iuxtà ac minimarum rerum initia cauſaſque in eum referat. Non exiſtimabo, inquit, mea quicquam fieri diligētia, nec caſu id cōtingere, ſed in omni tempore benedicam dominum, non ſolùm in rebus vitæ ſecūdis, ſed etiam aduerſis. Hinc edoctus Paulus ait: Semper gaudete, ſine intermiſsione orate, in omnibus gratias agite. Viden' quanta fuerit viri iſtius charitas. Ad hanc malorum continentem & ſuccedaneam ſeriem, nihilo ſe habebat moroſius. Quum patriæ finibus exul vertere ſolum cogeretur, neque hoc modò, ſed & cognatis ac domeſticè notis opibúſque ſemel ſpoliatus. His adde per neceſsitatem in manus hoſtiles contraditus, vt parum abfuerit, quin minutim & in fruſta ab his cōciſus ſit, ne ſic quidem ſecum dixit: Quouſque tandem continens hæc & ſuccedanea malo- E
rum ſeries progredietur? Nihil per huiuſce afflictionis diuturnam prorogatiuam faſtidiētior fiebat aut animo deiectior: vt qui probè noſſet, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpē. Reuera enim tribulationes edulia quædam ſunt & exercitatio gymnico certamini mirè cōducentia, & ad patris gloriā ſuum agoniſten promouentia, is modò ſi legitimè ad omnium tolerantiam. putà, ſiquando inceſsimur maledictis, nos contrà benedicimus conuiciatoti, quum blaſphemantem obſecramus, attriti laboribus ac oppreſsi gratias agimus, in afflictione poſiti exultamus quaſi gloria affecti. Nihil minus chriſtianum decet, quàm vt rebus ſuis proſperè cadentibus benedicat deo: contra, triſtiore quapiam calamitate afflictus laudes reticeat dei: quādo tunc quoq; gratiæ vberiores agendæ veniunt, vt qui planè nouerit quia quem diligit, erudit & caſtigat: Flagellat autem omnem filium quem recipit. *Semper laus eius in ore meo.*) Videtur rem F
impoſsibilē polliceri propheta: quomodo enim ſemper dei laus in ore hominis poteſt eſſe? quando enim ea depromit cōſueta & ad corporis neceſsitatem reſpicientia colloquia, vtique nō iam in ore habet dei laudem: quando item dormit, penitus ſilet. Bibens quoque aut comedens quomodò ore concinit laudem dei? Ad hoc dicimus os eſſe quoddam ſpirituale & intellectu præditū hominis iſtius interni, nēpe mentis, quo nutritur, quiſquis particeps diuini fit verbi, qui panis de cœlo deſcendit. De hoc ore propheta etiā loquitur: Os meum aperui, & attraxi ſpiritū. Hoc item

אכיש ſic, pro quo Græci corruptè ἀγχοῦς. Abimelech nomen generale regū alienigenarum. אבימלך pater meus, rex.

אחזת poſſeſsio viſio. † Aliàs dicitur tantū in exemplari. פיכל os omnium.

ἐπιληπτικοῖς comitiali morbo laborans.

γυμναῖς lego γυμνικοῖς.

Os arcanū mentis.

oon denique ſalutem propriam deſperaui, ſed exquiſiui dominum. Non enim quæſiui tantum ſimplici quadã breuique ſpe, ſed exqoiſiui. Plus enim exprimit exquirendi emphaſis, quàm quærendi verbum, quemadmodũ amplius quiddam indicat perſcrutatio, quàm ſcrutatio. Defecerunt perſcrutantes perſcrutationes. Multam igitur quietẽ ac animi tranquillitatem per verbum exquiſitionis nobis ſermo hic repræſentat. *Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*) Omnis iuſti vita in afflictionibus poſita eſt, nempe, anguſta & arcta via. Et, Multæ tribulatiooes iuſtorum. Idcirco
A & Apoſtolus ait: In omnibus tribulati. Itẽ: Quia per multas tribulationes oportet oos intrare in regnum cœlorum. Liberat autem ex tribulatione ſanctos ſuos deus, quod haud quidem citra probationem ſinit vitam tranſigere, ſed & idem ipſis largitur patientiæ virtutem. Si enim tribulatio patiennam operatur, patientia probationem: qui tribulationem detrectat, probatione ſeſe priuat.

Collata.

Quemadmodum nullus ſioe aduerſario triũphat aut coronatur: ſic neque probatus pronũtiari niſi per afflictiones poteſt. Ex omnibus ergo tribulationibus liberauit me. Non ſinens me anxietate opprimi, ſed cum tentatione exitum præbens, vt valeam ſuſtinere. *Accedite ad deum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*) Hos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt, hortatur ad dominũ venire, ac radiis diuinitatis propioquare: vt ex ipſius propinquitate, illuſtrari veritate, in ſeipſos recipiãt per gratiam ipſius dei illuſtrationem. Quemadmodum enim ſenſibile hoc lumeo
B non omoibus ſimiliter exoritur: ſed habeotibus oculos & vigilantibus, his item qui nullo interſtite impedimeoto prohibeotur, quin frui poſsint claritate ſolis primum aduentantis, ſic & iuſtitiæ Sol verum lumen, quod illuminat omnẽ venientem in hunc mundum, non omnibus ſuum ſplendorem præbet, ſed his qui viuendi formulam nihil ipſo iodignã exiguot. Lux, ioquit, orta eſt, non peccatori, ſed iuſto. Vt eoim ortus eſt Sol, ſed nõ veſpertilionibus, oec aliis animalibus quæ noctu prodeũt pabulatum: ſic & lux, ſua quidem natura ſplendiſſua eſt ac vi prædita illuminandi, non tamen omnes claritatis participes exiſtunt. Sic & omnis qui male agit, odit lucem: & oon veoit ad lucem, vt eius opera non manifeſtentur. Accedite igitur ad ipſum, & illuoiinemini, & facies veſtræ non confundentur. Beatus, qui in die iuſti iudicij quando venerit dominus ad illuminandũ abſcondita tenebrarum, & manifeſtandum conſilia cordium, auſus erit ſub luce illa redargutionum conſiſtere, quique illinc ſe recipiet nullo dedecore aſperſus, vt qui conſcientiam deprehendetur habere nulla ſorde contaminatam improbandi operis. Quis verò male fecerint, io probrum & cõfuſionem reſurgent: in ſeipſis turpitudioem & for-
C mas eorum quæ peccarunt, cõſpicientes impreſſas. Erit certè cõfuſionis eiuſmodi impreſsio iſtis tanto plus horrori, quàm vel ipſæ tenebræ aut ignis æternus, quod io ea æternum victuri ſunt peccatores, ſemper ob oculos verſantes veſtigia illa peccati in carne admiſsi, quaſi notæ cuiuſpiã tinctę nec vlla aſpergine eluibilis, in memoria animę perpetuò duraturæ. Paucorum enim eſt ad veram lucẽ accedere & manifeſtari velle, & vultu haud pudefacto ab iſta examinatiõe diſcedere. *Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.*) Nõ ſemper laudabilis paupertas, ſed quæ iuxta conſilium euangelicum libera volũtate ſuſcepta perficitur. Quàm multis noo ſuppetit opulentia facultatũ, qui animi deſtinatione ac propoſito ſunt auariſsimi? Tales ad ſalutem non inopia rerum prouehit, ſed cõdemnat voluntas. Non igitur qui eget omnino beatus eſt prædicãdus, ſed qui omnibus orbis theſauris mandatum Chriſti potius exiſtimat, Hos & dominus beatos dicit. Beati, ioquit, pauperes ſpiritu, non qui pauperes ſunt, hoc eſt inopes: ſed qui paupertatẽ certa animi deſtinatiooe præ- D
elegeruot. Nihil eoim eorum quæ præter voluntatem contiogunt, aſtruẽdum eſt eſſe beatũ. eoq; virtus omois internoſci ſolet & diſtingui omniũ maximè hæc paupertas velut charactere quopiã, ſi à voluntate proficiſcitur. Hic itaque pauper clamauit, voce demonſtratiua ad pauperem ſecundum deum, eſurientem & ſitientem, & nudum, te inuitat, mentem vt conuertas tuam. Hic, inquit, pauper, quaſi digito oſtendens. Hic diſcipulus Chriſti poteſt hic ſermo & ad Chriſtum referri, qui cum natura diues eſſet, propterea quòd omnia quæ patris ſunt, ipſius ſunt: propter nos pauper factus eſt, vt nos eius paupertate diuites eſſemus. Omnis enim actionis quæ oos ad beatã vitam perducit, autor ipſe primus dominus fuit, ſeſe diſceotibus exemplum præbens. Ad eas recurre, quas beatitudines nominauit, his ſingulis ſedulò expenſis inuenies ſui ſermonis doctrinam ipſo aoteuertiſſe opere, Beati mites. Quooam igitur modo hanc manſuetudinem didicerimus? Di- E
ſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nobis pacis booum oſtendet? Ipſe pacificus qui pacẽ fecit & conciliauit duos in vnũ nouũ hominem, & pacificaoit per ſanguinẽ crucis ſuæ omnia, ſiue in cœlo ſiue in terris ſuot. Beati pauperes. Ipſe pauper vixit, ſeq; oe aſſumpta ſeruili forma exinaniuit, vt oos omnes ex eius plenitudine gratiam pro gratia accipiamus. Si quis itaq; à ſaocto ac benigno ſpiritu ductus, nihil de ſe magnum ſeotiens, ſed humiliãs ſeſe, vt alios exaltet: ſpiritu clamet, magna ſibi apprecatus & orans: nihil quod parum ſit decorum, ſed nec ſordidum quid ore depromat aut vile, nimirum nihil terreſtris aut mundanæ rei reſipiens, huius profecto clamor exaudietur. Auditionis igitur finis quiſnã eſt? Ex omnibus tribulationibus liberari, nec vllo horũ ſauciari: ſic vt neutrobi ſinas inflecti te, oec addici miſeræ ſeruituti carnis ſeſe efferẽtis. Quis igitur modus per quem pauper liberatur? *Immittet ſe* ſiue interſeret *angelus domini in circuitu timentium, & eripiet eos.*) Ipſe quem dicat pauperem, interpretatus eſt, nempe timentem deum. Quooiam qui timet, io ordine adhuc ſerui eſt. Charitate autem perfectus ad filij deinceps dignitatem accedit. Ideo & ſeruus & pauper dicitur is, qui F
nihil proprium habet, filius autem iam diues eſt ob paternam hæreditatẽ. Caſtra metabitur ergo ſiue immittet ſe medium angelus domioi in circuitu timentium eum. Omni oanque io Chriſtũ credenti angelus aſsiſtit, oiſi illum à nobis per improbas actiooes profligauerimus. Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: ſic angelum vitæ noſtræ cuſtodem, abigit multa

Simile elegans.

multa lachrymarum aſpergine dignum ac graueolens peccatum. Si enim in anima tua ea quæ ſunt digna euangelica cuſtodia habueris, mens item in te ſibi opulentum fixerit domicilium per multimodam veritatis cõtemplationem, perque præclara opera, quæ ſecundum virtutem geſſeris, tibi adſuerit, neceſſe iam ſit, vt te propter, tutores præſidialéſque cuſtodes qui tibi adſiſtant, collocet deus. Conſidera igitur quanta ſit angelorum
A natura: quoniam vniuerſo exercitui & caſtris numeroſæ hominum multitudinis vnus aſsimilatur angelus. Ob magnitudinem itáque eius qui te cuſtodit, caſtra tibi munitionéſq; præbet deus: propter verò angeli virtutem veluti circumuallat te vndique ſecuritate, quæ eſt per illum. Hoc nãque, in circuitu, ſignificat. Sicut enim muri ciuitatis circumducti omni ex parte abarcent propulſántque hoſtiles inſultus: ſic & angelus te præmunit à fronte & à tergo cuſtodit, & nihil vtrinque incuſtoditum relinquit. Propterea loquit: Cadent à latere tuo mille, & decem millia a dexteris tuis, ad te autem non appropinquabit, neu plaga quidem ab vllo tibi infligetur inimicorum. Quoniã angelis ſuis mandauit de te. Deinde ſequitur: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.*) Multis in locis obſeruauimus, quòd animæ vires iiſdem appellantur nomenclaturis, quibus membra externa vocantur. Quoniam verò dominus noſter verus eſt panis, & eius caro verus cibus: neceſſe vt voluptas letitiæ panis per guſtum ſpiritualem in nobis gignatur. Sicuti mellis natura vires ſuas haud quaquàm tam adeò exerit ac re-
B præſentat inexpertis ſermone, quàm ipſo ſenſu guſtus: ſic nec verbi cœleſtis ſuauitas humanæ doctrinæ verbis tradi euidenter poteſt. Non enim niſi veritatis dogmata diutino examine probauerimus: poterimus vnquàm noſtra pre experientia domini ſuauitatem intelligere. Guſtate autem dixit, & non ad plenum ſatiemini: quoniam nunc ex parte cognoſcimus, & per ſpeculũ & ænigma veritatẽ videmus. Veniet autem quãdoque tempus, quando huiuſcemodi ſuauitatis arrhabo & qualiſcũque guſtus ad perfectam pertinget fruitionem. Quemadmodum enim ij qui affecto ſunt ſtomacho & faſtidienter cibos admittũt, eoſque reſpuunt, à medicis curantur ab eiuſmodi ſtomachi moroſitate, per hoc quòd illi appetentiam irritant & promouent vno aliquo ciborum apparatu, qua quidem aromatum confectione ſenſus ipſe guſtus ſe ad ampliora ſumenda dilatet & extendat: ſic & in verbo veritatis, ipſa nos experientia ad inſatiabile nullo non tempore prouocauerit deſiderium. Idcirco ait: Guſtate, vt beati ſitis, ſemper eſurientes ſitientéſque iuſtitiam. *Beatus vir qui ſperat in eum*) Quiſquis continenti deſiderio verbi dei ſe accenderit, in nulla re alia ſpem
C collocabit, quàm in domino. *Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.*) Niſi timor, inſtituendæ vitæ noſtræ rudimenta iaciat: impoſsibile fuerit caſtitatem ſanctimoniamque legitimè obſeruari. Confige, inquit, timore tuo carnes meas. Nam quemadmodum qui corporis membra habent clauis transfixa, ad actionem quanlibet immobilia ea retinẽt: ſic ij quorum animam occupauit dei timor, omnẽ prorſus importunam peccati & obſtreperam occaſionem vitant. Timenti itaque non eſt inopia, hoc eſt, nulla ad complectendam virtutem deſit facultas, quum per timorem ab indecora omni & abſurda actione reuocatur & impeditur, ſed perfectus eſt nullo bonorum quod humanæ conueniat naturæ, deſtitutus. Vt enim perfectus corpore non eſt, qui vna quauis parte ſpoliatur, eorũ quæ neceſſaria ſunt, ſed eſt imperfectus ſecũdum eam quæ deſit, partem, iiidem & qui cõtemptim & ſupinè afficitur circa vnum aliquod mandato-
D rum, per id quod deſit ei, cenſetur imperfectus. Contrà, qui hunc in ſe recepit perfectum timorẽ, nihilque non veretur, tuendæ pietatis gratia, in nullum prolabetur peccatum, per hoc quod nihil contemptim tranſſilit. Nullius rei hic inopiã experietur, quòd ad omnia obeunda ei timor abundè præſto eſt. *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.*) Hic nos ædificet ſermo ad corporis ſubſtantiam contemnendam, diuitiarum inconſtantiam nos edocens. Opes enim dominos ſæpe mutant, quemadmodum vndæ à ventis exagitatæ huc illuc perfluunt. Vel diuitem fortè dicit Iſraëlem populum, quorum, & adoptio, & dei cultus, & promiſſiones, ex quibus denique patres. Hi enim ob peccatum in dominum admiſſum eguerunt. Qui autem illorum vice dominum inquiſierunt, nõ minuentur omni bono. Eguerunt autem & eſurierunt? Poſtquam enim panem vitæ interfecerunt, venit ſuper eos panis fames: & quãdo fonti aquæ viuæ moliti inſidias ſunt, venit ſuper eos ſitis, Illos atrox ſitis ſupplicium inuaſit: fames verò non ſenſibilis iſtius panis neque ſitis aquæ, ſed fames E
audiendi verbũ domini. Eguerunt itaque & eſurierũt. Contrà, qui ex gentibus mox vt didicerũt exquirere dominum, non minuẽtur omni bono. Deus bonũ illud eſt ſuis omnibus numeris perfectum, quo non minuentur, quotquot ipſum exquirunt. Ne mihi neſcio quis ineruditus aſſerens pro indifferenti habendam rationẽ boni & mali, bonum eum nominet, qui hac perfruitur temporaria voluptate, & quæ ſimul cum corporis putrilagine euaneſcit & abit. Qui enim haſce diuitias aut quãtælibet dignitatis prærogatiuas hocce corruptiuum corpus ſpectantes in boni alicuius ordine conſtituit: is venerabile ac ſanctum & deo ſoli conueniens nomen ad res fragiles & nullius momenti traducit, ſimulque ad extremum reuoluetur & incidet in omniũ atrociſsimam & difficillimam cõtrarietatem. Vel enim apoſtolos dicet, propterea quòd dominum non inquiſierunt, corporalibus bonis deſtitutos eſſe: vel ſcripturã ipſam culpabit, aſtruentem nullo bono deſtitui eos qui dominum exquirũt. Verùm ſancti dominum exquiſiuerunt, & quæſiti domini perceptione non ſunt immuniti, neque repoſitorũ in ſempiterna fruitione bonorũ theſauro priuati ſunt. F
De illis enim bonis dici propriè poſsit illud: Omni bono. Oblectatio namq; corporeæ voluptatis plus doloris habet, quã iucũditatis. Nuptiæ enim ſæpe ſteriles ſunt, viduitates continent & ſtupra. Agricultura ſterilitatem, mercatura naufragia, diuitiæ inſidias patiuntur. Sed & delitiæ, & ſatietas, & continens voluptatum fruitio multos ac varios ſecum trahunt morbos, ac affectionum varia genera. Paulus ſanè & dominum inquirebat,

& nihil

Guſtate & videte. ἐμφανίσει. ἐγγίνεται, νῦ ἐγγίζεται. Simile.

Timoris laus.

Pro his exemplis ingo & interpretes, hi eupori.

Diuites eguerunt.

& nihil ei bonorum defuit : quanquàm quis corporis ipſius diuexationes ad numerum reuocet? Ter flagellis cæſus, ſemel lapidatus, ter naufragiū paſſus, nocte & die in profundo maris fuit, in itineribus ſæpe, in labore & moleſtiſsima defatigatione, in neceſsitatibus ſæpius, vſque ad extremā horam & eſuriēs & colaphizatus & ſitiens & nudus. Quonam modo bonis corporis non eſt diminutus? Mihi mentem tuam attolle ad veri illius boni contemplationem, quò concordem & ſibi continentem ſcripturæ ſententiam queas agnoſcere, vt & ſcripturæ mentem deprehēdas, nec te
A protrudas in vllam ſententiæ iſtius ambiguitatē. Venite filij, audite me. Timorem domini docebo vos. Vox eſt magiſtri ſuos intimo complectentis affectu, atque ad cōdiſcendam diſciplinam paterna cōmiſeratione eoſdem inuitantis. Etenim qui doctori ſe dedidit in diſcipulum, illius eſt ſpiritualis filius. Quicunque enim ab aliquo ad excolendam pietatem formulamque inſtitutionē mutuatur, is velut conformatur, & in lucem educitur, quemadmodū & mulier prægnās, quæ in vtero formatos geſtat infantes. Vnde Paulus omnē Galatarum eccleſiam ex prima collapſam diſciplina, & veluti abortiuam iam rurſus reſumens, atq; Chriſtū in illis reformans, filios appellat: & quoniam cum dolore & anxietate illorum lapſus reſarciebat & ad vitæ rectitudinem reuocabat: hos ſe dicebat animo quidem parturire, per id innuēs quem ob miſerè collapſos cōcepiſſet mœrorem. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Igitur venite filij, audite me. Quid tandem nos pater hic ſpiritualis docturus
B eſt? Timorem, inquit, domini docebo vos. Quoniam ſuprà iuſsit timere dominum, & ex timore lucrum proueniēs oſtendit, dicendo: Quoniam non eſt inopia timentibus eum: nunc demū doctrinam aliquam nobis diuini huius tradit timoris. Quòd enim ſanitate opus ſit, cuiuſuis vel idiotæ fuerit dicere: quomodo autem ſanitatem illam oporteat indipiſci ſibique eam conciliare, ei propriè competit, qui medicinæ peritus eſt? Non enim quiuis timor bonus eſt aut ſalutaris.

Multiplex timor.

Eſt enim quidam hoſtilis timor quem propheta deprecatur ac petit, vt ne animæ inſeratur ſuæ, dicens: A timore inimici eripe animam meam. Hoſtilis enim hic timor nobis ingignit mortis timorem, atque vt toti coarctemur pauore ad faſtum perſonæ eminentis, perſuadet. Quomodo ergo hæc metuens, martyrij tempore poterit, vſque ad mortem aduerſus peccatum reſiſtere, & domino qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit ſatisfacere? Et qui Dæmonum imaginatione facilè conſter-
C natur & expaueſcit, hoſtilem in ſe timorē habet. Omnino autem timor huiuſcemodi perturbatio nimirum animæ eſſe videtur prognata ex infidelitate. Nam qui deum vt adiutorem fortiſsimum credit ſibi adeſſe, nullius vim ſe inuadentis pertimeſcit, nec facilè commouetur. Timor verò ſalutaris & qui ſanctitatis operatorius eſt: timor itē qui ſtudio acquiritur, non qui per affectionem imprimitur animæ, vis enarrem qualis ſit? Si quādo te ſenſeris ad vnum aliquod cieri ac proſilire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud nec vlli mortalium tolerabile Chriſti iudicium, in quo quidem præſidet iudex in alto & ſublimi throno. Aſtabit porrò creatura omnis prætrepida & intremiſcens ad ipſius glorioſum & illuſtrem aduentum. Eò ſinguli quique ſiſtentur, de his examinādi quæ quiſque geſsit in viuis. Deinde eos qui multa perperam in vita admiſerunt, horrendi quidam ac triſtes circunſtabunt angeli, igneum paratum coorentes, ignem exſpirantes, propter propoſiti amarulentiam, vultum præferentes nocti aſsimilem, pro mœrore atque hominum odio. Subin conſpicient barathrum in imum patēs tenebras impermeabiles quidem illas, ignemque obſcurum, cauſticas quidem vires habentem, luce verò deſtitutum. Inde vermium D
innumerabilium genus venenoſum ac carniuorum, eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe exatians, intolerabiles dolores morſibus infligens. Poſtremò omnium duriſsimam pœnam, probrū illud & verecundiam ſempiternam. Hæc tu time, & eiuſmodi timore eruditus quaſi freno quopiā abarce animam & inhibe ad vitioſam concupiſcentiam propendentem. Hunc itaque domini timorem nos pater ille ſe recepit eſſe docturum, nec vtcunque aut qualeſcunque docturum, ſed eos qui deſtinato conſilio conſtituant exaudire docentem, nec ita ſint in peccata prolapſi longiùs, ſed qui de ſalute propria ſoliciti, ad eius properant doctrinam: non inquam, hoſpites & peregrinos à fide vtriuſque teſtamenti, ſed qui per baptiſmum & adoptionem dei ſunt facti domeſtici. Propterea inquit: Venite, hoc eſt, per benefacta mihi vos reddite propinquos filij, per regenerationem digni habiti, qui filij eſſetis. Audite vos qui aures cordis patentes habetis, timorē domini docebo vos, hūc quem paulò antè vobis de- E
ſcripſi. *Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?*) Si quis, inquit, vult vitam, non communem hanc quam viuunt & bruta, ſed quæ prorſus vera eſt vita nec vlla interciditur morte. Nunc enim ait Apoſtolus, mortui eſtis & vita noſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo. Quum autem Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Igitur vera vita Chriſtus eſt, & noſtra in ipſo conuerſatio vera eſt vita. Similiter autem & dies quidam ſunt boni quos propheta in hac proponit pollicitatione. *Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?*) Seculi autem huius dies mali ſunt: quoniam & hoc ſeculum, mundi quum ſit menſura, de quo dictū eſt, quòd mundus totus in maligno ſit poſitus, naturæ aſsimilatur mūdi, quem dimetitur. Partes huius tēporis ſunt dies ipſi: propterea dicit apoſtolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Iacob item: Dies, inquit, annorum meorum pauci admodū, & mali ſunt. Igitur nunc F

Dies boni & mali qui ſunt.

quidem in vita non ſumus, ſed in morte. Idcirco optabat Paulus dicens: Quis me liberabit à corpore mortis huius? Alia autem eſt quædam vita, ad quam nos hic pſalmus vocat. Nunc quidam dies noſtri mali ſunt: quidam alij boni, quos nulla intercidit nox. Erit enim deus ipſorum lux perpetua, ſplendore inquam eos ſuæ gloriæ illuſtrans. Ne itaque quum bonos audiueris dies, hanc vitam putes prophetam polliceri. Quos enim Sol hic ſenſibilis peragit, decidui ſunt & diſpereūt. Nihil enim verò corruptibile illi, qui perpetuus eſt, cōpetens fuerit donum: Nam ſi anima
immortalis

immortalis eſt, immortales item eius gratiæ ſunt. Et præterit figura huius mundi. Si autem ad legẽ te conuertis, & hæc vmbram futurorũ habet bonorum: intellige quædam ſabbata delicata ſanctaque & ex perpetuis diebus, Neomenias, feſta demum ita intellige, vt decet legem ſpiritalem.

Lex vetus ſpiritualiter intelligenda.

Primũ mãdatum cohibere linguã

Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.) Si quidem vis in diebus eſſe bonis, ſi diligis vitam: fac, obſerues mandata vitæ. Qui me diligit, inquit, mandata mea ſeruabit. Primum autem mandatum eſt, prohibere linguam ſuam à malo, & cauere ne labia tua loquãtur dolum. Peccatum quod per linguam admittitur, omnium ferè propẽſiſsimum, ſed & idem multiforme.

A me. Iratus es? mox lingua occurrit. Concupiſcentia teneris? Habes & hic linguã ante omnia quaſi lenam & conciliatricem, quæ cooperetur peccato, quæ per ſimulationem proximis imponat. Eſt tibi lingua quoque vice ſcuti ad iniquitatem, cum non ex corde loquitur, ſed ea promit quæ ad fraudem & impoſturam faciunt. Denique quid opus commemorare, quæ per linguam peccẽtur? Vita noſtra referta eſt linguæ delictis: Turpiloquio, vrbanitate, ſtultiloquio & quæ non conueniunt, detractione, otioſo ſermone, periurio, falſis teſtimoniis. Hæc mala omnia, & adhuc illis plura ſunt linguæ opera. Qui verò aduerſus dei gloriam os aperiunt, & iniquitatem in excelſum loquuntur, alióne aliquo quàm linguæ organo impietatem ſuam perficiũt? Quoniam igitur ex tuis verbis iuſtificaberis & ex verbis tuis cõdemnaberis, prohibe linguam tuam à malo, nec vana mendacique lingua iram tibi theſaurizabis. Prohibe item labia

B ne loquantur dolum, hoc eſt, quæ tibi inſtrumẽta ſunt data adminiſtrãdo ſermoni, fac vacare à praua operatione. Eſt autem dolus maleficiũ occultum proximo oblatũ ſub prætextu & ſimulatione rei melioris. *Declina à malo & fac bonum. Inquirere pacem & perſequere eam.*) Elementa ſunt hæc monitionum ad pietatem iſagogica: quibus exactiſsimè inſtruimur linguam cohibere, à doloſis conſiliis atque inſidiis clanculariis abſtinere, declinare à malo. Non enim ad iam perfectũ attinet abſtinentia mali, ſed ei qui primis dũ eruditur ad virtutem rudimentis conuenit, ſe vt ſubducat à mali occaſione, vtque ab improba vitæ conſuetudine quaſi à via mala exemptus ita demum aggredi poſsit bonorum operum actionẽ. Impoſsibile nanq; eum aſſequi & attingere quod bonum eſt, qui nõ priùs deſciuerit ac prorſus declinarit à malo: ſicuti nec cuiquam poſsibile ſit, ſanitatẽ vt recuperet, ni prius à ſe depulerit mor-

Dol' quid. [illegible]

C bum: vel vt quis recaleſcat, ni prorſum excuſſerit perfrigerationem. Neque enim hæc ſimul conſiſtere poſſunt. Atque adeò quiſquis cupit vitę probitatem complecti, ei conuenit ſe vt liberet ab omni communione malorum.) *Inquire pacem & perſequere eam.*) De hac dixit dominus: Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis. Inquire igitur domini pacem & perſequere eam. Perſequeris autem non aliter, quàm deſtinato ſtudio currens, & enitens ad brauium ſupernæ vocationis dei. Illic enim ſupra pax vera eſt. Etenim quádiu huic aſtricti ſumus carni, multis admodũ obnoxij vinculis ſumus, quæ nobis turbas cieant.

Pax inquirenda.

Inquire pacem, nimirum ſolutionem à tumultuariis mundi iſtius curis: para tibi mentem trãquillam, ſtatumq́ue animæ vnum aliquem inquire, qui ſit ab omni fluctuatione ac turbela curarum ſeiunctus, in quo nulla agirẽtis vitioſæ affectionis intemperie, è quo nullis ſinas te auelli ac diſtrahi ſectarum opinionibus quanlibet veriſimili enitentis perſuaſione prolicientium te & inuitantium ad conſenſionem, vt pacem illam dei tibi concilies, omnem prorſum exuperantẽ ſeoſum, corq́ue tuum cuſtodientem. Qui pacem quærit, Chriſtũ inquirit: quoniam ipſe eſt pax noſtra, qui duos in vnum hominem nouum conſtituit, faciens pacẽ, & per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue quæ in cœlo, ſiue quæ in terris ſunt, pacificans. *Oculi domini ſu-* D

per iuſtos, & aures eius in preces eorum.) Quemadmodum ſancti corpus ſunt Chriſti, & membra ex membro: & poſuit deus in eccleſia quoſdam vt oculos, quoſdam vt linguas, nonnullos vt aures, alios item manuum, alios pedum qui rationẽ obtinerent: ſic & ſanctæ ſpirituales virtutes circa cœleſtem verſantes locum, aliquæ oculi dicũtur, quòd curam ſuſceperint nos interuiſendi, curaq; noſtri omnium illis concredita ſit: nonnullæ aures, vt quæ noſtras excipiunt preces. Hic igitur eã virtutem quæ nos contemplatur & explorat oculos dixit & aures. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Quoniam omnis iuſti actio, digna eſt quam deus videat ac ſpectet, verbum item omne, quum à iuſto nihil otioſè dicatur, efficax eſt & mirè operatorium: ideo ſemper inſpici iuſtũ, ſemperq́ue exaudiri ſermo hic aſtruit, *Vultus autem domini ſuper facientes mala,*

Oculi domini. Collatio elegans.

E *vt perdat de terra memoriam eorum.*) Vultũ quidem dici exiſtimo domini aduentum ad iudiciũ, qui omni cum libertate continget nulli non horrorem incuſſurus. Ideo oculi quidem domini ac ſi eminùs adhuc nos inſpectent, dicti hic ſunt iuſtum intueri: ipſius autem vultum ſe demonſtraturum eſſe, vt omnem de terra exterminet & intercipiat memoriam improbitatis. Nolim mihi mente concipias neſcio quem dei vultum corporali ſpecie effigiatum. Abſurdum alioqui videbitur & abhorrens à ratione quod ſcriptura dixit, ſeorſim quidem oculos domini affulgẽtes iuſtis: vultum verò ſeorſim in improbos minaciter intendentem: cũ nec oculi ſine vultu, nec item vultus oculorum ſit expers. Homo igitur non videbit dei faciem & viuet: cum interim angeli eorũ, qui ſunt in eccleſia puſilli, continuò faciem patris eorum qui in cœlis eſt, aſpiciant. Ideo nunc quidem nos capaces eſſe ac idoneos ad ſpeculationẽ

Vultus domini.

F glorioſæ illius & illuſtriſsimæ apparitionis, ob carnis debilitatem nos circundantem, impoſsibile eſt. Angeli verò quod nullum habeant aſsimile carni noſtræ velamentum, nihil impediũtur, quominùs iugiter ac ſumma cum propẽſione faciem contemplentur diuinæ maieſtatis. Itaque & nobis poſtquam filij reſurrectionis erimus, tunc itidem habebimur digni, qui deum internoſcamus facie ad faciem. Tunc ſane iuſti cenſebuntur non indigni qui exultent & lætentur in conſpectu diuini vultus: contra, peccatores iudicio illi ſiſtentur, in quo quidem iuſta dei ſententia peccatum omne exterminabitur. *Clamauerũt iuſti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus*

Clamor iuſtorum.

eorum

eorum liberauit eos.) Iuſtorum clamor ſpiritualis in occulto & penitiore cordis receſſu deliteſcens, vim obtinet exertæ & altiloquæ vocis, vt quæ ad ipſas dei aures pertingere poteſt. Qui enim magna petit cœleſtiaque bona ſibi apprecatus, hic demũ clamat, & perceptibilem ad deũ tranſmittit orationem. Clamauerunt itaque iuſti nihil ignobile aut ſordidum, nihil terrenum, nihil humile vel reiectitium inquiſiuerũt: propter-
A eá ipſorum vocem ſuſcepit dominus, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos: nõ tantùm à rebus moleſtis & interturbantibus eos liberans, quantum victores eorum quæ contingunt conſtituens. *Propè eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſeruabit.*) Sua ipſius bonitate dominus prope eſt omnibus: contrà, nos ipſos per peccatum longiùs auellimus. Ecce, inquit, qui elõgant ſe abs te, peribunt. Propterea Moſes deo propinquare dicitur: & ſiquis alius ei comperitur aſsimilis, hic per ſoncia facta & probas actiones deo ſe proximũ facit. Hic ſermo palam aduẽtus domini ad iudicium prophetiam cõplectitur ac proinde concinit præcedenti. Ibi nanque dicebatur: Vultus domini ſuper facientes mala: hoc eſt, manifeſtatio ipſius ad iudicium, aduentúſque ad demolitionem totius iniquitatis fiet. Hic verò: Propè eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde, Aduẽtum domini primum quo venit in carnem prænuntiat propinquantem iam, nec longè remotum. Quod quidem ex ſimili ferè ſentẽtia Eſaiæ credibile tibi fiat: Spiritus domini ſuper me, cuius gratia vnxit me: euangeliza-
B re pauperibus miſit me, ſanare tribulatos corde, prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum, Iam quãdo medicus mittebatur contritis corde. Propè, inquit, eſt dominus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem faſtum & animi elationem expunxiſtis à vobis: propè adeſt, iamiam vos adſecturus gaudio & ad longanimitatem deducturus: Contritio cordis demolitio eſt, & ſuppreſsio humanarum cogitationum. Quicunque enim præſentia deſpexerit, ſéque verbo dei addixerit, & ſuam ipſius mentem iis contradiderit intelligẽdis quæ ſupra hominem & longè diuiniora ſunt, hic demum eſt qui tribulato ſiue contrito eſt corde. Idque ſacrificium obtulit, quod minimè contemnitur apud eum, qui cor contritum & humiliatum non deſpiciet. Propè eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſeruabit. Qui enim nihil habet faſtus, aut elationis, neque ob vllam rerum humanarum prærogatiuam inſoleſcit aut ſibi placet, hic demique tribulato eſt corde & humilis ſpiritu: Eſt quidem humilis, & qui ſecus peccati viam ambulat, quòd peccatum omnium maximè humiliare hominem conſueuerit ac vilem reddere: iuxta quã dicendi formu-
C lam dicimus eam eſſe humiliatam, quæ corrupta eſt & floreìo perdidit virginalis ſanctimoniæ. Sic Amnon teſte ſcriptura, vi iniecta in Thamar humiliauit eam. Quicunque igitur tumorem & animi elationem perdiderunt ad terrã vſque deiecti, ſuo huc eos adigente peccato, ac propemodum adæquati ſolo, perinde atque ſerpens ſolet erepere, iſti ingrediuntur oculis in humum depreſsis, quod ſe ſurrigere & attollere in gradum priſtinum nulla iam ex parte poſsint: tales humiliati quidem ſunt, non tamen ſpiritu. Non enim laudabilis eſt illorum humilitas. Qui vero per ſpiritus ſancti gratiam ſeſe vltronei per humilitatẽ ſubſternunt & inferioribus ſubiiciunt, cum Apoſtolo dictitantes, omnium ſe ſeruos omniumque peripſema in hunc vſque diẽ. & rurſus: Vt mundi purgamenta facti ſumus: qui ſpirituali vtentes humilitate cunctorum ſe faciunt poſtremos, vt omnium primi in regno cœlorum appareant: hos inter beatos ducit dominus dicens: Beati pauperes D
ſpiritu. *Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his liberauit eos dominus.*) In omnibus, inquit Apoſtolus, tribulati, ſed non anguſtiati. Ideo dominus diſcipulis ſuis dicit, In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mũdum. Ex quo ſi quãdoque in morbis, in corporis mutilatione, orbitatibus, plagis, ignobilitate, omni deniq; rerum inopia & egeſtate, iuſtos homines conſtitutos videris, reminiſcere verbi huius quod Multæ ſint tribulationes iuſtorum, & ex omnibus liberet eos dominus. Qui autem dixerit quòd virum planè iuſtum tribulatio non deceat, nihil aliud dicit, quàm athletæ non conuenire aduerſarium. Athleta enim minimè certans, quas habebit occaſiones ſibi coronas comparandi? Iam verò quater in hoc Pſalmo dicitur, quemadmodum quos liberare voluerit dominus, à tribulatione liberet. Primum quidem: Exquiſiui dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me: Secundò: Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius ſeruauit eum. Tertiò: Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribu- E
lationibus eorum ſeruauit eos. Poſtremò: Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his liberabit eos dominus. *Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur.*) Nóſne oportet tandem iſtius dictionis natiuæ ſignificationi immanere & intelligentia paſsim omnibus obuia eſſe contentos, mox vt ſe auribus noſtris inſinuauit illapsáve eſt, nimirum quòd hæc iuſtorum oſſa quæ ſulcimẽta quædam ſunt carni conſtabiliendæ nequaquàm cõterentur, ob indultam illis tuendis á domino cuſtodiam? Vtrum rurſus viuẽtis iuſti & in vita duntaxat cõſiſtentis oſſa hæc ab omni illæſa cõfractione conſeruabuntur: an etiã iuſti corporeis vinculis diſſoluti oſſa nullam ſint habitura cõfractionis occaſionem? Atqui doctrice experientia didicimus oſſa iuſtorum, qui pro tuendo reddendoque fidei chriſtianæ elogio ſeipſos tradiderunt omnigenûm afflictionum ſubeundis ſuppliciis, multimoda colliſione eſſe confracta. Iam enim ipſorũ aliquot perſecutores crura diffregerunt, nec rarò & manus & capita trãſfixerunt clauis. At enim quis controuertere auſit non hoſce omnes fuiſſe iuſtiſsimos, qui inter martyrij agones victrici morte ſunt perfuncti? An for- F
rè vt homo, anima & mens humana dicitur: ſic & mẽbra ipſius animæ æquiuocè ad ea quæ ſunt carnis nominãtur. Subinde enim ſic ſacrum eloquiũ interioris hominis mẽbra memorat, vt cũ dicit: Sapientis oculi in capite ipſius, hoc eſt prouidẽtia circũſpectióque occulta ſapiẽtis. Oculos rurſum dicit ſimiliter tam carnis quàm animæ, non ſolũ in iam citato loco, ſed & in eo, quo dicit, Præceptum domini lucidum eſſe & illuminans oculos.

I Ad eos

Propè eſt dominus.

Pro tribulato, Aug. cũ alio legẽs qui cõtriti ſunt corde, vt in ... corporis ...

Contritio cordis quæ. ... Humilitas vitiorum et peccatorum.

περίψημα, ramentum ſcobs, ſiue quiſquiliæ.

Tribulatio iuſtũ decet.

Oſſa iuſtorum.

Ὁμωνυμία frequens in ſacris eloquiis.

Ad eos item qui aures quas requirebat, non habebant, quid ait? Surdi audite, & cæci aſpicite. Et, Os meű aperui, & attraxi ſpiritű. Et, Dentes peccatorum cõtriuiſti. Dicta ſanè ſunt hæc omnia & ad ea reſeruorur quæ ſpiritus lẽ ſuhminiſtrant alimoniam, ſermonémve intelligentiæ ſpiritualis. Tale eſt & illud: Ventrem meű doleo. Et pes iuſti noo impinget. Iſtęc enim omnia ad hominem interiorem referunnır. Sed iuxta cõſimilem rationem, oſſa quædã dici poſsint eius qui interior eſt & arcanus, hominis, quibus tanquàm ligamentis connexiua vis & harmonia concors viriű animæ A conſeruantur. Et quemadmodű oſſa ingenita ſibi vi prætereram carnis molliciem ſuffulciunt & preſsiùs cõtrahunt: itidem ſunt in eccleſia quidã, qui poſsint ſua ipſorum cõſtanti firmitudine debilium ſuffulcire ac ferre imbecillitatẽ. Et ſicuti oſſa inter ſe connectuntur ſecundum cõmiſſuras articulorű, & hæ cõſertiones neruis firmantur & ligamentis quæ oſsibus adhæreſcunt. Idem prorſus contigerit, ſi charitatis paciſque colligatio in eccleſia dei veluti cognatiooem quandã cõficiet ſpiritualium oſsium & in vnű conſpirantem. De eiuſmodi oſsibus à concordi partium harmonia emotis ſolutisve & quaſi à cõmiſſuris ſuis & artubus eluxatis propheta inquit: Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Et quidem oſſa hæc ſi qua interim turbela, ſi qua conquaſſatio occupauerit, orans ait: Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Vbi verò propriã ſeruauerint harmoniam à domino cuſtodita, ait: Ne vnum quidẽ ex his cooteretur. Quum ſanè digna ſunt, quæ in B deum tranſſcribant gloriam ac referant, inquit: Omnia oſſa mea dicẽt: Domine, quis ſimilis nbi? Vidiſti itaque oſsium naturam ratione præditorum? Sed & hoc forſan eccleſia dicere poterit, Omnia oſſa mea dicent, ſecũdum reſurrectionis myſterium, inquit enim ſcriptura: Hæc dicit dominus oſsibus his. Ecce ego fero in vos ſpiritum vitæ, & dabo ſuper vos neruos, & reducam ſuper vos carnes & viuetis & cognoſcetis quòd ego ſum dominus. Hæc itaque oſſa vbi receperint vitam, gratias ei à quo fuerint excitata, referent ac dicent: Domine, quis ſimilis eſt tui? Perſpecta & exquiſita ratione additur & hoc: Mors peccatorű peſsima, quoniam eſt quædam iuſtorű mors natura non mala, ſed bona. Qui enim commortui ſunt Chriſto, in bona ſunt morte. Et qui peccato mortui ſunt, bonam ac ſalutarẽ mortem ſunt mortui. *Mors autem peccatorum mala eſt.*) Excipit enim illos ſupplicium, quemadmodum diuitem illum, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè. *Et qui oderunt iuſtum, delinquent.*) Qui quòd in delictis viuant, iuſtum habent odio, tanquam qui à regula rectiſsima, à iuſti moribus ſic iſti redarguuntur comparatione melioris. Ex quo enim in peccatis vitam trãſmit- C tunt ſuam, veriti ne coarguantur, oderũt iuſtum. Rurſus per id io iuſtos conceptum odium, ſe implicant peccatis & obuoluunt. Multæ enim occaſiones ſunt, ob quas iuſtus ſoleat odio haberi. Libertas illa dicendi inter coarguendum: Oderunt enim redarguentem in porta: & ſanctum abominantur ſermonem. Præterea ambitio primas obtinendi partes, & imperij cupiditas multos mouit, vt meliores ſe inſectentur, odioque habeant.

εὐφραινόμενος λαμπρῶς.

Vſu venit etiam vt propter ignorantiam verborű iuſti, & quod ignoratur quis ſit iuſtus, odio habeantur iuſti. Mors peccatorum peſsima: vel omnem vitam mortẽ appellat, ex Pauli ſententia, qui carnem hanc, mortem vocat, dicens: Quis me liberabit à corpore mortis huius. Qui autem hoc corpore abutuntur, & omnium ſcelerű miniſterium atque inſtrumentum id faciunt, malã omnino ſibi præparant mortem. *Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquẽt omnes qui ſperant in eo.*) Nam quando qui ab inimico premebantur dura captiuitate, hi demum clementer ab ea aſſerti ſunt domino vt ſeruiant, qui & horű D animas pretioſo ſuo redimet ſanguine. Quò fit, vt eorum qui in ipſum ſuam ſpem proiiciunt, nemo ob delicta ſit olim torturis illis ſubiiciendus. Nam ipſi gloria & imperium, cum patre, & ſanctiſsimo, bono ac viuificante ſpiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Mors peccatorű peſsima.

IN PSALMVM XXXVII.

Doctrina confeſsionis. Pſalmus Dauid in recordationem, Domine ne in furore tuo arguas me.

VERBA ſcripturæ diuinitùs inſpiratæ ante Chriſti tribunal ſtatuentur. Is enim dixit: Arguam te, & ſtatuam ante faciem tuã, peccata tua. Itaque his quæ nobis per ſcripturam dicũtur, mente peruigili neceſſe ſit vt intendamus, atque adeò tota animi cõtentione enitamur E opere ipſo explere domini mandata, quãdo prorſus nos fugiat, quo die, quàve hora vẽturus ſit dominus noſter. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*) His verbis atque ſyllabis ſextus quoque pſalmus conſimiliter huic orditur. Quin & reliqua pſalmi illius ſexti his ſunt confinia quæ in iam propoſito cõtinentur. Siquidem in ſexto dicebat ſua ipſius oſſa eſſe humiliata, inque gemitu ſuo animam laboraſſe. Adiecit inſuper, dicens: Lauabo per ſingulas noctes lectű meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, & quæ iſtis ſunt coniuncta. Similia illis & quæ in præſenti pſalmo habentur, vbi dicitur: Non eſt ſanitas in carne mea, & non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorű. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Et quæ iſtis ſubiunguntur per totum pſalmum, quibus ſuã deflet miſeriam. Hac enim locutione idem eſt vſus, quando dixit: Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem, tota die cõtriſtatus ingrediebar. Niſi quòd inſcriptio ſexti talis eſt: In finẽ in hymnis pro octaua pſalmus Dauid, In hoc verò nihil horum, ſed hoc tantum dictum eſt: Pſalmus Dauid in recordationem. Hæc ſanè additio ad recor- F dationem, ad inſcriptionem pſalmo ſexto præſcriptam nos remittit: adeò vt pręſenti ia intelligamus eſſe quoque in finẽ & in hymnis ſuper octaua. Illorum enim omnium hęc adiectio: In recordationem, repręſentatiua eſt. Verùm quoniam in pſalmi ſexti enarratione, quæ ſe obiter offerebãt, diximus ad pſalmi inſcriptionem pertinentia, vel nunc tandem nos recipiamus ad eorum recordationem. Videtur autem mihi Dauid inter plures

Titulus in recordationem.

egregios

egregios pſalmos, delicta confeſſus, propriè ac deſtinato ſecuuiſſe præſentem. In recordationẽ, vt ſemper eum in ore ferret: & eodem vteretur qui vicem ſuppleret cantici ad animæ ſuæ medelam. Supplicationem igitur deo tranſmittit, per quam auertit quidem iram omnibus peccãtibus impendentẽm. Placat autem bonum dominum his eminentiſsimæ confeſsionis vocibus, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Reprehenſionem quidem non deprecatur: ſed ne cum furore arguatur. Et per illud, Neque in ira tua corripias me, non detrectat corripi, ſed precatur citra dei iram corripi: Veluti ſi quis medico qui paratus ſit per ferrum & cauteriũ & amara remedia A auxilium ferre, in cura morbi alicuius dicat: Ne quæſo per ignem, neu per ferrum & inciſiones, ſed per lenia ac mitiora pharmaca curaueris. Talis enim nõ medelam abnuit omnino, ſed laborẽ doloremq́ue remedij detrectat. Sæpe autem dictum eſt, quomodo ira & furor dei, quum in ſcripturis diuinitùs inſpiratis nominantur, non affectus ſignificent, quum diuinitas ab omni prorſus perturbatiõe ſit aliena, ſed metaphoricè, hoc eſt, tranſlatiuè iſtiuſmodi conſuerit vſurpare ſcripturæ locutio, ſicut & oculos dei, & aures, & manus, & digitos, & pedes, & cætera mẽbra: itaque quidem vt cũ hominibus loquens, vtiliter accõmodat, vt audientium debilitati obſequũdet ſcriptura, ita & peccatoribus pœnas ex dei iudicio illatas quoniam patientibus duræ ſunt, triſtes ac permoleſtæ, velut ex ira & furore inductas figurat. Hoc docet Apoſtolus quoque dicens: Secundum autem duritiem tuam & impœnitens cor tuum, B theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij deĩ, qui reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Vt ſi quis impendentes ex legis præſcripto homicidæ pœnas, iram & furorem nominet, non hoc ideo facit, quòd lex iraſcatur, & furiat, ſed quòd qui punitur legis ſupplicium, iram eſſe putet. Iam verò & qui pœnas contra impios adminiſtrant mali dæmones, & famulantes deo virtutes ira furorq́ue nominatæ ſunt. Sic item dicitur in ſermone decem plagarum contra Aegyptios: Immiſit in eos iram & indignationem, & immiſsionem per angelos malos. Sic dextra dicuntur dei ea, quæ per dextras & bonas virtutes dignis adminiſtrantur. Supplicat itaque Dauid, ne per malas virtutes arguatur, néve per immiſsionem malorum angelorum corripiatur, ſed per ſermones potius ſalutares & diſciplinas vtiles. Alioqui implorat ſupplex, ne in diem iræ & reuelationis & iuſti iudicij dei reſeruetur: ſeſe pa- C ratum dicẽs, in hac vita ante mortem pœnas dare peccatorũ: quem animi ſui ſcopum attingẽs aſſequutus eſt. Sanè illum pœnas luiſſe palàm eſt, per ea quæ ante obitũ legitur paſſus. Quin & ipſe ſibi pœnas infligebat, omnigenis ſe ſubſternẽs ſupplicijs, quæ his cõfeſsionis ſuæ modulis cõplectitur. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ. Non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorũ*) Magnus ille athleta Iob, omnis generis tẽtationes quum ſuſtinuiſſet, non ignorabat vnde ipſi hæc euenirent. Ideo dicebat: Sagittæ tuæ domine in corpore meo ſunt, quarũ furor meum exhauſit ſanguinem. Dauid verò nõ corpore quemodmodum Iob afflictus, ſed animam habens lethali vulnere transfixam, non dicit cum Iob, Sagittæ tuæ in corpore meo ſunt, ſed, ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Et confirmaſti ſuper me manum tuam. Iob etiam manus domini meminit dicens: Manus domini eſt, quæ tetigit me. Et diabolus ait domino: Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet: & rurſus mitte manum tuam, & tange carnes eius, & oſſa eius. Sed alia quædam erat manus, & aliæ ſagittæ quæ carnem ipſius corporeamq́ue ſubſtantiam cõtingebant. Hic verò, quoniam Dauid ſecundum animã ægrotabat, alias in ſe ſagittas cecidiſſe ſignificat, & aliã manum ſe attigiſſe: Ego vero has eſſe ſpirituales ſagittas arbitror, magis verò ipſa dei verba quæ D ipſius animam veluti lancinarent ac vulnus infligerent, conſcientiam quoque ipſam excruciarent & caſtigarent. Vir enim hic tantus quũ eſſet, totq́ue à deo munera conſequutus. Huic tamen dedecori & obſcœno operi ſe permiſit. Fortè ipſum etiam diabolum, nequiſsimive ſagittas ignitas, quæ ad vitioſos animi affectus atque illices amores ipſum incenderant ad concupiſcendam Vriæ vxorem, hic ſignificat. De quibus Apoſtolus docet, dicens: Sumite armaturam dei, vt poſsitis omnia tela ignea nequiſsimi extinguere. Quoniã verò inermis inuentus Dauid, telis huiuſcemodi ignitis minimè reſtitit, iure in anima vulneratus, & concupiſcentia veluti clauo quodam confixus eſt. Quemadmodum Iob diaboli tela, vlcera corpori inflicta, quoniam ex permiſsione dei factũ erat, ſagittas domini nominauit, dicens: Sagittæ domini in corpore meo, quarum impetus & in- E dignatio meum ebibit ſanguinem. Sic non abſimile vero videtur hic Dauid ſagittas domini dixiſſe: quoniam deo permittente vires ſuæ militiæ aduerſarius exacuerat & promouerat, vt diſceret non temere proferrẽ: Non mouebor in æternũ. Quoniam enim gratia domini confortatus & inualeſcẽs plurimùm aliquãdo, neſcio quid magnũ de ſeipſo ſentire cœperat: ita vt arrogantiuſculè loqueretur ac diceret: Ego autem dixi in abũdantia, nõ mouebor in ſeculum. Huius rei gratia meritò traditus tentatori eſt, qui vbi animã eius attigit, grauiore diſpendio affecit eum quàm Iob. Sermones verò qui iuſtũ dei iudicium, ſæpe commemorant, & iræ peccãtibus imminentis doctrina (quod vtcunque quibuſuis eſt ſagittis acutius) punctim incidunt, ſauciant & veluti quibuſdam aculeatis ſtimulis ipſam interſcindunt conſcientiam. Sanè ad eum modum aſſerere poſsis Dauidem iſtis quidem factis & dei permiſſu immiſsis telis interpunctum, conſentaneè ac meritò de- F precatum eſſe eam coargutionem quæ per furorem, & quæ per iram dei fit correptionem: *Ne in furore tuo* (inquit) *arguas me, neque in ira tua corripias me.* Quamobrem? *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.*) Sagittæ enim abs te venientes, quum præuerterint iram & furorẽ tuũ, ſat torquent me ac puniunt, & ſufficienter caſtigant, quarè ſupplex petit, vt ne alteram experiatur iram aut indignationem. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, vel ſecundum Symmachi æditionem, peruenerunt ad me. *Et confirmaſti ſuper me manum tuam.*) Manum autem domini ipſum ferientem, eam intellige quæ à Iob de-

Ira & furor dei.

Sagitta.

clarata eſt. Omnem nanque domum Dauid, è fundamentis domini manus concuſsit, quum in iram exarſit aduerſus primogenitum quidem filiorum eius Amnonem ob obſcœnum amorem quo is ſororem deperibat, Abſalonem quoque ira incẽdiſſet aduerſus fratrem vt eum occideret. Deinde & ipſum Abſalonem excitauit, vt aduerſus patrem rebellis cogitaret & inſurgeret. Reliquæ item calamitates per hiſtoriæ ſeriẽ expreſſæ eius ſunt manus quæ & hic declarata eſt. Manus tua tetigit me per calamitates alterius ſibi ſuccedentes. Supplico igitur, inquit, ne alio furo-
A re arguar: néve peiori corripiar ira. Nec ſolùm per hæc, ſed etiam per adiuncta his, quæ deinceps docet, dicens: *Non eſt ſanitas oſsibus meis à facie peccatorum meorum.*) Ego, inquit, quum præterierim, nec expectauerim, vt vos aliquis externè, quidem hoc meum corpus puniret inflicto quopiam vlcere peſsimo, ipſe ex me malui pœnã vltricem peccatorum expetere, carnemque meam, per quam peccatum illud admiſſum eſt, pœnis tradidi, me puniendo, multiſque modis caſtigando. Quod quidem per alios palàm facit ſermones: Humiliaui in ieiunio animam meã, & caro mea immutata eſt propter oleum. Item, Oblitus ſum comedere panem meũ. A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ. Et: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. Sic itaque & nunc ait: *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.*) Pro ira autem

Symmach° et Aquila.

Aquila & Symmachus concorditer interpretati ſunt. A facie fremitus tui. Sufficiebat, inquit, mihi is fremitus qui editur per tuas & quidem au-
B guſtiſsimas ſcripturas, & per prophetam Nathan comminatio. Ideo à facie fremitus tui meipſum ita caſtigaui, vt affixerim meam carnem vehementer, & oſſa mea pacem à facie peccatorum meorum non habeãt, pro quo Symmachus, propter peccata mea, interpretatur. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Miſer factᵒ ſũ & curuatus vſque in finẽ vel*

Ius ritans ex ípſa.

dè. Quoniã, ait, hæc à me perpetrata ſũt, ob hæc miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar. Per hæc autem exprimit ea quæ paſſus eſt, & quemadmodum ipſe ſeſe caſtigauerit, non vnum in ſe tantum accuſans peccatum, ſed aceruatim multa, & tanta, vt ea non ſiuerit in intimo animæ receſſu occuli, neu intra corpus deliteſcere, ſed ipſum ſupergreſſa ſint, adeò vt omnibus iam manifeſtata ſint. Ipſe igitur ſuiipſius accuſator primus erat in prin-
C cipio ſermonis, & coram omnibus ſeipſum accuſat, vt & in ipſo impleatur illud: Iuſtus accuſator eſt ſui ipſius, præueniens quencunque hominem accuſatorem: ipſe quidem ſeſe condemnauit, ora verò inimicorum omnia ſic oppilauit, vt aliud nihil reliqui iam haberent, quod aduerſus eũ obi-

Mala non eſſe velãda

cicerent. Docet item nos hic ſermo vt ne noſtra ipſorum mala obtegamus: & ne patiamur vt quaſi quoddam atramentum aut putrilago, peccata in imum animæ fundum ſidant & comprimantur, quæ veluti cauterio notam inurant conſcientiæ, quemadmodum in febre: quæ ſi intro altiúsve ſerpat, morbum longè validiorem facit: Si verò in apertum ſe promouerit, ſpem remiſsionis veluti indice promittit. Sic & animæ contingit. Et aliud etiam quid Dauid in ſeipſo expertus docet, dum ait: Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Ipſius enim conſcientiam ea quæ auſus fuerat admittere, grauabant adeò, vt ob animi generoſitatem & gratitudinem illa ferre non poſſet. Qui enim inexorabilis & obduratus fuerit, ſecundum duritiam ſuam & impœnitens cor, theſaurizat ſibi iram in die iræ adiungens peccatum peccato, & propria adaugẽs mala. Etenim peccator quum in profundum malorum venerit, cõtemnit. Contra, qui probæ eſt mentis, ſi interim vel ſemel per D diaboli ſurreptionem offenderit, eius conſcientia maximopere grauatur, vt quod admiſit tacere aut occultare nequeat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ex quo minimè ferens propheta ſilentium, quæ ſe premerent mala, euulgauit dicens: Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Palam eſt autem, quoniam iniquitates meæ, & rurſus: *Putruerunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.*) Inſipientiam, ſtultum ſuum factum nominat, ab inſipientia procedens. Omne enim peccatum per ſtultitiam fit: virtus autem quoniã ipſa prudentia eſt, quæcunque ſecundum ipſam fiunt, laude ac virtute digna declarat. Sed & ea quæ per prudentiam fiunt, ſanitatem animæ gignunt. Imprudentia verò & vulnera & cicatrices operatur. Qui igitur in peccatis perſeuerant, inque eis conſiſtentes gaudent & ſe oblectant ac deliciantur, nihilo diſsimiles porcis ſunt ſeſe in volutabro luti prouolutẽtibus. Qui verò ſemel quidem lapſus, dein ad ſe collectis viribus rediit, eius quod admiſit immunditiam quaſi rem grauiſsimè olen- E tem atque fœdam abominatur. Tale igitur quid ſe paſſum eſſe Dauid, conſcientiæ ſanitate reſipiſcens fatetur dicens: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Quoniam igitur ſupergreſſæ ſunt iniquitates multiplicatæ, ita vt capite ſuperiores factæ grauatæ ſiut ſuper me, & putruerunt & corruptæ ſunt: huius rei gratia curans meipſum, miſer factus ſum & incuruatus vſque in finem: & non ad vnum diem, neque ad breuem horam, ſed tota die cõtriſtatus ingrediebar: aut ſecundum Symmachi interpretationem, triſtis ambulabam: non contemnens quæ admiſi: neque quaſi rex elati animi, quòd nullius ſubeſſem iudicio, magis verò præ timore ac fremitu tuo, tota die contriſtatus ingrediebar. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum valdè, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*) Pro eo, quod F dicitur: Lũbi mei impleti ſunt illuſionibus, Aquila interpretatur: Impleta ſunt latera mea ignominia. Ob hæc itaque in memoriam cum veniſſet eius turpiſsimi facti, & pars animæ ſenſitiua doleret, hæc dixit: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Sed cur putruerint, addit, dicẽs: *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.*) Vel ſi mauis dicere: Latera mea ignominia: Innuit ex hoc, turpis facti ſpeciem. Deinde ſuas refocillans ac reſarciens vites, ait: Non eſt ſanitas in carne mea: Quandoquidem lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Ideo ait ad

Iniqui ex contraria.

A facie inſipientia mea.

Collatio.

eorum

eorum pœnitentiam quæ nequiter geſsi, progreſſus, meam carnẽ caſtigo plectóque, eóque dico: Non eſt ſanitas in carne mea, vt poſsis quãdoque correctus dicere: Etiam ſi exterior homo noſter corrumpatur, interior tamẽ renouatur de die in diem, vt apoſtolus dicebat. Superiùs dicebat: Nõ eſt ſanitas in carne mea. Deinde ſubdit: Afflictus ſum & humiliatus ſum valdè. Hoc enim paulò antè aliter expreſsit his verbis: Miſer factus ſum

A & curuatus ſum vſque in finem. Proprium eſt bo mmum prudentium, ob ea quæ peccando admiſerint præſumpta quapiam cogitatione aut ſurreptione inimici, non ſe efferre, ſed pudore aſpergi potiùs & erubeſcere & veluti ſtimulis cõſcientiam pertundere, ſeque gerere ſubmiſsius atque humiliari. Dauid igitur poſt hæc ait: Rugiebam à gemitu cordis mei. Vel ſecundum Aquilam, fremebam à fremitu cordis mei. Non vt multis manifeſtus fiam, ore tantum fateor, ſed corde ipſo clauſis oculis tibi ſoli reſpicienti arcana, mecum ipſe rugiens, oſtendo meos gemitus. Non enim multis verbis mihi opus ad confeſsionem, ad quã & cordis mei ſuſpiria, & ex animæ penetralibus imis ad te deum meum tranſmiſsi quæſtus ſatis exiſtunt. Sed & deſiderium meum de mea ipſius ſalute coram te deus meus honeſtum ac bonum videri poteſt. Neque enim coram te erat deſiderium meum, tunc quum eſſem malorum eiuſmodi cupientior. Nunc verò quando cuncta facio humiliatus ac lugẽs ex gemitu cordis mei, teque deum ſeruatorem ac medicum adipiſci deſidero, ante te eſt deſiderium meum. Et gemituum meo-

B rum cauſam tu minimè ignoras. Noſti enim quòd ſuſpiria tuam decentia benignitatem ad te emiſto: quoniam non mortem ſed pœnitentiam peccatoris expetis: eóque dico: *Et gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longè ſteterunt, & vim faciebant qui quærebant animã meam. Et qui inquirebant mala mihi: loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.*) Quum priùs indicauerit in inſcriptione, quòd vtiq; ea ſibi fuerit ad recordationem, meritò reputat & renocat ad memoriã quæ multò antè ſibi accidiſſent. Docerautem in quibus fuerit, cum incideret in peccatum. Cuius gratia omnem quoque hanc cõfeſsionem edit, dicens: Miſer factus ſum & curuatus ſum, & contriſtatus ingrediebar, & humiliatus ſum, ac rugiebam à gemitu cordis mei. Ad hęc omnia deueni. Quoniam enim tempore aliquo cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Tempore enim, inquit, peccati, pars animæ

C rationis particeps haud modicam ſuſtinebat perturbationem prauo confuſa affectu, & tenebris ab eo qui peccati fuit impulſor obducta: adeò vt in inſipientiam inciderit. Ideo ſuperius dicit, Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Conturbatum itaque cor eius: quoniam in inſipientia fuerat, & à virtute prudentiæ exciderat. Opera enim inſipientiæ fecit, tunc verò dereliquit eum virtus eius. Non enim id temporis poterat dicere. Omnia poſſum, in eo

qui me † potentem facit, videlicet Chriſto, ab affectu concupiſcentiæ victus viribuſque animæ deſtitutus. In his enim qui probè & ſecundũ virtutem agunt, ſpiritus admodum promptus eſt, caro autem infirma. In his verò qui vincuntur à vitiis caro quidẽ, ex contrario ſe effert & inualeſcit viribus, anima infirma eſt & debilis. Tunc igitur (ait) quum peccaui, cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea, & aliud quiddam perplexũ & graue circa me euenit. Lumen enim D

oculorum meorum (hoc ſanè erat propheticus ſpiritus, ipſius animæ aſpectum illuſtrans) & ipſum non erat mecum. Reliquerat enim eum, & ſe ab ipſo ſubduxerat, quoniam in maleuolã animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubiecto peccatis. Sanctus enim diſciplinæ, dolum fugiet ſpiritus, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Hic igitur ſanctus ſpiritus ſimul vt ab illo ſeceſſerat, reliquit eum deſolatum, poſt eius cordis turbationem & debilitationem virium animæ ipſius. Tunc enim & lumen oculorum ipſum deſolatum orbumque reliquit: Quin & illi qui priùs erant amici & proximi eius & omni tempore cum eo ſimul vixerant ipſo deſerto longiùs ab eo reſtiterunt: non iam cum illo volẽtes viuere, deflentes interim, vt par erat, amici calamitatem. Qui autem illi erant, niſi qui in prioribus bonis eius gaudebant, angeli videlicet boni & miniſtri dei ſuper hominum ſalute gaudere aſſueti. Nam & ſuper peccatore pœnitente gaudium in cœlis oritur: & immittet angelus domini in circuitu timentium ipſum. Et hi igitur ſunt omnes Dauidis amici, qui tempore ipſius E

peccati ſeſe auertentes diſceſſerunt, non tamen eum omnino deſeruerũt. Longè verò ſtantes vehementer dolebant: quòd & ipſemet docet, dicens: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt: & qui iuxta me erant, de longè ſteterunt. Quibus procul factis à me quidã alij qui peccato cooperati fuerant, propè me conſtiterunt vim faciebant, animæ inſuper meæ illudẽtes. Ideo ſubdit: Et vim faciebant quærentes mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditati ſunt. Hi enim quum non ita pridem ſitiſſent meũ ſanguinem, optaſſentque tanto iam tempore meam ſpectare ruinam, velut occaſionem nacti, cum viderent quod me mea virtus deſeruiſſet, ſeque ſubtraxiſſet à me lumen oculorum meorum, & quòd amici mei, & qui vicini anteà fuerant, à longè ſtetiſſent, hi facto mox inſultu animæ meæ vim attulerunt: & velut ij qui ſuapte ſponte ad malignitatem propendent, vanitates ſunt locuti, ſermone vanos ac futiles animæ meæ ſuggerentes, ſed & doloſa blandicia demulcentes ac voluptate me decipientes, & quaſi prætenta quadam illecebra rerum in ſpeciem bonatum ineſcabant prolicientes me ad peccatum. F

Ideo ſubdit: *Et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.*) Poſtquam enim qui meam quærebant animam inuenerunt eam, dein inuentæ illuſerunt, malis inſuper meis inſultabant ſuis ſubſannantes cachinnis. Adhæc tota die vanitates loquebãtur. Inſuper cum me deſertum ab amicis cõſpicerem,

I 3 verecun-

† ſiue confortat. ἐνδυνα- μοῦντι, ex contrario.

ſaciens.

verecundiæ plenus non potui quicquam dicere:
ideo quaſi ſurdus non audiebam. Sed ille ego qui
quondam vir fueram dicẽdi peritiſsimus & præ-
ſenti ſapientia ſermonis inſtructiſsimus, factus
ſum quaſi ſurdus, & ſicut mutus non aperiens os
ſuũ. Nullus, inquit, mihi ſermo ad excuſationem
ſuppetebat, quo reſpondere poſſem. Non habe-
bam quæ inimicis depromerem, ſemel ab eis vi-
ctus: ſed eram veluti homo non audiens, nec ha-
bens in ore ſuo redargutiones. Arguebat ipſe &
non redarguebam, nec fiduciam loquendi habe-
bam verecundia coopertus. *Quoniam in te domi-*
A *ne ſperaui, tu exaudies me deus meus. Quoniam di-*
xi: Ne quando ſupergaudeant mihi inimi mei, &
dum commouentur pedes mei, ſuper me magna lo-
cuti ſunt.) Quæ verò mihi coougerunt, hæc ſunt,
ideo factus ſum ſicut ſurdus non audiens, & ſicut
mutus non aperiens os ſuum: & ſicut homo non
habẽs in ore ſuo redargutiones. Idcirco nihil ad-
uerſus inimicos dicebam, vti ab eis ſuperatus: nõ
tamen ob hanc calamitatem, ſpem à me abieci.
Quin potiùs meum ipſius collegi denuò animũ,
quum à peccato perinde ac à morte deſiliiſſem
confeſsionis medicina meum ipſe vlcus curans.
Iam tandem meas haſce cicatrices quæ per inſi-
pientiam meam ad putrilaginem ſuot promotæ,
cupio magnopere curari, ideoq́ue in te domine
ſperaui: Non propriæ confiſus virtuti: nec aliam
vllam præter te ſpem ante oculos mihi ponens,
ea quæ ſunt ſanitatis mihi præſcripſi. Quoniam
ergo ſperaui domine: ſpes verò non confundit,
propterea exaudi. Nam, volens miſericordiam tu
B es: & non vis mortem peccatoris, ſed ipſius pœ-
nitentiam: quapropter ſperaui in te: ſupplex oro
vt tuum aſſequar auxilium. Nequando ſupergau-
deaot mihi inimici mei. Nondum enim omnino
gauiſi ſuot. Supergaudebunt autem, niſi tuã aſſe-
quar miſericordiam. Sed vt ne ſupergaudeant
mihi inimici mei: qui iam priùs dum commoue-
rentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt, ad
te confugi, & dico: Non confundar in æternum,
neque irrideant me inimici mei. Et rurſus dico:
Ad te domine clamabo, ne ſileas à me, & aſsimi-
labor deſcendentibus in lacum: & reliqua quæ
in aliis pſalmis dicta mihi ſunt, præcipuè in ſup-
plicatione colligẽs meipſum, peto vt præſens abs
te conſequar auxillum. Etiam ſi maximè commo
ueri meos contigit pedes quo tempore cor meũ
conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea, &
lumen oculorum meorum non erat mecum: ne
ſic tamen in eoſdem errores reuolutus ſum pror-
ſus, nec talem dedi ruinam, qualem deficientes à
fide ſolent: quoniam eodem illo tempore quo
pedes mei commoti, & aduerſus me magna locu
ti ſunt inimici mei, vt ne immodica comploſione
manuum mihi inſultarent, ad te deum tanquam
ad ſalutis portum cõfugi, quiq́ue perturbationes
C animæ hominibus alioqui incurabiles poſsis ac
ſoleas curare. *Quoniam ego in flagella paratus*
ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quo-
niam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo
pro peccato meo.) Et ab initio quidem dixit: Ne
in furore tuo arguas me: nunc ait: Quoniam ego
in flagella paratus ſum. Iram ergo ac furorẽ qui-
dem deprecatur, paratũ verò ad flagella ſe dicit.
Nouit enim, quòd quem diligit deus, caſtigat:

τῇ παρού-
σῃ σοφίᾳ
εσκευασμέ-
νος.

Flagellat autem omnem filium, quem recipit.
Quamobrem generosè tulit flagella, quæ per ca-
lamitates alias aliis ſuccedentes poſt peccatum ei
euenerũt, quas regnorum complectitur hiſtoria.
Et dolor meus contra me eſt ſemper. Multi enim
priorum peccatorum obliuione capiuntur, nullã
eorum habentes rationem: imo & cõtemnentes,
quaſi nulla de his expetenda olim ſit vltio. Con-
tra, quiſquis ob oculos habet iugiter illud dei tri-
bunal, ſibique certa fide perſuaſit, quòd coram tri
bunali Chriſti omnibus ſit comparendum: vt re-
ferat vnuſquiſque, quæ per corpus hoc geſsit, ſiue
bonum, ſiue malum, in anxietate continuò confi- D
tebat: & hunc animæ ſuæ dolorem ſanare medi-
tans, ipſe ſeſe per confeſsionem deo accuſat. Ideo
ait: Et dolor meus contra me eſt ſemper. Quo-
niam iniquitatem meam ego annunciabo, & co-
gitabo pro peccato meo. Sanè voces iſtiuſmodi
animæ ſunt prorſus fidelis, & quæ ſibi certiſsimè
perſuaſerit iudicium dei futurum. *Inimici autem*
mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multi-
plicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribue-
bant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quo-
niam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me do-
mine deus meus, ne diſceſſeris à me. Intende in ad-
iutorium meum domine deus meus ſalutis meæ.)
Omnium inimicorum ſuorum reminiſcitur, qui
ſe ad peccatum traxerunt. Orat, ſupplicatq́ue do-
mino, ne à ſe diſcedat. Videbat enim aduerſarios
etiam nunc ſe circunſtantes, ſeq́ue adorientes,
nec priore aduerſus eum audaci congreſſu con-
tentos, eoq́ue prætrepidus, ne iterum in eoſdem
relaberetur, prouidè admodum ait: Inimici autẽ E
mei viuunt. Non enim ſunt mortui, neque vbi
ſemel in me quiduis moliti ſunt, ſic abierunt.
Propterea ſcriptum eſt: Ne beatum dixeris virum
ante ipſius mortem. Viuunt, ſed quotidie inua-
leſcunt plures contra me exiſtentes: multiplicati
ſunt enim qui me oderunt, qui retribuunt mala
pro bonis, qui nondum deſinunt me calumniari,
mihiq́ue detrahere bonam ſalutaremq́ue viam
perſequenti, animæ meæ ſaluti inuidentes. Huius
rei gratia oro obſecroq́ue, ne derelinquas me do
mine. Neque enim ſolus poſsim aduerſus tot ho-
ſtes reſiſtere. Tu igitur deus meus, ne diſceſſeris
à me, potiùs mihi ades auxilio, meæq́ue cuſtos
ſalutis, Amen.

IN PSALMVM XLIIII,

in finem pro iis qui immutabuntur, filiis Core ad intellectum, Canticum pro dilecto. Eructauit cor meum verbum bonum.

VIDETVR & hic quidem
pſalmus perfectionem quan-
dam humanæ vitæ ſimulq́ue
vtilitatem iis, qui ad præſtitu-
tum ſibi finem ſecundum vir F
tutem viuere ſtatuerunt, tri-
buere. Proficientes enim do-
ctrina opus habent quæ illos
ad perfectionem promoueat, quam & hic exhi-
bet pſalmus inſcriptionem habens: In finem pro
iis qui mutabũtur. Rectè verò dixit, pro homini-
bus. Nos enim præter omneis creaturas rationis
participes, maximè alterationibus ac mutationib⁹
ſingulis

ſingulis ferè horis obnoxij ſumus. Neque enim corpore, neque mente iidem cõtinuò ſimiléſque nobis exiſtimus. Sed corpus quidẽ noſtrum ſemper fluxum ac deciduum ex aſſidua redditur motione & immutatione. Aut enim à pumila & exili ſtatura prouehitur ad maiorem, aut à perfecta iã ad minorem cõtrahitur. Non enim idem eſt puer ad ludum præceptorémque iens, & probè ſe ad percipiendas artes & diſciplinas habens, ac ille qui nuper eſt natus infans. Alius rurſus ab hoc irrefragabiliter eſt ephebus puber ſiue adoleſcens, qui iuuenilibus aptari iam poteſt. Reſpectu item
A huius alius vir factus, & magnitudine & robore corporis & rationis complemento. Cum verò ad ſummum ætatis vigorem ſtatúmque peruenerit, rurſus paulatim incipit ſe ſubtrahere ad id quod eſt minutius, habitu corporis ſenſim clámque nobis defluente ac eiuſdem neruis ſeſe contrahentibus, donec per ſenectutem incuruatus vltimam virium ſubtractionem ſuſtineat. Nos ergo ij ſumus qui mutamur. Et profectò ſapienter nos homines hic pſalmus per hanc vocem inſinuauit.

Titulus pſalmi. Homo, nõ autem angelus mutabilis.

Non enim angeli mutationem patiuntur. Nullus enim apud illos puer, neque adoleſcens, neque ſenex, ſed in quo ab initio creati ſunt ſtatu, in hoc perpetuò remanent, ſeruata ſimplici & eadem immutabili propriæ naturæ ſubſtantia. Nos autem mutamur, quod quidem ſecundum corpus oſtendimus: ſecundum verò animam & interiorem hominem continuò etiam, vnà cum accidentariis rerum euentibus ſententias mutamus. Alij nanque
B ſumus, lætitia & gaudio perfuſi, dúmque res cunctæ ad vitam hanc expetendæ proueniunt ſecundiore flatu. Alij calamitatis tempore, & ſi quid contra noſtrum acciderit votum. Mutamur item in iracundia, ſtatum quendam ferinum ſumẽtes. Mutamur & in concupiſcentiis inſtar brutorum per vitæ voluptatem effecti. Equi inſanientes in fœminas facti ſunt, inquit, erga vxorem proximi inſaniendo. Vir doloſus vulpeculæ ſimilis redditur, quemadmodum Herodes. Impudens verò canis appellatur, ſicuti Nabal Carmelius. Viden, quàm variegata ſit ac multiformis noſtra immutatio? Admirare igitur eum, qui commodè adeò & conuenienter hanc nobis appellationem coaptauit. Quarè vnus aliquis interpretum pulchrè ac ſagaci coniectura mihi videtur vſus, dum ſententiam ſcripturæ eandem ſiue ſenſum aliis verbis expreſſit. Nam pro eo quod eſt, pro his qui immutabuntur, dixit pro liliis, florem videlicet præter omnes alios citò pereuntem dignum putauit,

Pro liliis.

C qui naturæ humanæ labili ac deciduæ fragilitati compararetur. Quoniam verò in futurum tempus hæc vox deuergit & inclinatur (dicitur enim pro mutandis, velut hac mutatione aliquando tãdem nobis apparitura) conſideremus, ne fortè reſurrectionis nobis rationem modúmque innuat, in qua mutatio nobis dabitur, mutatio inquam in melius, vt quæ ſpiritualis erit. Seminatur, inquit Apoſtolus, in corruptione, ſurget in incorruptione. Vides immutationem? Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Vidéſne mutationem hanc? Ea porrò fiet, quum omnis nobiſcum immutabitur corporalis creatura. Etenim cœli quoque ipſi vt veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabit eos deus, & mutabuntur. Tunc & ſol erit ſeptuplo maior, vt ait Eſaias: & Luna tanta erit, qua nunc eſt Sol amplitudine.

Sol futurus ſeptuplo maior, & Luna vt nũc eſt Sol.

Quoniam verò non omnibus eloquia dei ſcripta ſunt, ſed habentibus aures ſecundum interiorem hominem inſcriptionem huic indidit pſalmo: Pro his qui immutabuntur iis videlicet (ita enim arbitror) qui ſui ipſorum ſedulò gerunt curam, quíque per exercitia religionis maiore ſemper incrementa virtutum promouent. Hæc ipſa eſt longè optima immutatio, quam nobis prærogat ac largitur dextera domini, qua beatus quoque Dauid cohoneſtatus eſt, quando deguſtatis virtutum bonis ad anteriora ſe extendit. Quid enim inquit? Hæc eſt mutatio dextræ altiſſimi. Quare is D
qui ad virtutis complexum proficit, nunquam non immutatur. Quando enim, inquit, eram paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Et iterum cum vir factus eſſet, non conſtitit in certa aliqua operatione, ſed oblitus eorum quæ à tergo erant, & ad anteriora ſe extendens, ad deſtinatum ſcopum perſequutus eſt ad brauium ſupernę vocationis dei. Mutatio igitur vera ac propria, interioris eſt hominis, qui de die in diem renouatur. Quoniam verò propheta noſter in hoc pſalmo nuntiaturus erat ea quæ de dilecto ſunt, qui diſpenſationem incarnationis pro nobis hic videlicet ſuſcepit, pro his qui ſe dignos tanto hoc beneficio reddiderint, dicit ſe edidiſſe filiis Core hunc Canticum. Canticum enim eſt, non pſalmus, quoniam nuda voce ſine aſſonantis muſici inſtrumenti harmonia, cum vocis alioqui concinna modulatione emittitur. Sanè Canticum pro dilecto. E

Cur filiis Core inſcriptus Pſalmus canticum pro dilecto.

Tibíne hunc ego enarrem, quem hîc dicat ſcriptura dilectum, an veriùs ipſe ſermoni meo anteuertis probè conſcius, nempe eius ex euangelio vocis memor? Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Dilectus enim patri quaſi vnigenitus, creaturæ autem omni quaſi pater humanus & bonus præſes. Idem autem natura eſt & dilectum bonũ. Ideo rectè quidam bonum eſſe definierunt, quod omnia expetunt. Non enim cuiuſuis eſt ad charitatis vſque progredi poſſe ac prouehi perfectionem & eum quiuiſſe agnoſcere, qui verè eſt dilectus, ſed eius qui veterem hominem contaminatum concupiſcentiis fallacibus & ſubdolis exutus, nouum fuerit indutus, renouatum ad agnitionem ſecundum creatoris imaginem. Quoniam qui pecuniam amat, & circa corruptiuam ac deci F
duam corporis pulchritudinem ſtupore corripitur, & præſentem glorioſam tanti adeò æſtimat, ſimul & potentia dilecti ad ea quæ nihil minus conueniebat, inſumpta, is planè cæcutit ad iſtius veriſſimé dilecti contemplationem. Ideo dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Hoc autem quod Ex omni, dicit, diuiſionem in alia nullam admittit. Quantum enim dilectionis in hæc inferiora inſumpſeris, tantum neceſſe ſit vt ei adimas quod totum eſt: eóque pauci ex omnibus amici dei appellati ſunt, quemadmodum ſcriptum eſt Moſen fuiſſe amicum. Et, vt Ioannes: Amicus enim ſponſi (inquit) ſtans gaudio gaudet: hoc eſt, qui ſtabilẽ atque immobilem in

Amici dei pauci.

Christum charitatem retinet, hic dignus eſt ipſius
amicitia. Idcirco diſcipulis iam perfectis domi-
nus ait: Non iam dico vos ſeruos, ſed amicos, quia
ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Viri igitur
perfecti eſt eum noſſe, qui verè eſt dilectus. Re
enim vera ſoli amici dei & inter ſe mutuiter ſunt
ſaocti. Nemo enim improborum aut ſtultorum
amicus eſt. Nam amicitiæ probitas in prauum ne
quaquam cadit affectum: quoniam oihil turpe aut
γνῶμαι. inconcinnum in amicitię coocordiam venite po-
teſt. Malum enim noo ſolum bono eſt repugnans
& contrarium, ſed & ipſum ſibi. Sed iam progre-
diamur ad excutienda pſalmi huius verba. *Eructa*
Aggreſſio enarrationis. Perſona huius pſalmi. A *uit cor meum verbum bonum.*) Nonnulli exiſti-
mauere ex patris perſona hæc dici, de verbo exi-
ſtente apud eum in principio: quod velut ex bo-
no corde ait, & ex ipſis viſceribus proceſſit, & ex
bono corde bonum verbum prodiit. Mihi autem
ad prophetæ perſooam referenda eſſe videotur.
Nam quæ deinceps haoc conſequuntur ſenten-
tiam, noo iam ſecũdum analogiam eduliorum ſi-
militer explanant nobis de patre narrationem.
Neque enim de ſua ipſius lingua diceret pater:
γραμματέως ὀξυγράφου Liogua mea calamus ſcribæ velocitet ſcribentis:
ſpecioſus forma præ filiis hominum. Non enim
pulchritudinis excellentiam ex comparatione ad
homines habet. Procedens ait: Propterea vnxit te
deus deus tuus oleo lætitiæ. Nõ dixit, vnxi te ego
deus, ſed vnxit te deus, vt per hoc declararet aliã
à patre eſſe perſonam, quæ hæc ediſſerit. Quæ por
rò alia eſſe poſſit, quàm ipſius prophetæ qui in ſe
cùm recepiſſet efficacem vim & operatoriam ſpi-
ritus ſancti, ait: *Eructauit cor meum verbum bo-*
Finitio ructus ſiue eructationis *num.*) Quum eructatio ſiue ructus flatus ſit arca-
nus quidem ille & occultus, qui erũpentibus bul-
B lulis ſurſum verſus diſflatur & expirat per ſumpti
alimenti ſeruorem, iſque nutritus viuo illo pane
qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo, & ple
nè exatiatus omni verbo quod procedit ex ore
λογικὴ τροφή. *Verbũ bonum.* dei ſecundum conſuetam ſcripturæ tropologiam
anima ſanè ſacris educata diſciplinis conuenien-
tem & accommodatam ſumptis eduliis emittit
eructationem. Quoniam ergo ſpiritualis erat op-
timáque nutritio, verbum bonum propheta eru-
ctauit. Boous nanque homo ex bono cordis ſui
theſauro bonũ profert. Quæramus itaque & nos
ex verbo cibum ad exatiandas noſtras animas. Iu-
ſtus enim, inquit, comedens explebit animam ſuá
Atten. hæc Lutherani. vt quibus nutrimur, non quodcunque verbũ, ſed
bonum remittamus. Improbus verò quũ impro-
bandis dogmatibus ſit enutritus, ex corde eructat
improbatæ prorſus verbum doctrinæ. Vidéſne tu
qualia eructat os impudens hæreticorum? quàm
perplexa & graueolentem ſpirantia mephitim?
Planè non hæc mediocrem arguunt morbũ quen
dam in imo receſſu pectoris deliteſcere. Nam ma
lus homo ex malo theſauro cordis ſui profert ma
lum. Prouide igitur, te obſecro, ne ſic tu auribus
prurias, vt eos tibiipſi coacerues magiſtros, qui i-
mis uiſcerum tuorum fibris morbum inſerant &
C admoliantur, conciliéntve tibi verba prauam do-
ctrinam eructantia, gratia quorum die illo iudicij
ſententiam aduerſum te damnationis merito tuo
excipias. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex
verbis tuis condemnaberis. *Dico ego opera mea*
regi.) Vt pſalmi huius intelligentiam ad perſo-
nam transſcribamus prophetæ, maximopere inui
tat nos ac prolicit verbum hoc: Dico ego opera
mea regi: hoc eſt, Confitebor iudici, accuſatori
futuro anteuertens, quæ ipſe admiſerim referens.
Ipſi enim mandatum accepimus, quod habet:
Dic tu primus iniquitates tuas, vt iuſtificeris. *Lin-*
gua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.) Si-
cut eoim calamus inſtrumentum eſt delineandæ
ſcripturæ accommodum, ipſum manu viri peritii
promouente ad eorum quæ ſcribenda ſuot chara
ctéres exprimeodos: ſic & lingua iuſti ſpiritu ſan-
cto eam mouente, cordibus credentium verba in
ſcribit vitæ æternæ, tincta quidem non atramento
ſed ſpiritu dei viuentis. Scriba igitur ſpiritus ſan- D
ctus quoniam ſapiens eſt, & omnes docens. Velo
citer ſcribens. Velox enim mentis motus eſt. In-
ſcribit autem oobis ſpiritus ſanctus, non in tabu-
lis lapideis, ſed tabulis cordis noſtri caroeis. Ve-
rùm iuxta proportionem latitudinis cordis plura
vel pauciora inſcribit cordibus ſanctus ille ſpiri-
tus, aut manifeſta omnibus, vel certè obſcuriora
pro modulo apparatus, quo quiſque expurgaoit
cordis domicilium. Ob celeritatem verò eorum
quæ ſunt ſcripta, deoique plenus orbis terrarum
euangelio factus eſt. Quæ ſequitur proximè ſen-
tentia viſa mihi eſt aliunde ſumere principium,
nec hactenus dictis debere connecti, ſed confœ-
deranda ſequentibus. Illud enim. Specioſus for-
ma, ad dominum referri dicive puto, ſecundum
perſonæ apoſtrophen. *Specioſus forma præ filiis*
hominum. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.) Vt ita καθ' ἀποστροφήν. *Specioſus forma.*
ſentiamus, nos eò inuitat tàm Aquila quàm Sym-
machus. Ille quidem, quando dixit pulchritudioe
eximia perornatus es præ filiis hominum. Sym-
machus verò: Pulchritudine pulcher es præ filiis
hominum. Specioſum igitur forma dominum ap E
pellat, quum aciem mentis preſſiùs intendiſſet in
eius diuinitatem. Non enim carnis pulchritudi-
nem laudat. Nam ſcribitur: Vidimus ipſum, &
non habebat ſpeciem neque formam, ſed eius ſpe
cies ignominiæ & dedecoris plena fuit. Palàm i-
taque eſt quòd propheta hic inſpecta claritate fi-
lij & illinc teſilientis ſplendoris irradiatione co-
pioſè circunfuſus, animámque habeos hac tanta
pulchritudine perculſam atque perſtrictam, ad di
uinum amorem ſpiritualis illius pulchritodinis
promotus eſt, qoæ vbi ſemel humanæ affulſit ani-
mæ, cætera omnia quæ eateuus diligebantur, tur-
pia eſſe conſpiciuntur & reiectitia, eóque Paulus
ſimul vt vidit hunc ſpecioſum forma, omnia du-
xit ſtercora eſſe, vt Chriſtum lucrifaceret. Nam
qui externi ſunt & alieni à verbo veritatis, nomi-
natim dicunt ſtultitiam eſſe euangelij prædicatio-
nem, humilem & in ſpeciem abiectam facti elo-
quij phraſin nihili ducentes. Nos contrà, qui glo-
riamur io cruce Chriſti, quibus palàm facta ſunt
per ſpiritum omnia, quæ à deo nobis ſunt data, F
non quidem in doctis humanæ ſapientiæ verbis,
nouimus diuitem eſſe gratiam, quæ à deo nobis
eſt in ſermooibus Chriſti effuſa. Quamobrẽ bre-
ui teopore in vniuerſum propè terrarum orbem
hæc permanauit prædicatio: quòd diues admodũ,
luculenta & confertim locuples gratia in eos ef-
fuſa eſt euangelij præcones, quos ſcriptura no-
minauit labia Chriſti. Quapropter in contem-
ptibilibus dictiunculis multam vim perſuadendi
imò

imò &pettrabendi habet euangelij prędicatio, adeò vt eius dogmatis nulla ratiocinatiooe côuellendis ſiue mutandis petdomita ſit anima oinnis, & per gtatiam in ioconcuſſa Chriſti fide cunfirmata. Vnde & ait Apoſtolus: Per quē accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei. Er rurſus: Abuodantius illis laboraui, non ego, ſed dei gratia quæ mecum eſt. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, hac de cauſa benedixit te deus in æternum.* Scriptum eſt in euangelio, quia admirabantur ſuper verbis gratiæ, quæ ex eius ore procedebant.

...ſa eſt ...tia in ...is tuis.

A Quamobrem manifeſtè pſalmus multitudinem gratiæ verborum domini noſtti Ieſu Chriſti oſtēdere volēs, Diffuſa eſt gratia iu labiis tuis, ait, propter exuberantem copiam gratiæ, quæ eſt in ſeemone. Beoedixit te deus in æternum. Manifeſtū quòd ad humanitatem iſta teſerre oporteat, ſecūdum quod & ſapientia, & ætare, & gratia proficiebat. Secundum hanc etiam num humanitatem liquet intelligi oportere prærogatam ei gtatiam, ceu præmium heroicorum opetum. Simile autē eſt & huic: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti ioiquitatē: quaproptet vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Cui ſimile eſt & hoc quod Paulus ſcribit ad Philippenſes: Humiliauit ſeipſum vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod deus exaltauit illum. Ex quo palàm eſt quòd hæc de ſeruatore vt homine dicūtur, aut quòd eccleſia corpus eſt domioi, & ipſe caput eccleſiæ: quemadmodum interptetati ſumus labia eſſe Chriſti eos, qui diuini verbi ſunt miniſtri, ſicut Paulus in ſe Cheiſtum habens loqueotem, & ſi quis illi virtute aſſimilis fuerit. Sic demum reliqua corporis Chriſti membra quotquot ad vnum

B credimus. Si quis ergo datam eccleſiæ benedictionem ad domionm retulerit, is vtique neunquam errauerit: Benedixit te deus: hoc eſt, membra tua &corpus tuum refetſit bonis ſuis in ſeculum, hoc eſt in infinitum. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua.* Putamus ſanè & hoc ad dei verbum ttopicè refetri, vt carni coniungatur, quod eſt efficax magis & penetrabilius omoi gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagū quoque & medullatum, diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Quoniam femur ſignum eſt eius humanæ genealogiæ, ipſæ (inquit ſcriptura) egredientes animæ ex femore Iacob. Vt itaque vita, & via, & panis, & vitis, & vera lux, & aliis eiuſmodi ſexcētis dominus noſter Ieſus Chriſtus nominatur: ſic & gladius diuidens partem animæ affectibus ſeruientem, & motus concupiſcentiæ mortificans. Deinde quooiam deus verbū carnis debilitati ſeſe coniuncturus erat, pulchrè additur, potentiſſime: quoniam maximæ potētiæ demonſttationem haber, poſſe deum in natura eſſe humana.

C Nam cœli & terræ conſtitutio, maris & aëris & maximorum elementorum generatio, & ſi quid ſupra mundum intelligitur, & ſi quid ſubtus terras vſquam reperitur, non hæc vſque adeò euidenter exprimunt diuini verbi potentiam quantùm diſpenſatio aſſumptæ carnis, & ad humilitatem vſque debilitatémque noſttam ſuſcipiendā condeſcenſio. *Specie tua & pulchritudine tua.*) Species à pulchritudine differt. Id enim ſpecioſū dicitur, quod accommodum & neceſſarium proprio vigori tempus expleuit, vt frumentum id tandem dicitur ſpecioſum, quod maturum &ad meſſem eſt paratum. Specioſus inſupee vitis fructus qui ad ſui perfectionem, per reuolutionem annui temporis maturè concoctus eſt, & eſui accommodus. Pulchritudo autem conſiſtit in concinna mēbrorum compoſitione, ex ſe effloreſcentem gratiam obtinens. Accingere igitur gladio ſuper femur tuum potentiſſime, ſpecie tua, hoc eſt, plenitudioe temporis opportuni, & pulchritudine tua id eſt, contemplabili tua & intelligibili diuinita-

D te. Illa demum vera pulchritudò eſt, quæ cognitionem omnem, omnémque ſupergreditur potētiam, vt quam ſola poſſis mente contemplari. Nouetunt autem ipſius pulchtitudioem eius diſcipuli, quibus ſeorſim à turba parabolas ſoluit. Viderunt & huius pulcbritudinem Petrus & filij tonitrui, in monte fulgentem ſupra ſolis ſplendorem, & exordia ipſius glorioſi aduentus oculis cōprendere digni ſunt habiti, *Intende (inquit) & proſpere, procede, & regna.*) Hoc eſt, hominum curam per carnis diſpeoſationem aggreſſus, diligentiam impeode conſtantem, perennem nec aliquando deſitoram. Hæc enim & viam, &curſum prædicationi præbebit, & neminem non tuo ſubiget imperio. Nec id nouè dictum nobis videri debet, quòd imperatiuè dicit: Proſperè procede ſiue proſperè progreditoe, ob ſcripturæ conſuetudinem hoc modo figurantis ea quæ optātur. Nam & imperatiuè dicitur: Fiat voluntas tua, pro vtinam fieret: & Adueniat regoum tuum, pro vtinam adueniret. *Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua*) Rur-

E ſus hic ſermo figuratus eſt, perinde ac dominus hæc capiat mercedis loco, nempe proſperè procedere, regnare proptet veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Oportet enim ſic intelligere, quòd quia res humanæ interuerſæ ſunt mēdacio, vt ſeras veritatem, regna in hominibus peccato ſubiectis: vt cum tu ſis ipſa veritas & manſuetudo omnes exemplo tuo ad manſuetudinem & bonitatem reducantut. Ideo dominus dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Quin & iſtius manſuetudiois argumentum re ipſa exhibebat. Nam contumelia laceſſitus tacebat, flagellis cæſus ſuſtinebat. *Et deducet te mirabiliter dextera tua.*) Non columna nubis, non ignis illuſtratio, ſed ipſa tua dextera. Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ. Sagittæ potentis acutæ ſunt ſermones ſolerter & ingenioſe excogitati audientium corda pertingentes, animáſque probè ſenſatas ferientes atque ſauciantes. Verba nāque ſapientium ſtimuli ſunt boum. Ex quo Pſalmiſta cupiens quandoque à doloſis hominibus ſuæ ætatis & generationis liberari contra doloſam linguam, ſagittas potentis acutas in remedium exquirit. Quærit item carbones ſibi adeſſe deſolatorios, Vt quorum cor-

Sagittæ acutæ.

F da ob duriciem calloſam ſpirituales ſagittæ non contingant, bis paratum ſit ſupplicium, quod carbones deſolatorios appellauit. Quicunque enim ſe priuatunt dei præſentia, his carbonum deſolatoriorum apparatus neceſſarius eſt. Nunc igitur ſagittæ tuæ acutæ. His ſagittis quæ fidem amplexatæ ſunt animæ, ſauciantur, & quæ ſumma in deum exarſerunt charitate, ſimúlque cum ſponſa illa dicunt: Vulnerata charitate ego ſum.

Carbones deſolatorii.

Inex-

Inexplicabilis profectò ac ineffabilis verbi pulchritudo & ſapientiæ ſpecies & forma dei in ipſius imagine. Beati, qui contemplatione inardeſcunt veræ illius pulchritudinis. Hi enim quaſi eidem adſtricti ſunt vinculis charitatis, cœleſtem illum & planè beatum amantes amorem, domeſticorum obliuiſcuntur & amicorum, imò familiæ quanlibet opulentæ. His in obliuionem venit corporis alendi neceſſitas, putà edendi & bibendi, ſolo liqueſcentibus diuino planè & ſincero amo-A re. Intelligere item poſſis ſagittas acutas eos qui ad ſpargendum per vniuerſum orbem ſemen euángelij miſſi ſunt. Hi quòd ſe exacuiſſent, fulgebant operibus iuſtitiæ, & ſubtiliter in eorum irrepebãt animas quos erudiebant ad fidem. Hæ igitur ſagittæ in primis quaquauerſum emiſſæ populos ſe vt Chriſti iugo ſubſternerẽt, præparabant. Et quidem meo arbitratu ſermonis iſtius ordo per hyperbaton conſentaneè magis ad præcedentia reſtituitur, is vt ſit ſenſus: Intende, procede & regna & deducet te mirabiliter dextera tua, & populi ſub te cadent, proptereà quòd ſagittæ tuæ acutæ ſunt in corde inimicorum regis. Nullus deo aduerſatius, aut contumax, aut ſuperbus, ſub deo cadit, vel ei ſe ſubigit, niſi illi qui fidei obedientiam ſuſceperunt. Sagittæ nanque in corda cadentes quandoque inimicorum regis, trahunt eos ad veritatis deſiderium, & ad ipſum dominum, vt inimici dei exiſtentes eidem per doctrinam concilientur. *Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo* B *lætitiæ præ participibus tuis*) Quoniam verò circa humanitatem multa verſando dixit, nunc ſermonem ad altitudinem gloriæ vnigeniti conuertit, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: hoc eſt, regnum tuum vltra ſecula ſe porrigit, éſtque intelligentia omni multò antiquius. Et pulchrè admodum poſt populorum ſubiectionẽ, regni dei magnificentiam concelebrat. Virga directionis virga regni tui. Idcirco ei propriam reddidit appellationem, deo luculenter expreſſo. Sedes tua deus. Inſtructiua eſt admodum virga dei, erudiénſque non obliqua, aut peruerſa, ſed recta infert iudicia. Ideo virga directionis, virga regni ipſius nominatur. Si enim dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint: viſitabo in virga iniquitates eorum. Vidéſne iuſtum dei iudicium, quo non in omnes ſine diſcrimine, ſed tantùm in peccatorem vtitur? Sed & ipſa etiam conſulationis dicitur virga. Virga enim tua (inquit) & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Eſt & virga contritionis. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Conteruntur autem terrea ac lutea ad eorum beneficium, quos C deus regit ac dirigit ſecundum quod & in carnis perditionem traduntur, vt ſpiritus ſeruetur. *Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.*) Quoniam verò chriſma typicũ, hoc eſt vnctionem figuratam, & typicos pontifices ac reges figurare oportuit: caro autem domini vero chriſmate vncta eſt, nimirum ſuper eam aduenientẽ ſpiritu ſãcto, quod quidem exultationis oleum vocatur. Vnctus eſt autem præ participibus ſuis: hoc eſt, ſupra omneis homines Chriſti participes exiſtentes, quoniam illis quidem particularis quædam tributa eſt ſpiritus communicatio: ſuper verò filiũ dei ſanctus ſpiritus, vt ait Ioannes, vbi deſcendit, manſit ſuper ipſum. Pulchrè autem exultationis oleum ſpiritus appellatur. Nãque vnus hic inter fructus numeratur, quos in nobis operatur ac gignit ſpiritus ſanctus, nempe gaudium. Quoniam verò mixtus eſt de ſeruarore ſermo, propter & diuinitatis naturam & incarnationis diſpenſationem, rurſus in humanitatem à deo aſſumptam reſpiciens, ait. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniqui- D tatem, pro eo quod eſt: Reliqui quidem homines labore & exercitatione, & attentione ſæpenumero aſſequuntur amorem honeſti ac probitatis, & malitię totius deteſtationem: tibi autem naturalis eſt ad boni proſecutionem proprietas, & ad iniquitatis fugam perquàm familiaris alienatio. Et quidem nobis non arduum adeò ſit & difficile amorem recuperaſſe iuſtitiæ, modò id ardenti affectu expetamus, ſimul & odium iniquitatis. Omnẽ enim ad vtriuſque conſecutionem, Deus impartiuit vtiliter potentiam aoimæ rationali, vt amandi, ita & habendi odio: vt præduce ratione directi virtutem quidem amemus, odio verò habeamus iniquitatem. Licet enim & odio quandoque laudabiliter vti. Dicitur enim: Nonne qui oderunt te domine, odi. Et, Perfecto odio oderam illos.

Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.) Deſcendens paulatim conſequenter propheticus ſermo ac priùs ea quæ extrema ſunt diſpenſationis carnis explicans omnia, intento & acri contuitu ſpiritus ſancti promouentis ipſum & eidem arcana myſteria reuelantis, venit ad paſſionem. Myrrha (inquit) & gutta, & caſia à veſtimentis tuis. Myrrha quidem quòd ſepul- E turæ ſignum ſit, Euangeliſta Ioannes nos quoque docuit, dicens Ioſeph ab Arimathea eum cũ myrrha & aloë tumulaſſe. Gutta verò & ipſa myrrhæ ſpecies eſt tenuiſſima. Ex hoc enim aromate contuſo atque expreſſo omne quod bæſit liquidum, in guttam ſeparatur: reliquũ quod reſtat craſſius, myrrha appellatur. Itaque Chriſti quidem ſuauè fragrans odor myrrham ob paſſionem ſpirat: Guttam verò quòd non immobilis nec otioſus aut inefficax in ſepulchru permãſerit tribus illis diebus ac noctibus: ſed in infernum deſcenderit, grana diſpenſationis circa reſurrectionem abſoluendæ, vt quæ de ſeipſo erant oracula prophetarum, vniuerſa expleret. Caſiam demum ſpirat, quæ cortex tenuiſſimus eſt & odoratus, ligneum obtendens calamum. An veriùs paſſionem crucis ſuſceptam in beneficium omnis creaturæ, altiùs nobis ac ſapienter hic ſermo per caſiæ nomen innuit. Habes ergo myrrham ob ſepulturam, guttam ob deſcenſionem ad infernum, quòd omnis gutta ad inferiora delabitur. Caſiam verò ob carnis circa lignum diſpenſationem. Ex hac denique cauſſa delectauerunt, inquit, te filiæ regum in honore tuo. F Filiæ quidem regum, quænam aliæ fuerint, quàm generoſæ ac magnæ regiæque animæ, quæ ob hanc ad humanam carnem aſſumendam condeſcenſionem, agnito Chriſto, ipſum exhilararunt in honore, in vera fide, ac charitate perfecta, ipſius diuinitatem gloria & honore proſequentes. Aromata verò hæc non vtique parca manu aſſerit interſperſa eſſe veſtimentis Chriſti (hæc

Virga multiplex.

Vnctio Chriſti.

Oleum exultationis.

Mortis Chriſti & reſurrectionis myſterium.

Myrrha.

Gutta

Caſia

Filiæ

hæc ſanè eſt horum verborum parabola & apparatus dogmatum) ſed ab vniuerſis ampliſſimarum ædium ſtructuris ipſa eidem offerri. βάρεις enim, id eſt, domus ſiue ædes ampliſſimæ molis dicuntur, & hæ elephantino, hoc eſt, eburneo apparatu ſubſtructæ. Per has equidem arbitror delineari prædiuitem illam & mirè opulentam Chriſti ergamundum charitatem, idque docente propheta.

Domus eburnea.

Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu de aurato circundata varietate.) De eccleſia iam ediſſerit de qua in Canticis didicimus, quòd vna ſit perfecta Chriſti columba, quæ in dextrum Chriſti locum

A

eos accipit, qui continenti exercitio bonorum operum toti redduntur Eccleſiæ cognobiles. Nam & hos ab improbis diſparat ac ſecernit eccleſia, perinde vt aſſolet paſtor oues diſpeſcere ab hœdis. Aſſiſtit itaque regina nempe anima ſponſali verbo cooptata, nullius iam peccati oppreſſa tyrānide, ſed in partem admiſſa regni Chriſti, à dextris inquam, aſtat ſaluatoris, in veſtitu deaurato, hoc eſt, in dogmatibus ſpirituali intelligentia ſubtextis & variegatis floribus interſtinctis, ſeſe grauiter componens & adornans religioſè. Quòd enim nō vniformia ſunt quæque dogmata, ſed horum ſpecies multiuariæ ac multimodæ ſūt, vt quæ in ſe recipiunt ſermones & complectuntur morales, & phyſicos, epopticos item qui de ſpectandis ceremonialibus myſteriis ſunt conſcripti, ob hoc veſtem ſponſæ indicat ſcriptura varietate pictura tam. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui, &*

B

concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.) Inuitat eccleſiam & exhortatur, mādata vt audiat ſimul & obſeruet, ipſaque appellatione ſibi eam adſciſcit in familiaritatem, dum filiam appellat, ac ſi per charitatem genuiſſet eam. Audi filia & vide. Docet ipſam ſimplicem nudámque mentem ad contemplationem gerere ex eo quod ait, vide. Conſidera & perpende (ait) creationem, vt ordine naturæ adiuta, ſic ad creatoris contemplationem altiùs aſcendas. Deinde flectens collum iactantiæ faſtu ſublatum, inclina, inquit, aurem tuam, ne curras ad externas fabulas. Quin ſuſcipe potiùs vocis humilitatem, quæ in euangelico conſpicitur eſſe ſermone. Inclina aurem tuam ad hanc præceptionē, vt planè obliuiſcaris improbatæ illius conſuetudinis, & efficiare particeps ſpiritualis doctrinæ, eóque obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Omnis qui peccatum admittit, ex patre diabolo eſt. Abiice (inquit) dæmonum doctrinam, obli

Ecclesia filia.

C

uiſcere impuri illius ſacrificij, nocturnæ choreæ, fabularum denique ad libidinem & omne genus incontinentiæ animas incēdentium, & hac gratia te meam ipſius filiam appellaui, vt eum odio proſequare parentem, qui priùs quàm accerſerem te, ad perditionem genuerat. Si enim per obliuionē maculas veterum præceptorum deleueris, proprium recipies decorem, & delectabilis & ſponſo & regi apparebis. *Quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.*) Officium obedientiæ neceſſarium manifeſtat, ex eo quod ait: Ipſe eſt dominus deus tuus. Adorabit autem ipſum omnis creatura, quoniam in nomine Ieſu Chriſti omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis.*) Videtur ſumma idololatria in Chananæa regione perpetrata fuiſſe. Metropolis autem Chanaā Tyrus. Adhortans igitur ſermo hic & erudiēs eccleſiam ad complexum obedientiæ inquit: Filia Tyri cum muneribus aliquando veniet, & vultum tuum adorabunt diuites populi, ſupplicabunt tibi cum muneribus. Non dixit, te adorabunt cum muneribus, ſed vultum tuum. Eccleſia nanque non adoratur, ſed Chriſtus eccleſiæ caput, quem πρόσωπον perſonam ſiue vultum nominauit ſcriptura. *Omnis gloria filiæ regis abintus in fimbris de auratis circundata varietate. Adducentur regi virgines poſt eam.*) Poſtquam anima improbandis expurgata veteris malitiæ doctrinis obedientiam exhibuit ſanæ & ſalutari doctrinæ, vbi oblita iam eſt

Christus vultus, qui adoratur, non eccleſia quæ ſupplicat.

D

populi ſui & domus patris ſui, narrat ea quæ ſunt de ipſa ſpiritus ſanctus, & quoniam intimam eius puritatem vidit: Omnis (inquit) gloria filiæ regis ab intus, hoc eſt, gloria ſponſæ Chriſti quæ deinceps in filiam regis eſt adoptata, intus eſt. Hortatur planè hic ſermo ad eccleſiaſticæ glorię myſteria intrinſecus preudenda, quòd decor & pulchritudo ſponſæ introcluſa ſit & recondita. Qui enim ſe probè adornat ei quidem qui videt in occulto, nempe patri, ſupplέxque eum orat, nihilque non molitur boni operis, non vt ſpectetur ab hominibus, ſed vt ſolius dei oculis mereatur innoreſcere: hic gloriam omnem perinde ac filia regis condidit intus. Quin & fimbriæ aureæ, quibus tota eſt circumamicta anima talis & variegata, vtique in intimis ſunt repoſitæ. Nę tu quicquam quæras in externo iſto auro aut variegato corporis amictu,

E

magis cultum quendam mihi hic inſinuari intellige, qui dignus ſit cohoneſtare ac redimire hominem, qui ad ſui conditoris imaginem creatus eſt, iuxta verbum apoſtoli: Exuti veterem hominem & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem ſecundum imaginem ſui conditoris. Et qui induit ſe viſcera miſericordiæ, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, manſuetudinem: talis interiore amiculo redimitus eſt, & ſecundum interiorem hominem probè adornatus & excultus. Paulus item monet: Induite dominum Ieſum, non ſecundum exteriorem hominem, ſed mens noſtra dei memoria circumamiciatur. Puro enim ſpiritualem pertexi tunc veſtem, quum operatio comes attexitur verbo doctrinæ.

ὑφαίνεται.

Quemadmodum enim pallium tegendo corpori tunc detexitur, dum ſubtegmen innectitur ſtamini: ſic vbi verbum primas in ordiendo obtinuerit, ſi mox actiones verbo conſentaneæ attexentur, tunc exornandæ animæ decentiſſimus & plurimùm habens honeſtatis amictus confici poſſit, animæ inquam, ſecundum virtutem & verbo & opere ſuam abſoluenti vitam. Quæ enim à limbo eiuſmodi dependent fimbriæ, ſpirituales ſunt: eóque aſtruuntur eſſe aureæ. Quoniam ſanè ſermo veritatis ipſum opus excellit, quaſi fimbria quædam eſt à textura ad actionem ex abundanti annexa. Sequuntur autem ſponſam domini animæ quædam quæ ſemen alienorum dogmatum minimè ſuſceperunt, & hæ quidem regi adducentur ſponſam ſectantes. Audiant hæc quæ virginitatem domino vouerunt, quòd virgines regi adducentur, virgines planè quę proxime

F

Fimbria aurea.

ximę

ximæ ſunt eccleſiæ, nempe ponè ipſam aſſectan-
tes, nuſquàm aberrantes ab eccleſiaſtica diſcipli-
na. Hæ porrò virgines in lætitia & exultatione ad
Adducētur regi virgines. Virginum dona.
ducentur, ducentur io templum regis. Non quæ
virginitatis voto ſe ſubſtrauerunt vi adactæ, non
item quæ ex triſtitia aut neceſſitate vitæ virgina-
lis ſanctimoniam ſuſceperunt: ſed quæ in lætitia
& exultatione gaudent & ſe exhilarant tali offi-
cio perficiundæ virtutis addictæ: hæ demum addu
centur regi, & adducentur, nō in vnum plebeium
& vulgarem locum, ſed in templum regis. Vaſa
nanque ſacerdotalia quę humanus vſus non com-
maculauit, in ſancta ſanctorum adducentur, & ad
A adyta accedendi poteſtatem habebunt, vbi contа
minati pedes non ambulabunt. Quantæ ſit præ-
rogatiuæ in templum regis adduci, Propheta pro
ſeipſo orans oſtendit. Vnam petij à domino, hanc
requiram: vt habitem in domo domini omnibus
Pro patribus tuis nati filii.
diebus vitæ meæ, vt videam iucunditatem domi-
ni, & viſitem templum ſanctum eius. *Pro patribus
tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper
omnem terram.*) Quoniam verò ſupra præcepit,
vt anima populi ſui & domus patris obliuiſcere-
tur, vt obedientiæ virtus muneretur: pro patribus
filios accipit tanta dignitate pollētes, vt eos prin-
cipes ſuper omnem terram conſtituat. Qui ſunt i-
gitur eccleſiæ filij? Hi ſanè qui euangelij ſunt filij
qui vniuerſæ terræ imperitaruut. In omnem (in-
quit) terram exiuit ſonus eorum, & conſtituti ſu-
pra duodecim thronos iudicabunt duodecim tri-
bus Iſraël. Si quis autem ſponſę patres accipiat pa
triarchas, ne ſic quidem hæc de Apoſtolis ſenten-
tia propterea reiicitur. Nam pro illis nati ſunt ſpō
ſæ filij per Chriſtum, opera facientes Abraham:
& ideo æquali cum patriarchis honore digni cen
B ſentur, quod hi quoque eadem geſſerunt, quæ &
illi ob quæ patres magno & præcellenti honore
digni ſunt habiti. Principes verò vniuerſæ terræ
ſunt ſancti, ub familiarem & propriam ad bonū
inclinationem, quando natiua illa naturæ indoles
ad bonum propendens, ipſis prærogatiuam ad-
Principes terra.
ſciſcit & conciliat principatus, ſicuti præbuit Ia-
cob ſupra Eſau poteſtatem: Eſto (inquit) domi-
nus fratris tui. Igitur pares honore patribus facti,
Confirmat τῷ παραδείγματι.
& per virtutis exercitationem ſupra omnes præ-
rogatiuam dignitatem adepti: hi demum filij ſpō-
ſæ Chriſti ſunt, & à propria matre principes ſuper
omnem terram conſtituuntur. *Memor ero nomi-
nis tui in omni generatione & generatione. Prop-
tereà populi confitebuntur tibi in ſeculum & in ſe-
culum ſeculi.*) Ad ſuperiùs dicta omnia, dictū eſt
& hoc velut ex perſona eccleſiæ: Memor ero no-
minis tui in omni generatione & generatione.
Quæ porrò hæc memoria eſt eccleſiæ? vtique po-
pulorum confeſſio.

*IN PSALMUM QVADRAGESI-
mumquintum, In finem pro filiis Core pro arcanis
pſalmus: Deus noſter refugium.*

C

PRupheticum oraculum hic
Titulus in finem.
mihi videtur pſalmus com-
plecti de iis quæ ſunt ad fi-
nem: quem finem cùm vi-
diſſet Paulus, ait: Deinde fi-
nis quādo tradiderit regnū
deo & patri. Vel, quoniam
actiones noſtræ nunc ad fi-
nem nos quælibet ſibi proprium ducunt. Bona
quidem ad beatitudinem, improba verò ad æter-
nam damnationē. Conſilia verò quæ in hoc pſal-
mo à ſpiritu ſancto traduntur, ad bonum perdu-
cunt finem eos qui facilè ſinunt perſuaderi & ob-
temperant. Hac itaque de cauſa inſcriptus eſt: In D
finem, perinde ac huius pſalmi doctrina omnis ad
beatum referatur humanæ vitæ finem. Pro filiis
autem Core hic dictus eſt pſalmus, quos ſpiritus
ſanctus non diuidit: quòd velut vna anima, & vna
voce, cum omni inter ſe concordia propheticos
deprompſerint ſermones, ſic vt nihil vnus aliquis
eorū præter reliquos prophetarit, ſed gratia pro-
phetiæ vnicuilibet eorum ex æquo diſtributa eſt,
quòd ad proſequenda quę optima ſunt, æquali af-
fectu inter ipſos conueniret. Pro arcanis hic di-
Pro arcanis.
ctus eſt pſalmus, hoc eſt, pro his quæ neutiquam
euulganda ſunt & prodenda, quòd rationem con-
tineant ſecretorum in myſterio retinendorum:
†ad quæ vbi promoueris, facilè noueris, non cu-
† Non habentur in Græco.
iuſuis è vulgo eſſe diuina hæc acie mentis introſ-
picere & contemplari myſteria, ſed eius & ſolius
qui ad hæc diſertè coarranda cōcinnum fieri poſ-
ſit organum, adeò vt eius anima vicem ſupplens
pſalterij à Spiritu ſancto in ea efficaciter operan-
te poſſit moueri. *Deus noſter refugium & virtus,
adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos val-
dè.*) Homo omnis ob ſibi adiacentem & inolitam E
ſuapte natura debilitatem, tot adeò rebus in ſe ir-
ruentibus mœroris, periculi & laboris perquàm
plenis non mediocri eget auxilio. Hic tot cinctus
ſe circunſtantibus calamitatum procellis, refugiū
inquirit, ac veluti in aſylum quoddam & tutiorē
ſe recipiens locum, aut certè ad mōtis cuiuſpiam
præacutum verticem valido ac forti circumſeptū
muro, hoſtilem incurſum veritus defugit. Iidem
& hic ſuffugit ad deum, ipſum ſibi ducens vnicam
eſſe requiem, tantiſper dum in eo permaneat. Nā
Ob diaboli inſidias verum refugiū deum.
quòd ad deum refugium verè pateat, in confeſſo
eſt omnibus. Inimicus ille noſter plurimùm in-
terſperſit cōfuſanei erroris circa eius electionem
à quo ſperemus ſeruari nos poſſe. Nanque dum
inſidiatur veluti hoſtis, eis rurſum quibus texuit
inſidias, ſubdolus imponit, ſuggeres ad ſe tāquam
ad tutelarem & fidum cuſtodem profugiant, id-
que adeò vt duplici malo circunfundantur, nimi-
rum vt vel vim ſibi inferentes capiantur, vel certè
fraude clancularia circunuenti diſpereant. Idcir-
cò increduli ad dæmones confugiunt, qui diabo- F
li inſtigatione mēte confuſi, veri dei notitia ſunt
priuati. Imo & qui deum norunt, circa rerum diſ-
cretionem omninò errant, dum quæ per impru-
dentiam vſui ſibi futura confidunt, poſtulāt, quæ-
dam interim petunt veluti bona quæ identidem
nihil ſibi allatura commodi vel tandem experiun
tur. Vitant alij quædam vt noxia, quæ fuerant ali-
quando ſibi non mediocriter profutura. Verbi
gratia: Aegrotat quis? Is perplexam morbi fugiēs
mole-

moleſtiam, orat ſibi reſtitui ſanitatem. Amiſit pecunias? ob eam iacturam acerrimo angitur dolore. Eſt enim morbus ſępenumerò vtilis vt qui peccantem caſtiget: & rurſus ſanitas noxia, cum peccati inſtrumentum ſe poſſidenti fuerit. Sic & pecunia iato quibuſdam miniſtra eſt facta luxuriæ: contrà, paupertas multos eorum qui malè ſunt inſtituti, ad ſobrietatem reduxit. Nec itaque fugias quæ non oportet: neque iteio confugias ad quem non oportet, ſed vnũ tibi tantum vitabile ſit peccatum, & vnum in malis refugium deus. Nolite confidere in principibus, nec in incerto diuitiarũ gloriemini. Nec ſuperbire ob corporis vires, nec denique humanæ gloriæ claritatem ſequamini. Nihil horum ad ſalutem confert. Temporaria omnia & momento decidua, impoſturæ & fraudis plena omnia: vnum tantum refugium deus. Male dictus enim homo qui confidit in homine, aut in aliquo rerum humanarum ſperat. Ergo deus noſter refugium & virtus. Illi enim, qui vt Apoſtolus dicere valet: omnia poſſum in Chriſto qui me confortat, virtus eſt deus. Multorum igitur eſt dicere: Deus noſter refugium. Itémque: Domine refugium factus es nobis: Sed eodem quo propheta noſter teſtatur, affectu præditum eſſe, nimiſquàm paucorum eſt. Pauci admodum ſunt qui non admirantes humana præſidia, vt qui ex ipſo deo toti pendeant, ad ipſum reſpirent, ſpem omnem ſuam atque fiduciam in ipſo collocantes. Res quidem iſtæ accidentariæ nobis ſunt argumento. Etenim quum tribulatiooe quapiam affligtamur, ad omnia potius, quàm ad ipſum deum noſtrum recurrimus. Vnus tibi puſio ægrotat? quaquauerſum circunfers oculos requirens incantatorem, aut certè eũ qui ſuperuacaneos vanóſque characteres ſen figuras puerorum innocẽtium collo circunliget, vel ad poſtremum ad medicum venis, & medicinas eo interim contemptim omiſſo qni reſtitnere poteſt ſoſpitati. Si fortè inſomninm te ſolicitat ad ſomniorum coniectorem properas. Si quẽ timueris inimicum, patronum vnum aliquem tibi ex hominibus deligis. Et vt compendio dicam, in quacunque neceſſitate imminente deprehendetis: verbo tantum te oſtendis deum refuginm habere, re autem ipſa ex inutilibus vaniſque rebus auxilium adſciſcere. Eſt autem iuſto verum auxilium deus. Quaſi enim vnus alignis imperator exercitus armis promittentibus generoſitatem animi inſtructus nullo non tempore paratus, auxiliũ opémve vt ferat ſatiſcenti ac deſtitutæ viribus parti: ſic & deus adiutor noſter & omni militanti, cõtra omnes diaboli inſidias, miniſtros ſpiritus in ſalutem indigentium emittens. Apprehẽdit autem tribulatio iuſtum omnem, ob vitæ ſtudium. Quicunque enim per viam anguſtam & arctam declinata lata & ſpatioſa via, ambulauerit, à tribulationibus inuenitur. Propheta nanque valdè rem ad viuum deſcripſit, inquiẽs: In tribulationibus quæ inuenetũt nos nimis, Quaſi enim animalia viuam animam ſpirantia apprehendunt nos tribulationes, exercentes nos ad patientiam, & per patientiam probationem, & per probationem ſpem, quare (& Apoſtolus ait) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et rurſus: Multæ tribulationes iuſtorum. Sed generoſi vir animi qui nihil turbatus tentationem ex tribulatione prouenientem ſuſtinuit, dicet: In his omnibus ſuperuicimus per eum, qui dilexit nos. Ac tantum abeſt vt defatigetur aut mœrore vllo intabeſcat in tribulatione conſtitutus, vt occaſionem gloriandi ex malorum multitudine ſumat cũ Paulo, dicens: Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Sequitur deinde: *Ob hoc non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.*) Magnum oſtendit in Chriſto confidentiæ firmamentum propheta noſter. Quoniam & ſi omnia ſurſum deorſum proooluantur, & terra turbata inuertatur, & montes propriam deſerentes ſedem in medium transferantur mare non timebimus: quum & deum refugium, & virtutem, & auxilium habeamus in tribulationibus, quæ inueuerunt nos valdè. Cuiuſnam cor impauidum adeò & interritum eſt, cuius tam quietæ cogitationes, nec quicquam habentes turbelæ, vt in tanta confuſione poſito vacet ſic attentam mentem ad deum ſurrigere, nec interim vllo rerum eiuſmodi euentu ob ſpem in deum ſolidè coniectã percellatur? Nos autem hominis iram non ſuſtinemus, non canem aut aliquam aliam beſtiam incurrentem, non denique in rebus duris ad deum adiutorem noſtrum reſpicimus, ſed ſtupidi attonitique ad noſipſos conuertimur. *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorum.*) Dixit de telluris conturbatione & montium tranſlatione. Dicit etiam de maris commotione & euerſione, déque montibus in medium maris cadentibus. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorum, videlicet marium. Montes ipſi in aquis plurimam excitant commotionem, non quidem in mari tanquam naturali poſitura cõſtituti, ſed propria agitatione multum violentæ quaſſationis in aquis promouentes. Quum terra conturbabitur, & aquæ marium ſonabunt & è profundo pelagi ebullient, montes quoque transferentur, & per exuperantem domini potentiam multam ſuſtinebunt turbationem: tunc quoque ſuctit intrepidum cor noſtrũ, quòd ſecuras firmáſque in deum ſpes habeat. *Turbati ſunt montes in fortitudine ipſius.*) Potes & ſenſum huius dicti tropicè interpretari, montes appellãs eos qui ob ſuam potentiam viréſque inſoleſcunt ſibique placent, dei magnitudinem vimq́ue ignorantes, ſeſe contra dei ſcientiam extollentes. Deinde ſuperatos ab his qui cum virtute efficaci & ſapientia verbum dei annunciant, qui mox vt ſuã intelligunt inopiam, timore dei percelluntur, ſéque humiliter ſubſternunt dei potentiæ. Vel fortè principes ſeculi huius ac patres perditæ ſapientiæ montes dicuntur conturbati in Chriſti fortitudine, quã ipſe in agone quo decertauit per crucem contra eum qui poteſtatem mortis habebat, oſtendit, & veluti generoſus quiſpiam athletes exutus veſtibus, principatus ac poteſtates vicit, oſtentuique illos habuit cõſidenter, atque in ligno de illis triumphauit. *Fluminis impetus lætificant ciuitatem dei.*) Salſæ enim aquæ vehementer à vẽtis perturbatæ ac commotæ ſonuerunt, & conturbatæ ſunt. Fluminis autem impetus ſine ſtrepitu ac leniter procedentes, & illis qui digni ſunt ipſarum ſuſceptione affluentes, ciuitatem dei lætificant. Et nunc quoque iuſtus viuentem bibit aquã: poſtea verò copioſiùs bibet, municeps factus & adſcriptus ciuitati dei. Sed nunc per ſpeculum &

Fluminis impetus.

K in

in ænigmate bibit, ob breuem diuinarum cõtemplatiouum comprehenſionem: tunc autem ſimul inundantem fluuium exceptutus eſt, qui quaquauerſum valeat diſtagnare & alluere ciuitatem dei.

Ciuitas dei

Quis porrò fuerit fluuius iſte dei alius, quàm ſpiritus ſanctus, qui cordibus ſe dignis inſerit eorũ qui in Chriſtum crediderunt? Qui credit, inquit, in me, fluuij ex eius ventre fluent. Et rurſus: Si quis biberit ex hac aqua quam do, fiet in eo fons aquæ ſaliẽtis in vitam æternam. Hic itaque fluuius omnem dei ciuitatem lætificat. Vel etiam ſignificat eccleſiam eorum qui cœleſtem ducunt cõuer A ſationem, vel omnem creaturam intellectu prædi tam à cœleſtibus vſque ad animas humanas, ciuitatem intelligere oportet, ſancti ſpiritus inundatione lætificatam. Definiunt enim quidam ciuitatem, congregationẽ conſtabilitam & legibus adminiſtratam.

Ciuitatis finitio

Hæc enim tradita ciuitatis definitio illi quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ cœleſti ciuitati maximè conuenit. Nam & ibi primogenitorum ac deſcriptorum in cœlis congregatio, & ob immutabilem ſanctorum vitam, & ſecundum legem cœleſtem gubernatam ſtabilis quidem ac perpetua eſt. Ordinem verò illius & omnem ornatum perdidiciſſe, naturæ non eſt humanæ. Ibi nanque ſunt quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ deus præparauit diligentibus ſe, præterquàm quia & myriades ſunt ibi angelorum, & ſanctorum & conuentus feſtiui & primogenitorum eccleſia deſcriptorum in cœlis. De hac itaque Dauid loquitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Illi planè ciuitati pollicetur, per Eſaiam deus: Ponam te exultatiunem æternã, lætitiam generationum generationibus, & non e- B rit contritio neque miſeria in terminis tuis, ſed vocabuntur ſalutare muri tui. Oculis igitur animæ in ſublime arrectis præter dignum eſt ſupernis rebus intendere, quære quæ ſunt ciuitatis dei. Quis enim vnus mortalium dignum aliquid illa beatitudine vnquam mente concipere potuit, quam lętificat quidem fluuius dei: artifex autem & opifex eſt ipſe deus? *Sanctificauit enim tabernaculum ſuum altiſſimus.*)

Tabernaculum dei. σάρκα θεοφόρον.

Carnem fortè dicit deiferam ſanctificatam per naturæ diuinæ immediatam vnionem. Ex quo intelliges tabernaculum altiſſimi aduentum ſiue manifeſtationem dei, quæ eſt per carnem. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculo.*) Et quoniam deus in medio ſuæ ciuitatis eſt, eam ſtabilitate donauit: auxilium in primo quoque lucis exortu, præbens. Siue igitur illi quæ ſurſum eſt Hieruſalem, ſiue eccleſiæ quæ infra eſt, ciuitatis nomen cohæſerit aut conueniet hoc. *Sanctificauit in illa ſibi tabernaculum ſuum altiſſimus.*) Et per hoc tabernaculum, quod fixit & certè habitauit deus, in medio illius fuit, donans illi tantum roboris, ne com C moueatur: In medio autem ciuitatis eſt deus, æquales vndiquaque emittẽs radios, ad fines vſque orbis vniuerſi. Sic enim dei iuſtitia conſeruatur, dum is omnibus eandem bonitatis ſuæ diſpertit menſuram. *Adiuuabit eam deus manè diluculo.*)

Diluculum

Sol enim iſte ſẽſilis matutinum tempus apud nos facit, quando ſupra noſtrum horizontem eminuerit illuſtris & conſpicuus. Matutinum autem in anima iuſtitiæ Sol perficit in ortu lucis ſpiritalis, edens diem apud eum qui ipſum recepit. In nocte autem nos homines ſumus, tantiſper dum ignorantiæ tenebris obuoluimur. Poſtquam verò exerta mente & adaperta gloriæ ſplendorem exceperimus, & luce illa nunquam occaſura circunfuſi fuerimus atque illuſtrati: tunc adiuuabit eam deus mane diluculo. Poſtquam filii lucis facti erimus, & nox à nobis præceſſerit, dies appropinquauerit, tunc demum dei auxilio digni erimus. Adiuuabit ergo ciuitatem deus, per proprium ortum & manifeſtationem lucem ipſi inducens matutinam. Ecce enim homo, dicit Propheta, oriens nomen ipſi. Quibus igitur lux oritur ſpiritualis te D nebris iniquitatis & ignorantiæ diſcuſſis, matutinum his fit: quoniam lux in mundum venit, vt in ipſa ambulans non offendat. Auxilium nanque ipſius matutinum præbet tempus. Vel fortè quoniã diluculo reſurrectio futura erat: Adiuuabit eam deus mane diluculo, hoc eſt, victoriam cõtra mortem die tertia matutina confecit. *Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam altiſſimus, commota eſt terra.*) Cogita aliquam ciuitatem ab inimicorum inſidiis appetitam eam oppugnantium, quam eatenus quidem variæ nationes regéſque permulti qui & ſceptra ſortiti ſint in ſingulas quaſque gentes, obuallent & circunſideant. Dein fac ducem vnum viribus inexpugnabilem, inopino occurſu conſpici ſuppetias vrbi circunſeſſæ laturum, qui obſidionem ſoluat, & coactam gentium factionem diſſipet, in fugam denique reges conuertat: ſola vocis potentia clamoréque exerto eorum corda perterreat. Quantum igitur par eſt credere excitari tumultuariæ conturbationis per hoſce populos regéſque profligatos & in fugam dilapſos? Quantum ſtrepitum ſonúm E ve reddi nec facilè deſiturum ex tumultuaria illorum fuga putandum eſt? Omnis tum locus iis qui præ timore in fugam adacti ſunt, completur: adeò vt & non mediocris vbique cõcitetur tumultus in ciuitatibus ac vicis, qui fugatos exceperint. Tale itaque auxilium, taléмque defenſionem exprimit proueniſſe à ſaluatore ciuitati dei per id quod dicit: *Conturbata ſunt gentes, inclinata ſunt regna, dedit vocem ſuam altiſſimus, commota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus* Iacob.) Nouerat carnem deum ſuſcepturum, nouerat ex virgine ſancta edendum Emmanuel: quod nominis ſi interpreteris, ſonat nobiſcum deus: & hac de cauſa propheticè exerta voce clamat: Dominus virtutum nobiſcum: oſtendens planè hunc eſſe qui ſanctis prophetis ac patriarchis apparuit. Adiutor noſter, inquit: Non alius deus præter eum qui à prophetis traditus eſt, ſed deus Iacob qui in oraculo illo ad famulum ſuum reddito, dixit: Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. *Venite & videte opera dei, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſque ad fines terræ.*) Sanè ſermo hic eos qui procul ſunt à verbo veritatis inuitat, propiùs ſe admoueant ag- F noſcendæ veritati, dicens: Venite & videte. Nam quemadmodum corporis oculis accidit, ſemotiora interualla eorum quæ ſe conſpicua offerunt, apprehenſionem reddunt obſcuram & vix apparentem: contrà, propior acceſſio ſpeculantis agnitionem rerum viſibilium exhibet tanto expreſſiorẽ. Idem contingit & in multimoda mentis contemplatione. Qui per bona opera ſeſe deo familia-

rem

rem ac propinquum non reddit, ipſius dei opera puris mentis oculis videre neutiquam poteſt. Idcirco venite & appropinquate prius, & in videre opera domini ſanequàm prodigioſa & admiranda, quorum gratia gentes terrore priùs & ecſtaſi perculſæ, ex hoſtibus & ſeditioſis ad otiũ & quietem redactæ ſunt. Venite filij audite me. Et, Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Patris eſt hæc vox paſſis vlnis ad ſe inuitantis eatenus rebelles. Qui igitur vocationem audiuerit & appropinquauerit, & ſe præcipienti coniunxerit, videbit eũ qui cuncta per crucem, ſiue quæ in terra, ſiue quæ in cœlo, pacificauit. *Arcum conteret & confringet arma, ſcuta comburet igni.*) Vides pacificationem domini virtutum? Habet nanque ſecum inuiſibiles illas virtutes numeroſi delectus angelorum. Vides fortitudinem ſimul & humanitatem ſummi ducis virtutum, qui quum dominus ſit omniũ, & omneis angelicæ militiæ turmas ſecum habeat nullum tamen inimicorum vulnerare, nullum deiicere attingeréve ſuſtinet: ſed arcus cõterit, arma & ſcuta comburit igni. Arcum quidem conterit, vt non iam impoſterum ignita tela per eos excutiantur. Arma verò confringit, quibus cominus pugnamus, vt nequeant ij qui propè ſunt inſidias parantes vulnera recipere. Et ſcuta comburet igni: aduerſarios nudans ſuis munimentis, & omnia in beneficium inimicorum faciens. *Vacate & videte, quoniam ego ſum deus.*) Quatenus enim iis rebus vacamus, quæ alienæ ſunt à deo, dei notitiã recipere nequaquam valemus. Quis enim eorum quæ mundi ſunt, ſolicitus, ſéque immergens multimodæ diſtractioni carnis, attendere poſſit verbis dei, ſatiſve facere tot tantarúmque contéplationum exactæ comprehenſioni? Nónne vides quòd in ſpinas delapſum verbum, à ſpinis ſuffocatur? Spinæ nanque carnis voluptates & diuitiæ & curæ ſunt huius ſeculi. Extra hæc omnia conſtitutum eſſe, opus ſit eum qui cognitionem dei deſiderat, debétque ab omnibus perturbationibus atque affectibus vitioſis vacare, ſic demum dei ſciẽtiam apprendere. Quomodo enim animam tot adeò quæ ipſam præoccuparint, diſtractionibus cogitationum oppreſſam, dei cognitio cogitatióque penetrabit? Nouit hoc & Pharao propriũ eſſe hoc liberiore otio fruentium, vt deum inquirãt. Atque ideo opprobrabat Iſraëli, dicens, Vacatis, otioſi eſtis, ac ideo dicitis dominum deum noſtrũ adorabimus. Ipſa igitur vacatio, bona vacanti atque vtilis, quietam ad ſalutarium doctrinarum generans ſuſceptionem: mala verò vacatio Atheniẽſium, qui nulli rei vacabant alij, quã vt noui quidpiam aut dicerent, aut certè audirent, quod genus otij vel hodie imitãtur quidam, inerti otio vitam elucantes ſuam. Talis enim vacatio immundis ſpiritibus eſt amica. Ait Chriſtus: Quum exierit ſpiritus immundus ab homine. Dein dicit: Reuertar in locum vnde exiui, & reuerſus inuenit domum illam vacantem & ſcopis mundatam. Abſit igitur fratres, vt nos per huiuſcemodi vacationem, aditum aduerſario præbeamus: ſed domui mentis noſtræ vacemus, vt in nobis Chriſtum per ſpiritum promereamur habere inhabitantem. Igitur poſtquam nobis agitatis ab hoſtibus pacem dilargitus eſt, tunc dicit: Vacate à miſerè vos diſtrahentibus inimicis, vt inquiete & ſilentio verba veritatis cõtemplari poſſitis. Idcirco dominus aliâs dicit: Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacemus itaque ab opere nuptiali, vt orationi vacemus. Vacemus item à ſtudio diuitiarum, à cupiditate item inanis glorioſæ, à voluptatum vſu, ab inuidia & omni demum in proximum noſtrum malignitate, vt anima noſtra in tranquillo ac requieto ſtatu cõſiſtente, nec vlla vitioſæ affectionis turbela eam agitante, in ea tanquam in ſpeculo irradiatio & affulgẽtia dei pura ſit, nec vlla obſcuretur caligine. *Exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.*) Palàm hæc de propria paſſione dicit dominus, vt eſt in euangelio ſcriptum. Et ego quum exaltatus fuero, trahã omnia ad me ipſum: & vt Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis ſuper terram. Quoniam igitur humanæ ſalutis gratia ſuſtollendus in crucem erat & exaltandus, & pro vniuerſa terra exaltationem erat ſuſcepturus, propterea dicit, Ex*altabor in gentibus, exaltabor in terra. Dominus virtutũ nobiſcum, ſuſceptor noſter deus* Iacob. Præſentia diuini auxilii mirè exhilaratus bis eandem vocem exclamauit. Dominus virtutum nobiſcum. Hæc quaſi inſultans inimico, & prægeſtiens dicit, ob luculentam & abſolutam in ſaluatorem animarum noſtrarum fiduciam, vt qui domini præſidio fretus conſideret ſibi nihil mali euenturum. Si enim deus pro nobis quis cõtra nos? Qui enim Iacob victoriam dedit, & paulopòſt eundem Iſraël vocitauit, hic demum eſt ſuſceptor noſter & patronus tutelaris, ipſe pro nobis pugnat. Nos verò quieſcamus, quoniam ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, vt in vnũ nouum hominem duos condat.

Arcum omnia. *Collatio.* *Pro ἐξαγγελλόμενος lego ἐναγκαλιζόμενος.*

IN PSALMVM XLVIII. IN finem filii. Core: Audite hæc omnes gentes.

NOnnulli ex iis qui extra fidẽ ſunt, de humano fine varia opinati diuerſas inter ſe ſententias attulerunt. Aliqui enim palàm dixere ſcientiam eſſe finem, quidam verò actiuæ vitæ efficacem & operaturiam exercitationem, alij in hoc conſtituerunt, ſi vitam hanc & corpus in varios & differentes vſus diſpertiare. Nonnulli beſtiis propiores, voluptatem eſſe dictauerunt. Nobis verò finis cuius gratia cuncta facimus, & ad quem omni ſtudio properamus, beata eſt in futuro ſeculo vita, quam deo ſeruiendo conſequimur. Atque adeò hoc vno fine nõ queat ne natura quidem rationis particeps comminiſci aut excogitare præſtantiorem. Ad hunc & apoſtolus excitat, dicens: Deinde in fine, quum tradiderit regnum deo & patri. Hunc & Sophonias adducit, & ex dei perſona loquens: Quoniam iudicium meum eſt in congregationes gentium, vt ſuſcipiam reges & vt effundam ſuper ipſos iram meam. In igne enim zeli mei, conſumetur omnis terra: quoniam tunc conuertam ſuper populos multos linguam in ipſius generationem, vt omnes inuocent nomen domini, vt ipſi ſub vno iugo ſeruiant. Ad hunc igitur finem puto referri debere, quicquid cõmodæ & vtilis doctrinæ pſalmi continent hanc

Atheniẽſes notat. *Titulus in finem.*

babentes inſcriptionem. Huic itidem ſenſui concinunt & aſtipulantur, qui quoſdam inſcripſerũt, Ad victoriam, ſiue epiniciuni, id pro parta victoria carmen aut dies celeber, aut victori. Poſtquam enim abſorpta eſt mors in victoria, & ab eo conſumpta eſt qui dixit: Ego vici mundum, & vbi omnia à Chriſto ſunt victa, & in nomine ipſius omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: iure ſpiritus ſanctus in odis triumphalibus, hæc nobis propoſita præcinet & acclamabit.

In victoriā

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes A *qui habitatis orbem. Quique & terrigenæ & filii hominum, ſimul in vnum diues & pauper.*) Auditorium maximum habet, qui omnes gentes conuocat ad audiendum pſalmum, & omnes eos qui ſuo complent orbem incolatu. Trahit autem, vt exiſtimo, terrigenas & filios hominum & diuites & pauperes & ſublimi hac atque exerta prædicatione quoſuis ad audiendum conuocat. Quæ tandem ſpecula vniuerſæ terræ tantum ſupereminet, vt ex ea cunctæ videri gentes è ſublimi arce, & vniuerſus orbis oculis luſtrari poſſit? Quis adeò exerta ac præpotenti voce præditus præco, qui inclamare queat, quòd à tam multis auribus exaudiatur? Quis locus adeò capax eſt vt recipere queat tantam ad concionem aduentantium turbam? Quantus denique & quali præditus ſapientia eſſe debet doctor, vt doctrinam excogitet & inueniat tanto cœtu nihil indignam. Parumper expecta, & diſces quæ ordine ſequuntur, ex æquo reſpondere promiſſis. Qui enim concionatur, & ad exau- B diendam concionem in vnum aduocat omnes, Paracletus eſt nimirum ſpiritus ille veritatis, per prophetas & apoſtolos eos congregans qui ſalutem conſequuturi ſunt, quorum quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Idcirco audite, inquit, omnes gẽtes, & omnes qui habitatis orbem. Quare & eccleſia collectitia quidem eſt, & in vnum corpus veluti coagmentata è nationibus cuiuſuis tãdem inſtituti ac moris, vt nemo extra hanc vtilitatem relinquatur. Tria enim ſunt vocatorum coniugata, in quibus omne hominum comprenditur genus: Gentes & qui habitant orbem. Deinde terrigenæ & filij hominum. Poſtremò diuites & pauperes. Quem ſanè extra hoc auditorium dimiſit? Alieni enim à fide per gentes vocati ſunt, qui in eccleſia ſunt habitantes orbem. Terrigenæ verò ſunt qui terrena ſapiunt, ac volũtatem carnis mordicus retinent & complectuntur. Filij hominum ſupradictis longè honeſtiores, qui diligentiam C quandam & exercitationem rationis habent, propriè enim homini competit, capax vt ſit rationis. Diuites autẽ ac pauperes ſuam vterique illinc ſortiuntur nulli nõ cognobilem proprietatem, nempe eam, qua alteri quidem neceſſariarum rerum poſſeſſione ſuperabundent alteri cõtrà, in earum inopia ſint cõſtituti. Quoniam autem animarum medicus non venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: primum in vocatione ordinauit, quod in qualibet congregatione reprehenſione erat dignius & damnatione. Omnium qui orbem terræ habitabant, Gentes erant peſſimæ, attamen quod ad vocationem attinet, cæteris prælatæ ſunt honore: vt qui malè habebant, præ aliis vtilitatem à medico promanantem ad ſe tranſſumerent.

Vocatio miranda.

Tria vocatorum genera.

Filii, non habet exemplar Græcum.

Vocatorum ordo triplex

Rurſus terrigenæ ante filios hominum in ordinem ſelecti ſunt, & diuites ante pauperes, quòd illi ad damnationem occaſionem longè propenſiorem haberent, & ad ſalutem promerendam nõ mediocrem difficultatem, eóque ante vocati ſunt quàm pauperes. Eius moris eſt noſtri medici benignitas, vt infirmioribus ſuæ medelæ impartiat commoditatem. Simul verò iſtius vocationis cõtubernium ſociale, conciliat inter tam varios & ſancit pacem, vt quotquot eatenus ſtudiis inter ſe pugnantibus digladiati eſſent, iidem per eccleſiam reconciliati ad mutuam charitatem aſſueſierent. Noſcat enim diues quia æquali cum paupere vocatus eſt honore ac præconio inſonante. *Simul in vnum, inquit, diues & pauper.*) Relicto D faſtigio diues, quo pauperes, excellis, & faſtu illo qui oritur ex diuitiis, ita demum eccleſiam dei ingreditor. Neque igitur diues pauperem deſpiciat neque item pauper ſuperciliosam potentiam opulenter agentium formidet aut vereatur: neu filij hominum terrigenas paruipẽdant, nec rurſus terrigenæ ab illis abarceant ſe aut ſeparent. Prętereà gentes ſe mutua conſuetudine iis confœderent, qui habitant orbem. Et habitantes orbem non dedignentur peregrinos teſtamentorum per charitatem ſuſcipere. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam*) Quoniam, ut ait Apoſtolus, corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem: & amborum efficientia perfectionem declarat. Idcirco vtraque hic ſermo in vnum complexus eſt, cum efficacem oris actionem, tum cordis meditationem. Nam ſi quis bonum priùs non habuerit in corde recondi- E tum, quomodò per os theſaurum proferet, quem intus non habet? Quòd ſi quæ in cordis arcano bona habet, nolit in apertum ſermone expromere, huic illud dicetur: Sapientia occulta & theſaurus abſconditus, quæ vtilitas in vtroque? Quamobrem ad vtriuſque vſum os meum loquetur ſapientiam: ad noſtrum verò ipſorum profectum cor meditetur prudentiam. *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.*) Adhuc propheta perſonam ſuam cõmendat, ne ſui ſermones facilè in contemptum veniant, quaſi humana inuentione prolati. Quæ inquit, à ſpiritu ſancto didici, ea vobis nuntio: nihil meum, nihil humanum dico. Sed poſtquam auditor ſum factus propoſitionum ſpiritus, in myſterio tradentis nobis dei ſapientiam, aperio vobis & manifeſto propoſitionem. Aperio autem non aliter quàm per pſalterium. Eſt enim pſalte- F rium inſtrumentum muſicum, cũm harmonia ſonos reddens adaptatos ad vocalem melodiam. Pſalterium itaque ✝ rationale tunc aperitur maximè, quando actiones humanæ ſermonibus reſpõdentes inter ſe concordia quadam, & harmonia conueniunt. Ille igitur ſpirituale eſt pſalterium, qui fecit & docuit. Hic profectò in pſalmis aperit propoſitionem, propriæ poſſibilitatem doctrinæ proponens ſuo ipſius exemplo. Igitur qui nullius rei incocinnè aut quæ ſit diſſentanea rationi ſibi malè conſcius eſt, is confidenter loquetur quæ ſequuntur. *Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me.*) Malam iudicij diem dicit de qua dicitur: Dies domini immedicabilis in omnes gentes: in qua propheta hoc teſte quemlibet

✝ rationale, vel verbale.

Dies mala iudicii.

propria

propria conſilia circundabunt. Tunc itaque quia nihil iniquum in vitæ huius via admiſi, malâ diem nō timebo. Non me peccatorum quæ admiſerim veſtigia circundabunt, neque me tacita accuſatione aliqua facta reprehenſionem afferentia condēnabunt. Nemo quidem alius accuſator ſiſtetur, quam propria facta qua geſta ſunt forma vnumquodque adſiſtens, ceu ſunt, adulterium, furtum, fornicatio: cum ipſa nocte, cum modo, cum propriis notis formam peccati deſignantibus, vtque A ſemel finiām, vnumquodque proprio inſignitum charactere producetur, ſui omnibus expreſſam ſuggerens & euidentem memoriam. Me igitur peccatorum veſtigia haud circundabunt. Quoniam inclinaui in parabolam aurem meam, & apetui in pſalterio propoſitionem meam. Calcaneū in ſacris voluminibus in malam partem pro mente contaminata ac vitioſa capi ſolet. *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.*) Prophetæ ſermo ad duas eſt perſonas, & ad terrigenas, & ad diuites. Illos enim alloquitur, eorum de ſe ſtultam exiſtimationem demoliri cupiens, quam ob corporis vires conceperant: hos verò ob luculentam poſſeſſionum opulentiam intumeſcentes volens imminuere. Vos, inquit, qui de veſtra virtute præſumitis, (hi enim terrigenæ corporis viribus ſupra modum confidentes, ſatis ſibi eſſe humanam naturam putant ad ea quæ cupiunt perficienda) & vos, inquit qui etiam in incerto diuitiarum ſpem poſuiſtis, audite: pretio vobis redemptionis eſt opus, vt aſſeramini in libertatem, qua inſidiis diaboli ſuperaB ti quondam priuati fuiſtis: qui captiuos vos retinens non priùs à ſua tyrannide abire liberos ſinet, quàm aliquo conuenienti perſuaſus redemptionis pretio permutare velit. Pretium autem hoc non ſimilis eſſe generis oportet iis qui detinentur, ſed modo menſurâve præſtantius, ſiquidē ex iugo ſeruitutis volet captiuos emittere. Quamobrem frater nos nequaquam redimere valet. Nullus enim homo perſuadere diabolo poſſit, vt eum miſſum faciat quem ſemel in ſeruitutem redegerit. Nam is qui de propriis peccatis non eſt idoneus aliquo munere placare deum, quomodo pro alio id facere tentabit? Quid enim adeò magnum in hoc ſeculo quis poſſideat, vt dignam habere animę valeat commutationem? propterea quòd illa ad creatoris eſt imaginem facta. Quæ autem quamlibet moleſta afflictio & labor præſentis ſeculi ſufficere poterit ad parandum humanæ animæ futuri illius ſeculi viaticum? Hæc vt ſimpliciter intelligimus, ita enarrauimus. Etiam ſi quis in hac vita ſibi potens videatur, ſi poſſeſſionū multitudine munitus fuerit, hoc planè ſermone admonetur demittere inanitet de ſe conceptam C exiſtimationem & humiliatum viuere ſub potenti manu dei, non item ſpem ſuam ponere in opinione de robore corporis præſumpta, neque in multitudine diuitiarum gloriari. Poteſt ſanè id ad aliquanto ſublimiorem ſenſum prouehi, vt eos qui de potentia ſua præſumunt, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, intelligamus vtrūque de animæ viribus, quæ ipſæ neutiquàm per ſe ſufficere poſſint ad parandam ſalutem. Nam vt inter filios hominum quis detur eſſe perfectus, is ſi dei ſapientia deſtituitur: nihili talis æſtimandus venit, quantālibet ex mundi ſapientia ſibi pepererit ſpeculatiuæ ſcientiæ copiam, & diuitias quaſdam vndelibet corraſerit cognitionis. Qui talis eſt, audiat rei veritatem, nimirum quia anima omnis humana maligno ſeruitutis iugo communis omnium inimici ſuccubuit & libertate quam à ſuo creatore acceperat, priuata, abducta in captiuitatem eſt per peccatum. Omni autem captiuo, opus pretio ad libertatem recuperandam. Neque igitur fratrem ſuum alius quiuis frater redimere D poterit, neque vnuſquiſpiam ſeipſum: quòd redēptor tantò eſſe debet captiuo & iam ſeruiente pręſtātior. Sed & ne in vniuerſum quidem homo erga deum ea præditus facultate eſt, vt ipſum placet pro peccatore, quum & ipſe ſit peccati reus. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei: iuſtificati gratis ipſius gratia per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. *Non dabit ergo deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ.*) Neque enim fratrem in redemptionem quærit, ſed vnum aliquem qui noſtram exuperet naturam. Non item hominem nudum, ſed hominem deum Ieſum Chriſtum, qui ſolus pro nobis omnibus, deo propitiationem dare poteſt, quòd ipſum deus placationem in eius ſanguine per fidem elegerit. Frater erat Iſraël Moſes, non tamen ipſum redimere valuit. Quomodo ſi tantus vir non potuit, alius è vulgo quiuis poterit? Quamobrem illud quidem pronuntiat: Frater non redimet: hoc verò per interrogationem cum grauitate infert: Redimet homo? Moſes enim nō à peccato populum liberauit, ſed dei aduerſus peccatum mitigauit promotam indignationem, placationem verò dare deo ne pro ſeipſo quidem, vt qui ipſe in peccato eſſet, potuit. Nam & ipſe poſt E tanta taliáque prodigia & ſigna quæ vidit, illam emiſit vocem per quam certò diſcere volebat, nimirum ſubdubitans. Audite me rebelles & increduli: Num ex hac petra vobis aquam educemus? Ob hoc itaque verbum dixit dominus ad Moſen & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, vt me ſanctificaretis coram Iſraël, non introducetis ſynagogam hanc in terram, quam illis dedi. Non dabit ergo deo propiciationem pro ſeipſo. Quid enim vſquàm tanti eſt momenti quod homo poterit dare pro redemptione animæ ſuæ? Inuentum tamen vnum eſt pro omnibus ſimul hominibus dignum pretium, nempe ſanctus & omni pretio ſuperior pretioſus ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, quē pro nobis omnibus effudit: quamobrem pretio ſumus empti. Si igitur frater non redimit, redimet homo? Si enim homo nos redimere nequit, qui redemit homo non eſt? Noli igitur quia dominus in carnis ſimilitudine ad nos venit & nobiſcum eſt verſatus, eum tantummodo hominem exiſtimare illius diuinæ virtutis ac potentię ignarus, qui opus non habuit ſeſe ſua cauſa deo offerre, neque ſuam ipſius animam redimere, cum peccatum nullum admiſerit, nec dolus ſit in eius ore F inuentus. Redimere ſeipſum nullus idoneus, niſi veniat is qui conuertat captiuitatem populi, non pretio quidem aut donis, vt in Eſaia ſcriptum eſt, ſed ſuo ſanguine, qui non fratres nos exiſtentes, ſed inimicos ob peccatum factos (neque item homo nudus ſed deus) poſt libertatem nobis gratuito conceſſam fratres nos ſuos appellat: Annun-

Calcaneū &c. Non habentur in Græco.

Humanū genus à puro homine redimi non potuit.

tiabo enim (inquit Dauid) nomen tuum fratribus meis. Itaque qui nos redemit, ſi eius conſideraris naturã, oec frater eſt, neque homo. Si verò ipſius in nos per gratiam, condeſcenſiooem expeoderis & fratres nos oominat, & ad humanitatem vſque deſcendit: qui pro orbe toto, non autem pro ſe propitiatiooem dedit. Noo enim opus habet propitiatione, ſed ipſe eſt propitiando patri placatio. Talis enim oobis pootifex cooueniebat, ſanctus, innocens, immaculatus, ſegregatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis factus: qui ooo haberet quotidie oeceſſitatem, ſicut pontifices illi, priùs A pro ſuis peccatis ſacrificia offerre, deinde pro populi ignorantiis. Poſt hæc dicit: *Et laborauit in æternum & viuet in finem,*) Nam ille qui vera eſt vita, & virtus, oec vllo vuquam labore ea fatiſcit natura, laborauit io hoc ſeculo, quando feſſus ex itinere ad fontem ſedebat. *Qui non videbit interitum quando videbit inſipientes morientes.*) Noo enim dabit ſanctum ſuum patet videre corruptiunem, quum ij qui vanam iactãt ſapientiam, moriantur. Si autem vis & de hominibus iuſtis hæc intelligere, reminiſcere Iob dicentis: Homo oatus eſt labori. Item Apoſtoli de ſe teſtantis: Abundaotius omnibus illis laboraui. Et ruſus: In laboribus abundantius. Qui igitur in hoc mundo laborauit, hic viuet in finem: Qui verò io deliciis & omoi genere vitæ ſolutioris degit, præ teneritudioe ac mollicie purpuram & byſſum induit, ſéque quotidianis epulis lautioribus & ſplendidis oblectat, laborum pro paranda virtute fugitans, nec ſuſtinuit in hoc ſeculo vlla laſſitudine defetiſci, is oec in futuro illo viuet: ſed ſemotius & ex longiore interuallo vitam videbit in camini B flamma cruciatus. Qui verò pro virtute innumeris aguoibus deſudarit, & vt eam aſſequererut, multis laboribus tortus nimiſquàm eſt & examinatus, hic inquam eſt, qui viuet in fioem. Quàm multa in afflictione paſſus eſt Lazarus pauper? quàm multis laboribus attritus Iob contra aduerſarium certando? Qui enim certando delaſſati fuerint, ait, illic recreabuntur: eóque dominus iſtos ad requiem inuitat, qui labore laſſeſcunt, ſíueve onerati. Quomodo qui beoefacieodo inſudauerint, non onerati dicent, quum propheta dicat: Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, Venientes autem venient cum exultatione tollentes manipulos ſuos, vbere fructu pleoos, qui & his rependentur pro proportione eorum quæ quiſque ſeuerit. Onerati itaque dicuntur, qui quòd io benedictiooibus ſeminarint, & metent cum lætitia ſempiterna, quos ſpiritualium fructuum manipulus ſibi repoſuerint. Qui igitur per deum redemptus eſt, qui ſe dedit propitiationem pro eo qui redemptus eſt: is quidem in hoc ſeculo laborauit, at labore perfunctus viuet in finem. Planè hic oõ C videbit interitum, quum viderit ſapientes morientes. Qui anguſtam & ſudoribus plenam viam præ leoi & ſolutiore elegerit, is æternam corruptionem oon videbit, nimirum afflictionem illam perpetuò duraturam, die viſitationis dei, quum ad pœnas abripientur qui dei ſermonibus fidem non commodariot, ſed poſt vani cordis ſui deſideria abieriot. Sapientes porrò dicit veteratoria verſutiæ & impoſtura inſignes: de quibus Hieremias ait, Sapientes ſunt, vt faciant mala bene aotem facere neſcierunt. Vel certè ſapientes dicit diſcipulos principum huius ſeculi qoi abolentur, qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: quoniam ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Quamobrem quum ſtultos reddat hæc ſapientia, ideo aſtruit perditurum eſſe ſapientiam ſapientium, & reprobaturum prudentiam prudentum. Perſuaſiooes igitur falſi nominis ſcientiæ qui eas exceperint, occaſionem ſuggerunt mortis, quam qoidem mortem non videbit redemptus ab eo cui placuit vt per ſtultitiam prædicationis ſaluos faciat credeotes, vt inquit Paulus. D Deinde ait: Simul inſipiens & ſtultus peribunt, & relinqueot alienis diuitias ſuas, & ſepulchra illorum domus eorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie. vocauerunt nomſoa ſua in terris. Supra vno nomine generali ſapientes appellauit, quos nunc ſubdiuidens ioſipientes ſiue imprudentes & item amentes. Liquet ſapientes quidem eos ſecundum ipſorum opioionem, hoc nomine vſum dixiſſe, quemadmodum deos oomioat ooo natura, ſed eorum conſuetudinem ſecutus qui decepti ſuot: atque ita ſapieotes nunc ſtultos & inſipieotes dixit. Non multo ſanè negotio poſſis tecum comminiſci, quo diſcerniculo diſtinguatur ἄφρων imprudens ſiue inſipiens, ἀπὸ τοῦ ἀνοήτου ab amente ſeu demente, hoc eſt ἀπὸ τοῦ μωροῦ à ſtulto. Imprudens enim ſiue inſipiens dicitur is qui priuatus prudentia minus ſolers eſt aut perſpicax ad obeunda communis vitæ iſtius officia. Itaque eos vocat conſuetudo prudeotes ſiue ſapientes qui incommoda & noxia ab vtilibus in rebus humanæ vitæ diſcetoere noueriot, iuxta id quod E eſt in euangelio dictum. Quia filij huius ſeculi prudeotiores filiis lucis io generatiooe ſua ſunt. Non enim abſolutè prudentiores, ſed ſecundum conuerſationem & conſuetudinem vitæ huius qua in carne agitur. Hi nanque diſpeoſatores aut villici ioiquitatis dicuntur, quòd prudenter conſulant diſpenſandis ſuæ ipſorum vitæ commodis. Iuxta hanc acceptionem, ſerpentes quoque prudentes ſunt ſiue ſapientes, quòd ſibi adornent & inſtruant cauernoſas latebras, atque inter pericula modis omnibus vitant capitis plagam. Atqui ἄνους demens ſiue ſtultus dicitur, qui his deſtituitur quorum cognitio mentem hominis præcipuè adornat, vt ſunt dei patris notitia, item verbi quod in principio erat apud deum aſſumptio, & à ſancto ſpiritu illuminatio procedens: quam ſaoè ſenſatam mentem habent, qui poſſunt cum Paulo dicere: Nos meotem ſiue ſenſum Chriſti habemus. Sacri nanque eloquij inualuit conſuetudo, vt viciſſim ac promiſcuè his vtatur verbis ἄφρων καὶ ἄνους, vt quũ ἄθεον impium & qui deum eſſe neget, eum dicit ἄφρονα inſipientem in illo: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Et contrà, quod vitæ oo- F cer ἀνόητος, ſtultum vocat: Quemadmodum Apoſtolus de iis qui in coocupiſcentias incidunt ſtultas & oociuas. Atque adeò inſipiens & ſtultus ad vnum commuoem finem, hoc eſt, perditiooem deuergunt. E diuerſo poſſit quis ἄφρονα inſipientem eum dicere ſtultum, vt qui gentiliter uiuit: ἄνουν contra pro inſipiente, vt qui Iudaicè, ſecundum nudam tantum legis obſeruationem, vitam

Qui viuet in æternum.

τοὺς ὄντως [illegible]

Attende quo diſcrimine ἄφρων ab ἀνοήτῳ ſeu ἄνου.

Attende ſcripturæ conſuetudinem.

[illegible]

vitam inſtituit. ἄφρον nanque ſtulto ſcilicet dixit deus,(quoniam is deum eſſe animo minimè putabat) ἄφρον ſtulte hac nocte animam tuam auferent. Contra ἄνους inſipiens, qui ſecundum carnê eſt Iſraël nominatus, vt ait propheta: Erat Ephrê ſicut columba inſipiens: Aegyptum inuocabat, & ad Aſſyrios ibat. His planè per ſuam ipſorum inſcientiam eliſis ſimul & confractis, nos alienigenæ diuitias ipſorum hæreditate capimus. Noſtra nanque ſunt mâdata, noſtri prophetæ, noſtri patriarchæ qui à ſeculo iuſti fuerunt, nobis diuitias ſuas reliquerunt, qui in ſua ſtultitia perierũt,
A Horum itaque domus nempe inſipientis ac ſtulti, ſepulchra ſunt in æternum. Quorum enim vita mortuis operibus nimirum omni ex parte peccatis differta eſt, horũ ſepulchra ſunt habitationes in æternum. Mortuus nanque ratione peccati; nô in domo ſed in ſepulchro ob animam mortuam habitat. Domum verò Iacob habitat atque colit neunquã ſubdolis moribus decolor ſed ſimplex. De quo ſcribitur: Erat homo minimè fucatus ac bonus, habitans domum. Sepulchrum ergo colit qui eſt omnino iniquus, nec ab operibus mortuis fundamentum pœnitentiæ ſubſternit ſibi, ſed ſimilis ſepulchro dealbato efficitur, quod forinſecus quidem conſpicuum apparet, Intrinſecus verò mortuorum oſsibus & omni immundicia refertum eſt. Quamobrem talis loquẽs non os aperit, verbo dei ſed ſepulchrum habet apertum, ſuũ ipſius guttur. Si quis itaque in Chriſtum credens, non actiones exerit, quæ ſuæ ſint conſentaneæ fidei, is quòd improbatis opinionibus intenderit, is quòd ſcripturæ ſenſum interpolans ac torquens
B accipit, in petra ſibi incidit monumentũ. *Tabernacula eorũ in generatione & generatione.*) Hoc eſt, ſepulchra, domus illorum ſunt in ſeculum. Deinde declarãs de quibus intelligat ſepulchris, vt oſtendat, quòd de corporibus dicat, quæ propter iniquitatem animæ præmortuæ inhabitant: Addidit ipſis tabernacula eorum in generatione & generatione, ſecundũ conſuetudinem per quã humana corpora dici ſolẽt tabernacula. Hi enim vocauerunt nomina ſua in terris. Non enim impij nomen in libro viuentium ſcribitur, neque numeratur cum eccleſia primogenitorũ qui in cœlo numerantur, ſed in terra ipſorum remanent nomina: quoniam hanc perfunctoriam breuique têpore duraturam æſtimauerunt vitam præ tabernaculis æternis. Nône vides eos qui fora & gymnaſia in ciuitatibus ædificarunt, muros excitarũt, aquæductus adornarunt: quo pacto eorum nomina hiſce ſint indita ædificiis terrenis? Iam verò & ſua ipſorum nomina iuſſerunt equorum armen-
C tis, commenti modum quo in longum vitæ ſuæ tempus ſui memoriam nominis protogarent. Quin & in ſepulchris inſculpſerunt ſua ipſorum nomina, monumentis ad propriæ oſtentationem magnificentiæ. Hi ſunt qui terrena, præſentiſque temporis gloriam ſapiunt, ac per hominum ora volitare tantum ſtudent: atque iſta ſatis eſſe ad fœlicitatem putant. Quòd ſi nonnullos videris ob falſi nominis ſcientiam ſibi maximopere placere, ſeque conſenſu nefario dedere improbatis dogmatibus & pro chriſtianorum nomine, ab vno aliquo qui hæreſiarchæ fuerunt, ſibi nomenclaturam adſciſcere, puta à Marcione aut Valentino, aut ab vno aliquo eorum qui hac tempeſtate ex ignotis priùs emerſerunt tandem: velim noueris hos nomina ſua vocaſſe in terris, vt qui ſeſe addixerint hominibus peſtili corruptelæ expoſitis nihilque reſipientibus quàm terrena hæc.

AT *homo quum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc via illorum ſcandalum ipſis, poſt ea in ore ſuo complacebunt.*) Magna res homo, & pretioſum quid vir miſericors ait Salomon. Prorſus homo ex ſua naturali conſtitutione quiddam ſortitus eſt maximi æſtimandum. Quid
D enim eorum quæ in terra conſpiciuntur, aliud ad imaginem creatoris factum eſt? Cuinam alij poteſtas data eſt, & imperium ſuper omnia terreſtria aquatiliaque & aëria animalia conceſſum? Paulominus ab angelis ſubſedit diminutus propter hanc ad terrenum corpus counitionem. Sanè hominem fecit ex terra deus: & miniſtros ſuos flammam ignis. Atqui hominibus vis ineſt, qua creatorem ſuum & opificem agnoſcere poſsint & intelligere. Inſufflauit enim in faciem: hoc eſt, partem aliquam propriæ gratiæ appoſuit homini, vt per hanc ſibi impreſſam ſimilitudinem, eũ cui ſimilis eſt, agnoſceret. Attamen in tãto quum eſſet honore, vt qui ad ſui conditoris imaginem eſſet creatus, honore prælatus cœlo, Soli, & vniuerſo ſtellatum choro: † Quod enim cœlorum dictum eſt imago eſſe dei altiſsimi? Quamnam imaginẽ ſui ſeruat Sol creatoris? Quid luna? Quid tandem reliquæ omnes ſtellæ? Planè inanimata hæc quidem ac materialia corpora ſortita ſunt, ſanequàm pellucida quidẽ, at nulla prædita mente, nullæ inſunt voluntariæ motiones, non liber-
E tas arbitrij illis adeſt, ſed neceſsitati ſibi impoſitæ ſeruiunt, per quam ſemper circa eadem verſantur nuſpiam à præſcripta ſibi lege euariando. Atqui homo eam qua omnibus his prælatus eſt, dignitatem honorémve nõ intellexit, ſed dei quem ſequi debuerat, factus deſertor ac refuga creatoris cui conueniebat aſsimilari, in ſeruitutem prolapſus eſt & concidit affectionum carnis. Comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis: nũc quidem dum perinde ac equus vſque ad inſaniam deperit fœminas, vxori adhiniens proximi, nunc rurſus quaſi lupus rapax, ex inſidiis dum appetit aliena, nonnunquàm vulpis malitioſæ aſtutiæ aſsimilatur per dolũ aduerſus fratrem concinnatum. Fuit reuera exuperans quædam magnitudo amentiæ iſtius & pecuinæ abſurditatis à ratione prorſus abhorrentis, quòd ne ſenſerit quidem initio ſuæ creationis, ad imaginem ſui conditoris factum ſe eſſe, & neque cogitarit quot quantaque in ſui vnius gratiam diſpenſata F
ſint myſteria. Et ſi quidem horum contemplatione ſuſtinuiſſet ſuam ipſius agnoſcere dignitatem. Atqui horum adeò immemor omnium fuit, vt ſpoliatus imagine cœleſtis ſibi imaginem hominis induerit terreni. Neu tandem is continenter hæreret peccato, ipſius redimendi cauſa, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, ſeque vſque adeò humiliauit, vt factus ſit obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Quòd ſi primæ illius tuæ generationis es immemor, ex depenſo tui redimendi gratia pretio, qualencunque tuæ dignitatis arripe notitiam.

Sepulchrũ habitatio.

Translatio ...

Nomina in terra manẽtia.

Attende: quàm eximia magnáque excellens res ſit homo, ſed ſi ſe hominem agnoſcat.

Hiulca eſt ſententia hæc, nec expleri poteſt † ni ſic quadẽ ſibi prærogatã dignitatem intellexerat homo vt mox ſequatur. Quod enim innuet ſuperius.

Quaoti id ſit pretij, quo permutatus es videto, tuamque adeò agnoſce dignitatem. Pretio ſane haudquaquàm aſpernabili emptus es. Noli proinde ſeruire peccato, tuam potiùs intellige dignitatem, vt ne aſsimileris iumentis inſipientibus, *Hac via eorum, ſcandalum ipſis.*) Qui noſtra omnia moderatur ac diſpenſat deus nobis per malitiæ viam incedentibus occurrit offendicula obiiciens quæ nos à peccato remorentur & abarceāt, vt à vita pecunia & rationis experte auocati, poſt eà in ore noſtro complaceamus. Id ſanè fiet, quū corde crediderimus ad iuſtitiam, ore item cōfeſsi fuerimus ad ſalutem. Perſecutor erat Paulus, depopulabatur ac vaſtabat Chriſti eccleſiam, prono A ad explendam iniquitatem curſu vires exercebat. Poſteà in ore ſuo cōplacuit, dum per ſynagogas annuntiaret, quoniam hic eſt Chriſtus. † Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Beſtiis & iumentis inſipiētibus comparatos, velut oues intellectu ſimul & viribus ad ſe defendendum carentes, rapiens inimicus in ſuā ipſius munitionem adduxit, ac morti depaſcendos tradidit. Pauit hominem enim mors ab Adam vſque ad Moſis politicam adminiſtrationē, donec verus paſtor venit qui animam ſuam pro ouibus poſuit, atque adeo eas ſecum excitatas & ex inferni carcere eductas diluculo ſuæ reſurrectionis tradidit iuſtis, hoc eſt, ſanctis angelis eas vt paſcerēt & refouerent. *Et dominabuntur eorum recti in matutino.*) Cuilibet enim fidelium eſt angelus aſsiſtens, & adiunctus patrem qui eſt in cœlo, videre dignus. Hi nanque videlicet recti dominabuntur eis qui ſunt ex amariſsima liberati ſeruitu B te, & dominabuntur in matutino conſtitutis, id eſt ad lucis exortum ſubtergreſsis. Quàm ſcitè & ſolerter pretexta ſit horum ſeries verborū velim vt conſideres. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipiētibus. Qui ex ſua ipſius primogenia cōditione rem obtinuit maximi æſtimandam per peccatum in ipſo habitans non ſentit aut agnoſcit ſeipſum: is comparatus es iumentis. Dein idem quòd à verbo dei abalienarit ſe, degenerauit in brutum expers rationis, quem perinde ac erraticam ouem ſine paſtore abripuit inimicus & in inferni cōiecit carcerem, mortique tradidit depaſcendum. Hæc ſanè gratia illinc exēptus propheta & ab maligno paſtore liberatus dicit: Dominus paſcit me, non amplius mors ſed vita, non item ruina ſed reſurrectio, non etiam mendaciū ſed veritas. *Et auxilium eorum veteraſcet in inferno.*) Aut ſanè dicit hoc de morte vt quæ cum ſua omni auxiliari co C pia nō potuerit eos ſuſtinere, quos paſcebat, propter eum qui imperium habens mortis ipſam demoliebatur ac diſſoluebat. Et quidem horū morti addictorum auxilium omne tam vetuſtatæ acciſum erat, quàm attritum infirmitate. Iam tunc deprehendetur & colliqueſcet auxilium hominum, qui cum mentem habeant ſuo merito ſeductam ac deluſam, ob diuitias, gloriam, aut quempiam potentatum tantopere ſibi placent & inſoleſcunt. In inferno veteraſcet, nimirū deprehēſa eorum imbecillitate. Aut fortè iuſtorum auxiliū quos redemit dominus, ad infernum vſque protendetur. Nondum enim acceperant promiſsiones, quòd deus de nobis melius aliquid prouidiſſet: vt ne ſine nobis cōſummarentur, pollicitationibus priùs acceptis. *Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me.*) Palàm vaticinatur Chriſti ad infernum deſcētionem, qui vna cum aliis prophetæ ipſius animam ſit liberaturus, vt ibi nequaquā remaneat. *Ne timueris quum diues factus fuerit homo, vel cū multiplicata fuerit gloria domus eius.*) Neceſſaria eſt & iſta prædicatio iis qui orbem inhabitant, terrigeniſque & filiis hominū, diuitibus ſimul & pauperibus: Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Si quādo videris, inquit, iniuſtum quidē opuleſcentem iuſtum verò paupereſcentem, nihil id tibi terroris incutiat, neu animo cōſternère quaſi tandem nuſpiam ſit prouidentia dei quæ interuiſat noſtra & exploret: ſubditans nūcubi fortè D diuinā illa rerum conditarum ac prouida inſpectio haud dum aduſque terræ confinia pertingat, adeò vt noſtra contempletur. Si enim vlla eſſet prouidentia, profectò cuilibet propria traderet, vt iuſti & ij qui diuitiis vti ſciunt opibus affluerēt: in paupertatem vero venirent improbi, vt ne ipſis opulentia ſuppeteret, inſtrumentum ſuæ improbitatis exercende accōmodum. Iam quando non pauci gentilium ac terrigenum, qui talia ſapiunt, & ob inæqualitatem apparentem diuiſionis rerum quæ in vita verſantur, ſine prouidentia mundum eſſe arbitrantur: hos compellat hic ſermo, ſiſtens ac mitigans illorum ineruditam commotionem, quos ipſo ſtatim initio inuitarat ad ſuæ auſcultationem doctrinæ. An fortè ad ſolā pauperis perſonam ſe conuertens ait: Noli timere quando diues factus fuerit homo. Hi enim maximè conſolatione indigent, vt ne vereantur ſe eminētiores. E Nulla enim, inquit, vtilitas eſt diuiti morienti quū is non queat ſecum auferre diuitias, qui hoc tantum ex illarum poſſeſsione lucratur, quòd anima ipſius in vita hac ab adulatoribus prædicatur beata. Mox vt illi moriendum fuerit, non hanc omnē opulentiam ſumet, ait. Vix veſtem ſumet, quæ pudenda tegat. Idque fiet, ſi ſeruis placuerit, qui illū ad ſepeliendū obtegunt & cōponunt. Abunde illi ſatisfiet, ſi parū terræ ſortiatur, ſi tamen per eos licebit qui funus curant: qui hanc illi non tam charitate quàm verecundia quadam cōmunis naturæ permoti tribuent: nec ipſi gratificantes, ſed humanitatem verentes. Ne eſto circa præſentia hæc puſillo aut deiectiore animo, quin potiùs vitā illam mihi opperitor beatā prorſus, nec vllo fine claudendā. Videbis enim tunc demum quemadmodū bona de cauſa iuſto paupertas, ignobilitas, ablatio delitiarū obueniant. Neq; ſuper iis quæ bona tunc putātur animo turberis, quaſi nō ordine F rectéq; diuiſa. Audies enim quomodo diuiti dicetur: Recepiſti bona tua in vita tua: & pauperi ſimiliter: Quoniā accepiſti mala in vita tua. Quarè cōſentaneum rationi eſt, vt hic quidem cōſolatione perfruatur: ille verò intabeſcat dolore. *Confitebitur tibi quū benefeceris ei.*) De terreno loquitur homine, & eo qui tantùm bona eſſe exiſtimat quæ primas obtinent in dignitate in hac vita, diuitias, ſanitatem, potentiā. De hoc dicit quoniam confitetur deo, quum beneficio quopiam affectus fuerit: is contrà quapiam preſſus calamitate, omne genus blaſphemiæ in deum effundit. Propheta relicto paupere deum cōpellat iam & alloquitur, accuſans

† hæc deſyderantur in Græco exemplari.

Sui cuique eſt angelus.

ἐκ τῆς πικροτάτης δουλείας· ἀπαλλαγεῖσι. φωτὸς ὑπεξελθοῦσιν,

[illegible]

Heb.11.

accuſans abuſum diuitiarum, & quòd diues in opulentia ſua tantum deo gratias agit, ſi qua interim inamœna ac parum læta ingruerint, non iam idem perſeuerat. Tale enim eſt illud quod à diabolo obiicitur, aduerſum Iob, quia neutiquã gratis coleret deum, ſed pietatis mercedem diuitias haberet, & reliqua. Idcirco vt viri virtutem deus oſtenderet, eum omnibus quæ poſſederat ſpoliauit, vt ipſius hominis erga deum gratitudo in omnibus clarior appareret. *Introibis vſque in progenies patrum ipſius.*) Exiſtimo hoc eũ dicere de peccatore, quòd hũc deus eatenus nouit, quia
A & is patrum conſuetudini permiſſus eſt & traditus, propria vero ſapiendi virtute nihil plus poſsidet, neu quicquam addit ſibiipſi ad veritatis agnitionem. Tantum igitur aderit tibi deus, inquit, & tantus ineſt illi de te intellectus, quantus fuit in generatione patrum ipſius. Hic planè mentis vacuitatem & ſocordiam ingentem indicat diuitis illius, affectumque prorſus ad terrena propẽdentem, & ad carnis conſectandas illecebras exprimit amorem eius qui inter diuitias ac delicias volutatur, & proinde mentem habet curis temporariæ iſtius vitæ præſocatã. Idcirco vſque *in æternum non videbit lumen.*) Qui enim à cæcis ſeduci permiſerunt magiſtris, ſeſe lucis vſu priuauerunt. Habet item hic locus talem quendam ſenſum: Introibis vſque in progeniem patrũ ipſius: hoc eſt, non ſolùm eos, qui in mala vitæ conuerſatione, & paternis quidem dogmatis, alienis tamen à pietate, deprehendentur, vindicabis: ſed & autores prauorũ dogmatum inquires. Et hoc eſt
B quod dicit: Introibis vſque in progenies patrum ipſius. Non enim ſolùm is qui prauas de deo opiniones habet reus eſt, imò potiùs is qui cæteris ad perditionem præiuit viam. Eiuſmodi enim qui malitiam hãc à progenitoribus ſuccedaneam exceperunt, eam pertinacius tuentur ac ſi ineluibilem, quod diutina ſit corroborata conſuetudine. Vſque in æternum non videbit lumen. Mittuntur enim ad tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Quod & iuſto dei iudicio ſuſtinebunt, propterea quod lucem in hac vita malitiæ dediti odio habuerunt. *Homo in honore exiſtens non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*) Vox apprimè miſerabilis. Homo paulò minùs diminutus ab angelis: De quo item Salomon ait: Magna res homo & valdè pretioſa, vir miſericors. Is demum quod propiam dignitatem, nullo ſenſu percepit, ſed obſcenæ carnis affectibus ſe ſubſtrauit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Hoc epigraphe nõ extat in exemplo Græco.

C *IN PSALMVM QVINQVAgeſimum nonum. In finem pro iis qui mutabuntur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid, in Doctrinam quum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Soba, & conuertit Ioab, & percuſſit Edom in valle Salinarum duodecim millia. Deus repuliſti nos & deſtruxiſti.*

EGo fratres quum veſtrã ad audiendum alacritatem intueor, meamq; ipſius vim ad dicendũ expendo exilem & infirmam: ſubit animũ ſimilitudo puſionis cuiuſpiã qui per ætatulam aliquouſq; promouerit, nondũ tamen ablactatus is eſt, ſed matris papillam diuexat turbulenter ac diſtrahit per ægrotationem priùs reſiccatam: cui mater etiam ſi ſciat ſe exiccatos habere lactis fontes, diſtracta tamen & manibus puerilibus vellicata vbera qualicunque præbet: non D vt infantem nutriat, potiùs vt puerilem eiulatum ſedet: Itaque & ſi per diutinam hanc ac multiuariam corpuſculi ægrotationem noſtræ inaruerint viriculæ, exprõptæ nihilominus ſunt ac vobis expoſitæ, non quidem vt digno vos aut precij vllius edulio lautiore refoueãt, veriùs vt veſtris erga me votis quadãtenus ſatisfiat. Huic enim eximiæ charitati veſtræ factum ſatis putauero, ſi veſtrum in me deſideriũ dabitur vel voce ſola mitigare poſſe. Erudiatur igitur eccleſia dei, diſcatque quòd paulò antè dicebamus: Da nobis auxilium ex tribulatione, quia vana ſalus hominis. Forſan iſta pſalmi ſententia omnem valetudinis excuſationem mihi tollit: ſiquidem tribulatio diuini auxilij conciliatrix eſt & pararia, non item debilitatis occaſio. † Quod autẽ ad hunc attinet pſalmũ. Qui ſanè ob peccata repulſi ſunt, dein iidem rurſus admiſsi ac recepti, his tempeſtiuum ſit, vt dicant: *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis.*) Magis autem poſtquàm ordine incidi- E mus in pſalmi ſententiam & intellectum, age expoſitionem illius mediocriter attingamus. Hiſtoria præſentis pſalmi ad verbũ ſecundũ inſcriptionem nuſpiam ad hoc vſque tempus inuenitur in hiſtoriis ſcripturæ diuinitùs inſpiratæ poſita. Nã in libro Regum ſecundo aliqua ferè huic ſimilia & æquipollentia diligenter inquirentibus inueniuntur, in quo ſcribitur: Et percuſsit Dauid Adadezer filiũ Roob regem Saba, quando profectus eſt vt manum ſuã ſiue poteſtatem extenderet ſuper fluuium Euphraten. Et præoccupauit Dauid ipſius mille currus, & ſeptem millia equitum, & viginti millia virorum peditũ, & diſperdidit omnes currus, & reliquit ex eius centum currus. Et paulo pòſt dicit: Et regnauit Dauid ſuper Iſraël, & erat faciens iudicium & iuſtitiam, & Ioab filius Saruiæ ſuper exercitũ erat. Et paulo pòſt ait: Miſerunt filij Ammon, & ſtipendio conduxerũt Syrum Rhoam, & Syrum Soba, viginti millia virorum, & nouit Ioab factum hoc eſſe aduerſus ſe & paratum prælium à fronte, & à tergo, & elegit ex omnibus filiis Iſraël, & duxit exercitum aduerſus Syrum, & viderunt ſerui Adadezer, quòd dilaberentur & caderent à facie Iſraël & vltrò ad Iſraël transfugerũt, eiſque ſeruierunt. Vtique de- F prehendimus pſalmi inſcriptionem aſtipulari & cõcinere huius hiſtoriæ progreſsioni, præterquã quòd iſtius inſcriptionis in columna inciſæ & deſcriptæ tempus quo Dauid ob illuſtria & præclarè geſta facinora bellorum ſeipſo clarior euaſerat ac ſplẽdidior. Non itaque indignum quæſtione videtur, qua ratione à luctu & lamentis ordiatur pſalmum, quum conſueuiſſet præſultanti ac prægeſtienti

Regnorum. corrupti, vt ferè ſolẽt Græci, pro Adadezer cap. viij. 2. Regum & Rehob ... Pro Syrum ... que loco.

Quæſtio.

prægeſtienti animo eſſe ob res præclarè geſtas. At enim celebrantium feſtiuitatem aliæ ſunt voces, aliæ contrà in mœrore conſtitutorum. Sanè Epinicia, odæ videlicet pro parta victoria cõcinnatæ argumeutum ſunt popularis ac publicæ celebritatis, non militibus ſolũ, ſed colonis & mercatoribus ac manuariis opificibus, & demum omnibus qui ſunt bonorum pacis participes. Quomodo igitur, inquit, Deus repuliſti nos ac deſtru-
A xiſti nos? Atqui ſuſceperat illos data iam victoria. Quomodo autem deſtruxit, quos tanto ſucceſſu rerũ auxit, tradens eis & arma & currus & equos & ſubditos, & regionem tributariam ac vectigalem, Arabiam omnẽ, Phœnicen, Meſopotamiã? Dignum profectò ſcire hoc, ne aliquam verba ingratitudinem habeant. Qui enim priùs Adadezer regem Soba euertit, cœpitque mille currus & ſeptem millia equitum ac viginti millia peditum: rurſusque regem Syriæ ſuppetias ferentem in ſeruitutem redegit, ac tributarium conſtituit: & vno temporis momento viginti millia ipſius exercitus interfecit, & tertia victoria filios Ammon, qui prope ciuitatis portam bellum inſtituerant per Ioab militiæ principem ſtrauit, qui in duas partes exercitu diducto hos à fronte, illos à tergo adortus, mancipauit ſeruituti ac ſubegit: quo is pacto inter tot taliaque illuſtria belli facinora, verba promit triſtitiæ ac mœroris vſque adeò plena? dicens: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos iratus es, & miſertus es nobis? Sed tempus tituli huius erat in rebus bene geſtis. Vis autem ſcriptorũ in finem habet relationem: finem autẽ dicit id quod
B in conſummatione ſeculorũ euẽturum eſt. Quapropter & iis qui immutabuntur pſalmum inſcriptum eſſe dicit. Liceat autẽ de omni omnino humano genere id intelligere, eo quòd ad omnes perueniat huius pſalmi vtilitas, qui & mutati & mutandi iure dici poſſunt, quum non eundẽ corporis habitum ſeruent, nec in eadem animi ſententia ſeu propoſito ſemper eodem viuant, ſed corpore quidem ſecũdum ætatis varietatem mutati, mente item aliis aliiſque propoſitis iuxta rerum contingentium multiuariam alterationẽ immutantur, & alij ſumus pueri, alij ephebi, ſiue puberes, & alij quum in virilẽ euaſimus ætatem, & vbi cõſenuimus omnino immutamur. Et alij quidem in lætiore rerum ſtatu, alij item ex aliis efficimur vſi aſperiore temporum euentu. Alij dum ægrotamus, & alij dum valemus. Alij in nuptiis, alij in luctu conſtituti. Vel quia non pro mutatis ſed mutandis pſalmus hic dictus eſt, atque ita vox eiuſmodi prophetiæ ſignificationem habet: propterea quòd quum incliuet in tempus futurũ, cõueniens eſt vt immutandos eos intelligamus, qui humanæ vanitatis conſuetudine relicta, iuxta exactam diſciplinam euangelicæ regulæ fuerant
C vitam ſuam moderaturi. Non itaque Iudæis pſalmus eſt ſcriptus, ſed nobis immutandis, qui cultũ plurium deorum in pietatem, ac idolorum ſuperſtitionem in eius qui nos fecit, agnitionẽ mutauimus. Item pro voluptate incõceſſa & illegitima legitimam eligimus temperantiam, pro tibiarum inani modulatione ac tripudiis & ebrietate, pſalmum, ieiunium, & orationem ſuſcepimus. Nobis ergo qui pſalmum hunc fuiſſe ſcriptum dixerit, nõ aberrauerit à ſcopo veritatis. Ideo noſtra ſunt diuina hæc oracula, & in eccleſia dei tãquàm dona diuinitus emiſſa, in vnoquoque cõuentu releguntur, perinde ac animabus alendis à ſpiritu ſancto adminiſtrata quædã alimonia. Quin & pſalmus hic inſcriptus eſt, vt in colũna ſcribatur, hoc eſt, vt ne otioſus ſis & ſupinus illius auditor, neq; ad eum modum quo ea quæ corruptibili materiæ inſcribuntur, celerẽ accipiunt lituram & interlinuntur facilè: ita illum menti tuæ breui memoria inſculpas, & poſteà cõfundi abolerique ſinas, ſed D
animæ tuæ tanquàm colũnæ inſculptum, hoc eſt, immotum ac fixum per omne tempus memoriæ tuæ inditũ habeas. Si verò nos Iudæus ex his ſcriptis vt alienos excluſerit, ex iiſdem itẽ & nos ipſum refellemus, declarãtes vocationem Iudæorũ ac gentilium miſcellaneã eſſe & promiſcuã, quæ & diſtantia congregat, & quæ longè ſunt conuocat, multos denique vnũ per fidem quæ in Chriſtum facit. Meus eſt, inquit, Galaad, & meus eſt Manaſſes & Ephraim, & Iudam aſſumpſit, quibus accenſuit & Moab. Quin & interminatus aſcenſurum ſe eſſe vſque in Idumæam. Denique ſimul omniũ ſubiectionem futuramque obedientiã annuntiat, dicẽs: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Deus igitur repuliſti nos. Eos nanque qui ſe procul abs te ſecundum peccatorũ portionem, faciunt, repuliſti: noſtræ iniquitatis magnitudinem deſtruxiſti per imbecillitatem nobis benefaciens. Iratus es, quoniã natura filij iræ eramus, ſpe ac deo in hoc mundo penitus carentes. Miſertus es nobis, quãdo vnigenitum tuum pro peccatis noſtris propitiationem propoſuiſti, vt per eius ſanguinem redemptionẽ inueniamus. Nos autem tua beneficia E
minimè cognouiſſemus, niſi vino cõpunctionis nos potaſſes. Vinum appellat verbũ, quo cor obduratum ad facultatem ſentiendi ducitur. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.*) Moſes enim Iſraëlitarũ poſtes ouillo ſanguine obſignauit: tu autem nobis ſignificationẽ, ipſum agni immaculati proq; peccato mundi immolati ſanguinem, dediſti. Et Ezechiel in frontibus facierum datum eſſe ſignũ, dicit: Ambulate, inquit, poſt ipſum, & percutite, ne parcite, neque miſeremini: Seniorem & iuuenem, & infantẽ, & virginem, & mulieres ad internecionẽ vſque interficite. Ad omnes autẽ in quibus eſt ſignum, nõ appropinquate. *Deus locutus eſt in ſancto ſuo, lætabor & partibor Sicimam.*) Sicima præcipuum eſt prædium, quod Iacob dedit filio Ioſeph, typũ gerit veteris illius teſtamenti, quod ſoli Iſraël viſum eſt dari. Eximiũ itaque & inſigne illud teſtamentum, & hæreditatem populi hanc in diuiſionem deducam, & cõmunem faciam reliquis. Diuiſo enim teſtamento in omnes, & eius communi vtilitate in cũctos homines beneficio affectos à deo publicata, tunc cõualles tabernaculorum metietur: hoc eſt, orbis vniuerſus quaſi ſortibus quibuſ F
dam habitationibus per loca ſingula diuidetur. Tunc demum diſtantia coniunget autor ille pacis, ſiue quæ in terra, ſiue quæ in cœlo; & intermedio pariete maceriæ colliſa & diffracta ex duobus vnum conſtituet. *Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes*) Nepos eſt Manaſſæ Galaad, vt planè oſtẽdat patriarcharũ ſeriem ex deo prouenientẽ, ex quibus Chriſtus ſecundũ humanitatẽ deſcẽdit. *Et Ephraim ſuſceptio capitis mei, Iuda rex meus.*)

Abſciſſas

Solutio.

Vinum cõpunctionis, verbũ dei.

Galaad Manaſſes Moab

Abſciſſas connectit per concordiã partes. *Moab lebes ſpei mea.*) Aut lebetem lauacri ait vnus aliquis interpretum; aut lebetem ſecuritatis, hoc eſt reiectitius homo, cui interdictum ſit inteuratis mnis vt ne ingrediatur in eccleſiá domini. Non intrabit enim Moabites & Ammonites vſque in tertiam & ad decimam vſque generationem, & demum in tempus perpetuũ. Nihilominus quoniam baptiſma remiſsionem habet peccatorum, & ad ſecuritatem cõciliat debitores, redemptionem quæ eſt per baptiſmum & conciliationem cum deo ſignificãs, dicit: Moab lebes eſt lauacri, vel lebes ſecuritatis. Omnes enim alenigenæ iugo Chriſti colla ſubdiderunt ad legis chriſtianæ obedientiam. Idcirco in Idumæam vſque extendet calceamentum. Diuinitatis autem calceamentum eſt caro deum ferens, per quam deſcendit ad homines. Ob hanc itaque ſpem propheta beatum prædicans tempus aduentus dominici ait: *Quis deducet me in ciuitatem munitionis?*) Eccleſiam fortè ſignificat, ciuitatem quidem, propterea quòd ciuitas collectio populi eſt per legum legitimam obſeruationem cohabitantis: munitionis verò, ob fidei complexum ipſos communientis. Quare vnus quidam interpretum hanc ſententiæ particulam ſignificantiſsimè reddidit: In ciuitatem vndiquaque munitam. Sanè quis det, vt hoc eximium & ſingulare contempler ſpectaculum, deum nempe inter homines populariter congredientem? Eſt enim id quod & idem dixit dominus: Multi prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre, quæ vos videtis: & non viderunt. *DA nobis auxilium è tribulatione.*) Ne à qualicunque robore noſtro aut fortitudine quæramus auxilium, non à corporis habitudine proſpera. A nulla, inquam, re, quæ quanlibet apud homines præſtans ſit & eximia, dignũ eſt vt ab ea depoſcas tibi impartiri veluti redemptionem. Non in exuperantia pecuniarum collocanda tibi ſpes eſt, non in mole robuſti corporis aut ſublimitate gloriæ ſita eſt victoriæ obtinendæ ſpes: ſed per immodicam tribulationem dominus ipſum exquirentibus gratuitum largitur auxilium. Talis erat & Paulus dũ miro quodam modo in tribulationibus gloriaretur, ſibiq; magnopere placeret vel afflicto. Quare meritò dicebat: Quando infirmor, tunc potens ſum. Da igitur nobis auxilium è tribulatione, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: probatio ſpem: ſpes autem non confundit. Vides quò te tribulatio tandem deducat? Ad ſpem quæ non confundit. Aegrotas? gaude: quoniam quem diligit deus caſtigat. Pauper es? lætare: quoniam Lazari bona te excipient. Ob Chriſti nomen quapiam afficeris ignominia? beatus es: quoniam id tibi inuſtum dedecoris in angeli gloriá mutabitur. Itaque fratres, noſmet tentationis tempore hac vna fiducia confirmemus, vt ne ad euanidas hominum ſpes confugiamus, neque inde auxilia nobis venemur, ſed in lachrymis, & ſuſpiriis, & ſedula oratione, ac vigiliis acribus & intentis vota precéſque effundamus. Is enim auxiliũ è tribulatione ſuſcipit, qui deſpecto humano auxilio, eius tantum qui nos ſaluos reddere poteſt, ſpe firma munitur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

Lebes. | In Idumæã extendã calceamentũ. | A | εἰς πόλιν περιοχῆς. | B | Tribulatio res bona. | C | Preces.

IN PSALMVM SEXAGEſimum primum in finem pro Idithum pſalmus Dauid, Nonne deo ſubiecta eſt anima.

DVos eſſe omninò pſalmos nouimus. Inſcriptionẽ pro Idithum habentes: triceſimum octauum, & hunc qui eſt in manibus, & quidem iſtius conſcriptionis autoré putamus eſſe Dauid, Ipſi verò conſecratam ad ipſius vſum, ad temperandos animæ affectus regendóſque, & ad melicum ac ſuauè ſonantem coram populo concentum, per quem ipſe quoque deus glorificabatur, & eorũ mores qui modulatam hãc & concordem harmoniã audiebãt, emendabantur. Erat autem Idithum ſacrorum pſalmorum cãtor, vt hiſtoria Paralipomenon nobis teſtatur, dicẽs: Et cum ipſis Hæman & Idithum, tubæque & cymbala ad reſonandum, & organa canticorum dei. Et paulò pòſt ait: Et principes exercitus conſtituerunt exercitus ad opera, filios Aſaph, & Hæman, & Idithum circunciſo verborum compendio perſonantes, cũ cymbalis, & organis, & tympanis. De patientia igitur vterque pſalmus plurimùm pertractat & ediſſerit, per quam animæ iracundia percitæ perturbatio contrahit ſe ac reprimit. Porrò eliminata omni ſuperbia, rite quis virtuté humilitatis aſſequetur. Impoſsibile enim ſit eum qui non ſibi perſuaſit ſe omnium opera indigere omniumque eſſe ſe nouiſsimũ, poſſe aliquando aut dum inceſsitur quopiam cõuitio, peruincere iram, aut per longanimem patientiã euincere tentationes in afflictione poſitum. Qui enim ad ſummum vſq; perſuaſit veræ humilitatis, dum maledicitur, per hoc quòd priùs ſibi probè conſcius fuit propriæ vilitatis, non iam animo cõmouebitur, probroſis verbis ignominiæ laceſsitus. Quin potiùs ſi audierit paupertatem ſibi probro dari, is pauperem ſe mox agnoſcet, omniumque ſe eſſe indigum, imò domino ſuppeditante inopẽ eſſe quotidiani viatici. Si ignobilem dici ſe perceperit & ex obſcuræ familiæ viro prognatũ, iam anteuertit cordi vt perſuaderet ſuo ſe ex luto genitum. Ob id illic quidẽ † Pſalmo trigeſimo octauo, quem ſupra ſimilem ferè habere dixi ait: Dixi, cuſtodiam vias meas, & enarrat factioſam peccatoris aduerſum ſe conſpirationem atque inſtantiã ac propriã in tolerando conſtantiam. Ait enim: Dum cõſiſteret peccator aduerſum me, obmutui & ſurdus factus ſum, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Deinde in proceſſu ait: Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Deinde, Theſaurizat & ignorat, cui congregabit ea. In præſente autem pſalmo interrogatiuè, ac ſi enim opponens animæ ſuæ ſecum loquitur & ediſſerit, idque liquet ex priùs mihi dictorum ſerie. Ne enim ſuperbiæ carnis ſe ſubſternens anima ad varios iræ ac mœroris impetus irritetur: cur, inquit, prauorũ affectuum animam facio ſeruam, quum ipſi à ſuo creatore deo concreditus eſt principatus, quo regere debeat ac moderari corpus affectiouéſque corporis omnes. Hi igitur affectus animi imperio veniunt coërcendi, ſed & deo ſeruiẽdum eſt. Atqui

D | E | F | Principio c.xvij primus Paralipo. apud 70. legitur: [illegible] | Scopus pſalmi huius.

Atqui impoſsibile ſit animam à peccato ſimul &
à deo regi. Conuenit potius, vt ipſa malitiæ qui-
dem dominetur, Domino autem vniuerſorũ ſe
ſubiiciat. Idcirco inuectus in eum qui tentationũ
intemperiem inducit, multamq́ue aduerſus eum
promouet & excit malorum turbam, ſtudiũque
omne ſuum in hoc condicit, vt ſpiritum de gradu
& conſtantia deiiciens miſeræ addicat ſeruituti,
ipſumq́ue ſubſternat carni, & quaſi qui conatum
maligni fruſtra excogitatũ aduerſus ſe coarguat,
hæc tandem ait: Quid me ſeruire cogis iis qui-
bus fas non eſt? Mihi dominus eſt quem verũ no-
ui regem. *Nonne deo ſubiecta erit anima mea?*
Ab ipſo enim ſalutare meum.) Cauſam dicit cur
A ſubigi domino contendat: quoniam ex deo ſalu-
tare eſt. Proprium autem conditoris eſt, eorũ quę
fecit curam gerere vti ſeruentur. Vel ab ipſo ſa-
lutare eſt. Quoniam prophetice præuidens futu-
ram eſſe Dominicæ incarnationis gratiam, hoc
dicit, quòd deo ſeruire & ipſum amare oporteat,
qui tãtum beneficium in genus humanum prior
cõtulerit, vt proprio non pepercerit filio, ſed pro
Salutare de Christo. omnibus illum tradiderit. Salutare enim mos eſt
ſcripturæ nominare Chriſtum dei, ſicut & alibi
Simeon ait: Nunc dimittis ſeruum tuum domi-
ne, quia viderũt oculi mei ſalutare tuum. Subda-
mur itaque deo, quoniam ex ipſo ſalutare. Quid
autem ſit ſalutare, declarat. Non eſt nuda quædã
aut leuis actio vnam aliquam nobis ſuppeditans
gratiam, qua ab infirmitate liberemur ac tempe-
ratam corporis habitudinem indiſpicamur. Cæte-
rum quid eſt ſalutare? *Ipſe etenim deus meus, &*
ſaluator meus, ſuſceptor meus, non mouebor am-
B *plius.*) Deus noſter eſt, ex deo filius, idem & ſal-
uator humani generis eſt noſtram corroborans
debilitatem, ac noſtram corrigens per multimo-
das tentationũ ſalebras inolitam animis fluctua-
tionem. Non mouebor ampliùs, inquit. Fluctua-
tionem ſui confitetur animi, humanum morem
ſecutus per dictionem, Ampliùs. Impoſsibile nã-
que eſt in hominis anima aliquam à tentationum
flatibus non excitari commotionem. Sanè quidẽ
ait: Tantiſper dum exigui ſunt momẽti & eadem
in pauco numero quæ admittimus peccata, leni-
ter ac ſenſim aliquouſque mouemur, perinde aſ-
ſolent tenellæ dum plantæ hac illac motitari, ſu-
furro impulſæ auræ leniter ac placidè aſpirantis.
Mox vbi plura acceſſerint grauioraq́ue peccata:
iuxta proportionem coaleſcentis peccati intendi
ſolet & animæ agitatio. Et hi quidem amplius, il-
li autem tanta adeò vehementia, vt velut ab radi-
dice euerſi auellantur, quum ſpirituales illæ ne-
C quitiæ acriore impetu quàm vllus eualeat turbo,
velut radices reuulſerint ab anima atque abrupe-
rint, quibus ipſa per fidem erga deũ ſubnixa eſt.
Ait ergo: Ego vt homo commotus ſum, ampliùs
autem non commouebor, quoniam dextra ma-
nu ſaluatoris firmabor. *Quouſque irruitis in ho-*
minem, interficitis vniuerſi vos tanquam parieti
inclinato & maceriæ depulſæ?) Ruſus cum ma-
lignis diaboli miniſtris dimicat hic ſermo, accu-
ſatq́ue ex ipſis procedentium inſidiarum magni-
tudinem: quoniam homo quidem animal eſt de-
bile, vos autem irruitis. Nec contenti prima irru-
ptione, ſecundam ac tertiam inuehitis, donec ſic
animam prolapſi ſubuertatis, vt aſsimilis ſit pa-
rieti inclinato & maceriæ depulſæ. Paries enim
tantiſper dum rectitudinem conſeruat ſui ſtatus
& pulituræ, ſolidus ſtat ac firmus: mox vbi in al-
terutram inclinat partem, prorſus neceſſe ſit, diſ-
ſolutus vt cõcidat. Et quidem pondera vnita quæ
ſint & agglutinata poſt inclinationem eriguntur:
verũ quæ ex pluribus contexuntur & coaleſcunt
particulis, vbi in vnam aliquam partem ſe recli-
narint non iam admittunt correctionem. Decla-
rat igitur, quòd homo naturæ cum ſit compoſi-
tæ, fueritq́ue idem ſe reclinari à peccato, pror-
ſus neceſſe ſit vt ea ſoluatur natura, quò ab eodẽ
artifice, qui illam initiò exædificarat, reſtaurata
ſecuritatem, nec vllo vnquàm fini intercipiẽdam
reciperet, quæ nec vllis hoſtium pateret inſidiis D
proiicientium ad ſecundam ruinam. Dei enim a-
gricultura, inquit Apoſtolus, dei ædificatio eſtis.
Aedificationem hanc cõquaſſauit inimicus: crea-
tor verò noſter fracturas ipſius reparauit. Atque
ita neceſſaria quidem eſt ruina propter peccatũ:
at eximiæ eſt prærogatiuæ reſurrectio propter
immortalitatem. *Veruntamen pretium meũ co-*
gitauerunt repellere, cucurri in ſiti, ore ſuo benedi-
cebant, & corde ſuo maledicebant.) Pretium ho-
minis ſanguis Chriſti eſt. Pretio, inquit, empti
eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Hoc itaque pre-
tium cogitauerunt inutile nobis reddere, qui ſe-
mel liberatos in ſeruitutem rurſus nos admoliun-
tur retrahere malignisſimi milites diaboli. *Cucur-*
ri in ſiti.) Peruicacem & intentam vim dæmonũ
nos ex inſidiis appetentium dicit, impreſsionem
ſuo excurſu aduerſum nos facientium, quòd no-
ſtram cupientiſsimè ſitiant deperditionem. Ore
ſuo bene dicebant, & corde ſuo maledicebant. E Ore benedicentes, corde maledicentes.
Multi nanque ſunt qui pro bonis prauas cõpro-
bant actiones, † & vitia virtutibus vicinis hone-
ſtate contendunt. Nam ſcurrilia loquentem, vr-
banum ac lepidum: turpiloquum verò politicũ:
amarulentum & iracundum, neutiquàm cõtem-
nendum prædicant: parcum verò ac minimè libe-
ralem, vt ſobrium diſpenſatorem commendant:
prodigum quoque vt liberalem: libidinoſum &
laſciuum, vt voluptuarium & animi ſolutioris vi-
rum. Vtq́ue ſemel omnia, vitium omne palliant
adumbrata nomenclatura è vicino ſubiectæ vir-
tuti. Tales ſanè ore quidem benedicũt, corde au-
tem maledicunt ac deuouent. In verborum nan-
que benedictione omnem execrationẽ vitæ ſuæ
inducunt, ac reos æternæ damnationi, ob ea quæ
approbant, ſeſe conſtituunt. Rurſus autem pro-
pheta animam alloquitur, obediẽtiam quam deo
debeat, epitaſi adaugens. *Veruntamen*, inquit,
deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo pa- F
tientia mea.) Magnitudinem tentationum oſten-
dit, & illud Apoſtoli dicit: Fidelis eſt deus, qui nõ
ſinet nos tentari ſupra id quod poſſumus ſuſtine-
re. Ab ipſo enim patientia mea, in deo ſalutare
meum & gloria mea, deus auxilij mei, & ſpes
mea in deo eſt. Beatus qui non intemperan-
ter exultat aut gloriatur ob vllam rerum vitæ
iſtius quanlibet excellentiam, ſed deum ſibi præ-
ſtituens ſuam ipſius gloriam, in Chriſto prægeſtit
& exultat, qui ſecundũ Apoſtolum dicere poteſt,
Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Chriſti. Nunc
autem multi ob dotes aliquot corporis popularẽ
gloriam venantur, vt qui circa gymnicos agonas
ſe exer-

ſe exercuerunt, aut vt ſemel in ſummo vegetæ ætatis incremento conſiſtunt. Nec rurſus pauci bellicam fortitudinem decernunt eſſe virtutem, ſuorumque contribulum cædem eximiæ virtutis habent loco. Quæ enim præmia ac trophæa in bellis operæ gnauiter nauatæ ab imperatore & ciuitatibus eriguntur, ea pro magnitudine cædis cōficiuntur. Alij hoc nomine gloriantur, quòd ciuitates mœnibus cinxerint. Rurſus alij ex appa-
A ratu vario aquæductuum aut gymnaſiorum magnifica ſubſtructione venantur gloriam. Ille ſuas opes in eos inſumens, qui feras in theatris conficiunt, & vanis populorum plauſibus exultās, propriis inflatur laudibus, & ſibi magnoperè placens gloriam in proprio dedecore collocat: qui etiam in celebrioribus vrbis locis, vitium ſuum tabulis oſtentat inſcriptum. Alius ob diuitias gloriatur, alius item quòd rhetor ſit acerrimus, nec à quoquam dicendi copia ſuperetur, aut quòd mundanæ iſtius ſapientiæ expetientiſsimus ſit: quorum omnium gloriæ miſereri potiùs cōuenit: cum interim eos prædicare poſsis beatos qui deum præſtituunt ſibiipſis ſolidam gloriam. Si enim vnus aliquis reperitur qui faſtus aſſumat, & ſuperbiat quòd terreni regis ſit ſeruus, maximoque apud eum in honore haberis, quantò magis officij fuerit tui, vt magna tibi ipſi pollicear, ac ſublimem putes quòd regis æterni miniſter appellaris, ab ipſo accitus ad ſummam familiaritatem, accepto ſpiritu promiſsionis, vt illo inſigni ornatus declareris filius eſſe dei? Conſcius ergo propheta in ſeipſo vtilitatis eius quam adfert, ſyncera in deum
B ſpes ad imitationem exempli ſui populum prouocat, dicens: Sperate in eum omnis cōgregatio populorum, effundite coram illo corda veſtra. Impoſsibile eſt vt capaces diuinæ gratiæ reddamur, niſi perturbationes & vitia noſtras animas poſsidentia priùs eiiciamus. Vidi ergo iam medicos non priùs medicinas ſalutares dare, quàm vomitu materiam illā morbi cauſam euacuaſſent, quā ex malo diętæ genere homines intemperantes ſibiipſis creauerant. Sed & vas quod humore quopiam odoris tetri & graueolentis præoccupatum fuerit atque imbutū, ni id elueris diligenter, odorati cuiuſpiam vnguenti influxum neutiquàm potuerit recipere. Opus itaque ea quæ priùs inſunt, effundere, vt eorū fiat capax, quæ immittere conſtituiſti. *Veruntamen vani filij hominum.*) Nouit enim non omneis ſuo præcepto obtemperaturos, nec ſpem in deū recepturos, ſed in rebus vitæ vanis atque fragilibus fiduciam habentes. Idcirco dicit: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum. Cur vani? Quoniam mēdaces. Vbi maximè eorum deprenditur mendacium? In ſtateris, ait, iniquitatis. Qualibus ſtateris? Non enim omnes homines præfecti ſunt ponderibus appen-
C dendis: non omnes item lanarum aut carniū venditores ſunt; vel aurifabrinam aut argentariam exercēt: vel omninò circa ea verſantur in quibus mercatores libris aut ponderibus permutare ſeu dinendere ſolent. Sed & plurimi mechanici ad ſuas operas lancibus aut ſtateris nihil habēt opus. Multi nauticam artem exercent, multi circa iudicia ac magiſtratus verſantur: apud quos mendacium quidem eſt, dolus verò aut fraus per libram non exercetur. Quid igitur eſt quod dicit? Quoniam cuilibet noſtrum intus ſtatera quædam eſt à conditore omnium apparata, per quam rerum naturam poſsis probè diſcernere. Poſui, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malū, duas inter ſe contrarias naturas: has tu apud tuum tribunal & iudicium examina, ac diligenter expende, quid vtilius tibi ſit. An momentaneam parumque duraturam eligere voluptatem, per quam mortem apprehendas æternam, an in virtutis exercitatione afflictionē malle, qua per- D
petuas conſequaris delitias. Mendaces ergo homines corrupta habentes animæ iudicia. Quos & propheta miſeros prædicat, dicens: Væh dicentibus tenebras lucem, & lucem tenebras: amarum dulce, & dulce amarum. Mihi, inquis, præſentia dentur, quis nouit futura? Malè libram expendis, mala pro bonis eligens, vana veris anteponens, momentanea perpetuis potiora ducens, tranſitoriam denique voluptatem pro lætitia nunquam deſitura ac perpeti præeligēs. Mendaces ergo homines in ſtateris iniquitatis. Iniuria afficiunt præcipuè quidem ſeipſos, deinde verò proximos.
Nam quum in propriis factis malè ſibi conſulāt, malo ſunt etiam proximis exemplo. Nec enim die illo iudicij tibi licuerit, dicere quia neſciui quid eſſet bonum. Tibi nanque propria datur libra, quæ ſufficiens diſcrimen boni ac mali demōſtrat. Corporea nanque pondera in libræ lancibus probamus: quæ verò ad inſtituendam vitam eligenda veniunt, per liberum arbitrium diſcernimus, quod & ſtateram nominauit, quòd momentū æquale ad vtranlibet poſsit capere. *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſce-* E
re.) Supra nanque dixit: Sperate in eum omnis congregatio populorum. Nouit in obtemperando deſidiam, & pronuntiauit: Veruntamen vani filij hominum. Rurſus prohibet nos ſperare in iniquitate. Nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atque potentiam facere putauerit, ſimilis eſt ægroto qui in ſummo ac redūdanti morbi ſtatu bonam eſſe habitudinem exiſtimat. Nolite ſperare in iniquitate. Hæc enim opulentia impedimento tibi eſt ad efficacem operationem. Et rapinas nolite concupiſcere, vt ne aliena concupiſcamus admonet. *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.*) Si aliquem opulentum videris, noli propterea beatum in vita exiſtimare. Si tibi multæ vndique quaſi ex copioſiſsimis fontibus adfluxerint opes, noli luculentam illarum recipere copiam. Diuitiæ ſi affluant: Mihi cum admiratione hanc ſuſpicito vocem. Fluxa eſt diuitiarum natura, ſuos poſſeſſores torrēte prærapido ocyus prætercurrit, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmodum fluuius ex alto ruens loco, ita ſubitò extuberat, vt ſtantes in ripa quandoque attingat: ſimul verò vbi attigit, mox ſuccedit: ſic & opum lubrica decliuitas perniciſsimam exhibet F
& prolapſiore leuiſsimam ſui præſentiam, aliud ex alio natum permutare. Hodie huius eſt ager, cras erit alterius, & paulò pòſt ad alium perueniet. Reſpice parumper ad ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ, ſortitæ ſunt, aliter ab aliis atque aliis appellatæ poſſeſſoribus: & aurum è manibus habentis ſe fluens ſemper ad alium transfertur, & ab illo ad alium. Magis enim aquam manu circumplexam

retinere continenter poſsis, quàm diuitias conſeruare tibi ipſi. Illud itaque: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, † te admonet, vt ne animo erga illas afficiaris, ſed vſum tantum ſume neceſſarium. Non denique tanquam bonorum vnum aliquod eas ardentius affectans aut habens miraculi loco, ſed ipſarum vſum administrationemve quaſi inſtrumentum ad virtutem amplectere. Deinde dictis omnibus ſententiā infert, non iam ex propriis verbis, ſed quam ab ipſo deo audiuit. *Semel*, inquit, *locutus eſt deus, duo hæc audiui.*)

A Nemo per hoc turbetur aut obſtupeſcat ad hoc quod dicitur quaſi paradoxum ſit, quomodo ſemel deus locutus fuerit: Propheta verò duo audiuerit. Poſsibile nanque eſt aliquem ſemel locutum fuiſſe, & inter ea quæ is locutus eſt, plura eſſe dicta. Homo enim ſi quis fortè cum alio quopiam ſemel congrediatur, de multis diſſeret, poteritque qui eius audiuerit verba dicere: Semel quidem me alloquutus eſt, & plura verò dixit. Simile hoc eſt quod propheta dicit: Semel mihi deus apparuit, Duæ autem res ſunt, quas mihi dixit. Non autem ait: Vnum locutus eſt deus, duo autem hæc audiui: ſic enim pugnantia ſecum videretur habere ſermo. Quæ ſanè hæc duo ſunt, quæ audiuit? *Quoniam poteſtas dei, & tibi domine miſericordia.*) Quoniam tu potens, inquit, in iudicio, & idem miſericors. Quamobrem nolite ſperare in iniquitate, nec diuitiis cor apponite neu amplexémini vanitatem, non denique vobiſcum circunferatis corruptam eam animæ veſtræ vim indultam, quæ boni malíque diſcretiua

B eſt & arbitra: ſed ſcientes quòd potens eſt dominus noſter, eius timete fortitudinē, at ne ſic quidem, vt deſperetis de eius erga nos benignitate. Sanequàm bonus ad hoc quidem, vt ne quid iniuſti operemur, in hoc porrò vt ne qui ſemel in peccatum prolapſus eſt, de ſpe animum deiiciat, vtilis apprimè eſt conſequendæ ſpes miſericordiæ. Poteſtas enim dei ſiue potentia aut imperiū & ab ipſo miſericordia: quoniam tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua. Qua enim menſura proximos metiemini, & eadem remetietur vobis. Afflixiſti fratrem? par recipe: rapuiſti ea quæ ſunt egenorum? pugnóſne tuos infregiſti in pauperes? eos conuitiis aſperſiſti, ac pudore? vnumquempiam calumniatus es? Proximiſne impoſuiſti adornato mendacio? inſidiatus es alienis nuptiis? Peieraſti? Terminos quos poſuerunt patres tui, éſne tranſgreſſus? orphanorum poſſeſsiones inuaſiſti? viduas tribulatione quapiam exagitaſti? denique vitæ huius voluptatem bonis futuris à deo tibi promiſsis potiorem habuiſti, recipe his æquam menſuram. Qualia nanque quiſque ſeminat, talia & metet. Quin & ſi quid bonorum abs te geſtum fuerit, illis multo plura recipies munera. *Quoniam tu reddes cuique iuxta opera ſua.*

Nempe κράτος.

C Si huius itaque ſententiæ per omnem vitam memineris, multa poteris peccata vitare: In Christo Ieſu domino noſtro, cui gloria ſit & imperium cum ſempiterno patre & ſanctiſſimo, ac viuificante ſpiritu nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

IN PSALMUM CXIIII.

Dilexi quoniam exaudiet dominus.

IAM inde abuſque nocte media, quum hoc dicatum martyribus templū ſubieritis ipſorum martyrum deum hymnidicis laudibus placabilem vobis reddentes ac propitiū, interim tamen non deſtitiſtis ad hanc vſque diei horam, noſtrum opperiri ad vos aduentum. Quarè vobis D parata merces eſt, quòd honorem erga martyres, cultum item dei ſomno & quieti prætuleritis. Atque adeò opus ſi fuerit vobis vt cauſam afferamus moræ iſtius nectendæ excuſatricem, noſtræque abſentiæ diuturnioris, hanc vnam fuiſſe dicemus: quòd pro diſpenſatione nobis cōcredita eccleſiam alteram dei huic nihilo diſparem ſedulò curauimus non mediocri à vobis disiunctam ſpatio: in hoc obeundo munere, bonam partem inſumpſimus huiuſce diei. Quoniam itaque dedit dominus, vt & debitam illis liturgiam expleuerim, nec proinde veſtræ deſim charitati, mecum vnà & vos rependite tam benefico largitori gratiarum actionem, qui hanc quam ipſi nihil obſcurè videtis noſtri corporis fragilitatem, inuiſibili ſuæ manus virtute erexit & conſtabiliuit. Quocirca vt ne animos veſtros diſcruciem prolixiori tædio, tranſmittentes partem multò maximam, mox vbi pauca ex eo quem vobis cecini deprehendimus, pſalmo diſſeruerimus, proque virium E tenuitate famelicas animas veſtras verbo pauerimus conſolatorio, ita ad agendā alendi corporis curam quemlibet veſtrum miſſum faciemus. Quid iſtud tandem, quod vobis canebatur? *Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.*) Non cuiuſuis eſt dicere: Dilexi, ſed perfecti tantùm, & eius qui ſeruitutis timorem prætergrediens, in adoptionis ſpiritu conſtituitur. Nō quem diligebat apponit, quòd is vel indictus facilè intelligatur, deum nempe vniuerſorum inſinuat ſe dicere. Quod enim propriè amabile eſt, deus eſt. Amabile nanque aut ſi mauis, per ſe diligibile, id eſſe definiunt, quod omnia expetunt. Bonum autem deus & primum ac perfectiſsimū bonorum. Ipſum itaque dilexi nempe deum, omnium quæ expetenda mihi veniunt ſupremum, cuius vnius gratia in me recepi haſce afflictiones cum gaudio tolerádas. Hæ porrò cuiuſmodi ſint, paulo pòſt enarrat: Dolores videlicet mortis: pericula inferni, tribulationem, & dolorem: quæ omnia ob amorem in deum, & ob ſpem repoſitam iis qui ob pietatem ærumnas afflictionesque ſuſtinēt, amabilia ipſi apparuere, Hoſce enim ego omnes libera animi electione, non item inuitus ſiue vlla vi adactus ſuſtinui, ait: ſed ardore méos quodam & affectu laborioſa hæc ſuſcepi, vt poſsim F dicere: Quoniam propter te mortificamur tota die. Ac videntur iſta verbis Apoſtoli æquiualere, & eodem à propheta affectu dici quo ab Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas: an periculū? an gladius: Dilexi igitur hæc omnia ſciens quod hæc ego tolerem ac ſuſtineam

τὸ ἄκρον ἀγαθόν

vitæ

vitæ diſcrimina pro tuẽda pietate, mei huius certaminis ſpectatore & arbitro præmiorum vniuerſorum domino. *Quoniam exaudiet dominus vocem precationis meæ.*) Sic enim & quilibet noſtrũ poteſt quicquid in perficiundis mandatis moleſtam & operoſiorem operam requirit, tranſigere, quum velut vniuerſorum ſpectatori deo vitæ ordinem ſpectandum exhibuerit. *Quia inclinauit aurem ſuam mihi*) Inclinauit (inquit) non vt corpus aliquod aut aures in deo cogites, quas ad vocis humilitatem inclinet, quod facere ſolemus erga eos qui ſubmiſsè loquuntur, propè admouendo aures, vt ex propinquo ſenſu excipiamus id quod quis loquitur. Sed inclinauit, inquit, vt
A meã ipſius infirmitatẽ declararet. Ad me enim in humum deiectũ ſua erga nos benignitate ſe demiſit. Verbi gratia: Aegrotanti alicui, & ex multa debilitate loqui clarè nequeũti humanus aliquis medicus, auribus ſuis propiùs admotis ægroto, ediſcit quæ ſint neceſſaria laborãti. Inclinauit itaque aurem ſuã mihi. Diuinus nãque auditus voce non indiget ad ſenſum. Nouit enim ex cordis motu quæſita hominũ ac vota. An non audis quemadmodũ Moſes nihil loquens, ſed dominum interpellãs ſuſpiriis nulla voce expreſsis, ex ipſo audierit dicente: Quid clamas ad me? Nouit item deus ſanguinem audire iuſtorum, cui nec lingua adſit, nec vox aërem penetrans. Operum item iuſtorum præſentia, maxima eſt apud deum vox. ET *in diebus meis inuocabo.*) Nos autẽ quum vel vna orauerimus die vel hora vna breuem aliquã ſuper peccatis noſtris triſtitiam paſsi, ſecuritatem nobis promittimus, perinde ac quidpiam confe-
B ciſſemus quod ex æquo reſponderet diluendæ noſtræ omni malitiæ: at hic ſanctus confeſsionem ſe omni vitæ ſuæ tempori cõmenſuratam oſtenſurum dicit: In omnibus, inquit, diebus meis inuocabo. Deinde ne putes quòd in rebus huius vitæ ſecundis, & ei admodum bene cedẽtibus nomen domini tantum inuocet: narrat calamitatum magnitudinem, in quibus conſtitutus nequaquã nominis dei ſit oblitus. *Circundederunt me* (inquit) *dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me.*) Dolores propriè de parturiẽtibus dicuntur, quando ad tumorem venter inſurgens extrà fœtũ pellit: deinde partes illæ genitales diuexatæ & circũ prodeuntem ex vtero fœtum diſtentæ conuulſionibus ac fibrarũ contractionibus, acutiſsimos dolores & vehemẽtes cruciatus parientibus gignũt. Trãſtulit autem dolores partus ad mortis pœnas circa animal in animæ & corporis diuiſione inſtãtes. Nihil igitur mediocre ſe paſſum eſſe dicit,
C ſed vſque ad ipſos mortis dolores fuiſſe tentatũ, & ad periculum vſquè deſcenſus ad inferos deductum. Num hæc ſemel tulit de quibus gloriatur? An eadem quidem ſæpe ac inuitus. Nihil autẽ eorum quæ inuiti ſubimus, laudabile eſt. Sed videte, quæſo, athletæ huius magnanimitatem. Poſtquam enim circundederũt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me, tantùm abfui, vt inter haſce tentationes conciderẽ animo, vt multò pluribus perferẽdis me voluntariũ obtulerim: vt tribulationem & dolorem haud inuitus inueni, ita ab illis haud ſum inuitus apprehenſus: In iis quidem quæ retrò mihi contigerunt, pericula inferni inuenerunt me. Hic verò tribulationem & dolorem ego inueni. Quoniam enim illic imperterritus inuentus ſum, & animo infracto aduerſum ea, quæ tentator inuexit, vt luculentã ac prædiuitem meam erga deum charitatem declararẽ: tribulationi tribulationem, & dolori dolorẽ adieci, non quòd ipſe conſiderem meamet virtute poſſe tot obluctari ac reſiſtere doloribus, ſed quia nomen domini inuocaui. Simile & huic illud Apoſtoli dicentis: In his omnibus ſuperamus ſiue ſuperuincimus propter eũ, qui dilexit nos. Vincit enim is qui neceſsitate quapiam illatis non cedit aut frangitur: at ſuperuincit, qui vel ſua ſponte ad ſe quoque accerſit dolores præmoleſtos & acres, quo ſuæ edat ſpecimẽ patientiæ. Qui autem vſq; ad mortem in aliquo peccato conſtitutus fuerit, D
dicat: Circundederũt me dolores mortis. Omnis enim, ait ſcriptura, qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt. Quum enim, ait, eſſem operarius peccati, iam à morte geſtabar in vtero, tum quoque à periculis inferni ſum inuentus. Quo modo ergo meipſum curaui? Poſtquàm videlicet tribulationem & dolorem inueni per pœnitentiam. Mihi enim ipſi afflictionem ex pœnitentiæ fonte prodeuntem excogitaui, quæ magnitudini reſpõderet admiſsi per me peccati, vt maiore cum fiducia nomen domini inuocarem. Quæ autem erẽt quæ dixi? *O domine libera animam meam.*) In hac enim captiuitate detineor. Tu pro me redẽptionis præmium tribue, & libera animam meã. *Miſericors dominus & iuſtus.*) Vbiq; ſcriptura miſerationibus dei iuſtitiã cõiungit, nos planè erudiens quemadmodũ nec miſericordia dei ſine iudicio, nec iudiciũ ſine miſericordia ſit: ſed cum miſeretur etiã cum iudicio miſerationes ſuas iis qui digni ſunt E
admenſuret, & cum iudicat, commenſuratũ quoque noſtræ infirmitati iudicium inferat, benignitatis erga nos affectu potiùs, quàm æqui cõpenſatione nos plectens. ET *deus noſter miſeretur.*) Miſericordia animi affectio eſt erga eos qui immeritò & indignis modis adfligũtur, ab illis procedens qui compaſsione afficiuntur. Miſeramur eos qui ex magnis diuitiis in extremã inciderunt paupertatem. Item eum qui ex optima corporis habitudine in vltimam debilitatem deiectus eſt. Similiter eius miſeremur, qui cùm ob corporis elegantiam ac decus formæ prægeſtiret, fœdiſsima quadã affectione illius decor deperiit & corruptus eſt. Quoniam itaque & nos quandoque in paradiſi ſtatione nobilitati eramus, & ob ruinam poſteà inglorij & humiles facti ſumus, deus noſter miſeratur nos, animaduertens quales ex qualibus facti ſimus. Idcirco & Adam miſericordiæ voce reuocabat, dicens: Adam vbi es? Non enim F
qui cuncta nouerat, quærebat edoceri: quin id volebat potiùs vt ille ſecum recogitaret, qualis ex quali factus eſſet. Vbi es? Quaſi dicat: In quam incidiſti ex tanta ſublimitate ruinam? *Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum, & ſeruauit me.*) Siue ad naturalem rationem hoc referas, non vtique humana conſtitiſſet natura, ſi non qui puſiones ſunt admodum & adhuc infantes, à domino cuſtodirentur. Quonam enim modo ij qui in vulua concepti ſunt fœtus, & nutriri & moueri poſſent, in tam anguſtis præſertim locis præter vllam motionis libertatem conſtituti, ſed & in tenebroſis & humidis cuſtodiis clauſi vitam

A ſimili ſumptum.

Heb. 11. g.

Pro ἀνάγκην lege ὀδύνην. Ferè miſericordia in ſacris ſcripturis comes additur iuſtitiæ.

Miſericordia quid. A ſimil. arg. miſericordiæ erga nos diuinæ.

Adã vbi es?

habentes : præterea nec reſpirare, nec hominum vitam viuere valentes, ſed more piſcium in humidis natantes, niſi cuſtodia dei ſeruarentur? Quomodo rurſus & elapſi in hunc locũ minimè conſuetum, & ex calore vuluæ in aërem hunc perfrigerati vel breui admodum tempore durarẽt, niſi a deo conſeruarentur? Cuſtodiens ergo paruulos dominus, humiliatus ſum, & ſeruauit me. Aut certè ad hunc intelligere poſsis ſenſum dictum hoc: Quoniam cõuerſus ſum, & factus ſum paruulus, accepique regnum cœlorum vt paruulus, ac per innocentiæ ſtudium meipſum deieci ad paruu-

A lorum humilitatem : *cuſtodiens paruulos dominus, quoniam humiliatus ſum, ſeruauit me. conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi.*) Bonus athleta ſermonem exhortatorium ſiue conſolatorium ſibiipſi accommodat & adhibet more Pauli dicẽtis: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Hæc ſibi propheta dicit: Iam quando plenum vitæ iſtius abundè expleſti curſum, reliquum eſt vt in requiem tuam cõuertaris, quoniá dominus benefecit tibi. Manet enim requies ſempiterna illos, qui in hac vita legitimè certauerint: non tãquam debitum operibus redditum, ſed ob munificẽtiſsimi dei gratiam, in quo ſperauerunt, exhibita. Deinde priùs quàm bona futura enarret, quemadmodum à rebus mũdi duris & permoleſtis enaſerit, explicans, ſuper iis gratias agit animarum liberatori, qui ſe de magna & ineuitabili paſsionum ſeruitute eduxit. Quæ porrò ſunt hæc? *Quoniam eripuit animam meã à morte, & oculos meos à lachrymis, & pedes meos à la-*

Collatio futuræ vitæ & præſentis viri iuſti.

B *pſu.*) Futuram illam requiem deſcribit collatione eorum quæ hic fuerat paſſus. Hic enim, inquit, circundederunt me dolores mortis : ibi verò eripuit animam meam à morte. Hic oculi mei per afflictionem & vitæ moleſtias varias lachrymas effundunt : ibi verò nulla lachryma pupillis oculorum tenebras offundit eorum, qui iugi pulchritudinis nulli explicandæ diuinæ maieſtatis exhilareſcunt & collætantur contemplatione. Abſtulit enim deus omnem lachrymam ab omni facie.

ἀπὸ παντὸς προσώπου.

Hic item magnum prolabendi periculum. Ideo Paulus ait: Qui exiſtimat ſe ſtare: videat ne cadat. Ibi verò ſolidi ac ſtabiles greſſus, vita nulli iá vicariæ permutationi obnoxia, non item periculũ in peccatum prolabendi : neque enim inſoleſcit ibi carnis rebellio cõtumax, non vlla fœmina ad peccati prolapſionem ibi cooperatur : quoniam in reſurrectione nec mas nec fœmina erit, ſed vna quædam omnibus & vniſormis vitæ ratio his qui ſuo complacent domino & habitant in regione

C viuorum. Mundus hic contrà & mortalis eſt ipſe, & morientium regio. Quoniam enim viſibilium ſubſtantia compoſita eſt : omne verò compoſitũ diſſolui eſt aptum. Nos qui in mundo ſumus, quũ ſimus partes mundi, neceſſariè efficimur conſortes naturæ vniuerſi. Idcirco priùs quàm anima per mortem à corpore ſeparetur, morimur ſæpe homines. Id dictum vt ne paradoxum tibi videatur nimirum præter omnium opinionem, conſidera parumper rei veritatem. In tribus enim annorum hebdomadis tres ætatis ac vitæ alterationes permutationesque natus eſt ſuſtinere homo, & per ſingulas annorum hebdomadas proprius qoiliber terminus præterita circumſcribit, ac conſpicuam præbet mutationem. Pueli ætas dẽtium abiectione primam explet hebdomadam. Pueri, qui deinceps ad excipiendas diſciplinas accommodatur, præciſus terminus extẽditur ad pubertatem. Ephebi vero ſiue puberis ætas ad annum vſque primum & viceſimum ſe porrigit : Cœperit vt veſtire genas lanugine prima & eas adornare, ea ætas in nihilum abit clàm adoleſcente in virum tranſeunte. Si quando igitur videris virum iam quidem poſuiſſe ac finiſſe acceſsionem creſcendi iuxta ætatem, iamque maturitate ratiocinationum eſſe confirmatum, ac ne vllum quidem D

veſtigium adoleſcentiæ præ ſe ferentem : nũquid non in ipſo reputabis præterita iam omnia morte eſſe pręrepta? Senex rurſus in aliam formam & animi affectum permutatione adaptatus, alius ſine dubio à primis ætatibus apparet. Ex quo vita hominum per multas mortes conſueuit expleri, non ſolum in ætatis mutatione, ſed etiam in animarum ruinis ad peccata. Vbi verò nec corporis, neque animi eſt mutatio: (Neque enim vlla eſt cogitationũ deprauatio aut ſententiæ ſemel conceptæ permutatio, quum nulla accidentariæ calamitatis illic inſtabilitas conſtantiam auferat, aut tranquilliſsimam ſerenitatem cogitationum) reoera illic conſiſtit regio viuentium, quippe qui ſibiipſis ſimiles ſemper ſint, in qua animo prægeſtienti prænũtiat maximopere vniuerſorum deo ſe eſſe complaciturum, vt qui nulla illic externæ rei cogitatione ſperet mẽtem ſuam deinceps interpellandam, mox vt ad ſcopum pertigerit veræ illius, angelis quoque nihilo diſparis ſeruitutis. Contendimus, inquit, ſiue præſentes in corpore, E

ſiue à corpore peregrinantes placere illi. Ea, inquam, viuentium beata regio, in qua non nox, non ſomnus mortis imitatio quædam, non cibus aut potus humanæ infirmitatis pręſidia, non præterea morbus, non dolor, aut medicina, vel iudicia, ſeu mercatus: non artes, non pecunia malorũ origo, bellorum materia, inimicitiæ radix: ſed regio viuentium, non morientium ob peccatum, ſed veram vitam viuentium in Chriſto Ieſu. Cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

IN PSALMVM CENTEſimum decimumquintum.

CRenidi, *propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax*) Sacrorum quæ de deo ſunt, eloquiorum prędux eſto fides planè, non item demonſtra- F

Fidei vires.

tio. Fides inquam animam inuitans imò & perſuadens ad conſenſionem præ cunctis rationalibus methodis. Neque enim fides geometricis nititur probationibus, quas neceſsitates vocitant : ſed animis noſtris ſe inſinuat efficaci operatione ſpiritus-ſancti. In nomine domini Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Hanc vocem per ſpiritum dicto ocyus efficacia operis conſecuta eſt. Ex eo nanque ſtupendo miraculo, his qui viderant neceſſariè excepta eſt de diuina vnigeniti natura, fides. Dic tu, quæſo, vtra res ad aſſentiendum fidei efficacior, & quæ magis vrgeat propoſitio-

propoſitionúmne implexi nexus ordine conſequentiæ ſecum attrahentes concluſinnem, an verius tantum illud miraculum omnium nculis cõſpicuum, omnemque exuperans quantiuis hominis virtutem? Atqui me nunc etiam eiuſmodi miracula multis probantur, neque ipſius ſancti ſpiritus npera fidem apud pleroſque conciliant ſermoni qui de deo eſt: magis verò neſcio quæ demonſtrationes artifici ingenio detornatæ ſpem A omnem ſuam collocantes in ſermnne perſuaſibili mundanæ iſtius ſapientiæ, non item in præpotenti & eadem luculenta admodũ ſpiritus ſancti reuelatione, quam per eos qui ſuam nmnem fiduciam in ſimplicitate cordis in deum prniecerunt citra anxiam & curioſam diſceptatinnem, in gratiam multorum ſalutis exprimit. Atque ô vtinam mihi vni contingat credere dignè vt & in ſenſu meo quinque verba loqui promereat præcellẽti huic & magnæ dei eccleſiæ. Nolim interea quiſquam noſtrum hunc ſermonem ſubſannet, hoc nomine, quòd auditores proliciamus, & adhortemur fidem vt commodent, & aſſenſum his quæ à nobis citra vllam demonſtrationem dicuntur: quum neceſſe ſit cuiuſque diſciplinæ principia nulla prorſus præuia demonſtratione aut diſquiſitione tradi diſcenturiẽtibus. Fieri enim neutiquàm poteſt, vt qui circa principia diſciplinarũ velitantur cnntentioſius, ad finem aliquando via & ordine prouehantur aut pertingant. Iſtius ſententiæ documentum tibi liceat mutuari ab externis diſciplinis. Geometriæ enim artem tradenti ni tu prima eius principia conceſſeris, impoſsibi- B le demum fuerit vllam vt poſsit ex eis conſectaneam elicere concluſionem. Iam Arithmetices qui primis & elementaribus rudimentis renititur, vtique hac ſua interceſsione viam intercipit ſibi ne ad vlteriora progrediatur. Sunt & medicis ſuæ profeſsinnis medicæ principia nullam deſiderantia probationem. Vtque ſemel finiam, in quocunque tãdem humanarum artium exercitio, (id modò via & ordine ad præſtitutum ſibi prngrediatur finem) impnſsibile ſit primarum propoſitionum inquirere demonſtrationes. Imò neceſſe eſt, vt quum admiſeris earum artiũ quæ certa ratione nituntur, principia vt confeſſa, nec proinde vllam requirentia demonſtratiuam probationẽ, id demũ inſpicias quicquid ex præſuppoſitis ordine conſequitur. Nihilo ſecius & theologiæ myſteriũ requirit aſſenſum nulla præuia inquiſitione nitentem. Sane ait Apoſtolus: Credere enim oportet, quia deus eſt, non item in quæſtionem vocare aut controuerſim opponere illud: Quid eſt deus? Atq; adeò in vniuerſum, fides ſi ſubſtantia earum eſt quæ ſperantur, rerum, & eorum quę nnn videntur, argumentũ: ne mihi tu anxius contendas videre iam, quæ longiore ſepoſita ſunt in- C teruallo, neu quæ ſperas te olim conſecuturum, in ambiguam reuoces dubiámve partem, quòd ad ea nondum potueris certa nntione pertingere. Hæc igitur mihi de fide dicta ſuntn in eorum commonitionem, qui verbis conſueuere velitaribus digladiari, ſpemque conſtituunt in futilium verborum volubilitate. Hic proinde qui in manibus eſt pſalmus meó arbitratu ordine admodum conſentaneo ſenſui pſalmi ſuperioris. Dixit enim ibi: Placebo domino in regione viuorum.

Quoniam igitur non de regione ediſſerit quæ pnſsit nculis cerni, perinde atque eam perſpicuè nnuerit, reddit cauſam ſuperioris ſuæ diſtinctionis de rebus non vnicuilibet compertis, dicens: Credidi, quia regio eſt quædam viuentium: propter quod locutus ſum, quoniam placebo in ipſa dnmino. Anima niſi adiuta fidei præſidio, ſi ſe ad dicendum de eiuſmndi regione contulerit: prorſus aliud nihil quàm nugabitur, dum ſermnnem promouerit nullo ſolidiore ſubiecto ſubnixum. D Fides itaque orationis eſt ſanæ ac prudentis, ſed ea quæ fixiùs inſedit cnrdi loquentis. Subin infert formulã, quam ſequuti poſsimus perfectionem aſſequi fidei nperatoriæ neceſſariam, dicens: *Ego autem humiliatus ſum nimis.*) Niſi enim quis mentem, intellectúmve ſuum modeſtæ humilitati ſubſtrauerit, adeò vt ad Apoſtoli imitationem ſecum dicat: fratres ego non me arbitror apprehendiſſe, ſed ſuperfluè ad apprehendendam dei ſubſtantiã mentem ſuſtollit, & propriæ cogitationi admetitur arcana nullius creaturæ viribus attingibilia: adde, quòd is tantum eſſe deum exiſtimat, quantum eſſe ipſe ſua ſecum ratiocinatione aſſequi potuit, ſenſumque ſuũ prorſus vniuerſnrum menſuram conſtituit: is neutiquàm rectà reputat, quantò ſit procliuiùs mare vniuerſum exiguæ manus cauo admetiri, quàm vt mens humana inenarrabilem illam dei maieſtatem queat vlla circunſcriptione complecti. Eiuſmodi fruſtra inflatus ac proprij ſenſus vanitate ſe efferens haud quaquàm pnſsit cum propheta dicere: Credidi, prnpter quod locutus ſum. Quid ita? Nam quod continenti nrdine ſequitur, infer- E re minimè poteſt, nempe illud: Ego autem humiliatus ſum nimis. Vitam enim traducit ſuam inani ſuperbiæ & iactãtiæ faſtu tumidus, ſupraque modum ſibi placet verbis inanibus & euanidis garriens, cùm interim in ſe habeat nihil quod ſnlidæ ſit & conſtantis fidei. Secundum hæc propheta non ſuam ipſius modò exiguitatem agnoſcit, ſed & reliquam omnem hominum naturam ſibi cõgenerem & comparticipem ad humilem ſui ac modeſtam cognitinnem reuocat dicens: *Ego enim dixi*, ait, *in exceſſu meo: omnis homo mendax.*) Quiſquis non à fide, ſed à ſeipſo mutuatus auxiliarem verborum vim, ad dicendum proſilit, ad veritatis apprehenſionem ſuppellectile nitens atque apparatu humanæ eloquentiæ, mendax eſt, à veritate cum longiſsimo ſe abarceat ac deerret interſtitio. In exceſſu verò conſiſtentem ſe hunc dixiſſe ſermonem aſtruit. Exceſſus hic quis tandem eſt? Verúm ne propheta quidem, vndiquaque humanam contemplatus naturam & exacto mentis libramine perſcrutatus nuncubi vlla inter homines ſplendeſceret lux veritatis, quum hanc niſi diuina ope infuſam, nequiuiſſet vlla in ſede nanciſci, per eam rem F vſque adeò ſtupendam & admirabilem veluti numinie afflatus, exerta voce ſubiecit: Omnis homo mendax. An veriùs ſic: Equidem in ea ecſtaſi, quam in conſpectum Achis adductus confinxi ſimulãs morbo me corruptum comitiali aut percitum furore: ſimul atque intellexi me eò eſſe deuolutum neceſsitatis, vt declinandi periculi gratia ab hnſtibus impendentis cogerer aduerſum meam ipſius conſcientiam mentiri, & ea confin-

Mendax quis.

Exceſſus propheta.

Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria: ſemi-
natur in corruptione, ſurgit in incorruptione. Mi
hi ſanè confer mortem cum natiuitate, eúmque
deſinito lugere, qui huic ignobilitati ſubducitur.
Pro legis Iudaicę ritu, ſi qui moriebantur, horum
morticina habebantur abominationi: cõtrà, mors
ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine, pretio-
ſæ cenſentur reliquiæ ſanctorum eius. In priori le
ge dicebatur ſacerdotibus & Nazaræis illud: Non
contaminabitur ſuper vllo mortuo. Et, Si quis te-
tigerit cadauer, immundus erit. Et hoc, Lauabit
vestimenta ſua. Nũc è diuerſo, Martyris oſſa quiſ-
A quis attigerit, ob gratiam corpori inſidentem fit
quadantenus ſanctificationis particeps. Quarè
pretioſa eſt in cõſpectu domini mors ſanctorum
eius. Iſthæc igitur reiectitia ac viliſſima ne quęſo,
rebus præferatis tantò potioris pretij: neu impro-
batæ fidei permutatores eſtote, deciduam hãc &
corruptioni obnoxiam vitam illi incorruptæ prę-
ponendo ac ſtatui perquàm fœlici. Etenim vt ni-
hil dicam de paſſionibus ignominiæ, quibus ſe
ſubſternũt plurimi eorum qui voluptates ſtudio-
ſius conſectantur, ipſæ etiam corporis neceſſita-
tes in mulctam pœnamque irrogatæ generoſam
ac virilem animæ conſtantiam deflectentes, eam
veluti illiberali ac miſeræ mancipant ſeruituti de-
trahentes illam ad vile carnis miniſterium. Vbi
porrò ſeruitus, ibi nihil obſcuræ ſibi ſedem figit
ignominia. Vitanda igitur eiuſmodi vita, quam co
mitari ignominia conſueuit. Ait igitur: Sanè nihil
quod eximium ſit, ipſe facio memet attribuens ti-
B bi domino. Seruus ſiquidem quum ſim tuus: ita
tuam tibi retulero poſſeſſionem. Prorſus ſerui-
re debet creatori, quicquid vſpiam eſt creatum.
Quo fit, vt non libera modò electione voluntatis
tuus ſim ſeruus, ſed & natura. Filius enim ſum an-
cillæ tuæ, quam infantiliter adhuc & in ætate ad-
modum puellari agentem abduxit inimicus, & è
tua ſeruitute abiunctam vile fecit eſſe peccati mã
cipium. Atqui conſtitutum mihi ad te priſtinum
dominũ reuerti & poſtliminio me recipere, quã-
do vel nunc demum agnoſco veterem illam ſer-
uitutem. *Dirupiſti vincula mea.*) Ex quo enim pec
cati vinculis me exemiſti mox à tuo in infernum
deſcẽſu, & exoluta hominum numeroſiſſima mul
titudine quæ illic mortis adſtricta vinculis, nec a-
lio quoquam pacto effugiẽdis inferni carceribus
detinebantur, reliquum iam eſt, vt tanti non im-
memor beneficij tibi ſacrificem, non quadrupe-
dia fiſſungula & ruminantia, non volatilia quę mũ
da ſint, aut oleo permiſtam ſimilaginem & ſuba-
C ctam, non item prælucidum ac tranſparens thus,
non item illud ſuauè fragrans compoſitionis thy-
miama. (Hæc enim è tellure deprompta tibi do-
mino offeruntur.) decoram potiùs laudationem
perfectè exoluam, quæ peculiaris mihi ſupereſt
poſſeſſio meique cordis fœtus, ex ipſo perinde at
que è quopiam altari illam ſacrificabo è penu mẽ
tis nimirum meæ depromptam. Et ſacrificabo ti-
bi hoſtiam laudis innumeris anteponendam holo
cauſtomatibus, tibi inquam, nullius indigo, ſed vſ-
quequaque perfecto deo, qui neutiquàm requiris
offerri tibi corporalia eiuſmodi ſacrificia, quibus
quò quiſque eſt opulentior, hoc abundat magis:
ſed eam repetis confeſſionem, quæ ex affectu &
corde nihil fucato proficiſcitur, quæ quidem ex

[illegible] *Heſych.*

æquo ſe liberaliter impertit omnibus, tantùm ſi
velint. Ipſe equidem ſacrificans tibi laudem, non
quaſi qui erubeſcam clàm fugitans impiorũ que-
relas & in latebris deliteſcens ſacrificabo, ſed pu-
blicum exhibebo tibi ſacrificium, aſſumpto me-
cum vniuerſo populo tuæ adorationis conſorte
futuro. Locus porrò iſtius ſacrificij nobis declara-
bitur, nempe media regio ac proinde omnibus
maximè conſpicua ipſius Hieruſalem. Audite, qui
eccleſiam relinquitis & in publicis domibus ver-
ſati, miſeras facitis corporis pretioſi ſciſſuras: au-
dite, inquam, quòd vota precéſque perſoluere o-
porteat in medio Hieruſalem, hoc eſt, eccleſiæ
dei. Neque enim iuxta veterem cultus diuini ri-
tum, ſuam cuique aram figere liceat & ſtatuere: D
ſed altare vnum conſtituentibus ſacrificium of-
ferre deſignatum eſt & oſtenſum. Tu contrà,
aram erigis ex aduerſo altaris tibi à patribus,
ſupérque illam alienum incendis ignem, ne
ſic quidem admonitus veterum exemplo reſi-
piſcis? Ad hoc, homines mente corruptos adſcicis
in contubernium, quorum conuictu teipſum in-
quinas ac defœdas. A talium peſtilenti imitatione
vos abstinete populus domini, neu ſinatis vos a-
uelli ab eorum parte qui ſaluantur, perſeuerantes
in fide, opere explentes mandata domini, cui glo-
ria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homiliarum decem & ſeptem beati patris Baſilij, in Pſalmos ſelectiores hic eſto finis.

DES. ERASMVS ROTERODA-
mus ornatiſſimo viro, D. Ioanni Cho-
lero præpoſito Curienſi. S. D. E

*NE ſemper accipias à nobis epi
ſtolas ſteriles atque* [illegible]*,
mittimus duas homilias de
laudibus ieiunij, quod nũc ma
gna ex parte ſublatum è vita
Chriſtianorũ & videmus &
dolemus. Dices has ante fuiſſe
verſas: fateor, nimirum à Ra-
phaele Volaterrano. Sed ob idipſum hoc operæ ſũ-
pſi, quo declararẽ quantum ſit periculum quorum-
libet verſioni fidere, quantóque rectius ſit ex ipſis
haurire fontibus. Demiraberis ipſe ſat ſcio, ſi vtri-
uſque noſtrum tranſlationem cum græcis contule-
ris. Nam id vt cuiuis in promptu ſit, prouiſum eſt
adito græce Baſilio. Poſterior homilia nobis non vi-
detur* [illegible] *ſed ſtudioſi cuiuſpiam ſeſe ad prioris F
æmulationem exercentis. Equidem non pugnabo, ſi
quis diuerſum ſentiat, arbitror tamen eruditos, ſi
propius admouerint oculos, meæ ſententiæ ſubſcrip-
turos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos
non probo, qui notha ac degenerantia ſummorum
virorum titulis obtrudunt orbi. Impoſturam hãc &
in Athanaſii, & in eloquentiſſimi eiuſque ſcriptis
deprehendimus. Ab hac audacia ſaltem Baſilij ma-
gni diuinitas debuit abſterrere. Quanquam in hoc
autore parcius eſt peccatum. Adiecimus & Hiero-
nem Zenophonticum, cui admouimus* [illegible] *
les. Bene vale. Datum apud Friburgum Briſgoiæ.
Anno à Chriſto nato.* M. D. XXXII.

HOMILIA DIVI BASILII DE laudibus ieiunij, Eraſmo Roterodamo interprete.

CLANGITE, inquit, in initiis menſium, buccina, in inſigni die ſolennitatis veſtræ. Hæc quidem iuſſio eſt prophetica. At nobis feſtum quod reliquos antecellit dies, quauis tuba vocalius, & quouis inſtrumento muſico ſignificatius indicant recitatæ ſcripturæ. Nam ex Eſaia di-
A dicimus ieiuniorum gratiam, qui vt Iudaicum ieiunandi modum deteſtatus eſt, ita verum ieiuniũ nobis demonſtrauit: Nolite ad contentiones ac lites ieiunare, ſed diſſolue omne vinculum iniquitatis. Et dominus: Nolite fieri triſtes, ſed laua faciem tuam. Sic igitur animis affecti ſimus, quemadmodum ſumus edocti, ac dies inſtantes haudquaquam triſti animo, ſed alacri affectu excipiamus, ſic vti decet ſanctos. Nemo deiectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum ſtatuit. Noli triſtis eſſe, dum curaris. Abſurdum fuerit, ſi ob cibos ſubtractos contriſtemur, ac non potius ſuper animæ ſanitate lætemur, ſique videamur plus tribuere voluptati ventris, quàm curæ mentis. Satietas enim in ventrem defert delectationem, ſed ieiunium in animam ſubuehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi à medico datum eſt pharmacũ efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim vermes qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus, & amaris excutiuntur, ita peccatum in intimis receſſibus habitans, extinguit, enecátque ſimul atque in
B animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ viſcera. Vnge caput tuum, & faciem laua. Ad reconditiorem ſenſum te vocat ſermo dei. Qui alios vngebat, vnctus eſt, qui lauabat, ablutus eſt. Verba præcepti fac ad interna membra accommodes. Animam à peccatis ablue, vnge caput vnguento ſancto, vt conſortium habeas cum Chriſto, qui nomen habet ab vnctione, atque ita demum accedito ad ieiunium. Noli obſcurare faciem tuam more hypocritarum. Obſcuratur facies, quum internus affectus externa ſpecie velut incruſtamento inducto tegitur, ac mendacio, ceu velo obtento cælatur. Siquidem hypocrita dicitur hiſtrio, qui in theatro perſonam ſuſtinet alienam, ſæpe heri, quum ſit ſeruus: aut regis quum ſit priuatus. Itidẽ in hac vita plerique vitam ſuam velut è proſcenio ad oſtentationem componunt, aliud in corde gerentes, aliud in ſpecie hominum oculis præ ſe ferentes. Noli igitur obſcurare faciem. Qualis es, talis appare, ne teipſum transfigures in habitum triſtem ac tetricum, hinc laudem ac gloriam aucupans, ſi videare ſobrius ac temperãs. Neque enim vlla vtilitas benignitatis, cui tuba præcinit, neque fructus vllus ieiunij, quod ad publicam fit oſten-
C tationem. Nam quæ geruntur ad præſentem oſtentationem, ea nequaquam porrigunt fructum in ſeculum venturum, ſed ad hominum laudem detorquent. Proin hilariter accurre ad ieiunij domum. Vetus donum eſt ieiunium, quod non veteraſcit nec ſeneſcit, ſed vſque renouatur, ſed perpe tuo vigore pubeſcit. Putas me ieiunij antiquitatem à legis initio ſupputare? Etiam ipſa lege antiquius eſt ieiunium. Mane pauliſper & comperies verum eſſe quod dixi. Caue exiſtimes diem propitiationis, qui deſignatus Iſraelitis erat menſe ſeptimo, decimo die menſis, fuiſſe ieiunandi principium. Ades huc, ac per hiſtoriam decurrens, veſtiga ieiunij antiquitatem. Neque enim recens inuẽtum eſt, ſed pretioſus theſaurus à maioribus repoſitus ac traditus. Quicquid vetuſtate præcellit, idem venerabile eſt. Reuerere igitur ieiunij caniciem. Tam vetus eſt, vt ſimul cum homine condito cœperit, in paradiſo præſcriptum eſt. Primum illud præceptum accepit Adam, ne de ligno ſcien-
D tiæ boni ac mali ederet. Hoc autem verbum non edetis, ieiunij & abſtinentiæ lex eſt. Si à ligno ieiunaſſet Eua, nequaquam hoc nunc ieiunio opus haberemus. Neque enim qui valent egent medico, ſed qui male habent. In morbum incidimus per peccatum, ſanemur per pœnitentiam. Sed pœnitentia ſine ieiunio ocioſa & infrugifera eſt. Maledicta terra, ſpinas & tribulos progignet tibi. In triſtitia viuere iuſſus es, non indulgere deliciis. Per ieiunium ſatisfacito deo. Quin & ipſa quondam in paradiſo vita ieiunij ſimulacrum eſt, non ob id modo quòd homo angelorum ritu viuens, dum pauciſſimis contentus eſt, ſimilitudinem cum illis aſſequitur, verum etiam, quod quæcunque poſt hominum cogitatio commenta eſt, ea nondum erant excogitata in paradiſo degentibus, nondum vini potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcunque perturbant mentem humanam. Quoniam non ieiunauimus exulamus è paradiſo. Ieiunemus igitur, vt ad illum poſtliminio reuertamur. An non vides, quomodo Lazarus per ieiunium ingreſſus eſt paradiſum? Noli E
imitari Euæ inobediẽtiam, noli rurſus ſerpentem adhibere in conſilium, qui dum gratificatur carni, cibum ſuggeſſit. Ne cauſeris corporis infirmam valetudinem, ne dixeris te ieiunium ferre non poſſe. Neque enim mihi iſtas excuſationes profers, ſed iuxta prouerbium, ſcienti loqueris, nimirum deo quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes expleri eduliis, potes conficere corpus eſcarum pondere? Atqui infirmis, non variam ciborum copiam, ſed inediam & abſtinentiam à medicis ſolere præſcribi ſcio. Quî fit igitur, vt cum iſta poſſis, illa te non poſſe cauſeris? Vtrum ventri facilius eſt, tenui victu tranſmittere noctem, an copia ciborum grauatum iacere? imò ne iacere quidem, ſed crebro huc & huc verti, diſtortum ac gementem? Niſi fortè ſimul dicturus es illud, quod naucleri facilius ſeruant nauim ſarcinis onuſtam, quàm eam quæ ad curſum expedita eſt ac leuis. Nam oneris magnitudinè grauatam, quamuis exiguus fluctus adoriens de- F
mergit: Contrà, quæ modicis ſarcinis temperata eſt, facilè ſuffert vndarum impetum, eo quod nulla res impediat eam quominus fluctum in altum ſurgentem ſuperet. Eundem ad modum & hominum corpora, aſſidua expletione degrauata, facilè à morbis demerguntur. Cæterum quæ facili, leuique vtuntur alimonia, non modo malum, quòd à morbo imminente expectabatur, veluti tempeſtatis aſſultum effugiunt,

vetum

verum etiam præſentem iam ægritudinem, veluti turbinem quendam eo orientem diſcutiunt. Vide licet iuxta tuam ſententiam laborioſius erit quieſcere quàm currere, & ocioſum eſſe quàm luctari, ſiquidem iudicas congruentius eſſe infirmos delicijs expleri, quàm parco, tenuique vti victu. Nam naturæ vis, quę diſpenſat alimoniam animantium corporibus, temperatum ac parcum victum facile concoquit, & in corporis quod alitur, ſubſtantiam vertit. At eadem vbi ſumptuoſos varióſque cibos complexa eſt, nec deinde ad conficiendam eduliorum portionem pares vires habet, diuerſa

A gignit morborum genera. Sed iam ad hiſtoriam ſe noſtra recipiat oratio, ieiunij antiquitatem percurrens, & quátopere omnes ſancti perinde quaſi hæreditatem à maioribus traditam, ieiunium obſeruarint, patréſque ſuis quique liberis tradiderint, vnde & in nos perpetua quadam ſucceſſionis ſerie hæc deuenit poſſeſſio. Non erat in paradiſo vinum, non erat pecudum mactatio, nō carnium eſus: Poſt diluuium cœpit vinum, poſt diluuium cœptum eſt veſci quibuſlibet, æquè atque ante, terræ frugibus. Poſteaquàm deſperata eſt perfectio, tum denique conceſſa eſt fruitio. Porrò tum nullam fuiſſe vini experientiam, argumento eſt Noë, qui neſciebat vini vſum. Nondum enim in vitam hominum irruperat, nondum mortalium vſu aſſiduo terebatur. Itaque quum ille nec alium quenquam eo liquore vtentem vidiſſet, nec ipſe eſſet expertus, incautus incidit in noxam, quá vinum adferre ſolet. Plantarat enim Noë vineam, bibitque de fructu eius, & inebriatus eſt, nō quidem eo, quòd vinolentus eſſet, ſed quòd ob imperitiam ignoraret modice ſumendum eſſe. Itaque

B inuentum bibendi vinum recentius eſt paradiſo, adeo vetuſta eſt ieiunij dignitas. Quin & Moſen cognouimus per ieiunium penetraſſe in mõtem. Neque enim id auſus fuiſſet, fumante montis cacumine, neque ſuſtinuiſſet ingredi in nubem, niſi fuiſſet obarmatus ieiunio. Per ieiunium legem accepit digito dei ſcriptam in tabulis, atque in ſummo quidem monte ieiunium legem impetrauit, in imo vero montis, luxus & ingluuies ad idololatriam dementauit. Sedit enim populus vt ederet ac biberet, & ſurrexit ad ludendum. Quod famulus quadraginta dies ieiunus aſſidue verſans cum deo, deprecanſque confecerat, id vnica temulentia reddidit irritum, infrugiferúmque. Nam tabulas, quas ieiunium impetrarat conſcriptas digito dei, ebrietas cõminuit, dum propheta iudicat indignum, ſi populus ebrius legem acciperet à deo. In vnico temporis momento populus ille, qui maximis prodigijs dei cognitionem acceperat, per luxum ad inſaniam idola Aegyptiorum more colẽdi deuolutus eſt. Hæc vtraque inter ſe componito, hinc quomodo ieiunium adiungat deo, illinc

C quomodo luxus ſalutem verterit in exitium. Deſcende, ac via qua cœpiſti ad inferiora perge. Quæ res Eſau alienauit à deo, fratríque in ſeruitutem tradidit, niſi vnicum edulium, cuius gratia vendidit ius primogeniti? Iam Samuelem nónne deprecatio cum ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res fortiſſimum virum Sampſonem inexpugnabilem reddidit. An non ieiunium? Cum ieiunio in vtero matris conceptus eſt, cum ieiunio educatus eſt, ieiunio in virum adoleuit, quod ieiunium angelus matris indixerat. Quicquid proficiſcitur è vinea, ne edat, vinúmque & ſiceram ne bibat. Ieiuniũ prophetas generat, potentibus addit robur. Ieiunium legum latoribus ſubminiſtrat ſapientiá, bona animæ cuſtodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, ſobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaræum ſanctificat, ſacerdotem reddit ſacris idoneum. Neque enim fieri poteſt, vt is abſque ieiunio ſanctum miniſterium cum fiducia

D peragat, non tantum in myſtico horum temporũ veróque cultu, verum etiam in eo qui iuxta legem in figuris peragebatur. Ieiunium Heliam magni illius miraculi ſpectatorem fecit, qui quum quadraginta dierum ieiunio repurgaſſet animam, ita demum in ſpelũca, quæ eſt in Choreb, promeruit videre dominum quatenus quidem homini videre datum eſt. Ieiunans viduæ filium ſuum reſtituit aduerſus ipſam etiam mortẽ robuſtus factus per ieiunium. Vox ab ore ieiuno proficiſcens, populo transgreſſori clauſit cœlum, annos tres ac menſes ſex. Vt enim indomitum obſtinatorum, duráque ceruice deo rebellium cor emolliret, voluit & ſeipſum ea calamitate cum cæteris cõdemnare. Propterea viuit dominus, ſi erit aqua ſuper terram, niſi per os meum. Et adegit omnem populum ad ieiunium, ingraueſcẽte fame, videlicet vt malitiam, quam è delitiis vitáque diſſoluta contraxerant, abſtinentia corrigerent. Heliſſeus autem cuiuſmodi victu eſt vſus? Quomodo apud Sunamitidem hoſpitio refocillatus eſt? Quomodo ipſe prophetas

E excepit? Nónne agreſtia holera ac farinæ pauxillũ hoſpitalitatis munus expleuerunt? Quo tempore calamitate ſimul cum herbis ſumpta, periclitabãtur qui guſtarant, ni ieiunatoris prece veneni vis diluta fuiſſet. Atque vt ſemel omnia dicam, reperies quotquot fuere ſancti, omnes per ieiunium ad vitam deo, dignam fuiſſe inſtitutos. Eſt lapis quidam eius naturæ, quem hinc Amianton Græci vocant, vt inquinari non poſſit. Hic ab igni nō vincitur, ſed impoſitus igni videtur igneſcere, & in prunam verti, rurſum exemptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua candidatus, apparet purior. Huiuſce modi erant trium illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio conſequuta, vt nulla vi poſſent inquinari. Siquidem in vehementi fornacis flamma quaſi natura fuiſſent aurei, ita apparuerunt noxia vi ignis ſuperiores. Quin & auro potentiores declarati ſunt. Neque enim illos liquefecit ignis, ſed integros, illibatóſque ſeruauit. Atqui nihil eſt, quod illam tum flammam ſuſtinere potuiſſet, quam naphthe, pix, & ſarmenta ſic alebant, vt ad quadraginta nouem cubitos diffunderetur, at in circuitum diſperſa, plurimos Chaldæos abſumpſerit. Hoc igitur tantum incendium

F pueri cum ieiunio ingreſſi conculcarunt, liquidum ac roſcidum aërem in igni tam vehementi reſpirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum auſus eſt attingere, eò quòd à ieiunio eſſent aliti. Porrò Daniel vir deſideriorum, quum tres hebdomadas panem non ediſſet, nec vinum bibiſſet, demiſſus in lacum, etiam leones ieiunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quaſi è lapide,

aut

Heliaſ.

Triũ puerorum abſtinentia. Tertia collatio.

aut ferro, aut alia quapiam rigidiore materia con
Daniel. [illegible] *tinctura ferri.* cretus fuiſſet. Adeò quemadmodum tinctura fer-
tum indureſcit, ita ieiunium pij viri corpus dura-
uerat, ac leonibus inſuperabile reddiderat: Ne-
que enim aduerſus ſanctum os aperuerunt. Ieiu-
nium reſtinxit vim ignis, obturauit ora leonum.
Ieiunium preces noſtras ſubuehit in cœlum, dum
illis alarum vice fit, quo ſurſum ferantur. Ieiuniũ
familiarum eſt incrementum, ſanitatis mater, iu-
uentutis pædagogus, ornamentum ſenibus, bo-
A nus comes viatori, tutus conuictor coniugatis.
Non ſuſpicatur quenquam inſidias ſtruere coniu
gio maritus, cōſpiciens vxori familiare ieiunium.
Non contabeſcit vxor zelotypia cernēs maritum
amplecti ieiunium. Quis rem familiarem dimi-
nuit in ieiunio? Recenſe hodie domus ſupellecti-
lem, ac poſtea denuò numera, nihil ob ieiunium
deeſſe comperies in rebus domeſticis. Nullum a-
nimal deplorat mortem, nuſquam ſanguis, nuſ-
quam flagitatio aduerſus animantia, ab implaca-
bili ventre veniens. Ceſſāt machæra coquorum,
menſa contenta eſt ſponte naſcentibus. Sabba-
tum Iudæis erat traditum, vt quieſcat inquit, iu-
mentum & famulus tuus. Sit ieiunium famulis re
quies à perpetuis laboribus, qui tibi per totum an
num inſeruiunt. Dato reſpirationem coquo tuo,
da ocium menſarum apparatori, quieſcat manus
pocillatoris, ſit aliquādo reſpiratio variorum bel-
lariorum ac cupediarum architecto. Conquieſcat
tandem ipſa domus ab infinitis tumultibus, à fu-
mo, à nidore, ab his qui ſurſum deorſum curſitāt,
ac ventri velut imperioſæ dominæ miniſtrāt. Pror
B ſus etiam tributorum exactores ſibi obnoxiis pau
liſper concedunt libertatem. Det aliquantum va-
cationis & venter, det inquam, concedat nobis
quinque dierum inducias, qui ſemper alioqui fla-
gitat, nec vnquam deſinit, dum quod accepit ho-
die, cras obliuiſcitur. Quum fuerit expletus, tum
de temperantia philoſophatur, vbi diſcuſſit tumo
Ecce inter pocula quærunt, &c. Persius. rem, placitorum illorum obliuiſcitur. Ieiunium
non nouit fœnoris incrementum, non olet vſuras
ieiunantis menſa, non præfocat orphanum ieiu-
A simili. Collatio elegans. [illegible] natoris filium æs alienum à patre cōflatum, quod
ſerpentium ritu circumuolutum ſtrangulat hære-
dem. Quanquam & alias ieiunium occaſionem
adfert ad hilaritatem. Nam quemadmodum ſitis
efficit, vt iucundus ſit potus, & ſicut fames præce-
dens, epulas facit ſuaues, ita & eduliorum ſump-
tionem ieiunium condit atque edulcat. Dum e-
nim ſe medium interponit, ac deliciarum perpe-
tuum vſum interrumpit, efficit vt quum ad ſum-
ptionem intermiſſam redit, ea tibi ſit tanquam
noua iucundior. Proinde ſi vis tibi menſam appa
rare ſuauem, adhibe ex ieiunio viciſſitudinem. At
tu dum nimium deliciis addictus es, non ſentis,
C quòd tibi delicias reddis inſipidas, ac præ volup-
tatum amore voluptatem perdis. Nihil enim tam
eſt appetendum, quin abeat in faſtidium, ſi perpe
tuo fruare. At quę rarò contingunt, his auide frui-
[illegible] *ex contrariis. Collatio ex contrariis.* mur. Sic & qui condidit nos deus ſapiēter & illud
procurauit, vt quæ nobis ad vſum vitæ largitus eſt
gratiam apud nos obtineant ipſa viciſſitudine. An
non vides ſolem eſſe lætiorem poſt noctem? ac vi
giliam eſſe iucundiorem poſt ſomnum? & ſanita-
tem eſſe deſiderabiliorem diuerſa expertis? Itidē
& cibus gratior eſt poſt ieiunium, idque pariter

& diuitibus, quibus menſa eſt opipara, & tenui-
bus parabili facilique victu vtentibus. Terreat te *Ab exemplo [illegible].*
diuitis exemplum, quem vita in deliciis acta tradi
dit incendio. Non enim ob crimen iniuſtitiæ, ſed
ob vitę molliciem exuſtus eſt in camino ardente.
Proin vt hoc incendium extinguamus, aqua opus
eſt. Adde, quòd non ſolum ad venturi ſeculi fugiē
da mala, & aſſequenda bona, vtile eſt ieiunium,
ſed hic interim ipſi carni conducibilius eſt. Siqui
dem habitudo corporis extremè bona, ſenſim mu D *[illegible] ſingula.*
tatur, & in diuerſum recidit: nimirum ſuccumben
te natura, nec valente corpulentiæ pondus ſuſtine
re. Vide ne qui nunc aquam reſpuis, in poſterum
exemplo diuitis illius, ſtillam aquæ concupiſcas.
Nemo per aquæ potum lapſus eſt in crapulā, nul-
li caput vnquam doluit, aqua grauatum. Nullus
eguit alienis pedibus cum aquæ potu familiarita-
tem habens. Nullum ſui pedes deſtituerunt, nullę
manus factæ ſunt inutiles, quæ aqua irrigantur.
Nam concoctionis vitium, quod viuentes in deli
ciis neceſſario comitatur, acres morbos gignit,
in hominum corporibus ieiunantis color venera
bilis eſt, non inuerecundo rubore floridus, ſed ſo
brio pallore decoratus, oculi placidi, compoſitus
inceſſus, vultus cordatus, nec intemperanti riſu di
ſtortus, concinnus ſermo, purum cor. Reuoca in
memoriam quotquot ab orbe condito fuere ſan-
cti, quibus dignus non erat mundus, qui circumi-
bant in pellibus ouium & caprarum, egēres, preſ-
ſi, afflicti, illorum imitare vitam, ſi modo illorum
cupis aſſequi partem. Quæ res Lazaro quietem
parauit in ſinu Abrahæ? Nonne ieiunium? Porrò
Ioannis Baptiſtæ vita, quid aliud erat, quàm vni-
cum ac perpetuum ieiunium? qui non habebat le
ctum, non arua, non aratorem (vt ait Heſiodus) E *Metaphora.*
bouem, non triticum, non piſtorem, denique nō
aliud quicquam eorum quæ ad victum pertinent.
Ideòque inter natos mulierum non extitit quiſ-
quam maior Ioanne Baptiſta. Paulum quum alia *[illegible]*
tum præcipuè ieiunium quod ſuper afflictionibus
ſuis glorians recenſet, in tertium cœlum ſubuexit,
Porrò qui caput eſt omnium quos cōmemoraui-
mus, dominus noſter, non prius in carne, quā pro
nobis adſumpſerat, diaboli inſultus excepit, quā
eam ieiunio communiſſet, ſimul & nos erudiens,
vt noſmet aduerſus tentatoris conflictus exemplo
palæſtritarum vngamus, & exerceamus. Et vide
quàm mirabiliter ille tentatori per eſuritionem
præbuit anſam. Alioqui propter diuinæ naturę ſu
blimitatem non patebat ad illum aditus diabolo,
niſi ſe per eſuritionem ad humanam imbecillitatē *Collatio.*
ſubmiſiſſet. Attamē cum rediens aſcēderet in cœ-
lum cibū guſtauit, quo fidem faceret naturale ve-
rúmque corpus eſſe, quòd excitatum erat à mor-
te. At tu ſupra modum ſaginandi teipſum, carnē-
que onerandi, nullum finem facis, rurſus dum mē
tem nulla ſalutarium ac viuificorum dogmatum
alimonia paſtam ſinis extabeſcere, nulla tibi cura F
eſt. An ignoras quòd perinde atque in acie hinc
atque hinc inſtructa ad conflictum, qui alteri par-
ti fert ſuppetias, facit vt altera vincatur, ita qui
carni ſeſe adiungit, expugnat ſpiritum, & qui
ſtat à ſpiritu, carnem in ſeruitutem redigit?
Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Proinde ſi
cupis mentem reddere validam, fac carnem do-
mes ieiunio. Hoc enim eſt quod ait Apoſtolus,
quòd

quòd quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renouatur. Item illud: Quum infirmor tunc potens ſum. Itane non contemnes iſtas eſcas, quæ corrumpuntur? itáne nõ te capiet illius menſæ deſiderium, quæ eſt in regno cœlorum, quam prorſus hic ieiunando tibi præparabis. An ignoras quòd immoderata expletione, tibiipſi pinguem paras vermem, conſcientiæ carnificem ac diſcruciatorem. Quis enim in ſplendidis epulis, perpetuiſque delicijs particeps factus eſt vllius doni ſpiritualis? Moſes dum alteram accepit legem, altero ieiunio opus habuit. Niſi apud Niniuitas ſimul cum hominibus ieiunaſſent, & bruta animantia, haudquaquam effugiſſent ſubuerſionem quam deus per Ionam fuerat comminatus. Quorum membra ceciderunt in deſerto? Nónne eorum qui eſum carnium flagitabant? At illi donec erant contenti manna, & aqua de petra fluente, ſuperabant Aegyptios, per mare fecerunt iter; non erat infirmus in tribubus eorum. Cæterùm poſteà quam recordati ſunt carnium, ac lebetum, poſteaquàm concupiſcentia reuerſi ſunt in Aegyptum, non viderunt terram repromiſſam. Non metuis exemplum? non horres edacitatem? ne fortè te à bonis quæ ſperamus excludat. Ac ne Daniel quidem ille ſapiens viſiones videre meruiſſet niſi ieiunio reddidiſſet animam limpidiorem. Siquidem è copioſiore paſtu ceu fumoſi quidam vapores exhalantur, qui lucem ſancti ſpiritus in hominis mentem irradiantem, quaſi denſa nubes interueniens, intercipiunt. Quod ſi angelorum quoque cibus eſt vllus, panis eſt, quemadmodum ait propheta, panem angelorum comedit homo. Nõ carnes, non vinum, non denique quæcunque alia quæ ventri ſeruientibus ingenti ſtudio apparantur. Ieiunium armatura eſt ad confligendum cum impiis ſpiritibus. Nam hoc genus non eiicitur niſi per deprecationem ac ieiunium. Tam multa bona proueniunt è ieiunio. E diuerſo ſatietas laſciuiæ initium eſt: protinus enim vnà cum deliciis, ebrietate, & omni genere conditis bellariis, irrũpit omnis forma pecuniæ intemperantiæ. Hinc equi inſanientes in fœminas, fiunt homines ob œſtrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ. A temulentis orta eſt naturæ inuerſio, dum in maſculino ſexu fœmininum, in fœminino maſculinum quærunt. Ieiunium vero etiam in vſu coniugij modum temperantiámque docet, ac voluptatum lege conceſſarum immodicum vſum caſtigans, parit cõcors ocium, vt perſeuerent in precatione. Caue tamen ne ieiunij vtilitatem ſola eſcarum abſtinentie metiaris. Verum enim ieiuniũ eſt ab omnibus vitiis eſſe alienum. Solue omne vinculum iniquitatis, condona proximo, ſi quid dolet animo, remitte illi debita. Nolite ad contẽtiones ac lites ieiunare. Carnes non edis? ſed comedis fratrem tuum. A vino abſtines, ſed ab iniuriis tibi non temperas. Expectas veſperam, vt cibum capias, ſed diem totum abſumis apud tribunalia. Væ his qui ebrij ſunt, non à vino. Ira, mentis eſt temulentia, eámque à ſobrietate excutit, haud aliter quàm vinum. Quin & dolor temulentia eſt ſenſum hominis obruens ac demergens. Rurſus alia temulẽtia metus eſt, quoties ad ea fertur, ad quæ non oportet. Siquidem à timore inimici inquit, erue animam meam. In ſumma, quiuis affectus dimouens animum à ſtatu ſuo, meritò dicitur ebrietas. Conſidera mihi hominẽ ira percitum, quàm temulentus ſit eo morbo. Non eſt ſui compos, non nouit ſemetipſum, nõ nouit qui adſunt, ſed velut in pugna nocturna, tentat omnia, impingit in omnia, inconſiderata loquitur, nõ poteſt cohiberi, conuiciatur, cædit, minatur, deierat, vociferatur, clamore diſrumpitur. Fugito iſtam temulentiam, ſed ne illam quidem quæ ex vino naſcitur, admitte. Noli te ad largiorem vini potionem aquæ potu præparare. Ne te ad ieiunij myſteria introducat ebrietas. Non eſt per temulentiam aditus ad ieiunium, quemadmodum nec ad iuſtitiam iter eſt per fraudationem, nec ad ſobrietatem per laſciuiam, nec (vt ſummatim dicã) per maliciam ad virtutem. Aliud oſtium eſt ad ieiunium. Ebrietas ad laſciuiam inducit, ad ieiuniũ frugalitas. Athleta ante certamen exercetur, ieiunator ad ieiunandum temperantia præparatur. Ne velut vlciſcens ieiunij dies, neu veluti fucum facturus legis autori, in hos quinque dies crapulæ theſaurum reponito. Stultè ſiquidem facis, ſi corpus quidem conficis, nec tamen ſolatium eſuritioni admoues. Iſta infida penui cella eſt, in pertuſum hauris dolium. Fit enim vt vinum perfluat ad ſuam recurrens viam, peccatum verò maneat in dolio. Famulus profugit ab hero verberante: tu verò non recedis à vino, quod quotidie contundit caput tuum. Modus vtendi vino optimus eſt, corporis neceſſitas. Quod ſi fines prætergredieris, poſtridie venies capitis grauedine affectus, oſcitans, vertigine laborans, putrefactum olens vinum, omnia tibi circumferri, omnia circumuolui videbuntur. Ebrietas vt ſomnum adfert mortis germanum, ita vigiliam habet ſomniis adſimilem. An ignoras quem es hoſpitio excepturus? Nimirum illum qui nobis ita pollicitus eſt: Ego & pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quur igitur prius recipis temulentiam, ac domino ingreſſum præcludis? Quur permittis vt hoſtis munimenta tua prior occupet? Ebrietas non recipit dominum, ebrietas ſpiritum ſanctum propellit. Fumus quidem abigit apes, dona verò ſpiritualia fugat luxus. Ieiunium ciuitatis eſt ornamentum, fori tranquillitas, domorum pax, incolumitas facultatum. Vis ieiunij videre dignitatem? Confer mihi hodierni diei veſperam cum veſpera craſtini, conſpicies ciuitatem è tumultu ac tempeſtate mutatam in profundam tranquillitatem. Vtinam autem & hodiernus dies craſtino ſimilis ſit, quod ad ſobrietatem attinet, & craſtinus dies hodiernum æquet hilaritate. Cæterum qui nos perduxit ad hunc temporis recurſum dominus, præſtet nobis tanquam certatoribus, vt per hos dies, quibus ad certamen euocamur, robur ac neruos continentiæ declaremus, quo præparemur & ad illum diem, qui coronas diſtribuit pro meritis vt recordemur nunc quidem ſalutiferæ afflictionis, in futuro verò ſeculo præmij reponendi pro his quæ geſſimus in hac vita, in iuſto iudicio Chriſti ipſius, quoniam illi gloria in ſecula, Amen.

DE IEIVNIO ORATIO

ſecunda, Eodem interprete.

Eſaia. xl. [illegible]

EXhortamini, inquit ſcriptura, ſacerdotes populũ loquimini, ad aures Hieruſalem, Ea vis eſt orationis, vt & ſtudioſis poſſit impetum intendere, & ignauis ac ſegnibus excitare promptitudinem. Hac ob cauſam duces quum milites in acie ſtatuunt, exhortatoriis orationibus ante conflictum vti ſolent, Tantámque vim ha- A bet ea exhortatio, vt cõpluribus etiam mortis cõtemptum frequenter adferat. Similiter qui athletis, exercendis, pueriſque ad huiuſmodi certamina inſtituendis præfecti ſunt, ſi quando in ſtadiis certaturos producunt, hortandi gratia multa diſſerunt, de neceſſario tolerandis laboribus, déque coronis. Adeóque multis perſuadent, vt dum victoriæ gloriam ambiunt, corpora ſua contemnãt. Proinde mihi quoque, qui Chriſti milites ad prælium cum inuiſibilibus hoſtibus gerẽdum in aciẽ digero, athletáſque pietatis ad iuſtitię coronas per temperantiam inſtruo, opus eſt oratione exhortatoria. Quid igitur eſt quod dico fratres? Nempe quod his qui bellicis in rebus exercentur, quique in palæſtris luctando deſudant, conuenit, vt copia ciborum reddant ſeipſos corpulentos & obeſos, videlicet quo validioribus neruis labores queant capeſſere. Contrà verò, quibus nõ eſt colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mũdi dominos tenebrarum harum, aduerſus ſpirituales malitias, hos oportet per ſobrietatem ac ieiu- B nium ad certamen exerceri. Etenim quemadmodum oleum oblinit athletam, ita ieiunium robur addit ei qui ad pietatem exercet ſeſe. Itaque quantum ſubtraxeris carni, tanto reddes animam habitudine ſpirituali nitidiorem. Nam robur aduerſus inuiſibiles hoſtes non ſuperat corporis diſtenſione, ſed fortitudine ſpiritus, & erga afflictiones tolerantia. Ita ieiunium per omne quidem tempus vtile eſt, iis qui illud ſponte ſuſcipiunt (Neque enim aſſultus dęmonum quicquam audet aduerſus ieiunantem, ac vitæ noſtræ cuſtodes angeli diligẽtius adſunt iis, qui ieiunio purgatam habent animam) ſed multo magis hoc tempore, quo per vniuerſum terrarum orbem vndique denunciatur ieiunij præconium. Nec vlla eſt inſula, nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non ſit auditum ieiunij edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negociatores, omnes pariter audiũt edictũ, & ſummo gaudio excipiunt. Ne quis igitur ſemet excludat à numero ieiunantium, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatum formæ cenſentur. Angeli ſunt, qui in ſingulis eccleſiis deſcribunt ac recenſent ieiunantium capita. Vide ne ob breuem edendi voluptatem, ſimul & C priueris angeli recenſione, & teipſum apud eum qui recenſuit exercitum, obnoxium facias deſertoris crimini, Leuius periculum eſt, ſi quis rhipſaſpis appelletur, quòd in acie clypeũ abiecerit, quã ſi magnam illam armaturam ieiunium videatur proieciſſe. Diues es? Ne ieiunium affeceris contumelia: afficies autem, ſi graueris illud ad menſæ tuæ conſortium admittere, néve nullo tuę domus honore dignatum dimittas, quũ illa interim præ deliciis ac voluptate ſuauiter agat, ne quando te reum peragat apud eum qui de ieiunio legem tulit, fiátque, vt ex condemnatione ad longe maiorẽ inediam adigaris, ſiue ex aduerſa valetudine corporis, ſiue ex alio quopiam triſti caſu. Contrà qui pauper eſt, ne ſimulatione ac ſubſannatione vtatur erga ieiunium, quum illud iam olim habeat, & domus, & vitæ ſocium. Porrò mulieribus quam eſt naturale reſpirare, tam eſt conueniens ieiunium. Pueri veluti plantæ lætiores, aqua ieiunij irrigantur, ſenibus leuem reddit laborem, iam olim con- D tracta cum ieiunio familiaritas. Siquidem labores quibus diutino vſu aſſueueris minus, offendunt, ſi inciderint in exercitatum. Iam viatoribus expeditus itineris comes eſt ieiunium. Quemadmodum enim luxus cogit illos onuſtos incedere, nimirum ea quibus ſe ingurgitarunt circunferentes, ſic ieiunium eos & leues reddit & expeditos. Et poſtea quum, poſteaquam exercitui caſtra metata ſunt, militibus commeatus ſuppeditetur, non ad delicias, ſed ad neceſſitatem, an non multo magis nobis, qui aduerſus hoſtes inuiſibiles prodimus in prælium, ac poſt eos deuictos ad ſupernam patriã feſtinamus, conueniet, tanquam in caſtris degentibus, neceſſariis eſſe contentos? Suffer afflictionẽ vt bonum decet militem, certa legitime, vt coroneris, illud reputans, quod quicunque certat, in omnibus ſibi temperat. Sed quod mihi modo inter dicendum venit in mentem, indignũ eſt quod prætereatur, videlicet, quod huiuſmodi * militibus, iuxta laborum modum, augetur obſonium. Cõtrà inter ſpirituales cataphractos, ij qui minus habent alimoniæ plus habent honoris, quemad- E modum & galeæ noſtræ ex diametro diſſident à natura corruptibili. Harum enim materia ferrum eſt, noſtræ verò ex ſpe ſalutifera conſtant. Itidem illis ſcutum è ligno ac tergore bubulo confectum eſt, noſtrum verò munimẽtum fides eſt. Rurſum nos thorace iuſtitiæ obarmamur, illi tunicam anſis contextam circunferunt. Præterea nobis adeſt gladius ſpiritus ad defenſionem, illi ferro defenduntur. Ex his perſpicuum eſt, quòd non iiſdẽ cibariis nos quibus illi vegetamur viréſque colligimus, ſed nos pietatis dogmata corroborant, illis ad parandas vires expletione vẽtris eſt opus. Quoniam igitur temporis circulus, dies hos vehementer optabiles nobis reduxit, omnes eos tanquam veteres nutricios lubentes & hilares excipiamus, per quos eccleſia nos ad pietatem educat. Proinde ieiunaturus, noli triſtis eſſe Iudæorum exemplo, ſed iuxta doctrinam euangelicam teipſum hilarem & alacrem præbe, neque lugeas ventris inediam, ſed animæ potius gratulare ſpiritualibus epulis fruenti. Scis quòd caro concupiſcit aduerſus F ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Itaque quũ hæc ſibi inuicem aduerſentur, ſubtrahamus carni voluptatem, augeamus animæ robur, vt per ieiunium collectis viribus ad ſuperandas concupiſcẽtias, coronis abſtinentiæ repoſitis cingamur. Iam igitur teipſum exhibeas dignum ieiunio comprimis venerabili, ne hodierna temulẽtia craſtinam temperantiam corrumpas. Improbum iſtuc conſilium eſt, praua cogitatio eſt, ita dicentium, quoniam

Attende [illegible]

Ad vnum omnes ieiunabant.

ῥίψασπις, quo nomine dictus Demoſthenes.

γνώμη.

** huius [illegible]*

Inter carnem & ſpiritum perpetua pugna.

niam nobis quinque dierum ieiunium indictū eſt hodie noſipſos temulentia obruamus. Nemo pudicam vxorem legitimè ducturus, antè ſcorta & concubinas inducit in ædes. Neque enim coniūx legitima patitur conuictum cōtuberniūmque domeſticum, ſtupro corruptarum. Proinde ne quū expectatur ieiunium, prius introducas ebrietatē, quæ eſt ſcortum publicum, quæ eſt impudentiæ mater, quæ riſu gaudet, quæ inſanit, quæ ad omnē dedecoris ſpeciem facilis ac procliuis eſt. Neque A enim ieiunium & precatio introibunt in animam temulentia marcidam. Ieiunātem intra ſacrorum cancellos recipit dominus: at luxu crapuláque plenum veluti prophanum & à ſacris alienum nequaquam admittit. Etenim ſi cras venias vinum obolens, idque cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro ieiunio ſim imputaturus? Neque enim illud cogita, quòd merum tibi recens infuſum non eſt, ſed quòd à vino purus nō es, hoc reputa. In vtro te ordine collocabo? Inter ebrios, an inter ieiunantes? Præterita vinolentia te ſibi aſſerit. Præſens inedia ieiunium teſtificatur. Anceps es & controuerſum temulentiæ veluti mancipium, nec illa abs te abſtinebit manuum iniectionem, idque optimo iure: quippe quæ manifeſta ſeruitutis argumenta proferat, odorem vini velut in lagena reſidentem. Hic protinus primus ieiunij dies tibi reprobus fuerit, ob temulentiæ reliquias in te repoſitas. Quorum autem primitiæ reiiciuntur, haud dubium quin in his totum quoque ſit reiiciendum. Ebrij regnum dei nō poſſidebunt. Si temulētus accedis ad ieiunium, quid B vtilitatis aufers? Nam ſi te ebrietas excludit à regno cœlorum, quis deinceps è ieiunio fructus? An non vides, quod qui in domandis equis, qui ad certamina aluntur, peritiſſimi ſunt, quum inſtat certaminis dies, eos inedia præparant: tu cōtrà ſtudio temetipſum ſaturitate reddis obeſum. Adeò ventris ſtudio bruta etiam animalia præcurris. Vēter onuſtus, non ſolum ad curſum, ſed ne ad ſomnum quidem accommodus eſt, eò quod diſtento ciborum copia, non datur quieſcere, ſed cogitur ſubinde ſemet nunc in dextrum nunc in læuum latus vertere. Ieiunium ſeruat paruulos, ſobriū reddit iuuenem, venerabilem facit ſenem. Venerabilior enim eſt canicies ieiunio decorata. Ieiunium fœminis ornatus eſt cōgruentiſſimus, ætate ac robore vigētibus pro freno eſt. Ieiunium matrimonij cuſtodia eſt, virginitatis nutricius. Atque hæc quidem commoda adfert priuatim ieiunium, in ſingulis ædibus in quibus colitur. At publicè quomodo vitam noſtram gubernat? Totam ſemel ciuitatem, totúmque populum ad tranquillitatem componit, conſopit clamores, ſedat lites, conuitiis imponit ſilentium. Cuius magiſtri interuētus C puerorum ſtrepitus tam ſubito compeſcit, quàm ieiunium obiter exoriens ciuitatis tumultus coercet? Quis comeſſator prodiit in ieiunio? Quis vnquam chorus laſciuiens à ieiunio conſtitutus eſt? Teneri riſus, cantiones meretriciæ, inſanæ ſaltationes ſubito diffugiunt è ciuitate, à ieiunio tanquam ab auſtero quopiam iudice in exilium actę. Quod ſi omnes ieiunium ad res gerendas in conſilium adhiberent, nihil obſtaret, quo minus per vniuerſum terrarum orbē pax eſſet, videlicet nec gentibus inter ſe conflictantibus, nec exercitibus inter ſe impreſſionem facientibus. Ne arma quidem cuderentur, ſi ieiunium rerum potiretur, nec forenſium cōtrouerſiarum ſtrepitus eſſet, neque quiſquam habitaret in carceribus. In ſumma nec deſerta haberent latrones, nec reſpublicæ ſycophantas, nec mare piratas. Si omnes eſſent ieiunij diſcipuli, prorſus non audiretur, vt ait beatus Iob, vox exactoris, nec vita noſtra tot ſuſpiriis, tot mœroribus eſſet differta, ſi ieiunium vitam noſtrā gubernaret. Perſpicuū eſt enim, quòd omnes doceret, non tantum in eduliis temperantiam, verū D etiam ab auaritia & rapinis, denique ab omni vitio prorſus abhorrere, & immunem eſſe. Quibus extirpatis, nihil vetaret quo minus & nos in alta pace animorúmque tranquillitate vitam noſtram tranſmitteremus. Nunc verò qui vt ieiunium reiiciunt, ita delicias tanquam in his ſita ſit vitæ fœlicitas, expetunt, non tantum infinitum illud vitiorum examen induxerunt, verum & ſua ipſorū corpora perdunt vitiantque luxu. Obſerua mihi vultuum diſcrimen tum eorum qui hodie ſub veſperam conſpicientur, tum eorum qui cras apparebunt. Hodie tument, rubore ſuffuſi, ſudore tenui rorantes, oculi humentes, præcipites, atque ob nebulam intus è ſtomacho exhalantem, exactè cernendi facultate priuati. Craſtino verò die videbis eoſdem vultus compoſitos, graues, colore naturali recepto, toto habitu præſentem animum præ ſe ferētes, omnibus ſenſibus integris, vtpote quorum naturalibus actionibus nulla intus cauſa tenebras offundit. Ieiunium ſimilitudo eſt hominum cum angelis, iuſtorum contubernalis, vitæ ſobrietas. Per ieiunium Moſes factus eſt legiſlator, ieiunij fructus eſt Samuel. Ieiunans Anna, deū deprecata eſt, Adonai domine deus omnipotens, ſi reſ- E piciens reſpexeris ad ancillam tuam, dederiſque mihi prolem maſculinam, dabo illam in conſpectu tuo donum. Vinum & ſiceram non bibet, vſque ad diem obitus ſui. Ieiunium magnum illum Sāpſonem educauit, idque quàm diu viro adfuit, ſingulis conflictibus milleni hoſtes proſtrati ſunt vrbium portæ ſubrutæ ſutæ, leones robur manuū illius nnn ſuſtinuerunt. At ſimul atque ebrietas ac ſcortatio corripuit hominem, captus eſt ab hoſtibus, atque exoculatus, pro ludo expoſitus eſt pueris alienigenarum. Helias cum ieiunaſſet, clauſit cœlum tres annos, ac menſes ſex. Etenim cum videret multam inſolentiam naſci è ſatietate, neceſſe erat illos per famem inuitos ad ieiunium adigere. Eòque peccata illorum iam in immenſum excurrentia cohibuit, dum ieiunio, velut vſtione aut ſectione, progreſſum ad maiora mala interrūpit. Excipite hoc pauperes contubernale vobis ac mēſæ ſocium. Excipite ſerui, vt reſpirationem à perpetuis ſeruitij laboribus. Excipite diuites, quod noxæ è luxu contractæ medeatur, quódque viciſſitudine & nouitate vobis iucūdiora reddat, ea quæ nunc ob aſſuetudinem faſtidiuntur. Excipite male valentes ſanitatis matrem. Qui bona eſtis habi- F tudine, excipite bonæ habitudinis cuſtodem. Interroga medicos, ac dicent tibi, nihil eſſe periculoſius habitudine corporis, extremè bona, Eòque qui peritiſſimi ſunt artis, per ieiunium detrahunt redundantia, ne vis naturæ pondere corpulētiæ fracta ſuccumbat. Studioſe quidam inediam detractis ſuperuacuis, locum faciunt virtuti nutri-

M tiuæ

[illegible] procaces petulantes. τὸ ἀκριβὲς acumine ſenſus.

Doctrina Hippocratis & Galeni.

tiuæ ad nouam alteram aliruram, ac de integro faciendum corporis incrementum. Adeo in omni ſerio negocio, in omni corporis habitu ieiunij præſto eſt vtilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates, deſerta. Quũ igitur nobis tot modis ſuam honeſtatem largiatur, hilariter illud iuxta domini præceptum excipiamus, non triſtes ſicut hypocritæ, ſed mentis hilaritatem abſque fuco præ nobis ferentes. Quanquam non arbitror mihi perinde opus eſſe, vt vos ad ieiunium exhorter, atque vt dehorter ne quis hodie in vitium ebrietatis incidat. Nam ieiunium A quidem plerique partim ob conſuetudinem, partim ob pudorem inter ipſos mutuum ſuſcipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti non aliter quàm paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquã profectionem adornant, componunt ſarcinas & cõmeatum parant, ita nonnulli vecordes hodie aduerſus quinque dierum ieiunium vino indulgent. Quis eſt vſque adeo veſanus, vt priuſquàm bibere incipiat, ebriorum more deliret? An neſcitis quòd venter non ſeruat depoſitum? Venter conciliator eſt peſſimæ fidei, penu incuſtoditũ, in quod quum multa repoſueris, noxam quidem retinet, at non ſeruat depoſita. Vide ne tibi quoque ſi cras veneris cum ebrietate, dicta ſint ea, quę ſunt ex Eſaia recitata. Non iſtud ieiunium elegi dicit dominus. Quid miſces ea quæ miſceri non poſſunt? Quod conſortium temulentiæ cum ieiunio? Quæ ſocietas vinolentiæ cum abſtinentia? Quis cõſenſus templo dei cum idolis? Templum enim dei ſunt, in quibus habitat ſpiritus dei. Contrà templum idolorum ſunt, qui per ebrietatem, vilem ac B plebeiam admittunt intemperantiam. Hodiernus dies veſtibulum eſt ieiunij, quo profecto qui in veſtibulo prophanatur, indignus eſt qui ad ſancta introeat. Nullus ſeruus cupiens hero ſuo reconciliari, hoſtem illius patronum ac reconciliatorem adhibet. Ebrietas inimica eſt deo, ieiunium pœnitentiæ initium eſt, itaque ſi cupis per confeſſionẽ reuerti ad deum, fugito temulentiam, ne magis etiam abs te deum alienet. Attamen ad hoc, vt laudem promereatur ieiunium, non eſt per ſe ſatis temperare à cibis, ſed ieiunium ieiunemus acceptabile, deo gratum. Verum ieiuniũ eſt à vitiis immunem eſſe, continentia linguæ, irę cohibitio, cõcupiſcentiarum amputatio, obtrectationis, mẽdacij, periurij. Ab his abſtinere verum eſt ieiunium. In his igitur honeſtum ac bonum eſt ieiunium.

Cæterum deliciemur erga dominum, in meditatione ſpiritualium eloquiorum, inque ſuſcipiendis ſalutaribus præceptis, denique in cunctis dogmatibus, quibus emẽdantur animi noſtri. Ruſus ab interno mentis ieiunio caueamus, quod & propheta deprecatur: Num fame occides domine animas iuſtorum? Ac ruſus: Non vidi iuſtum deC ſertum, nec ſemen eius quærens panem. Nec enim loquitur de panibus ſenſibilibus, qui nouerat filios patriarchę Iacob, panum inopia coactos deſcendiſſe in Aegyptum, ſed de ſpirituali loquitur alimonia, qua interior noſter homo perficitur. Ne veniat in nos ieiunium quod deus comminatur Iudæis: Ecce enim dies venient dicit dominus, & inducam in terram famem, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbũ domini: quã ideo immiſit iuſtus iudex, quòd perſpiceret eorum mentem verorum dogmatum penuria macreſcere, externum verò hominem ſupra modum pingueſcere, & obeſum fieri. Per omnes igitur hoſce ſequentes dies conuiuio excipiat nos ſpiritus ſanctus, matutinis ſimul & veſpertinis epulis, ne quis ſua ſponte ſeipſum fraudet hoc epulo ſpirituali. Omnes participes ſimus ſobrij calicis, quem ipſa ſapientia temperauit, ac nobis appoſuit ex æquo, quatenus cuique datum eſt, exhauriendum. Miſcuit enim craterem ſuum, occidit hoſtias ſuas, hoc eſt, perfectorum cibum, qui D per habitum, ſenſus habent exercitatos, ad diſcernendum à malo bonum. Quibus affatim expleti, reperiamur & illo digni conuiuio, quod exhibebitur in ſponſi thalamo, per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

HOMILIA BEATI PATRIS BAſilii in illud Moſeos, Attende tibi ipſi, Godefrido Tilmanno Carthuſ. interprete.

QVi nos condidit deus, in hoc impertiuit ſermonis vſum: vt alius alij ſui cordis arcana reuelet, communiſque naturæ intuitu ſuo quiſque proximo ex abſtruſiſſimo receſſu pectoris, quaſi ex intimo quopiam conclaui ſua cõſilia cogitationeſque depromat. Si enim ipſi viueremus anima omnium oculis cõſpicua & nuda: inter nos mox conueniret per mutuam cogitationum intelligentiam. Nunc quando anima carnis adoperta E velamine multiuarias comminiſcitur ſecũ ac verſat cogitationes: & verbis opus habet & nominibus, vt quæ in reconditiore mentis receſſu delitescunt, in apricum euulget. Mẽs igitur noſtra mox vbi vocem apprehenderit cuiuſpiam rei ſignificatiuam, perinde ac traiectitia quadam nauicula, ſermone ipſo prætervehitur, qui ſimul vt traiecit aërem, è loquentis ore ad aurem vſque tranſmittitur audientis. Quòd ſi tranquillam contingerit internanciſci aliámque quietem: ac ſi placido ſuccedat portui & ab inclementia maris ſepoſito nauis ita ſermo in diſcipulorum ſe inſinuat aures & appellit. E diuerſo ſi quis à parte auditorum, tumultus quaſi procella quædam aſperior contrà aſpirarit: medio in aëre diſſolutus ſermo, veluti naufragio abſorptus peſſum ibit. Nunc igitur ſermoni huic tranquillum facite, ſtudio placidæ taciturnitatis. In eo enim aliquid forſan conſpicietur vtile, nec indignum quod hinc vobiſcum exportetis. Veritatis ſermo captu eſt apprimè difficilis, an res minimè attentas prætерlabitur facilè ac fugit. Ita enim ſpiritus ſanctus ſuum moderatus eſt ac F diſpenſauit ſermonem, vt contractus ſit & breuis quò fit, vt verborum compendio multa explicet, ac proinde propter conciſam breuitatem facilè memoria tenetur. Eſt etenim eius ſermonis virtus natiua hæc, vt quæ ſignificantur, non occultet obſcuritate, nihilque complectatur quod ſuperuacaneum ſit, aut vanum, vel certè circumfluat vllis rebus fruſtraneis cuiuſmodi ſanè eſt nobis recens lectus ex Moſeos libris, cuius item vos memores

Ieiunium quod verũ ſit.

mores eſſe prorſus mihi ipſi perſuadeo, qui ſtudioſi eſtis, niſi forſan ob conciſam breuitatem ipſa vox aures veſtras prætercurrit. Hoc ſe habet modo ſententia: *Attende tibiipſi, nequando fiat verbum occultum in corde tuo, iniquitas.*) Facilè admodum labimur in peccata, quæ vel cogitatione admittuntur, eóque qui finxit ſigillatim corda noſtra probè conſcius maximam peccatorum partem ſolere perfici ſubitario & acri illo motu propoſiti aut cogitationis impræuiſæ, principem illã animæ puritatem quæ præcipua in parte eius conſiſtit, nobis edixit retinendam atque tuendam.

Qua enim parte alacriores ad peccandum ſumus A & toti eò propendemus, tantò illam æſtimauit dignam eſſe maiore diligentia & prouida cautione. Vt enim quique rei medicæ experientiſſimi imbecilliora corpora multò ante morbum præmuniũt præſeruatiuis & ſalutaribus monitis: itidem & ille prouidus communiſque curator ac verax cum primis animarum medicus, qua nos vidit parte ad peccatum longè eſſe propenſiores, hanc anteuertit, vt fortiore quopiam antidoto præſeruatorio communiret. Quæ etenim corpore perficiuntur actiones, tempus deſiderant, non qualecũque ſed opportunum, labores item & cooperarios, reliquum denique commeatum ſiue impenſam. E diuerſo animæ motiones conficiuntur nulla temporis mora: vt nihil fatigeris aut laſſeſcas, peraguntur: conſtant nullo tuo negotio aut moleſtia: illis obeundis nullum nõ idoneum eſt, nullum intempeſtiuum tempus. Et quidem alicubi inuenire ſit, qui cum faſtu ingrediatur & arrecto ſupercilio inſoleſcat authoritate fretus, idem alioqui externè fucatam ſpeciem præferat moderatæ mentis, deſideátque ſubinde illorum intermedius, qui ipſum B virtutis nomine deprædicent beatum, cum is interim interiore mentis curſu abit ad peccati locũ in retruſiſſimo illo cordis motu & agitatione.

Quæ ſtudio conſectatur & expetit, ſola iam vidit imaginatione, viſus eſt & vnius alicuius ſecum cõminiſci & effigiare congreſſum familiarem, planè indecorum. Vtque ſemel omnia, quum is intra arcanam illam cordis officinam, euidentem ſibi & cõfeſſam voluptatem depinxerit, peccatum iam illud inteſtinum operatus eſt nullius licet teſtimonio probabile, nempe omnibus eatenus ignotum, tantiſper dum veniat, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Prouide igitur & obſerua, nequando verbum occultum in corde tuo efficiatur delictum. Qui enim in mulierem oculum defixerit ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quò fit, vt actiones quidem corporis, à non paucis intercidantur: qui autem deſtinato voluntatis propoſito peccat, vna cum præpete & celeri agitatione cogitationum peccatum iam expleuit. Vbi igitur ad peccãdum procliuior via eſt, ibi cautio præſtruenda eſt celerior. Palàm enim ac de ſcripto conteſtatur Moſes, nequando verbum occultum in corde tuo efficiatur peccatum. Magis verò ad ipC ſum ſermonis recurramus exordium. Ait: *Attende tibiipſi.*) Quoduis tandem animal ad conſeruandam propriæ ſubſtantiæ naturam ſubſidia accepit ab omnium opifice deo ſibi inſerta familiariter. Quin &, (ſi tamen ſtudio propenſiore ediſcere voles) partem multò maximam brutorum deprehendere poſſis id habere citra doctrinam vllam, vt noxia fugitent & auerſentur: è diuerſo ad ea naturæ quodam ductu feſtinè rapiuntur, quæ ſuo vſui ſperant profutura, eóque nos erudiens deus, præceptum hoc momenti haud quaquam mediocris præſcripſit, vt quod illis naturæ beneficio, nobis idem vel ſuffragio rationis fieri contingat: quódque citra operam præceptoris vel à brutis ipſis fit, id ipſum à nobis perficiatur per attentionem & aſſiduam rationis conſiderationem, & vt ſolerter ac ſtrenuè ſubſidia quæ nobis deus indulſit, conſeruemus, auerſemur quidem peccatum, vt aſſolent bruta venenatum pabulum, iuſtitiam verò aſſectemur, velut illa herbas edules conſe- D ctantur. Attende igitur tibiipſi, quò diſcernere poſſis quiduis noxium à ſalubri. Sanè attentio duplex cùm ſit. (Eſt enim harum prior qua iis fixè intendimus oculis corporis quæ viſibilia ſunt: eſt & altera, qua per vim animæ intellectilem preſſiùs attenti incumbimus contemplationi rerum inuiſibilium.) ſi quidem præceptum hoc in oculorum actione aſtruemus eſſe ſitum: in veſtigio deprehendemus nullo id pacto perfici poſſe. Quî enim poſſit vnus aliquis colluſtrare ſe totum & omni ex parte deprehendere oculo corporis? At ne ipſe quidem oculus in ſeipſum vi viſiua vtitur, non ad verticem vſque pertingit capitis, terga nõ videt aut ſcapulas, non totam ipſam faciem, non denique in inteſtina parte recõditorum viſcerum diſpoſitionem. Impium proinde ſit aſſerere præcepta ſpiritus ſancti impoſſibilia eſſe obſeruatu.

Attentio duplex, corporis & animæ.

Relinquitur itaque, vt præceptum id de ſpirituali mentis actione eſſe ſancitum interpretemur. *Attende igitur tibiipſi.*) hoc eſt, teipſum omni ex parte colluſtra & circunſpice, animæ oculum ad ſolertem tuiipſius cuſtodiam, habeto peruigilem E & inſomnem. Per medios ingrederis laqueos, ab inimico occultati laquei nullo non loco defixi ſunt. Circunſpice igitur & luſtrato omnia, quò è laqueis ſeruère Dorcadis inſtar, & vt auis ex inſidiis. Neque enim laqueo prehendi poſſit Dorcas, quòd viſus ſit acerrimi, cognomen nimirum ſortita ab acumine ſui viſus. Auis porrò ſiquidem ſibi attenderit, in ſublime elata leuitate pennulæ altior redditur aucupum inſidiis. Prouide igitur, ne brutis animantibus ad attentam tui cuſtodiam cõſpiciare deterior, nequando irretitus laqueis & captus, præda efficiaris diaboli, vinculis ipſius adſtrictus & ad illius voluntatem abductus. *Attende ergo tibiipſi.*) hoc eſt, non tuis, non iis item quæ circa te ſunt, ſed tibiipſi & ſoli attendito. Ipſi enim nos & aliud ſumus, & aliud noſtra ſunt, aliud item quæ circa nos conuiſuntur. Sanè ſumus nos & anima & animæ mens, quatenus ad conditoris noſtri imaginem ſumus facti. Noſtrum autẽ corpus eſt, & qui per ipſum ſuum munus obeunt, ſenſus. Circa nos porrò ſunt pecuniæ, artes, & reli- F qua vitæ ſupellex atque apparatus: Quid igitur propoſita præſcribit ſententia? Attende, non carni, at neque immodico ſtudio conſecteris eius cõmoditatem, putà ſanitatem, venuſtam pulchritudinem, multiuariam voluptatum fruitionem & oblectationem, non longæuitatem, neque pecunias, neu gloriam & dignitatis amplitudinem admirère. At ne tu quæcunque tandem vitæ iſtius temporariæ ſubſidia tibi ſuppeditant vberiùs, tan

Attende tibiipſi.

Dorcas dama caprea,

Nos animus ſumus & mens. Noſtra, corpus & ſenſoria corporis. Circa nos, facultates.

ti eſſe dixeris, vt præ horum ſtudio & anxia ſollicitudine, præcipuam vitæ tuæ portionem aſpernere & negligas: quin attende potiùs tibiipſi, hoc eſt, animæ tuæ, hanc adornato, huius attentam gerito curam, adeò vt omnem ſorditiem quam ex nequitia contraxit, ſedula cum attentione ab ea ſubmoueas & amoliaris: nec minore ſtudio, notam omnem turpitudinis & dedecoris improbitate malitiæ illi inuſtam fac oblliteres & expurges, atque ita demum contendito eam elegantia omni quæ ex virtute proficiſcatur, exornare ac perpolire. In

Vita duplex.

A examen teipſum aduoca, quis ipſe ſis. Tuam ipſius naturam fac, vt noueris. Nā corpus quidem mortale, anima verò immortalis eſt. Scito duplicem nobis propoſitam eſſe vitam. Carni quidem propria eſt vita citato admodum curſu prætercurrēs: quæ autem congener animæ eſt & cognata, nullā admittit circunſcriptionem. Attende igitur tibiipſi, vt ne his quæ moritura ſunt, quaſi ſempiternis bonis fixiùs adhæreſcas: nen aſpernere ſempiterna tanquam aliquando ſint deſitura. Carnem deſpicito, decidua enim eſt & labilis: curæ ſit tibi anima, res enim immortalis. Omni cum diligentia tibiipſi intentus eſto, vt quod commodum vtrique eſt & vtile, noueris diſpertiri. Carni quidem alimoniam & integumenta: animæ verò dogmata pietatis, non inciuilem viuendi canonem, exercitationem virtutis, improbarum affectionum emendationem. Caue, corpus pinguiore opimes ſagina, neu ſtudium impenderis comparandæ corpori carnulentiæ. Quum enim concupiſcat caro

circa multitudinē carnium. Spes habenda à ſimili.

B aduerſus ſpiritum, ſpiritus verò aduerſus carnem, hæc porrò inter ſe pugnant & aduerſantur: prouideto, ne ſortè dum plus æquo indulges carni, peiori vires ſuggeras quibus inualeſcat. Nam quemadmodum in ſtaterarum momentis contingit, vnam ſi degrauaris lancem, velis nolis illi oppoſitam tantò reddes leuiorem: conſimilem in modū aſſolet in corpore & anima contingere. Vnius exuberans copia neceſſe eſt, vt alterum imminuat & illi addat inopiam. Corpore etenim cupediis ac lautitiis meliuſculè habito & carnulenta obeſitate degrauato, neceſſe eſt mentem ad cognatas ſibi actiones tanto reddi minus ſtrenuam atque eneruem prorſus. E diuerſo, anima ſi commodè habet, perque continentem bonarum rerum meditationem ad magnitudinem ſurrigitur iuſtam ac ſe decentem, conſequi videtur per hoc intabeſcere & eliquari eius corporis habitudinem. Hoc ipſum proinde præceptum cùm infirmis eſt vtile, tum maximè congruit valentibus robore. Infir-

Attende tibi & infirmis & valentibus vtile. Collatio medici corporalis cū ſpiritali.

C mitate enim laborantes adhortantur medici, ſibiipſis vt attendant, neu quiduis negligant concernentium medelam ac ſoſpitatem. Nihilo ſecius ſermo ſalutaris iſtius mandati, nempe animarum noſtrarum medicus miſerè affectam noxa lethalis peccati perſanat animam exiguo hoc auxiliari antidoto. Itaque attēde tibiipſi, vt pro delicti proportione hinc quoque mutueris ex admota tibi medela, valetudinis inſtaurandæ ſubſidium. Magnum eſt & graue peccatum? multa opus habes confeſſione, lachrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indiuulſo & continenti ieiunio. Leuis eſt nec intoleranda offenſio? Huic quoque exæquetur pœnitentia. Tantum hoc eſt: Attende tibiipſi: vt internoſſe poſſis, recténe, an ſecus valeas. Pleroſque enim, quum alioqui ægrotent non mediocri morbo, nec medicabili, contingit per nimiam ſui incogitantiam neſcire hoc ipſum: quia ægrotant. Sanè ex hoc mandato non leue eſt, quod decerpitur emolumentum, vel iſtis quoque qui ad obeunda quæuis munia robore præualent. Itaque hoc idem & ſanat ægrotos & ſanis robur confirmat ac perficit. Quiſque enim noſtrum qui hac ſententia erudimur, adminiſter eſt vnius earum actionum quæ iuxta euangelij doctrinam in claſſes diſtinctæ nobis ſunt & diſpoſitæ. In magna etenim & illuſtri familia, in hac nēpe eccleſia non vaſa modò conuiſuntur omnigenæ ſpeciei, aurea, argentea, lignea & teſtacea. Sūt inſuper & artes omnigenæ exercitationis. Habet D

enim domus hæc, quæ eccleſia viuentis eſt dei, venatores, viatores, architectos, ædificatores, agricolas, paſtores, athletas, milites. Hiſce omnibus breue hoc verbum nihil indecorè poſſit accommodari, ſingulo cuique ingerens & exactam operis obeundi cognitionem & ad id abſoluendum ſtudium propenſæ voluntatis. Venator es à domino emiſſus, qui dixit: Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos ſupra omnem montem? Attende igitur multa cum diligentia, ne fortè fugiat te præda, vt efferatos per improbitatem, verbo veritatis conuictos ſaluatori offeras. Viator es ei aſſimilis qui orabat: Greſſus meos dirige? Attende tibiipſi, ne qua exorbites, neu ad dexteram deflexeris aut ſiniſtram, progreditor via regia. Architectus ſolido turbue in loco iaciat & collocet fidei fundamentum, quod eſt Ieſus Chriſtus. Aedificator quo pacto ædificet, videat, vt ne E

ligna, non fœnum, neque calamum: ſed aurum, argentum, lapides pretioſos. Paſtor es? attende, ne quid te prætereat eorum quæ ad obeundum munus iſtud paſtorale attinent. Hæc porrò, quæ tandem ſunt? Palabundum pecus & erraticum conuertito: quod conquaſſatum eſt & contritum colligato: quod ægrotum, ſanato. Agricolationíſne profeſſor? Ficum, infructuoſa ſi eſt, circunfodito, illique ingerito quæ conductura noueris ad edendos fructus. Miles? collabora euangelio, milita bonam militiam contra ſpiritus nequitiæ, aduerſum vitioſas carnis affectiones, induitor omnem armaturam dei. Vt probes te ei, ſíſque gratioſus duci tuo qui huic te militiæ adlegit: prouide vt nullis implicere vitæ iſtius negotioſis & perplexis curis. Athleta es? attende tibiipſi, ne quam ex legibus athletico agoni præſcriptis inueniare tranſgreſſus. Nam, nemo coronatur, niſi qui legi- F

Attende tibiipſi.

timè certauerit. Imitare Paulum & curſu contendentem, & in palæſtra colluctantem, & in agone pugilari decertantem. Vt ſtrenuus pugil ipſe habeto animæ oculum nuſquam euariantem, ſed attentum ac peruigilem. Præmuni ac tuere paſſis manibus partes, quarum plaga lethalis ſit. In aduerſarium immotum oculum intendito fixiùs. In ſtadiario curſu, qui tibi præcurrunt, in eos te extendens fac aſſequaris: ſic currito, vt præuertas. In luctamine, repugna inuiſibilibus aduerſariis. Per vitæ iſtius curriculum, talis vt perſeueres, hæc ſancit ſententia, nimirum animo vt ſis non ſupino aut concidente ſed arrecto, non dormitu rienti, ſed peruigili ac ſobrio, quique multa cum vigilantia præſens ſit & norit ſibi præeſſe. Cupientem

tem me ſingula percenſere hic me deficiet dies, cum eorum munia qui euangelio Chriſti cooperantur: tum etiam vim præcepti iſtius vt in omnes omnium ordines natiuam ſuam vim non incongruè exerat. Attende, inquam tibiipſi.) ſobrius eſto, præſenti cõſilio præditus, tenax ſis obſeruãſue præſentium, futuri prouidus: vt ne quod iam ſuppetit quidem, & in ære tuo eſt, per ſocordem & ignauam ſegniciem à te excutias, at neque eorum quæ non ſunt, nec futura forſan ſunt, quaſi in A manibus ſint, horum certò tibi promittas fruitionem. Hæc ne animi ægritudo ſolet iſtis adoleſcentibus natura irrepere, vt per mentis leuitatem ſe iam tenere putent quæ vel ſpe ſola præſumpſerunt? Hi enim ſi quando otium internanciſcũtur vel ſolitudinis, vel quietis nocturnæ: imaginationes comminiſcuntur & ſecum effigiant rerũ quæ nuſquam ſunt. Abeunt in omnia præcipites & diuagantur per facilem mentis inconſtanriam. Pro cnmperto ſibi proponunt vitæ ſplendorem, claras & illuſtres nuptias, fœcunditatem prolis, longæuam ſenectutem, à nemine non exhibendum honorem. At interim nulla in re quum ſpem ſiſtant: ad ea progreſſi quæ in hominibus habentur præſtantiſſima, maiorem in modum intumeſcũt. Aedes poſſident luculentas ſanè & ingenti amplitudine effuſas. Has ſimul vt omni varia & eadem pretioſa ſupellectile referſerunt, tanto cingunt terræ ambitu, quantum vaniſſima iſtorum cogitatione ab vniuerſa creatura reſcindi poſſit & diſiũgi. Rurſus copiam omnem commeatus illinc reſilientem ſuis inanibus includunt horreis. Vniuer- B ſæ huic opulentiæ pecora addunt, famulitium ingens, ſeruorum gregem numeroſum & qui modum excedat, ciuiles principatus, præfecturas gẽtium, militarem præturam, bella, trophæa, ipſum denique regnum. Hæc vbi omnia ſecum commẽti ſunt inaniſſimis figmentis, (tanta eſt iſtorum amentia) ſe credunt frui ſperatis, quaſi iam præſentibus & ad pedes repoſitis. Otioſæ prorſus & ceſſantis animæ propria eſt hæc ægritudo, cernere inſomnia vigili corpore. Hanc igitur remiſſæ mentis laxationem ac tumorem cogitatinnnm deprimens ſermo hic, & quaſi freno quopiam propellens inſtabilitatem animi, denuntiat præceptũ hoc tibi magnum vtique & ſapientiæ plenum: Tibiipſi attende, vt ne ea tibi pollicearis, quæ nuſquam conſiſtunt: ſed quæ ſuppetunt, hæc digere in vſus tuos tibi profutura. Quin & ipſe equidem arbitror legiſlatorem, cum magnopere cuperet illam turbulentam affectionem quæ in conſuetudinem iam abierat, ex animis hominum remoliri & eximere, hac voluiſſe vti motione, Nam quando cuique eſt procliuius aliena curare negotia, quàm quæ ſua ipſorum ſunt, diſpicere & expendere: ne C quid eiuſmodi nobis accideret: Deſine, ait, Vnius alicuius mala explorare & inquirere curioſius, néue inerti & otioſa cogitatione vaces veſtigandis aliorum morbis, potiùs tibiipſi attende, hoc eſt, oculo animæ in ſe reflexo, teipſum explora & inquire ſolertiùs. Sunt enim nec pauci, qui iuxta dominicum verbum, in oculo fratris vel feſtucam animaduertunt, in proprio ne etiam perſpiciunt trabem. Caue igitur ceſſes aliquando ſolerti examine excutere tuam ipſius conſcientiam, num ad præſcriptum iſtius mandati canonem vitę tuæ tenor progrediatur: at ne externa quidem iſta circunſpicito, nuncubi occaſionem internanciſci queas reprehenſionis vni alicui intendendæ, exẽplum imitatus ſuperbi illius & arrogantis phariſæi qui ſurrecta ceruice ſuo ſe ore iuſtum prædicans, publicanum pro abiecto habebat ac vili. Quin teipſum potiùs percunctari ne ceſſes & diſcutere, num qua in re deliqueris per intimos conceptus animi, num labeſcens lingua mentis conſiderationi anteuerterit, an inconſultò aut temerè D quidpiam admiſeris in operibus iſtiuſmodi manuariis. Quòd ſi te in vita hac deprehenderis deliquiſſe plurimùm, (Sanè deprehendes prorſus, homo cùm ſis) nihil addubites depromere publicani orationem: Deus propitius eſto mihi peccatori. Attende igitur tibiipſi. Hoc verbum ſplendido ac fœlici rerum ſucceſſu vtenti, pérque tuam omnem vitam, quanlibet ſecundo flumine nauiger, præſentiam ſui aliquando exhibebit commodam & vtilem, quaſi probus quidam conſiliarius ſuggerens menti humanarum rerum memoriam. Quin etiam ſi quando calamitatum pondere depримeris, inque tempore cordi tuo incinuerit verbum hoc: neque ad inanem iactãtiam per faſtum ſines te ſuſtolli, nec contrà ad degenerem & ignauum animi mœrorem ſpe abiecta concides. Luxu profuſiore diuitiarum inſoleſcis? tibi vni mirè places ob auitæ gentis claritudinem? immodico gaudio ſubſilis, ob patriæ celebritatem, ob elegantiam decúſve corporis, denique ob honores ab omni omnium gradu tibi exhibitos? Attende tibiipſi, mortalis enim tu, quippe terra es, & in terram abibis. Qui inter eos numerati ſunt, quos pręte ſplendor conſimilis & opum & dignitatum exornabat: hos tu mihi circunſpice diligenter. Vbi E iam dic, qui ciuitatum magiſtratus ampliſſimos capeſſebant? Vbínam inexpugnabiles illi atque inuicti rhetores? Vbi item qui præclarè adeò ſtatuerunt ac bene meriti ſunt de publicis iſtis conuentibus? Quò abierunt illuſtres Hippotrophi? vbi duces ſunt exercituum? vbi ſatrapæ? Denique tyranni quo conceſſerunt? Non omnia puluis? non ſunt in fabulam verſa omnia? Memoria vitæ iſtorum in quàm paucis oſſibus retinetur? In horum ſepulchra deflecte parumper oculos. Poſſene te ſperas diſcernere inter famulum & dominum inter pauperem & diuitem? Diſcerne ſi qua ſuppetit vis diſcernendi inter vinctum & eum à quo vinctus erat, Regem, inter robuſtum & debilem, inter eleganti quondam forma præditum & deformem. Memor igitur naturæ, nequando eleuere in ſuperbiam. Fueris vtique tuiipſius memor, ſi tibiipſi attenderis. Rurſus vnus aliquis, degener es? & inglorius? è pauperibus pauper? Domo ac ciuitate extorrem agis vitam? Viribúſne corporis deſtitutus? victus inſuper quotidiani indigus? Horum metu intremiſcis, qui pro poteſtate agunt? nullius non occurſum ſubuereris per vitæ tenuitatem tuæ? (Scriptura enim teſte, pauper F non fert comminationem.) Ne tu proinde deſponderis animum, neu ſpem à te omnem bonam excuſſeris, quòd nihil ſuppetit eorum quæ in vita expetuntur. Mihi potiùs animum fac reuoces ad eorum contemplationem honorum, quæ iam in tę collata à deo ſunt & ſubminiſtrata: tum ea tecum meditere quæ in futurum repoſita tibi

γνώμη.

κατὰ φύσ. prouerbialis eſt metaphora. Attende tibiipſi.

ἐκ τοῦ φόρου

ἐν πάντα κόνις, ἐν πάντα μῦθος.

ſunt certa illius &ſequeſtri promiſſione. Primùm
quidem, homo es ſolus ſanè à deo formatus ex o-
mni animantium genere. Nùmnam id abundè ti-
bi ſuffecerit ad ſummam animi oblectationem,
(modò rem tecum ſobriè reputes) quod dei ma-
nibus formatus ſis, eius qui vniuerſa condidit?
Adde, quia ad imaginem factus tui creatoris, po-
tes ad honorem Angelicæ dignitati nihilo diſpa-
rem ſurſum pertingere ac prouehi, per vitæ recti-
tudinem & probitatem. Animam ſortitus es in-
tellectili mente præditam, cuius ſolerti cogita-
tione deum agnoſcis, rerum indolem naturam-
A que ratiocinando deprehendis, hinc ſuauiſſimum
præcerpis ſapientiæ fructum. Tibi vni ſeruiunt,
tuæque mancipata ſunt ditioni animantia quæ-
cunque tandem vſquam ſunt, terreſtria, naturæ vt
ſint cicuris & manſuetæ aut certè agreſtis, quæ in
aquis degunt omnia, quæcunque item hunc aëra
circumuolitant. Tuúmne inuentum ſunt artes v-
niuerſæ? Nonne ciuitates ipſe condidiſti? Quaſ-
cunque vitæ huic tranſigendæ commoditates,
quæque rurſus conducunt deliciarum fruitioni,
an non tu excogitaſti? Non maria præduce ratio-
ne tibi peruia reddidiſti? Nonne terra pariter &
mare vitæ iſti tuæ ſubſidia adminiſtrant? Non aër,
cœlum, denique chorus aſtrorum omnis ſuum ti-
bi oſtentant ordinem? Quid igitur puſillo es ani-
mo? Num quod neutiquam ſuppetit equus ar-
genteo freno adornatus? Atqui ſolem habes to-
to die curſu perniciſſimo tibi præradiantem, fa-
cémque micantiſſimam præferentem. Non ha-
bes argenti aurique ſcintillantem ſplendorem?
Verùm lunam habes, quæ ſuo te circunfundat &
illuſtret radioſiſſimo lumine. Non datur currum
B inauratum conſcendere? At certè pedes tibi ſunt,
domeſticum ac familiare vehiculum, tibique ipſi
congenitum. Quid igitur eſt, cur iſtos deprædi-
ces beatos: qui crumenam quidem graui ære dif-
fertam poſſident, ſed iidem alienis, non ſuis in-
grediuntur pedibus? Non dormis lectica excep-
tus, elephantino ebore confecta? Quin terram
habes tantò pretioſiorem multo ebore: dulcem
inſuper præ illa requiem capeſſis, ſomnum quo-
que velocem & curæ omnis liberum. Non ſub
contignatione & laquearibus aureis datur con-
quieſcere? Atqui cœlo tegeris, ingenti nec cui-
quam explicabili pulchritudine ſtellarum circum
irradianti. Quæ quidem hactenus humana ſunt:
quæ verò deinceps, tantò ſunt his auguſtiora.
Deus propter te, inter homines verſatus eſt, ſua
dona Spiritus ſanctus diſpertitò largitus eſt, diſ-
ſoluta mors eſt & abolita, prærogata ſpes reſurre
ctionis. Præcepta dei promulgata ſunt quæ vi-
tam perficiant tuam, & quorum obſeruatione ti-
bi ad deum properanti iter aperitur, paratum cœ-
lorum regnum, coronæ iuſtitiæ ei paratæ qui la-
bores propatanda virtute minimè defugerit. Si
C quidem tibiipſi attenderis, & hæc & his multò am
pliora circa teipſum deprehendes: & quidem fru-
licuerit præſentibus, neque interim per rerum i-
nopiam angeris animo. Quocunque tandem in
loco ob oculos mentis tuæ obuerſabitur præce-
ptum hoc, non mediocri auxilio futurum tibi eſt.
Attende tibiipſi. Sit hoc exempli gratia: vicítne ira rationis vim?
Iracundiæ flamma accéſus in verba erumpis pror
ſus indecora, & ad actiones proſilis ſæuas ac be-
luinæ feritati conſimiles? Si attenderis tibiipſi,
incandeſcẽtem iram coërcebis haud ſecus ac pul-
lum peſſimè morigerum atque effrenem plaga ra- *Collatio.*
tionis quaſi flagro quopiam perurgens, linguam
rurſus cohibebis, manuum iniectu haudquaquam
in eum inuolabis, qui te promouit ad iram. E di-
uerſo, animámne tuam quaſi œſtro quopiam ob-
ſcœnæ & improbæ concupiſcentiæ exagitantes,
in omnes omnino impetus incontinentiæ atque
laſciuiæ intrudunt? Sanè ſi attenderis tibiipſi,
memor præſentem hanc illecebram voluptatis
occurſuram tibi atque in finem conuertendam D
amaritudinis plenum, & quia titillatrix hæc affe-
ctio quæ ſe nunc corpori noſtro inſerit, è volup-
tate prognata, hæc inquam venenatum, vermem
gignet, nos in geenna perpetuò cruciaturum, car-
niſque accenſio mater fiet ignis æterni, mox in
exilium relegatæ abs te ſe proripient voluptates,
admirabiliſque interna quædam tranquillitas &
quies animam tuam circunfundet, ac ſi aduentan-
te pudica quapiam hera ancillarum laſciuientium
interquieſcat & ſedetur tumultus. Attende igitur
tibiipſi, & ſcito vnam quidem animæ vim ratio-
nalem eſſe & intellectilem, alteram verò affecti-
bus obnoxiam ſimul & expertem rationis. Illi
quidem vt imperet, prærogatum eſt naturæ bene-
ficio: huic, morem vt gerat rationi, ſeque ab ea
perſuaderi ſinat. Nunquàm igitur ſiueris mentem
abductam in captiuitatem ſeruam iſtarum affe-
ctionum fieri, neu rurſus permiſeris hoſce turbu-
lentos affectus cooriri aduerſus rationem, vt ne
ſibi vindicent animæ imperium. Exacta enim ac
diligens tuiipſius conſideratio viam tibi præſtruet
ſufficientem prorſus & idoneam ad cognitionem E
dei. Si enim attenderis tibiipſi, omnium quæ ſunt,
nullo apparatu opus fuerit, quo adiutus velut per
veſtigia agnoſcas tuum conditorem. In teipſo et-
enim, tanquam mundo quodam diſtinctè ador-
nato licet exiguo contemplari licebit eximiam
conditoris tui & incomparabilem ſapientiam.
Contemplatione tuæ tibi inexiſtentis animæ, in-
corporeæ mihi cogita deum eſſe incorporeum.
Deum inquam, intellige nullo circunſcriptum lo
co, quando nec tua mens præciſam habet in loco
conuerſationem, etiamſi in loco eſt, per colliga-
tionem ad corpus. Nihil eſt quod dubites crede-
re deum eſſe inuiſibilem, mox vt tuam ipſius co-
gnoris animam, cùm ne ipſa quidem poſſit corpo
reis apprehendi oculis. Nullo enim picturata eſt
colore, nullo tecta ſchemate, nullo comprehenſa
eſt corporeo charactere: tantùm ex ſuiſmet a-
ctionibus internoſcitur. Itaque de deo nullam per
oculos aucuperis cognitionem: ſed vni mentis iu
dicio fide permiſſa, ſenſu tantùm ſpirituali ipſum
apprehendito. Hunc admirare artificem, quo is
pacto, efficacem vim animæ tuæ veluti compage
quadam aſtrinxerit corpori, ſic vt ad extremas vſ-
que particulas eius permeans, vímque ſuam diſ- F
pertiens, membra ipſa plurimum licet à ſe diſſita
in vnam adducat concordem & ſociam conſpira-
tionem. Hic tu mihi velim contempleris, quæ-
nam animæ ſit ea vis qua aſſentitur carni: quæ i-
tem à carne conſenſio ad animam reſultans. Con
ſidera, quonam modo ab anima in ſe vitam corri-
uet corpus: contrà, vt dolores à corpore in ſe ani
ma excipiat.

Tecum

Tecum repura, qualéſnam ſint apothecæ, in qui-
bus condit omnem diſciplinarum prouentum.
Qua ſit id ratione, vt præconceptarum rerum co-
gnitioni ſuccedentium & adiectitiarum acceſsio
nullam offundat caliginem: quin potiùs vtrarum-
que memoriæ principi animæ parti ſemel inſer-
tæ conſeruantur inconfuſæ & in ſuas quæq; claſ-
ſes diſtributæ, ac ſi colũnæ inſculptæ eſſent æreæ.
Quò rurſus pacto carnis ſuccumbens obſcœnis
affectibus decus perdit nitorémque propriæ pul-
chritudinis: cùm è diuerſo eadem dedecore ex-
purgata malitiæ omnis virtutis exercitatione ad
A ſui conditoris ſimilitudinem poſtliminio ſe reci-
pit. Secundum hanc de anima contemplationẽ,
(ſi modò conſentaneum videtur) attende, quàm
ſolers & artifex ſit tui corporis conſtitutio. De-
mirare tu, quid ita corporis hoc domicilium de-
corum apprime & elegans animæ rationali pro-
creauerit longè optimus artifex. In animantibus
cæteris, ſolum te efformauit rectitudine ſtaturæ
eminentem: vt vel doctrice corporis effigiatio-
ne cõdiſcas quia è cæleſti propinquitate tua pen-
deat vita. Reliquum genus omne quadrupedan-
tum prono vultu terram ſpectat, oculis in ven-
trem depreſsis: vni homini prærogatum eſt, vt
expaſſo ſit ſurrectóve cœlum verſus vultu: ídque
eò factum, ne ventri, neu ventris illecebris ad vi-
tium prolicientibus indulgeret, ſed tota animi
alacritate ſurſum verſus promoueret greſſum. Ad-
de, quòd opiſex ſummo in loco quum poſuiſſet
caput, in eo ipſe ſolidè collocauit ſenſuum orga-
na, eorum qui præeminent. Illic viſus, auditus,
guſtus, odoratus. His quatuor ſedem finitimam
B præſcripſit: ſic tamen in anguſtum retracti locu-
lum ſunt, vt vicini non remorentur actionem, aut
ei ſint impedimento. Et quidem oculi præcelſam
illam occuparũt arcem ſpeculationi deſtinatam:
nequa partium corporis liberum ſibi adimeret
proſpectum aut inumbraret, quin vt in directum
potiùs è ſuperiore loco & eminentiore aciem in-
tendant ſub tenui integumento ſuperciliorũ de-
ſidentes. Auditus apertura è diuerſo, neutiquàm
ſe in directum exporrigit, ſed retorto meatu &
anfractuoſo ſonos ſiue ſtrepitus in aëre editos
apprehendit. (Id quod quis inficietur ſummæ eſſe
ſapientiæ?) vt vox quidem citra impedimentum
penetret, aut vetiùs inſonet, circum cõcauos an-
fractus auris refracta. Eorum proinde quæ inter-
cidunt externè, nihil eſſe impedimẽto poſsit ſen-
ſui. Linguæ inſuper condiſcito naturã. Vt eſt mol-
licula, verſatilis, & ad quemlibet vſum ſermonis
depromendi, multiuaria mouendi agitatione ſuf-
ficiens? Dentes porrò mihi expende, vt organa
C ſint quidem exponẽdæ voci accommoda. Tuen-
dæ linguæ ſeptum opponunt ſanequàm validum.
Adde, quòd adminiſtri alimoniæ ſunt, dũ hi fru-
ſtillatim illam concidunt, iſti conciſam & diſſe-
ctam minutim deterunt. Ad hunc ſanè modum,
nullam non corporis particulam percurrẽs con-
ſentanea ac decenti ratiocinatione doceris, vt at-
tractio aëris per pulmonem, calorem in corde
conſeruet, organa concoctioni accommoda, ſul-
cos canaléſve eliciendo ſanguini idoneos. Per
hæc vtique omnia contemplari licuerit imper-
ueſtigabilem eius qui te condidit, ſapientiam,
adeò vt cum propheta ipſe tu poſsis dicere: Mira-
bilis facta eſt ſcientia tua ex me. Attende itaque
tibi, vt attendas deo: cui gloria in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

HOMILIA EIVSDEM BEATI patris Baſilij de gratiarum actione, Godefrido Tilmanno interprete.

AVDISTIS verba Apoſtoli,
quibus dum prudenter & di-
ſertè Theſſalonicenſes allo-
quitur, per ea ipſa interim vi-
uendi legem ſancit præſcri- D
bitve vniuerſo hominum ge- *παντὶ τῷ βίῳ.*
neri & ætati conſentaneam.
Doctrina etenim ipſi abũdè
ſuppetebat ad eos paſsim omnes, quibus cũ ver-
ſabatur, ſeque illi offerebant in fide erudiendos:
quæ verò ex eiuſmodi doctrina reſiliebat vtili-
tas, ad omnem omnium inſtituendam vitam ſe
transfundit. Ait ergo Apoſtolus: *Semper gaude-
te, ſine intermiſsione orate, in omnibus gratias agi-
te.*) Sanè quid indicet iſtiuſmodi gaudiũ, quídve
ad nos ex eo redeat emolumenti, qui rurſus poſ-
ſis indiuulſam orationẽ rite perficere, & in om-
nibus gratiarũ actionem exoluere deo: nos qua-
tenus ſinent viticulæ noſtræ, non ita multò pòſt
explicabim⁹. Quæ porrò ob obuiis inimicis obii-
ci nobis ſolent, hanc traducẽtibus legiſlationem
tanquàm obſeruatu impoſsibilẽ, neceſſe ſit prio-
re loco, diſtinctè ea vt excutiamus. Dicunt hi:
Quæ tandem iſta eſt virtus, ſi tantiſper dum hic *Semper gaudete.*
viuis, per diffuſionem animi reipſum gaudio ac
lætitia noctu & interdiu exhilares? Ex contrario, E
quinam id perfici poſsit, innumeris malis nos in-
opinè obſidentibus, quæ vel grauẽ & permoleſtũ
animo inferant mœrorem? Quiſquis enim ſic af-
fligitur, minùs gaudere poteſt, minúſve animo
eſſe tranquillo ac requieto, quàm vt is qui refri-
gitur in ſartagine ac torretur, non doleat: aut cer-
tè vt is non tangatur angore animi, qui punctim
cæditur ſtimulorũ aculeis. An fortè vnus aliquis
veſtrum nos hic circũſtantium, quòd hac laboret
infirmitate ſecum ratiocinãdi, ſitque circa obſer-
uationem mandatorum dei cunctatior, cauſabi-
tur & prætexet excuſationes in peccatis, vt cone-
tur dicã impingere legiſlatori quaſi impoſsibilia
factu ſancienti, ſecumque admurmuret: Qui poſ-
ſim perpeti gaudio gaudere, cùm nullæ ſint in me
ſitæ rationes gaudij? Foris enim ſunt, non item in
animo, quæ lætitiã homini conciliare ſolent, ceu
ſunt: amici præſentia, diuturna congreſsio cũ pa-
rentibus, ſi quas opes aut pecunias repereris, ho-
nores ab hominibus exhibiti, redintegratio ſani- F
tatis ex aduerſa & permoleſta valetudine, in reli-
quum vitæ totius dextima ſors, domus bonorum
omnium copia exuberans, menſa omnigenis dif-
ferta dapibus, contubernales promouendæ læti-
tiæ accõmodi, feſtiuæ nouitatis cuiuſpiã auditio-
nes ac ſpectacula ad exciandã voluptatis illece-
bram ſpectãtia, domeſticorũ ſanitas quibus fami-
liariſsimè vteris, & quę ipſis ſupereſt vitę proſper-
rima cõditio. Neque enim quæ caſu quopiã nobis
ſolũ infligũt dolorẽ, permoleſta vidẽtur & triſtia:
ſed & quæ amicos diſcruciãt atque affines. Qua-
rè perpes iſtud gaudiũ & animi diffuſa iucunditas

ex his omnibus vt conflertur, neceſſe ſit. His adde, ſi quando dabitur videre ruinas inimicorum, plagas inſidiantibus nobis inflictas, retributionem his exolutã qui te beneficio quopiam affecerunt. Vtque cuncta compendio perſtringam, ſi nihil adſit incommodi aut moleſtiæ, nihil item expectetur prorſus affuturum, quod alicunde turbulentam intemperiẽ vitæ noſtræ aſciſcat: tunc animę illi ſe citra vllum negotium gaudium inſinuabit & accedet. Qua igitur ratione nobis id præcepti præſcriptum eſt, quod vt legitimè perficiatur, neutiquàm in noſtro poſitũ eſt arbitrio: quãdo id iam mihi prænarrata cõſequi videtur veluti eorum appendix? Rurſus qui potero ſine inter-

Sine intermiſsione orare.

A miſsione orare, quum per multiuariam corporis neceſsitatem vndique ad ſe reuocantem animæ cõceptus, ne ad duas quidem ſimul cogitationes ſinat ſe mens partiri & diduci? Atque adeò imperatum mihi eſt, gratias vt agam in omnibus. Torturæ ne admotus agam gratias? Num ſcutica vel flagro conciſus? In rota expaſſus? expunctione oculorum miſerè affectus? Ob plagam ab oſore mihi infenſo ignominioſè i:rogatã? ſrigoris immodici perſtrictus & congelaſcens rigore? Præfocatus fame? Liberis ſemel orbatus? aut ipſa etiã ſpoliatus vxore? Caſu repentini naufragij, opum copia exutus? Quum in piratas inciderim mari, aut terra quoque cotitinenti incurrerim in prædones? Vulneribus ſaucius? appetitus calumniis? toto orbe vagus? Deniq; in carceris retentus domicilio? Hæc atque his tantò plura iſti connectũt & veluti in faſcem cõpingunt in ſuggillationem legiſlatoris, arbitrati ſe iuſtam excuſationem ac-

B curare ſuiſmet peccatis, dum calumniam comminiſcuntur & adornãt aduerſum ea quæ legis præſcripto nobis præcepta ſunt, tanquàm impoſsibilia factu ſint. Sanè quid ad hæc dicimus? Nimirum ad longè iſtis diuerſa oculos ſuſtuliſſe Apoſtolorum, vt qui animas noſtras humi repentes conaretur è terra ſurrigere in ſublime, & ad cœleſtis vitę traducere conuerſationem. Iſti magnanimem legiſlatoris prudentiam haudquaquam aſſequentes, circa terram & carnis deſideria, dum exemplo vermium lacuſtri cœno ſe aduolutantiũ, in obſcœnis affectibus corporis acquieſcunt, interim ex nobis repetunt, poſsint ne apoſtolica hæc præcepta à quoquam mortaliũ legitimè perfici. Atqui ad iſtud perpes gaudium non vnum quemlibet inuitat apoſtolus, ſed qui ſibi eſſet aſſimilis, non iam viuens in carne, ſed viuentem in ſe ſic habẽs Chriſtum, ac ſi iam illi ſummo bonorũ faſtigio mutua cohęreſceret vnione, per quam

Ad hoc gaudium quem inuitet Apoſtolus.

C nullo pacto intemperiis carnis quãlibet interturbantibus aſſentiretur: ſed etſi minutim conciſa caro fuerit, continuæ iſtius vnionis ita affecta per maneat corporis parte, quum rei triſtitiam ingerẽtis partitio non queat pertingere ad intellectilem vſque animæ portionem. Si enim membra quæ ſunt ſuper terram, mortificauimus iuxta Apoſtoli admonitionem, ſi circunferimus in corpore mortificationem Ieſu: plaga corporis mortificari neceſſe ſit, vt ad animam vſque non penetret à corporis vnione ademptam & abſolutam. Ignominiæ quæuis rerúmque detrimenta, ac domeſticorum mortes non iam ad iſtius mentem aſcendent: non item generoſam illam celtitudinem talis animæ eò deflectent, vt vel ſic ad conſenſum corporis affecti ſe demittat. Etenim quotquot in perplexas rerum difficultates deuoluti ſunt, ſi eadem cum ſtudioſo & amãte virtutis ſentirent, nihil moleſtiæ aut mœroris cuiquam exhiberent, quum ne ipſi quidem quæ ſibi contingunt, calamites moleſtè ferant. Quòd ſi ſecundum carnem vixerint, ne ſic vni cuipiam fuerint moleſti, habebuntur alioqui omnium iudicio miſerabiles & comploratione dignisſimi, non adeò quod in eas calamitates inciderunt, quàm quòd ea delegerint, quæ non conueniebat. Anima, quæ ſemel ſe modis omnibus deſiderio aſtrinxit ſui conditoris, iamque inſueuit oblectare ſe

Deus.

tantæ illius pulchritudinis cõtemplatione: prorſus non ſinet vehemens illud gaudium, animique D ſui iucundiſsimam diffuſionem intercipi aut immutari per multiplicem & ſuccedaneam carnalium affectionum mutationem, quin ea potiùs quæ aliis mœrorem afferunt & triſtitiam, in cumulum ſibi vertet & acceſsionem lætitiæ, cuiuſmodi erat Apoſtolus, dum ſibiprobè admodum complacet in infirmitatibus, in tribulationibus, in perſecutionibus, in neceſsitatibus, egeſtatem ſuam in gloriam & exultationem permutans. In fame, ait, & ſiti, in frigore & nuditate, in perſecutionibus & anguſtiis. Ob quæ alij ægerrimè ſeipſos ferunt, vitamque deſpondent ſuam, horum gratia Paulus ſibi quàm optimè placet & gaudio diffunditur. Illi igitur Apoſtolicæ ſententiæ rudes, minúſque intelligentes per eam inuitari nos ad complexum euangelicæ vitæ, eò impudentiæ & temeritatis proſilium, vt incuſare auſint Paulum, quaſi is nobis præſcribat factu im- E poſsibilia. Atque erudiantur & diſcant tot adeò nobis proponi cauſas parandi iſtius gaudij prorſus rationi conſentanea, ídque ſola dei munifica liberalitate. Quum non eſſemus, vt eſſemus, ipſe fecit. Sumus proinde ad noſtri conditoris facti imaginem. Mente pariter & ratione inſignimur, quo vtroque humanæ conditio naturæ perficitur, & vtriuſque ſuffragio ſubnixi deum cognouimus, multiuariam pulchritudinem rerum artifici ſolertia conditarũ edocti, per eas quaſi literas quaſdam eximiam dei & ſingularem circa omnia prouidentiam pariter & ſapientiã legendo agnoſcimus. Boni à malo diſcernendi facultate prędití ſumus: quod conducibile eſt, vt eligamus, quod pernicioſum vt auerſemur ac vitemus, ipſa nos edocuit natura. Per peccatũ alieni à deo effecti, in gratiam rurſum per vnigeniti ſanguinẽ ſumus reuocati, & ſeruituti ignominioſæ exẽpti. Spes inſuper reſurrectionis, fruitio multiplex angelico- F rum bonorũ, Regnum cœleſte, repromiſſa bona, mentis rationiſq; vim omnẽ exuperantia. Quinã non cõueniat hæc cẽſere cauſas ſuggerere nobis gaudij nunquã deſituri ac perpetis lætitię abunde ſufficientes atque idoneas: magis verò eum qui ſit ventris ſtudio addictior, cuius aures iugi tibiarum modulatione demulceantur, in lectulo præmolli ſecubans ſe in vtrumlibet latus motitet ac deſtertat, talẽ putare in vita meritò gaudere? Ego contrà, cẽſuerim quidem iſtis conuenire potius, vt ab eis luctuoſo planctu complorentur, qui ſanæ ſunt mentis compotes: eos è diuerſo dixerim beatos, qui æquanimiter ferunt præſentis vitæ incom-

Dei erga homines officia.

incommoda certa ſpe ſeculi illus futuri, quique præſentia æternis permutant, etiamſi media in flamma degāt, qui deo coliniti ſunt exemplo triū puerorum iuxta Babylonem, quamlibet vnà cum leonibus in carcere detineantur, quanuis ab immani ceto abſorpti ſint, hos à nobis liceat fœlices prædicari ac beatos, eóque viuere gaudio perfuſos, non quidem præſentium cōtuitu angore cōtractos, magis autem ſpe nixos eorum quæ in futurum repoſita nobis ſunt, mirabili iucunditate recreatos. Equidem ipſe arbitror agoniſten ſtrenuum ſemel qui ſe exuerit in ſtadium ruēdæ pie-
A tatis proditurus, pectore generoſo ferre oportere plagas ab aduerſario colluctatore inflictas, ſpe adductum gloriæ, ex coronis ſibi obuēturæ. Etenim in gymnicis agonibus, quotquot priùs inſueuerunt tolerandis laboribus palæſtricis, neutiquā contrabuntur animo aut mœrent ad irrogatæ plagæ dolorem: magis verò aduerſarios adoriuntur cominus congreſſuri, vt qui nihili ducunt mox adeundos labores, tanto flagrant deſiderio obtinendi celebris præconij. Itidem & amanti virtutis vt nonnihil acerbi caſus aut aſperioris incommodi obortum fuerit: eius tamen gaudium nulla poſsit interpolare triſtitiæ nubes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationē, † probatio verò ſpem: ſpes denique non confundit. Eapropter alio item loco ab eodem iubemur, in tribulatione patientes vt ſimus, & ſpe gaudentes. Spes ſanè eſt, quæ gaudium illud, contubernalem efficit cohabitantem animæ generoſæ & ad excolendam virtutem ſolicitæ. Idem alio-
B quin Apoſtolus præſcribit & nobis vt vnà cū flentibus & ipſi fleamus. Quin Galatis ſcribens flebat ſuper inimicis crucis Chriſti. Quid tandem opus ſit cōmemorare Hieremiam flētem, Ezechielem ex dei imperio in literas trāſmittentem threnos, lamentationes videlicet principum, multos inſuper ſanctorum cernere liceat ingemiſcentes. Hei mihi mater, vt quid me peperiſti? Et, Hei mihi, periit piùs è terra: & qui benefaciat, in hominibus nō eſt. Et, Hei mihi, quia factus ſum ſicut colligens ſtipulam in meſſe. Vſque compendio omnia, iuſtorum voces perſcrutator: ſicubi deprehēderis vocem depromentes inamœnam ac mœroris indicem, tibi perſuadeto hos omnes ingemuiſſe mundi iſtius & eius quæ in eo eſt, vitæ miſeriis. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Deſiderium enim illi eſt diſſolui & cum Chriſto eſſe. Huius ſanè incolatus protelationem grauatim fert & ægto animo, perinde ac expectati illius gaudij impedimentum. Quin ipſe Dauid in ſuis Canticis ad nos vſque tranſmiſit lamentationem ſuper amico Ionathan, in qua quidem ſuū eadem opera luxit inimicum: Doleo ſuper te frater mi Ionatha: Et, Filiæ Hieruſalem lugete ſuper Saul. Nanque hunc, vt immortuū peccato luget:
C Ionathan verò vt indiuiduum vitæ ſuæ ſodalem. Quid attinet cætera percenſere? quando ipſe etiā dominus lachtymas ſuper Lazarū fudit, & ſuper Hieruſalem. Sed & lugentes beatos idem prædicat pariter & flentes. Obiecerit quiſpiam: Quonam pacto hæc concinunt apoſtolicæ ſententiæ, Semper gaudete? Lachrymę enim & gaudiū haud quaquam fortiuntur originem ex iiſdem principiis. Lachrymæ etenim exoriri aſſolēt ex impetu

Quo ſit lachrymarū origo.

Spes.

quodam & impreſsione minùs præuiſa ac ſi illata eſſet plaga, qua percelleretur anima & contraheretur, compreſſo & coanguſtato ſpiritu circa cor. Gaudium autem exultatio eſt quædā veluti ſubſilientis animæ & ſe diffundentis, quòd ex ſententia aliquid obuenerit. Per hæc liquet circa corpus ipſa etiam ſymptomata diuerſa eſſe. Ipſa enim moles corporis in quapiam triſtitia affectis ſuppalleſcit liueſque, vt pore perfrigerata. In hilaritate & gaudio cōſtitutis diuerſa conſpicitur corporis habitudo: effloreſcit enim & ſubrubro colore aſpergitur, ſic vt dicas animam propemodum ſubſilire, & iucunditate effuſam velle ad exteriora iſta
D erumpere. Sanè ad hæc ipſi dicere poſsimus ſanctorum lamenta lachrymaſque proſilire à feruore charitatis, qua toti erga deum flagrant. Oculis enim cordis in eum indiuulſe coniectis, quem diligunt, la titiam ſibi illinc accumulant: dumque moderantur & regunt quæ ad conſeruos ſuos attinent, in peccatis deprehenſos lugent, & eoſdem fuſis lachrymis reuocant ad meliorem vitæ frugem. Vt enim qui conſiſtunt in litore, eorum indoleſcunt vicem qui marinis fluctibus immergūtur, neque interim vllam adeunt iacturam propriè ſecuritatis ob anxiā qua periclitantibus condolēt, cogitationē: itidē & qui vltroneo mœrore ſe afficiunt ob peccata proximorū, haudquaquā per id lætitiā exinaniunt ſuā, vetiùs auctiorem eā & cumulatiorē reddunt, vt qui perſrui merentur domini ſui gaudio ob lachrymas in gratiam fratris effuſas. Quocirca, Beati qui flent & beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur, & ipſi ridebunt. Riſum porrò dicit hic non obſtrepetum ſo-
E num, qui efferueſcente ſanguine editur per genas: ſed ſinceram prorſus hilaritatem nulliuſque immiſtam fermento triſtitiæ. Apoſtolus igitur vt cum flētibus & ipſi fleamus, permittit, quòd eiuſmodi lachrymæ ſint ſeminium quoddam ac fœnus, quibus æternum illud gaudiū increſcit quotidie & cumulatur. Aſcenſu mentis & intelligentiæ mihi nunc in cœlum ſubuehitor, illic ſac contempleris admirabilem illam angelorum diſtinctionem ſtatúmve. Aliane vlla eos addecet vitæ conditio, quàm vt perpete gaudio iugique lætitia ſe exſatient hoc nomine, quòd digni habiti ſint, qui adſtent deo, & gloriæ ſui conditoris inenarrabili pulchritudine perſruātur? Vt igitur beatæ illius vitæ imaginem quadantenus conemur exprimere, iuſsit nos gaudere ſemper Apoſtolus. Ad illud proinde, quia dominus ſuper Lazarum fleuit & ſuper ciuitatem, reſponderi poſsit: quòd idem & comedit & bibit nihil alioqui horum indigus, ſed præſcriptam ſibi relinquens menſuram ſtatamque regulam, ad quam componere debeas animæ tuæ neceſſarias affectiones. Itaq; ad eum modum illachrymatus eſt, vt querulos nimiúmque amātes luctuoſæ lamentationis ad moderatam flendi temperiem reuo-
F caret, immoderato dolore à ſe excuſſo & ſordida deiectione animi. Si etenim aliud aliquid occurret, vt ad lachrymas adhibita tēperie rationis veniendū tibi ſit: id quidē conueniet fieri perpenſis primùm circunſtantiis, quibus de cauſis, quātum item, quando & quomodo. Nam quòd dominicæ illæ lachrymæ neutiquàm ex perturbatione & ægritudine affectus proſilitēt, quin nobis potius erudi-

Gaudium gaud.

ϲυμπτώματα.

Μισθαποδοσία à ſimili ductā.

ἐν τούτῳ τῷ θέματι.

erudiendis eas profundebat, ex illius colliqueſcit ſententia: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum. Quis veſtrum amicū dormientem lamentatur aut luget, quem ſperat aliquàtò poſt expergefactum iri? Lazare veni foras: & ecce mortuus, à morte rediuiuus fit. Ligatus quoque ambulabat. Admirare miraculum in miraculo. Pedes inſtitis habebat inuinctos, nec interim à motu prohibebatur. Aderat enim vis
A quædam ſuperior remoràtibus vinculis. Qua igitur ratione qui tanta hæc fuerat facturus, id quod euenit iudicaſſet meritò lachrymis eſſe proſequendum? An non hinc liquet ipſum veluti conniuendo ſe noſtræ infirmitati vbique attemperantem, voluiſſe iſtos affectus qui vitari non queunt, adſtringere & circūplecti intra moderatam quādam temperiem & certos limites? Nimirum inclementiam quidem quæ nullius tangitur cōmiſeratione, declinans ceu feram immanem: ſtudiū verò affectati doloris & immoderatam lamentationem velut rem ingenerofam excludens ac vitans, eoque per hoc quòd amico illachrymatur, verè expreſsit fortitum ſe eſſe humanæ communionem naturæ, ſimulque nos exemit periculo, ne in alterutram exceſſus vitioſi partem inclinaremus, videlicet vt ne ad iſtos affectus molliter propenderemus, neu ſinens nos citra doloris ſenſum præfractos eſſe ac ſtupidos, ſi qua vrgerent triſtia aut acerba. Sanè quemadmodum in ſe dominus ſuſcepit famē, vt primùm digeſta illi fuerat ſumptæ alimoniæ ſoliditas: in ſe item recepit & ſitim, mox vbi in eius corpore quem ſumpſe-
B rat, cōſumptus liquor eſt: delaſſatus idem eſt, muſculis neruiſque prolixitate itineris ſe protēdentibus, non quidem diuina in ipſo maieſtate edomita aut quicquam patiēte, ſed corpore ſymptomata naturæ conſentanea excipiente. Ad eūdem modum ſuſtinuit & lachrymas, nimirum permittens accidere aſſumptæ carni, quod ei erat naturale. Lachrymari proinde contingit, quum particulæ cerebri concauæ euaporationibus ex triſtitia collectis diſtentæ, quaſi per elices quoſdā, canaléſve, per meatus oculorum pondus eius collectitij humoris egerunt. Vnde & poſt rerum minus lætarum inopinam nec expectatam delationem, mox ſe in aures inſinuant ſonitus quidam & vertiginoſæ reuolutiones tenebrarumq; ob oculos effuſio, ac proinde caput obuerti videtur vi vaporum, quos ſurſum verſus remittit calor qui ſe in imas partes retraxit. Ad hoc, ita equidē reor, quia quemadmodū nubibus aër, & addenſatur in guttarum aſpergines, ſic & vaporū craſſamentum in lachrymas reſoluitur: hinc quoque mœrētibus & in luctu conſtitutis clàm erepens nonnihil lætitiæ & iucunditatis obotitur, per fletum exinanito eo, quod degrauabat caput. Huius meæ ratio-
C nis veritatem cōſtabilit rerum quæ fiunt doctrix experientia. Ipſi enim nouimus non paucos calamitatibus deploratis vtique, nec curabilibus obuallatos vi ne diſtillarent lachrymis, ſibi temperaſſe. Hi quidem in varios & immedicabiles affectus inciderunt, ceu ſunt: Apoplexia & paralyſis. Alij verò in mortem prorſus collapſi ſunt, ac ſi fulcimento quopiam debili niterentur, ſubtrltis eorum viribus & diffractis immodico pondere triſtitiæ. Nanque quod cernere poſsis in flamma,

quæ introcluſione ſuffocatur, proprij fumi, qui cùm liberè egredi non queat, implexam flammā ſuo opprimit ambitu: haud ſecus iſti contingere aſſeuerant in ea facultate, quæ in animali diſpēſat vitalem actionem ac moderatur, nimirum intrabeſcere & extingui vehementiore acrimonia doloris, nulla illi ad exteriora perſpiratione cōceſſa. Nolim itaque, iſti in patrocinium ſui affectus quo ſe dolore immodico conficiunt, mihi opponant domini lachrymas. Sicut enim cibus quem domi- D
nus edebat, adeò nobis nullam præbet expetēdæ voluptatis aut ſuauioris edulij occaſionem, vt ſor mula potiùs ſit léxue & ea ſuprema, ad quam collineantes, temperantiæ frugalitatiſque modum ſeruare debemus: itidem & eius lachrymæ non quaſi præſcripta quædā lex ſunt nobis, vt lugeamus & lamentemur: ſed in hoc expoſitæ, vt modus quidam decentiſsimus & regula abſoluta nobis ſint, ad quam grauiter & honeſtè intra limites naturæ nos perſiſtere conuenit, & quæ triſtitiam ac mœrorem inducūt, perferre. Neque igitur aut mulieribus, aut viris permittit decori & honeſtatis ratio, vt vel luctum ſtudio affectēt, vel immodicis ſe conficiant lachrymis: tantùm ſinūtur rebus minus lætis & triſtibus eſſe quadantenus triſtes ac mœſti, lenes item & nōnullas fundere lachrymas, idque ſilentio, citra vllum ſtrendorem, eiulatum, veſtium cæſuram, neu puluere aſpergāt capita, neque alio quouis pacto indecorè ſe gerant eorum exemplum imitati, qui rudes prorſus ſunt humanarum rerum. Eum enim qui in officina diuinæ & cœleſtis doctrinæ animam expurgauit ſuam, conuenit confirmatum eſſe & præmu- E
nitum ratione à recto nuſquam aberrante, quaſi tutiſsimo quopiam muro ac proinde virili animo & cōſtanti eiuſmodi violentas impreſsiones atq; aſſultus perturbationum à ſe depellere: non item vt animo deiectiore fortuitiſque caſibus ſuccūbente, ac ſi in deiectiore quopiam & decliniloco deſidens excipiat turbulentam eam affectuū intemperiē vndelibet affluentem. Ingeneroſæ prorſus, nec virilis animæ & quæ parum conſtanti ſpe innitatur deo eſt ad eum modum aduerſis frangi, rebuſq; parū lætis ſuccumbere. Vt enim vermes plurimùm innaſci ſolēt tenerioribus lignis: haud ſecus angor iſte deiectioris animi in eos hominū ſe inſinuat, qui molliore ſunt, nec conſtanti ingenio. Nonne Iob adamàtino corde erat? Non impacta ipſi erant ex lapide viſcera? momento temporis, vna & eadem plaga obtriti liberi decem conciderunt in delectabili & perquàm amœna domo. Quo potiſsimùm tempore ſe mutuiter oblectabant, hoc in iſtos geniale illud domiciliū decuſsit diabolus. Menſam liberorum madentem ſanguine ac permiſtam contemplatus eſt. Liberos vidit, haud vno quidem prognatos tempore, at vnum communemque ſortitos vitæ exi- F
tum. Non eiulauit, non ſibi diuulſit comam, vocem ingeneroſam nullam emiſit, magis verò celebrem illam & omnium ore decantatam gratiarum actionem deprompſit: Dominus dedit, dominus abſtulit. Sicut domino placuit, ita & factum eſt. Sit nomen domini benedictum. Nullóne hic vrgebatur ſenſu doloris? Id quînam potuit fieri? Nam & hic de ſeipſo dicit: Ego fleui ſuper omni afflicto. Id de ſe proferens, éſtne mentitus?

Atqui

Conformat collatio.

Lachrymarum ratio physica.

Collatio.

Atqui ſcriptutæ veritas hoc illi aſtruit reſtimoniũ
ab ipſo ſtans, quia præter cæteras virtutes verax
fuit. Ait enim: Homo irreprebenſibilis, iuſtus,
pius, verax. Tu è diuerſo cantilenis oeſcio quibus
Odas tragicorum.
abutetis ad ciendum in auditorum animis lamen
tabilem mœrorem: dáſque in hoc non ſegnẽ ope-
ram, qui carminibus querulis anima tua illique-
tur & intabeſcat. Ac veluti perſonæ ſimulatitiæ
fictio ad tragœdos peculiariter pertinet, ſimul &
ſcæna omnis qua cum ad theatrum prodeunt ſpe-
ctandi: ita & tu quidem non indecorum eſſe exi-
ſtimas, ſi habitus ipſe conſentaneus lugenti ſit &
A cócolor, veſtis vt ſit fuſca atráve, ſqualens coma,
tenebris adoperta domus, fœda ſordicie ac pul-
uere, ipſe cantus inſuauis & inamœnus, alens ſem
per mœroris vulnus animæ impreſſum, iugiterq́;
nouans. Hæc tu iſtis faciẽda permitte, quibus ſpes
ſeculi vẽturi nulla eſt. Nã & de his qui in Chriſto
obdormierũt, edoctus es, quia corpus quidẽ hoc
ſeminatur in corruptione: ſurget incorruptibile:
ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſemi-
natur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.
Qua igitur fles gratia? An quia immutandus eſt
mortuo & innouandus habitus? Atqui mihi vide,
vt ne teipſum lugeas, quaſi per illius mortem, au-
xiliari quodam ſubſidio tuæ ipſius vitæ ſit deſti-
tutus. Ait enim pſalmograpbus: Bonum eſt ſpera-
re in domioo, quàm ſperare in bomine. Neu il-
lius fortẽ lamentere querulus, quaſi indigna quæ-
dam paſſus ſit. Aliquantò enim pòſt, è cœlo clan-
gens tuba eundem expergefactura à ſomno eſt:
ipſumq́ue videbis tribunali Chriſti adſtantem.
Viles igitur haſce, nec quicquam habentes viro
B erudito dignum mittito voces: Heu inopina, nec
priùs expectata mala. Illam item: Quis bæc pu-
taſſet aliquãdo contingere debuiſſe? Rurſus hãc:
Quando expectaſſem chariſsimum hoc caput à
me debuiſſe terra tegi? Sanè hæc ſi contingat au-
dire nos ab vno aliquo proferri, ſuppudeſcere
nos conueoit & aſpergi rubore, qui ex memoria
rerum cum præteritarum, tum ex præſentium do-
ctrice experientia edocti ſumus naturalium eiuſ-
modi affectionum vices neceſſarias. Si quæ igi-
tur mortes intempeſtiuæ inciderint, aut vllæ aliæ
fortuitæ rerum vices & aduerſæ inſperatò cõtin-
gere ſolitę, nulla nos vnquàm conſternatione de-
bent percellere, neutiquàm exterrere, qui à pue-
rili ætate ſumus eruditi ſermone pietatis. Exem-
pli gratia: Erat mihi filius & is adoleſcens, facul-
tatumq́ue meatum hæres vnicus, ſolamen ſene-
ctæ, generis mei decus & gloria, coæuorum flos,
columeo & firmamentum familiæ, in ea cõſiſte-
bat ætate quæ nulli nõ gratioſa eſt maximè & ap-
C primè amabilis. Is è vita ſublatus mihi periit: ter-
ra denique & puluis factus eſt. Is inquam qui pau
lò antè iucunda auditu depromebat, oculis ſui
genitoris ſpectaculum factus iucundiſsimũ. Quid
mihi faciendum cenſeris? Veſtémne diſrumpam?
totáne bumo patiar me volutari? Deum querula
voce obteſtabor? fortuitum hunc caſum indignè
& iniquo feram animo? Méne his qui adſunt, ex-
hibere debeam talem, cuiuſmodi eſſe ſolet vnus
aliquis è pueris, qui inter plagarum impreſsioné,
vocem quantam maximam poteſt, edit & eiulat,
trepidat & intremiſcit? An perpenſa potiùs eorũ
quæ fiunt, neceſsitate, (quum mortis lex nemini
vitabilis, per omnem ætatem æquis graſſetur paſ-
ſibus, diſſoluatque ac demoliatur ſuccedaneo or-
dine quæ compoſita ſunt omnia.) ob id quod cõ-
tigit nihil deſignabo operis quod alienum ſit &
abhorrens ab auita indole? Sed neque patiar me
ab integritate mentis dimoueri, quaſi qui præ-
ceps abierim ſubitario boc & inopino vulnere
deiectus, iamptidem probè inſtitutus, quia mor-
talis qui eram, filium haberem morti itidem ob-
noxium, quodq́ue nihil in humanis rebus conſi-
ſtens ſit & duret ſtabiliter, neque quicquam rei
peculiaris conſueuerit vſquequaque perſiſtere a-
pud ſuum poſſeſſorem. Quin & ampliſsimè quõ- D
dam vrbes, nominis quoque ſplendore præcele-
bres, quum ob luculentam ædificiorum molem,
tum propter robur vireſq́ue incolatum, denique
præcellentes reliqua omni rerũ exuberanti opu-
lentia per regionem, perq́ue forum, in ſolis nunc
dirutis & ruinoſis ruderibus inſignia præferunt
exoletæ illius & veteris ſuæ amplitudinis atque
authoritatis. Nauis inſuper crebertimè ſerua-
ta & maris exempta periculis, cùm decies qui-
dem millies veloci nauigatione permenſa ſit æ-
quor, onera verò mercium præteruexit negotia-
toribus nulli numerãda, vno tandem aſſultu aſpi-
rantium ventorum peſſum iit ac ſuppreſſa demũ
eſt. Atque adeò plerunque accidit, vt exercitus
ipſi poſt partas in cõflictu ex hoſte victorias, cal-
culo iſtius dextimę proſperitatis in diuerſum ver-
ſo, miſerabile prorſus ſint facti ſpectaculum, &
fabula vulgi. Gẽtes porrò aliquot integræ, inſulæ
item ad eximiam vſque ac præeminentem poten-
tiam progreſſę, poſt multa ſibi terra marique ere-
cta trophæa, poſt opes confertim aggeſtas & cu- E
mulatas ex hoſtium exuuiis manubiisve, vel tem-
pore tandem attritæ ſunt & abſumptæ, aut certè
in captiuitatem abductæ pretio libertatis miſera-
bilem mercati ſunt ſeruitutem. Vtque compen-
dio abſoluam, quodcunque poſsis afferre, quod
in maximis, nec vlli tolerandis malis numerari
debeat: nullum vſpiam reperias, cuius non in ſu-
perioris æui hominibus aoteuerterit exemplum.
Sanè quemadmodum rerũ grauium pondera ap- *Similitudo elegans.*
pendendo libræ momẽtis diſcernimus, vtq́ue de
auro putúmne ſit & excoctum, an ſecus, experi- *Is lapis vocatur Lydius.*
mentum capimus affrictu lapidis: itidem & me-
moria repetentes menſuram modumq́ue rerum
nobis à domino præſcriptum, nulla in re à tem-
perie & moderata ſobrietate excidere poteri-
mus. Si quid igitur vnquàm eorum quæ nolis &
prętet animi ſententiã inciderit tibi: maximè qui-
dem aduigila inſtruendæ & adornandæ menti,
nequam intemperiem aut turbellam ſinat illabi.
Haſce enim quæ tibi inſtant & vrgent calamita- F *Confirmat dogma praecedens festiua similitudine.*
tes, placidiore animo ferre poteris, futurorũ ſpe
bona ſubnixus. Sicut enim qui minus acri ſunt o-
culorum acie, eos auocant à contuitu rerum præ-
nitentium & nimiſquàm ſplendidarum, dein re-
focillandos defigunt in flores & quęque viridar-
tia. Conſimili ratione nihil minùs neceſſe ſit, quã
vt anima continenter vacet rei per ſe triſtis ſpe-
culationi, aut ſe addicat & aſſentiatur præſenti-
bus, quæ moleſta ſint & plena mœroris: quin de-
bet potiùs oculum obuertere ad eorũ cõtempla-
tioné, quæ verè bona ſunt. Ita domũ aſſequeris tu
vt ſemper gaudeas, ſi vitæ quidem tuæ inſtitutum *Semper gaudete.*

catióve

ratióve omnis deum collineet ac ſpectet, ſpes verò retributionis quæ permoleſta ſunt vitæ iſtius & triſtia, leuiora efficiat. Affecit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam ſuſpice gloriam, quæ repoſita in cœlis eſt, tibi paranda merito patientiæ. Iacturam rerum tuarum adiiſti? Imo oculos imprime fixiùs illis cœleſtibus diuitiis & theſauro incomparabili, quem tibi ipſi pretio bonorum operum ſepoſuiſti. Patrióne ſolo excluſus es? At patriam habes, cœleſtem illam Hieruſalem. Periit tibi filius? Sed angelos habes quibuſcum in circuitu diuini illius thruni tripudies lætitia ſempiterna exhilarandus. Ad eum modum ſi iis quæ præſentem tibi ſuggerunt moleſtiam, oppoſueris
A quæ affutura ſperantur bona: animã vtique tuam ſeruabis ab omni anxietate & intemperie turbationis longiſſimè ſubmotam, ad quod nos inuitat ſanctio legis Apoſtolicæ. Nulla quãlibet ſplendida ac luculenta rerum humanarum conditio animæ tuæ ingerat gaudiũ, quod immoderatum ſit: nullæ res afflictiuæ aut triſtes illam deiiciant de gradu ſuæ celſitudinis & maturæ grauitatis, mœrore aut calamitate contractam. E diuerſo niſi priùs ad formulam iſtius doctrinæ compoſueris teipſum atque erudieris circa ea quæ vitæ tuæ ordinem concernunt: vitam ipſam nullo vnquàm tẽpore exigere potueris fluctuationis & turbellæ prorſus liberam. Contrà, canon ille præſcriptus nullo tuo negotio rite perficietur, ſi quaſi cõtubernalis quidam penes te continenter hæſerit Apoſtolicum mãdatum, quo admoneris, ſemper vt gaudeas. Id quod fiet ſanè, ſi carnis quidem tumultuantem & obſtreperam intemperiem auer-
B ſere, animæ verò adſciſcas lætitiam & iucunditatem ſe nihil indignam: ſi præſentis & momentaneæ voluptatis ſenſum tranſgreſſus, mentis tuæ conceptum protenderis ad ſpem vſq; indubiam bonorum quæ æternum duratura ſunt, quorum vel ſola imaginatio abundè ſufficiat ad animam continenti iucunditate explendam, ac proinde in cordibus noſtris gaudium perpes & exultatio angelicorum ſpirituum ſibi deliget domicilium, In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

Semper gaudete.

[illegible]

HOMILIA EIVSDEM BEAti patris Basilij, In martyrem Iulittam, itémque in ea quæ [illegible] de gratiarum actione sub finem Homiliæ ſuperiori, Godefrido Tilmanno interprete.

C QVAE de beata Martyre prędicatio ſe offert vobis depromẽdam, huiuſce eſt cauſa congregationis. Hunc enim diem vobis indiximus celebriter agendum, quippe qui memoriã nouat magni illius certaminis, quod in muliebri quidem corpore, generoſo alioqui animo & pluſquàm virili deſudatum, omni admiratione ſtuporé ve perculit, cùm illos qui & ipſi præſentes ſpectarunt decertantem, tum eos qui auditu percepturi ſunt in poſterum referentibus his qui re ipſa tanti iſtius agonis periculum fecerunt. Beatiſſima igitur mulier Iulitta, (ſi tamen decori ratio permittit eam vocari mulierem, quę heroica animi fortitudine ſupergreſſa eſt infirmam naturæ muliebris conditionem) cuius vnius magnanimitate & conſtantia maximopere crediderim conſternatum eſſe & perculſum communem humani generis aduerſarium, nimirũ indigniſſimè ferentẽ à mulieribus ſibi præripi palmam victoriæ, quippe qui conſuerit magnificas illas voces expromere impotenti ſuperbia inſoleſcens, ſe ſcilicet concuſſurum vniuerſum terrarum orbem & quaſi nidum, comprehenſurum ac velut oua derelicta è medio ſublaturũ, vrbéſque adducturum in ſolitudinem, cùm iſte interim generoſæ huius mulieris virtute tantò conſpicitur inferior, quam quo primùm tempore ſolicitabatur, à Chriſto vt deficeret, adniſus eſt elidere ar- D
gumentis & conuincere inconſtantiæ, quaſi quæ per naturæ infirmitatem minus poſſet continenter pietatem erga deum tueri ſeruaréve, hanc denique inuenit doctrice experientia conditione naturæ fortiorem, vt quæ aduerſarij terriculamẽta tantò eluſerit magis, riſuq; proſequuta eſt, quantò ille eam ſperabat ſe iiſdem perterrefacturum. Formulam enim hæc, litémve iudiciariam intenderat vnicuipiã ex primoribus ciuitatis, viro qui fraude & violenta impreſſione vndeuis extortas opes ſibi vni vendicarat, per rapinam & prædam coofertim corraſerat diuitias. Hic terræ plurimũ circunciderat, neque non agros, villas, pecora ac famulos Iulittæ interceperat, denique cùm omnem reliquam ſupellectilem apprimè opulentã, & eam mulieri ademptam ad ſe tranſduxiſſet, forẽſia iudicia celeri occupatione præuertit, vt corrumperet ſubornatis aliquot calumniatoribus, E
teſtibúſque falſis, ſimul & cauſæ cardinem reponens in illiberali & ſordida largitione, planè corruptela iudicũ. Dies ſtatus decidẽdæ iſti cauſæ vt aduenit, en tibi præco ex nomine quemque ciebat iam adornatis & aſſidẽtibus aduocatis. Cumque hæc cœpiſſet inſtruere iudicem de impotẽti tyrannide hominis, eſſetque enarratura formulam modúmve quo initio poſſederit primùm, ſimul etiam edoctura diuturni temporis prolixitudine ſuam confirmari ditionem, ad hæc quum iam miſerum in modum deploraret violentã viri & inexplebilem auaritiam in occupãdis alienis, ille rum in aream fori progreſſus ait: Iſthæc actio eiuſmodi eſt, cui nulla quantiuis temporis præſcriptio ſuffragari debeat. Neq; enim fas ſit quiduis nobiſcum habere commune eos qui hactenus minimè coluerunt deos imperatorum, ni priùs Chriſti fidem eiurarint. Prætori in ſpeciem videbatur is in mediũ proponere, quæ eſſent iuri conſentanea, quæ ve maximopere conduxerant. Iu- F τρίτον.
betur mox afferri thus, prunas item, Secundum hæc, percunctantur iudices eiuraréne velit Chriſtum, an ſecus. Eam quidem & legibus & legum ſuffragiis perfrui poſſe, abiuret modò Chriſtum. Quòd ſi fixius adhæreſceret fidei, nullum iam ſibi relinqui vſum neque fori, neque legum, at ne reliquæ quidem Reipublicæ, quippe quæ iuxta ſanctionem legis per eius temporis imperatores latæ, notam infamiæ incurriſſet. Illa quid ſecundum hæc? Illicine ſtudio capiebatur recuperandarum opum? Num quod ſibi nouerat vſui fore, neglectum tranſmiſit, obtinendæ controuerſiæ cauſa aduerſus ſibi iniurium? Periculo à iudicibus

impendente

impendente conſternata animo eſt & exterrita?
Sanè nihil minus. Quin ait, ipſa potiùs valeat vi-
ta, ipſæ peſſum erant fortuitæ facultates: at ne ip-
ſum corpus mihi priùs ſuperſit, quàm in deum
creatorem meũ vlla impia vox mihi ex ore ege-
ratur. Eiuſmodi ſuis ſermonibus quò videbat ex-
aſperari prætorem infenſius & acrioris iræ æſtu
aduerſum ſe ſuccendi: hoc deo vberiores exolue-
bat gratias, quòd dum ob corruptiuas facultates
A controuertit raptori ac delitigat, viſa ſit ſibiipſi
ſancite bonorum cœleſtium poſſeſsionem: terrã
quidem perſpiciebat ſibi adimi, vt poſsideret pa-
radiſum: addici infamiæ, digna vt haberetur co-
rona gloriæ: corpus per contumeliam cõcidi fla-
gris, vita quoque hac temporaria ſpoliari, cõpos
vt eſſet beatæ illius ſpei, ſanctorum omnium cho
ris allecta in cœleſtis regni gaudio. Denique dũ
interrogatur crebriùs, nec aliam redderet vocem
conteſtans ancillã ſe eſſe Chriſti, quin & eos exe-
craretur, qui inuitarent & hortarentur ad abiu-
randam fidem: tum iudex ille iniquitatis nõ eam
modò ampliſsimis illis opibus quæ præter iuſti-
tiæ legumque ſanctiones illi adéptæ fuerant, pri-
uauit, ſed & multam ei dixit, vita vt priuaretur ſuo
quidem arbitratu, atrociter addicens eam igni.
Hæc porrò nullam ad rem earum quæ interim dũ
viuitur, oblectare nos aſſolẽt, viſa eſt feſtinè adeò
excurrere, atque ad deſtinatam ſibi flammam cõ-
cita perrexit, facie, habitu, ipſis quæ depromebat,
verbis, alacritate inſuper efflorefcente palam in-
dicans quod in animo deliteſcebat, profuſiſsimũ
gaudium. Mulieres quotquot ſibi adſtabant pro-
B ximè, obſecrabat, ne ad tolerandos pro tuenda
chriſtiana religione labores, animos ſinerent re-
molleſcere: neu cauſificarentur aut prætexerent
infirmam fœmineæ naturæ conditionem: eadem
quippe maſſa qua & viri, & ipſæ conſtamus, dice-
bat. Ad imaginem dei perinde ac iſti, & nos con-
ditæ ſumus. Eſt ſanè mulier ab opifice creata per-
æque ac vir capax virtutis. Quid enim miri eſt?
An non cõſanguineæ & ipſæ ſumus viris per om-
nia? Non enim ad conſtituendam mulierem ſola
eſt aſſumpta caro, ſed & os ex oſsibus: quò fit, vt
& ipſæ domino nihil minus ac viri redhibere de-
beamus firmitatem fidei atque conſtantiam, nec-
non in aduerſis patientiam. His dictis, in lignorũ
ſtruem accenſam inſiluit, quæ perinde ac thala-
mus ſplẽdore coruſcus, corpus ſanctæ Iulittæ cir-
cumplexa, animam quidem in cœleſtem illã de-
ſtinauit regionem, & quæ illius meritis congrue-
bat, requiem: corpus autem bonore præcipuo ve-
nerabile aſſeruauit affinibus & cognatis incolu-
me nec vlla ſui parte læſum, quod ſanè in ornatiſ-
ſimo primarij templi vrbis totius veſtibulo con-
ditum, loco quidem adfert venerabilem ſancti-
moniam, nec minùs qui eò loci conueniunt, effi-
C cit ſanctiores: terra porrò iſtius beatæ aduentu a-
quam emiſit quæ ſuapte natura nulli non noſtrũ
gratioſiſsima eſſe debeat, adeò vt martyr hæc ima
ginem pientiſsimæ referat matris, dum nutricis
in morem totius incolas vrbis alit ſuauiter, perin-
de ac lacte quopiam in communes vſus affatim
ſcaturiente. Hanc ipſam in nos benignè contulit
martyr gratiã, quam olim ſuis Ierichuntinis Eli-
ſæus impartiuit, dum ſalſilaginem naturæ cõmu-
nis aquarum loci iſtius circunquaque finitimi be-

[illegible], Heſych.

nedictione permutauit in ſaporem dulcem pla-
nè, delicioſum & perquàm ſuauem. Viri ne, quæ-
ſo, ſiueritis tuendæ religioni vos conſpici mulie-
ribus inferiores: mulieres ab hoc propoſito vo-
bis exemplo ne deſciueritis, quin citra prætextũ
omnem cohæreſcite preſsius ſuſceptæ ſemel huic
pietati & reipſa facite periculum, hãc naturæ ve-
ſtræ immunitionem nulli eſſe vobis impedimen-
to, quo minùs poſsitis conficere quiduis operis
boni. De hac martyre plura dicere parantem re- D
uocat, nec ſinit diuturniorem trahere moram ſer
mo, qui heri quidem mihi cœptus eſt, nec vſque-
quaque abſolutus. Ego proinde natura ſic ſum, vt
permoleſtè feram quiduis minus perfectũ abire.
Imago enim media ex parte expreſſa ſi modò eſt,
ingrata eſt ſpectatori. Viatori nihil profuerit
quoquam iter capeſſere, ſi non id accurauerit, vt
ad terminum viæ ſibi præſcriptũ initio, & ad ſta-
tionem animo deſtinatam pertingat. Ex venatu
propemodum cœpiſti? peræquè eſt ac ſi nihil. In
ſtadiis qui currunt vel vnico gradu poſteriores,
exciderunt, nec rarò palma victoriæ ſpoliantur.
Nos itaque memores verborum Apoſtoli heſter
no ſermone inductorum, ſperabamus quidẽ eo-
rum ſententiam perſtringi poſſe, & in compen-
dium contrahi, & ecce deprehenſi ſumus tantò
his quæ dicta ſunt, plura tranſmiſiſſe. Non igitur
ab re factum iri putamus, ſi eorum quæ ſuperſunt
debitam exequemur enarrationem. Itaque nobis
ab Apoſtolo dicebatur: Semper gaudete, ſine in-
termiſsione orate, in omnibus gratias agite. Et
quidem de eo, quòd continenter gaudendum no
bis ſit, tametſi minùs quàm pro dignitate primæ E
iſtius partis argumenti totius, ſatisfecerim: at cer-
tè pro modulo virium videri poſsim ſatisfeciſſe.
Proinde num indiuulſis precibus orare conue-
ueniat, id item præceptum an à quoquam præſta-
ri opere ipſo poſsit, ſi quidem exprompti ad au-
diendum & alacres à me & hoc vtrumque con-
tenditis, equidem ipſe pro virili Apoſtolicæ huic
ſententiæ patrocinium feram ac tuebor. Oratio
eſt boni cuiuſpiam petitio, quæ ad deum à piis ef-
funditur. Sanè eiuſmodi petitionem neutiquam
ſtatuimus in ſola verborum præciſione. Ipſi enim
credimus deo nihil opus eſſe verbis, quibus com-
monefiat noſtræ petitionis, magis verò dicimus
eum perſpicaciſsimè ſcire, quæ nobis ne petenti-
bus etiam profutura ſint. Quid ergo, quod ipſi di-
cimus? Nimirum, orationem non oportere nos
plenè in ſyllabis conſtituere, quin potius ipſam
ſuas vires pleniùs explicare explerẽve in animæ
orantis libera electione ac propoſito, ſimul & in
actionibus quæ per omnem vitam intento ſtudio
perficiuntur ad præſcriptum virtutis, iuxta Pau-
lum: Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis:
omnia ad gloriam dei facite. Accumbens mẽſæ,
ora: eſitans panem, largitori gratiam rependito. F
Suffulciẽs firmánſque infirmas corporis vires vi-
no, eius fac meminetis qui hoc te dono imperti-
uit ad inſerandam cordi tuo lætitiã & ad multipli
cium infirmitatum nõ mediocre ſolamen. Nulla
tibi eſt ſumendi edulij neceſsitas? Caue, te præ-
tereat eius memoria cuius liberali beneficio ven-
trem expleſti. Tunicam indueris: gratias agito be
nigno datori. Amiciris pallio? fac, in te augeſcat
intentior erga deum charitas, qui integumenta

Confirmat ſimilibus.

Oratio ſinitur.

N gratuitò

gratuitò largitus eſt hyemi æſtatiq́ue accommoda, quibus & vita conſeruetur, & obueletur turpitudo. Tibine dies expletus abiit? Illi referto gratiam, qui ſolem quidem nobis nihil tale commeritis indulſit in diurnæ operationis miniſterium: ignem verò cõtulit illuſtrandæ nocti, vtque ſubſeruiat reliquis vitæ commoditatibus. Ipſa rurſus nox alias ad orationem ſuggerere poſsit conciliaréve occaſiones. Etenim ſi quando in cœlum ſuſpexeris, quum in eximiam ſyderum pulchritudinem oculorum aciem defixeris preſsius: horum viſibilium ſupplica domino, vniuerſorum

A longè optimo artifici procide deo & cole eũ, qui cuncta hæc in ſapientia cõdidit. Vbi omnigenûm animantium naturam in ſomnum reſolutam ac depreſſam perſpexeris: ſupplex procidens adora rurſus eum qui nos nec cogitantes aut certè inuitos indulgentia ſoporis à continenti laborũ aſsiduitate relaxat & alleuat, perq́ue exiguæ quietis reſocillationem vigorem addit corpori, vireſque inſtaurat. Itaque ue tu mihi noctem, ceu peculiarem ac ſelectam temporis partem totam addixeris ſopori, neu patiare vitæ totius medium nullo tuo vſu tibi præripi, dum ſtupido & inſenſili ſomno lenteſcis: quin tu potiùs ipſam tibi diſpertitor noctem in ſomnum atque orationem, imò ſomni ipſi pietatis exercendæ meditationes quædam ſint. Quæ enim nobis ſopore depreſsis ac ſolutis occurſant obuerſantúrve imaginationes, conſuerunt neſcio quo pacto plurimum contingere, ceu extremus quidam tenor ſuſurri lenis aut ſoni editi, idq́ue ex curis quas tecum agitaueris interdiu.

B Tantiſper enim dum viuitur, cuiuſmodi fuerint ſtudia exercitationéſque noſtræ, iſtiuſmodi neceſſe ſit inſomnia ſe dormientibus nobis ingerãt. Sanè ad eũ modum indiuulſè & continenter oraueris, non quidem ſi verbis modò orationem expleueris tuam: veriùs vbi omnis prorſus vitæ tuæ ratio atque inſtitutum diuinæ te conformarit voluntati, ſic vt vita ipſa dici & eſſe promereatur cõtinens quædam & indiuulſa oratio. Quin & his adnectit Paulus: In omnibus gratias agite.) Obiecerit aliquis: Quo id pacto fieri poſsit, vt anima ob incommoda & calamitates mœrens miſerè & ſenſu ipſo doloris acerrimi quaſi quibuſdã extimulata atque interpuncta aculeis, non lamentetur ac profundat lachrymas: ſed pro incommodis & quæ reuera nemo non deprecetur à ſeque recellat, pro his inquam, perinde ac pro bonis agat gratias? Si quæ mihi inimicus malè precatus eſt, contigerint: quî potero inter dira hæc & execranda conſiſtens gratias agere? Vt vnus aliquis puſio ſit intempeſta morte præreptus, hinc martẽ ſuper amabili infantulo miſerè afflictam dolores ipſa parturigine tantò acerbiores cõſauciant: quo hæc pacto poſitis lamentis poſsit aſſumere voces actionis gratiarum indices? Quæris quomodo? Si

C ſecum expenderit iſti quem ex ſe genuit, filio deũ eſſe patrem multò ptæ coniuge germaniorem ac propiorem, quiq́ue illo prudentius nouerit & tueri infantulum & eius vitã moderari. Quin igitur domino ſic prudẽti permittimus, ſuas vt opes diſpertiatur, eáſque proprio diſpenſet arbitratu? ſed & ipſi permoleſtè ferimus ac ſi ſpoliemur propriis: morientibus inſuper condolemus quaſi affectis iniuria. Illud velim tecũ repuces, nempe puerulum haudquaquam eſſe mortuum, verius tibi redditum: neque deſiit eſſe amicus, magis verò abiit peregre, viamq́ue qua & nos ingredi neceſſe eſt, aliquantò anteuertit capeſſere. Dei mandatum indiuiduus tibi hæreat contubernalis, ad quæuis agenda vim rerum diſcretiuam, perinde ac præradiantem lucem ſplendorémve ingiter tibi ſuggerens, quæ ſanè diſcernendi facultas eminus præoccupans animæ tuæ præcipuam adminiſtrationẽ, eamq́ue in primis inſtruens & de vnaquaq; re veris opinionibus accuratè præmuniẽs, non ſinet à quoquam incidentium euariare aut immutari: quin tu potiùs ſimul atque hiſce muni- D
mentis ante omnia præmunieris mentem, perinde ac quidam ſcopus conterminus mari, incurſiones quaſque reflantium ventorum & aſsilientium fluctuum poteris tutò & inconcuſsè ſuſtinere. Quidni priùs aſſuefeciſti mentem, vt de mortali quæ mortali vitæ propria ſunt, cogitaret? Atqui inopinam filij nec præuiſam accepiſti mortẽ. Quid? quo primùm die nunriatum tibi eſt natum eſſe filium, ſi quis te rogaſſet: id quod tibi natum eſt, cuiuſmodi eſſe cenſes, aut quale? quid tu tandem reſpõdiſſes? Aliud ne aliquid, quàm quia homo eſt, quod natũ eſt? Quòd ſi homo, vtique mortalis. Quid igitur inſolens aut admirabile, ſi qui mortalis erat, mortuus eſt? Solem hunc, vt oritur & idem occidit, non perſpicis? Lunam non vides augeſcere primùm, dein deliquio deficere? Quin terram ipſam contueris nunc progerminantem, mox veluti marcore flacceſcentem? Quid eorum quæ circa nos ſunt, ſolidè conſiſtit? Quid vſpiam eſt, quod immotam ſortiatur & immutabilem na- E
turam? Suſpice cœlum, ac deſpice terram: neutrũ perẽniter duraturum eſt. Ait enim dominus: Cœlum & terra tranſibunt. Et cœlo ſydera ſident & collabentur, Sol obtenebreſcet, Luna non dabit lumẽ ſuum. Quid ergo admirabile videri debet, ſi nos qui portio qualiſcunque ſumus mundi, in eorum partem venimus, quæ propria ſunt & congenita mundo? Hæc tu diſpiciens, vbi te quoque adorietur aliquid eorum quæ cæteris communia ſunt, ſerto id velut oculis conniuenribus, nõ quidem citra vllam affectionem aut ſenſum doloris, (Nam quæ tandem debetur merces ſtupidæ iſti & inſenſili indolentiæ?) ſed vel cum laborẽ planè intenſo, nec vlli explicando angore animi ſuffetto tamen, haud diſsimilis generoſo cuipiam Athletæ, qui ſpecimen ſuæ fortitudinis ac virilis animi palàm exhibet, non aduerſarios cædendo ſolum, ſed & conſtanti ac generoſo pectore ferendo plagas ab illis inflictas. Vtq́ue vnus aliquis gubernator ſapiens ſi eſt & interritus, qui nitens peritia nec mediocri rei nauticæ animum retinet ac ſeruat rectum, nulla depreſſum aut demerſum anxietate & quauis procella inundanti ſuperiorem. Filij quamlibet amabilis priuatio, vel vxoris multò ſuauiſsimæ, aut certè alterius cuiuſpiam ex F
iis quæ maximè omnium deamas, præreptio nihil acerbum aut graue viro irrogabit ſolerti ac prouida mente prædito, rectáque rationem habenti vitæ preducem, non item iſtud in eum cadit, qui pro vulgari conſuetudine ingreditur. Permoleſtum enim eſt & vix toleratu poſsibile vel ipſis brutis, auocari ac ſubmoueri à conſuetudine. Equidem ipſe bouem vidi aliquando ad præſepe illachry-

Collatio

illachrymantem ſibi compaſcuo & coniugi mor-
te prærepto. Quin reliqua quoque bruta videas
conſuetudinem tueri mordicus, cui ſemel inſue-
uerint. Tu porrò neutiquàm didiciſti ad eum vi-
uere modum, neque ita eruditus es. Amicitiam
alioqui cum vno aliquo inire per prolixam col-
loquij familiaritatem, diuturnámve conſuetudi-
nem, nihil fuerit indecorum. Cæterùm de queri
ac lugere, quòd à se is ſeiungitur, quo cum tibi in-
terceſſerat diutina ac familiaris congreſsio, id ab-
horret prorſus à ratione. Sit hoc exempli gratia:
Tibi velut ſortitò obtigit pro vitæ conſuetudine
vxor, omnimodam tibi exhibens vitæ voluptaté,
promouendæ lætitiæ artifex; eorum conciliatrix
A quibus animum oblectes tuum, familiæ adaugés
commoda, in mœrore conſiſtenti tibi plurimam
moleſtiarum ac triſtitiæ partem adimens. Hæc ti-
bi inopina morte intercepta eſt ac periit? Hac tu
afflictione affectus ne efferetis caue, dixeris eo-
rum quæ fiunt fortuitum eſſe & fatalem caſum,
quaſi nemo moderandæ huic mundiali machinæ
præſideat: neu tu mihi cóſtituas neſcio quem ma-
lorum opificem, per immoderatam mœſtitudi-
nem ex teipſo improbata dogmata cóminiſcens.
Chriſtianæ pietatis terminos ne tu transgredia-
ris. Quandoquidem duo fuiſtis prorſus in carne
vna, multùm promeretur veniæ, qui diſſectionem
eiuſmodi & ſuæ cum compari coniugationis di-
remptionem proſequitur multo cum angore ac
mœrore: at certè nihil tibi profuerit ob eam cau-
ſam quiduis eorum quæ te dedeceant aut verſare
animo, aut loqui. Tecum reputes velim, quòd is
qui nos formauit animáque indidit corpori deus,
B vnicuilibet animæ ſuum hic viuédi ſtatum ratio-
neḿque præſtituit: & aliis quidem alios hinc emi
grandi præſcripſit terminos. Hunc enim conſti-
tuit diutiùs in carne permanere: illum cótra cor-
poreis vinculis decreuit ocyus exolui iuxta ſuæ
ſapientiæ ac iuſtitiæ rationes nulli prorſus enar-
rabiles. Quemadmodum igitur eorum qui in car
ceres coniiciuntur, hi quidem in afflictione car-
ceralium vinculorum detinentur introcluſi diu-
turniore temporis mora: illi verò ab ea calamita-
te ſubmouentur celeriùs: ſic & animæ. Etenim hæ
diſtinentur in præſenti vita diutiùs: aliæ minùs,
pro cuiuſque merito dignitatéve, iuxta diuinæ ſa-
pientiæ profunditatem, ſic vt mens nulla homi-
num ea poſsit attingere, quæ de vno quoque no-
ſtrum ipſe creator præuidit. Non audis dicentem
Dauid: Educ de carcere animam meam? multiua-
rium angorem, moleſtiámve indicat. Non audi-
ſti, vt ſancti eius exoluta anima eſt? Quid rurſus
C Simeon dominum noſtrum pio vlnarum aſtrin-
gens complexu, cuiuſmodi vocem emiſit? Nonne
hanc: Nunc dimittis ſeruum tuú domine? Ei enim
qui ad ſupernum & cœleſte domicilium feſtinus
contendit, ſupplicio omni, omni carcere gra-
uior eſt hæc inhabitatio corporis. Ne igitur quæ-
rito, vt conſtitutiones de animabus poſitæ ad tuas
vnius votiuas delicias ſe accommodent & obſe-
quantur: quin tu de iſtis quos mutua vitæ conſue-
tudo coniunxit, dein mors intercedens dirimit
eoſdem, cogita cóſimiles illis eſſe, qui eadem via
aliquò dum proficiſcuntur, per continuam con-
flictationem ac moram, quadam deuinciútur ne-
ceſsitudine. Hi ſimul atque percurſa via commu-
ni, eam apprehenderint, quæ deinceps multifida
eſt & à communi diſſecta, iamque poſtulet ne-
ceſsitas alterum dirimi ab altero, non iam illi fa-
miliariter conflatæ conſuetudini acquieſcentes
ea neglectim curant quæ priùs animo deſtinarát
efficere: quin memoria potiùs repetentes cauſam
initio promotam ad proprium quiſque vitæ ter-
minum recurrit. Quemadmodum igitur illis di-
uerſus quidem fuerat præfixus viæ ineundæ ſco-
pus, iſtos proinde inter eundem contigit per col-
loquendi conſuetudinem mutua necti ac deuin-
ciri familiaritate: idem vſu venit nuptiis aut alia
quapiam ſocialis vitæ conſertione deuinctis. Eſt
nimirum ſua cuique præſtituta meta viuendi. Sic
igitur conſertos inter ſe & coünitos neceſſe tan- D
dem fuerit, vt præfinitus cuique vitæ finis diſpa-
ret atq; diſſoluat. Sanè animi fuerit probè agno-
ſcentis, collatum in ſe beneficium, non ægrè ad-
modum angi aut diſcruciari ob hanc alterius ab
altero diremptionem: ſed gratiam habere ei, qui
tibi initiò ſtatim eiuſmodi conſortium velut ſor-
titò impertiuit. Tu contrà, ne vxore quidem ſu-
perſtite, aut filio, aut alio quicquid tandem id eſt,
ob cuius abſentiá luctu nunc ac mœrore cóficе-
ris, nullam habebas gratiam præſentiæ iſtorú col-
latori: potiùs dequerebaris, quòd quæ optares,
non ſuppeterent. Cohabitabas ſolitariæ vxori?
mox expoſtulabas, quòd pro voto non adeſſent
liberi. Aderant filij? Dolebat quoniá minus abun
de ſuppeterent luculétæ opes: aut certè, quia per-
ſpiceres ex inimicis quoſdam quotidiana rerum
fœlicitate cumulari. Videto igitur, ne fortè ipſi
cauſas præmoliamur nobis ipſis & connectamus i
quibus fit, vt merito noſtro rebus ſpoliemur in E
vita chariſsimis. Quum eæ adeſſent, ne ſentieba-
mus quidem: vbi defluxerút, flagranti vrimur ea-
rú deſiderio. præſentibus enim quæ ex deo ſunt,
bonis perfruentes quum nullam rependamus lar
gitori gratiarum actionem, vt ſenſum aliquem
percipiamus ex iactura rei, neceſſe eſt ea vt ſpo-
liemur. Vt enim oculi quod iuſto propiùs admo-
tum eſt, non vident, ſed opus habent moderata
quadam interuallari diſtantia: itidem animas mi-
nùs gratas videmus ſenſu attingi prærepta gra-
tiæ, dum priuatos ſe intelligunt prærogatiua bo-
norum. Acceptis enim vitæ iſtius commodis, er-
ga benignum datorem ingrati, ne vnam quidem
agnoſcunt gratiam: vbi quid intercipi vident, id
demum quod interceptum eſt, deprædicát. Atqui
nemo noſtrum ſe ſubmouerit à gratiarum actio-
ne per vllam quantanlibet vitæ ſe circunſtantem
ærumnam, is modò ne ingratè velit quamque gra
tiam ſibi impertitam agnoſcere ac percenſere. F
Habet enim vniúſcuiuſlibet noſtrûm vita nó pau
ca, nec indigna recognitione admodum iucunda
& contemplatione: ſi tamen nonnunquam ſuſti-
nuerimus id inſpicere quod infra nos eſt, atque
ita ex comparatione ad id quod deterius eſt, bo-
num quod ipſi poſsidemus, quanti ſit pretij, ad-
metiamur & expendamus. Seruus es? Habes te
vno deiectiorem. Quòd vno ſuperior es, ne eſto
ingratus, quòd neutiquam addictus es piſtrino,
quia nullæ tibi infliguntur plagæ. At ne huic qui-
dem cauſæ defuerint referendæ gratiarum actio-
nis. Neque enim iniectæ ſunt ei compedes. Non
vinculis aſtrict' eſt ligno. Nec vincto deſit cauſa

Conſuetudo vis quanta.

In Manichæos.

[illegible]

repoocodæ gratiæ ſufficiens, vel quia ſioitur viuere. Quòd datur ſolem contueri, teſpirare aërē: ob hæc gratias agit. Nullo tuo merito plecteris? Gaudium tibi ingerat futurorum ſpes. Iuſto ne es ſupplicio addictus? Gratias itaque agito: quòd eorum quæ auſu temerario deſignaſti, hic luis pœnas, vt ne lætalium peccatorum gratia æterno ſerueris tradendus ſupplicio. Sane hunc in modum licuerit ei qui gratus eſſe pergit, haud mediocrem gratiam pro præſentibus bonis benigno largitori exoluere, per omnem omnino vitā & vitæ exercitia omnia. Atqui hic nuoc affectus accidit ple-
A risque eorum qui implacidis moribus ſunt & minimè gratis, vt bonum quidem quod adeſt, faſtidiant & contemptim aſpernentur: cōtrà quæ abſunt, expetant cupidiſsimè. Neque enim iſtos cenſent præ ſe premi grauiore inopia: quo fit, vt oullam exoluant benefico datori deo gratiam, immo dum ſe compoount cum eo quod in aliis eminet eſtque excelleotius, reputantes quantò inferiores illis ſint, perinde anguntur animo, verbiſque deprecantut & accuſant ſuam ſortem, ac ſi propriis ſpoliarentur. Seruus permoleſtè fert ſe non eſſe liberū. Educatus in libertate cruciatur, quia minimè patritius ſit, neque ex ſpectabili illuſtriue claritudioe generis prognatus, ac oe auos quidem qui ſe prærierint, poſsit ſeptem eoumerare, quique in equorum gladiorúmve outricatiooem priuas impenſas ioſumpſerint. Quiritatur & eiulat genere illuſtris, quòd minimè effloteſcit diuitiatum luxu profuſiore. Mœret ac lamentatur diues ſe ooo eſſe ciuitatum ac gentium principē. Dux exercitus diſcruciatur ſe non potiri regno.
B Dolet regi, quòd noo io vniuerſum totius ſub ſole orbis imperio præſidet. Aegrè illi eſt, quoniam gentes ſuperſunt, quæ minimè eius agnoſcūt imperium, nec ipſius ſe ſceptris ſuſternūt. Ex iſtiuſmodi omnium lectione colligere liceat, nullam rependi actionem gratiarum liberali ac munifico collatori pro ingentibus beneficiis. Cæterùm expuocto à nobis eiuſmodi ob hæc quæ minùs ſunt in promptu cōmoda, doceamur pro bis quæ adſunt gratiarum reddere actiooem. Si quę oos adorientur rerum apprimè triſtium afflictiooes inamonæ, dicamus ſapienti medico: In tribulatione parua diſciplina & eruditio tua nobis. Dicamus: Bonum mihi, quod humiliaſti me. Dicamus: quia ooo ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur io nobis. Dicamus: Parumper ob peccata quæ admiſimus, ſumus flagellati: Oremus domioum: Caſtiga ooa domine, veruntamen in iudicio & noo in furore. Dum enim redarguimur, à domino corripimur,
C vt oe cū hoc mundo damnemur. Si quando ſplendidior ac lætior arridet ratio & inſtitutum vitæ, illam depromamus Dauidis vocem: Quid retribuam domino, pro omnibus quæ tetribuit mihi?

Attende dei erga nos beneficia.

Ex nihilo fecit vt eſſemus ac produxit. Cohoneſtauit dooo rationis. Inueoium artium gratuitò contulit, quæ adiumento ſiot nobis ad tuendam vitam. E terræ viſceribus alimenta eduxit. Nobis prærogauit in miniſterium omnigenum pecus. Propter nos imbres, Sol, montana regio, atque item campeſtris oostri cauſa pulchrè exculta eſt, & ornata, veluti profugia quædā nobis apparans quibus ad montiū vertices prouehamur. Propter nos amnes fluuot, diſcatent ac promanant fontium ſcatebræ, ad negotiandum nobis ſe adaperit mare nauigationi, è fodinis metallicis effodiuntur opes. Vodeuis affluit amœnitas exuberās deliciarum, omni nos obuallante creatura ac protegente, per luculentam ac prædiuitem erga nos beneficentiſsimi dei gratiam. Ecquid neceſſe ſit qualiacunque hæc commemorare? Deus ipſe noſtræ ſaluti coosulturus, inter homines cooverſatus eſt: ob hanc deciduam & corruptelæ obnoxiam carnem, Verbum caro factum eſt, & habitauit in oobis nimirum in omnes beneficentiſsimus cum ingratis inter captiuos, qui eos aſſerat D libertati, Sol ipſe iuſtitiæ eorum intermedius, qui ſedent in tenebris. Venit ad crucem, iſtarū prorſus expers affectionum ad mortem, vita lux ipſa, dēſiſsimam Erebi penetrauit caliginem. Propter eos qui morti ſuccubuerant, reſurrectio. Adoptionis ſpiritus multiformis diſtributio chariſmatum multiplex coronarum promiſsio: alia inſuper, quæ ſingula haudquaquam procliue ſit reuocare ad numerum, quibus ſanè omnibus illa prophetæ vox accommodari poſsit: Quid retribuemus domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Etenim rurſum magnificus dator haudquaquàm dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolueret acceptam his qui priores contuliſſent. Quam enim pro accepta gratia rependis gratiarū actionem, in numerum refert & habet beneficij loco: qui quidem quum opes facultateſque ſuppeditarit, per pauperum manus te repoſcit eleemoſynam. Is tametſi aliud nihil accipit quàm quod

Gratitudo quòmodo præbeatur.

ſuum eſt, ſolidam tameo ac ſyoceram retribuit E gratiam, ac ſi propria dediſſes: Quid igitur retribuemus domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Noo enim poſſum non inculcare hāc prophetæ eximij vocem, meritò hærentis velut in ſalebra ac circūſpicientis ſuammet inopiam, quòd ad manum nihil retributione dignum occurrat, oihil quod aliqua ex parte reſpondeat magnificis adeò ac ſplendidis beneficiis, quæ quidem haudquaquam pertigeruot ad illam exuperātem promiſſorū prærogatiuam, quandoquidem iſtis tantò cumulatiora ſe olim daturum pollicetur: nempe, delicias paradiſi, cœleſtis regni gloriam, bono res nihilò diſpares angelis, cognitionem contemplationémue diuinæ maieſtatis, quod vnum his qui ſe dignos præſtiterint, in boois habetur ſummum: idque votis omnibus creatura omnis expetis, rationis capax, quo vtique bono perfrui olim licuerit, nobis ab omni vitioſa carnis affectione expurgatis. Dixerit quiſpiam: Charitas ſanè quū prima numeretur & perfectiſsima in virtutū bo- F nis, (Nam plenitudo legis charitas.) quinā poſſimus ſocialem affectum & flagrantem charitatem declarare erga proximos, quando primùm ingreſsi ad eos multiplici & acerba calamitate detentos, adeò non cum flentibus ipſis flemus, neque collachrymamur, vt etiam pro his quibus afficiuntur incommodis deo agamus gratias? Et quidem æquanimiter propriam perpeti afflictionem, & cum actione gratiarum, inſigne præfert patiētiæ ac fortitudinis: pro calamitate verò quæ vnicuipiam contigit, gratias agere deo, inſultantis eſt alienis malis & mœſtitia affectos exacer

bantis

bantis, quum iubeat Apoſtolus, vt cum flentibus & ipſi fleamus. Ad hæc igitur quid nobis dicendum? Rurſus ne reuocanda nobis ad memoriam ſunt verba, quæ nobis præſcribunt, ob quæ partim gaudendum, partim lugendum? Ait nanque: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis. E diuerſo: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed flete ſuper filios veſtros. Enimuero vt cum iuſtis quidem exultemus
A & collætemur ſermo edicit diuinus: contra, cum iis qui per efficacem pœnitentiam amaras profundunt lachrymas, lugeamus ac lamentemur. Aut certè, & ipſi eos deploremus, qui ſic citra vllum doloris ſenſum ſunt affecti, vt ne intelligant quidem quàm inauſpicatò eant ſe perditum. Eum porrò, qui ob hominū mortem fletus edit, cumq; lugentibus in querulas voces erumpit, minimè conuenit putare hoc dei impleſſe mandatū. Neque enim medicum laudauerim, qui quum debeat auxiliari ope occurrere ægrotantibus, vndique totus ſcatet morbis. Non item nauclerū ipſe probauerim, qui quum artis gubernandi præſidio nixus debeat vtiliter vectoribus ac nautis præeſſe, confligere aduerſus procelloſam ventorum vim, effugere vndiuomas fluctuationes, inſuper & ſpe bona arrigere animos vectorum immodico timore perſtrictos: ipſe interim faſtidienter nauſeat, nec minùs ac cæteri rei nauticæ rudes deſpondet animum. Planè nihilo diſsimilis eſt his, qui mox vt ingreditur lugentium cœtum, nihil adeò in illos vtilitatis impertit ſuomet ſermone, vt etiam ex aliorum communi afflictione in
B ſe geſtus trahat indecoros. Vt enim ob fortuitas calamitates lugentium contriſtemur, nemo negauerit conſentaneum eſſe rationi (ita enim fiet, vt tibi concilies familiarem congreſſum ac beneuolentiam miſerè afflictorum, ſi quidem minùs exhibueris te hilarem ob eorum calamitates, nec neglexeris aliorū cruciatus ac dolores,) at certè minus conuenit vt cum iſtis mœrore affectis decorum honeſtatémve tranſilias, ita vt miſere affecto acclamites eiulans & collugeas, aut in cæteris quæ te dedeceant, iſtos imitere ſiue eum æmuleris cuius oculis afflictionis magnitudo tenebras offudit: exempli gratia, ſi te vnà cum iſtis introcludas & obſeres, ſi amicieris lugubri & pulla veſte atque humi ſeſsites, ſi cæſariem impexam & intonſam geſtites. Hiſce enim rebus augeſcit potius & intenditur calamitas, quàm mitigetur. Vides ne, vt bubonum ac ſpleniorum affectus, dum hi quidem accedunt parti iām ſauciæ, illi autem febribus accreſcunt: dolori addunt non mediocrem acceſsionem? Cæterùm manus tuas ſi dolenti membro ſuperduxeris leni attractu: extuberationem vtique ſupprimes. Ne tu igitur promotam afflictionem atrociorē reddideris tua vnius
C præſentia: neu concidas cum hoc iam collapſo. Prorſus enim is eſſe debet ſuperior in humū deiecto, qui ſurrigere nititur iacentem. Nam ſi delapſus peræquè eſt: nihil minùs ac alter opus habet à quo ſubleuetur. At certè nihil præter decorum fuerit, ſi quidem ob ea quæ contingunt, animus mordeatur moderato ſenſu doloris, aut rebus afflictis ſilentio cōtriſtetur ac mœreat: ſic tamen vt ipſo vultu cogitationi reſpōdente & modeſtæ grauitatis pondus cōſeruante, tui ſignifices pectoris afflictionem. Planè indecorum fuerit, mox vt occœperis loqui, ſi ad obiurgationes proſilueris. Id enim perinde eſt, ac ſi inſultes & illudas miſerè proſtratis. Animæ enim angore & triſtitia afflictæ obiurgationes importunæ ſunt: ſimulque minùs accepti eiuſmodi ſermones quapiam perturbatione laborantibus, nec vim vllam obtinent efficacem perſuadendi, ad eorum præſertim conſolationem, qui ad concitandos in ſe humanos affectus modis omnib' ſeueriores ſunt. D
Quin tu ſimul atque iſtos permiſeris inanes queſtus ac prorſus inefficaces effundere, voceque exerta & paſsis crinibus eiulare ac lamentari: iam vbi ſe ſenſus mali remiſerit & ſuppreſſerit, tum ſcitè ac leniter licuerit eos compellare verbo conſolatorio. Etenim qui effrenes equorum pullos edomādos accipiunt, non ſtatim initio freno ori iniecto natiuam illorum ferociam frangunt aut inhibent & ſiſtunt: (Ad eum enim modum refractarij redduntur & retrogradi ac diſcunt dorſo ſuos excutere ſeſſores.) ſed primùm nonnihil obſecundant & indulgent illorum ferocienti naturæ. Dein vbi viderint è proprio impetu feritatē iræ abſumptā: tunc acceptos aliqua iam ex parte edomitos, arte moderatiores reddunt & quouis ſequaces. Ita ſanè continget iuxta Salomonis ſententiam dicētis: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad modum conuiuij: ſi quis ſcitè & clementer vſum moderans ſui ſermonis, ſuā ægroto impertire volet ſanitatem, non item alienæ triſtitię, ceu oculi lippientis particeps effici. Flendum igitur nobis cum flentibus. Tu enim ſimul atque videris fratrem ob eorum quæ admiſit, pœnitentiā E
ſe proluentem lachrymis, huic collugeto & condole: ita etenim tecum fiet, vt ex alienis malis caſtiges proprium. Qui enim pro peccato proximi, lachrymis ſtillat præferuidis: hoc ipſo quòd lapſum deflet fratris, ſuūmet à ſe profligauit morbum. Talis erat, qui dicit: Deiectio ſiue defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Fle igitur ſuper peccato. Peccatum animæ eſt ægritudo, peccatū mors eſt animę alioqui immortalis, peccatum luctu eſt & implacabilibus lamentis dignum. Ob peccatū profluant effuſiſsimæ lachrymæ, neu deſinat ex imo pectoris receſſu iugiter proſilire ſuſpirioſus gemitus. Flebat Paulus inimicos crucis Chriſti. Flebat & Hieremias internecionem pereuntis populi, qui ſanè quòd lachrymæ ſuapte natura profluentes non ſatis illi eſſent ad planctus magnitudinem, cupidè expetebat ſibi infundi lachrymarum fontem & extremum ſolitudinis diuerſoriū, dicens: Et ſedebo & plorabo populum hunc dies multos, eos qui pereunt. Sane iſtiuſmodi luctum ac lachrymas deprædicat Apoſtoli ſententia & fœlices aſtruit, non etiam eas quæ ad ſemel conceptam animo triſtitiam ex oculis facilè erūpunt F
& cortinantur, at neque eū ſtatim confirmat beatum, qui ſuapte natura per omnem occaſionem propendet ad lamentādum. Non ita dudum ipſe ego vidi quoſdam ex his, qui ſtudio conſectandæ voluptatis ſunt addictiores. Hi inſigniter adeò cōſueuerant genio indulgere ac deliciis, vt ſi qua incidiſſet occaſio triſtitiæ, huius prætextu totos ſe ad crapulam conuerterent & ebrietatem ſectandam, ſuæ interim iſtius intemperantiæ culpam

A ſimili.

conatî reddere leuiorem inductiooe verborum Salomonis: Date, ait, vinũ his qui io triſtitia ſunt. Eſt planè ſententia hæc prouerbialis non quæ impunem & liberam facultatem cuiquam tribuat conſectandæ ebrietatis, potiùs humanam vitam tuetur ac ſeruat. Vt enim omittam ſenſum ænigmatica alluſione inuolutum, qui quidem per vini nomenclaturam, iucunditatem ſubindicat & lætitiam ſpiritualem, ipſe quoque ſenſus qui ad manũ cuique eſt & vel vulgo cognitus curæ plurimum ac diligentiæ exigit, vt obſeruetur, ne videlicet qui iuſto grauiùs indulgent luctui ac pro- A inde nullam admittunt conſolationem, vehementiore abſorpti acrimonia luctus ſumere negligãt alimoniam corporis. Nam pane quidem hominis mœrore affecti cor ſulcitur ac firmatur: vino autem conſtabiliuntur & conſolidantur imminutæ & collapſæ corporis vires. Cæterum vini iuſto amantiores ac temulenti haudquaquam demulcent aut ſedant animo conceptum mœrorẽ, veriùs malum permutant malo & improbo quodam contractu ac permutatione exitiali pro corporis morbo morbũ in ſe recipiunt animæ, illorum exemplo, qui trutinæ momenta dum exæquant, tantum triſtitiæ adimunt, quantum addunt ſtudio voluptatis. At certè ita quidem opinor vinum oportere auxilio eſſe naturæ, nec permittere tantum infundi vini meracis, vt eo tãquam tenebricoſa offuſione caliginis ratio obſcuretur. Neque enim mœror ille animi diſcutietur vnà cũ vino & effluet: ſed & animæ preſsiùs cohæreſcet & fiet auctius malum ebrietatis. Quòd ſi ratio B ſupprimendæ triſtitiæ eſt medicus, vtique ebrietatem par fuerit cenſeri malorum eſſe extremũ, vt quæ maximopere impedimẽto eſt, quo minùs ſanetur anima. Cæterum ex his quæ mihi dicta in hoc ſunt ſermone, ſingula velim vt ad mentem reuoces: his enim expenſis deprehendes Apoſtolicæ legis edictũ & poſſe nos exequi & eius executionem apprime nobis futurã vſui atque emolumento. Primùm quidem dictum eſt, qui poſsis ſemper gaudere, nimirum præducem ſequutus rectam rationem, ſubin quo pacto ſine intermiſſione orandum tibi ſit, Tertio loco, vt omni in re agendæ veniant deo gratiæ. Denique qua ratione, cõſolari eos poſsis qui affligantur, vt his omnibus perpolitus & ornatus, morum integritati ac perfectioni reſtituaris, ſubſidium opemque ferente Spiritu ſancto per inhabitantem gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

[illegible] ex collatione.

Luca. 12. b.

C

HOMILIA BASILII MAGNI in dictum illud, ex euangelio ſecundum Lucam: Deſtruam horrea mea, & maiora ædificabo: itemque de auaritia, Raphaële Volaterrano interprete.

DVPLEX eſt tentationũ genus. Nam vel corda hominum, tanquã aurũ in fornace, per patientiã afflictis rebus aduerſiſque probantur, quæ ipſorũ coarguãt ac declarent probitatẽ: aut certè ipſa vitæ proſperitatis ſæpenumero multis tẽtationis & experimẽti loco eſt. Aequè enim durum videtur, in rerum difficultate minimè deiici, & infractum ſeruare animum, ac in fœlicitate non extolli ad irrogandam cõtumeliam. Et quidem prioris exemplum magnus Iob D inuictus athleta præ ſe tulit: qui omnẽ diaboli violentam, veluti torrẽtis impetum inconcuſſo corde, firmoque propoſito quum excepiſſet tanto maior teotationibus apparuit, quãto duriora illi vixque eluctãbilia ab hoſte viſa ſuot obiecta illi certamioa. Earum verò tentationum exẽpla quæ ex lætiore rerũ ſucceſſu cõtingunt, cùm alia multa ſunt, tam huius nobis nunc lecti diuitis: qui opes quidem ingentes habuit, in iiſque maximè ſpem collocauerat, dei benignitate ipſum abuſq; initio tolerante, nec ob ingratitudinem morum condemnante, ſed continuò prioribus diuitiis alias addente, ſi quo modo per copiæ ſatietatem animum eius ad liberalitatem ac mores manſuetiores aliquando prouocaret. Hominis, inquit, diuitis vberes ſtuctus ager attulit, & cogitabat itra ſe dicẽs, Quid faciã? deſtruam borrea mea & maiora ædificabo. Cur igitur abundauit ager hominis, nihil boni ex copia facturi? Vt maior dei longanimitas appareret? quãdo vſq; ad tales quo- E que eius bonitas extenderetur: qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Talis verò bonitas dei maius colligit ſuppliciũ his qui peruerſè agunt. Huius itaque diuitis terræ per manus auaras cultæ, deus imbres tribuit: ac ſolem, qui ſemina ad maturitatem ſui caloris ſotu proueheret & multiplicaret fruges per fertilitatem. Et talia ſunt, quæ deus largitur, terræ videlicet confert aptitudinem, aëris temperiem, ſeminum copiã, auxiliarem boum operam, & ſi qua ſunt alia, quib⁹ agricultura fœliciùs promouetur. Hominis huius verò qualia ſuot? Mores amarulenti, in omne hominum genus odiũ, oulla in proximum libetalis collatio. Hæc miſer benefactori repẽdit. Non communis meminit naturæ: oec quæ ſupererant, putauit egentibus diſtribui oportere: nec vllam inibat ratiooem illius præcepti, Ne deſieris benefacere inopi. Itemque Eleemoſynæ ac fides ne te deſerant. Item: Frange eſurienti panem tuum. Denique prophetæ, omnéſque doctores clamantes non ſunt auditi. Sed bortea, multitudine fructuum grauata dirũpebantur: cor autẽ eius parcum ac tenax minimè exaturatum eſt. Semper enim antiquis noua ſuperaddens, & annuis prouentibus copiam au- F gens, in hanc inextricabilem incidit mentis inopiam ac perplexitatem, cùm nec vetera quidem propter auariciam ſineret in vſus inopum cedere: nec item recentibus propter copiam locus eſſet: Idcirco vana & inefficacia eius coocilia, curæque perplexæ fuerũt. Quid faciã, inquit? Quis noo miſereatur ſic miſerè curis obſeſsi? Ipſa fertilitate miſer erat ac timidul⁹. Miſerabilis præſentibus &

Tentatio duplex.

Collatio.

Confirmat paradigmate. Metaphora.

Attende dei benignitatem [illegible]

[illegible]

paratis bonis, miſerabilior nb ea quæ adhuc expectabat. Non enim prouentus annui fruitionem ei terra ferebat, ſed fletus & ſuſpiria: nō fructuum copiam, ſed curas & dolores & graues anxietates ſibi colligebat. Perinquè enim ac egeſtate preſſi, miſer affligitur, & eiular. An non talis mudi edit vocem, cuiuſmodi ſolet qui anguſtia preſſus mendicat? Quid faciam? Alimenta vnde? vnde indumenta? Hæc ſecum ſubmurmurat ac loquitur diues: cot per hæc mœrore côficit & affligitur, dum eſtur anxia ſolicitudine. Ceteros enim quod aſſo-
A let lætitia perfundere, id macerat ac liquefacit auarum. Ex his enim omnibus, quibus domi plenisſimè affluit, nihil decerpit gaudij: quin ipſe potius vndique affluētes diuitiæ & quarum diffuſionem non capiunt promptuaria, pungūt eius extimulant animum ac lancinant, ne ad externos fortè vel tranſcurſim aſpiciens, in egenos cogatur non-nihil conferre ſubſidij. Hæc iſtius animæ miſera affectio mihi planè videtur nihilo diſſimilis vorac gulæ helluonum, qui ingluuie diſrumpi malint, quàm vt vel tantillum ex reliquis in inopes conferant. Agnoſce ô homo eum qui dedit. Fac memoriis tuipſius, tu quis, quid iteni diſpenſes, à quo acceperis, qua item gratia tam multis ſis prelatus. Dei optimi miniſter es, tuorum diſpenſator conſeruorum. Ne puta omnia ventri tuo præparari: quæ in manibus habes vt aliena exiſtima: paruo te exhilarabunt tempore, deinde diffluentia præteribunt, quorum ratio abs te acriter exigetur.

Tu autem omnia ſimul portis & repagulis ſerioes
B incluſa, iiſque ſigoaculis obſignatis & colligatis aduigilas anxius. Ex teipſo captas conſilium? Planè imprudenti vteris conſiliatio. Quid faciam? Parata tibi reſponſio fuerat: Eſurientium animas explebo, aperiam horrea, & omneis vocabo indigns: imitabor Ioſeph præconio exhibita hominibus benignitatis celebrem: vocem emittam magnificam: Quicunque panibus egetis, venite ad me ſinguli participes futuri quod ſatis fuerit, gratiæ à deo mihi collatæ quaſi profluentis è communibus fontium ſcatebris. At non tu talis. vnde enim tu qui rerum communditatem vſumque inuides hominibus, improbóque tecum ioito conſilio ſolicitus es, non quo pacto cuique ea quæ neceſſaria ad vitam ſunt, diſpertiaris: ſed quonam modo omnibus ad te rettactis, nmnes eorum priues vtilitate. Præſto erant, qui animam illius, è corpore exigerent, & ille cum anima de eſcis loquebatur. Eadem illa nnête auferenda erat illi anima, & ille multorum annorum delitias
C ſibi ipſi imaginabatur. Permiſſum illi eſt, quiduis conſultandi, animique ſui ſententiam exprimendi, vt competentem ſuo propoſito ſententiam acciperet. Caue ne idem tibi quoque vſu veniat. Hoc nanque ideo ſcriptum eſt, vt ſimile quid vitemus. Imitare ô homo, vel terram: vt illa fructus proferto, vt ne illa conſpiciaris eſſe deterior, quæ inanimis eſt. Sanè illa non in ſuum vſum aut commodum, ſed in tuum miniſtrare contendit. Tu autem quem debueras oſtendere beneficentiæ fructum, illum tibi ipſi congregas? Nam beneficiorum gratiæ, in daores reuertuntur. Dediſti eſurienti: tibi conſuluiſti: Quod dediſti, ad te cum auctario reuertetur. Quemadmodum enim frumen tum in terram cadens, lucrum proiicienti parit: ſic & panis in eſurientem proiectus, multam in poſterum tibi reddet vtilitatem. Sit agriculturæ tibi finis, initium ſementis cœleſtis. Seminare, inquit, vobiſipſis in iuſtitia. Quid igitur te infelicem red dis? Quid affligitaris luto & lateribus diuitias clau dere coorcodens? Melius nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Si autem diuitias ob honorem inde prouenientem admiraris, conſidera quanto ad gloriam magis faciat multorum filiorum parentem appellari, quàm mille ſtateres in marſupio repoſitos habere. Pecuniam enim hic vel inuitus relinques: honorem verò ex benefactis ad dominum referes: quādo populus omnis communem iudicem circunſtans, te & nutritorem & in inopes beneficum, & demum omnibus quæ ad huma- D nitatem pertinent nominibus appellabunt. Nónne vides quoſdam in theatris pancratiaſtas & mimos & cum feris certantes, quos ſpectare quis abominetur, pro breuis temporis honore ac populi plauſu pecuniam prodigentes: tu autem tam parui es animi, vt ad ſumptus perpetuam tibi gloriā pariturus cuncteris? Deus eſt, qui recipiet, & angeli collaudabunt, homines quotquot ab ipſa mū di creatione fuerunt, beatum te prædicabunt? Præterea, gloria ſempiterna, corona iuſtitiæ, regnum cœlorum præmia tibi ob harum rerum corruptibilium adminiſtrationem, erunt: quæ tu nihili ducis. Tantn tenetis rerum præſentium ſtudio, vt quę ſpe præſumere debes, ne tanti quidem facias præ illis. Agedum ergo, tuas opes in pauperum varios vſus diſpone ac diſpenſa, clarus & venerabilis ob ſumptus in egentes eſto. De te illud dicatur: Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius E manet in ſeculum. Ne graueris neceſſariis vſibus te benignum reddere. Ad hortea tua aperienda, noli annonæ caritatem expectare. Nam qui auget pretium annonæ, publicæ execrationi obnoxius redditur. Famem ob aurum ne opperitor: noli ob vtilitatem priuatam, communem inediam affectare. Noli, inquam, inſtitor caupóve humanarū fieri calamitatum: ne per occaſionem cumulandarum opum, iram in te accerſas dei. Ne moleſtiā generes vulneribus eorum, qui flagellis cæſi ſunt. Tu verò aurum tantum reſpicis, fratrem verò tuū non aſpicis: & omni quidem characterem ac genus cognoſcis, probum ab adulterino diſcernis: fratris verò tui egeſtatem prorſus ne ſcire quidē vis. Auri tenidens color te mitum in modum oblectat: at quantus te ſequatur inopis gemitus, non cogitas? Quomodo tibi nb oculos proponam calamitates pauperis? Ille circunſpectis omnibus vi- F det ſibi nihil ſuppetere auri, ſed ne ſperat quidem vnquam affuturum. Supellex porrò ac veſtimentum eiuſmodi cuiuſmudi eſſe ſolent pauperis facultatulæ, nimirum pauculis obolis æſtimandæ. Quid igitur? Ad liberos denique oculos reflectit, eos vt ad forum deductos exponat venui atque il linc qualecunque ſolamen inueniat impendentis fati. Expende, quæſo, hic certamen ex vna parte inſtantis famis, ex altera paterni affectus cum altera miſerabilem mortem intentet, alter verò vnà cum filiis mori perſuadeat. Ad hunc modum ſæpenumero affectus, ſæpe iterum impeditus, tandem vrgente neceſſitate ineuitabili victus & enectus in id conſilij rapitur. Et quæ hic conſultat pater? Quem primum liberorum vendam?

σιτολοχῖα in annona flagellatores.

Quem magis cupietis, qui frumentum commutat? Si primum: At ætatis honos me reprimit. Iuniorem ne? At me miſeret æui calamitatis adhuc indocilis. Iſte apertas habet notas, quibus effigiem maiorum meorum exprimit. Ille aptus eſt ad diſciplinatum ſtudium. Heu ineluctabilem calamitatem. Quorſum euado? Quem nam iſtorum lædam & offendam? cuius nam beſtiæ ingenium aſſumam? Quomodo naturæ obliuiſcar? Iam ſi cunctos retinere adnitar, cunctos videbo calamitate famis abſumi. Si vnum vendidero, qui bus oculis reliquos aſpiciam, cum me iam illis videam de mea erga ipſos fide ſuſpectum? Quomodo domum inhabitabo qui mihi ipſi orbitatem accerſiuerim? Quomodo ad menſam accedam, cuius ſumptus ex tali mercatura conſtant? Tandem multis cum lachrymis, chariſſimum natorum vnum venditurus ad te venit. Tu propterea nihil tali calamitate inflecteris? Nulla ſubit mentem naturæ communis ratio? Quin & illum licet, fames premat: ludificas interim cauillis & comperendinator diſſimulas, diuturnioremque illi ne ctis & concinnas calamitatem. Quum ille ſua tibi viſcera pro alimoniæ pretio offerat, manus tua ex huiuſmodi calamitatibus facultatem & opes captans, non ſolum non ſtupet, ſed & reluctaris quaſi nimium des, & vt multum lucretis minus tum dare conaris, vndique miſeri grauans incommoda. Non lacrymæ tibi extorquent miſericordiam, non ſuſpirium cor emollit: ſed inflexibilis & duricordius aurum reſpicis, aurum imaginaris. Hoc tibi dormienti inſomnium, & vigilanti deſiderium. Quemadmodum enim per inſaniam mente moti res probè non vident, ſed pro morbi ſui ratione quæuis imaginantur: ſic anima tua ab auaritia poſſeſſa, cuncta aurum, cuncta argentum reſpicit, libentius vides aurum quàm ſolem. Quecunque vides, in aurum verti cupis, daſque operam quoad poſſis & liceat. Quid enim rerum nō molitis mouéſque vnius auri gratia? Frumentum tibi in aurum vertitur, vinum in aurum concreſcit, lanæ ipſæ tranſeunt in aurum. Omnis mercatura, ſtudium omne tuum ac ſolertia conciliat tibi ſuggeritque aurum. Quid? Seipſum denique generat aurum, dum per fœnus tantò redditur au ctius. Nec enim ſatietas aut finis cupiditatis inuenitur. Sæpenumero pueris cibi iuſto appetentioribus quæ cupiunt maximè, affatim & ad ſaturitatem damus, ita, vt ex copia faſtidio capiantur: auarus autem non ita, ſed quantò plus accipit, tantò plura deſiderat. Diuitiæ ſi affluant (inquit pſal.) nolite cor apponere. Tu autem præter neceſſitatem affluentes retines, & exitus obſtruis. Deinde ſic coactæ ac occluſæ, & quaſi ſtagnantes, quid tibi faciunt? Rumpunt repagula violenter retētæ, redundantia deſtruunt horrea, promptuaria ſolo adæquant, ac ſi hoſtis alicunde irruperit. Sed maiora, inquis, ædificabit: Incertum, an deſtructa ve lut per manus ſucceſſori dabit. Nam ipſe velociùs migrabit hinc abreptus, quàm illa iuxta auaritiæ ipſius cogitationem erigantur. Sed hic quidem di ues finem congruum ac parem conſiliis malis eſt aſſecutus. Vos contra, optem à me vt perſuadeamini, nempe vt portis omnibus patefactis promptuariorum diuitiis latiſſimè patentem tranſitum exhibeatis quaſi latifundo fluuio frugiferam terram per mille irriguos elices riuoſque clam ingredienti. Itidem & ipſi per multas vias opibus ad pauperum domos aditum date. Nam & putei continuò exhauſti, & copioſiore & pulchriore admodum fluunt aqua, dimiſſi verò & quieti, ſacilè putent: Sic & opes conditæ quieſcentéſve, inutiles: motæ autem & tranſlatæ publicum commodum & fructum pariunt, quarū gratia ô quanta tibi laus ex iis qui beneficium acceperunt, prouenict? quam tu caue contempſeris. Quanta verò à iuſto iudice merces? cui tu diffidere nolis. Exemplum itaque accuſati diuitis tibi vbique occurrat: qui quidem præſentia cuſtodiens, & de futurorum ſpe anxiè ſollicitus, & incertus, num eſſet victurus craſtino, hodie peccando diem anteuertit craſtinum. Nondum ad hunc inops aduenit ſupplicaturus, & iam antea ſuam declarat feritatem. Nondum collegit fructus, & iam auaritiæ iudicium & condemnationem accepit. Terra quidem in ferendis ei fructibus officioſa fuit. Profundam in aruis ſegetem oſtentabat, racemos in palmitibus plurimos tulit. Is verò illi pariter præbens oleam fructibus prægnantem ac turgidam & ex genere nucum omni illi promittens omnimodam alimoniam, quum is interim nulli commodus aut beneuolus eſſet, & ſine fructu. Nondum habebat fructus, & illos iam egenis inuidebat. Quanquam quot ſunt periculis obnoxiæ fruges antequam domum comportentur? Nam & grando ſæpe eliſit atque comminuit, & æſtus ingens è mediis eripuit manibus, & aqua intempeſtiua è nebulis fluens infrugi reddidit & inutiles fructus. Quin tu ad dominum preces effundis, vt munus hoc tibi impertitum perfectum reddat? imo tute anteuertis indignum efficere eorum ſuſceptione, quæ tibi præminiſtrata ſunt. Clam loqueris tecum. At tua verba in cœlo examinantur: Quapropter & inde tibi reſpondetur. Quæ autem dicit? Anima, inquit, habes repoſita tibi multa bona: Comede, bibe, gaude. O verba ſtultiſſima. O dementiam ſingularem. Nam ſi porcinam habuiſſes animam, quid aliud ipſi enunciare potuiſſes? Itáne pecuinus tu ita bonorum animæ ignatus, eam vt exceptes carnalibus epulis: & quæcūque alui ſeceſſus recipit, animę deſtines. Si quidem illa virtutem habet, ſi plena eſt bonis operibus, ſi dei gratiam ſibi conciliauit ac familiariter aſciuit, tum ſanè multa bona habet, tum læta ri poterit bona lætitia. Iam quando retrena ſapis, & deum habes ventrem, totus quoque caro effectus, vitiiſis affectibus obſequeris, audi te dignā appellationem, quam tibi nullus hominum, ſed ipſe dominus indidit: Stulte, hac nocte animam tu am abs te repetent: Quæ autem præparaſti cuius erunt? Superat æternam pœnam iriſio iſta ſtultitiæ. Qui nanque paulo pòſt abripiendus è vita & ad ſupplicium abducendus quale init tacitus conſilium? Deſtruam, horrea & maiora faciam. Iſti ego ſane dicerem, benefacis. Nam iniquitatis horrea proculdubio digna ſunt, quæ dituantur. Euerte miſer tuis ipſe manibus quod malè ædificaſti. Solue horrea, vnde nullus vnquam ſolamē vllum conſecutus eſt. A fundamentis excidito auaritiæ cuſtodem, dirue tectum, euerte muros, oſtēde ſoli frumentum quod cariem ſitúmue contraxit. Educ diutius illigatas haſce diuitias: produc in publicum

bbicum triũphum tenebris obſita domicilia Mammonæ. Deſtruam horrea mea & maiora faciam. Vbi verò & iſta frumento adimpleueris, quid quæſo ampliùs cogitabis? an rurſus deſtrues & rurſus ædificabis? Quid ſtultius quàm laboribus nunquàm finiendis ſe conficere ac ſummo cum ſtudio ædificare, nec minore cura eadem demoliri? Habes ſi vis, apothecas, ventres pauperum, theſauriza tibi theſauros in cœlo. Quæ illic reconduntur, ea neutiquam depaſcuntur tineæ, nulla depopulatur caries aut erodit, nulli ſuppilant prædones. Dixeris: Atqui tum in indigos diſpartiar,

A quum horrea ſecunda compleuero. Longa tibi vitæ tempora præfixiſti: vide ne te illud tempus quod certo ac præſtituto termino accelerare ſolet, fortè corripiat. Et profectò vitam ſibi hoc modo confidentiùs polliceri, non bonitatis ſed malitiæ eſt iudicium. Vitam nanque tibi polliceris, non vt poſthac ſis liberalior, aut tribuas: ſed vt inſtantem mendicum à te propulſes. Iam quando ſuppetit, quid prohibet, quominùs liberaliter impartiare? Nonne inops adeſt? Non ſunt plena horrea? non merces à domino parata? Non mandatum manifeſtum? Eſuriens fame abſumitur, nudus frigore rigeſcit. Qui repetitur debitum, vinculis obtorto collo adſtringitur: & tu eleemoſynam in craſtinum differs? Audi Salomonem: Ne dicas, regreſſus reuertere & cras dabo. Ignoras enim quid ſequens pariet dies. Qualia præcepta contemnis, poſteaquam auaritiæ aures reſeraſti? Quantam te deo beneficentiſſimo gratiam habere, quàm hilarem eſſe te ſimul & in inopes munificum atque liberalem oportebat, quòd non ipſe pro foribus alienis cogeris obſtreperus

B eſſe & querulus, ſed tuas alij occupant? Nunc autem triſtis es, & rogatu difficilis: occurſus pauperum vitas, ne fortè aliquid vel modicum è manibus coacto exeat. Vnam tantum noſti vocem: Non habeo, non dabo: Nam & pauper ego quoque ſum. Pauper es profectò pauper, & omnium egens bonorum. Pauper, inquam, charitate pauper, benignitate in indigos pauper, fide erga deum pauper, pauper æterna ſpe. Quamobrem frumenti quodcunque poſſides, tuos fac fratres participes. Cras fortè marceſcet. Hodie egenti da. Auaritiæ genus id peſſimum eſt, nolle ne ea quidem quæ facilè corrumpuntur, inopi dare. Dixeris: Cui facio iniuriam, ſi mea retineo conſeruóque? Quæ illa, dic mihi, tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præſentem hanc vitam inuexiſti? Perinde enim facis, ac ſi quis in theatro locum ſpectandi mox vt anteuertit aliis arripere, cæteros abarceat ingreſſu, ſuo vnius vſui id adiudicans quod ad omnium communem vſum proponitur. Tales & diuites exiſtunt. Communia nanque quum priores obtinuerint, propria faciunt occu-

C pando. Nam ſi tantum quiſque vſurparet, quantum ad propriæ neceſſitatis ſolatium faceret, ſuperfluúmque egenti tribueret, nemo profectò eſſet diues, nemo item pauper. Nónne nudus ex vtero matris excidiſti, nudúſque rurſus reuerteris ad humum? Hæc tibi bona præſentia vnde? Si à caſu dixeris, impius es, eum non agnoſcens qui te condidit neque ei qui dedit rependens gratiam. Quòd ſi ex deo te illa habere fateris, dic mihi, quamobrem hæc ſortitus es? Non enim iniuſtus eſt deus, qui ea quæ ſunt ad victum, inæqualiter nobis diuiſerit. Cur tu diues es, ille pauper? Profectò non ob aliam cauſam, niſi vt tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille verò patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero inſatiabilis auaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis priuans, neminem te lædere putas. Quis, quæſo, eſt auarus? Ille qui eo quod ſatis eſſe debet, non eſt contentus. Quis verò peculator? Ille qui ad ſe vnum transfert quæ ſingulorum ſunt. Tu ergo non auarus?

D Non tu peculator, cum ea quæ ad diſpenſandum diſtribuendúmque receperis, tibi propria facis? Num qui veſtem diripuerit, ſpoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit modò poſſit, alterius cuiuſdam nominis appellatione dignus erit? Eſurientis eſt panis quem tu retines: nudi eſt veſtis quam in arca cuſtodis: diſcalceati calceus qui apud te marceſcit: egentis argentum quod tu terræ infoſſum poſſides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre. Pulcher, inquis, ſermo, ſed pulchrius aurum. Vt accidit illis qui apud intemperantes de temperantia diſſerunt: idem & nobis fit. Etenim illi, vbi intellexerint amicam ſuam explodi atque traduci illarum memores, vehementiore concupiſcentia inflammantur. Sed quomodo ego tibi ob oculos ponam pauperis afflictationes, vt planè cognoſcas ex quantis tibi ſuſpiriis, & gemitibus hunc corradis theſaurum. O quanto dignum precio tibi cenſebitur die iudicij verbum illud, Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum vobis paratum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui & dediſtis mihi bi-

E bere. Quanta rurſus trepidatio ac ſudor, quantæ ob oculos tenebræ ſe tibi circunfundent condemnationem audienti? Ite maledicti in tenebras exteriores, paratas diabolo & angelis eius. Eſuriui & mihi non dediſtis manducare: ſitiui & non dediſtis mihi bibere: nudus eram, & non operuiſtis me. Non enim ibi rapax accuſatur: ſed qui ſubſtantiam non communicauerit, condemnatur. Ego quidem, vos horum admonui quæ videbantur vtilia: quibus ſi obtemperaueritis, bona quæ vobis promittuntur, proculdubio conſequemini. Non audientibus verò & minæ intentati ſupplicij iam ſcriptæ ſunt atque paratæ: quarum ego periculum vos euadere magnopere cupio, ad meliorem tranſmutatos mentem, vt animæ veſtræ redemptio ſint propriæ diuitiæ, & ad bona cœleſtia vobis parata perueniatis gratia & benignitate eius, qui quoſuis vocauit in regnum ſuũ, cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

Auarus à peculatore nihil differt.

F

HOMILIA MAGNI BASILII ad eos habita qui ſtudio tenentur diteſcendi.

De

per vrbem ad oſtentationem circumuehunt: alij
ad venationem, alij ad iter faciendum præparan-
tur, frena, zonæ, frontalia, argentea omnia aureá-
que: inſuper tapeta purpurea, ipſos veluti ſponſos
ornantia equos: multum quoque multitudo co-
lore diſtincta: aurigæ illorum, ſucceſſores inuicē,
qui præcedunt, & qui ſubſequuntur: ſeruorum in-
finitus numerus, ſumptibus eorum cunctis ac ma
gnificentię ſuppeditans: curatores, promi, coloni:
miniſtri cuiuſuis artis, ſiue neceſſariæ, ſiue volup-
tuariæ periti. Præterea coci, piſtores, pincernæ,
A venatores, fictores, pictores: voluptatis omnimo-
dæ commentatores. Camelorum greges partim
ad onera, partim ad paſcua deſcripti. Equorū gre-
ges: Armenta boum, porcorum, ouium, horum-
que paſtores: ac tellus non ſolum his omnibus pa
ſtionibus ſufficiens, ſed prouentus reliquns am-
plificans. Balnea inſuper in ciuitate, balnea in a-
gris. Domus omni marmorum genere coruſcan-
tes, phrygio, laconico, theſſalico, è quibus alia hy-
eme calida, alia æſtate frigida eſſe oportet: paui-
mentum calculis ornatum variis: cameræ laquea-
riaque, & quicquid parietibusupereſt, auro pi-
cturáque floribus decorata. Sic igitur in vſus mil-
le ſuperuacuos diſtractæ opes etiam in terra con-
duntur, & in ſecretis arcaníſque cuſtodiuntur. In-
certum eſt, inquis, quid futurum ſit. Neceſſitati,
quæ nos quandoque vrgere poſſet, prouidendum
eſt. At longè incertior defoſſi theſauri vſus: nec ta
men pœna incerta quæ tuorum morum manet in
humanitatem. Túnc quando ad perdendum au-
B rum omnem viam excogitaueris, quod ſupererit
fodies atque abſcondes? Grauis profectò inſania.
Primùm, in metallis aurum latitans omni diligen
tia in lucem proferre, ac ex humo recludere: dein
de ſemel effoſſum rurſus in terra occultare. Nam
quicunque hoc facis, profecto & cor ſimul fode-
re videris, Dicitur enim: Vbi theſaurus tuus ibi &
cor tuum. Idcirco dei mandata triſtitiam iſtis ad-
ferunt: Nam vitam ſibi miſeram eſſe putant, niſi
inutilibus ſumptibus occupentur. Et in ſumma,
mihi euenisſe huic adoleſcenti vel propinquis ip-
ſius videtur, quod illi ſolet euenire qui iter facit,
ciuitatis alicuius ſpectaculi videndi ſtudio, prope
ráſque vſque ad mœnia: ibi reperto diuerſorio re-
quieſcit, modicúmque quod reſtat viæ ob pigri-
tiam atque deſidiam ire detrectat, ſimul & tolera-
tum itineris laborem inanem reddens, & ſpecta-
culo bonorum, quę videre poterat in vrbe, exclu-
dens. Sic & huiuſcemodi ſunt homines, qui cæte-
ra quidem mandata obſeruant, ad bonorum vero
C ſuorum erogationem claudicant. Vidi ego mul-
tos ieiunantes, orantes, præteritorum pœniten-
tia ſuſpirantes, omnem denique ſine ſumptu pie-
tatem oſtendentes, egentibus vero ne obolum
quidem præbentes. Quid his cætera virtutum di-
ligentia prodeſt? Non propterea regnum dei con
ſequentur. Idcirco inquit dominus: Difficilius eſt
diuitem intrare in regnum cœlorum, quàm came
lum per foramen acus. Hoc teſtimonium validū.
Qui teſtatur, verus: perſuaſi vero pauci. Et quo-
modo, inquis, viuam abiiciens omnia? quæ forma
quod genus vitæ illius erit qui omnia vendit, om-
nibus ſeſe priuat? Ne me interroga dominicorum
præceptorum ſententiam. Potuit ne legiſlator id
quod fieri non poteſt, ſub lege comprendere? Tu

Bona opera ſine beneficentia in pauperes non prodeſſe.

vero cor tuum ſicut in trutina expendes, an ad vi-
tam futuram ac veram, ſeu pręſentem inanémque
inclinet. Neque enim ſecundum voluptatem, ſed
ſecundum neceſſariam diſpenſationem, diuitiarū
vſum, ſiquidem prudenter iudicare voluerimus,
æſtimare conuenit, & non minus gaudere vbi il-
las erogauerimus, quàm ſicubi alienis priuati fuo
rimus, & non ægrè ferre, quaſi propria amiſeri-
mus. Quid quæſo grauaris? Quid doles quòd au-
dis: Vende quæ habes. Si enim, te in futurum ſecu
lum ſequerentur, profectò præ illis pretioſiori-
bus, quæ ibi reperies & hæc nihil penderes. Sed
quando neceſſe ſemel eſt ea hic remanere, cur ex
eorum actione non lucrifacis, maiora longè repe
riendo? Nam ſi alacri lætóque animo das aurum D
vt equos poſſideas, cur id regno dei potius com-
mutati ſuaſus doles, petenti denegas & abnuis,
mille ſumptuum occaſiones commemorando?
Quid miſer iudici reſpōdebis. Parietes veſtis, ho-
minem non veſtis? Equos phaleris ornas, fratrem
tuum laceris amictum pannis aſpernaris? Frumē-
tum retinendo perdis, eſurientes non reſpicis?
Aurum in terram condis, & oppreſſum non cu-
ras? Quid ſi vxorem inſuper auaram habueris, du
plex tibi morbus creuerit. Nugas hæc & delicias
ardet, voluptatis illecebras tibi augebit, concupiſ
centiæ & ſuperuacanei ſtudij ſtimulum acuet.
Circa margaritas, ſmaragdos, hyacinthos, aurum,
eius cura continuò verſatur. Hoc digitis aptat, il-
lud veſtibus intexit, maliíque viri per omnia pro-
bra exaggerat. Neque ſucciſiua huic ſtudio tem-
pora, verum ordinaria noctes atque dies tradit.
Mille inſuper aſſentatores illius adſunt deſideriis
adducentes fullones, aurifices, vnguentarios, tex- E
tores, diſcriminatores qui ex illius imperiis nullo
tempore virum reſpirare ſinunt. Nullus item mu-
liebri concupiſcentiæ ſatis theſaurus, non ſi è flu-
minibus fluxerit: quandoquidem vnguentum exo
ticum ex barbaris ita quærunt, vt oleum è foro, &
ex mari conchylia: purpuram, varióſque colorum
flores, plusquam ex oue lanam habere conten-
dunt. Præterea pretioſi lapides vndique petiti au-
ro inneƈtuntur. Alij ad ornandam ceruicem, alij
collo adaptantur: alij zonas locupletant, alij ma-
nus pedéſque ornant. Gaudent auri cupidæ fœmi
næ manicis ligari, duntaxat ex auro ſit vinculum.
Vir igitur muliebrem ſequens appetitum, quan-
do animæ curam geret? Sicut enim debilia naui-
gia procellæ ac tempeſtates diſpergunt atque in-
undant: ſic praui vxorum affectus virorum de-
biles animas corrumpunt atque peſſundant. Igi- F
tur ad hæc tot taliaque, diſtracta ſubſtantia, nugis
ac variis voluptatum inuentionibus viro & vxore
inter ſe certantibus merito non vacabit, vt & a-
liorum habeatur ratio, ſed ſi audieris: Vende om-
nia & da pauperibus, vt vitam habeas æternam,
mœſtus abis. At ſi audieris: Da pecuniam mulie-
bribus deliciis, lapidicidis, architectis teſſellariis,
pictoribus: gaudes, quaſi rem pecunia pretioſio-
rem aſſequaris. Nónne vides hæc mœnia vetuſta-
te iam labefactata, quorum reliquiæ tanquam ſco
puli quidam per vrbem totam apparent? Quot
per ciuitatem pauperes, dum hæc excitabantur e-
rant, qui ab incolentibus obedificandi ſtudium
negligebantur? Vbi, quæſo, nunc tantus ope-
rum ſplendor & apparatus?

In pompatū cum muliercularū cultum.

Vbi

De Cæſarea loquitur Cappadocia in honorem Cæſaris inſtaurata.

Vbi & ille cui horum magnificentia ſtudebatur? Nonne hæc diſperſa, ſolo æquata & abolita, veluti puerorum ludicra, qui inter arenas turres excitant, omnia perierunt: autor verò ob rerum vanarum ſtudium ambitioſum, in inferno ſepultus eſt? Contende igitur animam habere magnam, ac locupletem. Muri vero parui vel magni eondé præſtabuot vſum. Ego vero quando tráſeundo vnius alicuius inflati ac diuitis domum, conſpicio variis ſtragulis ac ornamẽtis fulgentem, intelligo illum nil pretioſius quàm quod cernitur poſſidere: quádoquidem inanimata tanto ſtudio ornare côtendat, animam vero immortalem incultam habeat.

A Si ſumptus noo neceſſarins penſitamus, quot argenti tori menſæ item argenteæ, lecti eburnei, ſellæ eburneæ, ita vt neqoeant vllo modo ad pauperes penetrare diuitiæ, & quanquam ad tuas veniunt fores, miſeram rogando vocem emittentes, tu tamen negas, affirmans rogantibus cunctis nó poſſe ſufficere. Et cum lingua deieres, manu periurus argueris. Licet enim illa taceat, mendacium tamen tuum deprædicat, a oulo quem in digito habes conſpicua & illuſtris. Anulus, inquam, tuus quantum æris alieni poſſet exoluere? quot domus ob inopiam ruentes conſeruare? Vna tantum tuorum veſtium arcula totum populum frigore rigẽtem amicire poſſet. Verũ ſuſtines inexoratus abs te pauperem reiicere, nec metuis iudicis minas, ac ea quæ ſe ille pollicitus eſt hominibus huiuſmodi redditurum. Nõ te miſeret? miſericordiam non inuenies. Non aperuiſti domum tuam? à regno dei excluderis. Non dediſti panem? non vitam recipies æternam. Sed & pauperem teipſum dicis. Et ego tecum ſentio. Pauper profectò eſt, qui multis indiget, Pauperes, inquam, inſatiabilis

B concupiſcentia reddit. Decem talentis totidem addere contendis, deinde viginti coactis etiam totidem. Nec ſolum creſcendo non expletur, ſed ardentior redditur appetitus. Velut ebriis occaſio ſitiendi eſt vini copia & augmentum: ſic & qui repente ditatus eſt, plura poſſidens plura coocupiſcit, & dum perpetuò cumulum auget, morbũ perpetuò nutrit. Studium nanque habendi, cõtrarios eorum voluntati agit effectus. Non enim tantum eos ob iam parta non exhilarat, verum ob ea quæ deeſſe videntur cupiditati, potius angit. Ex quo anima curis continuò premitur, dum alios ſuperare contẽdunt: Oportebat illos gaudere, & gratos eſſe quòd tam multis ſunt opulentiores, illi verò mœrent ac lugent quòd ab vno & altero opulentioribus vincuntur. Vbi ditiorẽ aliquem adæquârunt, mox & alterum à quo ſuperantur, adæquare ſtudent: & vbi iſtum quoque tranſierunt, erga aliũ vltrà adæquandum rapiuntur. Quemadmodũ qui ſcalas vel gradus aſceodẽtes, ad vlteriora progreſſuri, continuò ad gradum ſequentem veſtigium attolluot, nec prius quieſcunt quàm ſummam attingant: ſic & hi à rerum cupiditate non prius ceſſant, quàm in altum ſublati ſeſe à ruina firmos ac ſecuros reddant. Conditor omnium deus ſeleuci-

C dem auem inſatiabilem, ad hominum tamen beneficium conſtituit: Tu verò te ſponte inſatiabilẽ animo reddens, multis profectò damnum facis.

Nam quæcunque oculis aſpicit auarus, hęc concupiſcit. Nec expletur oculus videndo, neque auarus accipiendo ſatiatur. Auarus (vt infernus) nunquam ait, ſatis eſt. Quandò miſer iam partis vteris? Quando frueris, aut à curis habendi ceſſabis? Væh qui domui vicinam domum, & agrum agro coniungitis vt aliquid proximo auferatis. Tu verò, quid facis? Non inoumera cauſaris, vt quæ proximi ſunt auferatis? Domus, inquis, proximi ædes meas obſcurat, turbas excitat, ant errones ſuſcipit aut tale quid aliud quodcunque prætexis, quò vexes & agites, vellas ac laceres vicinum, nec prius ceſſas, quam ille neceſſitate coactus aliò migret. Quam ob cauſam Nabuthas Iſraëlita occiſus eſt? An non propter concupiſcentiam Achab, vineam ipſius auferre volentis? Auarus in vrbe malus cohabitator eſt, malus eſt io agris. Nam mare termi D nos habet, nox item leges antiquas non egreditur. Solus auarus nullum circunſcribit tempus, nõ terminum noſcit, rerum ſucceſſione non cedit: ſed vim naturámque ignis imitando, omnia comprendit, omnia paſcitur. Et veluti flumina ex paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incremẽtum intolerabile in proceſſu accipientia, impetu demum violento quicquid obiicitur ſecum trahũt: ſic & ij qui in magnam prouehuntur poteſtatem, ex eo quòd iam aliquos oppreſſerunt, ad maiora continuò facinora maioreſque iniurias progrediuntur, ac reliquos quos prius prætericrant, per oppreſſos antea lædunt. Quamobrem potentiæ incrementum fit eis ſceleris occaſio maioris. Qui enim mala ſub ipſis patiuntur, eiſdem quoque auxilia ferre inuiti in aliorum iniurias coguntur. Ex quo mutua inter ſe incommoda infliguot. Quis vicinus, quis contubernalis aut cliens non trahitur? Nihil enim opum poteotię reſiſtit. Omnia tyrannidi cedunt: cuncta potentiam formidant. At pauper, quique iniuriam patitur multam habet ra E tionem: ſi quid prius agat, ne quid pro his patiatur, aut ad iudicium trahatur, aut aliquo modo plectatur. Diues verò ac potentiæ fidens & audax vltrò laceſſit: boues iungit, arat, ſerit, metit ea quæ ad ipſum minimè pertinent. Tu ſi reſiſtis, verbera parata. Si quereris, lamentationum & accuſationum tractatum quæſtio fiet. In iudicium, in carcerem demum traheris. Calumniatores minimè deerunt, qui mortis periculum intentent. Denique vt te hac moleſtia liberes, libenter adhuc aliud dabis. Igitur ô miſer parumper, quæſo, à tuo ſcelere reſpira, & tuæ conſcientiæ receſſus aliquantulum perſcrutare, tecúmque conſidera. Quis rebus huiuſcemodi finis? quę ſors tuorum ſtudiorum impudentiæ fuerit? Habes terræ partim aratro, partim arboribus vtilis tot iugera: præterea vineas, montes, campos, ſaltus, flumina, loca amœna. Quid ergo poſt hæc? Nonne telluris tres tantum cubiti te expectant? Nonne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit? Cuius gratia laboras? aut pro quo contra ius faſque contendis? Quid manibus inanes ſtipulas metis? Sed vtinam tãtum F inanes ac non igni perpetuo materiam. Non ex hac ebrietate quandoque reſipiſces? non mẽtis ſanitatem recipies? non tibi ipſi reſtitueris? non ante oculos Ieſu Chriſti iudicium tibi pones? Quomodo cauſam dicturus coram iuſto iudice te defẽdes ab iis qui abs te laceſſiti acriter inſtabunt? Quid, inquam, ages? aut quos aduocatos cõduces? Quos adduces teſtes? Quomodo integerrimum corrumpes iudicem? cum nec orator tibi, neque

ver-

verborum ad perſuadendum ſacundia fuerit,qui-
bus illi veritas occultari poſſit.Non te rurſus adu
latores,non pecunia,non dignitatis faſtus ſequen
tur.Ab amicis item,ab auxiliis deſertus,ſine aduo
catu,ſine defenſore, ſine honore, triſtis, pudefa-
ctus,deiectus,ac ſolus relinqueris. Nam quocun-
que oculos circũferes,vmbras vbique ſimulachrá
que malorum aſpicies. Hinc orphanorum lacry-
mæ,illinc viduarum gemitus,aliundè oppreſſi abs
te pauperes : ſerui quos lacerâſti , vulneribúſque
A affeciſti,vicini quos ad iram prouocâſti: cũcta hic
te aduerſus conſiſtent.Tuorum ſcelerum aceruus
te comitabitur.Sicut enim vmbra corpus,ſic pec-
catum animam ſequitur, geſtorum imaginem ma
nifeſtam referens. Idcirco illic negatio minimè
valebit:ſed loquatur os licet impudenter,obtura-
bitur tamen. Nam ipſa facta non quidem vocem
emittentia,ſed qualia à nobis patrata fuere,viue te
ſtes erunt. Quonam pacto tibi ante oculos expo-
nam horrenda illa quæ te manẽt:an ſortè audias,
an metuas?Recordare illius diei,in quo reuelabi-
tur ira dei de cœlo : recordare glorioſi aduentus
Chriſti, quando qui bene fecerunt in reſurrectio
nem vitæ,qui verò male, in reſurrectionem iudi-
cij excitabuntur:tunc ſempiterna verecundia pec
catoribus,& ignis aduerſarios voraturus aderit.Il
la te grauent,non mandatum dominicum de bo-
nis cedendis.Sed iamdudum non audis. Quibus
ergo verbis te curabo?Quomodo loquar?Regnũ
dei non curas,gehennam non times : Quam ani-
mæ tuæ medicinam idoneam inueniam? Si enim
horribilia non metuis:clara inſuper & pulchra de
B ſpicis:diſputamus cum corde lapideo.Infelix ho-
mo,pecuniæ naturam aliquãtulum inſpice. Quid
attonitus aurum miraris?Lapis eſt,aurum lapis,ar
gentum lapis,margarita, lapides ſunt chryſolitus,
beryllus,achates,hyacinthus, amethyſtus, iaſpis:
Hæc ſumma,hi flores opum magnarum.Hos par-
tim,cum ſint clariſſimi,in tenebris abſcondis:par
tim in digitis micãtibus,aliiſque in ornatibus cir-
cunfers. Dic quæſo,quæ vtilitas, digitos vertere
lapillis coruſcantes atque oſtentare? Nonne eru-
beſcis,te lapillorum auidum oſtendens,quemad-
modum prægnantes fœminæ ob malitiam inter-
dum lapillos edunt?Tu item tanquam ipſorũ hel-
luo, ſardonychas, iaſpidas, amethyſtos omni ſtu-
dio cõquiris. Quis pulchritudini formæque fingẽ
dæ ſtudens vnam vitæ diem ſibi prorogare pote-
rit?aut cui mors ob diuitias parcit? à quo morbus
ob pecuniam abſtinet?Quouſque igitur opes erũt
animarum laqueus, mortis hamus, peccati eſca?
Quouſque diuitiæ erunt belli materia:per quas fa
bricantur arma,& enſes acuuntur? Propter opes
inquam,propinqui cognati naturam negant, fra-
tres inter ſe digladiantur , loca deſerta graſſatori-
C bus referciuntur: mare piratis,ciuitates calumnia
toribus cõplentur.Quis mendacij pater eſt?Quis
falſæ accuſationis miniſter?quis periurij genitor?
nonne diuitiæ ac circa diuitias ſtudium?Quid acci
dit vobis ô homines?quis ea quæ veſtra ſunt, ac in
ſalutem veſtram conceſſa contra vos vertit? Ad
ſubſidium vitæ non malorum incitamẽtum pecu-
nia data eſt,animæ redemptio eſt,non exitij occa
ſio.Sed,inquis,ob filios neceſſaria eſt. Plauſibilis
eſt iſta auaritiæ excuſatio:liberos prætexitis,ac in
terea cordibus veſtris ſatisfacitis.Non ego inſon-
tem accuſo filium:proprium habet dominũ,pro-
priúmque rectorem.Ex alio vitam accepit, nõ ex
te ipſo vitæ ſubſidia expectat.An non & iis qui ſũt
in connubio id euangelicum ſcribitur?Si vis perſe
ctus eſſe,vende omnia,& da pauperibus?Dic,quę
ſo,cum deum orâſti,vt pro fœcunditate cum pre-
catus es vt fieres liberorũ pater,addidiſti ne illud:
Da liberos, vt cauſa ſint ne præceptis tuis obediã?
Da mihi liberos ne veniam in regnum cœlorum?
Præterea quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit vo- D
luntate ac ingenio,vt rectè datis relictiſque vtan-
tur.Nam multis diuitiæ luxuriæ ſunt cauſa.An nõ
audiſtis Eccleſiaſten dicentem? Vidi ſtultitiá mul-
tam & grauem.Diuitias in malum cuſtodientibus
ipſas conuerti. Et rurſus : Relinquo ego homini
poſt me,& quis nouit ſi ſapiẽs erit aut ſtultus?Cõ-
ſidera itaque ne cum multis erumnis opes cumu-
latas peccatorum materiã aliis tradas, duplicíque
plectaris poſtmodum pœna,& tuorum criminum
cauſa, & aliorum quibus cauſam dederis. Nonne
cunctis liberis coniunctior eſt tibi anima tua? nõ
ne omnium familiariſſima?Huic tu primas da par
tes diuitis hæreditatis, vitæ videlicet æternæ diui-
tem materiam,deinde filiis victum diſtribue.Filij
namque quandoque domui paternæ minimè ſuc-
cedentes, aliam ſibi conſtituunt : at anima abs te
relicta neglectáque apud quem miſericordiã in-
ueniet? Hactenus eos alloquutus ſum qui liberos
habent. Qui verò liberis carẽt quàm parſimoniæ
cauſam obiiciunt? Nolo,inquiunt vendere, nolo
pauperibus dare ob vitæ neceſſarios vſus.Non er
go dominus tibi pręceptor erit,nec euangeliũ for
mulam vitæ tibi dabit, ſed tu tibiipſi iura dices ac
ſtatues.Cogita in quod incidas periculum. Si ita
ſentis, vt quæ dominus neceſſaria nobis præſcrip- E
ſit,tu vt impoſſibilia taxes,nihil aliud agis, quàm
quòd te legem hanc ferente ſapiẽtiorẽ dicis. Sed
inquis,ego quidem bonis dum vixero, frui volo:
poſt mortem verò in teſtamento hæredes faculta
tum mearum ac dominos pauperes aſcribã. Heu
miſer,tunc benignus ac liberalis hominibus eris,
cum amplius inter homines non ages? cum te ca-
dauer aſpiciam, tunc fratris amantem appellabo?
Scilicet magna dignus eris liberalitatis laude, ma
gnus tibi honor debebitur aut gratia , ſi in ſepul-
chro iacens,& in terram conuerſus,magnificus ac
ſumptuoſus apparebis.Dic cuius mercedem tem
poris potiſſimum expoſces?vitæ ne an mortis?Nã
ſi tempore,quod ad promerendum datur,in volu
ptatibus ac delitiis abſumpto pauperes nequaquã
reſpexiſti, mortuus cuiuſnam actionis aut operis
mercedem petiturus es.Oſtẽde opera,& tum pri-
mum mercedem repete.Nullus enim poſt merca
tum ſolutum negotiatur:neque demum poſt cer-
tamina accedens coronatur:nec poſt bellum for-
tia gerit:nec item poſt vitam pietatis laudem prę-
miúmve capiet. Atramento & tabulis pulchra o-
pera & commendanda gerere ſtudes?Sed quis ex
itus tui tempus nuntiabit? Quis de mortis genere F
ſponſor?Quot videmus repentinò ac vi caſúve ex
tingui,qui præ doloris & ſpiritus anguſtia ne vo-
cem quidem emittere potuerunt?Quot etiam fe-
bris à ſenſu alienos fecit? Quid igitur tempus ex-
pectas?in quo ſæpe rationis tuę compos non eris.
Enimuero nox profunda , morbus grauis, nullus
circà adiutor:Imò potius qui hæreditati inſidiatur

paratus aderit, omnia tantum quæ ad eius faciant
vſum adbortans, ac tua irritare conſilia quærens.
Tunc tandem deſtiturum te videns tuam impru-
dentiam ac ſtultitiam grauiter ſuſpiriis damnare
incipies. Cupies & eo tempore mandata dare, cū
& lingua ſemiextincta ad loquendū, & manus ad
ſcribendum inualida treméſque fuerit. Ex quo
nec voce, nec item literis tuam oſtendere mētem
valebis. Quòd ſi nihilominus contigerit, vt & ver
bo & ſcripto res tuæ palàm mandentur, vna tan-
tum tranſpoſita litera, vnum nō probè appoſitum
ſignum, totam ſententiam mutare ac irritam face-
A re valebit. Duo item aut tres improbi teſtes totā
hæreditatem in alios conuertent. Quid igitur mi-
ſer teipſum decipis? nunc opibus in luxu viuendo
abutens, ac tibi ea promittens, quorum poſtea do
minus non eris, vt ex dictis patet? Prauum boc eſt
conſilium quòd capis. Viuens, ais, bonis fruar: de
cedens, quæ animo cōſtitui ordinauíque, faciam.
Erras homo. Tunc Abraham tibi quoque dicet.
Recepiſti bona in vita tua. Si arcta eſt via quę du-
cit ad vitam, nō te diuitiis oneratum ac opum ſar-
cinam ſetentē excipiet. Geſtans diuitias tuas hinc
egredieris. Nō enim illas abieciſti vt iuſſus es. Cū
viueres, vitæ æternæ teipſum prætuliſti: poſt mor-
tem facies quod boſtes ſolent. Etenim ne ille vel
ille quem nolis, accipiat facultatem tuam, accipi-
at illam, inquies, dominus. Et iſtud quid vocabi-
mus? Vindictámne inimicorum, an proximi dile-
ctionem? Lege teſtamētum tuum. Vellem, inquis,
viuere ac frui bonis meis. Morti ergo non tibi ſit
gratia. Si enim immortalis eſſes, nunquam man-
datorum recordatus eſſes. Nolite errare. Non de-
cipitur, non deridetur deus. Mortuum ad rem ſa-
B ctam non offertur. Viuentem offert boſtiam. Qui
ex eis quæ ſuperſunt offert, ingratus eſt. Tu verò
poſt vitam quæ morti ſuperſunt deo omnium prę
bitori tribuis? Si tu nobilem boſpitem domi exci-
peres, ei ne menſæ reliquias apponeres? Quomo-
do ergo exiſtimas ex repotiis deū placari? Igitur
vos alloquor diuites ac locupletes, reſpicite finē,
à cupiditate deſiſtite. Si poſſidetis, nō amate. Quā
tò auarior fueris, tantò plus eorum quæ ad te ni
hil pertinent, nihílque profutura ſunt, relinques.
Volo tecū feras omnia, ne alienis relinquas. Ob
rem relictam nihilo plus te ſerui honorabunt, ſed
ſepulchrum fortaſſè funeríſque ſumptus negligēt
hæredi placere ſtudentes, & noua quadam philo-
ſophia dictitabunt: Quid cadauer nihil ſentiens
multis impenſis honeſtare contendis? Nonne me
lius veſtem hanc pretioſam ſuperſtitibus vſui ne-
ceſſario ſeruare, quàm fruſtrà humi cum cadaue-
re tabeſcere ſinere? Monumento item quid opus
ſumptuoſo, aut quæ vtilitas inanis ſumptus? Opor
tet illa ad vitæ vſum ſuperſtitibus dare: talia dicēt,
téque moroſitatis condemnabunt, & res tuas in-
uadentibus gratificabuntur. Itaque iſta præueniēs
C teipſum ſepelito. Bonum ſepulchrum eſt pietas.
Omnibus tuis ornatus hinc diſcede, fac ornent te
tuæ diuitiæ. Habe illas penes te. Crede optimè cō
ſulenti, téque amāti Ieſu Chriſto, qui ob noſtram
ſalutem egere voluit, vt ex eius paupertate nos di
uites eſſemus: qui etiam ſeſe pro nobis redimēdis
pretium obtulit. Aut illi vt ſapienti noſtrámque
vtilitatem intuenti morem geramus, aut vt aman-
tem nos feramus, aut vt erga benefactorem grati
ſimus. Omnino verò quæ præcepta nobis ſunt fa-
ciamus, vt hæredes conſtituamur æternæ vitæ in
ipſo Chriſto, cui ſit gloria, &c.

HOMILIA IN DIVITES, SVPER verba illa ſcripturæ, In fame & ſqualore. Quando per ſiccitatem Cæſarea fames inualuit.

LEo rugiet, & quis nō time-
bit? Dominus deus locutus
eſt, & quis nō prophetabit?
Procœmiū faciamus ſermo-
nis huius, initiū & vatem A D
mos coadiutorē aſſumamus
ad vſum eorū quæ dicenda
ꝓpoſuimus, qui & ipſe olim
talibus adflictionibus conſuluit, quales nos hodie
turbant, vt quid vtile nobis ſit conſilium ac ſentē-
tiam noſtram exponamus. Nam & ipſe propheta
in ſuperiorum temporum calamitate maiorū pie-
tatem populo deſerente, ac legem & mandata ne
gligente, & ad idolorum ſeſe cultum impudentiſ-
ſimè conuertente, factus eſt pœnitētiæ præco, ad
conuerſionem illos adhortatus, & ſuppliciorū fu
turorum grauitatem minatus. Mihi quoque vtinā
aliquo vſque zelo veteris hiſtoriæ liceat vti: exitū
verò & exceſſum qui ob eorum peccatum ſecutus
eſt, videre nequaquam contingat. Populus enim
ille quemadmodum equus indomitus adhuc, du-
rus, ac frenum mordens, minimèque mādatis ob-
temperans, non ad vtilia conuerſus, ſed è recta ex
cedens via, ac contra aurigam cōtemptis habenis
inſultans, per abrupta & confragoſa ſeſe præcipi-
tem dedit. Vnde dignam ſuæ contumaciæ pœnam
meritò luit. Quod ne nobis eueniat oro atque ob E
ſecro filij chariſſimi, quos per euangelium genui,
quóſve per manuum benedictionem quaſi faſciis
inuolui. Adſit auditus benignus, anima morigera,
adhortationes ſyncerè admittens, obtemperās di
centi, quemadmodum cera manu obſignantis, vt
per hoc vnum ſtudium, & ego monitorum fructū
lætitiam capiam, & vos reſolutionis veſtræ tēpo-
re mercedem factam adhortationē laudantes cō-
ſequamini. Quid igitur eſt quòd ſermo vult no-
ſter oſtendere? Suſpenſas enim tenet animas iam-
dudum audire cupientes, quò ſe vertat, dum quod
expectatur publicare cunctatur. Cœlum nunc fra-
tres dilectiſſimi videmus ſolidum, nudum, ac ſine
nubibus ſerenitate ſua & puritate nos contriſtans
quam antea iam deſiderauimus, quādo profundis
coopertum nubibus & procelloſos nos reddebat
& ſole priuabat. Terra verò iam exiccata ad extre
mum aſpectu eſt horrida, & ad agriculturam ſteri
lis & infœcūda: deinde ob ſiccitatem ſciſſa, hiatus
patefecit maximos, vt in imis viſceribus ſolis exci
piat radios. Fontes plurimi & perennes nos deſer
uerunt. Fluminum quoque magnorum curſus de-
ſierunt. Minutiſſimi paruuli pedes illos permeāt,
& mulieres onuſtæ totos penetrant & tranſeunt, F
noſtrorum multos potus quoque deſtituit, ac de-
mum in magnam nos deus viuendi difficultatem
conſtituit. Iſraëlitæ noui Moſen quęrentes nouū,
baculúmque illum prodigiorum productorē deſi
derant, vt rurſus diruptæ petræ vſum ſitienti popu
lo præbeant: nubes quoque ſubitæ & admirabi-
les inauditum mannæ cibum mortalibus irrorēt.
Timēdum ſanè nobis, ne malorum exemplum in
famia

famis calamitate poſteris noſtris exiſtamus. Vidi
campos ſteriles,& arentia rura dudum ſine fructi
bus, lacrymánſque mœſtas edidi querelas, quòd
pluuia nobis nulla data eſt:ex quo nec ſata naſcun
tur, & eodem modo quo ea aratrum occultauit,
permanent. Aut ſi fortè nata, ſtatim tenera æſtu
ſunt abſumpta, adeò vt pulchrè illud euãgelicum
conuerti poſſit. Operarij quidem multi, meſſis ve
rò pauca. Coloni per campos ſedent manibus ge-
nua complexi, qui habitus lugẽtis eſt, & aruorum
triſti aſpectu cõterriti ſuos boúmque labores per
ditum iri vehementer dolent ac lacrymãtur. Mox
tenues & aridos germinum calamos conſiderãtes
A atque attrectantes ad natos & vxores ſeſe vertũt,
ac miſeros edunt vlulatus, haud aliter quàm ſi eos
ætate florida raptos efferrent. Dicatur igitur & ad
nos ab ipſo propheta, cuius paulò antè initio ſer-
monis mentionem fecimus. Et ego, inquit, trium
menſium pluuiam ante vindemię tempus à vobis
prohibebo, & pluam ſuper ciuitatem vnam, & ſu
per ciuitatem vnam non pluam. Et pars vna inun-
dabitur, & pars altera, ſuper quam non pluam, a-
reſcet. Conuenient duæ aut tres ciuitates vt bibãt
aquam, & non implebuntur, quoniam non cõuer
ſi eſtis ad me, ait dominus. Diſcamus igitur ex his
verbis quod ob auerſionem noſtram ac negligen
tiam has nobis calamitates inflixit deus, non ex-
tinguere nos quærens, ſed emẽdare caſtigaréque
cupiens more piorum patrum erga deſides & iu-
niores filios: qui iraſcuntur quidem & excitantur
erga adoleſcentes ſuos, non mali aliquid eis factu
ri, ſed officioſa caſtigatione ex ignauis diligentes
reddituri, & ad officium deducturi. Aſpicite, quę-
ſo, nunc, quemadmodum noſtrorum pondus pec
catorum anni temporúmque naturas mutauerit,
B ſtatutáſque ſemel rerum formas in aliena tempe-
ramenta nouáſque mixturas deduxerit. Hyems ſo
litum humorem cum ſicco nõ retinuit, ſed in gla-
ciẽ tota abiit, niuis & imbris penitus expers. Ver-
num tẽpus alteram quidem ſui officij partem oſtẽ
dit, caliditatem dico, humiditatem verò nullã illi
coniunxit. Aeſtus verò immenſus, & frigora natu
ræ leges prætereuntia, ac in nos damnúmque no-
ſtrum coniurata mortales ad victus vitęque ſimul
trahunt diſcrimina. Quæ igitur fratres chariſſimi,
huius tantæ confuſionis contrarietatiſque cauſa,
vnde talis rerum temporúmque nouatio veſtige-
mus aliquantulum, mente rationéque vtentes di-
ligenter pẽſitemus. An non eſt qui cuncta guber-
net? An optimus opifex deus diſpenſationis ſuę o-
blitus eſt? An virtutem ac potentiam ſuam amiſit?
Aut eadem quidem eſt adhuc potentia præditus,
in auſteritatem verò mutatus, excellentem ſuã er-
ga nos bonitatem & prouidentiam in odium hu-
mani generis conuertit? Nemo profectò ſapiens
hoc dicet. Sed illæ potius ſunt cauſæ, cur nobis cõ
ſueta gubernatio ſublata ſit, quòd cum ex deo ac-
cipiamus, aliis non damus. Beneficentiam lauda-
mus, nos hac carentes egentibus deſumus. Serui
C exiſtentes liberamur, & conſeruos non miſera-
mur. Eſurientes nutrimur, inopibus alimenta ne-
gamus. Cum indeficientem promum ac theſaura-
rium deum habeamus, erga pauperes præparci ac
tenaces ſumus. Ouium gregem fœtura implet, o-
uibus verò nudos plures eſſe ſinimus. Graues re-
rum apothecas & cellas habemus: his autẽ caren-
tes nequaquam reſpicimus. Hac igitur de cauſa
minatur nobis iuſtum dei iudicium. Hac de cauſa
& deus omnipotens manum nõ aperit, quoniam
fraternitatis charitatem occluſimus. Ob hoc & cã
pi ſteriles, quoniam charitas friguit. Supplicantiũ
vox fruſtra clamat, & in aëra euaneſcit ac diſſipa-
tur. Nam & nos rogantes minimè audimus. Sed
quæſo, quales ſunt noſtræ preces? qualis oratio?
Viri præter paucos mercaturis vacant, vxores ip-
ſorum miniſtræ ad officium mammonę ſunt. Pau-
ci admodum mecum ad orandum relinquuntur,
& hi tædio affecti oſcitantéſque, ac continuò huc
illuc ſe vertentes: denique obſeruantes quando
his qui pſalmos canit, verſus expleat, vt tanquam
è vinculis ac aliqua cuſtodia è templo liberentur. D
Pueri autem parui quid ex hac calamitate publica
deguſtant? qui libellos in ſcholis relinquentes, &
nobiſcum conclamantes, remiſſionem potius ac
vacationem à diſcendi labore noſtram communẽ
triſtitiam exiſtimant, & cura ſe aliquantulum aſſi-
duitatéque ſtudij leuari, & in libertatem venire
propterea putant. Adultorũ verò hominum mul-
titudo ac vulgus peccatis obnoxiũ per vrbem re-
miſſi ac temerè diſcurrunt gaudẽtes & hilares: qui
horum cauſam malorũ in propriis gerunt anima-
bus, calamitatémque hanc ipſi nobis excitant &
cauſantur. Infantes poſtremò inſontes & minimè
ſentientes ad confeſſionem in templo conueniũt
nec cauſam dant ipſi de rebus triſtibus, neque rur
ſus ab iis nos liberare valent, cum nullam faculta
tem notitiámque orandi deum habeãt. Tu in me-
dium prodi. Tu, inquam, peccatis oneratus humi
procidens clama, ſuſpira. Mitte infantes quæ dat
ætas puerilia facere. Quamobrem accuſatus ac
reus abſconderis, & eum qui culpa vacat in iudi-
cium pro te ſtatuis? Num illuditur iudex, quòd a- E
liam ſubdititiam tuum more perſonam ſubſtituis? O-
portet quidem illos adeſſe, ſed tecum omnino, nõ
ſolos. Nonne vides Niniuitas pœnitentes ac flen
tes, ob ea quæ ipſi admiſerunt, ad Ionæ ex ceti vẽ-
tre exeuntis exclamationes monitionéſve: non ſo
lum infãtes in medium attuliſſe, ſed ipſos ante o-
mnia in peccatis & delitiis conſtitutos, parentes
vitam exuentes priſtinam, ieiuniis & abſtinentia
ſeſe afflictaſſe. Loco deinde auctarij & infantes ad
didiſſe, ac pati ſimul fleréque coëgiſſe, vt luctus o-
mnem ætatẽ occuparet, & ſenſu præditam & ſen-
ſu carentem: hanc coactam, illam voluntariam.
Ex quo miſericors deus ipſos faſtus luxúmque po
nentes, & humilia ſentientes animaduertens, &
minas remiſit, & pœnas quas daturi erant, auertit,
& loco calamitatis lætitiam hilaritatémque publi
cam tribuit. O tempeſtiuam pœnitentiam. O ſa-
pientem & officioſum luctum. Nam neque ratio-
ne carentia à triſtitia immunia eſſe permiſerunt,
ſed ipſa bruta ieiunare, ac queſtus edere coëge-
runt. Vitulus enim à bucula ſeparatus dulci caruit F
vbere. Agnus paruulus iam ſub vlnis maternis nõ
erat. Matres alia, alia fœtus ſtabula tenebant. Vo-
ces inter ſe miſerabiles edebant, viciſſimque con
clamabant. Nati ſitientes vbera materna deſidera
bant. Matres verò naturali quadam pietate, miſe-
ricordiáque commotæ natos mugitu vocitabant.
Infantes viciſſim ſitientes & eſurientes vehemen
tiſſimmo eiulatu prope rumpebantur. Grauidę na
turalibus doloribus ſtimulabantur, & hac ratione

pœnitentiam illorum ad communem vitæ doctri
nam diuinus ſermo ſcriptis mādauit. Senex apud
illos lamentabatur, & caniciem ſuam vellicabat:
adoleſcens & iuuenis vehementius plorabat: pau
per ingemiſcebat: diues oblitus delitiarum, affli-
ctionem illam caſtigationis loco exercebat. Rex
ipſe Niniuitarum ſplendorem ac gloriam ſuam in
pudorem mutauit, purpura, coronaque ac ſceptro
poſitis, ſaccū ſumpſit, cinere caput inuoluit, thro-
no relicto humi conſedit: Peculiari ac regali reli
cta lautitia, vnà cum populo lamentabatur, quaſi
A vnus è numero multorum factus: quoniam com-
munem omnium dominum iratum conſpexit.
Hæc itaque erat ſeruorum ſenſatorum ſapientia:
talis erat peccatis obnoxiorū pœnitentia. Nos au-
tem peccata velociter quidem promptóque ani-
mo admittimus, pigrè verò poſtmodum ac ſerò
pœnitētiam agimus. Quiſnam orans aut ſupplex
lachrymam ex ore mittit, vt imbrem terris tempe
ſtiuum prouocet? Quis ſcelera relinquēs ſanctum
Dauid imitatur, qui queſtubus ac lachrymis ſtra-
tum rigauit? Quis hoſpitum lauit pedes, aut pulue
rem ex itinere adſperſum abſterſit, vt in hac ſicci-
tatis calamitate deum exorare valeat? Quis orpha
num aliquem paruulum pauit, vt & nobis domi-
nus frugem telluris aleret, velut orphanum vento
rum intemperantia percuſſum? Quis viduæ victus
difficultate afflictæ opitulatur, vt alimēta frugum
neceſſaria recipiat? Scinde libellum æris alieni in-
iuſtum, vt ſic peccatum ſoluatur. Dele grauiſſimo
rum fœnorum nomina, vt terra ſolitum tibi fœ-
B nus reddat. Aere nanque & auro, ac ſimilibus fœ-
cundis metallis præter naturam fœtus edentibus,
iure germina, quæ naturaliter pariunt, ſterilia fiūt
& ad habitantium mulctā fructibus carent. Nunc
igitur ij qui auaritiam tanto ſtudio colunt, & opi-
bus plus æquo inuigilant, oſtendant nobis quid va
leant ipſorum theſauri, quæ ſit illorum vtilitas: ſi-
quidem ſupplicium hoc deus longius protractu-
rus ſit, quos omnes velociter auro quod cumulāt,
pallidiores videas: ſi pane qui ob paratam prom-
ptámque copiam heri ab illis & hodie contemni
ſolet, careant. Fac enim ne væneat annona. Ne in
apothecis frumentum ſit. Quid tibi marſupiū ære
grauiſſimum proderit? nonne cum illo peribis?
Nōne aurum tuum terra eſt & inutile lutum, cum
corpore luto, & ipſo ſine vſu iacebit? Omnia poſ-
ſides, ſed vno & hoc neceſſario cares, facultate vi-
delicet teipſum nutriendi. Fac cum tuis opibus o-
mnibus, vt vnam excites nubeculam, vt modicus
imber è cœlo deſcendat, vt terra fructus coacta
C reddat. Solue, inquam, ſi potes, inſolentibus tuis
facultatibus hanc communem calamitatem. For-
ſan aduocabis aliquem piorum, qui precibus, vt
Helias Thesbites fecit, calamitatis huius moleſti-
am tollat, qui ſit homo inops, pallidulus, ſine cal-
ceis, ſine cubili, ſine domo, tantum melota conte
ctus: precibus ac ſupplicationibus pro cibo, conti
nentia verò pro contubernali vtens. Quum in vi-
ri ſimilis auxilium te ſit opus incidere, nōne mul
to riſu tot diuitiarum tuarum curas perſequeris?
Num aurum non conſpues, & argentum vt ſter-
cus eiicies? quod antea omnipotens ac iucundiſſi
mum vocans humanis vſibus ſubuenire omninò
putaueras? Sed ſcias illud contra te inſtare, téque
accuſare, ac horum malorum cauſam dicere, eo
quòd ſe poſſidens non rectè diſpēſaueris aut ero-
gaueris, quòd eſuriētes præterieris, quòd afflictos
non reſpexeris, quòd rogantes non ſis miſeratus.
Per paucos enim mala ærumnæque ad vniuerſum
populum ſæpe perueniunt, & vnius ob noxā tota
quandoque gens euertitur. Achar ſacrilegium ad-
miſit, ac totus eſt afflictus exercitus. Zambri cum
ſcorto Madianitide concubuit, ac Iſrael pœnas de
dit. Igitur filij chariſſimi, omnes priuatim ac pu-
blicè noſtras conſcientias examinemus, præſenti
ſiccitate veluti pędagogo cuipiam, vnumquenque
noſtrum proprij delicti admonenti attendamus.
Dicamus & nos ſenſatè cū beato Iob: Manus do-
mini eſt, quæ tetigit me. Potiſſimum autem cala-
mitatem hanc proprijs peccatis adſcribamus. Si D
verò & aliud adiungendum eſt, fit ſubinde, vt pro
bationis gratia tales calamitates hominibus infli-
gantur, vt per labores probentur, & de ipſorū fide
ac conſtantia, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, peri-
culum fiat. Vtrique nanque per patientiam exa-
ctè probantur, quod & hac tempeſtate potiſſimū
declaratur. Hic ſi diues ex inope factus, liberalis,
beneficus, miſericors exiſtat: ille ſi ex diuite pau-
per, æquo ferat animo, minimè deum incuſet. E-
go nanque non ſolum audiui, ſed & per experien-
tiam plurimos cognoui, qui donec in vita fœlices
ac in rerum copia verſantur, ventóque nauigāt ſe-
cundo: & ſi nō perfecto animo, mediocri ſaltem
omnium datori gratias agerent. Si verò res cōmu
tentur, vt ex diuite fiat pauper, corporis robur cor
rumpatur morbo, gloriæ ſplendor vertatur in ig-
nominiam, maximè tunc ingratos in autorem vi-
deri, deū verbis ſacrilegis incuſare, preces ac ſup- E
plicationes negligere: & non vt domino patríque
caſtigati gratias agentes, ſed vt aduerſus debitorē
quendam contumacem profanos queſtus edētes.
Sed deſine, deſine quæſo, talia mente cogitationē
que verſare. Cúmque deum res inſolitas præter
naturam & anni tempora oſtēdentem videris, ſic
tecum loquere, ſic exiſtima. Num deeſt domino
facultas fructus edendi, ac homines nutriendi?
Quonam modo? Cum ſit dominus cœli, ac totius
diſpoſitionis rerum & tempora, & anni tempeſta
tes diſpenſet, ſimúlque omnia gubernet, & quaſi
chorum quendam probè ordinatum anni tempe-
ſtates ita inter ſe mutua ſucceſſione diſpoſuerit ac
determinauerit, vt varietate ſua varijs noſtris ac
differentibus vſibus ſubſidio ſint, & iam pro tem-
poris ratione humectetur tellus: Deinde ſuccedat
æſtus, & poſtea frigus ſuam anni portionem obti-
neat, & poſtremò effecerit, vt & ſiccitatis vſu non F
careamus. Palàm igitur cum ſit, inquis, eum poſſe
rebus adeſſe, eáſque vti vult adminiſtrare, potētiæ
bonitatem non eſſe coniunctam quis dubitet?
Nec iſta rationem habent. Quænam enim neceſſi
tas, ſi bonus non eſſet, eum ad creandum hominē
impuliſſet? Quis, inquam, tam vehemens impul-
ſor conditorem minimè volentem humum ſume
re, & ex luto tantam excitare pulchritudinem coē
git? Quis hominis formæ ad imaginem ſuam iam
conſtitutæ rationem addere ſuaſit, vt artium diſci
plinarúmque capax eſſet, & de rebus altiſſimis
philoſopharetur, quas ſenſibiliter nullo modo at-
tingeret? Quin ſi deo inſitam bonitatem rectè cō-
ſideres, vel hoc tempore (quanquam duro) mini
mè deficientem videbis. Quis (dic mihi) prohi-
bet

ber hanc quam admiraris ſiccitatem, non potius eſſe orbis incendium ac conflagrationem? Solem inſuper à via ſolita errantem, & terrenis propinquantem corporibus omnia cremare? Ignem denique de cœlo deſcendētem mortales omneis ob eorum ſcelera iure punire? Quamobrem te homo, te inquam, conſidera, tuámque penſita conſcientiam. Nec pueris ſub pędagogo conſtitutis ſimilis ſias, qui caſtigatione irati ſcindunt libellos: patri verò conſulenti ac cibum prohibēti veſtem

A conſcindunt, vel matris ora vnguibus petunt. Nam & nauclerum tempeſtas, & athletam ſtadium, & ducem pugna, magnanimum calamitas, Chriſtianum verò tentatio probat & examinat. Res triſtes animam vt ignis aurum arguunt. Pauper es? ne terrearis. Mœror nanque plus æquo ſumptus, peccatorum cauſa efficitur. Dum mente mœrore ſepulta impoſſibilitatis vertigo, & deſperatio ſub oritur, ex deſperatione verò ingratitudo generatur. Sed ſpem firmam in deum retine. Etenim putas illum anguſtiam tuam non videre? Victum alimentúmque in manibus quidem habet, largitionem verò differre ſolet, vt conſtantiæ periculū faciat, & mentem mortalium videat an ingratis an ſcurris & paraſitis ſimiles ſint. Illi nanque donec in ore cibum habent, benedicunt, aſſentantur, admirantur: menſa verò parumper negata, quē paulò ante ob voluptatem veluti deum adorabāt, maledictis tanquam ſaxis petunt atque lacerant. Ingredere aliquantulum vetus ac nouum teſtamentum: in vtroque ſanè inuenies permultos diuerſis nutritos dei prouidentia modis. Carmelus mons

Helias à coruis paſtus.

B ſublimis ac deſertus Heliam item deſertū habuit, viaticum cibúſque ei ſpes erat in deo. Et cum ita viueret, fame tamen extinctus non eſt, ſed auium rapaciſſimi ac voraciſſimi corui cibum ei attulere & qui alienas ſolebant eſcas inuadere, viro iuſtiſſimo miniſtri fuere: naturæ quoque obliti in pane carnéque ei afferendis dominico præcepto paruerunt. Quòd autem iſta viro dei attulerint corui, ex ſacra hiſtoria cognouimus. Lacus item Babylonius iuuenem habuit Iſraëlitam: captiuum quidē caſu, animo verò ac propoſito liberum. Ad hunc leones eſurientes immiſſi præter naturam abſtinuere. Pauit eum Abacuc ab angelo cum obſoniis longè deportatus: & ne vir ſanctus inedia premeretur, temporis momento tandem veniendo penetrauit, quantum à Babylonia diſtat Iudæa. Quo modo rurſus populus dei in deſerto, præſente Moſe, annis quadraginta vixit? Non erat ibi qui ſereret, non qui araret, nec bos, nec area, non torcular non cella penuaria, victum tantum inaratum inſatúmque habuere. Aquas etiam nō prius viſas, ſed pro tempore ad vſus erumpentes petra ſubminiſtrauit. Deſino ſingula dei prouidentiæ monumē

Daniel ab Abacuc.

Iſraelitæ in deſerto.

C ta connumerare, quibus ſæpenumero paternum animum erga mortales demonſtrauit. Te itaque hortor fili, hanc animo generoſo calamitatē more Iob parumper ſuſtine, ne à fluctibus ac tempeſtate ſubuertare. Nihil de virtutis præmio quā geris amittas. Vt pretioſum quoddam depoſitū gratiarum actionem in anima tua cuſtodias, & recipies tu quoque duplicem illius iucunditatem. Reminiſcere Apoſtolici dicti: In omnibus deo gratias agite. Pauper es? alium videre licet omninò egentiorem. Tibi decem dierum frumentum, illi vnius eſt. Tu bonus ac benignus quod tibi supereſt adiicias vbi deeſt. Ne verere ex paruo dare. Ne tuum commodum communi præponas periculo. Si enim vnus tantum ſit tibi panis, ad fores autem rogator adſit, deprome illum: Dans verò manus in cœlum tolle, dicque miſerabilia hæc & benigna verba: Vnum hunc panem habeo, quem vides domine. Et occaſio periculi eſt. Aſt præceptum tuum mihi propono, & de modico do fratri eſurienti. Da & tu domine periclitanti ſeruo tuo. D

Noui tuam bonitatem, tuæ potentiæ cōfido, quòd non diu tuam gratiam differes, ſed breui quum tibi placuerit affatim dona tuæ magnificentię parebunt. Quòd ſi ad hunc modum feceris ac dixeris, non dubium quin panis hic quem in hac dabis anguſtia agriculturæ ſemen ac copiam ſuppeditabit, multúmque tibi ex terra fœnoris reddet arrabo cibi futuri miſericordiæ cōciliator. Dic rurſus illud Sidonię mulieris verbum, quod maximè huic propoſito quadrat, opportunæ hiſtorię illius memor. Viuit dominus, quod hunc ſolum in domo habeo quem ego & filij mei edamus. Tu quoque ſimiliter olei lechitum gratia dei refertum habebis, nec minus farinæ hydriam continuò plenam, ſi ex eo quod habes dederis. Qui enim dando diuinę gratiæ confidunt, puteos imitantur, qui continuò exhauſti minimè deficiunt, ſed duplo copioſiores euadunt. Si eges, deo diuiti fac fœneres: crede inquam, illi, qui quod afflicto datur, perpetuò quaſi ſuæ perſonæ datum amplectitur, & de ſuo reddit, dignus vbique fideiuſſor, terra maríque apertos habens theſauros. Quòd ſi nauigas, mutuum repetes. In medio maris ſortem cū fœnore capies. Magnificus enim eſt in dando fœnore. Eſurientis morbus, fames inquā, miſerabilis eſt adflictio. Huma- E narum calamitatum caput eſt fames, cuiuſuis mortis genere duriorem adferens finē. In aliis nanque periculis vel enſis cuſpide citò interibis, vel ignis impetus breuiter vitam extinguit, aut ferarum dētibus membra ſtatim diſcerpta intereunt, quæ quidem dolorem morienti minimè protrahūt. At famis diuturnius malum, ocius torquet, lentius tabe facit, ſenſim occidit. Naturalem nāque humorem abſumit, calorem refrigerat, innatam ac vegetam corporis habitudinem deterit, vires paulatim debilitat, oſſibus caro velut aranearum tela cohęret. Coloris flos ſanguine deficiēte refugit. Albedinis ſplēdor è ſummo corpore diſcedit, & pallor ac liuor inſurgit. Genua infirma ac per vim tracta conſpiciūtur. Vox tenuis & imbecillis. Oculi infirmi in ſuis cauis, non ſecus thecis reconditi, quā in putaminibus nuces viſuntur. Oſſa tamen pelle operta. Venter vacuus ac collapſus tumore, viſcerūque ſolita productione caret, ac dorſi tantum oſſibus ſuſtentatur & hæret. Igitur faciem hanc corporis miſeram, qui conniuens præterit, quali dignus erit pœna? Quod crudelitatis genus proſequi dicetur? Quomodo inter immaniſſimas feras non cō- F numerari vt execrandus ac hominum interſector dignus erit? Qui enim morbo periculoſo, ſi liceat non occurrit, eadem qua ille qui ſibiipſi manus infert, pœna damnabitur. Quid fames non cogit? Naturæ leges ſæpe peruertere ac tranſgredi multis ſuadet, & hominū corporibus vel propinquorum veſci. Matrem quem peperit natum, impulit in ventrem malè recondere. Quam tragœdiā Iu-

daica commemorat biſtoria, à Ioſepho graui autore conſcripta, quando videlicet diræ calamitates Ieroſolymitanos pœnas iuſtas propter impietatẽ in deum dantes apprebenderunt. Quantum denique cæteræ antecellat charitati eſurientem paſcere, ex ipſo conſeruatore conſpice: qui quum alia ſæpe prætereat humana incommoda, eſurientes reſpiciens: Miſericordia moueor, inquit, ſuper turbam hanc. Idcirco in extremo iudicio vbi iuſtos alloquitur ordine primus, & vt cæteris bonoratior qui pauperem nutrit, accerſitur. Qui panem adminiſtrauit ante omneis promouetur, liberalis

Paſcere eſurientem non ter opera pietatis corporea primum.

A denique præ cæteris in vitam præmittitur. Ex altera verò parte & illiberalis ante alios omnes peccatores igni traditur. Quamobrem te fili tempus hoc ad parentem mandatorum omnium vocat atque expectat. Caue atque conſidera ne tanta diei feſti & conciliationis opportunitas te prætereat. Fluit enim tempus, nec morantem aut incautum expectat. Properant dies iſti cunctabundum prætercurrentes. Atque vt fluminis impetum ſiſtere non licet, niſi primis fluctibus reſiſtens obtemperantem aquam reddiderit: ſic nec tempus ſuis coërcitum anguſtiis retinere, neque item præteritũ renocare, niſi à fronte properante occurrẽs in vſum conuertas tuum. Ideo tu quoque charitatis præceptum tanquam aufugiens his tibi diebus ad tuam oblatum ſalutem comprende & adimple, captúmque in vlnis aſſerua tuis. Da parua, vt magna recipias. Solue veteris culpæ reatum per cibi communicationem. Sicut enim malè edendo, maléque cibo vtendo Adam peccatum incurrit: ſic in fame laborantibus per cibos opitulando à peccatis ſoluemur. Audite populi chriſtiani atque atten-

B dite: hæc dicit dominus, non quidem per ſeipſum ſed per ſuos ſeruos vt inſtrumenta clamãs, ne nos qui rationis participes ſumus, brutis crudeliores videamur. Illa nanque terræ naſcentibus, vt naturaliter communibus ſine diſcrimine vtũtur. Nam & ouium greges vnum & eundem paſcuntur mõtem, equorum multitudo eundem campum. Denique ſingula boc modo inter ſe victum neceſſariũ mutuò ſuppeditant. At nos contrà, quæ ſunt communia propria facimus: quæ ſunt multorum ſoli poſſidemus. Vereamur atque imitemur Græcorũ humanum viuendi modum. Apud nonnullos illorum bumana conſuetudo vnam menſam, communem alimoniam, domum vnam, frequentem propè populum conſtituit. Sed externa dimittamus, & tria illa millia epulo piſcium à domino excepta præcipuè nobis ſuccurrant. Denique cœtum Chriſtianorum primum illum æmulemur, quibus ab initio communia erant omnia, vita, anima, concordia, menſa item communis, fraternitas indiſcreta, charitas non ficta: multa ſimul corpora vnũ faciens, diuerſáſque animas in vnam cõcilians voluntatem. Multa (ſi quæres) alia exempla vtriuſ-

Græcorum co mulius.

C que teſtamenti, quæ ſunt ad fraternam dilectionẽ imitandam, reperies. Si ſenem eſurientem videris fac nutrias, vt Ioſeph Iacob. Si inimico occurras adflicto parce iræ, ne expellas vindictæ cupidus, ſed potius nutrias, vt ille quõdam fratres à quibus venditus fuit. Quum in iuniorem incideris egentem, funde lacrymas, vt ille ſuper Beniamin fratre ſenectutis filio. Quòd ſi fortè te auaritia vt regina illa Aegyptia Ioſeph, tentauerit, ſciderit quoque tibi veſtem, vt mandatum diuinum contemnas, vt ſe, aurum, ac res terrenas amantem contra domini tui præceptum amplectare, vbi cogitatio ſubierit præcepto domini repugnans, animúmque ſobrium ad auaritiam impellens, & ad negligendam fraternam dilectionem cogens, atque ad ſe cobibens, rumpe & tu illius veſtem, reique indignitate motus ſecede, Domino fidẽ ſerua, vt ille Putipharo ſeruauit. Neceſſaria cibaria vno anno diſtribue, vt idem per annos ſeptem. Ne cuncta voluptati tribuas, nonnihil animæ tuæ reſerua. Duáſque tibi putas eſſe filias, mundanæ conuerſationis proſperitatem & vitam cœleſtem. Si meliori cuncta D dare nolueris, diuide ſaltem ex æquo intemperanti filiæ & modeſtæ: ne videlicet præſentem vitam ita opibus ac delitiis affluẽtem reddas, vt alteram inopem, ac laceris opertam veſtibus relinquas. Vt ſi te oporteat in conſpectum dei noſtri ac iudicis Ieſu Chriſti, ſponſæ formam ac vitam ſecundum virtutem babentem venire, noli ſponſam inornatam ſponſo offerre: ne conſpiciens ille vultum auertat, deſpiciat, complexum neget. Sed eam decenti veſte ornatam nuptiarum tempori ſeruabis vt vnà cum cæteris prudentibus virginibus charitatis perpetuum ignem, ac lampada oleo cõtinuo refertam babens, in thalamum recipiatur. Denique vt propbetica illa verba, quæ ad animam tota referri videntur, re atque actione laudabili roborentur: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Andi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & concupiſcet rex decorem tuum. Hæc Pſalmiſta de humani corporis forma loqui viſus, ad animæ decorem rectius traducun- E tur. Siquidem ex ſingulis eccleſia diuerſam in vnũ cogit multitudinem. Tu prouide ne præſens ac futurum malè tractes, néve ob cupiditatem ac lucrũ inhoneſtum quod futurum eſt prodas. Corpus nãque tuum tuæ vitæ notitiam relinquet. In aduentu verò expectati iudicis tu te ab æterna gloria & multa bonorum fruitione excludes: proque his ignem tibi perpetuum & pœnas nunquam deſituras aperies. Noli putare hæc à me timoris gratia incutiendi more matris aut nutricis alicuius tibi inſtar inanium terriculamentorum dicta. Nam illæ plorantibus pueris formidanda & incondita quædam minari, vt à cœpta peruicacia deſiſtant. Hæc filij chariſſimi, non fabula, ſed vera narratio infallibili iam antea voce confirmata: quoniam (vt ſcitis) iota vnum aut vnus apex ſecundum euãgelij ſententiam non præteribit. Sed & corpus illud quod in loculis ſepulchri corrumpitur, reſurget: & anima per mortem excluſa corpus iterum inhabitabit. Omnium ratio geſtorum diligenter examinata, facta quorumlibet clarè manifeſtabit, non externis inſtantibus, ſed ipſa conſcientia teſte, ac palàm accuſante: demum ita cuique, vt eſt meritus, à iuſto iudice domino noſtro Ieſu

Chriſto retribuetur, cui gloria & imperium in æterna ſecula, F

Amen.

Quod

QVOD DEVS NON EST
autor malorum.

PLVRES doctrinæ modi per
pſalmorum conditorē Da-
uid à ſacro qui in illo opera-
tus eſt ſpiritu, nobis inno-
tuerunt. Nã aliquãdo animi
ſui perturbationes narrans
propheta, & quemadmodū
ea quæ euenerunt generoſe
tulerit, ipſius exemplo patientiæ nobis præceptū
A clariſsimum reliquit: vt quando ait: Quid multi-
plicati ſunt, qui tribulant me domine? Quando-
que verò dei bonitatem, & eius auxilij velocita-
tem, quod vere ipſum inquirentibus præbet, cō-
mendat dicens: Cum inuocarem exaudiuit me
deus iuſtitiæ meæ. Quæ ſanè ſententia illi ſimilis
eſt, quam alius propheta habet, dicens, Adhuc te
loquente dicet: Ecce adſum. Hoc eſt, nondū vo-
care deſtiti, & finem inuocationis aures dei ſuſce
perūt. Rurſus ſupplicationes ſimul & preces offe
rens deo, docet nos, quemadmodū fas ſit in pec-
catis exiſtentes deum placare Domine ne in fu-
rore tuo arguas me, neque in ira tua corripias
me. In XII. autem pſalmo longum tentationis
certamen oſtendens, ait: Vſquequo obliuiſceris
me domine in finē, vſquequo auertis faciem tuā
à me. Et per totum pſalmum nos docet, ne defi-
ciamus in adflictionibus, ſed expectemus boni-
tatem dei, ſciamúſque quòd ille prudēti quadam
diſpenſatione adflictionibus nos dedat, & ſecun-
dum proportionem vnius cuiuſque fidei, proba-
B tionum inducat menſuram. Quoniam igitur di-
xit, vſquequo domine, obliuiſceris me in finem?
vſquequo auertis faciem tuam à me? ſtatim ad ma
lum eorum qui athei ſunt, tranſit: qui ſi quid ca-
lamitoſum acciderit, inſtantem in rebus aduerſis
dolorem non ferentes, mox ſecum perplexi du-
bitant an ſit deus, an ſingula videat, vtrum cuiuſ-
que meritis reſpōdeat. Deinde vbi ſeipſos vide-
rint in iis quæ nolunt diu detentos, prauum illud
dogma intra ſe confirmant, & in ſuis cordibus ita
decernunt: Non eſt deus. Dixit inſipiens in corde
ſuo, non eſt deus. Hoc itaque cum in animum in-
duxerūt, certatim ad omne reliquum peccati ge-
nus ruunt. Si enim nullus eſt inſpector, ſi nullus
qui pro meritis vitæ cuilibet tribuat, quid prohi-
bet pauperem conculcare, orphanos necare, vi-
duam & aduenam occidere, omne audax facinus
tentare, impuris & abominandis affectibus, om-
nibus denique pecuniis cupiditatibus inquinari?
Idcirco illud, quod talem impietatem quæ deum
C non eſſe dicit, conſequitur, ſubiungit: Corrupti
ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.
Impoſsibile nanque eſt à via iuſta aberrare eum
qui in ſuo corde dei non obliuiſcitur. Vnde, quæ-
ſo, gentes traditæ ſunt in reprobum ſenſum, vt
faciant ea quæ non conueniant, vt ait Paulus?
Nonne, quoniam dixerunt, non eſt deus? Cur in
paſsiones ignominiæ ceciderūt, vt fœminæ apud
eos naturalē vſum mutauerint in eum qui eſt cō-
tra naturā, mares in mares turpitudinem operan-
tes? Nonne quoniam mutauerunt gloriam in-
corruptibilis dei in ſimilitudinem volucrum &
quadrupedum & ſerpentium? Stultus igitur, &
verè à ſenſu alienus eſt qui dixerit: Non eſt deus.
Similis itē huic eſt, nec quicquam in ſtultitia dif-
fert qui deum malorum cauſam eſſe dicit, parque
priori ſcelus exiſtimauerit: quoniam ambo bonū
deum ſimiliter negant. Alter quidē non eſſe om-
nino dicit: alter vero non bonū eſſe affirmat. Si
enim eſt malorū cauſa, non bonus eſt. Si non bo-
nus, neque deus: itaq; vtrobique eſt negatio dei.
Vnde, inquit ille, ſunt morbi, intempeſtiuæ mor-
tes, internicies ciuitatum, naufragia, bella, peſtes?
Hæc enim mala ſunt, inquit, & omnia dei opera.
Itaque quē alium poſſumus præter deum in euen
tibus omnibus incuſare? Sed age, quando in vul- D
garam incidimus quæſtionē, ad aliquod conceſ-
ſum ac certum principiū orationem adducentes
problema hoc ſtudioſius tractemus, & planā &
explicatam de ipſo enarrationem facere tente-
mus. Vnum quidem hoc habere in mentibus no-
ſtris præſumptum oportet, quod, cum ſimus boni
dei opificium, & ab illo conſtemus omnia circa
nos tam modica quam magna diſpenſante, nihil
nobis accidat illo non volēte, & quod nihil eorū
quę nobis accidunt malū ſit aut tale, vt melius illo
aliquid excogitare queamus. Ex deo, inquiūt, ſunt
mortes. Non malū omnino mors eſt, niſi quis ma
lum dixerit peccatoris mortem. Propterea quòd
per illam hinc liberati ad infernalia ſupplicia ra-
piuntur. Rurſus autē apud inferos, quæ ſunt mala,
non deum cauſam habent, ſed noſipſos. Principiū
nanque ac radix peccati, in nobis eſt, & in noſtra
poteſtate. Nam quibus ſi à malo abſtinuiſſent, ni-
hil omnino graue pati licebat: Iidem ſi in peccatū
per voluptatem ruant, quam rationem decentem
adducere poterunt, ne ſibi ipſis cauſam pœnarum E
dediſſe dicantur? Malum igitur aliquod eſt ſecun-
dum noſtrum ſenſum, aliud natura ipſa. Malum
itaque natura ex nobis oritur, iniuſtitia, laſciuia,
inconſiderantia, timiditas, inuidia, cædes, venefi-
cia, aſturia, fallacia, & reliqua huiuſmodi omnia,
quæ animam ad dei imaginem factam ſolent in-
quinare, & ipſius pulchritudinem aliquo modo
inficere. Rurſus malum dicimus quod triſte du-
rumque ſenſibus ſit noſtris, vt corporis morbū,
plagas, egeſtatem, ignobilitatem, pecuniæ dam-
na, domeſticorum amiſsiones: quorum quodli-
bet nobis à ſapientiſsimo & optimo domino ad
vtilitatem inducitur. Diuitias quidem aufert iis
qui male illis vtebantur, inſtrumentumque illis
iniuſtitiæ fuerant. Morbum inducit iis, quibus
magis expedit mēbra habere impedita, & impe-
tus ad peccandum tardiores. Mors venit, vbi fi-
nis adeſt vitæ iam expletæ, quem cuilibet ab ini-
tio fixit iuſtum dei iudicium, longè noſtram vti-
litatem proſpiciētis. Fames & ſiccitates & inun- F
dationes, communes quædam ſunt ciuitatum ac
gentium plagæ, hominum peccata immodica
punientes. Vt enim benefacit medicus etiam
vbi corpori moleſtiam & dolorem infert (cum
morbo nanque bellum gerit, non cum ægro-
to.) Sic & bonus deus ſalutem omnibus per ca-
ſtigationem ac pœnā diſtribuit. Tu vero nequa-
quam medico iraſceris, ſi ex membris hæc incī-
dat, illa vrat, alia à corpore omnino amputat: ſed
& pecuniam illi numeras, & ſeruatorem vocas,
quòd in parua corporis parte morbum curet,
priuſquam ad totum corpus morbus perueniat.

Nihil malū eorū quæ patimur.

Dei mali duplex.

Quando ciuitatem videris propter inhabitantes concuſſam, aut nauigium vnà cum hominibus in mari diſſolui, contrà verum medicum & ſeruatorem blaſphemam linguam mouere non dubitas: quum te intelligere oporteat, quòd ij morbi laborantium hominum ad curæ beneficentiam & vtilitatem aſſumuntur, qui & moderati ſunt & ſanabiles. Quando verò medicam curam ſuperat morbi malitia, neceſſaria eſt inutilis membri alienatio, ne morbi eius continuatio cætera corporis vitalia percurrat. Ex quo inciſionis aut inuſtionis non medicus eſt cauſa, ſed mobus. Sic item ciuitatum interitus ex nimia peccantium peruerſitate originem habentes, deum ab omni querelæ cauſa liberant. A At, inquis, ſi malorum non eſt cauſa deus, quomodo dicitur: Ego ſum qui paraui lumen, & feci tenebras: faciens pacem & creās mala? Et rurſus: Deſcenderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem, & Non eſt malum in ciuitate quod deus non fecerit. Et in magno cantico Moſis: Videte quòd ego ſum, & nō eſt deus, pręter me. Ego interficiam, & viuere faciam: percutiam & ego ſanabo. Sed nihil horum apud eos qui rectè ſcripturæ ſenſum tenent, dei vt malorum autoris accuſationem habet. Qui enim dicit: Ego præparo lumen, & facio tenebras: creationis autorem ſeſe per hæc, non mali alicuius conditorem ſignificat. Ne igitur exiſtimes aliam lucis, aliam verò tenebrarum cauſam eſſe: ſeipſum dixit eorum quæ contraria inter ſe videntur, ſecundum creationem factorem & opificem eſſe: ne quæras alium ignis & alium aquæ, alium aëris & alium terræ opificem, quòd hæc ob qualitates B contrarias inter ſe quodāmodo pugnare videantur. Quod iam quidam ita eſſe ſentientes in plurium deorum opinionem venerunt. Facit autem pacem, & creat mala. Maximè quidem in te pacem facit, quando per bonam doctrinam tuam ſerenat ac tranquillat mentem, & affectus aduerſus animam inſurgentes conciliat. Creat autem mala, hoc eſt, tranſmutat ipſa, & in meliorem ſtatum exitumque deducit, vt iam mala eſſe deſinant, bonique naturam accipiant. Cor mundum crea in me deus. Non dicit: Nunc crea, ſed in malitia inueteratum renoua: & vt duo creet, in vnum nouum hominem, non vt ex non exiſtente faciat, ſed vt non exiſtentes mutet atque renouet: & ſi qua in Chriſto noua creatura. Et rurſus Moſes: Nonne ipſe pater tuus qui poſſedit te, & fecit te, & creauit te? Clarè hic poſt facturam creatio conſtituta nos docet, creationis nomen ſæpenumero pro renouatione poſitum eſſe. Ita- C que pacem faciens: ſic pacem facit, ex eo quòd mala creat. Hoc eſt, ex eo quòd mala in meliorem reducit ſtatum. Deinde ſi pacem intellexeris eam ſecuritatem, quæ ſublatis bellis datur, & malum dicas labores, qui bellum gerentes ſequuntur, expeditiones extorres, vigilias, ſudores, vulnera, cædes, captas ciuitates, in ſeruitutem redactiones, miſerabilia captorū ſpectacula: deniq; quæcunque triſtia in bellis eueniunt: dico iuſto dei iudicio fieri aduerſus eos, qui digni ſunt ſupplicio, quod per bella infligitur. An tu non vis flagraſſe Sodoma poſt impietates illas & flagitia? An non cecidiſſe Hieruſalem & templum deſolatum poſt horribilem in dominum crudelitatē?

Ego preparans lumen & faciens tenebras.

Poſsidens mala.

Fieri autem aliter iſta quomodo fas erat, niſi per Romanorum exercitū, quibus Iudæi propriæ ſalutis inimici dominum noſtrum tradiderunt? Ex quo quandoque mala ex bello iis qui digni ſunt iure infliguntur. Illud quoque conſidera: Ego interficiam, & ego viuere faciā. Percutiam, & ego viuere faciam. Percutiam, & ego ſanabo. Recipe verbum, ſi vis, ita vt ex ſententia promptum eſt. Timor enim ſimpliciores ædificat. Percutiā ego, & ſanabo. Et hoc ſeorſum conſiderare profuerit, vtpote quòd plaga timorem generet, ſanitas vero ad charitatem excitet. Licet attamen tibi altius de his quæ dicta ſunt ſentire. Ego interficiā, peccato videlicet, & viuere faciam, iuſtitiæ. Quantum enim exterior homo noſter corrūpitur, tan- D tum interior renouatur. Non igitur alium interficit & alium viuificat: ſed eundem per ea quæ interficit viuificat. Itemque per ea quæ percutit ſanat, ſecundum prouerbiū illud: Quoniam tu baculo ipſum percuties, & animā eius ex morte liberabis. Caro igitur percutitur, vt anima ſanetur. Peccatum perimitur vt iuſtitia viuat. Illud autem quod ſuprà memorauimus: Deſcendunt à domino mala ſuper portas Hieruſalem, ex ſeipſo habet expoſitionem. Quæ mala? Sonitus curruum & equitum. Quando autem audiueris: Non eſt malum in ciuitate quod dominus non fecerit, intellige hic mali nomen vexationem ac calamitatem ſignificare, quam deus peccantibus ad delicta corrigenda infligit. Afflixi, inquit, & fame preſsi, vt benefaciam antequam per intemperantiam prorſus perdantur, & iniuſtitiam cohibui, quemadmodum flumen forti quodā ſolet obice & obſtaculo contineri. Hac itaque de cauſa ciui- E tatū ac gentiū morbi, ſiccitates aëris, terræ ſterilitates, ac qui cuilibet in vita duri caſus emergunt, quæ omnia ne malum vlterius progrediatur, efficiūt. Talia itaq; mala à deo immittuntur veris ac natura ipſa malis reſiſtentia. Huiuſcemodi nanq; ſecundū corpus afflictiones & externæ moleſtiæ ad peccati cōpeſcendam licentiam à domino excogitatæ ſunt. Extinguit ergo deus malū, non eſt ex deo malū: quoniam & medicus morbū tollit, non morbū corpori infligit. Ciuitatum verò interitus, terræmotus, inundationes, exercituū clades, naufragia, & omnes deniq; calamitates illæ, quibus magna hominū multitudo ſimul abſumitur, ſiue ex terra, ſiue ex mari, ex aëre, ex igne, ſeu quacunque naſcūtur cauſa propter ſuperſtites ad ſobrietatem reducendos eueniunt, ipſo deo publicis pœnis publicam caſtigante iniquitatē. Malum itaque propriè peccatum, hac verè dignum appellatione à noſtra volūtate pendet: propterea F quòd in nobis ſitū eſt vel abſtinere à malitia, vel malum committere. Reliqua verò quæ appellantur mala, partim ad exercendos dantur bonos, & declarandam fortitudinem (quemadmodū Iob filiorum priuatio, totius ſubſtātiæ breui tempore amiſsio, corporis plagæ ac cicatrices) partim vt medela eorū qui deliquerūt, ſicuti Dauidi accidit domus cōfuſio, iniuſtæ cupiditatis pœnas danti. Rurſus autem aliud ex iuſto dei iudicio malorū, hoc eſt, pœnarum genus prouenire cognouimus, ad homines in vitium pronos prudentiores faciendos, vt Dathan & Abiron terra viuos deuorauit, barathris & hiatibus telluris ſubtus apertis.

Nihil malum niſi peccatum.

Nam

Nam hic qoidem ipſi propterea nihilo meliores euaſerunt: (quomodo eoim, quum ad infernum deſcenderint) attamen reliquos exemplo cautiores prudentioréſque reddideruut. Sic & Pbarao vnà cum omni exercitu in mari periit. Sic demum deleti ſuot qui Palæſtinam antea inhabitârunt. Ex quo quanquam dicit Apoſtolus vaſa iræ apta in perditionem, ne facturam Pharaoois malam fuiſſe exiſtimemus. Nã ita culpa iuſtius transferretur in ipſius conditorem. Sed vbicunque audieris vaſa, iotellige quòd oostrum quilibet ad aliquem factus eſt vſum. Quemadmodum in magna domo vas aliud eſt aureum, aliud argẽteum, aliud teſtaceum, ligneum sliud. Huiuſcemodi ergo materiis voluntas cuiuſque comparatur. Nam vas aureum is eſt, qui mente moribúſque ſimplex ac ſioe dolo eſt. Argenteum item, qui illo paulò eſt inferior dignitatis ac pretij æſtimatione. Teſtaceum eſt ac figulinum, qui terreſtria ſapit, & frangi cõterique fit aptus. Ligoeum, qui per peccatum facilè ſordet: & igoi æterno materiã præbet. Sic etiam iræ vas eſt, qui omnem in ſe diaboli operationem quaſi vas quoddã ſuſcepit, & propter fœtorem quem habet ex corruptiooe ad nullum vſum aptari poteſt, ſed dignus eſt qui pereat. Quamobrem quando iam ipſum Pbaraooem cõteri erat opus, ſapieos animarum ooſtrarum rector vſque adeò illũ ſuſtinuit, vt clarum celebreque omnibus exemplũ eſſet, & aliis vtilis ob mala tolerata (quando ipſe propter nimiam malitiã inſanabibs erat) redderetur. Obdurauit eũ longanimitate, ac pœnæ dilatione ipſius intendens malum, vt ad extremum eius iniquitate ad ſummum gliſcente, iuſtius ſuper eum dei iudicium oſtenderetur. Idcirco plagas modicè quidẽ ab ioitio infligens, ac paulatim adaugens eius duritiem minimè flexit, quin reperit eum & inio̊o dei contemptorem, & illatas pòſt pœnas ex conſuetudine tolerantem. Et ne ſic quidem morti illum tradidit, dooec ipſe ſeſe præcipitem dedit, dum cordis arrogantia fretus iter iuſtorũ auſus eſt ingredi: ac exiſtimauit quemadmodum populo dei, ſic & ſibi mare rubrum permeabile fore. Hoc itaq; tu frater cognoſcens, & apud te mali ſpecies diſtinctas habens, ooſce vnum omnioò verè malũ eſſe peccatum, cuius finis perditio eſt: & alterum apparens tãtum malum ſenſibus afflictiooẽ præbens, vim alioqui boni babens: quemadmodum ſunt calamitates & incommoda, quæ vim peccata coërcendi habent, quorũ fructus ſalus eſt animarum æterna. Deſioe diuinam iocuſare prouidentiam, nec omninò velis deum ſubſtantię mali autorem putare, aut aliquam mali ſubſiſtentiam imaginari. Non enim ſubſiſtit, velut animal iniquitas, neque ipſius eſſentiam eoypoſtaton ſtatuere poſſumus. Nam malum boni priuatiõ eſt. Oculus creatus eſt, cæcitas ex oculorum perditiooe prouenit. Ex quo niſi oculus corruptibilis fuiſſet naturæ, nũquam cæcitas ſucceſſum habuiſſet. Sic & malũ in propria ſubſiſtentia nõ eſt, ſed in animæ læſiooibus gignitur. Nõ enim ingenitũ eſt, vt impiorũ eſt opinio, par cõditiooe bonæ naturæ malum ponentiũ. Nam ſi ambo ſine principio & generatiõe priora ſunt, ex quo nec facta. Si autem omnia ex deo quomodo malũ ex booo? Non enim turpe ab honeſto, neq; vitiũ à virtute. Lege muodi creationẽ, & inuenies ibi cuncta booa, imò valde bona. Noo ergo malum cum boois creatũ eſt. Sed oeq; creatura intellectiua à deo facta cũ ioiquitate cõmixta eſt. Si enim corporalia in ſeipſis malũ ſimul creatũ oon habueruot, quomodo intelligibilia tantum & puritate ac ſanctitate differentia cõmunem cum malo hypoſtaſim habuiſſent? Sed eſt malũ omninò, & ipſius palàm fit actus per omnem vitam diffuſus. Vnde igitur, inquies, habet eſſeotiã, ſi neq; ſioe principio eſt, neque factũ eſt. Interrogentur talia quærentes. Vnde morbus? vnde corporis læſiones? Nõ enim ingenitus eſt morbus, oeque item dei opus. Sed bene creata ſuot animalia coouenienti eis præparatione ſecũdum naturam, & membris diſtincta io vitam prodierunt. In morbos verò ſecundũ naturam ceciderũt à ſanitate deficieotes, vel ob malam diætam, ſeu ob aliquam aliã cauſam, quæ corporibus accidere ſolet: corpus itaque deus fecit, morbũ minimè fecit. Et animã ſimiliter deus fecit, non autem peccatũ. Vitio autem anima cõtaminata eſt degeoerãs ab eo quod ex natura facta eſt. Quod autẽ erat illi peculiare booum? Quod deũ habebat aſsiduè coniunctũ, illique per charitatem coadunata erat: qua excidens variis & multimodis ſe malis contaminauit. Vnde autem omninò mali capax eſt? Quoniã libero facta eſt arbitrio, quod creaturæ rationis participi maximè cõueoiebat. Soluta eoim hæc omni neceſsitate, & vitã io ſua poteſtate cõſtitutam ex deo accipiens, propterea quòd ad imaginẽ eius creata eſt. Bonũ quidem iotelligit, & iucunditatẽ illius nouit, poteſtatemqoe habet ac facultatem in booi cõtemplatiooe & ſpiritualiũ fruitione manendi, ac vitã ſibi connaturalem cooſeruandi. Habet autem & à booo deflectendi quandoque facultatem. Hoc autem ei contingit quum beatæ oblectationis ſatietate affecta, & veluti veterno quodam grauata, ac è ſtatu ſuperiore delapſa, turpibus ſe carnis libidinibus immiſcet. Erat aliquãdo Adam in ſublimi non loco, ſed arbitrio, quando ſtatim anima ſumpta in cœlum lætus aſpexit, ex iis quæ vidit maximè gauiſus, ac eum vehementer amans, à quo beoeficium tantum & æternæ vitæ fruitionem acceperat: qui paradiſi intereſſe delitiis, & æquè cum angelis & archangelis regnare ac viuere, & diuinæ vocis participem eſſe dederat. Cum his omnibus per deũ potiretur, ſtatim rebus omnibus refertus, quaſi præ ſatietate eluxuriãs quod videbatur oculis delectabile intellectuali pulchritudini prætulit, & ventris ſaturitatem ſpiritali delectatione potiorem babuit. Ex quo ſtatim è paradiſo pulſus, extra beatam illam fuit vitam. Non ergo ex aliqua neceſsitate, ſed ſuapte temeritate malus eſt factus. Quapropter & propter prauam voluntatem peccauit, propter peccatum verò mortuus eſt: ſtipendia namque peccati mors eſt. Quantum enim abſtitit à vita, tantum morti propioquauit. Vita oanque deus, vitæ verò priuatio mors Itaque mortem ſibi Adam ob diſceſſum à deo parauit, ſecundum quod eſt ſcriptum: Ecce omnes elongantes abs te peribunt. Quamobrem ſanè apparet deum mortem oequaquam feciſſe, ſed noſmetipſos ex mente praua nobis ipſis eam ſponte attraximus, quam deus ob eas quas ſuprà narrauimus cauſas minimè prohibuit, ne im-

Vaſa quid [illegible] ſignificent.

Quomodo peccatum irrepſit in animam.

Cõtra Po[illegible].

ne immortalem in nobis morbum conſeruaret. Quemadmodum vas figulinum rimas oſtẽdens, non prius igni ad perficiendum traditur, quàm à figulo reconcinnetur emendeturque. Sed cur, inquis, huic vaſi non inſitum eſt vt peccare nõ poſſit, vt etiam nobis volentibus facultas peccandi deſit? Quoniam, inquam, & tu ſeruos non quando vinctos in cuſtodia retines, beneuolos eſſe tibi exiſtimas, ſed cum ſponte omnia quæ erga te

Cur deo pec candi facultatem homo non eripuit.

A oportet, videris agere. Sic item deum puta fore amicum, non qui coactus, ſed qui ſponte ſua virtuteque illi obtemperat. Virtus verò ex voluntate perficitur, non ex neceſsitate. Voluntas autem ab illis pendet quæ in nobis ſunt ſita. Quod verò in nobis ſitum eſt, voluntarium & ſpontaneum eſt. Qui ergo factorem reprehendit, quòd non tales nos natura fecit, qui peccare nequeamus, nihil aliud opinari videtur, quàm naturam ratione carentẽ ea quæ rationis eſt particeps eſſe potiorem: & illa quæ non mouentur, nec mente ducuntur iis quæ eligunt, iudicant, cõferunt, omnino præſtare. Hæc & ſi per tranſitum, attamen non ab re dicuntur, ne in profundum inanium cogitationum ruẽs, preterquam quòd quæ inquiris non aſſequeris, deum etiam amittas. Deſinamus ergo eum qui ſapiẽs eſt velle corrigere. Deſinamus, inquam, meliora quàm deus fecerit indagare. Quòd ſi ob noſtri ingenij debilitatẽ omnia dei conſilia ſigillatim ratione attingere nequimus, illud attamen animis noſtris infixum ac in confeſſo ſit, nihil malum ab eo qui bonus eſt, fieri. Hinc conſequenter alia quæſtio de diabolo

A libertate voluntatis peccatum procepsis eſt in angelum quàm in hominem.

B naſcitur: Vnde diabolus ſit, ſi non ex deo ſunt mala. Quid igitur dicemus? Satis facilis eſt reſponſio. Eadem omnino ratio nobis ad iſtam quoque quæſtionem ſatis erit, quam & de hominis iniquitate ſuprà cõmemorauimus. Vnde enim iniquus eſt homo? Ex ipſius libera voluntate. Vnde malus diabolus? Ex eadem penitus cauſa. Habebat enim & ipſe liberam vitam & inſitam ſibi poteſtatem, aut deum ſequendi, aut à bono diſcedendi. Gabriel angelus à deo iugiter ſtetit: Satan item angelus ex ordine ſuo prorſus cecidit. Et illum propria voluntas in cœlo retinuit, hunc verò voluntatis libertas cœlo deiecit. Poterat enim & ille à deo deficere, & iſte non excidere. Sed illum inſatiabilis dilectio dei ſeruauit: hunc à deo relictum eſſe oſtendit per peccatum alienatio. Malum igitur hoc tantum, à deo alienatio. Nam parua quidem oculi conuerſio, paruus nutus, vt ſolis particeps aliquis exiſtat, vel in vmbra remaneat, facit. Nam & illic in promptu eſt, vt ſuſpiciens illuſtretur: auertens verò intuitum neceſſario in tenebris erit. Sic & diabolus malus deo aduerſatur, non ex natura, ſed mala voluntate habens malitiam. Quæris igi-

C tur vnde illi ſit contra nos bellum? Quoniam cum omnis ipſe mali promptuarium exiſteret, inuidiæ quoque morbum in ſe recepit, & inuidit nobis illarum honorem, nec facilè tulit vitam in paradiſo beatam ducere. Quamobrem dolis hominem aggreſſus, eadem ambitionis cupiditate, quam ipſe ab initio habuit, velle ſimilem eſſe deo, hac rurſus ad decipiendum nos vſus lignũ oſtendit, per cuius deguſtationem pollicitus eſt hominem ſimilem fore deo. Si comederitis, inquit, eritis veluti dij malum ac bonum cognoſcentes. Non inimicus igitur nobis à deo conſtitutus eſt, ſed ipſe ex inuidia ſeſe nobis oppoſuit. Animaduertens enim ſe ex angelorum ordinibus expulſum, non tulit terrenam creaturam ad angelorum dignitatem per virtutis profectum exaltari. Quoniam itaque inimicus eſt factus, inimicitiam nobis deus erga illũ indidit, vbi ſerpenti quo ille malus abuſus fuerat, dixit, ſed ita, vt

D minas ad Satanan referret: Inimicitiam ponam inter te & inter ſemen illius. Reuera nanque noxiæ ſunt amicitiæ quæ cum malitia contrahũtur. Nam ea eſt amicitiæ huius lex & vis, vt per ſimilitudinem malitiam coniunctis indat. Quamobrem rectè prouerbium dicit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quemadmodum enim in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem corporibus morbum iniicit: ſic item in praua conſuetudine ac conuerſatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam ſi ſtatim incommodum non ſentiatur. Idcirco nobis aduerſus ſerpentem irreconciliabilis indita eſt inimicitia. Si autem inſtrumẽtum hoc tantò dignum odio eſt, quantò magis illi nos qui ſerpentem adegit, aduerſari oportebit? Sed cur, inquis, lignum hocin paradiſo fuit, per quod nos diabolus tentaturus erat? Si enim deceptionis eſcam ac materiam nõ habuiſſet, quo nam modo nos ſibi obtemperando ad mortem deduxiſſet? Quoniam mandatum eſſe oportuit, vt noſtram erga deũ probaret obedientiam. Ideo planta pulcherrimis fuit fructibus ſcatens, vt in abſtinentia voluptatis animi continentis virtutem oſtendentes, patientiæ co-

Cur lignũ vetitum poſitum fuerit in paradiſo.

E ronam promereremur. Cibum autem non ſolũ præcepti contumacia ſecuta eſt, ſed etiam nuditatis cognitio. Comederũt, inquit, & aperti ſunt oculi eorum, cognoueruntque quòd nudi eſſent. Oportebat enim ſe nudos minimè cognouiſſe ne mens hominis ad eorum cupiditatem quæ deeſſe viderentur, traheretur. Amictum nanque nuditatis defenſionem ſolatiumque eſſe exiſtimauit, & omninò per carnis curam ab obſeruanita dei abſtractus eſt. Cur, inquis, non ſtatim eis ab initio amictus ſunt præparati? Quoniam hæc nec naturalia eſſe, neque ex arte decebat. Nam naturalia propria ſunt brutorum, vt pennæ, ſetæ, pelliuni craſsitudines, quæ & frigoribus reſiſtunt, & æſtus fuerunt, in quibus nihil alterum ab altero diſtat, æquali omnibus natura exiſtente. Homini autem ſecundũ proportionem in deũ charitatis præſtantior bonorũ diſtributio cõueniebat. Quæ verò ex arte ſunt opera, negotium generãt, quod vt maximè homini noxium, vitandum erat. Quamobrem deus nos ad paradiſi vitam reuocans, ex animabus noſtris curas euellere conatur, dicẽs: Nolite animæ veſtræ cogitare quid edatis, aut corpori quid induamini. Neque itaque veſtis

Cur [illegible] amictus non ſtatim dati.

F ei ex natura, neque ex arte conueniebat. Sed alia parata erant, ſi virtutem oſtendiſſet homo, inſignia quæ ex gratia dei erãt illũ illuſtratura, vtpote fulgores quidã, quales ſunt angelorũ, qui omnem florum varietatem, omnem aſtrorum claritatem ſuperarent. Hac igitur de cauſa non veſtes ei ſtatim præbitæ: quoniam virtutis præmia illi repoſita erant, quæ cõſequi vis diabolicæ tentationis non permiſit. Aduerſarius igitur nobis

eſt dia-

eſt diabolus, ob antiquam ex eius inſidiis rui-
nam, ita domino diſponente, vt cum illo luctare-
mur. Itaque per obedientiam nos renouauit, vt
de inimico triumpharemus. Vtinam quidem non
eſſet factus diabolus, ſed in eo ordine quo ab in-
itio conſtitutus fuit, remanſiſſet. Poſtquam verò
ab autore ſuo defecit, inimicus dei, inimicus item
hominis ad ipſius imaginem conſtituti factus eſt.
Nam ideo miſanthropos exiſtit, & ideo deo re-
bellis. Nos verò vt eius opus odio perſequitur,
vt eius imaginem inſectatur. ille igitur ſapiens &
prouidentiſsimus rerum humanarum diſpenſa-
A tor eius vtitur ad noſtram exercitationem mali-
gnitate, quemadmodum medicus viperæ vene-
no ad ſalutarem medicamentorum præparatio-
nem. Sed quiſnam erat diabolus? Ex quo ordine?
Ex qua dignitate? & vnde Satanas cognomi-
natur? Satanas igitur quòd bono aduerſetur, ap-
pellatur. Id enim ſignificat vox Hebræorũ, ſicut
in libris Regũ dicitur: Excitauit, inquit, dominus
Salomoni Satan, Ader regem Syrorũ. Diabolus
verò dicitur, quoniã idẽ & in peccato nobis co-
operatur, & accuſator noſter eſt. Gaudet ex inte-
ritu noſtro, noſq; eorũ gratia quæ cõmiſſa ſunt,
traducit. Natura autem ipſius incorporea eſt ſe-
cundum Apoſtolũ, dicentem: Non eſt nobis col-
luctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed ad-
uerſus ſpiritalia nequitiæ. Dignitas verò ipſius
principalis eſt. Aduerſus enim principes & pote-
ſtates, inquit, aduerſus rectores tenebrarũ ha-
rum. Locus autem principatus aër, ſicut idẽ me-
morat: Contra principatus & poteſtates aëris, ſpi
ritus qui operatur nunc in filios † inobedientiæ.
B Idcirco & mundi princeps appellatur, quoniam
circa terras eſt eius imperium, quod & dominus
ipſe teſtatur: Nunc iudiciũ eſt mundi. Nunc prin-
ceps mundi huius eiicietur foras. Et rurſus: Venit
princeps mundi huius, & in me non habet quic-
quam. Quoniam autẽ dicitur de exercitu diaboli
ab Apoſtolo: Spiritalia nequitiæ in cœleſtibus:
ſcire oportet quod ſcriptura cœlum aërem ſolet
appellare, vt eſt illud: Volatilia cœli. Et alibi:
Aſcendunt vſque ad cœlos, hoc eſt, in aëris ſubli-
mitatem longè tolluntur. Ideo dominus Satanan
vidit vt fulgur de cœlo cadentem, hoc eſt ex pro-
prio principatu ad ima ruentem, vt planè ab iis
qui in chriſto ſperant conculcaretur. Dedit enim
diſcipulis ſuis virtutem ſerpentes ac ſcorpiones
conculcandi, & contra omnem inimici poten-
tiam. Quoniam itaque ipſius impia tyrannis ex-
pulſa eſt, & locus hic terreſtris ob ſalubrem eius
paſsionem purgatus eſt, qui omnia quæ in cœlo
ſunt & in terris pacauit: deinceps nobis regnum
C cœlorum nuntiatur, Ioanne dicente: Appropin-
quauit enim regnum cœlorũ. Item domino vbi-
que euangelium regni prædicante, & antea cla-
mãtibus angelis: Gloria in excelſis deo, & in ter-
ra pax. Sed & ingrediente Hieroſolymam domi-
no noſtro collætantes Iudæi clamabant: Pax in
cœlis, & gloria in altiſsimis. Denique mille ſunt
victoriæ huius voces, quæ vltimam inimici euer-
ſionem teſtantur, vt iam nullum negotium aut
certamen nobis relictum ſit ad ſuperos conſcen-
dendi. Iam via facta eſt, impedimentis aduerſarij
ſublatis, qui à bona nos via auertebat, & deinceps
lætam continuationem habemus, & de ligno vi-
tæ continuò deguſtamus. Cuius nos eſſe partici-
pes ab initio per ſerpentis inſidias non licuit. Or-
dinauerat enim deus ardentem gladium, qui hu-
ius ligni vitæ viam cuſtodiret. Quem nos alacri-
ter ſine impedimento prætereuntes, facile in bo-
norum omnium deguſtationem & fruitionẽ in-
grediamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui
gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

De natura diaboli.

† Diffidentiæ.

HOMILIA DE IRA.

QVemadmodum in medico-
rum præceptis quando appo D
ſitè & ex artis ratione fiunt,
poſt experiẽtiam vtilitas il-
lorum potiſsimũ oſtendi ſo-
let: ſic & in ſpiritualibus mo
nitionibus poſtquàm præce-
pta exitum teſtimonijs com-
probatum oſtẽderunt, tunc eorum vtilitas ad vitę
illorum qui admonentur correctionem & eru-
ditionem manifeſtatur. Audimus enim in Pro-
uerbiis palàm ſcriptum eſſe: Ira ſapientes perdit.
Audimus item apoſtolicum dictum: Ira & omnis
indignatio & clamor à vobis abſcedat cum om-
ni malitia. Et dominum dicentem: Si quis iraſci-
tur fratri ſuo temerè, reus erit iudicij. Igitur ſi
quando nos hoc vitium tentauerit, idque non ex
nobis, ſed extrinſecus inſtar inopinæ procellæ in
nos irruens, tum potiſsimum diuinorum præce-
ptorum admirabilẽ veritatem agnoſcemus, dan-
tes ipſi quidem locum iræ, tanquam exitum vio-
lento cuidam torrenti, diſcentes tamen tacitè
turpem eorum tumultuationem qui hoc malo te- E
nentur, agnoſcemus re ipſa verbi ſacri dexterita-
tem: nempe quòd vir iratus fœdus aſpectu ſit.
Quando enim ſemel iræ perturbatio mentẽ præ-
cipitans imperium animæ ſumpſerit, hominem
penitus in feram conuertit, nec hominem qui
rationis ſit compos eſſe ſinit. Quod enim vene-
num virus emittentibus erit, hoc item & furor
animo irritatis ac perturbatis. Impetu feruntur,
inſiliunt, rabie vt canes afficiuntur, punguntur
vt ſcorpij, mordent vt ſerpentes. Nouit & ſcri-
ptura eos qui hoc vitio tenentur, ferarum ap-
pellatione vocare, quibus ſeſe ob peruerſitatem
ſimiles ac familiares reddiderunt. Nam & ca-
nes, & ſerpentes, & genimina viperarum, & his
ſimilia nominat. Qui enim ad mutua inter ſe
eiuſdem generis parati ſunt inferenda incom-
moda, iure feris ac venenatis aſcribi poſſunt,
quibus ex natura continuum aduerſus homines
odium ineſt. Effrenes linguæ, ora incuſtodita,
incontinentes manus, contumeliæ, probra, accu- F
ſationes, verbera, & alia eiuſmodi quæcunque
quis enumerare poterit, iræ ſunt ac furoris fru-
ctus. Ob iram enſis acuitur, mors homini ex ho-
mine venit, fratres inter ſe ignorantur, parentes
ac liberi naturæ obliuiſcuntur. Sed & ante om-
nia ſeipſos haud agnoſcunt irati, deinde neque
quotquot habent neceſſarios. Quemadmodum
enim torrentes ad curua loca decurrentes ſecum
obuia quæque trahunt: ſic & iratorum impetus
violenti & inſtabiles omnia ſimiliter percurrunt
atque obruunt. Non eis ſenectus venerabilis,
non vitæ virtus, non generis propinquitas, non
accepta

Ira mala.

Irati ſui immemores.

acceptæ iam gratiæ, non denique quicquid aliud quamuis æſtimandum in honore eſt. Momentanea quædam inſania eſt ira. Quin & maximum ſe in malum ſæpius coniiciunt,& ſtudio vindicādi ſeipſos negligunt. Eorū nanque memoria quibus læſi ſunt, velut œſtro quodam incitati, & animo exacerbato atq; æſtuanti non prius deſinunt, quàm incommodum aliquod infeſtanti infligāt: vel ipſi (ſi id contingat) accipiant: quemadmodū ſæpe euenit, vt quæ per vim tentata ſunt, plus accipiant incommodi quàm inferant. Quis enim in ea ſe mala coniiceret, quæ ira feruidi homines quauis occaſione vociferantes & exaſperati ſubeunt atque tolerant? Nam & omni fera venenata
A impudentius ruunt, nec prius deſiſtunt quàm aliquo magno malo & intolerabili, ira intumeſcente, æſtuantem exatient animum. Neque enim enſis acies, neque ignis, neque horrendum aliquid, animum ira intumeſcentem ac furentem ſatis cōpeſcere valebit : non magis quàm à dæmonibus detenti, à quibus irati nihil, nec forma, neque animi affectu differunt. Nam iis qui ad vindictā anhelant, ita quidem circum præcordia ſanguis feruet, quaſi vi ignis ebulliat & exæſtuet. Supernè vero accēſa facie olio aſpectu viſeodum exhibet iratum, eam formam quæ omnibus conſueta eſt & nota, quaſi larua quadam, vt in ſcena fieri ſolet, prorſus immutans : oculi conſueti non apparent, ſed ignei micantéſque dentes acuunt, veluti ſues graſſantes : vultu ſunt liuenti ſanguioe ſuffuſo. Oris tumore increbeſcente venæ ob turbati intra viſcera ſpiritus anguſtiā diſtuptæ. Vox aſpera & intenſa, ſermo inconſtans & confuſus, ac te-
B merè cadens, nec concinnè, nec ſignificanter, ne ex parte quidem prolatus. Poſtquàm verò ira ſicut flamma, ſicca materia ſuccenſa iritantes inuaſit, tunc nec ſermone dicenda, neque referenda videre licet ſpectacula. Manus quidem erectas etiam aduerſus contribules, & per omnes corporis partes diſtractas : pedes extra omnem ordinē & ab re certatim diſcurrētes, denique partes corporis omnes inſaniæ inſtrumēta factas. Si autem pariter aliquem ex aduerſo concurrentem inueniant, iramque mutuam inter ſe exerceant, ea patiuntur quæ fas eſt eos pati, qui ſub tali dæmone contendunt ac certant. Membrorum mutilationes, vulnera, mortes præmiū pugnæ ferunt. Cepit qui primus manibus iniuriam iotulit : alter vlciſcitur: hic inſtat: ille non cedit: corpus obiter vulneribus petitur. Ira verò facit vt dolor & incommodū minimè ſentiantur. Non enim damna corporis aut ſenſum curant, cum omni ſtudio & om-
C nibus viribus ſint animo tantūmodo ad vlciſcendum commoti & excitati. Ne fratres dilectiſſimi malum malo curate, neu contendite inuicem calamitate mutua vincere. In rixa enim is inferior eſt, qui victor eſt, ac peccatis longè grauior diſcedit. Noli ergo malam referre gratiam, neq; mali mutui reſtitutor eſſe. Contumeliam intulit iratus, vince, amoueque ſilentio malum. Tu autē contra facis, qui velut vndam fluentem illius iram in cordis penetralia ſuſcipiens, ventos imitaris cōtra flatibus aduerſis reſiſtentes. Noli tuo aduerſario pro magiſtro vti, nec quem odio proſequaris hunc æmulari, nec fieri veluti ſpeculum irati velis, illius formam in teipſo oſtendens. Rubicundus ille eſt ob iram, tu minimè ruborem præfers? Illi ſanguinei oculi? tui quietè ac cum grauitate aſpiciunt. Vox illi aſpera? tibi mitis? Neque enim ſic in locis deſertis echo in ipſos clamantes intempeſtiuè infringitur, ſicut in hominem iniuſtū & contumelioſum contumelia reuertitur. Immo ſonus quidem illic idē redditur, contumelia verò augmentata recurrit. Nam ſi inter litigantes fortè conuicia dicuntur, primus obſcurum hominē, & ex obſcuro veniētem loco probroſè vocat: alter vernam ex vernis regerit. Hic pauperem alter mendicum. Hic indoctum, alter ſtupidum appellat. Denique ſic durant donec conuitia ſicuti ſagittæ deficiunt. Deinde omni contumelia per linguam conſumpta, ad manus venitur & pugnā. Ira D
nanq; certamen excitat, certamen verò conuitiū, *Iram com- peſcere.*
conuitiū verbera, verbera demū vulnera, ex quibus & mortes ſæpe ſequuntur. Itaque iram ab initio vt mali originem compeſcamus, ac ex animo noſtro totis viribus extirpemus. Sic enim plurima mala veluti radice quadam & principio hac animi perturbatione exiſtente, facilè excidere poterimus. Ille maledixit, tu benedicas. Verberauit, tu patere. Expuit, nihilique te exiſtimauit, tu cogita quemadmodum ex terra es, & in terram reuerteris. His nanque modis atque rationibus te confirmans, longè leuiora quàm re vera ſint, inuenies tibi aduerſarij facta iurgiaque. Sic etiam talionem illi ſecurius reddes, oſtendéſque quàm ſis contumeliis inuulnerabilis, ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius inſaniam, occaſionem philoſophiæ ac tuorum feceris meritorum. Quamobrem, ſi mihi credis, probra contumeliáſque minimè curabis : obſcurum E
te & inglorium vocauit nulliúſque æſtimationis? terram te ac cinerem eſſe dicas. Nec tu melior es patre noſtro Abraham, qui ſe eadē vocauit, ignarum, pauperem, ignobilem nominauit. Tu vermē te dicas, & è ſtercore genus ducere, verba Dauid memorans. His etiam Moſis decus adde. Ille ab Aaron & Maria verbis petitus probroſis, non ad deum aduerſus illos interpellauit, ſed pro eis orauit. Quorum tu, dic mihi, cupis eſſe diſcipulus? beatorum ne hominum & deo gratorum, an eorū qui ſpiritu referti ſunt maligno? Quando enim verborum cōtumelia tentaris, illud exiſtima, periculum de te fieri, an deo per patientiam adhæreas, ſeu per iram in aduerſarij partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad optimam eligendi partem opportunum. Nam è duobus alterū proculdubio conſequeris, aut inimicum tuæ manſuetudinis exemplo munitiorem reddes, vel certè, ſi
deſpexeris, acrius illū vindicabis. Quid enim ad- F
uerſario durius eſſe poteſt, quàm te animum gerere contumeliis omnibus altiorem? Noli tuam peſſundare mentem. Nec ab eo qui te cōuitiis & omni iniuria petit, comprendi patiare. Sine illū fruſtra te allatrare, in ſeipſo diſrumpi. Sicut enim ille qui minimè ſentientem aut curantem verberat, ſeipſum lædit & incōmodo afficit, quòd nec inimicum plectere, nec animam iramque exatiare ſe videat : ſic & is qui contumelia in eum, qui nequaquam doleat, vtitur, perturbati animi conſolationem inuenire nullo modo poterit. Quin potius (quemadmodum diximus) ardebit magis & animo æſtuabit. Ex hac igitur cōditione quale

vterque

vterque veſtrũ nomen aſſequatur videamus. Hic
contumelioſus, tu magnanimus vocaberis. Hic
iracundus & durus, tu longanimis & mitis. Hunc
quandoque pœnitebit horum quæ loquitur, te
nunquam benefacti aut virtutis pœnitebit. Quid
plura? Huic contumelia regnum cœlorum clau-
ſit, quòd contumelioſi regnũ dei non conſequen-
tur: tibi taciturnitas idem aperuit. Nam qui ſuſti-
nebit vſque in finem, hic ſaluus erit. Qui autem ſe
A vindicare, & par pari reddere, ac maledicenti re-
ſiſtere voluerit, quam, quæſo, habebit excuſatio-
nem? Quòd primus ille fuerit ac prouocauerit?
Sed qua venia dignum hoc? Non enim amicus in
amicum, quamuis prouocantem aut allicientem,
peccati cauſam transferẽs, minus in iudicio con-
dẽnabitur. Neque enim victoriæ corona ſine ad-
uerſariis contrapugnantibus, neu cædes ſine ho-
ſtibus. Audis Dauid dicentem: Dum conſiſteret
peccator aduerſus me, non irritatus ſum aut vltus,
ſed ſurdus factus & humiliatus ſum & ſilui à bo-
nis. Tu autem ad iracundiam ob paruam contu-
meliam concitaris: Imitaris verò vt bonum. Ecce
iam vitium quod rependis ipſe parras. An in alie-
num malum diligenter inſpicis, tuũ verò nequa-
quam cognoſcis? Si malum eſt contumelia, eius
imitationem fuge. Non enim (vt ſuprà narraui)
incepiſſe alium, ad excuſationem ſufficiet. Iuſtius
quidem fuerit, vt arbitror, hinc intendi aduerſum
te querelam, eo quòd ille exemplum ſapientiæ
prius non vidit: tu verò cũ iratum turpiter ſe mo-
uentem, & ridiculum & probroſum videris, eius
veſtigia quæris imitari clamando, ſuccenſendo,
B reſiſtendo. Et ad hunc modum fit, vt tu ſis in cul-
pa: apologiam verò habeat, qui primus rixam or-
ſus eſt. Per ea enim quæ facis, & aduerſarij culpas
leuiores reddis, & teipſum condemnas. Si enim
malum eſt ira, cur malum id non euitas? Si venia
dignum, cur irato ſuccenſes? Ex quo ſi ſecundus
veniſti ad iram, nihil te hoc iuuabit. Non enim in
certaminibus palæſtram prius prouocans, ſed qui
ſuperat, coronatur. Quamobrem non ſolũ is qui
facinus aliquod graue prius tẽtauerit, ſed qui ma-
li ducis ad ſcelus fuerit exemplum imitatus, om-
nino mulctatur. Si enim te pauperem verè appel-
lat, verum reſpuere nequaquam debes. Si menti-
tur, quid ad te dicti vanitas? Sicut enim ad laudes
tuas, ſi veritatem excedunt, efferri non debes: ita
nec ad probra in te non verè iactata, minimè do-
lere. Nonne vides, quemadmodum ſagittæ ſi du-
riora offendant, reſultant ac excidunt: in molli-
bus verò & obedientibus facilè figuntur: ita & in
contumeliis euenit: qui eis occurrit ac reſiſtere
quærit, illas in ſeſe recipit: qui autem manſuetu-
dine ac patientia armatus, ad eas excipiendas ſe
præparauerit, omnino excutiet ac euitabit. Quid
miſer angeris pauperis appellatione? Reminiſce-
C re quod quemadmodum nudus in mundum ve-
niſti, nudus etiam egreſſurus es. Quid enim nudo
pauperius? Nihil profectò graue audiſti, niſi tibi
ipſe quæ obiecta ſunt agnoſcas. Quis vnquam ob
paupertatem in carcerem ductus eſt? Nam egere
non turpe quidem aut aliquod probrum fuerit;
ſed paupertatem generoſè non ferre. Memor ſis
domini noſtri Ieſu Chriſti: qui cum diues eſſet,
noſtri gratia egere voluit. Si verò & ſtultus &
indoctus appellaberis, reminiſcere eorum quæ
à Iudæis iactata ſunt in veram ſapientiam: Sa-
maritanus es, & dæmonium habes. Si enim con-
tra hæc maledicta iraſceris, iam ea corroboraſti.
Quidnam eſt ita ſtultius? Si vero quietus & im-
mobilis perſiſtas, pudorem maledicẽti magnum
intuliſti, cum te ipſa prudentiam modeſtiamque
oſtenderis. Alapa ſeu pugillo cæſus es? expuit ali-
quis in faciem? Eadem & dominus eſt paſſus. Nec
enim ab expuentibus aut cædẽtibus faciem auer-
tit. Calumniam pateris? & dominus. Tua lacera- D
tur veſtis? Et à domino quoque veſtis per vim ex-
tracta, & ſuper eam miſſæ ſortes. Nondum con-
demnatus es, nondum cruci affixus. Multa tibi
toleranda, vt ad eius imaginationem peruenias.
Talia igitur, & horum ſimilia tibi ſuccurrant
mentiſque tuæ impetum ac iram compeſcant. Si-
miles nanque præparationes & animi diſpoſitio-
nes, motſus cordis & impulſus facilè delebunt,
& animi cogitationes in tranquillum ſtatum de-
ducẽt. Hoc enim eſt quod Dauid ait: Paratus ſum,
& non ſum turbatus. Oportet itaque motus ani-
mi inſanos ac præcipites exemplo ſanctorum, ac
beatorum præceptorũ memoria cohibere: quo-
modo magnus Dauid, & qua manſuetudine ini-
quitatem Semei tulerit, non enim iræ locum de-
dit, in deum cauſam transferens, quoniam domi-
nus, inquit, Semei mandauit vt maledicat Dauid.
Quamobrem cum audiuiſſet ſe virum ſanguineũ
& iniquum vocari, minimè ſuccenſuit, ſed tole-
rando ſeſe humilem reddidit, ac meritam ſibi in-
fligi contumeliam putauit. Ex quo duo tibi ad cu-
ſtodiendam animi conſtantiam toleranda. Pri- *Iræ antidotum.*
mum ne te rebus magnis parẽ dignúmve iudices. E
Deinde neminem valde infra tuam eſſe dignita-
tem ac æſtimationem putabis. Sic enim animus
nunquam ex iis quæ nobis ex aduerſo inferuntur,
indignabitur, aut magnopere dolebit. Graue pro
fectò eum qui beneficium receperit, præter quàm
quòd ingratus animo ſit, etiam maledictis dan-
tem petere. Graue, inquam: Veruntamen hoc a-
genti grauius eſt malum quàm patienti. Ille ma-
ledicat: tu autem minimè mouearis. Gymnaſium
tibi quoddam & exercitatio ad philoſophiam,
verba illius ſint. Si enim nihil moueris integer es
animo ac ſanus. Si verò aliquid animo pateris,
ſaltem in te conde triſtitiam. In me turbatum eſt
cor meum (inquit Propheta) hoc eſt, non extra
perturbationem animi oſtendi, ſed veluti quan-
dam intra littus abruptam vndam retinui. Seda-
bis itaque mentem latrantem & exacerbatam.
Tecum in tui cordis receſſu, rationis tribunal ve-
rebere: quemadmodum pueri immodeſtum ali-
quid agentes, viri venerabilis præſentiam vereri
ſolent. Quomodo igitur iræ incommoda fugia-
mus? ſi eam nullo modo mentem rationémve oc-
cupare ſinamus? Quamobrem ſi forte in cogita-
tionem veniat aut cadat, eam ita retineamus, vt F
equum iugalem nobis ratione, vt freno quodam
obtemperantem, ac ordinem proprium nequa-
quam excedentem: & via ingredientem qua à
mentis recto conſilio dirigitur. Eſt enim pars ani
mi iraſcibilis, nobis ad multa virtutis opera ne-
ceſſaria. Quando veluti miles quidam apud du- *Iræ officioſa vtilitas.*
cem arma ſumens, paratus eſt eius iuſſu auxi-
lium præbere: ſic iracundia rationi adiutrix con-
tra peccatum fuerit. Neruus eſt animæ quidam

P indignatio

indignatio, ſortitudinem conſtantiamque, ac robur ad res bene & ordine agendas præbens: quæ animā ſorte voluptate delinitam ac laſciuientē, veluti ſerro quodam cohibens auſteriorem ſortioremque ex molli ac remiſſa reddit. Nec enim ſi contra iniquitatem deſit indignatio & ira ſatis eam odio quo decet perſequi poteris. Quamobrem ſic exiſtimo, æque circa diligendam virtutē ſtudium habere, atque aduerſus vitium odium retinere oportere. Ad quod maximè vtilis indignatio: quoniam veluti canis paſtori, ſic ira rationi obediens, mitis quidem ac manſueta iuuan-
A tibus eam, & à ratione reuocabilis erit. Nam canis ad vocē & aſpectum alienum toruus & agreſtis, etiam ſi palpari ſe videat: notos verò, & amicè alloquentem timere admodum ac vereri videtur. Ira ſimiliter optima eſt, & commenſurata iracundiæ, opitulaturque animæ prudenti. Inſuper cum inſidioſis non facilè conciliatur, aut conſuetudinem habet. Nullam denique beneuolentiam erga ea quæ nocent, retinet: ſed aduerſus voluptatem inſidiantem, veluti lupum quendam allatrare continuò videtur. Sic itaque ex ira viris prudentibus vtilitas capitur. Sed & aliarum potentiarum quælibet, ex modo ea vtentis & eam poſsidentis, bona vel mala dicetur. Vt animæ cōcupiſcibilis parte ſi quis in corporis voluptatem, & impuriſsimas actiones abutetur, abominabilis profectò & neſarius ſuerit. Si quis verò illam in die ac domini noſtri Ieſu Chriſti charitatem, & ſempiternorum bonorum deſiderium cōuerter, felix ac beatus. Similiter & de parte rationali di-
B cendum. Si recte quis hanc tractauerit, prudens erit & ſapiens. Si verò contra mentis ac rationis acumine proximis incommodum pariat, vafer & aſtutus, & malignus iure dicetur. Quamobrem fratres dilectiſsimi, nolite obſecro ea quæ à ſummo deo, & omnium autore ad ſalutem conceſſa ſunt, occaſionem peccatorum nobis ipſis facere. Sic itaque ira quando oportet, & vt oportet ex ratione diſpenſata, ſortitudinem patientiamque ac conſtantiam parit: præter vero rectam rationē tractata, furor & inſania efficitur. Idcirco nos Pſalmus admonet. Iraſcimini, & nolite peccare. Ipſe nanque dominus in euangelio illum qui temerè fratri iratus ſuerit, reum iudicij facit. Illum vero qui tanquam pharmaco ad ea quæ oportet ira vtitur, minimè condemnat. Dicitur nanque, Ponam inimicitiam inter te & ſerpentem. Et turſus: Hoſtes ſitis Madianitis. Docentis verba ſunt, vt ira veluti armis vtamur. Ideo Moſes omnium hominum māſuetiſsimus, vituli idololatriā damnans, Leuitarum manus in cædem fratrum armauit. Vnuſquiſque, inquit, veſtrum gladium ad latus teneat, & tranſite à porta in portam, & flectite per circuitum caſtrorum, & ſuum quiſque fratrem interimat, & quilibet proximum ſuum. Et
C Paulo poſt ait Moſes: Veſtras hodiè manus deo conſecraſtis, quilibet in filio ſuo & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Quid Phinees iuſtū reddidit? Nonne iuſta cōtra fornicantes ira, qui alioqui mitis ac māſuetus exiſtens, poſtquàm ſtuprū Zambri & ſcorti Madianitis palàm in populo vidit, adeoque impudenter admiſſum, vt nec tam turpe ſpectaculum occultari vellent: minimè tam indignum facinus paſſus, ira vt oportebat vſus, protinùs vtrumque trucidauit. Samuel autem Achab regem Amalech à Saule contra mandatum domini ſeruatum, nonne iuſta ira in medium trahens occidit. Sic itaque fit ira ſæpenumero bonarum actionū miniſtra. Helias vero Zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis ſacerdotes, & quadringentos viros ſacrorum nemorum, comedentes de menſa Iezabel, iuſta ſapiētique indignatione in totius Iſraël vtilitatem, vt morte mulctarentur effecit. Tu autem fratri tuo ſine cauſa iraſceris. Quomodo enim non ſine cauſa? Cum ſit alius qui inſtigat dæmon, & alius qui inſtigatur homo, cui tu maledicis: ſimile D quoddam canibus admittens, qui ſaxa mordere ſolent, quando iactantes attingere non valent. Inſtigatus enim ac incitatus, miſericordia profectò dignus eſt. Qui vero incitat, odio maximo eſt inſectandus. In hunc igitur iram transfert hominum interſectorem, mendacij patrem, peccati miniſtrum. Fratrem vero in te peccantem miſerabere. Nam ſi in peccato vſque in extremum durabit, cum ipſo dæmone æterno tradetur igni. Sicut autem differentia nomina ſunt indignationis & iræ, ſic & ab ipſis ſignificantia plurimum inuicem differunt. Eſt enim indignatio ſtimulus quidam breuis ac ſubitus, acutúſque paſsionis vapor. Ira vero permanens ac diuturna triſtitia, aptaque ſeſe otioſè vlciſci, veluti libido quædam ſe vindicādi. Animaduertere itaque opus eſt, quòd vtroque modo & affectu homines delinquant, vel furore ſubito contra iritātes commoti, vel per dolos & inſidias eos à quibus patiuntur iniuriā circumuenientes, quæ ambo nobis omnino cauen- E da. Quomodo autem ob hanc animi perturbationem in ea quæ minimè deceant non incidemus? Quomodo inquis? Si te demiſſum humilemque omnino gerere poteris: vt edoctus fueris, quod dominus Ieſus & verbo præcepit & re oſtendit inquiens: Qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit omnium poſtremus. Item pulſatus æquo animo ac manſueto cædentem tulit. Rector enim cœli terræque dominus, ab omni ſpiritu creatura adoratus, omnia ferens verbo virtutis ſuæ, illum non protinus vt poterat ac fas erat terra dirupta ad infernum impiis paratum demiſit: verum humili ac miti reſponſo facilè docuit, quales eſſe oportuit laceſſitos. Si male locutus ſum, inquit, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, cur me cædis? Si enim ex dominico præcepto omniū vltimus eſſe aſſueueris, quonam modo maledictis præter dignitatem prouocatus ægrè ferre aut reſpondere poteris? Nam ſi paruus puer verbis te contumelioſis peteret, occaſionem tibi potius ridendi daret. Quod ſi phreneſi captus, & ſenſu excidens verba vitæ incompoſita & ſtulta, minimeq; vera dicat, miſericordia potius quàm odio dignus eris. Non igitur verba ſolent triſtitiam mouere, ſed ſuperbia aduerſus eum qui nos vi- F tuperat, & vniuſcuiuſque de ſeipſo phantaſia. Quod ſi horum alterutrum menti tuæ exemeris, inanes quidam ſonorum ſtrepitus erunt quæ ab aduerſario dicentur. Quamobrem iram omnino ſedabis indignationemque, ne iram illam quæ de cœlo ſupra omnem impietatem & iniuſtitiam hominum reuelabitur, experiare. Si enim animo ſapienti amaram indignationis radicem

Moſis iratī exemplum.

Phinees zelus Samuel

Differentia inter indignationem & iram

dicem extirpare poteris, multa cum hoc princi-
pio perturbationum ſemina facilè extingues.
Nam & dolus, & ſuſpicio, & infidelitas, & mali-
gnitas, & inſidiæ, & audacia, & omnia his ſimi-
lia, huius vitij germina ſunt atque appendices.
Itaque fratres amantiſsimi, ne obſecro tantum
nobis malum inducamus, animæ morbum, ra-
tionis tenebras, à deo alienationem, obliuionem
familiaritatis, principium bellorum, plenitudi-
nem calamitatum, dæmonem peſsimum noſtris
animis innatum, incolam quendam impuden-
tem, noſtra interiora poſsidentem, denique ſan-
cti ſpiritus iter ad nos impedientem. Vbi inimi-
citiæ ſunt, contentiones, indignationes, ſectæ, no
A ſtris animabus perpetuos generantes tumultus,
ibi ſpiritus manſuetudinis haud requieſcit. Quam-
obrem beati Pauli monitis obtemperantes, om-
nem à nobis indignationem, ac clamorem cum
omni malitia abiiciamus, ac inuicem boni & mi-
ſericordes exiſtamus: expectantes beatam ſpem
manſuetis omnibus promiſſam. Nam beati ſunt
mites, quoniam ipſi terram poſsidebunt, In Chri
ſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria & imperium
in æterna ſecula, Amen.

DE INVIDIA.

BONVS eſt deus, & bono-
rũ iis qui digni ſunt, præbi-
tor. Improbus diabolus, &
omnimodę improbitatis ad
miniſtrator: & vt bonũ ſe-
quitur innocẽtia animique
B candor: ſic diabolum inui-
dentia. Caueamus itaq; fra-
tres amantiſsimi, inuidiæ vitium, ne ſocij geſto-
rum diaboli reddamur, & eodem cum ipſo con-
demnati iudicio reperiamur. Si enim ſuperbus in
diaboli iudicium incidit, quomodo inuidus pa-
ratam diaboli pœnam effugiet? Nihil enim mor-
talium animis inuidiæ perturbatione pernicio-
ſius contingit: quæ ante omnia ipſi nocet autori:
aliis verò quàm minimũ. Quemadmodum enim
venenum ferrum, ſic inuidia hos qui eam poſsi-
dent conſumit atque vaſtat. Magis autem, ſicuti
viperas dicunt abrupto matris ventre naſci: ſic
& inuidia concipientem ſe animam corrodere
ſimul ac tabefacere ſolet. Eſt enim inuidia dolor
de proximi proſperitate ac rerum ſucceſſu con-
cèptus. Quapropter animo inuido nunquam
triſtitia, nunquam mœſtitia deeſt. Abundat pro-
ximi ager, domus bonis omnibus repletur, ex
C voto denique eueniunt omnia, in roſa & viola
viuenti. Cuncta hæc triſtitiæ dolorìſque occa-
ſionem inuido præbent. Ex quo nihil ab homi-
ne nudo, qui omnium iaculis petitur, differre
videtur. Fortis eſt aliquis, alius forma clarus,
alius eloquentia, alius animi prudentia præſtat,
alius in diuitiis liberalis facultates egentibus di-
ſtribuit, laudem ex hominibus in iis quibus be-
nignè facit maximam refert: hæc omnia mali-
gni feriunt animum: quumq́ue mutire nihil au-
deat aut poſsit, ſimulat gaudium, ſecum tacitè
rumpitur, coràm hilaritatem præfert, intus ve-
rò ab inuidiæ malo perditur. Morbum interro-
gatus manifeſtare, ſeque inuidum ac malignum
accuſare omnino veretur, Non quòd fratris fœ-
licitate angatur, aut amici gaudium lugeat, aut bo
norum aliorum ſpectaculum non libenter ferat:
ſed ipſorum ſucceſſum ſuam eſſe calamitatẽ du-
cat: hæc profectò ipſum fateri oportebat, ſi ve-
rum loqui voluiſſet. Sed ex his nihil omninò re-
tegere volẽs, morbum in imo cordis receſſu eius
abrodentem atque abſumentem viſcera mœſtus
retinet. Igitur talis nec medicum mali huius, ne-
que medicinam ad id fugandum aptam inuenire
poteſt: quanquam curandorum ægrotum tot re-
ferti ſunt libri. Sed vnam tantum mali requiem
expectat: ſi quando cui inuideat, ruentem fortè
aſpiciat. Hic finis odij, ſi miſerum ex beato, in-
fœlicem ex æmulo videat. Tunc demum fœdus D
cum eo iungit, amicus efficitur, quando lacry-
mantem viderit, aut ſuos querentem caſus, li-
bentiúſque lugentem miſeratur & plorat, quàm
gaudenti collætetur, aut applaudat. Fortunæ cõ-
mutationem ſe dolere oſtendit, non humanitate
ſeu charitate commotus: verbis priora collau-
dans, ſed grauiorem proximo calamitatem ex
horum memoria ac deſiderio faciens. Puerum
filium poſt mortem extollit, verbis ornat, quàm
fuerit formoſus, quàm ingenioſus, quamq́ue ad
omnia accommodus, cum viuo ne linguæ qui-
dem rectum vſum dediſſet. Quòd ſi plures in
eandem concurrentes laudem conſpexerit, rur-
ſus ſententiam mutans mortuo inuidet. Diuitias
item admiratur alienas poſt calamitatem amiſ-
ſas: formam quoque & robur ac ſanitatem cor-
poris, ſed poſt morbum laudat & effert. Et de-
mum præſentibus rebus ac ſaluis inimicus, per-
euntibus verò amicus ac miſericors. Quid igitur E
hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, peſtis
naturæ, aduerſa omnibus bonis ex deo venienti-
bus, demum ipſi deo contraria. Quid enim prin-
cipem malorum dæmonem ad bellum aduerſus
hominem internecinum impulit? Nonne inui-
dia? per quam & deo aduerſarij palàm deprenſus
eſt. Dolens enim ob præclara dona homini con-
ceſſa, quando deo nocere non valuit, ipſum inſi-
diis petit hominem. Eadem & Cain viſus eſt ad-
mittere primus diaboli diſcipulus, inuidiam &
cædem ab eo edoctus: quas & Paulus ſimul iun-
xit, inquiens: Plenos inuidia, cæde. Quid igitur
ille admiſit? Vidit ex deo honorem fraternum,
& exarſit in inuidiam, atque eum qui honora-
tus erat à deo, occidit, vt irritaret deum, qui illum
honorauerat. Cum enim impar eſſet ad debellan
dum deum, in cædem incidit fraternam. Quam-
obrem fratres dilectiſsimi, inuidiam fugiamus
pugnæ in deum magiſtram, homicidij matrem, F
naturæ confuſionem, amicitiæ ac familiaritatis
expertem, calamitatem abſurdiſſimam. Quid mi-
ſer homo angeris nihil mali paſſus: quid cum eo
contendis, aut quid eum petis in bonis quibuſ-
dam exiſtentem, qui de tuo nihil detrahit aut mi-
nuit? Si verò beneficio quoque deuinctus obtre-
ctas, inuides, maledicis, malè cogitas, nonne vi-
des te contra tuum commodum contendere?
Talis profectò Saul erat, cui beneficiorum ma-
gnitudo cauſa fuit, vt aduerſus Dauid inſurge-
ret. Primum quidem eius admirabili diuinaque
muſica, à maniæ morbo liberatus, haſtam in eum
intentauit. Deinde cum ipſe cum ſuo exercitu ex

inimicis ſeruatus, & à dedecore ex Golia proueniente rurſus liberatus eſſet, nihilominus cum in triumphis ei puellæ obuiam ſaltantes proceſſerunt, dantes victoriæ maiorem Dauid partem, atque dicentes: Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia. Ob hanc ſolam vocem, & ob teſtimonium ex ipſa virtute ſubſiſtens, primum hominem per ſeipſum interficere & inſidioſe amouere tentauit: Deinde exulem conſtituit. Neque ſic inimicitiæ finem fecit, ſed ad poſtremum contra ipſum tribus millibus turmis per loca deſerta exercitum duxit. Nec aliud belli cauſa, ſi quis roA ger fuiſſe apparet, quàm Dauid rerum ſucceſſus & gloria, qui tanta alioqui manſuetudine fuit, vt illum in media inſectatione & odij acerbitate, quum dormiẽtem offendiſſet, interficereq́ue facilè poſſet, incolumen dimiſerit. Seruatus ille nihilominus à viro iuſto, qui manus in ipſum iniicere noluerat, nihil melior ob beneficium factus eſt, ſed rurſus contra eum exercitum duxit: qui ab eo captus, atque iterum ſeruatus, & illius clariorem longè virturem oſtendit, & propriam acerbiorem eſſe perfidiam manifeſtauit. Inuidia igitur fratres dilectiſsimi, genus eſt inimicitiæ intractabile quidem, ac admodum inſuperabile. Nam quum beneficentia eos qui alioqui ſunt infeſti, reddat mitiores, malignum tamen & inuidum magis iritat, atque ad odium acuit: quantóque magis fortuna creſcit, tantò ille maiori premitur dolore atque luctu. Eis verò quibus deuincti beneficiis exiſtunt maximis, non ſolum ſe gratos eſſe reddendo non cogitant, ſed animo magnopere aduerſantur, & potentiã ac rem proſpeB tam videre non facilè ob inuidiam ferũt. Quam beſtiam immanitate morum non ſuperãt? Quod animal tam agreſte eſt, quod feritate non vincant? Canes nanque educatione manſueſcũt, leones obſequio tractabiles fiunt: inuidi tantum officiis agreſtiores euadunt. Quid, quæſo, Ioſeph ex ingenuo ſeruum fecit? nõne fratrum inuidia? Hic & admiratione digna huiusmorbi prauitas ac duritas. Verentes enim illi ſomniorum exitum, ſeruum fratrem fecerunt, veluti quem nunquam in ſeruitutem venientèm adoraturi eſſent. Quanquam ſi vera ſomnia futura erant, quod remediũ, vt quæ à deo iam erant conſtituta, non euenirẽt? Si autem falſa, quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere? Sed ex diuina hoc contigit prouidentia, vt aſtutia illorũ inuerteretur. Per ea enim, quibus impedire ſe diuinum conſilium putauerunt, paulò poſt illud ad exitum deduxerunt ac promouerunt. Niſi enim venditus fuiſſet, nunquam in Aegyptum veniſſet, nunquam ob pudiC citiam in inſidias impudicæ mulieris incidiſſet, nunquam in carcerem coniectus fuiſſet, nunquam Pharaonis miniſtris ſocius eſſet factus, nũquam denique ſomniorum coniector fuiſſet, vnde Aegypti imperium eſt aſſecutus, & à fratribus propter rei frumentariæ inopiam ad ſe venientibus adoratus. Sed ad magnam illam inuidiam in rebus maximis verſantem tranſeamus, quam Iudæi per inſaniam aduerſus ſeruatorem noſtrum oſtenderunt. Quamobrem tantis eſt petitus inſidiis? Ob magna eius prodigia. Quænã hæc erant? Salus ſupplicum ac miſerorum: paſcebantur eſuriẽtes, & qui paſcebat oppugnabatur. Reuiuiſcebant mortui, & autor vitæ inuidiam ſuſtinebat. Dæmones fugabantur, & qui eis imperabat inſidiis petebatur. Leproſi curabantur, claudi ambulabant, ſurdi audiebant, cæci videbant: & is qui hæc beneficia conferebat fugabatur. Et demum vitæ munus tribuentem ſupplicio affecerunt, liberatorem hominum flagellis cæciderunt, mũdi iudicem condemnauere. Sic itaque inuidiæ mala vſque ad omnes penetrauerunt, quibus ſolis armis euerſor vitæ noſtræ diabolus à mundi initio vſque ad ſeculi conſummationem omnes homines ferire, ac ad interitum deducere contendit. Nec mirum, vt qui per inuidiam ac ſuperbiam ceD cidit, noſtra item pernicie gaudeat, noſq́ue eiuſdem vitij ſpiritu configere ac peſſundare cupiat. Sapiens profecto fuerit quicunque cum inuido minimè congreditur aut conuerſatur, nec etiam in eadem eſſe cum eo menſa ſtudet, quòd ex conuictu reliquæ vitę cõmercia vitari facilè nequeũt. Quemadmodum enim ardẽtem ſyluam aut materiam nobis cura eſt procul ab igne ſubmouere: ſic opus eſt (quoad fieri poſsit & liceat) inuidorum conuerſationes à noſtra amicitia repellere, vt extra eorum venenatas ſagittas ſecurius agamus. Neque enim poſsibile eſt vt hoc malo implicemur, niſi illi familiaritate coniuncti fuerimus. Quoniam ex Salomonis ſentẽtia: Zelus hominis ex ſocio ipſius. Et profectò ſic res habet. Non enim Aegyptio vir Scytha inuidebit, ſed ſuę genti quilibet: & in eadem gente, non ignotis, ſed familiaribus & vicinis, & eiuſdem artis hominibus, aut alia de cauſa coniunctis, & his denique coæuis, cognatis, & fratribus. Et omninò vt erugo frumenti eſt vaſtatio, ſic inuidia amicitiæ peE ſtis. Illud autem in hoc malo laudauerit quiſquã, quòd inuidus quantò in proximum vehementius mouetur, tantò ſibimet maius parit incommodũ. Quemadmodum ſagittæ magna vi emiſſæ, ſi in durum aliquid ac reſpuens inciderint, in emittentem facilè redeunt, ſic inuidia proximis triſtitiam nequaquam affert, tantum inuidenti officit. Quis enim vnquam in mœrore poſitus aliquod propterea proximo incommodum intulit? Seſe ſolũ vaſtat atque cruciat. Sed & qui morbo huiuſcemodi ſunt affecti, longè peiores venenatis iaculis exiſtimantur: quòd illa per plagas vitus inferunt atque nocẽt, & paulatim quod infeſtum eſt depaſcuntur: at inuidos exiſtimant nonnulli non ſolum rebus aliis, ſed oculis etiam officere incõmodaq́ue inferre. Vnde & corpora vegeta pubeſcentium aliorúmve ætate formaq́ue florentium proſperam habitudinem inficiunt atque debilitant: ſtatim vt ex eorũ luminibus pernicie quadã defluente ac contaminante videas contacta mẽF bra pulchra in ſiccitatem ac valetudinem venire. Ego verò horum ſententiam dimittam, vt vulgò latam, ac per mulieres vetulas in opinonem muliebrem ſubinductam. Illud autem dico, quòd dæmones oſores omnis boni poſteaquam voluntates inuidorũ deprehenderint ſibi eſſe cõformes, illis prorſus ad ſuam libidinem, atque ita & illorum oculis ad inſtrumentum, ac miniſteriũ propriæ voluntatis abutantur. Non igitur horres te diaboli perdentis miniſteriũ facere, & malũ: ſed malũ ſuſcipis, per quod inimicus eorum fias, qui te nihil læſerunt, inimicus præterea dei boni, & qui

Ioſeph fratres.

Iudæorum inuidia.

Inuidorum faſcinantes oculi.

qui omnis eſt expers inuidiæ. Fugiamus ergo fra-
tres intolerabile malum. Serpentis id eſt præce-
ptum, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis
arrabo, pietatis impedimentum, via ad gehennã,
regni cœlorum priuatio. Nam & ipſo fatẽtur ore
hoc vitium inuidi. Aſpectus illis eſt aridus & ob-
ſcurus, gena ſubtriſtis, ſupercilium demiſſum, ani
ma ipſo morbo ſuffuſa, prudentiã in dignoſcenda
veritate ac rebus agendis minimè habens. Apud
A eos enim nec actio ſecundum virtutem vlla eſt,
nec vis orationis grauitate ornata, non gratia, co-
mitata, non denique aliquid aliud honeſtum aut
circumſpectum conſpicitur. Sicut autem vultures
per multa quidem prata multa etiam amœna &
odorata loca circumuolantes, ad tabida & fæcu-
lenta loca ſerũtur: muſcæ quoque ſalubre ſi quod
offendunt, prætereunt, ad vlcera verò properant:
Sic & inuidi vitæ ſplendorem ac rerum bene ge-
ſtarum magnitudinẽ minimè quidem reſpiciunt:
manca verò & fragilia, & ſi quid erratũ (vt quan-
doque rebus accidit humanis) tantum obſeruãt:
hæc diuulgant, & per hanc tantum homines co-
gnoſci volunt. Quemadmodum maligni picto-
res, qui hominis imaginem vel ex contorta nare
vel tubere, aut membri cuiuſpiam mutilatione
natura ſeu caſu inſita corpori, effingunt, notabi-
lemq́ue reddunt. Iniquum profectò, id quod lau-
dabile potiſsimum fuerit, alicuius peioris gratia
manifeſti occultare, & virtutem ex vicinitate vi-
tij (ſi quod fortè reperitur) calumniari. Fortitu-
dinem audaciam potius appellat: modeſtum ve-
rò ſine ſenſu hominem: iuſtum, immitem & ni-
B mium ſeuerum: prudentem, aſtutum: magnificũ,
vaſtum: liberalem vt prodigum taxant: domeſti-
cè frugalem auarum dicunt. Denique omnis vir-
tutis ſpecies in vicina vitiorum nomina conuer-
tunt, nuſquam calumnia rebus laudatis deficien-
te. Quid igitur in accuſatione tantum huius mali
finem orationis faciam? Sed hoc medium, parſq́;
curationis fuerit. Laborãti enim ægro morbi ma-
gnitudinem oſtendere, vt dignam mali fugandi
curam ſubeat: non inutile quidem, ſed hic eum
dimittere, nec admodum curandi remedium ali-
quod oſtendere, nihil aliud fuerit, quàm deſpe-
rantem ac in morbo pereũtem relinquere. Quid
ergo faciundum, vt hanc animi peſtem ab initio
minimè quidem patiamur, aut in ea fortaſſè affe-
cti facilè liberemur? Primum quidem ſi nihil re-
rum humanarum magnum aut ſupra naturã exi-
ſtimemus: non potentiam, non gloriam, nõ opes,
non corporis habitudinem proſperam: non enim
in rebus fluxis bonum conſtituimus, ſed ad ſem-
piternorum & verorum bonorum participatio-
nem vocati ſumus. Itaque nec diues æmulandus
eſt propter diuitias, nec potens ob dignitatis ac
magiſtratus culmen, nec fortis ob corporis ro-
C bur, nec eloquens ob dicendi facultatem. Inſtru-
menta ſunt hæc virtutis rectè vtentibus, nihil per
ſe veræ felicitatis habentia. Miſer igitur eſt qui
his abutitur, non aliter quàm qui in pugna contra
inimicos enſem corripiens, in ſe ac interitum ſuũ
conuertit. Si autem rectè & ordine à ſummo deo
cõceſſa tractauerit, denique ſi miniſter ac diſpen-
ſator fuerit, non ad propriam voluptatem volu-
ptates cogendo, hic demum laudari magnoperè
ac amari dignus erit, quod hominum ſocietatem
diligat, & fraternam charitatem propriis cõmo-
dis potiorem habeat. Præterea ſi aliquem in di-
uinis excellentem ſermonibus, ac eloquia ſacra
probè enarrantem, magnam quoque inde ex deo
gratiam, & ex hominibus laudem ſibi vindican-
tem conſpexeris, nullo modo ægrè feras, aut in-
uidia proſequaris, vt eum tacere malis, ſi per gra-
tiam ſpiritus ſancti quæ dixerit approbari lauda-
riq́ue cõtigerit. Nam & huius boni particeps per
tui fratris præceptionem & doctrinam traditam, D
tu quoque ſi volueris proficere poteris. Deinde
fontem quidem ſcaturiẽtem nemo prohibet aut
compeſcit, nec ſolis ſplendentis lumina vllus ob-
regit. Nemo illis obtrectat aut ægrè feret, ſed
quiſque ad proprium vſum atque commodum
transferre conabitur. Sermonis verò ſpiritualis
pia corda fidelium ſancti ſpiritus gratia irrigantis
auditum cũ gaudio cur non ſuſtines? cur non gra-
to animo vtilitatem illius acceptas? Sed auditorũ
plauſus te offendit? & malles nec qui adiutus inde
ſit, nec quid laudet quenquam eſſe? quam, dic mi-
hi, excuſationem apud iuſtum iudicem habebis?
Igitur animæ bonum, natura quidem pulchrum
exiſtimandũ. Eum enim qui opibus, potentia, ſeu
corporis viribus floret, diligere & omni ſtudio
amplecti nos decet, vt pulchræ vitæ inſtrumentis
vtentem, modo bene & ad communem vtilitatẽ,
vt diuitias egẽtibus diſtribuat, corporis vires de-
bilibus communicet: reliquam denique faculta-
tem non magis propriæ quàm alienæ ſeruire cõ-
moditati exiſtimet. Eum verò qui ita non fuerit
animatus, magis miſerum quàm fœlicem, aut af-
fluentem putari eſt opus: ſi res huiuſcemodi vt E
occaſiones tãtum ad vitia propriamq́ue volupta-
tẽm retineat. Hoc profectò operam dare fuerit,
vt cum negotio & apparatu maiore pereamus.
Si quidem opes iniuſtitiæ miniſtræ fuerunt, miſe-
rum facient diuitem: ſi autem virtutis, minimè in-
uidiam ſuſtinebunt, cum ex eis ad omneis com-
munis veniat vtilitas, niſi quis tanta ſit malignita-
te, vt ſibi etiam ac propriæ inuideat commodita-
ti. Omninò autem qui res humanas rationi ſub-
iecerit, & ad veram pulchritudinem laudemq́ue
ſe conuerterit, multum abfuerit ab eo, vt in rebus
terrenis & fluxis quẽquam putet eſſe fœlicem &
æmulandum. Qui verò ita fuerit animatus, vt ni-
nihil vſquam humanum admiretur, huic procul
dubio dominari inuidia nullo modo poterit. Si
quis verò ita gloriæ cupidus fuerit, vt omnes an-
tecellere cupiat, nec ſecundas facilè patiatur, ma-
ximam profectò occaſionem cauſamq́ue inuidiæ
dabit. Tu autem frater deſiderium omne hono-
remq́ue tuum in actione ſecundum virtutem vt
re ampliſsima & nunquam deſitura conſtitue.
Nec vndecunque aut qualibet diuitias coge, neu
tandem ex rebus mundi huius gloriam quære.
Neque enim iſta in te ſunt ſita. Sed iuſtus ſis, ſa- F
piens, prudens, fortis, & malorum pro pietate
tolerans. Sic demum teipſum incolumem ſerua-
bis, & in bonis longè maioribus claritatem ha-
bebis. Nam & virtus intra nos eſt, & ab iis qui
ob eam labores ſubeant apta poſsideri. Diuitiarũ
autem copia, forma corporis, potentiæ faſtus in-
tra nos nequaquam conſiſtit. Si igitur & maius
bonum virtus eſt, ac magis per ſe idoneũ ac ſup-
peditans, & inconfeſsò apud omnes maiorem

Remedium contra morbum.

obtinet honorē: hanc nobis omni ſtudio ſequendam cenſeo: quam ineſſe animis ab omni perturbatione præſertim inuidiæ minimè purgatis, difficile admodum. Nonne vides quantum malū ſit ſimulatio? & hæc inuidiæ fructus eſt. Nam morū & ingenij duplicitas ex inuidia plerunque hominibus euenit. Quando in cordis receſſu odium retinentes charitatis ſpeciem ore præ ſe ferunt, non aliter quàm petræ ac ſcopuli marini: qui modica operti aqua magnum ac cæcum non obſeruantibus inferunt malum. Cum itaque nobis inde vt ex fonte quodam fluat ipſa mors, amiſsio

Simulatio.

A bonorum, à deo alienatio, legis confuſio, & demum omnium in vita bonorum euerſio: credamus Apoſtolo dicenti: Ne ſimus inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, ſed magis boni, miſericordes, donantes ac glorificātes inuicem: quemadmodum deus nobis donauit, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

IN PRINCIPIUM PROUERBIORUM.

B PRæclara eſt obedientię merces. Obediamus igitur bono patri certaminū præmia nobis ex ſpiritus oraculis proponenti, qui nos inſtar venatorum in locis inuiis, quaſi catuli cuiuſdā venatici indicio curſus noſtri experimentum vult capere. Propoſuit autem nobis ad enarrandum parœmiarum principium. Quàm ſit autem dictionis huius intellectus captu difficilis, cuiuis vel modicè illum aggreſso notum eſt. Veruntamen nihil de illius tractatione hæſitandum eſt, ſpem in dominum collocatam habentibus, qui nobis propter paſtoris noſtri preces ſermonem dabit in apertione oris noſtri. Tres omninò ſacros à Salomone tractatus nouimus exiiſſe. Hunc in primis Prouerbiorum, & Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum. Quolibet autem propriam retinente materiam, cuncti ad hominum ſcripti ſunt vtilitatem. In primis Prouerbiorum liber inſtructio morum eſt quædam, necnon animi perturbationum correctio. Denique vitæ in vniuerſum documentum, frequentes ac breues eorum, quæ ſunt agenda, continens præceptiones. Eccleſiaſtes verò phyſiologiam attingit, C nobiſque in hac vita vanitatem palàm oſtendit. Vt in iis quæ citò prætereunt minimè ſit homini inuigilandum, neque item animi curas in rebus vanis collocandum. Cantica canticorum animę perſectionis modum demonſtrant. Sponſi nanque ac ſponſæ concordiam continent, hoc eſt, animæ cum deo verbo familiaritatem. Sed nos ad propoſitum reuertamur. Prouerbia Salomonis filij Dauid, qui regnauit in Iſraël. Prouerbiorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud externos compoſitum eſt, & de illis plerumque quæ in triuiis dicuntur. Oemos enim apud illos via dicitur. Vnde parœmia definitur, verbum iuxta viam, vſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri poteſt. Apud nos verò prouerbium eſt ſermo vtilis, ſub vmbra figuraque idonea expreſſus: multum & vſus & grauitatis complectens, in receſſu quoque multum altæ ſententiæ contegens. Ex quo dominus: Hæc, inquit, in parœmiis locutus ſum vobis. Tempus venit, vt non iam in parœmiis, ſed palam vobis loquar: quaſi ſermo prouerbia- D lis apertam ac liberam dicendi viam non habeat, ſed operimento quodam & ænigmate ac verbis aliis mentem atque ſententiam narret. Salomonis igitur Prouerbia, hoc eſt, ſermones ad omnem vitæ viam exhortatorij maximeque vtiles ſunt. Appoſuit autem & autoris nomen, vt perſonæ ſplendore & amplitudine auditorem facilius traheret. Autoritas enim doctoris acceptum ſermonem facit, ac diſcentes attentiores reddit. Salomonis itaque Prouerbia ſunt, Salomonis, inquam illius, cui dominus dicit: Ecce dedi tibi cor prudens ac ſapiens. Nec ſimilis ante te vllus eſt natus, nec item poſt te vllus eſt tibi par futurus. Et rurſus: Dedit dominus ſapientiam ac prudentiam multam Salomoni, & cordis effuſionem, ſicut arenam quæ eſt in littore maris: & repletus eſt ſapientia Salomon, ſuper prudentiam omniū ante illum hominum, & ſuper omneis ſapientes Aegypti. Sic itaque neceſſaria fuit nominis huius additio. Prouerbia Salomonis filij Dauid. Addi- E tur & patris nomen, vt planè cognoſcatur quemadmodum ſapiens erat Salomon, ex ſapiēte prophetaque patre, & ab ipſa infantia ſacras diligenter edoctus literas, qui regno paterno non ſorte, nec vi aliqua ſucceſsit, ſed iure ac ipſius dei iuſſu voluntateque paternum ſceptrum ſuſcipiens, in Hieruſalem factus eſt rex. Neq; hoc otioſum eſt. Maximè quidem facit ad diſcretionem eorū qui eiuſdem ſunt cognominis: Poſtea verò etiā propter ſtructurā inſignis ac nominati templi poſitū eſt, vt agnoſcas illius ſtructorem, ſimul & omnis eius vrbis diſpoſitionis ac legum & ordinationis autorem. Valde verò ad præcepta morum tradenda refert, eum qui ſcribit regem eſſe. Si enim regnum eſt legitima poteſtas, manifeſtum quòd ex rege alioqui hoc nomine digno, exeuntes vitæ præceptiones multum quidem apud omneis momenti habeant, ad conſiderandam conſequendamque in communi bono vtilitatem, & non ad priuata commoda reſpicientes. Hoc enim tyrannus à rege differt, quòd ille ſua ipſius quomodocunque & vndecunque reſpicit ac tuetur: hic ſubditis conſulere tantum quærit. Ex hoc itaque libro vtilia, qualia quantave diſcentes volunt ac cupiunt, excerpuntur. Pri- F mum quidem in Prouerbiis eſt noſſe ſapientiam & diſciplinam. Eſt enim ſapientia diuinarum humanarumque rerum, & eorum, quæ rerum ſunt cauſa, ſcientia. Itaque præcipiendi modo theologiam tradens, ſapientiam nouit, ſicut & bis Paulus dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui abolentur, ſed loquimur

Tyrannus. Rex.

Sapientia.

Sapientiam

ſapientiam in myſterio abſcoonditam, quam præuidit deus ante ſecula. Et qui in mundi conſtitutione conditorem conſiderat, nouit & ipſe per mũdi ſapientiam ipſum deum. Inuiſibilia, inquit, ipſius per ea quæ facta ſunt, à creatura mundi intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Itaque nos ad dei ſapientiæ conſiderationem ducit, cum dicit: Per ſapientiam deus terram fundauit. Item: Quando deus præparabat cœlum, aderam, & cum eo eram cuncta componens. Et ego eram, qua delectabatur. Nam hæc omnia nobis ideo cum perſonæ fictione diſ- A ſerit, vt ſapientiæ cognitionem conſpicuam reddat. Et illud omninò: Dominus creauit me initio viarum ſuarum, de ea ſapientia dei dicit, quæ mundo inootuit, quæ tantum nõ voce per ea quæ viſibilia ſunt emiſſa à deo ſe factam eſſe & non ſponte cœpiſſe proclamat. Tanta videlicet ſapientia iis quæ facta ſunt competit. Sicut enim cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum (narrat autem ſine voce. Nõ enim ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.) Sic ſunt quidam ſapiẽtiæ ſermones ab initio genitæ, dum ipſa rerum creationi infuſa ac permixta tacens clamare videtur ſui conditorem dominum, vt per ipſam ad veri ac ſolius ſapientis cognitionem facilè penetres. Eſt & quædam humana ſapientia, in huius vitæ rerum experientia conſiſtens, ſecundum quam ſapientes dicimus artium quarumlibet vtilium ſcientes. Igitur hic noſter ad complectendam ſa- B pientiam magnam libri partem exhortando conſumpſit. Sapiẽtia in exitu viarum laudatur, in plateis palàm prædicatur, in ſummis mœnibus & arcibus collaudatur. Animaduertens enim quòd homiues eam maximè cupiunt & ambiunt, & quemadmodum omnes natura ipſius ſplendore attrahimur per illius præconia mentes noſtras excitat ad eam omni ſtudio ac ſine pigritia conſequendam. Vbique de ipſa ſermonem haberi dicit: In viis, in foro, in arcibus ciuitatis. Ideo portas, & plateas, & mœnia dicit. Per exitus & plateas eius charitatem innuit. Per muros verò eius vtilitatẽ, & ad omnem vitæ ſecuritatem ſuppeditationem. Volens nos denique illi familiares reddere ac cõciliare, ait: Sapientiam tuam eſſe ſororem. Et rurſus: Ama ipſam, & ſeruabit te. Deinde communem eius vſum oſtendens, & quemadmodum omnibus æquè ex ea commodum prouenit: Immolauit, inquit, ſuas hoſtias: hoc eſt, ſolidum cibum præparauit iis, qui animi affectibus ob ipſam con- C ſequendam ſeſe ſpoliarint: in cratere vinum ſuũ miſcuit, hominis mentem nimirum exhilarans. Cratera enim dicit communem ac vulgarem bonorum diſtributionem. Ex quo æquè apud omneis facultas eſt ex ea, quantum quiſque poteſt pro ſua portione hauriendi. Inſuper præparauit eius menſam. Omnia per emphaſim loquitur, ac per corporalia nobis ſpiritualia demonſtrat. Cibum nanque animæ ſpiritualem menſam appellat, ad quam altiſſima voce conuocat: hoc eſt, cum præceptis & inſtitutis nihil humile, nihil abiectum habentibus. Qui ſtultus eſt, declinet ad me. Quemadmodum enim ægri & debiles arte medendi vtuntur, ſic & ſtulti ſapientia indigent. Etenim melius longè ipſam quàm argenti & auri theſauros mercari: longéque item pretioſior eſt lapidibus pretioſis, & omne admodum pretioſum ipſa prorſus dignũ nõ eſt. Eius quoque quod dicit: Fili, ſi ſapiens fueris, tibi ipſi ſapiens eris, & proximo tuo, & iſtius: filio ſapienti quicquid egerit proſperabitur, ſententiam planè tibi noſſe licet, ſi otioſè dicta Salomonis de ſapientia legeris. Quoniam verò in maleuolam animam non introibit ſapientia, purgat ante omnia per diuinum timorem futurorum ſapientium animas, ac ſapientiæ conciliat. Verba enim ac myſteria ſalutis in quemuis ſine diſcrimine iactare, & omnes æquè ad hunc theſaurum recipere, nec vitæ moribus purgatos, neque ratione prius & ordine diligenti vtentes haud aliter fuerit, quàm in ſordidum vas D vnguentum fundere pretioſum. Quamobrem initium ſapientiæ timor domini dicitur: animæ verò purgatio timor domini ſecundum prophetæ preces ac deſiderium, dicentis: Confige timore tuo carnes meas: quia ſcit vbi timor inhabitat, quòd ibi omnis animæ reſideat mundicies, omnis iniqua noxiáque actio fugetur, membris corporis ad enormes actus moueri (quòd timore quaſi quibuſdam clauis confixa ſint) nequeuntibus. Sicut enim qui clauos corpori infixos habet, doloribus preſſus non facilè quicquam agere poteſt: ſic dei timore confectus non oculo vti preter decorem, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique paruum aliquid aut magnum contra officium agere poterit, quaſi mœſtitia quadam minarum ac ſuppliciorum expectatione vinctus atque oppreſſus. Impuros autem ac vanos hic noſter Salomon à diuinis omninò arcet præ- E ceptis ac diſciplinis, dicens. Qui ſine timore ſunt, in portis morabuntur. Et iterum: Quæretis apud reprobos ſapientiam, nec inuenietis. Et rurſus: Quærent me improbi, nec inuenient. Non alia de cauſa, niſi quòd diuino timore minimè ſunt purgati. Itaque ad ſapientiam ſuſcipiendam acceſſurus, prius ſalutari metu animam à noxiis purgatus cogitationibus accedat. Manifeſtum fit igitur nobis & alterum bonum ex Prouerbiorum doctrina, videlicet timoris habitus nobis per ſapientiam infuſus. Alterum erat præceptum: Noſſe diſciplinam. Eſt autem diſciplina, inductio quædam vtilis, quæ ſæpe cum labore vitiorum maculas purgat. Quæ quidem in præſentiarum non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris: verum poſtremò fructum ſalutarem & quietum per ipſam exercitatis facilè reddit. Hanc itaque diſciplinam noſſe non cuiuſlibet eſt mentis: quoniam multi res duras tolera- F re deſperantes, exitus ac euentus vtilitatem ob ignauiam & ignorantiam non expectant, ſed ad diligentiæ auſteritatem impatientes, in imprudentiæ tenebris ac infirmitate remanſerunt. Idcirco admiratione dignæ ſunt iuſtorum voces, dicentium: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Non enim diſciplinam detrectant, ſed iram. Hoc nanque ſimile illi videtur: Caſtiga nos domine, præterquàm in iudicio & ira. Itémque illi: Diſciplina domini aperit aures meas. Quemadmodum enim parui pueri doctrinam deſpicientes ob ferulas flagelláque, quæ magiſtri & pædagogi adhibere ſolent, attentius dictata ſuſcipiunt, & ipſe ſermo ante plagas non auditur: poſt verbera doloréſque

De timore domini.

veluti ſtatim apertis auribus & auditu excipitur oratio, & memoria cuſtoditur. Sic accidit & iis qui diuina audiunt præcepta, & ad ea ſeruanda ſe negligenter habent. Nam poſtquàm diſciplina eis inflicta eſt à deo, tunc quæ moleſtè ſemper illis inculcabantur diuina mandata, quaſi iam primum in aures ipſorum cadant, ſuſcipiuntur. Hac itaque de cauſa inquit: Diſciplina domini aperit aures meas quoniam diſciplina indocilem ac detrectantem corrigit atque admonet, vt Paulus planè factitabat, tradens ſatanæ, veluti publico cuidam tortori & carnifici, vt erudirentur diſcerentque minimè blaſphemare. Rebellantem verò & calcitrantem

A reducit, vtpote de quo dictum eſt, quòd poſtea captiuitatis ſuæ pœnitentiam egerit. Neceſſarium itaque noſſe diſciplinę virtutem, quantis illa rebus proſit. Hanc demum vtilitatem Salomon facilè conſpiciens, admonet: Ne deſine paruulum inſtruere & caſtigare, quoniam ſi virga eum cęcideris, nõ morietur. Nam tu quidem virga illum percuties, animam verò illius à morte liberabis. Quis enim filius quem non inſtruat pater. Ipſa diſciplina apud eos qui rectè iudicant, multæ eſt præferenda pecuniæ. Quamobrem clamat Salomon: Accipite diſciplinam & non argentum, vt in tempore tribulationis vel corpore laborante, vel rei domeſticæ incommodis ſuperuenientibus, nunquam de deo malè cogites aut ſentias, ſed multa patientia eius plagas ob ea quæ admiſiſti caſtigatus & admonitus ſuſcipias. Dic & tu ſi diſciplinã verè noſti, illud: Iram domini ſuſtinebo, quoniam ipſi peccaui. Illud item: Bonum mihi quia humiliaſti me. Qualis erat Paulus dicens: Quaſi caſtigati, & non mortificati. Item illud: Quum iudicamur, à domino corripimur, ne cum hoc mundo

Diſciplina duplex.

B damnemur. Quoniam verò doctrinarum perceptio & intelligentia diſciplina etiam dicitur, vt de Moſe ſcribitur, quòd in omni diſciplina & ſapientia Aegyptiorum eruditus fuerit. Non ideo quod omni ſanè doctrina imbutus fuerit, ſed vtili tantum, ad ſalutem idonea rectè vocabitur diſciplina instructus.

Scientia vana.

Iam enim & quidam geometriæ vacantes, quàm Aegyptij inuenerunt, vel aſtrologiæ, quæ apud Chaldæos in pretio eſt: denique circa figuras & vmbras, & ea quæ in aere verſantur, tempus terẽtes, omninò ex diuinis verbis doctrinam eruditionémque neglexiſſe ac ſpreuiſſe inueniuntur. Sed & poëtica & rhetorica, & ſophiſmatũ inuentio multos occupant, quorum materia mendacium eſt. Nam neque poëtica, ſine fabulis conſiſtere poteſt: neque rhetorica ſine arte dicendi: neque demum ſophiſtica ſine paralogiſmis. Quoniam igitur præ horum ſtudio & veſtigatione dei notitiam cõtempſerunt multi, in rerum inanium perſcrutatione tempus cõſumentes, neceſſaria eſt diſciplinæ rectæ cognitio, & ad veræ & vtilis diſciplinæ vtilitatem eligendam, & ad eam quæ inutilis & vitioſa eſt, omninò fugiendam. Licet & agnoſcere ſermones prudentiæ, ſi quis parœmiis diligenter attendat, & quæ illarum ſit vtilitas ei

C qui non otioſè prudentiam complectatur. Poteſt enim illius vtilitas intelligi. Malitia, inquit, paruuli, ſenſibus verò perfecti eſtote. Prudentiam igitur vnam ex virtutibus præclaris exiſtere palàm eſt, qua bonorum & malorum & indifferentium nos homines ſcientes reddimur. Prudens verò vtique prudẽtia per denominationem dictus eſt. Sed quando ferarum prudentiſſimus ſerpens eſſe domini teſtimonio dicitur: Eſtote, inquit, prudentes ſicuti ſerpentes: item prudens œconomicus iniuſtitiæ: manifeſtum quod duplex eſt prudentiæ nomen. Vna quidem proprij commodi cuſtos, & alieni doli obſeruatrix, qualem ſerpens habet. Ille ſi quid periculi incurrere viderit, caput ante omnia cuſtodit. Ea videtur eſſe verſutia illa, quæ prona eſt ad proprium commodum, & ſimpliciores defraudandos. Quali prudentia fuit ille ſeculi prudens & iniuſtitiæ œconomicus apud euangelium: Vera autem prudentia, eorum quæ agenda & non agenda ſunt cognitio eſt: quam ſi

De duplici prudentia.

D quis ritè ſectatus fuerit, nunquam ab officio virtutéque abſcedet, nunquam vitiorum peſtem incurret. Igitur qui prudentiæ ſermones cognoſcit, ſciet nonnullos ſophiſmata captionéſque obiicere, quoſdam verò nobis quæ ſunt circa vitam meliora monſtrare. Vt bonus trapezita quod bonum fuerit retinebit, & ab omni ſpecie mala abſtinebit. Ipſa nanque prudentia ædificanti domum, fundamentum ſupra petram locare, hoc eſt, in Chriſti fide fundare largietur, vt per imbres & vẽtos & fluuiorum incurſus immobilis firmáque permaneat. Per huiuſcemodi autem parabolę verba nobis oſtendit dominus, quemadmodum in laboribus atque periculis cum diuinitus nobis tum humanitus immiſſis, conſtantes ac firmi ſimus: docétque ea quæ nobis, hoc eſt, noſtræ ſaluti ſunt neceſſaria minimè negligere, ſed ad tempus vitæ viaticum prouidere ac præparare: cordis demũ puritate ſponſi aduentum expectare. Prudentes, inquit, virgines quòd oleum in lampadibus habuerunt, ſumptóque illo obuiam ſponſo exierunt.

E Stultæ autem quòd minimè paratæ fuerunt, quamobrem & à ſponſi gaudio congreſſúque repulſæ ſunt. Vt autem de ſophiſtica prudentia dicamus, ſatis videmus quid ſit verba contorta fucatáque recipere.

De prudentia sophiſtica & fucata.

Sermo autem verus & ex mente procedens ſana, ſobrius ac ſimplex eſt vniformis item: præterea ſemper eadem, & de eiſdem vbique dicens. Varius verò & artificioſus multum & circũuolubilitatis & apparatus habens mille figurat atque innectit inuolucra: ad ea tantum fictus quæ congredientibus ac colloquentibus placent. Verùm vt arti huiuſcemodi illiúſque abiectis reſiſtere probè valeamus, magnum Prouerbia præſtant adiumentum: quoniam quicunque hæc attentius audiuerit, & illorum monita diligenter acceperit, tanquam rerum experientia munitus hæc ſophiſmatum contorta excipiet illæſus: nec ab eis perſuaſus, neque propterea à veritate diſcedẽs. Quando enim aliter res natura ſe habeat, aliterque de his verba ſuadere videntur, cõuerſio quædam, magis autem peruerſio verborum à veritate contexitur, vt quod verè non exiſtit, verborum vertigine qua-

F dam ad decipiendos aſtantes oſtendatur. Quemadmodum enim lepores vulpéſque canibus aliam curſus monſtrantes viam, aliam conuerſi tenent: ſic huiuſcemodi orationis inuolucra ſpiritualis doctrinæ ſimplicitatem ac viam detorquent. Strophæ quædam ſunt falſæ ſcientiæ obiectiones. Exercitati nanque & eruditi in arte dialectica in vtranque partem diſſerendo perſuaſione ſophiſmatum veritatis ſenſum peſſundant.

Recipit

Recipit attamen huiuſcemodi verborum contorta ille, qui in his fuerit inſtitutus Prouerbiis. Et ſi quandoque problemata æquas vtrinque probationes habẽtia inuenit, in quibus difficilis interdum veri ac veriſimilioris inuentio fuerit, ſi in Prouerbiis exercitatus exiſtat, minimè mente confundetur, etiam ſi cum quibus differit verbis pugnare, ac pares ex æquo epicherematum plagas contrà inferre videantur. Suffragatur & Prouerbium ad veram iuſtitiam cognoſcendam. Quoniam verò iuſtitiæ habitus eſt, qui pro dignitate cuique ſuum diſtribuit, difficilis eſt hæc inuentu aut cognitu:
A partim quod deficiente prudentia non cuique pateat quod ſit æquum, partim quod animo perturbationibus & affectibus humanis occupato rectũ obſcuretur: quando & pauperes deſpiciunt: potẽtes verò viros & iniuſtos minimè redarguunt.

Quamobrem liberis Prouerbiorum diſcipulis ſuis ſe veram iuſtitiæ notitiam daturum pollicetur. Et quoniam plures ex multitudine & vulgo laudem quærentes, re quidem iniuſtitiam atque auaritiam, vt ſibi commodam ante omnia ſectantes, verbo autem atque oſtentatione ius faſque & æquitatem admirantur. Hos itaque is qui Prouerbiis huiuſcemodi inſtructus fuerit, minimè ignorabit, ſed cognoſcet quæ ſit vana ac falſa, quæ vera & ſincera iuſtitia. Quoniam autem quidam extra fidem ſapientes multos de inſtitia faciunt, ac comparant ſermones, ac illis omni ſtudio perſuadere contendunt, qui recto huius præceptionis conſilio non ſunt muniti, liber hic ita veram promittit docere iuſtitiam, vt illorum ſophiſmata illæſi prætereant. Sed & gentium leges ac mores multam inter ſe differentiam habentes, illorum
B prorſus mentes confundunt, qui iuſtitiæ diligentem rationem minimè comprenderunt. Quidam enim populi patrem necare ſas putant. Alij verò ab omni cæde abhorrent. Sunt item qui pudicitiam maximè colunt. Nonnulli verò & matribus, & filiabus, & ſororibus commiſcentur. Denique plurimi patrio & antiquo more detenti in rebus agendis abominandum deteſtabiléque minimè diſcernunt. Idcirco liber hic veram oſtendens iuſtitiam homines ab animi perturbationibus liberat atque purgat. Eſt autem iuſtitia quædam inſita innatáque nobis, æqui diſtributio. Quòd ſi non ad eius perfectam peruenimus notitiam, ſit alioqui meos bona iuſtáque, ex eo quòd intendimus & quærimus, minimè aberrabimus, nec à ſpe illam conſequendi decidemus. Eſt etiam cœlitùs quędam à iuſto iudice deducta iuſtitia, partim correctiua, partim retributiua ob variorum in ea pręceptorum conſiſtentium magnitudinem ſimul & ſublimitatem, valde quidem cognitu difficilis.

Iuſtitia duna.

Hanc ego Pſalmiſtam putauerim dixiſſe. Iuſtitia tua ſicuti montes dei. Salomon igitur hanc veram
C diuinámque iuſtitiam pollicetur iis, qui in hoc Prouerbiorum libro diligenter ſe exercuerint.

Rurſus autem quoniam peccatorum aliqua inuoluntaria ſunt, aliqua verò ex mente praua proueniunt: fit vt non ſit eadem in illis iuſti definitio. Ponamus enim iudicandam eſſe fornicationem, conſtituamúſque fornicatrices duas. Vna quidem lenoni empta corpus vi coacta inquinabit: Impudico enim poſſeſſa domino parere oportebit. Altera verò ſponte per voluptatem & libidinem ſponte ſe peccato tradet. Nonne prima quidem faciliter veniam conſequetur, & ex animo prauo ſecunda iudicabitur? Item è duobus alter peccauit, quòd ab initio ab iniquis parentibus malè fuerit educatus, verbiſque ac factis mala conſpexerit exempla: alter verò multa ad virtutem facientia & liberum iuuantia arbitrium habebit educatus honeſtiſſimè, à parentibus omni diſciplina eruditus, à magiſtris diligenter inſtructus, diuinorum etiam præceptorum auditione legitimè imbutus, & vitæ conuerſatione, & aliis munitus ſuffragiis, quibus anima ad virtutem facilè rendere D
ac aſpirare valeat. Deinde ſi in idem incurrat & ipſe peccatum, quomodo non grauiores ante iuſtum iudicem pœnas dabit? Hic enim ſolis ſalutaribus ſubſidiis, mentibus noſtris infuſis, tantum accuſari poteſt, vt non rectè his vtens. Ille verò vt prodens omnem datam opem, & vt ob malam ab initio conſuetudinem in prauam omninò diſtractus vitam. Quamobrem rectam verámque noſſe iuſtitiam, magnæ cuiuſdam ſcientiæ perfectique animi eſt, fortaſſè & promiſſionem habet, in iſtis parœmiis inſtructum poſſe deinceps & ad theologiam ex arte cognoſcẽdam accedere. Vera nanque iuſtitia Chriſtus eſt, qui nobis ex deo factus eſt & ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Noſſe enim diligenter iuſtitiam, facit vt rem rectè iudicare poſſimus.

De iudicio recto.

Impoſſibile nanque non verſatum exercitatúmque in iuſti cognitione rem dubiam & in controuerſia poſitam bene ac ordine dirigere. Neque ipſe Salomon niſi in hac iuſtitiæ ſcientia diligenter inſtructus fuiſſet, illud tam vulgatum de puero duarum meretricum iudicium tam probè proferre potuiſſet. E
Quoniam enim ſine teſtibus hæc geſta erant, ad naturam cucurrit, ac per ipſam quę incognita erant inuenit, dum facilè inuenit: altera quidem ſine mœſtitia pueri interitum admittebat: altera verò ob naturalem materni affectus amorem hunc dolorem caſúmve minimè tolerabat. Igitur quiſque hanc iuſtitiam edoctus facilè ius faſque cuique pro dignitate reddet, ac rem ex æquo pulcherrimè iudicabit. Quemadmodum is qui ſagittam tendens ad metam diriget, nec vltrà, nec citrà, nec vtrobique errando à via propoſita excidet, Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando perſonam accipiet. Noſcet enim quod minimè ad rem faciet. Neque item prouocatione aut contentione aget, ſed rectum ac minimè obliquum proferet iudicium. Quid? ſi duo inciderint iudicanda, alterum quidem plus ęquo habens, alterum verò minus: diligentis erit iudicis partes adæquare, tantúmque ab eo qui plus habet demet, quantum illi cui iniuria fit deeſſe videbit. Qui autem non rectè ambulauerit, neque veram hanc in corde iuſtitiam geſſerit, ſed aut pecunia corruptus, aut propter amicitiam placere ſtuderes ſeu odio compulſus, vel etiam potentia perterri- F
tus fuerit, nequaquam rem iuſtè ſanctéque cognoſcere poterit. Huic igitur Pſalmus ait: Itaque ſi verè iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Argumentum nanque iuſti, affectus eſt in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis proceſſu innuere videtur, dicens: Pondus magnum & paruum, abominatio apud deum ſunt vtraque, non æquum circa iudicium,

ponde-

ponderum id appellatione prouerbij modo figu-
rans. Ex quo nun ſolum iudicantibus, ſed cunctis
in omni vita rerum agendarum electionibus, hu-
iuſcemodi iuſtitiæ inſtructio vtilis admodum fue
rit. Quoniam autem apud noſipſos iudiciũ quod-
dam naturale habemus, per quod ab iniquis bo-
na facilè diſcernimus: neceſſarium nobis in agen-
dorum optione recta facere rerum diſcrimina, &
quaſi iudicem quencunque, qui iuſta ſit alioqui
mente, res cogniturum contrarias, fauere virtuti
A oportebit, damnare autem vitium. Verbi gratia:
Inceſtus & pudicitia apud te iudicantur, & alta
mens tua pro tribunali ſedet. Ex vna parte volup-
tas inceſtui ſuffragatur, dei timor pudicitiæ aſſi-
ſtit. Si igitur peccatum condemnans virtutem ſu-
perare volueris, rectum rei iudicium conſtitues.
Si verò ad voluptatem propenſus, hanc duxeris
potiorem, obliquum miniméque rectum facies
iudicium, reus ſanè factus vocis illius: Væh dicen-
tibus amarum dulce, & dulce amarum: qui dicunt
lucem tenebras, & tenebras lucem. Quoniam igi-
tur ex ipſius Salomonis ſententia: Cogitationes
iuſtorum iudicia ſunt viro ſapienti, omninò ſata-
gendũ erit intra cordis arcana tribunal conſtitue-
re, rectáque facere iudicia: mentem quoque velut
in trutina ſuſpendere ad ea quæ conueniunt, & ad
quodlibet agendum æqua lance librare. Quando
ſingula dei mandata contra aduerſantem ſibi ma-
litiam coram te iudicium experiuntur, da legi di-
uinæ cõtra vitium victoriam. Iniquum & æquum
apud te iudicantur. Reſponde contra concupiſcẽ
tiam alienorum bonorũ. Da vt vincat virtus. Con
B rumelia & patientia inuicem pugnant? vitupera
contumeliam, lauda patientiam. Odium item &
charitas? Alterum procul reiice, alteram verò vi-
delicet charitatem, propriam, familiarémque tibi
redde. Simulatio & ſimplicitas, fortitudo & timi-
ditas: prudentia & imprudentia, iuſtitia & iniuſti-
tia, temperantia & intemperantia iudicantur? Tũc
denique in tuæ mentis receſſu iudiciorum rectitu
dinem oſtende, & veluti in tribunali tibiipſi aſſi-
dere mandatum dei faciens, monſtra te vitium ab
horrere, ac omninò ab eo eſſe auerſum, virtuti ve
rò fauentem ſtudentémque. Si enim in rebus cun
ctis quas agis apud te potiora & meliora vincere
permittas, beatus in die illa fueris, quando deus
occulta hominum iudicabit, vt teſtatur euange-
lium, cogitationibus corda ſimul hominum accu-
ſantibus & defendentibus: nec condemnatus diſ-
cedes, verùm iuſtitiæ corona ornaberis, qua tu itẽ
virtutem in omni vita redimiueris. Quàm ampla
tibi bona conciliabit iſte Prouerbiorum liber, do
cens & veram ſeruare iuſtitiam, & iudicia rectè di
rigere? Quid igitur vltrà pollicetur? Vt det inquit,
innocentibus prudentiam, filio iuueni ſenſum ac
C intellectum. Innocentiam autem duplicem eſſe
nouimus. Prima eſt à peccatis alienatio, mente ac
propoſito per longam bonorum exercitationem
acquiſita, ac malitiæ radice penitus extirpata. Sic
innocentis demum appellationem recipimus. Al
tera verò innocentia eſt, ignoratio mali quædam
& inexperientia, ſeu ob ætatem ſæpenumero & iu
uentutem, ſeu etiam quod alicuius artis & vitæ ra
tionem quandoque probè non tenentis, fraudes
in ea rectè cauere non ſunt edocti. Verbi gratia:
Puer adhuc paruus dolum, aut aſtutiam, aut ſu-

De innocẽtia duplici.

perbiam minimè nouit. Rurſus nonnulli in agris
tantum, & in rebus agendis minimè verſati, mer-
catorum fallacias, iudiciorum ac fori contentio-
nes, varias cautiones captionéſque ignorant. Hu-
iuſcemodi innocentes appellare ſolemus, non
quòd ex propoſito aliquo optionéue à malo abſti
neant, ſed quòd mali experientiam & habitum
nondum contraxerint. Innocens autem propriè
eſt, qualis erat Dauid, dicens: Ego in innocen-
tia mea ambulaui. Omnem ex animo ſuo iniqui- D
tatem ſeſe in virtute exercendo fugiens, vt hæ-
reditatis bonorum dignus haberetur. Quoniam
dominus non priuabit bonis eos qui ambulant
in innocentia. Is itaque confidens dicet? Iudica
me domine, quoniam in innocentia mea profe-
ctus ſum. Et iterum: Iudica me domine ſecun-
dum innocentiam meam, & ſecundum iuſtitiam
meam. Innocentem ergo te oſtendet morum &
ſimplicitas & candor, qualis erat Iacob minimè
fictus, habitans domum, hoc eſt, naturæ vtens ſim
plicitate, nihil ex arte ſimulatum figuratúmue re-
tinens, hoc eſt, nullam in verbis adumbratam de-
cipientémue faciem præ ſe ferens. Innocentem
itaque in hoc Prouerbiorum loco, non ex propo
ſito, ſed ignoratione videtur accipere, quem nul-
lus vſus aut experientia laudatæ aſtutiæ teneat.
Docens illum vt naturali ſynceritati etiam eam
adiungat prudentiam, quam generat rerum expe
rientia, & quaſi armis quibuſdam pulchræ cautio-
nis munitus, aduerſariorum inſidiis ſeſe tutum
reddat. Oportet enim exiſtimo virum perfectum
ad virtutem prudentem eſſe, ad vitium verò ſim-
plicem ac purum. Hinc itaque, tanquam ex fonte
quodam, innocentes ſalutarem probatámque a-
ſtutiam hauriant. Vir enim aſtutus thronus eſt E
ſenſus. Et vir aſtutus mala illa, quæ mentem ſub-
eunt, abſcondit, qui verò illorum deprehenſio-
nem cuſtodit, aſtutior eſt. Eſt igitur aſtutia actio
animi cum attentione quadam, & arte, & ſtudio
laudabili rerum omnium agendarum. Sicut &
verſutia mali tantum ſtudium & operationem ex
primit. Quoniam igitur aſtutus vniuerſorum ſuſci
pit actionem, & in cunctis etiam mala reperiun-
tur, aſtuti appellatio duo ſignificat. Improbus qui
dem ſenſu, & arte in alienis vtitur damnis. Lauda-
bilis verò citò ac ſolerter bonum proprium veſti-
gans, dolos & inſidias alienas rectè cognoſcit at-
que euitat. Quamobrem huic attende aſtutiæ no-
mini diligenter, & vt eam cognoſcas operã dabis,
ſecundũ quam hic quidem è ſalubri propoſito pro
batus, in propriæ proximique ſalutis vſu verſatur.
Alter verò condemnatus, quòd aſtutia ad perdi-
tionem proximorũ vtitur, tanquam ſubſidio quo-
dam, ad malum ſtudio illius abuſus. Plena eſt au-
tem hiſtoria vtriuſque aſtutiæ, qua vſi ſunt homi-
nes. Pulchra fuit admodum Hebræorum aſtutia
Aegyptios decipientium, ac pro opere ædificata-
rum vrbium præmium ſuſcipientium, demum ma F
teriam ad condenda tabernacula ſibiipſis inueniẽ
tium. Collaudata item nutricum aſtutia illarum,
quæ mares Hebræos ſeruauere. Pulchra quoque
aſtutia Rebeccæ, quæ modum diligenter reppe-
rit, quo filius magnam ſuſciperet benedictionem.
Raab meretrix pulchrè item callida fuit: pulchrè
& Rachel: hæc quidem quod exploratores pro-
bè ſeruauerit: illa quòd patrẽ officioſè deceperit,

Iacob innocens.

&

& ab idololatria omninò liberauerit. Contrà verò improba aſtutia Iſraëlitas deceperũt Gabaonitæ. Vſus eſt aſtutia mala & Abſaloo, qui æquitatis ſpecie ſubditos & rebellium multitudinem in patris perniciem coëgit. Reprenditur & plures qui contra dei populum aſtutia mentéque vſi ſunt praua. Quamobrem aſtutia in hoc libro in bonam aſſumi partem ex eo deprẽodi licet, quòd ad hominum vtilitates, & ad animas ſimpliciorum cautas in omni actione reddeodas, traditur atque præparatur. Si enim hanc aſtutiam Eua ab initio habuiſſet, non tam facilè à ſerpentis inſidiis decepta fuiſ-

A ſet. Innocẽtem itaque qui omni verbo paratus eſt cum animæ periculo facilè credere, præſens doctrina confirmat, veluti adiumentum quoddam ad vitæ negotia, ex aſtutia officioſa præbens vtilitatem. Deinde conſiderandum eſt & hoc quomodo filio iuueni ſe dare ſenſum ac cogitationem dicat. Quoniam, vt ait Apoſtolus, duplex eſt homo: vnus exterior, alter interior, tam ſecundum eum qui videtur, quàm ſecundum eum qui in abſcondito eſt, neceſſe eſt vt pariter obſeruemus quæ vtriuſque cõcernunt ætatem. Dicere autem nuper natum puerum, ſenſum extrinſecus accipere corporeum, nonne abſurdum fuerit? Nam qualẽ hic liber ſenſum dare poterit, & viſus, & auditus, & olfactus, & guſtus, & tactus, qui ſtatim nobiſcum generantur? nec ex doctrina vlla, ſed ex natura animal per hos conſtituente, ſunt inſiti. Non igitur puerum ex corpore intelligendum, nec ſenſum quem pollicetur, vllum ex iis quos ſupradiximus,

B putandum, ſed de interioris hominis ætate velle dicere exiſtimãdum eſſe liquet. Didicimus enim in multis ſcripturæ locis & animam quandoque puerili ſtatu eſſe, & aliam eſſe vegetam, & aliam iam ſenem. Quod & Paulus rectè in epiſtola ad Corinthios docuit, qui parui admodum ſpiritu erant, quamobrem lacte indigebant: hoc eſt, ſimpliciore & iſagogica quadam euangelij doctrina, nondum cibum fortiorem ac ſolidum in præceptis retinere valentes. Iuuenis enim admodum eſt ſecundum animam, qui ex omni virtutis parte ad perfectum proficit. Spiritu feruens, ac circa pietatis præcepta omniúmque bonorum promptitudinem vigilans, qui ab euangelio & violẽtus appellatur, & regnum cœlorum rapere valens. Hunc item ad laudandum deum aptum ſanctus ſuſcipit ſpiritus. Dicitur enim: Iuuenes & virgines laudẽt nomen domini. Et apud Iohelẽ promiſſiones habent iuuenes, quòd ſint viſiones viſuri. Senior autem ſecundum animam eſt, qui prudentia perfe-

C ctus eſt, qualis erat Daniel, quanquam corpore iuuenis, ſapientiam ac grauitatem omni canicie pręſtantiorem præ ſe ferens. Idcirco ei dicunt illi, qui erant pleni dierum malorum; Huc accede, ſede in medio noſtrûm, nuntiaque nobis quomodo ſenioris ac presbyteri honorem tibi dederit deus. Itaque & hic puerum ſeu iuuenem per baptiſmi regenerationem, vt infantem & mente renouatũ appellat, & per hunc ſtatum aptum regno cœlorũ. Itaque huiuſcemodi ſic nuper genito ſine dolo & fraude lac appetenti liber hic Prouerbiorum in eis exercitato & ſenſum, & intellectum tribuit. Senſum quidem præſentium, intellectum verò futurorum. Eruditos nanque in rebus humanis, & ſenſu, & rerum experientia claros reddit, vt neque abſurdis voluptatibus quiſquam ſeruiat, neque vanam mundi gloriã admiretur. Adſert deinde & futuri ſeculi intellectum, illúmque fide promiſſurum quæ commemorat, promouet. Sed quoniam ætatum differẽtias ad interiorem hominem traducimus, congruum ſanè eſt, & ſenſuum nomina ad animæ vires etiam transferre. Itaque quando dicit: Meis verbis aures adhibe tuas, conſiderare nos oportet quòd animi obedientiam & facultatem requirit. Quemadmodum & dominus: Quicunque, inquit, habet aures audiendi, audiat. Item: Sermo ſapiens in aurem obtemperantem. Idcirco per hoc & ſi qua ſunt ſimilia, iuueni ſanum auditus ſenſum tribuit. Quando rurſus ait: Ne intenderis fallaciæ mulieris, neque item tuos

Auditus in ſacris literis.

D oculos ad eam attollas. Item: oculi tui recta reſpiciant, manifeſtum quòd puero quaſi animę viſum largiatur. Cum verò admonet, fili mi comede mel vt tuæ fauces dulcedine compleantur, figuratè mel diuinam nominat doctrinam, vt ait Pſalmus: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Per hanc monitionem ſpiritalem animæ guſtum inſtituens, de quo dicitur: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Hinc & tactus quidam procedit, ſecundum quod animam attingit ſapientia, amatorem ſuum quaſi complexa. Ama, inquit, illam, vt te comprendat. Et rurſus Eccleſiaſtes: Tempus complectendi, & tempus fugiendi complexus. Corpora nanque per complexus impuros contaminantur, anima verò per ſapientiæ complexum tota per totam ad ſeipſam vnita, ſanctitate ac puritate completur. Sic itaque ſenſum pueris præbet. Quomodo verò intelle-

Viſus. Guſtus.

Tactus.

E ctum indit? Quando ait: Diuitiæ te in die mala non iuuabunt. Inicit ſanè tuo cordi illius diei conſiderationem, in qua nec facultatum multitudo ſatis erit, neque te ex æterna pœna liberabit. Vel quando dicit: Innocentes hæreditabunt terram: illam videlicet terram, quam & manſueti poſſidebunt ſecundum Pſalten dicentem: Manſueti verò hæreditabunt terram. Et ſecundum ſententiam domini: Beati mites (inquit) quoniam ipſi hæreditabunt terram. Et rurſus, Gloriam ſapientes hæreditabunt. Huiuſcemodi nanque promiſſiones ad bonorum promiſſorum deſiderium animas excitant. Puero hunc dat intellectum: timorem quidem eorum quæ peccatoribus deus eſt minatus, deſiderium verò eorum quæ iuſtis parata ſunt, quæ omnia ſapiens audiens, ſapientior erit. Magnam hic ſermo Prouerbiis potentiam

Cogitatio.

F præbet, quòd excellant ipſam ſapientiam ſapientum, & quòd maiora huius libri præcepta promiſſáque eſſe oſtendit, quàm ea quæ communia traduntur eis. Aliorum enim magiſtrorum diſcipuli rudes admodum: huius verò libri auditores ſapientes exiſtunt. Quoniam autem ſapientum nomen æquiuocum eſt, & ſapientes huius mundi dicuntur, & vera ſapientia ſapientes ij, qui Chriſtum per fidem rectam recipiunt. Sermo hic ſapientiores facere pollicetur eos, qui extra hanc ſapientiam altero modo ſupradicto cenſentur eſſe ſapientes, ſi huic doctrinæ vacauerint. Nam & rerum vanarum doctrinam ſpernent, & ad veritatem ſe omni ſtudio & admiratione conuertent. Vel ad hunc modum dici poteſt. Quoniam multifariam ſapiens dicitur: quando

Sapiens multifariam dicitur.

quando videlicet ſapientiam appetit, & quando
in ipſius eſt profectu contemplationis. Poſtremò
cum ad perfectum ipſius prouenerit habitum. Sa
pientes pariter appellati qui iſta audiunt, tam qui
ſapientiam amat, quàm is quoque qui iam in illa
profecit, ſapientior erit. Multa nanque diuina pręcepta edocebitur, multa iam humana ediſcet, hoc
libro variè partim vitium ex animo pellente, partim verò virtutem introducēte. Linguam noxiam
frenat, oculum impura tuentem corrigit, manus
iniuſtas cohibere præcipit, otium inſectatur, vana
deſideria cupiditatéſque caſtigat, prudentiam docet, fortitudinem monſtrat, temperantiam com-
A mendat. His igitur inſtructus ſapiens malis ex ſeipſis fortiter repugnans, bonique deſiderium maiore impetu quaſi quodam naturæ conſenſu poſſidens, cum ex propria inclinatione ac motu ſapiēs
ſit, ob huius auditionem doctrinæ ſapientior fiet.
Deinde ait: Et intelligens gubernacula tenebit.
Oportet eum qui aliquam ſuſcepturus eſt artem,
aptam facilémque ad eam obeundam naturā habere. Luctatorem robur & corpus vegetum. Curſu certantem, bonam membrorum diſpoſitionem
ac pedum pernicitatem. Gubernatorem verò mētis citum, acumen, & iudicium. Quamobtem non
facilè ad hāc artem omneis euocat hic ſermo, ſed
tantum intelligentem. Quid eſt autem gubernatio? Aut omnino ſcientia animæ circa inſtabilem
rerum humanarum naturam, quemadmodum ipſam regere oporteat. Sæpe nanque vitam hanc, &
aquas & mare appellatam inuenimus, vt in Pſalmo: Miſit ex alto & accepit me. Suſcepit me de aquis multis. Palàm eſt quòd huius vitæ tumultum
ac turbationem, aquas appellat. Non enim ſecunda omnia, & quibus plerique delectantur, perpe-
B tuitatē firmitatémque habent: ſicut nec triſtia ſemper durant. Verum cuncta humana, mobilitate
quadam rerum inexpectatæ viciſſitudini ſubduntur. Sicut igitur mare in eodē ſtatu conſiſtere non
diu poteſt. Sed quod vides trāquillum, paulò poſt
ventorum impetu turbatū aſpicies quándque horridum & vndis feruens ac tumidum, mox multa
quiete cōſiſtere videbis: ſic humanæ res, facilè vtrioque conuertuntur. Propterea gubernatoris &
vſu & arte opus eſt, vt in vitæ tranquillitate dū omnia ex animi ſententia procedunt, rerum mutationes commode excipiat, & ne præſentibus, ita
vt nunquam perituris conquieſcat, neu in rebus
duris ſe rurſus affligat aut deſperet: néue mœſtitia
nimium conſternatus ſubmergatur, præcéſque feratur. Neque enim aut corporis ſalubritas, aut iuuētutis vigor, aut domus felicitas, ſeu reliquę vitæ
proſperitas, diutius permanere ſolet. Quapropter
in hac vitæ tranquillitate exiſtens, expecta rerum
quandoque malè ſuccedentium tempeſtatem. Veniet enim morbus, veniet & paupertas, non ſemper poſt puppim flantibus ventis: ſed & circumſpectum in cunctis, ac omnia verentem, ſæpenumero inexpectata & improuiſa adoriuntur: quæ omnem felicitatem, veluti turbines circunſtantes &
C inexcogitati exaſperant: malorúmque continuatio ſicut vndæ conſequentes, & inuicem ſurgētes
exiſtunt: quæ tibi & vitam infeſtant, & procellam
metuendam intentant. Sed & hæc quādoque prætereuntia ſedatáque, & ad hilaritatem, ac dulcem
quietámque vitæ rationem mutata conſpicies.

Hic itaque prudēs gubernator eſt, qui directo ac
firmo naturæ propoſito, iis vtitur quæ accidunt, idémque ac ſimilis ſibi perpetuo permanet: nec elatus in proſperitatibus, nec rurſus in calamitatibus demiſſus. Sed & alia de cauſa, vtile quoque nobis gubernationis prouidentia fuerit. Nam & alios fluctus ac tempeſtates timendas animæ, inſurgentes ex carnis affectibus nouimus. Iræ nanque
& timores, voluptates, & dolores, vt quædam violenta procella, in carnis ſuperbiam irruentes ſępenumero male curatam animam deprimunt. Oportet itaque mentem veluti quēdam gubernatorem
animæ affectibus præſidentem, & vt carnis nauigium regentem, ac cogitationes veluti temonem
peritè vertentem, fluctus noxios generoſè concul D
care. Præterea in ſublimi manentem, ac dominantem perturbationibus: nequaquam earum amaritudine, veluti marinis aquis cōpleri, ſed continuò
precantem dicere: Libera me domine ab iis qui
oderunt me, & de profundis aquarum, non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat ſupra
me profūdum. Vis tibi aliam enarrem nauigationem, ad quam gubernationis virtus nobis neceſſaria fuerit? Regnum cœlorū ſimile eſt homini mercatori. Omnes enim angelicam viam ambulantes
mercatores ſumus, per opera mandatorum nobis
poſſeſſionem cœleſtium negotiantes. Oportet igitur nos multas ac varias cœleſtes diuitias cogere, ſi pudefieri in operis mōſtratione nolumus: &
accipientes talenta, illud audire: Serue nequam &
piger. Quamobrem ſuam quiſque & mercem &
theſaurum ſuſcipiens, omni ſtudio ſecurus, hanc
vitam pertranſire conetur: Plures nanque ab ipſa
iuuentute multa congregantes, inſtantibus deinde malignorum ſpirituum incitamentis, tempeſtaris onus, arte gubernationis deficiente, ferre non E
valuerunt, ſed omnium iacturam fecerūt. Ex quo
circa fidem alij naufragium fecerunt. Alij autē pudicitiam, quam vſque à pueris theſaurizauere, voluptate deinde peſtilenti, veluti procella quadam
irruente perdiderunt. O miſerabile ſpectaculum,
ô ſortem lugendam poſt ieiunia multa, poſt durū
vitæ genus, poſt longas ad deum preces, poſt vberes effuſas lachrymas, denique poſt annorum viginti ſeu triginta abſtinentiam, ob indulgentiam
inconſiderantiámque, nudum omnibus, ac tot laborum mercede priuatum reperiri, & ſimilem omninò fieri mercatori cuidam diuiti, qui de multitudine commeatuum gloriatus, vento ſecundo
nauem impellente, timendas tuto per mare currens præterit procellas. Naufragio deinde prope
portum ſuperueniente omnium poſſeſſione acer
uatim ſimúlque deſtitutus apparet. Itaque mille
laboribus ſudoribúſque parta vno tantum dęmonis impulſu facilè amittes, peccato velut acerbò
quodam turbine depreſſus. Ex quo ſic de virtute
omni ſimul periclitanti naufragantique opportu F
na vox illa: Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me. Quamobrem vitæ clauum tutò
moderare, oculum rege, ne per eum, ſiue auditum
ſiue linguam, in cōcupiſcentiæ fluctus incidas, aut
noxium aliquid accipias: ne aliquid eorum quæ tacenda ſunt loquaris, ne te iræ tempeſtas ac furor
euertat, ne formidinum terrores vrgeant, neu triſtitiæ pondus deprimat. Fluctus enim ſunt animi
perturbationes, quibus ſi virtute occurres, ac illis
te ſubli-

De iis qui bona [illegible]

te ſublimiorem reddes, tutus vitæ gubernator fueris. Si autem per imperitiam & inconſtantiam quodlibet eorum prætereris, veluti nauigium aliquod compagibus diſſolutum ac fractum, vndis omnibus obnoxium ac verberatum iactatus, in peccatorum pelagus facilè corrues. Sed hæc gubernationis ſcientia quemadmodum tibi adeſſe poterit, attende. Mos eſt naucleris in cœlum aſpicere, interdiu in ſolem, noctu in arcton, vel aliud ſemper apparens aſtrum, ac per hoc rectam in pe-
A lago viam commentari. Tu quoque oculos ad cœlum attollens, ſecundum eum qui ait: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis: habitantem in cœlo iuſtitiæ ſolem reſpice, ac velut aſtra quædam ſplendentia dei mandata obſeruans, lumina vigilantia retine. Ne dederis ſomnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, vt idoneum itineris curſum ex diuinis præceptis habeas. Lucerna, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Nam ſi nunquam ad claui moderationem conſtitutus obdormieris, & dum eris in hac vita, in huius mundi rerum natura inſtabili, adiumẽtum eorum quæ ſunt agenda à ſpiritu nos comitante acceperis, auris ſpiritualibus ac pacificis tutò nauigabis, donec incolumis ad portum euadas illum trãquillum ac ſine fluctibus, diuinam ſcilicet voluntatem, Cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

EXHORTATIO AD BAPTISmum, quæ & ad pœnitentiam quadrare videtur.

B SAlomon quidem ſapiens rerum tempora ex ordine vitæ diuidens, ac cuilibet eorũ quę geruntur, quod illi peculiare & commodum eſt, tribuens ait: Omnia tempus habent. Et vnicuique rei ſuum eſt tempus. Tempus naſcendi, & tempus moriendi. Ego quidem ſapientis vocem hanc paululum mutans vobis nuntium referam ſalutarem. Tempus, inquam, moriendi, & naſcendi. Quorſum hic ſermo mutatus? Quoniam is quidẽ de geneſi & morte loquens corporali, geneſim morti, vt par erat, præpoſuit, cum mori non liceat niſi prius naſcamur. Ego verò de ſpirituali regeneratione orationem facturus vitæ omninò mortẽ antepono. Nobis enim, ſi carni mortui fuerimus, tum demum ſpiritu renaſci licet, quemadmodum ait dominus: Ego occidam, & ego viuere faciam. Igitur moriamur, vti viuamus: carnis affectũ, qui legi dei ſubdi nequit, extinguamus, vt ſpiritus affectus, per quem vita paxque apta eſt dominari in nobis, roboretur. Cum Chriſto ſimul tumulemur
C vt cum eo qui primitias ſurgendi dedit, reſurgamus. Tempus itaque aliud alij accommodatum. Somni proprium, aliud vigiliæ, belli item, & pacis. Baptiſmi verò tempus, vita hominis tota. Sicut enim corpus, niſi reſpiret, viuere nequit, ita nec anima, niſi conditorem cognoſcat, ſubſiſtere poterit, cum ignoratio dei mors animæ ſit: citra baptiſmum lux animæ non aderit. Sicut oculus lumine caſſus nec quæ ſua ſunt videt: ita nec anima ſine hac luce quæ dei ſunt. Tempus itaque aliud alij opportunum negotio, ad baptiſmi verò ſalutem quodlibet tempus accommodum eſt, ſiue dies ſit, ſiue nox, ſiue hora, ſeu quodcunque temporis momentum etiam immitiſſimum. Opportunius tamen merito cenſebitur, quod magis propriè ad baptiſmum facit. Quod autem tempus baptiſmo magis cognatum eſt, quàm Paſchalis dies? quòd ea lux reſurrectionis monumentum quoddam exiſtat. Baptiſmi nanque ad reſurrectionem facultas quædam arràbóque eſt. Reſurrectionis ergo gratiam in die reſurrectionis excipiamus. D
Quamobrem eccleſia ſuos procul alta voce conuocat alumnos, vt quos pridem peperit, tunc demum lacte ſanæ eruditionis fide catechumenos enutritos ſibi firmioris deguſtatione inſtitutóque perfecto corroboret. Ioannes enim, ad quem omnis accedebat Iudæa, pœnitentiæ baptiſmum prædicauit, Dominus autem adoptionis filiorum baptiſmum longè præclarius annuntiat. Quis igitur eorum, quibus ſpes eſt in eo, non obediet? Initiatorium erat Ioannis baptiſma, iſtud verò perfectorium. A peccato illud auocabat, iſtud cum deo coniungit & familiarem reddit. Vnius viri Ioannis prædicatio omneis ad pœnitentiam deduxit. Tu autem perſanctè à prophetis edoctus es: Lauemini, mundi eſtote. Per pſalmos admonitus: Accedite ad eum, & illuminemini. Per apoſtolos item ac prophetas inſtructus: Pœnitentiam agite, & in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum baptizemini, & ſancti ſpiritus promiſſionem accipietis. Denique ab ipſo domino inuitatus, dicente: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hęc enim hodie omnia lecta ſunt. Quid cũctaris, aut quid conſulis? Quid expectas? Cum à puero in doctrina Chriſti ſis imbutus, nondum veritati E
aſſueuiſti? Cum ſemper didiceris, ad veritatis cognitionem nondum veniſti? Per omnem vitam experimentum capis, conſultas vſque ad ſenectutem, & quando chriſtianus eris? Quando te noſtrum eſſe cognoſcemus? Anno ſuperiore hunc diem præſtolabare, nunc iterum futurum expectas? Vide ne longiorem tibi vitam pollicendo ſpe decidas: neſcis quid craſtina ſit aduectura: ne tibi quæ non tua ſunt, in tua putes eſſe poteſtate. Ad vitam te homo vocamus, quid vocationem fugis? Ad bonorum participationem inuitatus, quid donum tam egregium ſpernis? Regnum cœlorũ præparatur. Ipſe qui vocat, minimè fallax: via facilis, non tempore, non ſumptu, non negotio tandem opus. Quid moraris? Iugum, inquam, bonum ac leue eſt, minimè obterens colla: non vincit, ſed probat ceruicem ſponte ferentem, non inuitam detrectantémque expectat. Vides quomodo Ephrem veluti bucula per auia & legis iugum ſpernens accuſatur. Subde cor indomitum, ſis Chriſti iumentum: ne ab hoc immunis iugo, néve inconceſſam quærens vitæ libertatem, à feris deprendaris. Guſtate & videte, quoniam ſuauis F
eſt dominus. Mellis nanque ſuauitas melius ignorantibus nuntiari, quàm per deguſtationem non poterit, quòd ſenſus omni ſermone ſit efficacior. Ad circunciſionem minus Iudæus compellitur, quoniam omnis anima, quæ die octaua non circunciderur, è populo pelletur. Tu autem circunciſionem non manufactam, quæ per baptiſmum in depoſitione carnis perficitur, differre quæris? Ip-

ſum audiſti dominum: Amen dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non ingredietur in regnum dei. Et illic dolor & hulcus, hic verò ros animæ eſt, & cordis vulnus curatur. Adoras pro te mortuum, patere & cum eo per baptiſmum contumulari. Si non fueris complantatus ſimilitudini mortis eius, quomodo reſurrectionis ſocius eris? Iſraël olim in Moſem, in nube, & mari baptizatus eſt. Tibi nimirum figuras, & quandam inſequentium temporum monſtratæ veritatis formam oſtendens: Tu autem baptiſmum fugis, non in mari figuratum, ſed in veritate & ſpiritu perfe-

Baptiſmatis figura.

A ctum, non in nube, ſed in ſpiritu: non in Moſen conſeruum, ſed in Chriſtum creatorem inſtitutū. Niſi enim Iſraël mare tranſiiſſet, nunquam à Pharaone diſceſſiſſet. Sic tu niſi per aquam tranſieris, nequaquam à diaboli ſæua tyrannide liberaberis. Nec vnquam ille ex ſpirituali petra bibiſſet, niſi ex figura baptizatus fuiſſet: nec tibi aliquis veram potionem, niſi verè baptizato præbebit. Panem angelorum ille poſt baptiſmum accepit: Tu autem quomodo viuentem comedes panem, niſi ſumpto prius hoc ſacramento? Quin & ille per baptiſmum in terram promiſſionis eſt ingreſſus. Tu autem quomodo in paradiſum hoc carens penetrabis? Nonne vides quòd ligni viam gladius igneus cuſtodit, infidelibus quidem formidandus, credentibus verò propicius ac amœnè coruſcans? Et verſatilem illum fecit dominus, quando fidelē conſpexerit, enſis terga oſtendit. Hoc verò charactere ſacro carentibus os aciémque intentat. Helias enim currus equóſque igneos ad ſe venientes minimè expauit. Verum itineris ſuperni deſiderio incenſus, contra formidoloſa eſt auſus, ac hila

B ris gaudénſque flammantes aſcendit currus, cum adhuc eſſet in carne. Tu verò igneos currus minimè viſurus, ſed per aquam tantum & ſpiritum in cœlum penetrare potens, cunctaris: nec vocationi obtemperare maturas? Helias item vim baptiſmi ſupra holocauſtorum aram, non per ignem, ſed per aquam ſacrificans oſtendit, cum ignis natura aquæ aduerſetur. Nam tertio tunc aqua myſticè ſuper aram effuſa initium excitandæ flammæ velut oleum fuit. Accipite, inquit, hydrias, & effundite ſuper holocauſta & ſuper ligna. Deinde ait: Iterate, & iterauerunt. Rurſus tertio, effundite, & ita egerunt. Quæ oratio ſatis mōſtrat quemadmodum deo per baptiſmum propinqui & familiares efficimur, & lux clara cœleſtiſque per fidem in trinitatem animæ protinus refulget. Si enim aurum eccleſia diſtribueret, non profectò diceres, cras mitte, cras dabis: verum tuam ſedulus portionem velociter peteres, differri autem ægrè ferres. Quoniam verò non materiæ alicuius fucum, ſed animæ purgationem tibi rex munificus pollicetur, moras excuſationéſque nectis, impedimen

C ta cauſáſque affers. Debebas ad hoc donum accurrere, ô rem admirandam: Renouaris, nec conflaris: Refingeris, nec contereris: Curaris, nec dolorem ſentis, & tamen hanc grātiam non expendis. Si enim hominum ſeruus eſſes, ac libertas omnibus proponeretur, nonne ad conſtitutum diem inſtructus venires, aduocatos pretio conductos & iudices ſollicitares, vt omni conatu libertatem reciperes. Quin alapam quoque extremam ſeruorum plagam pro liberatione omnis in futurum in famiæ ac probri libenter ſubires. Poſtquàm verò te ſeruum, non hominum, ſed peccati, ad libertatem præco vocat, vt te à ſeruitute ſoluat, ac angelorum conſortem ciuémque faciat: præterea dei filium per gratiam factum, cœleſtium hæredem bonorum conſtituat: nondum eſſe tempos hæc dona excipiendi cauſaris? O iniquas excuſationes. O infamem vanámque occupationem. Quouſque tādem voluptates, quouſque vani affectus? Longo nimis tempore mūdo viximus. Reliquum vt & nobis ipſis viuamus. Quænam quæſo, animæ digna compenſatio? Quid æquè regno cœlorum D comparandum? Quis fidelior tibi conſiliarius quàm deus? Quis ſapiente prudentior? Quis homo vtilior? Quis creatore familiarior? Nec Euæ ſerpentis conſilio credidiſſe magis, quàm domini profuit. O ſermonem nefandum, ſanati curarique non vacat: ne lucem mihi oſtende: ne ad regem regnúmque me deducas. Nonne tu hæc, imò abſurdiora longè dicere videris? Enimuero ſi publicis tributis obnoxius eſſes, debitorum autem remiſſio teis circunquaque nunciaretur: deinde quiſpiam te hoc publico munere priuare conaretur, doleres, clamaréſque communis gratiæ parte per iniuriam priuari. Poſtquàm verò non ſolum præteritorum remiſſio, ſed etiam futurorum dona palàm proponuntur, non audis, ſed ipſe te lædis, quantum nec inimici fortè læderent. Conſultúmne tibi ac vtiliter cogitatum exiſtimas, ſi quis ius immunitatis tuum ac huiuſcemodi remiſſionem tibi abſtulerit, ære quoque alieno te premi patiatur? Maximè cum ſcias, quòd mille talentorum fortè debitor remiſſionis munus facilè conſequeris, niſi tute tibi ex inhumanitate in proximum tuum gratiam abſtuleris. Quod ne patiamur, fratres dilectiſſimi, magnoperè animaduertendum poſteaquàm hanc gratiam adepti ſumus, ſed debitoribus noſtris remittamus, vt firmū nobis ſit hoc donum. Sciſcitare aliquantulum conſcientiam, ingredere in promptuarium animæ ſecretius, præteritorum memoriam apud te parumper excita. Si enim plura ſunt peccata, multitudine ne terrearis. Vbi delictum abondauit, ſuperabundabit & gratia, ſi eam receperis. Plus enim debenti plus remittitur, vt vehementius amet. Si autem parua, nec admodum lætalia fuerint delicta, quid de futuro ſollicitaris, qui generoſè præterita etiam non Chriſtiana lege inſtructus diſpoſuiſti? Nunc verò tu te conſidera, in examine trutináque tuam eſſe poſitam animam: hinc ab angelis, inde à dæmonibus abſtrahi meditare. Quibus cordis lancem inclinabis? Quid apud te vincet, carniſne voluptas, an vitæ ſanctitas? Præſentium oblectatio, an futurorum deſiderium? Angeli ne te ſuſcipiant, an retinebunt te, qui te iam impediunt ac detinent? Teſſeram duces ſub ſe militantibus dāt, vt amici faciliùs inuicem ſe noſcentes exhortētur, & ſi cum hoſtibus commiſceantur, eo faciliùs diſcerni ac ſeparari poſſint. Quòd ſi fortè commilitonum ſeparatio fiat, nemo te, quarum, noſtrarū, an aduerſarij partium ſis nouerit, niſi myſticis ſignis familiaritatem præ te feras, niſi ſignatum ſit ſuper te lumen vultus domini: niſi characterem tu te agnoſcat angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodo, inquam, dices dei ſum, ſigna non oſtendens? An ignoras

ignoras quemadmodum ſignatas domos in Ae-
gypto exterminator præterit, in non ſignatis ve-
rò primogenita peremit? Theſaurus non obſig-
natus furibus facilè patebit. Quis item abſque no
ta inſidiis protinus eſt obnoxia. Iuuenis es? æta-
tem freno baptiſmi retine. Flos abeſt ætatis? vi-
de ne ſenectutis viaticum deſit, ne arcem & pro-
pugnaculum per inconſiderantiam atque igna-
uiam amittas, neu de vndecima hora ſicuti de pri
ma rogita. Quãdoquidem & illi qui iam primum
incipit viuere, mortem ante oculos habere conti
nuò eſt opus. Si quis medicus commentis ac ma-
chinis quibuſdam te iuuenem è ſene reddere ſe
A recepert, ad eam profectò diem omni ſtudio ve
nire curares, in qua ætati floridæ te reſtituendum
videres. At nunc cum anima tua, quam omni ſce-
lere contaminatam reddidiſti, per baptiſmum re-
nouari ac regenerari nuntietur, tantum deſpicis
beneficium, nec vltrò properas, aut id pollicenti
ſis obuiam. Num non tanti muneris rem miram
videre deſideras? Quomodo videlicet abſque ma
tre regeneretur homo, quomodo vetus ac ſecun-
dum deſideria erroris corruptus rurſus in puber-
tatem, ætatiſque florem reconcinnetur? Baptiſ-
mus igitur eſt captiuorum & æris alieni remiſſio,
peccati mors, animæ regeneratio, amictus ſplen-
dens, character indeprẽſibilis, cœli iter, regni cœ-
leſtis conciliatio, adoptionis gratia. Tantis itaque
ac talibus bonis miſer potiorem ducis voluptatẽ?
Noui enim tuam cunctationem atque pigritiam,
quanquam rebus diſſimulare contendis. Ipſa e-
nim facta, & ſi taces, contra clamant. Mitte, in-
quis, ſuperſede: Interim carne, ætatiſque flore a-
butar, in luto voluptatum porcorum more volu-
tabor, manus ſanguine fœdabo, alienum auferam
B doloſè ambulabo, peierabo, mentiar. Tunc deni-
que cum ſatur ero, malis deſiſtam, baptiſmum ſuſ-
cipiam. Si ergo res honeſta eſt peccatum, hoc vſ-
que ad extremum cuſtodi. Si patranti turpis ac
nocens, quid in eo perſeueras quod pernicioſum
eſt? Nullus enim bilem euomere quærens, maio-
rem eam ex mala intemperantique diæta redde-
re cogitabit. Corpus nanque malis graſſantibúſ-
que purgari humoribus, ne morbus conualeſcat,
eſt opus. Videtur nauis aliquouſque impoſitorum
onera & grauitatem ferre, ſi vero modus exceda-
tur plus æquo grauata periclitabitur. Vide ne &
tu ſimilia patiaris, maiora continuò admittendo,
quàm ea quę remittęnda tibi per baptiſmum pro-
mittebantur: & antequam i[illegible]tum contingas
portum, naufragium facias. An putas tua facta
deus non videat, tuam non conſideret mentem,
aut fortè iniuſto tibi opituletur? Putaſti, pſalmus
ait, quòd ero tui ſimilis. Tu nanque mortalis ho-
minis amicitiam reſpiciens, ob eius beneficia illi
obſequens, ac morigerulus exiſtis: dicíſque prop-
terea ac facis, quæcunque ei grata eſſe putaueris.
Deo autem familiaris eſſe filiúſque adoptari cu-
piens, illi tantum aduerſa inimicáque, vnde potius
C noxam contrahis, continuò geris & per legis trãſ-
greſſionem deum inhonorans, inde tibi illius fa-
miliaritatem polliceris, vnde ipſum magis offen-
dis. Vide ne liberationis ſpe, malorum tibi acer-
uum congerens, peccatum quidem cumules, ve-
niam autem non apprehendas. Non irridetur de-
us: ne mercare gratiam: neu dicas: Bona lex,
ſed dulcius peccatum. Voluptas nanque diaboli
eſt hamus, ad perniciem deducens. Voluptas, in-
quam, peccati mater, peccatum vero mortis ſti-
mulus. Voluptas demum perpetui vermis nutrix,
ad tempus admodum breue poſſidentem demul-
cet. Poſtremò vero acerbioris exitum triſtitiæ ſor
titur: Cunctatio nanque ad baptiſmum pœniten-
tiámque, nihil aliud clamare videtur, quàm in me
ante regnet peccatum, deinde aliquando regnet
etiam dominus. Aſſint mihi membra, iniuſtitiæ &
iniquitatis arma, deinde aſſumam aliquando etiã
arma iuſtitiæ deo. Sic & Cain ſacrificia offerre ſo-
lebat, primum quidem pro voluptate propria, de-
inde illius præbitori, ac creatori deo. Quando fa- D
cultas, ætáſque viget, te libidinibus tradis. Quan-
do vero membra languent, tunc deo potiſſimum
offerre ſtudes: cum ſcilicet ob ingruentem & in-
ualidam ſenectam, his vti non amplius licet: quo
maximè tempore, pudicitia ſeu temperantia vo-
cari non poteſt: ſed laſciuiendi potius & luxuriã-
di adempta facultas. Mortuus enim minimè coro
natur. Nec iuſtus aliquis dicitur, cui malefacere
non licet. Dum itaque poteſtas adeſt, dum corpus
valet dum ratio viget, peccato diminuate. Virtus
enim hæc eſt vitatio mali, ſtudium boni. Vacare
autem à malo tantum per ſe, nec laude nec vitupe
ratione dignum. Si ætate prohibitus à peccato de
ſiſtis, debilitatis gratias agendum. Optione non
neceſſitate bonos laudamus. Quis tibi vitæ termi
num fixit? Quis ſenectutis metam terminauit?
Quis apud te tam fide dignus futurorum ſpõſor?
Non vides pueros ſæpenumero ab vbere raptos:
non ætate floridos mori vides? Nullum certum
terminum habet hæc vita. Quid expectas, benefi-
cio febris baptizari, quando nec ſalutaria verba
loqui, nec item audire commode poteris, morbo E
caput occupante? Non manus in cœlum tollere,
non in pedes erigi, non genua adorando flectere,
non commode doceri, non ſecure ac liberè confi
teri, non cum deo conuenire, non cum aduerſa-
rio decertare, forte nec ſcite inter initiandum ſub
ſequi, dubitantibus etiam præſentibus, num gra-
tiam ſentias, an ſine ſenſu quæ agantur accipias,
Quando vero cum ſcientia quoque gratiam acci-
pis, tunc talentum quidem habes, lucrum vero
nondum accepiſti. Hæc itaque animaduertens,
ſtude Chananæam imitari. At, inquis: Filiã male
à dæmonio poſſeſſam non habeo: habes tamen
animam immundo ſpiritu occupatam. Quid ait
Chananæa? Miſerere mei. Filia mea male à dęmo
nio torquetur. Magnus enim dæmon, peccatum.
Qui dæmonium patitur, miſericordiam inuenit:
qui autem peccat, odium ſibi contrahit. Ille venia
dignus, hic nequaquam excuſatur. Miſerere mei:
breue admodum verbum. Magnum vero Chriſti
humanitatis pelagus vbi miſericordia, non exigi
tur ratio: vbi inquam miſericordia, iudicium va- F
cat, ſalus permiſſa: denique ſalutaria omnia. Ita-
que quanuis extra gratiam ſis clama: Dic, miſere
re mei, non labra mouendo, ſed mente vocem e-
mittens. Nam & ſilentes audit deus. Non locus,
ſed propoſiti initium requiritur. Hieremias enim
in luto erat, & deum attraxit. Daniël in leonum
lacu deum placauit. Tres pueri in camino deum
promeruere. Latro non cruce prohibitus, quin
paradiſum aſſecutus fuerit. Iob in ſtercore deum

Baptiſmi dign[illegible]

Chananea imitanda.

Miſericordia eſſ[illegible] [illegible]

ad miſericordiam prouocauit. Igitur vbicunque fueris, ora: vel ſi ante iudicem, ora. Mare antè aderat, retro Aegyptij inſectabantur, medius Moſes in loci anguſtia orabat: nihil attamen loquebatur: & ait ei deus: Quid clamas, & os tuum tacet? Cor enim clamat. Tu quoque cum ante iudicem aut pręſidem minantem, aut vim afferentem fueris conſtitutus, ora deum. Te nanque orante laborum ac tribulationis fluctus contrahentur. Dominus propè eſt: Non hominem eſſe putes, continuò adeſt, vbique adeſt, & omnia complet. A Si hominem fortè adire ſeu petere vis, ac quid agat ſcire, dicunt: dormit, occupatus eſt. Imitare Eunuchum. Incidit ille in inſtruentem docétémque, nec diſciplinam ſpreuit. Verum ſtatim diues pauperem in currum accepit: idiotam & deſpectum magnificus ac ſublimis: ac demum edoctus euangelium regni continuò fidem in cordis penetralibus concepit, nec obſignationem ſpiritus diſtulit. Nam mox vt incidit in aquam. Ecce, inquit, aqua. Cum gaudio hoc dicebat: Ecce quam quærebamus: Ecquid, me baptizari prohibet? Vbi nanque prompta voluntas, nihil eſt quod impediat. Qui vocat benignus, qui miniſtrat paratiſſimus gratia abundè expoſita modo alacritas adſit, impedimentum ceſſet. Vnus eſt prohibens, qui nobis ad ſalutem obſtruit viam, quem omni ſtudio ac prudentia vitare oportet. Ille, inquam, torporem ac deſperationem nobis iniicit, nos ad opus ſanctum exurgamus. Ille vana ſpe corda noſtra deludit. Ipſius ergo cogitationes non ignoremus. B An non hodie peccare, cras vero iuſtè agere, pietatem differre, nos exhortatur? Idcirco dominus eius occurrens inſidiis: Hodie, inquit, ſi vocem meam audiueritis, nolite obdurare corda veſtra. Ille vero ait: Mihi hodie, cras deo. Dominus contrà: hodie vocem meam audite. Noſce, obſecro, inimici dolos: vt omnino, ſtatímque à deo auertaris, conſulere non audet. Nouit enim hoc graue admodum Chriſtianis. Verum artibus inſidioſis aggreditur. Serpens eſt, & ad decipiendum argutus. Intelligit enim quemadmodum nos homines, præſens libenter recipimus tempus: omniſque actio humana in præſens contendit atque ſpectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur aſtute, & ſpem facit craſtini. Poſtquàm craſtinum venerit, rurſus malus diuiſor ſibi hodiernum, craſtinum vero domino dari petit. Sic continuò diem de die trahens, voluptate præſenti & ſpe frugis, noſtram ſubducit latenter vitam. Vidi ego iam auis aſtutæ miram artem, cum pullos ſuos videat adhuc ob debilitatem prædæ periculo C expoſitos, ſeſe aucupi ante illos vt prędæ paratam offerre, ita ſeſe vertentem ac geſtus diſpéſantem, vt nec periculo penitus aut manibus ſe præbeat, neque item inſidianti ſpem omnino eripiat. Sic itaque illum inter vtrunque verſando, occupando, in ſe retinendo, ſpatium dat natis otioſè fugiendi. Ipſa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi ſimilia patiaris, certa pro incertis relinquens, ſpem firmam vana commutans. Trade itaque te Chriſto totum, da nomen tuum, aſcribéque eccleſiæ. Nam & miles legitimus catalogo aſcribitur. Athleta cóſcriptus pugnat. Ciuis numero ciuium adſcriptus in ſua connumeratur tribu. His tu omnibus obnoxius es vt Chriſti miles, vt pietatis athleta, vt conuerſationem adminiſtrationémque in cœlo habens: in hoc libro præſenti conſcribere, vt in altero ſuperiore conſcribi merearis. Diſce euangelicam diſciplinam, oculorum modeſtiam, linguæ cótinentiam, corporis caſtigationem, ſuperbiæ compreſſionem, cogitationis puritatem iræ extinctionem. Vim patiens quod non rapitur adde, defraudatus ne ad iudicium accerſe. Habitus odio, nihilominus ama. Inſectationem vidés, tolera. Maledicto laceſſitus, obſecra. Moriare peccato. Cum Chriſto crucem ſubi. Omnem transfer atque colloca in dominum charitatem. Dura hæc, inquis. Quid enim bonum ac facile? Quis dormiens trophæum fixit? Quis in deliciis ac tibiis corona fortibus viris debita ornabitur? Nullus non currens brauium aſſequetur. D Labores gloriam pariunt, & angûſtiæ periculáque coronas promerentur. Permultas (inquit) tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, dico hoc & ego, ſed has tribulationes regni cœlorum felicitas ſubſequetur: peccatorum vero labores, gehennæ dolor, & immortalis triſtitia manent. Nam qui diligenter res conſiderat humanas, facilè conſpiciet: nec ipſa diaboli opera patrantes, à laboribus eſſe immunes. Nam cum temperantiæ nullus ſit æſtus aut ſudor, libidinoſus voluptatis ſeruus, præterquam quòd eius gratia multas ſæpe anxietates animi ſuſtinebit, corpus & iam ex intemperantia tabefacit. Noctes, inquis, inſomnes ſunt in oratione vigilantium. At longè duriores in iniuſtitia, iniquitate, ambitione, auaritia pernoctantium. Nam & timor in furtis deprendi, aut in voluptatibus ardor & ſtimulus, omnem penitus E requiem & animi tranquillitatem aufert. Si viam anguſtam quæ ducit ad vitam euitas, & longè latiorem peccati ſequeris, vereor ſatis ne nó latam vſque ad extremum, deinde & competens diuerſorium, inuenias. Theſaurus is dices ſeruatu difficilis? opus eſt vigilia. Habes ſi velis adiutores, orationem noctis cuſtodiam, ieiunium domeſticam cuſtodem, pſalmodiam animum recreátem. Has igitur ſuſcipe comites. Ipſe tibi per noctem in ſeruandis his rebus pretioſis auxilio ſint. Quid enim præſtat, dic mihi, aut nos diuites circa rerũ poſſeſſarum curam ſolicitari, ſeu nihil ab initio quod cuſtodiamus habere? Nullus enim metu amittendi bona deſpiciet. Sic nanque in rebus humanis, ſi malos cuiuſlibet rerum euentus computare, aut conſiderare velimus, nihil omnino poſſideretur aut ſubſiſteret. Nam & colonis metuendum eſt ſterilitatis damnum: Mercatoribus nau- F fragia, nuptiis viduitates, patribúſque & educationibus incertos liberorum exitus formidanda. Attamen in primis alacriter opus aggredimur, ſpe bona nixi: rerum vero exitum deo probè omnia diſponenti committimus. Tu vero ſanctificationem baptiſmi verbo quidem laudas, opere vero cum prophanis ac deploratis commercium habes. Videne tuorum conſiliorum pigeat, cum ſe ſera nihilque profutura pœnitentia ceperit. Diſce prudentiam, virginum exemplo. Illæ oleum in vaſis non habentes, quando ſponſo ire obuiam oportuit, tunc neceſſaria deficere ſenſerunt: Ideo fatuas eas euangelium vocat, quoniam dum tempus ferendi erat olei, id prodigendo comedendóque abſumentes, extra fores ſunt eiectæ, ac à

Haec aui Helianus perdicem dicit eſſe.

Virgines fatuæ.

ſponſi

ſponſi pulchritudine probibitæ. Ne igitur & tu
frater annum de anno, menſem de menſe, diem
de die trahas,&oleum luminis nutrimentum ne-
gligens, in diem quam non expectas quandoque
incidas, ac te benefaciendi occaſio vita deficien-
te deſtituat: & morbo præualente in animi angu-
ſtia conſtitutus, à medicis domeſticiſque deſerta-
tis. Quando, inquam, extrema erit anxietas fe-
briſque ardore viſcera adurentur, dolebis miſer,
dolebis corde penitiore, nec habebis qui condo-
A leat: ſed tantum tacito inexplicatóque murmure
muſſitabis, apud te dicens: quàm contempta eſt
mea ſtultitia. Quis baptiſmum dabit? Quis ſtupi-
dum ac letali ſomno oppreſſum admonebit? Pro-
pinqui? At hi mœrebunt. Alieni? At hi deſpici-
ent. Amici? At hi talia memorando, te turbare ve
rebuntur. Scilicet & medicus decipiet: nec tu vi-
tam omnino deſperabis, cum natura maximè om
nibus deſideretur. Nux fortè continget, nec adiu-
uantium facultas, non item qui baptizat aderit.
Mors irruet, te rapientes ſtatim aduolabunt. Quis
liberabit? Deus tibi deſpectus. At, inquis, me tunc
exaudiet: tu vero nunc non ipſum audis? Præſcri
ptum tempus aliquod addet. Scilicet quod dato
bene es viſus? Ne miſer decipiaris: Nemo te ina-
nibus ſeducat verbis. Aderit tibi repentinum exi-
tium, ac interitus ſimilis procellæ te euertet. Ve-
niet angelus triſtis, per vim tuam rapiens tot pec-
catis irretitam animam: téque demum magno-
pere cruciatum, & abſque voce querentem, præ-
cluſo lamentis vocis organo, ad nigra tartara de-
ducet. Heu quantum teipſum afflictabis, quan-
B tum præteritorum pœnitentia conſiliorum ſuſpi-
rabis, quando iuſtorum tot illuſtribus donis or-
natorum videris claritatem: parte altera peccato-
rum triſtitiam in profundis tenebris ſpectaueris,
qualia tunc corde tecum volutabis? Me miſerum
dices, cur peccatorum grauiſſimam hanc ſarci-
nam, cum licuerit ac iam facile fuerit, non abieci?
O quàm durum malorum aceruum mecum tra-
ho? Me miſerum quòd haſce peccatorum ſordes
non ablui, quod peccatis ita ſum commaculatus.
Iam in bonis cœleſtibus delitiatur. O praua mea
conſilia: ob breuem peccati voluptatem æternũ
crucier? Ob carnis modicas delicias, æterno tra-
dar igni? O iuſtum dei iudicium: vocatus eram,
nec audiebam: docebar & non attendebam. Ob-
teſtabantur me, & ego ridebam. Hæc & his ſimi-
lia flendo dicens, hos edes ſupremo tempore
queſtus, ſi ante baptiſmum hinc diſcedes. Homo,
ſi gehennam metuis, ſi regnum affectas ne voca-
tionem ſperne, ne vanas innecte cauſas, ad excu-
ſationem nulla idonea cauſa, nulla ratio. Mihi au-
tem lachrymas fundere ſuccurrit, dum conſidero
te gloriam dei turpibus ac probroſis factis poſt-
C habere, & ob incontinentiæ licentiam volupta-
tiam in peccato fixum, vnde auelli difficile admo
dum fuerit, tete à tanta bonorum expectatione
per inconſiderantiam excludere, vt tibi cœleſtis
Hieruſalem gloriam ſpectare non liceat. Ibi nan-
que angelorum millia, primorum parentum con-
uentus, apoſtolorum ſedes, tribunalia Propheta-
rum, patriarcharum ſceptra, martyrum coronæ,
iuſtorum laudes cumulatiſſimè ſpectabuntur.
Quamobrem tu ſi ſapis, inter hos purgatus omni
tabe, omnique crimine abſolutus, connumerari
tota mente, totiſque viribus exopta, gratia dei &
domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria &
imperium in æterna ſæcula.
Amen.

IN EBRIETATEM ET LVXVM

*quibus die Paſcha populum affe-
ctum vidit.*

D

MOuent me quidem fratres
ad hunc ſermonem veſper-
tina ſpectacula: illud vero
meum retardat animũ, me-
ámque in dicendo alacrita-
tem hebetat atque abrum-
pit, quod ex iis quę apud vos
tentaui, nullum prouenien-
tem conſpiciam fructum. Nam & agricola ſemi-
num primò iactorum germinibus nullis exurgen
tibus, deſperatione quadam pigritiáque ad alias
rurſus ſementes faciendas capitur. Si enim in tot
admonitionibus, quas & ſuperiore tempore vos
adhortando non prætermiſimus, & deinceps ſep-
tem iſtis ieiunij hebdomadis nocte ac die per e-
uangelicam vos doctrinam ſine intermiſſione ob
teſtati, nihil penitus profecimus: qua vos ſpe ho-
dierna die alloquemur amplius, aut adhortabi-
mur? O miſeri, quot noctibus fruſtra vigilaſtis,
quot diebus fruſtra conueniſtis, ſi tamen & fru-
ſtra. Nam qui in bonarum actionum profectu ſe-
mel fuerit, deinde ad antiquam viuendi redeat cõ
ſuetudinem, non ſolum eorum quos eſt paſſus la
borum præmium non ſumet, ſed longè grauiori- E
bus dignus eſt pœnis: quòd cum dei verbum de-
guſtauerit, & myſteriorum notitia dignatus fue-
rit, breui admodum delinitus voluptate cuncta
prodiderit. Nam paruus quidem & infirmus ve-
nia dignus eſt: potentes vero (vt dicitur) poten-
ter examinabuntur ac punientur. Veſper vnus,
impetus inimici vnus, omnem præteritum labo-
rem prodidit atque diruit. Quæ igitur alacritas,
quæ induſtria dicendi reliqua mihi? Itaque ſcito-
te me omnino taciturum fuiſſe, niſi Hieremiæ
meruerem exemplum: qui ad populum contu-
macem atque incredulum loqui minimè volens,
illa paſſus eſt quæ ipſe narrauit. Quomodo vide-
licet verbum dominum ſit illi factum velut ignis
in interioribus, qui & vbique illi adfuerit, & quẽ
ferre nequiuerit. Fœminæ laſciuæ, dei timoris o-
blitæ, ignis æterni minas nihili pendentes, in die
tali, quando eas ob reſurrectionis memoriam, do
mi honeſtè conſidere oportebat, ac illius diei re-
cordari, in qua cœli quidem aperientur: appare-
bit verò nobis iudex è cœlis, & tubæ dei, & reſur-
rectio mortuorum, & iuſtum iudicium, & cuiuſ-
que retributio pro iis quæ geſſit, pro eo, quod de F
bis rebus cogitarent, corda ſua à malis concupiſ-
centiis repurgarent, præterita delicta lachrymis
delerent, ad occurſum Chriſti & magnum illum
apparitionis ipſius diem ſeſe præpararent, abie-
cto ſeruitutis Chriſti iugo, capita honeſtis oper-
ta velaminibus impudicè retegentes, deum, & e-
ius angelos deſpicientes, ad marium aſpectus im-
pudentes diffuſę comas, tunicarum luxum oſten-

mores: Pedibus geſtientes,ac oculo petulco, riſu
laſciuo,ad ſaltationem inſanientes,iuuentutis in-
temperaotiam in ſe prouocantes: In locis ſacris
pro mœnibus ciuitatis choros conſtituentes, ea
profanauerunt, ac omnium probrorum officinas
reddidere. Aërem inſuper meretriciis cantibus,
terram vero pedibus laſciuè ſaltando contamina-
uere, inſtar theatri cuiuſdam adoleſcentium ca-
teruas ſibi circunſiſtentes. Denique inuerecundæ
omnino ac inſanæ mulierculæ nullam inſaniam,
nullum probrum prætermiſere. Hæc itaque quo-
modo tacebo? quomodo dignè conquerar? Vi-
A num profectò harum ſtragem animarum nobis
fecit. Vinum dei donum ad infirmitatis robur ac
ſuſtentationem ſapientibus conceſſum, nunc ve-
ro inſtrumentum incontinentię intemperantibus *Ebrietatis mala.*
eſt factum. Ebrietas dæmon eſt voluntarius, ex
voluptate animabus noſtris inditus. Ebrietas ma-
liciæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum red
dit ignauum, ex temperato facit laſciuum, iuſtitiā
ignorat, prudentiam extinguit. Sicut enim aqua
igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationem
ſupprimit. Quamobrem vereor contra ipſum ali
quid dicere, non vt te paruo quidem aut contem-
nendo malo, ſed quòd nihil ſim per meum ſermo
nem profecturus, neċ aliquid vtilitatis allaturus.
Si enim ebrius inſanit ac tenebris obuoluitur, va
nus labor fuerit apud non audientem verba face
re. Quos igitur alloquemur, ſi quidem is qui ad-
monitione indiget, minimè dictis auſcultat? So-
brius vero & qui ſapit, omni animi affectu purga-
tus nullum ex verbis expectat adiumētum? Quid
igitur faciam, ſi & oratio mea ſit inutilis futura?
ſilentium vero deſperationem reſipiens? præter-
B ibimus ne diligentiam? At negligentia periculo-
ſa, quamobrem loquar. Omnino loquar aduerſus
ebrios, & apud ſepultas aures clamabimus. Quan
quam vt in peſtilentia ſolet euenire, ij qui corpo-
ra curant, ſanos quidem & eo morbo liberos ad-
iumentis quibuſdam ad ſanitatem ſeruandam fa-
cientibus, ſecuros reddunt: Illos vero qui iam af-
fecti ſunt, minimè attingunt: Sic ſermo noſter ex
parte tantum aliqua proficere poterit, cuſtodiam
& cautionem his qui morbo iſto nondum labo-
rant monſtrando: hos vero qui iam illo tenentur
prætereundo. Qua in re dic homo miſer à brutis
differs? nónne rationis munere, quam à deo om-
nium conditore accepiſti, reliquæ creaturæ om-
nis factus dominus & imperator? Hoc igitur te
mentis lumine per ebrietatem priuans, inter be-
ſtias ratione carentes annumerari poteris, ſimi-
liſque illis videri. Imò & beſtiis lōgè peiores eos
exiſtimauerim qui ab ebrietate ſuperantur, quum
illæ coeundi ſtatas habeant leges & horas, at ij,
quòd plus æquo ſe vino ingurgitauerint, corpúſ-
que ſuperuacuo calore concitauerint, in commiſ-
C cendo nullius temporis & horæ rationem haben
tes, nequiſſimis complexibus & amoribus inter
ſe vtuntur. Nec ſolum eo peiores brutis quòd
mente inſani aut ebrij, ſed etiam quod ſenſibus
longè infra illa deficere videantur. Quod, quæſo,
animal ita viſu audituue atque ebrius homo debi-
litatur? Nonne familiariſſimos interdum igno-
rant, alienis vero ſępe vt domeſticis congrediun-
tur? Aoooo vmbras ſæpenumero, tanquam ſul-
cos aut loca prærupta tranſſiliunt? Aures terrifi-
co ſonitu more fluctuantis maris refertas habent:
Terra interdum inſurgere, ac in arduum ac rectū
erigi, montes vero circummoueri videntur. Quā-
doque ab re & præter modum rident: nunc vero
ſine conſolationis remedio plorant, nunc item
audaces & temerarij: mox timidi & ignaui. His
etiam ſomni ſunt graues, ægrè reſpirantes & pro-
pe ſuffocantes, ac reuera morti vicini. Vigiliæ ve-
ro ſomnis ſtupidiores. Inſomnium quoddam eſt
vita ipſorum, qui cum nec veſtem habeant, nec
quod comedant vſque in craſtinum, & regna ad- D
miniſtrant & exercitibus imperant, in ebrietate,
& ciuitates ædificant, & pecuniam diſtribuunt.
Talibus vinum phantaſmatis, talique deceptione
feruēs ipſorum corda poſſidet. In aliis vero alios
ſæpéque contrarios exercet actus. Nonnullos vi-
deas deſperabundos, triſtes atque dolentes, ſem-
per querulos ac lachrymis refertos. Merum in
differentibus corporum habitibus, differentes a- *Vini effectus.*
nimæ perturbationes exercet. Eos enim quibus
ſanguinem ad ſuperficiem vſque ſuffundit, lætos
& hilares animo reddit. In eis vero qui graui ha-
bitudine, frigidóque circum præcordia ſanguine
corripiuntur, contrarios producit effectus. Sed
quid opus reliquam perturbationum cateruam
numerare, morum peruerſitatem, promptitudi-
nem illam ad iracundiam, ad querelas, celerem ac
repentinam animi ad omnia mutationem, ſtrepi-
tum multum ac tumultum, facilem ad dolos de-
ductionem, ad omnes iræ motus inconſideran-
tiam? Voluptatis vero incontinentia omnis, ex
vini fonte originem vimque habens, præceps ad E
omnem impuritatem atque intemperantiam ru-
it. Animalium omnium libidinum fœditatem ſu-
perat, quum bruta naturæ leges in hoc genere no
ſcant atque obſeruent: ebrij tantum in mare fœ-
minam, in fœmina marem quęrunt atque optant.
Nec cuncta quæ ex ebrietate mala procedunt, fa-
cilè proſequi oratione fuerit. Nam incommoda
damnaque & peſtilentiæ temporis interuallo ho-
minibus proueniunt, cœli grauitate paulatim ho-
minum corpora inficiente. Quæ verò ex vino
ſunt, ſtatim irruunt: ſic animam perdentes, vt eam
ſqualidam, ſtigmatéque plurimo maculoſam re-
linquant. Sed & ipſum corporis habitum cor-
rumpunt, dum non ſolum abundantia volupta-
tum ad laſciuiam inſanientium illos labefactant,
& diſſolutos reddunt. Sed & corpus tumidum,
putidum, muſcoſum, & vitali vigore priuatum
circumferentes. Nam eos videre licet oculis li-
uentibus, cute ſuppallida, ſpiritu graui, lingua
balbutiente ac demiſſa, voce confuſa, pedibus
puerorum more infirmis ac titubantibus, exe-
crationes frequentes ex inanimatis defluentes.
Miſeri profectò, ac longè miſeriores quàm flu-
ctibus agitati, quos fluctus aliis alij ſuccedentes
à tempeſtate liberari non ſtatim ſinunt: Sic ho- F
rum animæ madentes, vino ſubmerſę ſunt. Quam
obrem veluti nauigia quando fluctibus procel-
læ acceptis grauantur, neceſſariò commeatus va-
cuatione ac proiectione leuanda ſunt: ſic ebriis
rerum ſtomachum grauantium vacuatio neceſſa-
ria, ex quo & vomitione, & deiectione frequen-
ti vix leuari poſſunt: tantò naufragis deteriores,
quantò

quantò illi res cauſantur externas ventos & mare: hi verò ſponte periculum adeunt, & ex ebrietate ſibi volentes tempeſtatem pariunt. Lymphatus & malo dæmone captus, miſericordia quidē dignus: ebrius verò eadem ferè & ipſe patiēs, minimè miſericordia dignus, qui ſpontaneo ſeruit dæmoni. Quin & tales remedium quærunt ebrietati, nonne aliquid moleſti ab illa patiantur curando, ſed minimè deſiſtendo, in eaque continuando. Dies enim admodum parua, breuis etiā nox vel hyberna potando videtur. Denique huius mali finis nullus eſt. Ipſum nāque merum in-

A explebilem continuò ſitim addit, nec neceſſariū quærit vſum, ſed ad alium irrefragabiliter potum inuitat, quum ardentes ebrios, ac ſemper bibendi cupidiores reddit. Fit autem vt dum ſtudio inexplebilem bibendi ſitim ſibi comparare volunt, contraria his penitus quæ optauerunt, patiantur, ac voluptatem, quam omni ſtudio quærunt, omnino amittant. Luxus enim huiuſcemodi aſsiduitate ſenſus tabeſcūt. Nam ſicuti viſum id quod ſummè ſplendet hebetat atque vaſtat, & magni ſonitus ac ſtrepitus ob exceſſum auditum tollūt: ſic & iſti ob aſsiduam atque immodicā voluptatem ſeſe vaſtant atque corrumpunt, & à delectationis via omninò auertunt. Vinum nanque illis inſipidum ac dilutum eſt, etiam ſi ſit meracius. Tepida verò recentis ſuſceptio, etiam ſi ſit copioſiſsima, etiam ſi nix ipſa ſit, vini tamen flammam intus ardentem ex potus immodicitate extinguere non valet. Cui væ? Cui tumultus? Cui iudicia? Cui triſtitia & rixa? Cui contritiones ſuperuacuę? Cuius oculi liuentes ſunt? An non illis qui vino

B immorantur, & quærunt vbinam bene poti euadant? Væh lamentabilis vox. Lamentatione quidem digni ſunt ebrij, quòd ex Apoſtoli ſententia regnum dei non conſequantur. Tumultus in eis oritur & turbatio ob vini potentiam, rationi & cogitationibus aduerſantē. Præterea triſtitiæ ob amaros optandi voluptatis exitus. Horum nāque pedes vt vincti debilitantur. Manus ex fluxionibus vini cauſà eò deſcendentibus continuò mouentur: quanquam ante omnia mala hæc in ipſo potationis tempore ſimilia phreneticorum eis eueniunt. Quum enim cerebrum æſtu ex vini vapore redundante vacillat, dolorem intolerabilē capiti parit. Ex quo caput rectè ſupra humeros cōſiſtere non valens, huc illuc vertebris diſſolutum iactatur. Rixam verò vocat immoderatas in ſymposiis & contentioſam garrulitatem. Contritiones etiam nominat, corporis ægritudinis ſignificans, in quas ebrij quoque ob varios morborum caſus incidere ſolēt. Sed quis horum admonebit

C vino ſepultos, qui ex crapula cōtinuò dormitant, capite grauantur, oſcitant, caliginem ob oculos habent, ob nauſeam faſtidiunt. Quamobrem ſapientiæ magiſtros inclamantes minimè audiunt. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et rurſus: Res eſt immoderata vinū, & probroſa ebrietas. Quibus ſanè verbis ipſi minime auſcultantes, ebrietatis fructum nimirum referunt. Tumeſcit enim corpus, oculi humoribus prægrauantur, ora ſiti ardentia, fauces continuò ſiccæ. Nam ſicuti valles, donec torrentibus inundantur, plenæ eſſe videntur: vnda verò deſinēte ſtatim ſiccæ vacuæque remanent: ſic & vinolentorum ora vino ac potatione durantibus exaturantur ac madeſcunt: paulò pòſt continua ſiccitate laborant, ex quo ad frequēter bibendum inuitantur, vnde humor naturalis amittitur. Quæ nāque eſt hominis fructura adeò firma, quæ tantis ebrietatis malis reſiſtat? Quis vnquam madidum ſemper & innatans vino corpus conſeruabit, vt non exile, diſſolutum, & omnibus obnoxium morbis exiſtat? Hinc tremores, hinc debilitates confracto ac debilitato vitali ſpiritu, & excidentibus robore membris ac diſſolutis excitātur. Valetudo enim omni corporis inflationi tumorique ineſt. Quis eſt qui maledictionē Cain in ſeipſum transfert? An non qui

D vino tremit & vacillat per omnem vitam? Naturali nanque firmitate deficiente, neceſſe eſt corpus continuò vacillet atque moueatur. Quouſq; tandem vinum? quouſque ebrietas? Periculū miſer eſt, ne pro homine cœnum lutumque fias. Sic penitus vino deditus marceſcis, ac quotidianā crapulam meri & hoc tabidi, haud aliter quàm vaſa putidà redoles. Hos Eſaias luget: Væh ſurgētibus mane & ſiceram amātibus, ad veſperam vſque in vino permanentibus. Vinum enim illos cremabit. Poſt citharam & ſaltationes vinum bibunt. Opera verò domini non reſpiciunt, & opera manuum eius non conſiderant. Sicera omne quod ebrietatem inducit apud Hebræos vocari ſolet. Quos igitur nunc Propheta deplorat, ij ſunt, qui luce incipiente vinum queritant, œnopolia cauponáſque circumagunt, ſodales cōueniunt, ac inuicem ad potandū inuitant. Omnem denique curam, cætera poſthabentes, in hoc collocant: nec temporis partem aliquam in rerum cœleſtiū atque operum dei conſideratione ponūnt. Eorum

E oculi nunquam ſuſpiciunt, aut ad ſidera tollūtur, vt pulchritudinem & omnē in rebus creatis prouidentiam ſimul & iuſtitiam meditantes, ad ſummi ac ſapientiſsimi dei creatoris omnium cognitionem perfectam charitatemque perueniāt: ſed ſtatim prima luce ſymposia meditantur & curant, tapetibus varijs & aulæis ornant, famulos ad hoc exercent, in hoc omnem curam & diligentiam oſtendunt, vt pocula comparent, vaſa refrigeratoria, crateras ac phialas, ſicut in pompa quadam & feſta die ponentes, vt vaſorum varietas pulchritudoque ſatietatem excludat, admirationique ſit, vtque poculorum commoditate ac mutatione diutius potent. Sed & officia his obeundis adhibent: ſymposiarchos, archiœnochus, architriclinos. Et demum ordo ac diſpoſitio in re inordinata confuſaque conſtituitur: vt quemadmodum principibus mundanis ex ſatellitibus augetur autoritas: ita illi & ebrietati velut reginæ cuidam miniſtros diſponentes, ſummam illius

F turpitudinem, horum ſtudio munerum obtegere contendunt. Inſuper coronæ adhibentur & flores, & vnguenta, & odorum mille genera: quæ omnia rebus perituris ac minimè laudandis ſuperuacaneum pariunt negotium. Deinde cum potatione procedente eò veniunt, vt de augenda hac inſania certent, & de ebrietate per ambitionem contendant: cuius autórem legis diabolū habent: victoriæ verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauſerit meri, is præ cæteris laudatur, is victoriam refert. Atque ita gloria in ignominia illorum eſt. Inter ſe nanque contendunt, & vt in

Ebriorum vitia.

Eſaias de vinolentis.

iudicio aliquo deſenſitant. Quiſnam ſermo tur-
pitudinem eorum quæ hic fiunt vnquam ſatis ex-
plicare poterit? Omnia ſunt confuſione incon-
ſiderantiaque referta, vbi & qui vincunt & qui
vincuntur pariter ſunt temulenti: vbi miniſtri ri-
dent, manus labant, ora madent, venter ciborum
grauitate dirumpitur, miſerum corpus naturali
vigore diſſolutum ac defluens vim ponderis im-
modici ferre non valet. Miſerum profectò chri-
ſtianorum oculis ſpectaculum. Vir ætate florens,
corpore robuſtus, obeúdis in exercitu laboribus
aptus, aliorum ſubſidio domum reportatur, nec
erigere ſeipſum valens, nec propriis incedere pe-
dibus. Et qui terrori hoſtibus fuerat, ridiculus in
A foro pueris videtur, occaſionemque vt ab omni-
bus contemnatur præbet, ſine ferro vulneratus,
ſine hoſtibus enectus. Vir militaris & iuuenis cra
pulæ mancipium fit, ab inimicis quæcúque iuſſe-
rint pati paratus. Ebrietas itaque rationis interi-
tus, fortitudinis pernicies, ſenectus immatura,
mors momentanea. Quid quæſo ſunt ebrij, quàm
gentium idola? Oculos habent, & non vident: au-
res habent, & non audiunt: manus paralyſi affe-
ctas habent, pedes infirmos ac facilè oſtendẽtes.
Quis hæc machinatur: quis horum cauſa malorũ?
quis inſaniæ huius pharmacum nobis propinauit:
Tu homo prælium committis. In aciem iuuentu-
tem educis, facilè vulneratur, ætatis florem vino
abſumis, vocas ad cœnam vt amicũ, poſtea eiicis
vt cadauer, anima illius extincta. Cum putantur
iam eſſe bene poti, tunc bibere incipiũt, potantque
pecudum more, vt ex fonte perenni æquas
ſcaturigines accumbentibus adminiſtrante. Pro-
B cedente autem potatione prodit in medium adu-
leſcens nondum ebrius phialam vini refrigerati
humeris ferens. Is ſubmoto illorum pincerna in
medio aſtans per obliquas fiſtulas æquam conui-
uis diſtribuit ebrietatem. Nouum genus hoc mẽ-
ſtæ, vbi nullus eſt menſuræ modus, vt per pocu-
lorum æqualitatem inter eos nulla ſit inuidia, nec
alius alium bibendo circumueniat aut defraudet.
Arripit quiſque ante ſe poſitũ canalem, vt ex qua-
dam ciſterna more boum ſine reſpiratione vno
hauſtu tantum bibere contendat, quantum vas
illud per argenteam fiſtulam ſuppeditat. Reſpice
parumper ad miſerum ventrem vaſis magnitudi-
nem, vini menſuram capientem quanta ſit conſi-
dera. Hanc tu nequaquam in vas vinarium repo-
nis, ſed in ventrem tuum dudũ repletum demit-
tis. Quamobrem iure clamat Propheta: Væh ſur-
gentibus manè, & ſiceram potantibus, & in vino
perdurantibus vſque ad veſperam, & diẽ in ebrie-
C tate conſumentes, ac nullum tempus ad conſide-
randam dei ſapientiam, & opera manuũ eius di-
gnoſcenda interponentes. Vinum illos cõburet.
Quod ſanè dicit, quoniã vini feruor corpori inſu
ſus, incendium fit ignitorum inimici iaculorum.
Rationem enim ac mentem vinum deprimit: vo-
luptates & animi cæteros affectus malos velut
apũ examen excitat. Quis, dic mihi, currus equo-
rum indomitorum ita præceps fertur, dominum
ſuum excutiens? Quod nauigium ita gubernato-
re deſtitutum, ita fluctibus exagitatum & cõcuſ-
ſum, ſi contingat, vt non ſit ebrio ſecurius? Ex ta-
libus itaque malis viri ac fœminę communes cõ-
ſtituentes choros, maloque dæmoni miſeras tra-

Æquales calices.

dentes animas, ſeſe inuicem libidinum telis con-
fodiunt atque lacerãt. Riſus inter ſe hiſtrionicos,
cantus probroſos, meretricios geſtus ad libidinẽ
inuitantes exercent. Rides, dic mihi, & gaudes
inepta ſtolidaque lætitia: quum lacrymas funde-
re, ac dolere ob ea quæ admiſiſti fas erat? Cantus
profanos exerces, oblitus pſalmorum & hymno-
rum quos didiciſti. Moues pedes, & inſanus ſal-
tas, Choreas ducis imprudens, cum genua ad dei
& domini noſtri Ieſu Chriſti cultũ flectere opor
reat. Quas ego fleam, puellaſne coniugij exper-
tes, an viris coniunctas? Hæ quidem enim illã virgi-
nitate reuerſæ ſunt: illæ verò pudicitiam viris mi-
nimè ſeruauerunt. Nam ſi quæ forſan peccatum
corpore vitauere, animo tamẽ admiſere: quę qui- D
dem & viris mihi ſimul dicta monitaq; ſint. Vidit
ille malè. viſa eſt illa malè. Qui mulierem ad con
cupiſcendum viderit, iam mœchatus eſt in cor-
de ſuo. Si fortuiti occurſus iis qui obiter mulier-
culam inſpexerunt, tantum pariunt periculi, quã-
rò maius fuerit quum de induſtria congrediũtur,
quum dedita opera mulieres in ebrietate & con-
uiuio, omni laſciuo geſtu, ſaltatione, cantu impu-
dico ad libidinem effrenes iuuenes inuitãtes ſpe-
ctantur? Quid dicũt aut quid cauſantur ex his ſpe-
ctaculis, vbi tot mala congregantur? Nonne ob
voluptatem ſe ac ad excitandam cõcupiſcentiam
ſpectare? Itaq; inexcuſabilis laſciuiæ pœnas apud
iuſtum dei iudicium quãdoque dabunt. Quomo-
do vos ô miſeri pentecoſte ſuſcipiet, qui ita pa-
ſcha contempſiſtis? Pentecoſte ſancti ſpiritus ad-
uentum efficacem omnibúſque notum habet.
Tu verò te ipſum iam contrarij ſpiritus habitacu-
lum reddidiſti. Ex quo non templum dei ob in- E
habitantem ſpiritum ſanctum, ſed idolorũ factus
es. Quamobrem veram facis Prophetæ execra-
tionem ex dei perſona dicentis. Conuertam feſta
eorum in luctum. Sed quomodo, dicite mihi, ſer-
uis imperare poteſtis, quum & ipſi cupiditatibus
veſtris tanquam mancipia ſeruiatis? Quomodo
filios monetis veſtros, animas proprias incaſtiga-
tas retinentes, ac procul ab omni diſciplina vi-
ventes? Quid igitur? Vos in his relinquam? Sed
uereor, ne ſi remedium his malis prætereã, alius
peruicatior fiat, alius verò ob triſtitiam illatam
deſperet. Medicina enim, inquit, magna delicta
ſedabit. Ieiunium ebrietatem curet, Pſalmus tur-
pes cantus, lacryma riſum. Pro ſaltatione genu
deo flectatur, pro tripudio pectus pulſetur. Pro
veſtiũ ſumptu atque ornatu humilitas. In omni-
bus verò eleemoſyna peccata diluat: redemptio
animæ viri diuitiæ. In cõmunionem ſocietatéque
orandi dei plures admittite eorum qui tribulati F
ſunt, ſi quo pacto tibi malitiæ culpa remittatur.
Quando enim ſedit populus manducare & bibe-
re, tunc & ſurgebat ad ludendum: luſus verò illo-
rum idololatria erat: tunc leuitæ contra fratres
ſeſe armantes ex eis viginti tria millia ceciderũt:
ſic enim manus ſuas, inquit hiſtoria, conſecrârũt.
Et vobis nunc deum timentibus dico, qui probra
hæc ſceleraq; minimè probatis. Illud monemus,
vt ſi quos pœnitentes horum quæ admiſerunt, vi-
deatis, eorum vos miſeratio vt propriorũ mem-
brorum affectorum capiat. Si verò à vitiis mi-
nimè diſcedentes, & veſtra ſuper his monita ve-
ſtrumque dolorem aſpernantes animaduertitis,
ex eorum

Popul' chri ſtianorum pſalmos & hymnos obliti.

ex eorum medio diſcedite ac ſeparemini, & immũdum ne contigeritis, vt hoc pacto illi quidem pudefacti ad propriæ malitiæ agnitionem veniãt. Vos verò pro iuſtitia ac zelo præmium Phinees conſequamini apud iuſtum iudicem deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

HOMILIA DE FIDE.

A DEi quidem continuò reminiſcendi, apud pias & ei dicatas animas nulla eſt ſatietas. Quæ vero ſunt dei, ſermone proſequi ac narrare, audax profectò facinus fuerit, quum infra materiã tam arduam noſtra ſit longè cogitatio. Rurſusq́; de deo cogitata ſeu cognita nec ſermo vllus ſatis aperte explicare poſsit. Sic igitur mens noſtra diuinarum rerum cõſideratione ac norma multo reperiatur inferior, & oratio infra mentem ipſam & cognitionem maxime exiſtat: quomodo non erit neceſſariũ ſilere, ne theologiæ dignitas verborum penuria & tenuitate periclitari videatur? Cunctis enim tàm doctis quàm indoctis, natura quidem eſt inſitum hominibus, vt deum glorificare cupiant: enarrare autẽ ipſius magnitudinem nullus ſanè inuenitur idoneus. In cultu vero ac pietate erga illũ, alter ab altero diſtamus. Nemo enim ita demens, aut tanta mentis cæcitate eſt, vt ad ſummam dei comprenſionem B ſeſe perueniſſe exiſtimet: ſed quantò magis ad ipſius notitiam accedere videbitur, tantò maiorem ſentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, talis Moſes: Quando enim deum videre, quantum fas erat homini, potuerunt: tunc maxime vterque ſe humilem tenuemq́ue putauit: Abraham ſe terrã ac cinerem nominans, Moſes vero ſe lingua balbum, ac ſermone tardũ appellans. Videbat enim ſe rerum cogitatum magnitudini nequaquã linguæ debilitate poſſe reſpõdere. Sed poſtquã omnium aures ad theologiæ auditionem ſunt apertæ: nec vlla ſatietas, aut vllus finis in eccleſia taliũ acroamatum, Eccleſiaſtici ſermonem verum faciunt, dicentis: Non implebitur auris ab auditione: neceſſe itẽ nobis pro facultate aliquid de hac enarrare. Dicemus autem non quantus ſit deus, ſed quantum nobis deprendi poſsit. Nam vt quæ ſunt intra cœlum & terrã media, licet plane aſpicere oculis non valemus: non tamen propterea cauſa nobis fuerit, vt quãtum poſsimus non aſpiciamus. Sic & nos paucis nunc verbis pietatis in hac parte officio ſatisfaciemus. Naturæ verò magnitudini triumphum contra omnẽ ſermonis facultatem concedemus. Nam nec angelorum linguæ, qualeſcũque aut quãtæcunque hæ ſunt, neq; C item archangelorum cum omni rationali natura congregatæ, vel minimam illius diuinitatis partẽ ſatis congrue proſequi, nedum toti explicãdæ pares eſſe valebunt. Tu autem ſi aliquid de deo dicere aut audire cupis, mitte corpus vnà cum ſenſibus corporeis: relinque terram, mare, & aërem ſub tuis ponito pedibus. Tranſi contemplatione temporum pulchræ diſtinctas ordinationes, terræ ornatus. Supra æthera mentis oculos attolle. Siderum curſus mirandamq́ue naturam præteri, ordinem, magnitudinem, quantos omnibus vſus præbeant, ſplendorem, motum, collocationem, quemadmodum inter ſe iungãtur, ac diſtent, mirabili quadam ac perpetua ratione, omnia mente ſublimior factus deſpice. Deinde ſupra cœlũ aſcẽde, & animo pulcherrima quæ ibi adſunt cõtemplator, cœleſtes exercitus, angelorũ choros, præſulatus archangelorum, gloriam dominationũ, ſedes thronorum, virtutes, principatus, poteſtates, ſingula percurrendo creata: mentem amore diuino incenſus altius illis attolle, ac omnium conditricem naturam diuinam intuere ſtabilem, D immobilem, nihil in ſe alienum retinentem, ſimplicem, impaſsibilem, indiuiſibilem, incompoſitam, lucem habitantem inacceſſam, potentiam ineffabilem, magnitudinem incircumſcriptam, gloriam ſupermicantem, bonitatem deſiderabilem, pulchritudinem inenarrabilem: quæ anima vehementer conſternata contingi quidem, ſermone autem nequaquam explicari poteſt. Ibi nanque pater, filius, & ſpiritus ſanctus, Increata natura, dominica maieſtas, naturalis bonitas. Pater omnium principium, omnium cauſa exiſtentium, animantium radix: vnde vitæ fons orta eſt: ſapientia, potentia, imago ipſiſsima inuiſibilis dei, Filius ex patre genitus, verbum viuẽs, deus exiſtens, & ad deum exiſtens: exiſtens, non factus, ante omnia ſecula, non poſtea creatus. Filius, non ſeruus, creator non creatura. Cuncta exiſtens, quæ eſt & pater, filius ioquam & pater. Has mihi proprietates probe cuſtodi.

Pater. *Filius.*

Manens igitur in eſſentia filius, omnia eſt, quæ E pater eſt. Secundum ipſius domini vocem, dicentis: Cuncta quæ habet pater mea ſunt. Reuera nanque imaginis ſunt omnia, quæ in prototypo ſiue exemplari exiſtunt: Vidimus, inquit Euangelium, gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre: Hoc eſt, non ex munere aut ex gratia, hæc ei miranda data ſunt: ſed ex naturali communitate patriæ diuinitatis dignitatem obtinente filio. Accipere nanque, cummune quiddam cum creatione eſt: habere autem ex natura, proprium geniti. Vt ergo filius, naturaliter ea quæ ſunt patris poſsidet: vt autem vnigenitus, omnia in ſeipſo comprendit, nihil cum altero diuidens. Ex ipſa igitur filij appellatione dicimus, quòd naturæ ſocius eſt, nõ naſci iuſſus, ſed ex poteſtate ſplendens: ſine interuallo, ſine tempore, cum patre coniunctus: æqualis in bonitate, æqualis in potentia, eiuſdem ſocius gloriæ, quid enim aliud eſt, quàm ſphragis & imago, totum in ſe patrẽ oſtendens? Quæcunque autem poſt hæc tibi de ipſo filio corporea dicuntur, vt videlicet ob ſalutem hominum carnem aſſumens ſe nobis manifeſtauerit, quodq́ue miſſum ſe, & nihil per ſe poſſe, & mandatũ à patre accepiſſe, & his ſimilia dixerit: nullam tibi occaſionem præbeant, vt ipſius vnige F niti diuinitatem vlla ex parte minuas. Non enim ea quæ humiliter ac tenuiter de domino ob tui ingenij debilitatẽ dicta ſunt, cauſam minuẽdi, aut aliquid detrahendi diuinæ potentiæ dignitati cõgruam habent. Sed naturam quidem deo competentem intellige, humiliora vero vera diſpenſatoriè accipe. De quibus ſi in præſentiarũ exacte tractare vellemus, obſcuri vehementer eſſemus

Gloriam quaſi vnigeniti.

multam

multam infinitamque penè verborũ copiam ſubiecto adducentes. Sed ad propoſitum reuertamur. Si mens noſtra ſeſe corporeis affectibus purgare atque exuere, & omnem intelligibilẽ creaturam deſerere poſſet, & quemadmodum piſcis ex profundo ad ſummum adnatare, in primã creationis puritatem reducta, ibi ſpiritum ſanctũ videret: vbi filius, & vbi pater omnia cum ipſo coniunctim & ſecundum naturam, bonitatem, rectitudinem, iuſtitiam, ſanctitatem poſſident. Dicitur enim: Spiritus tuus bonus. Et rurſus: ſpiritus rectus. Item: Spiritus ſanctus. Et Paulus ait: Lex ſpiritus vitæ. Horum nihil aliunde illi acceſsit, nihil poſtea eſt factum. Sed quemadmodum calefacere minimè ab igne ſeparatur, nec à luce ſplendere: ſic nec à ſpiritu ſanctificare, viuificareque, ſeu bonitas, ſeu rectitudo. Ibi igitur ſpiritus conſtitit, ibi, inquam, in natura beata: non multitudine connumeratus, ſed in trinitate conſideratus. Vnicè enunciatus: non in numero aliquo, aut cõſortio comprenſus: vt enim Pater vnus, & filius vnus, ſic & ſpiritus ſanctus vnus eſt. Miniſtrantes autem ſpiritus in ſingulis ordinibus, multitudinẽ nobis vix numerabilem oſtendunt. Ne igitur in creatione quod ſupra creationẽ eſt quæras: néve id quod ſanctificat coniunge ſanctificatis. Is autem ſpiritus angelos & archangelos implet, poteſtates ſanctificat, omnia denique viuificat. Is itẽ in omnem creaturam diuiſus cum aliter ab alio capiatur nihil tum minuitur & participantibus. Omnibus quidem gratiam ſuam largitur, non tamen conſumetur, ſed participes ipſius implẽtur, & ipſe in nullo deficit. Quemadmodum ſol corporibus lucens variè à quolibet ſumitur, nec tamen propterea diminuitur, ſic & omnibus quidem gratiam præbens, infractus remanet ac indiuiſus. Omneis quidem ad agnitionem dei illuminat, Prophetas inſpirat, legiſlatores ſapiẽtes reddit, ſacerdotes ſacris inſtituit, regibus fortitudinem addit, perficit iuſtos, ornat modeſtos, gratiam ſanitatum operatur, mortuos viuificat, ſoluit compeditos, alienos in filios per regenerationẽ ſupernam adoptat. Si telonarium deprendat credentem, euangeliſtam conſtituit. Si piſcatorem inueniat, theologũ reddit. Si perſecutorem pœnitentem, gentium apoſtolum, præconem fidei, vas electionis declarat. Per hunc etiam ſpiritum, debiles redduntur robuſti, pauperes in diuitias veniunt. Idiotæ, ingenio & eloquentia cæteris quidem ſapientibus ſapientiores euadunt. Paulus debilis, ſed ob præſentem ſpiritum eius corporis ſudaria ſanitatem ſuſcipientibus præbent. Petrus & ipſa humana velatus debilitate, ob eiuſdem ſpiritus gratiam vmbra corporis morbos ægrotantium pellebat. Pauperes Petrus & Ioannes, argentum & aurum non habebant: verum ſanitatem diuitiis longè pretioſiorẽ pauperi claudo apud portam ſpecioſam donauerũt. Qui cum ex multis aurum acciperet, nihilominus rogabat. Ex Petro gratiam cũ ſuſcepiſſet, rogare amplius deſtitit, veluti ceruus proſiliens, ac deum collaudans. Ioannes mundi ſapientiam nunquam didicit aut nouit: Attamen loquutus eſt potentia ſpiritus verba, quæ nulla ſapientia deprendere valet. Is denique ſpiritus in cœlo eſt, & terram impleuit, vbique adeſt & nuſquam circunſcribitur, totus in quolibet inhabitat, & totus cum deo eſt: non quidem miniſtri modo dona diſtribuit, ſed dominica ac principali poteſtate charisſmata diuidit. Diuidit, inquam, propria cuilibet vt vult. Mittitur diſpenſatoriè, ſed operatur ſua autoritate. Quamobrem fratres amatiſsimi, hunc animabus noſtris adeſſe omni ſtudio quæramus: nec vllo vnquam tempore nos deſinere, in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria & imperium in æterna ſecula. Amen.

Spiritus ſanctus.

A … B … C … D (section letters in margin)

HOMILIA IN VERBA
illa In principio erat verbum.

OMNIS quidem euangeliorum vox, reliquis omnibus ſancti ſpiritus præceptis eminentior eſſe dignoſcitur: quòd in aliis per prophetas ſeruos, in euangeliis autem ipſe per ſe dominus nos eſt allocutus. In ipſius autem euangelii laudibus, & ſermonis magnitudine, & ſententiarum grauitate. Ioannes filius tonitrui primas obtinet. Cuius prooemium iam lectum audiuimus: In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hæc ego noui multos etiam extra veritatis rationem, mundana ſapientia præditos, iactantes & admirantes, ac ſuis decretis & ſcriptis miſcere audentes. Fur enim diabolus, & noſtra extra nuntiant, ad ſuos † hypophetas transfert. Si igitur carnis ſapientia hanc virtutem verborum tantopere admiratur: E quid nos ſpiritus ſancti diſcipuli faciemus? fruſtràne & ſine attentione audiemus, & paruam admodum eis ineſſe virtutem exiſtimabimus? Et quis ità ſine mente eſt ac ſenſu, vt talem ſententiarum pulchritudinem, ac deſcriptorum indeprenſibilem veritatem non ſtupeat & admiretur, ac eius veritatem deprendere cupiat? Veruntamen admirari quidẽ pulchra nequaquam difficile eſt, ſed perfectam ac diligentem eorum aſſequi cognitionem, hoc ſanè captu difficile. Nam & ſolem hunc ſenſibilem nemo eſt qui non laudet, & ipſius magnitudinem, ſimulque pulchritudinem, & radiorum ſymmetriam, & lucis ſplẽdorem admiratus. Si vero in eum diligentius ac pertinacius intuebitur, & indies eius aſpectum conſiderabit, non ſolum ea quæ ſentit in eo deprendet, ſed etiam oculorum acie debilitatus abſcedet. Tale quidem mihi videor mente pati, ſi ardua ſublimiſque verborum prædictorum veſtigatio requiratur. In principio erat verbum. Quiſnam dignè quæ ſunt circa principia cognoſcet? Quænam verborum virtus inueniatur, quæ poſſit cognitum pro ipſius dignitate oſtendere? Ipſe Ioãnes de filij dei theologia tractaturus, nullum aliud exordium orationis aptius quàm principium omnium prætulit. F Præuidebat iam tum ſpiritus ſanctus futuros eſſe, qui ſophiſmata in audientium euerſionem machinarentur. Quoniam ſi genitus eſt, non erat: & antequam generaretur non erat. Et, ex his quæ non ſunt, hypoſtaſim accepit. Talia enim linguæ loquuntur ad perſuadendum aptæ, ac ſuper omnem gladium ancipitem penetrabiles & acutæ. Ne igitur alicui

† *Hypophetæ ſunt ij vates, qui ab illo acceptũ oraculum promunt.*

alicui huiuſcemodi tendiculas vſurpare liceat, ſpiritus ſanctus occurrit per euangelium, loquens: In principio erat verbum. Si hanc vocem rectè tenueris, nihil à viris cõtentioſis ac captioſis graue patieris. Si enim ille dixerit: Si genitus eſt, nõ erat: Tu dic: In principio erat. Sed, inquit, prius quàm genitus eſſet, quomodo erat? Tu ne dimittas illud erat, non item relinquas: In principio. Principij nanque ſummitas nequaquam deprenditur. Quod autem extra principium ſit, non inuenitur. Ne quis te decipiat varia dictionis ſignificatione. Multa enim ſunt principia diuerſarum

Principiū non accipitur.

A rerum in hac vita, verum vnum eſt principium, quod omnia præcedit. Principium bonæ vitæ, dixit Prouerbium: Sed viæ quidẽ principiũ, primus motus, vnde iter incipimus: cui quod eſt retro, inueniri poteſt: Et, Principium ſapientiæ timor domini. Artium nanque comprehenſionem elementaria inſtitutio præcedit: primum itaque elementũ ſapientiæ eſt timor domini. Sed hoc principio eſt aliquod antiquius: videlicet animæ conſtitutio, nondũ factæ ſapientis, nec domini timorem adeptæ. Principia dicũtur ciuiles quoque potentatus dignitate præcellentes. Sed iſta principia aliquorum ſunt principia, & quodlibet illorũ aliquò refertur. Principium enim lineæ punctũ. Et principium ſuperficiei linea: & principiũ corporis, ſuperficies, & orationis principia, elementa. Illud autem de quo dicimus principium, non tale eſt: nulli alligatur, nulli ſeruit, cum nullo conſideratur: ſed liberum eſt ſine domino, ſolutum omni ad alterum coniunctione, cogitatione indeprenſibile, vltra quod aliquid inuenire nõ eſt.

B Si enim phantaſia mentis contenderis principiũ præterire, inuenies ipſum te præteriens, & tuas omnino decipiet cogitationes. Dimitte tuã mentem, quantum ipſa cupit percurrere, & ad ſuperiora conſcendere: Deinde ipſam reperies in infinitum errantem, ac per multa vacua ſpatiantẽ, rurſus vero ad ſui ipſius vnitatem redeũtem: quoniã antiquius ſeipſa principiũ reperire nequeat. Idcirco ſemper principium omni cognito exterius, ac ſuperius inuenitur. Igitur in principio erat verbum. O rem mirabilem, quomodo cunctæ inter ſe voces congruè ſunt coniunctæ? Nam erat, idem valet ac vox hęc: In principio. Vbi blaſphemus? vbi lingua Chriſto aduerſaria dicens. Erat aliquando, quando non erat? Audi euangelium: In principio erat. Si autem in principio erat, quando nõ erat? Impietatem eorúmne ploro, an ignorantiam abominor? Sed antequam factum eſſet, non erat. Noſti quando ſit genitus, vt quod prius eſt tempore poſsis inferre? Illud enim antea, tem-

C poralis eſt vox, aliud alij vetuſtatis gratia præponens. Temporis autem conditorem quomodo congruum eſt generationis temporalis appellatione eſſe ſubiectum? In principio igitur erat. Quod ſi ab hoc verbo, erat, non deficies aut te alienaueris, nullum blaſphemiæ dabis aditum. Sicut enim per mare euntes, quando inter duas anchoras fluctuant, tempeſtatem deſpiciunt: ſic & tu hanc prauam tempeſtatem, quam ſpiritus maliciæ in vitam inferũt mortalium, multorúmque fidem concutiunt, ridebis: ſi horum verborum ſecuritate, animam confirmatam munitámque habueris. Quærit mens noſtra, quodnam hoc in principio verbum ſit: humanúmne verbum an angelorum: quoniam innuere nobis Apoſtolus videtur, angelos propriam habere linguam, dicens: Si linguis loquar hominum & angelorum. Sed & verbi duplex eſt ſenſus: Vno modo per vocem prolatus, & aërem verberans, ſtatimque periens: Alio modo intra nos poſitum, & noſtris cognitum cordibus. Logos inſuper artificioſa eſt oratio. Vide itaque, ne vocis huius æquiuocatio te forte decipiat. Quomodo enim erat in principio humanum verbum, cum homo initium generationis poſtremò acceperit? Nam

D ante homines, & beſtiæ, & volucres, & ſerpentes, omnia denique terreſtria, aquatilia, volatilia, aſtra, ſol, luna, herbæ, terra, mare, cœlum. Non igitur in principio humanum erat verbum, ſed neque angelorum eſſe poteſt. Omnis nanque creatio inferior æuo eſt, principium à creatore accipiens: Verbum autem intrinſecus cordibus naſcens, & ipſum eſt illis quæ intelliguntur poſterius. Sed audi verbum hoc, ita vt deo condignum eſt. Nam de vnigenito diſſerens verbum ipſum appellauit. Quemadmodum igitur illum paulò poſt & lucem, & vitam, & reſurrectionem vocat. Cum verò lucem audis, non hanc ſenſibilem oculiſque viſibilem exiſtimabis. Neque cum vitam audiueris, hanc communem putaueris, qua & bruta viuunt. Similiter & verbum audiens, caue mentis imbecillitate ad humiles terrenáſque ſententias deprimaris, ſed verbi poteſtatem ac ſenſum diligentius inueſtiga. Cur verbum? Vt quod ex mente procedit, oſtendatur. Cur, inquam, verbum? Quoniam ſine motu genitum eſt. Cur verbum? Quoniam imago eſt ge-

E nitoris, totum in ſe monſtrans genitorem, nullam inde partem diducens, & perfecta in ſe exiſtens: quemadmodum ferè verbum noſtrũ quod totius noſtræ cogitationis imaginem refert. Quæ enim ſecũdum cor nouimus, hæc verbo proferimus. Et quod loquimur exẽplar habet eius quod corde cogitamus. Ex cordis enim abundantia verbum pronunciatur. Nam cor noſtrum veluti fons eſt quidam, verbum verò emiſſum veluti riuus ex fonte profluens. Tantum igitur profluens eſt, quantum id inde profluit, ac quale opertum, tale item apparens extat. Verbum itaque dixit, vt impaſsibilem patris generationem oſtendat, & perfectam filij ſubſtantiam theologizet, & coniunctionem ſine tempore filij ad patrem per hæc oſtendat. Nam & verbum noſtrum, mentis generatio, ſine paſsione generatur. Neque enim ſcinditur, neu diuiditur, neque fluit, ſed manens tota mens in proprio ſtatu verbum totum & continuum emittit, ac procedens ver-

Filius quare dict' verbum.

F bum omnem generantis mentis virtutem in ſeipſo complectitur. Tua igitur tantum ex verbi voce vnigeniti theologiam accipe, quantum pietas permittit. Quod quidem obſcurum verbum, & inconditum, ac inconcinnum apparens inueneris, hoc vitabis, & omninò præteribis. In principio erat verbum. Si dixiſſet: In principio erat filius, appellatione filij cogitatio de paſsione generationis ſubiiſſet. Quoniam apud nos genita & tempore & paſsione generantur. Idcirco de induſtria verbum dixit, vanis hominum ſuſpicionibus occurrens, vt tuam animam incolumem conſerua-

conſeruaret. Et verbum erat apud deum. Rurſus erat. Propter impios qui blaſphemant, dicentes: quoniam non erat. Vbi non erat verbum? Non in loco. Non enim in loco quæ ſunt incircũſcripta continentur. Sed vbi? Apud deũ. Neque enim pater in loco, nec filius in circunſepto aliquo aut circunſcriptione certa deprenditur. Sed infinitus pater, infinitus filius. Totum quodcunque noueris, & quocunque ſpiritu tuo penetraueris, deo plenum, ſimul & hypoſtaſim filij coniunctam inuenies. Et verbum erat apud deum. Admirare cuiuſlibet vocis virtutem. Non enim in deo verbum erat, ſed apud deũ, vt hypoſtaſeos proprietas conſiſtat. Non dixit in deo, ne auferendæ hy-

Et verbum erat apud deum, non in deo.

A poſtaſeos occaſionem daret. Etenim peruerſa eſt & illorum blaſphemia, qui omnia commiſcere, & vnum ſubiectum ſtatuere: patris verò, ac filij, ac ſpiritus ſancti differentes appellationes vni rei adaptatas eſſe aſſerere conantur. Impietas hæc peſsima fugiẽdaque, non minus quàm ſimilem eſſe ſecundum ſubſtantiam filium dei à deo patre blaſphemantium. Et verbum erat apud deum. Poſtquàm verbi voce vſus eſt ad exprimendam generationis Chriſti impaſsibilitatem, id quod in eo verbo nocere nobis poterat, moderatur, & veluti blaſphemantium ſycophantiæ eripit, qui dicunt: Quid eſt verbum? dum ſubiungit, dicens: Deus erat verbum. Ne callidè quorundam verborum differentias mihi afferas. Néve ex arte aſtuta tua aliquam doctrinæ ſpiritus blaſphemiã incutias. Habes ſententiam. Subditus eſto domino. Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Rurſus ſummans paucis verbis omnem

B ſuam de vnigenito theologiam nobis euangeliſta tradit. Hoc. Quod hoc verbum? Deus. Poſtquam enim mentem tuam de illo correxit, & quaſi animæ tuæ inſculpſit quæ ignorabas, per doctrinam & verbum cordi tuo indidit. Hoc, inquit. Quod hoc? Ne extrà per vocem demonſtratiuam reſpice, oſtenſumque tibi veſtiga, ſed in animæ tuæ occulta penetraliaque ingredere, & qualem dixeris deum vt in principio exiſtentem, vt verbum procedentem, vt apud deum exiſtentem, hunc dominum tuum obſerua, cole, adora, ac demum per inſitam tibi doctrinam intellige: quòd hic erat in principio: hoc eſt, ſemper apud deum eius patrem. Has mihi paucas voces ſeruate, quaſi ſignaculum illas memoriis veſtris inprimentes, Ipſæ nanque contra inſidiãtium incurſus tanquã firmiſsimum munimentum erunt. Ipſæ, inquam, propugnaculum & cuſtodia fuerint animarum, ſalutatis defenſio ipſas tuentibus. Si quis autem

C tibi dixerit: Cum non eſſet, genitus eſt. Si enim erat, quomodo genitus eſt? Hanc vt dæmonum vocem, ac contra vnigeniti gloriam blaſphemam repelle. Tu verò inſurgens ad euangelij voces accurre: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Quartum, dic erat, & blaſphemiam illorum confutabis, qui dicunt, non erat. Hæ itaque voces tanquam fidei fundamenta immobiles perſiſtant. Super has & reliqua deo fauente ſuperædificabimus. Nec enim vos omnia ſemel docere valemus, ne forte orationis longitudine inutilia vobis quæ ſtudioſè ſelecta ſunt, reddamus. Omnia nanque percurrere, mentis debilitati haud aliter fuerit, quàm ventrem ob nimiam ſaturitatem ea quæ ſumpſerit ad cõcoctionem deducere non poſſe. Opto autem fratres, vt iſta vobis & guſtu ſint dulcia, & digeſtione & concoctione vtilia. Ego verò me paratum ad reliqua quæ reſtant vobis enarranda libenter obtulerim. In Chriſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

HOMILIA BASILII MAgni in ſanctum baptiſma.

QVI baptizatur, in ſanctam triadem baptizatur, in patrẽ, & filium, ac ſanctum ſpiri- D
tum: non in principatus, non in virtutes, nec in reliquas aliquas creaturas. Sciat ergo manifeſtè quòd ſupra creaturas ſit ſancta trinitas, nec quicquam illius creaturis connumerare conetur. Memor ſit domini, qui ſpiritum ſanctum diſcipulis ſuis inſpirauit, perque illam inſpirationem ſpiritum eſſe diuinæ eſſentiæ, & non creatæ naturæ oſtendit. Reputet etiam ſecum Apoſtolicam de trinitate expoſitionem, in qua videmus vnam eſſe operationem patris, & filij, ac ſpiritus ſancti, vt neque filius, neque ſpiritus creatus ſit, aut factus ſecundum naturam. Non enim deus, vt ſuam operationem abſoluat, ſua ipſius opus habet creatione. Dicit autem Apoſtolus: Diuiſiones donorum ſunt, & idem ſpiritus. Et diuiſiones ſunt miniſteriorum, & idem dominus. Et diuiſiones ſunt ope- *1. Cor. 14.*
rationum, idem verò deus, qui operatur omnia in E
omnibus. Itaque quæ deus operatur, eadem operatur & ſpiritus. Omnia, inquit, operatur vnus ac idem ſpiritus diuidens vnicuique vt vult. Non itaque ſeruituti deputet ſpiritum, cum audiat illũ omnia quæ dei ſunt operari quemadmodũ vult. Et iterum dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi verò domini ſpiritus eſt, ibi & libertas eſt. Etenim niſi diuinitatem habitare in nobis diceret per ſpiritum, qui in nobis habitat, dicente Ioãne: In hoc cognoſcimus illum in nobis eſſe, ex ſpiritu videlicet, quem dedit nobis, omnem nobis ſpem adimeret. Si enim deus in nobis non eſt, neque vita, neque vllis bonis ſempiternis potiemur. Dicit autem iterum Paulus: An ignoratis quòd templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis? Rurſus: Corpora veſtra templum ſpiritus ſancti ſunt, qui in vobis eſt, quem habetis à deo. Creatura quidem reuelatione opus habet, vt quæ dei ſunt cognoſcat. Spiritus verò nobis illa reuelat. Deus, F
inquit, reuelauit vobis per ſpiritum ſuum. Et in vobis ſcrutatur. Nam in ipſo ſcrutationem facimus, ſpiritus inquit, ſcrutatur etiã profunda dei. A ſeipſo autem cognoſcit, quemadmodum & noſter ſpiritus. Quis enim hominum, inquit, nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt nemo nouit, niſi ſpiritus dei. Viuificat etiam deus. Dicit enim Paulus: Denuntio coram deo, qui omnia viuificat. Vitam dat autem & Chriſtus, qui dicit: Oues meæ vocem meã audiunt, & ego do illis vitam æternam. Viuificamur verò & per ſpiritum, teſte Paulo, qui dicit: Is qui Chriſtum excitauit ex mortuis, viuificabit & mortalia

& mortalia veſtra corpora per ſpiritum ſuum, qui habitat in vobis. Eſt itaque viuificatio à deo per Chriſtum in ſpiritu. Quapropter & quoniã omnis operatio filij per ſpiritum manifeſtatur, Dominus nominatur ſpiritus, nomine domini, & Chriſtus nomine Chriſti, quemadmodũ iam diximus. Dominus autẽ ſpiritus eſt. Dictum eſt autem & hoc: Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſiquidem ſpiritus dei in vobis eſt. Si quis autẽ ſpi-
A ritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Deinde ſubiungit: Si verò Chriſtus in vobis eſt, pro eo quod conſequenter debebat dicere, ſi verò ſpiritus in vobis eſt. Non eſt diuina vox, quæ ſpiritum facturam eſſe docet. Quod enim alibi dicitur: Omnia per ipſum facta ſunt, de multitudine creaturarum dictum eſt. Spiritus verò in illa non comprehẽditur, ſed cum diade patris ac filij triadem adimplet, & alienus eſt à conſortio creaturarum, vtpote creaturas ſanctificans & viuificans, & vnctio in nobis exiſtens, imò & in ipſa domini carne. Non autem per creaturã dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctificatur, vt Petrus dicit, Ieſum à Nazareth, quem vnxit deus ſpiritu ſancto ac virtute, nec per creaturam potens eſt, ſed dicit: In ſpiritu dei eiicio dæmonia, neque per creaturam dicitur. Scriptum eſt enim: Ductus eſt per ſpiritum in deſertum. De autoritate dei veteres quidé prophetæ clamarũt: Hæc dicit dominus. Poſteriores verò ac noui hęc dicit ſpiritus ſanctus. Et Apoſtoli dixerunt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis.

Quapropter & Apoſtolus vt oſtendat ſe diuina verba proloqui, aliquando dicit: An experimen-
B tum quæritis eius, qui loquitur in me Chriſti aliquando? Puto autem & me ſpiritum dei habere. Eſt autem & veteris inſtrumenti ſcriptura ſpiritus glorificatione referta: Verbo domini, inquit Pſaltes, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus eorum. Et in libro Iob ſcriptum eſt: Spiritus verò diuinus, qui me fecit. Quemadmodum autem non poteſt præter filium aliud poni verbũ, quo cœli facti ſunt (alioqui iam non eſſent per dominum Ieſum facti, ſi per aliud verbum facti eſſent) ita neque alius ſubſtituendus eſt ſpiritus, qui cum verbo virtutes cœlorum confirmet. Cũ verò ſpiritum oris audimus, non humani quicquã intelligamus, ſed quòd diuinæ maieſtati conueniat, quemadmodum & in verbo faciendum eſt. Non enim verbum hoc euanidum aliquod dictũ eſt, ſed, vt Pſaltes ait, in ſempiternũ Domine verbũ tuũ permanet in cœlo. Neq; ſpiritus diffuſus quidam flatus eſt, ſed cõſtans ac permanens. Quo enim ibo à ſpiritu tuo, inquit Dauid, videlicet exiſtente, & plenitudine ſua obtinẽte omnia, inque diuina maieſtate conſtituto. Quod nanque de ſpiritu dixit, idem & de facie ac dextra dei dicit, cõſequenter ſubiungens: Et quo à facie tua fugiam?
C Si aſcendero in cœlum, tu illic es. Si deſcendero ad infernum, ades. Si ſumpſero alas meas diluculo, & habitauero in extremis maris locis, etenim & illic manus tua deducet me, ac tenebit me dextera tua. Et vox dei eſt, de ſe ipſo pariter & ſpiritu ſuo dicentis: Ego ſum in vobis, inquit dominus, & ſpiritus meus præſto eſt in medio veſtri. Neque igitur alienus eſt à gloria dei ſpiritus, ex ineffabili ore ineffabiliter prolatus, neque ipſe deus eſt, ſed dei ſpiritus, & apud deũ, qui & à deo mittitur, & per filium nobis ſuppeditatur. Quemadmodum ex perſona patris dicitur: Spiritus meus qui ſupra te eſt. Dicitur & ab ipſo domino: Mittam vobis paracletum, quem vocat etiam ſpiritum veritatis. Vnum itaque patrem, vnum filium, vnum & ſpiritum ſecundum diuinam traditionem confiteri oportet, non duos patres, nõ duos filios, quandoquidem ſpiritus non eſt filius, neque filius nominatur. Non enim à ſpiritu vel pa-
D trem, vel filium accipimus, quemadmodum à filio ſpiritum, ſed ipſum nos accedentem & ſanctificantem ſuſcipimus, diuinitatiſque cum illo cõmunionem, adoptionis filiorum dei participationem, ſempiternæ hæreditatis arrhabonem, ac futurorum bonorum primitias. Neque igitur quiſquam extra ſacra hæc nomina curioſè quicquam introducat, neque filij appellationem aut generationem ad ſpiritum detorqueat, ſed in ſpiritus appellatione & ſimilitudine contentus quieſcat.

BASILIVS MAGNVS DE Barlaam martyre.

PRIMVM quidem ſanctorum mors plãctu ac lacrymis cohoneſtabatur. Vehementer mortuum Iacob defleuit Ioſeph. Et Moſis mortem Iudæi haud parum planxerũt. Samuëlem quoq; multis lacrymis ornarunt. Nunc vero morientibus ſanctis exultamus. Triſtium nan-
E que poſt crucem domini immutata eſt natura. Iam non amplius ſanctorum obitus lamentationibus proſequimur, ſed tripudiis diuinis circum ipſorum ſepulchra veluti choreas ducimus. Somnus autem iuſtis eſt mors. Imò magis migratio ad vitam meliorẽ. Hinc eſt quod martyres exultant dum trucidantur. Nam deſiderium fœlicioris vitæ iugulationis dolorem extinguit & emortuum reddit. Pericula non reſpicit martyr, coronas reſpicit, plagas non horret, ſed præmia numerat. Non videt lictores inferne flagellantes, ſed angelos ſuperne lætis ominibus acclamantes imaginatur, non ſpectat ad temporaria pericula, ſed ad præmiorum æternitatem. Splendidum & à nobis iam arrhabonem aſſequitur, dum diuinis acclamationibus ipſi applauditur ab omnibus, & innumeros vinctos è ſepulchris conuertit & attrahit. Hoc ipſum ſanè hodie forti ac ſtrenuo Barlaam vſuuenit. Inſonuit enim bellica martyris tuba, & armatos pietatis milites, vt videris collegit. Athleta Chriſto adhærens prædicatus eſt, & ſtatim excitatũ eſt eccleſię theatrum. Et quemadmodum fidelium dominus dixit, Qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet, mortuus eſt for-
F tis Barlaam, & applaudit illi panegyris. In ſepulchro conſumptus eſt, & ad conuiuium aduocat. Nunc tempus eſt vt exclameris. Vbi eſt ſapiens, vbi ſcriba? vbi diſceptator ſæculi huius? Agreſtis homo inſuperabilem nobis hodie pietatis exhibet doctrinam, quem Tyrannus rapuit quidem, veluti facilem prædam ac venationem nactus, poſtea vero inſuperabilem militem ſenſit, quem tanquam inſana ac delira loquentem riſit, mox vero angelica virtute ſtrenuum horruit. Motes

enim hominis non fuerunt cum organo linguæ
barbari, nec ratio cum ſyllabis claudicare viſa eſt.
Sed erat alter Paulus cum Paulo dicens, etiamſi
ſermone ſum rudis, non tamen ſcientia. Torpe-
bant iam flagellando lictores, martyr vero robu-
ſtior inueniebatur. Lacerantium manus eneruа-
bantur, verum mens lacerati haud quaquam fle-
ctebatur. Neruorum harmonias iam flagra remi-
ſerant, ac fidei vigor vehementius ſtringebatur.
Perfoſſa latera abſumebantur, mentis vero phi-
loſophia florebat. Maior carnis ipſius portio e-
mortua erat, at ipſe martyr quaſi nondum inito
A certamine firmus erat. Nam quando pietatis a-
mor animum hominis præoccupat, quodcunque
illi pugnarum genus ridiculum reddit, & quot-
quot illum deſideratæ rei gratia conuellunt, de-
lectant magis quàm conſternant. Teſtis mihi eſt
affectus ille ac deſiderium Apoſtolorum, vnde
Iudæorum ipſis aliquando flagella iucunda red-
dita ſunt. Abibant enim, inquit, gaudentes à con-
ſpectu concilij, quod digni habiti eſſent, qui pro
nomine Ieſu contumeliam paterentur. Talis &
nobis hodie laudatur miles, qui ſupplicia loco
gaudij duxit. Flagellis ſe tanquam roſis impeti ar-
bitratus, pietatis obſuſcationem non ſecus atque
iacula quædam declinauit. Iudiciarium furorem
quaſi quandam fumi offuſionem reputauit. Effe-
ras ſatellitum acies riſit, pericula calcauit, quaſi
ſuper roſis tripudiaret. Plagis affectus lætatus eſt,
ac ſi honore afficeretur. In ſuppliciis vehemen-
tioribus nō ſecus exultauit, quàm ſi præclara bra-
bia acciperet. Nudatos gladios deſpuit, manus
B lictorum cera molliores ſenſit. Lignum tormen-
to deputatum, veluti ſalutiferum complexus ſa-
lutauit. Carceris clauſura quaſi prato quodam vi-
ridi oblectatus eſt, tormentorum adinuentioni-
bus veluti variis floſculis iucundatus eſt. Dexte-
ram habuit igne firmiorē, cuius illi machina po-
ſtremo ab hoſtibus applicabatur. Aræ nāque pro
more dæmoniaci libaminis, igne impoſito, mar-
tyrem adductum ſiſtentes, focoque incenſo dex-
teram ſupinam impendere iubentes, manu quaſi
æreo altari abutebantur, thure illi ardenti mali-
cioſe impoſito. Sperabāt enim ignis vi expugna-
tam manū neceſſariò ac velociter incenſum thus
in aram excuſſuram, papæ, quàm multiiuga ſunt
impiorum præſtigia. Quoniam innumeris vulne-
ribus, inquiunt, contentioſi pugilis mentem non
fleximus, vel manum illius flamma incendamus.
Quoniam variis machinis animum illius haud
quaquam permouimus, dexteram igni admotam
permoueamus. At ne hac quidem ſpe miſeri pó-
titi ſunt. Nam flamma manum quidem ambedit,
perdurauit uero illa cineris inſtar flammam fe-
rens. Tergum ſæuienti igni non dedit, quemad-
modum fugitiui & imbelles ſolent, ſed immota
perſtitit ſtrenue contra flammam dimicans, &
C Propheticas martyri voces proferendas admini-
ſtrās, vt diceret, Benedictus dominus deus meus,
qui docet manus meas ad præliū, & digitos meos
ad bellum. Ignis cum manu confligebat, ſed ignis
vincebatur. Luctabantur inter ſe flamma ac dex-
tera martyris, ſed dexteræ noua quędam certami-
num victoria concedebat, dum flamma quidem
per mediam manum exigebatur, ipſa vero ma-
nus adhuc ad luctam porrecta erat. O manū igne
contentioſiorem, ô manum ab igne flecti neſciā.
Et ò ignem à manu vinci doctum, Ferrum vide-
tur ignis tyrannide emolliti, æs cedit ignis poten-
tiæ. Solet illo lapidum quoque vinci duricies.
Nunc vero martyris dexteram extenſam ignis il-
le comburens non flexit, cuius vigor omnia do-
mat. Merito ſanè martyr iſte ad dominum huius
gratia clamaret: Tenuiſti manum dexteram meā,
& in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria
ſuſcepiſti me. Quomodo te ò ſtrenuè Chriſti mi-
les appellabo? Statuam ne vocabo? Sed multum
ita de tua tolerātia detriuero. Nam acceptam ſta-
tuam ignis emollit, dexteram vero tuam adigere D
non potuit, vt vel videretur aliquoſque moueri.
Si ferreum nominauero, & iſtam imaginem dex-
teritate tua inferiorem inuenio: Nam tu ſolus flā-
mæ perſuaſiſti, ne manum domaret, tu ſolus dex-
teram loco aræ habuiſti, tu ſolus ardenti dextera
facies dæmonum percuſsiſti, & tunc quidē flam-
mante manu capita illorum liquefeciſti, nunc ve-
ro eadem incinerata exercitus illorum peſſundās
excæcas. Sed qui puerili balbutie victorem exte-
nuo? Quin magnificentioribus laudum ipſius lin-
guis cedamus. Sonantiores doctorum tubas ad
illius præconia aduocemus. Exurgite nūc ò præ-
clari athleticorum geſtorum pictores. Mutilam
ducis imaginem veſtro illuſtrate artificio, & ob-
ſcurius à me depictum coronatum athletam, ve-
ſtræ induſtriæ coloribus conſpicuū reddite. Abi-
bo certaminum ac victoriarum martyris à vobis
poſita imagine victus, gaudebo tali hodie per ve-
ſtram dexteritatem victoria ſuperatus. Video ma-
nus huius luctam cum igne exactius à vobis de- E
pictam, video alacriorem pugilem per veſtram
depictum imaginem: plorent dæmones & iam
martyris in nobis perculſi victoriis, ardens iterū
illis ac victrix manus oſtentetur, pingatur in ta-
bula vna & certaminum agonotheta Chriſtus,
cui ſit gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

IN GORDIVM MARTYREM militem Cæſarienſem.

NAturæ lex eſt apibus innata
fratres dilectiſsimi, vt niſi
rex prius agmen præcedat,
ab aluearibus nuſquam di-
ſcedant. Vos autem dei po-
pulum, cum nunc primum
ad martyres tāquam ad flo-
res cœleſtes exeūtes, & huc
frequentes conuenire viderim, quo id duce ſe-
ceritis exquiro. Quis ingentem hunc æſtum exci-
tauit? Quis hyemalem hanc triſtitiam in ver-
nam ſerenitatem commutauit, vt populus ex ci-
uitatis ædificiis tanquam ex apum aluearibus hi-
laris egreſſus, ad ſuburbanum decus præclarúm-
que martyris ſtadium conflueret? Quoniam igi- F
tur & nos, infirmitatis noſtræ oblitos celebritas
martyris excitauit, age & ipſi quoque quantum
voce contendere licet, veluti bombantes apes
vernantibus floribus circumfuſæ, præclara ipſius
geſta perſonemus: rem quidem piam agentes, ſi-
mul & gratam iis qui adſunt. In laude nanque iu-
ſti populus lætabitur. Salomonis lectio nobis nu-
per recitata, quidnam per latentem huiuſcemodi
prouerbij

prouerbij ſenſum ſibi velit, mecum ipſe cogitabam: an forte dicat, quod populus oratione magnifica, ac planè culta rhetoris cuiuſdam potentis quæ auditorum aures demulceat, oblectetur: præterea ſermonis ornatum, rerumque iouentionem, ac diſpoſitiooem elegantem exoptet. Quod profectò mihi veriſimile non videtur, cum ipſe nuſquam huiuſcemodi dicendi genete vſus fuiſſe inueniatur. Nam & ſanctorum memorias, orationis & eloquentiæ fuco proſequi, uon fas erat admonere, illi præſertim, cuius ſcripta ſermone ſimplici, nulloque ſtili apparatu conſpiciuntur. Quis ergo illotum verborum ſenſus? Is videlicet, quòd populus ſpirituali lætitia gaudet, ſi eorum
A tantum admoneatur quæ iuſti patrarunt, atque inde ad æmulationem rectè factorum, ab iis, quæ audit acrenditur. Illotum enim qui in fide claruerunt hiſtoria ſimplex, velut lucem quandam dei cultoribus ad virtutis iter oſtendit. Quamobrem cum in ſacris voluminibus Moſis vitam, morúmque lenitatē noſtræ naturę magnopere optatam narrante ſpiritu ſancto audimus, ſtatim æmulamur. Quod ſi reliquorum facta virorum eloquentiæ floribus ornantur, ſanctis tantum ad ea quæ maxima geſſere demōſtranda, ſat fuerit oratio ſimplex. Itaque dum vitam eorum qui in pietate conuerſati ſunt exponimus, dominum cum primis per ſeruos ſuos glorificamus, deinde & iuſtos ipſos teſtimonio eorum quæ ſcimus celebramus, & populum per auditum rectè factorum exhilaramus. Ioſeph dum audimus aut legimus vitam, illius aſſequi caſtitatem magoopere cupimus. Si vero Samſonis narratur hiſtoria, ad illius
B imitandam fortitudinem accendimur. Sacra igitur ſchola, præcepta rhetorum aut inſtituta non ſequitur: nudam rerum expoſitionem pro encomiis habet, quam & ſanctis, ac nobis ſatis eſſe exiſtimant. Illis quidem ad virtutis eorum præconium: nobis vero ad imitationis gloriam atque formam. Encomiorum nanque lex eſt patriæ dignitatem oſtendere, generis originem ex alto repetere, educationis incunabula diligentius referre. Noſtrum vero dogma hæc taoquam ſupetuacua dimittit: & quæ ſunt propria, ac vernacula ſectatur. Quidoam ego ſum melior, ſi mea ciuitas olim magna bella geſsit, aut de hoſtibus triumphauit? Si eadem optimo ſit in loco ſita, æſtate ac hyeme, cœlique temperie fruatur? Si fertilis eſt viris gignendis, ſi ager paſcendo pecori ſufficiat? ſi meliores nutriat equorum greges quàm vſquã reperiantur? Quid, inquam, iſta? An ad virtutem commendatiores nos reddere poſſunt? Nos ipſi
C profectò decipimus, ſi in montis cacumine conſtituti, nubes nos tranſcēdere, ac ſublime cœlum nobis cedere videntes, hac de cauſa nobis aliquid accedere exiſtimamus. Ineptum inſuper, ſi ſanctis, qui res orbis vniuerſas contempſerunt, his eſſe opus commendationibus putamus. Igitur noſtri tantum cauſa profectus, ſat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoria & commemoratione, imitationis gratia indigemus. Quemadmodum enim ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex vnguento quoque præſtanti diffunditur odor: ſic è ſanctorum commemoratione geſtorum, ad omneis prouenit vtilitas.

[illegible]

Fuerit haud modici momenti eorum quæ olim geſta ſunt veritatem exacte teoere. Nam obſcura quædam fama, viri huius præclara facta conſeruans, ad nos vſque venit. Quamobrem pictoribus rectè comparabimur. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, vti par eſt, à prima forma plurimum recedunt. Nos item cum rerum geſtarum aſpecto caruerimus, valde metuendum, ne dicendo rerum veritatem atteramus. Verum quando eius hodie feſtum celebramus, qui in huiuſcemodi die certamen pro Chriſti nomine ſubiit, quantum ex eius hiſtoriæ notitia deprendere licebit, enarrabimus. Fuit hic martyr beatiſsimus ciuis noſter Cæſarienſis: ex quo non mirum, ſi noſtræ mentis affectus ad eum potiſsimum dirigitur, quod profectò ad vetum ac domeſticum nobis facit ornamentum. Nam ſicut D
Gordij martyris hiſtoria initium
arbores quæ bona ſerunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo: ſic iſte ex noſtræ vrbis prodiens vtero, ad ſummumque gloriæ culmen euectus, patriæ quæ eum produxit atque aluit, honorem glorioſiſsimi martyrij tribuit. Iucunda nempe ſunt quidem & externa poma, modo ſapore delectent: ſed longè noſtro gratiora guſtui propria quàm peregrina, præterquàm quòd & gloriam quandam nobis conferre videntur. Militiam exercuit, in qua locum admodum inſignem tenuit, ita vt centum milites eius imperio parerent: quodque animi virtute & corporis viribus præcelleret, cunctis inter ordines militibus præſtātior habebatur. Ea ſanè tempeſtate, cum tyrannus impius qui tunc imperitabat, in Chriſtianum nomen virus ſuæ feritatis effunderet, manumque deo inimicam aduerſus ec- E
cleſiam exerceret, tota vrbe præconis tuba ſunabat, toto foro & per compita tyrannicum promulgabatur edictum, ne quis Chriſtum adoraret. Qui vero contra iuſſa faceret, morte plecteretur. Idola proponebantur adoranda omnibus, lapideaque ac lignea hominum ſimulacra pro vero numine colenda, & ſi qui recuſarent extrema intentabantur. Confundebatur tota ciuitas, quæ rei nouitate attonita, tota tumultuabatur: Chriſtianorum domus ſingulæ vaſtabantur: Innocentium facultates diripiebantur. Fidelium & iogenuorum corpora, carnificum manibus diſcerpebantur. Matresfamiliâs per vicos trahebantur. Nulla iuuenum commiſeratio, nulla ſenum reuerentia erat. Inſontes noxiis ac maleficis digna patiebantur. Complebantur ſupra modum carceres, domus inſignes & opulentæ vacuabantur. Pleni ſaltus, plena perfugis loca deſerta: ob vnū tantum crimen, quòd Chriſtum colerent. Pro- F
debat patrem filius. Pater filium accuſabat. Frater aduerſus fratrem inſaniebat. Seruus domino inſultabat. Adeò diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in teoebris agentes, ſeſe minimè cognoſcerent. Præter hæc autem, domus orationis prophanorum manibus vaſtabantur, aræ ſanctiſsimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec thymiama. Diuinæ rei nullus iam locus erat amplius relictus. Cuncta mœror ingens veluti diffuſa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur. Sacer omnis cōuentus cladem inſolitā expaueſcebat. Dæmones vero tripudiabanr, & nidore ac ſanguine vi-

ctimarũ inſecta cuncta dabanr. Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generoſus conſpiceret, tantorum malorum exitum præuenieos, abiecto militiæ baltheo, ſponte ſibi exilium delegit. Itaque relictis hoooribus, relictis omnis generis facultatibus, ſeruis, propinquis, amicis, voluptatibus, & rebus aliis, quas cæteri maximè appetere, ac magno ſtudio parare ſolent, ad vaſta deſerta & hominibus inuia loca contendit: loogè ſecum melius agi putans, ſi in ferarum receſsibus, quàm inter idola vana cum hominibus habitaret: Heliæ prophetæ ſecutus exemplum: qui
A cum Sidoniorum conſpiceret impietatem quotidie inualeſceotem, in montis Oreb ſpeluncam ſeceſsit, ac ſeſe ab omni humana conuerſatione, vt deum quæreret ac videret, abdicauit. Vidit tandem, quantum fas eſt homini mortali. Eodẽ modo noſter Gordius ſpretis omnibus, vrbanos fugiens tumultus, fori clamorem, magiſtratuum ambitionem, tribunalium faſtum, obtrectatores, emeotes, vendentes, peierantes, mentientes, mimos, ſcurras, cæteróſque buiuſcemodi generis homines, quibus magnæ vrbes refertæ ſuot, multóſque ſecum tanquam magnæ naues alligatas puppibus cymbas per æquora trahunt. Inſuper viſu audituque, ac animo à vitiis purgato & libero, deum ipſum contemplando videre meruit: tum magna diſcere myſteria, quæ noo ab bominibus, nec per homines fuit edoctus, ſed magno vſus præceptore ſpiritu veritatis. Quamobrem ſecum meditans, quàm ſit fallax & inanis vita bumana, ac ſomnij phantaſmatis æquiparanda, in ſupernæ illius vocationis amorem exarſit: ac veluti fortis
B athleta ſeſe ieiuniis, vigiliis, orationibus, ſtudiis demum diuinæ eruditionis probè exercitatum & ad certamen inſtructum animaduertens, hunc maximè diem obſeruauit, in quo frequens ciuitas viſendo equeſtri ſpectaculo erat intẽta: quod hoc in loco ea tempeſtate, in Martis, ſeu potius ſurentis bellorum dæmonis, hooorem celebrabatur. Populus omnis ex edito ſpectabat, nec vllus deerat, non Iudæus, non gentilis, non item chriſtianorum multitudo, quæ negligenter viuebat, & cum vanitatis concilio commixta ſedebat: non declinans conuentus malignantium, ſed & ipſa tum equorũ curſum & aurigarum agilitatem ſpectabat. Serui eo die ab opere liberi. Pueri è ſcholis ſpectatum currebant. Fœmine proſtitutæ ac ignobiles aderant. Plenum erat ſtadium, & omnis iam turba conſederat, equeſtre certamen videre intenta. Tunc magnanimus ac fortis heros per montis cliuum in theatrum properans, non populum horruit, non quàm hoſtilibus ſe mani-
C bus traderet penſitauit, ſed corde intrepido & animo excelſo quaſi quædam continua ſaxa, aut arbores multas, eos qui circa ſtadium ſedebant prætercurrens, in medio conſtitit ſtadio, cõplens dictum illud, Iuſtus vt Leo confidenter agit.

Quid plura? adeo intrepido excelſoque animo fuit, vt cum in eminentiore theatri parte ſtaret, ingenti voce, quam qui audierunt extant adhuc aliqui, exclamauerit, & clare illud Apoſtoli ad Romanos dixerit: Ecce inuentus ſum ab iis qui me non quærunt: his qui me non interrogabant palàm apparui. Quibus ſanè verbis ſe in eum veniſſe locũ ſignificauit minimè coactum, ſed vltrò ſe ad certamen exhibuiſſe ſeruatoris exemplum ſecutum, qui cum per atram noctem minimè videretur, ſe Iudæis manifeſtauit. Omnium igitur oculos ſtatim in ſe conuertit. Erat enim aſpectu horridus, & quòd montana diu incoluerat ſqualenti capillo, barba promiſſà, veſte obſita, corpore toto aridus, pera præcinctus, baculo innixus. Quæ ſanè omnia horrorem quendam vulgo aſpicienti incutiebãt, ſimul & eum illuſtrom magnopere reddebant. Vbi autem quis eſſet, cognitus fuit, gentilium ſimul & chriſtianorum clamor eſt ortus: his quidem ob gaudium ſui commilitonis exultantibus, illis vero qui veritati repugnant iu- D
dicis animum ad eius cædem accendentibus & iam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atque tumultus omnia complebat. Equos, currus aurigas, iam deſpiciebãt. Fruſtra rotarum ſtridor aërem verberabat, nullus aliud quàm Gordium videre malebat, nullus quàm Gordium verba ſonantem audire ſtudebat. Totum denique theatrum murmure mote venti per aëra ſonãtis perſtrepebat & equorum curſum ſuperabat. Vbi vero per præcooem ſilentiũ imperatum, conticuere buccinæ, ſopiæ fiſtulæ, varia muſicorum inſtrumenta ſiluerunt: Solus aſpiciebatur Gordius, ſolus audiebatur. Hinc ad præſidis tribunal qui tum in eodem loco ſedebat, certamenque inſtituebat confeſtim adductus & ab eo quiſnam aut cuias eſſet interrogatus, & patriam & generis & dignitatis locum quem tenuerat: præterea fugæ cauſam ac reditus pariter enarrauit. Reuerſus ſum, inquit, palàm oſtendens, quòd tua edicta nihil omnino curo, ſed Ieſum Chriſtum ſpem meam, meumque præſidium profiteor: cumque accepe- E
rim te reliquos homines crudelitate ſuperare, boc ſanè tẽpus explendo meo voto maximè idoneum ſumpſi. His ſanè verbis velut ignis ira præſidis accenſa, quicquid in eo furoris erat in hunc ſubito conuertit. Præſto ſint, inquit, lictores, flagella, plumbatæ, corpus rotis ſcindatur, in equuleo ſuſpendatur, omne tormentorum genus excogitetur: Feroces adſint feræ, igni tradatur, gladio feriatur, in altum deiiciatur barathrum. Verum parua hæc omnia viro execrando, digno qui non vna tantũ morte intereat. Quin, inquit Gordius, damnum profectò me facere videor, ſi ſæpe variiſque modis extingui, variaque pro Chriſto pati ſupplicia nequeo. At ille his magis irritatus verbis, magiſq; ſe lædi ac ſperni ob talem loquendi licentiam exiſtimans, naturali eius feritati vehementior acceſsit impetus: ac eo truculentior fiebat, quo ille conſtantior in contẽnenda pœna videbatur. Cum nulla tormentorum tatione, nullis armis à cœpto propoſito auerti poſ- F
ſet, quin in cœlum oculos attollens, ſacra pſalmorum carmina decãtabat: dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et rurſus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et alia iſtis germana, quæ de ſacris promebat voluminibus, ad animum confirmandum, & in propoſito perſeuerandum maximè facientia. Tantumque abfuit, vt intentatas horreret pœnas, vt eas vltrò in ſe prouocaret, ſuppliciique moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid ſtatis? Corripite corpus, membra fruſtatim cædantur: Denique quodcunq; de me ſuppliciũ volueritis,

ſumito

ſumite. Nolite mihi beatã ſpem inuidere. Quan-
to enim mihi plus tormentorum acceſſerit, tanto
plus teferam ptæmiorũ. Res enim in hac vita ad-
uerſæ, nobis apud deum perpetuam pariunt vo-
luptatem. Si vulnera mille ac cicatrices patimur,
in reſurrectione ſplẽdido induemur amictu. Pro
contumelia atq; ignominia, palmas coronáſque
aſſequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla
paradiſi ſpatia læti vagabimur. Pro accuſatiõe de-
A mum atq; iniqua cõdemnatione, gloriam ex deo
& angelis referemus. Minæ veſtræ ſemina mihi
ſunt diuina, vnde immortalitatẽ perpetuaque gau
dia metam. Cum tãdem vir beatus hac ſeueritate
à fide obſtinata auerti nõ poſſet, alia tuuc via prę-
ſes eſt aggreſſus. Illecebris & omni lenitate cõta-
minare conatus eſt, cum præſertim diabolus bac
vti ſoleat arte, vt timidos metu perterreat, fortes
leniat atq; palpet. Quod imitatus præſes, vbi illũ
rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilita-
te circunuenire quærebat: quamobrem magna ſe
daturum ſpondebat, quorũ alia tunc haberet, alia
imperatorem daturum ei affirmabat, locũ inter
milites illuſtrem, facultates, opes quicquid deni-
que animus cuperet. At ille nec ſic quidẽ victus,
præſidis inſaniam ridebat, qui compenſare dignũ
aliquid ſupernis ſedibus exiſtimaret. Impius ille
tunc laxatis iræ habenis furore percitus, enſem
vagina diripit, lictorem corã aſtare iuſsit, & manu
& lingua nefanda ad viri damnationẽ ſe accinxit.
Ad tribunal omnis theatri multitudo cõuenit: re-
liquus vero popul⁹, qui adhuc in vrbe fuerat, pro-
rumpens, ad hoc uouum properauit ſpectaculũ,
B quod & angeli & bomines verebantur, dæmones
vero perhorrebant. Quid plura? Concurrentibus
eò cunctis, vrbs penè vacua facta eſt, fluminis in-
ſtar tota incolarũ multitudine exrta vrbem ad lo-
cum martyrij cõfluente. Matresfamilias nobiles,
ignobiles properabãt, domus ſine cuſtodibus re-
lictæ, tabernæ negotiatorũ deſertæ, in foro vena-
lia diſiecta iacebant. Ex hoc tantũ vrbs tuta, quòd
omnibus extra mœnia egreſsis, nemo intus remã
ſerat, qui nefas aliquid perpetrare poſſet. Serui
miniſterio neglecto, auidi ſpectandi erant. Qui
etiam publico uon fuerant adſueti, ad virum hũc
adcurrebant. Virgines tunc primo extra domos
prodeuntes, mariũ vultus conſpexere. Valetudi-
narij ac ſenes ipſi quoque extra muros contende-
bant. In tanto itaq; ciuitatis concurſu, beatũ Gor-
dium alteram vitã iamiam per mortem corporis
ſpectantem atque tenentem, neceſſariorũ amico-
rumq; turba circũſiſtebat, amplectebantur, oſcu-
la dabant, demum flentes adhortabantur, ne ſeſe
in ardẽtes flammas coniiceret, ne florem prode-
ret iuuentutis, aut æthereas auras, ſoliſque dulce
iubar relinqueret. Nonnulli quãdo à fide omni-
no auertere non poterant, aut fas putarent, qui-
C buſdam eum veriſimilibus aggrediebantur ratio-
nibus, & Chriſtum tantũ corde ſi cuperet retine-
re, ore autem negare ſuadebant. Nõ enim deum
verba, ſed loquentis animum inſpicere: Hoc fer-
me modo exáſperatum iudicis animũ demulceri,
& deum nihilominus propicium poſſe reddi aſſe
uerabant. At ille tanquam cautes immota maris
exagitantibus fluctibus, nulla vi, nulloque verbo-
rum impulſu quaſſatus, in obſtinato cœptoque
propoſito inexorabilis permanſit. Vt enim ſapiẽ-
tis domũ ſupra petram ædificatam, vis nulla ven-
torum aut imber è cœlo vehemens, nec torren-
tis impetus quaſſare poteſt: ita demum nec pre-
ces vllæ, aut minæ conſtantiam eius in fidẽ Chri-
ſti euertere potuerunt. Cumque mentis acies huc
illuc circumcurſantem diabolum, & eius impulſu
ac arte hinc lacrymas oriri, inde vim eloquentiæ
ſuadendique copiam ſubminiſtrari animaduer-
teret, illud domini verbum flentibus ait: Nolite
flere ſuper me, ſed flete ſuper dei inimicos, qui in D
chriſtianos continuò graſſantur. Ipſos, inquam,
flete, qui ignem nobis parant, ſibimet gehennæ
incendia, iramque in die iræ theſaurizantes. Meũ
ſolicitare aut emollire animũ deſinite. Ego enim
pro nomine domini Ieſu Chriſti mille pericula,
milleque mortes ſi opus foret, adire ſum paratus.
Aliis vero qui Chriſtum ore negare adhortaba-
tur reſpondit: Lingua quidem quam Chriſti be-
neficio retineo, adduci non poſſum, vt ſuum ne-
get autorem. Corde nanque credimus ad iuſtitiã,
ore vero confitemur ad ſalutẽ. Num militaris or-
do, deſperatam habet ſalutem? Nullus ne Centu-
rio pius erit? Primi Centurionis exemplum ſuc-
currat, qui cruci ſeruatoris aſsiſtens, eius diuini-
tatem per prodigia facta cognoſcens, non eſt ve-
ritus adhuc Iudæis furentibus, in cæde nomen
eius palàm fateri. Quod enim animo ſenſit, id ore
ſubito manifeſtauit: Vere dei filius erat iſte. Alius
item Centurio, Chriſtum adhuc in carne exiſten-
tem deum & regem virtutum eſſe nouit, qui poſ-
ſet ſolo verbo opem ſuam per miniſtros ſpiritus
egentibus adferre, cuius & fidem dominus vni-
uerſo Iſraëli prætulit. Cornelius item Centurio E
angelũ domini videre, & per Petrum ſaluus fieri
meruit, cuius dominus preces ſimul & eleemoſy-
nas reſpexit. Horum igitur Centurionum libẽter
diſcipulus & imitator eſſe cupio. Negem ego deũ
meum, in cuius cultu ſum educatus? Nonne cœ-
lum, ſol, & aſtra omnia, lumen mibi clauderent
ſuum? Credam profectò humum quam pedibus
tero mibi ruituram. Nolite errare. Deus nequa-
quam irrideri poteſt, ex ore noſtro nos iudicat,
ex noſtris, inquam, verbis nos ſeruat & damnat.
Nonne tremendam domini ſententiam audiui-
ſtis: Qui me negabit coram hominibus, negabo
& ego eũ coram patre meo qui in cœlis eſt? Mihi
conſulitis vt deũ noſſe diſsimulem? Quamobrem?
vt vitam prorogem? mortem differam? dies adii-
ciam? At ſupernæ vitæ longæuos perdam annos.
An vt corporis cruciatus effugiam? At ſic non vi-
debo bona iuſtorum. Nam iri perditum dedita
opera & fraude ac dolo, ſæuas tartari pœnas mer-
cari, manifeſta inſania eſt. Vobis igitur conſulo,
ſi malè ſapitis, ſapientiam ac veritatem diſcite.
Si verò diſsimulatis, temporique obſequimini,
vos hortor rogoq; relicto mendacio vera loqua-
mini. Dicite quoniam dominus noſter Ieſus Chri F
ſtus eſt in gloria dei patris. Nam banc vocẽ emit-
tet omnis lingua quando in nomine Ieſu omne
genu flectitur, cœleſtium, terreſtriũ, & inferno-
rum. Omnes profectò morti ſumus obnoxij, ſed
non omnes inclytam martyrij mortẽ ſortiuntur.
Non igitur naturalem vitæ curſum præſtolemur,
mũdana funera, ſupremas noſtrorum lachrymas
deſpiciamus, cœleſtem gloriam violenta imma-
turaque morte præueniamus. Velociter ex hac

Pia ex hortatio ad martyriũ.

vita, quæ potius eſt interitus longus dicenda, breui quidem labore ad veram vitam cõmigremus. Quid miſeri ſupremum ætatis finem inutilẽ, ſterilem, infructuoſum, ſtultum, vanum, hominibus pariter & brutis communem expectatis? Quicunque enim nati ſunt, aut ſenio tabeſcunt, aut ægritudine corporis reſoluuntur, aut violento improuiſoque caſu aliquo cõcidunt. Quando igitur omninò ſemel è vita migrandum eſt, martyrium pro Chriſti nomine, vt ſemper viuatis, alacriter aſſumite: ac vitæ, quam omninò relinquere oportet, ne parcite: ſit pro neceſsitate voluntas. Quanquã A etiam ſi ſempiterna eſſent terrena iſta, nihilominus ſic quoque pro cœleſtibus cõmutanda eſſent. Verum quoniam fluxæ fragiléſque ſunt & illorum comparatione magnoperè indignæ, quis furor in his inuigilare, & illorum ſtudio ſpem illam beatam credentibus repoſitam negligere? Hæc vbi dixit Chriſti miles, crucis ſe ſigno communit, & animi magna conſtantia, vultu intrepido, colore nuſquam mutato, ad ſupplicium hilaris contendit: vbi tantam cordis præ ſe ferebat alacritatem, vt non lictorum, ſed angelorum manibus ſe committere videretur, qui ſubitò poſt interitum ſublimem eum in cœlum deferrent. Ad hæc tantus illius populi clamor ac tumultus eſt factus, vt vel tonante cœlo nũquam ſimilis ſit auditus. Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hoc hodierna dies ſpectaculum vidit, quod proculdubio tale eſt, vt nec temporis diuturnitas vnquam abolere, nec longæ conſuetudinis faſtidium tollere, nec aliud quidpiam quanuis magnum exuB perare valeat. Nam quemadmodum ſolem quãtò magis aſpicimus, tantò magis eũ admiramur, nec vllo modo aſsiduitate vileſcit: ſic & huius viri ſanctiſsimi memoria, quo maiori eam temporis ſpatio retinemus, eo recentior in noſtris animis floret. In memoria enim æterna erit iuſtus. In terris quidẽ, dum terra durabit: In cœlis verò, apud æquum & altiſsimum iudicem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Cui honor & imperium in æterna ſecula, Amen.

IN QVADRAGINTA martyres.

QVIS modus aut quæ ſatietas martyrum memoriam proſequendi erit, illi præſertim, qui eorũ amore ac charitate magnopere tenetur? Nam honor in bonos à conſeruis collatus, beneuolẽtiæ ſignificationem apud communem dominum habet. Palàm eſt enim, quemadmodum is qui generoſos homines ac fortes cũ honore exceperit, in ſimili ſi forte cõtingat occaC ſione, imitari non dedignabitur. Venerare igitur legitime martyres, vt egregiæ tue voluntatis teſtem adduces, ac demum ſine perſequutione, ſine igne, ſine verberibus ac plagis, eodem cum illis præmio dignus habearis. Nobis hodierna die non vnum propoſitum eſt celebrare, neque duos, neque decem, ſed viros quadraginta: qui vnam in diuerſis corporibus animam retinentes, in vna conſpiratione & concordia fidei, eandem erga res arduas conſtantiam, & pro veritate ſtabile propoſitum oſtenderunt. Omnes inter ſe ſimiles, pares ſententia, pares certamine, Quamobrem & parem coronæ gloriam ſunt promeriti. Quæ digna laus, quæ ſermonis copia his poterit adhiberi? Non enim linguæ quadraginta ad proſequendam talium virorum virtutem ſat fuerint. Nec ſolum multitudo tanta, phalanx militaris, cuneus inſuperabilis, æquè & in bellis inexpugnabilis, ac in laudibus inenarrabilis. Sed horum vnus tantum, ſi legitimè fuerit oratione commendandus, noſtram facilè vim ingenij ſermoniſque facundiam ſupe- D rabit. Igitur in medium eos per commemorationem adducentes, ad communem omnium hic aſtantium vtilitatem conſtituere, palamque omnibus, quemadmodum in pictura, fortia illorum facta reddere conabimur. Nam magnifica in bellis geſta, & oratores ſæpenumero, & pictores pulcherrimè demonſtant. Hi oratione, illi tabulis deſcribentes atque ornantes: ambóque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim ſermo hiſtoriæ per inductionem præbet, eadem & pictura tacens per imitationem oſtendit. Sic & nos martyrum virtutem commemorãtes, vos aſtantes excitabimus, ac vobis ſub aſpectum ipſorum facta reducentes, eos qui ſunt animò aliquantulũ generoſo, ac ipſis voluntate propinquiores, facilè ad imitandum accendemus. Hæc eſt enim martyrum vera laus, alios ad eorum virtutem æmulandam inuitare.

Martyrũ laus vera.

Non enim encomiorum legibus, aut eorum quæ in genere demonſtratiuo reperiuntur, ſermones E de ſanctis vllo modo ſeruiunt. Quoniam qui laudant cæteros, ex mundi huius rebus materiam vſurpare ſolent: quibus autem mundus crucifixus eſt, quomodo ex eo quicquam quod ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his ſanctis vna patria, alius aliunde venerat. Quid igitur, ſine patria dicemus eos? aut orbis ciues? Sicut enim in ſymbolorum collationibus, quæ oblata ſunt communia exiſtunt omnium conferentium: ſic & in his beatis cuiuſlibet patria cõmunis omniũ erat: & omnes è diuerſis terrarum locis tanquam ex vno duxerant omnia communia. Sed quid opus terreſtres memorare patrias, cum liceat quæ iam illis vera patria ſit noſſe? Patria igitur horum martyrum, dei ciuitas eſt, cuius autor atque conditor ipſe deus. Hæc eſt superna Hieruſalem, quæ libera eſt, quæ eſt mater Pauli & omnium ei ſimilium. Genus autem humanum aliud alij. Genus vero ſpirituale vnum omnibus omnino. Communis nanque eis pater deus, & fratres omnes non ab vno & vna deſcendentes, ſed ex adoptione ſpiritus in vnam concordiam inter ſe per charitatem conuenientes. Chorus paratus, conuentus maximus eorum qui ab initio deum laudant: non ſigillatim congregati, ſed cumulatim F diſpoſiti. Quis autem diſpoſitionis modus? Hi magnitudine corporis, & ætatis flore, ac virtute, cæteris omnibus præcellentes, ad militares ordines regendos promoti ſunt. In tantam quoque imperatoris dignationem venerunt, vt ob bellorum experientiam & animi fortitudinem, primas apud eum obtinerent. Vbi vero iniquum præconium, edictumque omnibus denuntiauit,

ne quis

ne quis Chriſtum profiteretur, propoſitáque om
nia pœnarum genera confitentibus : multa quo-
que à iudicibus iniuſtis ira & feritas prodit: mulię
tendebantur vbique inſidiæ, doli, delationes : ig-
nis inſuper paratus, enſis in promptu, crux affixa,
bothrus, rota, flagella. In tanta igitur fidelium tur
batione, nonnulli fugiebant, aliqui ſuccumbebát,
alij fluctuabant quidem ante certamen ſolis mi-
nis abſterrebantur: alij vbi coram videbant inten
tatos cruciatus, conſternabantur: alij certamen in
euntes, deinde vſque ad finem laborum durare
nequeuntes, pugnam ac periculum detrectabant:
A & velut in pelago naufragantes, quæ virtute patiē
tiæ parta multorum annorum ſecum in naui ve-
hebant, per impatientiam amiſerunt. Tunc igitur
hi quadraginta inuicti & generoſi Chriſti milites
cum præfectus imperatoris literas oſtendiſſet, &
obedientiam requireret, libera voce, audacter ac
fortiter, nihil ex iis quæ viderant exemplis expa-
uefcendo, ſed minas omnes contemnendo in me
dium procedentes, ſeſe Chriſtianos eſſe faſſi ſunt.
O beatas linguas, quę ſacram illam vocem emiſe-
runt, quam aer quidem excipiens ſacer eſt factus,
angeli audientes plauſerunt, diabolus vero cum
dæmonibus magnam accepit plagam, dominus
poſtremo in cœlo deſcripſit. Igitur horum quili-
bet in medium procedēs: En ait, Chriſtianus ſum.
Et velut in ſtadiis qui ad certamen prodeunt, di-
cunt ſua nomina, & in locum pugnæ deſcribūtur:
ſic & hi tunc nobilitatis generiſque ac dignitatis
propriæ obliti, tantum ſeruatoris ſui profeſſi ſunt
B nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo fa-
cta eſt omnium vna appellatio. Non enim talem
ac talem, ſed chriſtianos omneis ſe clamantes.
Hoc itaque cernens præfectus, anxius ac dubius
erat, an blandis verbis vel potius minis eos ad ob
temperandum deduceret. Primum quidem ipſos,
ſi quo modo à pietate obſtinata poſſet auertere
dulci aggreditur ſermone: Nolite, inquit, iuuenes
ætatem perdere veſtram, neque intempeſtiuam
mortem cum dulci hac & amœna vita commuta-
re. Abſurdum nanque eos, qui in bellis ſunt aſſue-
ti fortia gerere facta, morte prauorum hominum
perire. Poſt hæc pecuniam pollicebatur, honores
ex imperatore, dignitatéſque ac ordines militiæ
primos offerebat. Cum his rebus nihil proficeret,
aliud genus aliúmque modum tentauit : plagas,
mortes, pœnas intolerabiles oſtendit. Et hic qui-
dem talia. Martyres vero qualia? Quid, inquiunt,
muneribus tuis nos demulcere ſtudes dei hoſtis
vt diſcedamus à deo viuente ac dæmonibus per-
C niciciosis ſeruiamus. Putáſne tantum te daturum,
quantum eripere contendis? Tua reſpuo dona,
quæ nocumenmm mihi conciliant, non accipio
honorem vnde mihi naſcetur ignominia. Pecuni-
am da quæ permaneat ac continuò duret, gloriam
quæ ſemper floreat. Me imperatori vis facere fa-
miliarem, ſed me à vero rege alienare quæris?
Quid enim hæc minima, quæ tu vocas magna, ex
mundo polliceris: cum mundus vniuerſus à nobis
deſpiciatur? Non ſunt omnia quæ videri poſſunt
ſpei paria, quam continuò retinemus. Vides hoc
cœlum, vt aſpectu pulchrum, vt magnum : & ter-
ram quanta eſt, quótve in ipſa mirabilia? Nihil bo
rum iuſtorum fœlicitati ac beatitudini æquipara-
ri poterit. Illa nanque velociter tranſeunt, hæc
continuò durant. Vnam tantum iuſtitiæ palmam
expecto, circa vnam gloriam quæ in regno eſt cœ
lorum, ſolicitor. Honoris ſuperni cupidus ſum,
pœnas vanas gehennæ metuo. Illius ignis mihi
formidoloſus. Nam ignem eum quem vos nobis
intentatis, conſeruus eſt. Nouit & ipſe vereri eos
qui idola contemnunt. Sagittas infantium veſtras
plagas exiſtimamus. Corpus enim cædis, quod eò
clariorem aſſequetur coronam, quo magis tibi re
ſiſtet. Si vero defecerit, eò citius à iudicibus vio-
lentis ſolutum abſcedet, qui quoniam corporum
dominum accepiſtis, etiam animabus dominari
contenditis : & niſi deo noſtro præferamini, non
ſecus indignamini, quàm ſi ad extremum vſque à
nobis vituperemini, & hac ratione horrenda hæc D
ſupplicia intentatis, vt pietatem noſtram culpabi-
lem reddatis. At nacti eſtis non meticuloſos, ne-
que huius vitæ cupidos, nec qui facilè conſternan
tur. Pro charitate próque fide in deum & in rota
poni, & cruci affigi, & flammis vri, ac omnibus de
mum modis torqueri parati ſumus. Vbi vero hęc
audiit barbarus ille ac ſuperbia tumidus, audaciā
ac loquendi libertatem minimè ferens furore per
citus modum conſiderare cœpit, quo mortem eis
acerbiſſimam prolixámque pararet : inuenit tan-
dem. Audite itaque rem quàm duram ſit commen
tus. Animaduerſo ille regionis naturam ſalebro-
ſam, & collibus præruptam eſſe, ac brumæ tēpus
inſtare: obſeruauit in qua maximè parte frigus ve
hemens, ac boreæ flatus horridior eſſet. Iuſſit om
neis nudos ſub dio in media ciuitate congelando
mori. Noſtis autem fratres dilectiſſimi omneis, *Frigore e-necis.*
qui hyemis horrores eſtis experti quod ſit genus E
hoc pœnæ. Non enim noſſe licet, niſi iis qui exem
plis ſimilibus periculum fecerunt. Corpus in pri-
mis frigore proſtratum, primum in pallorem cō-
creto ſanguine vertitur : deinde turbatur & fre-
mit, dentes ſtrendunt, venæ contrahuntur, adeó-
que & totum corpus conſtringitur. Dolor inſu-
per quidam acutus, & labor inenarrabilis per me-
dullas penetrans, intolerabilem facit ſic frigore
concretis dolorem. Deinde in acutum tendit, vt
ab igne, cum ſumma cremantur. Ab extremis nā-
que corporis partibus conſequens vapor, & ad in-
teriora ac penitiora confugiens, quædam vnde
abſiſtit mortua relinquit : nonnulla vero ad quæ
tendit doloribus afficit morte paulatim procedē-
te. Igitur ſancti dei ſub dio pernoctare in ſtagno
quodam iuſſi ſunt, quod pro mœnibus ciuitatis e-
rat: ac per brumam ita glacie concretum appare-
bat, vt equis peruium & accolarum pedibus tri- F
tum eſſet. Aquæ vero ſolitum non retinerent
curſum, earúmque natura mollior in lapidis du-
ritiem concreſceret. Boreæ nanque mordentis
ſpiritus animantia omnia iuxta verſantia interi-
mebat. Hic itaque audito damnationis iuſſu,
martyres, conſiderate quanta fuere conſtantia:
qui loco cum ſumma lætitia conſpecto, vltimum
nuditatis amictum alacriter reiicientes, per fri-
gus ad mortem properarunt : non tanquam ad
ſupplicium, ſed ad glorioſiſſima ſpolia rapien-
da, ſe inuicem hortando deſcendentes. Non e-
nim, inquiunt, amictum exuimus, ſed veterem
hominem, cōcupiſcentiæ deceptione corruptum
deponimus. Gratias agimus tibi domine, quod
cum iſto amictu ſimul & peccatum exuere licęt:

Mater virilis. appoſuit martyris vera mater. Non enim lacrymã indecoram effundere, aut aliquid humile loqui, vel indignum agere viſa eſt. Sed ô nate, inquit, perfice cum tuis contubernalibus iter beatum, ne à chorea deſeraris, néve inferior aliis domino appareas. O matrem fœlicem, ô bonæ radicis bonũ germen. Oſtendit generoſa parens, quemadmodum pietatis inſtitutis eum magis quàm lacte educauerat. Et hic quidem ſic nutritus, ſic elatus eſt à pia genitrice. Diabolus vero his viſis, præ verecundia diſceſſit. Fruſtra nanque omnem propè creaturam mouerat, & tamen omnia à virtute martyrum ſuperata vidit. Nox horrida & ventoſa, tẽpus anni frigidiſſimum, corporea nuditas, patria borealis. O ſanctum chorum, ô ſacrum ordinem, ô cuneum inexpugnabilem, ô communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocij, precũ ac votorum inuicem ſuffragatores, legati apud deum potentiſſimi, aſtra mundi, flores eccleſiarum: vos non terra contexit, ſed cœlum excepit. Apertæ ſunt vobis paradiſi portæ, dignum profectò exercitibus angelorum, patriarchis, prophetis, & iuſtis omnibus ſpectaculum. Viri ætate florentes ac pares, vitam alacriter deſpicientes, ſupra parentes ac filios deum amantes, in ipſo vitæ flore exiſtentes, temporariam hanc vitam contempſerunt vt in membris ſuis deum reciperent, mũdo ſimul & angelis, & hominibus ſpectaculum facti, mœſtos erexerunt, dubios in fide confirmauerunt, piis deſiderium auxere: vnum omnino pro pietate omnes trophæum erigentes, vna iuſtitiæ corona ornati fuere: In Chriſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria & imperium nunc & in æterna ſecula, Amen.

A

B

HOMILIA IN ALIQVOT SCRIpturæ locos, vbi de variis diſſerit vitiis, de acceptandis perſonis, ira, inuidia, auaritia, habita in Lacizis.

CErtat inimicus, contenditque exteriore tumultu noſtrum impedire ſermonem. At nos eius cogitationes minimè ignorantes, aures pariter & mẽtes eorum, qui ſunt hic hodierna die congregati per ea quæ iam lecta ſunt nutriamus. Eos vero qui noſtro carent auditorio, miſereamur. Non extra mente diſcurrentes, & alias res agentes: ſed vbi corporibus, ibidem & animas exiſtentes. Recordemini quæſo ex his ſpiritualibus ſermonibus, qui lecti ſunt vobis hora matutina, doctrinarum vtilium, noſtrarum animarũ medicinæ. Reminiſcamini earum quę ſunt in pſalmis monitionum. Prouerbialia præcepta, hiſtorię pulchritudinem, exemplaque inueſtigate: his addite apoſtolica mandata. In omnibus vero, tanquam coronida perfectionémque, verba euangelica coniungite, vt ex omnibus vtilitatem capientes, ad id demum contendatis ac reuertamini, ad quod quiſque iucundè eſt affectus, & ad quod abundum gratiam à ſpiritu ſancto accepit. Nam ſic omnino in multiformi eccleſiæ facie, quot ſunt hominum differentiæ, totidem exiſtunt ſententiæ: Quot item ætatum & ordinum varietates,

C

totidem & peccatorum genera. Multimodæ multiforméſque ſunt diaboli inſidiæ, & alios aliter decipit. Ad quod enim proniorem conſpexerit, ad id propriis vtitur delinimentis atque illecebris. Verbi gratia. Conſtitit aliquis hic, inuidia tabefactam habens animam. Vtinam ne quis eſſet: hoc enim ante omnia mihi in votis eſt. Attamen humanæ naturæ valde difficile, ſiue magna ſiue parua animi perturbatione non tangi. Quilibet igitur è ſupradictis aliquid ad ſuum eligat vſum. Inuidus es? ſume remedium. Iracundus es? præſto tibi eſt medicina. Nam de omnibus iſtis diſſeritur. *Tentandi forma quæ dæmoni.*

D

Dicemus autem, ſi fieri poteſt, de ſingulis breuiter aliquid decerpentes. Auarus es? Habes hic remedium. Superbus es? Hinc faſtum domabis. Hinc animæ ſuperbiam, ſi voles, caſtigabis. Hinc omnia tanquam è fonte copioſo ſpiritualium ſermonum bona exhauries, atque ita vbi abundè hauſeris diues abibis. Primus ſermo in prouerbiis modo ænigmatis dicitur, vt mens noſtra in obſcuritate orationis ſe diligentius exercendi, ac meditandi ſumat occaſionem. Inquit enim: Qui leuia reſpexerit, miſericordiam inueniet. An dicti huius ſenſum per te ipſum tenes, vel vt ſtudioſus auditor à me requiris? quamobrem laudem conſequatur qui leuia conſpiciet, cum laudabilia ex optione proueniant? Nos autem homines ſæpe videmus, non qualia volumus, ſed qualis eſt eorum natura quæ videntur. Ex quo ſi quid aſperum fuerit aſpectu, quale natura exiſtit, tale videre fuerit. Si vero leuibus contingat oculos intendere, vnde laudabimur leuia videntes? Leuia ſunt, quæ ſpecie plana exiſtunt. Aſperum vero, quod inæquale primo apparet aſpectu. Quoniam itaque inæqualis eorum quæ aſpera videntur natura eſt, quomodo eum ſcriptura laudat, qui leuia magis quàm aſpera viderit? Sic & damnare videtur montes, & valles, & ſcopulos, & ſaltus, & nemora quę germinibus denſa, adeóque aſpera ſunt vel etiam mare ſępenumero à ventis exaſperatum, vel terram ab aratro proſciſſam, ac de plana mollitérque iacente inæqualem tumuloſamque factam. Num hæc qui viderit condemnabitur? & vbi, quæſo, dei iuſtitia, ſi ea quæ coacti patimur, in his damnandi ſumus. Si videro terram aliquam inæqualem quæ vt condita eſt, ita videtur: huiúſce gratia condemnabor? Verum nihil illud. Qui leuia videt, ſublimius expende. Adſunt tibi ob oculos fratrum differentię? Hic pauper, ille diues, alius hoſpes, alius domeſticus, ſeu te iudice, ſeu te iudicij participe vtuntur. Si iudicaueris, ne inæqualia videas, ne videas diuitem ſublimem, pauperem humilem. Si tuis adſtiterit, qui neceſſitati ſuæ conſultum cupit, ne tum quidem inæqualia videas. Neu dicas: Hic mihi amicus, hic propinquus: ille mihi vtilis, alius peregrinus, ignotus, alienus: hoc enim modo miſericordiam apud deum non inuenies: nec plana ſpecta. Natura nanque vna eſt. Homo & hic & ille: vna in vtriſque neceſſitas. Da fratri & peregrino. Nec fratrem auerſare, & alienum tuum fac eſſe fratrem. Aequalia igitur reſpicere oportet. Ne præ notis alienum relinquas: eius neceſſariò ſubuenias vſui. Quærit ille re, vt ſuæ calamitatis ſolatium ac refugium, non perſonæ acceptatorem, non propinquo ſolummodo benignum, hoſpitem vero abiicientem.

Qui leuia reſpexerit &c.

E

Non acceptanda perſona.

F

Omnes

Omnes enim in Chriſto propinqui: Omnes fratres, & ex vno patre nati ſumus. Si ſpiritualem quæris, cœleſtis eſt pater deus. Si terrena quæris, mater terra eſt. Ex eodem luto omnes ſumus conſtructi. Ex quo ſoror eſt natura ſecũdum carnem, ſoror item generatio eſt ſecundum ſpiritum. Eundem tecum ſanguinem habet: ex primo hominẽ eandem tecum à domino gratiam accepit. Reſpice igitur plana, vt apud deum miſericordiam inuenias. Ne dicas, ille diues eſt, & honore dignus,

Patre vno nati ſumus.

A hic pauper, contemno autem pauperem. Noli in diſtribuendis honoribus reſpectus habere inæquales. Eſt enim diues ſæpe mendax, rapax, libidinoſus: pauper vero iuſtus. Non igitur tantum faciem ſpectabis, ſed occulta penitioráque conſidera. Eum honora qui pretioſa poſſidet. Virtus veræ ſunt diuitiæ. Quid, quæſo, ab externis probas homines, præcordia vero mentémque minimè curas? Bel externe quidem æs habuit, lutum vero ſub ære fulgente abſconditum. Si illuſtres in vita videris, conſidera æs eſſe apparens, intus cœnoſa omnia. Contrà vero quidam aurum intus habent exteriore teſta circundatum: hoc eſt, theſaurum in vaſis fictilibus abſconditum. Hic caſtus eſt, ille libidinoſus. Vtrum horum ditior: qui caſtitatem ſeruat, an qui pecuniam ex iniutia poſſidet? Certe qui caſtus. Huius memoria ſempiterna: illius fragiles ſunt diuitiæ, huius theſaurum fur nullus effodiet: illius diuitiæ hodie florent, cras marceſcent, igitur reſpice æqualia ac plana, ſuum cuique tribuens honorem: pretioſiorum rationem habe, vt miſericordiam inuenias. Proſequitur deinde:

De ira.

B Et cum homine iracundo noli commorari. Dic age, eſt ne inter vos quiſquam inanis gloriæ cupidus, qui non ſit iracundus? cupidus es inanis gloriæ? Non vides plana. Iracundus es? Et cum viro iracundo ne ſedeas. Vides quomodo per breuiloquentiam vina noſtra corrigantur. Itaque niſi aures veſtras ſermonibus noſtris pulſemus, cordibus veſtris ſenſum eorum quæ dicta ſunt breuiter, haud inſinuabimus. Tu itaque cogita, vbi lectum eſt quod me concernit? Quæ de iracundis ſunt lecta, agnoſce pro tuis qui iracundus es. Dicito, hic meus eſt morbus, agnoſco infirmitatem meam. Accipe remedium. Si acceſſeris medicum, & videris apud eum varia pharmaca variis contenta tabellis, conſiderabis quid tuo morbo conueniat. Non enim qui pede offendit, quærit oculi curationem: ſed qui oculum habet affectum, commodam opem quærit oculo. Itaque quiſque ſibi ex ſcripturis morbo ſuo conuenientia ſumat. Iracundus es? cohibe iram. Vir iracundus, inquit, turpis eſt: diſce ex hac ſcriptura. Sit vultui tuo ſpeculi vice. Nam impia cogitatio mentem obtenebrans non ſinit agnoſcere, quale ſit ira peccatum. Scrip-

C tura vero tibi dicit, vir iracundus turpis eſt. Quomodo turpis eſt? Decorem nanque & humanam quaſi figuram amittit: feræ ſpeciem indutus. Conſidera parumper iratum. Furit, debacchatur, immutantur oculi, turbidi ſanguineique fiunt, cor accenditur, ſanguis commouetur. Hunc videas vt aprum dentes acuentem: loqui ſæpe incipientem, ac verba imperfecta relinquentem. Multa quoque in corde non apparentia voluntatem, nec parentum nec liberorum rationem habet: nullis demum (vt libidini propriæ ſatisfaciat) parcit. In alieno malo teipſum cura: diſce periculis alienis, ne & tu in idem incidas malum. Igitur ſcripturæ verba ſæpe tecum repete. Vir iracundus, indecens: & cum iracundo noli ſub eodem tecto agitare. O quàm malum cum tali commiſceri, qui continuò latrat. Niſi enim eius fugias conuerſationem, neceſſarium eſt eius te vias ediſcere. Dixit acerbum aliquid, iam animum tuum commouit. Veluti enim canis latratus, alterius canis tumultum prouocat: ſic & animum tuum quieſ-

D centem ac dormientem vox illius excitauit, & facti eſtis inter vos latrantes, & controuerſi veluti fundatis verba, & inepta & turpia inuicem iactantes. Dixit ille aliquid contumelioſum: tu vero inſipientis imitatus ſtultitiam, maiore fœnore reddis. Recipiens ille è ſermone contumelioſo vices, non deſtitit: ſed auget magis iram, magiſque linguam acuit. Tu rurſus accipiens, extolleris in tumorem. Qui autem in hac malorum contentione victor fuerit, longè miſerior apud deum erit. Ergo vir iracundus, turpis eſt: & cum eodem noli commorari. Néue cœnabis cum viro inuido. Hic alius eſt morbus, vitæ hominum peculiaris, & animis noſtris à natura inſitus, & corda magis conſumere aptus quàm ferrum. Liuor nanque vnus eſt in quo multa ſunt mala. Vnum tantum vtile, quod ipſi autori eſt incommodus. Inuidus enim ei cui inuidet parum admodum, ſibi vero multum nocere videtur. Triſtitia doloréque in aliena felicitate abſumitur: nec vicini agrum, ſed ſeipſum deſtruit. Ne transferas terminos æternos. In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Alium hæc verba morbum curant: auaros notant. Ne ingrediaris, inquit, in orphanorum poſſeſſionem, vt ad tuam poſſeſſio-

De inuidia.

E nem ingrediaris. Poſſeſſio vero tua eſt regnum cœlorum. Terminos patrum ne moueas, ne cupias proximi agrum. Ne villam villæ coniungas, vt tuam paulatim adaugeas. Quanto enim magis ex aliena poſſeſſione tibi fines dilatabis, tanto maiori culpæ obnoxius fueris. Deinde terra quidem hic remanet, tibi breui tempore poſſidenda: nec tua ob auaritiam facta, ſed eius qui tibi ſuccedit, cui rem dimittis, vnde forte iniuſtè viuat. Terra ſtat in æternum, peccatum vero animam vt vmbra corpus ſequetur. Vt enim vmbra corpus ſequitur, ſic peccatum animæ inſitum. Ne adaugeas tibi peccatum. Auaritię nanque malum ſtare neſcit aut quieſcere: ſed ignis naturæ ſimile. Ignis enim poſtquam incendium attigit, omnem properat abſumere materiam. Nec prius deſiſtere poterit, quàm materia defecerit. Auarum autem quid retinere poterit? Igne vehementior eſt, omnia cõtinuando finibus ſuis occupat: ea quæ ſunt vicini, ſibi aufert. Mox vbi alium ſortitur vicinum, & quę illius ſunt ad ſe rapit. Non ea quæ retro ſunt attẽdit, ſed quæ his deſunt, quæue ante ſe proſpicit, à vicinis poſſeſſa, deſiderat. Non ob ea quæ poſſi-

De auaritia.

Auarus igne vehementior.

F det lętatur, ſed ob ea quibus caret angitur. Neque iis quæ congregauit, fruitur: ſed cupiditate plura conſequendi, ſe magis excruciat. Deinde vigiliæ ac curæ hinc oriuntur. Quanto enim diuitiæ magis augeſcunt, tanto plus adferunt curarum. Iudex expectatur, & auarus cogitat ne in ius trahatur, ne orphanus ſuas lachrymas in foro palàm faciat. Nocte conſultat, quomodo mane acerbos

aduo-

aduncatos quoſdam ſibi præparet: quomodo perſuaſa teſtimonia conducat: quomodo & potentiam præualendo, & in iudicio mentiendo, pauperem deſtitutum ac ſolitarium opprimat, & vtróſque expugnet, & iudicem decipiens, & pupillum circumueniens. Eius animam hæ curæ continuo mordaces abſumunt. Canis latrat, auarus putat furem eſſe. Mus forte perſtrepit, & auari cor ſalit, quemlibet vel puerum ſuſpectum habens. Filios iam grandes vt inſidiatores aſpicit, quòd eorum iam ætas ſucceſſionem expetere videtur. Quin auaris aliud oritur incommodum: Vitam victúmque ſuum in digitis expendit: Ex opibus alias palàm, alias vero clàm habet, ad ſpes incertas ſeponens: ſpes, inquam, non ſpes. Si enim ad ſpes veras erat, ad ęternam illam recta pręparatio fuiſſet. Nunc in cubili occultas abſcondit diuitias, veniēta quandoque incommoda, futuram forte metuens egeſtatem: quæ quidem an veniat, incertum. Veniet quidem tempus, quo pecuniam non diſpenſaſſe pœnitebit. Hoc certum, & ego ſum ſponſor. Meæ ſunt partes, fratres amantiſſimi, de omnibus vobiſcum vitiis diſſerere: veſtræ autem diligenter attendere, ac ex iis vtilitatem quæ auditis accipere. Veſtrum quilibet peccatum veluti ſerpens ſenectutem exuens, ſic affectibus ſpoliatus iuſtitiámque indutus redeat, alius ex alio factus.

Auari miseria.

A

Hac enim de cauſa fit iſte conuentus, ac patres noſtri has fidelium cōgregationes in templis ſtatuerunt, vt quæ ſingulis diebus diſcere non valemus, ob eorum penuriam qui hæc doceant & admoueant, ſingulis annis illa in communi ſolennitate ac celebritate conuenientes accipiamus. Deinde ea tanquam viaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus, & velut in recenti memoria continuò reſonantia teneamus. Fugiamus itaque peccatum, opus iuſtitiæ ſequamur. Noli, inquam, transferre terminos ſempiternos. In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Ne filios tuos auaritiæ cauſam facias. Filios habes? Eis theſaurum ſempiternum theſauriza. Theſaurus nanque pecuniæ pietas eſt. Relinque bonam filiis memoriam, magis quàm diuitias multas. Fac omnes filio tuo ratione pietatis ac beneficentiæ patres. Neceſſe enim te quandoque è vita diſcedere, deinde filium relinques paruum, tutorum auxilio indigentem. Si bonus honeſtúſque fueris, quilibet ex te deſcendentem vt ſuum nutriet. Reminiſcetur quòd & tu quoque orphanorum pater dum licuit fuiſti. Si vero in malicia vixeris, ac multos in vita læſeris, & omni fera truculentior fueris, iis qui tecum commercium habēt, demum cum è vita diſceſſeris, filium tuum communem omnium hoſtem relinques.

B

De iis qui plus thesaurizant.

C

Quemadmodum enim ſcorpij filium, quicunque aſpexerit metuet, ne vbi per ætatem licuerit, patris venenum imitetur: ſic item & ex te deſcendētes liberos, vt paternæ iniquitatis hæredes futuros, priuſquam ad ætatem veniant, omnes cauebunt, illíſque inſidiabuntur. Quid igitur plures inſidiatores ac inimicos tuis liberis paras: quum potius ſi toto tempore viueres, dare te operam oporteat, multorum beneuolentiam ad tuorum tutelam habere adiutricem? Quoniam autem incertum eſt, quàm diu viuas, relinque per beneficentiam multos, qui pro te rem curent: ne quando te diſcedente è vita, deinde diuitiis quas congregas, ad ſucceſſorem, ob odium forte apud homines cōtractum, minimè prouenientibus, moueant omnes caput ac dicant, quomodo male parta male dilabuntur, & ad filios minimè tranſmiſſa ſunt. Hęc ego tibi prædico ex humanis rationibus: quæ vero tibi à domino ex euangelio dicuntur, facilè noſti. Ne igitur liberos prætexas. Ne honeſtam apparentem cauſam ad peccati occaſionem afferas. Qui enim filium fecit & te fecit. Qui etiam tibi occaſiones nutriendi præbet, & filio præbebit vitæ ſubſidia. Quilibet enim propriæ vitę rationem deo reddet. Quid noſti, cui theſaurizas? Theſaurizat, inquit pſalmus, & neſcit cui congregabit ea. Filius nanque eorum eſt ſæpe occaſio quæ cumulantur: quæ tamen deinde aut furis rapacitas, aut paraſitorum ſycophantarúmve nugæ, ſiue hoſtiū prædæ diripiunt ac lacerant, aut fames graſſando abſumit. Multa ſunt enim quæ rem tollant atque abſumant. Dic obſecro, quando à deo liberos petiiſti, quādo filiorum pater eſſe deſiderabas, num tuis precibus hoc addidiſti: Da liberos rogo vt illorum prætextu auarus factus gehennæ tradar? da liberos, ne mandatis tuis obediam? da liberos, vt euangelium deſpiciam? Non profectò hac conditione poſtulaſti, ſed filios quærebas vitæ adiutores communis. Doce miſer bonis & verbis & exemplis, quales eos erga deum oporteat eſſe, qualéſque ſæpenumero vidiſti. Hæ nanque ſunt veræ diuitiæ, ipſa pecunia multo pretioſiores. Hæc hæreditas bona, à patre filiis relicta. In poſſeſſionem ergo orphanorum non intrabis, cum viro inuido non ſimul cœnabis. Dictum ſupra de inuidia. Ad maiorem eius mali cuſtodiam nūc rurſus aliquid addemus: Ipſa nanque proprium eſt diaboli vitiū. Non enim diabolus ſtatim creatus eſt diabolus: ſed cum angelicam poteſtatem accepiſſet, in dæmonis naturam conuerſus eſt, & factus iniquus dæmon. Hac enim iniquitate imbutus, & à dei familiaritate alienatus, ac ad partem defectionis conuerſus: poſtquam vidit hominem, paruum quidem animal ſupra omnem creaturam honoratum: quum eſſet antiquior homine, facilè conſpexit, quemadmodum natatilia verbo tantum facta ſunt, omniáque in mari viuentia (Producāt enim, inquit, aquæ reptilia animarum viuentium. Nam verbo fecit deus, & cete illa quæ in mari Atlantico agunt.) Verbo item terreſtria, elephantes, equos, boues, greges animalium, armentáque omnia: quódque mirabilius, verbo cœlum & ſolem, verbo herbas, verbo vndas, tam quę ſupra cœlum ſunt, quàm quæ ſubtus in terra ſtagnant & concaua replent, factas eſſe vidit: ſolum hominem manibus dei plaſmatum eſſe. Hunc ei honorem inuidit. Eum nanque ſole præſtantiorem animaduertit, quum ille verbo, hic manibus ſit conditus: & ille ob hominem conſtitutus, homo vero propter deum. Homo item vt deus eſſet, ſol, vt homini famularetur. Conſiderauit inſuper quemadmodum primum creaturæ, deinde, homo eſſet, quod ipſi tantum veluti patrifamilias cuidam domum plenam deus præpararit. Non enim ante omnia fecit hominem, ne pauper inópſque foret: ſed prius cœlum, tanquam tectum nobile ſponte conſtructum conſtituit. Terram ſtrauit, vt hominis pedibus ſolidum ſtatueret pauimentum. Illam omni copia generéque herbarum ac fructuum florere,

D

De inuidia rurſus.

E

Inuidia diaboli in hominem.

F

Hominis creatio ſingularis.

ac

ac abundare voluit. Iumenta item omnia, animalia quoque omnis generis, aliqua ſub paſtoribus, nonnulla ſylueſtria ad corporis exercitationem: quædam cum labore poſſidenda, vt chariora eſſent: quædam præſto parata, vt vſui humano facilè ſuppeditarent, ſubiecta protinus illi eſſe. Inſuper fructum omnigenium è terra paratum. Vniuerſam creaturam hominis vſui conceſſam eſſe vidit. Tantámque beneuolentiam diuinam ac benignitatem erga eum proſpexit, vt non contentus deus tot ei commoditates tribuiſſe, ſed eum tanquam ſuas delitias & ornamentum proprium eligens, in paradiſo collocauerit: inſuper angelos ei

A pædagogos adhibuerit. Deum poſtremò cum eo conuerſantem, & eadem lingua cum eo colloquẽtem. Vbi igitur agnouit hominem, vbi vidit tam exile animal ad angelorum dignitatem à deo vocatum, & per virtutem modeſtámque vitę cõuerſationem ad vitæ perfectionem tendentem, inuidia motus, eum per inſidias aggredi cogitauit: nec dum ſolus erat, potuit, aut cauſam vllam habuit. At poſtquam creata eſt mulier, tenerum quidem animal, cui conditor teneriorem naturam dedit, vt paruulos humanius ac benignius educaret.

Mulier. (Si enim mulier auſterior fuiſſet, nunquam plorantem infantem vlnis ac pectore foueret, ac cõplecteretur: nunquam proprij ſæpe cibi oblita, vbera ſitienti tanta patientia præberet. Nunc autem matrum viſcera ſomnum ſæpe à palpebris diſcutiunt, ſi quando infanti breue quid acciderit.) Vt, inquam, puer probè nutriatur, mulieris natura dulcior eſt, & humanior creata. Huius itaque humanitatis occaſionem nactus diabolus, facilitatem eam, quæ virtutis gratia conceſſa erat, ad vitium conuertit. Eſt itaque inuidia diaboli pro-

B prium malum, quod ſatis exprimi nequit quod medicinam ſpernit. Qui caput, aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiunt: at qui ægrotat inuidia, quid dicet? Angunt me proximi bona? Nam veritas hæc eſt, attamen hæc quiſque verba fateri erubeſcit. Quid, quæſo, te affligit, proprium malum, an alienum bonum? Certe malum tuum incurabile. Canes enim nutriendo, manſuetos reddimus: inuidum vero & malignum beneficio noſtro deuinciendo, longè peiorem reddimus. Non enim gaudet in iis quæ recipit bonis: ſed tua triſtatur felicitate, quòd facultas tibi ſit eius vſui ſubueniendi. Noli igitur in diaboli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi, inuidit, inquam, quum te è paradiſo expulit. Per illum ſentes & tribuli, per illum ſudor & exilij principium: in quod incidens, ne obliuiſcaris antiquæ patriæ. Memento nobilitatis tuæ. Recordare patriæ vnde excidiſti. Reminiſcere, quanto ille te damno mulctauit. Ne ſequere illum, néue cum eo commercium ſuſcipe vllum. Bis enim te læſit. Primũ quum te ab initio eiecit. Deinde nunc reditum tuum turbare contendit. Incommodum nanque tibi primum intulit per mulierem. Et turſus per mulieris concupiſcentiam reſtitutionem tibi pro-

C hibet amiſſorum. Fornicationem excogitauit, vt regno cœlorum prohibearis. Prima iactura minime contentus, ſecundas etiam excogitat vias, curſum nobis ad beatam vitam obſtruendo: quando murus eſt quidam, & impedimentum nobis iter facientibus, ipſi mendacium innumeræ ſunt ipſius remotæ quibus nos impedit. Illius ſunt quaſi germina, crudelitas, aſperitas, auaritia, contumelia, & quæcunque verbo veritatis repugnant, hæc omnia ſunt diaboli aduerſus nos tela infeſta. Oſor eſt hominis quoniam & aduerſus deum rebellis eſt, primum odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempſit dominum, alienatus eſt à deo: Vbi vidit hominem ad ipſius imaginem factum, quum non poſſet in autorem ipſum, quem ante omnes lædere cupit, in eius imaginem ſuam exercuit malignitatem. Veluti ſi quis homo, quando regem inimicum attingere non valet, eius ſimulachrum cæderet. Vidi ego iam, partim audiui, res certa eſt, inter animalia hominibus inimi- D

Pardali. in homi. ira. ciſſima, pardalim quandoque in ſtadiis hominis oculos præ ira inuadentem. Qui feræ deludere furorem quærunt, hominis imaginem ei ex charta oſtendunt. Illa ſtatim furibunda eam concerpit atque dilacerat: hoc argumento ſatis oſtendens, quanta ſit eius aduerſus hominem inimicitia. Sic item diabolus in dei imagine quo ſit erga deum odio oſtendit, quando deum ipſum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipſius ſatis oſtendit, dei eſſe illum aduerſarium, & ante omnia deum petere. Ille miſerum hominẽ ex vrbe Hieruſalem, in Hiericunta deiecit: hoc eſt, altis locis ad ima. Eſt enim Hieruſalem in colle ſita, Hiericus autem in ora maris. Si quis veſtrum locum vidit, ſcire poteſt rei veritatem, quemadmodũ Hiericus in curuis Palæſtinæ locis recumbat: Hieruſalem vero in monte longè diffuſa, ſupra reliqua loca eius regionis attollatur. Itaque homo è ſublimi ad inferiora deſcendit, vt in latrones incideret: E Hieroſolymis tanquam ſecuro loco exiit, vt incideret in latrones ſolitudinem occupantes, qui eum & cæciderunt & ſpoliauerunt. Prius pla- E ga, deinde nuditas narratur. Nam animæ plaga, peccatum. Nuditas vero animæ, immortalis amictus eſt ereptio. Peccatum nanque, gratiam per baptiſmi regenerationem nobis datam abolet. Fornicatio plaga eſt, adulterium alia plaga, alia inuidia, libido alia plaga, auaritia item alia: quodlibet horum plaga eſt à latronibus, hoc eſt, dæmonibus noſtris, ad culpam miniſtris, nobis inflicta. Poſt plagas vero ſpoliatus eſt. Si autem corporea fuiſſet veſtis, prius ſpoliaſſent, deinde plagas addidiſſent, vt veſtis ſeruaretur. Nunc autem plagæ

Plaga ante ſpoliationem ſpiritualem. præcedunt, vt planè diſcas, quemadmodum culpa, gratiæ priuationem atque amiſſionem præcedit, quæ nobis per humanitatem domini noſtri Ieſu Chriſti data eſt: Cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

BASILIVS MAGNVS de Humilitate.

F

DEbebat homo in gloria quã apud deum habebat manere, Et ſublimitatem habuiſſet non fictam ſed veram, potentia dei ſublimis, ſapientia diuina præclarus, æterna vita illiúſque bonis ſeſe oblectans & alacris. Poſtquam verò diuinæ gloriæ deſiderium mutauit, & maiorem

tem ſperauit, & quam non poterat accipere apprehendere ſatagens, quam habere poterat perdidit, maxima illi ſalus eſt, quod & morbum curare licet, & ad priſtinam dignitatem per animi ſubmiſſionem redire, nec aliquem gloriæ prętextum per ſeipſum comminiſci, ſed à deo quærere. Hoc nanque pacto lapſum corriget, ita ad ſactum pręceptum quod deſeruit recurret. At diabolus quo falſæ gloriæ ſpe mortalibus imponat, non ceſſat à ſeipſo incitatus ac prouocatus innumera ad hoc A machinamenta comminiſci, è quibus ſanè magnū eſt, quod pecuniarum opulentiam oſtendit huiuſmodi, vt illius nomine inſoleſcat, vt cura illius afficiatur. Quæ quidem ad gloriam nihil confert, confert autem plurimum ad periclitādum. Quæſtus nanque pecuniarum, argumentum eſt auaritiæ, poſſeſſio illarum nihil facit ad bonam exiſtimationem, ſed fruſtra inflat, inaniter extollit, & fere idem facit animæ, quod inflammatio corpori. Inflammatorum enim corporum tumor, nec ſanus eſt nec vtilis, ſed morbidus ac noxius, periclitandi principium adſerens, & pereundi occaſionem. Tale quid & circa animam facit ſuperbia.

Et non ſolum ex pecuniis naſcitur animi elatio, neque ſuperbo tantum qui ex pecuniis eſt victu & veſtitu in ſublime feruntur homines, ſumptuoſiores quàm neceſſitas exigit, ac voluptuarias menſas ſtruentes, nec pro neceſſitatis vſu ſeſe veſtientes, amplas ædes adornantes, famulorúmque ſubſequentium copiam, & adulatorum innumerabilium cœtus poſt ſe trahentes, ſed & Magiſtratus honorem ex populi ſuffragiis adepti, ſupra naturā B exaltātur. Si populus Magiſtratum dederit, ſi quā præſidendi dignitatem aſſignauerit, & prærogatiuæ honorem decreuerit, & hic quaſi humanam excellant naturam, tantum non ipſis ſe putantes inſidere nubibus: proterendos arbitrantur ſubiectos homines & aduerſum eos quoque, vnde dignitatem quam habent acceperunt, eriguntur, & per quos quod ſunt eſſe videntur, aduerſum illos inſoleſcunt, rem committentes dementia plenam cum gloria illorum quouis ſomno inanior ſit, & ſplendorem habeāt nocturnis ſpectris vaniorem, & à populi nutu pendentem. Qualis erat demens ille Salomonis filius, ætate iuuenis, mentis vſu iuuenilior, qui populo mitiorem regni adminiſtrationem petenti, duriorem comminatus, & per minas illas amiſſo regno, inde dignitate quam habebat deiectus eſt, vnde maiorem regni gloriam ſperabat. Inſolentem quoque reddit hominem manuum dexteritas, pedum celeritas, & corporis venuſtas, quæ obiter morbis abſumuntur, nec animaduertunt, quod omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis eſt ſicut flos fœni, quod fœnum areſcit & flos illius decidit. Talis erat roboris graC tia Gigantum arrogantia, & Goliath ſatui deum impugnans ſuperbia, & venuſtatis gratia intumeſcens Adonias, & comæ magnitudine ſuperbiens Abſalon. Et ipſa quoque humana ſapientia & prudentia, quæ inter reliqua mortalium bona potiſſima reputatur, & ſolidiſſima, inanem habet elationem, & in ſublimitatem extollit non veram, nec quicquam iſta valent, vbi diuina ſapientia deeſt.

Diaboli aſtus omni ſapientia.

Aſtutia nanque diaboli, qua aduerſum hominem vſus eſt, irrita facta eſt: & quod ille inſidioſè contra hominem machinatus eſt, non animaduertit ſibi ipſi fore aduerſum, non tantum illum lædens, quem à deo & vita æterna abalienaturum ſe ſperauerat, quantum ſeipſum prodens apoſtata à deo factus, & morte ſempiterna condemnatus. Et laqueo quem domino ſtruxit ipſe captus, inque eo crucifixus eſt quem ſe crucifixurum, & mortuus in eo quem morte ſe extincturum ſperauerat. Si vero princeps iſte mundi, primus, maximus, & inuiſibilis mundanæ ſapientiæ ſophiſta, ſuis ipſius commentis capitur, & in extremam reuoluitur in D ſipientiam, multomagis illius diſcipuli & æmulatores etiam ſi innumera commententur, vbi ſe ſapientes eſſe dicunt, ſtulti facti ſunt. Pharao interitum callidè ſtruit Iſraëli, ſed obſeruauit inde irritam fore ſuam aſtutiam vnde nihil huius expectabat. Quod videlicet infans propter ipſius mandatum morti expoſitus, occultè in aula ſua regia enutritus, & ipſius ac totius Gentis Aegyptiacæ vires demoliturus, & Iſraëlem ſaluū reſtituturus eſſet.

Pharao.

Abimelech vero, homicida ille, Spurius Gedeonis filius, qui ſeptuaginta germanis illius filiis occiſis, & aſtutum hoc ad Regni confirmationem adinuentum ratus, quos cædis huius habuerat adminiſtros conterit quidem, ſed & ipſe viciſſim ab illis conteritur, & tandem per mulieris manum ac lapidis iactum perit. Et Iudæi omnes cōſilium contra dominum ſibi ipſis exitioſum commenti ſunt dicentes, Si permiſerimus eum ad iſtum modum, omnes credent in illum, & venient Romani ac tollent noſtrum locum & gentem. Hoc conſilio necem Chriſti aggreſſi, quaſi Gentem ac locum ſuum ſeruaturi, ſuo ipſorum conſilio vtrūque perdiderunt, extorres facti & ab inſtitutis ſuis & cultu abalienati. At in ſumma, innumeris exēplis poteris dicere, quàm ſit inane, humana ſapientia E excellere, & quàm exile ſit & humile magis quàm magnificum ac ſublime. Itaque nemo prudens, vel de ſua ipſius ſapientia vel aliis prærogatiuis quas recenſui, quicquam gloriabitur, ſed obtemperabit paræneſi beatæ Annæ, & Prophetæ Hieremiæ, qui dicit, Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec glorietur robuſtus in robore ſuo, nec diues in diuitiis ſuis. Sed quænam eſt vera gloriatio, & qua in re magnus eſt homo? In hoc, inquit, glorietur, qui gloriatur, ſi ſciat & cognoſcat me eſſe dominum. Hæc eſt hominis ſublimitas, hæc gloria & magnificētia, verè cognoſcere hoc quod magnum eſt, & illi conglutinari, ac gloriam à domino gloriæ quærere. Dicit autem Apoſtolus, Qui gloriatur in domino glorietur, vbi dixit, quod Chriſtus nobis factus ſit à deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, vt ſicut ſcriptū eſt, qui gloriatur in domino glorietur. Nam ea demum perfecta & omnimoda gloriatio eſt in deo quando neque propter ſuam ipſius quis iuſtitiam extollitur, ſed agnoſcit ſe quidem vera deſtitui iuſtitia, verum ſola in Chriſtum fide iuſtificatum eſſe. Et gloriatur in eo Paulus quòd ſuam ipſius F iuſtitiam contemnat, ſectetur autem per Chriſtum eam iuſtitiam, quę ex deo eſt in fide, vt cognoſcat ipſum & potentiam reſurrectionis ipſius, & paſſionum ipſius communicationem, configuratus morti illius, ſi quo pacto ad mortuorum reſurrectionem pertingat. Decidit hic vniuerſa arrogantiæ ſublimitas. Nihil tibi relictum eſt, ò homo, de quo gloriari poſſis, cuius gloriatio & ſpes

Abimelech.

Iudæi.

Sola fides iuſtificat.

in eo ſita eſt, vt omnia tua mortifices, & futuram
in Chriſto vitam quæras, cuius primitias haben-
tes in his nunc ſumus, per vniuerſum in gratia ac
dono dei viuentes. Et deus eſt qui operatur in no
bis & velle & perficere pro bona voluntate, deus
item eſt, qui ſapientiam ſuam, prædiffinitam ad
noſtram gloriam, per ſpiritum ſuum reuelat: deus
eſt qui in laboribus dat virtutem. Abundantius
omnibus, inquit, Paulus, laboraui. Non autem e-
go ſed gratia dei, quæ eſt mecum: deus eſt qui eri-
pit è periculis, idque præter omnem humanæ ra-
tionis ſpem. Ipſi, inquit, in nobis ipſis ſententiam
A mortis acceperamus, ne confideremus in nobis
ipſis ſed in deo, qui mortuos excitat, qui ex tanta
morte nos eripuit, & eripit, in quem ſperauimus
quòd & in poſterum erepturus ſit. Quid igitur
teipſum, dic quæſo, extollis, quaſi propria habeas
bona, cum gratias pro donis agere debeas largi-
tori? Quid enim habes quod non acceperis? Si ve
ro & accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis?
Tibi non innotuit deus per tuam iuſtitiam, ſed tu
deo, per illius bonitatem: cognoſcentes, inquit,
deum, imò magis cogniti à deo. Tu Chriſtum nũ
per tuam apprehendiſti virtutem, ſed te Chriſtus
per ſuum aduentum. Inſequor, inquit, ſi quo pa-
cto apprehendam quatenus & apprehenſus ſum
à Chriſto. Non vos me elegiſtis, inquit, dominus
ſed ego elegi vos. An ideo ſuperbis quod honore
effectus es, & acceptam miſericordiam ad occaſio
nem arrogantiæ rapis? Et tunc cognoſces ipſum
quiſquis es. Sicut Adam eiectus è Paradiſo, ſi-
cut Saul deſtitutus ſpiritu dei, ſicut Iſraël à ſancta
radice reſectus. Fide, inquit, ſtas? Noli ſublime ſa-
pere, ſed time. Gratiam ſequitur iudicium, & quo
B pacto donis ſis vſus, requiret Iudex. Si vero ne
hoc quidem intelligis, quod honore potitus es,
ſed gratiam dei præ nimia ſtupiditate propriam
reputas virtutem, non es honoratior beato Apo-
ſtolo Petro. Neque enim Chriſtum plus potes
diligere quàm ipſe, qui vſque adeò illum dilexit,
vt & mori pro eo voluerit. Verum quoniam arro
gantius dixerat, etiam ſi omnes ſcandalum patiã-
tur in te, ego tamen nunquam ſcandalum patiar,
humanæ traditus eſt puſillanimitati, & prolapſus
eſt in negationem, lapſu inſtitutus ad pietatem,
& edoctus etiam aliis infirmis parcere, vbi ſuam
ipſius cognouit imbecillitatem, & cõſpicue didi-
cit, quod quemadmodum, cum in pelago merge
retur, dextera Chriſti releuatus eſt, ita & in ſcan-
dalorum fluctibus, cum per diffidentiam pericli-
taretur Chriſti virtute ſeruatus ſit, qui etiam ipſi
quod poſtea accidit prædixerat, Simon Simon, in
quiens, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribret in-
ſtar tritici, & ego pro te rogaui, ne deficiat fides
tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres
tuos. Petrus itaque ad hunc modum reprehenſus
C merito opem domini adeptus eſt, vt arrogan-
tiam reiiceret, & infirmis parceret inſtitutus:
Phariſæus vero ille, impudens & vehementer ſu-
perbus qui non ſolum in ſeipſo confidentiam ha
buit, ſed & publicanum apud deum traduxit, iu-
ſtitiæ gloriationem ſuperbiæ vitio perdidit, &
deſcendit publicanus præ ipſo iuſtificatus, propte
rea quod gloriam ſancto deo dedit, & nec ſuſpi-
cere auſus fuit, ſed ſolum propiciationem expeti-
uit, ſeipſum & habitu, & pectore percuſſo & ſo-
lam quærendo propitiationem condemnans. Vi-
de igitur & obſerua exemplum grauis nocumen-
ti, quod adfert ſuperbia. Iuſtificationem amiſit
per ſuperbiam elatus, mercedem perdidit per cõ-
fidentiam temerarius, infra humilem & peccato-
rem abiectus eſt, ſeipſum ſupra illum extollens,
& non dei iudicium expectans, ſed ſuum ipſius
proferens. Tu vero aduerſus neminem vnquam
inſoleſcas, ne vehementer quidem peccatores.
Animi modeſtia & humilitas eum ſæpenumero
eripit, qui plurimum & in magnis deliquit. Nolis
itaque teipſum præ quoquam iuſtificare, ne quo D
pacto fiat, vt per tuam ipſius iuſtificatus diuina
ſententia condemneris. Non iudico meipſum, in-
quit Paulus, nihil enim mihi ipſi conſcius ſum. At
in hoc non iuſtificatus ſum. Qui vero me iudicat
dominus eſt. Putas quod aliquid rectè feceris?
Gratias age deo, nec contra proximum extollere.
Opus ſuum, inquit, probet vnuſquiſque, & tunc in
ſeipſo tantum gloriationem habebit & non in a-
lio. Quid enim vtilitatis attuliſti proximo, quòd
fidem es confeſſus, aut exilium propter nomen
domini perpeſſus, aut ieiunandi moleſtias tolera-
ſti? Horum vtilitas non eſt alterius, ſed tua. Metue
ſimilitudinem ruinæ qua cecidit diabolus, qui cõ-
tra hominem elatus ſubtus hominem cecidit, &
in proculcationem traditus eſt ei quem ipſe calca
uerat. Talis eſt & Iſraëlitarum ruina. Elati nanque
aduerſus Gentes tanquam immundas, ipſi vere fa
cti ſunt immundi; Gentes vero purificatæ, & illo-
rum iuſtitia facta eſt inſtar panni menſtruatæ mu
lieris: Gentium vero iniquitas & impietas per fi-
dem eſt abluta. Omnino veræ memor eſto parœ-
miæ. Superbis, inquit, reſiſtit deus, humilibus ve- E
rò dat gratiam. In promptu habe dictum illud do
mini. Quiſquis ſeipſum humiliauerit exaltabitur,
& qui ſeipſum exaltauerit humiliabitur. Ne ſis i-
niquus tuiipſius iudex, neque ad gratiam teipſum
examina, ſi boni quicquam habere te putaueris, il
lud in numerato tenens, eorum ſponte oblitus,
neque eorum gratia quæ hodie rectè facis inſoleſ
cas, eorum quæ paulo ante atque olim male deſi-
gnaſti, veniam tibi ipſi largitus, ſed ſi quando te
præſens benefactum nonnihil elatum reddit, ad
memoriam reuoces quid olim mali feceris, & ceſ
ſabit inſenſata illa animi inflatio. Et ſi quenquam
in præſentiarum delinquere videris, ne hoc ſolum
in illo ſpectes, ſed cogita ſimul quæ rectè vel fece
rit olim vel nunc quoque faciat, & deprehendes
ſæpenumero talem ſi ſingula inquiſieris, nec par-
ticulas quaſdam duntaxat ſcrutatus fueris, te eſſe
meliorem. Neque deus enim hominem particu-
lariter examinat. Nam ego, inquit, & opera & co
gitationes ipſorum coniunctim producturus ve-
nio. Et cum Ioſaphat Regem aliquando propter
peccatum recens commiſſum reprehenderet, ſi-
mul & rectè factorum mentionem fecit dicens.
Veruntamen & actus quidam boni inuenti ſunt F
in te. Iſta & ſimilia contra animi ſuperbiam per-
petuò nobis ipſis occinamus, nos ipſos deturban-
tes vt à domino exaltemur, imitantes dominum
qui ad extremam vſque humilitatem è cœlo deſ-
cendit, & ruſus ex humilitate ad competentem
ſublimitatem exaltatus eſt. Vniuerſam nanque do
mini diſpenſationem ad humilitatem nos inſtrue
re deprehendimus. Cum infans eſſet, mox in ſpe-

Iunca, nec lecto ſed præſepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur ſubditus matri & illius ſponſo. Docetur, audiens quorum non egebat, interrogans vero, & interrogando admirabilem declarabat ſapientiam. Subditur Ioanni, & baptiſmum ſuſcipit à ſeruo dominus. Nemini aduerſariorum reſiſtit, neque inenarrabilem ſuam poteſtatem in quẽquam vibrat, ſed quaſi potentioribus cedit, & poteſtati temporariæ potentiam quam illa habebat permittit. Principibus ſacerdotum in forma rei ſiſtitur, ad præſidem ducitur, & iudicium illius ſuſtinet. Et cũ poſſet calumniatores ſuos arguere, ſilentio tolerat illorum calumnias. Conſpuitur à ſeruis ac viliſſimis pueris. Morti traditur, eique hominum iudicio turpiſſimæ. Ita hominem omnia ab ipſa natiuitate ad mortem vſque exercuerunt. Poſt tantam vero animi humilitatem tandem & gloriam ſuam exerit, vnà ſecum glorificans quotquot cum ipſo ignominiam tulere, quorum primi ſunt beati diſcipuli qui pauperes ac nudi orbem percurrerunt, non in ſapientia ſermonis, non ſequacium multitudine ſuffulti, ſed ſoli, & piſcatores, & deſolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæſi, lapidati, perſequutione iactati, tandem occiſi. Iſta ſunt nobis paternæ ac diuinæ inſtitutiones. Ad horum nos imitationem cõferamus, vt ex humilitate nobis ſempiterna naſcatur gloria, quę perfectum eſt ac verum Chriſti donum. Quonam igitur pacto ad ſalutarem hanc animi humilitatem pernicioſa ſuperbiæ elatione relicta deſcendemus? Si perpetuo ſtudium modeſtiæ exerceamus, nec quicquã contemnamus tanquam à quo nihil ſimus læſi. Vitæ nanque ſtudiis & exercitiis aſſimilatur anima, & qualia facit talis etiam formatur, & eiſdem cõfiguratur. Sit tibi & ornatus, & indumentum, & inceſſus, & cathedra, & certa ac tranquilla alimonia, & lectus paratus, & domus, & vaſa domeſtica, quorum omnium vſus ſit ad frugalitatem, & ſermo, & cantus & proximi conuictus, & hæc ad mediocritatem magis quàm ad faſtum. Vide ne in ſermone arrogantiam vſurpes ſophiſticam, neque in cantu ad voluptatem accommodatæ voces ſuperiores habeant, neque dictionem oſtentes ſuperbam ac grauem. Sed in omnibus ſplẽdori ac magnificentiæ detrahas, comis erga amicum manſuetus erga domeſticum, patiens erga temerarios, humanus erga humiles, patronus adflictis, inuiſens in dolore conſtitutos, in ſumma, neminem contemnens, ſuauis in appellatione, alacer in reſponſione, dexter, & expoſitus vniuerſis, neque tua ipſius celebrãs encomia, neque alios qui hoc faciant ſubornans, neque inhoneſtam de proximo famam admittens, & virtutes tuas ac prærogatiuas quantum fieri poteſt obtegens, peccatorum vero gratia teipſum accuſans, nec expectans vt ab aliis reprehendare, vt idem facias quod iuſtus, qui in principio ſermonis ſeipſum accuſat, & ſis qualis erat Iob, * quem non puduit vrbis tumultuationem propriam contra ſe deprædicare ruinam. Ne ſis increpando moleſtus ac ſeuerus, neque ſtatim, aut cum animi commotione quenquam reprehendas: (Reſipit enim hoc contumaciam quandam) neque propter modica delicta condemnes aliquem, quaſi rigidus ac prædurus iuris exactor, ſed eos qui deliquerunt complectare, & ſpiritualiter inſtruas, quemadmodum admonet Apoſtolus, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Et tantum ſtudij impendas ne apud homines glorioſus habeare, quantum impendunt alij vt glorificentur, ſiquidem Chriſti memor fueris, qui mercedẽ apud deum amittit, dicit, ſi ſponte apud homines cupias illuſtris haberi, & bonum ad hoc facias vt conſpicuus ſis hominibus. Abſtulerunt enim, inquit, mercedem ſuam. Itaque nolis tibi ipſi nocere, apud homines conſpicuus eſſe cupiens. Quandoquidem deus, magnus ille, ſpectator eſt, illi placere geſtias, nam ſplendidè remunerat. At prælatus es aliis, & concomitantur te homines ac glorificant? Par eſto ſubiectis, nõ tanquam dominium exercens aduerſus clerus, vt Apoſtolus, inquit, neque ſecularibus te principibus conformes. Qui nanque primus eſſe cupit, omnium hominum ſeruum eſſe iubet Chriſtus. Vt ſummatim dicam, ita perſequitor animi humilitatem, vt decet humilitatis amatorem. Ama illam, & glorificabit te. Hoc pacto rite ad veram gloriã pertinges, quæ eſt coram angelis, quæ eſt apud deum. Agnoſcet te Chriſtus tanquam diſcipulum ſuum, coram angelis, & glorificabit te, ſi humilitatis ipſius fueris imitator, qui dixit, diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, cui ſit gloria & imperium in ſeculorum ſecula, Amen.

Margin notes: Humilitas Chriſti. — Vel qui nõ eſt veritus verbis tumultuationem, proprium contra ſeipſum prædicans caſum. — [illegible]

HOMILIA BASILII MAgni, non Adhærendum eſſe rebus ſecularibus.

VErebar quidem ego, dilecti, ne moleſtus vobis eſſe viderer, dum frequenter ſermonis ſtimulos vehemẽtius admoueo, tãquam ſuperfluam quandam animi confidentiã oſtendẽs, quæ nec hoſpitem deceat nec ei qui & ipſe ſimilibus vitiis obnoxius eſt competat. Vos vero reprehenſionibus iſtis ad beneuolentiã potius prouocari eſtis, & linguæ noſtrę verbera maioris deſiderij incitamentum feciſtis. Nec inſolens aliquid commiſiſtis. Eſtis enim ſapientes in iis quæ ſunt ſpiritus. Argue autem ſapiẽtem & diliget te, dicit alicubi in prouerbiis ſuis Salomon. Quapropter etiamnum fratres eandem parænesim aggredior, vt quocunque pacto, quantum mihi poſſibile fuerit, à diaboli vos rete ac laqueis abducam. Plurimum enim nos dilecti & variis modis veritatis hoſtis quotidie impugnat. Impugnat autem ita, ſicut ſcitis, vt noſtris ipſorum deſideriis iaculorum vice aduerſum nos vtatur, & perpetuo è nobis ipſis vires ſumat quibus non lædat. Quoniam enim maiorem potentiæ illius vim dominus inſolubili lege preſſit, nec permiſit, vt vno impetu genus mortalium à facie terræ deleret, per noſtram inſipientiam inuidus furtim contra nos victoriam molitur. Et quemadmodum peruerſi quidam & ſubdoli homines, quorum ſtudium eſt & propoſitum ex aliorum bonis dite ſcere, eam tamen po-

tentiam non habent, vt aperta violentia vtantur,
vias inſidioſè obſidere ſolent,& ſi locum aliquem
circa illas aut conuallibus profundis interruptũ,
aut dumorum denſitate obſcurum viderint,in il-
lum ſeſe abdunt, & huiuſmodi velamento viato-
rum circumquaque conſpectum, ne præuidean-
tur,amoliti, ex inopino illos adoriuntur, ne quiſ-
quam eorum laqueos periculoſos videre prius
queat,quàm in illos incidat, ita & Satan infenſus
nobis & antiquus hoſtis mundanarum oblecta-
tionum vmbris ſeſe inſinuans,quæ periculoſè cir
ca vitæ huius viam latronem occulere ſolent, &
A laribula præbere inſidiatori,inde improuiſos no-
bis perditionis laqueos ſubſternit. Oportet ita-
que nos ſiquidem tuto propoſitam vitæ noſtræ
viam percurrere,& animam noſtram ſimul ac cor
pus à vulnerum dedecore liberare, Chriſto ſiſte-
re,& victoriæ coronas apprehendere voluerimus
animi oculos perpetuò vigiles circunquaque di-
ducere,& quicquid iucundum apparet mox ſuſpe
ctum habere & prætercurrere,nec aliquam illi co
gitationem applicare,etiam ſi aurum copioſè pro
poſitum videatur, & idoneum quod à volentibus
tollatur.(Diuitię nanque,inquit,ſi affluxerint,cor
illis apponere nolite) etiam ſi quaſcunque delitias
terra proferat, & pretioſa tabernacula oſtentet
(noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt,vnde & ſer-
uatorem expectamus Chriſtum) etiam ſi choreas
comeſſationes,ebrietates & menſas concentuum
modulatione iucundas videamus.(Vanitas enim,
inquit,vanitatum,& omnia vanitas) etiam ſi offe-
B ratur venuſtas corporum, in quibus animæ per-
uerſæ habitant (A facie nanque mulieris ſicut à
facie ſerpentis fuge, inquit Sapiens) etiam ſi co-
pia detur potentatuum,ac tyrannidis,& ſatellitũ,
vel adulatorum, ad hæc & thronus ſublimis ac
ſplendidus ſubiectas habens ad voluntariam ſer-
uitutem, & gentes & vrbes. (Omnis enim caro,
inquit,fœnum eſt,& omnis gloria hominis ſicut
flos fœni:areſactum eſt fœnum,& flos decidit.)
Sub his nanque omnibus ita iucundis latebras
ſuas habet communis noſter hoſtis, expectans
num per obiectorum ſpectacula illecti relicta re-
gia via ad ipſius aliquando inſidias ipſi vltrò decli
nemus. Et plurimum ſanè timendum eſt,ne quo
pacto illis incautè adcurrentes,& oblectationem
illam quam vſurpantibus offerunt, nihil habere
periculi putantes,primo ſtatim guſtu doloſè abdi
tum hamum voremus,atque illo poſtea, nolimus
velimus,ligati ad terribiles latronis latebras, mor
tem ſcilicet,per huiuſmodi illecebras impruden-
C tes trahamur. Neceſſarium itaque omnibus & v-
tile eſt fratres,vt quemadmodum viatores ſolent
ac curſores cautè proficiſcamur, & ad perficien-
dum hunc curſum animabus noſtris vndique agi-
litatem venari,ſine vllo reſpectu ad viæ huius ter-
minum properemus. Et nemo me noua fingere
nomina ſuſpicetur,quòd iam humanam vitam vi-
am voco, cum & Dauid propheta vitam hanc ita
nominarit,nunc quidem ita alicubi dicens: Beati
immaculati in via, qui ambulant in lege domini:
nunc verò ad dominum ſuum clamans: Viam ini-
quitatis amoue à me, & in lege tua miſerere mei.
Et vbi præproperum dei auxilium contra calum-
niatores collaudans,& ad lyram ſuam illud iucun
dè applicans, dicit: Deus qui præcinxit me virtu-
te,& poſuit immaculatam viam meam, merito v-
bique terrenam hominum conuerſationem, ſiue
celebrandam, ſiue prauam, ita vocandam eſſe ra-
tus. Quemadmodum enim qui inſtitutum iter ex
pediuot,pedum greſſus, ad curſum inter ſe con-
certatores ad anteriora proferentes, & priorem
ſemper pedem terræ innixum veloci alterius trãſ
poſitione poſteriorem oſtendentes, facilè ad viæ
terminum promouent, ita & qui ad vitam hanc à
conditore producti ſunt,confeſtim in illius prin-
cipio temporum articulis ingredientes, & priorẽ
ex illis ſemper poſteriorem relinquentes, ad vitæ
metam pertingunt. An non & vobis præſens hæc
vita quaſi continua quædam via porrecta, & iter
quoddam ætatibus,quaſi quibuſdam viatorum di D
uerſoriis diſtinctum videtur, quod vnicuique pro
fectionis initium quidem parturitionem mater-
nam exhibet, curſus verò terminum ſepulchrorũ
ſcenas ſubmonſtrat,& ad illas quoſuis deducit,a-
lios velocius,alios tardius,& hos quidem per om
nia temporis interualla proficiſcẽtes, illos autem
ita vt ne prima quidem vitæ diuerſoria teneant.
Aliæ itaque viæ quæ ab vrbe vna ducunt, in aliam
declinari poſſunt, ne per illas ambulet, qui non
vult: hæc verò,etiam ſi differre curſum queamus,
viatores ſuos vi correptos ad deſtinatam à domi-
no metam trahit. Nec fieri poteſt,dilecti,vt qui
portam ad hanc vitam ferentem egreſſus,& hanc
viam ſemel ingreſſus eſt: non etiam ad illius ter-
minum perueniat, ſed vnuſquiſque noſtrum poſt
quàm materna clauſtra euaſit, ſtatim temporis o-
bligatus fluctibus prouoluitur,eum ſemper diem
quem iam vixit,poſt tergum relinquens,& ad he- E
ſternum nunquam,etiam ſi cupiat,redire valens.
Nos verò lætamur ad anteriora delati,& vbi æta-
tes protulimus, quaſi augmentum aliquod nacti
gaudemus,beatúmque ducimus, ſi è puero quiſ-
quam in virum,& è viro in ſenem euaſerit: ignari
quòd ſingulis diebus tantum de vita hac amitti-
mus, quantum temporis viximus: nec ſentimus
quàm vita noſtra abſumatur,licet perpetuò illam
à prætercurrente, ac præterlabente tempore me-
tiamur: neque cogitamus quàm incertum ſit hoc
tempus,quod ad perficiendum curſum noſtrum,
qui in hanc nos profectionem emiſit, concedere
propoſuit,& quando vnicuique noſtrum portas,
quas ingrediamur, reſeraturus ſit, & quòd opor-
teat nos quotidie ad migrandum ex hac vita para-
tos eſſe,& nutum domini fixis oculis expectare.
Sint lumbi veſtri,inquit,præcincti,ac lucernæ ar-
dentes, & vos ſimiles eſtis hominibus expectan- F
tibus dominum ſuum, quando reuertatur à nup-
tiis, vt venienti ac pulſanti confeſtim aperiant.
Nec diligenter ſpectare ſatagimus,quænam one-
ra facilia nobis ad hunc vitæ curſum ſint, & talia
quæ cum collectoribus ſuis hinc transferri,ac fu-
turam vitam propria poſſidentium ſe facta iucun
dam reddere queant,& quæ ſint grauia, moleſta,
terræ adhærentia, & quæ non ſoleant hominibus
planè appropriari,nec talia,quæ propter portę il-
lius anguſtiam poſſeſſores ſuos ſequi valeant, ſed
quæ colligenda fuerant, relinquimus, quæ verò
contemnere conueniebat,illa colligimus: & quæ
nobiſcum vniri,& animæ ſimul & corpori verum
& cognatum ornamentum eſſe poſſunt, iſtis ani-
mum non aduertimus: quæ verò perpetuò aliena
à no-

à nobis perſeuerant, & ſolam nobis turpitudinis
labem aſpergunt, hæc coaceruare conamur: fru-
ſtra nobis ipſis moleſti, laborémque inſtituentes
haud diſſimilem ab eo, ſi quiſquam ſeipſum ſedu-
cens in dolium pertuſum aliquid infundere vo-
luerit. Hoc ſanè omnibus puto etiam idiotis cog-
nitum eſſe, quòd nihil eorum quæ in hac vita iu-
cunda ſunt, & quorum gratia plerique inſaniunt,
verè noſtrum ſit, aut fieri ſoleat, ſed omnibus ſi-
mul aliena videantur, tam qui illis frui putantur,
A quàm qui ne attingunt quidem. Neque enim ſi
quidam infinitam vim auri in hac vita coaceruãt,
idcirco perpetuò illis aurum hoc proprium ma-
net, ſed vel à viuentibus adhuc, licet vndique obli
gatum, ad potentiores transfluens aufugit, aut in
mortis iam articulo conſtitutos deſerit, nec vult
vnà cum poſſeſſoribus ſuis emigrare, ſed iſti qui-
dem ab eo, qui animas violenter à miſera hac car-
ne ſeparat, ad neceſſariam compulſi migrationẽ,
ad pecunias crebrò reſpectant, & quos à prima
ætate ſudores illarum gratia tulerunt, deplorant:
diuitiæ verò aliorum manibus inhiant, iſtis colli-
gendi tantum labore & auaritię crimine inflicto.
Neque ſi terræ quiſquam innumera poſſideat iu-
gera, domos magnificas, omnis generis animan-
tium greges, & omnem acquirat inter homines
potentatum, perpetuo iſtis fruetur, ſed modico
quidem tempore ab ipſis nominatus, aliis iterum
opulentiam ſuam cedit, ipſe exigua tellure condi
tus. Sæpenumero autem & antequam ſepeliatur,
& antequam bonis cedat, videbit illa in manus ve
niſſe aliorum, idque forſan inimicorum quoque.
B Aut ignoramus quàm multi agri, quàm multæ æ-
des, gentes, & vrbes adhuc illis viuentibus à qui-
bus olim poſſidebantur, aliorum dominorum no
mina induerint, & quomodo qui olim ſerui fue-
runt ad principatus thronum aſcenderint, ac rur-
ſus aliquando domini ac heri vocati, cum ſubditis
ad ſeruiendum præſto eſſe ſoliti fuerint, & ſuos i-
pſorum ſeruos venerati ſint, rebus, vt in taxillorũ
circumuolutionibus fieri ſolet, repente mutatis.
Ea certè quæ ad cibum nobis ac potum adinuen-
ta ſunt, & alia omnia, quæ ſupra neceſſitatis vſum
opulentia contaminans, ad ingrati ventris ac ni-
hil continentis cultum excogitauit, quando no-
ſtra ſunt, etiam ſi continuò hauriantur? Quæ vbi
guſtu modicum aliquid voluptatis, idque in tran-
ſitu tantum reliquerunt, mox tanquam moleſta &
ſuperflua ægrè toleramus, & ſtudioſè quocunque
pacto eiicimus, vt plurimum de vita periclitantes
ſi viſceribus immorari permittantur. Itaque mul-
tis attulit mortem ſatietas, & cauſam dedit, vt nul
lo cibo amplius vti potuerint. Laſciua denique cu
bilia, & impuri congreſſus, & quæcunque anima
furens & efferata operatur, an non quamlibet na-
C turam manifeſtè lædunt, & conſpicuè vitiant, &
quæ verè cuiuſque ſunt propria bona abalienant
& imminuunt corporis vigore per concubitus at
tenuato, ac membrorum legitimo, & ad corporis
habitudinem attemperatiſſimo nutrimento dire-
pto? Proinde & vnicuique illorum, qui cubilibus
impudicis inuoluuntur, vſuuenit, vt poſt actum,
mox atque carnis œſtrum elanguit, & ad deteſta-
bilem finem eorum quæ tentauit, animus pertin-
git, ac veluti ex ebrietate quadam & grandi tem-
peſtate ſeſe recolligens, vbi nam ſit otium recogi
tandi nactus eſt, vehemens illum incontinentiæ
pœnitudo ſubeat. Sẽtit enim iam corpus ignauius
& ad ea quę neceſſaria ſunt obeunda torpidum
& imbecille factum. Hoc ſanè & pædotribis con
ſiderantibus temperantiæ & continentiæ lex in
palæſtris data eſt, quæ adoleſcentum corpora cõ-
tra voluptates communiret, nec permitteret cer-
tantibus vel tantillum illuſtres contueri formas, ſi
quidem capitibus ſuis coronas aptarent, propte-
reà quòd certanti riſum adferat incontinẽtia, nõ D
coronam. Hæc quidem tanquam omninò aliena
& inania, & quæ nulli propria fieri poſſunt, bonũ
eſt clauſis oculis prætercurrere: eorum autem
quę verè noſtra ſunt, multam conuenit habere ra
tionem. Quid autem verè noſtrum eſt: Anima ſci
licet qua viuimus, tenuis cuiuſdam & ſpiritalis
naturæ exiſtens, nec quoquam eorum quæ natu-
ram hominis premunt, opus habens, & corpus
quod animæ vehiculi loco ad hanc vitam à con-
ditore datum eſt (Hoc enim homo eſt, mens vi-
delicet accommodæ ac competenti carni inclu-
ſa.) Et hoc à ſapientiſſimo omnium opifice in vte
ro materno fingitur, hoc in lucem è thalamis illis
obſcuris parturitionum tempore producitur, hoc
ad principatum terrenorum diſpoſitum eſt, illis
creatura ad virtutis exercitium ſubſtrata eſt: illi
vis quædam ineſt imitari opificis potentiam, &
conſtantem cœleſtium rerum moderationem a-
dumbrare in terris. Hoc euocatum ex hoc ſeculo
emigrat, hoc tribunali eius, à quo deductum eſt,
ſiſtitur, hoc in iudicium vocatur, hoc actorum in
hac vita retributionem accipit. Et virtutes quo-
que in noſtram tranſire poſſeſſionem deprehen-
derit quis, quando per exercitium ac diligentiam
eo euadunt, vt cum ipſa noſtra natura quaſi coa- E
leſcant & iucundentur, & neque in terra nos ad-
flictos deſerere cupiant (niſi violenter ipſas vltrò
per inductionem peiorum actuum abigamus) &
ad futuram vitam properantes prę̨currant, inque
ordinem angelorum creatum collocant, ac ſub
conditoris oculis in ſeculum reſplendent. Opu-
lentia verò & potentatus, & ſplendor, & delitiæ,
& omnis huiuſmodi cumulus, qui quotidie per
noſtram inſipientiam augetur, neque nobiſcum
ad hanc vitam proceſſit, neque cum quibuſdam
ex illa migrauit vnquam, ſed in quolibet homine
fixum eſt & conſtans, quod à iuſto quodam olim
dictum eſt, nempe, nudus egreſſus ſum ex vtero
matris, nudus etiam abibo. Itaque qui ſibi opti-
mè cõſulit, animæ quidem quam maximè curam
habebit, illiúſque ſynceritatem ac genuinam pu-
ritatem perpetuò illibatam conſeruare conabi-
tur: carnis verò, ſiue illa fame tabeſcat, ſiue cum
frigore & ęſtu luctetur, aut morbis prematur, aut
violentum quid à quibuſdam patiatur, exiguam
rationem habebit in vnaquaque moleſtia illud
Pauli clamans, ac dicens: Etiam ſi externus no-
ſter homo corrumpitur, internus tamen renoua
tur de die in diem. Nec vbi vitam ſuam in pericu F
lum vocare viderit metu perculſus apparebit,
ſed ad ſeipſum cum fiducia dicet: Scimus quòd ſi
terrenum noſtrum huius tabernaculi domiciliũ
reſolutum fuerit, ædificationem ex deo habemus
domicilium non manufactum, ſempiternum in
cœlis. Si verò quiſquam & corporis rationem
habere voluerit, vt pote talis poſſeſſionis, quæ v-

na ſit animæ neceſſaria, & quæ illi ad viuendum
ſuper terram comperetur, pauca quædam ad hu-
ius vſum neceſſarium impendet, vt illud & conti-
neat tantum, & ad miniſterium animæ mediocri
cura ſanum conſeruet, non vt præ ſatietate laſciui
re permittat. Quòd ſi viderit illud quandoque
plurium deſiderio quàm proſit incenium, recla-
mabit illi dictum Pauli præſcribens. Nihil intuli-
mus in hunc mundum, conſpicuum eſt quòd ne-
que efferre quicquam poterimus: habentes au-
tem alimenta & quibus tegamur, his contenti eri
mus. Iſta illi continuè occinens & ioclamans, mo
A rigerum ſimul & expeditum ſemper ad cœleſtem
profectionem reddet, & hoc magis ad ea quę pro
poſita ſunt obeunda cooperarium habebit. Si ve-
rò laſciuire permiſerit, & quibuſuis quotidie quaſi
feram quandam immitem oppleti, fiet tandem vt
violentis illius reluctationibus adactus & conuul
ſus iaceat ac fruſtra iogemiſcat, & ad dominum
abductus, in conuerſationis huius terreſtris, quæ
ipſi conceſſa fuerat, fructum exactus, vbi reddere
nequiuerit, plurimum lamentabitur, & tenebras
continuas inhabitabit, delitias præſumptas & illa-
rum ſeductionem vehementer quidem accuſans,
quòd per hanc ſalutis priuatus ſit occaſione, nihil
verò vtilitatis amplius ex lachrymis capiens. In
inferno nanque quis confitebitur tibi, inquit Da-
uid. Fugiamus igitur quocunque pacto quàm po-
terimus velociſſimè, & nos ipſos vltrò vel obtor-
to collo retrahamus. Si vero quiſquam iam olim
ineſcatus, vel diuitiarum puluerem ex iniuſtitia
in ſeipſum coaceruauit, & animum curis illarum
obſtrinxit, vel ſcelus laſciuiæ dilutu difficile natu
ræ adfixit, aut aliis ſeipſum vitiis onerauit, is, dum
B adhuc opportunum eſt, antequam ad conſumma-
tam perditionem perueniat, plurimum ex oneri-
bus deponat, & antequam ſubmergatur ſcaphus,
ſarcinarum iacturam faciat, quas præter decorum
congeſſit, atque ita imitetur eos quibus in mari
negotium eſt. Illi nanque, etiam vbi neceſſario-
rum aliquid naui intulerunt, tempeſtas autem fer
uens ex pelago inſurgat, ac nauem oneribus preſ-
ſam fluctibus obruere minitetur, quàm poterunt
citiſſimè plurimum de pondere tollunt & abiici-
unt, & merces ſuas abſque vlla detrectatione in
mare profundunt, vt nauem ſupra fluctus ſubli-
miorem reddant, & animabus tantum, ſi ita poſſi-
bile ſit, & corporibus è periculo euadere liceat.
Multo autem magis nos iſta & conſultare conue-
nit & facere. Nam illi quidem, quicquid ſit quod
abiiciunt, mox perdunt, & paupertatis deinceps
neceſſitas illos occupat, nos verò quanto magis
prauum hoc onus effuderimus, tanto plures &
meliores animabus noſtris diuitias coaceruabi-
mus. Fornicatio quippe & quæcunque talia ſunt,
proiecta diſpereunt, & eo abeunt, vt ne ſint qui-
dem amplius lachrymis diluta. Sanctimonia ve-
C rò & iuſtitia in illorum poſtea locum transferun-
tur, res faciles ac leues, & quæ nullis fluctibus op-
primi queant. Pecuniæ ſanè bene eiectæ, nec per-
eunt eiicientibus ac diſpergentibus, ſed velut in
alias quaſdam tutiores naues, pauperum videli-
cet ventres, tranſlatæ conſeruantur, & ad portus
pertingunt, & cuſtoditur eiicientibus ornatus ci-
tra periculum. Adigamur itaque fratres en, vt &
in nos ipſos humani ſimus, & facultatum noſtra-
rum pondus, ſi quidem omninò quæſtum facere
voluerimus, in multos diuidamus, qui & portent
illud alacriter, & in ſinus domini, veluti tuta pe-
netralia recondant, vbi nec tinea corrumpit, nec
fures effodiunt neque furantur. Demus facul-
tatem diuitiis in egenos exuberare cupientibus.
Ne prætereundemus lazaros illos, etiamnum ocu-
lis noſtris expoſitos, neque menſæ noſtræ micas
ad ſatietatem illis ſufficientibus inuideamus, nec
crudelem illum diuitem imitati ad eandem cum
ipſo gehennæ flammam migremus. Alioqui il-
lic conſtituti vehementer implorabimus Abra- D
hamum, vehementer quoque quemlibet eorum
qui bene vixerunt, neque tamen quicquam cla-
mando impetrabimus. Frater enim non redi-
mit, redimet homo? Reclamabit autem nobis
illorum quiſque dicens: Ne quæras beneuolen-
tiam, quam ipſe erga alios ſpreuiſti, neque velis
tam ampla bona accipere, cum minora erogare
nolueris. Fruere nunc illis, quæ cum viueres
congeſſiſti. Plora nunc, quoniam in vita con-
ſtitutus cum fratrem illachrymantem videres, il-
lius non es miſertus. Hæc nobis illi dicent, &
merito: Vereor autem ego ne nos acerbius ſint
obiurgaturi, quoniam diuitem illum malitia, vt
ſcitis, ſuperamus. Neque enim vt diuitiis pror-
ſus parcamus humi proſtratos fratres prateri-
mus, neque vt liberis vel aliis domeſticis opulen
tiam noſtram conſeruemus, petentibus egenis
aures occludimus, ſed in peiores ſumptum faci-
mus, & peruerſam illam liberalitatem malitiæ
fomentum conſtituimus iis qui eam exercent.
Qui enim quorundam menſas circunſtant, quo
rum alij conuiuatorem obſcœnis verbis demul- E
cent, alij importunis intuitibus & geſtibus incon-
tinentiæ ignem accendunt, quidam verò inter ſe
ſcommata eiaculantes, riſum illi mouere volunt,
à quo ſunt vocati: rurſus alij mendacibus illum
encomiis qualem volunt fingunt. Et hi non ſo-
lum hoc luctantur vt ſplendidè conuiuentur, ſed
& manus pretioſis denariis plenas reportant, &
a nobis diſcunt quòd magis ipſis conducat iſtis i-
neptiis incumbere & operam dare, quàm virtu-
tibus. Si verò nos pauper aliquis acceſſerit, vix
etiam præ fame loquens, auerſamur hominem
eiuſdem nobiſcum naturæ, faſtidimus, & ſtu-
dioſè aufugimus, quaſi veriti ne & de ipſa mi-
ſeria nonnihil, ſi tardius progrediamur, contra-
hamus. Et ſi vultu fuerit in terram, ex calami-
tatis pudore demiſſo, hypocriſeos artificem eſſe
dicimus. Si verò nos liberè ac fidenter grauiter
à fame ſtimulatus adſpexerit, impudentem rur-
ſus & raptorem vocamus. Quòd ſi dono alicu-
ius veſte tectus eſt integriore, tanquam inſatia-
bilem pellimus, & paupertatem illum ſimulare
iuramus. Si verò marcidis fuerit ac laceris pan-
niculis obtectus, vt grauè olentem iterum abigi-
mus. Nec immitem hunc animum noſtrum F
flectere poteſt, ſiue conditoris noſtri nomen
precibus ſuis adhibeat, ſiue continuo iuramen-
to nos talibus paſſionibus haudquaquam fore
obnoxios, ſi commiſereamur, confirmet.
Quapropter ſuſpicor ignem gehennæ nobis gra-
uiorem quàm diuiti illi futurum. Quòd ſi tem-
pus permiſiſſet, & dicendi nobis ſufficiens a-
deſſet facultas, omnia vobis illius, vt in ſcrip-
turis

teris demonſtrata ſunt, exponens ſermonis offi-
cium, ac munus abſoluiſſem, nunc verò hora eſt,
vt feſſos vos dimittam. Ipſi autẽ, ſi quid eſt quod
propter intellectus ſimul ac linguæ imbecillita-
tem non attigimus, vobis ipſis quaſi quædã phar-
maca componentes, animarum medeamini vul-
neribus. Da nanque ſapienti occaſionem, & ſa-
pientior erit, inquit ſcriptura. Potens eſt autem
deus, vt abundare faciat in vos omnem gra-
tiam, vt in omnibus ſemper omnẽ habentes ſuf-
ficientiam, abundetis in omne opus bonum.
Verum ſermonem noſtrum fratres quidam ad
A portum iam, vt videtis, adductum, iterum in
admonitionis curſum reducunt, iubentes, ne quæ
à domino heri ſunt miraculoſe patrata, præter-
eamus, neque tropæum illud, quod contra dia-
boli furias ſeruator fixit, obticeamus, ſed ma-
gis occaſionem vobis cum laude domini exul-
tandi demus. Nam denuò quidem, vt ſcitis, ra-
biem ſuam contra nos oſtendit diabolus, & flam-
ma ignis à ſeipſo armatus eccleſiæ ſtabula impu-
gnauit, denuò verò victoriam retulit commu-
nis mater, & hoſtile machinamentum in ipſum
hoſtem repreſsit, nec quicquam ille effecit, niſi
quòd inimicitiam publicauit. Contrario flatu ini-
mici facibus reſtitit gratia domini, templum man
ſit illæſum, non valuit inducta ab hoſte tempe-
ſtas quaſſare petram, ſuper quam gregis ſui ſtabu-
lum Chriſtus ædificauit. Et nunc quoque vobiſ-
cum quaſi in acie præſto eſt, qui olim in Babylo-
ne caminum ignis extinxit. Quàm putatis hodie
ingemiſcit diabolus, conatus ſui finem, quem vo-
lebat, non aſſequutus? Nam confinem quidem
B eccleſiæ pyram inimicus accendit, vt noſtras per-
deret. Et vndique flamma violentis ipſius flatibus
excitata & aucta, ſuper ea quæ corripuit, eminuit,
& vicinum ætereι depaſta eſt ipſa templa corri-
pere coacta, & in calamitatis cõſortium nos quo-
que inuoluens. Verum ſeruator in illius eam ca-
put refluere fecit, à quo fuerat incenſa, & veſa-
niam ſuam in ſeipſum reſorbere iuſsit: & arcum
quidem inſidiæ ſuæ diabolus parauerat, iaculum
verò emittere non eſt permiſſus, immò emiſit
quoque, verùm in ipſius caput retortum eſt. Ip-
ſe iam ſibi amaras illas lachrymas habet, quas
nobis parauerat. Sed infligamus inimico, fra-
tres, vulnus aliquanto grauius, intendamus illi
luctum. Quo verò pacto id fieri poſsit, ego qui-
dem dicam. Vos autem illud facite. Sunt qui-
dam per conditorem noſtrum ex ignis potentia
erepti, ſed ita, vt nullum illis ſuperſit vitæ ſub-
ſidium, propterea quòd anima tantum & corpo-
re periculum euaſerunt. Nos itaque quotquot
C nullum calamitatis huius guſtum cepimus, facul-
tates noſtras illis communes faciamus, & obuiis
vlnis ægrè ſeruatos fratres complexi dicamus de
ſingulis ſinguli: Mortuus erat, & reuixit, perierat,
& inuentus eſt, & cognatum corpus obtegamus.
Opponamus noſtram cõſolationem vi & calum-
niæ inimici, vt nihil ille quod alicuius ſit momẽti
etiam vbi lædere voluit, nocuiſſe videatur, & nul-
lum poſsit oſtendere quem impugnando vicerit,
& fratrum facultatem deprædatus, noſtra libera-
litate victus appareat. Vos autem fratres, qui pe-
riculum hoc euaſiſtis, non admodum diſcrutiemi
ni malis, quæ vobis acciderunt, neque cogitatio-
nibus turbemini, ſed excutite mœſtitiæ caliginẽ,
& animos veſtros generoſioribus cogitationibus
corroborate, & quod accidit, in coronarum occa
ſionem mutate. Nam ſi immoti perſtiteritis, &
fide probatiores inſtar nobilis auri ex igne re-
ſplendentes deprehendimini, pudorem inimico
auctiorem reddetis, tanquam qui ne lachrymu-
lam quidem vobis inſidioſis ſuis conatibus excu-
tere potuerit. Admonete vos ipſos cõſtantiæ qua
vſus eſt Iob. Dicite ad vos ipſos quæ ille ſibi dixit:
Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino
viſum eſt, ita & factum eſt. Et nemo veſtrũ ex iis
quæ paſſus eſt, permoueatur, vt cogitet ac dicat, D
nullam prorſus eſſe prouidentiam, quæ res no-
ſtras moderetur: neque diſpenſationem ac iudi-
ciũ domini accuſet, ſed athletam illum adſpiciat,
& melioris ſpei conſiliarium ipſum faciat. Reco-
gitet omnia ex ordine certamina, quę illę ſtrenuè
decertauit, & quibus iaculis à diabolo petitus nul-
lum lethale vulnus acceepit. Demolitus quidẽ eſt
rerum ipſius proſperitatẽ, ipſum verò crebris &
irremiſsis calamitatum rumoribus obruere ſta-
tuit. Adhuc enim priore quid calamitatis accidiſ-
ſet, nuntiante, alius nuntius maiorum malorũ tri-
ſtitiam adferens adueniebat, atque ita calamitas
calamitati coniuncta erat, vt ſimiles fuerint cre-
bris fluctuum inſultibus, & prius quàm priores
ceſſarant lachrymæ, aliarum adferebatur occaſio.
Iuſtus verò quaſi quoddam ſaxum tẽpeſtatis im-
petum fortiter excipiens, & fluctuum vim in ſpu-
mam commutans, immotus ſtabat, & gratam
hanc ad dominum vocem emittebat, dicens: Do-
minus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino pla-
cuit ita & factum eſt, nec aliquid eorum quæ E
acciderãt lachrymis dignum reputabat. Vbi ve-
rò aduenit qui narraret quomodo filiis & filia-
bus conuiuantibus, domum oblectationis ſpiri-
tus quidem violentus conquaſſarit, tunc primum
veſtimentum ſcidit, naturæ compaſsionem oſten
dens, & per hoc quod faciebat patrem ſe eſſe, li-
berorũ amantem declarans. Attamen & tum do-
lori terminũ ac modum ponens, & piis illis voci-
bus quod factum fuerat ornans, dixit: Dominus
dedit: Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita
factum eſt, tantum non clamans ad hunc modũ:
Vocatus ſum illorum pater, tantiſper dum ille
qui me condidit, voluit. Iterũ mihi ſtirpis auferre
coronam ſtatuit. Non illi repugno quominus ſua
auferat. Quod Domino videtur, hoc obtineat.
Ipſe generis huius plaſtes eſt: ego ſum organon,
quid neceſſe eſt, cum ſeruus ſim, fruſtra quod fa-
ctum eſt ægreferre, & decretum, quod irritũ fa-
cere nequeo, incuſare? Huiuſmodi verbis iuſtus
diabolum quaſi iaculis quibuſdam cõfecit. Poſt- F
quàm verò illum inimicus iterum victorem eſſe
vidit, nec aliquo iſtorum concuti potuiſſe, ipſi il-
lius carni tentationis machinam admouit, & cor-
pore infandis plagis cæſo effecit, vt quaſi ex fon-
te quodam vermes ex ipſo ſcaturirent, & à re-
gni throno virum deductum in ſterquilinio ſe-
dere fecit. Ille verò etiam talibus adflictionibus
percuſſus, immotus manſit, & corpore conuulſo
in abſcondito animæ totum ſeruauit pietatis the-
ſaurum. Cum itaque non haberet amplius quod
faceret hoſtis, veteris aſtutiæ memor, vxoris   *Vxor Iob.*
mentem ad impiam & blaſphemam ſententiam

inſtigauit, & per illā cōcutere athletam tentauit. Et illa prolixi temporis impatiens facta iuſto aſtitit, & infernè ſedentem intuita, manibus ſuper his quæ videbat, comploſis, & pietatis illi fructus opprobrauit, & ita priſtinam illi proſperitatem recenſuit, vt præſentia mala ſubnotaret, & quam ex quibus inſtitutis vitam ſortitus eſſet, & quam multarum oblationum à Domino mercedem reportaſſet, obiiceret. Ecquidem perpetuò muliebrem puſillanimitatem referētia loquuta eſt, talia tamen, quæ quemuis virum turbare, & fortem quoque animum ſubuertere poſſent. Vaga, inquit, & famulæ inſtar circumeo, & quæ regina fui, nunc ſeruio, & à ſeruorum meorum ſubſidiis
A pendere me coëgiſti, & quæ multos olim liberaliter alui, iam ex alienis bonis nutrior. Addidit melius eſſe & vtilius, ſi impiis verbis vſus irari cōditoris gladium contra ſe exacueret, atque ita ſeipſum è terra tolleret, quàm ſi per iſtam malorum tolerantiam & ſibi ipſi & vxori moleſtiam prorogaret. Ille verò iſtis verbis magis quàm aliquo priorum malorum offenſus, & oculis animi commotionem atteſtantibus, & ad vxorem tanquam hoſtem conuerſus quid dixit? Quare tanquā vna ex inſipientibus mulieribus loquuta es? Pone, inquit, ô vxor, hanc mentem. Quouſque verbis tuis communem hanc vitam calumniaris? Et de conuerſatione mea, qualia nollem, falſa dixiſti, & vitam meam verbis tuis accuſaſti. Iam dimidia mei portione impiè egiſſe videor. Siquidem ex ambobus vnum corpus coniugium fecit, tu verò in blaſphemiam decidiſti. Si bona de manu domini ſuſcepimus, mala nō feremus? Admone te ipſum
B præteritorum bonorum, oppone malis meliora. Nullius hominis vita prorſus beata eſt. Semper proſperè agere ſolius eſt dei. Tu verò ſi propter præſentia iam doles, ex præteritis tibi ipſi conſolationem deſume. Nunc ploras? at prius ridebas. Nunc eges? at antea diues fuiſti. Bibiſti liquidum vitæ laticem, & turbidum iam toleranter bibe. Ne fluuiorum quidem riui omninò puri videntur. Eſt autem, vt ſcis, vita noſtra fluuius quidam, continuè & irremiſsis ac indeſinētibus fluctibus plenus, quorum alio præterlapſo iam alius adhuc in curſu præſens eſt, & hoc quidem è fonte ſuo iam promanāte, ille adhuc promanaturus, & hoc pacto ad cōmune mortis mare properamus omnes. Si bona de manu domini ſuſcepimus, mala non feremus? Cogimus ne iudicem, vt omnia nobis æqua & paria perpetuò ſufficiat? Docemus ne dominum quo pacto vitam noſtrā moderari debeat? Ipſe decretorum ſuorum poteſtatem habet.
C Res noſtras pro ſuo arbitratu inſtituit. Eſt autem ſapiens, & quæ vtilia ſunt ſeruis ſuis admetitur. Ne curioſe iudiciū domini inſectare. Dilige tantum quæ ab illius ſapientia diſpenſantur. Quicquid dederit cum gaudio accipe. In rebus triſtibus declara quòd præterita lætitia digna fueris. His dictis Iob, & iſtum diaboli incurſum repulit, & conſummato iam illum tanquam victum pudore perfudit. Quid igitur poſtea accidit? Fugit ab illo morbus tanquam fruſtra aggreſſus, & iam nihil amplius effecturus: rediit in alterum ætatis florem caro, refloruit vita omnibus ſuis bonis, & duplicatæ vndique diuitiæ ad illius ædes confluxerunt, primum vt eſſet tanquam nullo damno affectus, deinde vt eſſet iuſto tolerantiæ merces. Quapropter & equos, & mulos, & camelos, & oues, & agriculturam, & omnem opulentiæ fructum ex duplo recepit: liberorum verò numerus mortuis par emerſit, quoniam bruta quidem iumenta & omnes eiuſmodi diuitiæ corruptæ in conſummatam perditionem ceſſerant: liberi verò etiam poſt mortem optima naturæ portione viuebant. Ornatus itaque denuo aliis à conditore filiis & filiabus, & eam poſſeſsionem duplam habebat. Iſti quippe præſentes in hac vita parentes exhilarabant: illi verò qui iam ex hac vita præceſſerant, parentem expectabant, tunc omnes complexuri Iob quando humanę vitæ iudex vniuerſalem mortalium eccleſiam congregabit, quando D tuba illa regis aduentum prænuncians ſepulchra mortuorum vehementius circuntonabit, & corporum depoſitum repetet. Tunc & qui iam mortui vidētur, citius ſiſtentur omnium opifici quàm viui. Hac ratione, puto, cum reliquas illi diuitias geminatas admenſuraret, liberos totidem quot antea habuerat, ſufficere cenſuit. Vides quanta ſibi ipſi bona Iob per patientiam congeſſerit? Et tu itaque ſi te moleſtum quid ab igne illo dæmonū inſidiis nuper incenſo apprehendit, conſtanter ferto, & adflictionis mœſtitiam melioribus cogitationibus conſopito, iuxta quod ſcriptum eſt: Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, quem decet gloria in ſecula, Amen.

Liberi Iob

*

E

AD ADOLESCENTES quomodo ex gentilium doctrinis proficiant.

MVLTA me, iuuenes, adhortantur ad ea, quæ vobis & optima eſſe & planè vtilia, volentibus iudico cōſulenda. Nam & hoc ætatis ad quod iam perueni, & rerū mutatio variarū ſimul & experientia ſatis humanæ conditionis me peritum reddiderunt, vt vobis qui in vitæ eſtis exordio, tutiſsimam viā facile poſsim oſtendere, qui præſertim iure ac propinquitate naturæ me proximū parentem habeatis, & eū qui F ſe nihilo minore beneuolentia, quàm ſi pater vobis affici fatetur. Vos item (niſi forte veſtra de nobis exiſtimatio me decipiat) arbitror, ſi me reſpicitis, parētem minimè deſideraturos. Si igitur hæc mea dictā prompti receperitis, in ſecundo ordine eorum quos Heſiodus laudat, eritis. Sin minus ego quidem nihil moleſtum dicam, vos autem ipſi carminum reminiſcamini, quæ ille cōſcripſit:

Optimus ille quidem, qui per ſeſe omnia nouit:
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.
At qui nec ſapit ipſe, nec audierit ſapientem,
Y talis hic nulla eſt omnino in parte putandus.

Heſiodi carmina

Ne miremini ſi ad magiſtratos aſsiduè vobis euntibus, & libros quos veterũ probatiſsimi reliquerunt euoluẽtibus aliquid ex me inueniſſe vtilius affirmauerim. Nam talibus viris, quibus operam datis, moneo ne veſtras ſententias velut ancoras nauigij omninò firmas tradatis: Sed quæ tãtum ex his vtilia fuerũt, cõſectari: reliqua vt nihil profutura reſpuere malitis. Quæ ſunt igitur hæc, & quomodo diſcernẽda, hoc planè docebo: hinc ſumẽt exordiũ ô iuuenes, vt nihil eſſe in humana vita admirandũ aliquid exiſtimamus, aut omninò bonum putamus, aut nominamus, quòd hic finẽ
A quandoq; ſit habiturũ. Quamobrem nec progenitorum claritatẽ, oec corporis robur, aut pulchritudinem, aut magnitudinẽ, non ex hominibus honores, non regnum ipſum: non denique quodcũque quis dixerit rerum humanarũ magnum: nec voto quidem digna iudicamus, aut ea poſsidentes aliquo modo admiramur: verum ſpe lõgius procedimus, & ad alterius vitæ præparationẽ cuncta dirigimus. Quæ igitur ad futuram faciunt vitam, hęc etiam nos & amare, & proſequi totis viribus: nihil verò profutura totis viribus deſpicere oportere dicimus. Quæ autem hæc ſit vita, & vbi, aut quando ſeruanda, ſi in præſentiarum docenda ſit, longius mihi quidem quàm ſecundũ præſentem conatum procedere foret opus. Maiorum quoq; veſtri æqualium auditorũ prouincia fuerit. Tantũ dicam, atque ex hoc fortaſſe oſtendam quòd omnem ſanè fœlicitatem, quæ ab initio generis humani fuerit, ſi quis in vnum oratione cõprenderit, non minimam partem bonorũ illorum iouenietæquantem, ſed eorũ dignitate longè inferio-
B rem, vmbram ſiue inſomnium rebus veris. Magis autem exẽplo propriore vtemur. Quantò anima pretioſior eſt corpore, tantò vtranque inter ſe vitam differre palàm eſt. Ad hanc itaque ſacta volumina per abſcondita myſteria nos inſtruunt, quorum ſenſus altitudinem vos ob ætatem attingere non admodũ facile eſt. In aliis verò nõ omninò differentibus, velut in vmbris quibuſdam & ſpeculis veſtrorum oculos animorum quadã tenus exercitabimus, eos imitãtes, qui in gymnaſiis ſeſe exercent, & manu pedeq; inſtructi, poſtmodum vtilitatem ex eius artis diſciplina in legitimo certamine referunt. Et vobis quoq; proponi omnium certamen maximum putare oportet, pro vobis omnia facieoda, & omnibus viribus ad huius præparationem laborandum. Iosuper poëtis & oratoribus & omnibus hominibus vtendum, vnde futura ſit aliqua vtilitas, quæ ad animæ faciat ędificationem. Velut enim fullones ac tinctores, qui medicamentis quibuſdam rem tingendã præparant, atq; ita demum colorem quem cupiunt, ſiue purpureum, ſiue aliquem alium inducunt: ſic & nos ſi gloria pulchritudinis vitæ huius, quam tantoperè laudamus, illita nobis manſura ſit, niſi
C prius purgati ſacras & arcaoas ſcripturæ diſciplinas non facilè attingemus aut percipiemus. Et quaſi ſolem in aqua videre, aſſuefacti, ſic illi lumini oculos iniiciemus. Quamobrem ſi noſtrorum ſermonum ac gentilium vlla eſt conuenientia, vobis illorum valdè conferet notitia. Sin minus, eos ſaltem ſimul conferendo differentiam diſcere licebit, cum ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio faciat, & inferiora ſæpe collata ſint potioribus ornamento. Veluti plantis, quibus propria virtus eſt fructu pulcherrimo ſcatere, folia nihilominus ramis coniuncta quendam ferunt ornatum: Sic & anima, cui præcellens quidem veritas fructus eſt, non ab re tamen exteriore ſapientia circundatur, ſicuti foliis quibuſdam vmbram fructui ac aſpectum ooo iotempeſtiuum præbentibus. Dicitur enim & Moſes ille, cuius eſt in ſapientia nomen apud omnes homines maximum, Aegyptiorum diſciplinis mentem exercitatus, ita ad eius qui eſt contemplationem proceſsiſſe. Simi-
liter autem & in ſequentibus temporibus Danie- D
lem Babylone Chaldæorum ſapientiam dicunt didiciſſe, tũc denique diuinas attigiſſe doctrinas. Et hactenus quidem quòd diſciplinæ prophanæ non ſunt animæ omninò inutiles, ſatis narratum. Quomodo verò deinceps ipſis vtamur, & ex quibus eas ſumamus dicendum. Primum quidem (vt à poëtarum diſciplinis, quòd varij ſint in dicendo, incipiam) non omnibus quæ dicunt mentem adhibeodam, ſed eis tantum quæ bonorum hominum facta dictáve nobis enarrauerunt, illaq; imitari, & omnibus modis ſimiles eis eſſe conari cẽſeo. Quando verò ad infames & nefarios homines veniãt, hæc omninò vitare, his aures obſtruere, non minus quàm Vlyſſem ad cantus Syrenarum feciſſe dicunt, oportebit. Nam prauis aſſueſcere ſermonibus, via quædam eſt ad rem ipſam. Ideo omni cuſtodia animi caueodum eſt, ne per ſermonis voluptatem deliniti, prauum aliquid ſimul aſſumamus, veluti qui venena cũ melle con-
cinnant atque occultant. Non itaque poëtas lau- E
damus contumelioſos, non cauillantes aut ſcommata iactantes, non amantes vel ebrios, noo qui in cibis & menſarum lautitiis ſeu cãtibus obſcœnis fœlicitatem ponunt. Ante omnes verò qui de diis diſſerunt, præſertim ſi plures aut diuerſos ponunt, minimè inter ſe cõcordes. Frater enim apud illos cum fratre cõtendit, & pater aduerſus filios, & filius aduerſus patrem inſurgit. Bellum eſt ſine præcooe. Adulteria præſertim, ſtupraq;, & amores deorum obſcœnos, & hos maximè principis omnium & dominatoris Iouis, vt aiunt: Quæ ſanè ſcelera ſi quis de feris dixerit, erubeſceret. Nos illa ſcenæ relinquemus. Eadem quoque & de hiſtoricis dicere habemus, eis maximè, qui vt audiẽtium animos corrumpant, verba faciunt. Artem vero oratorum ad decipiendum inſtitutam nequaquam imitabimur. Nam nec in iudiciis, neq; in actionibus accommodũ nobis eſt mẽdacium, viam vitæ rectam ac veram ingredientibus, quibus non contendere iudicio lege præcipitur. Sed ea magis illorum recipiamus in quibus virtutem laudauerunt, vel vitium vituperauerunt. Velut enim florum reliquis quidem vſque ad odorem vel colorem eſt vſus, apes autem mel ex ipſis ex-
cerpere oouerunt: ſic & qui diligentes in legẽdo F
exiſtunt, non ſolum quod dulce iucundumque fuerit, io eorum libris perſequuntur, ſed quandam ex eis vtilitatem animo referre contendunt. Velut item apes (quando hæ nobis probè huic exemplo ſuppeditant) non omnibus floribus ſimiliter inſidunt, neque ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur, ſed quantum ipſis ad opus neceſſarium fuerit comprendentes, reli-

Poëtæ quomodo ſunt legendi.

Qui poëtarũ vitandi.

Oratoria quatenus laudãda.

quum dimittunt. Nos etiam vt ſobrij ſapientéſque, quantum congruum nobis propinquumq́ue veritati ex ipſis fuerit, perſequamur: reliquũ prætereamus. Et ſicut in legẽdis roſis ſentes vitamus, ſic in talibus ſermonibus quicquid eſt vtile carpentes, noxium vitemus. Statim igitur ab initio quamlibet doctrinam conſiderare, & ad finem certum accommodare, ac ex Dorico prouerbio lapidem ad funiculum applicare oportebit. Et A quando per virtutem ad vitam banc verá aſcenditur, virtus autem ipſa plurimum à poëtis, biſtoriographis, multo magis & philoſophis commendatur talibus eorum ſermonibus maximè vacandum. Nam prima quidem vtilitas eſt in animis iuuenum virtutis eſſe commercium, ac conſuetudinem, quorum ſemel acceptæ doctrinæ ob animorum teneritudinem perpetuò remanent intimè illis infixæ. Nec aliam ob cauſam Heſiodum putamus hos ſcripſiſſe verſus ab omnibus decantatos, niſi vt iuuentutem in primis ad virtutem adbortaretur.

Heſiodi carmina.

Ad vitium facilis vicináque ſemita cunctis
Panditur, at virtutis iter poſuere remotum
Cælicolæ, durúmque prius, ſed vertice ſummo
Dum fuerit, planum ſe offert quærentibus iſtud.

Mihi autem his carminibus videtur nihil aliud autor vnluiſſe, quàm ad amplectendam virtutem iuuenes excitare, vt nec initio voluptati confiderent, neu rerum tædio ac labore ante conſequutum terminum deficerent. Quamobrem ſi quis alius bis ſimilia ac conuenientia bonis moribus loquutus fuerit, omninò recipiendus. Vt ego qui-

Homeri poeſeos commendatio.

B dem ex viro graui, qui maximè poëtarum ſenſus tenebat, accepi, omnis Homeri poëſis, virtutis eſt laus, & eius omnia ad bunc finem referuntur, vt nihil ab re aut parergum ſit poſitum. Maximè autem vbi ducem Cephalenſium nudum è naufragio ſeruatum ſcripſit. Primum quidem reginam apparentem ſolum veritum eſſe, tanti modeſtiam ac nuditatis verecundiam extimaſſe: vnde loco veſtis virtutis ornatũ ſumpſit, ac Phæacibus omnibus tanti poſtea fuit, vt relictis illi delitiis, quibus magnopetè dediti fuerant, eius imitarentur exemplum, & ſe nibil potius optarent, quàm eſſe Vlyſſem, quanquam nudum & è naufragio ſeruatum. Quo ſane exemplo enarrator mentis poëtæ, nihil aliud Homerum intendere, & tantum nnn clamare vnluiſſe affirmat, quàm: O viri, curanda nobis ante omnia virtus eſt, quæ naufraganti præſto adeſt & connatat, & in terra nudum exiſtentem honoratiorem Phæacibus delicatis ac fœlicibus reddit. Et profectò ſic res habet. Nam alia quidem omnia non magis poſſidentium, quàm quorumlibet ſunt, velut in talorum ludo buc illuc tranſpoſita. Virtus autem ſola poſſeſſio immortalis atque immobilis, & viuenti

Virtutis laus Solonis ſcitum.

C & morienti permanens. Vnde Solon mihi videtur iure illud ad diuites dicere: Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias, quòd virtus firma ſit, diuitias verò alius alias ac aliter interdum babet. His qunque ſimilia à Theogne dicta

Theognis.

referuntur: Deum (quencunque ipſe deum dicat) bominibus variè talentum appendere: Interdum quidem eos diuitiis affluere, interdum nihil habere. Quidam verò ſophiſta Chius in ſuis ſcriptis his ferè ſimilia in virtutem & vitium philoſophatus eſt, cui profectò mens adhibenda, quum nequaquam vir deſpiciendus videatur.

Prodicus Chius de Hercule.

Ego verò quantum eius ſententiæ teneo dicam, quando verba non memini, niſi quòd hæc ille ſimpliciter ac proſa dicit oratione. Quod iuueni quondam Herculi, & eadem ferè ætate, in qua nunc vos eſtis, ſecum conſulenti ad vtram viarum ſe conuerteret, an eam quæ ad virtutem per labores ducit, an facilem per voluptates ingrederetur, duas ei fœminas virtutem ac voluptatem, D quarum mox tacitus apud ſe ex diuerſo habitu differentiam agnouerit, apparuiſſe. Altera quidem forma cõſpicua, molliore facie, laſciuis oculis, ſermone blando, omnia fauſta faciliaque & ad vitæ ſolatia tendentia per otium pollicendo Herculem ad ſe trahere conabatur. Altera verò vultu rigido, ſqualenti mœſtoq́ue ore, magnam fiduciam atque conſtantiam præ ſe ferens, nihil iucundum, nihil amœnum oſtendebat, ſed mille pericula, laboréſque immenſos terra marique ſubeundos. Præmium tamen horum immortale, ad extremum verò morientem Herculem ſe ſecuturam, & inter deos collocaturam recipiebat, hancq́ue ſecutum Herculem dicit. Et prope omnes qui aliquid de ſapientia, ſiue modicum, ſiue multum dicunt, quiſque pro viribus virtutis laudem ſcriptis ſuis proſequutus eſt, quibus ſanè obtemperandum, tentandumq́ue vt ipſa vita quæ commendant exprimantur. Itaque qui opere confirmat eam philoſophiam, quæ apud alios verbis tantum commendatur, is ſanè ſapiens eſt. Qui autem verbo tenus ſunt philoſophati, nec vita ſermonem ſunt comitati, vmbris compa- E randi, & ſimile aliquid pictoribus præſe ferentes exiſtunt: qui hominis pulchritudinem in tabulis imitantes talem effingunt, qualis ille verè reperitur. Quoniam magnificè quidem virtutem laudare, & in medium longos de hac ſermones facere, priuatim verò voluptatem temperantiæ præferre, & rem malè partam iuſtitia potiorem habere, ſimilem ego dixerim biſtrionibus, qui in ſcena fabulas agunt, & vt reges ac principes ſæpenumero ingrediuntur, quum nec reges, neque principes, & forſan omninò ne liberi quidem exiſtant. Et muſicus vt populo canat lyram diſcordem non facilè ſumet, nec chori princeps officium ſuum peraget, niſi ex æquo reſpondentem chorum habeat: & hoc pacto quiſque à ſeipſo diſſidebit, dum ſermoni vitam non adhibet conſonam, ſed lingua quidem virtuti cnnſonam, mentem verò adfert diſparem, vt ſecundum Euripidem dicat: Cupio bonus videri magis quàm eſſe. Sed hic eſt extremus iniuſtitiæ terminus, ſi quid credendum eſt Platoni, iuſtum videri eum qui non ſit iuſtus. Eos itaque qui præcepta tradunt, & de virtute diſſerunt, ſic recipimus. Verum quoniam antiquorum virorum F nonnullæ ſtudioſæ actiones ſactaq́ue, vel memoriæ beneficio, vel poëtarum vel hiſtoricorum ſcriptis cuſtodita ad nos vſque penetrant: ex bis nobis non omninò aliqua deerit vtilitas. Verbi gratia: Homo quidam in foro Periclem probris omnibus inceſſebat: Is autem minimè curare viſus

Pericles.

toto ferè die ſuſtinuit. Deinde veſperi iam diſcedentem cum lumine comitatus eſt, ne quid in

Euclidis patientia.

philoſophiæ ſtudio admitteret. Rurſus quidam

Euclidi

Euclidi Megarenſi animo concitatus mortem ſe iurauit illaturum. Ille vero coorra ſe patienter laturum iurauit, placatumque & ei quanuis infeſto ſe coociliatum iri. Quamobrem valde quidem ad nos excitandos refert, vt talia virorum iram cohibentium exempla noſtram ſubeat memoriam. Neque enim tragœdiæ credendum omninò dicenti: Ira manus inimicas armabit. Verum iraſci nullo modo tutius eſſet. Quod ſi fieri non poterit, ratione ſaltem ira moderanda, ne longius efferri permittenda. Rurſus autem ad exempla laudabilia redeamus.

Socratis patientia.

Quidam vehemēti impetu Socratis faciem cæcidit, hic autem minimè commotus furētem debacchari, & iram ſatiare permiſit, ex quo eū totum ex plagis tumidum ac contuſum reddidit. Vbi verò ille cædēdo deſtitit, nihil aliud Socrates feciſſe dicitur, quàm fronti propriæ inſcripſiſſe. Talis fecit, veluti ſtatuæ cuidam autoris nomen, & eo modo ſeſe vindicaſſe. Quæ omnia profectò noſtris cōgruentia videntur, ac magnopere imitanda cenſerem. Nam Socratis, hoc germanum eſt illi præcepto, quòd maxillam verberati & alteram præbere iubet. Illud verò Periclis vel Euclidis, ſimile illi, quòd perſequentes ſuſtinere, ac manſuetè illorum iras tolerare, & inimicis etiam bona precari, neu execrari deceat. Et talibus inſtructus exemplis, hoc arduum patientiæ præceptum ſeruare poſſe non omninò diffidat.

De Alexandri pudicitia erga Darij filias.

Veniā ad alias virtutes, & in primis illud Alexandri magni non prætcribo, qui Darij filias captiuas admirabili forma, & decore conſpicuo, vt fama eſt, nec etiam videre dignatus eſt: turpe eſſe exiſtimans victores his quas ipſi ſuperaſſent gentibus B ſuccūbere. Hoc enim illud referre videtur, quod ad concupiſcentiā mulierem aſpiciens, & ſi adulterium opere nō compleuerit, ob id tamen quòd cōcupiſcentiæ conſenſit, à culpa vacuus non erit.

De Clinia, qui iurare etiam verè noluit.

Illud quoq; Cliniæ vnius è ſecta Pythagorea difficile eſt credere, quòd caſu non de induſtria noſtros imitatur. Nam illi dum per iuramentū mulctam trium talentorum vitare liceret, iniuriā pati maluit quàm iurare, idque cum non eſſet falſo iuraturus, atq; ita iam tum quaſi illud de iuramento nobis interdicto præceptum audiuiſſe videtur.

Quamobrem ad idem quod ſuprà dixi reuertar. Non omnia deinceps nobis, ſed vtilia tantum recipienda. Enimuero turpe eſt ſi ea quæ in cibis noxia ſunt repellimus, in ſermonibus verò ac ſcriptis eorum quæ noſtram nutriunt animam, nullā omninò rationem habere, ſed more torrētis omne obuium ſecum trahere. Quam habet rationē, quòd cum gubernator haud temerè ſe ventis cōmittat, ſed nauim rectà moderetur ad portum, & C ſagittarij ad metam ac ſcopum iaculētur. Item fabri diligentia ſiue architecti ex arte ſua rem ad finem aliquem perducant: nos talibus artificibus ſapientia inferiores ſumus, ad planè conſiderāda quæ ad noſtri profectum animi faciant. Erit itaque operariorum conſideratio finis operis, & humanæ vitæ conſideratio finis non fuerit? Quem proculdubio finem reſpicere, & eius gratia cuncta facere ac dicere illū, qui brutis æquiparari nō cupit, oportet. Quo ſanè neglecto, noſtra mens veluti ſine arte nauigium nullis inſidentibus gubernaculis, temerè huc illuc exagitatur. Huius, inquam, finis tanta vis eſt, vt nemo ex arte laudem conſequatur, niſi eam in qua exercitatus fuerit, ad effectum perducat. Et in gymnicis certaminibus nemo ſeſe ad palæſtram aut pancration exercēs, deinde citharizare aut tibias inflare meditatur. Nam Polydamas in Olympia ob robur ac vires coronatus fuit, cum currentes agitatóſque currus manu retineret. Et Milo à ſcuto perūcto nulla vi, nullóque impulſu mouebatur, ſed quemadmodum ſtatua quædam plumbo circundata reſiſtebat. Iſtis omninò exercitationes nihil aliud quàm certaminum præparationes erant. Quòd ſi Marſiæ vel Olympij Phrygum muſicorum modos & inſtrumenta in certando tentare voluiſ- D ſent, puluerem gymnicum relinquentes, profectò coronas & palmæ gloriam non eſſent aſſecuti, aut certè aufugiſſent, ne ob corporis robur ridiculi apparuiſſent.

Timothei muſices peritia.

Timotheus quoque ſi muſica reiecta ſe in palæſtra exercuiſſet, non tantum cæteris omnibus in ea arte præſtitiſſet, cui tanta fuit artis excellentia, vt ſi quando auſteriorem acrioremq́ue harmoniam emiſiſſet, animum ad iracundiam excitaret. Rurſus ſi dulciorem ac mitiorem eundem emolliret ac māſuefaceret. Hac item arte quandoque apud Alexandrum, cum Phrygios modos tibiis ederet, illum in medio conuiuio ad arma concitaſſe dicitur. Et rurſus eundem ſono mutato, quietum ac ſedatum conuiuis ac menſæ reſtituiſſe. Tantam vim & in muſica, & in gymnicis certaminibus ad finem conſequendum exercitatio præbet. Quoniam verò coronarum atque athletarum memini: illi mille ſupra mille patientes labores, & multis modis robur ac vires ſibi comparantes, multumq́ue in gymnicis ſudantes exercitationibus, plures inſuper plagas ex pædo- E triba accipientes, diætamq́ue non iucundam, ſed gymnaſticam ſubeuntes, & alia perquàm multa (ne per omnia diſcurram) ſuſtinentes ſanè oſtendunt, vt omnis ferè vita ante certamen ſit certaminis exercitatio præparatioque. Tunc demum probè inſtructi ad ſtadium procedunt, vbi & laborant: rurſus & maximè periclitantur, vt oleaſtri, aut apij, ſeu cuiuſuis alterius frōdis coronam accipiant, vt à præcone victores declarentur. Nobis autem quibus vitæ præmia adeo, ſiue magnitudinem illorum, ſiue multitudinem aſpicias, miranda proponuntur, vt explicari ſermone nequeant: hæc dormitando & ſine cura viuendo, altera manu tantum capere ſperamus? Hoc fermè modo & deſidia laudaretur, & Sardanapalus, vel Margites ille, quē nec araſſe, nec fodiſſe, neu aliquid aliud eorum quæ ſunt in vita neceſſaria, geſsiſſe Homerus dixit, primas in felicitate partes tenerent. Hæc quidem Homeri ſunt.

Homeri de Margite.

An non potius veriùs Pyttaci ſermo? qui ait: Difficile eſt F bonū permanere.

Pittaci ſententia.

Per multos enim labores tranſeuntibus vix facultas nobis bona illa conſequi fuerit, quibus ſuprà memorauimus, nihil rerum humanarum poſſe comparari. Non itaque nobis dormiendum, neque ob breuem deſidiam ſpes magnas amittendum, ſi probra aut pœnas ſubire nolumus: non quidem hic apud homines, quanquam nec hoc parum rectè ſentienti, ſed vel ſub terra, vel vbicunque ſunt illa iudicia. Qui enim inuitus à recto iuſtitiaque decidit, aliqua profectò apud deum venia dignus. Qui verò de induſtria peiora ſectatur, nullo modo excuſabitur

excuſabitur, nec euitare poterit quin pœnarum
plus multo ſuſtineat. Quid igitur faciamus, dicet
aliquis? Quid aliud? niſi vt cæteris omiſsis animæ
curam in primis geramus. Non itaque corpori
ſeruiendum, niſi quantum expoſcit vſus: animæ
verò melior attribuenda, & ob ſocietatem ad cor-
pus ea tanquam è carcere per philoſophiam ſol-
uenda, & corporis ſeruitute ac perturbationibus
leuanda. Ventri autem tantum quod ſit ſatis, non
autem vſque ad delitias & voluptatem miniſtran
dum. Quemadmodum quidam menſæ diligen-
tius ſtudentes, & coquos inquirentes, & terram
omnem ac mare veſtigantes, miſerabili admodũ
ſeruitute premuntur, & grauiſsimo domino tri-
A buta pendunt, miſerè otioſi ac nihil lenius patien
tes, quàm ij qui apud inferos dant pœnas, vetu
ignem diuidentes, aquam cribro ferentes, ac fra-
cta dolia implere conantes: nullum denique finẽ
laborum habentes. Comas autem aut veſtes ſu-
peruacuas curare, vel infelicium eſt (vt ait Dio-
genes) vel iniuſtorum. Nam quid ex talibus ex-
pectandum aut ſuſpicandum, niſi vt laſciuus ille
ornatus fœminas prætereuntes inuitet, aut alie-
nis matrimoniis inſidietur? Quid enim apud eum
qui ſapit differre poteſt tenuem ſumptuoſamq́ue
veſtem induere, an vilem ferre? modo ſatis hæc
ad frigus caloremq́ue arcendum fuerit. Et ad hũc
modum etiam in reliquis quicquid neceſsitatis
vſum excedit vitandum, neque corpori plus or-
natus dandum eſt, quàm quantum animæ proſit.
Nam viro generoſo & verè hac digno appella-
tione, non minus fuerit probrum laſciuè ornari,
aut corporis curam ſuperuacuam gerere, quàm
B alia aliqua nota ſeu affectu prauo per ignauiã affi-
ci. Omne nanque ſtudium adhibere, vt quod ex-
tra fuerit, bene pulchreq́ue colatur & appareat,
ſeſe cognoſcentis non erit: neque ſapiens illud
præceptum intelligentis, nos admonens, quem-
admodum non id quod aſpicitur, eſt homo. Ex-
cellenti enim quadam opus eſt ſapientia, per quã
noſtrum quilibet (quicunque ſit) ſeſe cognoſcat:
quæ profectò mente minimè purgatis non ma-
gis euenire poteſt, quàm lippiẽti ſolem aſpicere.
Hanc verò animæ purgationem, vt ſemel & quod
vobis ſatis ſit dicã, voluptates per ſenſus eripiunt.

*Quod mu-
ſica genus
probandum*

Oportet enim nec oculos ſpectaculis, nec vanis
præſtigiatorum oſtentationibus tradere, nec per
aures animatum corruptricem melodiam hauri-
re. Hoc enim muſicæ genus ſeruitutis & ignobi-
litatis fructus parere, præterea libidinum ſtimu-
los acuere ſolet. Alia nobis muſica longè melior
exiſtit, & ad meliora nos excitans ſequenda. Da-
C uid ſacrorum canticorum poëta cithara ex inſa-
nia Saulem regem liberauit. Dicitur & Pythago-

*Pythago-
ras.*

ras in ebrios olim incidens iuſsiſſe tibicinem cõ-
niuio luxurioſo præſidẽtem mutare harmoniam,
ac dorion ipſis canere. Atque hoc modo melodiæ
illos ad ſobrietatem reduxiſſe: qui eiectis de ca-
pite coronis ſanè omnes erubuere. Cæteri verò
ad tibiam Corybãtum modo ac debacchantium
verſantur. Tanta ſanè melodiæ rectæ differentia
à turpi atque obſcœna eſt, vt eam quæ nunc in vſu
eſt, non minus fugere debeatis, quàm rem aliquã
turpiſsimam. Eos verò qui olfactu delectabiles,
ac omnimodos ſpirant odores, vel vnguẽtis vtun
tur exoticis, me quodammodo reprehendere pu-
det. Quid de his dicendum voluptatibus, quæ gu-
ſtu aut tactu proueniunt: an dubitãdum quin illæ
quoque eiuſmodi ſint, vt quos ſibi deditos habẽt,
ventri aut fœmori ſeruire veluti pecora compel-
lant. Vt autem vno dicam verbo, totum cor-
pus circunſpiciendum atque ab omnibus cuſto-
diendum ei, qui ipſius voluptatibus veluti cœno
cuidam immerſus eſſe nolit: aut ipſi tantum in-
dulgendum, quantò ei opus eſt (vt ait Plato) vt
philoſophiæ miniſterium atque auxilium ſuppe-
ditet. Quod ſanè dictum cum Pauli cõuenit ſen-
tentia, qui monet nullam corporis habendam di-
ligentiam rationémve ad concupiſcentiæ mate-
riam. Hi nanque qui eius nimiam gerunt curam,
animam verò negligunt, nihil ab his differunt, D
qui ſenſibus tantoperè ſtudent, at per ipſos agen-
tem ſpiritum contemnunt, aut iis qui inſtrumen-
torum multam, artis verò quæ per inſtrumenta
operetur, nullam habent rationem. Eſt itaque to-
tum corpus caſtigandum magis, ac ferę cuiuſdam
inſtar cohibendum, & ab ipſo aduerſus animam
tumultus orientes ratione veluti flagello com-
peſcẽdi: nec frenum voluptati omnino laxando,
mens velut auriga ab equis contumacibus & mi-
nimè obtemperantibus miſerè feratur ac rapia-
tur, ac inter cætera Pythagoræ meminiſſe dicti

*Pythagoræ
dictum.
Academia
Plato locũ
peſtilentem
delegit.*

oportet, qui videns quendam exercitationibus ac
cibis, lautè appoſiteq́; ſeſe curantem ac ſaginantẽ:
Heus, inquit, miſer, non deſinis cõtinuo duriorẽ
tibi carcerem præparare? Ideo & Platonem dicũt
cognito quod ex corpore eſt nocumento, Acade-
miam Athenis in loco peſtilenti elegiſſe, vt nimiã
corporis proſperitatem veluti vitem palmite lu-
xuriantem amputaret. Ego verò bonam valetu- E
dinem quæ in ſummo ſit, ex medicis ſæpe audiui
fallacẽ eſſe. Quando igitur ipſa corporis diligen-
tia & corpori pariter & animæ inutilis eſſe appa-
ret, hanc ſarcinam delinire, & illi famulari mani-
feſta fuerit inſania. Si autem hoc contemnere ſtu
deamus, nihil aliud rerum humanarum facilè ad-
mirabimur. Quid enim diuitiis nobis opus volu-
ptatem corpori inſitam ſpernentibus? Ego verò
non video, num, vt in fabulis eſt de draconibus,
voluptatem quandam ferat theſauris defoſsis in-
uigilare. Qui enim ad hæc diſpicienda probè in-
ſtitutus fuerit, procul ab eo erit, vt diuitiarũ gra-
tia ſordidum quid ac turpe, vel verbo vel opere
deſignare velit. Quod enim vltra neceſsitatẽ eſt,
etiam ſi id Lydia ſit arena, & formicarum aurum
ferentium opus: tanto magis inhoneſtum puta-
bit, quanto minus indigebit. Ipſe nempe vſus ad
naturæ neceſſaria, non ad voluptatem ac libidinẽ
definitur. Qui verò extra illius fines egrediũtur, F
ſimiles erunt iis qui ad prærupta curribus ferun-
tur, nequaquam curſus ad vlteriora ſiſtere valen-
tes. Sed quo magis plura poſsident, non minori-
bus, imò hoc pluribus opus habent, vt concupi-
ſcentiæ ſatisfaciant iuxta Execeſtiden Solonem,
qui ſic dicit: Diuitibus nullus eſt opus certus ter-
minus. Et ad idem Theogne autore vti poſſumus,
cuius hæc ſunt verba: Quamobrem Theogñe ma
giſtro in hac parte vtamur, dicente:

Non amo diuitias, non opto magna, ſed adſint
Parua, modo vt viuam lætus, & abſque malis.

Ego verò Diogenem admirari magnoperè ac lau

*Diogenis
laus.*

dare ſoleo rerum humanarum omnium contem-
ptorem

ptorem, qui ſe rege Alexandro ditiorem paruo cótentus oſtendit: quum ille proculdubio ad ſuũ ſtatum ſuſtinendum pluribus indigeret. Nobis autem ſi non Pythiæ Myſij adſint talenta, & iugera, tot terræ, paſcuaq́ue ac greges innumerabiles, nulla ſatietas eſt. Exiſtimo item æquè & abſentes ſpernere diuitias, & præſentes non plus curare, quàm quatenus illas probè diſpenſare nouerimus. Ex quo illud Socratis rectè memoratur, A qui diuitem hominem ob opes valdè ſuperbientem non prius admirari dixit, quam his vtentem videret & experiretur. Phidias quidem & Polycletus, quorum alter Eliconſibus Iouem, alter verò Iunonem Argiuis fecerunt: ſi auro & ebore ſtatuarum tumidi facti, & alienis opibus honeſtati, artem ſpreuiſſent, ex qua aurum iucundius & honoratius euaſit, proculdubio ridiculi fuiſſent. Nos autem ſi humanam virtutẽ ſibiipſi non ſufficere ad ornatum exiſtimauerimus, minori verecundia digna facere putabimur? An diuitias quidem ac voluptatum ſenſus contemnemus, aſſentationem verò & blanditias ſectabimur, & Archilochi vulpeculæ aſtutiam & verſutiam æmulabimur? An non eſt aliud quicquam æquè fugiendum ſapiéti, atque gloriæ ſtudere, & ea quærere quæ multitudini placeant, & rationem vitæ ducem non rectam habere. Ex quo omnibus pariter hominibus honeſti gratia reſiſtere: prætereaignominiam, labores, periculaq́ue ſubire: neque ab iis quæ recta eſſe cognoſcimus, vllo modo diſcedere fas erit. An eum qui non eſt ita cóparatus ab Aegyptio illo ſophiſta aliquid differ- B re putabimus? Qui & planta factus eſt, & beſtia, & ignis, & aqua, & omnes opes quando ei luberet. Sic & animo varius oſtenditur adulator, nunc quod iuſtum eſt apud eos qui iuſti rationem habent, laudat, apud iniquos vituperat, more polypodis, qui colorem terræ quam attigerit, reddit. Sed iſta, quæ commemorauimus, perfectius ex noſtrorum autoritate ac ſermonibus diſcere licebit. Tantum hic ſciographiam virtutis quandam ex alienorum diſciplinis deſcripſimus. Quibus enim ſtudioſè ex ſingulis vtilia coaceruantur, velut magnis fluuiis multum vndique accreſcit incrementum. Paruum enim ſupra paruum imponere, iuxta Heſiodi ſententiam, non magis ad argenti augmentum, quàm ad quácunque ſciẽtiam facere credendum eſt. Nec Biantis ſaluberrimũ dictum præteribo, qui ad Aegyptios eunti filio ac percunctanti, quòd ei maximè gratum faceret: Viaticum, inquit, ſenectutis poſsidendo, virtutẽ videlicet viaticum appellans, ac breui definitione deſcribens, vt humanæ vitæ vtilitatem ſuppeditantem definiuit. Ego autem & ſi Tithoni ſenectam, & Arganthonij, ac Mathuſalem illius, qui mille annos triginta minus vixiſſe dicitur: de- C nique ſi tempus omne ab initio quo cœperũt homines, computes, ſanè vt pueri ſententiam ridebo, ad prolixum illud, & nulli ſenio obnoxium ſeculum reſpiciens, cuius nec finem eſt vllũ mente deprehendere, non magis quàm immortalis animæ mortem cognoſcere, ad cuius poſſeſsionem admonemus comparandum eſſe viaticum, ac omnem lapidem ſecundum prouerbium mouendum, vnde aliqua nobis vtilitas ad hoc conſequendum prouentura ſit. Nec iſta vt valde difficilia ſeruatu detrectemus, ſed memores ſimus eius qui dixit oportere quemque optimam eligere vitam, iucunditatem verò illius expectandã eſſe ex vſu rerum optimarũ. Turpe quidem præſens proiicere tempus, ac ſero poſtea reuocare præteritum, quando nullum eſt lapſæ virtuti remedium. Ego itaque quæ optima eſſe iudico, hæc dixi, quæue in omni vita vobis ſeruanda maximè conſulo. Vos verò, cum tria ſint infirmorum genera, nolite ei ſimiles eſſe, quod incurabile eſt, D nec in animi morbo cum iis vobis conueniat, qui corporé laborant, quorum qui modicè ægrotant, medicos ipſi accedunt, qui verò grauius medicos ad ſe vocant: at qui incurabili melancholia occupantur, neque ad ſe venientes medicus admittunt. Quod videre eſt, ne & vobis vſuueniat, ſi ab illis qui iudicio recto valent abhorrueritis.

DE HVMANA CHRISTI generatione, in die natali aut epiphania.

CHRISTI generatio propria ac præcipua diuinitatis eſt, quæ quidem ſilentiũ magis ac fide ueneranda, quàm diſputatione aliqua noſtra ſeu curioſitate veſtiganda. Vbi enim nec tempus, neq; æuum intercedit, neque itẽ modus intelligitur, nec ſpectator adfuit, nec eſt qui exponat, quomodo mens aliquid imaginabi- E tur? quomodo mentis cogitationibus lingua famulabitur? Pater erat, & filius eſt genitus. Ne dicas, quando: ſed neglige hanc quæſtionem. Ne quæras, quomodo. Eſt enim hic impoſsibilis reſponſio. Nam, quando, tempus habet: Quomodo vero ad modos corporeos imaginationem quandam. Dicere poſſum è ſacris voluminibus, quòd ſplendor gloriæ & imago ex archetypo ſit. Veruntamen quoniam nec ratio nec cogitatio talibus renouationis verbis tuæ curioſitati ſatisfacit, ad ineffabilem incomprehenſibilemq́ue gloriam confugio, & fateor indeprenſum, ac verbis humanis inenarrabilem diuinæ generationis eſſe modum. Caue autem dicas: ſi genitus eſt, ergo aliquando non erat. Nec aut verborum prauitate, aut cogitationis ineptæ vanitate committe, vt huiuſcemodi ſermonibus manifeſtæ veritati aduerſando, ſacrã inquines & euertas theologiam. Genitus eſt, inquam, vt eius principium & cauſam non vt tempore inferiorem oſtendam. Mens tua in temporum ac ſeculorum cogitatione non euaneſcat, vt ea filio priora exiſtimes, quæ nunquam fuerunt aut erunt. Quomodo enim creata, ipſorum conditore fuerint priora? Verum ego quod F ab initio vitabam, in hoc verborum conſequentia quadam compulſus ſponte incidi. Illius igitur æternæ ineffabiliſq́ue generationis rationes relinquentes, id omnino cogitemus, quòd mens res iſtas comprehendere nequeat, & ſermo quoque huiuſmodi cogitata exprimere haud quaquam poſsit. Conſiderandum itaque eſt quantus ſit à veritate ad ſermonem vſque delapſus. Enimuero mens quæ ſunt natura indeprenſibilia attingere nequit. Sermonis item naturam adæquan-

tem ea quæ quomodocunque inuenta ſunt, in-
quitere,impoſsibile eſt.Nec mirum. Deus enim
in terra eſt,deus inter homines verſatur:non per
ignem, turbam & montem fumantem,vel per
turbinem & nubem & tempeſtâtem, animas au-
ditorum legem ferendo perterrens, ſed proprio
corpore cum hominibus cognatis piè conuer-
ſans ac diſſerens.Deus, inquam, in carne, non ex
interuallo agens,ſicut in prophetis, ſed coniun-
ctam ſibi humanitatem retinens,per carnem ſuã,
noſtræ cognatam ad ſe traxit humanitatem. Sed
A quonam modo per vnũ,inquis, ad omneis ſpleu-
dor? quomodo in carne diuinitas? Quemadmo-
dum ignis in ferro, non ex progreſſu, ſed ex par-
ticipatione. Non enim in ferrum ignis currit aut
accedit:verum in loco remanens, ſuarum parti-
ceps virium ferrum reddit: cumque ſe totum illi
communicet,nihil propterea de ſua natura,nihil
de ſuis amittit viribus. Sic & deus verbum, nihil
ex ſeipſo commotus, cum noſtram accepit huma
nitatem, neque item conuerſationem commuta-
tionemque aliquam ſuſtinuit. Et verbum caro fa-
ctum eſt. Nec propterea cœlum ſuo continente
deſertum,& terra nihilominus ſinu ſuo cœleſtem
recepit. Nec tu inſuper motum, aut deſcenſum
diuinitatis meditaberis. Non enim vt corpus, de
loco ad locum migrat. Neque item diuinitatem
in carnem cõmutatam imaginabere. Nam quod
immortale eſt, id & immutabile eſt. Quomodo
igitur, inquis, deus verbum, humana fragilitate
non eſt correptus aut inquinatus? Facilè reſpon-
demus. Sicuti & ignis de ferri proprietatibus nõ
B accipit. Nigrum quidem ferrum ac frigidum eſt:
attamen ignitum ac candens,ignis formam ſubit.
Et quanquam ex eo ſplendens, ignem tamen ſua
nigredine non inficit. Itemque ardens flammam
ſua frigiditate non deſtruit aut tollit.Sic & hu-
mana domini caro, ita particeps diuinitatis facta
eſt,vt propria fragilitate illam minimè contami-
nauerit.Sed quanquam ex humana debilitate hac
vti ſimilitudine neceſſe eſt, ne tamen hunc ignẽ
diuinitati omnino ſimilem imaginare: cum is
qualitates recipiat, illa nihil omnino patiatur.
Quod ſi quæris, quomodo mortalis natura, ob
dei coniunctionem communionemque,immor-
talitatem induerit? Diſce myſteriũ. Ex hoc enim
deus in carnem venit, vt inſitam carni mortem
interficeret. Nam ſicut venenorum antidotum
corpori permixtum ac perfuſum, omne ſuperat
noxium ac letale: itemque vt in domo aliqua te-
nebræ,luminis aduentu diffugiunt ac pereunt:ſic
mors in natura dominãs humana,diuinitatis præ-
ſentia diſparuit. Velut etiam in aqua glacies tan-
tum humido dominatur, quãtum nox vmbraque
durant,ſolis vero calfacientis radiis ſubito lique-
ſcit: Sic demum mors vſque ad Chriſti aduen-
tum imperauit. Poſtquàm vero dei gratia ſaluta-
C ris omnibus apparuit,& iuſtitiæ ſol ortus eſt: ab-
ſorpta eſt mors in victoriam, & veræ vitæ pere-
grinationem nequaquam ſuſtinuit. O altitudinẽ
benignitatis humanitatiſque dei: ex bonitatis co-
Cur deus homo factus eſt pia à ſeruitute vendicamur. Sed cur deus homo
factus eſt, rationem exquirunt homines: cũ ma-
gis eius bonitatem adorare deceat, quàm diui-
nitatem curioſius indagare. Quidnam tecũ agen-
dum homo? In ſublimi deum agentem minimè
quærebas: ad te vero per carnem venientem &
tecum conuerſantem non recipis. Sed quomodo
deo familiaris fias rationem quæris? Hanc itaque
diſce. Carnem ſuſcepit deus, quoniam execrabi-
lem contaminatamque hanc,purgatam ſanctam-
que reddi oportuit, infirmam ac debilem corro-
borari, à deo ob peccatum alienatam conciliari,
è paradiſo excidentem in cœlum referri: & quæ
eſt diſpenſationis huius officina? Virginis beatæ
corpus. Quæ autem generationis principia? Spi-
ritus ſanctus virtúſque altiſsimi obumbrans. Sed
ipſa, quæſo, Euangelij verba parumper audi: Cum
eſſet, inquit, Maria mater ipſius deſpõſata Ioſeph, D Deſponſata cur fuerit Maria.
priuſquam conuenirent, inuenta eſt in vtero ha-
bens de ſpiritu ſancto. Et virgo erat & viro deſpõ
ſata, & apta coniugali officio obeundo putata, vt
& virginitas in honore ante omnia haberetur, &
matrimonium nõ propterea improbaretur. Vir-
ginitas enim vt apta, proximaque ſanctitati ele-
cta eſt. Per deſpõſationem vero nuptiarum initia
expreſſa ſunt. Simul autem vt & Ioſeph dome-
ſticus puritatis Mariæ teſtis eſſet: & ne propter-
ea calumniatoribus illa foret obnoxia, vt virgini-
tatem commaculans, ſponſum habuit, vitæ ſan-
ctæ cuſtodem. Sed poſſum & aliã huic rei ratio-
nem reddere, priore non admodum inferiorem
videlicet quòd aptum ad incarnationem domi-
nicam tempus, iam diu inde à mundi cõſtitutio-
ne prouiſum atque ordinatum tunc venerat: ex
quo ſpiritum ſanctum & altiſsimi virtutem, dei-
param illam cõſtituere carnem oportebat. Quo-
niam vero ea tempeſtate nulla puritate par Ma-
riæ virginitas, inter homines ad effectum ſancti E
ſpiritus excipiendum eſt reperta, & illa iam deſ-
ponſatione erat occupata, electa eſt beata virgo,
ita vt nihil detrimenti ex deſponſatione acceſſe-
rit virginitati. Affertur & alia ratio à quodam ex
antiquis: Vt Mariæ virginitas, ſeculi huius prin-
cipem diabolum lateret, nupta Ioſeph fuit: vt nu-
ptiarum nomine ſuſpenſus facilè deciperetur.
Virgines nanque in primis obſeruabat, è quarum
vnam parituram ex Propheta cognouerat, dicen-
te: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Virgini-
tatis igitur inſidiator obſeruatorque, ſub matri-
monij ſpecie factus ignorans, à malignitate abſti-
nuit. Sciebat enim ſuum imperium ob domini-
cam carnis generationem perditum iri. Itaque
priuſquam conuenirent, inuenta eſt in vtero ha-
bens de ſpiritu ſancto. Vtrumque Ioſeph reperit,
& conceptionem, & cauſam è ſpiritu ſancto.
Quamobrem hoc ignorans ab initio, talis nomi-
nari vxoris maritus metuens, voluit eam occulte
dimittere, verens pateſacere quæ circa ipſam acta
fuerãt. Verum quoniam vir iuſtus erat, ex deo my
ſteria noſſe meruit. Igitur hæc eo cogitante, ecce
angelus domini apparuit ei, dicens: Ne timeas ac-
cipere Mariam coniugem tuam. Nec illud cogi-
tes quomodo abſurdis ſuſpicionibus peccatum F
obſcures, eſt enim iuſtus appellatus. Viro iuſto
non competit ſilẽtio facinora obtegere. Ne me-
tuas accipere Mariam coniugem tuam, Oſten-
dit, quòd illam non ſit abominatus nec moleſtè Chriſtus vbi cõceptus ſtatim natus, id eſt perfectus homo fuit.
tulerit, ſed quòd eam metuerit, vt ſpiritu ſancto
plenam. Quod in ipſo eſt, de ſpiritu ſancto eſt.
Hinc enim deprendi licet, quòd non ſecundum
communem modum carnis conſtitutio domino
fuit.

fuit. Conceptum nanque illico perfectum fuit, non per intervalla paulatim formatum, vt planè verba declarant. Non enim dicit, quod in ea conceptum eſt: ſed, quòd in ea natum eſt. In ſanctitate nanque caro conglutinata, digna quidem vnigeniti diuinitati coniugi fuit. Pariet filium, & vocabis nomen eius Ieſum. In quo illud obſeruandum, quod vbi de induſtria nomina ponuntur, ſubiectam oſtendūt naturam: vt Abraham, Iſaac, Iſraël. Horum enim quodlibet non magis corporis characterem quendam, quàm virtutis ſalutaris proprietatem oſtendit. Hac ratione & nunc Ieſus ſeruator appellatur, id eſt, ſal' populi, quod myſterium & ante ſecula ordinatum, & olim per
A prophetas prædictum iam manifeſtū habet exitum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël, hoc eſt nobiſcum deus. Hæc item appellatio, omnis penitus myſterij declarationē retinet, quod deus inter homines adſit: quoniam nominis interpretatur naturam, Nobiſcum deus. Cauendum inter hæc omnino, ne in perfidiam infidelitatemque incidas Iudaicam, qui affirmant nō virginem, ſed puellam à propheta vocari: Ecce enim, inquiunt, puella concipiet. Primum quidem abſurdiſsimū eſt omnium & ineptiſsimum, à domino id dari ſignum tanti myſterij, quod naturæ commune ſit omni. Quid ait Propheta? & adiecit dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi ſignum in profundum &c. Et dixit: non petam, neque tentabo dominum. Deinde paulopòſt ait: Propter hoc dabit deus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet & pariet. Quoniam vero non petierat ſignum, nec
B in profundum nec in ſublime vt cognitum eſſet, quod qui deſcendit ad inferiores partes terræ, idem & ſupra omnes cœlos aſcenderet, ideo ipſe dominus ſignum dedit: Signum autem non vulgare, neque commune, ſed extraordinarium & prodigioſum, ac valde communem excedens naturam, virgo videlicet & mater, & in virginitate ſancta perſeuerans, gloriam nihilominus ac benedictionem pariendi ſortita. Si qui tamen interpretati Hebraicam vocem pro virgine puellā reddiderunt, nihil ſanè noſtræ rationi officiunt. Inuenimus nanque in ſacris voluminibus, ſæpe puellam pro virgine vſurpatū, vt in Deuteronomio: Si quis inuenit filiam virginem, quæ nupta non fuerit, & aliquis eam violauerit, cum eaque cubauerit, & deprehenſus fuerit, det ille qui cum virgine dormiuit patri puellæ drachmas quinquaginta. Excitatus autem Ioſeph accepit vxorem ſuam cum affectu, dilectione, & omni diligentia
C domeſticos cōcernente, pro vxore illam habuit, à nuptialibus vero congreſsibus abſtinuit. Non enim cognouit eam, inquit, donec peperit filium ſuum primogenitum. Hoc vero nunc ſuſpicionē generat, ne forſan poſteaquam puritate ſua generationi dominicæ, per ſpiritum ſanctum adminiſtratæ ſeruiuit, tum demum nuptialia opera viro Maria non negauerit. Nos vero licet nihil hoc doctrinæ pietatis officeret (nam donec diſpenſabatur Chriſti generatio, neceſſaria erat virginitas) quid vero poſtea ſit factum ad myſtrij huius doctrinam non anxiè coniungendum eſt. Veruntamen ne hoc eorum, qui Chriſtum amant, ferre cogantur aures, quod genitrix dei aliquando deſierit eſſe virgo, has rationes ſufficere putamus. Ad hoc quidem quod dicit & non cognouit eam, donec filium ſuum primogenitum peperit, illud dicimus, quod, donec, & ſi temporis alicuius terminum circumſcribere videtur, verè tamen infinitum aliquod præ ſe fert. Sic & à domino verbū hoc memoratur: Ecce, inquit, vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. Poſt ſeculum dicere, non erat neceſſe. Non enim cum ſanctis vnquam dominus eſſe deſinet. Nec præſentium promiſsio, futurorum eſt exceptio. Eodem fermè modo, & nunc illud, donec accipitur. Quod vero dictum eſt, primogenitū, primogenitus non omnino ad ſuccedentem prolem cōparationem habet. Omne adaperiens primū vul- D
uam, primogenitum vocatur. Quod autem Maria perpetuo virgo remāſerit, etiam Zachariæ declarat hiſtoria quædam, quæ ex traditione ad nos vſque peruenit. Zacharias enim, Mariam poſt domini conceptionem in virginum loco conſtituēs, à Iudæis inter templum & altare interfectus eſt. A populo nanque accuſatus, quòd rem prodigioſam inauditamque prædicaret, virginē videlicet parientem citra virginitatis corruptionem. Ieſu igitur nato in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū? Genus Perſicum Magi, incantationibus & magicis, & naturalibus quibuſdam affectibus, aſtronomiæque, & rebus ſublimibus vacabant. Eiuſdem ferè magicæ Balaam ille videtur fuiſſe, qui à Balaac miſſus, vt verbis quibuſdam populo Iſraël malediceret. Qui & in quarta parabola talia de domino dicit: Homo vidēs & audiēs verba domi E
ni, qui nouit altiſsimi doctrinam, & viſiones omnipotentis vidit, qui dormit apertos habens oculos: Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non propè. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget homo ex Iſraël. Quoniam igitur aſtrum ortū, naturæ prodigium habuerunt: ſciſcitari Magi decreuerunt, quiſnam homo ex Iſraël exurgeret. Quamobrem Iudææ locum veſtigantes, ex antiquo vaticinio in ciuitatem venerunt, interrogantes, vbinam eſt qui natus eſt rex Iudæorum? forſan & per aduentum domini aduerſariam poteſtatem iam debilitatam, irritata ſua energia, ſentientes magnæ virtutis teſtimonium nato attulerunt. Ex quo puerum tandem inuentum, cum donis adorauerunt. Hic contemplator, vt Magi alienum à deo genus, & à teſtamentis gens peregrina, primum adoratione dignati ſunt, quod ex inimicis teſtimonia longè præſtantiora fide digniorаque eſſent. Si enim Iudæi primū adoraſſent, ſuū F
ipſorum genus ornaſſe, extuliſſeque forſan putarentur. Nunc autem alieni, vt deum prius honorauere, vt iuſto in eos animaduerteretur iudicio qui illū cruci affixerunt, quem alieni adorauerūt. Sed quando motibus cœleſtibus ſtudebant, non fruſtra inter cœleſtes obſeruationes prodigium ſunt cōtemplati, ſtellam videlicet nouam, ac minimè conſuetā, in dominico natali effulgentē. Cuius ſanè ortum, nemo in aſtrologiæ rationem cōputationemque trahat. Qui enim ex aſtris iā exiſtentibus geneſim inſpiciunt, aliquam talem cœli figuram horoſcopantē, cauſam cuique euentuum eſſe affirmāt. Hic vero nulla ſtella ex his quæ iam

T 2 ſunt

Emmanuel.

Ecce virgo concip.

Puella pro virgine.

Donec vel vſqueque pareret primogenitum.

Primogeniti. Zacharias cædes.

Magi qui.

Balaam de Chriſto.

Magi cur primi Chriſtum adorarunt.

Stella quæ apparuerat Magis. ſunt dominicam natiuitatem ſignificauit. Neque enim iſta ex aliarum numero fuit. Nam quæ ab initio orbis creatæ ſunt omnino immobiles exiſtunt, aut certe continuò mouentur. Quæ & ſtat & mouetur, vtrunque habere videtur. In illis quæ ſunt, aliæ obſirmatæ nunquam mouentur, aliæ vero errantes nunquam conſiſtunt. Hæc vero de qua loquimur, vtrunque habuiſſe palàm eſt, & motũ & quietem. Ex quo nullam cum cæteris habuiſſe rationem, aut naturam apparet. Mota in primis eſt ex oriente in Bethlehem: Conſtitit autem ſuprà, vbi erat puer. Idcirco ex oriente Magi excitati, ſtellam ſunt ducem ſecuti, venientes autem Hieroſolymam totam vrbem aduentu ſuo turbarunt: &, regi Iudæorum metum addiderunt, de Iudæorum rege nuper nato percunctando: quem tandem reperientes, donis honorauerunt, auro, thure, & myrrha. Nimirum Balaam vaticinium ſequi ſunt viſi, qui de Chriſto talia viſus eſt dicere: Accumbẽs dormiuit vt leo & quaſi pullus leonis, quis ſuſcitabit eum? Qui benedixerit tibi, erit benedictus: & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Per leonem enim eius imperium ſermo demonſtrat. Per accubitum vero ſupplicium. Per benedictionis virtutem, eius diuinitatẽ. Igitur vaticinium hoc ſequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt deo thus obtulerunt. Neque item illud ſuperuacaneum fuerit contra eos dicere, qui aſſirmant hoc aſtrum cœlo apparens, cometis ſimile fuiſſe, qui regũ ſucceſſiones & imperia noua portendere videntur. Verum cometæ immobiles continuò ſunt, & in vna tantum cœli acceſſi parte circumſcripti. Præterea cometarum diuerſa genera & appellationes: trabeales bothyni. Figuræ autem diuerſæ, & cuique ſua appellatio eſt. Omnium vero generationis eadem eſt cauſa: Quum inundãs circa terram aër, in ſerenam cœli partem diffunditur, quaſi materiam quandam igni cœleſti præbens, ſordium videlicet & humorum terreſtrium craſſitudinem, ad ſuperiora tractam atque inflammatam, talis ſideris criniti apparentiam facit. Hoc vero ſidus vbi Magos ad inquirendam domini geneſim permouit, rurſus diſparuit, donec ipſis dubitantibus ac ſuſpenſis, iterum in Iudæa ſe manifeſtauit. Ex quo ſatis oſtenditur, alicuius gratia ſeparatim hoc aſtrum eſſe factum, ac vt alicui ſeruiret famularetur que: quod ſanè ex re ipſa deprendimus. Stetit, inquit, ſuprà, vbi erat puer. Magi vero videntes, gauiſi ſunt gaudio magno. Nos etiam in cordibus noſtris item gaudium ſuſcipiamus. Hoc inquam gaudium & angeli paſtoribus nunciant: cum Magis quoque adoremus, cum paſtoribus item deum laudemus, cum angelis denique canamus, choreáſque læti ducamus, quod eſt hodie nobis ſeruator natus, deus ac dominus Ieſus Chriſtus. Apparuit autem nobis non dei forma, ne quod erat debile perterrefaceret: ſed in forma ſerui, vt quod erat ſeruile, liberaret. Quis itaque tam animo ignauus, quis ita ingratus? vt non hodie lætetur, non exultet nõ præſentia ſolennia omni animi hilaritate ſuſcipiat? Feſtum hoc ingens, ac nouæ creationis, vbi cœleſtia archangelos ad Zachariam Mariamque mittunt: ac choros angelorum conſtituunt dicentium: Gloria in excelſis deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Aſtra è cœlo mouentur.

A *Vaticiniũ Balaam.*

Cometarũ generatio. B

C

Magi ex gentibus properant. Terra in ſpelunca lucem recipit. Nemo ſit non lætus, nemo ingratus. Nos quoque cum his lætitiam voce, geſtuque exprimamus. Noſtrum hoc eſt feſtum, Theophaniam appellamus, in quo mundi ſalutarem concelebramus diem: domini natalem hodiernum piis mentibus concelebremus. Hodie nanque Adami maledictio ſoluta. Non eſt quid amplius dicamus: Terra es, & in terram reuerteris: ſed cœleſti coniunctus, in cœlum aſſumeris. Non eſt vt iã dicatur: In doloribus paries filios. Beata enim quæ Emmanuel peperit, & vbera quæ lac præbuerunt. Natus eſt nobis filius & datus eſt nobis, D cuius imperium ſuper humerum eius. Cor mihi floridum quid germinat, mens eſt alacris, lingua vero modica, & ſermo exilis eſt ad hoc vt tantum gaudium exprimat. Cogita de incarnatione domini magnifice. Intellige diuinitatem eſſe intactam & immaculatam, quæ & ſi in materiali ſit natura, ita illi ineſt, vt eius imperfectum fragiléque corrigat: non autem vt ipſa paſsionum debilitate inquinetur. Nõnne ſolem conſpicis in luto ſe volutantem, minimeque contaminantem: & ſuper cœno coruſcantem, minimè tamen fœtidũ aliquid referentem? Itaque contrario modo magis eorũ quæ diutius contingit putredinem exiccat. Quid igitur dubitas de immenſa incorruptáque natura, ne aliquam ex nobis maculam contraxerit? Hac enim de cauſa natus eſt vt nos eiuſdem generis expiaret: propterea inquam Ieſus creuit, vt familiaris deo fieres. O dei bonitatem altiſsimam. Ob beneficiorum excellẽtiam ei qui benefecit minimè credimus, ob eius ingentem humanitatem & ſeruitutis iugum ducimur, ò ab E ſurdam & prauam ingratitudinem. Magi adoratum veniunt. Et chriſtiani curioſius quærũt, quomodo in carne deus ſit & quali carne, & an aſſum ptus homo perfectus ſit an imperfectus. Taceant curioſi, & in eccleſia dei ſuperuacanea veſtigare deſiſtant. Laudentur quæ nobis concredita ſunt: ac de quibus ratio omnino non redditur, ne veſtigentur. Illis te coniunge, qui è cœlo cum gaudio Chriſtum recipiunt. Cogita paſtores in diuinis laudibus ſapientes factos, ſacerdotes prophetantes, fœminas collætantes. Quando Maria gaudere docta eſt ac iuſſa ab angelo Gabriele. Quando Eliſabeta Ioannem in vtero exultantem ſenſit: Anna propheti ſſa euangelizauit, Simeon in vlnas accepit in exili infante magnum deum adorantes, non quod videbant contemnentes, ſed diuinitatis ipſius amplitudinem glorificantes: pellucebat enim diuinitas per humanum corpus, perinde atq; lux quædã per vitream capſulam eos illuminans, qui cordis oculos mundos habebant, F Cum quibus & nos vtinam annumeremur, domini gloriam reuelata facie contemplantes, vt & nos quoque à gloria in gloriam transformemur. Ipſi autem ſit honor & imperium in æterna ſecula, Amen.

DE MARTYRE MAMANte Baſilius magnus.

Non

NON ignoto quanta ſit enco
miorum publici conuentus
magnitudo. At vt illam ſcio,
ita & imbecillitatem meam
ſentio. Cauſa nanq; ipſa exi-
git, vt dignum quid dicatur
his qui cõuenerunt, & quod
ſpei reſpõdeat, quam illi de
nobis conceperunt, ipſi demum quoq; argumen-
A toquod tractandum eſt. Quoniam maxima ex
parte martyrũ hodie memoriam agimus, erecta
eſt cuiuſque mens, & paratus auditus, expectans
vt dignum aliquid tanto martyre dicatur, quod &
Eccleſiam deſiderio circa illum permouet. Ita
nanque comparati ſunt ſynceri & candidi filij,
vt magnifica de parẽtibus ſuis exigant encomia,
nec facile ferant amplitudioem eorum quæ de-
prædicanda ſunt per dicentis periclitari humilita
tem. Quapropter quanto maior eſt animorũ ad
audiendum, auiditas tanto maius imminet dicẽti
periculum. Quid igitur faciemus? Quomodo &
deſideriis veſtris ſatisfaciemus & ne ipſi in præ-
ſentiarum nihil vtilitatis ad ea quæ tractanda iam
ſunt adferentes inutiles abeamus, cuiuſque ani-
mum adhortabimur, vt quæ in cognitione habet
ad memoriam reuocans ac mente renouans, ex
ſeipſo ſibi alimoniã paret, vt propriis exhilaratus
ſubſidiis domũ reuertatur. Memores eſtote mar-
tyris quotquot illo per ſomnia potiti eſtis, quot-
quot in hoc loco conſtituti adiutorem ipſum ad
precandum habuiſtis, quibuſcunque ex nomine
aduocatus ipſis adfuit operibus, quotquot aber-
B rantes ad viam reduxit, quoſcunque ſanitati reſti
tuit, quibuſcunque pueros iam mortuos ad vitam
reductos reddidit, quotquot vitæ terminos pro-
rogauit. Collectis in vnum his omnibus ex com-
muni ſymbolo, martyri encomiũ conſtruite. Cõ-
ferte inter vos mutuo, quæ quiſque nouit illa ſub-
miniſtret ignoranti, quæ ignorat, illa accipiat ab
eo qui nouit, atque ita quaſi ad conuiuium quod
quiſque habet, conferentes, noſtræ ignoſcite im-
becillitati. Iſta nanque demum ſunt martyris en-
comia, ſpiritalium chariſmatũ diuitiæ, Non enim
eſt, quod illum more ſecularium & externorum
encomiorum cohoneſtemus. Non eſt cur patres
ac progenitores illuſtres proferamus. Nam turpe
eſt aliũde ornare eũ qui propria ipſe virtute illu-
ſtris eſt. Lege nanque cõſuetudinis talia inter en-
comia vſurpant. Alioqui veritatis lege, quæ cuiq;
ſunt propria, adferenda encomia exiguntur. Neq;
enim velocem equum reddit, quod is, vnde natus
eſt, ad curſum aptus fuit, nec canis encomium eſt,
ex velociſsimis prognatum eſſe. Sed quemadmo
dum & aliorum animantium virtus in vnoquoq;
propria conſideratur, ita & propria viri laus eſt,
cuius ex rebus ab ipſo bene geſtis teſtimoniũ ha-
C bet. Quid filio confert, de illuſtri natum eſſe pa-
rente? Ita hic martyr non accepit, aliunde quem
habet ſplendorem, ſed ipſe per vitæ conuerſatio-
nem gloriæ faculam accendit. A Mamante reli-
qui, non ab aliis Mamas gloriam habet. Hi pueri,
qui pietatem ab illo ſunt edocti, per illum ſunt in
honore. Nam ipſe ex ſeipſo virtutem quaſi ſcatu-
rigine quadam producit. Non habet vt torrens,
qui ex alieno cõfluxu glorioſus apparet, ſed fons
eſt, decorem ſuum ex propriis venis effundens.

Celebremus virum non alieno ſed proprio orna
mento decoratum. Vides eos qui equeſtri certa-
mine vicerunt? vides ſplendida illorũ monumen-
ta, quomodo lapides ſint neglecti? Ad martyris
vero memoriam & tota regio mota eſt, & ad il-
lius feſtum diem vrbs vniuerſa immutata geſtit.
Neque cognati diuitum ad maiorum ſuorum ſe-
pulchra declinant, ſed omnes ad pietatis locum
tendunt. Patrem hunc veritatis ducem, & nõ eos
qui corporum ſunt parentes, duces appellitant. D
Vides honorem conſtare ex virtute non ex diui-
tiis? Ita eccleſia in quibus eos qui præceſſerũt ho-
norat, ad ea ipſa ſectanda admonet præſentes, ac
ſi dicat, noli diuitias ſectari, noli deditus eſſe ſa-
pientiæ huius mundi, quæ abolebitur: neque glo-
riæ, quæ caduca eſt ac fluxa. Hæc enim vna cũ ipſa
vita intereunt. Sed pietatis eſto ſtudioſus opera-
tor. Illa te ad cœlum vſque extollet, illa & immor
talem tibi memoriam, & perennem apud homi-
nes gloriã per hoc parabit, quod eos qui præceſ-
ſerunt honore afficit. Si quiſquam igitur paſtoris
memor eſt, ne admiretur diuitias. Conuenimus
enim non vt diuitem laudemus, ne diuitem admi
ratus domum abeas, ſed vt paupertatem cũ pieta-
te coniunctam extollamus. Paſtorem eſſe, nihil
habet magnificum, nihil quod ſapientiæ & indu-
ſtriæ referat exercitium. Caue ergo ad iracundiã
motus probri gratia eum qui te læſit paſtorẽ vo-
ces, nihil habentem, niſi quod ad victum attinet
quotidianum, peram & clauam remiſſe, tanquam
diurna ſubſidia geſtantem, nullam craſtini curam
habentem beſtiis: hoſtem, animalibus manſuetis
compaſcuum, forum ac tribunalia fugientem, ſy- E
cophantarum ac mercaturæ ignorantem, diuitias
neſcientem, proprium tectum non habẽtem, ſed
ſub eo quod mundo commune eſt agentem, no-
ctu ad cœlum ſuſpicientem, & per aſtra condito-
ris admirabilem potentiam conſiderantem. Ne
pudeat nos veritatis. Ne fabulatores illos extra-
neos imitemur, ne veritatem verborũ ornatu ob-
uelemus. Nuda eſt veritas, abſque patrocinio ipſa
ſeipſam declarans. Humilitatem illius multo ſer-
mone, imò magis encomiin celebrabis. Paſtor ac
pauper, Hæc ſunt homini chriſtiano ornamenta.
Si doctrinæ pietatis duces inquiſieris, piſcatores
inuenies ac publicanos. Si diſcipulos † coriarios
pauperes. Nuſquam ſplendor. Hæc omnia cũ ipſo
mundo abolentur. Vide igitur, cuius hominis diẽ
feſtum agamus, cuius gratia alacres omnes ſimus,
propter quem immutata ſit ratio vitæ noſtræ.
Quoniam videlicet paſtoris admoniti ſumus. Ne
contemnas virum, vbi paſtorem audis. Qui deo
primus placuit, Abel, paſtor fuit. Quis illum imi-
tatus eſt? Moſes magnus ille legiſlator, qui vt pe-
riculum declinaret quod à Pharaone imminebat
aufugit, † qui paſtorum deteſtatus fuit inſidias,
ille inquam pecudes pauit in monte Choreb, & F
per paſturam ad colloquium dei peruenit. Ange-
lum in rubo non iudicio diſceptans ſed paſtorem
agẽs, cœleſti colloquio dignatus vidit. Quis Mo-
ſen ſubſequutus eſt? Iacob patriarcha qui pecu-
des paſcendo pro veritate patientiam oſtendit &
in modica imagine vniuerſam vitam ſuam quaſi
quodam charactere obſignauit. Cui conuerſatio-
nis huiuſmodi zelum poſt ſe reliquit? Dauidi.
Dauid à pecudum paſtura peruenit ad regnum.

† Vel ſutores.

† ὁ μισήσας τῶν συννόμων τὰ ἐπιβουλὰς, quod etiam de eo poteſt intelligi quod rixas fratrũ Hebræorũ ferre non potuit.

Sorores quædam ſunt paſtora & regni adminiſtratio. Niſi quod illa irrationalium, iſta vero rationalium animantiũ curam habet. Ita ſcilicet ad maiorem illa ſciẽtiam tranſitum habet. Quapropter dominus vtramque cõplexus & paſtor eſt & rex, irrationales paſcens, maiori ratione prædiros ſub regni gubernationem includens. Vis diſcere quantæ dignitatis ſit paſtor? Dominus, inquit, paſcit me. Quomodo vero regiæ gubernationis ſoror eſt paſtura? Quis eſt iſte, inquit, Rex gloriæ? Qui illic paſtor, hic rex dicitur. Nec putes illũ ab
A aliis quidem paſtorem vocari, ipſum vero id appellationis pudoris gratia non agnoſcere, quin ipſe degeneres paſtores compeſcens, in ſeipſum veræ paſturæ teſtimoniũ transfert. Ego, inquiẽs, ſum paſtor ille bonus. Arcet degeneres, & veritatem ſibi ipſi vẽdicat. Ego ſum paſtor ille bonus. Diſce quis ſit paſtor, & quis ſit bon⁹ ille. Ipſe hoc interpretatur. Verus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Mercenarius vero, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, illi nihil eſt curæ quando lupum veniẽtem videt. Hic quærit eccleſia, ſi dominus paſtor eſt, quis ſit mercenarius paſtor. Num diabolus? At ſi diabolus mercenarius paſtor eſt, quis ſit lupus. At lupus diabolus eſt beſtia immitis, rapax, inſidioſa, cõmunis omnium hoſtis. Habeat propriam appellationẽ mercenarius paſtor. Tũc quidem mercenarios paſtores dominus eos vocauit qui tunc degenerauerãt. Sunt vero & nunc qui non vt proſint ouibus paſtores agunt, quibus proprie mercenariorum appellatio conuenit. Tunc principes ſacerdotũ no-
B tabantur, & phariſæi, & omnis illa Iudaica ſecta. Illos dixit mercenarios eſſe paſtores, qui non veritatis ſed quæſtus ſui gratia paſcendi poteſtatem vſurparant, qui vano prætextu precationibus inſtabant, vt panem comederent viduarũ & orphanorum. Mercenarij ſunt, qui proprium compendium curant. Qui præſentia ſectantes ad futura non adſpiciunt: mercenarij ſunt non paſtores. Et nunc mercenarij multi ſunt, qui pro miſera glorioIa vitam ſuam impendunt ac produnt, qui iam quoque contra ſana domini verba ſchiſma ſuſcitant. Cum enim & tum eadem dominus dixiſſet, ſchiſma inter iudæos oriebatur. Quidam dicebãt, dæmonium habet, quidam vero, dæmon oculos cæcos vt videãt illuminare non poteſt. Vides veterem hunc eſſe ſchiſmatis morbum? Mox enim ventilabrum adeſt. Paleas ſecernit à frumento, & quod leue eſt & inſtabile ſeiungit ab eo quod alendi vim habet. Quod autem ſpiritali cõueniens eſt alimoniæ, agricolis deputatur. Quapropter ſchiſma factũ eſt, & alij iſto, alij alio modo præſtãtes fuerunt. Iudæorũ eſt in partes ſcindi. Eccleſia vero dei, tunicam inconſutilem, deſuper contextam adepta, quæ à militibus ne ſcinderetur cõſeruata eſt, Chriſtumque induta veſtimentũ illius
C ne ſcindat, Et cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Et hæc ad blaſphemiæ ſuæ ſtructurã rapuit hæreticus. Ecce, inquit, dictũ eſt, cognoſcunt me meæ, & cognoſco oues meas. Quid ergo vocat cognoſcere? An eſſentiam ſuam intelligere? An magnitudinem emetiri? An ea contra diuinitatem ſentire, quæ tu ore impudẽti & temerario pronuntiaſti? vel non ex præcedentibus menſurã cognitionis huius intelligis, quid in deo cognoſcamus: Oues meæ, inquit, vocem meam audiunt. Ecce quomodo cognoſcatur deus. Ex eo quod præcepta illius audimus, ex eo quòd illa audiẽtes opere adimplemus. Hęc demum eſt cognitio dei, obſeruantia videlicet præceptorũ dei, non inanis illa curioſitas, non eſſentiæ dei & ſupramũdanorum inneſtigatio, non rerum inuiſibilium conſideratio. Cognoſcunt me meę, & cognoſco meas. Satis tibi ſit ſcire, paſtorem eſſe bonum, animam ſuam poſuiſſe pro ouibus. Terminus hic ſit diuinę cognitionis. Quantus vero ſit deus, & quæ illius menſura, & qualis eſſentia, talia ſciſcitãti ſunt periculoſa ei qui rogatur perplexa, & talium medi- D
cina eſt ſilentium. Oues meæ, vocem meam audiunt. Audiunt, inquit, non diſputant. Hoc eſt, nõ ſunt inobedientes, non contendunt. Audiſti filiũ, at non ita generationis modos. Neque igitur vel à me petere, vel ipſi rationi ſubiicere, de quibus nulla poteſt haberi ratiocinatio, neque per ſchiſma quod coniunctum eſt ſeparare velis. Hac te ratione præoccupans euangeliſta communiuit ac cautum reddidit. Audiſti niane, & cõtinuò audis. In principio erat verbum, ne filium humanã eſſe progeniem putes, quæ ex non exiſtente pronenerit. Verbum illum eſſe dixit, propter impaſsibilitatem: vitam, propterea quod tempori ſubiectus non eſt: principium, vt natum patri coniungeret. Vides motigetam ouiculam, quomodo audiat vocem domini: In principio, inquit, & erat, & verbum. Ne dicas, quomodo erat? Et, ſi erat, genitus non eſt. Et, ſi genitus eſt, non erat. Ouicula nõ eſt iſta dicens. Pellis ouilla eſt, intus vero lupus latet. Qui hæc dicit, pro inſidiatore habeatur. Oues E
meæ, vocem meam audiunt. Audiſti filium? Intellige ſimilitudinem quam habet ad patrem. Similitudinem dico propter imbecillitatem valentiorum corporum. Et alioqui veritas ita habet. Non enim vereor accedere veritati. Non ſum ad ſycophantiam cõmodos. Verbo patris & filij idẽtitatem ſeruo. Proprietatem in ſubſiſtẽtia filij, formã intellige paternam, vt exactę imaginis rationem cuſtodias, vt competenter de deo ſentias. Ego in patre, inquit, & pater in me eſt. Non confundit eſſentias, ſed vel ſimilitudinem identitatẽ exprimit. At enim dilecte res iſta ſumme videtur contraria, vtpote quod veſtra audiendi obediẽtia imbecillitatem noſtram adegit in mediũ aliquid adferre ac dicere, vt potentia dei in organi imbecillitate potiſsimum illuſtraretur. Nam hac forſan ratione imbecillitas noſtra ſuperabũdauit, vt hoc amplius glorificetur qui quod infirmum eſt corroborat. Qui vero noſtram hanc panegyrim reduxit, & finem fecit anni præteriti votis, ac initiũ dedit tempori iam imminenti (Hæc nanque dies præteriti nobis temporis circulum terminat, & rurſus initium eſt iam adueniẽti) qui & nos huc congregauit, & futuri energiam largitur, in illo nos cuſtodiat indemnes, illæſos, & à lupi rapaci- F
tate ſecuros, & eccleſiam hanc immotam, ac magnis martyrum turribus munitam conſeruet, & omnes furentium hæreticorum inſidias & incurſus in tranquillitate ac ſilentio auertat, nobis vero donet vt diuina oracula diſcamus, & doceamus, ſubminiſtrata à ſpiritu ſancto gratia cui cum patre & filio ſit gloria & imperium, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

πολυπραγμοσύνη.

δι' ἀσθένειαν τῶν δυνατωτέρων σωμάτων.

HOMILIA

HOMILIA BASILII MAgni de Spiritu ſancto.

COgitet omnis anima de diuinioribus rebus quæſtionem inſtituens, an tales habeat oculos, vt talia quærere, & quę ſenſui vidēdi inuiſibilia ſunt, videre, & ad hunc modũ quęrens apud eum quem quærit iuxta quod ſcriptum eſt, habitare poſſit. Scriptum eſt enim: Si quæris, quære,
A & apud me habita. Habitat autem tum apud illũ, ſi cum fide quærat. Nam etiam ſi non mox inueniat, à fide tamen eius quem quærit, non diſcedit, ſed cum beato Dauide dicit: Admirabilis ex mę facta eſt ſcientia tua, corroborata eſt, nec potero ad ipſam. Et cum patre lunatici pueri: Credo domine, ſuccurre incredulitati meæ. Hũc itaque ſcopum habentes, cum fide de natura ſancti ſpiritus quæramus, ab ipſo eius quod quęrimus cognitionem petentes. Ipſe nanque eſt quod quæritur, ipſe ſuipſius cognitionem largitur, & vt de ipſo per diuinas ſcripturas didicimus, ipſe eſt qui ſanctos ſanctificauit, & qui diuinam vitam deũ per ipſum petentibus exhibet. Neceſſe autem eſt, vt excellat eos qui iſta accipiunt, qui ſanctificantur ipſo præſente, & corrumpuntur ipſo deſerente, cum ipſe ſit perpetuus, ac fons quidam vitæ ſempiternæ.

Quis autem ſit ſufficientiæ huius ac facultatis modus, quo ſpiritus & omnibus & ſingulis præſto eſt. Conſideret mens digna habita tali conſideratione, libera ab omni errore, hæreſi, & reliquis incātantium ac illicientium muliercularum voluptati
B bus. Accedat autem ad iſtam conſiderationem in quiete ac tranquillitate conſtituta. In tranquillo verò ſit non ſolum corpus, quo circundata eſt, & corporis ſolita perturbatio, ſed & tota illa circumferentia, cœlum, terra, mare, & quicquid in illis ratione præditum eſt. Deinde cogitet omnia ſpiritu dei referta eſſe, illum in omnia vndique plenum, quaſi illabi & infundi, vndique ſubuenire & illuceſcere. Spiritus enim domini repleuit orbem, & quod continet omnia, ſcientiam habet dei. Illuceſcit autem omnibus dignis, quemadmodum ſolis radij nubes illuminant, & aſpectu fulgido ſplendeſcere faciunt: ita & ſpiritus ſanctus corpus hominis ingreſſus vitam dedit, immortalitatem dedit, ſanctimoniam dedit, & quod iacebat erexit. Quod verò à ſpiritu ſancto perpetuò mouetur, animans ſanctum factum eſt. Habet autem homo
C per inhabitatorem ſpiritum dignitatem propheticam, apoſtolicam, & angelicam, cum antea fuerit terra ac cinis. Erit verò nobis manifeſtior, & magis conſpicua virtus & natura ſpiritus, quanta illa ſit, ſi cogitemus quomodo complectatur & ducat pro ſua voluntate ſanctos, vniuerſamque rationalem naturam. Seipſum nanque vniuerſæ cum cœleſtium virtutum, tum iuſtorum multitudini dedit, & totam illam iuſtorum, ſiue magnorum, ſiue paruulorum, angelorúmque & archangelorum hypoſtaſim ſanctificauit. Et licet vbique terrarum diuerſóque modo aliis atque aliis locis collocata ſint corpora, ac reliquæ virtutes quoque diſcriminis aliquid inter ſe habeant, ſintque à ſe inuicem diuiſæ, non tamen ita habet ſpiritus, nec per partes minutatim in ſingulos diuiſus diuinitus illos viuere facit, ſed omnia tota illius virtute viuunt. Et adeſt vbique ſimilis deo, à quo mittitur, cum exiſtendo, tum vbique & in omnibus ſimiliter exiſtendo. Cum Mariæ Gabriel, aut alius alicubi angelus cuipiam ſanctorum deſtinatum adferret euangelium, & quiſque prophetarum vaticinaretur, & Paulus Romæ, Iacobus Ieroſolymis, Marcus Alexādriæ, in aliis alij ciuitatibus euangelium prædicarent, ita ſpiritu ſancto pleni erant, vt nulla locorum interualla prohiberent, quo minus eadem in ſingulis operaretur gratia. Et huius gratia deus eſt quiſque ſanctorum. Dictum enim illis à deo eſt: Ego dixi dii eſtis, & filij excelſi omnes. Et Deus deorum (vtique ſanctorum) loquutus eſt. D
Et: Videbitur deus deorum (videlicet ſanctorum) in Sion. Neceſſe eſt autem diuinum eſſe ſpiritum, & ex deo eſſe, qui diis diuinitatis eſt cauſa. Quemadmodum enim ardens eſſe, quod rebus ardentibus ardoris eſt cauſa: & ſanctũ eſſe oportet, quod ſanctos facit: ita deus ſit neceſſe eſt, qui diis, vt dij ſint, cauſam adminiſtrat. Cum itaque ſpiritus ſancti poſſeſſio tam ſit bona atque diuina, vbi iam illi fidem dediſti, ſecurè & cum fiducia Chriſtum illius ſuppeditatorem quæres. Nam nemo Ieſum dominum dicere poteſt, niſi in ſpiritu ſancto. Vitam autem, quam in alicuius hypoſtaſim effundit ſpiritus, hanc in illo non circunſcribit, ſed quemadmodum in igne caliditas eſt, partim quam in ſe habet, partim quam adfert aquæ aut alij eiuſmodi materiæ: ita & ſpiritus, & in ſeipſo habet vitam, & qui participes illius ſunt, diuino quodam modo viuunt, vitam adepti diuinam ac cœleſtē. Omnia nanque immortalia in ſeipſo complectitur, o- E
mnem mentem, omnem angelum, omnem animam, & neque mutationem quærit, cum bene habeat, neque mutuationem, cum omnia habeat apud ſeipſum, imò nec auxeſim, cum ſit perfectiſſimus. Quapropter & omnia in illo perfecta ſunt, dilectio, gaudium pax, tolerantia, bonitas, prudētia, ſapientia, conſilium, ſecuritas, pietas, ſcientia, ſanctimonia, redemptio, fides, operationes virtutum, dona ſanationum, & quæcunque alia iſtis ſimilia. Nihil habet in ſe quod ſit aliundè aſcitum, ſed omnia perennia habet tanquam ſpiritus dei, & ex deo prodiens, deum ſui cauſam fontis inſtar habens & ex illo promanans. Fons eſt autem & ipſe, bonorum ſcilicet, de quibus iam diximus. Verùm ſpiritus ex deo promanans eiuſdem cum illo eſt ſubſiſtentiæ: quæ verò ex ſpiritu profluunt, ipſius ſunt operationes. Hunc ſpiritum ſanctũ deus F
opulentè in nos per Ieſum Chriſtum effudit. Effudit, inquam, non creauit, dedit, non condidit. Cōtentioſè idem repeto tui gratia, quem oportet vndique firmum ac munitum eſſe, vt ſcias quid ab iſto ſpiritu doctus, vbi quæſtionem mouētibus reſpondendum eſt, dicat. Doctus à deo vocatur à propheta dicente: Et erunt omnes docti à deo. Multum itaque de hoc numine ineſt animę rationali, niſi propria ignauia deficere ab illo velit. Si verò illi ſe coniunxerit, & quaſi in vnum coierit, audiet illud Apoſtoli: Qui domino adhæret, vnus cum illo ſpiritus eſt, cui ſit gloria, Amen.

CONTRA SABELLIANOS

Et Arium & Anomœus Baſilius Magnus.

PVgnat Iudaiſmus cum Genti
liſmo, & vtrique cum Chri-
ſtianiſmo. Quemadmodum
Aegyptij & Aſſyrij, & inter
ſe hoſtiliter diſſidebant, & v-
trique Iſraëli infenſi erant.
Vt in malitia deptędiouts, &
audaciam pariter ac timidita-
tem inter ſe pugnare, & nihilominus ambas à re-
cta animi fortitudine diſſidere. Talis quædam pu
gna etiam contra rectæ fidei confeſſionem ex v-
A troque latere inter ſe diſſidentium hoſtium exci-
tata eſt, illinc Sabellio, hinc iis qui Aoomœum
prædicant irruẽtibus. Nos vero, quemadmodum
Gentiliſmum euaſimus ac prauam illius idolola-
triam declinauimus, multorúmque deorum cul-
tum impium eſſe cognouimus: ita & Iudæorum
blaſphemiam filium dei negantium euaſimus, mi
nas illas veriti, quibus dictum eſt à domino. Qui
me negauerit coram hominibus, negabo ipſum &
ego coram patre meo, qui in cœlis eſt. Fugiamus
itaque, vt par eſt, & eos qui & Gentiliſmo & Iu-
daiſmo cognata dogmata cootra doctrinam veri-
tatis adinueoerunt. Poſtquam enim callidiſſimus
ad nocendum diabolus Chriſtianorum à Genti-
bus ac Iudeis abalienationem, & quod ad illorũ
appellationem mox hoſtile quiddam ſpiramus, a-
nimaduertit, noſtro vtriſque impoſito nomioe, Iu
daicam iterum negationem, ac Gentilem multo-
rum deorum cultum introducere conatur. Illi nã-
que cum vnigenitum opus ac facturam dei eſſe di
cunt, & illum nihilominus adorant, diuinóque ho
nore afficiunt, apertè Gentiliſmum creaturæ ſer-
B uientes & non deo introducunt. Iſti vero deum
ex deo negantes, & nomine quidem filium confi-
tentes, re ipſa vero ac veritate ſubſtantiam illius
reprobantes, Iudaiſmum denuo renouant. Nam
quando verbum illum eſſe confitentur, interno
verbo comparant, & cum ſapientiam illum eſſe di
cunt, ſimilem faciunt habitui qui in anima erudi-
torum conſiſtit. Quapropter & vnam conſtituunt
patris & filij perſonam, quod & homo vnus dica-
tur, non diuiſus, propter verbum quod habet & ſa
pientiam. Atqui Euangeliſta mox in Euangelij ſui
exordio clamat, diceos. Et deus erat verbum, qua
ſanè ſeoteotia propriam filio ſubſtantiam tribuit.
Si nanque in corde erat verbum, quomodo deus
erat? quomodo erat apud deum? Neque enim ver
bum quod in homine eſt, homo, neque apud ho-
minem eſſe dicitur, ſed io homine. Etenim nec
viuidum eſt, nec ſubſiſteus. Dei vero verbum, vita
eſt & veritas. Et noſtrum verbum, ſimul atque di
ctum eſt, amplius non eſt, de dei vero verbo quid
dicit pſalmus? In æternum domine verbum tuum
permanet io cœlo. Et hinc quidem hoc bellũ mo-
uetur, ex alia vero parte, quæ eſt, & qualis eſt con-
tra veritatem lucta? Illi ſubſtantiam quidem filij
concedunt, & propriam filio perſonam & patri
C quoque propriam ſtatuunt, inæqualitatem vero
naturæ introducunt, & nomen filij, ſi vocem ſpe-
ctes, concedẽtes, reipſa ad creaturam vſque illud
deducũt, nihil veriti vocem domini, qui ſe ipſum
patrem videre geſtienti diſcipulo oſteodit dicẽs.
Qui me vidit, patrem vidit. Hæc autem vox, ſi re-
ctè reputetur, vtrorúmque blaſphemias obturat.
Neque enim patrem ſcipſum eſſe dicit, qui perſo-
nas cõſpicuè diuidit, cum dicit, qui vidit me. Nam
hinc propriam ſuam perſonam demonſtrat. Cum
vero ſubiungit, vidit & patrem meũ, ad patris per-
ſonam reſpicit, & manifeſtè illam à ſua diuidit.
Quod & in eò facit, vbi dicit. Si cognouiſſetis me,
& patrem meum vtique cognouiſſetis. Non enim
iſta perſonarum confuſionem ſignificant, ſed in-
differentem per omnia diuinitatem commendãt.
Audiant autem hunc ipſum ſermonem aduerſarij
quoque, quod paterna gloria priuatus oon ſit, qui
vt filius paternæ dignitatis conſors eſt. Alienum
enim genitor nõ genuit, ſed talem, qualis ipſe eſt. D
Audiat Anomœus. Ego & pater vnum ſumus. Au-
di & tu Sabelli. Ego exiui à patre, & ad ipſum va-
do. Vtérque vulneri ſuo ex euangelij doctrina re-
medium ſumat. Et tu quidem vnitatem ad tenen-
dam naturæ indifferẽtiam hinc collige, tu vero ex
eo quod dicit, exiui à patre, & ad ipſum vado, dif-
ferentiam perſonarum diſce. Coëamus igitur in
iſtis, & pacem amplexi prolixum illud contra pie
tatem bellum, abiectis impietatis armis ad nocen
dum acutis, & lanceis io aratra, gladiis vero in ſal
ces commutatis, ſoluamus. Neque tu tãtum dicas,
ſed conſequere eum qui dixit. Non ſum ſolus ſed
pater qui miſit me, mecum eſt. Alius itaque eſt pa
ter qui miſit, & alius filius qui miſſus eſt. Et iterũ.
Ego, inquit, teſtimonium de me ipſo perhibeo, &
teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.
Et in lege veſtra, inquit, ſcriptum eſt, quod duorũ
hominum teſtimonium verum ſit. Numera, ſi pla
cet, perſonas. Ego inquit, vnus ſum, qui teſtificor.
Et teſtificatur de me qui miſit me. Ecce duos te-
ſtes. Ego nõ auſim ita numerare. Verum dominus
ipſe ita docuit dicens. In lege veſtra ſcriptum eſt, E
quod duorum hominum teſtimonium verum ſit.
Tu vero, qui alio impietatis geoere deo repugoãs
filium deo natura nõ eſſe ſimilem dicis, qui æqua
litatem negas, ac vitæ ſeparationem inducis, Pau-
lum reuerere dicentem. Qui eſt imago dei inuiſi
bilis, ac imagini viuenti hoc tribue, quod vitæ, vt
archetypo ſuo, per omnia ſimilis ſit. Confitere pa
trem filium geouiſſe, non vt creaturam coodidiſ-
ſe. Et in vera patris confeſſione parem honorem
filio cum patre adſcribe, memor Euãgelici teſti-
monij, quod deum patrẽ ſuum eſſe dixit, æqualẽ
ſeipſum deo faciens. Aequalem autem eſſe pa-
tri: de natura, non de corporali quadam admen-
ſuratione intelligendum eſt. Quomodo vero ra-
pinam non eſt arbitratus æqualem eſſe ſe deo, ſi
nuoquam deo, vt tu blaſphemas, æqualis fuit?
Quomodo in forma dei fuit, qui ſecundum tu-
am opinionem nunquam deo ſimilis fuit? Talis
quidem vtrinque pugna nobis eſt, veritas vero
quæ? Neque tibi horror ſit confiteri perſonas,
ſed dic patrem, dic & filium, non vni rei duo F
nomina tribuens, ſed ex vtraque appellatione cu
iuſque proprium intellectum edoctus. Grandis
enim improbitas eſt, non admittere doctrinas
domini, tam conſpicue perſonarum nobis alte-
rationem ſecernentis. Nam ſi abiero, inquit, ro-
gabo patrem, & alium vobis paracletum mittet.
Filius itaque eſt rogans, pater qui rogatur, paracle
tus vero qui mittitur. An nõ igitur manifeſte im-
pudens es, qui cum audias, ego, de filio, ille, de pa-
tre,

[illegible]

tte,alium,de ſpiritu ſancto,omnia miſces, omnia
confundis, & vni rei omnes haſce appellationes
imponis ? Attamen rurſus neque tu perſonatum
diuiſionem tapinæ loco ad impietatem tuam ſta-
biliendam abripito. Licet enim numero duo ſint
pater ac filius, natura tamen diuiſi non ſunt,ne-
que qui duas perſonas dicit, ſtatim alienationem
inducit. Vnus deus eſt,& pater,vnus deus & filius
nō dij duo. Nam patri filius ſimilis eſt. Non enim
aliam in patre diuinitatem intueor,& aliam in fi-
lio,neque aliam illius & aliam huius naturam po
no. Vt igitur perſpicua tibi ſit perſonarum pro-
A prietas ac differentia, numera ſeorſum patrem,
ſeorſum quoque filium. Ne vero in errorem plu-
rium deorum deficias,vnam in vtroque eſſentiam
confitere. Hoc pacto & Sabellius cadet,& Ano-
mœus conteretur. Quando vero vnam eſſentiam
dico,ne duas perſonas ex vna tāquam in duas par
tes diuiſa cogitare velis,ſed ex principio patris fi-
lium ſubſiſtentem, non patrem & filium ex vna
eſſentia,quaſi præcedenre,deſcendentes. Non e-
nim fratres dicimus,ſed patrem ac filium confite
mur. Quod autem ad eſſentiā attinet,pares ſunt.
Ex patre nanque filius, non mandato factus,ſed
ex illius natura genitus eſt,non ſeparatus à patre,
ſed ex patre ſempiternè perfecto, perfectus reſ-
plendens. Nolo autem mihi quotquot vel non
perfectè dictis noſtris attenditis,vel calumniandi
gratia nos circundatis, non aliquid à nobis vtilita
tis quærentes. Sed verbis noſtris inſidiantes, cir-
cumquaque confictaodo dicatis, duos deos prædi-
cat,cultum multorum deorum annuntiat. Non
ſunt duo dij,neque enim ſunt duo patres. Qui duo
principia inducit,ille duos quoque deos prædicat.
Talis autem eſt Marcion, & ſi alius quiſquam illi
B impietate ſimilis eſt. Ruſus & ille duos eſſe deos
dicit qui alterius eſſentiæ genitum eſſe dicit à ge-
nitore, propter eſſentiæ diſſimilitudinem multo-
rum deorum errorem iotroducens, dum contra-
rium genito faciens ingenitum,contrarias abſque
dubio & illorum eſſentias conſtituit. Siquidem,
vt tradit, patris eſſentia eſt ἀγεννησία , eſſentia ve-
ro filij γεννητή. Itaque non iam duos tantum deos
dicis,ſed & inter ſe diſſidentes, & quod omnium
eſt peſſimum,non ex voluntatis propoſito,ſed na
turali conſtitutione diſſidentes, quæ nunquam in
pacem & concordiam redire queat. Verum do-
ctrina veritatis,vtrinque contrarietates iſtas eua-
ſit. Vbi nanque vnum principium,vnumque ex i-
pſo principio,& vnum archetypon, ac illius vna
imago traditur, ibi veritatis doctrina non corrum
pitur, propterea quod ex patre genitus, patrém-
que in ſeipſo naturaliter exprimens, vt imago qui
dem, per omnia illi reſpondet, vt progenies vero
ὅμοιον obtinet. Neque enim qui regiam in fo-
ro conſpicatus imaginem Regem qui in tabula
depictus eſt,dicit,duos ob id Reges confitetur, i-
C maginem videlicet,& eum qui per imaginem re-
præſentatur,neque ſi demonſtraro eo,qui in tabu
la pictus eſt, dixerit, hic Rex eſt, mox imaginis
prototypon Regis appellatione priuauit. Imò ma
gis per hoc quod imaginem Regis Regem appel
lat, Regi ſuum confirmat honorem. Si nanque i-
mago Rex vocatur, multo magis par eſt Regem
eſſe eum,cuius cauſa facta eſt imago. Sed hic qui-
dem, lignum, cera, & pingendi artificium imagi-

nem facit corruptibilis hominis corruptibilem,
figuram videlicet eius, qui arte exprimitur. Illic
vero,quando imaginem audis, ſplendorem glo-
riæ intellige. Quis vero eſt ſplendor ille,& quæ
gloria?Ipſe hoc ſtatim Apoſtolus expoſuit, dicēs,
& character ſubſiſtentiæ. Idem eſt ergo ſubſiſten ὑπόστασις.
tia quod gloria: character, quod ſplendor. Ma-
nente itaque gloria iſta perfecta,ita vt nihil immi
nuatur, perfectus quoque ex ipſa procedit ſplen-
dor. Ad hunc modum quæ de imagine dicuntur
magnificè ac deo competenter ſumpta, diuinita-
tis nobis vnitatem commendant. Eſt enim filius D
in patre, & pater in filio. Nam & filius talis eſt,
qualis eſt pater,& pater talis,qualis eſt filius. Ita
vniuntur duo ſi intellexeris filium à patre nihil
differre,neque aliud illi genus,aut alienum chara
cterem eſſe cogitaueris. Dico igitur iterum. Vnus
& vnus,ſed natura indiuiſa eſt,& indeficiens per-
fectio. Vnus itaque deus,quoniam vtriuſque vnū
genus conſideratur,quod in vtroque integrum ac
totum oſtenditur. At iterum vos moleſtè ſermo-
nem noſtrum ferre video, & tantum non audire
me puto, quod confeſſis immorando, vulgatas
quæſtiones non attingo. Totum enim nunc audi-
torium de ſpiritu ſancto audire geſtit. Ego vero
maximè omnium ſimpliciter, vt illa accepi, & vt
abſque vlla curioſa veſtigatione aſſenſum illis præ
bui,ita & auditoribus tradere vellem, vt non ſem
per de eiſdem mihi reddenda eſſet ratio,ſed vt ex
vna confeſſione perſuaſos haberem diſcipulos.
Quoniam verò nos circundatis iudices magis quā
diſcipuli,vt experimentum de nobis capiatis,non
vt aliquid à nobis diſcatis,neceſſarium eſt,vt abie E
ctionibus quidem velut in ius vocati reſpondea-
mus, iuxta verò vt eadem perpetuo inculcemus
quæ accepimus. Hurtamur autem vos, ne quouis
modo quod vobis probetur,ex nobis audire que-
ratis,ſed quod domino placeat, & conſonum ſit
ſcripturis,nec à patribus diſſideat. Quæ itaque de
filio diximus, quod videlicet propriam illi perſo-
nam eſſe confitendum ſit,eadem & de ſpiritu ſan
cto dicere poſſumus. Non enim idem eſt ſpiritus,
qui pater quod ſcriptum eſt, quoniam deus ſpiri-
tus eſt. Neque iterum vna eſt filij ac ſpiritus perſo
na,quoniam dictum eſt. Si quis ſpiritum Chriſti
nō habet,ille non eſt eius. Si vero Chriſtus in vo-
bis eſt,&c. Nam hinc quidam erroris anſam ſum
pſerunt, vt ſpiritum & Chriſtum eundem eſſe di-
xerint. Sed quid dicimus? Quod ex iſto ſermone
naturæ ſignificetur proprietas, non perſonarum
confuſio. Eſt quidem pater,perfectam habens ac
nullius indigam eſſentiam, radix & fons filij ac
ſancti ſpiritus exiſtens, eſt vero & filius in plena
diuinitate viuens verbum,& progenies patris nul
la in re deficiens. Plenus eſt autem & ſpiritus,non
pars alterius ſed perfectus & totus in ſeipſo conſi
derandus. Coniunctus quidem indiuulſè patri eſt
filius,coniunctus item filio eſt ſpiritus. Nihil e- F
nim eſt quod dirimat,nihil quod ſempiternam il-
lam coniunctionem abſcindat. Nullum nanque
inter illos ſeculum interlabitur, nec anima noſtra
ſeparationem aliquam cogitare poteſt qua vel fi-
lius patri, vel ſpiritus ſanctus non ſemper filio ſit
coniunctus. Quandocunque igitur ſancta Triada
coniungamus noli quaſi tres vnius cuiuſdam rei
inſeparabilis partes cogitare.

(Impia

(Impia nanque eſt hæc cogitatio) ſed trium perfe
ctorum & incurporalium inſeparabilem coniun-
ctionem intellige. Nam vbi ſpiritus ſancti præſen
tia eſt, ibi eſt & Chriſti, vbi vero Chriſtus, ibi ad-
eſt vtique & pater. Ignoraris, corpora veſtra tem-
plum eſſe ſpiritus ſancti? Et ſi quis templum dei
propbanauerit, bunc perdet deus. Cum itaque
per ſpiritum ſanctificati ſumus, Chriſtum recipi-
mus habitatorem noſtri, in bominem internum,
& cum Chriſto patrem, qui communem apud di-
A gnos inſtituit habitationem. Hanc autem coniun
ctionem declarat & baptiſmi traditio, & fidei cō-
feſſio. Nam ſi alienus eſt à patre ac filio ſpiritus,
quomodo illis connumeratus eſt? Et ſi ſub tempo
rum articulis poſtea patri & filio acceſſit, quomo
do cum ſempiterna coordinatus eſt natura? Qui
vero filium à patre ſeparant, & creaturæ ſpiritum
connumerant, & baptiſmum inutilem reddūt, &
fidei confeſſionem eneruant. Neque enim Trias
ſeparato ſpiritu trias manet, & ſi aliqua creaturæ
portio patri ac filio adiungitur, vniuerſa creatura
ſimul ad eam ſocietatem accedet. Quid nanque
hoc pacto probibebit quin dicatur. Credo in pa-
trem & filium, & in vniuerſam creaturam. Nam
ſi pium eſt in aliquam creaturæ portionem crede
re, multo ſanè honeſtius eſt totam creaturam ad
fidei confeſſionem admittere. In totam vero crea
turam credens, non in angelos tantum credis &
ſpiritus adminiſtratorios, ſed & ſi quæ ſunt aduer-
ſariæ poteſtates, quandoquidem & ipſæ creaturæ
pars ſunt, in illas quoque fidei confeſſionem trāſ-
feres. Ita & blaſphemia in ſpiritum ſanctum ad
B impias & nefādas opiniones abducet. Mox enim
vbi de ſpiritu ſancto quæ non decent dixeris, no-
tam quoque habes & apertam ſignificationem,
quod ſpiritu dei deſtitutus ſis. Nam vt qui oculos
clauſit, tenebras ipſe ſibi acccrſit, ita qui à ſpiritu
ſancto ſecedit, extra eum qui illuminat conſtitu-
tus, animæ cæcitate offunditur. At ne ſpiritum ſan
ctum à patre ac filio ſepares, abſterreat te domi-
nica traditio. Dominus ita docuit, Apoſtoli prædi
carunt, patres obſeruarunt, martyres confirma-
rūt. Satis tibi ſit vt dicas quemadmodum edoctus
es. Nec obiicias mihi argura illa & captioſa, vel in
genitus eſt ſpiritus vel genitus. Quod ſi ingenitus
eſt pater, ſi genitus, filius eſt: ſi vero nihil horum,
ergo creatura eſt. Ego vero agnoſco illum quidē
cum patre, patrem vero eſſe non ita, & cum filio
illum coniūctum accepi, filium vero appellatum
non accepi. At coniunctionem quidem quæ cum
patre eſt intelligo, ex eo, quod ex patre egreditur,
quæ vero eſt ad filium, inde, quod audio. Qui ſpi-
ritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si enim
Chriſto coniunctus non eſt, quomodo Chriſto
coniungit? Audio illum & ſpiritum veritatis dici.
C Dominus vero veritas eſt. Quando vero audio
ſpiritum adoptionis vocari, admoneor vnitatis
quam iuxta naturam habet cum patre & filio.
Quomodo nanque adoptaret quod alienum eſt?
Quomodo appropriaret & coniungeret quod pe
regrinum eſt? Ad hunc itaque modum nec noua
verba fingo, neque ſpiritus maieſtatem reprobo.
Eos vero qui creaturam illum vocare non veren-
tur deploro ac defleo, quod modico ſophiſmate
ſeipſos, & fucato paralogiſmo in barathrum ab-
iiciunt. Quoniam enim, inquiunt, mens noſtra
hæc tria comprehēdit, nec quicquam eſt in rebus
exiſtentibus quod non in diſtinctionem hanc re-
rum exiſtentium cadat, vt vel ſit ingenitum, vel ge
nitum, aut creatum, & ſpiritus nec ad primum, nec
ad alterum referri poteſt, neceſſarium ergo eſt, vt
ad tertium referatur. Hoc veſtrum, ergo, ſempiter
nę vos maledictioni obnoxios conſtituet. Omnia
ne ſcrutatus es? Vniuerſa ne cogitationibus tuis
iſti diuiſioni ſubiecisti? Nihil inexquiſitum reli-
quiſti? Cuncta mente tua complexus es? Omnia D
intellectu tuo comprehendiſti? Noſti quæ ſub ter
ra ſunt? Noſti quæ abdita ſunt in profundo? Dæ-
moniaca iactantia eſt, quæ dicit, noui ego numerū
arenæ, & menſuram maris. Si vero multas igno-
ras, & quæ ignoras cognita innumeris modis ſu-
perant, qua nam ratione nō cum omnibus & eam
ignorātiam de modo eſſentiæ ſpiritus ſancti, quæ
periculo caret, abſque vllo pudore fateris? Mihi
verò non vacat, vt rationem tuarum vanitatum ar
guam & oſtendam, quàm multa ſint in rebus exi-
ſtentibus, quæ intellectus tui rationes fugerint. Il
lud libenter ſanè rogarim eos qui veſtræ partis
ſunt. Affirmo autem, quod olim te impiæ huius va
fricici, qua ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicis,
pœnitebit. Non abhorres à peccato illo irremiſſi-
bili? Aut quid putas vnquam ita impiè blaſphema
ri poſſe, quod iſtam blaſphemiam adæquet? Ex v-
na nanque hac voce, omnia vnum ſunt peruerſiſſi
mè. Alienatio à deo, quod ad ipſam attinet natu-
ram, ſeruitutis humilitas, munera obeūdorum mi
niſteriorum, priuatio ſanctimoniæ, dum illa non
adeſt quæ ex natura eſt, & opus eſt ſpiritui, vt eius
ſit particeps, quæ eſt ex diſpenſatione gratiæ, vt &
reliqua habent, quotquot ſanctificata ſunt. Et quē
admodum datur nobis manifeſtatio ſpiritus ad v- E
tilitatem, & vt vnicuique ſecundum fidei analogiā
admenſuratur, ita erit & ſpiritus ſanctimoniæ par
ticeps, ſi ſecundum pneumatomachorum opinio-
nem creatura eſt. Imò ne committamus, vt illorū
ſtultitia inculpata videatur, qui ſe omnia intelle-
ctu apprehendiſſe putant. Reſpondeant itaque
nobis, quæ ſit viſibilis huius ſolis eſſentia, An vnū
ſit ex quatuor elementis, vel compoſitus ſit ex il-
lis. At neque terra eſt, neque aqua, nec ignis, nec
aër. Nam iſta directè mouentur, Alia quidem ſur-
ſum, alia verò deorſum ad ima. Terra & aqua ad
inferiora deferuntur, propter grauitatem: aër &
ignis ad ſuperna mouentur propter leuitatem. So
lis autem motus circularis eſt. Itaque nullum eſt
ex quatuor elementis. Quin neque compoſitus
eſt ex ipſis. Nam compoſita ægre coniuncta con-
tinentur, propterea quod ex contrariis conſtituta
ſunt, quorum quodque renitenti motu aliis aduer
ſatur. Solis vero motus indefeſſus eſt, adeóque &
irremiſſus, & ob id non compoſitus. Atqui in cor
poribus ita comparatum eſt, vt vel ſimplicia ſint
vel compoſita. Solis verò corpus nec ſimplex eſt,
neque enim directè mouetur: nec compoſitum, F
quandoquidem abſque vlla moleſtia mouetur.
Non eſt igitur, ſol. Tales ſunt argutæ illæ veſtræ
diſtinctiones, apud eos qui oculis præditi ſunt,
ridiculæ. Rurſus reſpondeant quomodo videa-
mus nos homines. An ita, vt formas rerum vi-
ſibilium apprehendamus, vel vt virtutem quan-
dam ex nobis foras emittamus.

At neque

At neqoe viſibilium rerum imagines apprehendimus, quomodo nanque exiguo illi popillæ foramini hemiſphænum hoc cœli repræſentaretur, neque quicquam ex nobis emittimus, nam quo pacto quod emitteretur ex nobis ad amplitudinem illam cœli complectendam ſufficeret? Si vero neque rerum viſibilium ipſi imagines apprehẽdimus, nec aliquam è nobis facultatem emittimus, ergo non videmus. Quid igitur? Argoam ne veſtros ſyllogiſmos, vel imprecabor vobis, vt veræ ſint veſtræ concluſiones? Quid intereſt inter huiuſmodi ſermones, & veſtram de ſpiritu ratio-

A cinationem, quam apud miſeras mulierculas, aut eunuchos mulierculis pares ac vicinos iactatis? Audi citra moleſtiam ac contumeliam. Si ex deo eſt ſpiritus, quomodo inter creaturas illum collocas? Non enim illud mihi dices, quod omnia ex deo ſunt. Quemadmodum enim Chriſtus dei quidem dicitur, non tamen creatura eſt vt nos. (Nam Chriſti nos ſumus, Chriſtus vero dei. At aliter nos Chriſti dicimur, nempe vt ſeruus domini, aliter Chriſtus dei, vtpote filius patris, dicitur) ita & ſpiritus, non ideo quod omnia ex deo ſunt, & ipſe, vt omnia reliqua, ex deo eſt. Non enim quoniam & adminiſtratorij ſpiritus ſunt, ſimilis illis eſt & ſanctus ſpiritus, propter ſpiritus appellationẽ, Nam vnus eſt verè ſpiritus. Vt enim multi quidem ſunt filij, vnus autem eſt verus filius, ita & omnia ex deo eſſe dicuntur, propriè tamen & filius & ſpiritus ſanctus ex deo ſunt. Nam & filius à patre egreſſus eſt, & ſpiritus quoque à patre progreditur. At filius quidem ex patre per generationem, ſpiritus verò ex deo modo arcano & ineffabili.

B Quantum itaque periculi eſt extenuare gloriã paracleti. Gloriam, quæ ſibi impendatur non agnoſcit filius dehoneſtato ſpiritu. Nam ille me, inquit, glorificabit. Non vt ſeruus cum creaturis. Etenim ſi cum omnibus glorificaſſet, non eſſet dictum à domino, ille me glorificabit. Iam vero, quoniam glorificationem ad vnum ſpiritũ refert, excellentem quandam quæ aliorum glorificationem ſuperet gloriam commendat. Non enim vt illi qui dixerũt, Gloria in excelſis deo, ſed quemadmodum is qui dixit, pater, glorificaui te. Opus quod dediſti mihi conſummaui. Et vt pater filium glorificat dicens. Et glorificaui te atque iterum glorificabo ita & ſpiritum filius in ſuam ac patris communionem aſſumit. Aut oſtendat mihi quiſquam maiorem iſta gloriam, & omnia fatebor verè ac rectè ab aduerſariis dici. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Quare? Propter ſpiritum videlicet habitantem in

C ipſis. Itaque qui non cohoneſtat ſpiritum, nec filium honore afficit. Qui vero filium honore non afficit, nec patrem cohoneſtat. Itaque ad hũc modum circa vnũ aliquid eorum quæ credenda ſunt perfidia, totius diuinitatis abnegatio eſt. Si creatus eſt ſpiritus, diuinus non eſt. Atqui ſpiritus, inquit, diuinus qui me fecit. Et adimpleuit, inquit, deus Beſeleel, ſpiritus diuinus, ſapientia & prudẽtia. Vbi igitur inuenis numen vicinum fieri, creatura ne hoc fit an diuinitate? Quod ſi creatura dixeris, & patrem ipſum domini noſtri Ieſu Chriſti creaturam dices. Scriptum eſt enim de illo. Sempiterna ipſius potentia ac diuinitas. Si vero diuinitate, relicta blaſphemia, agnoſce patris authoritatem ac maieſtatem. Ita ne omnis intelligentiæ expers es, vt neque ipſa voce adducaris, vti rectè ac competenter de ſpiritu ſentias?

BASILIVS MAGNVS
de Pœnitentia.

ARrogantiam eorum qui pœnitentiam abrogare audent, non ferens obſeruandiſſimus frater, alterum iam nobis mãdatum hac ipſa ſuperbia obſeruata miſit. Cordati viri eſt dextrã fratribus ad pœnitentiam porrigere. Sermo autẽ hic hominibus vtiliſſimus eſt. Nemo enim hominum ſine peccato eſt. Nam vni hoc teſtimonij da- D

tur, quod peccatum non fecerit. Loquamur vero de pœnitentia cum ex veteri tum ex nouo teſtamento. Etenim illa theſaurus ſunt eccleſię, Pœnitentiam autem non ita commendabimus, vt fratris peccatum promoueamus, Nolumus enim eũ qui deliquit, peccato, ſpe pœnitentiæ, immorari, ſed magis iacentem erigere ſtudebimus. Deſperatio nanque, quæ ab aduerſariis introducitur, eum qui ſemel cecidit, in peccatis volutari ac perdurare, pœnitentiæ vero expectatio iacentem ſurgere & amplius non delinquere hortatur. Qui vero nos ſumus, vt deo præſcribamus? Vult deus remittere peccatum, quis prohibebit? Nos dicimus, nõ quid illi auſint, ſed quid deus præcipiat, Num qui cadit, non reſurgit? Contradicemus ne deo, qui cadit non reſurgit? Non perſuaſit tibi nudo verbo? *Eſaie. 1.*

perſuadebit conſpicuo exemplo. Quid enim tam non poteſt elui, atque coccinum? Quid niuis aut

E lanæ mundæ albedinem adæquare apud nos poteſt? Et tamen qui iſta condidit dicit, Quod ſi peccata veſtra fuerint ſicut colores qui elui nequeũt, ſi lauemini, ad puritatem niuis mutabuntur. At iſta remiſſio non eſt poſt baptiſmum. Dixit enim, inquit, aduerſarius, Lauemini, mundi eſtote. Hoc ipſum eſt quod ſi ex nobis ſciſcitati eſſetis, libẽter ex ſcripturis oſtendiſſemus, nempe, quod peccatorum remiſſio & poſt baptiſmum ſperanda ſit. Non enim contradicendum eſt electis aduerſum ea quæ leuia ſunt, ſed aduerſus ea quæ in cõtrario ſermone firmius obſiſtere ac reniti videntur. Donec enim repugnantia animis exẽpta non fuerint curari non poterit, qui laborat. Verum quoniam quæ acerba ſunt ac ſalſa locum non habent vt dulceſcant, & nos ex veteri teſtamẽto iam loquimur, dicamus quid illi aduerſum ea quæ ex veteri teſtamento dicuntur proferant. Dicunt enim quod ſi

F ante ſeruatoris paſſionem, priuſquã ſacer ille ſanguis pro nobis effunderetur, ex veteri teſtamento de pœnitentia nobis aliquid legeritis, dicimus in veteri teſtamento quidem remiſſum eſſe peccatum, in nouo vero non eſſe remiſſionem, propter paſſionem. Nos vero ſi ex nouo teſtamento oſtẽderimus, quod & poſt baptiſma & acceptum ſpiritum qui peccauit à peccato per pœnitentiæ chariſma reuocatur, manifeſtum erit & poſt baptiſma pœnitentiæ locum eſſe iis qui deliquerunt. Et quæ in veteri tamen teſtamento habentur, fidem habent & autoritatem pro ſtatuenda pœnitentia. Vt attendentibus dico. Vnde & grauiora attingam, vt concepta ſpe poſtquàm ſemel lapſi ſumus in peccato non perſeueremus.

Non

Non es perſuaſus per exemplum, vel iuramento affirmanti deó crede. Dicit enim deus. Viuo ego dicit dominus. Hoc iuſiurandum den enmpetit. Quoniam enim maiorem ſe nnn habet, iurat autem propter incredulitatem eorum qui pœnitentiam tollunt, viuo ego dicit dominus, & nemo ab ſterretur, quoniam nolo mortem peccatoris ſed vt conuertatur & viuat. Qui viuit, viuere vult peccatorem. Eſt ne deus etiam cum iurat indignus cui credatur? An neque verbo, neque exempln, neque iuramento fidem habes? Vel operibus crede. Nnn eſt ſubuerſa Niniue. Pœnitentiam enim egit. Moleſtè ferebat propbeta, quod non ſubuer-

*Vel ſilueſtris cucurbita.

A tebatur, & huius gratia exurgebat * colocyntis. Reſpondet autem tibi dominus, vt memor ſis ipſum eſſe bonum. Vereor autem ne audias ab ipſo. An oculus tuus nequã eſt, quod ego bonus ſum?

Achab.

Quis magis impius quàm Achab deſcriptus eſt (vt ſcripturam legẽtibus loquor) Præter reliquas rapinas, & vineam, occiſo illius domino rapuit. Deſcendèbat ad poſſidendum illam, deſcendebat cum gaudio occurrit illi qui triſtem redderet, qui argueret, Propheta, non vt hnſtis, ſed parcẽs. Pronuntiauit non ſuam ipſius ſed domini ſentẽtiam. Lata ſententia ſaccum induit Achab maieſtatem exuit. Scriptum enim eſt, quud ipſe propheta qui ad ferendam condemnatinnis ſententiam miſſus fuerat, audierit à deo, quoniã prtecatus eſt Achab, minas veritus, quæ illi minatus ſum in diebus ipſius non eueniẽt. Adigot ad boni pharmaci deſiderium.

Dauid.

Dauid, ſanctus ille, & poſt peccatum quoque ſanctus, ex decem præceptis tria, in vna cauſa tranſgreſſus eſt. Quoniam vobis luquimur, dicamus hac de re clarius. Commiſſum eſt & bomicidium, & adulterium, & alienæ vxoris concupiſcẽ-

B tia quoque. Peccaui homo iuſtus, & iudicẽ ipſum proprij delicti cõſtituit deus. Et quoniam trabem in oculo noſtro non videmus, videmus autem feſtucam in alieno, propoſuit illi cauſam ipſins tanquam alienam, dicens. Erant duo viri in ciuitate vna, ille diues, hic pauper. Diues habebat multas oues, pauper vero agnam vnam quæ in ſinu ipſius quieſcebat (hoc autem eſt vxnris myſterium) & cum ipſo comedebar, & ex poculo ipſius bibebat. Diuiti venit hoſpes quidam peregrinus (rectè peregrinus dicitur hic hoſpes, non enim talibus aſſuẽuerat Dauid) Hoſpes, inquam, peregrinus quidam ad diuitem venit. Nolens ille boſpiti de ſuis aliquid mactare, vnam illam pauperis agniculam abreptam mactauit (Quantumuis ſanè cadat vir robuſtus, mox tamen reſurgit) Mnleſtè factũ hoc tulit Dauid (erat enim ipſe Dauid, qui ceciderat) Viuit dominus, inquir, morte dignus eſt qui hoc fecit. Sententiam ipſe aduerſus ſeipſum tulit. Hanc vbi tulerat, propheta declarauit quis bic homo eſſet. Statim Dauid ad pharmacum properauit, videbat vulnus, confugit ad medicum. Peccaui, inquit. Et mnx adhibita eſt medecina. Et dominus, inquit, tranſtulit peccatum tuum. Vtrũ enim vis ſanctis imputare, vnum ne peccatum, an mul-

C tam iuſtitiam? Peccatum fecit? At multas quoque iuſtitias fecit. Quid iuſtum eſt apud iuſtum deũ? An vt paucorum memor ſit, aut vt multorum obliuiſcatur? Sit æquilibrium. Et qua menſura menſi fuerimus eadem menſurabitur & nobis. Si peccata plura fuerint, cenſeatur peccator. Si vero plures iuſtitiæ, æſtimetur iuſtus. Vnus & vnus. Noſtra enim omnia ex eo quod ſuperat æſtimantur. Et eſt qund albo ſit magis album, & dulci, ſi compares, aliquid aliud dulcius eſt. Ita & iuſti ſumus, tanquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde filius dei iuſtitia dicitur. Nos vero ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus. Et Moſes lingua lnquutus eſt aliquid, quod tamen hiſtoria non eſt comprehenſum. Et Abraham fidelis fuiſſe inuenitur, & tamen inuenire eſt vbi hæſitauerit. Non accuſo iuſtos, ſed deum glorifico. Non illicio quenquam vt peccemus. Enoch deo placuit, vt ſcriptura dicit, poſteaquam genuiſſet filium. Si tum placuit, pnteſt deo placere etiã qui talis non eſt vt merito placeat. Sed veniamus D

Moſes & Abraham non omnino iuſti fuerũt

ad nouum teſtamentum, licet è veteri adhuc plura adferre poſſimus. Nam & Manaſſes, qui in tẽplo dei quadriformia collocauit idola, vt neceſſe eſſet cuiuis vndelibet templum ingreſſo, ante idola procunbere, vbi pœnitentiam egit è captiuitate reuocatus eſt. At, vt dixi, veniamus ad nouum.

Manaſſes.

Ex illo nanque, vnde potiſſimum excludere volunt pœnitentiam, pœnitentia potiſſimum predicatur. Rngemus Seruatorem. Quare ad nos veniſti? Reſpondebit. Non veni ſeruare iuſtns, ſed peccatores vocaturus ad pœnitentiam. Sciſcitemur ab ipſo, quid portas in humeris? Ouem, inquit, perditam. Cuius gratia gaudent qui in cœlis ſunt? vnius peccatoris, inquit, pœnitentis gratia Angeli lætantur, & tu pœnitenti hanc inuides lætitiam? Deus illum cum gaudio complectitur, & tn hoc prohibes? Cupidius ad bonum deum confugiamus. Duo, inquit, erant, ambo filij (non potes dicere, quod iſta pœnitentia fuerit recedentis à gentiliſmo, ſed ambo erant filii, ex æquo conſortes)

Filius prodigus.

Iunior quæ habebat aſſumpſit, & cum iuſtus eſſet E conſumptis omnibus, excidit. Cœpit pœnitere, properauit ad patrem, & quomodo illi ſeſe applicaret ſtudioſè cogitauit. Quid dixit ad patrem? Peccaui contra te, & coram cœlo. Hæc apud ſe cõſultauit, non ignarus bonitatis paternæ. Venit ad patrem cauſam dicturus, acceſſit illũ pudore ſuffuſus. Tantummodo voles, & ipſe deus vltrò occurret. Cœperat dicere, & mox pater illum complectitur. Conſidera quæ ſint patris viſcera, & ſpem veniæ haudquaquam abſcindes. Suſcepit illum ac dixit. Mactate vitulum, & ſtolam proferte, eámque primam, & annulum date in digitum eius.

[illegible]

Hæc omnia peruerſè quidem exponuntur, attamẽ breuiter declarant, quàm bona ſit voluntas & animi propenſio patris, filinm pœnitentem complexi, non quatenus animo ſentit, ſed quatenus loquitur. Si vero moleſtè fers quod poſt paſtũ porcorum, & conſumptis iam omnibus à patre ſuſcipitur, & moleſtè tulit hoc & frater, verum patri non eſt probatus, ſed pudore affectus. Et ficus illa poſt trium annorum culturam infrugifera, non F excidit, ſpe futuri fructus. Dominus condonat admiſſa, & tu contradicis? Num quiſquam eſt qui ſibi ipſi res proprias abripiat? Si vero deus condonat, quis eſt qui contradicat? Ita inſtituti ſumus, vt precemur remitte nobis debita noſtra, quoniam remiſimus & nos. Tu remittis, & deus non remittit. Te fecit eſſe medicum tui ipſius. Qua menſura menſus fueris, remenſurabitnr & tibi. Tn bonus es ac benigans, cum ſis malus, & qui bonus

[illegible]

eſt

eſt uou magis hoc erit: Cum peccatoribus cõuer
ſatur Ieſus, cum morbidis medicus. Indignè hoc
ferunt Phariſæi, patres eorum qui nuoc quoque
indiguè ferunt. Nou auerſatur illos miſericors do
minus. Domum phariſæi vocatus ingreditur. Ac-
cedit ad eum mulier peccatrix, non vocata. Vidit
peccatum, acceſſit ad iuſtitiam, vidit morbum ſuũ
abiit ad medicum. Acceſſit non in faciem. Neque
enim tantum habebat confidentiæ. Non apprehẽ
dit illius maoum, quoniam tantum prҿſumere nõ
A audebat, ſed ad pedes acceſſit, quos & lachrymis
lauit. Capillos ad tergendum exeruit, hac tantum
vice probe. Quas ſæpenumero malè conſpicuas
reddiderat, tuuc demum bene nudauit. Exemplar
tibi propoſuit, vt ad pedes Ieſu fugias. Rediit ad
patrem, & tamen dixit, Ego vobiſcum ſum. Quan
docunque voles fuge ad illum, cum fiducia irriga
pedes illius. Prope eſt. Et venit præſens, & abiuit
præſens. Iſta ſunt ex nouo teſtamento, cognata il-
lis quæ ſunt ex veteri. Quid prædicauit Ioãnes? Ba
ptiſmum pœnitentiæ. Et docuit in parabolis, non
ſemel atque iterum, vt ſæpius edoctus veritatẽ co
gnoſcas. Petrus tertiò abnegauit, & collocatus eſt
in fundamento. Paulus ex perſequutore prædica-
tor eſt factus. Sed hic eſt quæſtio. Quid vero ipſe
dicit Ieſus Chriſtus venit in mundum peccatores
ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Proprium
vitium patefacit, vt gratiæ amplitudinem oſten-
dat. At petrus dixerat iam antea, & beatus pronũ-
tiatus fuerat, dixerat, Tu es filius dei excelſi, & vi-
ciſſim audierat, ſe eſſe petram, ita laudatus à domi
no: Licet enim petra eſſet, nootamen petra erat
B vt Chriſtus. Vt Petrus petra erat. Nam Chriſtus
verè eſt immobilis petra, Petrus vero propter pe-
tram. Axiomata nãque ſua Ieſus largitur aliis. Lar
gitur autẽ ea non euacuatus, ſed nihilominus ha-
bens. Lux eſt. Vos eſtis lux muodi, inquit. Sacer-
dos eſt, & facit ſacerdotes. Ouis eſt, & dicit. Ecce
ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ. Petra
eſt, & petrã fecit. Quæ ſua ſuot largitur ſeruis ſuis.
Argumeutum hoc eſt opulenti, habere videlicet,
& aliis dare. Verum qui apud nos diuites ſunt, v-
bi ſua largiuutur aliis, quæ habent imminuunt. Di
uites enim non ſumus. Nam aliena poſſidemus.
Chriſtus vero ita diues eſt, vt quantum aliis elar-
gitur, tantum nihilo ſecius ipſe diues permanet.
Eſt enim inſtar fontis perpetuò fluentis. Quantũ-
cunque hauſeris, nun tamẽ riuus illius minuitur.
Imò ne fontis quidem inſtar habet. Nullum enim
apud uos naturæ illius par poteſt produci exẽplũ.
At quoniam non habemus quod dignè illi reſpon
deat, vtamur imparibus & imperfectis, vt quocũ-
que modo quæ perfectè cognoſci nequeunt, cog-
noſcamus. Tertio dominum Petrus negauit, non
hoc fine vt Petrus caderet, ſed vt tu quoque conſo
C lationem haberes. Lachrymatus eſt, flexerunt la-
chrymæ eum qui noſtri miſertus eſt. Booum nan-
Rom. que erat animi propoſitum, vbique ſolus profite-
tur. Spiritus quidem promptus erat, caro antem
infirma. Qui nos finxit figmentum noſtrum no-
uit, & infirmitates noſtras portat, delicta condo-
nans. Recordare, inquit, dominе, quod puluis ſu-
mus. Quid enim eſt noſtra iuſtitia? Verè magnus
erat Abraham. Ira ſcilicet magnus erat, quoniam
terra eſt & cinis. Qui enim nouit quid interſit in-
ter deum & hominem, ille agnoſcit ſeipſum. Au-
di & alia felicitatis genera. Beati ſunt, inquit, quo-
rum remiſſæ ſuor ioiquitates, & quorũ tecta ſunt
peccata. Deus beatos reddit, & tu prohibes? Vtrũ
ne ſcripturæ vt nos volumus loquuntur, an vt ſcri-
ptæ ſuot nobis illis eſt obtemperandum? Idque cũ
ſit contra nos ipſos contentio iſta non bona, quæ
veniæ ſpem abſcindit. Verum quoniam oos pec-
catorum remiſſionem etiam poſt baptiſma pro-
nuotiamus (hoc enim accommodiſſimum vide-
tur * ad promouendum malitiæ ſtudium) ſcribit D *Vel ad hoc, vt malitioſe traducatur*
Apoſtolus in priore ad Corinthios. Quooiam o-
mnino auditur inter vos ſcortatio, & talis ſcorta-
tio qualis nec inter gẽtes nominatur. Audiſtis ma
gnitudinem mali, audite & ſeueritatem ſententiҿ,
congregatis vobis, inquit, ac meo ſpiritu, in virtu-
te Chriſti, tradite eum qui huiuſmodi eſt, Satanҿ,
ad interitum carnis, vt ſpiritus ſeruetur. Caſtigat
illum, nun enim vt inimicus abiicit. In priore qui
dem Satanæ tradidit, io poſteriore vero nihil prio
ri contrarium ſcribit, confirmate, inquiens, in ip-
ſum charitatem, ne tribulationis abundantia per-
eat qui eiuſmodi eſt. Soluit Apoſtolus inſolubilia
quoque. Io priore iuſſerat talem tradere Satanæ,
in poſteriore vero de eo ſcribens, & admiſſa con-
donans, ne circumueniamur, inquit, à Sataoa. Et
nos enim circumuenit, ſicubi aliquẽ ex nobis ab-
ripuerit. Ouis ſi ingrediatur è grege, pabulum fit
luporum. Reduc eam, vt inſidias effugiat. Boni pa
ſtores, vbi fuerit ouis abrepta, vellus ſaltem erue-
re conantur. Si vellus interemptæ ouiculæ eripe-
re ac ſeruare bonũ eſt, anima homiois digna oon
eſt, quæ è faucibus lupi eripiatur? Et in bello vic-
tor quoque vulneratur, nec ob id non coronatur,
quod vulneratus eſt. Sed vulneratus eſt plurimũ
dum operi bellico incumberet. Vnum oe malum E
reputat deus, multa vero bona non reputat? Quot
martyres primũ quidẽ Chriſtum abnegarũt, poſt
vero ad pugnam redierunt? Sed qui lingua tan-
tum, non animo abnegarant. Caro enim infirma
eſt. Qui negat, excidit, qui rurſus confitetur, pu-
gnam repetit. Non enim ita deus quæ mala ſunt
obſeruat, vt quæ bona ſunt reprobet. Et fit plerũ-
que vt in tortura conſtitutus aliquis, noo ferendo
cedat, non animi propoſito, ſed dolore ſuperatus.
Is vbi demiſſus ab eculeo, ac reſpirationem nac-
tus fuerit, ad pugnam redit. Modicum ne dictum
obſeruabitur à deo, tormenta vero non receoſe-
buntur? Verum deus iudicabit, non hominum au
dacia. Audes deo leges præſcribere qui & infirmi
tatem humanam nouit, & auxilium ſuppeditat, &
victoriam largietur? Quot ſunt, qui bonæ vitæ te-
ſtimonio carent? An quoniam ſententia mutan-
tur, ob id & laborum ipſorum nulla erit ratio? Nõ
ſomus angeli ſed homiues, & cadimus & reſurgi-
mus, idque ſæpenumero eadem hora. Et aſtrum
ab aſtro differt in gloria. Quamobrem? Si menſu-
ra quædam eſſet iuſtitiæ, deberent omnes æquè
iuſti eſſe. Si verò alij fulgent vt ſol, alij ſplendent
vt luna, alij vero ſecũdum aſtrorum differentiam F
coruſcant, manifeſtum vtique eſt, alium ab alio
ſuperari. Qui vero ſuperatur, liquet quod modica
habens peccata ſuperetur. Si autem remiſſio nul-
lius eſt qui deliquit, differentia eſt in veritate. Ve
rum quoniam neceſſarium eſt oſtendere ſaluatos
eſſe aliquos qui poſt baptiſmum delinquerunt,
non ſine metu loquor, ne contra animi mei ſen-

tentiam à iuſtiria deficiatis:vehementer etim vo-
lo,non peccare eos qui baptiſmum ſuſceperunt.
Si vero citra animi propoſitum ceciderint aliquã
do quidam, nolo decernant hic qni pœnitentiam
ſuſtulerunt nolentes nos vna cum cruce Chriſti
mortificari.Sed Apoſtolus nos vnlt conſepeliri e-
tiam,& iam non amplius peccato viuere.Hoc qni
dem &ipſe volo.Non tamen ſperno gratiam dei,
inquit Apoſtolus,Galatis ſcribens,quoniam ſpiri
tum ſanctum acceperat.Num aliquid manifeſtius
quæris?Ar ſubiungit.Ita ne inſipiẽtes eſtis,vt cum
ſpiritu cœperitis,nunc carne conſumemini? Spiri
A tum itaque acceperant.Et iterum. Hoc tantum à
vnbis diſcere volo, an ex operibus legis ſpiritum
acceperitis,vel ex auditu fidei? Currebatis bene.
Vide quantis in rebus illos excelluiſſe dicat?Audi
delicta.Nunc carne,inqnit,conſummamini.Exci
diſtis è Chriſto.Vides eoſdem &habuiſſe ſpiritũ,
& audis à Chriſto euacuatos eſſe à Chriſto, & à
gratia pariter excidiſſe?Quid poſt iſta infert,vt lo
cum det innouationi?Filioli mei,inquit,quos ite-
rum parturio. Semel illos genuerat,at qui ſemel
genuerat non detrectat eos denuo ad ſalutem gi-
gnere.Qnod ſi in reliquis omnibus quiſquam per
nerſe egerit, hoc tamẽ denium illi impiuin fuerit:
Homines qui ſpiritum ſanctum acceperũt,qui be
ne cucurrerunt,qui tanta paſſi ſunt,periclitati,fru
ſtra toleratis aduerſis qui exciderunt, & euacuati
ſunt,regenerantur, vt iterum formam dei accipi-
ant.Num habes adhuc quod de pœnitentia cõtra
dicas?Quis nos finxit?deus.Fecit nobis corpus,fe
cit animam.Contemnit ne nos?Quis dedit nobis
pharmacum vitæ? Ad quid faciunt ſanctæ ſcriptu-
ræ lectiones? vt abſtineamus à peccatis.Quamob
B tem irrigamur?Vt fructum adferamus.Quid pre-
camur?vt peccata nobis remittantur.Finiamus ſer
monem.Quidam non pœnitent.Qui vero ſpe pœ
nitentiæ malefacit, modum habet maleficentiæ,
& pœnitẽtia priuatus eſt. Spes eſt etiam poſt pec
catum,medicina eſt etiam poſt acceptum hulcus.
Sed manet cicatrix. Beatum eſt, ſi neque vacilla-
uerit quiſquam. Altera fœlicitas eſt, ſi poſt plagã
acceſſerit medicina. Deo verò qui nos ab initio
finxit,qui & infirmitati noſtræ ſuccurrit,& animi
propoſitum cuſtodit,&pœnitentiam largitur,per
eum qui nobis bona iſta attulit, Ieſum Chriſtum
dominum noſtrum, ſit gloria & imperium in ſe-
culorum ſecula,Amen.

LECTORI ORTHODOXO SALVTEM.

*QVa proxime ſequuntur, verſa ſunt viro, vt in-
genue fatear, docto quidem ſed Zuinglianæ hæ
reſeos propugnatore pugnãtiſſimo atque controuer
ſioſo maxime. Si ad manus fuiſſet archetypon, ad
C quod conferri iſthæc in tempore potuiſſent, haberes
forſan lector chariſſime quod ad hanc potiſſimũ par
tem attinet, Baſilium ſynceriore fide verba ſonan-
tem. Horum interim fruitor lectione, ſed cum dele-
ctu ac iudicio. His te præmonitum volui, vt ne mire-
ris expunctum eſſe ac ſuppreſſum interpretis nomẽ.
Id iſte videri debet iure promeritus, qui ſe ſuapte
malitia ab Eccleſia ſancta dei diremit pſeudapoſto
lus, & ſacramentorum ex cucullatus arroſor. Hac
porrò homilia prior in parteis treis diſſecta legitur.*

*QVID INSTRVENDI MONEN-
dique ſunt ad baptiſmum venientes.*

DOminus noſter Ieſus Chri-
ſtus, vnigenitus dei viuentis
filius, poſt reſurrectionem
accepta promiſſione dei ac
patris ſui per Prophetã Da-
uidem dicentis:Filius meus
es tu:ego hodie genui te:po
ſtula à me & dabo tibi gen-
tes hæreditatem tuam, poſſeſſionem tuam termi- D
nos terræ:ſuos aſſumens diſcipulos,eis primũ tra-
ditam ſibi à deo patre poteſtatem manifeſtauit di
cens, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in
terra,& tunc amandauit eos dicens,Euntes,doce
te omnes gẽtes,baptizantes eos in nomen patris,
ac filij,ac ſpiritus ſancti,docentes eos ſeruare quæ
cunque ego mandaui vobis.Cum igitur præcepe-
rit dominus primum,vt docerent omnes Gentes,
& tunc demum ſubiunxerit, baptizantes eos &c.
vos quidem neglecto priore,de poſteriore noſtrã
ſententiam quæſiuiſtis.Nos verò putantes contra
Apoſtoli mandatum facere,ſi non ſtatim reſpon-
derimus,dicentis:Parati eſtote omni vos interro-
ganti reſpondere, rationémque communis fidei
reddere:rationem de dominico ſecundum Euan-
gelium baptiſmate reddidimus, quod baptiſmate
beati Ioannis præſtantius eſt,cõmemorantes pau
ca quædam ex multis quæ de illo in ſcripturis di-
cuntur.Neceſſarium autem diximus,recurrere ad
ordinem à domino præſcriptum,vt & vos,cogni-
to primũ quid ſit illud,docete,deinde conſequen
ter de glorioſiſſimo baptiſmate rationem accipiẽ E
tes,ad perfectionem proſperè promoueatis,edo-
cti ſeruare omnia quæ diſcipulis ſuis dominus præ
cepit,ſicut ſcriptum eſt.Hic itaque audiuimus di-
centem,docete omnes Gentes,operæprecium au
tem eſt deinceps & quæ alibi de hoc mandato di-
cta ſunt admonere,vt animum principio ad volũ-
tatem dei diſpoſitum habentes,deinde decentem
ac neceſſarium ordinem ſeruantes,quoad eius fie
ri poteſt,ſcopo diuini beneplaciti conſtantes im-
moremur.Eſt enim domino conſuetum,vt defini
tè præcepta, per alia alibi dicta clarè tradere,vt il-
lud, Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, quod
ſimpliciter dictum alibi declarat,dicens, vendite
quæ poſſidetis,& date eleemoſynam,facite vobis
ſacculos,qui non veteraſcant,theſaurum non deſi
nentem in cœlis. Et multa huiuſmodi alia. Diſci-
pulus igitur eſt,vt ab ipſo domino diſcimus,quiſ-
quis hoc animo ad dominum accedit, vt illum ſe-
quatur,hoc eſt,vt doctrinam ipſius audiat, illi cre
dat & obediat,vt domino,vt Regi, vt medico,vt
doctori veritatis,idque ſpe vitæ æternæ,& ſi in il-
lius ſermonibus maneat,ſicut ſcriptum eſt. Dixit
igitur ad eos,qui in ſe crediderant Iudæos. Si vos
manſeritis in ſermone meo,verè diſcipuli mei e- F
ſtis,& cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit
vos,intelligens abſque dubio de libertate animę,
à ſæua diaboli tyrannide, & peccatorum oppreſ-
ſione liberandæ. Qui enim peccatum,inquit,facit
ſeruus eſt peccati & ſub mortis condemnatione
conſtitutus. Sicut nobis & Paulus Apoſtolus tra-
didit dicens, Nam eum qui peccatum non nouit,
peccatum pro nobis fecit, vt nos eſſemus iuſtitia
dei

dei io ipſo. Et iterum, Quemadmodum enim per
inobedientiam vnius hominis peccatores conſti-
tuti ſunt multi: ita & per vnius obedientiam iuſti
conſtituentur multi. Eum autem qui domino cre-
didit, ſéque ipſum illi ad diſciplinam paratum &
aptum exhibuit, diſcere oportet, primum quidem
ab omni peccato ſecedere: deinde verò & ab om-
ni eo, quòd à ſalutari multis de cauſis obedientia
dominica abſtrahit, licet in ſpeciem plauſibilo vi-
deatur. Eſt enim impoſſibile, eum, qui peccatis ſtu
det, aut temporariis negociis aut curis eorum etiã
quæ ad neceſſitatem huius vitæ pertinent, impli-
citus eſt, ſeruire domino, nedum illius fieri diſci-
A pulum, qui non prius adoleſcenti dicebat, veni ſe-
quere me, quàm præcepiſſet, vt omnia ſua bona
venderet ac pauperibus daret. Imò ne hoc quidem
illi præcepit, niſi poſteaquã dixerat ſe omnia pro-
poſita præcepta ſeruaſſe. Qui enim peccatorum
remiſſionem nõdum accepit, nec dum ab illis per
ſanguinẽ domini noſtri Ieſu Chriſti purgatus eſt,
ſed adhuc diabolo ſeruit, & ab inhabitante ſe pec-
cato captious detinetur, prorſus nequit ſeruire do
mino, qui illud conſtanti ſententia aſſeruit dicẽs.
Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Qui verò
ſeruus eſt peccati, non manet in domo. Teſtatur
idem & qui in Chriſto loquutus eſt Paulus cũ ſcri
bit. Qui verò ſeruus eſt peccati liber eſt à iuſtitia.
Et iterum Chriſtus dicit. Nemo poteſt duobus
dominis ſeruire, & quæ ibi ſequuntur. Oſtendit i-
gitur determinatè ac multis modis, quòd ne ij qui
dem, qui de neceſſariis vitæ ſoliciti ſunt, deo ſerui
re queant: nedum ipſius fieri diſcipuli, vnde & A-
poſtolus didicit, dilatata huius rei conſideratione
dicere. Quæ participatio iuſtitiæ & iniquitati?
Quæ communicatio luci cum tenebris? Quis con
B ſenſus Chriſto & Belial? Quæ pars fideli cum infi
deli? Quid conuenit templo dei cum ſimulacris?
Et iterum determinat dicens. Caro cõcupiſcit ad-
uerſus ſpiritum, ſpiritus verò aduerſus carnem.
Hæc autem ſibi ipſis inter ſe aduerſantur, vt non
quæ vultis faciatis. Quod autem idem nobis reue
rentius tradiderit, & quid dixerit, commemore-
mus. Nam ſcimus, inquit, quòd lex ſpiritalis ſit: e-
go verò carnalis ſum, venundatus ſub peccatum.
Quod nanque operor non agnoſco. Non enim
bonum quod volo facio, ſed quod odi malum hoc
facio. Si autem quod ego non volo, hoc facio, aſ-
ſentior legi quòd bona ſit. Nunc verò non iam e-
go operor illud, ſed habitans in me peccatum. Et
vbi hanc ipſam conſiderationem pluribus tracta
uit, quod impoſſibile ſit ſub peccato ſeruientem,
ſeruire domino, manifeſtè nobis demõſtrat eum
qui nos ab iſta tyrannide redemerit, cum dicit, Mi
ſer ego homo, quis me liberabit de corpore mor-
tis huius. Gratias ago deo, per Ieſum Chriſtũ do-
minum noſtrum. Et paulo pòſt ſubdit, Nihil igi-
tur nunc condemnationis eſt iis, qui ſunt in Chri
ſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Et
per ea quæ alió loco dicit, magnificam humanita
tis ac benignitatis dei gratiam, per incarnationem
C domini noſtri Ieſu Chriſti declaratam, apertè cõ-
mendat dicens. Quemadmodum enim per inobe
dientiam vnius hominis peccatores cõſtituti ſunt
multi, &c. Et in alio loco admirabiliorem illã cõ-
ſiderat, cum dicit. Eum enim qui peccatum nõ fe-
cit, pro nobis peccatum fecit, vt nos eſſemus iuſti-
tia in ipſo. Summè itaque neceſſarium eſſe ex iam
commemoratis, & aliis ſimilibus locis liquet, niſi
gratiam dei fruſtra accepimus, vt primũ ab op-
preſſione diaboli liberemur, qui ſub peccato de-
tentum, ad ea facienda mala deducit, quæ nõ vult,
deinde abnegemus omnia præſentia, & nos ipſos,
vt abiecto prorſus viuẽdi deſiderio, domini ſimus
diſcipuli, ſicut ipſe dixit. Si quis venit ad me, abne
get ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur
me, quod idẽ eſt, atque, diſcipulus meus fiat. Hoc
autem ipſum & latius, & certius, ac ſignificantius
in Euangelio quod eſt ſecundum Lucam tradit, cu
ius loci paulo poſt mentionem faciemus. Sumus
autem omnes ab iſta peccatorum condemnatio-
ne, quotquot credimus, gratia dei, quæ eſt per vni D
genitum ipſius filium, dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum, redempti, qui dixit. Hic eſt ſanguis me
us, ſanguis noui teſtamenti, qui pro multis effun-
ditur in remiſſionem peccatorum. Atteſtante ſi-
mul & Apoſtolo, vbi ſcribit, nunc quidem, diligi-
te vos inuicem, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tra
didit ſemetipſum oblationem & hoſtiã deo, nunc
vero, Chriſtus nos redemit è maledicto legis. Et
multa talia habet Apoſtolus. Cum ergo datur re-
miſſio peccatorum, tunc accipit homo liberatio-
nem, à peccato ab eo, qui nos redemit, Ieſu Chri-
ſto domino noſtro, vt poſſit iſti ſermoni acquieſ-
cere. Neque tum tamen adhuc aptus eſt, vt domi
num ſequatur. (Iterum hoc dico) qui adoleſcenti
non prius dixi, veni, ſequere me, quàm dixiſſet, vẽ
de quæ habes, & da pauperibus. Imò ne hoc qui-
dem præcepit, niſi vbi ille ſe ab omni tranſgreſſio
ne mundatum eſſe confeſſus eſſet, dicens. Hæc o-
mnia ſeruaui à iuuentute mea. Itaque & hic ordi-
nem ſeruare neceſſarium eſt. Non autem ea tan-
tum, quæ quouis modo habemus, & quæ ad vitæ E
vſum neceſſaria ſunt, contemnere docemur, ſed
& quæ inter nos tam ex lege, quàm natura cuiquã
competere videntur, dicente domino noſtro Ieſu
Chriſto, Qui patrem ac matrem diligit pluſquam
me, non eſt me dignus. Quod & ſimiliter de iis in
telligẽdum eſt, qui nobis ſunt proximi, & abſque
dubio multo magis de alienis, & qui non ſunt no-
ſtræ fidei. Quibus ſubiungit. Et qui nõ accipit cru
cem ſuã, & ſequitur me, non eſt me dignus. Quod
cum præſtitiſſet Apoſtolus, ad noſtram doctrinã
ſcripſit dicens. Ego mundo crucifixus ſum, & mũ-
dus mihi: viuo autem non iam ego, ſed viuit in me
Chriſtus. Regrediendum eſt ad ea quæ domini
ſunt, qui, quod ſingulos concernit, ad eum qui di-
xerat. Permitte primum vt abeam ac ſepeliam pa-
trem meum, reſpondit. Sine vt mortui ſepeliant
mortuos ſuos. Tu verò, abi & annuntia regnum
dei. Ei verò, qui dixerat. Sine primum vt abeam
ac diſponam illis, quos domi habeo, ſeuerius & cũ
comminatione vehementiore reſpondit. Dixit e-
nim. Nemo miſſa manu ad aratrum, ſi retro con- F
uerſus fuerit, appoſitus eſt ad regnũ dei. Ita quod
modicam etiam remoram obedientiæ indubitatę
domino debitæ generat, licet conueniens ſit vſi-
bus humanis, & rationi conſonum eſſe videatur,
nihilominus alienum eſſe debet ab eo qui vult eſ-
ſe diſcipulus Chriſti, & graui comminatione dig-
num habetur. Generalius autem decernit cum di
cit. Si quis venit ad me, abneget ſemetipſum, tol-
lat crucem ſuam, & ſequatur me. Si verò ad me-

moriam reuocanerimus quæ dominus ei; qui dixerat, Beatus, qui mãducabit panem tu regno dei, reſpondit, terribilius iræ diuinæ ac ſeueritatis iudicium & alienos ab omni ſpe bona tales eſſe diſcemus. Dicit autem ad hunc modum: Homo quidã fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & miſit ſeruos ſuos bora cœnæ dicere inuitatis: Venite quoniam parata ſunt omnia, & cœperunt ſe excuſare omnes. Primus ait: Emi agrum, oportet me illum videre, rogo habe me excuſatum. Alius dixit: Iuga boum quinque emi, eo probare illa, rogo habe me excuſatum. Alius dixit: Vxorem duxi: quã-
A obrem venire nequeo. Et reuertẽs ſeruus nuntiauit domino hæc. Tunc iratus paterfamiliâs dixit: Abi celeriter in plateas & vicos ciuitatis, & voca pauperes, & claudos, & cæcos, & debiles. Et ait ſeruus: Factum eſt vt iuſſiſti, adhuc locus reſtat. Et ait dominus ſeruo: Exi in vias & ſepes, & coge ingredi vt impleatur domus mea. Dico autem quòd nullus eorum hominum meam cœnam deguſtabit. Iterum autem ipſe vnigenitus filius dei viuentis, qui à patre ad hoc eſt miſſus, nõ vt iudicet mũdum, ſed vt ſeruet, ſibi ipſi conſtans, & volũtatem boni dei ac patris ſui adimplens, ſententiæ ſeuerè doctrinam ſubiungit, quæ nos dignos reddat ad hoc, vt ipſius ſimus diſcipuli, ac dicit, Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum ac matrem, & vxorem ſuam ac liberos, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. De odio loquitur, non quod inſidiandi ſtudium generat, ſed pietatis virtutem, vt non obediatur ab illa ſeducentibus adfert. Et quiſquis inquit, non baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quæ in baptiſmo
B aquæ ex pacto polliciti videamur, profeſſi illic, quod vnà cum Chriſto crucifixi, mortui, ſepultíque ſumus, & quæ conſequenter ſcripta ſunt. Cõſiderata verò noſtra imbecillitate, cordáque noſtra per hypodigmata, in veritatis certa perſuaſione confirmare, & ad obedientiam inſtructiores ac paratiores reddere volens, dixit, Quis ex vobis turrim ædificare volens, non prius ſedens computat ſumptus, an ad perficiendum ſuppetant, ne poſito fundamento ad finem perducere nequeat, videntéſque illudant ac dicant, homo hic ædificare cœpit, nec abſoluere potuit. Vel quis rex ad bellũ profecturus aduerſus alterum regem, non ſedens prius conſultabit, ſi cum decem millibus ipſe veniẽti cum viginti millibus occurrere poſſit. Quòd ſi inferiorem ſe viribus nouerit, longè adhuc eo conſtituto legationem de pace mittet. Sic item o-
C mnis ex vobis qui non renũtiauerit omnibus quę poſſidet nõ poterit meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si ſal infatuatus fuerit, in quo ſalietur? Nec telluri, nec ad conficiendum fimum prodeſt, ſed abiiciunt illud foras. Qui habet aures audiendi audiat. Si iſtis fidem habuerimus, liberati primum à diaboli tyrannide, per id, quod ille nihil in nobis habeat, quod cupiat, ídque per gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi tamen illam non fruſtra accepimus. Deinde non ſolum mundo, & concupiſcentiis ipſius, ſed & mutuis officiis illis, quę licita ſunt ad hæc & vitæ noſtræ, ſi quicquam horum nos à propetanda & debita deo obedientia abſtrahat, renunciauerimus, tum demum digni erimus, qui domini diſcipuli ſimus. Inſtructi deinde cũ à Moſe & Prophetis, tum ab Euangeliſtis & Apoſtolis, deum initio omnia per vnigenitum filium ſuũ dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ tam viſibilia quã inuiſibilia condidiſſe, deinde & de illis imbuti; quæ in diuinis ſcripturis bonitatem ac ſeueritatẽ dei, cum multa patientia, ad oſtenſionem iuſtitiæ ipſius, & noſtram doctrinam, tradunt, & præterea de Prophetiis incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti, & de illis rebus quæ tum è regione inter ſe oppoſita coinciderunt, déque glorioſa ex mortuis reſurrectione, aſſumptione, & illuſtriſſima omnium apparitione in conſumatione ſeculi futura, ad hæc & dogmata illa vniuerſæ ſecundum Euãgelium, deóque acceptæ pietatis, in charitate domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſpe vitæ æternæ regníque cœleſtis edocti, ſimúlque iudicia iuſtę retributionis, cum eorum qui prohibita commiſerunt, aut approbata reſpuerunt ac violarunt, ad ſupplicium ſempiternum, tum eorum qui dignè Euangelio Chriſti in fidei ſanitate per charitatem Chriſti efficaci, ſub ſpe vitæ æternæ, & regni cœleſtis conuerſati ſunt, in Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen. D

QVOMODO BAPTIZETVR ALIquis Baptiſmate quod eſt in Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti.

QVoniam mandatum nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus dedit, vt nos inuicem diligamus, ſicut ipſe nos dilexit, & per Paulum Apoſtolum nos docet vt toleremus alius alium in dilectione, pietatis veſtræ in Chriſto præceptum, de glorioſiſſimo ſecundum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti baptiſmate prompto animo accepi non tanquam qui pro rei maieſtate quicquam dicere queam, ſed vt cum vidua illa quæ æra minuta duo miſit, & ipſe pro mea mediocritate aliquid conferam. Et ad id quoque precibus eorum qui dominum diligunt opus habeo, vt optimi dei & Chriſti ipſius gratia, ſanctus ac bonus ſpiritus admoneat nos & doceat, quæcunque à domino audiuerit, ac mentem noſtram in viam pacis, & ſermonem ſanum ad fidei ædificationem dirigat, vt & in nobis & vobis dictum illud ſapientis adimpleatur, Da ſapienti occaſionẽ & ſapientior erit. Cæterum ſciendum eſt, quod primum docere & inſtruere oporteat, atque ita demum præclariſſimo baptiſmate ritè inſtructũ dignari. Nam ita dominus ac deus noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius diſcipulis ſuis ipſe præcepit. Neceſſariò itaque vobis ſeparatim quæ ab ipſo ſunt domino de illis qui diſcipuli Chriſti fieri volunt, dicta, ex multis pauca commemorantes tradidimus. Quoniam verò, qui è ſupernis generantur, promiſſionem habent videndi regni dei: qui verò ex aqua & ſpiritu, ingrediendi in regnũ dei, neceſſariũ arbitror, vt modica quædam ex illis quæ de regno cœlorum ſunt dicta,

cta,adiiciam, ne quouis pacto in acquirendn illu
deficiamus.In vitæ nanque negotio paululum nõ
eſt quod paululum abeſt ac ferè diciiur, vt quidã
noſtrorum ſapientum admonuit. Et hoc ex ipſis
rebus potiſſimum liquet, imò & ex abſoluta illa
ſacrorum & ad oblationeoi deſtinatorum anima-
lium integritate ſatis babet fidei quod dico,in qui
bus vbi modica quædam reperiebatur macula,
vel mutilatio, non integri alicuius membri, ſed
partis tantum ipſius, quemadmodum ſcriptum
A eſt, mutilatio auriculæ, ſiue bomo erat, ad ſacer-
dotium ineptus iudicabatur, ſiue animal, repro-
bum babebatur ad ſacrificium, cum Apoſtolus di
xerit,hæcquidem illis in figura contigerunt, ſcri-
pta verò ſunt ad noſtram admooitionem,in quos
fines ſeculorum venerunt,& dominus apertè de-
clarauerit,quæ à nobis exigantur iuſtitiæ præſtan
tia,vbi dixit templo maius aliquid eſt bic,&abun-
dantius nos animæ curam habere debere oſten-
derit,dicens,cui multum concreditum eſt,ab illo
& multum repetent. Commemoremus itaque
quæ de regno cœlorum ſunt ſcripta.Dominus no
ſter Ieſus Chriſtus,cum aſcendiſſet in montem,&
doctrinæ ſuæ per beatitudinum catalogum initi-
um faceret, primam beatitudinem eam eſſe præ-
dicauit,quæ regoum baber cœlorum. Dixit enim
Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt re-
gnum cœlorum.In octaua verò beatitudioe,Bea-
ti, inquit, qui perſequutionem propter iuſtitiam
patiuntur, quooiam ipſorum eſt regnum cœlo-
rum. Et iterum vbi quæ futura ſit tempore retri-
butionis benedictio electorum per parabolã pa-
B ſtoris prædicit,venite,ioquit,benedicti patris mei
hæreditate poſſidere regnum quod vobis ab ini-
tio mundi paratum eſt.Eſuriui nanque,& dediſtis
mihi manducare,& quæ ſequuntur.Et in Euange-
lio Lucæ,alio & tempore & loco,vt ſcriptora ma
nifeſtat,iterum beatitudines exponens,Beati,in-
quit,pauperes ſpiritu, quoniam ipſotum eſt reg-
num cœlotum. Et itetum. Noli timere puſille
grex, quoniam placuit patti veſtro cœleſti dare
vobis regnum,vendite quæ poſſidetis,& date ele
emoſynam, facite vobis ſacculos qui non inuete-
taſcunt,theſaurum indeficientem io cœlis. Hæc
quidem & huiuſmodi alia ſunt,per quæ regno cœ
lorum quis dignus efficitur,&ſine quibus impoſ-
ſibile eſt vt regnum cœlorum quiſquam ingre-
diatur.In euangelio Matthæi definit dominus ad
hunc modum dicens,Niſi abundauerit iuſtitia ve
ſtra pluſquam ſcribarum & phariſæotum,nequa-
quam intrabitis in regnum cœlotum. Et rurſus.
Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli,
non intrabitis in regnum cœlorum. Et iterum.
Quiſquis non acceperit regnum dei, ſicut paruu-
lus,non ingredietur in illud. In euangelio autem
C Ioannis ad Nicodemum dicit,Niſi quis natus fue
rit è ſupernis, non poterit videre regnum dei. Et
iterum. Niſi quis natus fuerit ex ſpiritu, ne-
quaquam ingredietur in regnum cœlorum. De
quibus vna eſt ſententia, liquet quodidem ſit &
periculi omnibus, ſi vnum aliquid ex ipſis defue-
rit.Si nanque dominus dicit,iota vnum, aut apex
vnus haud quaquam præteribit à lege,donec om-
nia fiant,quanto magis ab euangelio, dicente do-
mino ipſo,cœlum ac terra tranſibit,ſermones ve-
ro mei nequaquam tranſibunt. Vnde Iacobus a-
poſtolus confidenter denuntiauit dicens. Quiſ-
quis fecerit totam legem,offendat autem in vno,
erit omnium reus.Hoc autem ex eo didicit,quòd
poſt beatitudines dominus teſtimoniis ac promiſ
ſiooibus Petro propter homines datis, commina-
tus eſt dicens, Niſi lauero te,noo habebis partem
mecum. Paulus vero apoſtolus adflictiones illas
Chriſti quæ adhuc deerant, pro corpore ipſius,
quod eſt eccleſia adimplens,& in Chriſto loquẽs D
cõteſtatur,quænam illa ſint, quorum potiſſimum
gratia quis regno cœlorum non potiatur, & mor
tis condemnationi ſubiiciatur, aliquando qui-
dem definitè dicens,quod qui talia faciunt, digni
ſint morte. Qoare vero non dixit,qui iſta faciunt,
ſed,qui talia faciunt regnum cœlorum non poſſi-
debunt? Et iterum generalius, quoniam iniuſti
regnum dei non poſſidebunt. Et alibi ſimiliter.
Ipſe vero dominus noſter Ieſus Chriſtus in euan-
gelio Lucæ ita definiuit dicens, Nemo manu ad
aratrum poſita, & retro poſtea auerſus, aptus eſt
ad regnum dei. Eſt autem hic neceſſariò obſer-
uandum,quod non de multis peccatis,ſed de vno
eſt horrendum adeò & ineuitabile iudicium, id-
que ex conceſſis ac licitis, & ſi moram duntaxat
eàmque modicam obedientiæ illi quis, quæ abſ-
que vllo prætextu,velociſſime & ſine ſuſpenſione
domino præſtanda eſt, iniecerit. Ex bis itaque &
ſimilibus omnibus inſtituimur: quod ſi omnia
quis integrè ac legitimè adimpleuerit,quibus re-
gni cœlorum promiſſio facta eſt, & ſine quibus
regni gratia denegata eſt,& ſe rurſus ab omnibus
illis cohibuerit, propter quæ nemo regnum cœ-
lorum bæreditate acquirit, ita deinum vt promiſ-
ſione regni dignus habeatur,expectare poterit. E
Oportet enim certamen boc beoeplacendi deo,
non ſolum ab omni malitia alienum, ſed & inte-
grum & immaculatum eſſe in omni verbo dei,
Paulo apoſtolo poſt magnæ & ineffabilis dei, &
Chriſti ipſius erga nos dilectionis ad noſtram
cum iuſtitiam tum ſalutem declaratæ contempla
tionem ita ſubiungente, oullam aliqua in re dan-
tes offenſionem, oe vituperetur miniſterium oo-
ſtrum, ſed in omnibus commeodemus nos ipſos
tanquam miniſtri dei. Quemadmodum enim
pauper ſpiritu,niſi regeneretur ex aqua & ſpiritu,
non poterit intrare in regnum cœlorum, propter
domini ſeotentiam,ita rurſus, niſi iuſtitia ipſius
abũdauerit pluſquam ſcribatum ac phariſæorum:
aut ſi talium aliud quicquam defuerit,propter ſi-
milem ſententiam, non habebitur dignus regno
cœlorum.Scriptum enim eſt, vt exhiberet ipſe ſi-
bi glorioſam eccleſiam, quæ non haberet macu-
lam,aut rugam,aut talium aliud quicquam,ſed vt
eſſet ſancta & immaculata. Talia multa ſunt, ex
quibus diligens lector adhuc fortius confirmare
poterit, quòd oporteat eum omnia adimplere,
qui regno cœlorum dignus eſſe cupiat. Quod au-
rem qui abundanti iuſtitia præditus, aut è ſuper- F
nis regeneratus eſt, omnium ſimul virtutum, &
earum quoque, quibus beatitudines adſcribun-
tur, ac reliquarum perfectionem adimpleuerit,
& harum ſimilium patrator ſit, in confeſſo eſt,
& hoc quæ de ſuperna regeneratione paolo pòſt,
gratia dei,dicentur,demonſtrabunt.

Qunniam vero pietatis veſtræ, vt & ſuprà dictum eſt, mandatum, ſermonem hunc de præclariſſimo ſecundum euangelium baptiſmate à nobis requiſiuit, poſt ea quæ iam de regno cœlorũ dicta ſunt, conſequens eſſe puto, vt breuiter etiam quæ inter Moſis & Ioannis baptiſmum ſit differentia diſcamus, vt ſic per gratiam dei digni habeamur, qui admirabilem in baptiſmate domini noſtri Ieſu Chriſti excellentiam propter incomparabilẽ gloriæ abundantiam engnoſcamus.* Eſſe enim templo maius aliquid hic, vnigenitus viuẽtis dei filius definiuit, & maius etiam Salomone hic, & maius

* [illegible]

A quoque Ioanne hic. Et Apoſtolus poſtquam de gloria Moſis, in miniſterio legis, Iudæis inacceſſa, diſſeruit, conteſtatur ita ſubiungens. Etenim glorificatum non fuit, quod glorificatum eſt in hac parte, propter excellentem gloriam. Et Ioannes Baptiſta, quo inter natos mulierum maior eſt nemo, teſtificatur, dicens: nunc quidem illum oportet creſcere, me autem minui: nunc vero, Ego quidem baptizo vos in aqua ad reſipiſcentiam, ille vero baptizabit vos in ſpiritu ſancto & igne, & talia multa. Quantum vero diſcriminis eſt inter ſpiritum & aquam, tantundem videlicet eſt & inter eum qui baptizat in ſpiritu ſancto, & eum qui baptizat in aqua: ita & de ipſo baptiſmate habet, vt ipſe Ioannes qui tantus ac talis & tantopere ab ipſo domino deprædicatus eſt, liberè prædixerit. Non ſum ſufficiens ad hoc, vt corrigiam calciamenti illius ſoluam. Itaque ex his omnibus manifeſtum eſt quæ ſit baptiſmatis ſecundum euangelium Chriſti eminentia, quam etiam ſe pro dignitate cognoſcere impoſſibile ſit, vel pro noſtra facultate, eáque vt à deo nobis ſubminiſtratur, ex

B ſcripturis commendare pium eſt & vtile. Baptiſmus itaque per Moſen traditus, primum peccatorum differentiam obſeruauit. Non enim quæuis peccata remiſſionis gratiam aſſequebantur. Deinde verò & differentia ſacrificia exigebat. Purificationem ſtudioſè petebat. Impurum & maculatum aliquandiu à reliquis ſeparabat, dierum & horarum obſeruantiam ſtatuebat. Et tunc baptiſmus illis, à quibus accipiebatur quaſi quædam purificationis erat obſignatio. Ioannis vero baptiſma multis modis excelluit. Nullam enim protſus faciebat peccatorum differentiam. Nullum exigebat ſacrificiorum diſcrimen. Purificationem ſtudioſè non efflagitabat, nec dierum aut horarum habebat obſeruantiam, nec vllam prorſus faciebat ad gratiam dei & Chriſti ipſius perueniendi dilationem. Simul atque acceſſerat quis & peccata ſua, quantacunque & qualiacunque fuiſſent, confeſſus fuerat, in Iordanis flumine baptizabatur, & confeſtim peccatorum remiſſionem accipiebat. Domini vero baptiſma omnem humanam rationem ſuperat, & gloriam habet quodcunque

C humanam deſiderium ac votum excellentem, ac maiore gratiæ & virtutis ſupereminentia reliqua ſuperat, quàm ſolis ſplendor cæteras ſtellas excellit. Si vero ſanctorum dicta ad memoriam reuocentur, adhuc exactius illa incomparabilem dominici baptiſmatis excellentiam commendabunt. At propterea nobis tacendum non eſt, ſed neceſſarium vt verbis domini noſtri Ieſu Chriſti, quaſi vix ducibus, & veluti per ſpeculum & in ænigmate ducti, loquamur, non vt per noſtram expoſitionem, & corporis imbecillitatem ſermonémque abiectum, imminuitur gloria baptiſmatis Chriſti, ſed vt hoc quoque pacto magnitudo lenitatis ac bonitatis boni dei celebris reddatur, dum de magnificentia dilectionis ac gratiæ ſuæ, quæ in Chriſto eſt, balbutientes tolerat. Dixit itaque dominus noſter Ieſus Chriſtus, niſi quis naſcatur denuò, non poterit videre regnum dei. Et iterum. Niſi quis naſcatur ex aqua & ſpiritu, non poterit intrare in regnum dei. Poſt reſurrectionem vero ex mortuis, adimpleta iam in i- D pſo prophetia Dauidis, ex perſona dei ac patris, dicentis, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ac poſſeſſionem tuam terminos terræ.

(Quod & factum eſt, & iam omnium oculis expoſitum,) diſcipulis ſuis deinceps, tanquam aliud mandatum priori opponens, quo in vias gentium abire prohibuerat, præcepit, dicens. Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij, & ſpiritus ſancti. Neceſſarium autem arbitror, vt ſingulorum verborum virtutem per fidem intelligamus & conſideremus, loquamúrque, prout nobis per communes preces ſermo in apertione oris noſtri dabitur. Scriptum nanque eſt. Niſi credideritis non intelligetis. Et iterum. Credidi, propter quod & loquutus ſum. Quoniam vero & nominum & verborum ac rerum vſum, in diuinitus tradita ſcriptura, de deo & Chriſto ipſius, in ſanctis, prophetis, euangeliſtis & apoſtolis, non vtcunque ac temerè pro communi conſuetudine accipiendum, E ſed vt à ſpiritu ſancto decretum eſt, ad ſcopum piæ ſententiæ, idque non vniuerſaliter ſed es parte, & quatenus vnum quodque ad propoſitum ſanæ doctrinæ facit & piè ſentiendum, & mentem ad iudiciorum ac decretorum pietatis cognitionem inducendam eſſe iudico, neceſſarium eſt, vt & nos eſquiſite & vigilanter vnicuique dicto attendamus, & eum ſenſum eligamus, qui ſupernæ vocationis ſcopo ſeruiat. Et hoc faciemus, ſiquidem nos, per communes preces, Ieſus Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius confirmarit, vt & in nobis fiat, quod Apoſtolus dixit. Omnia poſſum in Chriſto, qui me confortat.* Illud igitur, denuo, emendationem præteritæ natiuitatis, in peccatorum immundicia factæ, ſignificare puto, dicente Iob, quod nemo purus ſit à ſordibus, etiam ſi vita ſit vnius tantum diei: & Dauide lugente ac dicente: Quoniam in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: Apoſtolóque conteſtante, quod omnes peccauerint, & egeant gloria dei, iuſtificati gratis ipſius gratia per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propiciatorium per fidem in ſanguine ipſius. Quapropter & credentibus peccatorum remiſſio datur, ipſo domi- F no dicente. Hic eſt ille ſanguis meus, noui teſtamẽti, qui pro multis in remiſſionem peccatorum effunditur. Quemadmodum & Apoſtolus iterum teſtatur, dicens: Secundum beneplacitum voluntatis ipſius, ad laudem gloriæ gratiæ ipſius quæ exuberauit in nos. Vt quemadmodum ſtatua obtrita iam & obtuſa, amiſſa illuſtri regis figura, denuo

* [illegible]

denuo à ſapiente artifice & booo opifice fingi-
tur, vt figmenti ſui gloriam recuperet, & priſtino
ſplenduri reſtituatur. Ad iſtum moduin & nos,
propter præcepti diuini tranſgreſsionem depra-
uati, vt ſcriptum eſt. Homo cum in honore eſſet,
nonintellexit, comparatus eſt iumentis inſipien-
tibus, & ſimilis factus eſt illis: ad priſtinam ima-
ginis dei gluriam reuocamur. Secundum imagi-
nem enim, inquit, & ſimilitudinem dei fecit deus
hominem. Quomodo vero boc factum ſit, Pau-
lus apoſtolus docuit, dicens, Gratia deo, quod cũ
fueritis ſerui peccati, obediſtis ex corde, formæ
A illi, in quam traditi eſtis, doctrinæ. Vt queádmo-
dum cera, ſculpturæ typo tradita, figuram eá quæ
ſculpturæ ineſt, diligenter exprimit, ita & nos, ty-
po euangelicæ doctrinæ nos ipſos tradentes, ſe-
cundum internum bominem figuremur, implen-
tes, quod præcipiendi modo ab illo dictũ eſt: de-
ponentes enim, inquit, veterem hominem cum
actibus ſuis, & induti nouum, qui renouatur in
agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui cõdi-
dit ipſum. Et multa talia. Illud vero, ex aqua naſci,
Paulus in Chriſto loquens, decernit ac tradit di-
cens, An ignoratis, fratres, quòd quicunque in
Chriſtum Ieſum baptizati ſumus, in mortẽ ipſius
baptizati ſumus? Cooſepulti itaque ipſi ſumus per
baptiſmum in mortem, vt quemadmodum exci-
tatus eſt Chriſtus ex mortuis per gluriam patris:
ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. St enim
complantati ſumus ad ſimilitudinem mortis eius,
& reſurrectionis quoque participes erimus, ſcien
tes boc, quòd vetus noſter bomo ſimul crucifixus
eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt amplius non
B ſeruiamus peccato. Qui nanque mortuus eſt, iu-
ſtificatus eſt à peccato. Si vero mortui ſumus cum
Chriſto, credimus, quòd & victuri ſumus cũ illo.
Scientes, quod Chriſtus excitatus ex mortuis am-
plius non moritur, mors illi amplius non domi-
natur. Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus
eſt ſemel, quod vero viuit, viuit deo. Ita & vos, re-
putate vos ipſos, mortuos quidem peccato, viuen
tes vero deo in Chriſto Ieſu. Ex quibus omnibus,
& ſenſus regenerationis per ſimilitudinem con-
ſideratur. Erat autem impoſsibile denuò naſci, ni-
ſi regenerandos præueniſſet gratia dei, vt cum ex
præcedentibus ipſe Apoſtolus, tum ſubſequenti-
bus de baptiſmate capitibus declarat. Exorſus
enim abeo quo dixit, cõmendat autem dilectio-
nem ſuam deus erga nos, quòd cum adbuc pecca
tores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt:
multo itaque magis iuſtificati nunc in ſanguine
ipſius ſeruabimur per ipſum ab ira. Si enim cum
inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mor-
C tem filij eius: multo magis reconciliati ſeruabi-
mur in vita ipſius. Talia multa, conſpicuè & ma-
gnifice amplam & ineffabilem bonitatem & hu-
manitatem dei cõmendantia, in dono remiſsio-
nis peccatorum, & poteſtate ac virtute eorũ, quæ
ad gloriam dei ac Chriſti eius, in ſpe vitæ æternæ,
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum perfecta
ſunt, per cuius vnius iuſtificationem in omnes ho
mines ad iuſtitiam vitæ, ſicut per vnius delictum
in omnes homines ad condemnationem, & quæ
ſequuntur, vbi tradidit & expoſuit, ſubiungit. An
ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati ſu-
mus in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius bapti-
zati ſumus. Quamobrem? Vt gratia dei nos præ-
ueniente, quæ noſtri ſunt officij ſecundum fidem
per dilectionem operemur & conferamus, atque
ita perficiatur erga oos beneplacitum diuinæ in
Chriſto dilectionis, ad quod magno opus eſt ac
legitimo certamine, ne talem ac tantam gratiam
dilectionis dei in Chriſto fruſtra accipiamus eo-
dem Apoſtolo dicente. Eum nanque qui peccatũ
non nouit, peccatum pro nobis fecit, vt nos eſſe-
mus iuſtitia dei in ipſo. Adiuuantes autem obſe-
cramus etiam, ne fruſtra gratiam dei accipiatis.
Quoniam cui multum concreditum eſt, ab illo &
abundantius repetent, vt conſtanter definiuit do- D
minus. Quod & inculpatè fiet, ſi quæ in prædictis
iam inducta, & quæ ad eandem baptiſmatis ma-
teriam coniunctim dicta ſunt diligenter cuſto-
diantur, & quæ iſtis ſunt iuncta, in virtute gratiæ
dei per Chriſtum Ieſum dominum noſtrũ in ſpi-
ritu ſancto, fideliter acceperimus, vt credẽtes per
gratiam dei intelligamus, & quæ intelligere pro-
meruerimus, in dilectione Chriſti faciamus, qui
dixit. Si iſta ſcitis, beati eſtis, ſi ea feceritis. Intel-
lectus enim bonus eſt, vt Propbeta teſtatur, om-
nibus facieotibus ipſum, ipſius vnigeniti viuentis
dei filij, terribile & ineuitabile iudicium exponẽs
quo dixit. Qui ſcit voluntatem domini ſui, & noo
facit eam, vapulabit plurimum, imò nec eum qui
per ignorantiam deliquit, impunitum dimittit.
Et vt, quemadmodum prædictum eſt, per manife
ſtiora verba, ac res clariores, ad cognitionẽ ſerua-
toris, & decreti ipſius in baptiſmate, ad veritatis
certam perſuaſionẽ quaſi manuducamur, diligen
ter ſignificata obſeruemus, & ad ſcopum pietatis
omnem ſenſum adaptemus. Baptizati ſumus, in- E
quit, vt ex iſta ſimilitudine veritatem diſcamus.
Quoniam ſicut lana tincturæ immerſa, ad colorẽ
illius mutatur, imò magis, vt Baptiſta Ioanne, qui
de domino prædixit quod ipſe eſſet nos baptiza-
turus in ſpiritu ſancto & igne, veluti ductore vſi
illuſtremur luce cognitionis, ad cognoſcendã lu-
cem illam magnificam, hoc dicamus. Quod ſicut
ferrũ immerſum igni, per flatum excitato, prodi-
tur, quidem, num aliquid in ſe habeat vitij, ſimul
vero & aptius ad purgationem redditur, & non
ſolũ color illius, ſed & durities & intractabilitas
ad mollitiem ac teneritudinem mutatur, & com-
modius fit operi manuum artificis, adaptaturque
cõpetentius ac certius ad voluntatem domini, &
relicta nigredine illuſtrius ſeipſo factum, non ſo-
lum ipſum iam ignitum eſt ac ſplendidum, ſed &
vicina illuſtrat & calefacit, ita conſentaneum eſt
ac neceſſarium, eum qui baptizatus eſt in igne, id
eſt, in verbo doctrinę, quod & peccatorum mali-
tiam arguit, & iuſtificationum gratiã manifeſtat, F
odio habere & execrari iniuſtitiam, ſicut ſcri-
ptum eſt, & deſiderio affici, vt per fidem puri-
ficetur in virtute ſanguinis domini noſtri Ieſu
Chriſti, ipſo dicente. Hic eſt ſanguis meus, ſan-
guis noui teſtamenti, qui pro multis effunditur,
in remiſsionem peccatorum, & Apoſtolo conte-
ſtante, in quo habemus redemptionem per ſan-
guinem ipſius, delictorum condemnationem, &
vt non ſolum ab omni iniquitate & peccato, ſed
& ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus mun-
detur, atque ita baptizatum in mortem domini
configurari morti, quod eſt, mortificari peccato

 ac mundo

ac mundo, vt ſecundum incorporationem vitæ,
corde, ſermone, & operibus, ſicut cera ſculpturæ,
ita doctrinæ domini noſtri Ieſu Chriſti impreſſus
& adformatus, impleat illud quod ſcriptum eſt,
Gratia deo, quod cum fueritis olim ſerui peccati,
obediuiſtis ex corde io eam in quam traditi eſtis,
doctrinæ formam, & ita quod priori coniũctum
eſt, cuſtodite promereatur, nempe, cõſepulti igi-
tur ſumus per baptiſmum in mortẽ. Ad quid? Vt
quemadmodũ Chriſtus excitatus eſt ex mortuis
per gloriam patris, ita & nos io nouitate vitæ am-
bulemus. Neceſſe nanque eſt, vt qui mortuus eſt
ſepeliatur, & qui in ſimilitudine mortis ſepultus
eſt, per gratiam dei quæ io Chriſto eſt reſurgat,
Vel adusta A nec amplius propter peccata interni homiois vul-
tum inſtar ollæ feruentis habeat, ſed maniſeſta-
tis per ignem peccatis, & accepta per ſanguinem
Chriſti remiſsione, deinceps per vitæ oouitatem
fulgentes oſtẽdat in Chriſto iuſtificationes, quo-
uis lapide plurimum pretioſo illuſtriores. Reie-
cta itaque incredulitatis duricie, oſtẽdamus obe-
dientiam & ſubiectionem in diuinis præceptis,
ſpirituq́ue ſeruentes, reſplendeamus, & à tene-
brarum poteſtate in mortem abripiente libere-
mur. Obſonia nanque peccati, mors, vt & in no-
bis locum habeat, quod ab Apoſtolo dictum eſt,
Abſorta eſt mors ad victoriam. Vbi mors ſtimu-
lus tuus eſt? vbi tua eſt inſerne victoria? domino
vero, ſoli iuſtitiæ obtemperãtes, illuminemur ab
ipſo, intellectúſq; & virtutis gratiam promerea-
mur, vt in ipſo iuſtificemur, & nõ ſolum ipſi niue
reddamur candidiores (Eſt enim verax deus, qui
ita promiſit dicens, quoniam ſi fuerint peccata
B veſtra ſicut purpura rubicũda, velux nix alba erũt)
ſed & vicioos ooſtros illuſtremus nunc quidem
audientes dicentem dominũ, vos eſtis lux mundi,
nunc vero audientes ac facientes, quod dicit. Sic
luceat lux veſtra coram hominibus, vt vĩdeãt ope
ra veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui
in cœlis eſt. Tunc & Apoſtolus nos omnino con-
teſtabitur dicens, in quibus appareтis tanquam
luminaria in mundo, ſermonem vitæ habentes,
ad gloriationem meã, in diem Chriſti. Quomodo
vero non eſſet abuodantius conſpicua vitæ noui-
tas, non iam ex gentilium tantum & ſecularium
homioum collatione, ſed & ex eorum collatione
qui in iuſtitiis legalibus eximij fuerunt? Quando
non ſolum amplius aliquid extra oeceſsitatem &
acceſſorium non deſiderabimus, quod & homi-
nes huius muodi faciunt, ſed nec ea quæ iam præ-
ſentia ſunt ac noſtra, affectabimus, & ad benefa-
ciendum egeois pluſquam lex exigit, contende-
C mus. Non enim proximis ſolum benefaciemus,
ſed & inimicis ac prauis homioibus booitatẽ no-
ſtram impendemus ſecundum præceptum domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti facientes, quo præcepit, vt
miſericordes ſimus, ſicut & pater noſter cœleſtis
miſericors eſt. Et quomodo non ambulabimus in
nouitate vitæ, & ſupra ſcribas & phariſæos iuſti-
tiam perficiemus, ſi obtemperabimus domino
dicenti, dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, &
deotem pro dente. Ego vero dico vobis, ne re-
ſiſtatis malo: ſed ſi quis tibi dexteram maxillam
percuſſerit, obuerte illi & alteram. Et ſi quis te-
cum iudicio contendere, & tunicam tibi tollere
voluerit, relinque illi & pallium. Et ſi quis te vi
adegerit ad miliarium vnum, abito cum illo duo.
Non ſolum enim commiſſa iam in nos delicta
noo vlciſcemur, vt ſcribæ & Phariſæi, permitten-
te hoc lege Moſaica, iubent, ſed maiorem quo-
que patientiam oſtendemus, alacritate toleran-
tiæ ad paria vel etiam grauiora ſerenda parati &
expoſiti. Et hoc pacto vtrunque lucramur. Mor-
tem quidem, in eo quod ad indignationem ad-
uerſus eum qui primam nobis plagam intulit, nõ
permouemur: vitæ verò in domioo nouitatem, in
eo quod & ad aliam perſerendam parati ſumus.
Quomodo autem oon & legi mortuus eſt, qui ſi-
bi non vindicat quod auſertur? Quomodo noo
io Chriſto viuit, qui & pallium ablatæ tunicæ
adiicit? Docemur autem ad huoc modum omnẽ D
ſimul legis iuſtitiam excellere. Quod autem nos
non mũdo ſolum crucifigi ſed & legi mori opor-
teat ab ipſo licet Apoſtolo dicere, qui nunc qui-
dem dicit. Ego mundo ſum crucifixus, & mundus
mihi, viuo autem non iam ego, ſed viuit in me
Chriſtus, nũc verò, Ego per legem legi ſum mor-
tuus, vt deo viuam. Cum Chriſto ſum crucifixus.
Aliquando poſt multam gloriationem de excel-
lenti in lege claritate quam olim habuerat, dicit.
Sed nunc omnia illa pro ſtercore duco, vt Chri-
ſtum lucrifaciam, & inueniar in ipſo habens non
meam iuſtitiam, quæ eſt ex lege, ſed eam quæ
eſt per fidem Ieſu Chriſti, iuſtitiam ex deo, in fi-
de, vt cognoſcam ipſum, & virtutem reſurrectio-
nis ipſius, ac communicarionem adflictionũ eius,
cõfiguratus morti ipſius, ſi quo pacto pertingam
ad reſurrectiunem mortuorum. Et paulo poſt do
cens nos, vt idem cum ipſo ſentiamus, expreſsius
dicit. Quotquot igitur perfecti ſumus, hoc ſen- E
tiamus. Et alibi vehementius tanquam neceſſa-
rium dogma exponens dicit. Quemadmodum &
vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſi-
tis alterius, eius ſcilicet, qui excitatus eſt ex mor-
tuis, vt fructificemus deo. Cum enim eſſemus io
carne, affectiones peccatorum, quę ſunt per legẽ,
operabantur in membris noſtris, vt fructificare-
mus morti. Nunc verò libertati à lege, mortui ſu-
mus ei, à quo detinebamur, vt ſeruiamus in noui-
tate ſpiritus, & non in vetuſtate literę. Litera nan-
que, id eſt lex, occidit, ſpiritus verò, id eſt verba
domini, viuificat. Sicut ipſe dicit, caro enim ni-
hil prodeſt, ſpiritus eſt qui viuificat: verba mea
ſpiritus ſunt & vita. Teſtatur verò eximius ille
inter Apoſtolos dicens. Ad quem ibimus? Ver-
ba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus & co-
gnouimus, te eſſe Chriſtum filium dei viuentis.
Hoc ſi in veritatis certa perſuaſione diligentio-
ri cura ſeruauerimus, horrendum illud iudicium F
effugiemus, quod à Moſe quidem cum com-
minatione propheticè ſcriptum eſt. Prophe-
tam vobis excitabit deus, ſicut me: ipſum audie-
tis in omnibus quæcuoque vobis præceperit.
Erit autem vt omnis anima quæ non audiet Pro-
phetam illum, exterminetur de populo ſuo: à Io-
anne verò baptiſta, quo inter natos mulierũ ma-
ior eſt nemo, terribilius & expreſsius eſt dictum.
Qui credit in filium, habet vitam æternã: qui ve-
rò incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira
dei manet ſuper ipſum. Ne verò talis in baptiſ-
mate mors & talis in illa ſepultura, mœſtitiam io
expectatione corruptionis & interitus exhibeat,

ſed oouitas vitæ, iactam ſementem, & excellen-
tem glorioſę reſurrectionis ſpem confirmet, ſub-
iungit diceos. Si nanque inſititij facti ſumus ſimi-
litudini mortis ipſius, ſimul & reſurrectionis eri-
mus. Nam ſi in tali mortis ſimilitudioe Chriſto
commortui & conſepulti in oouitate vitæ ambu-
lauerimus, ooo mortalitatis corruptiooem ſubi-
mus, ſed ſepulturam & veluti ſeminum conſitio-
oem imitamur, ac mortificaotes nos ipſos operi-
bus oefaſtis, & fidem per dilectionem efficacem
oſtendentes, digni reddimur qui cum Apoſtolo
poſt ipſorum ſpem dicamus. Noſtra coouerſatio
A in cœlis eſt, ex quo & ſeruatorem expectamus
dominum Ieſum Chriſtum, qui configurabit cor
pus humilitatis ooſtræ, vt cōforme reddatur cor-
pori ipſius glorioſo, ſecuodum operationem eius
qua poteſt etiam ſibi ipſi ſubiicere omnia. Atque
ita ſemper cum domino erimus, ipſo domioo
noſtro Ieſu Chriſto à patre hoc petente ac di-
cente, da pater, vt vbi ego ſum, & iſti mecum ſint:
deinde præcipiente ſimul ac promittente, cum
dicit. Qui mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ego
ſum, ibi erit & miniſter meus. Præterea & Paulo
Apoſtolo teſtaote & in Chriſto prędicente, dum
ita ſcribit. Hoc eoim vobis dicimus in verbo do-
mini, quod oos, qui viuemus, qui reſidui erimus
in aduētu domini, non præueniemus eos qui ob-
dormierunt. Quooiam ipſe dominus cum horta-
tu, in voce archangeli, & in tuba dei deſcender
de cœlo, & qui in Chriſto ſunt, excitabuntur pri-
mi. Deinde nos qui viuimus qui reliqui erimus
ſimul cum illis rapiemur io nubibus io occurſum
B Chriſti, in aëra, & ſic ſemper cum domino eri-
mus. Et hoc pacto adimpletur nunc illud. Si enim
complantati facti fuerimus ſimilitudini mortis
ipſius, in illis qui hoc obſeruant, promiſsio verò
illa tunc implebitur, quæ dicit, & reſurrectionis
participes erimus, quemadmodum & alibi dicit.
Si nanque commortui fuerimus, & conuiuemus:
ſi ſuſtiouerimus & conregnabimus. Cum autem
ſciret Apoſtolus taurologiam vtilem eſſe audien-
tibus, ad ceritudinem, veritatis perſuaſionē per
eorundem reſumptionem firmiorem illis iocul-
cat. De eodem enim illum dicentem audimus.
Eadem vobis ſcribere mihi quidem non eſt mo-
leſtum, vobis verò tutum. Quemadmodum hoc
& à Ioſeph didicimus, qui Pharaoois ſomoiū ſe-
cunda expoſitione confirmatius reddidit. Ita hi-
ſtoriam inſomoij imitatus Apoſtolus idem ba-
ptiſmatis dogmoa iiſdē quibus & antea cooſide-
raoonibus expendeodum tradidit dicens: ſcien-
tes hoc, quod vetus noſter homo vnà crucifixus
eſt, vt deſtruatur corpus peccati, ne ſeruiamus vl-
trà peccato. Et per hæc itaque verba, eum qui ba-
ptizatur in Chriſto, in mortem ipſius baptizari
docemur, & quòd non ſolum ſepeliatur cum
Chriſto & complantetur. Sed primum vnà cru-
C cifigatur, vt & io hoc inſtruamur, quemadmodū
qui crucifigitur à viueotibus abalienatur: ita &
eum qui in ſimilitudine mortis cum Chriſto cru-
cifigitur, abalienari ab omnibus qui ſecundum
veterem hominem viuunt, domioo quidem præ-
cipiente vt à pſeudoprophetis oobis caueamus,
Apoſtolo autem admonente, vt ſubtrahamus oos
ab omni fratre inordioatè ambulante & oon ſe-
cundum traditionem quam accepiſtis, inquit, à
nobis. Vetus enim homo, quem vocat, omnia ſi-
mul & ſingulatim peccata & inquinamenta, tan-
quam ſua membra, complectitur, & ſignificat. Et
quemadmodū qui crucifigitur mortis ſubiectus
condēnationi ab illis disiungitur, cum quibus ali-
quando vitæ commercium habuit, ſublimior iam
illis qui in terra adhuc repūt factus: ita & qui cum
Chriſto per baptiſma crucifigitur, ab omoibus
in vniuerſum qui ſecundum hoc ſeculum viuunt
abalienatus eſt, ſublata iam mente ad cœleſtem
conuerſatiooem exaltatus, vt queat vere & cum
fiducia quæ in Chriſto eſt dicere. Noſtra conuer-
ſatio in cœlis eſt. Et iterū ſubdit Apoſtolus. Qui D
enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato, hoc
eſt, abſolutus eſt, liberatus eſt, ab omoi peccato
repurgatus eſt, nō ſolū quod operibus, ac verbis,
ſed quòd & ipſis cogitationum affectibus ſit com
miſſum. Et alio in loco definiuit ſcribēs. Qui ve-
rò Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum
cōcupiſceotiis & affectionibus. Crucifigimur vi-
delicet qui in aqua baptizamur, qui baptiſmus eſt
ſimilitudo crucis, mortis, ſepulturæ ac reſurrectio
nis mortuorum, ſicut ſcriptum eſt. Et iterū, Mor-
tificate mēbra veſtra, inquit, quæ ſunt ſupra terrā
(omnino, baptiſmi pacta etiam poſtremò tādem
ſeruantes) fornicatiooem, immunditiā, affectio-
nem, concupiſceotiam prauam, & auaritiam, quæ
eſt eidolorū cultus propter quæ venit ira dei (nū
de his ſolū loquitur, ſed quod geoeralius eſt ſub-
iuogit) in filios diffidentiæ, ita vt iam nulla am-
plius, oe temporaria quidem voluptas, animū cō-
maculās, obturbet ei qui Chriſto io ſimilitudine
mortis complantatus eſt, & per id omnem mali- E
tiam vſq; ad cogitationis quoque affectionē odio
proſequitur & execratur, cordis ſui muodiciē de-
clarat, quemadmodum & Dauid dicit, oon adhæ-
ſit mihi cor prauum, declinantem à me malignū
non agooſcebam. Omnino nanque ne ad eū qui-
dem peruerſum cōuerſus eſſet, qui ipſi appropin-
quaſſet. Complantati verò in ſimilitudine mor-
tis, prorſus excitabimur vnà cum Chriſto. Talis
quippe eſt conſitionum ſeries, quę huic inouitur.
Nunc quidem ſecundum menſuram incarnatio-
nis interno homine in nouitate vitæ Chriſto con
figurato, obediētiam illi ad mortem vſque in cer-
ta veritatis verborum ipſius perſuaſione præſta-
mus, vt digni reddamur qui cum verborum eius
veritate dicamus, viuo iā non ego, ſed viuit in me
Chriſtus. In futuro verò ſicut idem aſſeuerauit
Apoſtolus dicens. Quoniam ſi commortui fueri-
mus, & conuiuemus, ſi ſuſtiouerimus & coore-
gnabimus. Similiter oos huius & io eo certos
reddit, quòd dicit. Si nanque complantati in ſimi
litudine mortis ipſius fuerimus, & reſurrectionis
participes erimus. Et iterū de eodem nos baptiſ-
matis dogmate grauius & fortius inſtruēs ſubin-
fert diceos. Quoniam Chriſtus excitatus ex mor
tuis amplius non moritur, mors illi vltra noo do- F
minatur. Quod enim mortuus eſt, peccato mor-
tuus eſt ſemel. Quod autem viuit, viuit deo. Ita &
vos, reputate vos ipſos mortuos quidem peccato,
viuentes verò deo in Chriſto Ieſu. Adiecta igi-
tur Apoſtolus diſpenſatione domini ooſtri Ieſu
Chriſti de peccatorum noſtrorum remiſsiooe,
per incaroatiooem illius ad mortem vſq;, grauius
nos & robuſtius inſtruit, decernens, mortuos
quidem

quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu, vt quemadmodum Chriſtus mortuus eſt propter nos, & excitatus ex mortuis, pro nobis, amplius non moritur: ita & nos in mortem in ſimilitudine baptizati, peccato moriamur, & per aſcenſum ex baptiſmate, tanquam ex mortuis excitati, viuamus deo in Chriſto Ieſu, & non moriamur poſthac amplius, hoc eſt, non peccemus amplius. Quoniam anima quę peccat, ipſa morietur,
A Et quemadmodum mors Chriſto non dominatur amplius, ita & nobis non dominetur amplius peccatum, hoc eſt, non faciamus amplius peccatum. Qui nanque peccatum facit, ſeruus eſt peccati. Liberati autem omnino ab eiuſmodi ſeruitute ſicut Apoſtolus manifeſtauit dicens. Qui verò Chriſti ſunt carnem ſuā crucifixerunt cum cōcupiſcentiis & animi affectionibus, viuamus deo in Chriſto Ieſu, qui nos liberauit, ſicut ſcriptum eſt: Chriſtus nos liberauit à maledicto legis, factus
πολὺ δὲ προῆγεν τῆς ἁμαρτίας. pro nobis maledictio. Quoniam autem peccati plurimum præceſsit, manifeſtum eſt, quòd gratia domini noſtri Ieſu Chriſti hoc præſtitit, ſicut ſcriptum eſt. Quemadmodum enim per inobedientiā vnius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi: ita per obedientiam vnius iuſti cōſtituentur multi. State igitur, inquit, & nolite iterum iugum ſeruitutis ſubire. Et quemadmodū ipſe peccato mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit deo: ita & nos in baptiſmo aquæ, qui crucis & mortis ſimilitudinem gerit, peccato mortui ſemel cuſtodiamus nos ipſos, ne denuo ad peccatum redeamus: perſeueremus autem viuentes deo in Chriſto Ie-
B ſu, dicēte. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, quod faciemus ſi primum mandatum ipſius cuſtodierimus quo dicit. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis: deinde & Apoſtoli denuntiationem qua ſic ſcripſit. Siue comedatis, ſiue bibatis, ſiue quid aliud faciatis, omnia ad gloriam dei facite. Aſſequemur autem horum quodque, ſi dignè vocatione cœleſti affecti fuerimus, digneque Euangelio Chriſti conuerſemur, vt cū veritate queamus dicere: charitas enim dei conſtringit nos iudicantes, hoc, quòd ſi vnus pro omnib⁹ mortuus eſt, igitur omnes eſſe mortuos. Et pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt amplius ſibi ipſis non viuant, ſed ei, qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit. Et ita præſtabitur hoc. Manete in dilectione mea. Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in dilectione ipſius. Nullam autē aliqua in re dātes offenſionem, ne vituperetur miniſterium noſtrum. In omnibus verò cōmendantes nos ipſos, tanquam miniſtri dei, ſyncetam & veracem oſtendemus baptiſmatis promiſsionem, ſi cuſtodierimus quæ ab Apo-
C ſtolo per conſolationem ad eos qui Chriſto ſunt complantati, & cum eo excitati, ad hunc modum ſunt dicta. Ne regnet itaq; peccatum in corpore veſtro mortali, vt obediatis illi ad concupiſcētias ipſius. Neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhibete vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuentes. Et membra veſtra arma iuſtitiæ deo. Et iterum. Itaque ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexterā patris ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, & non quæ ſuper terrā ſunt. Ita puto nobis Apoſtolum per anapodoton per ea quæ paucis commemorata ſunt dilucidare magnam illā immenſæ humanitatis dei gratiam, quæ nos in dilectione Chriſti Ieſu Domini noſtri præuenit, cuius nobis ad mortem vſque obedientia, ſicut ſcriptum eſt, facta eſt redemptio, peccatorum libertas à morte quæ in peccato mundi regnauit, reconciliatio cum deo, facultas placendi deo, iuſtitiæ donum, communio ſanctorum in vita ſempi- D
terna, regni cœlorum hæreditas, & mille aliorū bonorum brabium. Sapienter verò & ſolidè nobis per ea quæ coniunctim adducta ſunt, quæ ſit ratio baptiſmatis aquæ, quod fit in mortem domini noſtri Ieſu Chriſti, tradidit, per quæ nos inſtruit, vt nos ipſos communiamus ne in vacuum tantam ac talem gratiam accipiamus, cum ea dicit, quorum iam memini. Ne regnet peccatum in mortali veſtro corpore, vt obediatis illi ad concupiſcentias eius, neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhibeatis vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuētes, & membra veſtra arma iuſtitiæ deo, & quæ ſequuntur, quibus nos prorſus ab omni peccato, & à legis quoque iuſtitia auulſos, arctius iuſtitiæ quæ ſecundum deum eſt adducit, cum per horribiles illas minas, tum per bonam & deſideratiſsimam promiſsionem, dum dicit, obſonia peccati mors, donū verò dei vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Imitatur iterum dominum, & vt legalem iuſtitiam noſtra excellamus, inſtruit, ſubiungens. An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quòd lex dominatur homini, quandiu ille viuit. E
Mulier enim quæ ſub viro eſt, viuenti viro alligata eſt per legem. Si verò vir ipſius mortuus fuerit, ſoluta eſt à lege viri. Viuente itaque viro adultera cenſebitur, ſi iuncta fuerit alteri viro. Si verò mortuus fuerit vir, libera eſt à lege, vt iam non fiat adultera, ſi iungatur alteri viro. Itaque fratres mei & vos mortui eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius iam, eius videlicet, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificemus deo. Cum enim eſſemus in carne, affectiones peccatorum, quæ ſunt per legem, operabantur in membris noſtris ad fructificandum morti. Nunc verò ſoluti ſumus à lege, mortui ei, à quo detinebamur, vt iam ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ, & quæ conſequuntur, quibus ineffabilem dei in Chriſto Ieſu humanitatem admirari, & cum maiore timore repurgare nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, docemur. Diſcrimen verò ſpiritus ac literæ, alio loco per legis & Euangelij collationem, pronuntiando declarat dicens, Litera quidem occidit, ſpiritus verò viuificat, literam vocans legem, vt per ea quæ ibi conſcripta ſunt, manifeſtatur: ſpiritum autem, doctrinam domini, ipſo domi- F
no dicente, verba mea ſpiritus ſunt & vita. Quòd ſi legalis iuſtitia diligenter obſeruata, quibuſdam, qui ſeipſos in baptiſmate deo obtulerunt, profeſsique ſunt, quod nolint amplius ſibi ipſis viuere, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt ac reſurrexit, adulterij crimen adfert, vt per prædicta clarè demōſtratum eſt, quid dicendū eſt de traditionibus humanis? Sanè de legali iuſtitia ipſe Apoſtolus acrius pronuntiat dicens. Quin omnia dānum

eſſe

eſſe puto, propter excellētiam cognitionis Chriſti Ieſu domini mei, propter quem omnia pro dānis duxi, & pro ſtercore reputo vt ipſum Chriſtum lucriſaciam, & inueniar in ipſo habens non meam iuſtitiam quæ eſt ex lege, ſed eam quæ eſt fidei Chriſti Ieſu, iuſtitiam ex deo. Manifeſtū itaque eſt de traditionibus humanis iudicium, ex verbis domini. De propriis verò conſiliis ac cogitationibus quæ ſunt in ſapientia humana, contentioſiorem demolitionem facere docuit nos Apoſtolus dicens. Arma nanque militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia deo ad demolitio-
A nem munitionum, quibus cōſilia demolimur, & omnem celſitudinem, quæ extollitur contra cognitionem dei. Vel certè in vniuerſum de iuſtitia, quæ cuique arridet, etiam ſi propter deum diligenti ſtudio fiat, de qua iterum ipſe Apoſtolus dicit. Teſtimonium enim illis perhibeo, quod zelum dei habent, at non ſecūdum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & propriam ſtatuere quærentes, iuſtitiæ dei non ſunt ſubditi. Itaque ex iſtis & ſimilibus manifeſtum eſt eorum iudiciū, qui iudicia dei ſuis commentis eneruare volunt. Scriptum enim eſt, væ ſapientibus apud ſemetipſos, & in oculis ſuis intelligētibus, idem apertius pronuntiante domino ac dicente. Quiſquis non acceperit regnum dei ſicut paruulus, non ingredietur in illud. Quapropter neceſſariū eſt, vt pariter ab omnibus repurgemur ac liberemur, ſiue diabolicis concupiſcentiis, ſiue mundanis faſtigiis, ſiue traditionibus humanis, aut propriæ voluntatis cōſiliis, etiam ſi plauſibilia & ſpecioſa videantur, & legis patrocinio commēdentur, ſi vel
B modicè à debito, properantique volūtatis diuinæ ſtudio, impediāt, vt qui in huiuſmodi baptiſmate profeſsi ſunt, quod velint cum Chriſto crucifigi, mori, ſepeliri, complantari, excitari. parrheſiam habeant cum veritate dicendi. Ego mundo crucifixus ſum (multo prius autem diabolo) & mundus mihi. Viuo autem nō iam ego, ſed viuit in me Chriſtus, quibus verbis eam iuſtitiam docet, quæ legis iuſtitiam excellat, vt digni habeamur regno cœlorum. Tempeſtiuum iam fuerit deinceps ad eam conſiderationem tranſire, qua per fidē Chriſti intelligentiam acquiramus, cognoſcamúſque quid ſit baptizari in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Primum itaque neceſſarium eſt vt ſeparatim quod ſit vniuſcuiuſque nominis ſignificatum declaremus. Deinde ſciamus, quòd in nomine ſpiritus ſancti baptizari, quid ſit, dominus ipſe declarat dicens. Quod natū eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt: quod ideo ſit, vt carnalis natiuitatis ſerie, exempli vice
C propoſita ex re manifeſtiore pietatis dogma clarè ac verè diſcam⁹, ſciētes, ac certò perſuaſi, quòd quemadmodum quod ſecundum carnem natum eſt ex aliquo, tale eſt, quale id ex quo natū eſt: ita & nos neceſſariò ex ſpiritu natos, ſpiritum fieri. Spiritum dico, non ſecundum immenſam illā & humano ſenſui incōprehenſibilem ſpiritus ſancti gloriam, ſed ſecūdum eam, quæ in diuiſione chariſmatum dei per Chriſtum ipſius, vnicuique ad vtilitatem facta, & in illorum omniū operatione per ænigma conſpicitur, vt & in aliis dictis ſimiliter, de quibus nos ipſe ſpiritus, ſecundum mandata dei quæ per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum denuntiata ſunt, admonet ac docet, ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto dicente, ipſe vos docebit, & de omnibus admonebit, quæ dixi vobis. Deinde Apoſtolus latius tradit, per quos ſenſus aliquis, ſpiritus fieri poſsit dum ſcribit, aliquando quidem, fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, animi lenitas, & quæ ſequūtur, cū præmiſiſſet: qui verò ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege. Et alibi, ſi ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. Aliquando verò, habentes autem chariſmata, ſecundū datam nobis gratiam dei, differentia, ſiue Prophetiam, ſecundū proportionem fidei, ſiue miniſteriū in miniſtrando, & quæ ſubſequun- D
tur. Per hæc & ſimilia dominus ex ſpiritu natos, ſpiritū fieri dicit. Atteſtatur autem & Apoſtolus dicens. Huius gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis iuxta diuitias gloriæ ipſius, virtute corroborari per ſpiritū ipſius, vt in interno homine habitet Chriſtus: ſi vero ſpiritu, inquit, viuimus, ſpiritu & ambulemus, vt hoc pacto ſancti ſpiritus capaces facti Chriſtum confiteri queamus: propterea quòd nemo poteſt dominū dicere Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. Igitur ad hunc modum dominus cum per ſeipſum tum per Apoſtolum, ex ſpiritu natos, ſpiritum fieri docuit. Rurſus & in hoc imitabimur carnalem generationem. Primum quidem vt locū mutemus, & viuendi modum trāsformemus, per hoc, quod ſpiritus confirmat internum hominem, vt poſsimus dicere. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Nam licet corpus in terra tanquam vmbram aliquam circūferamus, animam tamen cum cœleſtibus agentem conſeruamus: deinde & ab E
illis qui in terra nobiſcum agunt, ſecedētes, cum Dauide dicamus. Eum qui occultè proximo ſuo detrahit perſequebar, cum ſuperbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles in terra, vt illos mecum habitare faciā. Qui ambulat in via immaculata, hic mihi miniſtrabat: non habitauit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Qui loquitur iniqua, proſperè non egit ante oculos meos. Et quæ alibi ſimilia dicit. Et quæ Apoſtolus conſtanter denuntiat. Si quis frater nominatus aut fornicator fuerit aut auarus, aut conuiciator aut vinoſus, aut raptor, cū eiuſmodi ne cibū quidem ſumite. Et vbi talia ſæpenumero aduerſum eiuſmodi ſcelera præſcripſit, præmiſſā de immenſa & glorioſa benignitatis Chriſti & humanitatis gratia diſſertatione, clarè ac ſolidè tradit quibuſnam nobis & qualibus conuiuendū ſit, cum dicit. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ex vtriſque vnum, & medium parietem maceriæ ſuſtulit, inimicitiam ſcilicet, in car- F
ne ſua, legem præceptorum in decretis ſitā amolitus, vt duos conderet in ſe in vnum hominem, faciens pacem, & reconciliaret vtroſque deo, in vno corpore per crucem, interempta inimicitia, in ſeipſo. Et venit & euangelizauit pacem vobis, qui procul, & qui propè ſunt. Quoniam per ipſum habemus vtrique acceſſum in vno ſpiritu ad patrem. Itaque nō eſtis amplius aduenæ & peregrini, ſed eſtis conciues ſanctorum, & domeſtici dei, ædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum, vbi ſummus angularis lapis eſt ipſe Chriſtus Ieſus, in quo omnis ædificatio coagmen-

Marginal notes (left margin): [illegible]

Quid ſibi velit baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

coagmentata creſcit in templum ſanctum domino, vt hoc pacto Chriſto in ſimilitudine mortis complantati, & in nomine ſancti ſpiritus baptizati, & ſecũdum internum hominem in nouitate ſenſus regenerati, denique ſupra fundamentum apoſtolorum ac prophetarum ædificati, digni habeamur, qui baptizemur in nomine vnigeniti dei, promereamurque magnum illud dei donum, de quo Apoſtolus tradidit dicens. Quotquot baptizati eſtis in Chriſtum, Chriſtum induiſtis. Nõ eſt iam Græcus, Iudæus, circuncifio, præputium, barbarus, Scytha, ſeruus, liber, ſed omnia in omnib᷒ Chriſtus. Neceſſarium enim eſt ac conſequens, vt qui natus eſt, indumento quoque amiciatur,
A tantum ſi, quemadmodum tabella è qualicunque ſit materia, depoſita primum inæqualitate & detracta aſperitate, ita demum picturam regiæ imaginis induit, & tunc imaginis præſtantia neq; ſecundum ligni aut auri, vel argenti valorem iudicatur, ſed ſecundum exactam ad archetypum ſimilitudinem, cum multa diligentia ſecundũ artis facultatem certò & accuratè expreſſam, per quã & materiæ differentiam, licet plurimum ea diſtet ab archetypo, abſcondit, & ad celebritatem ſuam inſpectores attrahit, & honoratior fit quouis principatu ac potentatu: ita & qui baptizatur, ſiue Iudæus ſit ſiue Græcus, ſiue maſculus, ſiue fœmina, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue Scytha, ſiue barbarus, ſiue alius quiſquam quacunque generis differentia nominatus, exutus in ſanguine Chriſti veterẽ hominem cum actibus ſuis, & per doctrinam ipſius, nouũ in ſpiritu ſancto indutus, qui ſecũdum deum conditus eſt in iuſtitia & ſanctitate verita-
B tis, ac renouatur ad agnitionem ſecundum imaginem eius qui cõdidit ipſum, dignus reddatur qui pertingat ad beneplacitum dei, de quo tradidit Apoſtolus dicens. Scimus enim quòd diligẽtibus deum omnia cooperantur in bonũ, ijs qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Quoniã quos præſciuit, eos & præfiniuit, vt conformes fierẽt imagini filij ipſius, vt ſit ipſe primogenitus inter multos fratres. Tunc enim tanquam filium dei indutus, præfectum gradũ promeretur, & baptizatur in nomen patris ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum teſtimonium Ioannis, poteſtatem dedit filios dei fieri, dicẽte deo, Exite de medio ipſorum, & ſeparemini, & immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens, quod fit gratia ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei filij, in quo neque circuncifio quicquã valet, neque præ-
C putium, ſed, vt ſcriptũ eſt, fides, quæ per dilectionem operatur, per quam proſpero ſucceſſu aſſequimur quod mandato baptiſmatis mox è vicino à domino Ieſu Chriſto ſubiunctum eſt, dicente, docentes eos ſeruare, quæcunque mãdaui vobis, quorum obſeruãtiam argumentum eſſe dilectionis noſtræ erga ſe, dominus ipſe definiuit dicens. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et iterum. Qui habet mandata mea, & cuſtodit ea, ille eſt, qui diligit me. Et rurſus. Si quis me diligit, ſermonem meum ſeruabit, & hunc pater meus diliget. Et maiore ſerio & grauius, manete, inquit, in dilectione mea. Si quis mandata mea ſeruauerit, manet in dilectione mea, quemadmodum & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in ipſius dilectione. Si vero neceſſaria dilectionis noſtræ erga Chriſtum demõſtratio, in obſeruantia mandatorum ipſius ſita eſt, vehementer hic nobis timendum eſt, quod ſine dilectione, etiam celebrium illorum chariſmatum, ſupernarum ac cœleſtium virtutum, ipſiúſque fidei, ſumma energia, & mandatum hoc quoque quod perfectos reddit, inutile eſt, ipſo Paulo apoſtolo qui in Chriſto loquitur, ita dicente. Si linguis hominum & angelorum loquar, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & cognouero myſteria omnia, & omnem ſciẽtiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem D
vero non habuero, nihil ſum. Et ſi erogauero omnem ſubſtãtiam meam, & tradidero corpus meũ, vt comburar, charitatem autem non habuero, nihil inde vtilitatis capiam. Quæ quidem arbitror Apoſtolum definitoriè dixiſſe, memorem domini dicentis, quoniam multi venient in illa die dicentes, domine, domine, non in nomine tuo prophetizauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et comedimus coram te & bibimus? & in plateis noſtris docuiſti? Et reſpondebo illis. Nunquam agnoui vos, diſcedite à me operarij iniqui, ita vt conſpicuum ſit & irrefragabile, quod ſine dilectione, etiã ſi præcepta dei & iuſtificationes fiant, etiam ſi mandata domini cuſtodiantur, & magna operentur in nobis chariſmata, hæc omnia opera iniquitatis reputabuntur. Non quòd hæc ſit ratio chariſmatum & iuſtificationum dei, ſed propter ſcopum eorum qui iſtis ad ſuos affectus abutun- E
tur, dicente eodem Apoſtolo, nunc quidem, qui quæſtum eſſe putant pietatem, nũc vero, quidam quidem propter inuidiam & contentionem, quidam vero contenſioſe & non purè Chriſtum annuntiant, putantes ſe hoc pacto adflictionem adferre vinculis meis. Et alibi. Non enim ſumus, inquit, vt multi, cauponãtes verbum dei. Et iterum per negationem dixit. Neque enim vnquam fuimus in ſermone adulandi apud vos, vt ſcitis, neq; in prætextu auaritiæ. Deus eſt teſtis, neque gloriam quæſiuimus ab hominibus, neque à vobis neque ab aliis, cum poſſemus graues eſſe, veluti Chriſti Apoſtoli. Ex iſtis autem ac ſimilibus locis conſpicuè declaratur quàm iuſtè ſit Chriſtus ita reſponſurus ac dicturus, diſcedite à me operarij iniqui, propterea quòd per chariſmata dei propriæ voluntatis negotiũ qui tales ſunt agunt (perinde ac ſi quiſquam medicis inſtrumentis ac condimentis, quæ ſingula ad certas paſſiones & ſani- F
tatis curam ac ſalutem parata ſunt, ad cædem & interitum abutatur) nec mandatum Apoſtoli cuſtodiunt, dicentis. Siue edatis, ſiue bibatis, omnia ad gloriam dei facite. Omnino itaque neceſſaria eſt interni hominis cura, vt ſubmiſſa ſit mens, & ad ſcopum gloriæ dei intenta, vt ſeruantes mandatum domini dicentis, facite arborem bonam, & fructum eius bonum. Et iterum, Phariſæe cæce, munda primum quod intus eſt in poculo, & tunc quod extra ipſum eſt mundum erit totum, ex abundantia boni cordis fructum adferamus, alius quidem cẽtuplum alius ſexagecuplum, alius vero trigecuplum, ſiue id fiat operibus, ſiue verbis,

bis, ad gloriam dei & Chriſti ipſius, vbique hoc ſatagentes, ne contriſtemus ſanctum ſpiritum. Et hoc pacto euademus iudicium domini dicentis. Væ vobis, quoniam ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ quidem externè ſpecioſa apparent, internè vero plena ſunt oſsibus mortuorum, & omni ſpurcitia: ita & vos externè apparetis hominibus iuſti, internè vero pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Quapropter ante baptiſmum inſtructio
A præmittenda eſt, & primum quæ doctrinam ac diſciplinā impediunt remouenda, vt ita ad inſtructionem idoneos nos ipſos præparemus, ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto per exēpla præmiſſam ſententiam cōfirmante, & iterum dogmaticè inferente: ita quiſquis ex vobis non renuntiauerit omnibus ſuis facultatibus, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et iterum cum præcepto. Si quis venit ad me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et iterum cum definitione. Qui non accipit crucem ſuā quotidie, & ſequitur me, non eſt me dignus. Iſtis ac ſimilibus † acribus ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, dicentis, ignem veni mittere ad terram, & quid volo? niſi vt ardeat? manifeſtata peccatorum malicia, & declarata virtute eorum quæ ad gloriam dei & Chriſti ipſius rectè geruntur, peruenimus omnino ad deſiderium & aſſenſum verborum Apoſtoli, quibus dicit. Miſer ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratias ago deo per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū, qui dixit. Hic eſt ſanguis ille meus, ſanguis noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum, atteſtāte
B Apoſtolo, cum dicit. In quo habemus redēptionem per ſanguinem ipſius, remiſsionem peccatorum, & tunc accedimus ad baptiſmum aquæ, qui eſt crucis, mortis, ſepulturæ ac reſurrectionis ex mortuis ſimilitudo, factis ſponſionibus ac pactis, & ſeruantes quoque quæ Apoſtolus in talis baptiſmatis pericopa obſignauit, cum dixit, ſcientes quod Chriſtus excitatus amplius non moritur, mors illi vltra non dominatur. Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel, quod vero viuit, viuit deo: ita & vos reputate voſipſos mortuos quidem peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu. Ne regnet itaque peccatum in mortali veſtro corpore, ad obediendum illi ad concupiſcētias ipſius, neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhibete vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ deo, & quæ ſequuntur. Tunc ſcilicet promerebitur quis vt baptizetur in nomine ſpiritus ſancti, & regeneratus mutet & locum & vitæ modum & priſtinæ vitæ ſocios, vt patri cōſentientes promereamur baptizari in nomine filij, & Chriſtum induere. Oportet enim & veſtem accipere eum qui natus eſt, ſicut Apoſto-
C lus dixit. Quotquot in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Et iterum: Exuti veterem hominem cum actibus ſuis, & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem, iuxta imaginem eius qui condidit ipſum vbi non eſt Græcus, & Iudæus. Poſtquàm vero filium induimus, qui poteſtatem dat filios dei fieri, in nomine patris baptizamur & filij dei declaramur, qui præcepit ac denuntiauit, ſicut propheta dixit. Quapropter exite de medio ipſorum & ſeparemini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiam vos, & ero vobis pater & vos eritis mihi filij ac filiæ, dicit dominus omnipotens. Has itaque dilecti promiſsiones habentes, inquit Apoſtolus, repurgamus nos ipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficiētes ſanctimoniam in timore dei. Et iterū denuntiat dicens, omnia facite ſine murmuratione ac diſceptatione, vt ſitis inculpati ac ſynceri, irreprehenſibiles filij dei, in medio nationis prauæ ac peruerſæ, in quibus lucetis tan- D
quam luminaria in mundo, vitæ ſermonem habentes, ad gloriationem meam, in diem Chriſti. Itaque ſi ſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram patris ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſunt ſupra terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo. Quando Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria, quæ ab ipſo eſt domino promiſſa, qui dixit. Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol, &c.

QVOD QVI PER BAPTISmum regeneratus eſt, participatione deinceps diuinorum myſteriorum nutriri debeat.

OPTIMI dei gratia, commemoratione verborum vnigeniti viuentis dei filij, & ſanctorum ipſius euangeliſtarum, prophetarūque & Apoſtoli quæ nobis rationem baptiſmatis domini noſtri Ieſu Chriſti ſufficienter declara- E
runt, inſtructi ſumus, quod ignis quidem baptiſma & omnem maliciam arguit, & iuſtitię quæ ſecūdum Chriſtum eſt capacem reddit, odiumque malitiæ indit, & deſiderium virtutis, per fidem autem, à ſanguine Chriſti repurgati ſumus ab omni peccato, aqua vero in mortem domini baptizati, quaſi ſcripto quodam pepigimus & profeſsi ſumus, quòd mortui ſumus peccato & mūdo, viuificati vero iuſtitiæ, atque ita in nomine ſancti ſpiritus baptizati, ac regenerati ſumus. Regenerati vero & in nomine filij baptizati, Chriſtū induimus. Induti autem nouum hominem, qui ſecundum deum conditus eſt, in nomine patris baptizati ſumus, & filij dei declarati. Opus itaq; deinceps eſt vt nutriamur cibo vitæ æternæ, quam & ipſam nobis quoque ipſe vnigenitus viuentis dei filius tradidit, quando dicit. Non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo quod progreditur per os dei. Et quomodo hoc fiat docuit vbi dixit: Cibus meus eſt, vt faciam volūtatem eius qui miſit me patris. Et iterum ſecundo, Amen, ad confirmandum quæ inferebat, & perſuadendum auditoribus adiecto. Amen amen, inquit, dico vobis, niſi mādueaueritis carnem filij hominis, & bibe- F
ritis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Caro nanque mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in ipſo. Et paulo poſt ſcriptum eſt. Multi autem ex diſcipulis eius audito hoc ſermone dixerunt, durus eſt hic ſermo. Quis poterit eū

audire? Cognito autem dominus in ſeipſo, quòd
murmurarent de hoc ſermone diſcipuli, dixit eis.
Hoc vos offendit? Si videritis ergo filium hominis
aſcendentem, vbi erat prius. Spiritus eſt qui
viuificat caro non prodeſt quicquam. Verba mea
ſpiritus ſunt & vita. Sed ſunt ex vobis quidam qui
non credunt. Sciebat enim Ieſus iam tum ab initio,
qui eſſent credentes, & quis eſſet ipſum traditurus.
Et Dixit. Ideo dixi vobis, quòd nemo queat
venire ad me, niſi ſit illi datum à patre meo. Ab
eo tempore multi diſcipulorum eius retro abibant,
& amplius cũ illo non ambulabant, dicebat
A igitur Ieſus ad duodecim. An & vos vultis abire?
Reſpondit Simon Petrus, domine ad quem abibimus?
verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus
& cognouimus te eſſe Chriſtum filium dei
viuentis. Et circa finem euangeliorum ſcriptum
eſt. Acceptum igitur Ieſus panem, gratiis actis,
fregit ac dedit diſcipulis & dixit, Accipite, edite,
hoc eſt corpus illud meum, quod pro vobis frangitur,
hoc facite in mei rememorationem. Et acceptum
quoque poculum, gratiis actis, dedit illis
dicens, bibite ex hoc omnes, Hic eſt enim ſanguis
ille meus, ſanguis noui teſtamenti qui pro multis
effunditur in remiſsionem peccatorum. Hoc facite
in mei rememorationem. Atteſtatur iſtis &
Apoſtolus dicens. Ego enim accepi à domino
quod & tradidi vobis, quod Dominus Ieſus in ea
nocte, qua tradebatur, panem accepit, & gratiis
actis fregit ac dixit. Hoc eſt corpus illud meum,
quod pro vobis frangitur. Hoc facite in mei rememorationem.
Similiter & poculum, poſtea-
B quam cœnaſſet, dicens. Hoc poculum, nouum
teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite in
mei rememorationem. Quotieſcũque enim ederitis
panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem
domini annũtiabitis quouſque veniat. Quid
itaque vtilitatis habent hæc verba? Vt edentes ac
bibentes, perpetuò memores ſimus eius, qui pro
nobis mortuus eſt ac reſurrexit, atque ita inſtruamur
neceſſariò cuſtodire in cõſpectu dei ac Chriſti
eius traditum ab Apoſtolo dogma, quo dicit,
charitas enim dei conſtringit nos iudicantes hoc,
quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes
itaque mortuos eſſe. Et pro omnibus mortuus
eſt, vt qui viuunt, iam non amplius ſibi ipſis viuant,
ſed ei qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit.
Qui nanque edit ac bibit, videlicet in memoriam
indelebilem eius, qui pro nobis eſt mortuus
ac reſurrexit, Ieſu Chriſti domini noſtri, ratione
vero memoriæ obediẽtiæque dominicæ ad mortem
vſque, iuxta doctrinam Apoſtoli non adimplet,
qui vt prædictum eſt, dicit. Conſtringit enim
nos charitas dei, iudicantes hoc, quòd ſi vnus pro
omnibus eſt mortuus, itaq; omnes eſſe mortuos
(quod in baptiſmate profeſsi ſumus) Et pro omnibus
eſt mortuus, vt qui viuunt iam non amplius
C ſibi ipſis viuant, ſed ei, qui pro ipſis eſt mortuus
ac reſurrexit, nihil habet vtilitatis, iuxta ſententiam
domini dicentis, caro non prodeſt quicquã.
Acceſſit autem ſibi ipſi qui talis eſt, iudiciũ quoque,
dicente Apoſtolo. Qui edit ac bibit indignè,
iudicium ſibi ipſi manducat & bibit, non diiudicans
corpus domini. Non enim terribile tantum
iudicium habet, qui in carnis ac ſpiritus inquinamento
ad ſancta accedit indignè, accedens vero,
reus fit corporis ac ſanguinis domini, ſed & otioſe
& inutiliter edens ac bibens, in eo, quòd non,
per memoriam eius qui pro nobis eſt mortuus
& excitatus, videlicet Ieſu Chriſti domini noſtri,
cuſtodit illud Apoſtoli quod dictum eſt ſuprà: cõſtringit
enim nos charitas dei, iudicãtes hoc quòd
ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, igitur mortuos
eſſe omnes, & quæ ſequuntur. Quemadmodum
enim ſine conſcientia & inutiliter tantum ac tale
bonum irritum facit, & ſicut abſque vlla gratiarum
actione accedit ad tale myſterium, iudicium
habet ſegnitiei, cum dominus nec eos innoxios
eſſe ſinat, qui verbum aliquod otioſum proferũt, D
& vehementius quoque otioſitatis iudicium declaret,
in eo, qui talentum acceptum in otio & ſegnitie
integrum ſeruauerat: Apoſtolus vero tradiderit
nobis, quòd & is qui bonum verbum prolatum
non ad ædificationem fidei diſpenſat, contriſtet
ſpiritum ſanctum. Debemus itaque attendere
quod ſit iudicium eius qui indignè edit ac bibit.
Non ſi qui fratrem quoque per cibum cõtriſtat
à charitate excidit, ſine qua magna quoque
chariſmata & iuſtificationes quoque operãtia nihil
proſunt, quid de eo dicendum eſt, qui otioſè
& inutiliter edere audet corpus & bibere ſanguinem
domini noſtri Ieſu Chriſti, & hac ratione
plus aliquanto contriſtat & infeſtat ſpiritum ſanctum,
dum ſine ſocia charitate veſcitur? Iudicemus
itaque hoc, ne vobis ipſis viuamus, ſed ei qui
pro nobis eſt mortuus & reſurrexit, Chriſto Ieſu
domino noſtro, edamus ac bibamus. Oportet igitur
accedentem ad corpus ac ſanguinem domini,
ad rememorationem eius qui pro nobis eſt mortuus E
ac reſurrexit, non ſolum purum eſſe à quouis
inquinamento carnis ac ſpiritus, ne ad iudiciũ
edat & bibat, ſed & euidenter oſtendere & exprimere
memoriam eius qui pro nobis mortuus eſt
ac reſurrexit, in eo, quòd & mortificatus eſt, peccato,
mundo, ac ſibi ipſi, & deo viuit in Chriſto
Ieſu domino noſtro.

SERMO SECVNDVS IN capita tredecim diuiſus.

AN quiſquis baptiſmate ſecundum Euangeliũ domini noſtri Ieſu Chriſti baptizatus eſt, obligatus ſit ad hoc, vt mortuus peccato, viuat deo in Chriſto Ieſu. Ca.1.

AN non ſit periculoſum, ſi quiſquã corde à conſcientia praua, aut immũditia, vel inquinatione nõ repurgato, ſacerdotio fungatur. 2

AN periculoſum non ſit, non purgatum ab omni carnis & ſpiritus inquinamento edere corpus domini & bibere ſanguinem ipſius. 3

AN credendum ſit omnis verbo dei perſuaſumque eſſe oporteat de veritate eius quod dicitur, etiãſi aliud verbum aut factum vel ipſius domini vel ſanctorum, quod contrarium eſſe videatur. F 4

AN cuiuſque verbi incredulitas & inobedientia digna ſit ira & morte, tametſi non ſint ſeparatim ſingulis adiecta minæ. 5

AN inobedientia in eo ſit, ſi interdictorum & prohibitorum aliquid fiat, vel in eo quoque ſi quid eorum quæ ſit decreta ſunt, omittatur. 6

AN poſsibile ſit, vel acceptum, vel probabile deo, eum qui peccato ſeruit, iuſtitiam facere ſecun- 7

dum

dum pietatis ac religionis ſanctorum canonem.

8 *An acceptum ſit deo, ſi opus præcepti, non rite*
ſecundum præcepti rationem fiat.

9 *An communicandum ſit præuaricatoribus, aut*
infrugiferis tenebrarum operibus, etiamſi eiuſmo-
di ex his non ſint, qui mea fidei commiſſi ſunt.

10 *An offendere perpetuo ſit periculoſum.*

11 *An oporteat, & tutum ſit, quæ à deo mandata*
ſunt aliquando detrectare, aut probibere eum qui
ex iuſſu mandata illius obit, aut probibẽtes ſuſtine-
re, maximè ſi germanus ſit qui probibet, aut ratio
quædam in ſpeciem probabilis mandato dei ad-
uerſatur.

12 *An quiſque ſit debitor omnibus & in omnibus*
A *curandis vel fidei ſuæ concreditis tantum, illiſque*
ſecũdum admenſuratum ſibi à ſpiritu ſancto donũ.

13 *An quamuis tentationem ſuſtinere oporteat,*
etiamſi mortis minas adiunctas habeat, niſi obe-
dientia deo debita ſeruetur, & maximè in cura co-
rum qui fidei noſtræ concrediti ſunt.

An quiſquis baptiſmate ſecundum Euange-
lium domini noſtri Ieſu Chriſti baptizatus
eſt, obligatus ſit ad hoc, vt mortuus pecca-
to, viuat deo in Chriſto Ieſu.

Capvt primvm.

QVod ſi omnes, qui regnum dei nobis optta-
mus, baptiſmatis gratiam æquè ac neceſſa-
rio expetimus & efflagitamus, iuxta domini ſen-
tentiã, dicentis, niſi quis naſcatur ex aqua & ſpiri-
tu, non poterit ingredi in regnũ dei, omnes igitur
ad hoc pariter obſtringimur vt ipſi baptiſmatis ra
B tioni reſpondeamus & concordemus, Apoſtolo
communiter baptizatis omnibus dicente. An ig-
noratis fratres, quòd quicunque baptizati ſumus
in Chriſtum Ieſum, in mortẽ ipſius baptizati ſu-
mus? Conſepulti igitur illi ſumus per baptiſmum
in mortem, vt quemadmodum excitatus eſt Chri
ſtus ex mortuis, per gloriam patris, ita & nos in
nouitate vitæ ambulemus, & quæ ſequuntur. Et
alio in loco, cum maiore reprehẽſione & clarius
nobis tale dogma tradit, dicens. Quicunque in
Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Nõ
eſt Iudæus, non eſt Græcus, non eſt ſeruus, nõ eſt
liber, non eſt maſculus, non eſt fœmina. Omnes
enim vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu. Quemadmo-
dum & iterum ad omnes dicit. In quo & circun-
ciſi eſtis, circunciſione non manufacta in depoſi-
tione corporis peccatorum, carnis videlicet, in
circũciſione Chriſti, conſepulti ipſi in baptiſma-
te, in quo & vnà excitati eſtis per fidem. Quiſquis
C igitur Euangelij baptiſmate baptizatus eſt, obli-
gatus eſt ad hoc, vt ſecundum Euangelium viuat,
quod & per ea patet quæ alibi dicit, Cõteſtor ite-
rum omnem hominem circuncidentem ſe, quòd
debitor eſt totius legis ſeruandæ. Conſtat itaque
manifeſtè, quòd quiſquis vnico illo, ſicut ſcriptũ
eſt, baptiſmate baptizatus eſt, ſimul debitor eſt
ſecũdum verbum eius qui pro nobis eſt mortuus
& reſurrexit, adimplendi eius quod ab Apoſtolo
ſcriptum eſt. Charitas enim Chriſti conſtringit
nos, iudicantes hoc, quòd ſi vnus mortuus eſt pro
omnibus, mortuos itaque eſſe omnes. Et pro om-
nibus mortuus eſt, vt qui viuunt iam non amplius
ſibi ipſis, ſed ei viuãt, qui pro ipſis eſt mortuus ac
reſurrexit. Si enim qui parte tantum aliqua cor-
poris Moſaica circũciſione circunciſus eſt, debi-
tor eſt totius legis ſeruandæ, quanto magis circũ-
ciſione Chriſti in expoliatione totius corporis
peccatorũ, videlicet carnis, circunciſus, ſicut ſcri-
ptum eſt, debitor eſt ſeruãdi dicti Apoſtolici. Ego
mundo crucifixus ſum, & mundus mihi, Viuo au-
tem non iam ego, ſed viuit in me Chriſtus. Itaque
qui verè ſecundum verbum Apoſtoli in mortem
Chriſti baptizatus eſt, mundo quidẽ ſeipſum mor
tificauit, verum multo prius peccato, iuxta eã ra-
tionem quæ ab Apoſtolo vbi de baptiſmate lo-
quitur aſsignata eſt, vbi dicit. Quoniam vetus ho
mo noſter vnà crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus
peccati, vt peccato non ſeruiamus poſthac am- D
plius. Irreuocabili aũt pacto ſe adſtrinxit ad hoc.
vt Chriſtum ſequatur in omnib⁹, id quod eſt deo
integrè ac perfectè viuere, omnino adimplens
Apoſtolica illa, quibus aliquando dicit. Obſecro
vos fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis cor
pora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo be-
neplacẽtem, rationalem veſtrum cultum, & quæ
ſequuntur: aliquando verò. Ne regnet igitur pec-
catum in mortali veſtro corpore, ad obediendũ
illi in concupiſcentiis ipſius. Neque exhibeatis
membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhi-
beatis vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuen-
tes, & mẽbra veſtra arma iuſtitiæ deo. In iſtis au-
tem & ſimilibus dogmatis, iterum dicens. Non
eſt Iudęus, non eſt Græcus, non eſt ſeruus, non eſt
liber, non eſt maſculus, non eſt fœmina. Omnes
vos enim vnus eſtis in Chriſto Ieſu, hoc quæritur,
vt digni reddamur omnes, veluti vnus, qui illud
Chriſti audiamus veni ſerue bone. In modicis E
fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in
gaudium domini tui, id quod promerebimur, ſi
quiſque noſtrum admenſuratam ſibi gratiam, ſi-
cut ſcriptum eſt, in qua vocatus eſt, & cõſors effe-
ctus, abũdantiore cura & impigro ſtudio auctio-
rem reddere ſategerit.

An periculoſum non ſit, ſi quiſquam corde à
conſcientia aut praua, vel immunditia aut
inquinamento non repurgato, ſacerdotio
fungatur.

Capvt secvndvm.

MOſes per ea quæ tunc in lege à deo data Leuit. 21.
poſuit, typum quendam ad noſtri adhorta-
tionẽ præfigens, ſcribit. Et dixit dominus ad Mo-
ſen, loquere ad Aaron dicẽs. Homo ex ſtirpe tua,
in generationibus veſtris, habens in ſeipſo, macu
lam, non accedet ad offerẽdum dona deo ipſius. F
Quoniam omnis homo, in quo vel qua, macula
eſt, non accedet. Et in ſequentibus quid per ma-
culã intelligat exponit. Nempe quod eſſe debeat
abſque vllo alieno & ſuperfluo in corpore mem-
bro, nec vnius alicuius membrorum ſuorum vel
parte tantum læſus aut vitiatus, etiamſi tantũ non
ſit vitium vt ab inceſſu impediat, dum modò ſal-
tem deformitatem inducat, aut corporis integri-
tatem lædat. Dominus verò dicit. Templo maior
eſt hic, inſtruit nos tanto ſceleſtiorem & impium Supremũ.
magis eſſe eum qui cum impurus ſit, corpus do-
mini adminiſtrare audet, qui ſeipſum pro nobis
oblationem & hoſtiam deo in odorẽ bonæ fra-

grantiæ dedit, quanto corpus vnigeniti filij dei excellentius eſt arietibus ac tauris. Excellentius dico non collationis ratione. Eſt enim excellẽtia incõparabilis. At maculam & vitium iam in nouo teſtamẽto, non referre oportet ad corpus, ſed ad iuſtificationes Euangelicæ pietatis. Quando videlicet præceptum dei vel non plene, vel mutilè, vel nõ ita fit, vt deo placere poſsit, & quaſi tuber, vel lepra quædã humani ſenſus illi infigitur. Neceſſarium itaq; ſemper quidẽ eſt, maximè verò tanti ac talis myſterij celebrandi tempore, ſeruare præceptum Apoſtoli dicentis. Cum has ita-
A que promiſsiones habeamus dilecti, repurgemus nos ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore dei, nec vllã aliqua in re dantes offenſionem, ne vituperetur miniſterium, ſed in omnibus commendemus nos ipſos tãquam dei miniſtri. Hoc pacto poterit quis dignus fieri ad ſacrificandum myſterium domini, ſecundum Euangelium dei?

παρ᾽ ὀλίγον, ἢ ἐλλιπῶς.

An tutum ſit, ſi quis non repurgatus ab omni inquinamento carnis & ſpiritus edat corpus domini, & bibat ſanguinem eius.

Capvt tertivm

Gravissimvm ſupplicium in lege deus aduerſum eos decreuit, qui cũ ſint immundi, ſancta contingere non verentur. Typicè nanque illis quidem, nobis verò admonitionis gratia, ſcriptum eſt ad hunc modum. Et loquutus eſt dominus ad Moſen dicens. Dic Aaroni & filiis eius. Abſtineant à ſanctis filiorum Iſraël, nec polluant
B nomen meum ſanctum, quæcunquę illi mihi ſanctificant. Ego dominus. Dic illis, in generationibus ipſorum. Quiſquis hominum ab omni veſtro ſemine, ad ſancta, quæcunque filij Iſraël domino ſanctificant, in immunditia ſua conſtitutus, accedit, exterminabitur anima illius à façie mea. Ego dominus. Si tales minę aduerſum eos poſitę ſunt, qui temere ad ea ſacra accedunt, quæ ab hominibus ſanctificantur, quid dicẽdum eſt de eo, qui in tantum ac tale myſterium temerarius eſt? Quãto enim maius aliquid is eſt templo, ſecundum domini vocem, tanto grauius & terribilius eſt in animæ impuritate conſtitutum corpus. Chriſti temere contingere, quàm ſit accedere ad arietes vel tauros, dicente Apoſtolo. Itaque qui edit panem aut bibit poculum domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini, imò vehementius ac terribilius iudicium per repetitionem exprimere, cum dicit. Probet autem quiſque ſeipſum, & ſic de pane hoc edat & de poculo bibat. Qui nan-
C que manducat ac bibit indignè, iudicium ſibi ipſi manducat & bibit, non duudicans corpus domini. Quòd ſi in immunditia tantũ conſtitutus (Immunditiæ verò proprietatem typicè ex lege diſcimus) tam terribile iudicium habet, quãto magis, qui cum in peccato ſit, corpus domini cõtingere audet, grauius ſibi accerſit iudicium? Mundemus itaq; nos ab omni inquinamẽto. (Differentia verò inquinamenti & immunditiæ, ſapientibus eſt manifeſta) atque ita ad ſancta accedamus, vt iudicium eorum qui dominũ occiderunt effugiamus: propterea quod quiſquis ederit panem & biberit poculum domini indignè, reus erit corporis ac ſanguinis domini. Habebimus autem vitam æternam, ſicut promiſit qui mentiri nequit, dominus ac deus noſter Ieſus Chriſtus, ſi edentes ac bibentes memores fuerim⁹ eius qui pro nobis eſt mortuus, & ſententiam Apoſtoli ſeruauerimus dicentis. Dilectio nanque dei nos conſtringit, iudicantes hoc, quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes itaque mortuos eſſe. Et pro omnibus mortuũ eſſe, vt qui viuunt, iam nõ amplius ſibi ipſis viuãt, ſed ei, qui pro nobis eſt mortu⁹ ac reſurrexit, quod & in baptiſmate profeſsi ſumus ac polliciti.

διαφορὰ τοῦ μολυσμοῦ πρὸς τὴν ἀκαθαρσίαν.

An cuiuis verbo dei credẽdum ſit, & obtem- D
perandum certa perſuaſione verũ eſſe quod dicitur, etiamſi vel verbum vel factum aliquod ab ipſo domino, aut ſanctis expreſſum, contrarium videatur.

Capvt qvartvm.

Tametsi omnibus modis aliena debeat eſſe hæc quæſtio ab eo, qui domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei filij confeſsionem recepit, per quem omnia facta ſunt, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, adeoq́ue & verborũ illorum quæ à patre audiuit, attamen reſpõdere debemus obedientes Apoſtolo, qui ſic ſcripſit, Parati eſtote ad reſpondendum vnicuique rationẽ eius fidei quæ in vobis eſt petenti. Et ne ſi de noſtro aliquid attulerimus, amphiboliam moueamus audientibus, ad memoriam reuocemus ipſius domini verba dicentis, Amen Amen dico vobis, iota vnũ, aut apex vnus haudquaquam præteribit à lege donec omnia fiant. Et iterum, Facilius eſt tranſire cœlum ac
terram, quam vt legis vnus apex intereat. Si verò E
plus aliquid. Salomone hic eſt, & plus Iona, conſentaneũ eſt dicere, & plus Moſe, Apoſtolo poſteaquã de inacceſſa Iſraëlitis Moſis gloria, in collatione gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti diſſeruit, ſubiungente, quoniam glorificatum non eſt, quod glorificatum erat in hac parte, propter eminentem gloriam. Si nanque quod euacuatum eſt in gloria fuit: multo magis quod ſolidum permanet in gloria eſt. Hoc pacto, ſi ex his quoque dictis edocti fuerimus, quæ in Euãgelio ſunt dicta, indubitata fide tanquam firmiora agnoſcere & confiteri, ſimul Chriſti iterum memores erimus dicentis, Cœlum ac terra tranſibunt: verba verò mea prorſus non tranſibunt. Suffecerant itaque plus omnibus quidem verba domini ad hoc, vt in ſpiritu ſancto ac principali corda noſtra confirmarent, quo indubitanter ac ſolidè vnicuique verbo per os dei progreſſo adhæreremus: verum vt quorundam imbecillitati ſuccuramus, conue-
nit forſan, vt teſtimonium quoque vnius aut alte- F
rius ex multis adducamus. Dauid igitur dicit, Omnia mandata domini fidelia ſunt, confirmata in ſeculũ ſeculi, facta in veritate & æquitate. Et iterũ. Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnib⁹ operibus ſuis, & talia multa. Iehu verò in libris Regum dixit. Videte, quàm non ca-
dat verbum domini in terram. De illis vero, quæ 1.Reg.10.
quandã videntur habere contrarietatẽ, melius eſt vt ſibi ipſi lector fidẽ non habeat, vtpote qui nõdum ad cognitionẽ diuitiarũ ſapientiæ dei peruenit, & quia difficile eſt penetrare ad inſcrutabilia iudicia dei, quàm vt obnoxius fiat iudicio audacię

ac

ac temeritatis,& audiat illud, Impius eſt qui Regi dicit,iniquè agis.Et quis accuſabit electos dei? Licet autem multa multis apertam videantur habere ſolutionem, attamen etiam ea quæ cõtraria videntur, obſeruare debemus. Nam quando in mãdato dei contrariũ aliquod vel verbum vel factũ eſſe videtur, nihilominus neceſſe eſt vt quiſq; mandato obediat, nec temere ad profunditatem diuitiarum ac ſapientiæ dei irruat, aut excuſatio-
A nes in peccatis prętexat. Nam hoc deo placere,& periculo carere ex diuinis ſcripturis didicimus. Si quãdo autem mandatum mandato repugnate videtur,neceſſe eſt,vt hypotheſes ipſorum diſcamus,& totam pericopen legentes,conſonantiam cognoſcamus,ac quod vnicuique cõpetit ad ſcopum ſupernæ vocationis obſeruemus, ad quem vtraque mãdata tendunt,partim morbum noſtrũ curantia,partim profectum largientia,quo ad diuini beneplaciti perfectionem ducamur, dicente domino,aliquando quidem. Nemo lucernam accenſam abſcondit ſubtus modium,ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui ſunt in domo. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt,aliquando autẽ. Te verò eleemoſynam faciẽte,neſciat ſiniſtra tua,quid faciat dextra tua. Et multa ſimilia inuenies apud Euangeliſtas & Apoſtolum. Quòd ſi mandatum nobis datur, nec additur,quomodo fieri debeat, obediamus domino dicẽti. Scrutemini ſcripturas,& imitemur Apoſtolos, qui ab ipſo domino dictorum ipſius declarationẽ petebant,& eorũ quæ ab ipſo
B dicta ſunt veritatem ac ſalubritatem, ex illis quæ alibi dicta ſunt diſcam⁹. Vtpote in eo quod dixit. Colligite vobis theſauros in cœlo,cum ex iis quæ adoleſcenti præcepta ſunt, quo ſenſu dictũ ſit diſcamus,dicente ad illum domino, Vende quæ habes,& da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo: tum ex illis quæ regnum cœlorum hæreditate acquirere cupientibus dicta ſunt,nempe. Noli timere puſille grex, quoniam cõplacitum eſt patri veſtro cœleſti dare vobis regnum. Vendite quæ poſsidetis,& date eleemoſynam,facite vobis ſacculos qui non inueteraſcunt,theſaurũ indeficientem in cœlis. Si verò periculum quoque obſeruãtiam mandati concomitatur, quæ eſt noſtra gloriatio,memores ſimus Apoſtoli dicentis. Melius mihi eſt vt moriar, quàm vt gloriationem meam quiſquã inanem reddat. Et alibi latius, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Adflictio? Anguſtia? Perſequutio? fames? nuditas? periculum? gladius? & quæ ſequuntur: vnde vrgentius docemur, vt mãdata dei obſeruemus, & abundantiorem erga dominũ dilectionem demonſtremus, dicentem. Qui diligit me mãdata mea ſeruabit,& pleriſque locis aliis ſimiliter. In reliquis verò imitemur A-
C poſtolum dicamúſque, O altitudinem diuitiarum ſapientiæ ac ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius? & ininueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit mentem domini, qui de celo deſcendit,& verba patris nobis annuntiauit? Cui fidem habere & obedire & neceſſarium eſt ac ſalubre,tanquam liberos parẽtibus & pueros præceptoribus, iuxta ipſam domini noſtri Ieſu Chriſti vocem dicentis, Niſi quis acceperit regnum dei ſicut paruulus, penitus non intrabit in illud.

An vnius cuiuſque verbi inobedientia ira ac morte ſit digna, etiamſi non ſeparatim ad ſingula adiectæ ſint minæ.

Caput qvintvm.

Qvod iram ac mortem cuiuſque verbi dei inobedientia promereatur, latius quidem in Epiſtola de conſonantia dictum eſt: vt autem & hic vnius aut alterius ex multis teſtimonij admo-
neamur, audiamus Ioannem Baptiſtam dicẽtem. D
Qui credit in filium, habet vitam æternã: qui verò non credit (quod autem infinitè loquitur, neminem non includit) non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper ipſum, deinde & ipſum definitè pronuntiantem, Iota vnum, aut apex vnus, non præteribit à lege donec omnia fiant. Si verò quæ legis ſunt, ita habent: quanto magis, quæ ſunt Euangelij? ſicut & ipſe dominus hoc ſæpenumero affirmauit. De eo verò, an ita ſit, etiam ſi non ſingulis ſeparatim adiectæ ſint minæ, ſufficere puto fidelibus, ſi memores ſint ipſius domini, qui in pericopa doctrinę ſuę quam beatitudinum catalogo ſubiecit, in qua complurium prohibitorum meminit, quibuſdam quidem comminationes adiecit, dicens. Quiſquis iraſcitur fratri ſuo, obnoxius erit iudicio: qui verò illi rhaca dixerit, obnoxius erit concilio, qui autem dixerit, fatue, obnoxius erit gehennæ igni,& eiuſmodi alia multa, quibuſdam vero nihil minarum addidit, vtpote cum dicit. Quiſquis mulierem viderit ad concupiſcendũ eam, iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo. Et iterum. Ego autem dico vobis, ne iuretis
omnino. Et poſt pauca. Sit autem ſermo veſter, E
eſt eſt, non non. Quod ſi amplius quid adiungitur, ex malo eſt. Et talia multa, abſque vllius pœnæ minis ſeparatim ad ſingula adiectis, generaliter aduerſum omnes pronuntiauit, præmiſſa primum illa ſententia quæ dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum ac phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum, deinde adiecta hac concluſione. Quiſquis audit hoſce ſermones meos,& non facit eos comparabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuper arenam, & deſcendit imber, & venerunt flumina, ac flauerunt venti,& impegerunt in domum illam,& deiecta eſt, & fuit ruina illius magna. Et multis etiã aliis locis, facta peccatorum mentione, non adiecit ſingulis debitum ac repoſitum ſupplicium, ſufficere ratus, quod in genere ſæpenumero contra quæuis peccata dixit. Quoniam vero opus hãbent imbecilliores vt iuuentur, ad memoriam reuocemus & Apoſtolum. Dominum nanque imitatus & ipſe aliquando quidem dicit, Si quis frater nominatus, aut fornicator fuerit, aut auarus, aut idololatra, aut conuiciator, aut vinoſus, aut raptor, cum tali ne cibũ quidem ſumite: aliquan-
do verò, ne mentiamini alius alij. Et alibi. Omnis F
ira, & furor, & clamor,& blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Et huiuſmodi ſæpenumero multa, abſque vlla ſupplicij mentione dicit. Alibi generaliter ſupplicium quoque adiicit dicens. Ne erretis. Neq; fornicatores, neq; molles, neque maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neque auari, neque vinolẽti, neque cõuiciatores, neque raptores regnũ dei hæreditate poſsidebunt. Alio vero loco iterũ latius ſcribit. Et ſicut non proba-

τὸ δὲ ἀόριστον, ταὐτόν ἐστι περιληπτικόν.

uerunt vt deum haberent in notitia, tradidit eos
deus in mentem reprobam, vt facerent quæ non
cõueniunt, repletos omni iniuſtitia, verſutia, aua-
ritia, malitia, plenos inuidia, cæde, contentione,
dolo malis moribus præditos, ſuſurrones, obtre-
ctatores, dei oſores, cõtumelioſos, ſuperbos, arro
gantes, inuentores malorum, parẽtibus immori-
geros, expertes intelligẽtiæ, pactorum transgreſ-
ſores, ab affectu charitatis alienos, neſcios fœde-
ris, immiſericordes. Qui quidem, cũ iuſtitiam dei
cognouerint, quòd qui talia faciũt digni ſint mor
te, non ſolum ea faciunt, ſed & facientibus aſſen-
A tiũtur. Quapropter inexcuſabilis es ô homo, quiſ-
quis es, qui iudicas. In quo enim alium iudicas, te-
ipſum condemnas. Eadem enim facis ipſe qui iu-
dicas. Et multis in locis ſimiliter: ex quibus oſten-
ditur, quod etiamſi in particularibus nõ ſint cuiq;
peccatorum ſpeciei additæ ſupplicij cõminatio-
nes, neceſſariò tamen hoc agnoſcere debemus,
quòd ineuitabili neceſsitate generali alicui ſen-
tentiæ ſubiiciatur, quiſquis vel vnum præceptum
trãſgrẽditur, domino noſtro Ieſu Chriſto ita pro-
nuntiante. Nam qui ſpernit me, & verba mea nõ
accipit, habetà quo iudicetur. Sermo meus, quẽ
loquutus ſum, ille iudicabit eũ in nouiſsimo die.
Et quæ ibi cum maiore terrore ſequuntur, Ioan-
ne vero Baptiſta, quo nemo maior eſt, definitione
conteſtante ac dicente. Qui filio non credit, vitã
non habebit, ſed ira dei manet ſupra ipſum. Hoc
enim conſuetudinis eſt diuinitus inſpiratæ ſcri-
pturæ, etiam in veteri teſtamento. Etenim & per
Moſen, qui pleraque legis ſcripſit, abſque adiectis
B contra trãſgreſſorem aut neglectorem minis, ge-
neralem aduerſus omnes maledictionem, grauiſ-
ſimum ſanè ſupplicium euidenter exprimentem
ſubiecit dicens. Maledictus omnis qui non per-
manet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis
huius. Et alibi, Maledictus ſit, inquit, qui facit ope
ra domini neglig̃eter. Quòd ſi maledictus eſt qui
illa negligenter facit, quo non ſupplicio dignus
eſt, qui omnino non facit?

An inobedientia ſit in eo, ſi quid vetitorum
fiat, vel etiam in eo ſi quid eorum quæ de-
creta ſunt omittatur.

Caput sextum.

IVDICIVM hoc dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus acrius ac cõſtantius affirmauit, cũ ad amo-
litionem præcepti erroris, tum ad confirmanda
corda noſtra in fide ſana, volens nos iudiciorum
dei timorem docere, non ſolum per verba, ſed &
per exempla: propterea quod ipſis rebus veritatis
nobis perſuaſio penitius infigitur. Et primũ qui-
dem. Niſi abundauerit, inquit, iuſtitia veſtra, plus
quàm ſcribarum ac phariſæorum, non intrabitis
in regnum cœlorum. Et poſt totam illam perico-
C pen doctrinæ ſuæ ſententiam cum hypodigmate
ſubiecit, dicens. Quiſquis audit ſermones iſtos
meos, & non facit eos, aſsimilabitur viro fatuo,
qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenã, & deſcen-
dit imber, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti.
& cum fragore proruperunt in domum illam, &
προσέρρη- lapſa eſt. Et fuit ruina illius magna. Et iterum. Fi-
ξαν. cum habebat quis plantatam in vinea ſua, & ve-
nit quærens ex ea fructum, nec inuenit. Et dixit
ad vinitorem ſuũ. Ecce iam tres anni ſunt ex quo
venio: quærens fructum in ficu hac, nec inue-
nio. Excide eam. Vt quid vel terram occupat? Et
alibi apertius iudicium hoc exponit dicens, Di-
ſcedite à me maledicti in ignem æternum, præ-
paratum diabolo & angelis eius. Et addit, non pa
trationem vetitorũ, ſed omiſsionem eorum ope-
rum quæ vt fiant decreta ſunt, dicens. Eſuriui &
non dediſtis mihi cibum: ſitiui, & non dediſtis
mihi potum, & quæ ſequuntur. Multa autem ſi-
milia inuenire eſt ex quibus demonſtratur, quod
non ſolum ij, qui mala faciunt, digni ſint morte,
quibus & ignis inextinguibilis paratus eſt, cum D
quibus condemnantur etiam illi, qui à bonis ope-
ribus vacant: Sed & qui negligenter quæ bona
ſunt faciunt. Scriptum nãque eſt. Maledictus om-
nis, qui facit opera domini negligenter. Tempe-
ſtiuum fuerit meminiſſe & Ioannis, ad eos qui
peccatorum per baptiſma remiſsionem accipie-
bant, dicentis. Progenies viperarum, quis demon
ſtrauit vobis, vt fugiatis à ventura ira? Facite fru-
ctus reſipiſcentia dignos, nec videamini dicere
inter voſipſos, patrem habemus Abrahamum,
dico enim vobis, quòd poteſt deus ex lapidibus
iſtis excitare Abrahamo filios. Iam autem ſecuris
ad radicem arborum poſita eſt. Quæcunque igi-
tur arbos non facit bonum fructum, exciditur,
& in ignem mittitur. Horum itaque quodque
non meminit alicuius mali operis patrationem,
ſed vacationem à iuſtitia pietatis. Si nanque ma-
ledictus eſt, quiſquis opera domini negligenter
fecit, propterea quòd illa non competenti ani-
mi alacritate fecit: quanto magis maledicti ſunt E
qui quodcunque bonum facere non ſuſtinent, &
meritò audiunt, diſcedite à me maledicti in ignẽ
æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.
Ex omnibus itaque iſtis manifeſtum eſt, quòd ſo-
lito maiore celeritate, & impigro ſtudio cum bo-
no & fixo deſiderio opus ſit in mandatis domini
noſtri Ieſu Chriſti, vt & nos digni ſimus beatitu-
dine illa de qua ipſe dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus vnigenitus viuentis dei filius dixit, Beati eſu-
rientes & ſitientes iuſtitiam, quoniam ipſi ſatu-
rabuntur.

An poſsibile, aut gratum, aut acceptum deo
ſit, eum qui peccato ſeruit, iuſtitiam facere
ſecundum pietatis ſanctorum canonem.

Caput septimum.

IN veteri quidem teſtamento dicit deus. Pec-
cator, qui vitulum mihi immolat, perinde eſt
atque qui carnem mactat: & qui ſimilam offert,
quaſi qui offert ſanguinem ſuillũ. Tantum ſcili-
cet de iis quæ ad ſacrificandum offerũtur cautio-
nis ac diligentiæ legiſlator expoſcit, & tam hor-
rendum aduerſum delinquentes iudiciũ ſtatuit.
In nouo vero, dominus noſter Ieſus Chriſtus, per F
ſeipſum in euangeliis dicit. Qui facit peccatum,
ſeruus eſt peccati. Et, Nemo poteſt duobus do-
minis ſeruire, Et, Non poteſtis deo ſeruire & Mã-
monæ. Et apertiſsime decernens. Ita, inquit, quiſ-
quis ex vobis non renuntiauerit omnibus quæ
poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Iam ſi
de rebus mediis talis lata eſt ſẽtentia, quid dicen-
dum eſt de vetitis? Per Apoſtolum vero ſic dicit.

Ne ducatis alienum iugum cum infidelibus. Quæ nauque participatio eſt iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ communicatio luci cum tenebris? Quis conſenſus Chriſto cum Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? aut quid conuenit templo dei cum idolis? His ſcilicet declaratum eſt, quàm hoc quod quæritur, ſit impoſſibile, deóque ingratum, & audenti periculoſum. Quapropter adhortor, quemadmodum & dominus docet, vt faciamus arborem bonam, & fructum eius bonum & repurgemus primum, quod intra poculum eſt & patinam, & tunc etiam quod extra eſt, mundum erit totum. A Et per Apoſtolum inſtructi, mundemus nos ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus atque ita perficiamus ſanctificatiuné in dilectione Chriſti, vt deo grati & accepti domino ad regnum cœlorum reddamur.

An acceptum ſit deo opus præcepti non competenter iuxta rationem præcepti factum.

CAPVT OCTAVVM.

HAC quæſtione manifeſtè, & quaſi quodam canone aduerſus quancunque talem cauſam, à veteri teſtamento docemur, tanquam ex perſona dei, dicente, Si rectè quidem obtuleris, rectè autem non diuiſeris, peccaſti, quieſce, ad te eſt auerſio ipſius, quòd non ſolum acceptum deo non ſit, quod non eſt oblatum legitimè, ſed & in peccatum reputetur ad eum modum offerenti. Conſimili autem modo & conſtantem pietatis canonem ab Apoſtolo per humanum exemplum aduerſus quoſuis catholicè poſitum diſcere licet, vbi B ſic dicit. Et ſi certet quis, non coronatur, niſi legitime certauerit. Cum maior vero tremore, & domini noſtri Ieſu Chriſti admoneri poſſumus, terminum etiam exprimentis, cum dicit, Beatus eſt ſeruus ille, quem dominus, vbi venerit, ita facientem inueniet. In eo enim quod dicit, ita facientem, eum qui non ita fecit à beatitudine excidiſſe declarat, quemadmodum & ex multis tam veteris quàm noui teſtamenti hiſtoriis ac dictis exactè cognoſcere, & certo perſuaderi licet. Illud autem, non ita, committitur, dum vel præter locum debitum, vel præter tẽporis opportunitatem, vel præter perſonæ decorum, vel præter cauſam, vel præter menſuram, aut præter ordinem ſiue præter animi propoſitum & ſententiam aliquid geritur.

Quando aliquid non ſuo loco geritur.

Videamus autem primum de eo quando aliquid non ſuo loco geritur. Apoſtolus ſanè iis quæ conſuetudinem obtinuerunt ad manifeſtiorem C confirmationem eorum quæ pietatem decent audientibus parandam vſus eſt, vbi dixit. Annon & ipſa natura vos hoc docet, quòd viro quidem ſi comã nutriat, ignominia, mulieri vero ſi comam nutriat gloria ſit, & quæ ſequuntur. Conſequens igitur eſt vt & nos, iis quæ in natura obtinuerũt, ad præſentis vitæ neceſſitatem vtamur. Licet autem vitam noſtram ſuſtentent cibus ac potus, quis tamen ſapientum ſuſtineat in foro edere & bibere? Aut quis ſuſtineat in petroſa abiicere ſemina, ad perditionem cum ipſorum tum & frugum, quę ex illis ſperari poterant? Et multa inuenire licet, quæ non ſuo loco periculoſè videlicet & damnabiliter fiant. Deinde ruſus memores Apoſtoli dicentis. Hęc in typo contigerunt illis, ſcripta ſunt autem ad noſtri admonitionem, in quos fines ſeculorum peruenerunt, videamus num quę in lege à deo ad pietatem tradita, inter ſe communicant, conſtantem & immobilem differentiam habuerint, ita vt quædam ſeparatim & extra Hieruſalem facta periculum attulerint: quædam vero adhuc amplius, in ipſa quoque Hieroſolyma, magis templo & aræ quàm aliis locis deputata erant, vtpote diuino cultui adordinata, & quæ in templo & ara fiebant, nemo audebat in aliis Hieroſolymæ locis facere: nec quæ aliis in locis fiebant, licebat mox in templo quoque fieri. Nobis quoque periculũ eſt male obiti mandati, ſi loci rationem neglexerimus, maximè ſi ſacerdotij myſteria in locis pro- D phanis celebrauerimus: propterea quòd ea res iudicium haberet contemptus in celebrante, offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum moleſtariam, propter variam multorum in rerum diuinarum ſcientia infirmitatem. Si vero quiſquam obiiciat. Quid igitur eſt quod Apoſtolus dixit, volo viros precari in quouis loco, ob id quod dominus ipſe poteſtatem dedit adorandi deum in omni loco, vbi dixit, neque Hieroſolymis poſthac, neque in monte iſto adorabitur pater? hoc dicendum eſt, quod illud, in omni loco, non comprehendit eos locos qui humanis vſibus, rebúſque immundis & prophanis deputati ſunt, ſed dilatat ac diducit adorationem dei ab arcto Hieroſolymæ ambitu in omnem totius orbis locum. Et ſecundum prophetiam hoſtiæ, eum qui diligenter ac ſtudioſe ad ſacerdotium glorioſi myſterij obeundum propenſus eſt, deo dicare opor- E tet. Nam etiamſi audiamus prophetam dicentem, vos autem omnes ſacerdotes dei vocabimini: neque tamen omnes mox huiuſce ſacerdotij ac miniſterij poteſtatem vſurpamus, neque alius alij datam gratiam licitè poteſt ad ſe rapere, ſed quiſquis fidelium propriis doni dei terminis contentus manet, docente nos Apoſtolo, dum ad omnes quidem dicit, obſecro autem vos fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, rationalem veſtrum cultum. Et ne conformemini huic ſeculo, ſed transformemini per renouationem mentis veſtræ, vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, & placens, & perfecta, ad vnumquenque vero, manifeſtè quidem cuique competẽs miniſterium diſcretim adiudicans, alienum vero ordinem inuadere vetans: dico enim, inquit, per gratiam dei quæ data eſt mihi, vnicuique verſanti inter vos, ne F plus ſapiat, quàm oportet ſapere, ſed ſapiat ad ſobrietatem, ſicut vnicuique deus partitus eſt menſuram fidei. Et per mutuam illam membrorum corporis rectam diſpoſitionem, quam inter ſe ad decentem venuſtatem pariter & ſecuritatem neceſſariam habẽt, normam nobis præſcribit, quàm commodè ac decenter inter nos ad beneplacitum dei, in dilectione Chriſti Ieſu, & charismatum differentia diſpoſiti eſſe debeamus. Dicit enim, Quemadmodum in vno corpore membra habemus multa, omnia vero membra non eundem habent actum: ita & multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alij aliorum membra: ſed tamen habentes chariſmata ſecundum

datam nobis gratiam, varia, ſiue prophetiam ſecundum analogiam fidei, ſiue miniſterium in adminiſtratione, & quæ ſequũtur. Quòd ſi ad vnum ſcopum diuini beneplaciti alius alij mutuam operam conferentes, ac tantam inter nos mutuo communionis in dilectione Chriſti coniunctionem habentes, non permittimur, vt quis proprium ac deputatum doni accepti locum tranſcendat, quomodo non multo magis eos locos, qui alienis & cultui dei contrariis rebus ſeruiunt, à ſacris ſecernere debemus? Ex omnibus nanque illis, quæ ex diuina ſcriptura commemorata ſunt, & talibus ac prædictis quoque exemplis inſtruendi ſumus,
A quòd quicquid in loco fit, in contrarium tandem propoſito ſcopo finem peruerſum cedat. De eo vero, quod intempeſtiuè fit, ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum audire licet, dicentem.

Quapropter aſſimilatum eſt regnum cœlorum decem virginibus, quæ quidem acceptis lampadibus ſuis exierunt in occurſum ſponſi. Quinque autem ex illis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quæ quidem fatuæ acceptis ſecum lampadibus oleum non acceperant: prudentes vero oleum acceperant in vaſis ſuis. Tardante vero ſponſo dormitauerunt omnes ac dormierunt. Medio autem noctis clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ & ornauerunt lampades ſuas, fatuæ vero prudentibus dixerunt, date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes dicentes, Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, profectæ potius ad eos qui vendunt, emite vobis ipſis. Abeuntibus autem illis emptum, venit ſponſus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.
B Nouiſſimè vero veniunt & reliquæ virgines dicẽtes, domine, domine, aperi nobis. Ille vero reſpondens ait. Amen dico vobis, non noui vos. Vigilate igitur quoniam neſcitis neque diem neque horam. Quoniam autem noui, quòd de eodem iudicio ſæpe repetita denuntiatio, acrius vrget, & magis perſuadet, & quæ alio in loco in eundem ſenſum dicta eſt parabola, iſti adiiciam. Dicit autem ipſe dominus ad hunc modum. Multi conabuntur ingredi, nec poterunt. Cum autem ingreſſus fuerit paterfamiliâs, & clauſerit ianuam, & cœperitis dicere, domine, domine, aperi nobis. Et tunc reſpondens dicet. Non noui vos, vnde ſitis. Propterea dico vobis, eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et multis aliis in locis ſimilia dicit. Quòd ſi & Apoſtolus ad teſtimonium aduocandus eſt, audiamus ipſum, Propheticum quidem dictum commemorantem ac dicentem. Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te, de ſuo vero adiungentem. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies ſalutis. Et iterũ. Itaque tanquam tempus habentes operemur bonum, ad omnes quidem, maximè autem ad domeſticos fidei. Si vero adhuc & alio teſtimonio opus eſt, recordemur & Dauidis dicentis, pro hac precabitur ad te omnis ſanctus in tempore opportu-
C no, deinde & Salomonis, qui omnia ſuis temporibus admetitur, eo quòd omnia ſuis temporibus bona ſunt. Quod vero decoro perſonæ repugnat, quàm ſit malum, in veteri teſtamento, vtpote in exemplo Chore videre eſt, in illis, qui auſi ſunt ſacerdotium ſibi non concreditum inuadere, cuius gratia per iræ diuinæ ſeueritatem in exitum & interitum horrendum ceciderunt. Ab ipſo domino inſtruimur, vt cauti ſimus, qui ad diſcipulos ſuos dicit. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël. Ad mulierculam vero, Non eſt bonum, inquit, ſumere panem filiorum & proiicere ante catellos. De eo vero quod præter cauſam & inſtitutum fit, ex veteri quidem inſtrumento inſtruimur, vbi cum præceptum eſſet, vt hoſtię offerrentur ex animantibus mundis integris, & immaculatis, non ex talibus offerebantur de quo deus dixit, offer illud principi tuo, an gratum illi futurum ſit, & an faciem tuam ſuſcipiat: ex nouo vero,
D ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto, ex propheta Eſaia aliquid contra Iudæos commemorante ac dicente, Bene prædixit de vobis Eſaias propheta dicens. Populus iſte labiis ſuis me honorat, cor autem eorum procul abeſt à me. Inuanum colũt me docentes doctrinas, mandata hominum. Ab Apoſtolo autem, qui teſtimonium quidem dat conſcientiæ Iudæorum: verum eos condemnat propter iuſtitiæ differentiam, ſic ſcribens, Teſtimonium enim illis perhibeo, quòd zelum dei habent, at nõ ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & propriam ſtatuere quærentes, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Quapropter Apoſtolus qui beneplacitum dei germanè curabat, poſt expoſitionem iuſtificationum quas eximias in lege acquiſierat, ſubiungit. Attamen omnia arbitror damnũ propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu domini mei, propter quem omnia pro detrimento duxi ac pro reiectamentis habeo, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ eſt ex lege, ſed eam, quæ eſt per fidem Chriſti Ieſu, iuſtitiam ex deo, in fide, vt cog- E
noſcam illum, & quæ ſequuntur. Iſtis autem & ſimilibus nos abundè ſatis docet, vti caueamus, ne humanam iuſtitiam vnquam, ei canoni, qui ad diuinum beneplacitum obtinendum in Chriſto Ieſu domino noſtro præfixus eſt, ſuperinducamus. De eo ſanè, quod præter menſuram committitur, ſufficere puto, ſi Chriſti memores fuerimus, ad diſtinctionem menſuræ veteris dilectionis (Scriptum autem eſt, diliges proximum tuum ſicut teipſum) qui dixit. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem, ſicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et in vniuerſum omnium pariter iuſtificationum modos à Chriſto diſcere poſſumus, qui ita de illis definiuit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum ac phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Præter ordinem verò & ſeriem rerum agitur, quando quæ prima ſunt ſecundo quis aut tertio loco collocare ſatagit, & quæ in tertium locum ſubordinata ſunt, principium putat inter ea F
quæ præcepta ſunt. Vtpote ſi quis ex his quæ dominus adoleſcenti qui dixerat, hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea, præcepit dicens, vende quæ habes, & da pauperibus & ſublata cruce tua, veni, ac ſequere me, ei qui nihil dum eorum quæ præmittuntur præſtitiſſet, quod alterum eſt, nempe, ſequere me, iniungere: & iterum, vbi dicit. Si quis venit ad me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me: illud: ſequatur me: præor-

ἀφ' οὗ ἂν [illegible]

præordinatis præponere,ac rurſus,vbi poſt multa
ſubiungit,ſic quiſquis ex vobis non renuntiauerit
omnibus quæ poſſidet,oon poteſt meus eſſe diſci
pulus,ante præſtita prædicta,diſcipulum ſe eſſe i-
magioati velit. Propterea neceſſarium eſt præce-
ptum Apoſtoli ſeruare dicentis. Omoia honeſtè
& iuxta ordinem fiant.Præter animi verò ſeoten-
tiam aliquid geritur,vtpote, quando domious de
illis qui ſtudio placendi hominibus eleemoſynã,
aut aliam aliquam iuſtitiam,vt homioibus cooſpi
cui ſint,faciunt, dicit. Amen dico vobis, recepe-
runt mercedem ſuam. Adhuc autem acrius inſe-
ctatur malitiam eorum qui humana affectiooe
A mandatum domini faciuot,oſtendens, quòd non
ſolum mercedem amittit, ſed & ſupplicio dignus
eſt,qui uoo pietatis gratia,ſed vel ſtudio placendi
hominibus,vel propter aliquam aliam voluptatẽ,
aut auaritiam, aut quæſtum, mandatum dei facit,
quale genus hominum Apoſtolus quidem repre-
hendit,ipſe verò domious vehementius condem-
nat dicens. Multi venient in illa die dicentes, do-
mine,domine,Non in nomine tuo prophetizaui-
mus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus, & vir-
tutes multas fecimus,& comedimus tecum ac bi-
bimus,& in plateis ooſtris docuiſti? Et tunc reſ-
pondebo illis dicẽs,diſcedite à me,non ooui vos,
vnde ſitis. Operarij ioiqui: vt ex iſtis itaque ac ſi-
milibus manifeſtum ſit,quòd etiamſi quis chariſ-
matis alicuius operationem habeat, & mandata
faciat,noo tamen ſecuodum aoimi ſeoteotiam, &
ſcopum,quem dominus docuit diceos. Sic luceat
lux veſtra coram hominibus,vt videant opera ve-
ſtra bona,& glorificẽt patrem veſtrum qui in cœ-
lis eſt.Et quem Paulus,io Chriſto loquutus oſteo
dit,Siue edatis,inquiens,ſiue bibatis, ſiue quid a-
B liud faciatis, omnia ad gloriam dei facite, merito
tamen audiat,quæ dominus reſpondit, ex quibus
Apoſtolus dicere didicit. Si linguis hominum lo-
quar & angelorum,charitatem autem non habe-
am, factus ſum æs reſooans, aut cymbalum tinni-
ens.Et ſi habuero Prophetiam,& cognouero om
nia myſteria, & ſi habuero omnem fidem, ita vt
montes transferam,charitatem autem non habe-
am nihil ſum. Et ſi erogauero omoem ſubſtãtiam
meam,& tradidero corpus meũ vt comburar,cha
ritatem autem oon habeam,nihil mihi prodeſt.
Et alibi generalius,ac vehementius. Si adhuc ho-
minibus,inquit,placerem, Chriſti ſeruus vnque
oon eſſem. Si verò & ex veteri inſtrumento ad
confirmationem huius ſeotentiæ teſtimonium re
quiris,Moſes dicit, diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo,& ex omni mente tua,& ex om
ni virtute tua,& diliges proximum tuum ſicut te i-
pſum,quibus ſubiungit domious, in iſtis duobus
mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Atteſta-
tur & Apoſtolus dicens, plenitudo legis eſt dile-
C ctio. Quod autem impunè non euadent,qui man
data hæc non præſtant quemadmodum & quæ ab
ipſis pendent iuſtificationes,ſed pœnis ſint obno-
xij futuri,ipſe Moſes clamat dicens. Maledictus
omnis, qui non permanet in omnibus quæ ſcrip-
ta ſunt in libro hoc.Dauid autem dicit. Si reſpexi
iniuſtitiam io corde meo, oon exaudiat me do-
mious. Et alibi. Illic timebunt timore,vbi non
erat timor, quoniam deus diſſipauit oſſa eorum
qui hominibus placere ſtudent. Multa itaque cu-
ra & vigilanti ſolicitudioe opus eſt, ne quo pa-
cto mandatum dei præter ea quæ iam recenſui-
mus facientes, non ſolum talem ac tantam mer-
cedem amittamus, ſed & tam horrendis minis
obooxij fiamus.

An communicandum ſit iniquè agentibus,aut
infrugiferis tenebrarum operibus, etiamſi
oon pertineant ad eos, qui fidei meæ con-
crediti ſuot.

CAPVT NONVM. D

INIQVVS quidem eſt quiſquis legem non
integram ſeruauerit, aut etiam,qui vnum illius
mandatum tranſgreſſus fuerit.In modicæ nanque
particulæ defectu, totum periclitatur. Quod e-
nim propè factum eſt, nondum factum eſt.
Nam quemadmodum qui propè mortuus eſt,
noo eſt mortuus,ſed adhuc viuit: & qui propè vi
xiſſet,oon viuit,ſed mortuus eſt,& qui ferè iogreſ
ſus eſt,noo eſt ingreſſus,vtpote quinque illæ vir-
gines: ita & qui propè ſeruauit legem,ooo ſerua-
uit legem, ſed eſt iniquus ac tranſgreſſor legis.
Quapropter & neceſſarium eſt de iniquis,etiam-
ſi germani ac ſyoceri videantur, Apoſtolo crede- παρέσομαι
re dicenti,aliquando quidem.Si quis frater nomi
oatus, aut fornicator fuerit, aut auarus, aut vino-
lentus,aut conuiciator,aut raptor, cum huiuſmo-
di ne cibum quidem ſumite (obiter autem hic no
tandum eſt,quòd non eum tantum, qui in his om
nibus culpabilis eſt, à communi Chriſtianorum
conuictu abarcet, ſed & eum, qui vel in voo tan-
tum iſtorum reprehenſibilis eſt, cum non dicit, E
cum iſto, ſed, cum huiuſmodi) aliquando verò
Mortificate membra veſtra quę ſunt ſupra terram
fornicatiooem, immunditiam,affectionem,con-
cupiſceotiam prauam,& auaritiam,quæ eſt eido-
lorum ſeruitus, propter quæ venit ira dei (& ge-
neralius adiungens) ſuper filios, inquit, immo-
rigeros: ne ſitis ergo conſortes ipſorum. Et ite-
rum. Subtrahite vos à quouis fratre ioordinatè
ambulante, & non ſecundum traditionem quam
accepiſtis à nobis. Et alibi ſimiliter. Illud verò,
quòd non ſit communicandum operibus inſru-
giferis, vt euidenter cognoſcamus, quid nam
ſit, diſcamus primum, de quibus rebus, infru-
giferum eſſe, dicatur, an de reprobis tantum, vel
de laudabilibus quoque, noo ſyncero animi affe-
ctu perpetratis. In veteri quidem inſtrumento
Propheta, in parabola arboris, de ſanctis dixit.
Qui fructum ſuum dabit io tempore ſuo. Salo-
mon autem. Opera,inquit iuſtorum vitam adfe-
runt, fructus verò impiorum peccata ſunt. Et O-
ſeas ait. Serite vobis ipſis ad iuſtitiam,& vindemia
bitis fructum vitæ. Et Micheas, Et erit terra, in-
quit,in vaſtationem, cum habitatoribus ſuis,pro-
F pter fructus ſtudiorum ipſorum.Et plura alia ha-
bentur in aliis Prophetis.Sed iſta quidem lucernę
inſtar luceant, at lux vera, ſol iuſtitiæ ipſe domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus, clarius exprimit di-
cens. Non poteſt arbor booa fructus malos fa-
cere,neque arbor mala fructus bonos facere. At
alio loco ſimiliter. Cum itaque nomen, fructus,
rebus inter ſe contrariis ęquè dari videamus,dein
ceps conſideremus, qui ſint,arbores infrugiferæ,
& quæ

& quæ Apoſtolus vocet opera infrugifera. Arbo-
res itaque infrugiferæ declarantur nobis à Ioan-
ne Baptiſta, qui Baptiſmum ad remiſſionem pec-
catorum & repurgationem ab omni ſorde acci-
pientibus dixit, Facite igitur fructus reſipiſcentia
dignos, & paulo pòſt addidit, omnis itaque arbor
non ferẽs fructum bonum exciditur, & in ignem
cõiicitur. Clarius verò hac de re nos dominus do-
cet his quidem, qui ad dextram ſunt, dicẽs, Veni-
te benedicti patris mei, hæreditate poſſidete reg-
A num vobis ab initio mundi paratum, & bonos ip-
ſorum fructus per ea quę ſubiungit declarans, Eos
verò, qui ſunt ad ſiniſtram, in ignem mittens æter
num, Diabolo & angelis ipſius paratum, quos nõ
ob id culpat, quòd mala opera deſignauerint, ſed
quòd à bonis vacauerint. Nam Eſuriui, inquit, &
non dediſtis mihi cibum, & quæ ſequuntur. Quæ
res illos in partem coniecit peccatorum; qui ange
li diaboli à domino vocantur. Iam cum ſit conſpi
cuum quæ ſit differentia eorum qui contrarios ac
reprobos fructus adferunt, & eorum qui infrugi-
feri ſunt, videamus conſequenter, quæ opera ab
Apoſtolo infrugifera dicantur. Ego verò iſta me-
cum reputans, non inuenio medios aliquos inter
eos qui mandatum legitimè & ad placitũ dei ſer-
uant, & eos qui quod malum eſt faciunt, & eos
quoque qui neutrum faciunt, niſi illos qui bonum
quidem faciunt, ſed non ita, vt deo ſit acceptum,
de quibus diximus in ſuperiori quæſtione quæ e-
rat, an gratum deo ſit opus præcepti, non ſecun-
dum præcepti rationem factum. De quibus & do-
minus dicit, quòd receperint mercedem ſuam.
B Quales fuerunt quinque illæ fatuæ virgines, quæ
ab ipſo quoque domino teſtimonium habent,
quòd & virgines fuerint, & lampades ſuas ador-
nârint & accenderint, hoc eſt, quod idem fecerint
quod prudentes virgines, ſimulque cum illis ob-
uiam domino egreſſæ ſint, & in omnibus pariter
eandem cum prudentibus diligentiam oſtende-
rint: propter ſolum autem olei in vaſis defectum,
ad deſtinatum ſcopum non peruenerint, ſed ab in
greſſu cum ſponſo ad nuptias excluſi ſint. Quales
etiam ſunt qui ex duobus in molendino & in eo-
dem lecto conſtitutis, relinquẽtur. In quibus cau-
ſam forſan dominus ob id non poſuit, vt quàm in
omni re, ſi modicum ſaltem aliquid totius compe
tentiæ deſit, & maximè charitatis ſynceritati (quẽ
admodum & Apoſtolus docuit) non placeat deo
quod fit, oſtenderet. Cognito itaque, quomodo &
ſecundum quid infrugiferas arbores eſſe contin-
gat, caueamus ne quicquam legitimo diuini bene
placiti ſtudio deſit: ſed in omnibus commende-
mus nos ipſos, tanquam dei miniſtros. Non hoc
autem ſolum, ſed neque communicemus cum ta-
libus, ſicut in Chriſto loquens Apoſtolus deter-
C minatè pronuntiauit dicens. Ne communicetis
infrugiferis tenebrarum operibus. Quod autem
ſubiungit, quin magis & reprehendite, modum
docet, quomodo non debeamus illis communica
re. Quid verò ſit communicare, & quibus id mo-
dis fiat, expendamus. Et primum occurrit illud in
parœmiis, veni nobiſcum, conſors eſto ſanguinis:
deinde & quod Apoſtolus dicit. Omnes vos gra-
tiæ mecum conſortes exiſtentes. Et, communi-
cantes tribulationi meæ. Et, communicet autem
qui in doctrina inſtruitur ei, qui ſe inſtruit, de om
nibus bonis. Item. Si videbas furem, currebas cũ
eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. I-
tem, Arguendo argues fratrem tuum, nec recipias
propter ipſum peccatum. Et, Hæc feciſti, & tacui.
Suſpicaris iniquitatem, nempe, quòd ſimilis tibi
futurus ſim, arguam te, & ſtabo contra faciem tu-
am. Talium communicationem æſtimo ſecũdum
opus quidem, quando mutuam quidam operam
ad eundem ſcopum, in operis perpetratione, in-
ter ſe conferunt: ſecundum animi verò ſententiá, D
quando quis affectui operantis aſſentitur, & con-
delectatur. Reliqua communicatio, quæ pleroſ
que latet, exacta diuinæ ſcripturę inquiſitione ma
nifeſtatur, quando videlicet nec cooperatur quis,
nec affectu aſſentitur operanti malum, cognita
verò animi illius malitia, vnde quod malum eſt fa
cit, obticet, & non arguit, quemadmodum hoc de
clarant, cum quæ ſuprà ſunt ſcripta, tum quod ab
Apoſtolo Corinthiis eſt dictum, nempe, quoniá
non luxiſtis, vt tolleretur è medio veſtrum qui fa
cinus hoc perpetrauit, quibus ſubiũxit. Modicum
fermenti totam conſperſionem * corrumpit. Me- * dolo.
tuamus itaque, & obtemperemus dicenti. Expur-
gate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.
Quòd ſi quis autem cooperatur quidem alicui in
bono, idque omnino bono, ignorat verò affectus
illius malitiam, & operis ſcopum, communicatio-
nis culpam in eo quòd illi cooperatur non habe-
bit, ſed propriam mercedem iuxta proprium labo
rem recipiet: propterea quòd nihil commercij ha
bet cum illius alieno & præpoſtero affectu, & ſei-
pſum in canone dilectionis erga deum conſeruat,
quemadmodũ nobis à domino noſtro Ieſu Chri-
ſto in iis qui cum in eodem molendino tum in eo
dem lecto cum perituris conſtituti ſeruabuntur, E
declaratum eſt. Differentia verò inter eos qui fi-
dei meæ concrediti ſunt, & qui non ſunt, in debi-
ta ſita eſt cura, non in communicatione peccato-
rum. Nam cura quidem propriè & peculiariter iis
ſolis à me debetur, qui fidei meæ commiſſi ſunt.
Communicatio verò in malo & operibus infrugi
feris, in omnibus pariter vetita eſt.

An ſcandalum obiicere, aut offendere, perpetuo ſit periculoſum.

CAPVT DECIMVM.

PRINCIPIO quidem neceſſarium arbi-
tror ſcire, quid ſit offendiculum. Deinde
quæ ſit differentia inter eos qui offendunt, &
inter ea quibus offendunt, atque ita cognoſ-
cere quando periculo careat, & quando non ca-
reat. Offendiculum itaque eſt, vt ego ex ſcri-
pturis inductus, arbitror, quicquid vel ad defe-
ctionem à veritate quæ ſecundum pietatem eſt,
abducit, aut ad errorem ſolicitat, aut inſtruit F
ad impietatem, vel in ſumma, quicquid ab o-
bedientia præcepti dei, ad ipſam etiam mor-
tem vſque remoratur. Itaque ſi in ſeipſo qui-
dem conſideratum bonum fuerit, quod vel dici-
tur vel fit: morbus verò vtentis eo opere aut ver-
bò, in ipſo vſu damnum attulerit, inſons erit à iu-
dicio offenſi, qui bonum quod ad fidei ædifica-
tioné in ſeipſo confert, vel loquutus eſt, vel fecit,
quemad-

quemadmodum & domino vſuuenit, vbi dixerat,
non quod ingreditur in os, impurum reddit ho-
minem, ſed quod egreditur ex ore, hoc demum
eſt, quod polluit hominem, deinde & aduerſus of
fenſos Iudæos ſubiiciebat, Omnis plātatio, quam
non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur.
Et alibi. Qui manducat carnem meam & bibit
ſanguinem meum, habet vitam æternam. Et pau-
lo pòſt. Nemo poteſt ad me venire, niſi fuerit illi
datum à patre meo. Quibus verbis ad perditio-
nem quidam abuſi ſunt, ſicut ſcriptum eſt. Et mul-
ti ex diſcipulis, audito hoc ſermone, abierunt re-
A tro, nec amplius cum illo ambulabant. Dixit igi-
tur Ieſus ad duodecim. Num & vos vultis abire?
Reſpondit Simon Petrus, Domine, ad quem ibi-
mus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credidi-
mus, & cognouimus, quòd tu es Chriſtus filius
dei viuentis. Quibus nanque, qui fide ſani erant,
ad fidei ædificationem & acquiſitionem ſalutis æ-
ternæ, illis ſcientia & fide infirmi propter ſuam
ipſorum malitiam ad perditionis occaſionem vte
bantur, iuxta quod de domino ſcriptum eſt. Hic
poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorū,
non ideo quòd is ſibi ipſi ſit contrarius, ſed prop-
ter vtentium contrariam animi ſententiam. Quē-
admodum enim & Apoſtolus ait, Aliis quidem
odor vitæ ad vitam, aliis verò odor mortis ad mor
tem: ſi verò ſecundum naturam ſuam malum eſt,
quod vel fit vel dicitur, iam qui hoc fecit aut dixit
cum proprij peccati, tum offendiculi culpam ſuſti
nebit, etiamſi is cuius gratia factum eſt offendi-
culum, offenſus non fuerit, ſicut in Petro diſci-
mus, ad quem dominus, prohibitus ne diſpenſa-
tionem obedientiæ ad mortem vſque adimpleret
B dixit. Apagè retro me Satanas. Offendiculo mihi
es. Et ratio ſubiecta licet modica in genere quæ
offendiculi ſint propria docuit. Quoniam non ſa-
pis, inquit, quæ dei ſunt, ſed quæ hominum. Vnde
nos cognoſcimus, quòd offendiculum ſit, quicun-
que affectus voluntati dei aduerſatur, & ſi in opus
progrediatur, cædis reus ſit, ſicut ab Oſea Prophe
ta ſcriptum eſt, Abſconderunt ſacerdotes viam,
occiderunt in Sicima, quoniam iniquitatem fece-
runt in populo. Quòd ſi propria ratione licitum
quid fuerit, vſurpatur autem cum detrimento, &
fit offendiculi occaſio fide aut ſcientia infirmis,
qui hoc fecit, non euadet offendiculi iudicium, di
cente Apoſtolo de talibus & qui infirmis non par
cunt. Ita autem peccantes in fratres, & percutien-
tes infirmam ipſorum conſcientiam, in Chriſtum
peccatis. Itaque, quando quod fit in ſeipſo conſi-
C deratum malum eſt, cauſa eſt offendiculi, aut ſi ex
licitis aliquid, & in noſtra poteſtate conſtitutis, in
firmo vel fide vel ſcientia offendiculum generaue
rit, apertum & ineuitabile iudicium habet, horrē-
dum videlicet illud de quo dominus ſic loquutus
eſt. Prodeſt illi, vt mola aſinaria in collum ipſius
ſuſpenſa proiiciatur in mare, magis, quàm vt vnus
ex his paruulis offendatur. Latius verò hoc in pri-
oribus quæſtionibus expoſuimus, vbi & mores
eorum qui offenduntur clarius expreſſi ſunt. Qua
propter Apoſtolus etiam de licitis dicit. Bonum
eſt non edere carnes, neque bibere vinum, neque
aliud quid facere in quo frater tuus impingit, aut
offenditur, aut infirmatur. Et iterum alibi. Quo-
niam omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiici-
endum, quod cum gratiarum actione ſumitur. Di
cit quoque, non manducabo carnes in ſeculum,
ne fratrem meum offendam. Si verò in licitis tale
eſt iudicium, quid dicendum eſt de vetitis? Pro-
pterea in vniuerſum nos docet dicens, inoffenſi
eſtote & Iudæis & Græcis, & Eccleſiæ dei, quem-
admodum & ego vbique omnibus placeo, non
quærens quod mihi ſit vtile, ſed quod multis con-
ducat, vt ſeruentur.

An fieri debeat, aut tutum ſit, aliquid eorum
quæ à deo præcepta ſunt, recuſare, aut prohi-
bere eum, qui ea iuſſus eſt facere, aut ferre
prohibentes, maximè ſi germanus ſit qui pro
hibet, aut ſi ratio in ſpeciem plauſibilis præ- D
cepto obſtet.

CAPVT XI.

CVM Chriſtus dicat, diſcite à me, quoniam
mitis ſum, & humilis corde, manifeſtum eſt,
quòd omnia certius diſcimus, ſi ipſius domini no-
ſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei filij memo-
res ſimus. Cum Ioannes Baptiſta illi dixiſſet, ego
opus habeo vt abs te baptizer, & tu venis ad me?
reſpondit, ſine modo. Nam ſic decet nos omnem
adimplere iuſtitiam. Et vbi Petrus deprecabatur
eas tentationes, quæ Ieroſolymis iuxta vaticinia
Prophetarum futuræ erant, ne illas ſibi accerſeret
dominus, dixit. Abi retro me Satanas, quoniam of
fendiculo es mihi. Non enim ſapis quæ dei ſunt,
ſed quæ hominum. Et iterum, cum Petrus recuſa-
ret miniſterium Chriſti, affectu reuerentiæ erga
dominum motus, dixit. Niſi lauero te, non habe- E
bis partem mecum. Quòd ſi adhuc amplius ani-
mæ noſtræ in eorum qui nobis ſunt cognati exem
plis ſuccurrendum eſt, recordemur Apoſtoli di-
centis. Quid facitis flentes, & adfligentes cor me-
um? Ego enim, non ligari tantum ſed & mori Ie-
roſolymis paratus ſum, pro nomine domini Ieſu.
Quis autem glorioſior ac celebrior fuerit Ioanne?
Quis Petro ſyncerior? Aut quæ noſtræ cogitatio-
nes videri poterunt magis piæ quàm fuerint illo-
rum? Ego verò ſcio, quod neque Moſes ſanctus
ille, neque Ionas Propheta, ratiocinationibus ſuis
ad recuſandam obedientiam vſi, inculpabiles mā
ſerunt apud deum. Quibus inſtruimur vt neque
contradicamus, neque impediamus, neque impe-
dientes ſuſtineamus. Quod ſi ex iſtis ac ſimilibus
ſimul nos ſcriptura docuit, ne tale quid ſuſtinea-
mus, quanto magis in reliquis neceſſe eſt imitari F
ſanctos? dum aliquando quidem dicunt, Obedien
dum eſt deo magis quàm hominibus: aliquando
verò. An iuſtum ſit vt vos audiamus magis quàm
deum, ipſi iudicate. Non poſſumus enim quæ vi-
dimus & audiuimus non loqui.

An omnem quiſque curam quibuſuis debeat,
aut ſolum fidei ſuæ commiſſis, idque ſecun-
dum admenſuratum ſibi à deo per ſpiritum
ſanctum, chariſma.

CAPVT DVODECIMVM.

CVM dominus noſter Ieſus Chriſtus vnigeni-
tus viuētis dei filius per quē omnia ſūt facta,
viſibilia

viſibilia & inuiſibilia, faſſus qnidem ſit, quòd non
ſit miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraël, & di
ſcipulis ſuis dixerit, ſicut miſit me pater, & ego mi
ſi vos: præceperitque antea, in viam gentium ne
abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intra-
ueritis: poſt impletionem vero propbetiæ, quam
Dauid tanquam ex perſona dei ac patris de ipſo
prædixerat dicens, filius meus es tu. Ego hodie ge
nui te. Pete à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem
tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: tunc
demum diſcipulis ſuis præceperit dicens. Profe-
cti docete omnes gentes, quomodo non magis
quiſque noſtrum diligentius obſeruare debet prę
A ceptum Apoſtoli, qui ad hunc modum ſcripſit, ne
quiſquam vltra quàm oportet ſapiat: ſed ſapiat ad
ſobrietatem, ſicut vnicuique deus mẽſuram fidei
partitus eſt. Perdutandum autem eſt in eo quod
cuique iniunctum eſt etiam, ſicut iterum inquit, v
nuſquiſque in quo vocatus eſt fratres, in eo per-
maneat. Et ipſe quoque Apoſtolus quod aliis prę-
cipit, diligentius cuſtodiens dicit, dexteras ſocie-
tatis dederunt mihi & Barnabæ, vt nos quidem in
gentes, ipſi vero in circuncisionem abirent. Si ve-
ro aliquando neceſſitas vrſerit, vtpote vel erga de
um vel erga proximum dilectione ad impletionẽ
eius quod deeſt vocãte, qui obedierit, mercedem
habet voluntatiæ obedientiæ: vocat autem illa,
quando erga deum & Chriſtum eius dilectio exi-
git impletionem præcepti domini dicentis, Præ-
ceptum nouum do vobis vt diligatis vos inuicem
ſicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem ne-
mo habet, quàm vt animam ſuam quis ponat pro
amicis ſuis. Quæ vero erga proximum eſt vocat,
quando cui prę ſidendi cura commiſſa eſt, opus ha
bet auxilio: aut contubernium eorum qui curan-
B tur, neceſſe baber, vt ſit qui quod deeſt adimpleat
dicente Apoſtolo. Nemo quærat quod ſuum eſt,
ſed quiſque quod alterius eſt. Dilectio nãque quę
ſecundum Chriſtum eſt, non quærit quæ ſua ſunt
ipſins. Et alibi alius alium ædificet, ſicut & facitis.
Itaque, dum miſſus aliquis eſt ad prædicãdum ver
bum, ſi prædicationem illam nec verbo nec ope-
re adimpleuerit, reus eſt ſanguinis eorum qui nõ
audierunt, nec poteſt cum Apoſtolo, qui presby-
teros Epbeſiorum ita conteſtabatur, dicere, Mun-
dus ſum poſtbac à ſanguine omnium veſtrum. Nõ
enim ſubterfugi quominus annũtiarem vobis om
ne conſilium dei. Si vero plus aliquid quàm pręce
ptum ſit, ad ædificationẽ fidei in dilectione Chri-
ſti facere poterit, mercedem habet quàm oſtẽdit
nobis Apoſtolus dicens. Si enim volens hoc fece
ro, mercedem habeo: ſi vero inuitus, diſpenſatio
mihi concredita eſt.

An quæuis tentatio ferenda ſit, etiamſi obe-
dientiam dei mortis comitentur minæ, & ma
ximè in curandis ſubditis.

CAPVT VLTIMVM.

C SI dominns noſter Ieſus Chriſtus, vnigenitns vi
uentis dei filius, per quem omnia facta ſunt, vi
ſibilia & inuiſibilia, qui vitam habet, ſicut illam
habet pater, qui ipſi vitam dedit, & poteſtatem o-
mnem à patre accepit, cum irrumperẽt, qui ipſum
ad mortem pro noſtra iuſtitia & æterna vita ſub-
eundam capturi erant, tanta alacritate diſcipulos
ſuos compellauit dicens. Ecce traditur filius ho-
minis in manus peccatorum, ſurgite, eamus. Ecce
qui me tradit, appropiauit. Et ſicut in euangelio
Ioannis ſcriptum eſt, Ieſus igitur ſciẽs omnia quæ
ſibi euentura erant, egreſſus dixit illis. Quem quę
ritis? Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit
illis Ieſus. Ego ſum. Et paulo pòſt. Dixi vobis, quo
niam ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite iſtos a-
bire: quanto magis nos quæ naturaliter accidunt,
ſponte ferre debemus? vt propter obedientiã dei
illatas ab hoſtibus tentationes vincentes, glorifi-
cemus deum, quod quæ ab inimicia triſtia nobis
ad mortem vſque inferri videntur, cum gaudio ſu D
ſtinemus, ſenſum eius aſſequnti qui dixit, quoniã
nobis datum eſt pro Cbriſto nõ ſolum vt in ipſum
credamus, ſed vt & pro illo patiamur. Prædicant
autem Acta, certamina apoſtolorum, narrantia,
quomodo contumelias & mortes cum gaudio, vt
prædicationem iuxta pręceptum domini adimple
rent, ſuſtinuerint. Docet autem nos & Apoſtolus
dicens. Quis nos ſeparabit à charitate dei? An ad-
flictio? an anguſtia? an perſequutio? an fames? an
nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptũ eſt.
Quoniam propter te occidimur tota die: reputa-
ti ſumus ſicut oues mactationi deſtinatæ. Sed in
his omnibus ſuperamus, propter enm qui dilexit
nos. Certus enim ſum, quod neque mors, neque
vita, neque angeli, neque principatus, neque pote
ſtates, neque virtutes, neque præſentia, neque fu-
tura, neque ſublimitas, neque profunditas, neque
creatura aliqua alia, poterit nos ſeparare à charita
te dei quæ eſt in Chriſto Ieſu. Nam cbaritas quæ
in Chriſto eſt, neceſſariò & indeſinenter coniun-
ctam haber præceptorum obſeruantiam, ſicut ip-
ſe dominus dixit. Qui diligit me, præcepta mea E
ſeruabit. Qui vero ſermones meos non ſeruat, il-
le eſt, qui non diligit me. Et vos amici mei eſtis ſi
feceritis, quæcunque ego præcipio vobis. Nouum
autem & proprium ipſius præceptum eſt, vt diliga
mus nos inuicem, quam Apoſtolus adimplens di
cit, ita diligentes vos, vt placuerit nobis, non ſolũ
euangelium Chriſti vobis tradere, ſed & noſtras
ipſorum animas. Nam dilecti nobis facti eſtis. Re
ſpicientes igitur in Cbriſtum, animi noſtri alacri-
tatem glorioſo imitandi ſtudio intendamus. Vbi
vero ſanctos cõſideramus, docemur ſtudium hoc
imitandi Chriſti non eſſe impoſſibile, vt per illo-
rum conſiderationem alacriores facti, ſyncerum
& immaculatum omne mandatũ domini ad mor-
tem vſque ſeruemus, atque ita in vitam æternã in-
grediamur regnúmque cœlorum hæreditare poſ-
ſideamus, quemadmodum pollicitus eſt qui
mentiri neſcit, dominus, ac deus noſter
Ieſus Chriſtus vnigenitus vi-
uentis dei filius.
Amen. F

HOMILIA BASILII, QVOD SI-
ne diuina virtute & gratia reſiſtere Satanæ, nec viſo re-
licta Aegypto in terram promiſſam ac cœle-
ſtem Hieroſolymam pertingere
non poſſit quiſ-
quam.

Quibus

QVIBVS ineſt diuina lex, nõ
atrameoto & literis inſcrip-
ta, ſed ſpiritu dei viuẽtis, nec
tabulis lapideis impreſſa, ſed
tabulis cordis carnalibus in-
ſita illi mentis oculis illumi-
nati, ac ſemper, non ſenſibili
aut viſibili, ſed ſpititali ſpe
affecti, exactè ſciũt, quàn impoſſibile ſit propriis
viribus offendicula verſuri hoſtis vincere, niſi in-
A ſuperabilis potentia dei ſuccurrat. Qui vero ver-
bi dei honore cumulati non ſunt, ij fruſtra inflati,
libero ſe putant arbitrio peccari occaſiones inani
re poſſe, quod per ſolum crucis myſterium caſſa-
tur. Liberum enim illud quod in poteſtate homi-
nis eſt arbitrium, in eo ſitum eſt, vel velis vel no-
lis reſiſtere diabolo. Non enim vt omnino hoc
poſſis, potentiam habes qua affectionibus carnis
domineris. Niſi enim dominus cuſtodierit ciuita
tem, aut ædificauerit domum, fruſtra vigilat cu-
ſtos, & fruſtra laborat ædificans. Impoſſibile nan
que eſt ambulare ſuper aſpidem & baſiliſcum, &
calcare leonem & draconem, eum, qui non prius
ſeipſum, quatenus homini poſſibile eſt, repurga-
uit, vt poſſit corroborari ab eo qui apoſtolis dixit.
Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſupra ſerpen-
tes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimi
ci. Siquidem enim humana natura extra ſpiritus
ſancti panopliam diaboli inſidiis reſiſtere poſſet,
vtique ab Apoſtolo dictum non eſſet: deus autem
pacis conteret Satanam ſub pedes veſtros breui.
Et iterum. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiri-
B tu oris ſui. Quapropter & iuſſi ſumus precari do-
minum, ne ingrediamur in tentationem, ſed vt li-
beret nos à malo. Niſi enim potentiori auxilio ab
ignitis mali hoſtis iacùlis liberati, adoptionem fi-
liorum dei promeruerimus, inanis erit conuerſa-
tionis noſtræ conatus, vtpote procul à virtute cru
cis diſſitus. Itaque qui diuinæ gloriæ particeps eſ-
ſe, & quaſi in mundo quodam ſpeculo formam
Chriſti menti ſuæ infuſam videre cupit, opus ha-
bet, vt amore inſatiabili, & animi affectu inexple-
bili, ex omni corde & virtute, noctes atque dies,
diuinæ potentiæ auxilium ambiat, cuius participẽ
fieri impoſſibile eſt, niſi eum, vt prædiximus iam,
qui alienus eſt à mundanarum voluptatum molli-
tie & concupiſcentiis aduerſariæ poteſtatis, quæ à
lumine & bona operatione remota eſt & extorris
atque omnino peregrina. Si cupis igitur cognoſ-
cere, cuius gratia conditi, inque paradiſum locati
inſipientibus tandem animantibus comparari &
aſſimilati ſimus, ab immaculata illa gloria relapſi,
ſciendum eſt, quòd quoniam per inobedientiam
ſerui carnalium concupiſcentiarum facti ſumus,
nos ipſos à beata viuentium regione extorres red
C didimus, atque ita in captiuitatem abducti ad flu-
mina Babylonis adhuc ſedemus. Et quoniam ad-
huc in Aegypto detinemur, promiſſionis terram
nondum ſortiti ſumus, lacte ac melle ſcaturientẽ.
Nondum fermento ſynceritatis coofermentati ſu
mus, ſed adhuc fermento nequitiæ occupamur.
Nondum adſperſum eſt cor noſtrum ſanguine a-
gni dei, adhuc enim illi laqueus inferni & hamus
malitiæ infixus eſt. Nondum ſeruatoris noſtri Ie-
ſu Chriſti gaudium & exultationem nacti ſumus:
ſtimulus enim mortis etiamnum nobis penitus in
ſinuatus eſt. Nondum induimus nouum hominẽ,
qui ſecundum deum in ſanctitate & iuſtitia cõdi-
tus eſt: quoniam veterem hominem qui ſecũdum
deſideria erroris corrumpitur, nondum exuimus.
Nondum portauimus imaginem cœleſtis, confor
mes gloriæ ipſius facti, quia adhuc imaginem ter-
reni portamus. Nondum adorauimus deum in ſpi
ritu & veritate, quia adhuc regnat peccatũ in mor
tali noſtro corpore. Nondum contemplati ſumus
gloriam incorruptibilis dei: adhuc nanque ſub no D
cte obſcura & turbulenta iactamur. Nondum in-
duimus arma lucis, quia nondum & arma & ope-
ra tenebrarum exuimus. Nondum transfigurati
ſumus renouatione mentis: adhuc enim huic ſe-
culo, in vanitate mentis noſtræ conformamur.
Nondum cum Chriſto glorificati ſumus, quia nõ-
dum illi compatimur. Nondum ſtigmata ipſius in
corpore noſtro in myſterio crucis conſtituti por
tauimus: adhuc enim ſumus in deſideriis & concu
piſcentiis carnis. Nondum ſumus hæredes dei, &
cohæredes Chriſti facti, ineſt enim nobis adhuc
ſpiritus ſeruitutis non adoptionis. Nondum facti
ſumus templum dei & habitaculum ſpiritus ſan-
cti: ſumus enim adhuc templum idolorum, & re-
ceptaculum ſpirituum malitię, propter affectuum
impetum. Verè nanque, vere, inquam, nondum a-
nimi & ingenij ſynceritatem & mentis ſplendo-
rem adepti ſumus. Nondum potiti ſumus lac illud
doli neſcium & rationale, & incrementum ſpiri-
tale. Nondum nobis dies illuxit, neque lucifer or
tus eſt in cordibus noſtris. Nondum Soli iuſtitiæ
coadunati ſumus. Neque vnà cum radiis alius co-
ruſcauimus. Nondum accepimus ſimilitudinẽ do
mini, neque conſortes facti ſumus diuinæ naturę.
Nondum facti ſumus fuco carens purpura regia, E
neque germana imago. Nondũ ab amore dei vul-
nerati ſumus, neque tacti ſpiritali charitate ſpon-
ſi, Nondum inuiſibilem & myſticam communio-
nem cognouimus, nec potẽtiam & pacem ſancti-
moniæ intelleximus. Et vt omnibus contractis ſũ
matim dicam, nondum ſumus genus electum, re-
gale ſacerdotium, gens ſancta, populus qui in lu-
crum acceſſit & peculium: quoniam adhuc ſerpen
tes ſumus, progenies viperarum? Quomodo enim
non ſumus ſerpentes, qui ſuper terram ſerpimus,
& terrena ſapimus, nec conuerſationem noſtram
in cœlis habemus? Quomodo non progenies vi-
perarum ſumus, qui non in obedientia dei, ſed in
inobedientia quæ per ſerpentem eſt, deprehendi-
mur? Quoniam igitur non inuenio, quomodo ca-
lamitatem iſtam deplorem, & ignoro, quomodo
cum lachrymis eum, qui demorantem in me ſedu
ctionem abigere & expellere poteſt, implorem,
quomodo cantabo canticum domini in terra alie
na? Quomodo lamentabor ac deflebo Hieruſalẽ?
Quomodo effugiam moleſtam ac duram Pharao
nis ſeruitutem? Quomodo relinquam turpẽ hunc
incolatum? Quomodo renuntiabo acerbæ illius
tyrannidi? Quomodo Aegyptum egrediar? Quo- F
modo mare rubum traiiciam. Quomodo terribi-
lem ſolitudinem pertranſibo? Quomodo à ſerpẽ-
tibus ictus non peribo? Quomodo alienigenas de
bellabo? Quomodo gentes exterminabo? Quo-
modo tabulis meis excipiam diuinæ legis oracu-
la? Quomodo videbo columnam veræ lucis, & ſpi
ritus ſancti nubem? Quomodo fruar manna aſti-

limoniæ ſempiternæ? Quomodo bibam aquam viuificantis Petræ? Quomodo tranſibo Iordanem vt iogrediar bonam promiſſionis terram? Quomodo videbo ſummum ducem, quem conſpectũ Ieſus Naue, eueſtigio deum adorauit? Niſi enim ſuperatis his omnibus exterminauero, quę in me ſuorgentes. oec iogrediar, oec requieſcam io ſaoctuario, neque particeps ero gloriæ dei. Satage igitur, vt fias immaculatus filius dei, iogrediareque io requiem illam, in quam præcurſor noſter Ieſus noſtri gratia intrauit. Cura vt cooſcribare in eccleſia cœleſti cum primogenitis, vt inueniare ad dexteram magoificentiæ excelſi. A Satage vt ingrediaris io ſaoctam ciuitatem Hieruſalem ſupernam, & io delitias paradiſi. Iſtis eoim præclaris ac beatis exemplaribus oon poteris alio pacto dignus haberi, niſi lachrymas inſtar torreotis noctéſqoe diéſque profundas, cum eo qui dixit, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Non enim ignoras, quod qui ſeminant in lachrymis cum gaudio metent. Quapropter & cum fidutia propheta dicit, ad lachrymas meas ne ſileas, Et iterum, pooe lachrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in promiſſione tua. Et fueroot mihi lachrymæ meæ panis die ac oocte. Et in alio pſalmo. Et potum meũ inquit, cum fletu miſcebam. Reuera nanque ex ingenti adflictiooe, cordiſque turbatione & ferueoti æſtuatione, in veritatis cognitione profuſa lachryma, cibus eſt aoimæ, per cœleſtem panẽ ſubmioiſtratus, cuius præcipuè particeps erat Maria ad pedes domini ſedens & lachrymans, ſecũdum ipſius ſeruatoris teſtimonium, dicentis, Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. B O pretioſas lachrymas inſtar margaritarum è beatis illis oculis profluentes. O diuinum illum & morigerum auditum. O fortem ac ſapientem animum. O acrem & ſpiritualem amorem, feruẽter ad immaculatum ſponſum anhelantem. O ſtimulum deſiderij, animæ verbi dei cupidæ. O ſtudioſum & irremiſſum ſponſæ & ſponſi conſortiũ. Imitare Mariam hanc, ô fili, imitare, ad nihil aliud reſpiciens quàm ad eum qui dixit. Ignem veoi mittere in terram. Et quid volui, niſi vt iam eſſet accẽſus? Eſt enim inflammatio ſpiritus, corda excitans & calefacieos. Propterea, quòd ſpiritalis ac diuinus ignis animas quidem illuminat, & probat internè, ſicut aurum ſyncerum io camino probatur, malitiam vero conſumit, veluti calamum ac ſpioas. Deus enim noſter ignis conſumens eſt, vltionem in flamma ignis de illis ſumens, qui ſe ignorant, & euangelio ipſius non obtemperant. Hic eſt ignis ille, qui operatus eſt io apoſtolis, cum lo- D querentur linguis ignitis. Hic ignis per gloriam Chriſti, Paulum ſuo ſplendore vndique circumfuodens, mentem quidem illius illuminauit, viſus vero corpori ſenſum obſcurauit. Acies enim carnalis viſus, lucis illius vim non ſuſtioet. Hic ignis viſus eſt Moſi in rubo. Hic ignis Eliam in ſpecie currus abripuit. Ignis huius energiã quærens beatus Dauid, dixit. Proba me domine, & tenta me, vre reoes meos & cor meum. Hic ignis Cleopæ & eius qui cum ipſo erat corda calefecit, cum illis poſt reſurrectionem loqueretur dominus, vode & angeli, & adminiſtratorij ſpiritus, flamma ſunt. Hic ignis trabem illam qui intus eſt io oculo ooſtro comburens, mundam conſtituit mentis aciẽ, vt recepta natiua perſpicuitate, admiraoda dei opera cootinuè videat, iuxta eum qui dixit. Reuela oculos meos, & cootemplabor mirabilia ex lege tua. Hic itaque ignis dæmonas fugat, malitiam exurit, reſurrectionem potentia ſua & immortalitatem operatur, animas ſanctorum illuſtrat, & rationales virtutes ſuffulcit. Hunc igoem precemur vt & nos occupet, vt ſemper in luce aiobulantes, E ne modicè quidem offeodamus & impiogamus vnquam, ſed velut lumioaria in muodo conſpicui perpetuo ſermooem vitæ cootineamos, vt in bonis dei cum domino noſtro Ieſu Chriſto delitiantes, in vita requieſcamus in ſeculorum ſecula. Ameo.

BASILII MAGNI CAESARIENSIS ARCHIEPISCOPI ADVERSVS APOLOGETICON EVNOMII LIBER PRImus, *qui eſt de æqualitate patris & filij in diuinis interprete Georgio Trapezuntio.*

C SI omnes ſuper qnos dei ac ſaluatoris ooſtri Ieſu Chriſti nomen inuocatum eſt, nihil præter euangelij veritatem tentare & aggredi voluiſſent, ſed apoſtolorum traditione ac fidei ſimplicitate abiiſſent cooteoti, oulla profectò imprudentiarum eſſet nobis opus oratione, ſed quam ab adoleſcentia ſemper honori & obſeruãtiæ habuimus taciturnitatem, etiam nunc complexi fuiſſemus & exôſculati. Verum quoniam ioimicus veritatis qui additionibus ſemper mala multiplicat, cũ inſtrumenta ounc quoque iouenia, vniuerſam eius artem ſuſcipientia, ad ea qoæ ab initio in eccleſia dei ſeminauit zizaoia, per chriſtianiſmi ſimulationẽ deitatis voigeniti negationẽ adducit: quod in doctrina ſancti ſpiritus ſyncerum eſt atque ſimplex, extera & ioani hac ſapientia cooturbans, ac veriſimili ratione ſimpliciores ſeducens: neceſſa- F riò & nos taio propter veſtrũ qui imperaſtis amorem, quàm propter noſtram ipſorum tutelam (etſi nulla omnioo exercitatione in hoc geoere orationis valeamus) tamẽ hac io re imbecillitatis noſtræ obliti, ſecundum cognitionis menſurã quæ nobis à domioo prębita eſt, & veritati adeſſe & falſitatẽ refutare recepimos. Putauimus enim è tribus bonis vnum omnino conſecuturos: aut enim præoccupatis

cupatis bominibus, quaſi remedium morbi, reſu-
tationem hanc dabimus: aut ſanioribus, quo ſe cō
ſeruare poſſint afferemus: aut omnino ipſi quod
optimè fratribus conſuluimus, præmia conſeque-
mur. Primus igitur qui vnigenitum filium alterius
eſſe ſubſtantiæ quam ſit deus & pater, apertè dice
re auſus eſt (vt nos quidem accepimus) Syrus ille
fuit) Aëtius, de quo non dicam quibus ab initio e-
ducatus artibus, in eccleſiam dei adductus irrupe-
rit, ne videar omiſſa confutatione ad contumeliā-
dum accedere: qui vero ad impietatem succeſſit,
eam perfecit. Eunomius iſte Galata, qui è rebus ſi-
bipſi turpiſſimis factus illuſtrior: (gloria enim, in
A quit, in turpitudine ipſorum) cum futuris pietati
præmiis eum honorem prætuliſſet, qui ipſum con
ſequeretur, ſi quæ nullus vnquam attigit conſcri-
pſiſſet: blaſphemiam quam preſſis adhuc labiis ali
qui ſubloquebantur, ſplendidis his ſuis ſcriptis au
ſus eſt prædicare. Princeps enim atque defenſor
totius hæreſis appellari concupiuit. Quamobrem
& nobis in præſentiarum arguēdus videtur. Cum
vero eadem ſit in vtriſque improbitas, perſpicuū
eſt doctorem etiam qui ſemina impietati præbuit
vnà cum docto diſcipulo refutari: dummodo no-
bis diuinitus veſtris precibus tanta orationis vis
concedatur, vt ſecūdum zelatorem illum Phinees
qui per impietatem inter ſe cōiunguntur, eos am
bos pariter vno redargutionis ictu cōfigamus. Cū
ergo multis eū in oratione ſua detineri vitiis poſ-
ſem oſtendere, mendacio, ignorantia, contumelia
ſimulatione, blaſphemia, cætera quidem tranſeun
ter commemorabo: blaſphemiam autem quam in
celſitudinem maieſtatis vnigeniti locutus eſt, ſi ar
tis inuolucris denudauero, manifeſtam omnibus
faciam. Sed iam ad redarguendū accedā, ab ipſa in
B ſcriptione faciens initiū. Prima enim ipſi verſutiſ-
ſimè ſimulatio hæc ſcribendi excogitata eſt, vt in
reſponſionis ſpecie doctrinam ſuam componat,
ne ſpōte impia dogmata exponere, ſed coactus ad
huiuſmodi orationem perueniſſe videatur. Nam
omni pacto prauam hanc & ſine aliqua religione
prædicationem edere, ac in medium afferre, quā
olim concepit & peperit iniquitatē, cupiebat. Ve-
rum ſi palam doctoris ſtatum acciperet, nō ſolum
audientibus id arduum intolerabiléque futurum,
ſed multis etiam minus probatum, atque ſeipſum
ſuſpicioni obnoxium videbat, quaſi gloriæ cupidi
tate ad innouandum deuenerit. Quod ſi per fictio
nem reſpōſionis verba faceret, & innouationis ſe
ſuſpicionem euaſurum putabat & longè attentio-
res auditores futuros. Natura enim omnes homi-
nes ſolent laceſſitis patrociuari. Idcirco aduerſa-
rius calumniātes accuſat, & illis orationis ſuæ cau
ſam annectit. Quare vt omnibus artificiū eius fiat
perſpicuum, melius eſt ipſum exordiētem audire.
EVNOM. Cum calumniari (inquit) ac detrahere
immoderata lingua & animo ingrato, improborū
hominum atque odio dignorū opus ſciamus: eos
verò qui calumnia minus probi viſi ſunt, ſi totis vi
C ribus falſitatem redarguendo auertere conantur,
modeſtos eſſe viros, & tum ſibi bene conſuluiſſe,
tum aliorum tutelā multi feciſſe non ignoremus.
BASIL. Genus igitur orationis tale quoddam eſt
quale is adhiberet qui nihil ſimpliciter, nihil ſine
dolo faceret. Nam & innouandi quicquam ſuſpi-
cionem, reſpondendi adūbrat inuolucro, & quaſi
neceſſitate propter calumniātes ad hos ſermones
venerit, auditorum venatur beneuolentiam: quæ
fictio inde facile deprehenditur, quod cum huius
cauſſæ quam dicere ſimulat, accuſatorem nomina
re habeat neminem, accuſatoris perſona relicta,
ad reſpondendum aggreditur. Nec ex clementia
nominatim eos qui ſibi moleſti erant, dicere abſti
nuit, cum omnes qui aliter quàm ipſe ſentiūt, acer
bis maledictis laceſſat: verū apertè mentiri, & cer-
tas accuſatorū perſonas in medium adducere, de-
decus ſibi putauit. Nam ſi nuncupare aliquos poſ
ſet, dixiſſet profectò & exclamâſſet, vt & ſi iram
ſuam non penitus explêſſet, attamē vt pluribus ca
ueret, quibus ſummopere proſpicere pollicetur. D
Latens enim improbitas, quàm prædicata perni-
cioſior. Quare cum detractores cognoſcimus, fa-
cilius impudentes eorum linguas, & ingratos ani-
mos effugere ſolemus. Ipſis enim vtar verbis, qui-
bus ille doctiſſimus, ſed eſto, neſciamus, qua de
cauſa quando ſcribebat, reticuerit. Nunc interro-
getur, nunc reſpondeat, qui ſunt qui eū incuſarūt?
qui ſunt qui prius detrahendo neceſſitatem ſibi re
ſpondendi effecerūt? qua ex parte orbis terrarum
venerunt? qui fuerunt iudices apud quos certamē
hoc ſubiit? quod in iudicium hæc accuſatio delata
fuit? vbi terrarum aut marium cōgregatum? Seleu
ciæ ne dicet? an cum ſæpius vocati ab his, qui illuc
conuenerunt, vt ea quæ inferebantur repellerent,
cum obuiam exire non auderent, taciturnitate ſua
victi, atque damnati ſunt. Habeatur enim mihi pa
riter ad vniuerſum illum cœtum oratio, qui cōmu
ni impietate tanquam morboſum membrum à ſa
no eccleſiæ corpore deciſus eſt. Sed Conſtantino
poli? at illic nulla ipſis erat opus oratione. Nam cū
ex aula regia omnes & reliquos qui plurimū poſ-
ſe putarentur, ad ſe conſciuiſſent, lōgè ſuperiores E
impetu ſe in res omnes intulerūt, ipſi accuſatores,
ipſi iudices, ipſi miniſtri publici, ipſi denique cun
cta poterant, quantum concupierant alios eiicien
tes, alios in illorum locum ſubſtituentes, alios in
periculum vitæ deducentes, ipſi magna cum pote
ſtate inter ſe ciuitates ſortiebantur: tunc è Syria e-
tiam quidam expulſus, Conſtantinopolim quaſi
ad tyrannidem peruenit. Hic autem iſte inexpug-
nabilis & grauis orator, in peruerſæ religionis præ
mium Cyricū obtinuit. Theoſebio verò poſt ma-
ximarum blaſphemiarum redargutionem, Sardiē
ſis eccleſia deuorata eſt. Taceo Bithyniam, Paphla
goniam, Ciliciam, prætermitto cæteros, quos eſt
depaſta circumlata improbitas. Quam ergo reſpō
dendi neceſſitatem tunc habuit? ſed vt arbitror e-
tiam ſi voluerit mendacio vti, non poterit. Quare
nihil verius, quàm modum hunc dicendi ad deci-
piendum ab ipſo excogitatum fuiſſe. Sed hæc ha-
ctenus. Quæ verò poſt ea quæ ſuperius retuli ſta-
tim ſubiungat, diligentius cōſiderate. Fortè enim
non erit inutile, antequam impietatem eius redar F
guamus, pauca de tumore eius prædicere. EVNO.
Peto autem ante omnia, inquit, à vobis, qui aut his
temporibus eſtis audituri, aut lecturi poſtea, ne ve
litis maiori parti plus attribuere, ac multitudine
verum à falſo diſcernere: neque dignitati quorun
dam commoti, mentem obfuſcari, vel plus his qui
præoccuparunt deferendo, poſterioribus aures
obſerare. BASIL. Quid tu narras? non dabimus
plus antiquitati? non venerabimur Chriſtianorum

multitudinem, tàm eorum qui ſunt, quàm eorum qui fueruot ex quo Euangelium prædicatum eſt? Nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni ſpirituali gratia clatuerunt, quibus tu omnibus inimicam hanc impietatis viam & hoſtilē nuper excogitaſti? ſed claudētes ſimul oculos animi, exterminata cuiuſlibet ſancti viri memoria, otioſam atque omnino vacuam deceptionibus atque cauillationibus tuis mentem noſtrā ſupponemus? Magna profectò eſt tua potentia, ſi quę multiplici artificio diabolus aſſecutus non eſt, ea tibi ſolo im
A perio aderunt. Siquidem omnes tibi perſuaſi traditionem fidei, quæ præterito tempore omni, ſub ſanctiſſimis viris euicit, cogitationibus veſtris impiis poſtponemus. Huic verò non ſufficit eorū qui nunc audient, mentem eludere: ſed etiam poſtulat, vt quicunque multo pòſt ſua perlegant, eandē ſententiam habeant. O contumaciam hominis, qui vſque ad poſteros peruenturam putauit orationem, & immortalem in futurum tempus memoriam ſui permanſuram, Et is quidem nunc intumeſcit, qui paulo poſt ad auditores ſimulans, quaſi omnem tumorem negligens, ita eis dicit, quos vt fictos iudices collocauit. EVNO. Ad hæc, inquit, oobis moleſti non ſitis, ſi tumorem pariter, atque timorem neglexerimus, & præſenti ſecuritati ac gratiæ licenter de futuris loqui prętulimus. Cum enim omni adflictione terrena, ac temporali hac morte terribiliora impiorum ſupplicia iudicaremus, nulla re inuolutam, ſed nudā exponendam eſſe veritatem putauimus. BASI. Quæ tanta eſt ſuperbia, quam iſta non excedit orationis elatio? Cui detiſioni contumelia etiam i-
B neſt, in iudicantes: ſi quoniam bona grauiter ferant, vix ab offendendo eo reuocantur, qui tumorem vnà cum timore negligit, qui præſentem ſecuritatem contemnit, vt de futuris loquatur licentius: qui poſtrema illa ſupplicia tēporali hac morte terribiliora iudicauit. Id verò quid eſt, niſi, noli te infenſi mihi eſſe iudices, qui ad ſummum virtutis ipſius perueni, qui terrena contempſi, qui omnem viuendi poteſtatem in cœlos tranſpoſui? Nouus hic eſt arrogantiæ modus: nam quibus rebus diſſimulat ſe gloriam negligere, his ipſis ad ſummum ſe tollere conatur. Nam ſi quibus oſtendit venia eſſe digna quæ gerit (ea euāgelicæ vitæ ſunt capita) coniicere inde dat, qualemnam ipſum in omni virtute ducere debeamus. Verum hæc quibus tota ferè ipſius voluntas exprimitur, multis ſilentio traditis, hactenus dicta ſint, vt per ea quæ mentitus eſt, mendacij patrem in eo locutum co-
C gnoſcamus, & ex arrogantia qua condemnatus eſt prędiſcamus, cum apertè dicat Apoſtolus, inflatos omnes in diabolicum crimen incidere. Nunc reliquum eſt, vt ad redarguendam impietatem accedamus. Principio fidem conſcribit, & ſimplicibus ac indeterminatis verbis compoſitam, qua multi patrum non ad propoſitas quæſtiones contendētes, ſed ſimpliciter ſecū in ſynceritate cordis colloquentes vſi ſunt, quam vt ferunt, & Arrius Alexandro, cauillationibus eum captans, propoſuit, quam & hic quaſi ſuæ ſententiæ conſentaneam duabus de cauſſis adhibuit. Primum, vt innouandi dogmatis ſuſpicionem effugiat, cum ipſorū patrum fidem tanquam rectam ſuſcipiat: deinde vt omnes integritate verborum freti, nihil ſibi proſpicientes, in cauillationum laqueos incidant. Simul autem etiam illud conſpexit, quod & ſententiam ſuam probabilius inducere poſſet, cum dicta patrum interpretaretur, & facilè impietatem ſe eſſe occultaturum. Quòd ſi ſuſpectus foret, ſine vlla culpa eſſe videatur, quod non è ſuo, neque à ſe dicit, ſed alienæ mentis ſit interpres. Qua in re dignum quid riſu commiſit, & non ſenſit. Nam cum eandem patrum fidem ſummis laudibus extuliſſet poſt pauca illam ipſam turpiſſimis probris afficit. Quod vt apertius pateat, diſtinctius orationis eius particulas examinabo: ſed primum quam proponit fidem ipſis vocibus ſuis his ſcriptis videamus. EVNOM. Eam verò quæ iamdiu apud patres obtinuit, inquit, pia traditio, tanquam amuſſim quan- D
dam aut regulā exponendo præmittamus, vt quæcunque dicentur, tutius per eam poſſimus iudicare. BASIL. Deinde adducit patrum fidem his verbis. EVNOM. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, ex quo ſunt omnia, & in vnum vnigenitum dei filium, * deum verum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem ſunt omnia: & in vnum ſpiritum ſanctum paracletum. BASIL. Quibus ſtatim annectit. EVNOM. Sed ſimplicior quidem fides, & omnium communis, qui aut eſſe aut videri Chriſtiani cupiunt vt breuiter & ſummatim dicamus, hæc eſt. BASIL. Horum verborum turpem repugnantiam paulò pòſt oſtendemus, ſi prius illud in mentem reduxerimus, hunc illum eſſe qui incipiens magna cum arrogātia, nudam omni deiecto velamine veritatem ſe nobis expoſiturum pollicebatur. In hac ergo fide, vbi ſcriptum eſt: * Credimus eſſe innaſcibilitatē Dei
omnium eſſentiam, aut credimus eſſentia diſſimilem eſſe vnigenitum patri. E Nam hæc ſcripſiſſet profectò ſi quemadmodum pollicitus eſt, nullo fraudis velamine ſuam opinionem obumbraret. Verum vt arbitror cum inſidioſa vbique vtatur oratione, idcirco ſua paruumper reticet, ne ſermo in liberas aures incidens, incredibilis & reiiciendus videatur. Patrum autem fidem proponit, cuius verba cum indifferentia ſint, neque confirmationi ſermonis ſui repugnantiam poterant afferre, & ex illis facilè ſequi ſua putabat, ſi inde ad ea quæ volebat orationem traduceret. Quod autem hæc vera ſint liquido ex ipſis patet. Nam fide patrum breuius ſcripta, & alia quadam allata cauſſa, ac præcipuè quod non eſſet ea fides omnino ſufficiēs à criminantibus ipſum liberare: illico exponere ipſam aggreditur. Cur ergo ipſam propoſuiſti? cur nō ſtatim ad eam orationem deſcendiſti, quæ eum cer- F
tior erat tum à criminibus te abſoluere poterat? Nunc verò proponit quidem eam, vt per eam tutius iudicet, & rurſus emendat, quaſi nihil in ea ſit integrum. Quare palam omnibus eſt, quod opinioni ſuæ tanquam hamo ad mortem trahenti, dolum eſcæ, integritatem fidei coaptat, vt imperitiores ad id quod apparet vndique accurrentes, minus cauti peruerſitate impietatis infigantur, ac ne videatur abſque cauſſa emendationem eius fidei afferre, quam ipſemet ſummis laudibus extulit, vide te quonam modo verborum ſuorum oblitus ipſi detrahat. EVNOM. Sed ſimplicior quidem fides, & omnium communis qui aut eſſe aut videri Chriſtiani cupiant, vt breuiter ac ſummatim dicamus hæc eſt. BASIL. Quid ais? pia illa patrum traditio,

θεὸν λόγον id eſt Deū verbum.

πιστεύομεν τὴν ἀγεννησίαν εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ τῶν ὅλων.

traditio, & amuſſis (vt ipſe appellabas) & regula, & id quo tutius iudicatur, inſtrumentum rurſus fraudis ac ſimulati artificij cæteráque huiuſmodi nuncupabitur. Si enim iis qui verè Chriſtiani ſunt non accommodatur, ſed iis qui videri quam eſſe malunt, quidnam aliud quam quod dictum eſt, de ipſa putare conuenit? Quis igitur, niſi demens omnino ſit, iis qui peruerſo animo ſunt, rectam accommodari regulam diceret, & amuſſim veritatis, hoſtibus veritatis? Nam qui appellari Chriſtiani
A quam eſſe verè maluerunt, cuo vt multos ſeducant, hanc ſimulationem ſubeant, longè profectò ab omni quod rectum eſt, atque ab omni veritate abſunt. Quare vti obliquum nunquam dirigetut, vt apud Eccleſiaſtem legitur, ſic ea quibus veritas indicatur, iis qui mendoſam vitam elegerunt nunquam conuenient, quanuis huic videatur, qui ea, vt dixi, de re ſic apertè ſibiipſi repugnat, vt quo fidem laudat, eo conuenire cum piis patribus videatur: quo autem rurſus ipſam carpit, eo aditum ſibi ad oppoſitionem eius ſubaperiat. Quapropter eádem & regulam appellat, & certioris iodigere additionis confirmat, quod ſummæ ignorantiæ ſignum dicerem, ſi cui gratum fore putarem, etiam hoc ſuboſtendere. Regula enim & amuſſis, ô doctiſſime tu, io quantum nihil eis deeſt, vt ſint huiuſmodi, nullam acceſſionem ſuſcipiunt. Nam cui aliquid deeſt, illi additio congruit: quæ verò imperfecta ſunt, nunquam rectè amuſſis ac regulæ appellabuntur nominibus. Sed de his ſatis. Nam quæ de Deo ſibi excogitatæ ſunt rationes, cooſiderandæ iam ſunt. EVNOM. Vnum ergo, inquit, eſ-
B ſe Deum & naturali quodam ſenſu, & penes patrum doctrinam, nec à ſe, nec ab alio factum profitemur. Nam vtruoque horum æquè fieri nō poteſt. Neceſſe eſt enim reuera quod facit, ante id eſſe, quod fit: & ipſum quod fit, ſecundum eſſe ab eo quod facit: nihil enim ſeipſo prius, aut poſterius eſſe poteſt. Neque quicquam aliud ante deum: ſurriperet enim potius illud, quàm, quod ab illo ſecundum eſt, deitatis maieſtatem. BASIL. Cuius gratia vniuerſam hanc eius appoſui dictionem vt perſpicua fiat iſtius viri vanitas in dicendo, qua vbique per totam orationem vtitur. Cum enim dixiſſet, naturali quodam ſenſu, & communi omnium conceptione natum deum non eſſe, demonſtrationibus tamen id nititur ſtabilire, ſimile iis faciens, ſi qui claro in meridie acuti viſus homines ratione quadam docere velint, ſolem ſiderum omnium eſſe luciditiſſimum. Quòd ſi qui ſenſu cognitum ratione oſtendit, deridetur: qui communi conceptiooe intellecta docet, is quomodo eiuſdē amentiæ non condemnabitur? Nam longè profectò hæc quàm quæ viſu videntur, ſanæ mentis hominibus ſunt certiora. Verum ſi quis in hanc veri
C tatem imprudenter inueheretur, & quod ingenitum eſt, vel à ſe, vel ab alio factum eſſe contenderet, tanta ſermonis vanitas veniam forſan conſequeretur: cum verò nullus ad hunc diem, nec eorum qui de foris, nec eorum qui ex ipſa eccleſia contra veritatem inſurrexerunt, in eam deuenit ſtoliditatem, vt de innaſcibilitate eius qui iogenitus eſt, dubitaret, quid ex hac oratione ſequatur non video. Num Ariſtotelis aut Chryſippi ſyllogiſmis opus eſt, vt eum perdiſcamus qui eſt ingenitus, neque à ſeipſo, neque ab alio natum, nec priorem eſſe, nec poſteriorem ſeipſo? Quorſum igitur hæc illi tendunt? Primum mihi videtur honori ſibi apud auditores putaſſe, ſi denſis atque minutis excogitationibus ſuis redundaret, ſi acutus in proſpiciendis incongruis, & acutior in diſſoluendo quod ſuſpexit videretur, & harum rerum gratia volubili orationis curſu inſuperbire, & demonſtrationem ſubtiliter deducere, quod nec à ſe ipſo, nec ab alio qui ingenitus eſt, ſit factus. Deinde nec io hoc etiam loco artis ſuæ o- D
blitus eſt, ſed cum in maoifeſtis moram faciat, quaſi elementa quædam ad ea quæ ſequuntur occultius ingerit. Nam illud otioſum ipſi non eſt quod dicit. Neceſſe eſt enim reuera quod facit, ante id eſſe quod fit. Sed vt in ſermonibus qui de filio ipſi ſunt conceſſum iam habeat, poſteriorem eſſe filium patre: quoniam quod fecit, eo quod fit antiquius eſt. Ex quo tanquam conſequens id ſumet, quod filius ex nihilo factus ſit. Verum hanc confutationem ipſius impietatis contra filium ad locos ſuos differamus. Ego autem etiam ingeniti ſiue innaſcibilis appellationem quanuis ſummopere cogitationibus noſtris coogruat: tamen quoniam nullo loco in ſcriptura ipſam inuenio, & quoniam primum eſt elementum blaſphemiæ iſtorum, ſilentio tradendam meritò duxerim. Præſertim cum patris vox & id poſſit quod ingeniti, & ad id etiam propter relationem coniunctam ſibi filij * cogitationem adducat. Qui enim verè pater & ſolus pater eſt, à nullo eſt: qui autem à nullo eſt, ingenitus eſt. Non ergo magis ingenitus quàm pater nobis appellandus eſt, ne videamur prudentiores eſſe velle ſaluatoris doctrina, qui ait: Ite, & baptizare in nomine patris: patris dixit, & non in- E
geniti. Sed de his hactenus. Quæ verò his annexa ſunt, perſpiciamus. Vbi ergo paulùlum proceſſit, quaſi repetens quæ dixerat, ſic ſcribit. EVNOM. Si igitur nec ipſe ante ſeipſum, nec quicquam aliud aote ipſum proceſſiſſe demonſtratum eſt, ipſe autem omnia præcedit, innaſcibilitas eum conſequitur. Immo verò ſubſtantia ipſe eſt ingenita. BASIL. In his verbis facilè attendenti cuilibet eſt malignitatem eius quam deprehendimus conſpicere: non autem ita facile in lucem eam edere: tentandum tamen, cum in illo ſpem habeamus qui dat verbum euangelizaotibus virtute multa. Dixit prius, quod ſi nec ipſe à ſe eſt, neque aliud quicquam eum præceſſit, innaſcibilitas eum conſequitur: deinde quoniam conſpexit ex iis quæ poſita ſunt noo id quod voluit, ſed eius oppoſitum ſequi. Nam ſi conſequens eſt in Deo innaſcibilitas, deforis omnino eum aſſequitur. Quod autem deforis eſt, ſubſtaotia eius non eſt, ex quo defluit & corruit vniuerſa hæc fraudulenta conſtructio. Ne igitur hoc ſibi accidat, videte quid faciat. Parum curauit ne deriſui eſſet quem erat ſubditurus, ſi ſibi- F
ipſi oon conſentiret, itaque correctione ad ea quę voluit oratiooem reduxit, dicendo: Immo verò ſubſtantia ipſe eſt ingenita: hoc autem iis quæ præceſſerunt nullo pacto conſentit. Quomodo enim & vt conſequeos Deus habet innaſcibilitatem: & rurſus, non vt quid conſequens, ſed in ſubſtantiæ ratione cootentum. Veruntamen non omnino dimittit cauillationem ſibi corruere.

* ἔννοιαν intelligentiã.

Si enim cum dixiſſet, tanquam conſequens inge-
nitum Deo ineſſe, ſtatim hic orationem abſoluiſ-
ſet: nihil ſibi reliquum eſſet, quo vel innaſcibili-
tatem ipſam ſubſtantiam Dei dicere poſſet, vel al-
terius eſſe ſubſtantiæ vnigenitum filium demon-
ſtraret. Nihil enim eorum quæ patrem ac filium
foris conſequuntur, ipſam ſubſtantiam poſſint
diſſeparare. Nunc autem quoniam intulit, immo
verò ipſe eſt ſubſtantia ingenita, oſtendit quod ip
ſum quod Deus eſt, innaſcibilitas eſt. Quod quan
tas ipſi anſas ad impietatem præparauerit, paulò
poſt clarius oſtendam. Quare quod primum di-
A xit, è rerum ipſarum veritate prout ex poſitis con
ſequebatur, emerſit: quod autem poſtremum
appoſuit, ex hæretica opinione adiectum eſt,
cum turpiſſimè omnium hic orator ad correctio-
nem orationis tranſiluerit. Nam quo pacto idi-
pſum, & conſequens eſt deo, & rurſus idem
quod ipſe, cum omnibus perſpicuum ſit conſe-
quens aliud eſſe, quam ſit is quem illud conſe-
quitur: Hic verò excogitata iam via ex eo quod
vi rapuit, ad affirmandum procedit, quod innaſ-
cibilitas dei ſubſtantia ſit: vt hoc demonſtrato
conſentaneum habeat, alterius eſſe ſubſtantiæ v-
nigenitum, quàm pater ſit. Sed quæ ipſe dicit,
audiatis. EVNOM. Ingenitum autem dicentes
non ſolum nomine iuxta humanam opinionem
decorandum deum putamus: verumetiam ei red
dendum arbitramur quod maximè ei debemus, vt
idipſum ſcilicet quod eſt confiteamur. Nam quæ
κατ' ἐπίνοιαν. • iuxta opinionem dicuntur, cum in nominum
prolatione ſolum ſint, cum vocibus ſimul diſſol-
uuntur. BASIL. Deſtruit iuxta opinionem in
deo innaſcibilitatem perſpici. Putat enim faci-
lem hinc ſibi aditum fore, vt oſtendat innaſcibili-
B tatem ſubſtantiam eſſe, ex quo nullo repugnante,
alterius eſſe ſubſtantiæ vnigenitum filium quàm
pater ſit, concludet. Idcirco in verbo opinionis in
hæret quaſi nihil omnino ſignificet, ſed in ſola
prolatione vocis ſubſtantiam habeat, & ſimul nõ
eſſe dignum contendit opinionibus deum lauda
re. Ego vero opinione ne tantum innaſcibilitas
concipiatur an non nondum aſſero, antequam
ipſa rationis indagatione ad hoc deducamur. Sed
quidnam ſit ἐπίνοια iſta ipſum libenter interro-
garem: num nihil omnino hoc nomen ſignifi-
cat, ſed ſonus quidem eſt, qui in vanum ex ore ex-
cidit? At quod huiuſcemodi eſt, non magis men-
tis conceptio, quàm amentia atque nugatio appel
labitur. Quod ſi concedit, nonnihil ſignificare
ἐπίνοιαν hanc, ſed falſum quiddam penitus & non
conſiſtens, vt in fabulis centauri atque chimeræ,
quo pacto id quod falſò ſignificatur, vnà cum ſo-
no oris diſſoluitur? cũ & ſi vox in aeré profunda-
tur, in mente tamen quæ excogitata fuerunt per-
maneant? Neque enim aliquando falſis omnino
C aut vanis cogitationibus, vel in ſono, vel in aliis
motionibus animi mens expleta, ſi quæ memoria
retineat, poſtea voce emiſerit, vnà cum edita voce
& iam ea quæ concepta fuerant, diſſoluuntur. Nã
ſi falſitatis natura ſimul cum verbis corrumpere-
tur, operæ pretium eſſet falſa prædicare. Non eſt
hæc iſtius rei natura, non eſt. Reliquum igitur eſt
oſtendere, quomodo & quibus in rebus commu-
nis conſuetudo τῇ ἐπινοίᾳ dictione vtatur, &
quo pacto diuini ſermones vſum ipſius ſuſcepe-
rint. Conſideremus ergo, quod in communi
quidem vſu quæcunque repentina comprehen-
ſione ſimplicia videntur ac vnica, varia vero ac
multiplicia, ſi ſubtilius exquiruntur, hæc cum mẽ-
te diuidantur τῇ ἐπινοίᾳ id eſt opinione, ſola diuiſa
dicuntur: vt corpus prima comprehenſione ſim-
plex putamus, at cum ipſum cribrauerit ratio, &
in colorem, figuram, duritiem, magnitudinem,
cæteráque huiuſmodi ex quibus compoſitum eſt,
diſſoluerit, varium oſtendit & multiplex. Rurſum
quæcunque non ſubſiſtunt quidem, ſed pictura
quadam mentis & phantaſtica virtute configura- D
ta ſunt, vt quæ poëtæ ac pictores ad ſtuporem eo-
rum qui ea ſenſu percipiunt, prodigioſè depin-
gunt, hæc quoque κατ' ἐπίνοιαν, id eſt iuxta opi-
nionem & imaginationem ſpeculata communi-
ter dicuntur. His non diſtinctis, vel ex igno-
rantia, vel ex malitiã, de ſola opinione eorum
quæ non ſubſiſtunt, nobis Eunomius philoſopha-
tus eſt, neque de hac qualitercunque ſe habeat na
tura, narrauit. Non enim ſignare quicquam quan
uis falſum, ſed penitus nihil ſignificans nomen e-
ius, atque in ſola pronuntiatione ſubſiſtere puta-
uit. Atqui tantum abeſt, ne de vanis ſolum & phan
taſticis rebus nomen hoc prædicetur, vt poſt pri-
mam in nobis à ſenſu factam impreſſionem, ſub-
tiliorem comprehenſæ rei ac certiorem cogita-
tionem, ἐπίνοιαν plerunque nominemus. Vnde &
conſuetudo excogitationem, licet impropriè, il-
lam vocat. Vt tritici ſimplex intellectus omnibus
ineſt, quod id cum occurrerit ſtatim cognoſci-
mus: cum vero diligentius inquirimus, tunc mul-
tarum rerum ſpeculatio accedit, & diuerſa nomi-
na res ipſas ſignificantia. Idem enim triticum, E
nunc fructum, nunc ſemen, nunc cibum appella-
mus. Et fructum quidem, quaſi præteriti agrico-
larum operis finem: ſemen vero, ceu futuri initi-
um: rurſus cibum, vt reſtaurationem corpori co-
medentis congruam. Quorum vnumquodque &
κατ' ἐπίνοιαν inſpicitur, & oris ſono nequaquam e-
uaneſcit, ſed conſiderantis animo excogitatum in
hæret. Et vt in vniuerſum dicam, omnia quæ ſenſu
cognoſcuntur, cum ſubiecto ſimplicia videntur:
multiplicem vero rationem ſpeculata ſuſcipiunt,
ἐπινοίᾳ percipi dicuntur. Huiuſmodi ferè vſum in
hoc nomine, diuina quoque nos ratio docet: ve-
rum reliqua propter multitudinem prætéribo, v-
nius vero ſolum non importunam faciam mẽtio-
nem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum de ſei-
pſo verba faceret, & deitatis in homines affectum
ac incarnationis gratiam ſubaperiret quibuſdam
proprietatibus, quas in ipſo ſpeculari poſſimus eã,
ſignificauit. Portam enim ſeipſum, viam, panẽ, vi-
tem, paſtorem, lucem nominauit, non quod mul- πολυώνυμος.
tiuocus quidam ſit: nec enim cuncta hæc nomina
ad idem inter ſe conferuntur. Siquidem aliud lux
aliud vitis, aliud via, aliud paſtor ſignificat: ſed
cum vnus ſubiecto ſit, vna ſubſtantia ſimplex & F
non compoſita, aliter atque aliter ſeipſum nomi-
nat, τῇ ἐπινοίᾳ diuerſas inter ſe appellationes ſibi ac
commodans. Actionum nanque diuerſitate, bene
ficiis, & habitudine, diuerſa quoque ſibi nomina
impoſuit. Nam ſi cum ſe mundi lucem dicit, par-
tim inacceſſibilem diuinæ gloriæ maieſtatem hoc
nomine ſignificat, partim quòd ſplẽdore agnitio-
nis eos, qui animi oculos purgauerunt, illuminat.

Vitem vero, quòd omnes qui in eo per fidem radices egerunt, felici bonorum operationum fructu enutriat. Panem autem, quod rationali animæ ſit cibus idoneus, retineatque cõſtitutionem ipſius, ſemper à ſeipſo quod defluxum eſt reſtituens, neque ad irrationalem dimittens infirmitatem ſubduci. Ita ſi quis ſingula nominum pertractabit, multiplices atque varias rationes inueniet, quamuis vnum ſecundum ſubſtãtiam is omnibus ſubiiciatur. Quiſnam ergo ſic paratam ad blaſphemandum habet linguam, vt dicere audeat ſimul cum vocibus his, etiam τὴν ἐπίνοιαν diſ-
A ſolui? Cur itaque eſſet abſurdum, in deo quoque omnium quædam κατ' ἐπίνοιαν hoc pacto accipere, & cum primis hoc ipſum de quo vniuerſa nobis inſtituta eſt diſputatio? Nuſquam enim illud, ingenitum alio modo dictum inueniemus. Incorruptibilem nanque ac ingenitum deum dicimus diuerſo mentis obiectu bis nominibus appellantes. Nam cum in tranſacta iam ſecula reſpicimus, ac omne ſuperare initium vitam dei inuenimus, tunc ingenitum ipſum affirmamus. Cum vero per ſecula futura mentem extendimus, tunc infinitam eius in nullum terminum exeuntem, incorruptibilem appellamus. Quemadmodum igitur quoniam abſque termino eſt, vita ipſius incorruptibilis eſt: ſic quia ſine initio eſt, ingenita nominata eſt. Sed hæc vtraque mente ſeculari ſolemus. Quænam igitur ratio repugnabit vtrũque horum nominum & ἐπινοιῶν, & eius rei eſſe confeſsionem, quæ verè deo ineſt? Ille vero veluti ſi hæc repugnarent, ac ſimul eſſe nõ poſſent, alterum ab altero penitus diſſeparat, κατ' ἐπίνοιαν
B ſcilicet quidquam dici de deo, & adimplere † ipſi eius quod eſt, confeſsionem. Verum id quoque non prætermittendum, quam mirabilis iſti religionis ſimulatio in auditorum euerſionem excogitata ſit, cum dicit. EVN. Nolle † cogitationem humanam decorare deum, cum ingenitum appellat: reddere autem ipſi quod maximè ei debemus, cum idipſum quod eſt confiteatur.

BAS. Quibuſnam verbis tantam volubilitatem artis dignè quiſpiam conſequetur? ſimpliciores omnes terrere nititur, quaſi non reddentes deo quod debent, niſi innaſcibilitatem ſubſtantiam eſſe confiteantur, & debiti redditionem propriam impietatem appellat, vt nihil à ſe dicere videatur, ſed quod ex neceſsitate deo debeatur explere. Itaque omnibus oſtendit, quod ſi innaſcibilitatem in ſubſtantia ipſa poſuerint, ſine culpa dimittentur: ſi aliter, ſecundum religionis rationem opinarentur, tanquam negligentes id debitum quod omnium antiquiſsimum eſt ma-
C ximæque neceſſarium, ſine deprecatione diuinã in ſe iram excitaturos. Quas ob res ego libenter ab ipſo peterem, ſitne in omnibus quæ de deo dicuntur pariter gratus, an in hoc verbo ſolum? Nam ſi nihil penitus mente inſpicit, ne humanis deum appellationibus decorare videatur, cuncta ſimiliter ſubſtantiam confitebitur, quę de deo dicuntur. Quonam igitur pacto non deridendus, ſi creandi virtutem ſubſtantiam eſſe dicat? ſi prouidentiam rurſus ſubſtantiam, eodem modo præſcientiam & omnem itidem operationẽ ſubſtantiam putet? quæ cuncta ſi ad vnum tendunt ſignificatum, neceſſe eſt, vt inter ſe idem valeant, ſicut ſit in multiuocis: ſicuti cum Simonem Petrũ Cepham eundem dicimus. Quare ſi quis audit inalterabilem eſſe deum, ad innaſcibilitatem ſubducetur: & qui audit impertibilem, ad creandi virtutem deferetur: qua cõfuſione quid vnquam abſurdius fiet, quàm ſi cum propriam cuiuſcunque nominis poteſtatem abſtuleris, contra communem conſuetudinem & doctrinam ſpiritus leges ponas? Nonne cum de deo audiamus, quod in ſapientia omnia fecit, creatiuam tũc eius artem docemur? Cum autem quod aperit manum eius, & implet omne animal benedictione: bonæ volun-
tatis prouidentiam ſuã, quæ per omnia tranſit? Cũ D
verò, quod poſuit tenebras latibulum ſuum, inuiſibilis naturæ eius admonemur? Cũ rurſus è perſona ipſius dei dicitur: Ego ſum, & alteratus non ſum, idẽtitatem æternam, incommutabilitatémque diuinæ ſubſtantiæ diſcimus? Quomodo igitur non furere te perſpicimus, ſi propriam cuiq; nominum poteſtatem ineſſe non putes: ſed cõtra veritatem, idẽ omnia poſſe nomina determines? Deinde etiam ſi hoc dabimus, neque ſic magni aliquid ad intentionem eorum accedet. Si enim hæc omnia cum de deo ac patre dicuntur, ſubſtantiam ſignificant, incommutabile dico & inuiſibile & incorruptibile, palàm eſt quod ſimiliter etiã de vnigenito dei filio dicta, ſubſtantiam ſignificabunt: inuiſibilem enim, incommutabilem, incorruptibilem, ac impertibilem, cæteraque huiuſcemodi filium dei nominamus. Ita ſubtilis eorũ argutia in oppoſitũ ipſis reuoluetur. Non enim magis propter vnius appellationis diuerſitatẽ, diſsimilem in ſubſtantia filiũ poterunt demonſtrare,
quàm propter pluriũ conueniẽtiam ſimilem ne- E
ceſſariò, ex iis quæ dederunt, confiteri cogentur. Quod ſi dixerit, in ſola ingeniti voce tali vti reuerentia, in cæteris vero id non obſeruare: rurſus ipſum interrogabimus, quænã hęc eſt † diſſeparatio, † ἀποκλήρωσις
vt cũ tam multa ſint quæ de deo dicuntur, in hoc vno tantam curam oſtendat, atq; in hoc vno ipſi adimpleat eius quod eſt confeſsionem: in cæteris vero, quæ plurima ſunt, humanis eũ cogitationibus decorare non renuat? Nam qui multa debet, non magis gratus, ſi vnũ aliquid reddet, iudicabitur, quàm excedens ingratitudine ſi plura nõ reddet. Sic igitur ſuis artibus capitur, quemadmodũ verſuta beſtia, ea ratione magis refutatus, qua ſe magis tutum arbitratus eſt. Sed quæ deinceps ſequuntur attendite. Demonſtratione adducta, vt putat, quod impoſsibile ſit cogitatione innaſcibilitatem cõcipere, infert. EVN. Nec vero ſecundum priuationẽ: priuatio enim omnis eius quod natura ineſt, priuatio eſt, & poſterior habitu.

BAS. Quod autem iſta è mundi huius ſapiẽtia F
loquatur qua diductus hanc ſermonis nouitatem ingreſſus eſt, non eſt arduum demonſtrare. Ariſtotelis enim ſunt: vt qui legerunt vtiq; dixerent, hæ de habitu ac priuatione rationes ſunt, quibus in libro qui de categoriis inſcribitur, poſteriores habitibus priuationes aſſirmat. Quare vobis oſtendere ſufficiebat, non ex doctrina ſpiritus, ſed ex ſapientis principum huius ſeculi hæc eum dicere, ac illud Pſalmiſtæ ad ipſum exclamare: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua, vt cum diſceremus, non è doctrina domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe quæ dicuntur, vocem

ipſius domini recordemur qua dicitur: Quoniam cum loquitur meodacium,è ſeipſo loquitur. Atque boc pacto verborum multitudinem nobis abſcindetemus, cumhinc vniuerſis palàm faceremus,nihil ipſis oobiſcum eſſe commune. Etenim quænā conuentio Chriſto ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli? Verū ne videamur inopia redargutionis ad taciturnitaté confugere, age de iis etiam pauca diſſetamus. Multa eorum quæ de deo dicuntur: ô Eunomi ſimili proferri figura videmus,vt puta incorruptibilis,immortalis, inuiſibilis,cuiuſmodi eſſe & illud ingenitum ducimus:quæ ſi quis priuatiua nominat, nibil ad oos. Nec enim ſcimus verborum artificium, nec eos A qui ſciunt beatos ducimus:id tameo ſcimus,qualeſcūque reliquas voces quas enumerauimus putes,tale dicendum ingeniti quoque eſſe vocabulum. Quare quemadmodum incorruptibile non ioeſſe deo corruptionem ſignificat, & inuiſibile omoem oculorum comprehenſionem eum excedere,& incorporeum non ineſſe ei trioæ dimenſiooi obnoxiam eſſentiā,& immortale nunquam diſſolutionem ipſi futuram,ſic & ingenitum generationem ipſi non ineſſe ſignificat. Si igitur reliquorum nullum priuationem oſtendit, neque hoc:ſi vero illa concedis priuatione proferri, in appellatione vero ingeoiti boc non admittis,agè dic quo babitu præcedente priuationem incorruptibilitas monſtrat? aut cur non eodem modo ingenitum etiam capiamus? Verū circa boc ſolum modo verbum maligna vtitur arte:quoniam binc impietaris rationes ipſi dependent. Vr autem liquidò eius pateat artificium,ita facite,quas in ap-B pellatione ingeoiti rationes verſat:quod nec humana cogitatione,nec priuatiue par eſt vt de deo dicatur,eas ipſas traducentes in aliud quiddā eorum,quę de deo dicuotur,conſiderate. Omnibus enim ad vnguem accommodantur. Et ſi vultis,de incorruptibili eadē dicamus, ipſam ipſius dictionem buc transferentes. Incorruptibilem vero dicentes,non excogitatione humana decorare deū oportere putamus, verumetiam reddendum ei arbitramur quod maximè ipſi debemus. Id autem eſt,ipſum quod eſt,cōfiteri, nec per priuatio nem: ptiuatio enim eius quod natura ineſt priuatio eſt,& poſterior babitu. Cur magis de ingenito decet hæc philoſophari quā de incorruptibili, & omnino de qualibet voce, quæ eodem modo proferatur? Sed nihil aliorum ei ad impietatem opitulatur. Idcirco de reliquis nulla ipſi eſt mentio,quaouis infinita ſint,quæ patiter de deo dicūtur, quæ res ita ſe habet, vnum quidem nomen C inueniri non poteſt,quod totam naturam dei complexum ſufficiat ſatis edere:plura vero & varia in ſua qualibet ſignificatione, & ſi tenuem omnino atque puſillam, ad totius nobis tamen ſufficientem ſignificationem coogerunt. Eorum igitur quæ de deo dicuntur nomina, bæc quidem quæ inſunt,illa veto quæ oon inſuot deo ſignificant:nam ex his duobus,negatione videlicet eorum quæ abſunt,& eotum quæ ioſunt,confeſſione quaſi quidam character dei nobis imprimitur: vtputa cum incorruptibilē nuncupamus, nobiſipſis vel audientibus dicere videmur, corruptioni deum ſubiacere non poſſe: & cū iouiſibilem, qood non ſuſpiceris,oculorum ipſum ſenſu comprehendi: quando vero immortalem,quod non putes mortem voquam poſſe deo accidere. Simili ergo modo cum etiam ingenitum,quòd à nulla cauſſa,à nullaque origine eſſe dei dependere arbitreris. Sic ex quolibet ipſorū docemur,oe in turpes ſem eotias incidamus,cum de deo aliquid cogitamus. Itaque vt præcipuam proprietaté dei cognoſcamus,alter alterū cum de deo habetur oratio,detinemus,ne cogitatiooe ad ea quæ oō oportet defetamur, neque putemus corruptibile aliquid,aut viſibile,aut ex geoitis deū exiſtere. Itaq; omnibus his nomioibus † ablatiuis veluti quædam negatio ineſt eius, quod à deo alienum eſt, etuditur eoim ſic mens noſtra, alienáſque facile reſpuit opiniooes. Rurſus bonū, iuſtum, creato-D rē,iudicem,aliaq; huiuſcemodi deū eſſe dicimus: verum vt ablationem quādam rerū alienarum & abnegationem illæ voces ſignificabant:eodē iſta pacto aliquid ponunt eorū quæ deo conueniunt, & circa eum inſpiciūtur. Ex vtroque igitor appellationis modo docemur, aut de his, quæ adſuot quod adſint,aut de iis quę abſunt,quod abſiot:innaſcibilitas autem id ſignificat, quod non ineſt. Oſtendit eoim deo generationem noo eſſe,qood ſiue ablatiuum,ſiue priuatiuum, ſiue negatiuum, ſiue quid huiuſmodi quiſpiam velit appellare,nihil differre putabimus. Quòd ergo non eorū quæ deo inſuot innaſcibilitas quicquam ſignificat, his dictis palàm (vt arbitror) patet. At ſubſtantia nō eſt eorū quæ nō inſunt, ſed idipſum eſſe dei quod io eorum quæ noo reperiuntur numero coaceruare, ſummæ amentiæ eſt. Si enim ſubſtātia in nu mero eorum quæ non ſunt, continetur, quooam modo alia quæ de deo dicuntur, deo ioeruot? Demonſtratum eſt autem his,quæ abſuor,ionaſcibilitatem connumerari, meotitur ergo qui ipſius ſubſtantiæ hanc vocem eſſe ſignificatiuam putat. At vero Eunomius,tanquam incoogruom ſit priuatiuè quicquam de deo dici, idque grauiter ferens,ad aliud magis impiè dictū refugit,& in ipſa ſubſtantia innaſcibilitatem impoſuit, ac orationem tanquam ad caput colligens ſic conſcribit. E

ΕVΝΟΜ. Ego ſi ingenitum eſſe,io deo eſt,neque ſecundum cogitatiooem bumanam, neque ſecundum priuationem, oeque ex parte (impattibilis enim) neq; in ipſo vt aliud (ſimplex eoim) neque prætet ipſum aliud (vnus enim & ſolus ingenitus) oeceſſe eſt ipſam innaſcibilitatem ingetiti eſſe ſubſtantiam. BAS. Perduxit tandem orationem quò voluit:& cum vndique innaſcibilitatem extruſerit, io ipſam,vt arbitratus eſt, ſubſtantiam compulit, dicens de deo quod ipſe ſit ingenita ſubſtātia. Ego autem ſubſtantiam dei in- F genitam eſſe ipſe quoque confiteor: non tamen innaſcibilitatem eſſe ſubſtantiam. Deinde illud etiam attendete oportet,quod impertibile atque ſimplex cum idem ſit (impertibile enim eſt,quod è partibus nō componitur:ſimplex pariter, quod non à pluribus conſtituitur) bic quaſi diuerſa ſubiecto alterum ab altero ſeparat. Itaque docet oon oportere in partes deum decidere, oeque aliud eius ingenitum, aliud genitum ſuſpicari: nec rurſus,tanquam aliud alij adiacere ipſi, innaſcibilitatem arbitrari: quorum verborum vanitatem redarguere vereor. Videtur enim quodammodo ſimilis eſſe ei qui vana dicit, is qui contradicit.

Quapro-

Incorrupti bile, inuiſibile, incorporeum immortale, in deo quomodo accipienda.

ἀγεννησίαν.

Quapropter, vt ego arbitror, ſapiens admonet Salomon, non eſſe amenti reſpondendum, prout amentia eius flagitat. Quæ enim neque dicta ſunt neque vnquam dicuntur de deo, ea hic diuiſioni ſuæ ſubiecit vt multis enumeratis, vnico tantum pacto innaſcibilitatem commodè dici videatur inuenire. Nobis autem forte longiori opus eſſet oratione, vt mendacem comprobaremus, & innaſcibilitatem non eſſe ſubſtantiam dei demonſtraremus: ſi quæ ipſi per diuiſionem enumerata ſunt: non eſſent liquidò refutata. Nam etiam ſi ratio illa vim haberet, quod nec cogitatione, nec A priuatione innaſcibilitas dicitur: tamen non omnino quod intulit cōſequeretur. Quid enim neceſſe eſt ſub vno enumeratorum innaſcibilitatem connoeri? Verum quoniam ipſe quaſi neceſſariò adhærens iis quæ præcedunt, illud infert: Ergo ſi nec imaginatione ineſt, nec priuatione, nec alio modo ex his qui enumerati ſunt, ipſum profectò quod eſt deus innaſcibilitas eſt. Sic nos conuertentes dicemus, imò quoniam cogitatione inſpicitur, & priuatiuum nomen eſt, non eſt ſubſtantia dei innaſcibilitas. Quouſque enim quæ nobis dicta ſunt non refutat, nec ſuis propoſitionibus vires affert, nullum vnquam quod ipſi colligitur locum habebit. Quod vero putat ipſius dei ſe omnium ſolum ipſam adinueniſſe ſubſtantiam, intolerabilis eſt ſuperbiæ ac tumoris. Ferè enim & ipſum qui dixit: Ponam ſuper aſtra ſedem meam, iactantia ſuperat. Quippe qui non ſtellas aut cœlum aggreditur, ſed ipſam dei ſubſtantiam apprehendere ſe iactat. Nos vero ab eo exquiremus, B qua ratione ipſam comprehendiſſe prædicet: ex communi ne conceptione? ſed hæc deum eſſe, nō quid deus ſit, nobis ſuggerit, an ex doctrina ſpiritus? quænam illa eſt, aut vbi inuenitur? Nōne magnus ille Dauid, cui incerta occultaque ſapientiæ ſuæ deus manifeſtauit, incomprehenſibilem eſſe cognitionem dei apertè confitetur dicens: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam. Et Eſaias, qui ad ſpeculationem diuinæ maieſtatis aſcēdit, quid nobis de ſubſtantia dei explanauit? Quippe cum de Chriſto prædiceret teſtatus eſt dicens: Generationē eius quis enarrabit? Qui vero electionis vas Paulus ille, qui Chriſtum in ſe loquentem habuit, qui ad tertium vſque raptus eſt cœlum, qui verba audiuit ineffabilia, quæ non licet homini loqui: quam de ſubſtantia dei doctrinam nobis reliquit? Quippe cū ad particulares œconomiæ diuinæ deueniſſet rationes, quaſi deficiens propter eius ſpeculationis inuiam vitam, exclamans vocem illā emiſit: O altitudo diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm incōprehēſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: Quòd ſi hæc etiam ij, qui ad menſurā cognitionis Pauli euaſerunt, conſequi non poſſunt: quantum eos tumere arbitramur, qui ipſius C Dei ſubſtātiam ſcire profitentur? Ex quibus equidem læto perquiram animo, quidnam de terra in qua manent, & in qua nati ſunt ſentiant, quam nobis ſubſtātiam eius exponat: vt ſi de his terrenis, quæ ſub pedibus ſunt aliquid nobis perſpicuè diſſerant, tunc demum ipſis etiam de his cōtendentibus, quæ omnem intellectum excedunt, credamus. Quæ igitur terræ ſubſtantia eſt, quis cōprehenſionis modus? Reſpondeant nobis vtrum ratio ad hanc comprehenſionem deuenit, an ſenſus? Si ſenſum dicent, quo ſenſuum comprehenſa eſt? viſūne? ſed colores hic percipit: an tactu: & hic duritiem & mollitiem, calidum & frigidum, & huiuſmodi cætera diſcernit: quæ nullus niſi qui in ſummam dementiam ſubuectus eſt, ſubſtantiam dicet: de guſtu verò & olfactu, quidnam oportet dicere? quorum ſenſuum alteri humores alteri vapores obiiciuntur. At auditus ſonorum & vocum ſenſus eſt, quæ nullam ad terram habet affinitatē. Quas ob res reliquum eſt, ratione ipſos affirmare terræ ſubſtantiam inueniſſe: qua tandem? quo loco ſcripturæ edita? à quo ſanctorū tradita? Quippe D qui de rerum creatione diſſeruit, tantum nos docuit, quod in principio fecit Deus cœlū & terrā: terra autem erat inanis & vacua. Sufficere enim putant ipſum qui eam fecit & exornauit prædicare: quæ verò ſubſtantia eius eſſet, quaſi rem vanā & audiētibus inutilem, inquirere neglexit. Quapropter ſi nec ſenſus teſtimonio, nec rationis doctrina, cognitio ſubſtantiæ illius confirmari poteſt, vnde ſe dicent comprehenſionem ipſius habuiſſe? Nam quod in ea ſenſibile eſt, vel color eſt, vel magnitudo, vel grauitas, vel leuitas, vel denſitas, vel raritas, vel durities, vel mollities, vel frigiditas, vel caliditas, vel humorum qualitates, vel figuræ diuerſitas: quarum rerum omnium nihil hi ſubſtantiam dicent, quamuis omnia facile affirmare ſoleant. Rurſus ratione nullam ſapientium & beatorum vlli virorum perſpecta eſt! quis igitur cōprehenſionis modus relinquetur? Reſpondeant nobis qui cuncta quę ſub pedibus ſunt, deſpiciunt: ipſum vero etiam cœlum, & omnes intel- E ligibiles poteſtates pertranſeunt: ac ipſi ſummæ ſubſtantiæ per intellectum cōiunguntur. Sed videtur arrogantia omnes hominum morbos ſuperare, ac verè diaboli eos quibus ineſt, crimine implicare. Qua ex re iſti etiam terræ naturam quam calcant quænam ſit neſcientes ipſam ſe ingreſſos ſubſtantiam Dei iactant. Sanctis quidē ſuis Deus, Abraham, Iſaac & Iacob: quorum propter conſummatam virtutem, deus nominari quaſi quid præcipuum ac decens maieſtatē ſuam voluit, deū Abraham ſeipſum appellās, & deum Iſaac & deū Iacob. Hoc enim mihi nomen eſt perpetuum inquit. His igitur ſanctis nec nomen ſuum manifeſtauit deus, nedum ſubſtantiā ſuam reuelauit. Ego enim, inquit dominus, viſus ſum Abraham, Iſaac, Iacob, cum ſim deus ipſorum: & nomen meum non manifeſtaui eis, tanquam videlicet maius quàm poſſit humanus auditus accipere. At Eunomio (vt videtur) non modò nomen, verum etiā ipſam ſubſtantiam ſuam deus oſtendit? & rem tam abditam quæ nullis etiam ſanctorum patuit, ipſe in libris conſcribens edit, & publicam temerariè omnibus facit. Et ea quidem quæ promiſſionibus nobis præparata ſunt, omnē cognitionem excedunt humanam: & pax dei omnem F mentem ſuperat, ipſam autem ſubſtantiam dei non patitur ſupra omnem intelligentiam & cognitionem hominum eſſe. Ego verò non ſolum homines, ſed & omnem rationalem naturam vinci à comprehenſione ipſius exiſtimo. Rationalem autem nūc naturam creatam appellaui. Nam filio ſoli notus eſt pater & ſpiritui ſancto. Nullus enim cognouit patrem niſi filius? & ſpiritus

cuncta

cũcta inquirit & profunditates dei. Nullus enim, inquit, ſciuit quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus qui eſt in ipſo: & quæ dei ſuot, nullus cognouit niſi ſpiritus qui eſt ex deo. Quid ergo præcipuum cogoitioni vnigeniti aut ſancti ſpiritus relinquent, ſi ipſi diuinam ſubſtantiam penitus comprehendũt? Nec enim potentiæ bonitatis, ſapientiæ dei ſpeculationem vnigenito attribuentes, proportionatam ſibiipſis accomniodabuot ſubſtãtiæ in-
A telligentiam, cum eius oppoſitum potius veriſimile ſit. Ipſam quidem ſubſtãtiam omnibus præter quàm vnigenito & ſpiritui ſancto inuiſibilem eſſe, ab operationibus autem dei nos ſubleuatos, & per ea quæ facta ſunt, factorem intelligentes, de bonitate ipſius ac ſapientia admoneri: hoc enim eſt cognoſcibile Dei, quod cunctis hominibus deus manifeſtauit: nã quæcunque apud theologos de ſubſtantia dei cooſcripta videntur, tropologia quadam vel allegoria ad alias ſententias pergunt. Quare ſi quis ſubtiliori examine ſecundum promptiorem ſeoſum nudis inſiſtere literis contendat, ad Iudaicas & aniles fabulas deuolutus, inops perpetuo dignæ de deo intelligentiæ cõſeneſcet. Præterquàm enim quod materialem quandam ſubſtãtiam dei iotelliget, & impiis hac re gentibus coaceruabitur: variam etiam & compoſitam ſuſpicabitur. Cum enim Propheta ex electro ſupra lumbos deum eſſe pernarret: ex igni autem inferiora eſſe cõflata: qui non ad altiorem intellectum aſcendit per ea quæ ſcripta ſunt, ſed corporeis iohærens deſcriprionibus, talem eſſe ſubſtãtiam dei & ab Ezechiele perſuaſus, rurſum
B ignem eſſe à Moſe audiet, & à dicto Daniele ad alias imaginationes deducetur, & ſic noo falſos ſolum, verumetiam inter ſe repugnantes de litera colligere ſenſus inueoietur. Quas ob res & hãc ſubſtantię indagationem tanquam impoſsibilem nobis omittamus: & ſimplici ac integro Apoſtoli conſilio credamus, qui dicit: Credere enim primũ oportet quòd ſit Deus, & quòd ſit ipſum quęrentibus remuoerator. Non enim ſi inquirimus quid ſit, ſed ſi illum eſſe coofitemur, ſalutem nobis præparat. Verum quoniam neque intelligibilis neque effabilis naturæ hominis omnino ſubſtantia dei demotiſtrata eſt: reliquum eſt de innaſcibilitate ipſa quid ſit, & quo pacto in deo inſpiciatur, breui percurrere. Inuenimus igitur hæc cogitantes quòd noo ex inueſtigatione qua quid ſit inquirimus, ingeniti nobis ſubſtantia occurrit, ſed potius (vt quaſi coactus hoc dicam verbum) ex ea qua inquirimus, quomodo ſit. Cùm enim intellectus noſter quæreret, num Deus omnium ſuperiorem aliã cauſſam babeat, nec vllam poſſet adinuenire, quòd ſine principio ſit vita eius ingenitum appellauit. Quemadmodum enim cum de hominibus ratiocinamur, & huoc ab hoc natum
C eſſe dicimus: non quid ſit, ſed vnde natus ſit enarramus: ſic & in Deo vox ingeoiti oon quid ſit, ſed non eſſe ab alio ipſum, ſignificat. Verum quod dico, hoc modo fiẽt magis perſpicuum. Euaogeliſta Lucas ſecũdum carnem genealogiam Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti exponẽs, & ab vltimis ad primos rediens: incipit quidem à Ioſeph, & eum Heli, Heli autem Mathat fuiſſe dicit, atque hoc pacto per reſolutiooem ad Adam taodem narrationem deducit. Et cũ de ſupremis dixiſſet Seth eſſe ab Adam, Adam verò à deo, aſcenſus curſum hic terminauit: oec ſubſtantias eorum ſignificat, quos generationem voiuſcuiuſque narrando enumerauit: ſed origenes proximas, vode quilibet natus ſit expoſuit. Quemadmodum igitur ille dixit, quod Adam ex Deo ſit, ſi hic, nos è nobis ipſis quæreremus, Deus verò ex quo eſt? nonne præ manibus erit cuilibet reſpõdere, quod à nullo ſit? Quod verò à nullo eſt, ſioe principio eſt: & quod ſine principio eſt, id ingenitum eſt. D
Quod ſicut in hominibus non erat ſubſtantia ex alio eſſe: ſic neque in Deo idipſum quod eſt ingenitum, ſubſtantiam dicere poſſumus quod idem eſt, atque ex nullo eſſe. Qui verò idipſum quod eſt ſine principio eſſe ſubſtantiam dicit, ſimile illi facit, vt ſi quis interrogatus quænam Adam ſubſtantia & quæ natura eius fuerit, reſpondeat hanc eius fuiſſe ſubſtantiam, quod non viri ac mulieris conuentu, ſed diuina manu formatus ſit. Atqui non quo pacto productus ſit interrogatis (quiſpiam obiiciet) ſed ipſum eius materiale ſubiectum, à cuius cogitatione propter huiuſcemodi reſponſiooem longius abſum. Quod & nobis accidit, cum ex hac ingeniti voce, quomodo deus ſit, magis quã quid ſit natura eius doceamur. Omnino autem ſi quis velit vera eſſe quæ à nobis dicuntur, penitus perdiſcere, ſeipſum examinet, cùm eorũ aliquid quæ in Deo ſunt voluerit intelligere, quonam pacto in ingeoiti ſignificationẽ ingrediatur. Ego eoim video quemadmodum cum in futura ſecula mentem producimus, interminabilem eũ appellamus, qui nullo termino vitam habet terminatã: Sic & E
cum ad ſuperiora ſecula cogitatione conſcendimus, tanquam in effuſum pelagus in infinitã Dei vitam deducti, cum nullam originem vnde ſit capere poſsimus, ſed vltra omne quod intelleximus excedere, Dei vitã inſpiciamus, eo quòd eſt ſine principio vita eius, ingenitũ ipſum ouocupamus. Hic enim ſenſus ingeoiti vocis eſt, non habere aliunde ſubſtantiæ ſuæ priocipium. At Eunomius quoniam in deo omnium ſolo ingenitum inſpicitur, facioroſiſsimè illud ad vnigeniti blaſphemiã rapuit. Quid enim progrediẽs ait? EVNOM. Ingenitus autem cum ſit, vt demonſtratione iam præcedenti patuit, nunquam ita generationem ſuſcipiet, vt cum nato naturam ſuam cõmunicet, ſed omnem vtique participationem ac comparationem ad genitum fugiat. BASIL. O impudentem blaſphemiam atque nequiſsimam? O abditam fraudem? O multiplicem malitiam? quàm exactè ex ipſo diaboli artificio loquitur? cum enim diſsimilem deo ac patri vnigenitum filium & deum velit oſtendere, patris ac filij nomen ſilentio tradit, atque de ingenito ac genito ſolum diſſerit: ita ſalutaris occultat fidei nomina, & nuda tradit dogmata blaſphemiæ: vt impietate in F
rebus † verſata, cum ad perſonas progreſsio fiat, nihil ipſe improbè dixiſſe videatur, ſed orationis vi iam præparatam habeat blaſphemiam. Ingenitus autem cum ſit (ait) effugit vtique omnem participationem ac comparationem ad genitum. Non dixit pater ad filium, ſed ingenitus ad genitum. Vnum igitur tale eſt aſturè ſibi excogitatum: alterum autem quale ſit conſiderate. Ingenitus verò cum ſit, inquit, nunquam generationẽ ſuſcipiet

† Vel violata.

ſuſcipiet, cui addit, vt cum genito naturam ſuam
communicet. Quod dicit, nunquam ſuſcipiet ge-
nerationem, duplicem habet ſenſum, alterũ quod
eius naturæ nunquam accommodabitur paſsiua
generatio, cum impoſsibile ſit ingenitam natu-
ram generari: alterum quod generare nunquam
patietur, ſecundum quem ſenſum hac voce vſus
eſt, quamuis multos confundit, quaſi priori ſen-
ſu dictum. Quod verò quod diximus præparet,
liquidò quod infertur oſtendit. Nam cum dixiſ-
ſet, nunquam generationem ſuſcipiet, ſtatim ſub-
iunxit, vt ſuam naturam cum genito communi-
A cet, quod ad ſecundum ſenſum conſequitur, vt
ſcilicet pati non poſsit Pater fieri, ne propriá na-
turam cum genito communicet: qua impietate
quænam fieri poteſt pernicioſior? Quis vnquam
tantam iniquitatem in excelſum locutus eſt? Ego
certè vereor, ne nos quoque cum alienas blaſphe
mias iterum atque iterum repetimus, noſtrã men
tem polluamus, atque ita cõdemnatione quoque
participemus. Sed me conſolatur quod in Euan-
gelio eſt, quoniam & ſpiritus ſanctus Iudæorum,
in dominum blaſphemiam ſcriptam poſteriori-
bus tradere nó recuſauit, illorum quaſi in ſtatuis
ſcriptam, cunctis notam faciens blaſphemiá, non
immaculatæ maieſtati vnigeniti aliquam afferens
blaſphemiam. Quod ſi nunquam generationem
ſuſcipit, vt propriam cum genito naturam deus
communicet, pater non eſt. Non eſt autem, ſed
melius nobis eſt vt imperfectam relinquamus
hanc blaſphemiã. Hic enim non ſuſcepit genera-
tionem, ille verò nó cõmunicauit in genitoris na-
tura. Deinde ipſe ſecũ certat, vanam blaſphemiæ
B cõſolationẽ excogitans, non quod quicquá dicat
quod ad pœnitentiá pertineat, ſed quod iis quæ
ſequuntur certat ſuperare quæ dixerit: quid enim
proferre ſuſtinuit? EVNOM. Effugiat vtiq; cõ-
municationem omnem & cõparationem ad ge-
nitum. BASIL. At niſi comparatio ſit filio
ad patrem, niſi communicatio cum genitore, falſi
ſunt apoſtoli, falſa Euangelia, ipſa etiam veritas
dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſed rurſum horre-
ſco blaſphemiam, quam cuique facile eſt conſpi-
cere. Nam ſi nullam habet comparationem ad pa
trem, quomodo dicebat Philippo: Tãto tempore
vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe,
qui videt me, videt & eum qui me miſit. Si enim
nullam communicationem, nullam comparatio-
nem pater habet ad filium, quomodo in ſeipſo pa
tré oſtendit filius? Nec enim per diſsimile ac alie-
num comprehendi poteſt quod ignoratur, ſed ex
propinquo propinquum cognoſcitur: ſicut in im-
preſſa figura imprimens character inſpicitur, &
C per imaginem exemplaris habetur cognitio: cum
hinc nos conferamus eam quæ eſt in vtroque ſi-
militudinem. Quare hac vna blaſphemia omnes
deſpexit voces, quæ à ſpiritu ſancto nobis ad glo-
rificationem vnigeniti traditæ ſunt: cum & Euan-
gelium doceat, quod hunc pater ſignauit Deus.
[illegible] Et Apoſtolus: Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Ima-
go non inanimata nec manu fabricata, nec artis
& cogitationis opus, ſed imago viuens immo ve-
rò ipſa vita non in figuræ ſimilitudine, ſed in ipſa
ſubſtantia idẽtitatem retinens. Ego verò id quod
dicitur in forma dei eſſe, æquum ei quod eſt in
ſubſtantia Dei eſſe, aſſero. Nam ſicut formam
ſerui ſuſcepiſſe, hominis ſubſtantiam dominum
ſuſcepiſſe ſignificat: ſic cum in forma Dei eſſe
dicat, diuinæ ſubſtantiæ ipſi profectò atteſtatur
proprietatem. Qui me vidit, inquit, vidit & pa-
trem. At hic alienum ab vnigenito patrem fa-
ciens, & penitus reſcindens à communitate ip-
ſius, aſſenſum cognitionis qui per ipſum fit quan-
tum in ipſo eſt, abſcindit. Quæcunque habet pa-
ter, mea ſunt, dominus ait: at Eunomius nul-
lam, inquit, communicationem eſſe patri cum
eo qui ex ipſo eſt. Et ſicut pater in ſeipſo vitam
habet: ſic dedit & filio in ſeipſo vitam habere,
hoc ab ipſo docti ſumus Domino: at verò ab D
Eunomio quid? Nullam eſſe comparationem ge-
nito ad genitorem. Et omnino hac vna voce,
imaginis deſtruit rationem & ſplendorem, ac
characterem ſubſiſtentiis reſpuit. Nam nec ima-
ginem eius, cui nihil poteſt comparari, poſsibile
eſt intelligere: nec ſplendorem eſſe ipſius quæ
communicari natura non poteſt. Eodem igitur
iterum atque iterum in artificij genere immora-
tur, cum ingenito dicat non eſſe comparationem
ad genitum. Non, inquit, patri ad eum qui ex
ipſo eſt, vt quam his vocibus inhætentem op-
poſitionem oſtenderit, hanc in ipſam ſubſtan-
tiam patris & filij transferat. Verum ne, ſi om-
nes ipſius perſequamur blaſphemias, & ſingula
eorum quæ dixit, damnare conemur, longa ni-
mis oratio nobis contexatur, quæcunque mani-
feſtam habent impietatem, & à ſeipſis legentibus
patent, prætetibimus: quæ verò ratione aliqua o-
pus eſt redarguere, hęc opponemus. Multis enim
modis incõmunicabilem filio patris ſubſtantiam
cum affirmarit, atque vndique, vt putat, abſurdũ E
eſſe oſtenderit, hæc adduxit. EVNOM. Nec
enim dicere poſſumus communem quidem vtriſ-
que ſubſtantiam eſſe, ordine verò † & temporis [illegible]
eminentia hunc priorem, illum poſteriorẽ quo-
niam certe oportet in omnibus quæ excedunt,
aliquam eſſe exceſſus cauſſam. Subſtantiæ autem
Dei, non tempus, non ęuum, non ordo cõiunctus
eſt. Nam ordo ordinante poſterior eſt: & nihil
eorum quę Dei ſunt, ab alio eſt ordinatum. Tem-
pus verò ſtellarum qualis quidam eſt motus. At
ſtellæ non ſolũ poſt ingenitam ſubſtantiam, cun-
ctáſque intelligentias, ſed poſt prima etiã corpo-
ra factæ ſunt. De æuo autem quid oportet dicere:
cum apertè ſcriptura prædicet, ante æuum Deum
eſſe? BASIL. Suppoſuit primo quod voluit,
deinde idonea ſuæ cauſſæ capiens, & in abſurdos
ſenſus ſeipſum extrudens, neceſſariam ſe putat
ſuorum dogmatum tradidiſſe doctrinam. Ait e-
nim, quòd communis ſit vtriuſque ſubſtantia, or-
dine verò & temporis eminentia hic ſit primus, F
ille autem poſterior, dicere non poſſumus. Si igi-
tur comunem ſubſtantiam ſic intellexit, quaſi ex
præcedẽti materia diſtributionem ac diuiſionem
in ea quæ ab ipſa ſunt intelligat, talem etiam ipſi
ſententiam nequaquam ſuſcipimus. Abſit, & ſi
qui id dicunt, eos non minus impios iis, qui pa-
trem filio diſsimilem dicunt, cenſemus. Si ve-
rò hoc quis modo communicationem ſubſtan-
tiæ accipiat, vt eſſentiæ rationem vnam & ean-
dem in vtriſque inſpiciat, vt ſi ſubſtantia patris
lux ſubiecto intelligatur, lucem & vnigeniti ſub-
ſtantiam profiteatur, & quantumcunque aliquis
patri

patri attribuat rationem, hanc ipſam & filio accommodet: ſi quis, inquam, ſic communicationē ſubſtātiæ capiat, ſuſcipimus: & hoc noſtrum eſſe dogma dicemus. Sic enim & deitas vna, ex ſubſtantiæ videlicet ratione, intellecta vnitate, vt diſtinctio per numerum ſit, & proprietatibus quibus vtrunque deſignatur: ratione verò deitatis vnitas inſpiciatur. Verum cùm determinatum ſit quo pacto oporteat communicationem ſubſtantiæ intelligere, quæ deinceps ſequuntur, quam cō iunctionem ad præcedentia poſsideant inueſtigemus. Ordine verò, inquit, & temporis eminentia, ille primus, hic ſecundus. Cur neceſſe eſt, ſi quibus eſt ſubſtātia communis, ordini ea ſubiici,

Pater quomodo filio prior.

A & eſſe tempore poſteriora? Nonne poteſt vnà cū ſua imagine ſine tempore coruſcata, Deus omniū ab æterno eſſe: nec vltra tempora ſolum, ſed æuo etiam omni ipſi coniungi? Nam idcirco ſplendor dicitur, vt coniunctionem intelligamus: & character ſubſtantiæ, vt conſubſtantialitatem perdiſcamus. Verum eſt ordo hic quidem naturalis, ille verò artificioſus. Naturalis quidem, vt creaturarū qui creatiuis rationibus diſpoſitus eſt, & numeri diſpoſitio, & cauſſatum ad cauſata habitudo: cum illud ſemper profiteamur, ipſius quoque naturæ factorem eſſe Deum, & creatorem. Artificioſus autem & excogitatus, ſicut in iis quæ conſtruuntur, in diſciplinis etiam ac dignitatibus aliiſque huiuſcemodi. Horum primum cum occultaſſet Eunomius, ſecundi ordinis mentionem fecit. Ait enim non oportere dicere ordinem eſſe in deo, quoniam ordo ordinante poſterior eſt. Illud verò aut non conſpexit, aut volens prudénſque occu-

B luit, quoddam videlicet ordinis eſſe genus, non noſtra conſtitutum poſitione, ſed ipſius naturæ vi conſequens, vt igni ad lucem quæ ab ipſo eſt. Nam in iis priorem eſſe cauſſam dicimus, poſterius verò quod ab ipſa eſt: non interuallo hæc ab inuicem diſſeparantes, ſed cogitatione: prius quā cauſſatum, cauſſam intelligentes. Quonam igitur pacto rationem habet, ordinem in iis negare, in quibus eſt prius & poſterius non poſitione noſtra, ſed naturali quadam rerum conſecutione? Cur igitur in Deo ordinem reſpuit? Arbitratur, ſi oſtēderit nequaquam aliter prius in Deo intelligi, reliquum ſe habiturum, in ipſa ſcilicet ſubſtantia exceſſum demonſtrari. Nos autem ſecundum habitudinem cauſſatum ad ea quæ ex ipſis ſunt, patrem filio præponi dicimus: naturæ verò diuerſitate nequaquam, neque temporis exceſſu. Alioquin nec patrem ipſum eſſe re cōfitebimur, cum alienatio ſubſtantiæ naturalem reſpuat con-

C iunctionem. Sed quoniam ad definiendum temporis naturam in omnibus hic ſapiēs delatus eſt, hinc etiam quàm firma, quàm circumſpiciens ſit mens eius, cōſideremus. Tempus ergo dicit, qualem quendam ſtellatum motum, ſolis ſcilicet ac lunæ, reliquarumq́ue, quibus vis ineſt qua per ſeipſas moueantur. Quod igitur à creatione cœli ac terræ, ad ſtellatum vſque productionem fuerat interuallum? quidnam fuiſſe in meteororum hic ſcientia peritus enuntiat? Qui enim mundi conſtructionem virtute ſpiritus conſcripſit, quarto die illa magna luminaria & reliquas ſtellas aſſerit productas. Quare tempus in illis diebus non erat, ſiquidem ſtellæ nondum mouebantur. Quo enim pacto moueri poterant, quæ factæ nondum erant? Rurſus quando cum Gabaonitis Ieſus Naue bellum gerebat, quando ſol mandato ligatus ſtabat immobilis, & in ſuo loco luna morabatur, tempus tunc non erat? Quid igitur interuallum illius diei nominabimus? quā appellationē excogitabis? Nam ſi natura temporis deficit, æuum videlicet pro eo dices interceſsiſſe: ſed æuum paruam diei partem appellare, omnem exceſſum amentiæ ſuperat. Verum vt videtur & magna ingenij vi diem ac noctem, quaſi ſtellarum motu putat fieri, & has eſſe partes temporis: quare & tempus, ſtellarum qualem motum cenſuit, nec id ipſum ſentiens quod dicit. Non enim qualem, ſed ſi ſtellatum motus eſt, quantum potius erat dicen- D

dum. Quis vero ſic omnino puer eſt mente, vt ignoret dies, menſes, horas, annos, menſuras temporis eſſe non partes: tempus autem, quod mūdo coextēditur ſpatium, quo motus omnis, ſiue ſtellarum ſiue animalium cæterarumq́ue rerum mobilium menſuratur, & quo velocius atque tardius aliud alio dicimus? velocius quidē, quod plus ſpatij minore in tempore pertranſit: ac tardius, quod maiore tempore per minus ſpacij mouetur. Eunomius vero quoniam in tempore ſtellæ mouentur, tempus ab eis creari iudicauit. Quod ſi ita eſt, ſecundum hāc ſapientiſsimi huius viri rationem, quoniam & papiliones in tēpore mouentur, diffiniemus tempus quendam eſſe papilionum motū. Non enim ab hac ratione, quæ ab eo dicta eſt differt, niſi forte dignitate verborum. Sed hactenus huiuſmodi: vos quæ ſequuntur cōſiderate. EVN. Atqui, dicit, nec vt qualitas aut moles aut quantitas in ſubſtantia dei poterit inhærere. Liberum E

enim ab omni cōpoſitione deum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi horum aut talium nihil vnquam piè cōplicatum intelligere cū ſubſtantia dei poſſumus, quænam amplius ratio dabit, ad ingenitam ſubſtantiam eam quæ genita eſt cōferre? cum ea quæ ſecundum ſubſtantiam eſt ſimilitudo, aut comparatio, aut cōmunicatio, nullum exceſſum vel differentiam relinquat: æqualitatem verò palàm faciat, & cum æqualitate ſimul ipſum quoque ingenitum oſtendat, qui aſsimilatur vel comparatur. Nullus autem ſic ſtolidus eſt, ſic ad impietatem audax, vt cum ipſe dominus palàm edixerit: Pater qui me miſit maior me eſt: æqualem patri filium audeat prædicare? Et rurſus poſt pauca. Verum qui deus omnium, ingenitus eſt & incomparabilis, BAS. Pluribus omiſsis dicta, vt arbitror, ſufficiūt. Cum ad pernicioſos ſermones tendit, nonnulla quæ ab hominibus concedi poſſunt ſolet præmittere, vt eorum perſpicuitate & gra- F

tia, de reliquis quoque ſibi facilius credatur. Nihil, inquit, ſubſtantiæ dei, neque vt forma, neque vt magnitudo, neque vt quantitas inhærere poteſt: quoniam ab omni cōpoſitione liberum eſſe deum neceſſe eſt. Ad hunc vſque locum æquus eſt. In his vero quæ deinceps ſequuntur ad ſeipſum redit. Tanquam enim ex præmiſsis neceſſariò ſequentem blaſphemiam coniungit dicens.

EVN. Quod ſi horum nihil vnquam piè complicatum intelligere cum ſubſtātia dei poſſumus, quænam amplius dabit ratio, ad ingenitam ſubſtantiam eam quæ genita eſt conferre? BAS. Quam hæc inter ſe rerum conſecutionē habent,

ſi deus

ſi deus incompoſitus eſt, non poſſe filium ei ſimilem eſſe? dic tu mihi, nonne filium quoque pariter dices, nec magnitudinem, nec qualitatem in ſeipſo cõtinere, & ab omni penitus compoſitione liberum eſſe? Ego enim ne ſi inſanires quidem auſurum te arbitror, aliud quid affirmare filium eſſe, quàm incorporeum & abſque qualitate ac figura, & omnibus iis, quæ de patre diceres. Cur igitur non pium cenſes ei qui abſq; qualitate eſt,
A cum qui qualitatem non habet comparare? & eũ qui abſque quantitate eſt, ei qui quantitatem non habet, & omnino incompoſitum incompoſito? Hic vero ſimile quidem ad qualitatem, æquale autem accommodat ad magnitudinem, ſed quantitatem ſi aliquid putat præter magnitudinem eſſe, ipſe clarius explanabit. EVN. Idcirco, inquit, nec æqualis nec ſimilis, quoniam nec quãtus eſt, & abſque qualitate eſt. BAS. Ego vero in hoc ipſo pono ſimilitudinem, quod ſicut pater ab omni compoſitione liber eſt, ita & filius ſimplex omnino & incompoſitus. Et ſimilitudinem non formarum qualitatis identitate, ſed ipſa ſubſtantia perſpici arbitror. Nam quibuſcunque forma vel figura adiacet, iis identitate qualitatis ineſt formarum ſimilitudo: quæ vero ſine forma & ſine figura natura eſt, reliquum eſt vt ſimilitudinem in ſubſtantia ipſa, & æqualitatem non in menſura magnitudinis, ſed identitate virtutis poſſideat. Chriſtus, inquit, dei virtus & ſapientia, tota enim virtus paterna ipſi videlicet ineſt. Quare & quæcunque videt patrem facientem, ea & filius ſimiliter facit. EVNO. Sed ſimilitudo, inquit, quæ
B ſecundum ſubſtantiam eſt, nullum comparationis exceſſum vel diſtinctionem derelinquens, æqualitatem penitus efficit. BASIL. Quomodo nullam dicis diſtinctionem derelinquit, nec ſaltem eam quæ ineſt cauſſis, ad ea quæ ex ipſis ſunt? ad hæc adducit. EVNOMIVS. Quis autem ita ſtolidus eſt vel ad impietatem audax, vt æqualem patri filium prædicet? BASILIVS. Dicamus igitur ipſi ad hæc illa prophetica, quod frons mulieris meretricis facta eſt tibi, impudens facta es erga omnes. Illæ nanque ſua probra pudicè viuentibus ingerunt: & hic eos qui maieſtatem vnigeniti magnificare cupiunt, amentes & ad impietatem audaces vocat, eiſdem rebus offenſus, quibus olim & Iudæi exacerbantur, dicentes quod æqualem ſeipſum facit deo. Et certè (nulli autem mirum quod dicã videatur) magis neſcio quo pacto illi videbantur conſequentiam rerum proſpicere. Grauiter enim ferebant, quod deum patrem ſuum appellabat, ex quo à ſeipſis ratiocinabantur, quod æqualem ſe deo faceret: quaſi neceſſariò conſequatur, ſi patrem habeat deum, deo quoque æqualem eſſe: hic autem primum in ſpeciem concedens, ſecundum abnuit, & domini vo-
C cem nobis obiicit dicentis: Pater meus qui me miſit, maior me eſt. Nec Apoſtolum dicentem audit: quod non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo. Atqui ſi ſecundum rationem tuam innaſcibilitas ſubſtantia eſt: ſi volebat ſecundum ſubſtantiam exceſſum oſtendere, profectò dixiſſet, quòd ingenitus maior me eſt: hæc vero veſtra ratio eſt, quod appellatio patris, operationem non ſubſtantiam ſignificat. Cum igitur maiorem filio patrem dicitis, operationem opere maiorem dicitis: omnis autem operatio eis per menſuram congruit, quæ ex ipſa facta ſunt, & magna quidem magnorum operum, exigua vero minorum eſt. Maiorem ergo & patrem hac ratione profiteri, nihil aliud eſt, quàm incommenſurabilem operi operationem opinari: & fruſtra aſſerere, ad magnitudinem operationis deum motum fuiſſe, cum non potuerit operationi ſuæ æquale opus producere. Itaque nobis è duobus alterum neceſſariò decidet: aut enim nomen patris non D
operationem ſed ſubſtantiam ſignificabit, quo pacto cauillatoria ipſis ſimilitudine ratio facile delebitur, cum patri filium, id eſt, operationi ſimilem arbitrentur. Qualem enim voluit, inquiunt, pater talem & fecit. Qua etiam ratione voluntatis imaginem nuncupant. Aut ab hoc ſibi cauentes, non dicent maiorem filio eſſe patrem, quoniam omnis operatio ſi nihil deforis repugnat, proprio operi commenſurabilis eſt. Verum hæc ad confutationem eius inconſtantiæ quam in dogmatibus habent, dicta ſufficiãt. Illud autem cui non eſt perſpicuum, quod maius aut ratione cauſſæ, aut virtutis præſtantia, aut excellentia dignitatis, aut magnitudinis exceſſu dicitur? Magnitudine igitur non intelligi maius iſte ipſe iam in præmiſsis aſſeruit, & res ita ſe habet. Quoniam in magnitudine maius tantũ eſt, quantum minus & amplius: quæ vero incomprehenſibilia magnitudine, imò ſine magnitudine & ab omni quantitate longè remota ſunt, ea quis alterum ad alterum menſurabit? Quorumcunque vero impoſsibilis eſt comparatio, quo pacto in ipſis id quod excedit cognoſcetur? Virtute autem defi- E
cere Chriſtum dei virtutem dicere, valde puerile, & hominum eſt qui non audiunt domini vocem, dicentis: Ego & pater vnum ſumus: & vnum pro æqualitate virtutis capientis, vt ab ipſis euangelij verbis demonſtrabimus. Cum enim dixiſſet, quod nullus aliquem eorum qui in me crediderunt, è manu mea rapiet: & quod pater qui mihi dedit, omnibus maior eſt, è cuius manu nemo quicquam rapiet, adiunxit: Ego & pater vnum ſumus. Vnde palàm eſt non aliter pro æqualitate ac identitate virtutis vnum accepiſſe. Præterea ſi dei ſedes (vt nos quidem credimus) dignitatis nomen eſt, à dextris determinata filio patris ſedes, quidnam aliud quam dignitatis æqualitatem ſignificat? Ad hæc etiam in gloria patris venturus expectatur. Quas ob res reliquum eſt, vt cauſſæ ratione maius hic capiatur. Nam quoniam à patre origo eſt filij, hoc maior eſt pater quòd cauſſa eſt atque origo. Quapropter dominus ſic dixit: Pater meus maior me eſt: vt eo quòd pater eſt, maior eſſe intelligatur. Patris autem nomen quid aliud oſtendit? nonne cauſſam eius qui ex ſe natus eſt atque originem? Atqui etiam ſecũdum ſapientiam veſtram ſubſtãtia maior aut minor ſub- F
ſtantia non dicitur. Itaque tum ſecundum iſtos, tum ſecundum veritatem ipſam, nullo pacto exceſſum in ſubſtantia propoſita hæc verba ſignificant. Magnitudine vero patrem filio eſſe maiorem, hic ipſe pernegat, cum nullam oportere in deo quantitatem intelligere aſſerat. Quare nullus alius relinquitur niſi qui à nobis dictus eſt maioris modus, qui eſt ſecundum cauſſam atque originem. Verum quam ſecundum maius excogitauit

Filius quomodo ſimilis patri.

Ego & pater vnũ ſumus.

Sedes à dextris dei.

Pater quomodo filio maior.

gitauit blaſphemiam, talis quædam eſt. Illud autem admiratione dignum, quòd in paucis ad contrarios ſermones verbis deuolutus, vtpore qui oculis animi cæcitate percuſsis, repugnantiam eorum cõſpicere nequiuit. Quare à deo alienus, à pace dei eſſe videtur, quam dominus noſter iis qui verè ac ſyncere in ipſum crediderunt, dimiſit, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, vt non aliis ſolum, ſed etiam ſibiipſi repugnet. Nam cum maiorem dixerit deum ac patrẽ vnigenito filio: & eos qui æquales aſſerunt, quaſi ipſe hac de re neceſſarias haberet demon- A ſtrationes, inſanos appellarit, videte quę poſt pauca conſcribit. EVNOMINS. Verùm quod deus omnium ingenitus eſt ac incomparabilis, pluribus omiſsis dicta ſufficiunt ad demonſtrationem. BASILIVS. Quare ab eo quæratur: ſi incomparabilis deus eſt, vnde exceſſus eius comprehenſus eſt, cum maius ex comparatione inſpiciatur eorum quæ exceduntur? Quonam igitur pacto, & maior eſt & incomparabilis. Verum vt alienam à ſubſtantia dei vnigeniti ſubſtantiã poſſet confirmare, comparationem maioris ad ſubſtantiæ diuerſitatem ſuſcepit. Rurſum vt ad creaturas filium deduceret, incomparabilem eſſe patrem aſſeruit. Nouam profectò ac incomparabilem viam ad blaſphemandum is cogitauit: qui ſimulando deum ac patrem extollere, vnigeniti dei deiicit maieſtatem: præſertim cum dominus atteſtetur ac dicat: Qui non honorat filium, non honorat patrem: & qui me contemnit, non me contemnit, ſed eum qui miſit me. Sed inimicus B veritatis, qui hæc eis dicere ac ſcribere ſubminiſtrauit, illud inſpexit: quòd ſi ad intelligẽtiam eos maieſtatis vnigeniti cæcos efficiat, ipſam quoque dei ac patris cognitionem ſimul ab ipſis auferat: vt & ſi videantur præſtantiam quandam deo ac patri attribuere, nullum tamen inde commodum conſequantur, cum ea via quæ ad ipſum ducit priuati ſint. Nam & Iudæi gloriam deo afferre putant, & gentes audire licet magni quid velle de deo dicere: deum tamen ipſos magnificare abſq; fide in Chriſtum, per quem ad cognitionem deductio fit, nemo rectè ſapiens vnquam putabit.

Incomparabilem igitur deum dicit, vt eo creaturis æqualem filiũ eſſe oſtendat, quod pariter abeſt à maieſtate patris. Quæcunque enim æquali exceduntur menſura, ea inter ſe æqualia eſſe neceſſe eſt. Tantum autem ſecundum rationem ipſorum, deus ac pater vnigenitum filium excedit, quãtum & aliorum ſingula. Tale nanque incomparabile eſt, vt ab omnibus pariter diſtet, & nulli ſit acceſſibile. Quare ſi æqualiter aliis à patre filius deeſt, ęqualis illis eſt, quibuſcum deeſt, qua blaſphemia quid peius vnquam Iudæi dicerent: quid vero à gentibus audire poſſumus? Deinde non erubeſcunt qui dei verbum colere ſe fingunt, Iudæis ac D gentibus iucunda grataq; documenta proponentes. Nam ſi patri non comparatur filius, vt neque angeli, neque cœlum, neque Sol, neque terra, neque animaliũ quæ in illa ſunt, quicquam, aut plantarum, quo pacto ad proprias creaturas diuerſitatem habebit? aut vnde ipſi ad genitorem coniunctio? Ego, inquit, & pater vnum ſumus. Iterũ enim eius dicti memoriam faciemus. At tu dic mihi, nõ hoc conferentis ſeipſum verbum eſt? Quid dixi conferentis, imò vnientis, vt ita dicam & naturæ identitatem hinc comprobantis? Hic vero incomparabilem eſſe deum cenſet, & bonitas quidem & dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, omnes homines prout capere poſſumus meditatione & exercitatione bonorum operum, ad ſimilationem dei omnium perducit his verbis: Sitis perfecti ſicut & pater veſter qui in cœlis eſt. Hic vero vnigenitum naturali cum patre coniunctione (quantum in ipſo eſt) priuat: quamuis & hæc ratio aduerſus iſtum ipſum detorquebitur. Si enim incom- E parabilis eſt pater, qua ex re diſsimilitudinis demonſtrationes accipiet? Nam ſi alteram ſubſtantiam alteri cõferendo diſsimilitudinem inueniſſe inquiet, quomodo qui confertur incomparabilis eſt? Quod ſi nec initium quidem comparationis habet, vnde potuit hanc diuerſitatem percipere? Ita videtur, quod malum eſt, non ſolum bono eſſe contrarium, verumetiam ſibiipſi: à quo liberet nos gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, quo cum patri gloria cum ſancto ſpiritu nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

BASILII MAGNI CAESARIENSIS EPISCOPI ADVERSVS EVNOMIVM LIBER SECVNDVS, QVOD

filius in diuinis non eſt factura, nec patre duratione aliqua poſterior.

C CVM igitur in ea oratione quam de deo omnium habuit, blaſphemias in filium dei ſubaffirmauerit, vt potuit, ipſi deinde vnigenito filio linguam immiſit. EVNO. Quid enim, inquit, & vnicus filius, vnigenitus enim: de quo ſi, vt poteramus, ſanctorum voces appoſuiſſemus, quibus filium genituram & facturam prædicant, per diuerſitatem nominum ſubſtantiæ quoque diuerſitatem obtendentes, ab omni cura atque negotio liberi eſſemus. Sed propter eos qui corpoream genera- F tionem putantes vniuocationibus ceſpitant, neceſſe eſt forte de his etiam pauca dicere. BAS. Hæc ille. Ego vero ſi vt de re ficta, ſic de hac vniuerſa oratione oportet excogitare, quo pacto in vanis auditoriis ad meditationem eius quod in re falſa veriſimile eſt, adoleſcentibus vt declament proponitur: quoniam & pariter illis cuncta adumbratæ pugnæ ſimilia ſunt: ad accu-

ſatores

ſatores non conſtitutos ad pugnam, ad accuſationem non prædictam, reſponſio ad iudices, qui nulli eſſe videntur, oratio: ſi ſic, inquam, & hæc audire oportet, & ipſe hanc inquiſitionem omitto, & cæteros admoneo nulla cura dicta eius verſare: ſed ſi maiora ſunt quæ promittit, & multis ſuſpicari accidit, nonnullam eſſe apud eum curam veritatis, profectò neceſſe eſt prout poſſumus, ſingula redarguere. Sed quis inquiſitionis modus iuſtior fiat, quàm vt his documentis quæ à ſpiritu nobis tradita ſunt, orationem conferamus? Si quid illi congruum inueniamus, id ſuſcipiamus: quod vero aduerſus illa proficiſcitur, id vt nobis inimicum effugiamus. Quare primum

Filium non eſſe facturã

A illud oſtendat, quinam è ſanctis genituram & facturam Christum dixerunt? quas ſcripturæ voces in demonſtratione habet? Nam ſi beati Petri voce in actibus apoſtolorum perſcripta innititur, vbi dicitur: Sciat omnis domus Iſraël, quod dominum ipſum & Chriſtum deus fecit, quem vos crucifixiſtis. Primum nihil ad id quod quæritur, habet hoc teſtimonium. Nam cũ promiſit oſtendere à ſanctis dici facturam eſſe filium, teſtimonium præbuit de deo & patre, quod fecerit. Nec enim illud dicet licere ſibi cum de tantis rebus verba faciat, deductiones quaſdam & deriuationes nominum excogitare. Nam ſi otioſi etiam verbi ſupplicia in die iudicij patiemur: multo minus, ſi de tantis rebus quicquam innooamus, ſine pœna dimittemur. Et forte illud quidem tãquam congruum deo & patri dici diuina ratione docemur: hoc vero non poſſe accommodari vnigenito, ſpiritus ſanctus per ea quæ tacuit demonſtra-

B uit. Quonam igitur pacto rutum eſt, hac voce, fecit, traducta, facturam factorem omnium appellare? Nam ſi huiuſcemodi appellatio idonea ei erat, non fuiſſet ſilentio à ſpiritu tradita. Sed in creaturis quidem inuenimus à verbo, fecit, facturæ appellationem eſſe traductam: in filio autem dei nequaquam. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Et rurſus: In factis manuũ tuarum meditabar. Et inuiſibilia eius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Itaque in quibus oportet hoc nomen ſcriptura ſuſcipiens, in domino noſtro & ſaluatore Ieſu Chriſto, quaſi non decens magnitudini maieſtatis, obticuit. Et ſecurim quidem, & lapidem angularem, & lapidem offenſionis, & petram ſcandali, cæteraque huiuſcemodi, in quibus non multum laudis eſſe videtur iis, qui ad ſignificationem nominum non perueniunt, dominũ gloriæ appellare non erubeſcit: facturam vero nuſ-

C quam omnino nominauit. At iſte ſe ab ipſis recepiſſe ſanctis hoc nomen ait, vt non ſolum ſuo tempore præſentes calumniis perſequatur, ſed eos etiam ſanctos qui olim fuerunt. Verum prærerquam quod indecens atque periculoſum eſt audacter huiuſcemodi res inuadere, ac à ſeipſo domini nomina transformare: Apoſtoli etiam ſenſus non tradit eam filij ſubſiſtentiam, quæ ante ſecula fuit, de qua nobis in præſentia ſermo eſt: non enim de ſubſtantia ipſa dei verbi quod in principio erat apud deum, ſed de eo qui ſeipſum exinaniuit in ſerui forma, & factus conformis huic corpori humilitatis noſtræ, & crucifixus eſt ex infirmitate, perſpicuè differit. Et hoc vnicuique notum eſt, qui parumper apoſtolicæ dictionis intentionẽ animo voluit, quòd non theologiæ nobis modum tradit, ſed diſpenſationis ſermones aperit. Dominum enim, inquit, & Chriſtum deus fecit, hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis: hac demonſtratiua voce ad humanitatem eius, & id quod viſibile eſt, manifeſtiſsimè ſe conuertit: at hic vocem hanc, fecit, ad generationem vnigeniti quæ à principio fuit transfert: neque illud ipſius faciem confundit, quod dominus non ſubſtantiæ eſt nomen, ſed poteſtatis: quare qui dixit dominum ipſum & Chriſtũ deus fecit, rerum omnium principatum & dominatum dicit à patre filio commiſſum, non de proceſſu eius adeſſe narrat. Verum hæc paulò poſt **D** demonſtrabimus, cum redarguemus ipſum præter voluntatem ſpiritus ſcripturæ afferre teſtimonia: nunc ad ſermonis continuationem pergamus. Quid ergo hoc nomen ſibi vult? aut cur nam facturam factorem omnium appellare conatur? Deprauata ſeipſum decepit cauillatione, qui ex diuerſitate nominum ſubſtantiarum differẽtiam oſtendere putauit. Quis enim mentis compos huic rationi accedat: Quorum nomina diuerſa ſunt, earum ſubſtantias differre neceſſe eſt? Nam Petri ac Pauli & omnium hominum etſi diuerſæ ſint appellationes, tamen vna eſt ſubſtantia omnium. Quapropter & in plurimis inter nos conuenimus, iis proprietatibus ſolum quæ circa ſingula inſpiciuntur alius ab alio differentes. Quare appellationes etiam non ſubſtantias, ſed proprietates quibus ſingoli deſignantur ſignificant. Hinc eſt vt cum Petrum, nomen videlicet hoc **E** audiamus, non ſubſtantiam eius intelligamus (dico autem ſubſtãtiam materiale illud ſubiectum, quod eo nomine nequaquam ſignificatur) ſed earum proprietatum quæ circa ipſum inſpiciuntur, ſenſum concipimus. Illico enim per hanc vocem intelligimus Ionam, qui fuit ex Bethſaide, Andreæ fratrem, qui ex piſcatore in apoſtolatus miniſterium vocatus eſt. Qui quoniam fide præſtabat, eccleſiæ commiſſam ſibi ædificationem ſuſcepit: quorum omnium nihil ſubſtantia eſt, aut ſubſiſtentia intellectu comprehenſa. Nomen itaque hoc characterem quidem nobis Petri circumſcribit: ipſam verò ſubſtantiam nequaquam ſubaperit. Rurſus cum Pauli nomen audimus, aliarum concurſum proprietatum mente concipimus, Tarſenſem ſcilicet Hebræum ſecundum legem Phariſæum, Gamalielis auditorem, eccleſiarum dei ex zelo perſecutorem, cum terribili ad cognitionem viſu deductus eſt, qui Apoſtolus gentium fuit. Hæc enim cuncta vna voce Pau- **F** li circumſcribuntur. Atqui ſi verum eſt contrario modo eorum ſe habere ſubſtantias, quorum nomina diuerſa ſunt, oporteret certè Paulum & Petrum, & omnino cunctos homines, alterum ab altero alterius eſſe ſubſtantiæ. Verum quoniam nemo ita ignorans eſt, ita communis omnium naturæ imperitus, vt id dicere animũ inducat, è luto enim vt ego etiam tu formatus es, nihil aliud enim hic ſermo quàm identitatem humanæ ſubſtantiæ ſignificat. Mentitur itaque qui ex diuerſitate nominum diuerſitatem ſubſtantiæ inferre cauillatur. Nec enim natura rerum nomina ſequitur, ſed poſterius nomina rerum inuenta ſunt.

Diuerſitate agnominationum ſubſtantiæ diuerſitatẽ nõ arguere.

Quod ſi illud verum eſſet, oporteret etiam vnam & eandem eorum eſſe ſubſtantiam quorum eædem ſunt appellationes. Quam ob rem quia virtute conſummati, dei appellatione dignati ſunt, conſubſtantiales deo vtique omnium, homines eſſent. Verum vt hoc dicere furor eſt perſpicuus, ſic ille ſermo æquali dementia continetur. E dictis ita patet, quòd in patre quoque ac filio non ſignificant ſubſtantiam nomina, ſed proprietates deſignant. Nullum ergo illa oratio locum habet, quæ commutatione nominum contrarietaté ſubſtantiæ adducit: ſic enim priuſquam cætera ſeipA ſum deficit. Nam ſi diuerſa ſunt factum & genitum, diuerſæ vnigeniti erunt ſubſtantiæ ex diuerſitate nominum conſecutæ: quòd ſi id dicere dementium eſt, neque illud eorum eſt qui mentis ſunt compotes: hic autem ſe ſimulat infinitas habere demonſtrationes, quod apud ſanctos viros factura dicitur filius. Verum quaſi ad ea quæ ſibi propoſuit feſtinans, mentionem ad præſens facere renuit. Eſt autem & hoc artificioſa verſutia, cum ſibi oratio deeſt, tunc taciturnitatem anteponere. Nam ſi teſtimonij vmbram haberet, qua vnigenitus factura diceretur, aures noſtræ audiendo ſurdeſcerent. Deinde inquit, propter eos qui corpoream generationem putantes vniuocationibus ceſpitant, neceſſe ſibi eſſe de his etiam breuiter dicere. Sed quidnam vetabat ſcripturæ prius teſtimoniis oratione firmata, ad imbecilliũ poſtea emendationem accedere, & quod ex vniuocatione fit nocumentum mitigare? ſi tamen aliquid vnquam quibuſdã accidit aut accidet. Quis enim ſic omnino carneam habeat mentem, ac diuini B ſermonis inexpertus eſt, vt cum audiat diuinam generationem, ad imaginationes deferatur corporeas, in quibus complicatio eſt viri & mulieris, matricis conceptio, plaſmatio, informatio, exactis temporibus foras proceſsio? Quis adeò eſt pecudum ſimilis, qui cum audiat deum verbum à deo prodire, & adhuc ſapientiam ex deo genitam, ad corporis paſsiones cogitationibus decidat? Verum hæc quoque cum aliis ad probabilitatem orationis ſimulatio ipſi excogitata eſt, vt commiſerationis gratia erga imperitos fratres hunc doctrinæ laborem ſuſcepiſſe videatur: & corporeos quidem ſenſus qui ex huiuſcemodi appellatione oboriuntur, quaſi emendet. Quæ vero, cum creatura filius nominetur, detrimenta ſequuntur, ea minime depellit. Atqui ſi quis dei corpoream eſſe generationem imaginetur, ipſe vtique hoc pacto ad materiales etiam factionis modos deductus eſt. Nec enim partitioné quandam & tranſmutationem ac fluxum genitoris C ſubſtantiæ à generandi voce imbecillis homo intelliget. Materiam verò deforis ex nihilo allatã, ad conſtitutionem creaturæ, vt vos dicitis, conſpicari, non conducet. Quam ob rem ergo cogitationum ægritudini ex parte medetur, ac eorum qui corpoream generationem dicunt, curam habet: eos verò qui creaturæ appellatione ceſpitant, deſpicit? Quoniam genitum quidem eſſe contrarium vidit ſuæ ſententiæ: cum genitum cõiunctiſsimè ſe habere profectò debeat ac ſimillimè ad genitorem: factum verò eſſe, conſonum & propugnans ſuæ cauſſæ. Quoniam alieni, extrrni, nulloque pacto coniuncti ad factorem ſententiam affert, his poſtea coniuncta hæc dicit. EVNOM. Genituram ergo ſecundum ſcripturarum doctrinam dicimus filium, non aliud eſſe ſubſtantiam intelligentes, aliud autem præter ipſam quod ſignificatur: verum ipſam eſſe ſubſiſtentiam quæ nomine intelligitur, cum verò nomen ipſum ſubſtantiæ congruat. BASIL. In his etiam veritatem perſpicuè oppugnat, ſibi tamen conſona dicit. Nam vt in ſuperiori ſermone ingenitum in deo omnium ſubſtantiam ipſius determinabat ſignificare: ſic nunc genituram ſubſtantiam filij ſignificare ait, vt geniti ad ingenitum oppoſitione, contrario pacto D ad patrem habere filium in ſubſtantia ipſa oſtendat. Propterea propria lege profert verba, quæ contra vſum diuini ſpiritus ſunt, cum genituram filium appellat. Vnde id cœpit? ex qua doctrina? ex quo propheta? à quonam ex apoſtolis hanc cognominationem audiuit? Ego enim in nullo ſcripturæ loco hanc vocem inuenio. Atqui non aliunde hic, ſed à doctrina ſpiritus ſe appellationes has ſumpſiſſe iactat. Nullius enim momenti rem eſſe putauit, ſi hominibus negotium faceret: niſi etiam in ipſum ſpiritum inueheretur. Nam genuiſſe quidem patrem multis ex locis docemur: genituram verò eſſe filium nunquam ad hunc vſque diem, audiuimus. Puer enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocatur nomen eius non genitura, ſed magni conſilij angelus. Atqui ſi genitura ſubſtantiam ipſam ſignificaret, non aliud profectò nomen ſpiritus nos docuiſſet, quam illud quo perſpicuè ſubſtantiam eius poſſet aperire. Et rurſum: Petrus ille qui propter veritatis cognitionem beatificatione illa potitus E eſt, non dixit tu es genitura, ſed tu es Chriſtus filius Dei viui. Et Paulus, cum vniuerſam ſcripturam ſuam filij appellatione expléſſet, nullo tamen in loco inuenietur genituræ feciſſe mentionem: quod iſte magna confidentia, tanquam ſi ex diuino id accepiſſet auditorio, profert. Nec enim hoc etiam in loco ipſi concedendum eſt, hanc vocem genuit, quæ de patre dicitur, transfiguranti & traducenti genituram filium dei nuncupari. Quoniam non quodcunque conſecutione verborum ſuboſtenditur, in id facile inſilire eum oportet, qui diuino timore caſtigatus eſt. Sed cum iis quæ in ſcriptura ſunt nominibus ſit cõtentus, per ea vt decet glorificationem, Deo adimplere debet. Nam ſi qui ab initio ex Hebræorum lingua in græcam traduxerunt, quædam nomina interpretati auſi non ſunt, ſed ipſam hebraicam vocem tranſpoſuerunt, vt ſabaoth, adonai, eloim, & huiuſcemodi: nec in diuinis nominibus ſolum, verumetiam in compluribus aliis hanc re- F uerentiam adhibuerunt: quàm magnum nos decet circa domini nomina timorem habere? Quando igitur illi à ſeipſis quædam nomina confingere paſsi fuiſſent, qui nec interpretari quædam conſiſi ſunt, ne incongruis verbis perſpicuitatem ſententiæ diſſoluerẽt? Sed ſe genuit, inquit, Deus: quomodo non conuenit genituram eum qui natus eſt, appellare? Quia arduum nobis eſt noſtris ipſum nominibus inuocare, cui largitus eſt deus nomen ſupra omne nomen. Filius meus es tu, inquit, ego hodie genui te. Atqui conſentaneum erat magis ſecundum iſtorum rationem,

propterea

Filiũ genituram dicere temerarium eſt.

In dei agnominationibus non temerè quicquam innouandum.

propterea quòd genitus eſt, genituram appellari, non filium: ſed dictum non eſt. Quare oportet, ſi quis ante oculos habeat Chriſti iudicium, cum ſciat quàm periculoſum ſit ſubſtrahere quicquam aut addere iis, quæ à ſpiritu tradita ſunt, non committi per ſeipſum quicquam innouare, ſed in iis quæ à ſanctis prædicta ſunt acquieſcere. Quod igitur nec communis conſuetudo, nec ſcripturarum vſus ſuſcepit, id audere quomodo non
A ſummæ ſuperbiæ eſt? Quis enim pater aut mater benignoo ac placido cum ſit erga eum quem genuit affectu, volet illum magis vocare genituram quàm filium aut natum? Nate enim, inquit, vade in vineam. Et alibi: Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti nate mi. Et rurſus Iſaac inquit, quis tu es nate? Et, Fili noli deſpicere doctrinam domini. Et, filius ſapiens lætificat patrem. Et ſimilia. Nullo autem in loco quiſquam genituram eum qui ex ſe eſt, dixiſſe demonſtratur. Cuius cauſſa liquidò patet. Filius enim & natus animatorum ſunt nomina: genitura verò nõ ſemper. Poteſt enim etiam quod antequam figuratum ſit, ab ortu eiectũ, genitura nominari: quod nati appellatione dignum non eſt. Præterea fructus terræ, genituras & genimina, non natos appellamus. Non enim bibam, inquit, de genimine vitis huius. Raro verò inueniemus hanc in animatis appellationem aſſumptam: & ſicubi dicta eſt, de his animalibus dicitur, quæ improbata in imaginem prauitatis aſſumũtur. Serpentes enim, inquit, genimina viperarum. Qua ex re, vt opinor, & communis conſuetudo huiuſcemodi ap-
B pellationem ſpreuit, & diuina ſcriptura præcipuè in vnigenito dei recuſare videtur. Nati etiam appellationem, quoniam valde humanitus dici videtur, non ſuſcepit. Oſtendit autem id Apoſtolus, qui dominum ſurſum atque deorſum & vbique filium appellans, & aliis ipſum nominibus glorificans, primogenitum, imaginem, ſplendorem, geniminis ac genituræ appellationem euitauit. Quod ſi iſte contendit, vel eorum aliquis qui huius orationem defendunt, oſtendat, & hęc omnia ipſi debere concedemus. Verum niſi impium Marcionem imitatus alia è diuinis ſermonibus tollat, alia inſcribat, nequaquam inueniet. At geniminis ſiue genituræ vox, hoc pacto & à communi conſuetudine, & à ſcripturarum vſu aliena demonſtrata eſt. Nunc verò videamus ſi de ipſa ſubſtantia filij hoc nomen prædicari poſſibile ſit. Nam ipſe dicit. EVNOMIVS. Impoſsibile eſt aliud quid eſſe ſubſtantiam intelligere, & aliud præter eam quod ſignificatur. Verum ipſam ait eſſe ſubſiſtentiam quam nomen ſignificat, cum appellatio verè ipſam oſtẽdit ſubſtantiam. BASILIVS. Digna profectò iudicibus, quos fictos induxiſti, hæc tua ſunt do-
C gmata. Nam ſic vt in ſomniorum foro, vel ebriorum cõcione vbi nullus audiat aut intelligat quæ dicuntur: ita cum ſufficere putes, pro omni probatione quod ipſe dixeris, magna cum licentia lege quaſi ſancis quodcũque volueris. Quis enim neſcit quæcunque nomina abſolutè ac per ſe proferuntur, hæc eſſe ſignificatiua rerum ſubiectarum: quæcunque verò ad alia dicuntur, hæc ad ea quæ dicuntur, habitudinem ſolũ oſtendere? Nam homo quidem, exempli cauſſa, & equus & bos, ipſum quod nominatur, quodlibet horum oſtendit: filius autem, aut ſeruus, aut amicus, ſolam coniunctionem ad cõnexum nomen ſignificat. Quare qui genimen aut genituram audit, non ad ſubſtantiam quandam mentem confert: ſed cum alio id eſſe iunctum intelligit: nam genimen, cuiuſdã genimen dicitur. Quod igitur nullius ſubſiſtentiæ ſenſum efficit, ſed ſolam habitudinẽ ad aliud affert, id ſi quis ſubſtantiam eſſe confirmat, quo pacto ſummæ is amentiæ non condemnabitur? D
Atqui paulò ſuperius à nobis declaratum eſt abſoluta etiam nomina, etſi maximè videantur ſubiectum quicquam ſignificare, non tamen ſubſtantiam ipſam oſtendere, ſed circa ſubſtantiam proprietates quaſdam deſcribere. Verum hic ſapientiſsimus, qui vanis in artibus totam vitam conſumpſit, non erubeſcit dicere ipſam vnigeniti ſubſtantiam geniminis nomen ſignificare. Quod quàm abſurdum ſit, quęſo animaduertite. Si enim ſubſtantia genitura eſt, & è conuerſo, quod genitura id ſubſtantia, omnia genita conſubſtantialia inter ſe erunt. Ex qua ratione id eueniet, vt omnium creator eandem cũ omnibus generatis habere ſubſtantiam oſtendatur. Nec enim in filio ſolum ſubſtantiam dicet genituram ſignificare, in reliquis verò quæ generatione communicant, nõ eundem amplius ſenſum poſsidere: aut dicat claram quandam cauſſam cui contradici nequeat: quòd eadem appellatio nõ pariter habeat in omnibus eandem poteſtatẽ. Sed non poterit: quamcunque enim genituræ rationem excogitabit, hæc omnibus ſimiliter genitis accommodabitur. Quod ita eſſe, cuiuſlibet auditoris intellectus E
maximum ſignum eſt. Vnuſquiſque enim cum hũc ab illo natum eſſe audit, ſeipſum interroget, quem animo ſenſum concipiat. An quod genitus, eius qui genuit ſubſtantia ſit? an hoc dicere ridiculum, illud veriſsimum quod ab eo generatione ad eſſe productus ſit? Pariter igitur id & in vnigenito, & in quouis generatorum dicere conueniet. Et nullus (quoniam habitudo communis eſt) dignitatem vnigeniti deprimi putet. Non enim in eo quod eſt ad aliquid quodammodo ſe habere, differt ab aliis filius, ſed in proprietate ſubſtantiæ excellentia Dei ad mortalia perſpicitur. Sed attendite ad quod inconueniens ratio iſtorum adducat. Si genitura alterius dicitur genitura, veluti & communis conſuetudo confirmat, vt nullus vnquam contradicet: hoc autem ipſum ſubſtantiam, ſecundum rationem iſtorum ſignificat: illius erit ſubſtantia cuius genitura dicitur: qua ex conſecutione rerum ſequitur, non vnigeniti ſubſtantiam genituræ appellationem ſignificare, quod iſte violenter dicit, ſed ipſius Dei omnium. Si enim non licet, aliud eſſe ſubſtantiam intelligere, & aliud genituram præter ipſam idem eſt ſubſtantiam dicere & genituram. F
At filius dei genitura eſt, Dei ergo ſubſtantia erit, ſi genitura ſubſtantiam ſignificat. Et ſic genitura, ex ratione iſtius, ingeniti ſubſtantia oſtendetur. Quod ſi ridiculum eſt quod ſequitur, qui antecedentia poſuit, is decoris notam ſubeat. Videtur enim oratio, neſcio quomodo, cum ſemel extra veritatem deducta ſit, ad multiplicia periculoſáque inconuenientia per quandam ſeductionis conſecutionem efferri. Verum hæc

Marcion Euangelij deprauator

præludia quædam ſunt, & præparationes blaſphemiæ. Caput autem mali in ſequentibus affert, dicens. EVNOMIVS. Subſtantiam filij natam quidem eſſe, cum non eſſet ante ſubſiſtentiam ſuam: eſſe verò natam ante omnia patris voluntate. BASIL. Eadem adhuc adhibet artificia, de ſubſtantia nobis filij diſſerit, quaſi de alio, non de ipſo filio diſſerat, quo pacto auditum ad ſuſcipiendam blaſphemiam pertingat, cum non apertè dicat, natum eſſe à nihilo filium, ſed ſubſtantiam eius natam eſſe, cum non eſſet. Dic, ante quas res ipſa non erat? Videris cauillationem, ipſam ipſi A comparat, vt tolerabilia dicere omnibus videatur. Non ante ſecula dicit ipſam non fuiſſe, neque ſimpliciter nnn fuiſſe, ſed antequam ipſa eſſet. Agè vero dic, patris ne eſſentiam antiquiorem aſſeris propria eiuſdem ſubſiſtentia? Nam ſi non ſubiicit temporibus ſubſtãtiam filij, neque prius hac ratione intelligit, inanis & otioſa hæc ei eſt ratio, quare nec vlla reſponſione digna eſt. Attamen nõ minus & de Deo omnium dici poterit, ſi quis ad patrem hanc vanitatem transferre voluerit: eiuſdem enim amentiæ eſt, ſi quis Deum ante ſuã ſubſiſtentiam non eſſe dicat, & ſi ante ipſum fuiſſe aſſerat. Quòd ſi temporaliter & prius illud de ſubſtantia filij accipit, & à nihilo eſſentiam eius, immo primum ipſum filium (nihil enim refert quantum ad rem, hoc vel illo dicere modo) poſteriorem quam tempora ponet: vel ſi quis ita velit, quàm ſecula, ſeculorum creatorem. Deinde ſuas blaſphemias perſequens, patrem etiam aſſerit non fuiſſe patrem à principio, ſed poſtea factũ B eſſe. Atqui ſi bonum, ſi pulchrum eſt diuinæ beatitudini patrem eſſe, quomodo ergo à principio quod decebat, ipſi non aderat? At enim melioris ignoratiune, aut impotentia hunc fuiſſe defectũ ratiocinabuntur. Ignoratione quidem, ſi poſtea quod eſt melius adinuenit: Impotentia verò ſi ſciens atque intelligens, quod optimum eſt aſſequi nõ poterat. Sed ſi (quod eſt neſas dicere) non eſt ei bonum patrem eſſe, cuius gratia commutatus peius elegit? Conuertatur in aduerſarios hæc blaſphemia. Nam Deus omnium ex infinito pater eſt, nec incepit pater eſſe. Nam neque defectu virtutis, ne expleret voluntatem detinebatur: nec quaſdam ſeculorum periodos expectabat, vt ſicut in hominibus & reliquis animalibus creatis perfectione, ad gignendum virtute proueniente, quod voluit aſſequeretur. Inſani enim eſt hæc & excogitare, & dicere: ſed æternitati ſuæ, coæternam, vt ita dicam, habet paternitatem. Quamobrem & filius cum ante ſecula ſit & ſemper ſit, nunquam eſſe incepit: ſed ex quo pater eſt, & filius eſt. Et illico cum quis patris cogitationem capit, filij etiam incurrit. Nam pater filij videlicet pater. Patris igitur origo nulla, origo verò filij pater: inter hos autem nihil. C Quomodo igitur non erat à principio (nam hoc eſt, illud ante ſuam ſubſiſtentiam quod per cauillationem ab iſtis dicitur) is ante quem nihil intelligitur, niſi pater, à quo & eſſe habet, non per interuallum ſuperiore, ſed pro cauſſa præordinato. Si ergo æterna coniunctio filij ad patrem & Deum oſtenditur: cum noſtra cogitatio à filio † haud per vllum vacuum ad patrem tendat, ſed abſque interuallo patri filium cõiungat, qui nullo medio diſſeparatur: quem aditum relinquit pernicioſæ blaſphemiæ eorum, qui dicunt à non eſſe ipſum ad eſſe productum? Ad hæc mirari eſſet dignum de tanta ipſorum dementia, quod non intelligunt ſe, cum ex non eſſe dicunt filium, nõ patre ſolum poſteriorem oſtendentes, ſed ea quoq; re qua vnigenitum à patre diſſeparant. Nam neceſſe eſt, ſi quid eſt inter patrem & filium, id antiquius eſſe ipſa quoque productione filij. Quid igitur hoc eſſe poterit? quidnã aliud quàm æuum, vel tempus? Qui enim ſuperiorem patris vitam, vnigeniti vita intelligit, qua re alia quam æui, vel quorundam temporum ſpatio menſurans, exceſ- D ſum inueniſſe dicetur? Quod ſi verum eſt, falſa ſcriptura eſt, quæ dicit per ipſum eſſe factũ æuum & ſecula, & quæ docet omnia eſſe facta per ipſum: cum pateat, in omnibus æuum ac ſecula etiam comprehendi. Quòd ſi non negare ſe dicent ante ſecula filium natum eſſe, non lateat eos quod oratione dant, id reuera ab ipſis tolli. Interrogabimus enim eos, qui à non eſſe producunt vnigeniti ſubſtantiam, quando non erat, vt dicitis, quod illud erat interuallum? quam illi interuallo appellationem excogitatis? Nam cõmunis conſuetudo, aut tẽporibus, aut æuo, vel ſeculis omne ſpatiũ ſubiicit. Nã quod in ſenſibilibus eſt tempus, id in ſupernaturalibus natura æui dicitur. Iſti vero dicant, ſi quid tertium ex ſapiẽtia ſua excogitarunt. Dũ vero tacent, haud ignorent ſe ſubſtantiã vnigeniti ſeculis poſtponere. Si enim fuit, quod ſpatium antiquius filio, vitæ patris coëxtenſum, horum alterum fuiſſe perſpicuum eſt. Sed nec eſt, nec erit antiquior ſenſus vnigeniti ſubſi- E ſtentia: omni enim re quæ antiquitatis ratione poteſt excogitari, ſuperior ſubſiſtentia dei verbi, quod in principio erat apud deum, inuenietur. Nam etiam ſi ſeipſam imaginationibus mens infinitis & conformationibus rerũ quæ nullam habent ſubſiſtentiam, ſe immittens quæ non ſunt excogitet: nullam tamen viam inueniet, qua vnigeniti principio ſe poterit anteponere, & inferiorem proprio motu vitam eius relinquere, qui per ſe vita eſt, & excogitatione propria dei verbi initium ſuperare, & ſecula ſuſpicari abſque ipſo deo ſeculorum fuiſſe. At vero cum debitam vnigenito gloriam auferat, animaduertite, quibus verbis eũ glorificet. EVN. Eſt autem ſubſtantia filij, inquit, ante omnia nata patris voluntate. BAS. Id magnũ attribuit filio, quod antiquior ſit creaturis, & ante ea quæ ipſe fecerit. Opinatur enim ſufficere ad gloriam creatori omnium, quòd ante proprias creaturas collocetur. Nam cum, quantum in ipſo eſt, à dei ac patris cõiunctione ipſum alienarit, in præponendo creaturis gloriam ei atteſtatur: deinde blaſphemiam ad ſummam efferens turpitudinem, ineuitabili nos ſyllogiſmorum neceſsitate, vt putat, circumſepſit. EVN. Aut enim iam exiſtentem, inquit, pater genuit fi- F lium, aut non exiſtentem: quod ſi non exiſtentẽ, nemo me, inquit, temeritatis incuſet: at ſi exiſtentem, non abſurditatem ſolum & blaſphemiã, verumetiam & ſtoliditatem omnem hic ſermo excedit: qui enim eſt, generatione non indiget.

BAS. Hæc eſt illa diuulgata cauillatio ab aliis olim adinuenta: nunc vero impudicis iſtorum, & turpiſſimis linguis conſummata atque perfecta verum

Patrem ab æterno fuiſſe patrem.

Filiũ à nõ eſſe ad eſſe productum

† Ἄι διὰ κενοῦ.

ta. Verum nos illud primum auditores admoneamus, hunc illum eſſe, qui quoniam multi ex ignorantia humanitus generationem filij acciperent, neceſſitate in hos terminos compulſus ſit, hunc illum eſſe qui è corporeo ſenſu ad ſpiritualem ſpeculationem indoctas animas reuocet. Qui quoniam animalia non exiſtentia prius, naſcuntur poſtea: & quod hodie natum eſt, heri non fuit: hunc ipſum ſenſum ad vnigeniti traducit ſubſtantiam. Et quoniam natus eſt, inquit, ante generationem non erat. Sic magnificè diuinam nobis vnigeniti

A generationem enarrat, & his rationibus fratrum infirmitati medetur: digniſſimus omnium in quẽ prouerbium illud dicatur, Medice cura teipſum. Nos vero quam ei in hoc animi languore mitigationem afferemus, niſi eam quæ à ſpiritu ſancto per beatum Ioannem nobis prædicta eſt: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Nec enim principio poſſibile eſt antiquius quid excogitare: non eſſet enim principium, ſi quid ante ſe haberet ſuperius: neque quod erat, cogitatione trãſgreſſos ad id quod non erat aſcendere: contemnere enim eſt quod erat, ſi quod non erat excogites. Nam ſi eorum eſſet principium, quæ dicuntur ad aliud, vt principium ſapientiæ in principium viæ bonæ, & in principio fecit deus: forte poſſemus eius qui tali principio conſtitutus eſt, generationem cogitando excedere. Verum quoniam id principij ſignificatum abſolutum, ac ſine relatione ſupremam naturam ſignificat: quomodo non deridendus is eſt, qui vltra hoc principium cogitatione circumuagatur, & id ſuis imaginationibus excedere conatur.

In principio erat verbum.

B Pariter autem extenditur verbum erat, cum inſuperabili hoc principio: non enim eam quæ in tempore eſt ſubſiſtentiam verbum hoc, erat, ſignificat: ſicut homo erat in regione Hus, & homo erat de Ramathaim, & terra erat inuiſibilis: ſed ipſe nobis euangeliſta in alio ſermone huius verbi erat, ſignificatum oſtendit, dicens. Quis eſt, & qui erat omnipotens? Quale enim illud eſt, tale eſt & hoc erat, ſempiternum pariter & nullo tempore obnoxium. Qui vero non exiſtentem eum dicit, qui in principio eſt, nec ſenſum principij cuſtodit, nec ipſi in principio ſubſiſtentiam vnigeniti coniungit. Nihil enim excogitari poteſt principio ãtiquius, & eſſe dei verbi, inſeparabile eſt à principio. Quare quantumcunque volueris inuoli mentis inquiſitione retrocurrere, pertranſire tamen quod erat, & vltra illud ferri cogitationibus non poteris. Verum è contrario, iſte à nobis

C quoque interrogetur, vtrum à principio verbum erat apud deum, an poſtea acceſſit? Nam ſi erat, prohibe linguam tuam à malo, ab ea ſcilicet blaſphemia quod non erat. Sed ſi, quod fas dicere non eſt, commodius me eſt tuis ad te verbis vti, quod non blaſphemiam ſolum, ſed omnis ſtoliditatis exceſſum habet, homines ſcilicet ſermonum ſpiritus rationem quærere: & diſcipulum euangelij ſe profiteri, in euangelium autem ipſum inſurgere. Aduerte igitur quam diligenter, quàm apertè diuinæ voces generationi filij, quæ fuit ante ſecula, atteſtantur. Nam quoniam Matthæus quidem generationis ſecundum carnem interpres factus eſt, vt ipſe ait: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Marcus autem Ioannis prædicationem, initium euangelij fecit, dicens: Initium euangelij Ieſu Chriſti: ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta: Vox clamantis in deſerto: Lucas vero & ipſe per corporalia initia ad diuinitatis doctrinam acceſſit: neceſſario euangeliſta Ioãnes cum vltimus ad ſcribendũ veniſſet, ſuper omne ſenſibile ac tempus quod ſenſibilia ſequitur, mentem extollens, imò virtute ſpiritus eleuatus, ad ipſum acceſſit, qui vltra omnia eſt, quaſi teſtimonium etiam ipſe perhibens, quod & ſi ſecundum carnem Chriſtum cognouimus, attamen nunc non adhuc cognoſcimus. Id enim principiũ capiens, & corporeos omnes, atque temporales ſenſus inferiores theologia ſua relinquens, per magnificentiam cognitionis præcedentem alio- D rum prædicationem ſuperauit. Non ex Maria, inquit, principium, nec ab his tẽporibus, Sed quid? In principio erat, verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sic ſubſtantiam æternam, impaſſibilem, generationem connaturalem ad patrem, magnificentiam naturæ, omnia hæc paucis verbis concepit, & additione verbi erat, reduxit in prĩcipium, ora eorum quaſi claudens, qui quod non erat blaſphemant, & longè antè, huiuſcemodi cauillationum aditum ſuccidens: deinde per theologiam, quaſi perſpicuam deſcriptionem naturæ vnigeniti, conformata quaſi iam cognoſcentibus hac voce oſtẽdit, dicens: Hic erat in principio apud deum. Rurſus hic huius verbi, erat, additione, æternitati paternæ vnigeniti generationem coniunxit. Et rurſus: Vita erat, & vita erat lux hominum, & erat lux vera. Sed quamuis ita vndique oratio æternitatis additionibus tuta ſit, om- E nia tamen hic depellens ſpiritus teſtimonia, nec audire videtur Ioannem, ita crebro nobis verbũ erat inclamantem: Non exiſtens, inquit, prius, poſtea ergo natus eſt. Quod ſi non erat, vt dicit is, in principio, quam clariorem pugnam oſtendet aliquis contra euãgelij voces, quibus credidimus. Illud vero cui mentis compoti non videbitur, quemadmodum oculus cum luminata loca exierit, ac in obſcura inciderit, propter priuationem luminis videre deſinit: ſic intellectus, ſi extra id quod eſt, imaginationibus compellatur, cum veritas quaſi lux eum derelinquat, confuſus, & inſipiens ab intelligendo deſinit. Nec igitur oculus, ſi lux non eſt, viſu vti poterit: nec intellectus ab vnigeniti ſenſu diductus, officio intelligendi vtetur. Nam caſus à veritate mentis, viſus priuatio & cæcitas eſt. Quare vana omnino eſt illa mens, & in- F flata nihil intelligit, quæ vnigenito antiquiora ſe concepiſſe opinatur. Sicut ſi acumen viſus ei oculo aliquis atteſtetur, qui ad tenebras inſpicit. In lumine enim, inquit, tuo videbimus lucem. Qui vero intellexiſſe dicit, quando nondum erat lumen, ſimilis iis eſt, qui in ſenſu phrenetico quę non adſunt videre ſe imaginantur. Nam quæ filium excedunt, non intelliguntur. Quoniam quod eſt oculo ſenſibile lumen, hoc animæ deus verbum. Erat enim, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non illuminata igitur anima nihil intelligere poteſt. Quomodo igitur vltra generationem luminis quicquam comprehendetur? ſed oportet, vt arbitror, eos qui aliquid curant de veritate, corporeas ſimilitudines omittere, & cogitationes de deo ima-

ginatione materiali contaminent: ſed à ſpiritu ſan
cto traditam nobis theologiam imitentur, ac pro
iis interrogationibus quę nil ab inſolubilibus de-
ſunt, cum ad vtranque partem periculum oſten-
dant, dignam de deo generationem intelligere,
impaſſibilem, impertibilem, indiuiſibilem, ſi-
ne tempore, inſtar reſplendentis à luce radij, ad
diuinam generationem ductos. Intelligere au-
tem imaginem inuiſibilis dei, nec ſecundum ar-
tificinas has imagines ad exemplar poſtea labo-
ratam, ſed exiſtentem & conſubſiſtentem cum
prototypo qui ipſi ſubſtantiam dedit. Idémque
cum archetypo exiſtentem, nec imitatione figu-
A ratam, ſed tanquam ſigillo aliquo tota patris na-
tura filio impreſſa: aut ſi vis, qualis artium ſit
conſtitutio, tota ex docentibus in diſcipulos im-
miſſa, cum nihil deſit docentibus, & perfectio
adſit iis qui didicerunt. Vel id quidem non ita
congruum ad ſimilitudinem propter temporis
ſpatium: Illud commodius, qualis eſt intelle-
ctionis natura motibus mentis ſine tempore con-
ſtitura. Et nullus orationem hanc mihi carpat, ſi
quid exemplorum non penitus propoſito conue-
nit. Nec enim poſſibile, parua & vilia diuinis at-
que æternis ad vnguem accommodari: niſi in
quantum diſſimulationem eorum redarguunt,
qui impaſſibilem generationem non poſſunt mē-
te concipere. Imago vero dictus eſt filius, & eſt i-
mago genita: & ſplendor maieſtatis dei, & ſapien
tia, & virtus, & iuſtitia dei, non vt habitus, neque
vt aptitudo, ſed viua ſubſtantia & operans, ac ſplē-
dor maieſtatis dei. Quapropter & totum in ſeip-
ſo patrem oſtendit, ex tota eius maieſtate reſplen
dens. Quàm abſurdum eſt ergo dicere, maieſta-
tem dei non habere ſplendorem vel ſapientiam
B dei, & non vnà cum deo ſemper fuiſſe. Sed ſi erat,
inquit, non natus eſt. Reſpondebimus ergo, i-
mò quoniam natus eſt, erat, non innaſcibile ha-
bens quod eſt: ens vero ſemper & coexiſtens
patri, à quo etiam habet ſubſtantiæ cauſam.
Quando igitur ad eſſe à patre productus eſt? Ex
quo pater fuit. Sed ab æterno, inquit, pater: ab
æterno ergo & filius, per generationem innaſci-
bilitati patris coniunctus. Quod autem non no-
ſtra ſit hæc ratio, ipſas ſancti ſpiritus voces ipſis in
teſtimonium præbebimus, ac de euangelio qui-
dem ſumemus: In principio erat verbum. A Pſal-
miſta vero vt à perſona patris dictum: Ab vtero
ante luciferum genui te: & vtraque componen-
tes dicemus, & erat & natus eſt. Sed verbum illud
genui, cauſſam ex qua eſſendi principium habet:
verbum autem erat, intemporalem eius & æter-
nam ſubſiſtentiam ſignificat. Eunomius vero pro
fraude ſua certans ad inconueniens orationem ſe
adducere putat. EVNOM. Si enim, inquit, ante
ſuam generationem filius erat. BASIL. At id
quod dicis ante generationem, ô inanis tu, vel nul
lo modo ſubſiſtit, & cogitationis eſt figmentum
nullo ſubiecto inhærentis. Sed cur amentibus cō-
tradicendum eſt? vel ſi ad aliquid eorum quæ ſunt
C tendit, ad æui quoque ſententiam inducetur. Ve-
rum quoniam ſecula omnia cū filij creatura ſunt,
infra generationem vnigeniti intelliguntur. Ina-
nis eſt qui antiquius quid ſubſiſtentia filij quærit:
nihil enim alienius quærit, quàm ſi de patre quæ-
reret, vtrum ante ſuam ſubſiſtentiam fuerit an

Proceſſionis filij ſimile.

Imago ſplēdor, ſapientia dei [illegible] quomodo de filio accipienda.

non. Quemadmodum enim ſtultum eſſet, eo qui
ſine principio & ingenitus eſt, quicquam ſuperius
quærere: ſic ſi quis cum de filio ſi ab æterno ſi-
mul cum patre eſt, & nihil inter ſe habet & ge-
nitorem, temporales facit prioris interrogatio-
nes, æqualis amentiæ eſt. Nam ſimile eſt, ſi quis
interroget quid futurum ſit poſt obitum immor-
talis: & ſi quis quærat, quid erat ante genera-
tionem æterni. Hi vero quoniam proprietas pa-
tris, quæ eſt ſine principio, etiam æterna appel-
latur, idem ſine principio eſſe & æternum cen-
ſent. Et quoniam filius non eſt ingenitus, non eſſe
æternum profitentur. Hæc autem re ipſa pluri-
mum diſtant. Nam ingenitum quidem, quod nec D
ſui originem, nec eſſendi cauſſam habeat. Aeter-
num vero dicitur, quod omni tempore ac æuo ſe-
cundum eſſe antiquius eſt. Vnde filius nec inge-
nitus eſt & æternus eſt. Verum & æuum iam æter-
ni appellatione nonnulli dignantur: quoniam ex
eo quod eſt ſemper, etiam nominationem hanc
ſortitum eſt. Nos autem id quod æternum eſt,
creaturis atteſtari, & creatorem hac profeſſione
priuare, eiuſdem amentiæ dicimus. At Eunomius
ad turpiſſimum deducens orationem quid dicit?
EVNOMIVS. Nos autem cum his quæ à ſanctis
patribus olim, & nunc à nobis demonſtrata ſunt,
permaneamus: ſi nec ſubſtantia dei generatio-
nem ſuſcipit, neque alia quædam ſubiecta fue-
rit ſubſtantia ad generationem filij, non exiſten-
tem filium natum fuiſſe dicimus. BASILIVS.
Quis in pietatis cauſſa tantum contendit, quis in
amando Chriſtum tantum gloriatus eſt, quantum
iſti vituperationis & dedecoris verbis & maieſta-
tem vnigeniti demolientibus gloriantur? Non
ceſſabis non exiſtentem appellare impiè eum
qui verè eſt, eum qui fons vitæ eſt, eum qui om- E
nibus quæ ſunt, ipſum eſſe præbuit? Qui cum ad
ſuum cultorem Moſen oracula ederet, conue-
nientem ſibi & ſuæ decoram æternitati appella-
tionem inuenit, eum qui eſt, ſeipſum nominans.
Ego enim, inquit, ſum qui ſum. Quibus verbis nul
lus obiiciet, quod à perſona domini dicta non
ſunt, qui cum Moſe legis Iudaicum velamen in
corde inuolutum non habeat. Scriptum eſt enim,
quòd viſus eſt Moſi angelus domini in rubo, in
flamma ignis. Cum angelum ergo narrationi ſcri
ptura propoſuerit, dei adduxit vocem. Dixit enim
inquit, Moſi: Ego ſum deus patris tui Abraham: Et
rurſus poſt pauca: Ego ſum qui ſum. Quis igitur i-
dem ipſe & angelus & deus? Nōne ille de quo di-
dicimus, quod vocatur nomen eius magni conſilij
angelus? Ego quidem puto non pluribus nos indi
gere ad demōſtrationem, ſed ipſam admonitionē
iis qui Chriſtum diligūt ſufficere: his vero qui cu-
rari nō poſſunt, nullam fore vtilitatem ex multitu
dine eorum, quæ dicūtur opinor. Nam & ſi poſte-
rius factus eſt magni conſilij angelus: ſed tamē & F
prius non repudiabat angeli appellationem. Nec
hic ſolum inueniemus dominum noſtrum & an-
gelum & deum à ſcriptura nominatum: verume-
tiam & Iacob cum mulieribus viſionem enarra-
ret, dixit mihi angelus dei, inquit. Et poſt pauca de
eodem: Ego ſum deus qui viſus ſum tibi in loco
vbi vnxiſti lapidem. Atqui, illic in lapide ad Iacob
dictum eſt: Ego dominus deus Abraham patris
tui & deus Iſaac. Qui ergo hic angelus dictus eſt?
hic

Ingenitum eſſe & æternum eſſe di-ſtant.

Deū filiū à ſcr. paſſim angelum appellari.

Nota myſterium.

hic ipſe ibi dicit Iacob ſe manifeſtatũ fuiſſe. Qua-
re patet cuilibet, vbicunque angelus & deus idem
appellatur, vnigenitum ſignificari, cum ſeipſum
per generationes hominibus manifeſtet, & ſan-
ctis ſuis voluntatem patris annuntiet. Quas ob res
qui & Moſi eum qui eſt, ſeipſum nominauit, nul-
lus profectò alius præter deum verbum, qui à prin
cipio erat apud deum, intelligetur. Sed qui loquũ
tur iniquitatem in excelſum, non exiſtentem dice
re filium non timuerunt: & inſipiens quidem in
corde dicit, non eſſe deum. Hi vero nõ ſolum cor
de cogitarunt, ſed etiam in prauitate locuti ſunt:
A & poſterioribus per ſcripta temporibus tradere
non recuſarunt, non exiſtentem auſi deum nomi-
nare. Et quoniam nec dæmones ipſos videut ne-
gare quod deus ſit, cum mente ad ſuperiora redie
rint tempora, vbi impiam ſuam expleuerunt cupi
ditatem, non fuiſſe aliquando filium blaſpheman
tes, quaſi cum ſua natura non fuiſſet, gratia ſit ad
eſſe à deo productus. Deinde cum eam vocem
quam Paulus de idolis emiſit: Seruiuiſtis, dicens,
diis, qui natura dei non ſunt. Et Hieremias: Iura-
bant per eos qui dij non ſunt. Et ſapientiſſima He
ſter: Non tradas domine ſceptrum tuum iis, qui
non ſunt. Ipſam iſti vocem de deo vero dicentes,
quoniam iure amplius Chriſtianorum ſibi appel-
lationem attribuunt? Etenim etiam alibi iſte hic
ipſe Apoſtolus in ſpiritu dei loquens, non exiſten
tes appellat gentes: quia cognitione dei priuatæ
ſunt, cum dicat: Quoniam quæ non ſunt, elegit
deus. Nam quoniam deus eſt, qui eſt & veritas, &
vita, qui deo qui eſt, coniuncti per fidem non ſunt
ſed non exiſtenti mendacio copulati, propter de-
ceptionem qua erga idola afficiuntur cum prop-
B ter priuationem veritatis, tum propter alienatio-
nem à vita iure, vt credo, non exiſtentes nomina-
ti ſunt. Cum ad Epheſios etiam ſcriberet, vt verè
coniunctos ei, qui eſt, per cognitionem oſtende-
ret, exiſtentes eos per excellentiam nominauit di
cens: Sanctis qui ſunt, & fidelibus in Chriſto Ie-
ſu. Sic enim & qui ante nos fuerunt tradiderunt,
& nos in antiquis codicibus inuenimus. Hic au-
tem nec ea, cuius ſerui Chriſti participes ſunt, ap-
pellatione deum noſtrum dignum putare ſuſti-
nuit, ſed eum qui à nullo ad eſſe creaturas produ-
xit, non exiſtentem appellauit. Verum inde ma-
gis aliquis quantus ſit contemptus illius addiſcet,
vnde ſe ſimulat dominum decorare. EVNOM.
Non facimus, inquit, communem vnigeniti ſub-
ſtantiam cum iis quæ ex nihilo facta ſunt. Nam
non eſt ſubſtantia quod non eſt: ſed tamen ei ex-
ceſſum attribuimus, quãtum excedere neceſſe eſt
creatorem ſuper proprias creaturas. BASIL. Po-
ſteaquam argumentis ſuis huc orationem dedu-
xit, iam verbo in ſpeciem humanior factus dicit
ſe non facere communem cum eis quæ ex nihilo
C ſunt, ſubſtantiam vnigeniti. Atqui ſi deus omniũ,
quoniam ingenitus eſt, neceſſariò differt à geni-
tis: genita vero cuncta communem habent ex ni
hilo ſubſiſtentiam, quomodo non neceſſariò hæc
ſecundum naturam coniunguntur? Nam quem-
admodum illic inacceſſibile diſſeparat naturas, eo
dem pacto hic conditionis æqualitate, itidem in-
ter ſe colliguntur. Cum autem ex nihilo dicãt eſſe
filium, & ea quæ ab ipſo facta ſunt, & vnam ſecun
dum hoc eorum faciant naturam, non tamen ſe di-
cunt filio ſimilem eis quæ ex nihilo ſunt ſubſtan-
tiam attribuere. Nã quaſi dominus eſſet ipſe, quã-
rum vult præbet vnigenito dignitatis: & ſic verba
facit. Tantum enim, inquit, ipſi exceſſum attribui-
mus, quantum excedere neceſſe eſt creatorem ſu-
per proprias creaturas. Non dixit, cumprehendi-
mus aut glorificamus, ſicut de deo dicere oporte-
bat: ſed attribuimus, quaſi ipſe eſſet mẽſuræ diſtri-
butionis dominus. Quantum vero ipſi exceſſum
concedit? Quantum excedere, inquit, neceſſe eſt
creatorem proprias creaturas. Nondum id diuer-
ſitate ſubſtantiæ atteſtatur: nam homines arte, o- D
pera ſua excedunt, & tamen eiuſdem cum eis eſſe
videntur ſubſtantiæ, vt cum luto figulus, & cum li
gnis nauicularius. Corpora nanque ſimiliter vtra-
que & ſenſibilia, & terrena pariter. Poſtquam ve-
ro tãtam filio ad creaturas diuerſitatem conceſſit,
iam & in ipſa de vnigenito ſententia verſutè agit.
EVN. Nam idcirco, inquit, vnigenitus eſt, quoniã
ſolus ingeniti virtute natus & creatus, perfectiſſi-
mus factus eſt miniſter. BASIL. Ignoro quid ho
rum oporteat moleſtius ferre, vtrum verſutiã quã
circa nomen vnigeniti aſtutè adinuenit, tam præ-
ter hominum conſuetudinem, quam præter piam
ſcripturarum traditionẽ, eius nominis ſenſum acci
piens (nam vnigenitus nõ qui à ſolo natus, ſed qui
ſolus natus, in communi cõſuetudine appellatur) *Vnigenitꝰ.*
an ex nomine creaturæ blaſphemiam, quam data
opera nomini natus coniunxit: vt nulla maiore ex
cellentia verbum naſci domino attribui oſtendat
quam creaturis: ſed ſicut filios genui & exaltaui,
& filius primogenitus Iſraël, ſic & dominũ Ieſum
eſſe nominatum: non quod habeat nomen ſupra
omne nomen, ſed æqualiter atque alia hac appel- E
latione dignum putatũ. Deinde hi ad Salomonis
dictionem confugiunt, inde tanquam è loco inſi- *Dominus*
diarum in fidem excurrunt. Nam quoniam ex per *creauit me*
ſona ſapientiæ dictum eſt: Dominus creauit me: li
cere ſibi arbitrati ſunt de Domino dicere, quòd ſit
creatura. Ego verò cum multa de voce hac habeã *Prouer. 8.*
dicere, primum, quòd ſemel in omnibus ſcriptu-
ris dicta eſt: deinde quod in volumine cuius ſen-
ſus plurimum latet, & per prouerbia & ſimilitudi
nes, per obſcuros ſermones & ænigmata vt pluri-
mum procedente: vt nihil non ambiguum, nihil *In quartũ*
clarum ab ipſo capi poſſit, prætermitto: ne lon- *librum.*
gioribus interpoſitionibus orationem faciam lõ-
giorem, præſertim cum etiam inquiſitio de his
quæ male intellexerunt, in proprium locum no-
bis dilata ſit, in quo hæc quoque pars conceden-
te deo examinabitur. Et puto (dictum autem ſit
cum deo) multo magis idoneum propoſitæ di-
ctionis ſenſum, & qui nihil periculi afferat, inqui-
ſitione ipſa emerſurum. Interea verò illud non o-
mittamus nonnullos interpretum, qui melius he-
braicam linguam tenuerunt: poſſedit me, pro crea
uit, edidiſſe: quod eis maximo erit impedimento
ad blaſphemiam. Qui etenim dixit: Poſſedi homi- F
nem per deum: nõ quod creauiſſet Cain, ſed quod
genuiſſet, hac vſus voce videtur. Sed vnde incepi-
mus redeamos. EVNOM. Idcirco, inquit, vni-
genitus, quoniam à ſolo natus & creatus, per-
fectiſſimus factus eſt miniſter. BASILIVS.
Si ergo non quoniam ſolus natus eſt, ſed quo-
niam à ſolo vnigenitus dictus eſt: idem autem
eſt ſecundum te genitum eſſe & creatum eſſe:
cur

cur non & vnicam ipſum creaturam appellas, tu inquam qui cuncta facilè & cogitas & profers? Hominum autem, vt per veſtram rationem videtur, nemo eſt vnigenitus. Nam ex coitione omnibus eſt generatio. Nec Sara vnigeniti filij mater erat: non enim ſola ſed cum Abraham ſimul eum genuit: & ſi veſtra tenet opinio, neceſſe eſt totam vitam dediſcere, cum non fratrum priuationem, ſed deſolationem parentum id nomen ſignificet. Iam verò & creatura præter cauſam dignitate dei A verbi inferior eſt, quod vnigenita eſſe non potuit quo aliquid patri ad creationem filius contulit, quanuis nec ab ipſis concedatur. Miniſtrum enim perfectiſſimum eum nominauit. Quomodo ergo ſecundum vos, non à ſolo patre creatura etiam facta eſt, qui tanquam inanimatum inſtrumentum & patri deum verbum apponitis: niſi & nauicularium negabit aliquis ſolum nauem feciſſe, quoniam inſtrumentis ad conſtruendum vſus eſt? Quare vnigenita eſt & creatura, & partes eius nō tantummodo virtutes inuiſibiles, ſed etiam corpora ſenſibilia, & horum humillima, cyniphes, locuſtæ, & ranæ. Ipſe enim dixit, & nata ſunt. Nam qua miniſtratione indigeat is qui ſolo nutu creat, & ſimul cum voluntate creatura conſtituitur? Sed dices quomodo ergo etiam ſecundum vos per filium ſunt omnia? Quoniam diuina voluntas tanquam à ſonte primę cauſæ profecta, per ſuam imaginem, id eſt, per deum verbum ad actū prodit. Eunomius verò vnigenitum filium miniſtrum appellauit. Hoc ipſi magnum imponens, quod promptus in imperatæ rei miniſterium eſt. B Si enim non in eo quod deus perfectus eſt, maieſtatem poſſidet, ſed in eo quod certiſſimus miniſter, qua in re ab aliis differet ſpiritibus, qui libenter opus miniſterij efficiunt? Propterea cum natus dixiſſet, creatus ſtatim adiunxit, vt etiam hinc nullam inter filium & creaturam diuerſitatem eſſe oſtenderet. Verum dignum fuerit, vt ipſam admonitionem eius audiamus. EVNOM. Non oportet, inquit, cum patris ac filij appellationem audimus, humanam ipſius intelligere generationem: nec hominum generatione adductos, participationis nominibus ac paſſionibus deum ſubiicere.

BASIL. Monet non oportere ſimilem filium patri ſecundum ſubſtantiam intelligere. Id enim ſibi vult participationis negatio, quaſi incommunicabilis ſit patris ſubſtantia ſubſtantiæ filij. Idcirco pulchrè ille, quarum turbam nos prætermiſimus, nominum diſtinctiones adhibitæ: quòd non quorumcunque eædem ſunt voces, ſignificato quoque ſunt eadem, vt patrem filij eſſe, eorum ſimilitudine qui patres in terris appellantur, Deo auferat. At ego, cum multa ſint quæ chriſtianiſmum à gentili errore & Iudaica ignorantia diſſeparent, nul- C lum potius ac maius dogma, quàm in patrem & filium fidem, Euangelio noſtræ ſalutis ineſſe arbitror. Nam etiam quocunque errore ſciſſi, factorem & creatorem eſſe Deum confitentur. Qui verò falſiuocum patrem, & nuda voce filium denunciat, nihilque putat differre vel patrem vel creatorem profiteri, & aut filium aut facturam dicere, ad quem ordinem aut partes, Iudæorum an gentium nobis enumerabitur? Nec enim Chriſtianis ſeipſum adaptabit, qui virtutem pietatis, & quaſi fidei noſtræ characterem pernegat. Non enim in opificem & opificium credidimus, ſed in patrem & filium per gratiam quæ in baptiſmo eſt obſignati ſumus. Quamobrem qui has negligere voces audet, vniuerſam ſimul Euangelij delet virtutem: cum nec patrem generaſſe, nec filium eſſe genitum prædicet. Sed hæc dico, inquit, paſſionis ſenſum, qui patris voce nobis innaſcitur, fugiens. Verum oportebat, ſi piè agere volebat, abſonum horum verborum ſenſum, ſi quis inerat recuſare, non ſimul totam vocem negligere: nec D dedecoris cauſſa vtilitatem quoque quam ab ipſa conſequimur, ſimul eiicere: & ab humilibus quidem ac corporeis cogitationibus in diuinis dogmatibus mundum eſſe: generationem verò ſanctitati ac impaſſibilitati diuinæ conuenientem intelligere: modóque quo Deus genuit, vt ineffabili incomprehenſibilique omiſſo, ad ſimilitudinem ſubſtantiæ per generandi appellationem deduci. Quanuis diligenter conſideranti etiam palam ſit, non corporeæ paſſionis primo ac propriè patris ac filij nomina, ſenſum facere ſolere: ſed ſolam ex ſeipſis cum dicantur, quam inter ſe habeant habitudinem oſtendere. Pater enim eſt, qui eſſendi principium alteri ſecundum ſimilem ſibi naturam præbuit. Filius verò, qui ab altero eſſendi principium per generationem habuit. Cum igitur hominem patrem eſſe audimus, tum paſſionis quoque ſenſum accipimus: at cum Deum patrem ad impaſſibilem cauſam cogitatione accurrimus. Eunomius autem vocem hanc de paſſionibus ſubiecta natura capere aſſuetus: quod ſuæ mentis comprehenſionem excedit, vt impoſſibile pernegat. Cum non oporteat corruptibilium paſſiones attendentem, minus impaſſibilitatem Dei credere: fluxibili naturæ ac infinitis ſubiectæ muta- E tionibus, incommutabilem atque inalterabilem ſubſtantiam conſerentem. Nec oportet, quoniam mortalia hæc animalia non abſque paſſione generant, ſic & Deum opinari: ſed hinc magis ad veritatem deduci, quòd poſtquam non ſine paſsione corruptibilia generant, qui incorruptibilis eſt cōtrario modo generat. Nec verò illud vtique dicet, quod primo ac propriè de hominibus his nominibus dictis, nos de Deo dicentes abutimur. Etenim Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad omnium rerum principium & veram cauſam nos reducens: vos autem nolite, inquit, vocare patrem veſtrum in terra, vnus enim eſt pater veſter cœleſtis. Quomodo igitur, tanquam ſi paſsiones corporeas principaliter hæ voces ſignificarent, repudiandas putat: quas Dominus vt impaſsibilitatem dei decentes, ab hominibus ad ſeipſum tranſponit? Si verò & creaturarum pater nominatus, id rationi noſtræ non repugnat. Qui enim genuit glebas roris ſecundum verba Iob, non eodem modo glebas & filium genuit. Aut ſi hoc dicere audebunt, vt æquali ordine ſubſtantiam quoque roris filium nominent, ab omni nos ad eos oratione libera- F bunt, cum ad manifeſtiſsimam impudentiam blaſphemiam produxerint. Non enim cum omnium noſtrum pater Deus dicitur, eodem modo noſter ac vnigeniti pater eſt. Quòd ſi quoniam primogenitus totius creaturæ, & primogenitus in multis fratribus Dominus appellatur, ad impietatem id ipſos doctos redigit: doctiores ab Euāgelio fiant, quod matres etiam & fratres ſuos,

Nō eodem modo pater & filij vocabula, de deo dici & homine.

eos

eos Dominus appellat, qui virtuoſis operibus ſibi
coniuncti ſunt. Quænam eſt enim mater mea, in
quit, & qui ſunt fratres mei? qui faciunt volunta-
tem patris mei qui in cœlis eſt. Quare pater no-
ſter eſt Deus, non abuſione aut tranſlatione, ſed
propriè primò & verè dictus, cum per hos corpo
reos parentes à nihilo nos ad eſſe produxerit, &
curet ſibi adiungere: quòd ſi noſtrum, qui per
gratiam adoptati ſumus, verè vocatum patrem
dicimus, quæ ratio prohibebit, ne naturalis filij
qui ex ſubſtantia eius prouenit merito pater ap-
pelletur? EVNOM. Non oportet, inquit, pro-
A pter patris & filij vocabulum humanam Domini
generationem intelligere. BASIL. Id ego quo
que aſſero, diuinam tamen eam & impaſſibilem
quid prohibet credere hos impios? Sed opinor,
non vt ſine corruptione, ſed vt nullo modo genu
iſſe Deum oſtendat, his verbis vtitur: Quomodo
igitur in ſuperiori oratione ô optime, tu genimẽ
eſſe ſubſtantiam vnigeniti cenſebas? Si enim na-
tus non eſt, vnde ipſe ſecundum rationem tuam
genimen eſſe poterat? Verum propter geniti ad
ingenitum oppoſitionem, genimen contende-
bat. Nunc autem rurſus • coniunctionem ſubſtā-
tiæ hac voce ſignificari cum videat, natum eſſe à
genimine remouet. Atqui ſi hoc tanquam paſſio-
nis ſignificatiuum repudiat, quid prohibet eiſdem
de cauſis creatorem ipſum eſſe negare? Omnibus
enim corporeis operationibus ſecundum propor
tionem virtutis illius qui facit, & ſecundum mag-
nitudinem ac diuerſitatem eorum quæ fiunt, ma-
ior aut minor labor omnino coniungitur. Diui-
nam verò & beatam naturam, ſi quis dicit labore
B premi, nō minus erit impius, quàm ſi turpiſſimis
ipſam affectibus ſubiectam arbitretur. Si verò
abſque paſſione creat, credite impaſſibilem etiā
eſſe generationem. Quòd igitur propriè ac meri-
tò Deus dicitur pater, & quòd non paſſionis, ſed
• coniunctionis nomen eſt: vel eius quæ eſt per
gratiam, vt in hominibus: vel eius quæ ſecundum
naturam eſt, vt in vnigenito, ſatis dictum eſt. Sed
concedamus tropicam eſſe: ac per tranſlationem,
ſicut & alias infinitas, hanc quoque vocem dici. Si
igitur, iraſci, dormire, volare, Deum audientes, &
alia huiuſmodi quę non decoram ex propria intel
ligentia ſententiam prębent, nec ſpiritus voces de
lemus, nec corporeo pacto hæc dicta intelligi-
mus. Quamobrem cum etiam hæc vox ſic crebro
à ſpiritu ſuſcepta ſit, conuenientem Deo ſenſum,
non inueſtigamus? An ſolam hanc ex ſcriptura de
lebimus, ex humano vſu ipſam calumniantes? Sic
C autem conſideremus, cum duo ſignificata genera
tionis vocabulum ſecundum vſum habeat, gene-
rantis & paſſionem & • coniunctionem ad geni-
tum: quando à patre ad vnigenitum dicitur: Ex v-
tero ante luciferum genui te: & filius meus es tu,
ego hodie genui te: quod horum ſignificatū hoc
oſtendi verbo dicemus: generantis paſſionem, an
naturæ coniunctionem? Hoc vltimum ego aſſero:
neque hos vnquam puto niſi in perſpicuam phre-
neſim deuehantur, contradicturos. Quare ſi con-
ueniens Deo eſt hæc vox, cur ſicut alienam ſper-
nis? ſin autem ex hominibus tranſlata eſt, quod eſt
ſyncerum ex ea ſuſcipiens, id ex ſignificatis quod
peius eſt, fugias. Licet enim profectò in dictione
quæ multa ſignificat, cum ad rectum ſenſum per
rationem deductus ſis, quod humile ac turpe ſig-
nificatum eſt, præterire. Nec mihi dicas quænam
eſt hæc generatio? qualis & quomodo facta? Nun
enim quia ineffabilis omnino modus & incom-
prehẽſibilis eſt, idcirco etiam firmiter in patrem
& filium credere recuſabimus. Nam ſi cuncta in-
telligentia noſtra mẽſurare voluerimus: & quod
mente non capimus, id nihil omnino eſſe putaue-
rimus, amitteretur profectò fidei, amitteretur etiam
ſpei remuneratio. Quomodo autem erimus am-
plius beatitudine digni, quæ in rerum inuiſibiliũ
fide depoſita eſt, ſi ſolis iis aſſentimus, quæ intelle-
ctui dilucida putamus? Vnde euanuerunt gentes
& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum? Nonne
quoniam dum ea ſequuntur, quæ cogitando veri- D
ſimilia putant, prædicationem ſpiritus incredibi-
lem dicunt? Eſaias autem quos vt perditos deplo-
rat? Væ ſapientibus in ſeipſis, & coram ſeipſis ſciẽ
tibus nonne hos? Multa igitur præteriens eorum,
quæ in medium coniecta ſunt, quæque perſpicuè
aſſerebat de filio, quod natus non ſit: & quæcun-
que vt creaturam eſſe vnigenitum credatur, arti-
ficioſe excogitauit: ad leuiora magis impietatis e-
ius conuertar: ſi id ſolum è prætermiſsis college-
ro: quòd quam præoccupando re ipſa comproba-
uit blaſphemiam, hanc ipſam cum verbo ſubte-
gere, & turpitudinem ſermonis mitigare voluiſ-
ſet, non immiſcere ſe filium dixit creaturis, ſuo-
rum ipſemet dogmatum oblitus, quæ in ſuperio-
ribus voce clara, & nullo velamine obuoluta ex-
ponebat. Ex quibus ad turpiſſimam rurſus & per-
ſpicuam excidit contradictionem: ſic igitur ſcri-
bit. EVNOM. Nemo autem cum filium creatu- E
ram eſſe audiat, moleſtè ferat, quaſi nominum
communicatione ſubſtantia quoque communis
facta ſit. BASIL. Quomodo igitur ô ſapientiſ-
ſime tu, ſi ad diuerſitatem nominum ſubſtantiæ
immutatio neceſſariò ſequitur (Recordamur e-
nim hæc te in ſuperiori oratione pertractaſſe) nũc
ad communicationem nominum communicatio
ſubſtantiæ non conſequetur? Nec enim ſemel, nec
otioſe id dixiſſe videtur. Nam & nunc quaſi eum
dictorum illico pœnituiſſet: quod communicatio
nominum ſubſtantias communes non faciat, rur-
ſus aduerſarios carpens, poſt pauca hæc adducit.
EVNOM. Oportebat, inquit, ſiquidem ipſis cura
veritatis eſſet, cum nomina diuerſa ſint, ſub-
ſtantias etiam diuerſas confiteri. BASIL.
Quomodo aliquis facilius hoc homine mentie-
tur? quippe qui ad contraria breui conuerſus, mo-
dò inquit diuerſitatem nominum neceſſariò ſub- F
ſtantiarum diuerſitatem oſtendere, modo è con-
trario communicationem non communem face-
re ſubſtantiam. Sed perinde facimus atque hi, qui
homicidam contumeliæ, vel vulneris, vel huiuſ-
cemodi peccati accuſant. Ad caput igitur malo-
rum eius tranſeamus. Cum hic communem om-
nibus pariter chriſtianis: qui verè hac appella-
tione digni ſunt, opinionem eſſe vidiſſet, quod
filius genita lux ſit ex ingenita luce reſplendens:
& per ſe ipſe vita: & per ſe ipſe bonum, ex viui-
ficante fonte paternæ bonitatis prouenien: De-
inde recordatus, niſi has ſententias noſtras con-
cuſſiſſet, omnia ſua nihil niſi ſophiſmata quæ-
dam futura. Nam qui lucem eſſe patrem pro-
fitetur, lucem autem & filium: cum lucis vnus
&

& idem ſit ſenſus:ad confeſſionem identitatis ſub
ſtantiæ per ſeipſum ſubito deducetur. Luci enim
ad lucem ſecundum ipſam rationem lucis, nulla
nec in prolatione nec in ſenſu eſt diuerſitas. Vt i-
gitur hoc à nobis tollat, artificij retibus fidei ra-
tionem circumuallat, nullam hæc inter ſe compa-
rationem & communionem docens habere: &
quæ eſt geniti ad genitum oppoſitio, hanc dicens
eſſe lucis etiam ad lucem: vel ſi hæc fugimus, com
poſitum eſſe Deum confiteri cogens. Sed ipſam
eius dictionem audiamus. EVNOM. Vtrum aliud
quid ſignificat, inquit, lux in ingenito præter geni
tum, vel idem vtrunque? Nam ſi aliud atque aliud,
A perſpicuum eſt compoſitum eſſe, quod ex alio at-
que alio conſtat: quod autem compoſitum eſt, in-
genitum non eſt. Si verò idem, quantum abeſt ge
nitum ab ingenito, tantum neceſſe eſt & lucem à
luce abeſſe, & vitam à vita, & virtutem à virtute.
BASIL. Videte ac intelligite impietatem horribi
lem: quantum, inquit, ingenitum à genito diſtat,
tantum & lux à luce diſtabit, & vita à vita, & vir-
tus à virtute: interrogemus ergo ipſum, quanto in
teruallo ingenitum à genito diſſeparatum eſt? Nũ
paruo aliquo, & tanto, vt poſſint nonnunquam ad
idem inter ſe conuenire? an hoc omnino impoſſi-
bile, & magis quàm eundem mortuum eſſe ſimul
& viuere, ſanum & ægrotum vigilantem & dor-
mientem. Talia nanque ſunt quæcunque ſumma
oppoſitione inter ſe diſſident: vt cum alterum ad-
ſit, neceſſariò abſit alterum, quæ ita cõparata ſunt,
vt nunquam ſimul eſſe & conuenire poſſint. Se-
cundum igitur hunc modum, cum ad genitum in-
genitum opponatur, qui patrem lucem nominat,
lucem verò & filium: tantum verò hanc lucem ab
illa luce diſtare dicit, quantum genitum ab ingeni
B to diſtat: nonne manifeſtè impius eſt, quanuis ver
bo humaniorem ſe ſimulat, quaſi etiam filium no
minet, virtute tamen eorum quæ dicuntur ad con
trarium ſenſum abducens. Cõſiderate enim quid
opponitur ingenito, aliúdne ingenitum, an geni-
tum. Palàm, quoniam genitum. Quid porrò luci
opponitur, lúxne alia, an tenebræ? Profectò tene-
bræ. Si ergo quantum diſtat genitum ab ingenito
tantum neceſſe eſt diſtare lucem à luce, cui ampli
us occulta impietas eſt, quod in appellatione lu-
cis luci oppoſitum adducens, contrarium eſſe lu-
cis naturæ vnigeniti ſubſtantiam putat. Vel oſten
dat nobis lucem luci oppoſitam eam oppoſitionis
menſuram habentem quæ genito ad ingenitum
ineſt. Quod ſi hoc nec eſt, nec iſte vnquam exco-
gitabit, non ignoretur ars, qua verſutè blaſphemiã
præparat. Nam quoniam putat, ingenito genitum
modo contrario opponi, eandem luci ad lucem
oppoſitionẽ adaptat: vt per omnia hæc patris ſub-
ſtantiam inimicam & hoſtilem vnigeniti oſtẽdat
ſubſtantię. Propterea noua hęc eſt in dogmatibus
traditio qua dicit: Quantum genitum ab ingenito
abeſt, tantum neceſſe eſt lucem à luce abeſſe. At
ingenitum ad genitum habet quandam poſitione
verborum non natura rerum oppoſitionem, ſicut
C iſti affirmant: lucis autem ad lucem, nec prolatio-
ne vocis nec ſenſu poſſibile eſt aliquam oppoſi-
tionem excogitare. Sed videtur deceptiuis cauilla
tionibus ſeipſum ſeducere. Putat enim quę ad cõ-
traria conſequuntur, eam habere pugnam ad inui
cem, quam & principalia contraria poſſident: &
cum alteri contrariorum contrarium inſit, & ad al
terum omnino contrarium conſequuturum. Vt ſi
ad viſum lux ſequatur, ad cæcitatem tenebræ: & ſi
ad viuere ſentire, ad mortuum eſſe inſenſatum eſ-
ſe ſequatur. Hæc autem quòd & imbecillis & ua
nida obſeruatio ſit, attendenti cuilibet perſpicuũ
eſt. Nec enim quoniam ad vigilare viuere ſequi-
tur, ad dormire mortuum eſſe neceſſariò ſequitur.
Sed nec contrario modo ſe habet genitum ad in-
genitum. Si enim contraria ſunt, & alterum alte-
rius erit corruptiuum (quod in caput blaſphemã-
tium vertitur) immo neque natura ſunt inimica
neque quæ conſequuntur eandem neceſſario ha-
bebunt diſtantiam, quam habere & principalia de
monſtrabantur. Aut ergo deleas aliis ſcriptis hæc D
verba: aut noli impietate detineri & pernegare:
tua enim eſt blaſphemia, qui dixiſti, quantum di-
ſtat genitum ab ingenito, tantum eſſe neceſſe lu-
cem à luce diſtare. Quare ſicuti nunquam qui na-
tus eſt innaſcibilitatis erit particeps, ſic vnquam i-
pſi de luce trades: & ita ſecundum te vnigeniti ſub
ſtantia æqualiter ab ingenito & à luce diſtabit. At
Ioannes magna ſpiritus voce reclamat tibi dicẽs:
Erat lux vera. Tibi verò nullæ ſunt ad audiendum
aures, nec cor ad percipiendum eam, ſed ad inimi
cam naturam, quæ ſimul cum luce eſſe non poteſt
vnigeniti ſubſtantiam cauillationibus tuis impel-
lis. Nec enim illud quaſi firmum dices, quod ab in
genito appellationem lucis non abſtuleris. Non
enim in ſono aëris, ſed in virtute ſignificatarũ re-
rum eſt pietas. Tu vero neque in his impiis ſolum
conſtitiſti, ſed etiam vitam & virtutem eadem mẽ
ſura diſtantiæ inter ſe contrarias inducis, dicens:
Quantum diſtat genitum ab ingenito, tantum ne
ceſſe eſt lucem à luce diſtare, & vitam à vita, & vir
tutem à virtute. Ergo nec vita ſecundum te, nec E
virtus vnigenitus eſt, ſed deles ipſius Domini ver-
ba dicentis: Ego ſum vita. Deles etiam Pauli dicen
tis: Chriſtus, Dei virtus. Nam quæcunque in ſupe
rioribus demonſtrata ſunt, ea iſtis quoque accom
modabuntur. Nec enim vitam, nec virtutem, vitæ
& virtuti opponi quiſpiam dixerit, ſed mortem ac
imbecillitatem perfectiſſimam oppoſitionem ex
plere. Quibus ipſe per doloſam verſutiam mali-
tioſè ſuo velamine orationem occultans, horribi-
lem confirmat impietatem, & eloquentiæ artibus
in contrarium naturæ paternæ naturam vnigeniti
adducens, ſolam reliquit nominum venuſtatem.
Quid ergo nos quo pacto & patrem ingenitum,
& filium genitum profitemur, & in ipſo eſſe con-
trarietatẽ negamus, quid dicentes? id ſcilicet quod
boni quidem patris, bonus filius: ex luce vero in-
genita, lux æterna effulſit: & ex vera vita fons eſt
productus viuificans: & ex ipſa per ſe virtute dei
virtus emicuit. Tenebræ vero, mors & imbecilli-
tas, principi huius mundi & tenebrarum principi
bus, ac prauitatis ſpiritibus, & omni virtuti quæ F
diuinæ naturæ inimica eſt, adnumerantur, etiam
ipſis non ſecundum ſubſtantiam contrariis bono
exiſtentibus (ſic enim reprehenſio hæc ad creato-
rem rediret) verum electione propria per priua-
tionem boni ad vitium prolapſis. Et tamen ad hũc
ordinem Eunomij lingua deum etiam ipſum op-
pugnans, vnigeniti naturam deducere conata eſt.
Nec enim illud dicere poteſt, quod cum ſubſtan-
tiam patris lucem eſſe ponat, maieſtate ac ſplen-
dore

dore vnigeniti ſubſtantiam excedentem, lucem quidem etiam ipſam, ſed obſcuriorem & quodam modo offuſcatam arbitretur. Nam & ſi piæ mentis hæc quoque non eſſent: quoniam Imaginis ſimilitudinem detrahendo auferunt: ſed tamen voto dignum, hæc ita ipſum diſſeruiſſe: nō enim magno ad emendationem eius certamine opus eſſet. Nunc vero ingenito ad genitum non ſecundū maius & minus ineſſe diuerſitas dicitur, vt maioris luminis ad minus: ſed quanta eſt eorum, quæ nullo pacto ſimul eſſe poſſunt, diſtantia. Impoſſibile

A enim eſt, id cui alterum ineſt, per trāſmutationem quandoque ad oppoſitum pertranſire, vt vel ex ingenito genitum fiat, vel è conuerſo à genito ad ingenitum tranſmutetur. Ei ergo qui ſemel cenſuit tantum à luce lucem abeſſe, quantum abeſt genitum ab ingenito, ne iſta quidem ratio ad fugam relicta eſt. Lux enim ſuprema cum tenuiore quodāmodo ac obſcuriore luce, cum genere eadem ſit, ſola intentione ab ea differt: ingenitum vero non eſt geniti intētio, nec genitum ingeniti eſt remiſſio, ſed quaſi per diametrum horum diſtantia eſt. Eos igitur qui genitum & ingenitum ſubſtantiam dicunt, hæc & his plura inconuenientia conſequūtur. Naſcetur enim illis contrarium è cōtrario: & pro naturali coniunctione neceſſaria etiam quædam ſecundum ipſam ſubſtantiam ſeditio ipſis inerit. Id autem maiorem impietatis inſipientiam oſtendit, ſi quis ſubſtantiam dicit cuiuis rerum omnium eſſe cōtrariam: quod ſecus eſſe iamdiu, & apud exteros & ſapientes cōceſſum eſt: quos cum non inueniant iſti ſecum pro blaſphemiis certan-

B tes, quaſi nulla re dignos deſpiciunt: Sed impoſſibile eſt ſubſtantiæ contrarietatem ineſſe. Si vero quiſquam quod verum eſt, genitum atque ingenitum vt ſpecificas quaſdam proprietates in ſubſtantia conſideratas ad veram & inconfuſam patris ac filij ſententiam perducentes eſſe putat, is & impietatis periculum effugiet, & quod eſt rationi cōſentaneum conſeruabit. Proprietates enim ac notæ quaſi characteres quidam & formæ in ſubſtantia inſpectæ, diſtingnūt quidem quod commune eſt appropriatis characteribus: communicationē vero ſubſtantiæ non amputant: vt verbi cauſa, deitas communis eſt, proprietates autem paternitas & filiatio: ex complexione vero vtriuſque, communis dico ac proprij, comprehenſio veritatis nobis innaſcitur. Itaque ingenitam lucem audientes, patrem intelligimus: genitam vero lucem cum audimus, filij ſententiam capimus. Ita ſecundum quod vterque lux eſt, nulla in ipſis eſt diuerſitas, cum oppoſitio ſecūdum genitum atque ingenitum inſpiciatur. Hæc enim proprietatum natura eſt, vt in identitate ſubſtantiæ diſtinctionem oſtendant: & ipſæ quidem inter ſe eum ex oppoſito diſtinguan-

C tur, contrario modo opponūtur, vnitatem tamen ſubſtantiæ minimè diſtrahunt: ſicut volatile, pedeſtre, aquaticum, terreſtre, rationale, irrationale. Cum enim vna eſſentia omnibus ſubiecta ſit, proprietates hæ non faciunt ipſam diuerſam, neque quaſi ad mutua diſſidia pertrahunt: declaratione autem notionum tanquam lucem animis noſtris imponentes, ad comprehenſibilem mentibus intelligentiam ducunt. Hic vero proprietatum oppoſitionem ad eſſentiam transferens, hinc impietatis attrahit opportunitatem, tāquam pueros nos

Proprietatum diſtinctio at tributarū eſſentiam.

Impoſſibile.

cauillationibus vt laruis perterrens. Quòd ſi alia, inquit, eſt lux præter ingenitum, neceſſariò compoſitus deus nobis demonſtrabitur. Ego autem quid dico? Niſi alia ſit lux præter ingenitum, non eſt poſſibile ipſam, ſicut nec ipſum ingenitum de filio prædicari. Intelliget autem quiſpiam etiam inde ſignificationes harum vocum differre, cum lucem habitare dicitur deus, & lucem indui. Nuſquam vero dicitur in innaſcibilitate ſua habitare, neque illam deforis ſibi circumuolutam habere D (nam hæc riſu digna) genitum autem & ingenitū ſpecificæ ac declaratiuæ quædam ſunt proprietates. Si enim nihil eſſet quod ſubſtantiam deſignaret, nullo vtrique modo ad intelligētiam noſtram perueniret. Nam cum vna deitas ſit, impoſſibile eſt propriam notionem patris vel filij capere, niſi proprietatum acceſſione cogitatio noſtra confirmata ſit. At vero ad illud quo ait compoſitum demonſtrari deum, niſi pro eodem lux atque ingenitum capiantur, illud dicere poſſumus: quod ſi quaſi partem ſubſtantiæ ingenitum caperemus, haberet locum ea ratio qua dicitur compoſitum eſſe quod ex diuerſis conſtat. Si vero ſubſtantiam dei lucem, vel vitam, vel bonum, totum quod eſt, vitā totum lucem, totum bonum opinatur: vitam vero innaſcibilitas ſequitur: quomodo non incompoſitus eſt, qui ſecundum ſubſtātiam ſimplex eſt? Non enim demōſtratiui proprietatum modi, ſimplicitatis eius rationem lædent. Nam ſi ita eſt, omnia quæ de deo dicuntur, compoſitum eſſe deum nobis monſtrabunt. Et vt ex his videtur, ſi ſimplicis & impertibilis ſententiam ſumus conſeruaturi, vel nihil dicemus de deo præter ingenitum, & recuſabimus inuiſibilem ipſum nominare, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, iudicem, & E cætera quæ nunc ad glorificādum accipimus: Vel hæc nomina ſuſcipientes quid faciemus? vtrum omnia ad ſubſtantiam afferentes ponemus? Ergo nō compoſitum ſolum, ſed è diſſimilibus etiam partibus compoſitum demonſtrabimus, cum aliud atque aliud à quolibet iſtorum nominum ſignificetur: An extra ſubſtantiam hæc capiemus? Quamcunque igitur in his rationem excogitabunt, hanc & ingeniti appellatione ſuſcipiant. Cum autem inanibus nugis orationem impleſſet, ſuper omnes qui vnquam conſequi cognitionem dei ſtuduerūt elatus, quaſi ipſe nouam quandam viam & inauditam quæ ad deum ferat, inueniſſet, & quam nemo è prioribus perſpexiſſet, demum vt ab ipſa dei doctus ſubſtantia, in filium blaſphemiam inducit. EVNOM. Quoniam cæleſte regnum, inquit, & nullam generationem ſuſcipiens, his rebus docet eam mentem quæ cum charitate illud adit, ex naturæ lege quàm longiſſimè comparationem priorem repellere. BASIL. An non palàm oſtendit, quod ipſe ſecretorum reuelatione dignus viſus ſit cum per charitatem mentem ſuam ad deum adduxiſſet? Quapropter à communicatione patris vnigenitum longiſſimè repellit, nec ad comparatio- F nem ipſum ſuſcipi dignum putat. Verum etiā naturæ legibus à ſubſtantia patris, ſubſtantiam vnigeniti diſterminari ait. Quid ita dicens? quòd deus omnium nec ſi voluiſſet, potuiſſet ad vnitatem ſubſtantiæ vnigenitum ſuſcipere naturæ lege prohibitus, ne illi iungatur, vt pote ſui ipſius quemadmodum apparet, nullam habens poteſtatem: ſed

Diuerſitas proprietatum diuerſitatem ſubſtantiæ non arguit.

terminis neceſſitatis ſubicctus. Huiuſmodi enim
ſunt, quæ naturæ legibus retenta, abſque volunta-
te ad id quod naturæ videtur perducuntur. Nam
quemadmodum igni, natura non voluntate cale-
facere ineſt, & neceſſariò frigiditatis non eſt ca-
pax naturæ legibus communicatione ad ipſam pri
uatus: ſic vult deum ac patrem legibus naturæ a-
lienam filio habere ſubſtantiam. Atqui naturæ le-
ges non diſſeparationem alterius ab altero, id eſt
filij à patre, ac patris à filio, ſed neceſſariam & in-
fractam communicationem faciunt. Si enim vo-
luntate diceret à deo omnium factũ eſſe, ne quen
A quam habeat conſortem: neque ſic tamen bonita
tis diuinæ ratio concederet, veriſimiliter dici pa-
trem non communicare ea quæ ſibi adſunt ei qui
ex ipſo eſt: attamen conſequenter hęc dicerentur.
Naturæ autem legibus dicere alienationem eſſe,
eius hominis eſt, qui ne ſenſibilium quidem natu
ram conſiderauerit: per quam non aliena, nec con
traria, ſed coniuncta potius, & conueniẽtia gigni
ex quolibet conſueuerunt. Rurſum igitur etiam
hic non conſpexit dictorum ſuorum ad ſeipſa cõ-
tradictionem. Nam in præcedentibus cum mole-
ſtè ferret eos qui patri ſimilem ſecundum ſubſtã-
tiam vnigenitum dicunt, ſic ſcripſit. EVNOM.
Principio autem mihi videntur, qui liberam & o-
mni cauſa ſuperiorem, ac ab omnibus legibus li-
beram ſubſtantiam, cum genitæ ac legibus pater-
nis ſeruienti comparare auſi ſunt, vel nullo modo
naturam rerum conſideraſſe, vel non mente pura
de his rebus iudicium facere. BASIL. Quomo-
do ergo quę nulli dominationi ſubiecta eſt, atque
omnibus libera legibus, non liberum nunc habe-
re id oſtenditur, vt nulli poſſit comparari, & natu-
B ræ legibus irretita, inuoluntariè à communione
ſui genitum depellat, vt propter hoc ipſi quoque
vnigenito appropinquare non poſſit. Ac inconſo-
num quidem in iis quæ ab eo dicuntur tantum eſt
impium vero admodum eſt, quod nulli quidẽ do-
minationi ſubiectam ac liberam patris ſubſtantiá
appellat: ſi tamẽ nulli dominationi ſubiicitur, quę
naturæ legibus ſubiecta eſt: Seruilem vero è con-
trario vnigeniti ſubſtantiam cenſet, etiam hinc æ-
qualitatem naturæ deſtruens. Nam cum duæ res
ſint creatura & deitas, & creatura in ſeruitute ac
obedientia ordinata ſit, deitas autem in principa-
tu & dominatione: qui à filio dominationis digni
tatem tollit, & eum in ſeruitutis humilitatem de-
iicit, nonne per hoc etiam perſpicuum eſt, quod ſe
declaret creaturis ipſum connumerare? Nec enim
hoc illi decorum, ſi conſeruis anteponatur. Sed ſi
rex atque dominus non concedatur, non imminu
tione naturæ, ſed bonitate voluntatis obediẽtiam
ſuſcipiens: hoc miſerum, hoc horribile, hoc perni
ciem affert negantibus. Ille vero addit, quòd natu
ræ legibus ſubſtantia dei obtemperans, nec com-
paratıonem ad aliud ſuſcipit, & nobis largitur vt
C idoneam & conuenientem ipſius dignitati opera-
tionem ipſius intelligamus. Hoc illi dictum eſt, vt
vnigenitum à patre alienum oſtendat: probat ve-
ro rationem noſtram. Nam ſi ſubſtantia dei no-
bis permittit, vt conuenientem atque idoneam di
gnitati ſuæ operationem intelligamus, dignitas
quædam innaſcibilitas eſt (vt Eunomio videtur).
id autem ipſum & ſubſtantia eſt, ſecundum iſto-
rum rationem: operatio vero dei, vnigenitus, vel
operationis imago: & id ſecundum iſtorum ra-
tionem. Quare his contradicere non poſſunt, quá
uis multi facerent, ſi blaſphemiam iſtam abnega-
rent: ſed tamen quoniam dixerunt, ex his quæ di-
xerunt quid ſequatur colligamus. Nam ſi dignitas
dei innaſcibilitas eſt: id autem ipſum etiam ſub-
ſtantia: idonea vero eſt & conueniens dignitati
dei operatio eius, hæc autem eſt Chriſtus ſecun-
dum iſtorum opinionem: idoneus ergo & conue-
niens erit ſubſtantiæ dei. Et horum nihil noſtrum
eſt. Ipſa enim iſtorum verba componentes, demõ
ſtrationem conteximus. Ad ſubſtantiam, inquit, D
dei ſequitur dignitas: dignitati proportionata eſt
operatio: operationis imago eſt vnigenitus. Et è
conuerſo: Si operationis imago eſt vnigenitus, o-
peratio vero dignitatis, & dignitas ſubſtantiæ: vni
genitus imago erit ſubſtantiæ. Sic etiam ipſi ſæpe
qui operantur mendacium, rerum perſpicuitate
coacti, etiam nolẽtes veritati atteſtantur. Nam &
dæmones non euãgeliſtarum opus faciebant: ſed
cum lucem veritatis non poſſent reſpicere, clama
bant. Scimus quia tu es ſanctus dei. Sed quæ ſe-
quuntur perſpiciamus. EVNOM. Si enim, inquit,
ex creaturis conſiderando, aliquis ad ſubſtantias
ducatur, cum ingeniti facturam filium inueniat,
paracletum vero vnigeniti, cum ex vnigeniti ex-
ceſſu operationis diuerſitatem comprobet, non
ambiguam de ea diuerſitate quæ ſecundum ſub-
ſtantiam eſt, capit demonſtrationem. BASIL.
Primum igitur quomodo poſſibile eſt è creaturis
excogitare ſubſtantias, ego quidem non video.
Virtutem enim, ſapientiam, artem, ſubſtantiam
vero ipſam minime creaturæ oſtendũt. Nec enim
creatoris potentiam neceſſariò aperiunt, cum poſ E
ſit aliquando artifex non omnes vires ſuas in ope
rando exponere, ſed remiſſione ſæpius in operi-
bus vti vi artificij: quod & ſi totam virtutem ad o-
pus commoueat, tamen nec ſic ſubſtãtia, quidnam
ſit, comprehenditur: ſed vires ipſius per opera mẽ
ſurantur. Quòd ſi propter incompoſitionem ſim-
plicitatémque diuinæ naturæ, virtuti concurrere
opinatur ſubſtantiam, & propter innatam deo bo
nitatem, totam patris virtutem ad generationem
filij dicit commotam: totam autem rurſus vnigeni
ti ad ſubſtantiam ſancti ſpiritus, vt ex ſpiritu vnige
niti virtus ſimul & ſubſtantia comprehendatur:
aduertite quid hinc colligatur. Nam è quibus co-
natus eſt ſubſtantiæ diſſimilitudinem approbare,
ex iis videtur confirmare ſimilitudinem. Si enim
nihil habet commune ad ſubſtantiam virtus, quo
pacto è creaturis, quæ virtutis effectus ſunt, ad cõ
prehenſionem ipſius deductus eſt? Quòd ſi idem
eſt virtus & ſubſtantia: quod virtutem deſignat, &
ſubſtantiam profectò deſignabit: quare creaturæ
non ad diſſimilitudinem ſubſtantiæ, vt tu dicis,
ſed ad ſummam ſimilitudinem ducunt. Rurſus e-
tiam hæc inductio noſtram magis quàm ipſius ra
tionem comprobat. Vel enim non habet vnde di- F
ctorum ſuorum afferat demonſtrationes: vel ſi è
rebus humanis imagines captat, inueniet non ex
artificis operibus ad intelligentiam ſubſtãtiæ nos
duci: ſed ex genito eius qui genuit naturá cognoſ-
cere. Non enim ex domo poſſibile eſt ædificato-
ris ſubſtantiam comprehendere: ſed ex genitura
facilè eſt naturam eius qui genuit intelligere.
Quare ſi vnigenitus creatura eſt, non oſtendit no
bis

bis patris ſubſtantiam: quod ſi notum per ſeipſum nobis patrem fecit, non creatura, ſed filius & imago erat vera, & ſubſtantiæ character. Sed hæc huiuſcemodi. Interpoſitio vero blaſphemiarum quã ta? Nam cum deſpexiſſet eas minas, quas dominus in euangelio in ſpiritum ſanctum blaſphemantibus terribiles minatus eſt, creaturam eſſe ait ſpiritum ſanctum: ita vt patum deſit vt ne animal quidem ipſum eſſe der, cum in animatis vt plurimum hæc appellatio accommodetur. Non enim quoniam * Dominum quoque ad hanc blaſphemiam coniunxit, minus moleſtè ferendum eſt: Nec etiã id impietatis mitigatio, ſed condemnationis ac-

Suſpicor legendũ ſpiritum ſanctũ

Ab Eunomio primum ſpiritus factus creatura dictus eſt.

A ceſſio eſt: quoniam & dominus blaſphemiam in ſeipſum bonitate ſua remiſit, in ſpiritum vero ſanctum ineuitabilem eſſe audentibus edixit. Primus ergo illorum qui ſunt in veritatem inuecti, ex quo prædicatio pietatis denuntiata eſt, hanc de ſpiritu vocem emittere auſus eſt: nullum enim vſque ad hodiernum diem audiuimus creaturam ſanctum ſpiritum dixiſſe, niſi quod in ſuperſtitibus iſtorum ſermonibus hanc appellationem inuenimus. Deinde dicit. EVNOM. Si è creatutis ſubuehatur aliquis ad ſubſtantiæ comprehenſionem, intelliget filium ingeniti eſſe facturam, vnigeniti vero paracletum. BASIL. Alius hic impietatis modus. Dupliciter blaſphemat vnico verbo, & ſancti ſpiritus contemptum quaſi conceſſum capiens, hinc ad demonſtrandam diminutionem vnigeniti proficiſcitur. Et cœli quidem enarrant gloriam dei, ſpiritus vero ſanctus vnigeniti gloriæ minorionem denuntiat. Et dominus cum de paracleto dicat: Ille me glorificabit: iſta maledicens lingua, impedimentum eſſe ipſum filio cenſet, ne ad patrem cõ- patetur. Quoniam nanque ſpiritus, inquit, factor

B eſt filius (Propitius autem tu domine in his quæ loquimur nobis ſis) Hoc vero huiuſcemodi eſt, vt nullum decus addat creatori: propterea nec patri comparari dignus eſt: quoniam humilitate eorum quæ fecit, dignitatis æqualitate priuatus eſt. An pe iorem vnquam audiſtis blaſphemiam? Num aliquis ita perſpicuè in crimen ineuitabile blaſphemando in ſpiritum ſanctum incidit? Montanus ſolus tantum in ſpiritum inſaniuit, & nominibus vituperauit humilibus, ac naturam ipſius tantum extennauit, vt dicat inſaniam afferre factori: imò vero & ille humiliter de ſpiritu dicere cauiſſet, ſi tumor animi quo erat permiſiſſet: ſed de hoc aliàs. Illud vero cui non patet, quòd nulla filij operatio à patre diuiſa eſt? Nec eſt aliquid in rebus quod ſi lio inſit, & à patre alienum ſit. Omnia, inquit, mea tua ſunt, & tua mea. Quomodo ergo ſpiritus cauſam & originem vnigenito ſoli attribuit, & ad e-

O execranda impietas.

Montanus.

D ius accuſandam naturam huius creationem accipit? Si igitur duo principia in oppoſitum inter ſe ducens, hæc ait, cum Manichæo & Marcione contetetur. Quòd ſi ab vna dependere ac prodire omnia putat, quod à filio factum eſſe dicitur, ad primam refertur cauſam. Quare & ſi cuncta producta eſſe per deum verbum credimus, omnium tamen eſſe cauſam deũ totius non negauimus. Quo pacto autem diuidere ſpiritum à deo non habet manifeſtum periculum? Partim Apoſtolo coniunctim nobis tradente, & modò Chriſti ſpiritum dicente, & modo dei, vbi ſcribit: Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Et rurſus: Vos autem non ſpiritum mũdi accepiſtis, ſed ſpiritum qui ex deo eſt. Partim vero domino, quoniam ipſe veritas eſt, ſpiritum veritatis dicẽte à patre quo que procedere. At hic in deſtructionem maieſtatis domini noſtri Ieſu Chriſti, à patre quidem ſpiritum remouet, vnigenito vero in maieſtatis demolitionem attribuit, non parua vt arbitratur, vituperatione afficiens. Nullam enim prauorum E verborum cogitationũmque in retributionis die vltionem expectat.

Spiritum ſanctũ ab vtroque procedere.

BASILII MAGNI CONTRA EVNOMIVM, LIBER TERTIVS, QVI EST DE SPIritu ſancto.

BASILIVS.

VIX tandem blaſphemiis in vnigenitum ſaturatus, ad ſpiritum ſanctum tranſiit, totique ſuę conſentanea voluntati de ipſo etiam diſſerit, ſic ſcribens. EVNOM. Cum vero hæc de vnigenito ſufficiant, reliquum eſt, vt de paracleto quoque dicamus: nec opiniones non exquiſitas multorum ſequemur, ſed ſanctorum iu om-

C nibus doctrinam conſeruabimus. A quibus cum dignitate & ordine tertium ipſum didicerimus, tertium quoque natura eſſe credidimus. BASIL. Quòd igitur non putet oportere in ſimplici ac ſecuta fide multorum permanere, ſed artificioſis quibuſdam ac cauillatoriis rationibus, ad id quod ſibi videtur veritatem rurſus commutet, ſatis verbis ſuis oſtendit. Cum enim contemnat opinionem multorum, qua ſpiritum ſanctum glorificant ſanctorum ſe ſimulat conſeruare doctrinam, & ta cet eos qui ei ipſam tradiderunt: nunc etiam ea ipſa faciens, quæ cum de vnigenito haberet orationem facere demonſtratus eſt. Deinde ait à ſan-

F ctis didiciſſe ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiritum: à ſe autem ipſo crediſiſſe, natura quoque tertium eſſe. Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus eam doctrinam fecerint, non poteſt dicere. Fuit ne vnquam homo ſic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, natura quoque ipſum tertium eſſe? Dignitate nanque ipſum ſecundum eſſe à filio, pietatis

ratio

ratio tradit: Natura verò tertia vti, nec à diuinis ſcripturis docti ſumus, nec ex prædictis poſſibile eſt conſequenter colligi. Nam quemadmodum filius ordine quidem à patre ſecundus eſt, quoniã ab illo eſt: & dignitate, quoniam origo atque cauſa eſſendi pater ipſi eſt, & quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deum patrem: natura vero nullo modo ſecundus, quoniam in vtroque vna eſt deitas. Ita videlicet & ſpiritus ſanctus, etſi dignitate & ordine ſecundus à filio eſt, non tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ inde cõſequitur.

A Quod inde patet. Angeli omnes vt appellationis vnius, ſic eiuſdem etiam ſunt naturæ inter ſe: at tamen alij ipſorum gentibus præpoſiti ſunt: alij verò fidelium ſingulos conſequuntur: quanto autem gens vni viro præponenda eſt, tãto maiorem neceſſe eſt angeli qui gentis principatum habeat eſſe dignitatem, dignitate eorum quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Quod verò ſingulis fidelium adſit angelus vt pædagogus quidam & paſtor ad vitam dirigendam, nemo contradicet qui verborum Domini recordatur dicentis: Ne contemnaris vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quoniam angeli eorum in cœlis ſemper vidẽt faciem patris mei qui in cœlis eſt. Et Pſalmiſta dicit. Caſtra metatur angelus Domini in circuitu timẽtiũ ipſum. Et angelus qui eruit me à iuuẽtute mea: & quæcunque talia. Quod verò ruſus ſint quidam angeli vniuerſarum gentium præpoſiti, Moſes nos per cãticum docuit: Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorum ſuorum. Et ſapiens Daniel in viſione angeli audi-

Et genti, & priuato cuique ſuũ eſſe à Deo deſignatũ angelum.

B uit ipſum dicentem: quoniam princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Et ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Et poſt pauca idem dicit: Et princeps Græcorum veniebat. Verum etiam princeps exercitus, imperator copiarũ Domini dicitur: qui Ieſu Naue ad Iordanem manifeſtatus eſt. Et ruſus, Legiones quædam angelorum dicuntur, Domino diſcipulis dicente: An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquam duodecim legiones angelorum? Princeps igitur exercitus angelorum qui ex legionibus ordinati ſunt, palàm, quòd aliorum princeps eſt. Quorſum hęc oratio? quòd non omnino ſi quid ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt, id & naturam alteram habet. Nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius ſubditus, & tamen omnes angeli natura ſunt, & in

Spiritum ſanctũ non eſſe alienæ naturæ à patre, & filio nec creaturam.

C dignitate quædam diuerſitas, in natura vero communitas eſt: (Etenim ſtella ſtellæ præſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna eſt: Et manſiones multæ apud patrem, id eſt, dignitatum diuerſitates: glorificatorũ verò natura vna) ſic profectò & ſpiritus ſanctus, dignitate quidem ordinis tertius eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cum ipſe Dominus in traditione ſalutaris baptiſmi ordinem tradiderit his verbis: Euntes baptizate in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. In naturam autem tertiam à filio ac patre deiectum ſpiritum, nullibi audiuimus. Cum enim duæ res dicantur, deitas & creatura, dominatus ac ſeruitus, ſanctificans potẽtia & quæ ſanctificatur, & quæ natura virtutem poſſidet, & quæ per electionem operatur, qua in parte ſpiritum ordinabimus? In his quæ ſanctificantur? at ipſemet ſanctificatio eſt. An in his quæ magnis rebus geſtis virtutem adepta ſunt? at bonus natura eſt. An in ſeruientibus? at alij ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui adminiſterium mittuntur. Non ergo principalem, natura ſpiritum, ſas eſt nobis conſeruum dicere, nec creaturis connumerare eum qui in diuina & beata trinitate connumeratur. Principatus enim & poteſtates & omnis creatura talis, quæ ad obtemperandum & diligenter quæ commiſſa ſunt curandum ſanctificatæ ſunt, non iure naturæ ſanctæ dicentur. Appetẽtes enim bonum, ſecundum amoris quem ad Deum habent proportionem, ſanctitatis menſura participant.

Alias ſpiritum dici ſanctum, alias creaturam.

D Et ſicuti ferrum quod in medio igni iacet, ferri naturam non amiſit: vehementi tamen ignis actione ignitum, cum vniuerſam ignis naturã in ſemetipſum acceperit, & colore, & calore, & actione ad ignẽ trã ſit: ſic ſanctæ virtutes ex communicatione quã cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, per totam ſuam ſubſiſtentiam receptam, iam quaſi innatam ſanctificationem habent. Diuerſitas verò ipſis à ſpiritu ſancto hæc eſt, quòd ſpiritus natura ſanctitas eſt: illis verò participatione ineſt ſanctificatio. Quibus autem conſtructum & aliundè bonũ præbetur, hæc naturæ ſunt tranſmutabilis. Nec enim aliter Lucifer decidiſſet, qui mane oritur, nec in terra contritus eſſet, ſi rei peioris natura non eſſet ſuſceptibilis. Quomodo igitur pium, creaturis ſpiritum coordinare, qui tam magno interuallo à creaturis diſſeparatus eſt? Creatura enim ita comparata eſt, vt virtutis & diuinæ dilectionis præmi-

E um ſanctificationem habeat: quoniam natura vtitur libera, vt ad vtrumlibet poſſit inclinari, ad electionem ſcilicet boni & peioris: Spiritus autẽ ſanctus fons eſt ſanctificationis. Et vt natura ſanctus eſt pater, & natura ſanctus eſt filius, ſic natura ſanctus ſpiritus quoque veritatis. Quapropter præcipua quoque hac appropriata ſancti appellatione dignus eſt. Qu..d ſi ſãctitas ei natura eſt, ſicuti patri etiam & filio, quo pacto tertiæ atque alienę naturæ eſt? Hæc propter, vt arbitror, & apud Eſaiam, Seraphim tertio ſanctus exclamare cõſcripta ſũt: quoniam in tribus hypoſtaſibus naturalis ſanctitas perſpicitur. Non eſt autem hoc nomen ſolum ſanctitatis cum patre ac filio ipſi commune, ſed ipſa etiam ſpiritus appellatio. Spiritus nãque Deus & adorantes eum in ſpiritu & veritate adorare oportet. Et Propheta inquit. Spiritus ante faciẽ noſtram Chriſtus Dominus, cui diximus: In vmbra

Spiritus & ſancti nomen patri & filio quoque competit commune.

F alarum ſuarum viuemus. Et Apoſtolus appellationem ſpiritus in Dominum refert, cum dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Ex his omnibus patet, non naturæ alienationem, ſed coniunctionem ad patrem & filium per communicationem nominũ oſtendi. Bonus Deus & dicitur & eſt bonus, & ſpiritus ſanctus, non aſtructam habens bonitatem, ſed natura ſibi innatam. Vel omnium abſurdiſſimum eſſet, natura ſanctum dicere, quod bonitatem natura non habeat: ſed poſterius natam, & de foris ſibi allatam. In eo vero quod dixit Dominus ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, & ipſe paracletus noſter eſſe oſtenditur. Quare paracleti quoque appellatio non parum ad demonſtrationem maieſtatis ſpiritus ſancti confert:

Spiritus paracletus.

Ac

Ac nomina quidem talia maieſtatem naturæ oſtē-
dentia: operationes verò ſpiritus ſancti quales?
Verbo, inquit, Domini cœli firmati ſunt, & ſpiri-
tu oris eius omnis virtus eorũ. Vt ergo Deus ver-
bum creator cœlorum eſt, ſic ſpiritus ſanctus fir-
mam ac ſtabilem virtutem cœleſtibus præbet &
poteſtatibus. Et rurſus Iob: Spiritus Domini qui
fecit me, non de creatione, vt arbitror, ſed de hu-
manæ virtutis perfectione, dicens. Eſaias verò ex
perſona Domini videlicet ſecundum humanitatē
A eius: Dominus inquit miſit me, & ſpiritus eius. Et
Pſalmiſta rurſus, per vniuerſa pertranſire, ſpiritus
virtutem probans: Quò ibo, inquit, à ſpiritu tuo,
& quò à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab i-
pſo ad nos peruenientes, quales & quantæ ſunt?
Sicut ipſe Dominus dedit poteſtatem ſuſcipienti-
bus ſe filios Dei fieri: ſic & ſpiritus ſanctus, ſpiri-
tus adoptionis eſt. Et ſicut magiſter verus eſt Do-
minus noſter: ſecundum quod dicitur: Vos autem
nolite vocare magiſtrũ vobis in terra: vnus enim
magiſter veſter eſt Chriſtus. Sic & ſpiritus ſanctus
omnes docet, qui in nomine Domini crediderint
vt ab ipſo Domino teſtimonium perhibetur dicē-
te: Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mittet
pater meus, ille vos docebit omnia. Et quemad-
modum diuidere operationes in eos qui digni ſũt
ſuſceptione operationum, pater dicitur: & diuide-
re miniſtrationes filius in dignitatibus miniſterij:
ſic & ſpiritus ſanctus diuidere gratias in eos qui
ad ſuſcipiendum illas digni ſunt, probatur. Diui-
ſiones enim gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus.
Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem
B Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, & idē
Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus. Vides
quomodo hic quoque ſpiritus ſancti operatio, o-
perationi patris ac filij coniuncta eſt. Deinde ex
eo etiã quod ſequitur, magis diuinitas naturæ ſan-
cti ſpiritus aperitur. Quid enim ait? Hæc autem o-
mnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens
ſingulis prout vult: nihil aliud quàm autoris & Do
mini poteſtatē ipſi atteſtatur. Quapropter in no-
uo teſtamento Prophetæ clamarunt. Hęc dicit ſpi
ritus ſanctus. Inueſtigatio autem profunditatum
Dei, vnde ſpiritui adeſt? Sicut enim, inquit, nemo
ſcit hominum ea quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus
hominis qui eſt in eo: ſic & ea quæ ſunt Dei, ne-
mo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Nam quemadmo-
dum nemo alienus ac peregrinus intrinſecas po-
teſt animæ cogitationes inſpicere: eodem ſcilicet
modo, ſi quid cum Deo in ſecretis ipſius commu-
nicat, nõ alienum nec peregrinum ab eo, profun-
ditates iudiciorum ipſius inueſtigare poteſt. Præ-
terea & vita nobis à Deo per Chriſtum in ſancto
ſpiritu præbetur. Viuificat enim deus. Vnde ait
Paulus, Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat om
C nia. Vitam autem præſtat & Chriſtus: Oues enim,
inquit, meæ vocem meam audiunt, & ego vitam
æternam do illis. Viuificamur autem & per ſpiri-
tum, vt inquit Paulus: Qui excitauit Chriſtum è
mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora ve-
ſtra, propter inhabitantem ſpiritum ſanctum in
vobis. Verum hic qui audet omnia, qui periculum
quod impendet audentibus verbum aliquod blaſ
phemum in ſpiritum ſanctum emittere, non expa
ueſcit, ſed expertem ipſum deitatis cenſet, ſic de
eo ſcribens. EVNOM. Tertius & natura & ordi-

Donorũ diſpenſatur ſpiritus.

Inueſtigator profunditatũ dei.

Spiritus viuificans.

ne patris imperio, operatione verò filij factus, ter
tio loco honoratus, vt primus & maior omnibus:
& ſolus talis vnigeniti factura, deitate ac creatiua
potentia carens. BASIL. Qui hoc dicit, nec dei-
tatem in nobis eſſe crediſſe videtur, cũ de Deo
Ioãnes dicat: Ex hoc ſcimus, quod in nobis eſt ex
ſpiritu quem dedit nobis. Et Apoſtolus: Neſcitis
quòd templum Dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in
vobis? Et rurſus: In quo omnis ædificatio conſtru-
cta creſcit in templum ſanctum in Domino, in D
quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in
ſpiritu ſancto. Si ergo in nobis Deus habitare di-
citur per ſpiritum, quomodo nõ eſt aperta impie-
tas, expertem deitatis ipſum ſpiritum dicere? Et ſi
Deos nominamus eos qui per virtutem perfecti
ſunt, perfectio autem eſt per ſpiritum: quomodo
qui & alios efficit deos priuatus ipſe deitate eſt?
Non eſt igitur pium, vt in hominibus, ſic & in ſpi-
ritu per participationem & honorem, ac non na-
tura eſſe deitatem putare. Qui enim gratia diui-
nus efficitur, mutabilis eſt naturæ, nonnunquam
per negligentiam ex bonitate excidētis: id autem
baptiſmi ſalutaris traditioni apertè repugnat. Eun
tes, inquit, baptizate in nomine patris & filij & ſpi
ritus ſancti. Baptiſmus enim eſt ſigillum fidei, fi-
des verò deitatis confeſſio (Nam credere prius o-
portet, ac poſtea baptiſmate deſignari) baptiſmus
vero noſter eſt ſecundum traditionem Domini:
In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, nec crea
tura exiſtentis, nec ſeruili ratione cum patre ac fi-
lio connumerati, vt deitas in trinitate complea-
tur: quod autem extra hanc eſt, totum conſeruum
eſt, etiam ſi maximè dignitatis exceſſibus alia aliis
in honorem præponantur. Nec mihi rurſus hæc
dicta incutias: Si creatura non eſt, ergo genitura E
vel ingenitus: Sed non ingenitus: vnus enim abſ-
que principio Deus eſt ingenitus: nec genitura.
Reſtat ergo creaturam ac facturam ipſum nomi-
nari. Verum ego ſi cuncta putarem noſtra cogni-
tione poſſe comprehendi, vererer fortè ignoran-
tiam confiteri: ſed quoniam infinita, non ex his
ſolum quæ in futuro ſeculo præparata ſũt, nec eo-
rum quæ nunc in cœlis ſunt, abdita eſſe, verum e-
tiam eorum quæ corpori noſtro inſunt, non eſſe
veram ac abſque contradictione comprehenſio-
nem, haud ſum neſcius: vt puta de viſu, vtrum ima
gines rerum viſibilium ſuſcipientes, ſic obiecta
comprehendamus: & quomodo maximorum mõ
tium, ac inexpleti ac infiniti maris, & ad hæc cœli
ipſius imago breui menſura pupillę noſtræ conti-
neatur: an à nobis aliquid emittatur, quo viſibili-
bus appropinquato ſic ſenſum de ipſis capiamus:
& quid id ſit & quantum, vt terræ ac mari ſuffici-
at explicatum, & ſpatium quod inter terram ac cœ
lum eſt, pertranſeat: & ad ipſum cœlum perueni-
at, tanta celeritate motum, vt æquali tempore cir-
cumadiacens corpus & ſtellæ quæ in cœlo ſunt co
gnoſcantur. Et quid oportet reliqua dicere? Ipſas F
mentis motiones, vtrum creare vel generare nata
ſit anima, quis cum certitudine dicat? Cum igitur
hæc ita ſe habeãt, cur mirum ſi de ſpiritu quoque
ſancto abſque rubore ignorantiam confiteamur?
Reddere tamen oportet ei glorificationem, quæ
ſine contradictione per teſtimonium ipſi debe-
tur. Quod enim ſuper creaturam ſit, ſatis nobis ea
quæ per ſcripturam tradita ſunt, demonſtrant: Ve

rum quia impoſſibile eſt vt ſanctificans cum ſanctificatis, docens cum doctis, reuelans & quæ reuelatione indigent eiuſdem ſint naturæ: ac nullus ſic omnino impudens eſt, vt audeat alium præter Deum omnium ingenitum appellare: nec tamen etiam filium, cum vnus ſit vnigenitus: Quid igitur ipſum dicere oportet ſpiritum ſanctum, ſpiritum Dei, ſpiritum veritatis miſſum à Deo, per filium præbitum? non ſeruum ſed ſanctum, bonum, principalem, viuificantem, ſpiritum adoptionis, ſpiritum omnia ſcientem quæ Dei ſunt. Sic enim etiam in trinitate vnita-

Spiritus ſancti attributa.

A tis ratio conſeruabitur: ſi vnum patrem profiteamur, & vnum filium, & vnum ſpiritum ſanctum. Afferunt verò demonſtrationes, quod creatura dictus ſit ſpiritus ſanctus: Vnam ex Propheta dicente: Qui firmans eſt tonitruum & creans ſpiritum: Alterum ex Euangelio, quòd omnia per ipſum facta ſunt. Nos autem propheticum dictum, non in ſpiritum ſanctum, ſed in communem hunc flatum aëris ſcilicet ſpiritum credimus fieri. Quod inde patet: Non enim dixit: Qui creauit ſpiritum, ſed creans ſpiritum. Nam ſicut tonitruum non in ſubſiſtentia quadam corporali ſemel creatum eſt, ſed ſemper per voluntatem Dei, ad timorem hominum productum fieri & diſſolui ſolet: ſic & ſpiritus tunc quidem fit, cum aër tanquam fluuius fluitat: rurſus vero ceſſat, cum quod prius mouebatur quieſcit ſecundum voluntatem eius, qui omnia ad conſeruationem & conſtructionem totius diſpenſat: vt per omnem creaturam & tonitruis & ventis, ac reliquis operibus creator annuntietur. Quapropter poſtea quàm dixit: Qui firmans eſt to-

B nitruum, & creans ſpiritum, inquit, & annuntians hominibus Chriſtum eius. Sicut enim cœli enarrant gloriam Dei, iis qui poſſunt ex ipſis de creatoris arte cogitare: ſic & ſoni tonitruum & ſpirituum motus creatorem prædicant ſuum. Et hæc fortè Prophetia eſt humanitatem Domini concernens: Cum vox è cœlo fieret, tonitruum his qui audiebant, viſa eſt: quam Deus & pater idcirco emiſit, vt per ipſam Chriſtum hominibus annuntiaret. Spiritus autem moti qui mare conturbarunt, deinde ceſſarunt iuſſu Domini, liquidò etiam ipſis hominibus Chriſtum Dei annuntiarunt. At verò quod omnia per ipſum facta ſunt: nequaquam creatum eſſe ſpiritum ſanctum nobis oſtendit, quod omnibus ſpiritus connumeretur. Nam ſi vnus eſt ſpiritus ſanctus & ſolus, quomodo qui ſingularis cuiuſdam naturæ eſt vna cum omnibus comprehendi poteſt? Et nemo poteſt contemptum eſſe ſubſiſtentiæ, ſi quis neget quòd ſpiritus creatura ſit. Nam piæ mentis eſt, quæ à ſcripturis ſanctis reticentur, ea timere de ſpiritu ſancto dicere: credere autem, peritiam & veram comprehenſionem in futuris ſeculis nobis futuram, cum tranſierimus tempus hoc in quo per ſpeculum & ænigma veritas videtur, viſum, & viſionem quæ ad faciem eſt, conſequuti fuerimus, in
Chriſto Ieſu domino noſtro, cui D
ſit cum patre gloria & ſpiritui ſancto, nunc
& in ſecula,
Amen.

PROLOGVS LIBRI QVARTI.

IN tribus ſuperioribus libris magnus Baſilius firmiores Eunomij locos vt confutaret, ſibi propoſuit: verum quoniam etiam à ſcriptura multa ille afferebat, quibus male explanatis quod intendebat approbabat, ſeorſum de ipſis in hoc quarto beatus Baſilius tractat. Quod quidem in ſecundo ipſe ſignificauit. Nam cum de illo Salomonis, Dominus creauit me ab aliis producto, rationē reddidiſſet: latius ſe de hoc ac de aliis ſcripturæ male ab illis acceptis in proprio loco dicturum pollicitus eſt: quod in hoc quarto facit. Verum ad hæc ſyllogiſmis etiam quibuſdam vtitur, qui eo difficiliores intellectu videntur, quo propoſitiones rationéſque Eunomianorum nobis ignotiores ſunt. E *Capit enim plerunque eadem ipſa quibus illi firmiorem ſuam poſitionē putabāt: & ſic vel aduerſus eos concludit, vel ad inconuenientia eos impellit. Hæc in hoc loco præfari breuiter placuit, ne quis miretur, cum videat ſine rerum ordine librum hunc eſſe cōſcriptum. Eſt enim ordo huius non rebus, ſed diſpoſitioni Eunomianæ orationis accommodatus. Interciſus præterea videtur, & non continuus, quoniam, vt diximus, continua oratione firmiſſimos ipſius locos tribus ſuperioribus confutauit: hoc quarto locos ſcripturæ male ab ipſis intellectos rectè accipiendos docet, & propoſitionibus eorum quibus illi tanquam maximis vtebantur, diligentiſſime ſe opponit, quamuis in nonnullis interpoſita inſcriptiones ſeiungere coniuncta videantur. Hæc præfatos eſſe ſufficiat: nunc ipſum audiamus.*

BASILII MAGNI CONTRA *EVNOMIANOS, LIBER QVARTVS*

C *SVPER IIS QVAE EX NOVO AC VETERE TEſtamento, aduerſus filij diuinitatem Eunomiani calumniantur.* F

SI FILIVS natura Deus eſt, Deus verò natura etiam pater: non aliter filius Deus eſt, aliter pater, ſed ſimiliter. Sin verò filius non natura deus eſt, dicitur deus & non eſt, vt qui dij falſo dicti ſunt. Si filius vnus dominus eſt natura, Dominus verò & pater natura, palàm quòd non alia natura. Et ſi pater vnus deus dicitur,

deus

deus inde & filius, non alia ſed eadem natura. Si
vnus dominus natura, cum multi poſitione ap-
pellentur,& vnus filius natura,cum multi filij no
minentur. Quod poſitione eſt, ad imitationem
eius quod natura eſt dicitur:nihil enim poſitione
dicitur non antecedēte eo quod natura eſt. Si er-
go nos filij Dei ſumus poſitione,neceſſe eſt natu-
ra filium antecedere. Verè impoſita nomina, eo-
rum ſubſtantiæ quorum ſunt nomina, notæ ſunt:
Dominus autem & deus verè tam pater quam fi-
lius:eadem ergo eſt ſubſtantia ſicut & eadem no-
mina ſunt.Si vnigenitū eſſe generationis non eſt,
A ſed quia incomparabilis,vnigenitus etiam pater:
incōparabilis enim & omnis creatura non ſimilis
alij vnigenita: multi ergo vnigeniti & non vnus
filius dei. Quòd ſi filius non ſimpliciter vnigeni-
tus,ſed filius vnigenitus, & à patre vnigenitus fi-
lius,& vnigenitus eſt, & non vnigenita creatura.
Si ſecundum participationem & conceſsionem
patris creator eſt filius,& non natura ,nihil eorū
quæ ab eo creata ſunt, ſecundum naturam eſt.
Quorum enim ſecundum naturam creator non
eſt,hæc quomodo ſecundū naturam ſunt?Si deus
ita operatur,vt nullus alius, etiam cum generat,
vt nullus alius generabit, Deus enim ad omnia
& per omnia incomparabilis eſt. Quod fit, non
eſt ex ſubſtantia eius qui facit: quod autem ge-
neratur, ex ipſa ſubſtantia eſt eius qui generat:
non ergo idem eſt facere & generare. Si ex deo
eſt filius,non ſicut ex patre,ſed alio modo: cauſa
vero etiam noſtri vt ſimus deus eſt: ab ipſo enim
ſunt omnia:non aliter filij pater eſt,aliter noſtri,
ſed ſimiliter: quod abſurdum eſt. Si nihil ſimile
B & æquale deo eſt præter filium,nihil eorum quæ
per ſimilitudinem ipſi accommodantur,ſimiliter
omnino atque æqualiter dicetur: ſuper omnia
enim deus. Quod in forma dei eſt, in ſubſtantia
dei eſt,(non enim aliud forma, aliud ſubſtantia
dei, ne compoſitus ſit) qui ergo in forma æqua-
lis eſt, & in ſubſtantia æqualis eſt. Si genitus mi-
nor eſt eo qui genuit,non eſt culpa geniti,ſed ge-
nitoris imbecillitas. Si pater ante filiū erat,cuiuſ-
dam alterius neceſſariò pater erat:nam abſq; filio
pater non diceretur: Si quis filium ſecūdum ſub-
ſtantiam cognouit, cognouit etiam patrem. Si e-
nim me cognoſceretis, inquit, & patrem meum
vtique cognoſceretis:conſubſtantialis ergo patri
filius eſt. Nullum enim incorporeum per diſsi-
milem ſubſtantiam cognoſci poteſt. Si credere
Chriſtum filium dei,vitam æternam affert:neceſ-
ſariò non credere, mortem affert. Quorum eæ-
dem ſunt operationes, eorum eſt ſubſtantia vna:
operatio vero patris & filij vna eſt:vt illud:Facia-
C mus hominem.Et rurſum: Quæcunque enim pa-
ter facit, hæc & filius ſimiliter facit: vna ergo eſt
ſubſtantia patris & filij. Si cognitio patris & filij
vita æterna eſt: neceſſe eſt eiuſdem patrem &
filium eſſe ſubſtantiæ.Quæ enim diuerſæ ſubſtan
tiæ ſunt, vna cognitione non comprehenduntur,
nec ſimiliter viuificare poſſunt. Si patris imago
verè filius eſt: omnis autem imago vel ſubſtan-
tiæ vel formæ vel figuræ vel ſpeciei & coloris
imago eſt:Deus autem nihil horum præter quàm
ſubſtantia eſt: filius ergo cum ſubſtantiæ imago
ſit, conſubſtantialis patri eſt. Si pater in omni-
bus incomparabilis ad filium eſt, in omnibus
autem & ad creaturam, non aliter ad filium ali-
ter ad creaturam, ſed ſimiliter: non ergo diſsi-
milis ſolum patri filius, verumetiam creaturæ
ſimilis: quod quomodo non abſurdum? Si enim
creaturam aſſerunt filium,& non vt vnum è crea-
turis aſſerunt: cur cum nos genituram dicimus,
vt vnum ex genituris intelligunt? Si deus non ge-
nerat ne fluxum patiatur, nec creabit ne laboret:
quod ſi creat abſque paſsione, multo magis ſine
paſsione generabit. Si omnis lucis ſplendor ge-
neratur quidem ex luce, non vero aliquando,ſed
ſine tempore & coæternaliter illi (non eſt enim
lux ſine ſplendore) Filius etiam cum plendor ſit, D
non aliquando erit, ſed coæternaliter. Lux enim
eſt deus, vt Dauid inquit: In lumine tuo videbi-
mus lumen. & Daniel: Lux cum ipſo eſt. Si ge-
nitura ſecundum eos ſubſtantia eſt, ſicut & in-
genitum:filius vero dei genitura eſt: ergo & ſub-
ſtantia dei eſt. Si voluntate & non natura deus
filium genuit, vel eum ſemel voluit, inuitus in
poſterum eſt: vel & rurſus voluit & rurſus etiam
genuit. Qnòd ſi non vna eſt voluntas ipſius ſed
diuerſæ, nec ipſe ſimplex eſt nec vnus creator,
ſed ſicut vult etiam facit. Si deus nō generat, non
generat profectò, vel quoniam non poteſt, vel
quoniam non vult: ſed ſi non poteſt, minor eſt
quàm generans & perfecta natura, cum ad hoc
etiam imbecillitas ipſi inſit. Quod ſi poteſt & no-
luit, quod natura habet voluntate retinuit. Qua-
re & ſi nondum genuit,tamen cum aliquando vo
luerit generabit. Si aliquando non erat filius, ip-
ſum aliquando poſt genitorem erit, & ante ge-
nitum: non ergo ſolo excepto patre ante omnia
filius eſt: verumetiā poſt illud aliquādo eſſe inue- E
nietur. Cum nos aſſeramus patrē eſſe ſemper, ne-
ceſſe eſt etiam filium eſſe ſemper. Illi dicunt ergo
quoniam & filius ſemper, creator & creatura
erit ſemper,& ſic patri & filio coęterna erit crea-
tura. Atqui creatorē qui dicit, non ſimul creaturā
quoq; dicit, nec enim vnà cum ædificatore ædifi-
cium eſt, nec ſimul cum nauiculario nauis, nam
creatio in creatore eſt, quod vero creatū eſt, poſt
creatorem, patrem autem dicere impoſsibile eſt,
niſi ſit filius, qui & patrem dixit, non ſolum patrē,
ſed alicuius patrē dixit. Deus dominus, omnite-
nens, ſabaoth, qui eſt, Adonai, Heloi, appellatur
deus in ſcripturis: ingenitus vero nuſquam. Quòd
ſi quis id etiā dabit ingenitus & cætera huiuſmo-
di nomina aptè à Iudæis ac reliquis omnibus di-
centur. A chriſtianis vero ſolis pater Chriſti dice-
retur. Si ergo quod ſolū à cæteris nos ſeparat, fal-
ſum eſt, & non verū eſt, & nomen poſitum non
res per naturam: falſa eſt fides noſtra, ſpes vana.
Nam cuius rei principiū infirmum eſt,& finis in- F
firmus eſt. Rurſus interrogāt, an cum ſit, natus eſt
filius, an cum non ſit: ita cū obſcura & maligna ſit
eorum interrogatio: verentur enim quando & in
quo tempore interrogare: cum ſic dicere ſolent,
interroga eos è contrario, An deus cum ſit pa-
ter, filium genuit, an cū non ſit pater. Si enim pa-
ter cum ſit, ens entem genuit: Si autem cum non
ſit factus & non natura pater. Omnem autē con-
tentionem ipſorum diuinæ ſcripturæ excludunt,
cum Moſes quidem clamet de filio: Qui eſt, me
miſit. Et euangeliſta, In principio erat verbum.
Nec ſemel dicit erat, ſed quater. Et rurſum alibi,

Qui ex deo, qui eſt in ſinu patris. Et in aliis, qui eſt in cœlo. Et in Apocalypſi: Qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt. Et Paulus: Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & in forma dei. Et rurſus. Qui ſuper omnia deus eſt benedictus. Si filius verus eſt deus, & lux, & incommutabilis, & bonus, & ſanctus, & dominus: hæc autem & pater cum ſit, non ſimiliter eſt, ſed magis: non ſubſtantiæ exceſſu, ſed qualitatis præſtantia. Subſtantia enim magis quàm ſubſtantia non dicitur, ſed qualitas qualitate: homo enim homine magis non dicitur: bonus autem bono, & iuſtus iuſto. Omnium quæ genita ſunt, eadem cum genitore natura eſt, quanuis genitus alio modo habeat eſſe. Nec Abel, qui coitio
A ne natus eſt, aliud præter Adam eſt: cum Adam plaſmatus, non natus ſit. Si cauſa cauſato maior eſt, & ſecundum ſubſtātiam differens: omnis vero pater cauſa, & omnis filius cauſatus: maiores & ſecundum ſubſtantiam differentes, & filiis patres ſunt, & non eiuſdem ſubſtantiæ: quod verum non eſt. Interrogant, ſi cum pater filium genuerit, à generando ceſſauit: & ſi habebunt quod ceſſauerit, afferunt, ergo & generare incepit. Omne enim quod finem habet, & principium habet: non erat ergo ſemper filius. Dicamus, ſi id quod ceſſat eſſe neceſſariò: & principiū habet: & quod principium habet, neceſſario ceſſat: Angeli & cuncta incorporea cum principium eſſendi habeant, neceſſariò & finem eſſendi habebūt: quod abſurdum eſt. Quare poſsibile eſt, & quod incepit, eſſe non ceſſare: & quod ceſſabit, non incepiſſe. Quòd ſi ita non eſt, & ipſe filius cum principium eſſendi habeat, finem etiam ſecūdum ipſos
B neceſſario habebit: quoniam omne quod principium habet, & finem habere volunt. Quod quomodo blaſphemia non eſt? Præſcientia quoque dei cum non habeat principium, poſtea quàm ea facta ſunt quæ præſciuit, finem habet. Non itaque quod finem habet, id etiam neceſſariò principium habet. Vnum in rebus incorporeis, vel operatione, vel voluntate, vel ſubſtantia dicitur. Cum igitur ſaluator dixerit: Ego & pater vnum ſumus: ſecundum aliquid iſtorum dixit. Si ergo operatione dicunt, neceſſe eſt & ſubſtantiam dicere: quorum enim vna ſubſtantia non eſt, horum non eſt vna operatio. Quod ſi volūtate vnū, non ſolum quæcunque pater velit, ea neceſſe eſt & filium velle: ſed quæcunque etiam filius velit, ea neceſſe eſt & patrem velle. Iubebit igitur & filius patri de quibus vult quoniam & ipſi iubetur, coactus & nolens miniſtrat: quod ſic nec operatione, nec voluntate, ſecundum ipſos relinquitur
C vnum eſſe ſubſtantia, id eſt conſubſtantialem eſſe filium patri.

Pater & filius quomodo ſunt vnū

Quod nomen ingenitus, modum eſſendi non ſubſtantiam ſignificat.

SI ingenitum eſſe ſubſtantia eſt, & genitum eſſe ſubſtantia. Ac ideo non conſubſtantialis eſt pater filio: neceſſariò genitura omnis vnitus ſubſtātiæ eſt: omnes ergo genituræ filio dei conſubſtantiales ſunt: quod quomodo blaſphemia non eſt? Si innaſcibilitas ad naſcibilitatem filij ex oppoſito diſtincta, alia ſubſtātia eſt: & increatum eſſe ad creatum eſſe ex oppoſito diſtinctum: alia ſubſtantia eſt: erit ergo & innaſcibilitas ſubſtantia, & increatum eſſe ſubſtātia, quare deus duæ non vna ſubſtantia eſt. Et ad hæc omnis creatura erit ſubſtantia vna, quod falſum eſt. Vna enim creatura eſt, diuerſæ vero ſubſtantiæ. Sic autem & incommutabilitas ipſius, & abſque principio eſſe, multaque huiuſmodi, ſubſtantia erunt. Si enim ingenitum quis patrem, & genitum filiū dicat, ſubſtantiam ſignificat, cum modum ſubſtātiæ ipſorum voluerit quis dicere, quonam modo aliter quam ſic dicere potuerit? Quare innaſcibilitas ſubſtātiæ modus, non ſubſtantiæ nomen eſt. Si quæ diuerſimodè ſunt, diuerſam ſubſtantiam habent, homines inter ſe conſubſtantiales non D
ſunt. Nam alio Adam de terra plaſmatus, alio Eua ex coſta facta, alio Abel, ex coitione enim: alio modo qui ex maria ſola virgine natus eſt. Eodem modo in volatilibus & quadrupedibus. Si ingenitus pater, quoniā natus non eſt: filius vero genitus, quoniā natus: poſterior genito ingenitus eſt. Non enim habebat ad cuius diſtinctionem ingenitus diceretur. Nam non eorum quæ non ſunt, ſed eorū quæ ſunt diſtinctiones ſunt. Si deus erat aliquando cū non erat pater: factus pater, aſſumpſit vt eſſet pater: quare deus quidem ingenitus: factus autē pater: ingenitus ergo & genitus, idē, cum ſit ſimplex. Si impoſsibile poſsibili contrarium eſt, & ſapienti inſipiens, & quandocunque ex oppoſito inter ſe diuiduntur: etiam innaſcibilitas naſcibilitati contraria eſt. Quare ſi modus ſubſiſtentiæ innaſcibilitas non eſt, ſed ſubſtantia: pater filio ſecundū ſubſtantiam cōtrarius erit. Si creatura & non genitura filius, & cūcta quæ ſunt, E
creaturæ ſunt: pater fruſtra ingenitus dicitur, cum nullo modo genitus ſit, ad cuius diſtinctionē nominetur ingenitus. Commodius igitur increatus, quàm ingenitus diceretur. Si innaſcibilitas nomē eſt, ſubſtantia non eſt: nomina enim, ſubſtantiarū ſignificatiua ſunt, ipſa ſubſtātia non ſunt. Quod ſi ipſa innaſcibilitas ſubſtātia eſt, dicāt nomen eius: non enim ex ſubſtātiis, ſed è nominibus & operationibus cognoſcimus, & præſertim incorporalia. Si innaſcibilitas ſubſtātiæ dei nomē eſt, vel cū ſubſtantiam propriā deus cognoſcat, nomen ſubſtantiæ ignorauit: vel cum etiā nomen ſciret, audientes decepit. Dominus enim inquit, omnitenens nomen meum. Et à Moſe quod ſibi nomen interrogatus: Ego ſum qui ſum, inquit. Et rurſum: Deus Abraham, Deus Iſaac, & deus Iacob: hoc mihi nomen æternum. Et Dauid: Dominus nomen tibi. Ingenitus autem nomen nec ipſe ſibi, nec quiſpiam ſanctorum dixit. Quòd ſi nec decepit, nec ignorauit, (impium enim eſt aliquid tale dicere) ingenitus ei nomen non eſt. Ingenitus vel F
ſubſtantia vel accidens eſt. Nam præter hæc nihil eſt. Sed ſubſtantia non eſt, quoniam nec quod ex oppoſito diſtinguitur: genitus enim filius non ſecundum quod ſubſtantia eſt, ſed ſecundum quod natus eſt. Quòd ſi accidens, vel innatum, vel contingens eſſe & non eſſe. Sed ſi innatum eſt, neceſſe eſt deum & ſubſtantiam & accidens eſſe. Ex neceſsitate nanque talia accidunt, quibus accidunt. Quòd ſi contingenter, erit & ingenitus aliquando & genitus. Si ingenitum dicunt deum quoniam natus non eſt, non quid eſt ſubſtantia

eius dicunt, ſed qui non eſt: nulla vero ſubſtantia
ex quibus non eſt cognoſcitur, ſed ex quibus eſt.
Nam & immortalis & incorruptibilis & incõmu
tabilis non ſubſtãtiam eius: ſed quod nec moria-
tur, nec corrumpatur, nec cõmutetur, vt creaturæ
ſignificat: quare quid deus ſit doceant, non quid
non ſit. Si ingenitus non ſubſtantiæ nomen eſt,
ſed ipſum ſubſtantia: cum & filius ſubſtãtia ſit, &
ipſe ingenitus ſubſtantia eſt, & omnis ſubſtantia
ingenita eſt. Si ingenitũ ſubſtantia dei eſt, & geni
tum ſubſtantia filij: creatura ergo vel factura non
eſt ſubſtantia eius: vna enim & non multæ ſubſtã-
A tiæ filius. Cum quis hominem vel lapidem vel li-
gnum dicit, ſubſtantiã quãdam ſignificat: cũ verò
genituram dicit, non ſimpliciter ſubſtantiam ſi-
gnificat, eſſe enim omnis genitura vna ſubſtãtia.
Quòd ſi genitura non eſt ſubſtantiæ cuiuſdam ſi-
gnificatiuũ, nec ingenitus. Si deus ingenitus eſt,
quoniam natus nõ eſt: ſic & incorruptibilis, quo-
niam non corrũpitur. Sic enim incorruptibile nõ
habiturum finem ſignificat, ſic & ingenitũ quod
ſit ſine principio. Quod ſi ingenitus quidem, non
incorruptibilis autem, erit ſine principio, ſed non
ſine fine, quod abſurdum eſt. Non eſt ergo inge-
nitum ſubſtantia, ſed ſignificatio quod natus non
ſit. Si pater natura ingenitus, filius quoque natura
genitus. Quòd ſi natura genitus eſt: creatura non
eſt: cum ergo ſit natura genitus, & eũ qui genuit
eſſe neceſſe eſt, genitura enim ſine genitore non
erit: dicant ergo quis genuit ſi pater non genuit.
Si deus ſubſtantia eſt ingenita, & Chriſtus ſubſtã-
tia genita, & paracletus creatura ſubſtantia, pater
B & filius & ſpiritus ſanctus nomina ſolũ ſunt ſine
ſubſtantiis: Baptizent ergo in ingenito & genito
& creato. Res enim nominibus potiores: & ea
quæ ſunt iis quæ dicuntur, ad operationẽ vtiliora.
Si pater, inquiunt, ingenitus, genitus vero filius,
non ſunt eiuſdem ſubſtantiæ. Nam ingenitus &
genitus non erunt vnius ſubſtantiæ. At nos hæc
non dicimus ſubſtantias, verum nomina ſubſtan-
tiam cuiuſlibet eorum ſignificantia: nihil autem
prohibet diuerſorum nominũ vnam eſſe ſubſtan-
tiam: ſicut nec cõtrarium diuerſarum in creatura
ſubſtantiarum nomen vnum. Si conſubſtantialis,
inquiunt, filius patri, pater vero ingenitus, filius
autẽ genitus: eadem ergo ſubſtantia ingenita &
genita. Sed non dicimus patris patrem eſſe filiũ,
vt diuiſa ſubſtantia ingenita & genita ſit. Verum
totum ex toto genitum ex genito, perfecta duo,
non partes duas ex aliquo vno. Si ſaluator in no-
mine patris venit, vt ipſe dicit: Ego veni in nomi-
ne patris mei: omnia quæ de patre dicuntur, ea de
filio quoque dicuntur. Quare dicetur etiam inge
nitus ſi hoc quoque patris nomen eſt. Si nomen
ingenitus patri honori eſt, ſimiliter vero & filiũ
honorare oportet, ſecũdum vocem ipſius qua di-
citur, vt omnes honorent filium ſicut honorant
C patrem: neceſſe eſt & filium ingenitum dicere, vt
vnus patris & filij honor ſeruetur. Si filius patris
nomen manifeſtauit, vt ipſe dicit: Manifeſtaui no
men tuum hominibus, propriũ autem ſubſtantiæ
eius ingenitus eſt: monſtrent vbi ſaluator ipſum
ingenitũ nominauit? Si deus omnibus maior eſt,
vtrum ſubſtantia maior eſt: an quoniam cauſa eſt
omnium, cum ipſe à nullo ſit? Nam ſi in quantum
ſubſtantia, omnis ergo ſubſtantia maior omnibus
eſt: ſui autem inquantum ingenitus: non ergo idẽ
ſubſtantia & ingenitus. Si ingenitus aliquid eſt,
& immortale, & ſine fine, & inegrotabile, & in-
ſeneſcens aliquid: ergo eo quòd ingenitus eſt ex-
cedet omnibus: ſecundum cætera vero idem cum
angelis, ſpiritibus, & animis. Nam & hæc im-
mortalia ſunt, & ſine fine. Quod ſi non iis exce-
dit quæ non eſt, ſed iis quæ eſt: nec enim homo
quam irrationale melior, eo quòd non eſt inani-
mis & inſenſibilis: nam hæc etiam irrationale: ſed
eo quòd eſt rationalis: ſic igitur & deus, non quo-
niam ingenitus, ſed quoniam omnium eſt cauſa,
maior eſt. Si ex oppoſito diſtinguitur ingenitus D
genito: ingenitus autem ſimplex ſubſtantia, ſecũ-
dum quod incommutabilis quoque, & immorta-
lis, & infiguratus eſt, & cætera huiuſmodi, diſtin-
guetur à genito. Nam ſi aliquo iſtorum diſtingui-
tur, & reliquis non diſtinguitur, compoſitus eſt
& non ſimplex. Si qui cognouit deum eſſe inge-
nitum, quidnam eſt deus penitus cognouit: ma-
ius autem nihil eſt quàm deum ſecundum natu-
ram ſuam cognoſcere: nam hæc eſt æterna vita,
qui nos docuit ingenitum eſſe deum, maior iis
rebus inuenitur, quas deus amantibus eum præ-
parauit. Ex illis enim nihil poſsibile eſt hominem
cognoſcere: quoniam neque oculus vidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: ingeni-
tus vero nomen etiam peccatores audiuerunt.
Quòd ergo maius eſt, id vel per ſe vel per alium
deus peccatores docuit: quod minus & nihil ad
vitam confert, id iuſtis conſeruauit: quod quo-
modo nõ inconueniens. Ingenitum eſſe nec dif-
finitio, nec proprium dei eſt: hæc enim cum illis E
conuertuntur, quorum diffinitio vel proprium
ſunt. Si quid enim eſt animal rationale & morta-
le, mentis & diſciplinæ capax, hoc eſt & homo:
& ſi quid homo, hoc & illud. Proprium vero ho-
minis riſibile: & ſi quid riſibile, id eſt homo. In-
genitum autem ſi quis concedet de ſolo deo dici,
non ſtatim ſi quid deus, id eſt ingenitum. Nam fi-
lius cum ſit deus, ingenitus non eſt. Nec diffini-
tio igitur nec proprium dei eſt, ingenitum eſſe:
non enim conuertitur.

Quod ſilius creatura non eſt.

SI filius creatura dei eſt, om-
nis vero creatura creatoris
ſerua, Chriſtus dei ſeruus eſt
& non filius. Non ergo ſuſce
pit formam ſerui cum eſſet
dominus, ſed erat ſeruus.
Factura factori in eadem vir
tute non communicat: nihil
ergo commune patri cũ filio: nec creatura ipſa, ſi
factura & nõ genitura, filius eſt. Si genitura filius
non vt cæterarum geniturarũ aliqua: omnis autẽ
genitura creatura: non igitur creatura filius, quo-
niam nõ eſt genitura vt cætera. Si alia deus creare F
non poterat præter vnicũ filium, quoniam naturæ
ſuæ non cõuenit: nec filius multa creabit, ſed vnũ
quid. Si minora creantur à minore, maiora vero
à maiore, per multos ergo ſunt creaturæ: non
enim omnes æquales. Si creatiuus eſt deus natu-
ra: non vnius erit, ſed multorum. Nam vel im-
becillitate multa non creat, vel inuidia vel liuore.
Si patris virtus per filium creauit, pater creator
eſt non

eſt non filius: ſicut & inſtrumentum noo eſt artifex. Quare noo eſt inconueniens patri accreare quæ à filio creantur. Si creaturarum creationem per ſe facere deus erubuit, nec glorificari ab illis ſuſtinebit. Nam quæ facere erubeſcebat, ea cum facta ſint, propria putare nolet. Si idem creare & generare in deo, quoniam ſimplex eſt: idem etiã erit ſeruare & perdere, viuificare & interficere: quod ſi idem eſt, ſalus ergo pariter & perditio &

A mors & vita idem. Si Chriſtus dei virtus & ſapientia eſt, hæc autem increata & coæterna deo (non enim erat quando erat inſipiens & abſque virtute) increatus & coæternus Chriſtus eſt deo. Si vero in quantum operatio, virtus ac ſapientia dei dicitur, & nos virtus ac ſapiẽtia domini ſicut ipſe dei diceremur: quod incõueniẽs eſt. Si filius æternus deus non eſt, erit neceſſario recens: & ſi verus nõ eſt, erit falſus: ſi nõ natura, erit poſitione. Impiorum autem eſt recentes & falſos ac non natura deos colere. Non erit enim tibi, inquit, deus recens? Et Paulus: Sed tunc quidem ignorantes deũ, ſeruiuiſtis iis qui dij non ſuot. Vel igitur impij qui Chriſtum ſic colunt: vel natura & verus deus eſt filius: & qui ſic ſentiuot, pij. Si filius operatio eſt & non genitura, nec qui operatus eſt, nec opus ipſe eſt (aliud enim operatio præter hæc) ſed etiã noo ſubſiſtens: nulla enim operatio ſubſiſtit.

Quod ſi opus, tertius eſt à patre & non immediatus: primus enim qui operatus eſt, deinde operatio, ac demum opus. Si filius ingenitus, quoniã ſolus à ſolo factus eſt, vni creatus (id eſt græcè μονόκτιστος) magis propriè diceretur: cum ſecũdum

B Eunomium verè creatura ſit, falſo autem nomine genitura vocetur. Si filius creatura patris ſolus, cuncta verò cætera filij: cum dixerit: Mea omnia tua ſunt: quod rectè dicere poterat filius, ad hoc autem intulerit & mea tua, Eunomij ratione non rectè id intulit. Nam ipſe ſuiipſius eſſe non poteſt. Quare videtur de ſimilitudine ac identitate ipſorum in omnibus ſimiliq́ue ſubſtantia, non de creaturis ea verba dixiſſe. Si deꝰ ſimiliter & creat & generat, Chriſtus & creator noſter & pater ſimiliter eſt: Deus enim, & ita non opus eſſet adoptione quæ per ſpiritum ſanctum eſt. Sicut nec opus eſt vt per alium creaturæ ipſius facti ſimus: præſertim cum multa ex creaturis noo nata ſint adoptionis ſpiritum ſuſcipere, ſicut irrationabilia & inanimata. Si nos cum creaturæ ſimus, ſpiritus ſancti adoptione filij efficimur, dicãt ſi filius etiã creatura eſt, per quem in adoptionem patris peruenit? Si omnia quæ habet pater, filij ſunt: nihil autem eorũ quæ per filium facta ſunt, pater ſeorſum habet, niſi ſecũdum eos filium ſolum: & ipſe ergo ſeipſum habere debet: quod impoſſibile eſt. Si omnino imago ſimilis eſt per omnia: filius imago eſt: creatura verò in nullo creatori ſimilis, ſed

C per omnia diſſimilis: cum igitur patris imago ſit filius, non erit creatura eius. Si quod incorporeũ eſt cum generat, neceſſe eſt vt ſicut corporeum generet: & cum cernit, vt corpus cernet: & cum audiat, vt corpus audiet, & omnem operationem vt corpus operabitur. Quod aliquis non habet, id aliis largiri non poteſt: ſi ergo creatura & ſeruus eſt filius, alios liberos facere oon poteſt. Quod natura medium inter aliqua eſt, id vtraſque contingit extremitates: Si igitur dei ac noſtri mediator natura Chriſtus eſt, non per diſpenſationem, ſed natura coniuncta ſunt deus & creatura. Si filius patri ſimilis eſt, noo autem ſecundum ſubſtantiam, reſtat vel forma vel operatione, ſed forma quidem impoſſibile. Nullum enim incorporeum habet formam. Sin autem operatione, nihil ipſe operatus eſſet alterius à ſe naturæ, ſed quale quid ipſemet eſt. Siquidem factura patris eſt, & noo genitura. Præterea etiam prædictum

D eſt, quod operatione ſimile eſt, id etiam ſecundũ ſubſtantiam neceſſariò eſſe ſimile. Si dei opera fide noo demonſtratione, ſecundum Dauid qui dixit: Et omnia opera eius in fide: quanto magis ex patre ante ſecula filij generatio fide & non demonſtratione? Si ex nihilo pater filium fecit, & filius ex nihilo cuncta: eadem virtus ac operatio eſt eorum, qui ex nihilo quicquid volunt creare poſſunt, nullibi differentia creaturarum conſiderata: nam cum creaturæ in multis & per multa diuerſitatem habeant, non tamen diuerſi ſunt creatores, ſed vnus filius per quem omnia facta ſunt. Si eorum quæ ex nihilo facta ſunt, prima dei factura Chriſtus, & ſic eredẽtes eum colunt Arriani, & Iob primam dei facturam diabolum dicit, cum dicat, Hoc primum eſt origo plaſmatis Domini, latent diabolum colentes & non filiũ dei. Quod ſi filij primam facturam dixiſſe Iob aſſerant, vel non amplius ſpiritus Domini ſecundum eos factura, vel poſt diabolum ſpiritus ſanctus inuenietur. Si fides noſtra in filium, opus eſt Dei, hoc enim, inquit, opus eſt Dei, vt credatis in eum quem ille miſit, ipſe Dei eſſe opus non poteſt. Nõ enim idem fides in ipſum, & ipſe. E

Super illo Apoſtolico, Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi.

Si ſecundum deitatem filius patri ſubiicitur, ex principio profectò ſubiectus eſſet, ex quo & deus erat. Sin verò non ſubiectus erat, ſed poſtea, ſubiicietur ſecundum humanitatem pro nobis, & non pro ſe ſecundum deitatem.

De illo Apoſtolico, Propterea largitus eſt illi Deus nomen, quod ſuper omne nomen eſt.

Si poſt incarnationem, propter obedientiam, nomen ſuper omne nomen filio pater largitus eſt deo exiſtenti, & omnis lingua cõfitebitur Dominum, ante incarnationẽ, nec nomen ſuper omne nomen habebat, nec confeſsionem ab omnibus quod eſſet Dominus. Maior igitur factus eſt poſt incarnationẽ quàm ante eam fuerit, quod eſt inconueniens. Tale quid & illud eſt, Data mihi eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. In humanitate igitur & non in deitate intelligenda hæc ſunt.

De illo euangelico, Pater meus maior me eſt.

MAIVS vel magnitudine, vel tempore, vel dignitate, vel virtute, vel vt cauſa dicitur. Verum F magnitudine pater maior filio non dicitur, incorporeus enim. Nec tempore, nam filius temporum eſt creator. Nec dignitate, factus enim non eſt quod nunquam erat. Nec virtute, quæcunque enim facit pater, hæc & filius ſimiliter facit, nec vt cauſa, quoniam ſimiliter nobis & ipſo maior eſſet, ſiquidem & eius & noſtri cauſa. Honorem ergo magis filij ad patrem dictum, id non imminutionem eius qui dixit oſtendit. Deinde quod

maius

maius eſt, non omnino diuerſæ eſt ſubſtantiæ,
homo euim maior homine dicitur, & equus e-
quo. Quare ſi maior pater dicitur, non ſtatim ſub
ſtantia quoque illius. Et vniuerſaliter quæ com-
parantur, de conſubſtantialibus non de iis dicun-
tur, quæ diuerſarum ſunt ſubſtantiarum. Nam ho
mo non propriè maior irrationali dicitur, nec ir-
rationale inanimato, ſed homo homine, & irra-
tionale irrationali. Pater ergo & ſi maior filio di-
citur, ei tamen filius conſubſtantialis eſt?

Super illo euangelico, Horam autem & diem nemo ſcit &c.

A Si creator omnium filius eſt, iudicij verò
tempus ignorat, quod creauit ignorat. Non enim
iudicium dixit ignorare, ſed tempus, quod quo-
modo non inconueniens?

Super eodem.

Si cognitionem omnium quam pater habet,
filius non habet, mentitos eſt cum dixit, Omnia
quæ pater habet mea ſunt. Et, ſicut pater nouit
me, ego noui patrem. Quòd ſi aliud eſt patrem,
aliud quæ patris ſunt cognoſcere, maius autem
patrẽ cognoſcere, quàm ea quæ patris ſunt, quan-
to vnuſquiſque quàm ſua maior, cum id quod
maius eſt filius cognoſcat. Nullus enim, inquit,
nouit patrem niſi filius, quod minus eſt ignorat,
quod eſt impoſsibile. Quoniam ergo non con-
ferebat hominibus iudicij tempus audire, idcirco
reticuit. Nam expectatio perpetua feruentiores
ad pietatem reddit. Cognitio vero quod multum
tempus intereſſet, negligentiores ad pietatem fe-
ciſſet, cum ſperamus poſtea pœnitentia poſſe ſal-
uari. Nam qui vſque ad horam illam omnia no-
B uit (dixit enim ea) quo pacto horam illam igno-
rauerit? Fruſtra vero & Apoſtolus diceret, In quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ cogni-
tionis abſconditi.

Super eodem.

Si ſpiritus ſanctus profunditates Dei inue-
ſtigat, nec quicquam eorum quæ dei ſunt poſsit
ignorare, filius vero ignorat, maior ſecundũ ipſos
ſpiritus ſanctus filio, quem nec æqualem volunt.

Super illo euangelico, Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte.

Si verè filius dicebat, Pater ſi póſsibile eſt,
tranſeat à me calix iſte. Non ſolum timiditatis ac
imbecillitatis ſe accuſat, verumetiam patri eſſe
aliquid impoſsibile opinabatur. Quod enim di-
cit, ſi poſsibile eſt, dubitantis erat, ac non certio-
ris quod pater ipſum poſſet ſeruare. Ad hæc, quo-
modo qui mortuos vita donabat, non multo ma-
gis poterat viuis vitam conſeruare? Cur ergo qui
C Lazarum ac alios multos mortuos excitauit, non
ſibiipſi vitam præbet, ſed à patre vitam petebat,
cum timens dixit, Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à
me calix iſte? Si inuitus etiam moriebatur, non ſe
humiliauit factus obediens patri vſque ad mor-
tem, nec ſeipſum dedit, vt dixit Apoſtolus: Qui ſe
dedit in redemptionẽ pro peccatis noſtris. Quod
ſi volens, quid opus his verbis: Pater ſi poſsibile
eſt, tranſeat à me calix iſte? Hoc ergo non de ſe
ipſo, ſed de iis qui in eo peccaturi erant ne pec-
cent accipiendum, pro quibus etiam crucifixus
dicebat: Pater dimitte ipſis quoniam ignorant
quid faciunt. Non oportet igitur ea quæ ſecun-
dum diſpenſationem dicta ſunt, quaſi ſimplici-
ter dicta accipere.

Super illo euangelico, Et ego viuo propter patrem.

Si propter patrem filius viuit, propter alium
& non propter ſeipſum viuit. Qui verò propter
alium viuit, ipſe vita per ſe eſſe non poteſt. Nec
enim qui gratia ſanctus eſt, per ſe ſanctus eſt: men
titus ergo eſt filius cum dixerit: Ego ſum vita. Et
rurſus ſic: Et filius quos vult viuificat. De huma-
nitate igitur non de deitate dictum intelligere
oportet.

Super illo, Neque filius à ſeipſo aliquid facit. D

Si quod eſt ſui arbitrij, melius eſt quàm quod
eſt ſub arbitrio alieno: homo autem ſui arbitrij
eſt, filius vero Dei ſui arbitrio patris, melior eſt
homo filio: quod eſt inconueniens. Quod ſi qui
eſt ſub alieno arbitrio, liberos facere non poteſt:
quod enim ipſe non habet vt eligat, aliis dare nõ
poteſt. Saluator qui nos liberi arbitrij fecit, non
erit ſub libero arbitrio alicuius.

Super eodem.

Si nihil Saluator à ſe ipſo facere poterat,
ſed imperante patre, nec bonus eſt nec malus.
Nullius enim eorum quæ facta ſunt, cauſa eſt: &
quomodo abſurdum non eſt, cum homines ſint
bonorũ & malorum liberi factores, filium Dei
nullius rei liberum eſſe factorem?

Super illo, Ego ſum vitis.

Si salvator, vt inquit, vitis eſt, nos ve-
ro palmites: agricola pater ad palmites viti con-
naturales, vitis vero non connaturalis agricolæ:
filius nobis connaturalis eſt, & pars nos ipſius: nõ E
autem cõnaturalis filius patri, ſed per omnia alie-
nus. Ad quos dicemus quod non deitatis ſuæ ſed
carnis nos dixit palmites, ſecundum quod dicit
Apoſtolus, Non enim ſumus corpus Chriſti &
membra ex parte. Et rurſum, Neſcitis quòd cor-
pora veſtra mẽbra Chriſti ſunt? Et in aliis, Qualis
terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales
& cœleſtes: igitur ſicut portauimus imaginem
terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Si viri
caput eſt Chriſtus, Chriſti autem caput Deus,
homo verò non conſubſtantialis Chriſto (non
enim Deus) Chriſtus verò conſubſtantialis Deo
(Deus enim) non ergo vt viri caput eſt Chriſtus,
ſic & Deus Chriſti. Nam creaturæ natura &
creatrix deitas in vnum ac idem non conueniunt.
Ergo ille vt pater, caput eſt Chriſti, hic vero
vt factor, noſtrum. Si voluntas patris eſt, vt
nos in filium ſuum credamus (hæc enim eſt vo-
luntas eius qui miſit me, vt omnis qui videt fi-
lium & credit in ipſum, habeat vitam æternam) F
non eſt ex voluntate filius, alioqui credere nos
in ipſum, vel cum ipſo, vel ante ipſum inueni-
retur.

Super illo, Nullus bonus.

Si salvator bonus non eſt, neceſſariò
malus eſt, cum enim ſimplex ſit, nihil eorum quæ
ſunt in medio ſuſcipit, & quomodo non abſur-
dum, bonorum factorem malum eſſe? Et ſi vita
bonũ eſt, ac verba filij vita ſunt, vt ipſe dixit, Ver-
ba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt & vita,
quomodo cum phariſæus bone magiſter dixiſ-
ſet, nullus, reſpondit, bonus niſi deus? Non enim
cum

cum ab illo ſolummodo bonus audiſſet, nollus bonus dixit, ſed magiſter boous. Sicut ergo ad tentantem reſpoodit, vt Euangelium dicit, vel ſicut ad ignorantem quòd Deus bonus eſt, & non ſimpliciter magiſter bonus.

Super illo verbo, Pater glorifica me.

SICVM glorificari à patre filius petebat, ſecundum deitatem & noo humanitatem petebat, quod non habebat petebat: ſalſus ergo eſt qui dixit Euangeliſta: Et vidimus gloriam eius. Et Apoſtolus: Non vtique regem gloriæ crucifixiſſent. Et Dauid: Et introibit rex gloriæ: Non ergo acceſsionem gloriæ, ſed manifeſtationem diſpenſationis fieri petit.

A

Super eodem.

SI QVAM babebat gloriã antea quàm mundus fieret, eam verè à patre petebat quam amiſit. Quod ſi hoc: nõ ſolum gloriam amiſit, ſed etiam deitatem. Nam inſeparabilis eſt à deitate gloria. Nudus ergo ſecũdum Photinum erat homo. Apparet igitur in quantum homo, non deitatis defectu talia dixiſſe.

Super illo, Primogenitus omnis creaturæ.

SI ANTA creaturam filius non genitura eſt, ſed creatura: primò creatus vtique diceretur, non primogenitus. Si quoniam primogenitus creaturæ dictus eſt, primo creatus eſt: & cum primogenitus mortuorum dicatur, ante mortuus mortuorum erit. Quòd ſi primogenitus mortuorum dictus eſt, quoniam cauſa ſit reſurrectionis è mortuis: ſic & primogenitus creaturæ, quoniam cauſa ſit vt à nihilo ad eſſe creatura producta ſit. Si quoniam creaturæ primogenitus dictus eſt, pri-
B mum ipſum eſſe creatũ Apoſtolus oſtendit: Cum ergo dixerit, Omnia per eum & in eo creata ſunt, debuiſſet dicere: Et ipſe factus eſt ante omnia. Cum autem dixerit: Et ipſe eſt ante omnia: oſtendit eum quidem ſemper eſſe, creaturam vero factum. Hoc eoim verbum eſt, illi in principio erat verbum, conſonat. Si primogenitus, inquiunt, filius, non amplius vnigenitus, ſed alius quoque eſſe debet: ad quem primogenitus dicitur? Atqui ô ſapiens tu, cum etiam ex Maria virgine ſolus natus ſit, primogenitus ipſius dictus eſt. Quouſque enim peperit, inquit, filium ſuum primogenitum. Quare non neceſſe eſt ad fratrem primogenitum dici. Dici etiam poſsit qui primus natus eſt primo genitus. Ad hæc autem etiam ad eos qui per adoptionem ſpiritus ſancti ex Deo nati ſunt, vt Paulus dicit: Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij eius, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

C

Super illo, Dominus creauit me.

SI qui in carne eſt, inquit, ego ſum via. Et idem: Nemo venit ad patrem niſi per me. Ipſe etiam eſt qui dicit: Dominus creauit me initium viarum ſuarum. Dicitur autẽ & de genitura creatura & factura: vt illud: Poſſedi hominem per Deum. Et rurſum: Et fecit filios & filias. Et Dauid: Cor mundum crea in me deus: non aliud petens, ſed id videlicet quod erat permundari. Dicitur autem & noua creatura, non qui alia creatura factus ſit, ſed quoniam illuminati ad meliora opera præparantur. Si pater ad opera filium creauit, non propter ſe ipſum, ſed propter opera eũ creauit: quod vero propter aliud & non propter ſe factum eſt vel pars illius propter quod factum eſt, vel eo minus eſt. Quare Saluator vel creaturæ pars eſt, vel minor quàm creatura. Neceſſe eſt ergo de humanitate eius intelligere. Dicet etiam aliquis, de ſapientia illa hæc Salomonem dixiſſe, cuius & Apoſtolus meminit dicens: Quoniam enim in ſapientia dei non cognouit mundus, per ſapientiam deum. Præterea nec Propheta eſt qui dixit: ſed prouerbiorum ſcriptor, Prouerbia vero imagines aliorum ſunt, non ipſa quæ dicuntur. Si dei filius eſt qui dicebat: Dominus creauit me: potius dixiſſet, pater creauit me. Nullibi enim ipſum dominum ſuum, ſemper verò patrem vocabat. Capiendum igitur verbum genuit, de deo filio: creauit vero, de deo qui formam ſerui accepit. In D
omnibus autem iſtis non duo dicimus, Deũ ſeorſum, & hominẽ ſeorſum: vnus enim erat: ſed cogitatione ac mente cuiuſlibet naturam conſideramus. Nec enim Petrus duos intellexit cum dicat: Cum igitur Chriſtus paſſus ſit pro vobis ſecundum carnem. Si genitura inquiũt filius eſt & non factura, quomodo ſcriptura dicit: Certiſsimè ergo ſciat omnis domus Iſraël, quia dominum eum & Chriſtum fecit deus? Quare hic quoque dicendum, de eo qui ex Maria eſt ſecundum carnem dictum eſſe: ſicut & angelus qui euangelizabat paſtoribus dicit, quod natus eſt vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus dominus. Nam quod dicit hodie, non vtique de eo putabitur qui ante ſecula. Clarius autem quod ſequitur demonſtrat, cum dicat: Hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis. Si cum natus eſt filius, tunc ſapientia, ſalſum illud, Chriſtus dei virtus & dei ſapientia. Nam ſapiẽtia eius
facta oon eſt, ſed ſemper erat. Et ſicut illud quaſi E
de patre à Dauid dictum. Eſto mihi in deum protectorem. Et factus eſt mihi in ſalutem. Et Paulus, Fiat vero deus verus, omnis autẽ homo mendax. Sic & dominus natus eſt nobis à deo ſapientia, ſanctificatio & redemptio. Si ergo pater factus protector & verus, nõ factura, & filius etiam factus ſapientia & ſanctificatio, non eſt factura. Si verum quod vnus deus pater, verum videlicet quod vnus domious Ieſus Chriſtus Saluator. Nec igitur Saluator deus ſecundum ipſos, nec pater dominus. Et vanum illud, Dixit dominus domino meo. Falſum autẽ & illud, Propterea vnxit te deus deus tuus, &, Pluit dominus à domino, & fecit deus ſecundum imaginem dei, Et, Quis deus præter dominum? Et, Quis deus præter deum noſtrum? Et Ioannes, quod deus erat verbum & verbum erat apud deum. Et Thomas de filio, Dominus meus & deus meus. Ad creaturas ergo & falſò non propriè dictos deos non in patrem & fi- F
lium ea intelligere oportet, quæ ex oppoſito diſtincta ſunt.

Super illo, vt cognoſcant te ſolum verum deum.

QVI verus eſt, ad eos qui ex oppoſito falſò diſtinguuntur, dicitur. Qui verò incomparabilis eſt, ad omnia & per omnia excedit. Cum ergo Hieremias de filio dixerit, Hic deus noſter non reputabitur alius præter ipſum, maiorem quoque patre dixit. Quòd autẽ verus & filius deus, idem Ioannes in epiſtola dicit, Vt cognoſcamus ſolum verum deum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus deus & vita æterna. Nec igitur propter illud, non reputabitur alius præter ipſum,

maiorem

maiorem patre filium intelligendum, nec ſolum
verum deum eſſe patrem, verum vtraque à falſo
dictos nec exiſtentes, ſicut etiam in Deuterono-
mio dicit, Dominus ſolus dux eius fuit, & nõ erat
cum eo deus alienus. Si ſuper omnia eſt deus, ne-
ceſſariò excedit omnia. Apoſtolus igitur cum ſu-
per omnia deum Saluatorem dixerat, maiorem
etiam patre dixit? ſed hoc inconueniens. Simili-
liter igitur & hoc intelligendũ, magnus deus non
A vtique minor erit alio deo. Apoſtolus ergo cum
de filio dixit, Expectamus beatam ſpem & appa-
ritionem gloriæ magni dei, & Saluatoris noſtri
I eſu Cbriſti: maiorem patre intellexit? Filij enim
apparitionem, & præſentiam expectamus, non
patris abſque diſcretione. Igitur de patre ac filio
hæc non cum obſeruatione dicuntur.

Aequaliter eſſe deo, non aliud eſt quam
deo æqualem eſſe.

FILIVS igitur cum non in rapinam putaue-
rit æqualiter eſſe deo, quomodo diſsimilis ac in-
æqualis deo? Iudæi autem Eunomio magis pij.
Nam cum ſaluator filium ſe dei dixerit, quaſi filio
ſolum debeatur, ſi verè filius eſt, æqualem ipſum
eſſe patri: volebant, inquit, ipſum lapidibus pete-
re, non ſolum quia ſoluebat ſabbatum, ſed quia
etiam patrem proprium deum dicebat, æqualem
ſeipſum faciẽs deo. Aequalis igitur patri & ſecun
dum Apoſtolum & ſecundum ſaluatoris vocem,
quamuis Eunomius nolit. Si iudicij domious fi-
lius non eſt, vt hos quidẽ præmio, illos vero ſup-
pliciis poſsit afficere, quomodo dicebat: Pater
neminem iudicat, ſed vniuerſum iudicium dedit
B filio: Et alibi: Poteſtatem habet filius hominis in
terra peccata dimittere. Et rurſus: Data eſt mihi
omnis poteſtas in cœlo & in terra. Ad Petrũ ve-
ro: Tibi dabo claues regni cœlorum. Ad diſcipu-
los autem: Amen dico vobis, vos qui ſecuti eſtis
me, in regeneratione ſedebitis ſuper duodecim
ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſraël. Ipſis vero
ſcriptis ſolutum eſt cum ſaluator dixerit: Et tuoc
reddam voicuique ſecundũ opera eius. Et alibi: Et
ibunt qui bona fecerũt in reſurrectionẽ vitæ: qui
vero mala egerunt, in reſurrectionẽ iudicij. Apo-
ſtolus vero: Omnes enim nos manifeſtari opor-
tet ante tribunal Cbriſti, vt recipiat vnuſquiſque
corporis propria prout geſsit, ſiue bonũ ſiue ma- D
lum. Eorum igitur qui accipiunt, eſt dignos ſe ad
dexteram vel ad ſiniſtram ſedere facere, non eius
qui dare poteſt, etiam ſi iniuſta petitio ſit.

Super illo, Quis deus præter dominum,
& quis deus præter deum
noſtrum.

Quod non ad filium hæc & horum ſimilia, ſed
ad dictos deos cum non ſint, ſcripturæ dixerunt,
ex illis ſufficienter demonſtratum eſt, ex quibus
& deum & dominum ſæpe filium demonſtraui-
mus in veteri ac nouo teſtamento dictũ eſſe: Da-
uid autem idipſum clarius fecit dicẽs: Quis ſimi-
lis tibi: & adiunxit, in diis domine. Et Moſes: Do-
minus ſolus dux eius erat, & non erat cũ eo deus
alienus, cum tamen ſaluator eſſet cum ipſis, vt di-
cit Apoſtolus, Bibebant autem è ſpirituali conſe-
quente eos petra, petra autem erat Chriſtus. At
Hieremias, Dij qui cœlos & terram non fecerũt,
pereant de terra, & de iis quæ ſub cœlo ſunt. Nec
enim in iſtis filius. Nam ipſe creator omnium eſt.
De idolis ergo quæ colebãt gentes, & quod præ-
dictum eſt, & illud. Ego deus primus, & ego poſt
hæc, & præter me non eſt deus, & ante me non E
fuit alius deus, & poſt me nõ erit. Et, Audi Iſraël,
Dominus deus tuus, deus vnus eſt, & omnia talia
nonne de filio intelligenda ſunt?

BASILII MAGNI CAESA-
RIENSIS EPISCOPI DE SPIRITV
SANCTO LIBER CONTRA EVNOMIANOS, QVOD
non ſit creatura, quem prioribus adiunctum, ad Am-
philochium ſcriptum opinari licet. . .

CVM quæ communia ſunt
creaturis, ſpiritui ſancto nũ
communiceotur: & quæ ſpi-
ritus propria ſunt, creaturæ
non communicentur, colli-
gitur hinc ſpiritum non eſſe
creaturam: quoniam quæ cõ
munia ſunt patri & filio, ea-
dem communia ſunt & ſpiritui. Nam quibus de-
ſignatur in ſcriptura pater & filius eſſe deus, eiſ-
C dem ſignatur & ſpiritus ſanctus deus. Ex quibus
colligitur eiuſdem ſpiritum eſſe deitatis cum pa-
tre. Quoniam quæcunque patri vt deo, non vt pa-
tri, inſunt: & quæcunque filio vt deo, non vt filio
inſunt, ea etiam ſpiritui inſunt, non autem crea-
turis: ſicut nomina & res creaturis incommuni-
cabiles, ſoli trinitati communes: patet trinitatem
eſſe cõſubſtantialem. Omne quod factũ eſt, tranſ
mutationis ac verſionis ſuſceptibile eſt ſecũdum
prophetam, qui de deo dicit: qui omnia facit &
cõmutat ipſa: ſpiritus nec verſionis nec mutatio-
nis ſuſceptibilis eſt: non ergo creatura. Cum crea
tura in duas partes diuiſa ſit, in corporeas ſcilicet
res atque incorporeas, mutatio etiam quam reci-
pit diuiſa eſt. Nam corpora ſecundũ ſubſtantiam
mutationis ſuſceptibilia ſunt: cũ mundus corru-
ptibilis in corruptionem traducatur, ſecundum
ſcripturam: Et mortalia corpora noſtra, immor-
talia fiunt: incorporea vero ac rationalia, ſecundũ
operationem vel voluntatẽ mutationis ſuſcepti-
bilia ſunt, ſecũdum illud, Aogelis peccãtibus non F
pepercit. Quòd ſi omniũ quæ facta ſunt, hæc ſub-
ſtantia, illa volũtate mutationis ſuſceptibilia ſunt:
Spiritus vero ſanctus nec ſubſtantia, nec volun-
tate mutationis eſt ſuſceptibilis, non eſt ergo ſpi-
ritus creatura. Omnis creatura ſanctificata ſancta
eſt, ſpiritus vero ſanctus non eorum quæ ſancti-
ficantur, ſed ſanctificantium eſt, non ergo crea-
tura. Nihil creatum ſubſtãtia ſanctum, nam quod
ſubſtantia ſanctum eſt, exteriore ſanctificatione

non eget, eget autem exteriore ſanctificatione
quod tactum eſt, cum dignum effectum ſit ad ſe
ſanctificationem adducere, ſpiritus vero ſanctifi-
cationis non eget, quòd ſubſtantia ſanctus ſit, nõ
igitur eſt creatura. Omnis creatura creatoris ſer-
ua eſt, ſecundum prophetam, qui ſic deum allo-
quitur: Quoniam omnia ſeruiunt tibi: qui autem
ſeruus eſt libertatem ac adoptionem quam ipſe
ſubſtantia conſecutus non eſt, aliis præſtare non
poteſt: Spiritus vero libertatem ac adoptionem
præſtat: ſpiritus enim clamat in cordibus noſtris:
Abba pater: quare non eſt ſeruus, ſicut nec filius,
A non ergo creatura. Nulla creatura rationali ani-
ma participabilis eſt, vt in ipſa eſſentialiter habi-
tet: ſpiritus autem ſanctus inhabitat in ipſa, ſecun
dum eum qui dicit: Templum dei ſumus, & ſpi-
ritus ſanctus habitat in nobis: non ergo creatura.
Omnis rationalis creatura virtutis ac vitij ſuſce-
ptibilis eſt, ſpiritus autem nullius horum ſuſce-
ptibilis eſt, non ergo creatura ſpiritus.

Quod ſpiritus creator eſt.

Coeli enarrant gloriam dei, & opera ma-
nuum eius annuntiat firmamentũ. Et in alio pſal-
mo: Et opera manuum tuarum ſunt cœli. Et quæ-
nam erunt incorporei dei manus incorporeæ,
quæ firmamentũ & cœlos crearunt, ille ipſe pro-
pheta explanat cum dicit: Verbo domini cœli fir-
mati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
Verum quemadmodum prolatum verbũ in deo
non eſt: ſed viuens & ſubſiſtens & factiuum om-
nium, ſic in deo non eſt ſpiritus perfuſus, non
diſſolutus aër, ſed virtus ſanctificans, conſubſtan-
B tialis, ſubſiſtens, manus tuæ fecerunt me, & plaſ-
mauerunt me. Et id dictum eandem habet cum
ſuperiori ſententiam. Spiritus enim diuinus, Iob
inquit, qui fecit me. Et altera manuum exponens
Salomon inquit: Deus patrum & domine miſe-
ricordiæ, qui feciſti omnia in verbo tuo, & ſapien
tia tua conſtruxiſti hominem. Chriſtus autem dei
virtus & dei ſapientia, quæ ſecundum tropologię
rationem manus eſt creans. Ad hæc etiam ſpiri-
tus operationi totam noſtram impoſuit naturam.
Renouantem quoque ipſum creaturas in incor-
ruptionem ſermo diuinus dicit: Auferes ſpiritum
eorum & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte
ſpiritum tuum & creabũtur, & renouabis faciem
terræ. Nec profecto ipſe ſeipſum mittit. Miſſio-
nem autem vocat exitum ad opus, non de loco
in locum migrationem. Quoniam ſpiritus domi-
ni repleuit orbem terrarum, & hoc quod con-
tinet omnia ſcientiam habet vocis. Spiritus do-
mini ſuperueniet in te. Quapropter & quod in
ea natum eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt. Quod
ex alio eſt, vel creatione ab ipſo eſt, vt illud: Vnus
deus & pater ex quo ſunt omnia. Vel per gene-
rationem, ſecundum illud: Ego à patre exiui. Et
Ex vtero ante luciferum genui te. Ex vtero ante luciferum genui te, non quoniam
C vterum deus habeat, verum quoniam propriæ
ſuæ & non nothæ genituræ ex vtero parentum
naſcuntur, vterum ſe ipſum ad generandum ha-
bere deus dixit, ad cõfuſionem impiorum, vt ſal-
tem ſuam conſiderantes naturam, proprium pa-
tris fructum ſicut ex vtero ſuo natum filium eſſe
prædicant. Quod ergo ex alio eſt, vel creatione
vel generatione, vel natura, ex ipſo eſt, ſicut ope-
ratio noſtra ex nobis, vel ſicut ſplendor ſolis ex
ipſo. Si ergo ſupernaturale Chriſti corpus è ſpiri-
tu ſancto eſt, nec genituram ipſius eſſe poſſibile:
quoniam quod ex carne natum eſt, caro eſt: &
quod ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt. Nec rurſus
ex ipſo ſicut operatio eius, quoniam in ſimplici
natura & incorporea eandem ſubſtantiæ rationẽ
operatio ſuſcipit: Relinquitur ergo ex ipſo eſſe,
ſicut eius creatura. Verum & digitus dei qui trãſ-
mutauit in Aegypto puluerem in animalia, gene-
rationem animaliũ quæ à principio fuerat oſten-
dens paracletus erat, ſpiritus veritatis. Cum enim
tres euangeliſtæ dicant ad Iudeos dominum di-
xiſſe. Si autem ego in ſpiritu dei dæmones eiicio, D
igitur in vos peruenit regnum dei. Lucas dixiſſe
ipſum inquit: Si autem ego in digito dei dæmo-
nia eiicio, peruenit ergo ad vos regnum cœlorum:
Quas ob res & quæ per Moſen in Aegypto facta
ſunt ſigna, quæ digito dei facta ſunt, & mirabilia
dei ſigna cum ſpiritu fiebant: digitus vero dei & *Digitus dei.*
in his quæ à Moſe, & in his quæ à domino ſigna
facta ſunt, ſpiritus dictus eſt: non quoniam par-
ua quædam virtus coexiſtens deo eſt, ſicut corpo-
ri digitus: verum quoniam vnum quid ex donis
ſpiritus, quæ ſecundum diuiſionem ſunt, gratia
etiam ſanitatum eſt, id quod eſt vnum quid, & nõ
vniuerſa ſpiritus dona digitum vocat. Alij enim
per ſpiritum datur ſpiritus ſapientiæ, alij vero ſer-
mo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij gra-
tia ſanitatum in vno ſpiritu, alij prophetia, alij di-
ſcretio, ſpirituum, alij genera linguarum, alij in-
terpretatio ſermonum. Hæc autem omnia ope-
ratur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis
prout vult. Diceret aliquis, quod hæc omnia & E
quæcunque alia dona ſpiritus ſunt, tanquam cor-
pus quid ipſius ſunt, vnumquodque donum digi-
tus: & hoc autem vtile dictionis ne negligas.
Cum enim dixiſſet, quia omnia hæc operatur ſpi-
ritus, ſicuti vult: de domino etiam ipſemet inquit.
Et diuiſiones operationum ſunt, idem vero deus
qui operatur omnia in omnibus. Quòd ſi omnia
operatur deus ſicuti vult, omnia vero hæc vnus
ac idem ſpiritus operatur diuidens ſingulis prout
vult: quomodo diuerſitas ſubſtantiæ illic eſt, vbi
operationi identitas eſſe cognoſcitur: permutatis
enim ſubſtantiis ſecundum impiiſſimum Euno-
miũ, diuerſas eſſe oportebat & operationes: Ean-
dem autem autoritatem & poteſtatẽ ſpiritus ſal-
uator atteſtatur: Spiritus, inquit, vbi vult ſpirat.

De remiſſione peccatorum.

Proprium dei eſt peccata dimittere,
cum ipſe dicat: Ego ſum qui deleo peccata tua.
Et, Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi
nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermi-
culus, vt lana alba erunt. Præterea quoniam deus
dei filius Ieſus paralytico peccata dimiſit, dicens:
Fili dimittuntur tibi peccata tua, qua in re à Iudeis
qui deum ipſum eſſe neſciebant, blaſphemare pu
tabatur, dicentibus: Ipſe blaſphemat: nullius enim F
eſt dimittere peccata niſi ſolius dei. Dominus au-
tem ſanctis apoſtolis inſufflans, inquit: Accipite
ſpiritum ſanctum, quorumcũque dimiſeritis pec-
cata, dimittentur eis: Si ergo nullius eſt peccata
dimittere, ſicuti certè nullius eſt, niſi ſolius dei:
dimittit autem ſpiritus ſanctus per apoſtolos:
Deus ergo ſpiritus ſanctus, & eiuſdem operatio-
nis cum patre & filio: Docete, inquit omnes gen-
tes

tes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpi
ritus ſancti. Gentes iubet credentes & doctas ba-
ptizari in trinitatis nomine. At petrus Iudæis qui
concordes fuerant in morte Chriſti pœnitentiam
agentibus: Pœniteat ſingulos, inquit, à malitia
veſtra & à via praua, & baptizetur vnuſquiſque
veſtrum in nomine domini Ieſu, & ſaluabitur:
quaſi poſsit eadem operari filius in regeneratio-
ne baptiſmi, quæcunque pater & ſpiritus operan-
tur. Dominus vero apoſtolis dixit: Expectate pro-
miſsionē patris quam audiſtis, quòd Ioannes qui-
dem baptizauit aqua ad pœnitentiam: vos vero
baptizabimini in ſpiritu ſancto. Si ergo in apoſto
lis eadem operari poteſt ſpiritus ſanctus quæ pa-
A tris ac filij nomen in iis quæ ex gentibus credide-
runt, & domini Ieſu nomen in iis Iudæis qui pœ-
nitentiam egerunt: Nemo enim diceret minore
apoſtolos per lauacrum gratia participaſſe, quàm
qui è gentibus crediderunt: quoniam per ſpiritū
ſanctum gratiam habuerunt: quomodo non eſt
eiuſdem cum patre ac filio ſubſtantiæ ſpiritus, cū
eiuſdem ſit operationis?

Quòd eadem ſit poteſtas Patris & filij & ſpiritus ſancti.

VADE IN Damaſcum, & ibi dicetur tibi,
quòd vas electionis mihi es. Dominus de cœ-
lo viſus Paulo dixit, quod eum in prædicatorem
euangelij orbi conſtituerat. Intranti vero in Da-
maſcum, Ananias dixit: Salue frater, reſpice:
Deus patrum præordinauit te: ac ne de Chriſto
id intelligeretur, infert, vt cognoſceres volun-
tatem eius, & videres iuſtum ſuum Ieſum: qui vo-
cationem & ordinationem ſcriptis commendans
B dixit: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apo-
ſtolus. Deinde quid aliud etiam ad vocationem
dicit: Segregatus in euangelium dei. Qui autem
ſegregauit, vt apoſtolorum actus docuerunt, ſpi-
ritus fuit. Ieiunantibus enim apoſtolis, inquit, &
orantibus, dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mi-
hi Paulum & Barnabam in opus ad quod eos aſ-
ſumpſit. Quòd ſi dominus deus patrū ipſum ele-
git quem præordinauit, ac eundem ſpiritus auto-
ritate naturæ vſus ſegregat, quomodo alteritas in
trinitate ſubſtantiæ eſt, in qua operationis identi-
tas inuenitur? Mea verba, Salomon inquit, à deo
dicta ſunt: at Paulus à Chriſto: An probationem
enim quæritis, inquit, Chriſti, qui in me loquitur.
Nihil autem minus ſpiritus etiam in Apoſtolis
loquitur: Loquebantur enim inquit, Apoſtoli
prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et non
eſtis vos qui loquimini (Saluator ipſis dixit) ſed
ſpiritus patris qui in cœlis eſt, loquitur in vobis.
C Spiritus autem & in prophetis loquitur: Quis
enim dabit, Moſes dixit, omnem populum iſtum
prophetare: quando dabit dominus ſpiritum ſuū
in ipſum? Et teſtamenti noui propheta nouus
Agabus exclamauit dicens: Hæc dicit ſpiritus ſan-
ctus. Quòd prophetæ teſtamenti veteris ex con-
ſuetudine clamabant: Hæc dicit dominus deus.
Et hæc Paulus quæ à patre & filio & ſpiritu di-
cta ſunt colligens: Omnis, inquit ſcriptura diui-
nitus inſpirata. Quòd ſi ſpiritus in prophetis &
apoſtolis loquitur, & omnis ſcriptura per deita-
tem inſpirata eſt: dicatis impij, cum eius ſcriptu-
ra diuinitus inſpirata ſit, quomodo ipſe ſpiritus
deus non eſt?

Quod neque viſio neque oraculum ſeparatim ſit à patre & filio & ſpiritu ſancto.

ESAIAS propheta, Vidi, inquit, dominū ſe-
dentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum,
& ſeraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni &c. &
poſt hæc dixit, Vade & dices populo huic, Audie-
tis & non intelligetis, & videntes videbitis & nō
videbitis: incraſſatum eſt enim cor populi huius.
Quantum igitur ad textum ipſum & conſecutio-
nem ſcripturæ propheticæ ſupernus pater eſt, qui
viſus oraculum præbuit prophetæ, attonitrui fi-
lius cum alta locutus ſit, & tonitruo terribiliora
dixerit, qui non quod non erat, ſed quod erat ver-
bum dixit, filium, inquit, viſum oraculū præbuiſſe D
prophetæ, quoniam dicit Eſaias de ipſis: Excæca-
uit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non
videant oculis & intelligant corde, & conuertan-
tur, & ſanem eos: Hæc dixit Eſaias quando vidit
gloriam eius. Paulus vero viſionem & oraculum
id, ſpiritus eſſe cenſuit dicens. Bene dixit ſpiritus
ſanctus per prophetam Eſaiam ad patres noſtros,
auditu audietis & non intelligetis, & videntes vi-
debitis & non videbitis, incraſſatum enim eſt cor
populi huius. Propheta igitur patris in quo Iudæi
credebant, perſonam inducit, Euangeliſta filij,
Paulus ſpiritus, vnum deum ſabaoth eam qui vi-
ſus fuit communiter nominantes. Ita cum de vno
deo in ipſis indiſtincta maneat opinio, ratio ipſis
de hypoſtaſi diſtincta eſt?

Quod participant creatore quæ ad imaginem eius facta ſunt, hoc autem per ſpiritum fit.

QVOD ſi hæc intelligerent ac bene auſculta- E
rent, qui contra ſeipſos male cauillātur, pro-
fectò ſpiritum à deitate non alienarent, ne à dei-
tate ſeipſos abſcinderent, ne mundū à deo diſter-
minarent, ne deum propria creatura diſsiparent.
Miſera enim cūcta quæ à deo creatore facta ſunt,
cum ſecundum naturam creatam à gloria deſtitu-
ta ſint, niſi deitate participent. Non dignus autem
ſermo de deo ſi nudam ac ſui deſertam creaturam
deſpicit. Verum nec creatura ſic miſera, nec deus
ſic impotens eſt, vt ſanctam participationem ad
creaturas non trāſmittat. Denique ſtatim ad ima-
ginem ſui hominem facere voluit. Omnium au-
tem imago quæ creatur à primitiuo ad materiam
tranſmutata, ſimilitudinem capit & charactere
participat per artificis mentem & manus confir-
mationem: ſic pictor, ſic lapidum ſculptor, ſic qui
auream aut æneam ſtatuam fingit, materiam cœ-
pit, in exemplar reſpexit, recepit rei quam ſpecu-
latus eſt figuram, hanc in materiam impreſsit. F
Quòd ſi hominibus non poſſunt ad ſimilitudi-
nem informari materiæ, niſi Idea ipſorum parti-
cipent: quomodo ad ſimilitudinem dei creatura
aſcendet, niſi diuino charactere participarit? di-
uinus vero character non ſicut humanus eſt, ſed
viuens & verè ens imago imaginis efficiens, qua
omnia quæ participant imagines dei conſtituun-
tur. Imago quidem dei Chriſtus eſt: qui eſt ima-
go, inquit, inuiſibilis dei, imago vero filij ſpiri-
tus, quo qui participant filij conformes fiunt, ſe-
cundum illud ſcriptum: Quos præſciuit & prede-
ſtinauit cōformes, inquit, fieri imaginis filij eius,
vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

Quod ſpiritus ſanctus nec poſſeſſio, nec creatura dei eſt.

SI ſpiritus à gloria filij alienus eſt, quomodo ſe-
cundum Apoſtolum ipſum tuo conteſtabitur
quòd filius dei ſis? Quomodo clamabit in te, abba
pater, niſi donũ verè à filio ſit non poſſeſsio eius,
ab ipſo miſſus, non ſicut humanus ſpiritus vel aë-
reus, vt ſolent dicere qui à deitate ſpiritum ſepa-
rant? Sed dei ac filij ſpiritus æternus, in maieſtate
diuina exiſtens & cognitus. Neque enim ſpiritus
tuus Chriſtus, nec ſpiritus aëris dominus, nec im-
mundus ſpiritus. Nam hoc quoque addicere qui-
A dam auſi ſunt. Spiritus vero ſanctus Chriſtus ac
deus vocatur, cum Apoſtolus vt modo commo-
nuimus, dicat: Si quis autem ſpiritum Chriſti non
habet, non eſt eius: ſi vero Chriſtus in nobis, &c.
Hæc igitur cum dicat, ſpiritus habitationem Chri
ſti habitationem eſſe affirmat. Et rurſus dicens:
Dominus vero ſpiritus eſt: vbi autem ſpiritus do-
mini, ibi libertas: quare dominus ſpiritus domi-
ni, non ergo poſſeſsio nec creatura domini.

Quod imago vera & naturalis dei ac filij ſpiritus eſt.

ET imago vera non ex imagine vera, ſicut nos
propterea aſsimilat ad imaginem & efficit
non efficitur, & vnctio eſt & non inungitur. Vn-
ctio vero ſpiritus in nobis (vt Ioannes dicit) &
quid dixi in nobis, imò enim & in Chriſto do-
mino ſecundum carnem. Ieſum inquit, de Naza-
reth, vnxit eum deus de ſpiritu ſancto & virtute.
Chriſtus igitur per ſpiritum & vnctionem quæ
eſt in ſpiritu: quare non per alienam deitatem do-
mini vnctio eſt, & nomen Chriſti: & qui ab ipſo
B chriſtiani vocantur: Ploraret enim verè aliquis ſi
etiam ſalutis noſtræ nomen à creatura incipiat: à
creatura deductum ſit, & per ſeruum adoptionẽ
habeamus. Creatura non ſanctificat creaturam,
ſed ab vno ſancto, qui de ſe dicit: Ego ſanctifico
me, per ipſum omnia ſanctificantur. Sanctificat
verò per ſpiritum, ſicut demonſtratum eſt. Spiri-
tus ergo non eſt creatura, ſed ſanctitatis Dei cha-
racter, & omnis ſanctificationis fons. In ſanctifi-
catione ſpiritus vocati ſumus, vt Apoſtolus do-
cet, hic nos renouat, & rurſus imagines efficit
dei per regenerationis lauacrum & innouatio-
nem ſpiritus ſancti deo adoptamur. Noua iterum
creatura participans ſpiritu quo priuata inuete-
rauerat. Imago & iterum dei homo, qui à diuina
ſimilitudine decidit, & iumentis inſipientibus ſi-
milis factus, cõparatus eſt illis. Similis eſt factus
iumentis ſecundum mortem. Sicut enim mors
iſtius, inquit, ſic mors iſtius: ſed nunc qui ſuſcita-
uit Chriſtum, inquit, è mortuis, viuificabit etiam
C mortalia noſtra corpora per ſpiritum eius qui in
nobis inhabitat.

Quod ſpiritus cum opera Dei perficiat, diuinæ naturæ eſt.

QVIS enim qui creaturas renouat, qui cor-
ruptionem in incorruptionem tranſmutat,
qui nouam nos efficit creaturam in ſecula perma-
nentem, à creatore deo ac filio ſeparabit? Quo-
modo qui extra deitatem eſt, deitatis creaturam
recuperat, nouam ipſam atque incorruptibilem
efficiens? Quo deus alio indigebat vt defluxam
creaturam ſuam reciperet? Silentio tradatur ſer-
mo impius, qui inueteratam & corruptam crea-
turam opus dei eſſe aſſerit: eam vero quæ non an-
tiquatur nec corrũpitur, à creatura innouari con-
tendit. Non glorificetur creatura ſupra deũ, glo-
rificatur autem ſupra deum, ſi quæ morte ac cor-
ruptione ſoluta ſunt, quæ deus per filium opera-
tus eſt, immortalia per creaturam atque incorru-
ptibilia efficiũtur. Sed ſpiritus diuinus omnia quę
à deo per filium facta ſunt, perficit, ſicut in noua
creatione, de qua dicitur: Si quis in Chriſto noua
creatura. Propterea verbo domini, inquit, cœli fir
mati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
Viuens verbũ in quo facti ſunt cœli, hic ipſe deus
verbum, de quo Ioãnes clamat. Omnia per ipſum D
facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vitam eſſe
viuificantem ſpiritus monſtrat, ſecundum quod
ſcriptum eſt: Vita ſpiritus qui cœleſtes virtutes
efficit, hic ipſe cum patre & filio glorificatur.
Nec enim verborum prolatione, quamuis huma-
no more verba dei prolata dictaque dicãtur, deus
creat, nec aërij ſpiritus profuſione cœli ornan-
tur. Spiritus enim ad creandum viuo verbo coor-
dinatus eſt, viua virtus, diuina natura, ineffabilis
ex ineffabili ore exiſtens ineffabili modo, & per
ſufflationem ad hominem miſſa, & ſecundum
figuram corporaliter à domino traditam, rurſus
ab eo per ſufflationem reſtituta. Concurrere e-
nim oportet cum prima nouitate præſentem in-
nouationem atque concurſum. Informauit igi-
tur cum ſufflaſſet, cum non alius eſſet atque is,
qui à principio inflauit, ſed ipſe per quem deus
ſufflationem dedit, tunc quidem cum anima, nũc
vero ad animam: ſic deus creat non manuum mo-
tu corporalium, ſed viui verbi operatione, & ſpi-
ritus participatione viuificantis. Igitur à princi- E
pio cuncta facta ſunt in ſpiritu, & in ſpiritu rur-
ſus innouantur. Vna & eadem planè operatio dei
per filium in ſpiritu videtur, & trinitas diſſepa-
rationem non ſuſcipit, ſed ſecundum veram Pau-
li doctrinam: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem
autem ſpiritus, & diuiſiones adminiſtrationum,
ſunt, idem autem dominus, & diuiſiones ope-
rationum ſunt, idem vero deus, qui operatur
omnia in omnibus. Et cum omnes diuinas ope-
rationes recenſuiſſet: Omnia vero hæc, inquit,
operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens ſingulis
prout vult.

Quod cum glorificetur cum Deo ſpiritus, non creatura, ſed diuina natura oſtenditur.

NON igitur ſuper dei creaturam poteſtatem
habet creatura, nec circa ipſas operatur, ſed
alia creatoris, alia creaturarum eſt operatio. An-
geli (vt Saluator dicit) patris qui in cœlis eſt fa-
ciem vident, & id ipſis beatitudo & magna glo- F
ria eſt, opera vero ſunt dei, iuxta illud: Qui facis
angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignis flam
mam, ſed & ſanctificatos, & in ipſis operatur, ſi-
cut in ſanctis hominibus, qui etiam quæ dei ſunt
denunciant ſicut homines: quapropter neque an-
gelos vnà cum deo glorificamus, ſicut neque ho-
mines, cum non propria eorum ea quæ per eos
fiunt exiſtimemus, ſed dei qui per eos operatur.
Spiritus verò cum deo ac filio glorificatur, ſicut
& diuinà operatio per ipſum adimpletur. Gratia
enim domini noſtri Ieſu Chriſti, Paulus inquit, &
cõmunicatio ſancti ſpiritus cum omnibus vobis.

At

At ſalutis noſtræ caput,perſectaque de deitate ac
ſanctificatione baptizatoris traditio, nihil aliud
eſt, quàm baptizare in nomine patris & filij &
ſpiritus ſancti. In eiſdem autem deitatis operibus
trinitatem glorificari, quoniam nec ſine filio pa-
ter operetur, nec filius ſine ſpiritu vnius deitatis
teſtimonium eſt.

Quod ſicut filius ad patrem ſe habet, & ſpiritus ad filium.

A PROPTEREA & dei quidem verbum filius
eſt, filij autem verbum ſpiritus. Portás enim,
inquit, omnia verbo virtutis ſuæ: & quoniam ver-
bum filij per deum, gladiũ, inquit, ſpiritus, quod
eſt verbum dei: verbum autem dei viuens ac ope-
rans. Nec mihi ad humanas ſimilitudines deci-
das, verum vbique maius in deo intelligas, exem
plum verbi ad vnius demonſtrationem operatio-
nis accipiens. Nam & intellectus tuus omnia per
verbum conſiderat.

Cur & ſpiritus, filius filij non dicitur.

NON quia non eſt ex deo per filium, ſed ne
trinitas filios ex filiis habere ſuſpecta, vt eſt
in hominibus, infinita putetur multitudo. Sed di-
ces ſi dei eſt imago filius, filij vero ſpiritus, cur nõ
filius filij ſpiritus dictus eſt? hac enim re ad impie-
tatem firmiſsima vſus es. Nam vel filium vel crea
turam vis intelligere: & quoniam filius nomina-
tus non eſt, idcirco creaturarum cauſam creatu-
ram eſſe blaſphemas, eum qui creaturas ſanctifi-
cat ac deificat qui domini dei nomine glorifica-
tur, qui diuinas operationes adimplet. Quoniam
ergo indignus tibi videtur appellatione filij, tan-
B quam à patre & filio alienatus, conſidera quomo-
do ſanctificatos filios efficit: quòd ſi tu per ſpiri-
tum dei es filius, quomodo ſpiritus à filiatione
alienus? & ſi tu per ſpiritum deus, quomodo ſpi-
ritus à deitate alienus? Verum rurſus interroga-
bis, cur autem filij non ſuſcipit nomen? Iis enim
quæ dicta ſunt attendere non dignum putas: eius
vero cauſam quæris quod dictum non eſt: ſicut
Sadducæus reſurrectionem non credés, ſed mo-
dum reſurrectionis curioſè inueſtigans, & negli-
gens quod dictum eſt, propter id quod dictũ non
eſt: & ſi tacebimus, nolentes quæ dei ſunt variis
curis verſare, diuini ſpiritus gloriam victam arbi-
trare: propterea filij appellatio de ipſo poſita non
eſt: quaſi nõ idem abs te quærere poſsimus. Nam
ſi concedis infinitos poſitione filios per ſpiritum
ſanctos eſſe, cur ſpiritus ſaltem poſitione filius nõ
appellatur, præſertim cum melior ſit iis qui per
ipſum gratia adoptantur, ac ideo non debeat ma-
gis per appellationem diminui. Nos vero etiam
de hoc vt poſsibile eſt nobis, ipſis reſpõdeamus.
Nam quod ad te attinet, cum eadem quoque tibi
immineat interrogatio, tacere ſufficiebat. Dici-
mus ergo, ſi quis filium ex filio diceret, in ſuſpi-
C cionem multitudinis trinitatem deitatis homini-
bus adducebat: Facile nanque ſuſpicari erat, quod
ſi filius ex filio natus eſt, ex hoc alius vtique natus
eſſet, ac rurſus alius, & deinceps ad multitudinẽ.
Quamobrem ex deo quidem eſſe ſpiritum apertè
prædicauit Apoſtolus dicens: quod ſpiritum qui
ex deo eſt, accepimus: & per filium effulſiſſe cla-
rum fecit, cum filij ſpiritum ſicut dei ipſum nomi
nauit, & mentem Chriſti dixerit: ſicut & dei ſpiri
tum vt hominis, filium vero filij dicere cauit, vt
vnus ſit pater deus, ſemper pater permanens, &
ſit in æternũ quod eſt: vnus verò filius æterna ge-
neratione natus, qui abſque participio vna cũ pa-
tre eſt filius Dei verus, qui ſemper eſt quod eſt,
Deus verbum & Dominus: vnus autẽ & ſpiritus
ſanctus, verè ſanctus ſpiritus ſecundum quod ſcri
ptum eſt: Qui cũ patre & filio conglorificatur, qui
& ſpiritus oris à Propheta Dauid nominatur, quẽ
& digitũ Dei eſſe docemur, cũ dominus in Euan-
gelio dicat: Si verò in digito dei ego eiicio dæmo D
nia. Dicta hæc & bene dicta ſunt, ſicuti ſunt iis
qui abſq; curioſa inueſtigatione credunt in Deũ,
& verbum & ſpiritum vnam deitatem ſolam ado
rabilem, vt nuſquam aditus multitudini fiat, ſed
quilibet in trinitate vnum ens cognoſcatur, vnus
pater, vnus filius, vnus ſpiritus ſanctus.

Quod etiam ſi ſpiritus non vocetur filius, perſpicuum tamen eſt quod ex deo eſt, & quomodo humanæ ſimilitudines accommodandæ Deo, & non prætermittendæ.

NEC enim ad cognoſcendum ex deo eſſe
ſpiritum, minus quid habituri eramus, cum
oris ſpiritum audiremus. Sufficit enim nomen
ipſius ad ſignificandum exiſtentiam eius ex deo.
Nec enim filius, nec generatio deitatis proprium
eſt, ſed ex humana ſimilitudine adductum, ex
qua etiam ſpiritus dictio traducta eſt. Hac ergo
in diuino ſpiritu diuina ſcriptura vſa eſt, aliter ex
deo eſſe oſtendens, quoniam non oportebat ea-
dem hunc quoque ſimilitudine ſignificare, vti di-
ctum eſt. Tu verò ſimiliter ſicut infideles contra
diuinam doctrinam hæc diſponis, ad blaſphemiã E
feſtinans: & quoniam proceſsio ex deo, ſpiritus
generatio vocata non eſt, idcirco nec ipſum ſpi-
ritum oris dei eſſe credis, ſed manuum dei opus,
& humana exempla deſpiciens, euertis quæ ex
ipſis intelliguntur diuina dogmata, cum oporte-
ret diuini dogmatis verba cum timore audire, &
quicquid dicitur cum pietate recipere, nec ſtul-
tiſsimè ea quæ ſunt pietatis cauillari. Generat
deus nõn vt homo: generat autem verè: & quod
ex eo natum eſt, eſt verbum non humanum: edit
autem verbum verè, & ex ipſo emittit per os ſpi-
ritum non qualis hominis eſt, quoniam nec os
Dei corporale: ex ipſo autem ſpiritus non aliun-
de operatur Deus, non corporeis manibus: ope-
ratur autem non ex ſe ipſo creaturas producens,
ſed per creationem ſubſiſtere faciens, ſicut non
ex ſe ipſo opus producit homo, qui manibus ope
ratur. Nec tranſmoueas diuinorum verborũ ter-
minos, filius eſt filius, & ſpiritus eſt ſpiritus, non
creatura. Nec de filio quæras cur non ſpiritus vo-
catus eſt, nec de ſpiritu cur non filius, nec creatu-
ram eſſe filium vel ſpiritum blaſphemabis. Filius
dei fructus, ſanctus ex ſancto, æternus ex æter-
no, ſpiritus ſancti dator ad ſubſiſtentiam & for- F
mationem creaturæ. Qui filium tollit, is creatio-
nis omnium principium abſtulit. Principiũ enim
eſt ſubſtãtiæ omnium dei verbum, per quod om-
nia facta ſunt. Qui ſpiritum aufert, perfectionem
eorum quæ ſunt, abſcindit. Nam quæ fiunt, e miſ-
ſione & participatione ſpiritus fiunt. Nec in tem-
pore procedit quod ex deo procedit: quamuis in
tempore factiones reddat verbum, ſemper eſt
etiam antea quàm à Moſe ſubobſtenderetur.

Quaſi enim proferebatur humana locutione, vt
per figuram humanam exponatur per ipſum fa-
ctam eſſe creaturam. Spiritus ſemper eſt etiam
antea quam ſufflatum ipſum & elatum deſcribe-
ret Moſes corporali figura, per ipſum eſſe viuifi-
cationem deſcribens.

*Quod niſi ſpiritum ex Deo quis di-
cat, nec verbum.*

VERVM ea quæ copulationis atque coniun-
ctionis diuinæ ſigna ſunt, verbi ſcilicet ac ſpi-
ritus nomina, abſcindit Eunomius: quæ vero ex-
teriorem ac diuerſam naturam ſignificant, ma-
A nus ſcilicet operationem & factionem operum,
hæc ſola ſuſcipit. Nam ſi ex ore dei non credis ſpi
ritum prouenisse, nec verbum credes: quoniam
& Dauid verbum & ſpiritum ſimul glorificans,
verbo Domini dixit cœlos eſſe firmatos, & ſpiri-
tu oris eius omnem virtutem eorũ. Et Moſes quæ
verbo ſacta opera monſtrauit, ſpiritu viuificata
oſtendit in factione hominis ſecundum imagi-
nem. Quomodo igitur diſſeparabuntur inſepara-
bilia, verbum ſcilicet dei, & ſpiritus ex deo per fi-
lium? Quod ſi non credis in ſpiritu, Paulum audi,
qui formationem noſtram in ſpiritu conſummari
ait? Nos verò omnes reuelata facie gloriam Do-
mini ſpeculantes, in eandem imaginem conſor-
mamur, à claritate in claritatem, tanquam à Do-
mini ſpiritu. Per verbum ergo in ſpiritu factura
ſecundum imaginem eſt. Sed dicis: deus facit ſpi-
ritum, & facit per filium, & illud: Omnia per ip-
ſum facta ſunt, ſpiritũ quoq; tibi continere vide-
tur: quæ igitur trinitas eſt, dualitas tibi demõſtra-
B tur. Nã ſi cũ cæteris omnibus, ſpiritus quomodo
cum patre ac filio ſpiritus? quomodo trinitas eſt
trinitas? quomodo in trinitate baptiſmus: qui vni-
uerſum orbem ſanctificat? Sed aquis connumera-
ri cum dicis, vtpote creaturam, ſicut & aquæ ſunt,
quoniam Dominus dicit: Niſi quis regeneratus
fuerit ex aqua & ſpiritu. At id parum eſt. Tu verò
quoniam Ioannes dicit: ipſe nos baptizabit in ſpi-
ritu ſancto & igni: etiam cum igni gehennæ diui-
num ſpiritum coordinas. Hæc quem impietatis
exceſſum non ſuperarẽt? Si aquarum dignitatem
ſpiritui attribuis, quoniam ſpiritus aduentu aquæ
ſanctificantur: exæquari nanque tibi viſum eſt,
quod ſanctificatur ei qui ſanctificat: & deo ac filio
connumeratũ in eadem operatione ac gloria non
horreſcis, hanc vnam operationem ac gloriã de-
cidens. Quod vero aquis vtitur ad corporũ mun-
dationem, idcirco aquarũ honore dignum ſpiritũ
arbitratus es. Ac medicinã quidem licet materia
vtatur, non tamen tanti quanti materiã, ſed mate-
riç dominam exiſtimas. Diuinum autem ſpiritum
vt peccati maculas abſtergat aquis vtentem, ad
aquarum dedecus atque humilitatem deiecisti.
Aquarum, quæ impiis etiam ad communẽ vſum
conceſſæ ſunt: aquarũ, quibus pollutiones corpo-
C ris omnes abſterguntur. Quid etiam, ſi illud ignis
recordatus fuiſti, ô quantam rem mente conci-
pere auſus es? admiror contumaciam ſi verè ig-
nem non extimuiſti. Baptizat Chriſtus in ſpiritu,
ſanctificatione dignos, indignos verò ad ignem
dimittit: alienos à bono, malo tradens. Propter-
ea igitur tibi bonum & malum coniuncta, ſimul
creata, & alterum alterius videntur participan-
tia, & cũ nos eaſdem patris & filij & ſpiritus ſan-
cti operationes demonſtremus, tu non perſpicis
vnionem, nec cum ſeorſum in dei gloria ſpiritus
prædicatur intelligis, Apoſtolis ipſis deitatis glo-
riam tribuentibus, hæc dicit ſpiritus ſanctus, ſi-
cut Prophetæ, hæc dicit Dominus: & domini ten-
tationem, dicentibus tentationem ſpiritus, cum
ad tentantes Petrus ait: Quid vtique conuenit
vobis tentare ſpiritum Domini? Et ad eoſdem.
Non es mentitus hominibus, ſed deo. Quòd ſi
Apoſtoli dicant: Viſum autem eſt ſpiritui ſancto
& nobis, non coordinantes ſe ipſos cum poteſta-
te ſpiritus, ſed ſubiicientes, tanquam ab ipſo tunc
ducti, & quaſi vnam cognitionem ac prudentiam D
dicentes ſuam & ſpiritus, & vnam poteſtatem,
idcirco tu in creaturam ſpiritum deducere cona-
beris? Quemadmodũ ſi Moſen quoque deo exæ-
quari affirmes, cum audias: Credidit autem po-
pulus Domino, & Moſi ſeruo eius. Sed differen-
tia eſt videlicet inter ſeruum & Dominum: quam
etiam monſtrans ſcriptor, dixit: Et Moſi ſeruo
eius. Nã deo ſicuti Domino, & ſicuti ei qui Mo-
ſen miſit crediderunt, Moſi verò ſicuti ſeruo miſ-
ſo. Sic igitur ſpiritui quidem viſum eſt, à quo tan-
quam Domino eccleſiæ leges datæ ſunt: Apoſto-
lis vero tanquam miniſtris, per quos præcepta
edita ſunt. Spiritus autem ſeruus non eſt: Domi-
nus enim, inquit, ſpiritus eſt: & vbi ſpiritus Do-
mini, ibi libertas. Et Iſraël quidem vt ſeruus, præ-
ceptis ſpiritus ducitur cum formidine correptus:
Chriſtianorum verò eccleſia ſanctificata, per cha
ritatẽ adoptatur. Proptea dicit Paulus: Non enim
accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ad timorem,
ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clama- E
mus abba pater. Quippe qui ſeruum accepit, fi-
lius à ſeruo non conſtituitur, nec propter ſerui
participationem, patrem deũ appellare audebit,
nec ſeruus omnia dei operatur ſicut vult, nec ſpi-
ritus potentiam ſi eſſet ſeruus ac creatura per cun
cta tranſire caneret Pſalmiſta, faciem ipſum ac
manum dei appellans, cum dicat: Quo ibo à ſpiri-
tu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in
cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernũ, ades.
Si ſumpſero pennas igneas diluculo, & habitaue-
ro in extremis maris, etenim illic manus tua de-
ducet me, & tenebit me dextera tua. Spiritus e-
nim eſt qui adimpleuit cuncta, ſecundum quod
ſcriptũ eſt: Spiritus enim Domini adimpleuit or-
bem. Salomon inquit, Quapropter cũ ſeptẽ ora-
tionibus ſpiritus cognoſcatur, quas Eſaias expo-
ſuit: Idcirco Zacharias quoque ſpiritũ Domini ſe-
ptem oculos appellauit, ſic dicens: Iſti ſunt oculi
Domini reſpicientes terram. Et id quod dicitur:
Cœlum & terram ego adimpleo, dicit Dominus:
Eam adimpletionem ſignificat, quæ diuino ſpiri-
tu efficitur, vt etiam per Zachariam Dominus
dicit: Ego in vobis, & ſpiritus meus ſtetit in me-
dio veſtri. Prædicta ſunt huiuſmodi, etiam alia
plura, vt certum ſit, ſpiritum eſſe qui creaturam F
implet. Quare quis non ſentiat maieſtatem dei-
tatis ſpiritus, cum audiat: Quo ibo à ſpiritu tuo?
Et rurſum: Cœlum & terram ego adimpleo di-
cit Dominus. Ad vnum ac idem concurrentem
video dei ac ſpiritus dictam in omnibus vniuer-
ſalem præſentiam. Tu verò in talibus cum non
queas increatum eſſe ſpiritum intelligere ac di-
cere, ipſum deum ſpiritum vocari contendis.

At nec

At nec per ſeipſum inhabitat in creaturis deus
nec pro ſpiritu dei deum ipſum poſſet aliquis acci
pere, cum apertè audiat Apoſtolus de ſpiritu qui
in nobis habitat talia ſcribentem: Nobis verò re-
uelanit deus per ſpiritum eius. Spiritus enim om-
nia ſcrutatur, etiam dei profunda. Quis enim ſcit
hominum quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus homi-
nis qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt nemo cog-
noſcit, niſi ſpiritus dei. Nos autem non ſpiritum
huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui eſt ex
deo, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Sic
ergo in his nemo poſſet pro ſpiritu dei deũ ipſum
accipere, quanuis ita eum coniunctum cum gloria
A Domini videat, vt homini ſpiritum hominis oolit
violenter ſpiritum dei dicere ipſum eſſe Deum.
Spiſitus, inquit, meus ſuper te: non deum ſed ſpiri
tum, quia ex Deo eſt ſignificauit, ſpiritus Domini
ſuper me. Appellauit vnum diuinum ſpiritum oõ
plures vno. Aliquis dicat, & ſpiritus Domini deus
à Domino dicitur. Spiritus nomine patrem ſigni-
ficauit, quoniam incorporeus eſt. Sicut enim ſpiri
tus deus eſt: ſecundum illud, Templnm dei eſtis
vos, & ſpiritus dei habitat in vobis: ſic & deus ſpi-
ritus eſt, trinitate ſecundum naturam nec inciſa
nec diſſeparata, vt nomina quoque non diſſeparẽ-
tur. Quapropter cum vnus ſit deus, deus etiam fi-
lius natura paterna & oomine paterno, & cum fi-
lius vnus Dominus ſit, Dominus etiam pater ima-
ginis nomine vocatus, ſicut eius primitiuus atque
genitor: ſic & ſpiritus Dominus à Domino nomẽ
habẽs, à quo etiam datur, Dominus etiam ab ima
gine ſua ſpiritus: quoniam & deus ſpiritus ab ipſo
appellatus eſt, nec tres deos, nec tres Domioos,
nec tres ſpiritus, propterea ſaciundum, ſed trinita
tis vnionem in communitate nominum cognoſ-
B cendum, quanuis tu ad tantum dementiæ deuene
ris, diſiungens ac diſſeparans à patre ac filio ſpiri-
tum, vt quoniam dicit Dominus: hæc autem eſt vi
ta æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum &
quem miſiſti Ieſum Chriſtum: in patre ac filio vi-
tam æternam ſine ſpiritu aſſeras denuntiatam eſ-
ſe. Quare ſi ſpiritus propter hæc tibi tollendus vi-
detur, ſine ſpiritu baptiſmo vitæ baptizeris, ſin ve-
rò in ſpiritu vitam hæreditas, quomodo vitam æ-
ternam ſine ſpiritu ſomnias? Si quis ſpiritum, in-
quit, Chriſti non habet, is non eſt eius. Quomo-
do igitur in æternum viues, niſi ſis Chriſti. Chriſti
vero non eris, ſpiritum eius non habens. Sed cur
non addidit inquies, vt cognoſcãt te ſolum verum
deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum & ſpiritũ
ſanctum? Non diſiuogens ſpiritum, à dualitate du-
os nominat, ſed contra vniens, & in patre ac filio
ſpiritum ſignificans, & ab eis inſeparabilem. Nec
enim Paulus cum dicit: Quicuuque enim in Chri-
ſto baptizati eſtis, Chriſtum indniſtis: abſque pa-
tre ſanctificationem introduxit. Verum in filio pa
trem quoque ſignificauit. Nec cum inquit: Vnbis
enim reuelauit deus per ſpiritum eius, inde abſtu-
lit filium qui dicit: Nec patrem aliquis agnoſcit ni
ſi filius, & cui filius reuelabit. Quod ſi patrem non
C nominans, cum patris nomine tamẽ filium etiam
ſignificat: ſic vbi ſpiritus quoque non nominatur
in præbente ipſum ac dante intelligitur. An &
quando dicunt Apoſtoli: Hæc dicit ſpiritus ſan-
ctus, ſolum ſuſpicabimur ſpiritum leges nobis ſer
re & futura prædicere, & non ex patre per filium
lationem legum & prophetiam deſcendere? Et
quando dicitur: puer factus ex ſpiritu ſancto ſa-
ctus, non abſque verbo ad pueri ſubſiſtentiam ſpi
ritum aduenisse intelligimus, præſertim cum dicat
Ioannes, quod verbum caro factum eſt, cúmque
incarnatio verbo aſſcribatur. Verum per hæc om-
nia maniſeſtum, quoniam in verbo ſpiritus eſt, cũ
vnio deitatis noo diuidatur. Trium enim nominũ
acceptio trinitatem enumerat, & trinitatis vnio-
nem habet, cuiuſlibet nominis ſignificatio. Sicut
illud: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo omnia, in v-
num nomen colligit patris & filij & ſpiritus ſan-
cti proprietatem. Vnus enim deus eſt ex quo om-
nia: & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem om D
nia, vnus vero ſpiritus in quo omnia, ſecundum
quod dicitur: Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiri-
tu: ſi ſpiritus dei habitat in vobis. Quamobrem &
illud: In deo viuimus & mouemur & ſumus, aper-
tè ſpiritus eſt proprietas in deo figurata. Nõ enim
per creaturæ operationem deus glorificatur cum
ipſe dicatur eſſe in quo viuimus & mouemur & ſu
mus. Nec per creaturam creatura continetur & vi
uit, & eſt: cum & ipſa indigeat virtute creatoris cõ
tineri. Verum quoniam ſpiritus deus cuncta quæ
à deo per filium ſunt in eſſe corroborans: idcirco
& eſſendi durationem præbet participatus, & nos
qui prius ab ipſo diſtracti corrumpebamur, rur-
ſum in ipſo viuimus. Cum autem multa dicere
poſſimus, quibus deus in creatura, & creatura in
deo ſignificatur, quibus omnibus ſpiritus ſignifi-
catur, his quæ dicta ſunt tanquam ſignis aliorum
ſatis habebimus, monſtrantes errore implicitis,
quod aduerſus deum eſt eorum in ſpiritum impie
tas: ſi tamen ſpiritus gloriam, dei gloriam eſſe co
gnoſcere ſtudebunt.
E

Quod non ab æquiuocatione identitas, ſed à natura diuina vnitas agnoſcitur.

VERVM ſpiritus, inquit, etiam hominis dici-
tur, vt illud: Non permanebit ſpiritus meus
in hominibus iſtis. Et aëris, vt illud: Flabit ſpiri-
tus eius & fluent aquæ. Et alia profectò multa in-
uenies: ſed rectius hæc accipiet, qui diuina piè in-
telligit, dicens in aduerſariorum obiectionem.
Quod ſi quis putabit identitatem ex æquiuocis
introduci, quid ſaciet? quoniam multa dicuntur
entia cum vnius id ſit domini & veri dei, dicentis:
Ego ſum qui ſum. Dicuntur autem & patres mul-
ti, & dij, & genitores, & ſapientes, & potentes, &
creatores, quæ ſoli deo vera inſũt. Et ingenita eo-
dem modo dicuntur, quæ nunquam nata ſunt,
naſcitura vero vel ſaciunda, ſicut reſurrectio
mortuorum nondum facta, ſed futura: vel ſicut
à ferro annulus cum ſaciundus ſit, & nondum
factus, in ferri natura ineſt: vel ſicut cum ex
aqua vel lapide, ignis vel alia quadam materia, F
modo ſimili talis fieret ignis. Rurſus ingenitum
intelligimus, quod minimè ac nullibi eſt, non
ens, qui dum dixerit ſubſiſtentiam deſtruxit &
eſſentiam ſubſtantiæ. Nam non ens nec exi-
ſtens, eam quæ nullo modo eſt naturam ſigni-
ficat: entem autem atque exiſtentem eſſenti-
am, ſi quis dixerit, ſubſtantiam exiſtentem ſigni-
ficauit: qui vero dixit ingenitum deum vel hunc
ingenitum cũ articulo, ſiue deus nomẽ præponat,

ſiue poſtponat, nec ſubſtantiam abſtulit, nec eſſe dei, nec etiam creatam ſubſtantiam dei eſſe ſignificauit: ſed quòd nata non ſit, demonſtrauit. Nec quoniam eſſe dei non abſtulit, idcirco quid ſit ſubſtantia dei, ſignificauit: verum appellatio ingeniti vocis non qualitatem, vel quantitatem, vt illi demonſtrare vana pollicentur, vana dicentes: ſed quonam modo eſſe habeat ſubſtantia dei, oſtendit. In his vero quomodo quid ſit, & id ipſũ quod eſt, quale eſt, vel quid eſt, quantum intereſt, inueſtigabile eſt omni creaturæ. Nam ſi iudicia eius abyſſus multa, (vt propheta dicit) & viæ eius ininueſtigabiles

A & inſcrutabiles omnino ſecundum Paulum: quanto magis ipſe cuius talia ſunt iudicia, tales viæ. Nec mirum ſi ipſe deus talis eſt, vbi ſua talia ſunt. Si enim quæ præparauit deus diligẽtibus ſe nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, vt ſcriptum eſt, quanto magis eius ipſius dei naturam qui talia præparauit, ineffabiliorem quiſpiam dicat eorum, qui piè in ipſum atque ſimpliciter credunt? Ad hæc verba quoque multa dicuntur? At vnum dei æternum, quod & deus in euangelio prædicatur, per quod omnia facta ſunt. Et filij dei in ſcriptura multi dicuntur, ſecundum illud: Filios genui & exaltaui, & rurſus: Filius meus primogenitus Iſrael. Verũ poſitione & charactere quodam à vero deo adoptati, poſitione filij non veri ſunt, à natura enim ac veritate res proficiſcuntur. Quòd ſi qui natura eſſentialiter ab ipſo natus eſt, filius non eſt ſecundum iſtorum contemptum qui diſſimiles ſubſtantia patrem ac filium dicunt, qua in conditione qui poſitione filij ſunt inuenientur? Sed ignorantiſſimi omnium quæ ſecundum humanam naturam ſunt

B impiè deitati accommodant: & ſcripturas quæ multifariam ac multis modis intelliguntur, ſimpliciter conſiderantes, excidunt cum bene duci non patiantur. Rectè nanque ſunt viæ domini, & iuſti ambulabunt per eas, impij vero in viis planis cæſpitant. Et quod mirum eſt, quę iuuant eos quę per fidem valent, ea iis officiunt, qui circa quæſtiones ac inutiles contentiones ęgrotant: ſicut Apoſtolus dixit, morbum eſſe animæ, male & curioſè de deo quærere, ea maximè quæ cum fide cunctis perſpicua ſunt. Nam ſi ſanctiſſimo ipſi deo de ſeipſo non credunt, quomodo prophetas & apoſtolos in ſcripturis ſacris de ipſo loquentes auſcultabunt? Credere enim oportet accedentem ad deum, quod eſt, Credere, inquit, non infideliter, ac curioſè quærere: & quod eſt inquit, ne illud quæras quod non eſt. Quod enim eſt, erat, & eſt

C & erit ſemper, & omnibus eſſe donat, ſicuti qui natura deus eſt. Quid igitur homo incredulus non credis, quod proprium habeat filium deus, & quæris quomodo genuit deus? Si vero quomodo de deo interrogas, & vbi quoque vt in loco & quando vt in tempore interrogabis: quod ſi abſurdum de deo talia quærere, turpius profectò erit non credere. Non erubeſcis forte, cum in infidelitate ſis: quæris enim non vt fidem, ſed vt infidelitatem inuenias: quod verum eſt ſecundum quod ſcriptum eſt: Nam in malignam non introibit ſapientia. Credidit enim Abraham deo, & reputatũ eſt ei in iuſtitiã, & amicus dei apellatus eſt. Amicus dei beatus Abrahã & dictus eſt, & eſt per fidem amicus, amicus per obedientiam dei: ac tu inimicus propter infidelitatem ac inobedientiam dei. Credidit vero Abrahã deo, non diſcredidit vt vos: propterea ipſe amicus, vos vero inimici. Inimici dominũ mẽtiti ſũt ei, vt ſcriptũ eſt: quoniam filium dei natura, poſitione ac gratia dicunt adoptatum, & creatorem creaturam, & factorem facturam: & eum qui ſemper in patre eſt, aliquando non fuiſſe: ex deo qui eſt, genitum: filium à nihilo factum aſſerentes. Non autem ſolum aduerſus deum ac filium mentiuntur deo repugnantes & Chriſto, ſed aduerſus etiam ſpiritum pugnant: Nam non patiuntur ſpiritum dei appellatione domini vocare, dura ceruice & incircunciſo corde, diuinis ſe opponentes ſcripturis. Cur autem contrarius es bonæ huic fidei & ſaluanti con D

feſſioni? Deus verbum, ſpiritus, pater, filius, & ſpiritus: non alienus filius, non alienus ſpiritus dei, & filij non locis diſpartiri, non æuo circumſcripti non interuallo dimenſi. Non defuit vnquam filius patri, nec filio ſpiritus: ſed incommutabilis & inalterabilis eadem trinitas ſemper pater non filius, ſed pater filij genitor: vt mens verbi pater, vt potentia potentis: vt ſapiens qui ſapientiam genuit, vt hypoſtaſis proprium charactera: filius vero ſemper filius eſt, vt forma dei ſemper exiſtens, vt imago dei naturalis: verum & ſpiritus imago filij dicta eſt, & digitus dei, & dei ſpiritus, & verbum ac ſpiritus oris, & ſpiritus bonus, & rectus & principalis, & ſpiritus virtutis, & dominus & deus dictus eſt ſpiritus dei, ſicut & verbum. Nam ſi vnà cum deo & verbo virtutes cœlorum ſpiritus firmat, quomodo alienus? quem qui accipiunt templum dei efficiuntur: qui & ſpiritus oris dei appellatur, & creationis cauſa cum verbo mõſtra E

tur. Qui operatur omnia quemadmodum deus ſicuti vult, vt Apoſtolus aſſerit, adoptionis ſpiritus libertatis cauſa. Qui vbi vult diuinitatem ſpirat, quem & ſpiritum veritatis dominus omniũ apertè nominat. Qui ad ipſum de cœlo in ſpecie colũbæ deſcendit. Qui ſanctificat carnem dominicam cum virtute. Qui adimplet orbem. Qui vbique adeſt vt deus, ac cum deo ſemper eſt, nec ab eo ſeparatur. Qui omnia dei nouit, vt & ſpiritus qui in nobis eſt, nouit noſtra. Cum ſpiritum dico, qui in nobis eſt, humanum ſpiritum dico, ſic inquit: Et ea quæ dei ſunt, nullus nouit niſi ſpiritus dei. Et rurſus ſaluator inquit: Nemo nouit quis eſt filius niſi pater: neque patrem quis nouit niſi filius, & cui vult filius reuelare. Hæc illi ſimile, ac illud huic ęquipollẽs. Nobis enĩ, inquit deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Vide igitur quemadmodum F

nunc quidem pater filium, nunc vero filius patrẽ reuelat: nonnunquam autem ſpiritus filium, ac patrem ſimiliter. Quare vniuerſa deitas nũc in patris, nunc in filij, & ſpiritus ſancti appellatione tibi manifeſtatur: & tibi propheticam quęſtionem ſoluit apertè Apoſtolus, nec ſinit vnam perſonam exiſtimare deitatem, propter eas voces quæ id ſignare putantur. Nam & ipſe quamuis perſonam vbique filij creatricem prædicet, tamen in patris perſonã vniuerſam creationẽ reduxit. An nõ ipſe eſt qui dixit: Vnus deus pater, ex quo oĩa, & nos in eo: & vnus dominus Ieſus, per quẽ omnia & nos per ipſum: cũ ſimiliter & hic vnũ & vnũ liquidò dixerit, & per quem omnia ſunt atteſtatus ſit. Vnum eſſe ad Romanos dixit, et per ipſum omnia fieri.

Addidit

Addidit, non ſolum ex ipſo. Quare ſi dualitas in dualitate ſignatur, vel trinitas in trinitate ſimiliter, in eodem Apoſtolo & prophetis apertè ſunt teſtimonia, quod non dualitatem, imò nec trinitatem tollunt, cum vnitatem prædicēt: ſed vnitatem deitatis ſcientes, in vna perſona tres prædicant: ac ab initio in creatione mūdi aperitur, quod ad filium & ſpiritum deus loquebatur. Sic enim humano more introduxit Moſes colloquentem ipſum ac dicentem: faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cui enim dixit faciamus? An non verbo & vnigenito filio, per quem ſecun- A dum euangeliſtam omnia facta ſunt, & ſpiritum de quo ſcriptum eſt: Spiritus diuinus qui fecit me. Quod & ſi non dicit nominatim de quibus vel quibuſcum colloquebatur, quod non de ſe ſolo dicit, inde perſpicuum eſt: Ecce, inquit, Adam factus eſt vt vnus è nobis. Et rurſum: Venite deſcendamus & confundamus linguas eorum, vt etiam connumerari eos intelligas. Nec enim angelos creatori ac domino quiſpiam in eodem honore collocare audebit: nec vnicam rurſus perſonam deum poſſibile eſt intelligere, cū dicatur, vt vnus ex nobis: & venite deſcendamus & cōfundamus. Clarum autem & quod de Sodomorum euerſione dicitur: Tunc pluit dominus ſulphur & ignem à domino de cœlo. Et quod in prophetis ſimiliter his è perſona dei dictum: Euerti eos, inquit, ſicut deus euertit Sodomam & Gomorram. Et alibi clementer loquens deus, dicit: Saluabo eos in domino deo ſuo. Quod non eſt diſſimile ab apoſtolica dictione, qua dicitur: Dabit ei dominus inuenire à domino miſericordiam in illa die. At Zorobabel & ſapientia eius, ſubobſcure ne tibi ac non a- B pertiſſimè ſubſiſtentiam ac vitam veritatis videtur oſtendere, cum dicat: Omnis terra veritatem vocat, & cœlum ipſi benedicit, & omnia opera concutiuntur & tremunt? Quænam verò eſt veritas? an non verbum ac filius, per quem omnia facta ſunt? Ego, inquit, ſum via, veritas, & vita. Veritas non eſt niſi ex vero naturaliter & æternaliter ab ipſo nata. Propterea infert, dicens: Benedictus deus veritatis qui eſt pater veritatis Chriſti. Chriſtus veritas, quem omnis ſpiritus colit & tremit. Quare quod verbum quidem viuens eſt, & perſona perfecta, & ſpiritus ſimiliter, ſufficiūt quæ modò dicta ſunt ad doctrinam. Figuræ autem humanæ apud deum multæ quoque ſunt aliæ: nec propterea deum hominem eſſe exiſtimamus, cum faciem audimus, oculos, aures, manus & pedes. Nec in cœlo ſedere veluti in ſede, ac terram ſcabellum pedum calcatam corporaliter: ſed vt diuinæ poteſtati ſubiectam debet dici de deo. Sic rurſum ſi vterum de deo audies, non conturberis, tanquam corporeum quid cogitans, ſed ſpirituale quid intelligens, melius aliquid eloquare generatiuum C dei ex ipſo apertè tibi reuelatum. Sic etiam cum manus audis, factiuum ipſius planè cognoſcas: autem vero audiendi poteſtatem, oculos perſpectiuum ipſius, alas protegendi vim: aliorum quoque omnium ſimiliter vnumquodque propriam ſeruat ſententiam & rectiſſimam de deo, iis maximè qui rectiſſimè credunt. Quare nomina hominum ſunt vſus ad cognitionem ac diſcretionem ſubſtātiarum, vel etiam rerum ac eorum quæ circa ſubſtantias eſſe cogitatione percipiuntur. Non ergo mirum tibi videatur, vterum dici de deo, quoniam nec manus, nec alia prædicta: nec igitur generatio de deo dici tibi vel cuiuis audienti mirum videatur. Quod ſi quis timet ne in deo generante paſſio ſit, poteſt & creantis motum timere & laborem, & materiæ aſſumptionem, & vſum inſtrumentorum. Hæc enim omnia hominibus adſunt cū quicquam conſtituant: quę ſi deo non aſſunt, nec in generando aderit paſſio. Impoſſibile nanque eſt, naturam impaſſibilem, in paſſionem incidere? Cur igitur timet quiſpiam timore vbi timor non eſt? Deus natura generans, ex ſe num patitur? Abſit. D Et creans quicquam ex nihilo vel vniuerſa quæ ſunt, num laborat? Abſit, ne dicatur: quod ſi vnum fugis neque vnum, ſi totum ſimiliter & vnum: ſi vnum humano more & totum. Sin vero totum non humano more, nec vnum. Nam ſi ex nihilo voluntate totum abſque labore fecit deus, & id nobis non eſt incredibile, omnibus profectò credibilius erit, vt deum decet, ex ipſo ſine paſſione natura diuina proprium filium genuiſſe, æqualis honoris, æqualis gloriæ, eiuſdem ſedis conſiliatorem, cooperatorem, conſubſtantialem patri & deo, non diuerſæ ſubſtantiæ, nec alienum ab eius ſola deitate. Nam ſi ita non eſt, nec adorabilis eſt. Scriptum eſt enim. Non adorabis deum alienum: nec recentem aliquem ſuſcipere deum iubemur. Non ergo dicas cultus eſſe additionem: nec etiam quod priſcis filius tacebatur, nobis vero reuelatus eſt. Nam ſi verbum creatiuum dominum confiteris (Verbum autem cognouerant patres, verbum dei adorabant, & cum verbo ſpiritum.) nec eum diſſeparabis ab eo qui dicit: Ego deus ſolus, nec E eſt præter me ne blaſphemare cogaris in filium quod deus non ſit. Nec enim diſſeparabilis ab eo qui dicit: Ego extendi cœlum ſolus, ne cogatis negare filium eſſe creatorem. Nam à gloria ſolius dei is qui cœlum extendit non ſeparatur. Quas ob res in filio patrem cognoſce, in patre filium glorifica, non partiaris quæ impartibilia ſunt, non ſcindas quæ non ſcinduntur. Nam & ſi ſcindere volueris, non tamen ſcinditur: & ſi dirumpuntur hæretici, trinitas tamen non dirumpitur, & eſt colenda in vna & æterna gloria, vnam & vnam deitatem vbique circumferens, irrupta, inſciſſa, indiuiſibilis, adimplens omnia, omnia continens, in omnibus exiſtens, creans, gubernans, ſanctificans, viuificans. Hæc diuina & admirabilis catena non dirūpitur, vt ſcriptum eſt: Funiculus triplex non dirompitur. Hoc ſenſu & beatus Paulus ad eos, qui rectè crediderunt, ſcribens dicebat: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei ac patris, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus nobis. Nam quando à deo fiunt omnia per Ieſum Chriſtum in ſpiritu, inſeparabilem patris & filij & ſpiritus ſancti operationem eſſe video. Propterea templa dei & filij & ſpiritus ſancti omnes ſancti ſunt, in quibus vna deitas, v- F na dominatio, vna ſanctitas patris & filij & ſpiritus ſancti per vnam habitat ſanctificationem baptiſmi.

Aduerſus

Aduerſus eos qui dicunt ſcriptũ eſſe de patre ac filio, de ſpiritu autem in baptiſmate ſolum.

CVM vero pater dicat: In vltimis diebus effũ
dam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem:
quid dicemus de filio? Nã de ipſo ſcriptum nõ eſt
cum etiam dicat propheta: Ibi obuiam fuerũt ſer
ui & viderunt facies ſuas, inter ſe numero tranſie
runt & vnus eorum non eſt relictus, quoniam do
A minus iuſſit, & ſpiritus eius congregauit eos: Vbi
filius? Cum autem dicat: Spiritus exibit à me, &
flatum omnem ego feci: vbi filius? Et Dauid cum
dicat: Spiritum rectum innoua in viſceribus me-
is, vbi filius? Cum idem rurſus: Spiritus tuus bo-
nus deducet me in terram rectam: vbi filius? Et
cum dicat: Spiritu principali confirma me: vbi
filius? Cum vero Iob dicat: Spiritus diuinus qui
fecit me: vbi filius? Ac rurſus idem: Spiritus eſt
in tonitruis, flatus autem omnitenentis qui me do
cet: vbi filius? Et cum Dauid dicat: Emitte ſpiri-
tum tuum & creabuntur, & renouabis faciem ter
ræ: vbi filius? Et cum dicat: Quo ibo à ſpiritu tuo
& quo à facie tua fugiam? vbi filius? Cum vero
dicat: Væh filij rebelles, feciſtis conſilium non
per me, & pactiones ooo per ſpiritum meum: vbi
filius? Cum etiam dicat: Egredietur virga de radi
ce Ieſſe, & flos de radice aſcendet, & requieſcet
ſuper ipſum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiri
tus conſilij & fortitudinis, ſpiritus cognitionis &
pietatis, & replebit ipſum ſpiritu timoris dei: quo
modo ſeparabo ſpiritum? Cum autem dicat: Spi-
B ritus domini ſuper me, propter quod vnxit me e-
uangelizare pauperibus, miſit me prædicare cap-
tiuis remiſſionem, & cæcis viſum: quomodo ſe-
parabo ſpiritum? Et alia perquàm multa, ſi quis cũ
induſtria quærit, de ſpiritu & filio & patre, tam à
veteri quàm à nouo inueniri teſtamento poterit.
Aue gratia plena dominus tecum. Ecce enim con
cipies in vtero & paries filium. Et cum Maria di-
ceret: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non
cognoſco? Inquit ipſi angelus: Spiritus ſanctus
ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. Et rurſum idem angelus dicit Ioſeph: Ne ti-
meas accipere Mariam coniugem tuam: quod
enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Et euan
geliſta prophetam exponens dicit, vt adimplea-
tur quod dictum eſt: Ecce filius meus electus quẽ
elegi. Dilectus meus in quo bene complacuit ani
mæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum. Et in
euangelio ſcriptum eſt. Spiritus vbi vult ſpirat, &
vocem eius audis, ſed neſcis vnde venit aut quo
vadit: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Item
in euangelio: Si vero ego in ſpiritu dei dæmonia
eiicio, ergo peruenit in vos regnum dei. Et rurſus
C ſcriptum eſt: Omne peccatum & blaſphemia di-
mittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia
non habet remiſſionem. Et in baptiſmo deſcen-
dit ſpiritus ſanctus & manſit ſuper ipſum: angeli
vero deſcendentes adminiſtrabant ei: vt cognoſ
cas quidem quòd angeli deſcendentes mini-
ſtrabant, vt ſeruitutem oſtenderent: ſpiritus ve-
ro manſit ſuper ipſum: vt cum manſionem audi-
as, naturæ ipſius libertatem intelligas. Scriptum
eſt autem: Et pater in me manens ipſe facit ope-
ra. Et rurſus ſcriptum eſt: Ieſus verò plenus ſpiri-
tu ſancto regreſſus eſt à Ioanne, & agebatur à ſpi-
ritu in deſertum, & diebus quadraginta tentaba-
tur à diabolo. Et rurſus: Accipite ſpiritum ſanctũ:
quorũcunque dimiſeritis peccata, dimittentur. Et
rurſus: Veritatem vobis dico, expedit vobis vt e-
go vadam. Si ego enim non abiero, paracletus nõ
veniet ad vos, ſpiritus veritatis qui à patre proce
dit. Quod ſi dicant: Non loquitur à ſe ipſo ſpiritus
ſed quæcunque audiet loquetur. Dicemus ipſis,
quod nec filius à ſe ipſo loquitur, ſed qui me miſit D
pater, inquit, ille mihi dixit, quid dicam, & quid
loquar. Quæcunque enim ſpiritus & filius loquũ-
tur, dei verba ſunt: & propterea omnis ſcriptura
diuinitus inſpirata & vtilis eſt, quá locutus eſt ſpi
ritus. Nam verè id monſtrat ſpiritum non eſſe cre
aturam: quoniam omnis rationalis creatura, eſt
quando à ſeipſa loquitur, eſt quando ea quæ dei
ſunt loquitur, vt cum dicit Paulus: De virginibus
autem præceptum non habeo, conſilium autem
do tanquam miſericordiam conſecutus. Iis autem
qui matrimonio iũcti ſunt, præcipio, non ego ſed
Dominus. Et Propheta: O Domine iudicia loquar
ad te, quid quoniam impij proſperãtur? Et rurſus:
Heu me mater, vt quid me peperiſti? Nonnun-
quam autem dicit, hęc dicit Dominus. Et nonnun
quam Moſes: Ego ſum tenuis vocis & tardæ lin-
guæ. Aliquando verò is ipſe: Hæc dicit Dominus
emittas populum meum vt mihi ſacrificet. Spiri-
tus autem non ſic. Non enim aliquando ſua, ali-
quando quæ dei ſunt loquitur, id nanque creatu-
ræ eſt, verum omnia ſpiritus verba, dei verba ſunt
ſimiliter & filij. Propterea nec filius à ſeipſo lo-
quitur. Qui enim miſit me pater, inquit, ipſe mihi
dixit: Quid dicam & quid loquar? non dices, nã
id imperfecti eſt & neſcientis verum, quoniam E
quæcunque pater loquitur per filium in ſpiritu lo
quitur. Præterea ſcriptum eſt: Nullus ſcit quæ ho
minis ſunt, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, ſic
& ea quæ dei ſunt, nullus nouit niſi ſpiritus dei. Et
rurſus. Spiritus enim ſcrutatur etiã profunda dei.
Quod ſi dicat, qui ſcrutatur neſcit, & ideo ſcruta-
tur, dicemus quoniam & deus corda hominum
ſcrutatur, & per Prophetas dicit: Scrutabor Hie-
ruſalem cum lucerna. Ad hæc ſcriptum eſt: Neſ-
citis quod corpora veſtra templum ſpiritus ſancti
ſunt, qui eſt in vobis, quem habetis à deo? Et rur-
ſum: Neſcitis quod templum dei eſtis, & ſpiri-
tus dei habitat in vobis, & propterea vos non
eſtis in carne ſed in ſpiritu? Siquidem ſpiritus dei
habitat in vobis. Et rurſus ſcriptum eſt: Et hæc
quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati,
ſed iuſtificati in nomine Domini noſtri Ieſu Chri
ſti, & in ſpiritu dei noſtri. Et rurſus: Non enim
audeo loqui aliquid eorum quæ per me non effi-
cit Chriſtus in obedientia gentium, in virtute ſig-
norum & prodigiorum, in virtute ſpiritus ſancti.
Et in principio epiſtolarum Paulus patris & filij
& ſpiritus ſancti meminit, ſic ſcribens: Paulus F
ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegregatus
in Euangelium Dei, quod antè promiſerat, per
Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,
qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum car-
nem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in vir-
tute ſecundum ſanctificationis ſpiritum. Et rur-
ſus: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti & cha-
ritas Dei patris & communicatio ſancti ſpiritus.

Rurſus: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem verò Domious, & diuiſiooes operationum ſunt, idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Et Iob, Viuit Dominus qui me ſic iudicauit, & omnitenens qui amaritudine impleuit animam meam. Spiritus verò diuinus qui mihi in naribus remanet. Et Dauid, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, lucem ſpiritum dicens, veritatem verò filium. Et in aliis, Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.

A *De ſpiritu ſancto, & quomodo quærendum de eo, & quæ ſit eius virtus.*

GAVDEAT omnis anima quæ de diuinioribus quærit, ſi talem babeat oculum, & talia quę ſeoſu inuiſibilia ſunt & quęrere & videre poſſit. Nam quæ ſic quærit, apud eum quem quærit, vt ſcriptum eſt, habitare poteſt. Scriptum eſt enim, Si quæris, quætas, & apud me habita. Tunc autem babitat, quando cum fide quærit. Nam & ſi non inuenire accidat, non tamen remouetur ne in fide eius habitet quem quærit, ſed dicit ſecundum beatum Dauid: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & noo potero ad eam. Et ſecuudum patrem lunatici, Credo, adiuua incredulitatem meam. Cum igitur hanc habeamus intentionem, cum fide de natura ſancti ſpiritus quæramus, ab ipſo quem quærimus cognitionem petentes. Ipſe nanque eſt qoi quæritur, ipſe qui pręber quęſiri cognitiooem. Sicut verò per ſacras ſcripturas ab ipſo didicimus, Ipſe eſt qui ſactos, ſãctos fecit, & diuinã iis vitã præbet qui deũ ab ipſo quærunt. Neceſſe eſt autem honorabiliorem eſſe
B iis qui accipiunt, qui ſancti fiunt cum ipſe adueniat, & cum ipſe derelinquat, corrumpuntur. Ipſe verò ſemper eſt, cum ſit fons æternæ vitæ. Quis verò præbitionis eſt modus, vt & in omnibus ipſe ſit & in ſingulis, mens conſideret, quæ à deceptione & hęreſũ liberata, hac conſideratione digna facta eſt. Accedat autem quieto ſtatu, quieſcat verò ipſius non ſolum circumadiacens corpus, & corporis æſtus, ſed totum continens cœlum, terram, maria, & quæ in iis rationalia ſunt, & cuncta intelligat adimpleri, & vndique ſuper ipſa ſtantem ſpiritum, vt influxum & infuſum, ac vndique ingredientem & reſplendentem. Spiritus enim Domini adimpleuit orbem, & hoc quod omnia continet cognitionem habet dei. Reſplendet autem hominibus qui digni ſont ſicut ſolis radij nubem illuminantes, & ipſam ſplendere facientes, auriformem ipſi faciem præbentes, ſic & ſpiritus ſanctus in corpus hominis adueniens dedit vitam dedit immortalitatem, dedit ſanctificationem, iacens ſuſcitauit. Id autem motu ſempiterno motum à ſpiritu ſancto, ſanctum animal factum eſt. Homo verò inhabitante ſpiritu, Prophetæ, Apoſtoli, angeli habet dignitatem, cum prius eſſet terra & cinis. Verum natura & virtus ſpiritus mani-
C feſtior & dilucidior fiet, quænam ſit, ſi nobis in mentem veniet quemadmodum ſanctos ac omnẽ rationalem naturam ſua continet ac ductitat voluntate. Nam vniuerſæ cœleſtium virtutum multitudini & iuſtorum itidem multitudini ſeipſum dedit, & omnis ſubſiſtentia iuſtorum, tam magnorum quàm paruorum, & angelorum & archangelorum ſanctificata eſt, & cum iaceant corpora aliud hic, aliud illic, cumque ioter ſe mediũ quid habeant, non ſic ſpiritus nec aliqua ſui parte cuilibet diſpertitus diuinitus facit viuere, ſed tota eius virtute viuunt vniuerſa, & vbique adeſt emittenti deo aſſimilatus & in eſſe & io vbique ac in omnibus ſimiliter eſſe. Et Gabriel Mariam euãgelizans, ac alius alibi quenqoam ſanctorum, & quilibet Prophetarum prædicens, Et Paulus Romæ euangelizans, & Iacobus in Hieruſalem, & Marcus Alexandriæ, ac alius alia in ciuitate ſpiritu adimplebantur, nullo in eodem tempore prohibente interuallo eandem fieri gratiam. Per hunc D
etiam quilibet ſanctorum deus eſt. Dictum eſt enim à deo ad ipſos: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes, & deus deorum ſanctorum, ſcilicet Dominus loquutus eſt, & videbitur deus deorum (ſãctorum videlicet) in Sion. Neceſſe eſt autem qui diis cauſa eſt vt dij ſint, diuinum ſpiritum eſſe, & à deo eſſe. Nam quemadmodum quod cremantibus cauſa eſt vt crement, ipſum cremans eſſe neceſſe eſt: & quod ſanctis cauſa eſt, vt ſancti ſint, ipſum ſanctum eſſe. Sic & qui diis cauſa eſt vt dij ſint, ipſum deum eſſe neceſſe eſt, ſic cum tale bonum ac diuina poſſeſſio ſpiritus ſit, iam illi credẽs Chriſtum qui hunc præbet quærere noo timeas. Quippe nemo dicere poteſt, deum Ieſum, niſi in ſpiritu, & quam in ſubſiſtentiam alterius vitam ſpiritus edit, hæc ab ipſo non ſeparatur. Sed quẽadmodum id quidem caliditas ignis innata, id verò quam præbet aquæ vel alij huiuſmodi, ſic & ipſe & in ſe ipſo vitam habet, & qui eo participãte viunnt, vt Deos decet, vitam diuinam ac cœleſtem poſſidentes. Omnia nanque in ſeipſo immortalia continet, intellectum omnem, angelum omnem, E
animam omnem, & cum bene ſe habeat, mutationem non quęrit, nec migrationem, cum omnia in ſe ipſo habeat. Sed nec augeri quærit, cum ſit perfectiſſimus. Idcirco & apud deum omnia ſunt perfecta, charitas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, ſapiẽtia, intelligentia, conſilium, tutela, pietas cognitio, ſanctificatio, redemptio, fides, virtutum operationes, ſanctitatum gratiæ, & quæcunque his ſimilia. Nihil in ſe ipſo aduentitium, ſed omnia propria poſſidens, ſicut dei ſpiritus, & ex eo exiſtens, cauſam ſuiipſius habens, ſicut fontem ſui vnde manat, fons autem & ipſe bonorũ quæ prædiximus. Verum ipſe à Deo manans ſubſiſtit: quę verò ex ipſo manant operationes, ipſius ſunt. Hunc ſpiritum ſanctum effudit ſuper nos copioſè Deus per Ieſum Chriſtum, effudit, non creauit, largitus eſt, non fecit, dedit, non conſtruxit, eadem cõferens dico, quoniam vndique te firmum eſſe oportet. Qui ab hoc ſpiritu doctus eſt, qui dicet in ſcrutantium reſponſione, digitus Dei à Propheta nominatur. Ac rurſus inquit: Docibiles dic F
erunt. Multi ſunt in quorum rationabili anima hic diuinus eſt ſpiritus, niſi negligentia eorum diſcedat ab ea. Cum verò ipſi appropinquauerit, & quaſi vnum facta fuerit, illud audit: Qui verò Domino adhæret, vnus ſpiritus eſt.

Finis librorum beati Baſilij contra Eunomium.

Reuerendo

REVERENDO IN CHRISTO P. AC D. D. IOANNI DANTISCO Epiſcopo Culmenſi, sereniſs. Poloniæ regis apud Cæſarem oratori, DES. ERASMVS ROTEROD. S. D.

NAE TV mihi tui cupientiſſimo, te totum ἀθρόως exhibuiſti Præſul ornatiſſime. Nam mentis ingenijque tui ſimulacrum hoc eſt integritatem, candorem, pietatem, eruditionemque non vulgarem in carminibus epiſtoliſque tuis, haud ſecus atque in ſpeculo contemplari licet: oris autem habitum, & in hoc quoque magna ex parte relucentem animum, mire repræſentat imago gypſo ſingulari artificio expreſſa: quo certe ſum æquior aulicis negotijs, & iſti fabulæ veterum materia, quam tot iam annos agere cogeris, quæ hactenus obſtitit, quo minus liceret propius exoptatiſſima tua conſuetudine frui, coramque viuas audire & reddere voces. Nondum quidem expletum eſt, ſed tamen bona ex parte mitigatum eſt meum tui deſiderium. Verum ne nulla penſatione videantur [illegible], quemadmodum tu mihi pollicitus animum gypſo expreſſum exhibuiſti, ita tibi viciſſim, ſcriptorem mitto, chartacea expreſſum materia, verè genuinum, niſi ſi quid plaſtæ culpa factus videbitur deterior. Miſiſti τὸν πάνυ βασιλέα, inter homines aut monarchas ſine controuerſia primum, ego remitto τὸν ἀληθῶς μέγαν Βασίλειον, omnium ſuffragijs inter Græcos ſcriptores principem, non quidem penicillo non in gypſo, ſed in charta deformatum, quàm feliciter, tuum erit iudicium, qui literaturam vtranque pulchre calles. Argumentum eſt de ſpiritu ſancto, quem Arij viperina poſteritas filio, non deo quemadmodum ille docuit, ſed creata ſubſtantia miniſtrum adiungere conata eſt, vt in conſeſſu perſonarum, poſtremum imumque ſubſellium cederet ſpiritui. Ea quæſtio per illa tempora feruebat, vt quam maxime, & vt fit, ex vna exorta multis ſubinde capitibus enaſcentibus, ac diuerſis opinionum ventis facto turbine inter ſe decertantibus, eccleſiæ nauis non minus iactabatur fluctibus, quàm hodie ſummo cum animi dolore iactari videmus: nimirum altum dormiente Chriſto in animis hominum, quum omnium,

B tum eorum præcipue in quibus maxime debebat vigilare. Hoc probatiſſimi doctoris opus quoniam videbam à Gregorio Nazanzeno magnopere laudatum in monodia, nec hactenus à quoquam quod equidem ſciam, Latine verſum, eo libentius hoc laboris mihi ſumpſi, quod ſubodorarer hiſce temporibus ſurſum reuiuiſcere conantem iam olim extinctam viperæ progeniem, quæ rurſus duas perſonas, verbum & ſpiritum, meditatur à vero dei cognomine depellere, vt iam hac ex parte nihilo meliores futuri ſint Chriſtiani, quàm Iudæi aut Turcæ: qui quoties ſeſe componunt ad pietatis profeſſionem, facile patiuntur Chriſtum appellari Prophetam, aut etiam deum ſi vrgeas: ſed talem qualis fuit Moſes, cæterique Prophetæ. Si quis indignetur Moſen æquari Chriſto fatentur Chriſtum longe potioribus donis à deo locupletatum. Qui modeſtiores ſunt, fatentur ſpiritum ſanctum ne illis tam eſſe creaturam ſed Chriſto famulantem: quibus minus eſt frontis, aiunt ſpiritum ſanctum nullam eſſe ſubſtantiam, ſed tantùm bonæ mentis concitationem. Sed abſit vt huiuſmodi viperarum ſibila quenquam afflent in nomine patris, filij, & ſpiritus ſancti renatum. Non hic ſumam operam in prædicandis Baſilij laudibus, ne audiam, τίς αὐτὸν ψέγει: non ſilebo tamen quod mihi inter vertendum acciderit. Viſus ſum mihi in hoc opere deprehendiſſe factū quod in celeberrimis quibuſque laudatiſſimiſque ſcriptoribus, velut in Athanaſio, Chryſoſtomo, & Hieronymo factum & videmus &

C indignamur. Quid iſthuc inquis? Poſteaquàm dimidium operis abſoluerem citra tædium, viſa eſt mihi phraſis aliam referre parentem, aliumque ſpirare genium. Interdum ad tragicum cothurnum intumeſcebat oratio, rurſus ad vulgarem ſermonem ſubſidebat. Interdum ſubtimere quiddam habere videbatur, velut oſtentantis ſe didiciſſe, quæ Ariſtoteles in libris de interpretatione & prædicamentis, Porphyrius in libello de quinque vocibus prædicabilibus, tradiderunt. Ad hæc ſubinde digrediebatur ab inſtituto, nec ſatis commode redibat à digreſſione. Poſtremò, multa videbantur admiſceri, quæ non admodum facerent ad id quod agitur quædam etiam repetuntur oblitione, verius quàm iudicio: quum Baſilius vbique ſit ſui ſimilis, ſimplex, & candidus, ſibi conſtans, atque etiam inſtans, nunquam ab eo quod agitur excurrens temere, nuſquam diuinis myſterijs admiſcens philoſophiam mundanam niſi per aduerſarios coactus, idque contemptim: ſed vbique placidus ac virgineo quodam pudore verecundus, ab omni oſtentatione alieniſſimus, ne in pugna quidem ab ingenij lenitate recedens. Ex his rebus ſubijt animum meum ſuſpicio, ſtudioſum quempiam, quo volumen redderet auctius, multa inſeruiſſe, vel ex alijs autoribus decerpta emblemata (Nam hoc argumentum à compluribus Græcis accurate tractatum eſt) vel ex ſeſe reperta. Sunt enim in his quædam erudita ſed à charactere Baſilij diſcrepantia, quædam rurſus eiuſmodi, vt indole referant parentem ſuum, videlicet eum, qui doctiſſimis Athanaſij libellis de Spiritu ſancto ſuas loquaces ſed elumbes attexuit nænias, quique in Epiſtolam ad Corinthios poſteriorem, & in Apoſtolorum Acta Chryſoſtomus haberi ſtuduit. Porrò, ſceleratiſſimum contaminandi genus eſt egregiorum virorum clariſſimis purpuris ſuos pannos intertexere, aut vt melius dicam generoſa aliorum vina ſuis vapidis corrumpere: quod in diui Hieronymi commentarijs, quibus enarrat Pſalmos, intolerabili ſacrilegio factum eſſe, clarius eſt, quàm vt negari poſſit. Aduerſus tantam eccleſiæ contumeliam promptum erat remedium ſi principes & epiſcopi librorum quos lectu dignos cenſuiſſent, archetypa in certis bibliothecis reponenda curaſſent. In hoc itaque vertendo fateor mihi nonnihil obrepſiſſe tædij, adeo vt identidem illud Marinus mecum ſubmurmurarem,

Non alias vires, contraſque nomina ſentis? D

Quum in cæteris nihil eſſet quod offenderet guſtum meum. Sed hanc meam ſuſpicionem nihil aliud haberi volo quàm ſomnium, ſi tu diſſentias. Sub operis calcem velut coronis canens, excurrit in mundus paginæ deſcriptionem, verbis plane tragicis phaleratam, in qua mire ponit ob oculos, eccleſiæ tum miſerabiliter fluctuantis imaginem, ſed non ita multum abhorrentem ab horum temporum ſtatu, in quibus tam varia eſt opinionum digladiatio, vt interdum amicos pro hoſtibus feriamus, nec vlla ſit charitatis concordia, ſi qua eſt vlla, niſi quam conciliauit erroris conſpiratio hoc eſt morbus communis: & in tanta dogmatum varietate, in tanta morum corruptione, in tam confuſo vociferantium tumultu propemodum ſublato verum hominumque diſcrimine, merito dubitet aliquis, cui ſeſe globo adiungat. Nulla ſynceritas ſed prodigioſa quædam calumniandi ſcabies, ne dicam rabies, habet pleroſque vel alienorum lapſuum ſanos expenſores vel recte dictorum malignos interpretes. Sub omni lapide ſcorpius dormit. Ex vna ſyllaba quantus tumultus incomparabili viro ſuſcitatus eſt. Quoniam in ſolenni clauſula precationis aut concionis, pro In ſpiritu, ſemel atque iterū dixerat, Cū ſpiritu, Baſilius, per omnes vrbes per oēs pagos, per omnia fora, per oīa conuenticula calūniantiū vocibus lapidabatur. nec illum vel inculpata morum integritas, vel eruditio rara, cum pari facundia coniuncta, vel ipſa ſumma dignitas vel admirabilis quædam erga omnes, tum comitas, tum benignitas, à virulentis obtrectatorum ſibilis vindicare potuerunt: vt ego

E optimo iure minus delicatus videri poſſim ſi nullo pacto cum tali viro conferendus homuncio linguarum quotidianas obtrectationes perpeti non queam. Simul illud in hoc argumento liquet quod ſcripſit huius Hieronymus: Arianorum, Eunomianorum, Origeniſtarum aliorumque circa diuinas perſonas errores, ex humana philoſophia deriuaſſe ſeminarium non quod philoſophia per ſe ſit impia, ſed quòd ad huius regulam exigitur illa philoſophia quæ venit è ſinu patris per filium, nec vult, vbi de deo eſt exigi. Qui namque iſti qui nihil aliud erant quàm homines, diuina myſteria poſſunt perſpicere, qui ſua in pleriſque natura rebus cæcutierunt? Quanquam illi qui tum diuo Baſilio faceſſebant negotium philoſophaſtri verius erant, quàm philoſophi. Apud imperitam multitudinem ſeſe pro conſummatis philoſophis venditabant, quod ex Ariſtotele Porphyrioque deguſtarant verius, quàm didicerant, quid ſit communio quid genus, quid ſpecies, quid ſubſtantia, quid accidens, quid quantitas, quid qualitas, quid ad aliquid, quot modis dicantur oppoſita, quot modis aliquid vel ſit in alio, vel de alio prædicetur. Quæ nunc ſunt elementa puerorum ad philoſophiæ limen accedentium vt iſtorum impietas magis ſit imputanda falſa perſuaſioni, quàm philoſophiæ. Quas turbas concitaſſent in orbe, ſi illa quoque deguſtaſſent quæ Ariſtoteles tradidit de formis ſyllogiſmorum, de demonſtrationibus, de topicis F *& elenchis, de naturalibus, & ijs quæ ſunt vltra naturalia. ſed euehor longius, vt in præfatione. Itaque vt finiā, quicquid hoc eſt noſtræ opellæ, tibi dicatum eſſe volui Præſul ampliſſime, non tantum ob id, vt tui nominis lenocinio ſtudioſis reddatur commendatius, verum multo magis vt ante tuo iudicio, tuaque lima fiat emendatius. Nam primam manum ad te mitto. Hic ſi quis mihi temeritatis dicam ſcribat, nihil aliud adferam ad eius criminis purgationem, quàm naturam, & hac valentiorem diutinam conſuetudinem. Naturam refingere difficillimum eſt, ſed multo difficilius dediſcere quod diutinus vſus penitus infixit, vt vtramque alteri vtilitatem mutare poſſint [illegible] arbitror homines.*

Atqui hoc, inquies, eſt accuſare teipſum, potius quàm excuſare. Quid facias? Sæpenumero tamen apud clementem iudicem veniam promeretur ingenua culpæ confeſſio. Cuius tamen partem aliquam ſi libeat tergiuerſatorem agere, in typographos reijcere liceret, qui mihi fere extorquent omnia antequam peperi, & ſi quid conceptum eſt, non ſinunt fœtum matureſcere, ſed inuita Lucina cogunt per abortum eijcere. Non ignorabam quod te dignum eſſet, Vir clariſſime,

ſed imitatus Græculum illum e paupere pera depromo paucos obolos, bo κατὰ τὴν ἀξίαν σου ὦ σεβαστὲ, εἰ γὰρ πλεῖον εἶχον πλεῖον ἐδίδουν. Precor vt iſta moleſta fabula quam tot iam annos agis, fortiatur cataſtrophē, tum tibi priuatim, tum publice regno Poloniæ ſuſtem, tiſque Sigiſmundus rex, vt ſi quis alius, omnibus ornamentis egregio principe dignus cumulatus, dulci patriæ gregíque chariſſimo, cuius ſolicitudo pietatem tuam per omnes negotiorum vndas comitatur, breui reſtituat. Datum apud Friburgum Briſgoæ, pridie calendas Maias, Anno Domini M. D. XXXII.

D. BASILII MAGNI CAESARIENSIS EPISCOPI DE SPIRITV SANCTO LIBER AD SANCTVM AMPHIlochium Iconij epiſcopum, DES. ERASMO ROTERODAMO *interprete.*

A D

PROOEMIVM.

EQVIDEM collaudo in moribus tuis diſcēdi ſtudium atque induſtriam, ſupráque modum delector iſta inſtantia vigilātiáque mentis tuæ, qui putas nullam vocem ex his quæ per vniuerſam ſcripturá de deo prædicantur, oportere indiſcuſſam relinquere. O ebatum mihi caput, Amphilochi, quem ego præ cęteris facio plurimi. Rectè ſiquidem, poſteaquam audiſti dominū adhortantem. Qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: poſtulandi inſtantia videre mihi quanuis deſi-
B dioſiſſimum ad impertiendū excitare poſſe. Quin & illud inſuper in te exoſculor, quod nequaquam ſicut hiſce temporibus plerique faciunt, tentandi gratia proponis quæſtiones, ſed vt quid ſit verum inueſtiges. Nā qui curioſis auribus mea verba captent, quíque quæſtiones nobis obiiciant horum hoc tempore magna eſt copia. At difficillimū eſt nanciſci animum diſcendi auidum, nec in aliud exquirentem quod verum eſt, niſi vt ignorantiæ medeatur: propterea quod quemadmodum venatorum laqueus, ac bellantium inſidiæ fraudē habent occulta arte ſubditam, ita compluriuminterrogationes inſidioſæ ſunt: qui percontationes obiiciūt, non vt ex his capiāt aliquid vtilitatis, ſed vt quum repeterint reſponſionem minus facientem ad ipſorum affectum, hanc iuſtam belli cauſam habere videantur. Quod ſi ſtulto de ſapientia percontanti, pro ſapientia imputabitur: ſapientem auſcultatorem, quem propheta admirando conſultori cōparat, quanti ęſtimabimus? Profectò dignus eſt, vt non illum tantum toto pectore complectamur, verum etiam vt eos qui illi huius ſtudij conſortes & omnium laborum ſocij ſunt ad perfectionem
C feſtināti, ad vberiorem profectum prouocemus. Nam haud oſcitanter audire ſermonem de rebus diuinis differentem, ſed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque ſyllaba reconditi ſenſus lateat perſcrutari, non eſt eorum qui ſegnes ſunt ad pietatem, ſed qui intelligunt ſcopum noſtrę vocationis: quando nobis præſcriptum eſt, vt ſimiles efficiamur deo, ſaltem quatenus humanæ naturæ fas eſt. Porrò ſimilitudo non eſt abſque cognitione, cognitio verò è doctrina paratur. Doctrinæ autem initium eſt oratio, orationis partes ſyllabę ac dictiones. Proinde ſyllabas excutere, non eſt aberrare à ſcopo. Nec vero quoniam alicui videbuntur minutæ, ob id videri debēt & negligendæ: imò quoniam difficilis eſt inuentu veritas, vndique nobis eſt veſtiganda. Etenim ſi quemadmodum cæteræ artes, ita & pietatis acquiſitio paulatim minutis acceſſionibus augeſcit, nihil eſt prætermittendum iis qui ad cognitionem inſtituuntur. Veluti ſi quis prima elementa vt res minutas contemnat, quando ad perfectam perueniet ſapientiam? Næ, & Non, ſyllabæ duæ ſunt. Attamen quæ rerum omnium potentiſſima eſt veritas, & quæ extrema malitiæ linea eſt, mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid hæc cōmemoro? quum iam ſi quis vel capite annuat teſtimoniis de Chriſto prolatis, totam pietatem expleuiſſe iudicetur. E Quod ſi hæc ad hunc habent modum, quid eſſe poſſit in his verbis quæ de deo diſſeruntur, adeo puſillum, vt ſiue recte dictum ſit: ſiue ſecus, non magnum habeat momentum in vtranque partem. Nam ſi ex lege, nec vnum iota, nec apex vnus prætenbit, quomodo nobis tutum fuerit vel minutiſſima tranſiliſſe? At quæ tute nobis exactè diiudicanda propoſuiſti, ſic minima ſunt, vt eadem ſint magna: prolationis quidem compēdio exigua, atque ob id fortaſſē contemptui obnoxia, ſed rerum ſignificatarum vi magna: ad ſimilitudinem ſinapis, quod quum ſit minutiſſimum inter arida legumina, ſi iuſta cura adhibeatur, explicat vim in ipſo latentem, & exurgit in altitudinē, ſuo ſe robore ſuſtentans. Quòd ſi quis ridet noſtram circa ſyllabas, vt pſalmi verbis vtar, nugacitatem, ipſe quidem infrugiſe tum riſus ſui fructū metat: nos vero haudquaquam cedētes hominum conuitiis, nec illorum vituperatione deiecti, veſtigandi ſtudium deſeramus. Tantum enim abeſt, vt me harum minutiarum pudeat, vt ſi etiam dignitatis vel minimam partem aſſequar, tum mihi gratulaturus ſim, veluti res maximas aſſequuto, tū fratri, qui nobis huius perſcrutationis ſocius eſt, arbitrer non mediocre lucrum obuenturum. F Itaque quum in minimis verbis conſpiciam certamen maximum, ſpe præmij non detrectabo laborem, quē arbitror hac diſputatione, tum mihi fore vtilem, tum audientibus ſatis magnum fructum allaturū. Quapropter cum ipſo iam, vt ita loquar, ſpiritu, ad explanationem accedam. Et ſi vis vt me in diſ-

ἀδολεσ-χία.

Cc putatio-

putationis viam inducam, ad huius quæſtionis originem me pauliſper conuertam. Nuper oranti mihi apud populum, & vtroque modo glorificationem abſoluenti deo ac patri, interdum cum filio ipſius ac ſpiritu ſancto, interdum per filium in ſpiritu ſancto: quum alij quidam ex his qui tum aderant id obſeruarant, dicentes nos non modò peregrinis ac nouis vſos vocibus, verum etiam inter ſe pugnantibus: tum tu præcipuè, nimirum conſulens illorum vtilitati. Quòd ſi prorſus ipſi eſſent inſanabiles, tamē poſtulaſti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum ſyllabarum, euulgari. Iam
A igitur nobis quàm fieri poteſt breuiſſimè dicendum eſt, ſermonem ab exordio quodam indubitato confeſſóque ſumentibus.

VNDE SIT ORTA HAERETICORUM de ſyllabis obſeruatio.

CAPVT II.

CVRIOSA iſtorum hominum circa ſyllabas ac dictiones obſeruatio haudquaquam ſimplex alicui videri poſſit, neque ad mediocre tendens malum, ſed profundum habet atque obtectū aduerſus pietatem conſilium. Contendunt enim oſtendere diſſimilem eſſe prolationem patris, & filij, & ſpiritus ſancti, tanquam hinc habituri facilem probationem, eos etiam natura diſiunctos eſſe. Habent enim iſti vetus quoddam commentum, ab Aëtio huius hæreſeos principe inuentum, qui in epiſtolis ſuis alicubi ſcripſit affirmans, ea quę ſecundum naturam diſſimilia ſunt, diſſimiliter proferri: ac re
B trorſum, quæ diſſimiliter proferuntur, eſſe diſſimilia ſecundum naturam. Ad huius dicti confirmationem citauit Apoſtolum dicentem, Vnus deus & pater, ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Itaque quemadmodū, inquit, voces ſe habent inter ſeſe, eodem modo habebunt & rerum ſignificatarum naturæ. Sed inter ſe diſcrepant, Per quem & ex quo: diſſimilis eſt igitur patri filius. Ex hoc morbo, nata eſt iſtis & de propoſitis ſyllabis curioſitas: vnde deo quidem & patri tanquam eximiam quandam portionem attribuunt illud, Ex quo: filio vero, & deo aſſignarūt illud, Per quē: ſpiritui autem ſancto, illud, In quo, negántque hunc ſyllabarum vſum vſquam inuerti, vt quemadmodum dixi, ex diſcrepantia prolationis, ſimul appareat & naturæ diſcrepantia. Atqui non obſcurum eſt, eos dum de ſyllabis ſubtiliter nugantur, impio ſermoni ſuam vim reſeruare. Siquidem his ſyllabis, Ex quo, mundi conditorem volunt ſignificari: rurſus his, Per quem, operis miniſtrum, aut inſtrumentum: his denique, In quo, tempus aut locum declarari: vt filius, qui condidit
C vniuerſa, intelligatur nihilo honorabilior inſtrumento: porro ſpiritus ſanctus, nihilo plus ad res condendas momenti attuliſſe videatur, niſi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis. Ad hunc autem errorem perduxit illos, etiam externæ philoſophiæ ſcriptorum obſeruatio, qui has ſyllabas, Ex quo, & Per quem, rebus natura ſeparatis attribuerunt. Siquidem illi putant his ſyllabis, Ex quo, ſignificari materiam primam: his vero, Per quem, inſtrumentum accommodari, aut ſaltem obſequium. Sed quid vetat, toto illorum ſermone repetito, paucis arguere, quàm iſti homines non tantum dicant à vero diſſidentia, verum etiam quàm ipſi non conſtent ſibi.

E MVNDANA PHILOSOPHIA natam eſſe de ſyllabis ſophiſticam diſputationem.

CAPVT III.

QVI inani philoſophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt cauſę naturā, D
eámque in propria ſignificata diuidunt, alias aiunt eſſe cauſas principales, alias cooperantes, aut concauſales, alias ſine quibus ratio nō ſubſiſtat. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, vt cauſæ vocabulo alias declaretur ipſe conditor, alias inſtrumētum. Nam conditori congruere exiſtimant illud, A quo. Aiūt enim propriè dici, à fabro factum fuiſſe fundamētum: cæterum inſtrumento conuenire illud. Per quem, quando ſecuri ac terebello, vt aiunt, reliquíſque ſimilibus vtitur faber. Similiter hanc particulam, Ex quo, illi faciunt propriam materiæ: ſiquidem è materia fit opificium. Porro particulam Iuxta quod, putant ſignificare animi conceptum, ſiue exemplar artifici propoſitum. Aut enim prius in cogitatione ſibi depigit id quod facere deſtinat ac deinde quod animo concepit, ad opus perducit: aut ad exemplar iam æditum, reſpiciens ad illius ſimilitudinem, operationem dirigit. Cęterum E
hanc particulam, δι' ὅ, id eſt, propter quod, volunt competere fini: ſcalas enim factas ad vſum hominum. Porro his verbis, ἐν ᾧ, id eſt, in quo, tempus aut locum commendari. Etenim roganti quando factum eſt? reſpondetur, In tali tempore. Item percontanti vbi factum eſt? reſpondetur, In tali loco. Nam iſta tametſi nihil conferunt ad id quod conditur, tamen abſque his nihil poteſt fieri. Operantibus enim & loco & tempore opus eſt. Hæc quoniam didicerunt iſti, & vt præclara mirantur quæ didicerunt, obſeruationes ex fruſtranea philoſophia, eque inani deceptione ſumptas, ad ſimplicē & artificij ignaram doctrinam transferunt, vt & dei filium diminuant, & ſpiritum ſanctū reiiciant: qui quidem vocem inſtrumentis inanimis, atque humili prorſus miniſterio tributam, loquor de ſyllabis, δι' οὗ, id eſt, per quem, à rebus ſenſibilibus ad omnium rerum conditorem non veriti ſunt trāſferre: nec pudet homines chriſtianos ſerræ malleique vocabulum, vniuerſæ creaturæ conditori attribuere.

HARVM SYLLABARVM IN ſcripturis nullum ſeruari diſcrimen.

CAPVT IIII. F

NOS porro frequenter his vſum fuiſſe vocibus etiam veritatis ſermonem confitemur, haud tamen dicimus ſpiritus libertatem vllo modo ſeruire, iuxta ſubmiſſionem & indignitatem rerum ſenſibilium, ſed iuxta id quod ſemper adeſt. ad exprimendam rerum proprietatem vocabulis nonnihil

nonnibil abutimur, Neque enim τὸ ἐξ οὗ, id eſt,
ex quo, prorſus declarat materiam quemadmo-
dum illi putant, ſed vſitatiſſimum eſt ſcripturę hoc
vocabulum ad ſupremam illam cauſam accom-
1.Cor.8. modare. Quod genus eſt illud, Vnus deus ex quo
omnia. Ac rurſum, Omnia autem ex deo. Nam ve
ridicus ſcripturæ ſermo frequenter vtitur hac di-
Gen.6. ctione de materia quoque, veluti quum ait: Facies
Exod.5. arcam è lignis imputreſcibilibus. Et, Facies cande
1.Cor.15. labrum ex auro puro. Et, primus homo è terra, ter
renus. Et, E luto compoſitus es tuque atque ego.
At iſti, vt quemadmodum diximus, in perſonis cō
A ſtituāt naturarum diuerſitatem, definierunt hanc
vocem ſoli patri congruere: & huius obſeruatio-
nis ſeminarium hauſeruot à rebus externis à phi-
loſophis huius mundi, tametſi ne his quidem per
omnia ſeruientes: ſed filio quidem iuxta pręſcrip-
tionem illorum, inſtrumenti vocabulum impo-
ſueruot: ſpiritu vero ſancto, loci. Aiunt enim, In
ſpiritu: & aiunt, Per filium: at quum deo tribuūt,
Ex quo, non hic ſequuntur philoſophorum præſ-
criptionem, ſed ad apoſtolicam, vt aiunt, conſue-
tudinem tranſeunt. Quomodo illud dictum eſt,
Ex ipſo autem & vos eſtis in Chriſto Ieſu. Et, Om
nia autem hæc ex deo. Quid igitur eſt, quod ex
hacargutia conficitur? Aliam eſſe naturam cauſæ,
aliam inſtrumenti, aliam loci. Filius itaque natura
diuerſus eſt à patre, quemadmodum inſtrumen-
tum diuerſæ naturæ eſt ab opifice. Diuerſus eſt &
ſpiritus ſanctus, quandoquidem locus ac tempus
diuerſam habet naturam ab inſtrumentis, aut illis
qui his vtuntur.

B *ET DE PATRE DICI PER quem & de filio Ex quo, & de ſpiritu ſancto.*

CAPVT V.

AD hunc quidem modum ſe
habent, quæ ab iſtis adſerun-
tur. Nos verò demonſtrabi-
mus, nec patrem quum ſibi
ſumeret has voces Ex quo, ad
filium proieciſſe has. Per qu-
em: neque rurſus filium non
recipere ſpiritum in conſor-
tium harum vocum Ex quo, aut Per quem, ſicut
iſti præſcribunt: quod tamen iſtorum inanis di-
Ephe.4. ſtributio definit. Vnus deus & pater ex quo omnia
& vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia.
Hæ voces non ſunt eius generis vt nobis legem
præfigant, per quam aliter loqui ſit nefas, ſed quæ
C notēt perſonarum diſcrimen. Neque enim in hoc
adhibentur, vt naturæ diuerſitatem inducant, ſed
vt impermixtam patris ac filij notionem approba
ret, ſic eas adhibuit Apoſtolus. Nam quod hæ vo-
ces inter ſe contrariæ non ſint, neque velut in bel
lo ſeparatæ aduerſus hoſtilem aciem, expugnent
naturas ad quas acceſſerint, inde liquet, quod bea
tus Paulus ambas de vno & eodem ſubiecto pro-
nuntiauit, quum ait. Quooiam ex ipſo, & per ip-
ſum, & in ipſum omnia. Quod autem hæc ad do-
Rom.11. minum referat, quiuis fatebitur, qui vel tenuiter
inſpiciat mentem orationis. Quum enim prius
Apoſtolus poſuiſſet ex Eſaia teſtimonium, Quis
cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius e-
ius fuit? ſubiecit: Quoniam ex ipſo & per ipſum
& in ipſum ſunt omoia. Quemadmodum de ver- Eſa.40.
bo dei, à quo coodita ſunt vniuerſa, Prophetam
eſſe loquutum ex his quæ ſubiiciuntur, diſcas lice-
bit: Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum pal-
mo, & totam terram pugno? Quis ſtatuit montes
libra, & rupes ſtatera? Quis cognouit ſenſum do
mini, aut quis cooſiliarius illi fuit? Nam hæc dic- Pſal.33.
tio Quis, hic non prorſus id quod abſurdum eſt, ſi Pſal.23.
gnificat, ſed quod rarum: velut in hoc, Quis inſur Ioan.5.
get mihi aduerſus peruerſè agentes? Et, Quis eſt
homo qui vult vitam. Et, Quis aſcendet in mon-
tem domini? Similiter & hoc loco dictum, Qvis
eſt qui cognouit ſenſum domini, & conſilij illius
particeps fuit? Pater enim diligit filium, & omoia
oſtendit illi. Hic eſt qui continet terram, eamque D
pugno complexus eſt. Hic qui cuncta in ordinem
decentem digeſſit, qui & montes æqualiter libra-
uit, & mari terminos præſcripſit, & omnibus quæ
in mundo ſunt, ſuum deſignauit odinem. Qui to-
tum cœlum minima ſuæ poteſtatis particula con-
prehendit, quem ſermo propheticus figuratè pal- Roma.11.
mum appellauit. Vnde congruenter adiecit Apo-
ſtolus illa, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum ſunt
omnia. Ex hoc ſiquidem his quæ ſunt, cauſa vt ſint
manat, iuxta voluntatem dei & patris: per eundē
omnibus, vt perſeuerent, conſiſtantque, qui con-
didit vniuerſa, quique ſingulis quæ facta ſunt ad
ſui conſeruatiooem neceſſaria dimetitur. Qua-
propter ſanè etiam vniuerſa ſeſe ad illum conuer-
tunt, inuincibili atque inſedabili quodam deſide-
rio, & arcana affectu, ad principem & gubernato
rem vitæ reſpicientia, iuxta illud quod ſcriptum Pſal.144.
eſt, Oculi omnium in te ſperant. Et rurſus, Omnia E
à te expectant. Et, Aperis manum tuam, & imples
omne animal bonitate. Quòd ſi aduerſus hanc no
ſtram expoſitiooem inſtabūt, quæ illos ratio libe
rabit, quo minus euidenter in eandem recidant
difficultatem. Etenim ſi dabunt has tres voces, Ex
ipſo, per ipſum, & in ipſum omnia, non eſſe dictas
de domino, omnino neceſſum eſt, vt propriè deo
patri attribuantur. Atque hinc palam conciderit
illorum obſeruatio. Quandoquidem reperitur
non ſolum, Ex quo verum etiam, Per quem accō-
modari ad patrem. Quæ vox poſterior, ſi nihil de-
clarat humile, quam tandem ob cauſam eam ve-
lut inferioris dignitatis aſſignant filio? Quod ſi
omnino declarat miniſterium reſpondeant nobis
deus gloriæ & pater Chriſti, cuius prīcipis eſt mi
niſter? Igitur iſti quidem ad hunc modum à ſeip-
ſis vndique ſubuertuntur, nobis autem vtrinque
quod firmum eſt ſeruabitur. Etenim ſi de filio e- F
uiceriorus dictum eſſe quod recitauimus, compe-
rietur hæc particula Ex quo, in filium competere.
Quòd ſi quis contendat prophetiæ verba ad de-
um patrem eſſe referenda, rurſus concedet hanc
vocem. Per quem, deo patri cōgruere: & vterque
ſermo parem vim obtinebit, eo quòd pari ratione
de deo vſurpatur: itaque iuxta modum vtrumque
perſpicuum erit has particulas parem inter ſe de-
clarare dignitatem, quòd de vna eadémque perſo
na vſurpatæ ſint. Sed ad id quod erat propoſitum
reuertamur. Apoſtolus ſcribens Epheſiis ita lo-
quitur, Veritatem autem loquentes in charitate, Ephe.4.
augeamus in ipſum omnia, ſiue creſcamus in ip-
ſum per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo to-
tum corpus dum compingitur & conuectitur, per

omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum
operationem in menſura vniuſcuiuſque membri,
incrementum corporis facit. Et rurſus ſcribens
Coloſ. 2. Coloſſenſibus, ad quos quod non haberent vnigeniti
niti notitiam dictum eſt. Qui tenet caput, hoc eſt
Chriſtum, ex quo totum corpus per iuncturas &
connexiones ſubminiſtratum, augeſcit augmento
dei. Quod Chriſtus caput eſt eccleſiæ alio loco
Ephe. 1. didicimus. Apoſtolo dicente, Et ipſum dedit ca-
Ioan. 1. put ſuper omnia eccleſiæ. Et Ioannes, De cuius
Ioan. 16. plenitudine accepimus omnes. Et ipſe dominus,
Luc. 8. De meo accipiet, & annuntiabit vobis. In ſumma,
ſi quis ſtudioſè loca recenſeat, perſpiciet hanc par
A ticulam Ex quo, diuerſis vſurpari modis. Nam &
dominus, Noui, inquit, virtutem ex me exiſſe. Si-
militer & de ſpiritu compluribus locis obſeruaui-
mus poſitum eſſe Ex quo. Qui enim, inquit, ſemi-
nat in ſpiritu, è ſpiritu metet vitam æternam. Item
Ioannes, Ex hoc cognoſcimus, quod in nobis eſt,
è ſpiritu quem nobis donauit. Et angelus, Quod
Matth. 1. enim in ea natum eſt, è ſpiritu ſancto eſt. Et domi
Ioan. 3. nus, Quod natum eſt è ſpiritu, ſpiritus eſt. Atque
id quidem ad hunc habet modum. Iam vero de-
monſtrandum eſt hanc vocem Per quem, pariter
& de patre, & de filio, & de ſpiritu ſancto in ſcri-
pturis vſurpari. Ac de filio ſanè ſuperuacaneum
fuerit adducere teſtimonia, vel quia per ſe notum
eſt, vel quod hoc ipſum ab aduerſariis probatur.
1. Cor. 1. His vero demonſtrabimus hanc particulam Per
2. Cor. 1. quem, etiam de patre poſitam eſſe in ſcripturis.
Roma. 6. Fidelis, inquit, deus per quem vocati eſtis in con-
Gala. 4. ſortium filij ipſius. Et, Paulus apoſtolus Ieſu Chri
1. Cor. 6. ſti per voluntatem dei. Et rurſum. Itaque non es
iam ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius, & hæres per
Deum. Item illud, Quemadmodum ſurrexit Chri
B ſtus à mortuis per gloriam patris. Et Eſaias, Væ, in
quit, qui profundè facitis conſilium, & nō per do-
minum. Quin & de ſpiritu ſancto multis teſtimo-
niis doceri poteſt, hanc vocem prædicari. Nobis
2. Tim. 1. autem, inquit, deus reuelauit per ſpiritum ſuum.
1. Cor. 1. Et alio loco, Egregium depoſitum ſerua, per ſpiri
tum ſanctum. Ac rurſus, Alij quidem per ſpiritum
datus eſt ſermo ſapientiæ. Eadem verò & de ſylla
ba, In, dicere poſſumus, quòd hanc de deo patre
ſcriptura vſurparit, velut in veteri teſtamento. In
Pſal. 88. deo, inquit, faciemus virtutem. Et, In te laus mea
ſēper. Et rurſus, In nomine tuo exultabo. Et apud
Paulum, In deo, inquit, qui condidit omnia. Et,
Philip. 3. Paulus ac Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſ-
ſalonicenſium in deo patre. Et, Iam tandem pro-
ſperabor in voluntate dei, vt veniam ad vos. Et,
Gloriari, inquit, in deo: aliáque tam multa, vt diffi
cilè ſit vel enumerare. At nobis non eſt propoſi-
tum oſtētare teſtimoniorum multitudinem, ſed
redargutione docere, iſtorum obſeruationem nō
rectè habere. Siquidem hanc particulam In, de
domino ac ſpiritu ſancto vſurpatam eſſe, tanquam
per ſe notum, demonſtrare ſuperſedebimus. Illud
neceſſariò dicendum eſt, quod prudenti auditori
C ea quæ prius digeſta ſunt, ſatis habent redargutio-
nis ex ipſa pugnantia dictorum quæ adferūt. Nam
ſi prolationis diuerſitas arguit naturam diuerſam,
quemadmodum iſti dicunt, nunc voces eædem de
ſingulis perſonis prædicatæ, vel pudore cogent
eos fateri eſſentiam in nullo diſcrepantem. Ne-
que enim ſolum quum de deo fit ſermo, harum
vocum vſus variat, verum etiam ea quæ ab his ſig-
nificantur ſæpenumero inuertuntur, quoties altera Gen. 4.
ra alterius recipit ſignificationem, veluti, Poſſedi
hominem per deum, inquit Adam: idem dicens,
quaſi dixiſſet ex deo. Et alibi, Quæ præcepit Mo-
ſes Iſraëli per mandatum domini. Et rurſus, Non- Gen. 17.
ne per deum horum manifeſtatio eſt? Ita Ioſeph
loquens de inſomniis quæ viderat in carcere. Pa-
lam eſt, & hunc pro eo quod erat Ex deo, dixiſſe,
Per deum. Et contra, hæc particula Ex quo, vſurpa Gala. 4.
tur pro Per quem, velut quum ait Paulus, Factus
ex muliere, pro eo quod erat, Per mulierem. Nā
id nobis alibi perſpicuè diſtinxit, quum ait, fœmi-
næ conuenire, è viro natam eſſe, viro autem per 1. Cor. 11.
fœminam, in his quæ ſic ſcribit: Quemadmodum D
mulier ex viro, ita vir per mulierem. Quanquam
hic Apoſtolus ſimul oſtendens varium harum vo
cum vſum, ſimul obiter corrigens quorundam er
rorem, exiſtimātium domini corpus eſſe ſpiritua-
le, vt oſtenderet carnem in Chriſto diuinæ naturę
vnitam, ex humano liquore concretam fuiſſe, ma-
luit vti verbo ſignificantiore. Nam hæ dictiones,
Per mulierem, tranſitorium generationis intelle-
ctum erant ſignificaturæ. At hæ. Ex muliere, ſuffi-
cienter declarant communionem naturæ genitæ
cum ea quæ genuit: non quòd ſecum pugnet Apo
ſtolus, ſed oſtendit has voces facilè ſibi viciſſim
cedere. Poſteaquam igitur de quibuſcunque defi-
nitum eſt propriè dici, Per quem, in hos ipſos trās
ferri, Ex quo, quam habet probabilitatem, ad pie-
tatis calumniam ab hac communione dictiones
inter ſeſe ſeparare.

OBSISTIT IIS, QVI CONTENdunt filium non eſſe cum patre, ſed poſt patrem, vbi & de gloria æqualitate. E

CAPVT VI.

ATQVI nec ad ignorantiæ
excuſationē confugere poſ-
ſunt, quum tanto artificio tā
táque peruerſitate noſtra di
cta excipiunt, qui nobis indi
gnantur, quòd gloriæ pleni-
tudine vnigenitum æqua-
mus cum patre, quódque ſpi
ritum ſanctū à filio non ſeparamus, vnde nos no-
uitatis architectos & nouos tractatores, ac verbo
rum adinuentores, & quibus non probroſiſſimis
nominibus appellant. Quorum conuitia tantum
abeſt vt indignè feram, vt ni nos ipſorum calami-
tas dolore, perpetuóque cruciatu afficeret, prope-
modum dicerem me illorum maledictis habere
gratiam, vt qui mihi concilient beatitudinem. Bea
ti enim, inquit, eſtis, quum probris vos impetiue- Mat. 5.
rint homines, ac perſequuti fuerint, & omne ver-
bum malum dixerint in vos mentientes, propter F
me. Porrò de quibus nobis indignantur, huiuſmo
di ſunt. Non eſt, inquiunt, cum patre filius, ſed μετὰ τοῦ πατρός.
poſt patrem, vnde cōſequitur, per filium, gloriam μετὰ τὸν πατέρα.
patri tribuendam eſſe, cum filio nequaquam: eo
quod hæ voces cum filio, æqualitatem declarant
honoris: Per filium vero, miniſterium ſignificant.
Rurſus nec ſpiritum, inquit, ſanctum oportet cum
patre & filio collocare, ſed ſub filio & patre, vt in-
telligatur non eiuſdem ordinis cum illis, aut eiuſ-
dem

dem numeri,ſed ſubditus. Atque huiuſmodi de
verbis artificioſis argutationibus peruertunt fidei
ſynceritatem ſimplicitatémque. Proinde quam ve
niam aſſequentur imperitiæ prætextu,qui ne aliis
quidem imperitos ſe videri patiuntur ob iſtam cu
rioſitatem? Nos verò primum illud ab iſtis pete-
mus,de filio quid dicant, num ſentiant illum tem
pore recentiorem,an ordine, an dignitate? Sed
nullus adeò demens eſt,vt dicat conditorem ſecu-
lorum,quoquam eſſe tempore poſteriorem, quũ
A nullum ſit interuallum quod naturalem filij cum
patre contignitatem dirimat. At ne cogitatione
quidem hominum poſſit quis filium dicere patre
recentiorem,non ob id modò quod ſimul intelli-
gantur iuxta naturam eorum quæ dicuntur ad ali-
quid, verum etiam quòd ea dicuntur priora, quæ
longius abſunt à præſenti tempore, veluti quæ
Noë temporibus acta ſunt,priora ſunt iis quæ nar
rantur de ſubuerſis Sodomis, quòd illa longius
diſſita ſint ab hoc tempore,& hæc illis poſteriora,
quod appareant huic tempori viciniora. At eius vi
tæ quæ omne tempus,& omnia ſecula ſuperat,eſ-
ſentiam metiri diſtantia quæ interceſſit ab initio
quo cœpit eſſe vſque ad præſens tempus, an non
præter impietatem,omnem etiam dementiam ſu-
perat,ſi quemadmodum res generationi corrup-
tioníque obnoxiæ,aliis aliæ priores eſſe dicuntur
eundem ad modum deus pater,collatus cum filio
deo qui eſt ante ſecula,ſuperat. Siquidem vt pater
filio ſit anterior, nemo queat animo ſpeculari,eo
quòd domini generationẽ nec vlla cogitatio, ne-
que vlla notio antecedat. Ioannes pulchrè duabus
B vocibus cogitationem intra præſcriptos terminos
recluſit,cum ait, In principio erat verbum. Hæc (Ioan. 1.)
enim vox, Erat,nullum cogitationi præbet exitum
quemadmodum hæc, Principium, non dat tranſi-
tum humanæ mentis imaginationi. Quantumuis
enim cogitatione curras ad anteriora, non exce-
dis,erat. Et quantumuis inſtiteris videre quæ ſint
vltra filium,non poteris tamen ſuperare principi-
um. Itaque pium iuxta hanc rationem,patrem ſi-
mul cum filio intelligere. Quod ſi imaginantur,
quaſi filius velut in loco, patre ſit humilior,vt in
ſublimi ſedeat pater,dein filio humilior locus cõ
ceſſus ſit, fateantur iſtud, & nos tacebimus, quòd
ipſa ex ſeſe oratio manifeſtam habet ſui redargu-
tionem. Siquidem nec in ratiocinando ſibi con-
ſtant,qui non concedunt patrem ad vniuerſa per-
tingere,quum eorum qui ſani ſunt,cogitatio cre-
dat deum impleſſe vniuerſa, neque recordantur (Pſal. 138.)
Prophetæ dicentis, Si aſcendero in cœlum,tu illic
es,ſi deſcendero ad inferos,ades: hæc,inquam,nõ
meminerunt, qui has voces ſupernè & infernè
partiuntur inter patrem & filium. At vt nihil di-
cam ad redarguendam illorum imperitiam qui re
C bus incorporeis locum attribuunt,quid erit quod
excuſet impietatem, qua tam impudenter repug- (Pſal. 109.)
nant aduerſantúrque ſcripturis? Quod genus eſt (Hebr. 1.)
illud, Sede à dextris meis, & Conſedit in dextra
maieſtatis dei. Neque enim hæc vox Dextrum, ſi-
gnificat locum inferiorem,quod iſti prædicãt,ſed
ſtatum æqualitatis,eo quòd dextrum hic non acci
piatur corporaliter, ad iſtum enim modum for-
taſſis & ſiniſtrum aliquid in deo poſſit eſſe,ſed ho
norificis verbis ac præſidentiam declarantibus,fi-
lij maieſtatem ſermo nobis commendat, vt iam
non poſſint iſti dicere, per hanc vocem inferio-
rem dignitatis gradum ſignificari. Diſcant igitur,
quòd Chriſtus eſt dei virtus,dei ſapientia,dei ima (1. Cor. 1.)
go inuiſibilis, & ſplendor gloriæ, quódque hunc
pater ſignauit deus,ſéque totum in eo expreſſit.
Hæc igitur & his ſimilia teſtimonia quæ per vni-
uerſam ſcripturam reperiuntur, vtrum dicemus
humilitatis habere ſignificationem,an ceu præco
nia quædam,vnigeniti maieſtatem, & æqualẽ cum
patre gloriam ebuccinari? Audiant inſuper & ipſũ D
dominum palam ſuam gloriam cum patre æqua-
lem aſſerentem, quum ait, Qui vidit me, vidit &
patrem. Ac rurſum, Quum venerit filius in gloria
patris. Et, Vt honorificent filium,quemadmodum (Ioan. 14. Marc. 13.)
honorificãt patrem. Item illud, Vidimus gloriam (Ioan. 5.)
eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenus (Ioan. 1.)
gratiæ & veritatis. Rurſus, Vnigenitus filius,qui
eſt in ſinu patris. Horum dum iſti nihil conſide-
rant, locum hoſtibus deſtinatum attribuunt filio.
Nam ſinus paternus,ſedes eſt digna filio. Scabelli
verò locus,iis conuenit, qui ſunt inferioris exiſti-
mationis. Nos igitur ad alia properantes obiter
& in tranſcurſu attigimus teſtimonia. Tibi verò
per otium licet,collectis vndique probationibus,
gloriæ ſublimitatem, ac virtutis eminentiam in
filio perſpicere, quanquam ne hæc quidem con-
temnenda ſint grato dociliique auditori, niſi quis
carnaliter & abiectè intelligat has voces, Dextrũ,
& Siniſtrum, vt & loco circumſcribat deum,fin-
gátque figuram ac formam ſitúmque corporalem
quæ ab intelligentia dei, qui ſimplex eſt, qui im-
menſus & incorporeus,longe ſemota ſunt. Vt o-
mittam,quòd iſtorum hæc humilis cogitatio,pari
ter in patrem cadit atque in filium,vt iam non de-
iiciat filij dignitatem,ſed adiungat blaſphemiæ cri E
meo aduerſus deum patrem quiſquis talia diſſerit.
Quæcunque enim auſus fuerit euomere in filium
neceſſe eſt vt eadem trãsferat & in patrem. Nam
qui patri ſuperiorem locum ad præſidendum tri-
buit,dicens filium humiliore ſedere loco,is quæ-
cunque corporeis accidunt, ea omnia habiturus
eſt ſuum figmentum conſequentia. Quod ſi iſtæ i-
maginationes ſunt vino delirantium,ac per phre-
neſim mente commotorum,qui poteſt eſſe pium
filium qui natura, gloria, dignitatéque patri con-
iunctus eſt,non ſimul cum patre adorari & glori-
ficari ab his qui edocti ſunt,eum qui non honori-
ficat filium,non honorificare patrem. Quid por-
rò dicemus? quid iuſtæ excuſationis afferemus in
communi totiúſque creaturæ formidabili iudicio
ſi poſteaquam dominus apertè denuntiauit ſe ven
turum in gloria patris, & beatus Stephanus Ieſum (Actu. 7.)
vidit ſtantem à dextris dei, & Paulus ſpiritu affla- (Hebrae. 1.)
tus, teſtificatus eſt de Chriſto quod eſt in dextra
dei & patris, qui dixit: Sede à dextris meis: deni-
que quum ſpiritus ſanctus teſtimonium perhibe-
at,quod conſederit ad dextram maieſtatis dei,nos
throni conſortem, & honoris eiuſdem participẽ,
ab æqualitate ſtatus,ad inferiorem deiiciamus lo- F
cum? Siquidem arbitror,ſtationem & conſeſſum,
naturam dei ſolidam & vndiquaque firmam ſigni
ficare,iuxta quem tropum & Baruch indicare vo-
lens deum immobilem & immutabilem ſemper
eſſe,ait, Et tu ſedes in æternum, & nos perimus in
æuum. Dextrum verò locum ſignificare dignitatis (Cap. 3.)
æqualitatem. An non igitur audax facinus eſt, fi-

lium paternæ gloriæ conſortio priuare, veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari. Sed aiunt hunc ſermooem cum ipſo, omnino peregrinum eſſe & inuſitatum: contra, Per ipſum, tum ſermoni ſcripturę familiariſſimum eſſe, tum fratrum vſu tritum eſſe.

ADVERSVS EOS QVI DIcunt non congruenter de filio dici Cum quo, ſed Per quem.

CAPVT VII.

A QVID igitur nos ad iſta? nimirum beatas eſſe aures quę nõ audierũt vos, & beata corda quæ conſeruata ſunt, ne à veſtris ſermonibus ſauciarentur. Vobis porrò qui Chriſtum diligitis, dico, eccleſiam vtrunque harum vocum vſum agnoſcere, neutrúmque reiicere, quaſi alter alterum deſtruat. Quum enim in vnigenito naturæ maieſtatem, ac dignitatis excelleotiam contemplamur, tribuimus illi gloriam cum patre. Rurſus quum conſideramus, quæ bona in nos contulerit, aut quomodo nos ipſos ad patrẽ adduxerit, deóque nos aſſeruerit, confitemur boc beoeficium per ipſum & in ipſo, peractum eſſe in nobis, vt altera particula Cum quo, propria ſit glorificãtium: altera, Per quem, ſit propria gratias agentium. Quio & illud mentiuntur, hanc vocem Cum quo, ab vſu piorum alienam eſſe. Quotquot enim morum conſtantia, antiquitatis maieſtatem, nouis ornamentis prætulerunt, ac maiorum traditionem
B citra mutationem conſeruarunt, ſingulis tum regionibus, tum ciuitatibus hac voce ſunt vſi. Cæterum qui conſueta faſtidiunt, ac vetera tanquam obſoleta ſubmoueot, ij ſunt qui nouas vocum fictiones recipiunt, quemadmodum qui in cultu ſtudioſi ſunt ornatus, ſemper nouam formam præferunt communi. Itaque videas & bodie à ruſticanis hanc vocem more veterum pronunciari. Cæterum iſtorum verba ſunt ex noua ſapientia inuſta, ab ipſis qui in artificio pugniſque verborum detriti ſunt. Proinde quod à maioribus noſtris dictum eſt, & nos dicimus, gloriam eſſe communem patri cum filio, quapropter & glorificationis hymoos patri ſimul cum filio offerimus. Quanquam boc nobis ooo eſt ſatis, ſic à patribus eſſe traditum: nam & illi ſcripturæ ſequuti ſuot autoritatem, ex teſtimoniis quę paulo ante vobis è ſcriptura citauimus, ſumpta origine. Siquidem illud verbum, ſplendor cum gloria intelligitur, & imago cum principali exemplari, & filius omnino cum patre, vt nec verborum conſequentia, neque rerum natura admittat ſeparationem.

C

QVOT MODIS INTELLIGAtur hac particula Per quem, & in quo ſenſu congruenter dicitur Cum quo: vbi ſimul exponitur, quomodo mandatum accipit filius, & quomodo mittitur

CAPVT VIII.

ITAQVE quum Apoſtolus gratias agit deo per Ieſum Chriſtum, ac rurſus quum ait ſeſe per illum accepiſſe gratiam & apoſtolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, aut quum dicit nos acceſſum habere ad gratiam hanc in qua ſumus & gloriamur, illius erga nos beneficentiam commendat, nunc quidem vt à patre bonorum gratiam in nos transfundentis, nunc rurſum vt per ſeipſum conciliantis nos D
patri. Siquidem quum ait, Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum: ſignificat bonorum ſubminiſtrationem ab illo proficiſci. Rurſum quum ait, Per quem acceſſum habemus, quòd recepti ſumus, ac familiaritatem cum deo cõſequuti, id per Chriſtum eſſe procuratum declarat. Num igitur confeſſio gratię per Chriſtum in nobis operantis, diminuit illius gloriã? An potius dictu verius fuerit, enarrationem beneficiorum, decens eſſe argumentum glorificandi filium? Hanc ob cauſſam cõperimus ſcripturam noo vno tantum vocabulo nobis ſignificare dominum, nec his tantum quę diuinitatem ac magnitudinem eius declarant, ſed interdum vti vocibus naturã aſſumptam exprimentibus. Nouit enim nomen filij quod eſt ſuper omne nomen, & filium verum dicere, & vnigenitum dei, & virtutem dei, & ſapientiam, & verbum. Rurſus, ob multiplicem in nos beneficentiam, quã ob diuitias bonitatis, iuxta variam ſuam ſapientiam egentibus præſtat, aliis inoumeris appellationibus eundem deſignat, dum aliquando vocat illum paſtorem, alias regem, interim & medicum, deni E
que ſponſum, viam, oſtium, fontem, panem, ſecurim, ac petram. At iſta non declarant naturam, ſed quemadmodum modò dicebam gratiæ varietatem modis omnibus in nobis operantis, quam ex affectu quem gerit erga ſuum figmentum, vt cuique opus eſt impartit. Eos enim qui ad illius ditionem confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præſtiterunt, oues appellat, ſéque talium paſtorem eſſe profitetur, qui vocem ipſius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis. Oues enim meæ, inquit, vocem meam audiunt. Rex autem vocatur eorum, qui iam tranſgreſſi ſunt, legitimáque caſtigatione opus habent. Oſtium dicitur, eo quòd per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones, ac rurſus tutò perducit in caulas, eos qui per fidem in ipſum ad cognitionis bonum confugerint. Vnde, Per me, inquit, ſi quis introierit, & ingredietur & egredietur, ac paſcua inueniet. Petra dicitur, eo quòd validum ſit & inconcuſſum, & quauis arce tutius propugnaculum ipſi fidentibus. In bis, hæc vox per ipſum, aptiſſimum ac ſignificantem vſum habet, quoties ita profertur quaſi dominus ſit oſtium, quaſi paſtor, quaſi via. Cæterum F
tanquam deus, ac dei filius, cum patre communem habet glorificationem. Quoniam in nomine Ieſu omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quòd dominus ſit Ieſus Chriſtus in gloriam dei patris. Quas ob res ambabus vocibus vſi ſumus, altera propriam illius dignitatem, altera eius erga nos munificentiam prædicantes.

Rom. 1. Roma. 5. Ioan. 10. 1. Cor. 10. 1. Pet. 2. Phil. 2.

Quum

Quum enim per illum ſit omne præſidium ani-
mabus noſtris, iuxta quanque auxiliãdi ſpeciem,
excogitata eſt peculiaris quædam appellatio. Ve-
luti quum ſibi animam incontaminatam non ha-
bentem maculam aut rugam, quaſi puram virgi-
nem adiungit, ſpõſus appellatur. Quum eam ma-
le ſauciatam vulneribus diaboli, grauiterque labo-
rantem è peccatis ſuſcipere dignatur, medicus vo-
catur. Verum igitur quod hiſce modis noſtri cu-
ram gerit, cogitationes noſtras eò deducet, vt hu-
milius de eo ſentiamus, an potius è diuerſo effi-
ciet, vt ſeruatoris & potentiam & humanitatem
A erga nos admireſinr, quod & compati noſtris in-
firmitatibus ſuſtinuit, & ad noſtram infirmitatem
ſeſe demittere. Neque enim cœlum ac terra, im-
menſáque maria nec animantia, vel in aquis, vel
in terris degentia, nec plantæ, nec aſtra, nec aër,
nec horæ, nec multiplex vniuerſi ornatus, excel-
lentiam potentiæ illius nobis perinde commen-
dat, atque quod deus incomprehenſibilis: ſic per
carnem cum morte conflictatus eſt, vt ipſa diui-
nitas nihil pateretur, quo nobis ſua morte largi-
Rom. 8. retur immortalitatem. Item quum ait Apoſtolus,
In his omnibus ſuperamus, per eum qui dilexit
nos: nequaquam hac voce humile quoddam mi-
niſterium indicat, ſed auxilium potius, quod per
imperium ſuæ potentiæ operatur in nobis. Siqui-
dem ipſum alligauit fortem, diripuitque vaſa il-
lius, videlicet nos, quibus ad omnia mala opera
fuerat abuſus, fecitque vaſa vtilia domino, appa-
ratos ad omne opus bonum, ob promptitudinem
Ephe. 2. illius quod erat in nobis. Hoc pacto acceſſum ha-
Roma. 5. bemus ad patrem, quem ille nobis parauit, tranſ-
Coloſ. 1. B lati de poteſtate tenebrarum in ſortem ſanctorũ
in lumine. Ne igitur ob filij diſpenſationem, ſer-
uilem humilitatem, aut coactum obſequium ima
ginemur: ſed intelligamus voluntariam ſolicitu-
dinem, ex bonitate ac miſericordia iuxta volun-
tatem dei patris erga ſuum figmentum operan-
tem. Sic enim pietatem ſeruabimus, ſi & perfe-
ctam illi potentiam teſtimonio noſtro tribue-
mus, & nequaquam in omnibus quæ perfecta
ſunt, filium à voluntate paterna ſeparabimus.
Ioan. 14. Quemadmodum igitur quoties dominus appel-
latur via, ad ſublimiorem intelligentiam potius
quàm ad vulgarem, atque è medio ſumptam, ani-
mo ferimur. Audientes enim viam, ſeriem & or-
dinem intelligimus per opera iuſtitiæ, perque il-
luminationem ſcientiæ ducentem ad legitimum
profectum, ſemper ad anteriora feſtinãtes, & ad
ea quæ reſtant noſmetipſos extendentes, donec
perueniamus ad beatũ finem, quæ eſt dei cogni-
tio, quam dominus per ſeſe in ipſum credentibus
C largietur. Reuera enim bona eſt via, exorbitatio-
nis errorísque neſcia, dominus noſter Ieſus, ad pa
trem qui verè bonus eſt perducẽs. Nemo, inquit,
Ioan. 6. venit ad patrẽ niſi per me. Talis eſt noſter ad deũ
reditus per filium. Porro qualis ſit patris erga nos
per eundem bonorũ ſuppeditatio, deinceps erit
diſſerendum. Omnis naturæ, tum in hac creatura
viſibili, tum in intelligibili, ad hoc vt cõſiſtat, dei
cura egentis, conditor eſt ſermo, videlicet vnige-
nitus deus, quantum cuique opus eſt opem diſtri-
buens. Varia quidem & omnis generis auxilia, ob
varietatem eorum qui beneficio iuuãtur, vnicui-
que tamen congruè iuxta neceſſitatis modũ, au-
xilia dimetitur. Eos qui in tenebris ignorantię de-
tinentur, illuminat: propterea lumen verum di-
citur. Iudicat iuxta operum dignitatem remetiẽs
præmium, ob id iudex iuſtus dicitur. Pater enim Ioan. 5.
neminem iudicat, ſed omne iudicium dedit filio.
Erigit è ruina, qui è ſublimitate vitæ ad pecca-
tum delapſi ſunt. Ob id vocatur reſurrectio. Om- Ioan. 11.
nia autem facit, contactu virtutis, ac voluntate
bonitatis operans: Paſcit, illuminat, alit, dedu-
cit, medetur, erigit. Quæ non ſunt, ea facit vt
ſint, condita conſeruat. Hoc modo bona ex deo
per filium ad nos perueniunt, maiore celeritate
in ſingulis operantem, quàm vllus ſermo pro- D
ferri valeat. Neque enim fulgura, neque lucis per
aërem tam velox diſcurſus eſt, non oculorum ce-
leres ictus, non ipſius intellectus noſtri motus:
ſed horum quodque magis vincitur diuinæ ope-
rationis celeritate, quàm animãtia quæ ſunt apud
nos maximè ſegnia, non dicam volatilium, ne-
que ventorum, neque cœleſtium orbium impe-
tu, ſed ipſius mentis noſtræ motu ſuperantur.
Nam quo tandem temporis ſpatio egeat: qui gu-
bernat omnia verbo veritatis ſuæ, quiq; nec cor-
poraliter operatur, neque manuum opera ad fa-
bricandum opus habet, ſed eorum quæ fiunt na-
turam habet inuiolabili potentiæ obſequentem.
Sicuti Iudith, Cogitaſti, inquit, & præſto ſunt tibi Capite. 9.
omnia quæ cogitaſti. Attamen ne fortè ex ma-
gnitudine eorum quæ fiunt, rapiamur in imagi-
nationem, vt putemus dominum nullam habere
originem, quid ait is, qui per ſe vita eſt? Ego viuo
propter patrem. Et, dei virtus, Non poteſt, inquit, Ioan. 6.
filius à ſe facere quicquã. Rurſus, is qui ex ſe per-
fecta eſt ſapiẽtia: Mandatum, inquit, accepi, quid E Ioan. 14.
dicam, & quid loquar: per hæc omnia ducens nos
ad patris cognitionem, & admirationem eorum
quæ gerebat, ad illum referens, vt per ipſum co-
gnoſcamus patrem. Neque enim ex operum dif-
ferentia pater intelligitur propriam ac ſeparatã
à filio operationem oſtendere: quæcunque enim
viderit patrem facientem, hæc & ſimiliter filius
facit: ſed ex gloria quam vnigenitus defert patri,
miraculum operum colligitur, dum præter operũ
magnitudinem, de ipſo etiam autore operum glo
riatur, & exaltatur ab iis qui agnoſcunt eum pa-
trem domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem om-
nia, & propter quem omnia. Ideo dicit dominus: Ioan. 17.
Omnia mea tua ſunt, tanquam ad ipſum origo re-
rum conditarum referenda ſit: & tua mea, quod
ipſi à patre condendi autoritas prouenit: non
quòd pater ad operandum filij auxilio ſit vſus,
neque quòd ipſi particularibus mandatis vniuſ-
cuiuſque operis miniſterium commiſſum ſit: nam
iſtud quidem ſeruile eſt, & à diuina dignitate im- F
mẽſo remotum interuallo: ſed quòd verbum ple-
num paternis bonis à patre reſplendens, omnia
facit ad ſimilitudinem eius qui ipſum genuit. Nã
ſi iuxta eſſentiam nihil differt à patre, nec poten-
tia à patre differt. Porrò quorum æqualis eſt po-
tentia, horum æqualis eſt & operatio. Chriſtus 1. Cor. 1.
ſiquidem dei virtus eſt, & dei ſapientia. Et ſic om-
nia per ipſum facta ſunt, omniaque per ipſum
condita ſunt, non quod inſtrumentali quodam ac
ſeruili miniſterio fungatur: ſed quòd tanquam
conditor paternam implet voluntatem. Itaque
quum ait, Ego ex me ipſo loquutus non ſum. Ioan. 14.

dit, quo fruuntur quæcunque de illo participant, non quantum ipſa ſua natura poſſunt capere, ſed quantum poteſt ille. Porro conſortium cum ſpiritu non conſtat loci propinquitate: nam qui fiat, vt ad incorporeum corporaliter accedas? ſed à cupiditatibus receſſu, quæ poſt acceſſerunt animæ propter amicitiam erga carnem, & à dei cõſortio alienarunt. Itaque purgata à probro quòd eã per malitiam contaminarat, & ad natiuam pulchritudinem reuerſa, ac velut imagine regia veterẽ formam puritate reddens, hoc vno demũ modo poteſt ad paracletũ appropinquare: ille porrò, veluti
A ſol, purum nactus oculum oſtẽdet tibi in ſeipſo imaginem illius qui videri non poteſt. In beata autem huius imaginis contẽplatione, videbis ineffabilem archetypi pulchritudinem, per hũc corda ſuſtolluntur in altũ, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis qui à tumultu cupiditatũ purgati ſunt illuceſcens, per cõmunionem quam cũ ipſo habent, ſpirituales reddit. Et quemadmodum corpora illuſtria perlucidaque, cõtacta radio ſolis, fiunt & ipſa ſupra modũ ſplẽdida, & alium fulgorem ex ſeſe profundunt: ſic & animæ ſpiritu afflatæ, ac ſpiritu illuſtratę, fiunt & ipſę ſpirituales, & in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præſcientia, arcanorum intelligẽtia, occultorum comprehenſio, donorum diſtributiones, cœleſtis conuerſatio, cũ angelis chorea: hinc gaudium nunquam finiẽdum, hinc in deo perſeuerantia, hinc ſimilitudo cum deo, & quo nihil ſublimius experi poteſt, hinc eſt vt deus fias. Cõmunes igitur noſtræ ſententiæ de ſancto ſpiritu,
B quas de magnitudine dignitateque illius, deque operationibus, ab ipſis ſpiritus eloquiis ſentire didicimus, vt è multis paucas attulerimus, ſic habẽt. Nunc ad contradicendi cupidos veniendum eſt, conabimurque illorum obiectiones refellere, quas è falſi nominis ſcientia nobis proponũt.

ADVERSVS EOS QVI DIcunt non oportere patri & filio adiungere ſpiritum ſanctum.

CAPVT. X.

NON oportet, inquiunt, patri & filio adiũgere ſpiritum ſanctum: partim eo *Act. 4.* quòd ſit alienæ naturæ, partim quod *Mar. 16.* dignitate ſit inferior. Quibus æquum eſt, vt apoſtolorum verbis reſpondeamus: Deo oportet obedire magis quàm hominibus. Nam ſi dominus apertè in tradendo ſalutifero baptiſmate præcepit diſcipulis, vt baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: haud dedignatus cum illo conſortium: contrà iſti dicunt, non oportere ſpiritum patri filioque coniungere: an non dei præcepto palàm aduerſantur?
C Etenim ſi dicant huiuſmodi coniunctionem non declarare vllam communionem, aut conſortium, proferant, quid igitur hoc exiſtimandum eſt, aut quam aliam adſerunt magis peculiarem cõſortij rationem. Alioqui ſi dominus ſibi & patri nõ adiunxit ſpiritum in baptiſmo, ne nobis vitio vertant quod eos coniungimus. Nihil enim nos ab illo præſcripto diuerſum neque ſentimus neque loquimur. Quòd ſi illic coniunctus eſt patri & filio ſpiritus, nec quiſquam eſt adeò impudens, vt quicquam aliud dicat, nec ſic quidẽ nos in ius vocent, ſi ſcripturas ſequimur. Sed apparatus belli aduerſus nos inſtructus eſt, omniſque cogitatio in acie cõſtitit, & linguæ maledicorum hic multo vehementius iaculantur, quàm Iudæi, qui Chriſtum occiderant, olim lapidibus impetierũt Stephanum. Verum illud ne lateat iſtos, nos quidem eſſe belli occaſionem, cæterum negotium reuera ad excelſum ſpectare: Itaque in nos quidem machinas & inſidias inſtruunt, ſeque mutuo exhortantur ad ferendas ſuppetias, vt quiſque peritia
aut robore valet: cæterum id quod oppugnatur, D
fides eſt, iſque ſcopus communis eſt omnibus, vt ſoliditatem fidei in Chriſtum labefactent, apoſtolicam traditionem ſolo æquatam abolendo. Eapropter ſicuti ſolentæris alieni debitores qui ſanè cordati ſunt, probationes è ſcriptura clamore exigunt: patrum teſtimonia, quæ ſcripto prodita non ſunt, veluti nullius momenti reiiciunt. At non deſeremus veritatem, neque per ignauiã ab illis ferendis auxiliis deſiſtemus. Etenim ſi dominus nobis vt neceſſarium ac ſalutare dogma tradidit, ſpiritum cum patre coniungendum eſſe, his autem ſecus videtur, ſed diuidere ac diſtrahere volunt ſpiritum, & ad ſeruilem naturam detrudere, an non verum eſt, apud illos blaſphemiã ipſorum plus habere põderis, quàm domini præſcriptum? Agedum igitur omni contentione depoſita, ita denuò de his quæ ſunt in manibus conſideremus. Chriſtiani vnde nos? Vtique per fidem, dicet quilibet. Seruamur autem, quo modo?
Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur E
in baptiſmo. Nam vnde alioqui? Et poſtea quum ſciamus hanc ſalutem per patrem & filium & ſpiritum ſanctum certò promitti, num doctrinæ formam quam accepimus abiiciemus? Id profectò multis dignum ſuſpiriis fuerit, ſi comperiamur nunc longius abeſſe à ſalute noſtra, quàm tum quum credidimus. Etenim ſi quod tunc recepimus, nunc abnegamus, non minus damni fuerit, quàm ſi quis expers baptiſmatis decedat: aut ſi in vno quopiam eorum quæ à Chriſto tradita ſunt deficiens, baptiſmum accipiat: & profeſſione quam in prima inſtitutione depoſuimus, quũ liberati à ſimulachris acceſſimus ad deũ viuum, qui nos in omni tempore, perque vitam omnem ſua vi conſeruat, tanquam tuta cuſtodia cinctus, ſeipſum alienum reddat à promiſsis dei, ſuo ipſius chirographo repugnans, quod in profeſsione fidei depoſuit. Nam ſi vitæ initium eſt baptiſmus, ſique dierum omnium primus eſt dies regenerationis, perſpicuum eſt & vocem illam omnium pretioſiſsimam eſſe mihi, quæ in adoptionis gratia prolata eſt. Itáne traditionem quæ me perduxit ad lucem ac dei cognitionem largita eſt, per quam factus ſum filius dei, qui paulo antè pro-
pter peccatũ eram hoſtis, deſeram ſeductus iſto- F
rum probabilibus ſermonibus? Quin potius illud mihi precor, vt cum hac profeſsione contingat hinc decedere ad dominum. Et ipſos hortor, vt inuiolatam ſeruent fidem vſque ad diem Chriſti, & indiuulſum à patre & filio cuſtodiant ſpiritum ſanctum, quam doctrinam in baptiſmate receperunt, & in profeſsione fidei atque in perſolutione plenæ gloriæ perſeuerent.

PRAEVA-

PRAEVARICATORES, QVI *negant ſpiritum.*

CAPVT. XI.

CVI væ? Cui afflictio, cui anguſtia ac tenebræ, cui ſempiterna condẽnatio? Nonne præuaricatoribus? Nõne iis qui fidem abnegarunt? Sed
A vnde probantur abnegaſſe? Nonne hinc, quod ſuam ipſi profeſsionem irritam fecerunt? Quid autem profeſsi ſunt, aut quando? Profeſsi ſunt ſe credere in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum, quum renunciantes diabolo & angelis eius ſaluriferam illam vocẽ ædiderunt. Quod igitur iſtis dignum vocabulum repertum eſt à filiis lucis? Nonne perfugæ ac præuaricatores appellãtur, vt qui ſua ſalutifera pacta violarint. Quo igitur nomine vocem eũ qui deum abnegauit, eum qui Chriſtũ abnegauit? Quonam alio, quàm præuaricatoris ac deſertoris? At ei qui negauit ſpiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem? quippe qui pactum cũ deo initum violarit? Ergo quum profeſsio fidei in deũ, pietatis beatitudinem nobis cõciliet, contrà abnegatio, crimini abnegati dei faciat obnoxios, an nõ horrendũ eſt hanc profeſsionem nunc irritam facere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, ſed ſolis ſophiſmatibus ſeductionibúſque iſtorũ qui ſpiritui rebelles ſunt, impulſos? Teſtificor omni homini
B Chriſtum profitenti, ſed & eũ neganti quod Chri- Galat. 5.
ſtus nihil illi proderit, nec ei qui deũ quidem inuocat, ſed Chriſtum ſpernit, quòd inanis eſt fides illius. Similiter ei qui ſpiritum reiicit, teſtificor quòd fides eius qua profitetur patrem & filium, inanis erit, quam nec habere poteſt, niſi ſimul adſit ſpiritus. Non enim credit in filiũ, qui non credit ſpiritui ſancto: non credit in patrem, qui non credit filio. Nec enim poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Et, Deũ nemo vidit vnquam, ſed vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe nobis enarrauit. Inſuper talis expers eſt veræ adorationis. Neque enim fieri poteſt, vt quis filium adoret niſi in ſpiritu ſancto, aut vt patrem inuocet, niſi in adoptionis ſpiritu.

Ioannis. 1. 1. Cor. 12.

ADVERSVS EOS QVI *dicunt ſufficere baptiſma tantum in nomine filij.*

CAPVT XII.

NEMINEM vero debet offendere illud Apoſtoli, quòd nomen patris, & ſpiritus ſan-
C cti mẽtionem, in baptiſmatis cõmemoratione frequẽter omittit: neq; ideo putet harũ vocum vſum eſſe indifferentem. Quicunq; inquit, in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, in mortem illius baptizati eſtis. Siquidẽ Chriſti appellatio, totius deitatis eſt profeſsio: quippe quæ ſimul declarat & deũ qui vnxit, & filium qui vnctus eſt, & ſpiritum ſanctũ qui eſt vnctio: quemadmodum à Petro in Actis didicimus, Ieſum Nazarenũ, quem vnxit deus ſpiritu ſancto. Item in Eſaia, Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me. Et pſalmicus ille cãtor, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, vltra participes tuos. Videtur attamen interdũ & ſpiritus tantum in baptiſmate feciſſe mẽtionem Apoſtolus, Omnes, enim inquit, in vno corpore, & in vno ſpiritu baptizati ſumus. His & illud cõſonat, Vos baptizabimini in ſpiritu D ſancto. Rurſum, Et ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto. At non ideo quis dixerit perfectũ eſſe baptiſma, in quo ſolũ ſpiritus nomen inuocatũ eſt. Oportet enim inuiolabilem manere traditionẽ, quæ in viuifica gratia data eſt: eo quòd qui liberauit de corruptione vitam noſtrã, poteſtatẽ nobis renouationis dedit: quæ poteſtas cauſſam habet ineffabilem, & in myſterio reconditam, ſed magnam animabus ſalutem cõferentem, vt quicquã addere aut detrahere, planè ſit ab æterna vita excidere. Proinde, ſi in baptiſmo ſeparare ſpiritum à patre & filio, vt periculoſum eſt baptizanti, ita baptiſmum accipiẽti inutile, quomodo nobis tutum fuerit, à patre & filio diſtrahere ſpiritum? Fides, ac baptiſma, duo ſunt modi parandæ ſalutis, inter ſe cognati & inſeparabiles. Nam fides perficitur per baptiſmum, baptiſmus verò fundamẽto fidei nititur, & vtraque res per has voces impletur. Sicut enim credimus in patrem & filiũ & ſpiritum ſanctum, ſic & baptizamur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Ac præcedit quidem profeſsio ad ſalutem perducens, ſequitur autem baptiſma conſignans pactum noſtrum. E

Gala. 3. Roma. 6.

Cap 4. Cap. 61. Pſal. 44.

1. Cor. 12. Act. 1.

QVARE APVD PAVLVM *angeli ſimul cum patre & filio adiunguntur*

CAPVT XIII.

AT alia inquiunt, quæ ſimul patri & filio annumerantur, non ideo per omnia ſimul cum illis glorificãtur. Veluti quum Apoſtolus obteſtans Timotheum angelos ſimul adducit, dicens, Obteſtor te in conſpectu dei, & Chriſti Ieſu, & electorum eius angelorum: quos tamen nos ſeparamus à reliquis creaturis, neq; ſuſtinemus eos patri & filio annumerare. Ego verò tametſi hic ſermo nulla dignus eſt confutatione, tã manifeſtam præferens abſurditatem: tamen illud dico, quod conſeruum etiam teſtem aliquis adducere poſsit apud manſuetum ac placabilem iudicem, quique maximè per æquitatem erga reos iuſtè iudicandi irrefutabilem rectitudinem declararit. Cæterum vt aliquis fiat liber è ſeruo, atque vocetur filius dei, & à morte reuocetur ad vitam, à nullo alio poteſt dari, niſi ab eo qui cum deo F naturalem habet ſocietatem, & à ſeruili conditione ſit alienus. Quomodo autem ſociabit nos deo, qui ipſe eſt alienus? Quomodo liberos reddet nos, qui ipſe eſt iugo ſeruitutis obnoxius? Itaque non ob eadem fit ſpiritus & angelorum mentio, ſed ſpiritus commemoratur tanquam autor ac dominus vitæ: angeli verò tanquam conſeruorũ adiutores, fideléſque veritatis teſtes adhibentur. Siquidem mos eſt ſanctis, dei præcepta teſtibus adhibitis

1. Tim. 5.

adhibitis tradere. Sicut hic ipſe Timotheo loquēs in hunc modum, Quæ accepiſti à me coram mul- 1.Tim.1. tis teſtibus, ea depone apud fideles homines. Et nunc angelos atteſtatur, ſciens quòd angeli pariter adfuturi ſunt iudici, quum venerit in gloria patris, vt iudicet orbem terrarū in iuſticia. Quiſquis enim, inquit, confitebitur me coram hominibus, Math 10 & filius hominis confitebitur eum coram angelis 2.Tim.1. eius. Qui verò abnegauerit me coram hominibus, abnegabitur in conſpectu angelorum dei. Et Paulus alibi dicit, In reuelatione domini Ieſu de cœlis, cum angelis. Hanc ob cauſſam conteſtatur A angelos, firmas ſibi præparans probationes ad magnum illud tribunal. Neque hic modò, verum etiam ſimpliciter omnes, quibus aliquod verbi miniſterium commiſſum eſt, nullo vnquam tempore ceſſant teſtari: non angelos tantum, verum etiam cœlum & terram inclamant, vt intra quorum ambitum omnia gerantur, quique in examinatione in hac vita geſtorum ſint ſimul cum iudicādis futuri. Aduocauit, inquit, cœlum ſurſum, & terram ad diiudicādum populum ſuum. Vnde & Moſes traditurus populo eloquia dei, Teſtor, inquit, hodie cœlum & terram. Et rurſus in Cantico, Attēde cœlū & loqnar, & audiat terra verba ex ore meo. Item Eſaias, Audi cœlum, & auri- Cap.1. bus percipe terra. Hieremias autem etiam admi- Cap.2. rationem ac ſtuporē cœlo tribuit, ob audita impia populi facta: Obſtupuit cœlum ſuper hoc, & exhorruit amplius terra vehementer, dicit dominus, quoniam duo mala fecit populus meus. Apoſtolus itaque ſciēs angelos hominibus datos ceu pædagogos quoſpiam ac morum gubernatores, B vocauit illos in teſtimonium. At Ieſus Naue etiā lapidem teſtem ſermonū ſtatuit. Iam verò & collis alibi teſtis appellatur à Iacob, Erit, inquit, lapis hic hodie in teſtimonium vobis in extremis diebus quum mētiti fueritis domino veſtro, fortaſſe credēs virtute diuina & lapides vocem emiſſuros in redargutionem trāſgreſſorum. Sin minus, certe illud fore, vt omnium conſcientia ſtimulo recordationis perculſa vulneretur. Ad hunc igitur modum, ij quibus commiſſa fuit animarū gubernatio, teſtes quicunque quandocunque fuerint præparant, vt in poſterum citari poſsint. Sed ſpiritus non ad vſum occaſionis, ſed per naturæ communionem deo coniunctus eſt, haud ille quidem pertractus à nobis, ſed à domino adiunctus.

OBIECTIO, QVOD IN Moſen nonnulli baptizati ſunt, & in illum crediderunt, & huius dilutio, in quibus & de typis.

C

CAPVT XIIII.

VERVM, inquiunt tametſi baptizamur in ſpiritu, non inde par eſt vt ſpiritus deo copuletur, quādo in Moſen 1.Cor.10. noonulli baptizati ſunt & in nube & in mari. Similiter in confeſſo eſt & fidem rum temporis in homines Exod.14. perueniſſe. Credidit enim populus Deo, & Moſi famulo eius. Quid igitur, inquiunt, ex fide ac baptiſmo ſpiritū ſanctū vſqueadeò attollis ac magnificas ſupra reliquam creaturā? quum eadē iam & in hominibus fuiſſe ſcripturarum teſtimoniis demonſtratū ſit? Quid dicemus? Nimirum illud, quod in ſpiritū quidem ſanctū, vt credimus, æquè atq; in patrem & filium, ſimiliter & baptizamur. Fides autem quæ erat in Moſen, & in nube, velut vmbra fuit & figura. Neque vero quoniam diuina rebus humilibus & humanis præfigurata ſunt, protinus & diuinorum humilis eſt natura, quam figurarū adumbratio frequenter innuit. Eſt enim figura rerum expectandarum declaratio, per imitationem ob oculos ponēs, ac rectè præmōſtrans quod futurum eſt. Velut Adam figura erat futuri, D & Chriſtus figuratè dictus eſt lapis, & aqua promanans è petra, figura erat viuificæ potentiæ ver- Ioan.6. bi. Si quis, inquit, ſitit, veniat ad me, & bibat. Et manna typus erat viui panis, qui de cœlo deſcendit. Et ſerpens pro ſigno poſitus, typus erat ſalutiferæ paſsionis per crucē conſommatæ, eoque qui reſpexerūt ad illum ſeruati ſunt. Similiter & quæ de eductis Iſraëlitis ſcribuntur, ad ſignificationē eorum qui baptiſmo ſalui fiunt, narrata ſunt. Seruabantur enim Iſraëlitarum primogenita, quemadmodum & baptizatorum corpora, quum gratia datur iis qui ſanguine ſignati fuerint. Sanguis enim pecudis, figura eſt ſanguinis Chriſti. Primogenita vèrò typus eſt hominis, qui primus conditus eſt; qui quoniam neceſſariò in nobis eſt, dum perpetuo tenore ſucceſsionis vſq; ad finem propagatur, ideo in Adā omnes morimur, & regnauit mors ab Adam vſque ad legis conſummationem, & Chriſti aduentum. Porrò primogenita à deo præterita ſunt, ne ea tangeret angelus extinctor, vt oſtenderetur, nos iam non amplius mori E in Adam, qui in Chriſto viuificati ſumus. Cæterū, mare & nebula ad præſens quidem tempus, induxit ad fidem admirationis, ad futurum autem tanquam typus venturam gratiam præſignauit. Quis ſapiens & intelliget hæc? Quomodo mare baptiſmi typum gerens, ſeparat à Pharaone, ſic & lauacrū hoc à diabolica tyrannide. Illud quidē occidit hoſtem in ſeſe, moritur & hic inimicitia quæ nobis fuit cū deo. Ab illo populus exiit illęſus. Aſcēdimus & nos ab aquis tanquā ex mortuis viui, ſeruati per gratiam eius qui vocauit nos. At vmbra quam fecit nubes, figura eſt doni proficiſcentis à ſpiritu ſancto, quæ flammam cupiditatū mortificando, membra nos refrigerat. Quid igitur? num quia per figuram in Moſe baptizati ſumus, ideo protinus exigua eſt gratia baptiſmatis? Ad iſtam rationē nec aliud quicquam in noſtris ſacramentis fuerit magnum, ſi quod in ſingulis magnificū eſt, cū figuris conferamus. Ac ne dei quidem erga homines charitas quicquam erit magni aut exi- F mij, qui filium vnigenitum dedit pro peccatis noſtris: quandoquidem & Abraham filio ſuo non pepercit. Nec Chriſti mors erit glorioſa, quod aries loco Iſaac victimæ figuram expleuit. Neque deſcenſus ad inferos erit horribilis, quòd Ionas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram prius expleuit. Idem ergo facit & de baptiſmate, qui veritatem vmbræ comparans, cumque figuris conferens ea quæ figuris ſignificantur, vniuerſam pariter euangelicam deſpenſationem eleuare aggreditur. Nam quæ peccatorum remiſsio, quæ vitæ renouatio in mari, quod donum

ſpirituale

ſpirituale datum eſt per Moſen? Quæ illic peccati mortificatio? Non illi Chriſto commortui ſunt, eóque nec cum illo reſuſcitati ſunt. Non portabant imaginem illius cœleſtis, non mortificationem in corpore circũferebant, non exuerant veterem hominem cum factis ſuis, non induerant nouum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem illius qui condidit. Quid igitur cõfers lauacra cum lauacris, quæ ſolam nominis appellationem habent communem, rerum verò tanta eſt differentia, quanta eſt inter ſomnia & veritatem, inter vmbras imaginéſque, & inter ea quæ reuera ſunt. Quanquam & ipſa fides in Moſen, non modò declarat fidem quoque in ſpiritũ par-
A uæ eſſe dignitatis, ſed iuſta iſtorum ratiocinationem, omnia potius quæ de deo profitemur extenuat. Credidit, inquit, populus deo, & Moſi famu-
Exod.14. lo eius. Deo itaque copulatus eſt Moſes, non ſpiritui: eratque typus, nõ ſpiritus, ſed Chriſti. Tum enim is qui medius intercedit inter deum & homines, per Moſen præſignabatur in miniſterio legis. Neque enim ſpiritus figura fuit Moſes, qui inter deum & populum interceſſit. Data eſt enim lex diſpoſita per angelos, in manu ſequeſtri, videlicet Moſi, iuxta prouocationem populi dicentis,
Exod.22. Loquere tu nobis, & non loquatur nobis deus. Itaque fides quæ erat in Moſen ad Dominum refertur, qui ſequeſter eſt inter deum & homines,
Ioan.5. qui dixit, Si crederetis Moſi, crederetis vtique & mihi. An ideo parui momenti eſt, fides in Dominum, quæ per Moſen præſignata eſt? Non opinor. Conſimili ratione ſi quis in Moſe baptizatus eſt, nequaquam ob id eſt exigua ſpiritus gratia in ba-
B ptiſmate. Quanquam & alioqui poſſum dicere, conſuetudinem eſſe ſcripturæ, Moſi nomine etiã
Luc.16. ſignificare legem, velut illic: Habent Moſen & Prophetas. Itaque de legali baptiſmate loquens, Baptizati ſunt, inquit, in Moſe. Quur igitur gloriam noſtræ ſpei, ac diuitias dei, & ſeruatoris noſtri, qui gratis per regenerationem renouat velut aquilæ iuuentutem noſtram, contemptibilẽ reddere conamini, ex vmbris & figuris veritatem calumniantes? Profectò ſtulti, ac omnino infantilis animi eſt, puerique cui reuera lacte eſt opus, ignorate magnum illud myſteriũ noſtræ ſalutis: quod quemadmodum doctores facere ſolent in inſtituendis diſcipulis, ita nos in exercitatione pietatis dum ad perfectionem inducimur, primũ perceptu facilioribus, ac noſtro modulo congruentibus ad incomprehenſibilem ſciẽtiam paulatim introducti fuimus, deo qui noſtra gubernat, oculos noſtros velut in tenebris enutritos, paulatim
C ad magnũ illud lumen aſſueſaciendo ſubuehente. Dum enim parcit infirmitati noſtræ in profunda opulentia ſapientiæ ſuæ, inque imperſcrutabilibus iudiciis, placidam hanc nobíſque accommodam adhibuit inſtitutionem vt prius corporum vmbras intueremur, & in aquis ſolem cerneremus, conſueſaciens, ne protinus ſpectaculo puræ lucis offenſi, caligaremus. Ad conſimilem rationem tum lex vmbram habens futurorum, tum per Prophetas facta deliniatio, quæ eſt veritatis ænigma, exercitamenta excogitata ſunt, quibus oculi cordis noſtri præpararentur, vt ab his facilis nobis tranſitus eſſet ad reconditam in myſterio ſapiẽtiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longè maius fieret argumento principali. Quorſum igitur attinet his aliquid addere, in quibus abundè multæ ſunt obiectionum diſſolutiones. Alibi ſecus

CONFVTATIO EORVM QVI *obiiciunt quod in aqua baptizati ſumus, in quo & baptiſmi declaratio.*

CAPVT XV.

ETIAM in aqua baptizamur, at nequaquam ob id aquã vniuerſę creaturæ præ-
ferimus, aut ei patris filiiq; D
honorem communicamus. Atque illorum quidem verba talia ſunt, qualia eſſent hominum ira commotorũ, qui ob rationem affectu obſcuratam, à nullo rem perant, quod ad vlciſcendum eum à quo offenſi ſunt, faciat. Nos tamen haud grauabimur etiam de his diſſerere. Aut enim ignorantes docebimus aut perperam obſiſtentibus non concedemus. Sed re paulò altius repetita dicemus: Dei ac ſeruatoris noſtri circa hominem diſpenſatio, reuocatio eſt a prolapſu, reditúſque ad dei contuberniũ ab alienatione quam induxit inobedientia. Hanc ob cauſam fuit aduentus Chriſti in carne, euangelicæ conuerſationis prodita forma, afflictiones, crux, ſepultura, reſurrectio, vt homo qui ſaluus fit per imitationem Chriſti, veterem illam adoptionem qua in ius filiorum aſcitus fuerat, recipiat.
Itaque neceſſarium eſt ad vitę perfectionẽ Chri- E
ſtum imitari, non ſolum exemplis, quæ in vita demonſtrauit, lenitatis, modeſtiæ, ac patientiæ, verum etiam mortis illius, ſicut Paulus ait, Chriſti imitator: conformor morti eius, ſi quo modo per ueniam ad reſurrectionem è mortuis. Quomodo
igitur fit, vt ſimus in ſimilitudine mortis eius? Cõ Rom.6.
ſepulti cum illo per baptiſma. Quis igitur eſt modus ſepulturæ, aut quis ex imitatione fructus? Primum oportet vitæ prioris ſeriem interrumpere. Id autem nemo poteſt facere, niſi natus deſuper, iuxta Domini vocẽ. Siquidem regeneratio, quod ipſum etiam nomen declarat, alterius vitæ initiũ eſt. Vnde eum qui alteram vitam incepturus eſt, oportet ſuperiori vitæ finem imponere. Quemadmodum enim in his qui poſteaquàm ad ſtadij finem peruenerunt, ſeſe reflectunt, & priuſquam in contrarium moueantur, conſiſtunt pauliſper, ac requiem aliquam interponunt: ſic & in muta-
tione vitæ videbatur neceſſarium, vt mors inter F
priorem & poſteriorem vitam intercederet, quæ & præcedentem finiat, & initium det ſequuturæ. Quomodo igitur aſſequimur deſcenſum ad inferos? Chriſti ſepulturam imitãtes per baptiſmum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodo aquis inſepeliuntur. Proin depoſitionem operum carnis figuratè ſignificat baptiſmus, iuxta Apoſtolum dicentem. Circuncisi eſtis circunci-
ſione non facta manu, per expoliationem corpo- Coloſ.2.
ris carnis, in circuncisione Chriſti, ſepulti cum illo in baptiſmo, qui quodam modo repurgat animam, à carnalis affectus immundicia ipſi adnata,
iuxta id quod ſcriptum eſt, Lauabis me & ſuper Pſal.50.
niuem

niuem dealbabor. Eoque non Iudæorum more
in quibuſlibet inquinamentis abluimur, ſed vnū
nouimus ſalutiferum baptiſma: quandoquidem
vna eſt pro mundo mors, & vna ex mortuis re-
ſurrectio, qnarum figura eſt baptiſma. Quapro-
pter, qui nobis vitam diſpenſat Dominus baptiſ-
matis pactum oobis ſtatuit, mortis ac vitæ typum
habens: mortis quidem imaginem implēte aqua,
ſpiritu verò vitæ arram præbente. Hioc itaque no
A bis perſpicuum eſt factū quod quærebatur, quā-
obrem aqua coniuncta ſit ſpiritui. Quum enim
duo ſcopi propoſiti ſint in baptiſmo, videlicet vt
aboleat corpus peccati, ne poſtea fructificet mor
tem, tum vt viuat ſpiritn, & fructum habeat in
ſanctificatione: aqua mortis exhibet imaginem,
corpus velut in ſepulchro recipiens, ſpiritus verò
vim viuificam immittit, à morte peccati renouās
animas noſtras in nouam vitam. Hoc igitur eſt
deſuper naſci ex aqua & ſpiritu, quaſi mortifica-
tio perficiatur in aqua, vitam verò noſtram ope-
retur ſpiritus. Tribus igitur demerſionibus, ac to-
tidem inuocationibus, magnum bapriſmatis my-
ſterium peragitur, vt & mortis figura adumbre-
tur, & per traditionem diuinæ cogitationis ani-
mus repurgetur eorum qui baptizantur. Itaque
ſi qua eſt gratia in aqua, non eſt ex ipſius aquæ na-
tura, ſed ex ſpiritus præſentia. Non enim eſt ba-
ptiſmus depoſitio ſordium corporis, ſed conſcien
tiæ bonæ interrogatio apud deum. Itaque Domi-
nus ad vitam ex reſurrectione nos præparaus, to-
tam euangelicam conuerſationem proponit, vt
non iraſcamur, vt malorum tolerantes ſimus, &
B à voluptatū amore puri, vt à ſtudio pecuniæ mo-
res ſint liberi, præſcribens, vtque quæ illud ſe-
culum iuxta naturam poſſedit, hæc nos occupan-
tes corrigamus. Proinde ſi quis definiens dicat
Euangelium eſſe formam vitæ, quæ eſt ex reſur-
rectione, mihi nequaquā videretur à vero aber-
Remittitur hinc. rare. Ad ſcopum igitur reuertamur: per ſpiritum
ſaoctum datur in paradiſum reſtitutio, in regnum
cœlorum reditus, in adoprionem filiorum reuer-
ſio: datur fiducia denm appellandi patrem ſuum,
conſortem fieri gratiæ Chriſti, filium lucis appel-
lari, æternæ gloriæ participem eſſe, & vt ſemel
omnia dicam, eſſe in omni benedictionis pleni-
tudine, tum in præſenri boc ſeculo, tum in futuro
nobis repoſitorum bonorum, quibus interim per
fidem fruimur, perinde quaſi adſint, gratiam ve-
lut in ſpeculo contemplantes. Nam ſi talis eſt ar-
rabo, quale eſt illud quod perfectum eſt? Et ſi ta-
les ſunr primitiæ, quæ erit verbi conſummatio?
Ioſuper & illinc cognoſcitur, quàm excellens ſit
gratia quæ à ſpiritu cōfertur in baptiſmate, quòd
Math. 3. Ioannes quidem baptizauit aqua, Dominus au-
tem meus Ieſus Chriſtus in ſpiritu ſancto. Ego,
inquit, baptizo vos per aquam ad pœnitentiam:
C qui autem poſt me venit, potentior me eſt, cuius
non ſum digous vt geſtem calceameota: ipſe vos
baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Ignis baptiſ-
mum probationem quæ fiet in iudicio, ſentieos:
1. Cor. 3. quemadmodum ait Apoſtolus, Vniuſcuiuſque o-
pus quale ſit, ignis probabit. Et rurſum, Dies enim
declarabit, quod in igni patefit. Iam vero ſunt nō-
nulli, qui in certaminibus pro pietate, reuera non
imitatione Chriſti mortem perpeſſi, nihil huiuſ-
modi ſacramentis quæ ſunt in aqua opus habue-
runt ad ſalutem, nimirum in proprio baptizati
ſanguine. Neque hæc ita loquor, quod aquæ ba-
ptiſma ſpernam, ſed vt iſtorum rationes deiiciā,
qui aduerſus ſpiritum eriguntur, quique commi-
ſcent mixturam non recipientia, & ſimilia faciūt,
quæ comparationem reſpuunt. Ad id igitur quod
inſtitutum eſt redeamus. *Reditus.*

QVOD IN OMNI SENSV ſpiritus ſanctus inſeparabilis eſt à patre & filio, ſiue in creatione intelligibilium creaturarum, ſiue in humana diſpenſatione, ſiue in iudicio quod expectatur. D

CAPVT XVI.

QVon in omnibus ſpiri-
tus ſanctus inſeparabilis,
& prorſus indiſtractus ſit
à patre & filio, Paulus *1. Cor. 12.*
Corinthiis ſcribens decla
rat, eo in loco quo tractat
de dono linguarū: Si om-
oes, inquit, propheteris,
grediatur autē infidelis,
aut idiota, arguitur ab omnibus, iudicatur ab om-
nibus, & occulta cordis eius maniſeſta fiunt, atq;
ita procidens in faciem, adorat deum, renuntians
quod deus ſit vere in vobis. Itaque ſi ex propho-
ria, quæ iuxta diſtributionem donorum ſpiritus
operatur, agnoſcitur deus in prophetis eſſe, con-
ſultent iſti, quem locum tribuant ſpiritui ſancto.
Vtrum æquius ſit illum cum deo iungere, an ad
creaturarum ordinem extrudere. Præterea ex his E *Act. 5.*
quæ Petrus dixit Sappbiræ. Quid eſt quod cōue-
nit inter vos, tentare ſpiritum ſanctum, non men-
titi eſtis bominibus, ſed deo; declarat quæ peccan
tur in ſpiritum ſanctum, eadem peccari in deum.
Hoc autem pacto diſcere poteris, ſpiritum ſanctū
in omni operatione coniunctum & inſeparabi-
lem eſſe à patre & filio. Siquidem quum deus ef-
ficiat varias operationum diſtributiones, ac do-
mious eas diſtributiones adminiſtret, ſimul adeſt
ſpiritus ſanctus, partitionem donorum pro cuiuſ-
que dignitate proprio arbitrio diſpenſans. Diui-
ſiones, inquit, donorum ſunt, vnus autē ſpiritus.
Et diuiſiones adminiſtrationum ſunt, vnus autem
dominus. Et diuiſiones operaiionum ſunt, vnus
autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Hęc *1. Cor. 12.*
autem, inquit, omnia operatur vnus & idem ſpi-
ritus, diuidens ſeorſim coique, prout vult. Atta-
men non quoniam Apoſtolus primo loco memi-
nit ſpiritus, ſecundo filij, tertio dei & patris, pro-
tinus oportet ſuſpicari totum omnino ordinem
inuerſum eſſe. A noſtra ſiquidem cōditione ſum-
pſerat exordium, eo quòd nobis qui dona accepi-
mus, primum occurrit is qui diſtribuit: mox co-
gitamus eum qui miſit, poſtremò cogitationem F
ſubducimus ad fontem autoremque bonorum.
Iam etiam ex rebus initio cōditis diſcas licet, ſpi-
ritus cum patre & filio cōmunionem. Nam me-
ræ, & intelligibiles, & vltramūdanæ virtutes, ſan-
ctæ tum ſunt, tum nominantur, ex gratia per ſpi-
ritum infuſa ſanctimoniam nactæ. Eoque præter-
miſſa eſt mentio quomodo cœleſtes virtutes con
ditæ fuerint: ſed de ſenſibilibus tantum creatorē
nobis aperuit is, qui conditi orbis cōſcripſit hiſto-

 riam.

riam. Tu vero qui facultatem habes ex viſibilibus inuiſibilium rationem deprehendere, glorifica conditorem in quo condita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue virtutes, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue aliæ quæpiam naturæ rationales quæ nominari non poſſunt. In hotū autem creatione cogita mihi principalem cauſam eorum quæ fiunt, patrem, dein conditricem, filium, perfectricem, ſpiritum ſanctum: vt voluntate quidem patris ſint adminiſtratorij ſpiritus, filij vero operatione perducantur vt ſint, ſpiritus autem aduentu perfician- [A] tur. Porrò angelorum perfectio eſt ſanctificatio, & in hac perſeuerantia. Ac nemo me credat, tres originales ſubſtantias ponere, aut filij operationem imperfectam eſſe. Principium enim eorum quæ ſunt, vnum eſt, per filium condens, per ſpiritum ſanctum perficiens. Ac nec pater qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem, neque filius inconſummatam creationem, niſi à ſpiritu perficiatur. Hoc pacto nec pater opus habebit filio, ſola voluntate creans, attamen vult & ſolet creare per filium. Neque filius egebit auxilio, iuxta patris ſimilitudinē operans, ſed & filius vult ſoletque per ſpiritum perficere. [Pſalm. 32.] Nam verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nec verbū eſt ſignificatiuus aëris ictus, per vocis inſtrumenta prolatus: nec ſpiritus oris halitus, è partibus reſpiratoriis efflatus: ſed verbum quod in principio fuit apud deum, deus eſt: & ſpiritus oris dei, ſpiritus eſt veritatis, qui à patre procedit. Itaque tria [B] intelligis, mādantem dominum, creans verbum, & confirmantem ſpiritum ſanctum. Quæ porrò alia poſsit eſſe confirmatio, quam in ſanctimonia perfectio, confirmationis verbo ſignificāre, conſtantiam, immutabilitatem, ac ſoliditatem in bonis. Sanctificatio vero non eſt abſque ſpiritu. Neque enim cœlorum virtutes ſuapte natura ſanctæ ſunt: nam ſi id eſſet, nulla re differrent à ſpiritu ſancto: ſed iuxta portionem qua ſe inuicem ſuperant, à ſpiritu habent ſanctificationis menſuram. Quemadmodum enim cauterium non ſine igni [Cau.] intelligitur, quum aliud ſit ſubiecta materia, aliud [Heb. 1.] ignis: itidem & in cœleſtibus virtutibus, ſubſtantia quidem earū, puta ſpiritus eſt aërius, aut ignis immaterialis, iuxta id quod ſcriptum eſt, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Ea propter & in loco ſunt, & fiunt viſibiles, dū iis qui digni ſunt apparent in ſpecie propriorum corporum. Attamen ſanctificatio quæ eſt extra ſubſtantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem ſpiritus. Cōſeruant autem dignitatem per perſeuerantiam in bono, habentes quidem in eligēdo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius qui verè bonus eſt, conſortio excidentes: vt ſi ſubtraxeris verbo ſpiritū, [C] perierint angelorum choreæ & ſanctificatio, ſublatæ ſint archangelorum præfecturæ vnà cū ſanctificationibus ac prophetiis, denique cōfuſa fuerint omnia. Conſequenter & nullis gubernata legibus, nullo digeſta ordine, nullis finibus circumſcripta fuerit illarum vita. Quomodo ergo dicent angeli, Gloria in excelſis deo: niſi à ſpiritu [Ibid.] accepta poteſtate? Nemo ſiquidem poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto, & nullus in ſpiritu dei loquens, dicit Ieſum anathema: quod ſanè dicerent impij & aduerſarij ſpiritus, quorum defectio comprobat quod dicimus, virtutes inuiſibiles eſſe ſui arbitrij, æquè ad virtutem atque ad vitium vertibiles, & ob id opus habentes auxilio ſpiritus. Ego vero ipſum Gabrielem haud alio modo arbitror prædicare futura, quàm præſcientia ſpiritus, eo quòd vnum de numero variorum donorum ſpiritus, ſit prophetia. Porrò qui myſteria viſionis viro deſideriorū iuſſus erat annuntiare, vnde nactus eſt ſapientiam, vt poſsit docere arcana, niſi per ſpiritum ſanctum, quum patefactio myſteriorum peculiariter ad ſpiritum [D] ſanctum pertineat, iuxta id quod ſcriptum eſt, Nobis reſerauit deus per ſpiritum. [1. Cor. 2.] Throni vero & dominationes, principatus & poteſtates, quomodo beatam illam vixiſſent vitam, niſi ſemper viderent vultum patris, qui in cœlis eſt? At viſio non eſt abſque ſpiritu. Quemadmodum enim ſi in nocte tollas lucernam è domo, ſupereſt vt nihil videant oculi, nihil operentur virtutes, nec agnoſcatur rerum dignitas, ſed per ignorantiam aurum perinde conculcetur ac ſi ferrum eſſet: ita in intelligibili gubernatione, impoſsibile eſt illam inſititiam manere vitam abſq; ſpiritu: nihilo profectò magis quam exercitus in recto ordine manere poteſt abſente duce, aut chorus in conſonantia, niſi adſit chori præfectus, qui temperet harmoniam. Qui poſſent dicere Seraphim, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus, niſi docti per ſpi- [Eſaie. 6.] ritum? quoties pium eſt hunc glorificationis hymnum canere. Siue igitur laudant deum omnes angeli eius, ſiue laudant eum omnes virtutes eius, [E] per ſpiritus inſtinctū fit, ſiue aſtant millies mille angeli, ſiue centies centum millia angelorum illi miniſtrantium, per virtutem ſpiritus, ſuum officium citra reprehenſionem perficiunt. Itaque tota illa ſupercœleſtis & ineffabilis harmonia, tum in culturis dei, tum in vltramundanarum virtutum inter ipſas conſonantia nequaquam ſeruari poſſet, niſi præſit ſpiritus. Ad eum quidem modum in creando adeſt ſpiritus ſanctus, iis quę non proficiendo perueniunt ad perfectionem, ſed ab ipſa protinus creatione perfecta ſunt in hoc vt perficiatur conſummeturque illorum ſubſtantia, ſimul conferens gratiam ſuam. Cæterum diſpoſitiones circa hominem quæ factæ ſunt à magno deo, & ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, iuxta bonitatem dei & patris, quis negabit per ſpiritus gratiam eſſe peractas? Siue velis priſca ſpectare, veluti patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datam, figuras, prophetias, fortiter in bellis geſta, miracula per ſanctos ædita: ſiue quæ circa Chriſti in carne aduentum diſpenſata ſunt: per ſpiritum geſta ſunt omnia. Primò enim adfuit ipſi carni dominicæ, dum illi factus eſt vnctio, & inſeparabiliter coniunctus, ſicut ſcriptum eſt. Su- [Matth. 3.] per quem videris ſpiritum deſcendentem & ma- [F] [Mar. 1.] nentem ſuper eum, hic eſt filius meus dilectus. [Act. 4.] Et, Ieſum à Nazareth quem vnxit deus ſpiritu [Matth. 4.] ſancto. Deinceps omnis actio præſente ſpiritu ſancto peragebatur. Hic aderat ſimul quum & à diabolo tentaretur. Sublatus eſt, inquit, Ieſus à ſpiritu in deſertum vt tentaretur. Tum ædenti miracula ſimul aderat, Si enim, inquit, in ſpiritu eiicio dæmonia. [Matt. 12.] Nec deſeruit excitatum à mortuis.

tuis. Dominus enim qui renouabat hominem, eique reddebat gratiam quam ex afflatu dei acceptam amiſerat, inſpirauit in faciem diſcipulorum, Ioan. 20. quibus ait, Accipite ſpiritum ſanctum, ſi quorum peccata remiſeritis remittuntur: & ſi quorum retinueritis, retenta ſunt. Iam vero eccleſiæ ordo, & gubernatio, nonne palàm & irrefutabiliter per ſpiritum ſanctum peragitur? Ipſe, inquit, dedit eccleſiæ primum Apoſtolos, deinde Prophetas, 1. Cor. 12. tertio doctores. Ad hæc virtutes, præterea dona ſanationum, ſubuentiones, gubernationes, genera linguarum. Hic enim ordo iuxta diſtributionem donorum ſpiritus digeſtus eſt. Quin ſi quis accuratius perpendat, comperiet ne in tempore A quidem apparitionis de cœlo dominicæ, quam expectamus, otioſum fore ſpiritum ſanctum, id quod quidam arbitrantur: ſed ſimul adfuturum in die quo ſeſe manifeſtabit filius, quo iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia, ille beatus, & ſolus potens. Quis igitur vſqueadeò rudis eſt, vt nun audierit de bonis quæ deus præparauit dignis, ignoretque iuſtorum coronam eſſe ſpiritus beneficium, quod tum largius perfectiúſque dabitur, ſpirituali gloria cuique pro rectè geſtis diſtributa? Ioan. 14. 1. Cor. 15. In ſplendoribus enim ſanctorum manſiones multæ ſunt apud patrem: hoc eſt, dignitatis diſcrimina. Sicut enim ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuorum. Itaque qui conſignati ſunt ſpiritu ſancto in diem redemptionis, quíque ſancti ſpiritus primitias puras & Mat. 26. incorruptas ſeruauerint, ij ſunt qui audient, Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Similiter & qui B contriſtauerint ſpiritum ſanctum, malitia ſtudiorum ſuorum, aut qui non fecerint lucrum è ſorte data, ſpoliabuntur eo, quod acceperant, beneficio in alios tranſlato, aut iuſta euangeliſtam, omnino diſſcindentur. Diſſectio autem omnino intelligenda eſt in hoc, quòd prorſus & à ſpiritu ſancto alienabuntur. Neque enim corpus diuiditur, vt vna pars tradatur ſupplicio, altera abſoluatur. Nam id quidem fabuloſum, nec eo dignũ iudice, quum totus homo peccauerit, dimidium illius addici pœnæ. Nec anima in duas partes ſecatur, quum tota per totum hominem peccandi affectum habeat, ſimulque cum corpore malum operetur. Sed quemadmodum dixi, Diſſectio eſt animæ, perpetua à ſpiritu ſancto alienatio. Nunc enim tametſi non admiſcetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adeſſe ſemel conſignatis, expectans vt ad ſalutem conuertantur. Tum vero in totum ab anima quæ gratiam ipſius propha- C nauerit, reſecabatur. Eoque non eſt in inferno qui confiteatur, neque in morte qui memor ſit dei: quod iam non adſit ſancti ſpiritus adiutorium. Quomodo igitur intelligi poteſt, abſque ſpiritu ſancto fieri iudicium? quum verbum declaret, ſpiritum eſſe iuſtorum præmium, quando pro arrabone exhibebitur quod perfectum eſt. Et hæc eſt prima peccatorum cõdemnatio, quum eo quod videbantur habere, ſpoliantur. Porrò maximum argumentum, ſpiritus cum patre & filio arctiſsimæ ſocietatis illud eſt, quòd eodem modo dicitur habere ſe erga deum, quo erga vnumquemque noſtrum ſe habet ſpiritus, qui eſt 1. Cor. 2. in nobis. Quis, inquit, hominum nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus, qui eſt in ipſo. Sic, quæ ſunt dei, nemo nouit, niſi ſpiritus, qui ex deo eſt.

ADVERSVS EOS, QVI DIcunt Spiritum ſanctum non annumerari patri, ſed ſubnumerari, vbi & de pia ſubnumeratione, ſummarius fidei decurſus.

CAPVT XVII.

ET hęc quidem hactenus: cęterũ ſubnumerationẽ quid dicant, aut in cuius rei ſignificationem vocẽ hanc vſurpent, ne cogitare quidem facile eſt. D Nam & hanc nobis è mũdi ſapientia fuiſſe inuectam, in propatulo eſt. At an aliquam habeat propriã rationem ad id quod nunc agitur, hoc conſideremus. Aiunt igitur qui circa res inanes curioſi ſunt, quędam nomina eſſe communia, quorum ſignificatio multa complectitur: alia magis propria, & alia plus aliis habere vim peculiare quiddam denotanti. Exempli cauſa, commune nomen eſt eſſentia, quod pariter de omnibus prædicatur, ſiue inanimis ſiue animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus prædicatur quàm illud prius, de multis tamẽ quæ videntur illi ſubiecta. Prædicabilia. Siquidem in eo, rationalium ſimul & irrationalium natura comprehenditur. Rurſum magis ſpeciale nomen eſt homo, quàm animal: rurſum vir ſpecialius eſt nomen, quàm homo, & viro ſpecialius eſt, hic, aut ille E vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Ioannes. An igitur quum ſubnumerationem dicunt, ſentiunt cõmunis vocabuli, in ea quæ ſubiecta ſunt diuiſionem? At non poſſum credere illos ad tãtum ſtuporem deductos, vt dicant deum omnium rerum velut communionem quandam eſſe verbo tantũ intelligibilem, ſed qui non habeat eſſe per ſubſtantiam, in ſubiecta diuidi, atque hinc ſubdiuiſionem hanc & ſubnumerationem dici. Iſtud ſanè ne inſani quidem dixerint. Nam præter impietatem, etiam ſermonem inſtituũt, cũ eo quod proponunt pugnãtem: propterea quòd quæ ſubdiuiduntur, eiuſdem ſunt eſſentiæ, cuius ſunt illa à quo diuiduntur. Sed ob nimiam iſtorum abſurditatem videmur oratione deſtitui, nec habere quibus verbis illorum ſtultitiam reprehẽdamus, adeò vt mihi videantur etiam propter amentiam aliquid lucriſacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaque non poſsis egregiam plagam F impingere, eo quòd obſiſtere contraque niti non queant: ita eos qui palàm inſaniunt non poſſis forti iuuenilique redargutione percellere. Supereſt igitur, vt abominandam illorum impietatem ſilentio prætereamus. At nõ patitur ſilere me nec fratrum charitas, nec aduerſariorum improbitas. Quid igitur dicunt? Vide quanta ſit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis qui honore pares ſunt conuenire connumerationem: iis vero qui inferioris ſunt conditionis, ſubnumerationem. Et iſtud cur tandem dicitis? Neque enim intelligo veſtram peregrinam ſapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plum-

bum vero non item erit connumerari dignum:
ſed ob materiæ vilitatem ſubnumerabitur auro?
Tantamque vim tribuitis numero, vt is vel rerum
vilium dignitatem attollere, vel pretioſarum re-
rum maieſtatem deiicere valeat. Ergo rurſus au-
rum pretioſis lapidibus ſubnumerabis, atque in
his ipſis elegantioribus ac maioribus ſubnume-
rabis minus lucidos ac minores. Sed quid non di-
cant, qui ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicen-
dum, aut audiendum aliquid noui? Poſthac cum
Stoicis & Epicureis nonumentur qui docent im-
pietatem. Quæ nanque vel poſsit fieri rerum vi-
A liorũ ad pretioſiores ſubnumeratio? Aereus abo-
lus, aureo ſtateri quomodo ſubnumerabitur?
Quoniam non dicimus, inquiunt, duo poſsideri
numiſmata, ſed vnum & vnum. Vtrum igitur vtri
horum ſubnumeratur? Nam vtrumque ſimiliter
profertur. Sed ſi quodque per ſe numeres, facis
æqualitatem pretij eodẽ numerandi modo. Rur-
ſus ſi ea coniungas, eandem facis dignitatẽ, vtrũ-
que alteri connumerans. Quòd ſi quicquid in nu
merãdo poſteriore loco poſueris, id habebit ſub-
numerationem, numeranti in manu eſt, ab æreo
numiſmate numerationem incipere. Sed imperi-
tiam redarguere ſuperſedeamus, & ad ea quæ ad
Reditus. rem pertinent, orationem vertamus. Etiam ne fi-
lium dicitis ſubnumerari patri, ac ſpiritum filio,
an ſoli ſpiritui tribuitis ſubnumerationẽ? Etenim
ſi filium ſubnumeratis, rurſus in eiuſdem impie-
tis ſermonem reciditis, videlicet in diſparilitatẽ
eſſentiæ, in dignitatis deiectionem, in natiuitatẽ
tempore poſteriorem: breuiter in omnes ſimul
blaſphemias contra vnigenitum vnico iſto ver-
B bo reuolui declarabimini: quibus contradicere
prolixius eſt, quam vt huic conueniat feſtinatio-
ni, pręſertim quum alias aliis in locis iſtorum im-
pietas à nobis pro viribus refutata ſit. Quòd ſi ſo-
li ſpiritui putant conuenire ſubnumerationem,
diſcant ſpiritum ſimul eodem modo pronuntiari
cum domino, quo modo filius pronuntiatur cum
patre. Nomen enim patris filij & ſpiritus ſan-
cti, ſimiliter æditum eſt. Itaque quemadmodum
ſe habet filius ad patrem, ita ad filium ſeſe ha-
bet ſpiritus, iuxta verbi dei ordinem in baptiſ-
mo traditum. Quòd ſi ſpiritus filio iunctus eſt,
filius autem patri, liquet & ſpiritum adiungi pa-
tri. Quem igitur locum habet, vt dicant alterum
connumerari, alterum ſubnumerari, quum in vna
eademque ſerie nomina ſint ordinata. In ſumma
porrò, quæ res ex omni rerum genere, à ſua ipſius
natura excidit dum numeratur, ac non potius quę
numerantur, talia perſeuerant, qualia cõdita ſunt
ab initio. Cæterum numerus adhibetur à nobis,
C vt ſignum quo declaratur multitudo eorũ de qui-
bus agimus. Nam corpora quædam numeramus,
quædam metimur, quædam libramus: & quorum
continua eſt natura, ea menſura comprehendi-
mus: quorum diſcreta, ea numero ſubiicimus, niſi
quòd quæ ſubtilia ſunt, ea rurſus fiunt etiam men
ſurabilia. Porrò quæ grauia ſunt, libræ momento
diſcernimus. Non itaque quoniam iiſdem ſigna
ad ſignificationẽ quantitatis excogitauimus, pro-
tinus etiam naturam eorum quæ ſignificãtur im-
mutauimus. Quemadmodũ igitur quæ libra ex-
pendimus, ea non ſublibramus inter ſeſe, etiam ſi
vnum ſit aurum, alterum ſtannum, neque ſubme-
timur, quæ menſura diiudicantur: ita nec ea quæ
numerantur, vllo modo ſubnumeramus. Quod ſi
in cæteris nihil eſt, quod ſubnumerationem re-
cipiat, qua fronte dicent ſpiritui competere ſub-
numerationem. Sed iſti circa ethnica inſanien-
tes, exiſtimant dignitates quæ gradibus diſtant,
aut iuxta naturæ ſubmiſsionem ſunt inferiores,
iis conuenire ſubnumerationem.

QVOMODO IN PROFESSIO-
ne trium perſonarum piam monarchiæ dogma ſer-
uemus, vbi & eorum qui dicunt
ſpiritum ſubnumerari
refutatio. D

CAPVT. XVIII.

QVVM patrem & filium
& ſpiritum ſanctum tra-
deret Dominus, non ſi-
mul cum numero tradi-
didit, non enim dixit. In
nomine primi, ſecũdi, ac
tertij: neque, in vno, duo-
bus, aut tribus: ſed per ſan
cta nomina fide ad ſalutẽ
perducẽte cognitionem largitus eſt. Itaque quòd
nos ſaluos facit, fides eſt. Numerus verò ſignum
declarans quantitatem eorum de quibus loqui-
mur, ab hominibus excogitatus eſt. Sed qui vndi-
quaque ſibi ipſis noxias contrahunt, etiam nume-
randi facultate aduerſus fidem abuſi ſunt. Alij ve-
rò qui cæteris in rebus nihil immutant propter
additum numerum in diuina natura venerantur
numerum, nec ob id honoris modum paracleto E
debitum trãſgrediuntur. Sed ô ſapientiſsime, ſint
maximè ſupra numerum, quę non poſſumus aſſe-
qui, quemadmodum priſca Hebræorum pietas
proprijs ac peculiaribus notis ineffabile nomen
dei figurabat, atque hoc in omnibus excellentiſ
commendabat. Quòd ſi & numerus adhibendus
eſt, nequaquam eſt in hoc deprauanda veritas.
Aut enim ſilentio honorantur ineffabilia, aut piè
numerantur ſancta. Vnus deus & pater, & vnus
vnigenitus filius, & vnus ſpiritus ſanctus. Vnam-
quanque perſonam ſingulariter efferimus: cæte-
rum vbi numerandum eſt, haudquaquam indo-
ctè numerãdo, eas proferimus, quaſi plures deos
intelligamus. Neque enim iuxta compoſitionem
numeramus, ab vno ad plura facientes incremen
tum, vt dicamus, vnum, duo, tria, neque pri-
mum, ſecundum, ac tertium. Ego enim deus pri-
mus, & ego poſterior. Secundum autem deum
nunquam antehac, ac ne hodie quidem audimus,
eo quòd deum ex deo adorantes, etiam proprie- F
tatem profitemur perſonarum, manemúſque in
vno principatu, non diſsipãtes diuinæ naturæ ra-
tionem in multitudinem ſubdiuiſam: eo quòd v-
nam in deo patre, & deo vnigenito, formam, vt
ita loquar, contemplamur, inſeparabili deitatis
eſſentia vnitam. Filius enim in patre, & pater in
filio: quandoquidem hic talis eſt, qualis ille, & il-
le qualis hic: atque hac quidem in parte vnũ ſunt.
Itaque iuxta perſonarum proprietatem, vnus ſunt
& vnus: at iuxta communem naturam, vnũ ſunt
ambo. Quomodo igitur ſi vnus & vnus ſunt, non
ſunt duo dij? Quoniam rex dicitur regis imago,
non

non autem duo reges. Neque enim poteſtas ſcin-
ditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum au
tem principatus ac poteſtas nobis dominans vna
eſt: ſic & glorificatio quam illi deferimus vna eſt,
non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar
primum refertur. Quod igitur hic eſt per imita-
tionem imago, hoc illic natura filius: & quemad-
modum apud artifices imitatio fit ad formam, ita
in diuina incompoſitaque natura, in communio-
A ne deitatis eſt vnio. Vnus autem eſt & ſpiritus ſan
ctus qui & ipſe per ſe profertur, ac per ſeipſum
complet ſuper omnia glorificandam ac beatam
trinitatem: cuius cum patre & filio conſortiũ ſatis
illud declarat, quod in turba creaturarum poſitus
non eſt, ſed ſolitariè profertur. Neque enim vnus
eſt è vulgo, ſed quemadmodum vnus eſt pater, vt
vnus filius: ita & vnus eſt ſpiritus ſanctus, à crea-
turarum natura tantum ſemotus, quantum par eſt
ſolitarium à rebus cõpoſitis ac multitudinem ha-
bentibus abeſſe. Patri verò in tantum vnitus eſt,
quantum conſortij habet vnitas cum vnitate. Sed
nec hinc ſolum probatur naturæ communio: ve-
rum illinc quoque, quod ex patre eſſe dicitur, nõ
ſic à patre veniens, quemadmodum ex deo ſunt
omnia, neque per generationem quemadmodũ
filius, ſed tanquam ſpiritus oris eius, omnino ta-
men nec os membrum eſt, nec flatus reſolubilis
ſpiritus: ſed os dei maieſtas dicitur, & ſpiritus eſ-
ſentia viuens, ſanctificationis autor: vnde ſic de-
claratur illius conſortium, vt ineffabilis eſſentiæ
modus ſeruetur. Quin & Chriſti ſpiritus dicitur,
tanquã illi natura coniunctus. Eoque ſi quis Chri
B ſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius. Vnde ſo-
lus ſpiritus dignè glorificat dominũ. Ille, inquit,
me glorificabit: non vt natura generabilis, ſed tã-
quam ſpiritus veritatis, dilucidè in ſe ipſo decla-
rans veritatẽ, & tanquam ſpiritus ſapientiæ Chri-
ſtum, qui eſt dei virtus ac dei ſapientia, in ſua ma-
gnitudine incomprehẽſibilem. Deniq; tanquam
conſolator in ſeipſo exprimit, conſolatoris à quo
miſſus eſt bonitatem, & in ſua propria dignitate
eius à quo proceſſit, maieſtatem illuſtrat. Eſt igi-
tur gloria, alia quidem naturalis, veluti gloria ſo-
lis eſt lumen: alia gloria aliunde veniens: alia ex
propoſito, quæ iudicio defertur pro meritis. At
Ioan.14. hæc rurſum gemina eſt. Filius, inquit, glorificat
patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Ex his dua-
bus, ea quæ ſeruilis eſt à creatura defertur: altera
Ioan.17. verò quæ, vt ita loquar, contubernalis eſt, à ſpiri-
tu præſtatur, quemadmodum de ſe ipſo dixit, Ego
te glorificaui ſuper terrã, opus perfeci quod de-
Ioan.16. diſti mihi vt facerem. Sic & de paracleto dictum
Ioan.7. eſt, Ille me clarificabit, quoniã de meo accipiet,
& annuntiabit vobis. Et quemadmodũ filius glo-
rificatur à patre, quũ ait, Et glorificaui, & in æter-
num glorificabo: ſic glorificatur ſpiritus per con-
Matt.12. C ſortium quod habet cum patre & filio, & per vni-
geniti teſtimonium, dicentis: Omnis blaſphemia
remittetur vobis hominibus, ſed in ſpiritum blaſ-
phemia non remittetur. Quum autem per vim
illuminatricem intendimus oculos in pulchritu-
dinem imaginis dei inuiſibilis, perque hanc ſub-
uehimur ad pulcherrimum ſpectaculum arche-
typi, ibi videlicet adeſt inſeparabiliter, cognitio-
nis ſpiritus, vim imaginis ſpeculatiuã in ſeſe præ-
bens, iis qui veritatis contemplatione delectan-
tur, non foris oſtendens ſed per ſeipſum indu-
cens ad agnitionem. Quemadmodum enim ne-
mo nouit patrem niſi filius: ſic nullus poteſt di-
cere Dominum Ieſum: niſi in ſpiritu ſancto. Non 1.Cor.12.
dixit, Per ſpiritum, ſed In ſpiritu. Et, Spiritus eſt Ioan.4.
deus: & qui adorant eum, in ſpiritu & veritate
oportet adorare: ſicut ſcriptum eſt, In lumine tuo Pſal.35.
videbimus lumen: hoc eſt, in illuſtratione ſpiri-
tus videbimus lumen verum, quod illuminat om-
nem hominem venientem in mundum. Itaque in D
ſeipſo oſtendit vnigeniti gloriam, & veris adora-
toribus in ſe ipſo dei cognitionem præbet. Pro-
inde via ad dei cognitionem eſt ab vno ſpiritu,
per vnum filium ad vnum patrem. Ac rurſus na-
tiua bonitas, & naturalis ſanctimonia, & regalis
dignitas à patre per vnigenitum ad ſpiritum ſan-
ctum permanat. Adhunc modũ & perſonas pro-
fitemur, nec pium monarchiæ dogma labefacta-
tur. Cæterum qui ſubnumerationem ponunt di-
centes, primum ſecundum, ac tertium, ſciant ſeſe
deorum multitudinem, iuxta gentium errorem.
in illibatam Chriſtianorum de deo profeſſionẽ
inducere. Ad nihil enim aliud tendit ſubnumera-
tionis doloſa inuentio, quam vt profiteamur, deũ
primum, ſecundum ac tertium. Sed nobis ſufficit
à Domino præſcriptus ordo, quem qui confun-
dit non minus peccabit, quàm peccat iſtorũ im-
pietas. Quod ergo naturalis communio nequa-
quam diſſoluitur modo ſubnumerationis, ſatis
dictum eſt. Sed concedamus pertinaci & inani-
ter ſapienti, donemúſque per ſubnumerationem
ſpiritus ſignificari quiddam alio poſterius. Videa
mus quid ex hoc ſermone conſequatur. Primus, E 1.Cor.15.
inquit, homo de terra terrenus, ſecundus homo Ibidem.
de cœlo. Et alibi, Non primum, inquit, quod ſpi-
rituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpiri-
tuale. Ergo ſi primò ſubnumeratur ſecundum, id
quod ſubnumeratur vilius eſt eo cui ſubnumera-
tur. Ita iuxta vos, vilior eſt homo ſpiritualis ani-
mali, & cœleſtis homo vilior eſt terreno.

ADVERSVS EOS QVI dicunt non eſſe glorificandum ſpiritum.

CAPVT. XIX.

DONEMVS iſta, inquiunt,
at ea gloria nullo pacto de-
betur, ſpiritui, vt à nobis
hymnis ſit attollendus. Vn-
de igitur probaturi ſunt ſpi
ritus dignitatem, omnem
intellectũ ſuperantem, ſi pa
tris & filij communio viſa
eſt iſtis parum grauis ad teſtificandum, attamen
poſſumus, & ad ea quæ nominibus ſignificantur F
reſpicientes, & ad operationum magnitudinem,
& ad operationum quam in nobis, imò quam
erga creaturam omnem ſuppeditat, naturæ illius
ſublimitatem ac potentiam incomprehẽſibilem
demonſtrare. Quatenus igitur mente tenetur,
ſpiritus dictus eſt, quemadmodum ſpiritus dici-
tur deus, & ſpiritus vultus noſtri, Chriſtus Do-
minus. Sanctus dicitur, quemadmodum ſanctus
pater, & ſanctus filius. Creaturæ ſiquidem aliun-

de inducta eſt ſanctimonia: at ſpiritui ſanctitas
eſt conſummatiua naturæ. Ideoque non ſanctifi-
catur, ſed ſanctificat. Bonus item dicitur ſicut
pater, & boous, is qui bonus ex bono natus eſt,
cui bonitas eſt ipſa eſſentia. Rectus dicitur, vt re-
ctus Dominus, & rectus Deus noſter, eo quod
per ſe ſit ipſa virtus & ipſa iuſtitia, quæ ſe oon po-
teſt nec in hãc partem, nec in illam flectere, pro-
Ioan. 14. pter naturæ incommutabilitatem. Paracletus, id
eſt, conſolator, dicitur ſpiritus, quemadmodum
& vnigenitus: ſicut ipſe dixit, Ego rogabo pa-
trem meum, & dabit vobis alium paracletum.
A Hoc pacto communia ſunt nomina patri, filio,
& ſpiritui ſancto, quæ appellationes competunt
illis iuxta naturæ conſortium. Nam vnde alio-
qui? Rurſum ſpiritus principalis, & ſpiritus ve-
ritatis, & ſpiritus ſapientiæ dictus eſt. Spiritus di-
Exod. 31. uious qui fecit me. Et Beſelebel, inquit, impleuit
deus ſpiritu ſapieotiæ & intellectus & ſcientiæ.
Huiuſmodi igitur nomina, & præclara ſunt & ma
gnifica, nec ob id declarant inter perſonas eſſe
vllam excelleotiam, quod quidem attinet ad glo-
riam. Operationes verò partim ineffabiles ſunt
ob magnitudinẽ, partim innumerabiles ob mul-
titudinem. Nam quo pacto intelligemus ea quæ
fuerunt ante ſecula? Quales erant illius opera-
tiones ante creaturam intelligibilem? Tum quàm
multa ab illo erga creaturam beneficia? Ad hæc
quæ poteſtas ad ventura ſecula? Erat enim, &
præerat, & ſimul aderat cum patre & filio ante
ſecula, vt etiam ſi quid cogitaris ante ſecula, hoc
tamen reperias ſpiritu eſſe poſterius. Quòd ſi
B creaturam reputes, conſolidatæ ſunt cœlorum
virtutes à ſpiritu, ſic, vt conſolidationem intel-
ligas firmitatem, qua non poſſunt à bonis exci-
dere. Etenim quod Deo coniunctæ ſunt, quod-
que ad maliciam verti non queunt, quodque in
beatitudine nihil deſiderant virtutes, id illis à ſpi-
ritu acceſſit. Chriſti aduentus eſt, ſpiritus præ-
currit. In carne fuit aduentus, & ſpiritus inſepa-
rabilis. Operationes virtutum ſunt, ſunt dona ſa-
nationum, ſed per ſpiritum ſanctum. Dæmones
expulſi ſunt, ſed in ſpiritu Dei. Diabolus ſpolia-
tus eſt imperio, ſed intus præſente ſpiritu. Pec-
catorum facta eſt remiſſio, ſed in gratia ſpiritus.
1. Cor. 6. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis in nomine Domioi
Roma. 8. noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu ſancto. Conglu-
tinatio cum deo à ſpiritu eſt. Miſit enim Deus ſpi-
ritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, Abba
pater; Reſurrectio mortuorum à ſpiritu eſt. Emit-
te ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis fa-
Pſal. 103. ciem terræ. Siue quis creaturam accipiat, de ex-
tinctorum reuiuiſcentia, an non magna ſpiritus
operatio, quæ ſuppeditat nobis vitam ex reſur-
rectione, & ad ſpiritualem illam vitam animas
noſtras tranſcribit. Siue creature nomine intelli-
gantur, qui hic à peccato recedentes, ad id quod
C optimum eſt transformati ſunt: nam ita quo-
que nonnunquam vſurpatur, iuxta ſcripturæ con-
ſuetudinem, velut quum Paulus dicit, Si qua in
2. Cor. 5. Chriſto noua creatura. Et renouatio quæ hic fit,
& à terrena mortalique vita ad cœleſtem conuer
ſationem tranſmutatio, quæ fit per ſpiritum, ad
ſummam admirationẽ ſubducit animos noſtros.
In his vtrum metuere debemus, ne dignitatem
immodicis hoooribus tranſgrediamur: an con-
tra, ne cogitationem de ſpiritu noſtram ad hu-
milia deprimamus, etiam ſi videamur maxima
de eo loqui, quæ quidam humana mente conci-
pi, humanaque lingua proferri poſſunt. Hæc di-
cit ſpiritus ſanctus, ſicut, Hæc dicit Dominus:
Deſcende, & ambula cum illis, nihil diiudicans, Act. 7.
quoniam ego miſi illos. Num hæc ſunt humilis Act. 1
aut aſpernandi verba? Separate mihi Barnabam Cap. 48.
& Paulum in opus ad quod accerſiuit illos. Num
ſeruus ita loquitur? Et Eſaias, Dominus miſit me,
& ſpiritus eius. Et, Deſcendit ſpiritus à Domino,
& deduxit eos. At ne rurſus mihi deductionem
accipias pro humili miniſterio. Nam hoc opus D
etiam dei eſſe teſtatur verbum. Deduxiſti, inquit, Pſal. 76.
ſicut oues populum tuum. Et, Abducens velut
ouem Ioſeph. Deduxiſti, inquit, eos in ſpe, &
non timuerunt. Proinde quum audieris: Quum
venerit paracletus, ille vos commonefaciet om-
nis veritatis: cogita deductionem, ſicuti doctus
es, ne calumnieris intellectum. Quin & inter- Ioan. 14.
pellat, inquit, pro nobis. Itàne quantum ſupplex
eſt infra beneficij autorem, tantum ſpiritus iux-
ta dignitatem excidit à deo? At tu nondum audi-
ſti de vnigenito, quòd is eſt in dextra dei, & in-
terpellat pro nobis. Num ideo quòd ſpiritus eſt
in te, ſi tamen omnioo in te eſt, aut quòd nos
excæcatos, ad eligendum id quod vtile eſt, do-
cet, deducitque, ideo pia ac diuina gloria illum
mulctabis? Nam iſthuc profectò extremæ ſit in-
gratitudinis, benemerentis humanitatem verte-
re in occaſionem ingratitudinis. Nolite igitur cõ-
triſtare ſpiritum ſanctum, audite quid dicat pri-
mitiæ martyrum Stephanus, inobedientiam ac E
rebellionem exprobrans populo. Vos, inquit, Act. 7.
ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Et rurſum Eſaias, Cap. 63.
Prouocauerunt ſpiritum ſanctum, & verſus eſt
illis in inimicitiam. Et alibi, Domus Iacob pro-
uocauit ſpiritum Domini. An hæc non declarant
potentiam cum autoritate coniunctam, iudicio
legentium permitto. Eos qui hæc audiunt, quas
tandem opiniones oportet animo concipere? An
tanquam de inſtrumento, deque obediente, &
parem honorem cum creatura ſortito, denique
nobis conſeruo? an grauiſſimum eſt vel dicto
tantum hanc blaſphemiam ſubire piorum aures
animóſque? Seruum appellas ſpiritum? Sed ſer-
uus inquit, non nouit quid faciat Dominus Ioan. 15.
ipſius. Spiritus autem non aliter no-
uit quæ ſunt dei, quàm ſpiri-
tus hominis nouit quæ
ſunt hominis.

*ADVERSVS EOS, QVI DI-
cunt Spiritum nec in ſeruili, nec in heri-
li conditione eſſe, ſed in
libertate.*

F

CAPVT XX.

NEQVE

NEQVE ſeruus, inquiunt, neque dominus, ſed liber. O mirum ſtuporem, ô miſerandam audaciam iſta loquentium. Quid amplius deplorem, vtrum inſcitiam an blaſphemiam iſtorũ, qui de deo dogmata humanis exemplis corrumpunt, & quæ eſt in rebus hominum conſuetudo, per quam diſpar eſt dignitatum excellentia, eam ad diuinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes apud homines quidem nullum eſſe natura ſeruum. Aut e-

A nim qui viribus preſſi ſunt, ſub iugum ſeruitutis inducti ſunt, velut in bello capti: aut ob paupertatem in ſeruitutem adacti ſunt, velut Aegyptij Pharaoni: aut iuxta ſapientiam quandam & arcanam diſpenſationem, qui inter filios deterrimi ſuot, parentum voce, ſapientioribus ac melioribus in ſeruitutem addicti ſunt, ſed quam haudquaquam cõdemnationem, ſed beneficium potius duxerit æquus rerum æſtimator. Nam qui ob ſenſus inopiam, nõ habet in ſeſe id quod natura imperat, huic expedit in alterius eſſe poteſtate: vt dum potentioris prudentia gubernatur, ſimilis ſit currui qui aurigam recepit, aut naui quæ nauclerum habet clauo aſſidentem. Hanc ob cauſam Iacob Dominus Eſau ex benedictione patris factus eſt, vt ſtultus à ſapiente, vel inuitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, videlicet mentem. Et Chanaam filius ſeruus erat fratribus ſuis, quoniam indocilis erat ad virtutẽ, quod imprudentem haberet patrem, videlicet Cham. Ad hunc quidem modum hic fiunt ſerui. Liberi verò ſunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellũ,

B aut qui aliorum cura non egent. Itaque quanuis hic herus, ille ſeruus appelletur, omnes tamen vel quia ſumus eiuſdẽ inter nos honoris, vel quia ſumus creatura illius qui fecit nos, conſerui ſumus. Illic porrò quid potes è ſeruitute eximere? Simul vt nati ſunt, additum eſt, vt ſeruitutem ſeruiant. Sibi quidem inuicem non imperant, eo quòd cœleſtia expertia ſint vſurpationis, deo tamen ſubiecta omnia, ac tanquam Domino debitum timorem, ac tanquam conditori debitam gloriam perſoluunt. Filius enim honorat patrem, &

Malach. 1. ſeruus metuit Dominum ſuum. Et ex his duobus alterum omnino Deus à nobis requirit, Nam ſi pater, inquit, ſum ego, vbi eſt honor meus? Si Dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? Alioqui vita hæc fuerit omnium maximè miſerabilis, niſi ſubdita ſit prouidentiæ diuinæ. Cuiuſmodi ſunt virtutes deſertrices, quæ quod ceruicem erexerunt aduerſus deum omnipotentem, excutiunt ſeruitutẽ, non quòd taliter conditæ ſint, ſed quòd ſubditæ non ſint ei, à quo conditæ ſunt. Quomodo igitur appellas liberum? Qui regis imperio non obtemperat? Qui nec in alterum principatum gerere nouit, nec principi parere ſuſtinet? At nec eſt iſtiuſ-

C modi natura in rebus conditis, & talem imaginari euidens eſt in ſpiritum impietas. Quòd ſi ſpiritus creatura eſt, nimirum ſeruit cum cæteris omnibus. Omnia enim, inquit, ſeruiunt tibi. Si ſupra creaturam eſt, regni quoque conſors eſt.

TESTIMONIA E SCRIPTVris ſpiritum appellare dominum.

CAPVT XXI.

SED quid opus eſt ex rebus humilibus pugnantes, vel his turpiter parare victoriam, quum liceat citandis grauioribus teſtimoniis irrefutabilem gloriæ ſublimitatem declarare? Quod ſi proferremus ea quæ ſcriptura nos docuit, forſitan magno vehementique clamore vociferantes, & auribus obturatis lapides tollent, aut D quicquid fortè occurrerit, in arma vertentes iſti qui repugnant ſpiritui, in nos irruerint. Sed nõ eſt nobis incolumitas anteponenda veritati. Inuenimus igitur apud Apoſtolum, in epiſtola ad Theſſalonicenſes ſecunda, Dominus autem dirigat corda noſtra, in dilectionem dei, & in ſuſtinentiam Chriſti. Quis eſt dominus inducens in dilectionẽ dei, & in ſuſtinentiam pro afflictionibus Chriſti. Reſpondeant nobis, qui ſpiritum in ſeruitutem adigunt. Siue enim de patre fiat ſermo, omnino dici poterit, Dominus vos dirigat in dilectionẽ ſui, ſiue de filio, addi poterit, in ſuam ipſius ſuſtinentiam. Quærant igitur quænam ſit alia perſona, quã domini vocabulo deceat honorari. Huic affine eſt illud, quod alibi poſitum eſt: Dominus vos impleat, & abundare faciat charitate, in vos inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmandum corda veſtra irreprehenſibilia in ſanctificatione, coram deo & patre noſtro in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis. Quem dominum optat coram deo E & patre noſtro in aduentu domini noſtri irreprehenſibilia fidelium Theſſalonicenſium corda confirmata in ſanctitate conſtabilire? Reſpondeant nobis qui cum miniſtratoriis ſpiritibus, qui mittuntur ad miniſterium, collocant ſpiritum ſanctum. At non habent quod reſpondeant, quapropter audiant & aliud teſtimonium, euidenter ſpiritum ſanctum appellans dominum. Dominus, inquit, ſpiritus eſt, Et rurſum. Tanquam à domino ſpiritu. Ne vero vlla relinquatur occaſio contradicendi, ipſum Apoſtoli ſermonem recitabo: Vſque ad hodiernum, inquit, diem, idem velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto abrogatur. Quum autem conuerſus fuerit ad dominum, tolletur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt. Quur hoc dicit? Quoniam qui nudæ intellectui literæ aſſidet, & illic circa legales obſeruationes occupatus eſt, Iudaica literæ intelligentia quaſi velo tectum habet cor: & id accidit illi eo quòd ignoret corporalem legis obſeruationem in aduentu F Chriſti abolitam eſſe, iam figuris ad veritatem tranſlatis. Euaneſcunt enim lucernæ ſolis aduentu. Et ceſſat lex, ac prophetæ ſilent ſimul vt illuxit veritas. Attamen qui potuit ad profunda legalis intellectus oculis penetrare, ac diſcuſſa legis obſcuritate ceu velamento introire ad arcana, hic imitatus eſt Moſen, in hoc quòd cum deo loquens ſuſtulit velamen, & ipſe ſe conuertens à litera ad ſpiritum, vt velamini quod impo-

Cap. 2.

1. Theſſ. 3

2. Cor. 3.

ſitum eſt ſuper faciem Moſi reſpondeat legalium doctrinarum obſcuritas: conuerſio autem ad dominum reſpondeat ſpirituali intelligentiæ. Ergo qui in lectione legis aufert literam, conuertit ſeſe ad dominum. (Dominus autem nunc hic ſpiritus dicitur) ac ſimilis redditur Moſi per illuſtratio nem dei, qui faciem habet glorificatam. Sicut enim quæ iuxta floridos colores poſita ſunt, è ſplẽdore promanante colorantur & ipſa: ſic qui euidenter intendit oculos in ſpiritum, ex illius gloria quodam modo transformatur vt fiat illuſtrior, dũ veritate à ſpiritu promanante ceu luce, corde illu
A minatur. Et hoc eſt transformari à gloria ſpiritus ad propriam gloriam, haud parce, neque tenuiter, ſed in tantum quantum par eſt illuſtrari eum qui à ſpiritu illuminatur. Non vereris, ô homo Apoſtolum dicentem, Templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis. An ſcriptura admiſit vnquam vt ſeruile domicilium appellatione templi hono-
1. Cor. 13. raret? Quid ille qui ſcripturam diuinitus inſpiratam appellat, eo quòd afflatu ſpiritus ſcripta ſit, num contumelioſis & ſpiritum attenuantibus ver bis vſus eſt?

CONFIRMATIO NATVRALIS ſpiritus communionis, eo quòd æque ac pater & filius incomprehenſibilis eſt.

CAPVT XXII.

NON ſolum autẽ ex hoc quòd eaſdem habet appellationes, & in operationibus conſors eſt patri & filio, dilucet natu ræ illius excellentia, verum
B etiam ex eo quòd pariter atque ille incomprehenſibilis eſt intellectu. Quæ enim de patre loquitur, quòd ſit ſupra cogitationem huma nam, quæque de filio, eadem dominus & de ſpiritu ſancto dicit, Pater iuſtè, mundus te non cognouit, inquit filius: mundum hic appellans non eum qui conſtat è cœlo & terra, ſed io ſynceriſſimam innumeriſque mutationibus obnoxiam vitam. Ac
Ioan. 14. de ſeipſo loquens, Adhuc modicum, inquit, & mũ dus me non videbit, vos autem videbitis me: turſus hic eos qui materiali carnalique vita deuincti ſunt, & oculis tantum expendunt veritatem, mun dum appellans: qui quoniam non credebant reſur rectionem, non amplius oculis cordis viſuri erant dominum noſtrum. Hæc autem eadem dixit & de ſpiritu, Spiritum, inquit, veritatis mundus non po
C teſt accipere, neque videt illum, neque nouit eum vos autem nouiſtis illum, quòd apud vos manet. Carnalis ſiquidem homo mentem habens ad con templationem minus exercitatam, aut in affectu carnis velut in cœno defoſſam gerens, non poteſt ad ſpirituale lumẽ veritatis attollere oculos. Quapropter mundus, hoc eſt, carnis cupiditatibus dedita vita, velut oculus imbecillis non ferens ſolis radios, ſpiritus gratiam non recipit. At dominus collaudatis diſcipulis, quod mundæ eſſent vitæ ob doctrinam ipſius, dat iiſdem, vt ad ſpeculationem contemplationémque ſpiritus ſint idonei. Nunc, inquit, vos mundi eſtis, propter ſermonem quem
Ioan. 15. loquutus ſum vobis. Vnde mundus non poteſt illum capere eo quod non videt illum. Vos autem nouiſtis eum, quoniam apud nos manet. Eadem
Cap. 50. dicit & Eſaias, Qui ſtabiliuit terram, & quæ in ea ſunt, deditque ſpiritum populo qui eſt ſuper illam & ſpiritum calcantibus eam. Nam qui conculcant terrena, iiſque ſuperiores euaſerunt, digni prædicari ſunt dono ſancti ſpiritus. Proinde de ſpiritu quem mundus capere non poteſt, ſed à ſolis ſanctis per cordis puritatem videri poteſt, quid aliud iudicandum eſt quàm omnis generis honores illi competere? Reliquæ virtutes omnes in loco circunſcriptæ eſſe creduntur. Nam angelus qui aſtabat Cornelio, non erat in eodem loco, quo quum aſtaret Philippo. Neque qui loquutus eſt Zachariæ ab altari, per idem tẽporis etiam in cœlo ſuam implebat ſtationem. At ſpiritus ſimul & D in Abacuch operatus, & in Daniele in Babylonia creditus, & in catarrhacta fuit cum Hieremia, & com Ezechiele in Chobar. Spiritus enim domini
Pſal. 138. repleuit orbem terrarum. Et, Quò ibo à ſpiritu
Agge. 2. tuo? & à facie tua quo fugiam? Et Propheta. Quoniam ego, inquit, vobiſcum ſum, dicit dominus. Et, Spiritus meus ſtat in medio veſtri. Eum vero qui vbique eſt, qui deo præſens eſt, cuius eſſe. naturæ credere oportet? Vtrum omnia complectentis an particularibus arctatæ locis? Qualem eſſe naturam angelorum dei filius demonſtrauit. Verum hoc nequaquam dicturus es. Igitur qui natura dominus eſt, qui magnitudine incomprehenſus, qui potens in operationibus, qui bonus in beneficentiis, hunc non efferemus, non glorificabimus?

SPIRITVS GLORIFICATIOnem eſſe commemorationem eorum quæ illi adſunt. E

CAPVT XXIII.

EGO vero nihil aliud intelligo gloriam, quàm commemorationem mirabilium quę illi adſunt. Itaque aut iſti interdicent nobis, ne prorſus mentionem faciamus bonorum quæ ab illo accepimus, aut omnino ea quę illi adſunt commemoraſſe, eſt ſummam glorificationem im pleſſe. Nam ne patrem quidem domini noſtri Ieſu Chriſti, & vnigenitum illius filium aliter glorificare poſſumus, quàm pro virili noſtra illius prodigia recenſendo.

REDARGVTIO ABSVRDITAtis eorum qui non glorificant ſpiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis glorioſa ſunt. F

CAPVT XXIIII.

ITA ne gloria & honore coronabitur plebeius homo. Et gloria, & honor, & pax homini facienti bonum in promiſſis repoſita ſunt. (Eſt autem peculiaris Iſraelitici populi gloria, quorum, inquit, eſt adoptio, & gloria, & cultura. Et ſuam ipſius gloriam quidam cõme morat

-morat pſalmorum cantor. Exurge gloria mea. Et
rurſus, Gloria ſolis, lunæ, & ſtellarum. Iuxta Apo-
Pſal.56. ſtolum vero adminiſtratio iudicij fiet cũ gloria.)
Itaque quum tam multa ſint quæ gloria potiun-
tur, vis ſpiritum vnum ex omnibus ingloriũ eſſet
Et tamen miniſtratio, inquit, ſpiritus eſt in gloria.
2.Cor.3. Qua igitur fronte facitis illum indignum gloria?
Et magna eſt gloria iuſti, iuxta pſalmodiam, Mag-
Pſal.157. na eſt gloria eius in ſalutari tuo. Et rurſus. Timen
tes autem dominum glorificabit. At gloria ſpiri-
tus iuxta tuam opinionem nulla eſt. An non igitur
euidens periculum eſt, talibus dictis ineuitabile
A crimen in ſeſe accerſere? verum homo qui ſaluus
fit per iuſtitiam operum, plurimum abſit ab eo, vt
ſpiritum debita gloria fraudet. Sit inquiunt, glori
ficandus, at non cum patre & filio. Et qui conſen-
taneum eſt rationi, alium locum imaginatione de
ſignare ſpiritui, eo relicto quem ſtatuit dominus,
& gloriæ conſortio ſpoliare, eum qui vbique con
iunctus eſt diuinitati, in profeſſione fidei, in bap-
tiſmate redemptionis, in operatione virtutum, in
inhabitatione ſanctorum, in donis ad obedientiã
conferentibus. Neque enim eſt vllum donum abſ
que ſancto ſpiritu ad creaturam perueniens, quan
do nec ſimplex verbum in Chriſti laudibus quis
poſſit dicere, niſi cooperante ſpiritu, quemadmo-
dum in euangeliis à domino & ſeruatore noſtro
didicimus. Eſſe qui hæc omnia neglexerint, & ig-
norata communione quæ eſt in omnibus patri &
filio, diſtrahant ſpiritum, neſcio an quiſquam ſan-
cti ſpiritus particeps confictus ſit. In quem igi-
tur ordinem illum deportabimus? Creaturarum?
At vniuerſa creatura ſeruit. Spiritus autem liber
eſt, Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Atque quum
2.Cor.3. B multa ſint quæ poſſim hic commemorare, quàm
non conueniat ſpiritum ſanctum annumerare re-
bus creatis, de his dicere ſuperſedebo. Nam ſi in-
cipiam pro argumenti dignitate, & quæ pro no-
bis faciunt, probationes adducere, & quæ ab ad-
uerſariis obiiciuntur diluere, prolixo ſermone fue
rit opus, loquacitatéque voluminis deterruero le
ctores. Eóque illis alteri tractatui reſeruatis, pro-
poſitis adhæreamus. Conſideremus igitur ſingu-
Repetitio. latim. Natura bonus eſt ſpiritus, vt bonus pater, &
bonus filius. Creatura vero per electionem eius
qui bonus eſt, particeps eſt bonitatis. Nouit pro-
funda dei: ſed creatura, per ſpiritum accipit arca-
norum reſerationem. Viuificat vnà cum deo qui
viuificat omnia, cúmque filio qui dat vitam. Qui
enim excitauit, inquit, Chriſtum à mortuis, viuifi-
Rom.7. cabit & mortalia corpora veſtra, per ipſius ſpiritũ
qui habitat in vobis. Atque iterum, Oues meæ vo
cem meam audiunt, & ego vitam æternam do il-
Ioan.10. lis. Sed ſpiritus quoque viuificat. Ac rurſum, Spi-
ritus autem, inquit, vita per iuſtitiam. Quin & do-
Ioan.6. minus teſtatur ſpiritum eſſe viuificum. Caro non
C prodeſt quicquam: Quomodo igitur eum à viuifi
candi poteſtate ſubmouentes naturæ coniunge-
mus, quæ ipſa vita egeat? Quis adeò contentioſus,
quis adeo expers doni cœleſtis, & abſque guſtu
bonorum dei verborum? Quis adeò à ſpe cœle-
ſtium alienus, vt ſpiritum creaturæ copulet à diui-
na natura diſtractum? In nobis, inquiunt, ſpiritus
eſt tanquam donum dei. At donum nequaquam
iiſdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit.
Donum quidem dei ſpiritus eſt, ſed donum vitæ.

Lex enim dicit, Spiritus vitæ liberauit te. Et donũ
potentiæ. Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuper-
uenientis in vos. An ob id contemnendus eſt? An
non & filium pater dedit hominibus? Qui, inquit, Actuum.1.
proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omni- Roma.8.
bus tradidit illum, quomodo non vnà cum eo om
nia nobis donabit? Et alibi. Vt ſciamus quæ à deo 1.Cor.2.
nobis donata ſunt: de myſterio aſſumpti hominis
loquens. Itaque qui iſta loquuntur, an non Iudai-
cam ingratitudinem amétiamque ſuperarunt, qui
excellentiam diuinæ bonitatis vertũt in inſultum
blaſphemiæ. Accuſant enim ſpiritum, quod nobis D
dat fiduciam deum appellandi patrem noſtrum. Roma.8.
Emiſit enim deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra
clamãtem, abba pater, vt ſpiritus vox propria fiat
eorum qui acceperunt.

QVOD SCRIPTVRA HAC SYLlaba In, pro Cum, vſa ſit. vbi & In, idem pollere quod Cum.

CAPVT XXV.

Qv e fit igitur, inquiunt, vt ſcri
ptura nequaquam tradat ſpi
ritum glorificari cum patre
& filio, ſed ſtudioſe vitet no
dicat, cum ſpiritu. Sed malu-
it eum glorificari in deo: qua
ſi hoc iudicarit congruẽtius.
At ego nequaquam dixerim
hanc ſyllabam In, ſignificare ſenſum minus hono
rificum, imò potius ſi ſanè accipiatur, ad maximã
ſpiritus celſitudinem erigere mentem, quãdoqui- E
dem obſeruauimus hanc frequenter vſurpari pro
Cum. Quod genus eſt illud, Ingrediar domum tu
am, in holocautomatibus: pro eo quod erat, cum
holocautomatibus. Et, Eduxit eos in argento & au
ro. Item illud, Egredietur deus in virtutibus no-
ſtris, aliáque huius generis innumerabilia. Omni- Pſal.104
no lubens ab iſta noua ſapientia didicero, qualem
glorificationem Apoſtolus abſoluerit per hanc di
ctionem In, iuxta formam quam iſti nunc è ſcrip-
tura proferunt. Nequaquam enim inuenimus di-
ctum, Tibi patri honor & gloria per vnigenitum
tuum in ſpiritu ſancto. Qui ſermo modo iſtis v-
ſitatior eſt ipſa, vt ita loquar, reſpiratione. Ho-
rum enim ſingula ſeparatim inuenire licet, con-
iunctim poſita in tali ordine nequaquam poterũt
oſtendere. Itaque ſi exactè vrgent ea quæ in ſcrip-
turis habentur, oſtendant vnde iſta dicant.
Quod ſi concedunt conſuetudini, ne nobis faceſ-
ſant negotium. Nos enim ambas dictiones, è fi-
delium vſu mutuati, ambabus vtimur: glorifi-
cationem quidem ex æquo per vtramque imple-
ri perſuaſi: eis vero qui deprauant veritatem,
magis obturari os credimus propoſita dictione:
quæ quum vim habeat ſcripturis congruentem,
non eſt amplius ad contraria accommodabilis. F
Eſt autem hæc, cui nunc ab iſtis contradicitur,
quæ pro Et, coniunctione ſumitur. Nihil enim
refert vtrum dicas, Paulus & Siluanus & Ti-
motheus, an Paulus cum Timotheo & Silua-
no. Nominum enim connexio, vtraque pro-
nuntiatione ſimiliter ſeruatur. Itaque ſi quum
dominus dixerit, Patrem & filium & ſanctum ſpi-
ritum: ipſe dicam, Patrem & filium cum ſpiritu

ſancto: nihil diuerſum dixero, quod ad ſententiæ vim attinet. Porrò per præpoſitionem connecti nomina, multis argumentis probari poteſt. Gratia, inquit, domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & communio ſpiritus ſancti. Ac rurſum, Obſecro vos fratres per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus. Itaque ſi pro coniunctione Et, voluerimus vti præpoſitione Cum, quid differentiæ fecerimus? Ego ſanè non video, niſi quis iuxta frigidam grammaticem, coniun-
A ctionem tanquam copulatiuam, ac maioris vnionis declaratiuam præterens, præpoſitionem reiiciat, quaſi non obtineat parem vim. Sed ſi hactenus de his eſſet nobis controuerſia, haudquaquam multis verbis opus eſſet nobis ad reſpondendum. Nunc vero neque de ſyllabis, neque de hoc aut illo dictionis ſono diſputãt, ſed de rebus iuxta vim ac veritatem maximo inter ſe diſcrimine diſſidentibus. In quibus quum indifferens ſit ſyllabarum vſus, iſti has quidem, vt in ſcripturis repertas inducere, illas vero ab eccleſia ſubmouere moliuntur. Ego vero tametſi primo ſtatim auditu euidens ſit vtendi libertas, attamen etiam rationem reddam iuxta quam patres noſtri non otioſè ſimul amplexi ſint & huius præpoſitionis vſum. Nam præterquàm quod hæc ſyllaba Et, idem valens refellit Sabellij malitiam, & ſimiliter atque illa perſonarum proprietatem declarat, velut, Ego & pater venіemus, Ego & pater vnum ſumus: eximium habet ſempiternæ communionis, & cum deo coniũctionis teſtimonium. Nam qui dixit, cum patre filium eſſe, ſimul & perſonarum proprietatem &
B inſeparabile conſortium expreſſit. Quod idem fit in rebus humanis, in quibus Et, coniunctio, declarat operationis conſortium: at præpoſitio Cum, ſignificat etiam communionem. Quod genus eſt, Nauigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, ſed & Tychicus & Oneſimus miſſi ſunt Coloſſenſibus. Ex his diſcimus illos rem eandem feciſſe. Cæterum ſi audierimus, connauigarunt, & collegæ miſſi ſunt, etiam illud addiſcimus, eos actionem pariter operatos eſſe. Ita Sabellij errorem deſtruens hæc vox vt non alia æquè, addidit illis & diuerſo impietatis genere inſanientes. De his loquor, qui temporalibus interuallis filium à patre, & ſpiritum ſanctum à filio diſtrahunt. Cui ſenſui maximè repugnat ſyllaba Cum, eo quòd Cũ, coniunctionem inter ſeſe communicantium exprimit, velut ſimul nauigantium & ſimul inhabitãtium, aut quiduis aliud communiter perficientiũ. At præpoſitio In, declarat relationem ad id in quo ſunt operantes. Siquidem quum audimus Innauigant, aut Inhabitant, protinus cogitamus ſcapham, aut domum. Itaque iuxta cõmunem vſum harum ſyllabarum talis eſt inter ipſas differentia,
C aut ſi quid amplius inueniri poſſit à ſtudioſis. Neque enim mihi vacat de ratione ſyllabarum exquirere. Quoniam igitur demonſtratum eſt præpoſitionem Cum, ſignificantiſſimè reddere coniunctionis intelligentiam, ſit vobis ſi videtur fœderata, ac deſiſtite atrox, & indenuntiatum bellum cũ illa gerere. Attamen quanquam ea vox adeò boni ominis eſt, ſi cui cordi eſt per ſyllabam Et, glorificando connectere nomina, ſicut in Euangeliis de baptiſmate didicimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ita fiat, nemo contradicturus eſt. Hac conditione deponamus arma. Sed iſti citius abiecerint linguas, quàm hanc vocem recipiant. Hoc igitur eſt, quod nobis indenuntiatum & irreconciliabile bellum excitat. In ſpiritu, inquiunt, ſancto, danda eſt gloria deo, non ipſi ſpiritui: ac mordicus hanc vocem In, velut humilem addunt ſpiritui. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quæ quum audierint iſti, demirabor ſi nõ eam proditricem & ad ſpiritus gloriam vltrò transfugam pronuntiatint. D

QVOT MODIS DICITVR IN, totidem modis de ſpiritu accipi.

CAPVT XXVI.

MIHI conſideranti quàm ſimplex ac breuis ſit huius ſyllabæ pronuntiatio, tamen varia videntur quæ per eam ſignificantur. Quot enim modis dicitur In, totidem modis inuenimus eam de ſpiritu conceptibus ſubſeruire. *Modi In.* Nam forma dicitur eſſe in materia, & potentia in eo quod eſt alicuius formæ capax, & habitus in eo qui ſecundum illum affectus eſt, aliáque huius generis multa. Itaque quatenus ſpiritus ſanctus vim habet perficiendi creaturam rationalem, abſoluens illius faſtigium formæ rationem obtinet. Nam qui iam oon viuit ſecundum carnem, ſed ſpiritu dei agitur, & filius dei nominatur, & conformis imagini filij dei factus eſt, ſpiritualis dicitur. *Ephe.1.* Et ſicut cernendi vis eſt in oculo ſano, ſic & operatio ſpiritus in anima purgata. Eóque Paulus optat Epheſiis, vt oculos habeant illuminatos in ſpiritu ſapientiæ. E Et quemadmodum ars eſt in eo qui nactus eſt illã, ita gratia ſpiritus in eo qui recepit, ſemper quidem præſens, at non perpetuò operãs. Nam & ars, potẽtia quidem eſt in artifice: actu verorum, quum ſecundũ illam operatur: itidem ſpiritus, ſemper quidẽ adeſt dignis, ſed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in prophetiis, aut in ſanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Præterea ſicut in corporibus eſt ſanitas, aut calor, aut in genere affectiones facilè mobiles: ſic & in anima frequenter eſt ſpiritus, iis qui mente ſunt inſtabili, ac facilè quam acceperant gratiam expellunt: qualis erat Saul, & ſeptuaginta ſeniores filiorum Iſraël, præter Eldad & Modad: apud hos enim ſolos apparet manſiſſe ſpiritũ ſanctum: & in genere, ſi quis eſt iſtis animi propoſito conſimilis. Itẽ quẽadmodum verbũ eſt in animo, interdũ vt in corde cogitatum, interdum vt lingua prolatum, ſic eſt & ſpiritus ſanctus vel quum teſtimonium præbet ſpiritui noſtro, vel quum clamat in cordibus noſtris Abba pater, vel quum loquitur pro nobis, iuxta id quod dictum eſt, Non vos eſtis qui loquimini, ſed F ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. *Ioan.16.* Iam quemadmodum totum eſt in partibus, intelligitur & ſpiritus eſſe in aliquo, iuxta donorum diſtributionem. Omnes enim inuicem ſumus membra, ſed habẽtes dona ſecundum gratiam dei quæ data eſt nobis diuerſa. Ea propter non poteſt dicere oculus manui, ooo opus habeo te, aut rurſus caput pedibus, noo eſt mihi vobis opus.

Sed

Sed omnia ſimul implet corpus Chriſti in vnita-
te ſpiritus, neceſſarium autem vtilitatem ſibi inui-
cem reddunt ex donis. Deus poſuit membra in
corpore, vnumquodque vt voluit. Membra ean-
dem habent pro ſe mutuo ſolicitudinem, iuxta ſpi
ritualem communionem ſenſus qui ipſis commu
niter adeſt. Eóque ſi affligitur vnum membrum, ſi
militer affliguntur omnia membra. Siue glorifica
tur vnum membrum, ſimul gaudent omnia mem
bra. Rurſus quemadmodum partes ſunt in toto,
ita ſinguli ſumus in ſpiritu, eo quòd omnes in vno
corpore in vnum ſpiritum baptizati ſumus. Porrò
quod dictu mirum videbitur, nihilo tamen minus
A verum eſt, etiam veluti locus eorum qui ſanctifi-
cantur, ſæpenumero dicitur ſpiritus. Oſtenditur
nec hic ſermo diminuere ſpiritum, ſed glorificare
potius. Nomina corporalia etiam ad ſpirituales in
tellectus, euidentiæ gratia frequenter trãsfert ſer-
mo diuinus. Obſeruauimus igitur & pſalmodũ de
deo loquentem, Eſto mihi in deum protectorem,
Pſal. 10. & in locum munitum, vt ſaluum me facias. De ſpi-
Exod. 33. ritu vero, Ecce locus, inquit, apud me eſt, ſta ſuper
petram: quid aliud ſentiẽs locum, quàm viſionem
in ſpiritu, in qua quum eſſet Moſes, potuit videre
deum euidenter ipſi apparentem. Hic eſt locus ve
ræ adorationis ſempiternus. Attende, inquit, ne
offeras holocautoma tuum in quouis loco, ſed in
loco quemcunque elegerit Dominus deus tuus.
Quod igitur eſt holocautoma ſpirituale? Sacrifi-
Pſal. 50. cium laudis. Quo in loco hoc offeremus? In ſpiri-
Ioan. 4. tu ſancto. Vbi hoc didicimus? Ab ipſo Domino di
cente, Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiri
tu & veritate. Hunc locum quum vidiſſet Iacob,
dixit, Dominus eſt in loco hoc. Itaque ſpiritus ve-
rè locus eſt ſanctorum. Sanctus item & domicilıũ
B dicitur, ſpiritui ſeipſum præbens ad inhabitandum
& templum eius appellatur. Sicut enim in Chri-
ſto loquitur Paulus, Coram deo, inquit, in Chri-
ſto loquimur, ita Chriſtus in Paulo, velut ait ipſe,
An experimentum quæritis qui loquitur in me
Chriſti. Sic & in ſpiritu loquitur myſteria. Ac ſpi-
ritus rurſum loquitur in eo. In rebus ergo condi-
tis ad hunc modum, multifariam variiſque ratio-
nibus dicitur ſpiritus ineſſe. Cæterum magis piũ
eſt, dicere eum eſſe cum patre, quàm ineſſe patri.
Nam gratia ab eo manans habitante in iis qui di-
gni ſunt, ac ſuas operationes in illis exercente, re-
ctè dicitur ineſſe iis qui ſunt illius capaces. At il-
lius ſubſiſtentia quæ fuit ante ſecula, nec vnquam
deſitura permanentia cum filio & patre conſide-
rata, ſempiternæ potentiæ & coniunctionis requi
rit appellationes. Propriè ſiquidem ac verè coeſſe
dicitur, de iis quæ ſibi inuicem inſeparabiliter ad
ſunt. Vt calorem ferro ignito ineſſe dicimus, & v-
nà ſimul cum ipſo igni ineſſe. Itẽ corpori ſanita-
tem ineſſe dicimus, vitam autem ſimul cum ani-
ma eſſe. Ergo vbi peculiaris & connaturalis atque
inſeparabilis communio eſt, ſignificãtior vox eſt,
quæ inſeparabilis conſortij cogitationem ſugge-
C rit intellectui. Cõtrà, vbi intelligitur accidere cui-
piam ab illo gratia quæ & decedere poſſit, ſimili-
ter & hic propriè veréque ineſſe dicitur, etiam ſi in
iis, qui receperunt, ſæpenumero propter affectus
in bono perſeuerantiam gratia illius permaneat.
Proinde quoties peculiarem ſpiritus dignitatem
intelligimus, cum patre & filio ipſum eſſe contem
plamur. Vbi vero gratiam in iis qui ſpiritus partici
pes ſunt ſentimus, in nobis eſſe ſpiritum dicimus.
Et quæ à nobis defertur glorificatio ſpiritu, non
habet profeſſionem dignitatis illius, ſed noſtræ i-
pſorum imbecillitatis confeſſionem, dum oſten-
dimus, quód nec idonei ſumus à nobis ipſis glori-
ficare, ſed ſufficientia noſtra eſt in ſpiritu ſancto,
in quo corroborati, pro beneficiis acceptis deo
noſtro gratias abſoluimus, iuxta quod à malitia
purgati ſumus. Alius enim alio plus, aut minus, au
xilio ſpiritus adiuuamur ad offerẽdum hoſtias lau
dis deo. Hoc pacto iuxta communem modum piè
gratiarum actionem ſpiritui perſoluimus. At ſanè
illud nequaquam leuis eſt momenti, vt aliquis de
ſeipſo teſtificetur, dicátque, Spiritus dei eſt in me, D
& per gratiam illius ſapiens factus, refero gloriã.
Nam hæc vox Paulum decet, Videor & mihi ſpiri
tum dei habere. Et rurſus, Egregium depoſitum 2. Tim. 1.
ſerua per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis.
Item de Daniele legimus, quòd ſpiritus dei ſãctus
fuerit in eo. Et ſi quis illis adſimilis ſit virtute. Al-
ter autem intellectus eſt, nec ipſe reiiciẽdus, quòd
ſicut in filio videtur pater, ſic filius videtur in ſpiri
tu. Itaque adoratio quæ fit in ſpiritu, animis no-
ſtris velut in lucem adductis vim ſuam ſuggerit, vt
diſcere licet ex his quæ Samaritanæ dicta ſunt. Do
minus enim adorationem quæ iuxta regionis il-
lius conſuetudinem erat vſitata, ſua doctrina abro
gans, In ſpiritu, inquit, & veritate oportet adora-
re: nimirum ſeipſum appellans veritatem. Quem-
admodum igitur in filio dicimus adorationem, ve
lut in imagine dei ac patris: ſic & in ſpiritu dici-
tur, tanquam in ſeipſo Domini diuinitatem expri
mente: vnde & in adoratione inſeparabilis eſt à
patre & filio ſpiritus ſanctus, eo quòd ſi ſis extra
illum, nullo pacto ſis adoraturus: contra, in illo ſi E
fueris, nullo loco ſeiungeris à deo, nihilo profe-
cto magis quam lumen ſeparabis ab his quæ viſui
patent. Impoſſibile ſiquidem eſt cernere imagi-
nem dei inuiſibilis, niſi in lumine ſpiritus, Etenim
qui intuetur imaginem, hunc impoſſibile eſt lu-
men ab imagine ſeparare. Quod enim vt videas
in cauſa eſt, id neceſſe eſt, vt ſimul cum his quę cer
nuntur, videatur. Itaque propriè & congruenter
per illuminationem ſpiritus videtur ſplendor
gloriæ dei. Per characterem autem ad eũ
cuius eſt character, & eiuſdem fi-
guræ ſignum ſubue-
himur.

VNDE INITIVM HABEAT ſyllaba, cum, & quam vim habeat, vbi & de eccleſiæ legibus nullo ſcripto proditis.

CAPVT XXVII.

F

QVAM ob cauſam, inquiunt,
quum propriè cõueniat hæc
ſyllaba In, ſpiritui: ac nobis
ad exprimendum quemuis
de ſpiritu intellectum ſuffi-
ciat, vos nouam iſtam ſylla-
bã induxiſtis, qui dicitis, Cũ
ſpiritu, non In ſpiritu ſan-
cto, alioqui nec neceſſariis, nec ab eccleſia pro-
batis

PRAEVARICATORES, QVI
negant ſpiritum.

CAPVT. XI.

CVI væ? Cui afflictio, cui an-
guſtia ac tenebræ, cui ſem-
piterna condēnatio? Nonne
præuaricatoribus? Nōne iis
qui fidem aboegarunt? Sed
A vnde ptobantur abnegaſſe?
Nonne hinc, quod ſuam ipſi
profeſsionem irritam fece-
runt? Quid autem profeſsi ſunt, aut quando? Pro-
feſsi ſunt ſe credere in pattem & filium & ſpiritū
ſanctum, quum tenunttantes diabolo & angelis
eius ſalutiferam illam vocē ædiderunt. Quod igi-
tur iſtis dignum vocabulum repertum eſt à filiis
lucis? Nonne pet fugæ ac præuaricatotes appellā-
tur, vt qui ſua ſalutifera pacta violarint. Quo igi-
tur nomine vocem eū qui deum abnegauit, eum
qui Chriſtū abnegauit? Quonam alio, quàm præ-
uaricatotis ac deſertoris? At ei qui negauit ſpiri-
tum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc
idem? quippe qui pactum cū deo initum violarit?
Ergo quum profeſsio fidei in deū, pietatis beati-
tudinem nobis cōciliet, contrà abnegatio, crimi-
ni aboegati dei faciat obnoxios, an nō hottendū
eſt banc profeſsiooem nunc itritam facere, oon
ignem, non gladium, non crucem, non flagella,
non toram, oon tormenta metuentes, ſed ſolis ſo-
phiſmatibus ſeductionibúſque iſtorū qui ſpiritui
rebelles ſunt, impulſos? Teſtificor omni homini
B Chriſtum profitenti, ſed & eū neganti quod Chri- Galat. 5.
ſtus nihil illi ptoderit, nec ei qui deū quidem in-
uocat, ſed Chriſtum ſpernit, quòd inanis eſt fides
illius. Similiter ei qui ſpiritum reiicit, teſtificor
quòd fides eius qua profitetut patrem & filium,
inanis erit, quam nec habere poteſt, niſi ſimul ad- Ioannis. 3.
ſit ſpiritus. Non enim credit in filiū, qui noo cre- 1. Cor. 12.
dit ſpiritui ſancto: oon credit in patrem, qui non
credit filio. Nec enim poteſt dicere dominus Ie-
ſus, niſi in ſpiritu ſancto. Et, Deū nemo vidit vn-
quam, ſed vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris,
ipſe nobis enarrauit. Inſuper talis expers eſt veræ
adorationis. Neque enim fieri poteſt, vt quis fi-
lium adoret niſi in ſpiritu ſancto, aut vt patrem
inuocet, niſi in adoptionis ſpiritu.

ADVERSVS EOS QVI
dicunt ſufficere baptiſma tantum in
nomine filij.

CAPVT XII.

NEMINEM vero debet of-
fēdere illud Apoſtoli, quòd
nomen patris, & ſpiritus ſan
C cti mētionem, io baptiſma-
tis cōmemoratione frequē-
ter omittit: neq; ideo putet
barū vocum vſum eſſe indif
ferentem. Quicunq; inquit,
in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.
Quicunque in Chriſto baprizati eſtis, in mortem Gala. 3.
illius baptizati eſtis. Siquidē Chriſti appellatio, Roma. 6.
totius deitatis eſt profeſsio: quippe quæ ſimul de-
clarat & deū qui vnxit, & filium qui vnctus eſt, &
ſpiritum ſanctū qui eſt vnctio: quemadmodum à
Petro in Actis didicimus, Ieſum Nazarenū, quem
vnxit deus ſpiritu ſancto. Item in Eſaia, Spiritus
domini ſuper me, eo quod vnxit me. Et pſalmicus Cap. 4.
ille cātor, Propterea voxit te deus deus tuus oleo Cap. 61.
exultatioois, vltra participes tuos. Videtur atta- Pſal. 44.
men interdū & ſpiritus tantum in baptiſmate fe-
ciſſe mētionem Apoſtolus, Omnes, enim inquit,
in vno corpore, & in vno ſpiritu baptizati ſumus.
His & illud cōſonat, Vos baptizabimini in ſpiritu D 1. Cor. 12.
ſancto. Rutſum, Et ipſe vos baptizabit in ſpiritu Act. 1.
ſancto. At non ideo quis dixerit perfectū eſſe ba-
ptiſma, in quo ſolū ſpiritus nomen inuocatū eſt.
Oportet enim inuiolabilem manere traditionē,
quæ in viuifica gratia data eſt: eo quòd qui libera-
uit de corruptione vitam noſtrā, poteſtatē nobis
renouationis dedit: quæ poteſtas cauſſam babet
ineffabilem, & in myſterio reconditam, ſed ma-
gnam animabus ſalutem cōferentem, vt quicquā
addere aut detrahere, planè ſit ab æterna vita ex-
cidere. Proinde, ſi in baptiſmo ſeparare ſpiritum
à patre & filio, vt periculoſum eſt baptizanti, ita
baptiſmum accipiēti inutile, quomodo nobis tu-
tum fuerit, à patre & filio diſtrahere ſpiritum? Fi-
des, ac baptiſma, duo ſunt modi parandæ ſalutis,
inter ſe cognati & inſeparabiles. Nam fides perfi-
citur per baptiſmum, baptiſmus verò fundamēto
fidei nititur, & vtraque res per bas voces imple-
tur. Sicut enim credimus in patrem & filiū & ſpi-
ritum ſanctum, ſic & baptizamut in nomine pa-
tris & filij & ſpiritus ſancti. Ac præcedit quidem
profeſsio ad ſalutem perducens, ſequitur autem
baptiſma conſignans pactum noſttum. E

QVARE APVD PAVLVM
angeli ſimul cum patre & filio adiunguntur

CAPVT XIII.

AT alia inquiunt, quæ ſimul
patri & filio annumerantur,
non ideo per omnia ſimul
cum illis glorificātur. Veluti
quum Apoſtolus obteſtans
Timotheum angelos ſimul 1. Tim. 5.
adducit, dicens, Obteſtor te
in conſpectu dei, & Chriſti
Ieſu, & electorum eius angelorum: quos tamen
nos ſeparamus à reliquis creatutis, neq; ſuſtine-
mus eos patri & filio annumerare. Ego verò ta-
metſi hic ſermo nulla dignus eſt confutatione, tā
manifeſtam præferens abſurditatem: tamen illud
dico, quod conſeruum etiam teſtem aliquis ad-
ducere poſsit apud manſuetum ac placabilem iu-
dicem, quique maximè per æquitatem erga reos
iuſtè iudicandi irrefutabilem rectitudinem decla
rarit. Cæterum vt aliquis fiat liber è ſeruo, atque
vocetur filius dei, & à morte reuocetur ad vitam,
à nullo alio poteſt dari, niſi ab eo qui cum deo F
naturalem habet ſocietatem, & à ſeruili conditio-
ne ſit alienus. Quomodo autem ſociabit nos deo,
qui ipſe eſt alienus? Quomodo liberos reddet
nos, qui ipſe eſt iugo ſeruitutis obnoxius? Itaque
non ob eadem fit ſpiritus & angelorum mentio,
ſed ſpiritus commemoratur tanquam autor ac
dominus vitæ: angeli verò tanquam conſeruorū
adiutores, fideléſque veritatis teſtes adhibentur.
Siquidem mos eſt ſanctis, dei præcepta teſtibus
adhibitis

adbibitis tradere. Sicut bic ipſe Timotheo loquẽs
in bunc modum, Quæ accepiſti à me coram mul-
1.Tim.1. tis teſtibus, ea depone apud fideles homines. Et
nunc angelos atteſtatur, ſciens quòd angeli pari-
ter adfuturi ſunt iudici, quum venerit in gloria pa
tris, vt iudicet orbem terrarũ in iuſtitia. Quiſquis
enim, inquit, confitebitur me coram hominibus,
Math. 10 & filius hominis confitebitur eum coram angelis
2.Theſ.1. eius. Qui verò abnegauerit me coram homini-
bus, abnegabitur in conſpectu angelorum dei. Et
Paulus alibi dicit, In reuelatione domini Ieſu de
cœlis, cum angelis. Hanc ob cauſſam conteſtatur
A angelos, ſitnias ſibi præparans probationes ad
magnum illud tribunal. Neque hic modò, verum
etiam ſimpliciter omnes, quibus aliquod verbi
miniſterium commiſſum eſt, nullo vnquam tem-
pore ceſſant teſtari: non angelos tantum, verum
etiam cœlum & terram inclamant, vt intra quo-
rum ambitum omnia geruntur, quique in exami-
natione in hac vita geſtorum ſint ſimul cum iu-
dicãdis futuri. Aduocauit, inquit, cœlum ſurſum,
& terram ad diiudicãdum populum ſuum. Vnde
& Moſes traditurus populo eloquia dei, Teſtor,
inquit, hodie cœlum & terram. Et rurſus in Can-
tico, Attende cœlũ & loquar, & audiat terra ver-
Cap.1. ba ex ore meo. Item Eſaias, Audi cœlum, & auri-
Cap.2. bus percipe terra. Hieremias autem etiam admi-
rationem ac ſtuporẽ cœlo tribuit, ob audita im-
pia populi facta: Obſtupuit cœlum ſuper hoc, &
exhorruit amplius terra vehementer, dicit domi-
nus, quoniam duo mala fecit populus meus. Apo
ſtolus itaque ſciẽs angelos hominibus datos ceu
pædagogos quoſpiam ac morum gubernatores,
B vocauit illos in teſtimonium. At Ieſus Naue etiã
lapidem teſtem ſermooũ ſtatuit. Iam verò & col-
lis alibi teſtis appellatur à Iacob, Erit, inquit, lapis
bic hodie in teſtimonium vobis in extremis die-
bus quum mẽtiti fueritis domino veſtro, fortaſſe
credens virtute diuina & lapides vocem emiſſu-
ros in redargutionem trãſgreſſorum. Sin minus,
certe illud fore, vt omnium conſcientia ſtimulo
recordatioois perculſa vulneretur. Ad hunc igi-
tur modum, ij quibus commiſſa fuit aoimarũ gu-
bernatio, teſtes quicunque quaodocunque fue-
rint præparant, vt in poſterum citari poſsint. Sed
ſpiritus non ad vſum occaſionis, ſed per naturæ
communionem deo cõiunctus eſt, baud ille qui-
dem pertractus à nobis, ſed à domino adiunctus.

OBIECTIO, QVOD IN,
Moſen nonnulli baptizati ſunt, & in illum crediderunt, & bonus diluuio, in quibus & de typo.

C CAPVT XIIII.

VERVM, inquiunt tametſi
baptizamur in ſpiritu, non
inde par eſt vt ſpiritus deo
copuletur, quãdo in Moſen
1.Cor.10. nonnulli baprizati ſunt &
in nube & in mari. Simili-
ter in confeſſo eſt & fidem
tum temporis in homines
Exod.14. perueniſſe. Credidit enim populus Deo, & Moſi
famulo eius. Quid igitur, inquiunt, ex fide ac ba-
ptiſmo ſpirititũ ſanctũ vſqueadeò attollis ac ma-
gnificas ſupra reliquam creaturã? quum eadẽ iam
& in bominibus fuiſſe ſcripturarum teſtimoniis
demonſtratũ ſit? Quid dicemus? Nimirum illud,
quod in ſpiritũ quidem ſanctũ, vt credimus, æquè
atq; in patrem & filium, ſimiliter & baptizamur.
Fides autem quæ erat in Moſen, & in nube, velut
vmbra fuit & figura. Neque vero quoniam diui-
na rebus bumilibus & humanis præfigurata ſunt,
protinus & diuinorum humilis eſt natura, quam
figurarũ adumbratio frequenter innuit. Eſt enim
figura rerum expectandarum declaratio, per imi-
tationem ob oculos ponẽs, ac rectè præmõſtrans
quod futurum eſt. Velut Adam figura erat futuri, D
& Chriſtus figuratè dictus eſt lapis, & aqua pro-
manans è petra, figura erat viuificæ potentiæ ver- Ioan.6.
bi. Si quis, inquit, ſitit, veniat ad me, & bibat. Et
manna typus erat viui panis, qui de cœlo deſcen-
dit. Et ſerpens pro ſigno poſitus, typus erat ſaluti-
feræ paſsionis per crucẽ conſummatæ, eoque qui
reſpexerũt ad illum ſeruati ſunt. Similiter & quæ
de eductis Iſraëlitis ſcribuntur, ad ſignificationẽ
eorum qui baptiſmo ſalui fiunt, narrata ſunt. Ser-
uabantur enim Iſraëlitarum primogenita, quem-
admodum & baptizatorum corpora, quum gra-
tia datur iis qui ſanguine ſignati fuerint. Sanguis
enim pecudis, figura eſt ſanguinis Chriſti. Primo-
genita vẽrò typus eſt hominis, qui primus condi-
tus eſt: qui quoniam neceſſariò in nobis eſt, dum
perpetuo tenore ſucceſsionis vſq; ad finem pro-
pagatur, ideo in Adã omnes morimur, & regna-
uit mors ab Adam vſque ad legis conſummatio-
nem, & Chriſti aduentum. Porrò primogenita à
deo præterita ſunt, ne ea tangeret angelus extin-
ctor, vt oſtenderetur, nos iam non amplius mori E
in Adam, qui in Chriſto viuificati ſumus. Cæterũ,
mare & nebula ad præſens quidem tempus, indu
cit ad fidem admirationis, ad futurum autem tan-
quam typus venturam gratiam præſignauit. Quis
ſapiens & intelliget hæc? Quomodo mare baptiſ-
mi typum gerens, ſeparat à Pharaone, ſic & laua-
crũ boc à diabolica tyrannide. Illud quidẽ occidit
hoſtem in ſeſe, moritur & hic inimicitia quæ no-
bis fuit cũ deo. Ab illo populus exiit illęſus. Aſcẽ-
dimus & nos ab aquis tanquã ex mortuis viui, ſer-
uati per gratiam eius qui vocauit nos. At vmbra
quam fecit nubes, figura eſt doni proficiſcentis à
ſpiritu ſancto, quæ flammam cupiditatũ mortifi-
cando, membra nos refrigerat. Quid igitur? num
quia per figuram in Moſe baptizati ſumus, ideo
protinus exigua eſt gratia baptiſmatis? Ad iſtam
rationẽ nec aliud quicquam in noſtris ſacramen-
tis fuerit magnum, ſi quod in ſingulis magnificũ
eſt, cũ figuris conferamus. Ac ne dei quidem erga
homines charitas quicquam erit magni aut exi- F
mij, qui filium vnigenitum dedit pro peccatis no
ſtris: quandoquidem & Abraham filio ſuo non
pepercit. Nec Chriſti mors erit glorioſa, quod
aries loco Iſaac victimæ figuram expleuit. Neque
deſcenſus ad inferos erit horribilis, quòd Ionas
tribus diebus ac totidem noctibus mortis figu-
ram prius expleuit. Idem ergo facit & de baptiſ-
mate, qui veritatem vmbræ comparans, cumque
figuris conferens ea quæ figuris ſignificantur,
vniuerſam pariter euangelicam deſpenſationem
eleuare aggreditur. Nam quæ peccatorum re-
miſsio, quæ vitæ renouatio in mari, quod donum
ſpirituale

ſpirituale datum eſt per Moſen? Quæ illic peccati mortificatio? Non illi Chriſto commortui ſunt, eoq́ue nec cum illo reſuſcitati ſunt. Non portabant imaginem illius cœleſtis, non mortificationem in corpore circũferebant, non exuerant veterem hominem cum factis ſuis, noo induerant nouum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem illius qui condidit. Quid igitur cõfers lauacra cum lauacris, quæ ſolam oominis appellationem habent communem, rerum verò tanta eſt differentia, quanta eſt inter ſomnia & veritatem, inter vmbras imagineſque, & inter ea quæ reuera ſunt. Quanquam & ipſa fides in Moſen, non modò declarat fidem quoque in ſpiritũ par-
A uæ eſſe dignitatis, ſed iuſta iſtorum ratiocinationem, omnia potius quæ de deo profitemur extenuat. Credidit, inquit, populus deo, & Moſi ſamu
Exod.14. lo eius. Deo itaque copulatus eſt Moſes, oon ſpiritui: eratq́ue typus, nõ ſpiritus, ſed Chriſti. Tum enim is qui medius iñtercedit inter deum & homines, per Moſen præſignabatur in miniſterio legis. Neque enim ſpiritus figura fuit Moſes, qui inter deum & populum interceſsit. Data eſt enim lex diſpoſita per angelos, io manu ſequeſtri, videlicet Moſi, iuxta prouocationem populi dicentis,
Exod.22. Loquere tu nobis, & non loquatur nobis deus. Itaque fides quæ erat in Moſen ad Dominum refertur, qui ſequeſter eſt inter deum & bomines,
Ioan.5. qui dixit, Si crederetis Moſi, crederetis vtique & mihi. An ideo parui momenti eſt, fides in Dominum, quæ per Moſen pręſignata eſt: Non opinor. Conſimili ratione ſi quis in Moſe baptizatus eſt, nequaquam ob id eſt ęxigua ſpiritus gratia in ba-
B ptiſmate. Quanquam & alioqui poſſum dicere, conſuetudinem eſſe ſcripturæ, Moſi nomine etiã
Luc.16. ſignificare legem, velut illic: Habent Moſen & Prophetas. Itaque de legali baptiſmate loquens, Baptizati ſunt, inquit, in Moſe. Quur igitur gloriam noſtræ ſpei, ac diuitias dei, & ſeruatoris noſtri, qui gratis per regeneratiooem renouat velur aquilæ iuuenturem ooſtram, contemptibilẽ reddere conamini, ex vmbris & figuris veritatem calumniantes? Profectò ſtulti, ac omnino inſantilis animi eſt, puerique cui reuera lacte eſt opus, ignorare magnum illud myſteriũ noſtræ ſalutis: quod quemadmodnm doctores facere ſoleot in inſtituendis diſcipulis, ita nos in exercitatione pietatis dum ad perſectionem inducimur, primũ perceptu ſacilioribus, ac noſtro modulo congruentibus ad iocomprebenſibilem ſciẽtiam paulatim introducti fuimus, deo qui ooſtra gubernat, oculos noſtros velut in tenebris enutritos, paulatim
C ad magnũ illud lumen aſſueſaciendo ſubuehenre. Dum enim parcit infirmitati noſtræ in profunda opulentia ſapientiæ ſuæ, inq́ue imperſcrutabilibus iudiciis, placidam hanc nobiſque accommodam adhibuit inſtitutionem vt prius corporum vmbras intueremur, & in aquis ſolem cerneremus, conſueſaciens, ne protinus ſpectaculo puræ lucis offenſi, caligaremus. Ad conſimilem rationem tum lex vmbram habens futurorum, tum per Prophetas facta deliniatio, quæ eſt veritatis ænigma, exercitamenta excogitata ſunt, quibus oculi cordis noſtri præpararentur, vt ab his facilis nobis tranſitus eſſet ad reconditam in myſterio ſapiẽtiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longè maius fieret argumento principali. Quorſum igitur at-
tinet his aliquid addere, in quibus abundè multæ Alias deus
ſunt obiectionnm diſſolutiones.

CONFVTATIO EORVM QVI obiiciunt quod in aqua baptizati ſumus, in quo & baptiſmi declaratio.

CAPVT XV.

Etiam in aqua baptizamur, at nequaquam ob id aquã vniuerſę creaturæ pręferimus, aut ei patris filiiq; D
honorem communicamus. Atque illotum quidem verba talia ſunt, qualia eſſent hominum ira commotorũ, qui ob ratiooem affectu obſcuratam, à nullo temperant, quod ad vlciſceodum eum à quo offenſi ſunt, faciat. Nos tamen haud grauabimur etiam de his diſſerere. Aut enim ignorantes docebimus aut perperam obſiſteniibus non concedemus. Sed re paulò altius repetita dicemus: Dei ac ſeruatoris ooſtri circa hominem diſpenſatio, reuocatio eſt a prolapſu, reditúſque ad dei contuberniũ ab alienatione qnam induxit inobedientia. Hanc ob cauſam fuit aduentus Chriſti in carne, euangelicæ conuerſationis prodita forma, afflictiones, crux, ſepultura, reſurrectio, vt homo qui ſaluus fit per imitationem Chriſti, veterem illam adoptionem qua in ius filiorum aſcitus fuerat, recipiat. E
Itaque neceſſarium eſt ad vitę perfectionẽ Chriſtum imitari, non ſolum exemplis, quæ in vita demonſtrauit, lenitatis, modeſtiæ, ac patientiæ, verum etiam mortis illius, ſicut Paulus ait, Chriſti imitator: conſormor morti eius, ſi quo modo perueniam ad reſurrectionem è mortuis. Quomodo
igitur fit, vt ſimus in ſimilitudine mortis eius? Cõ Rom.6.
ſepulti cum illo per baptiſma. Quis igitur eſt modus ſepulturæ, aut quis ex imitatione fructus? Primum oportet vitæ prioris ſeriem interrumpere. Id autem nemo poteſt ſacere, niſi natus deſuper, iuxta Domini vocẽ. Siquidem regeneratio, quod ipſum etiain nomen declarat, alterius vitæ initiũ eſt. Vnde eum qui alteram vitam incepturus eſt, oporter ſuperiori vitæ finem imponere. Quemadmodum enim in his qui poſteaquàm ad ſtadij finem peruenerunt, ſeſe reflectunt, & priuſquam in contrarium moueantur, conſiſtunt pauliſper, ac requiem aliquam interpoounr: ſic & in muta-
tiune vitæ videbatur neceſſarium, vt mors inter F
priorem & poſtetiorem vitam intercederet, quæ & præcedentem finiat, & initium derſequuturæ. Quomodo igitur aſſequimur deſcenſum ad inferos: Chriſti ſepulturam imitãtes per baptiſmum. Eorum enim qui baprizantur corpora, quodammodo aquis inſepeliuntur. Proin depoſitionem operum carnis figuratè ſignificat baptiſmus, iuxta Apoſtolum dicentem. Circuncisi eſtis circunci
ſione non ſacta manu, per expoliatiooem corpo- Coloſ.2.
ris carnis, in circuocisione Chriſti, ſepulti cum illo in baptiſmo, qui quodam modo repurgat animam, à carnalis affectus immundicia ipſi adnata,
iuxta id quod ſcriptum eſt, Lauabis me & ſuper Pſal.50.
niuem

niuem dealbabor. Eoque non Iudæorum more
in quibuſlibet inquinamentis abluimur, ſed vnũ
nouimus ſalutiferum baptiſma: qnandoquidem
vna eſt pro mundo mors, & vna ex mortuis re-
ſurrectio, quarum figura eſt baptiſma. Quapro-
pter, qui nobis vitam diſpenſat Dominus baptiſ-
matis pactum nobis ſtatuit, mortis ac vitæ typum
habens: mortis quidem imaginem implẽte aqua,
ſpiritu verò vitæ arram præbente. Hinc itaque no
A bis perſpicuum eſt factũ quod quærebatur, quã-
obrem aqua coniuncta ſit ſpiritui. Quum enim
duo ſcopi propoſiti ſint in baptiſmo, videlicet vt
aboleat corpus peccati, ne poſtea fructificet mor
tem, tum vt viuat ſpiritu, & fructum habeat in
ſanctificatione: aqua mortis exhibet imaginem,
corpus velut in ſepulchro recipiens, ſpiritus verò
vim viuificam immittit, à morte peccati renouãs
animas noſtras in nouam vitam. Hoc igitur eſt
deſuper naſci ex aqua & ſpiritu, quaſi mortifica-
tio perficiatur in aqua, vitam verò noſtram ope-
retur ſpiritus. Tribus igitur demerſionibus, ac to-
tidem inuocationibus, magnum baptiſmatis my-
ſterium peragitur, vt & mortis figura adumbre-
tur, & per traditionem diuinæ cogitationis ani-
mus repurgetur eorum qui baptizantur. Itaque
ſi qua eſt gratia in aqua, non eſt ex ipſius aquæ na-
tura, ſed ex ſpiritus præſentia. Non enim eſt ba-
ptiſmus depoſitio ſordium corporis, ſed conſcien
tiæ bonæ interrogatio apud deum. Itaque Domi-
nus ad vitam ex reſurrectione nos præparans, to-
tam euangelicam conuerſationem proponit, vt
non iraſcamur, vt malorum tolerantes ſimus, &
B à voluptatũ amore puri, vt à ſtudio pecuniæ mo-
res ſint liberi, præſcribens, vtque quæ illud ſe-
culum iuxta naturam poſſedit, hæc nos occupan-
tes corrigamus. Proinde ſi quis definiens dicat
Euangelium eſſe formam vitæ, quæ eſt ex reſur-
rectione, mihi nequaquã videretur à vero aber-
rare. Ad ſcopum igitur reuertamur: per ſpiritum
ſanctum datur in paradiſum reſtitutio, in regnum
cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reuer-
ſio: datur fiducia deum appellandi patrem ſuum,
conſortem fieri gratiæ Chriſti, filium lucis appel-
lari, æternæ gloriæ participem eſſe, & vt ſemel
omnia dicam, eſſe in omni benedictionis pleni-
tudine, tum in præſenti hoc ſeculo, tum in futuro
nobis repoſitorum bonorum, quibus interim per
fidem fruimur, perinde quaſi adſint, gratiam ve-
lut in ſpeculo contemplantes. Nam ſi talis eſt ar-
rabo, quale eſt illud quod perfectum eſt? Et ſi ta-
les ſunt primitiæ, quæ erit verbi conſummatio?
Inſuper & illinc cognoſcitur, quàm excellens ſit
gratia quæ à ſpiritu cõfertur in baptiſmate, quòd
Ioannes quidem baptizauit aqua, Dominus au-
tem meus Ieſus Chriſtus in ſpiritu ſancto. Ego,
inquit, baptizo vos per aquam ad pœnitentiam:
C qui autem poſt me venit, potentior me eſt, cuius
non ſum dignus vt geſtem calceamenta: ipſe vos
baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Ignis baptiſ-
mum probationem quæ fiet in iudicio, ſentiens:
quemadmodum ait Apoſtolus, Vniuſcuiuſque o-
pus quale ſit, ignis probabit. Et rurſum, Dies enim
declarabit, quod in igni patefit. Iam vero ſunt nõ-
nulli, qui in certaminibus pro pietate, reuera non
imitatione Chriſti mortem perpeſſi, nihil huiuſ-
modi ſacramentis quæ ſunt in aqua opus habue-
runt ad ſalutem, nimirum in proprio baptizati
ſanguine. Neque hæc ita loquor, quod aquæ ba-
ptiſma ſpernam, ſed vt iſtorum rationes deiiciã,
qui aduerſus ſpiritum eriguntur, quique commi-
ſcent mixturam non recipientia, & ſimilia faciũt,
quæ comparationem reſpuunt. Ad id igitur quod
inſtitutum eſt redeamus. Reditum.

Reuertitur [illegible]. — Matth.3. — 1.Cor.3.

QVOD IN OMNI SENSV ſpiritus ſanctus inſeparabilis eſt à patre & filio, ſiue in creatione intelligibilium creaturarum, ſiue in humana diſpenſatione, ſiue in iudicio quod expectatur. D

CAPVT XVI.

QVod in omnibus ſpiri-
tus ſanctus inſeparabilis,
& prorſus indiſtractus ſit
à patre & filio, Paulus 1.Cor.12.
Corinthiis ſcribens decla
rat, en in loco quo tractat
de dono linguarũ: Si om-
nes, inquit, prophetetis,
grediatur autẽ infidelis,
aut idiota, arguitur ab omnibus, iudicatur ab om-
nibus, & occulta cordis eius manifeſta fiunt, atq;
ita procidens in faciem, adorat deum, renuntians
quod deus ſit vere in vobis. Itaque ſi ex prophe-
tia, quæ iuxta diſtributionem donorum ſpiritus
operatur, agnoſcitur deus in prophetis eſſe, con-
ſulent iſti, quem locum tribuant ſpiritui ſancto.
Vtrum æquius ſit illum cum deo iungere, an ad
creaturarum ordinem extrudere. Præterea ex his E
quæ Petrus dixit Sapphiræ. Quid eſt quod cõue- Act.5.
nit inter vos, tentare ſpiritum ſanctum, non men-
titi eſtis hominibus, ſed deo; declarat quæ peccan
tus in ſpiritum ſanctum, eadem peccari in deum.
Hoc autem pacto diſcere potetis, ſpiritum ſanctũ
in omni operatione coniunctum & inſeparabi-
lem eſſe à patre & filio. Siquidem quum deus ef-
ficiat varias operationum diſtributiones, ac do-
minus eas diſtributiones adminiſtret, ſimul adeſt
ſpiritus ſanctus, partitionem donorum pro cuiuſ-
que dignitate proprio arbitrio diſpenſans. Diui-
ſiones, inquit, donorum ſunt, vnus autẽ ſpiritus.
Et diuiſiones adminiſtrationum ſunt, vnus autem
dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, vnus
autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Hęc 1.Cor.12.
autem, inquit, omnia operatur vnus & idem ſpi-
ritus, diuidens ſeorſim cuique, prout vult. Atta-
men non quoniam Apoſtolus primo loco memi-
nit ſpiritus, ſecundo filij, tertio dei & patris, pro-
tinus oportet ſuſpicari totum omnino ordinem
inuerſum eſſe. A noſtra ſiquidem cõditione ſum-
pſerat exordium, eo quòd nobis qui dona accepi-
mus, primum occurrit is qui diſtribuit: mox co-
gitamus eum qui miſit, poſtremò cogitationem F
ſubducimus ad fontem autoremque bonorum.
Iam etiam ex rebus initio cõditis diſcas licet, ſpi-
ritus cum patre & filio cõmunionem. Nam me-
ræ, & intelligibiles, & vltramũdanæ virtutes, ſan-
ctæ tum ſunt, tum nominantur, ex gratia per ſpi-
ritum infuſa ſanctimoniam nactæ. Eoque præter-
miſſa eſt mentio quomodo cœleſtes virtutes con
ditæ fuerint: ſed de ſenſibilibus tantum creatorẽ
nobis aperuit is, qui conditi orbis cõſcripſit hiſto-

 riam.

riam. Tu vero qui facultatem habes ex viſibilibus inuiſibilium rationem deprehendere, glorifica conditorem in quo condita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue virtutes, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue aliæ quæpiam naturæ rationales quæ nominari non poſſunt. In horũ autem creatione cogita mihi principalem cauſam eorum quæ fiunt, patrem, dein conditricem, filium, perfectricem, ſpiritum ſanctum: vt voluntate quidem patris ſint adminiſtratorij ſpiritus, filij vero operatione perducantur vt ſint, ſpiritus autem aduentu perficiantur. A Porrò angelorum perfectio eſt ſanctificatio, & in hac perſeuerantia. Ac nemo me credat, tres originales ſubſtantias ponere, aut filij operationem imperfectam eſſe. Principium enim eorum quæ ſunt, vnum eſt, per filium condens, per ſpiritum ſanctum perficiens. Ac nec pater qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem, neque filius inconſummatam creationem, niſi à ſpiritu perficiatur. Hoc pacto nec pater opus habebit filio, ſola voluntate creans, attamen vult & ſolet creare per filium. Neque filius egebit auxilio, iuxta patris ſimilitudinẽ operans, ſed & filius vult ſoletque per ſpiritum perficere. *Pſalm. 32.* Nam verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nec verbũ eſt ſignificatiuus aëris ictus, per vocis inſtrumenta prolatus: nec ſpiritus oris halitus, è partibus reſpiratoriis efflatus: ſed verbum quod in principio fuit apud deum, deus eſt: & ſpiritus oris dei, ſpiritus eſt veritatis, qui à patre procedit. Itaque tria B intelligis, mãdantem dominum, creans verbum, & confirmantem ſpiritum ſanctum. Quæ porrò alia poſſit eſſe confirmatio, quam in ſanctimonia perfectio, confirmationis verbo ſignificãte, conſtantiam, immutabilitatem, ac ſoliditatem in bonis. Sanctificatio vero non eſt abſque ſpiritu. Neque enim cœlorum virtutes ſuapte natura ſanctæ ſunt: nam ſi id eſſet, nulla re differrent à ſpiritu ſancto: ſed iuxta portionem qua ſe inuicem ſuperant, à ſpiritu habent ſanctificationis menſuram. Quemadmodum enim cauterium non ſine igni intelligitur, quum aliud ſit ſubiecta materia, aliud ignis: itidem & in cœleſtibus virtutibus, ſubſtantia quidem earũ, pura ſpiritus eſt aërius, aut ignis immaterialis, iuxta id quod ſcriptum eſt, *Cant. Heb. 1.* Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Ea propter & in loco ſunt, & fiunt viſibiles, dũ iis qui digni ſunt apparent in ſpecie propriorum corporum. Attamen ſanctificatio quæ eſt extra ſubſtantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem ſpiritus. Cõſeruant autem dignitatem per perſeuerantiam in bono, habentes quidem in eligẽdo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius qui verè bonus eſt, conſortio excidentes: vt ſi ſubtraxeris verbo ſpiritũ, C perierint angelorum choreæ & ſanctificatio, ſublatæ ſint archangelorum præfecturæ vnà cũ ſanctificationibus ac prophetiis, denique cõfuſa fuerint omnia. Conſequenter & nullis gubernata legibus, nullo digeſta ordine, nullis finibus circumſcripta fuerit illarum vita. Quomodo ergo dicent angeli, Gloria in excelſis deo: niſi à ſpiritu accepta poteſtate? *Ibid.* Nemo ſiquidem poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto, & nullus in ſpiritu dei loquens, dicit Ieſum anathema: quod ſanè dicerent impij & aduerſarij ſpiritus, quorum defectio comprobat quod dicimus, virtutes inuiſibiles eſſe ſui arbitrij, æquè ad virtutem atque ad vitium vertibiles, & ob id opus habentes auxilio ſpiritus. Ego vero ipſum Gabrielem haud alio modo arbitror prædicare futura, quàm præſcientia ſpiritus, eo quòd vnum de numero variorum donorum ſpiritus, ſit prophetia. Porrò qui myſteria viſionis viro deſideriorũ iuſſus erat annuntiare, vnde nactus eſt ſapientiam, vt poſſit docere arcana, niſi per ſpiritum ſanctum, quum patefactio myſteriorum peculiariter ad ſpiritum D ſanctum pertineat, iuxta id quod ſcriptum eſt, Nobis reſerauit deus per ſpiritum. *1. Cor. 2.* Throni vero & dominationes, principatus & poteſtates, quomodo beatam illam vixiſſent vitam, niſi ſemper viderent vultum patris, qui in cœlis eſt? At viſio non eſt abſque ſpiritu. Quemadmodum enim ſi in nocte tollas lucernam è domo, ſupereſt vt nihil videant oculi, nihil operentur virtutes, nec agnoſcatur rerum dignitas, ſed per ignorantiam aurum perinde conculcetur ac ſi ferrum eſſet: ita in intelligibili gubernatione, impoſſibile eſt illam inſititiam manere vitam abſq; ſpiritu: nihilo profectò magis quam exercitus in recto ordine manere poteſt abſente duce, aut chorus in conſonantia, niſi adſit chori præfectus, qui temperet harmoniam. Qui poſſent dicere Seraphim, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus, niſi docti per ſpiritum? *Eſaiæ 6.* quoties pium eſt hunc glorificationis hymnum canere. Siue igitur laudant deum omnes angeli eius, ſiue laudant eum omnes virtutes eius, E per ſpiritus inſtinctũ fit, ſiue aſtant millies mille angeli, ſiue centies centum millia angelorum illi miniſtrantium, per virtutem ſpiritus, ſuum officium citra reprehenſionem perficiunt. Itaque tota illa ſupercœleſtis & ineffabilis harmonia, tum in culturis dei, tum in vltramundanarum virtutum inter ipſas conſonantia nequaquam ſeruari poſſet, niſi præſit ſpiritus. Ad eum quidem modum in creando adeſt ſpiritus ſanctus, iis quę non proficiendo perueniunt ad perfectionem, ſed ab ipſa protinus creatione perfecta ſunt in hoc vt perficiatur conſummeturque illorum ſubſtantia, ſimul conferens gratiam ſuam. Cæterum diſpoſitiones circa hominem quæ factæ ſunt à magno deo, & ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, iuxta bonitatem dei & patris, quis negabit per ſpiritus gratiam eſſe peractas? Siue velis priſca ſpectare, veluti patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datam, figuras, prophetias, ſortiter in bellis geſta, miracula per ſanctos ædita: ſiue quæ circa Chriſti in carne aduentum diſpenſata ſunt: per ſpiritum geſta ſunt omnia. Primò enim adfuit ipſi carni dominicæ, dum illi factus eſt vnctio, & inſeparabiliter coniunctus, ſicut ſcriptum eſt. *Matth. 3. Mar. 1.* Super quem videris ſpiritum deſcendentem & maF nentem ſuper eum, hic eſt filius meus dilectus. *Act. 4.* Et, Ieſum à Nazareth quem vnxit deus ſpiritu ſancto. *Matth. 4.* Deinceps omnis actio præſente ſpiritu ſancto peragebatur. Hic aderat ſimul quum & à diabolo tentaretur. Sublatus eſt, inquit, Ieſus à ſpiritu in deſertum vt tentaretur. Tum ædenti miracula ſimul aderat, Si enim, inquit, in ſpiritu eiicio dæmonia. *Matt. 12.* Nec deſeruit excitatum à mortuis.

tuis. Dominus enim qui renouabat hominem, eique reddebat gratiam quam ex afflatu dei acceptam amiſerat, inſpirauit in faciem diſcipulorum, quibus ait, Accipite ſpiritum ſanctum, ſi quorum peccata remiſeritis remittuntur: & ſi quorum retinueritis, retenta ſunt. Iam vero eccleſiæ ordo, & gubernatio, nonne palàm & irrefutabiliter per ſpiritum ſanctum peragitur? Ipſe, inquit, dedit eccleſiæ primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio doctores. Ad hæc virtutes, præterea dona ſanationum, ſubuentiones, gubernationes, genera linguarum. Hic enim ordo iuxta diſtributionem donorum ſpiritus digeſtus eſt. Quin ſi quis accuratius perpendat, comperiet ne in tempore

Ioan 20.

1.Cor.12.

A quidem apparitionis de cœlo dominicæ, quam expectamus, otioſum fore ſpiritum ſanctum, id quod quidam arbitrantur: ſed ſimul adfuturum in die quo ſeſe manifeſtabit filius, quo iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia, ille beatus, & ſolus potens. Quis igitur vſqueadeò rudis eſt, vt non audierit de bonis quæ deus præparauit dignis, ignoretque iuſtorum coronam eſſe ſpiritus beneficium, quod tum largius perfectiúſque dabitur, ſpirituali gloria cuique pro rectè geſtis diſtributa? In ſplendoribus enim ſanctorum manſiones multæ ſunt apud patrem: hoc eſt, dignitatis diſcrimina. Sicut enim ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuorum. Itaque qui conſignati ſunt ſpiritu ſancto in diem redemptionis, quique ſancti ſpiritus primitias puras & incorruptas ſeruauerint, ij ſunt qui audient, Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Similiter & qui

Ioan.14.
1.Cor.15.

Mat.25.

B contriſtauerint ſpiritum ſanctum, malitia ſtudiorum ſuorum, aut qui non fecerint lucrum è ſorte data, ſpoliabuntur eo, quod acceperant, beneficio in alios translato, aut iuxta euangeliſtam, omnino diſſcindentur. Diſſectio autem omnino intelligenda eſt in hoc, quòd prorſus & à ſpiritu ſancto alienabuntur. Neque enim corpus diuiditur, vt vana pars tradatur ſupplicio, altera abſoluatur. Nam id quidem fabuloſum, nec eo dignũ iudice, quum totus homo peccauerit, dimidium illius addici pœnæ. Nec anima in duas partes ſecatur, quum tota per totum hominem peccandi affectum habeat, ſimulque cum corpore malum operetur. Sed quemadmodum dixi, Diſſectio eſt animæ, perpetua à ſpiritu ſancto alienatio. Nunc enim tametſi non admiſcetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adeſſe ſemel conſignatis, expectans vt ad ſalutem conuertantur. Tum vero in totum ab anima quæ gratiam ipſius propha-

C nauerit, reſecabatur. Eoque non eſt in inferno qui confiteatur, neque in morte qui memor ſit dei: quod iam non adſit ſancti ſpiritus adiutorium. Quomodo igitur intelligi poteſt, abſque ſpiritu ſancto fieri iudicium? quum verbum declaret, ſpiritum eſſe iuſtorum præmium, quando pro arrabone exhibebitur quod perfectum eſt. Et hæc eſt prima peccatorum cõdemnatio, quum eo quod videbantur habere, ſpoliantur. Porrò maximum argumentum, ſpiritus cum patre & filio arctiſsimæ ſocietatis illud eſt, quòd eodem modo dicitur habere ſe erga deum, quo erga vnumquemque noſtrum ſe habet ſpiritus, qui eſt in nobis. Quis, inquit, hominum nouit ea quæ

1.Cor.2.

ſunt hominis, niſi ſpiritus, qui eſt in ipſo. Sic, quæ ſunt dei, nemo nouit, niſi ſpiritus, qui ex deo eſt.

ADVERSVS EOS, QVI DIcunt Spiritum ſanctum non annumerari patri, ſed ſubnumerari. vbi & de pia ſubnumeratione, ſummarium fidei decurſus.

CAPVT XVII.

ET hęc quidem hactenus: cęterũ ſubnumerationẽ quid dicant, aut in cuius rei ſignificationem vocẽ hanc vſur- D pent, ne cogitare quidem facile eſt. Nam & hanc nobis è mũdi ſapientia fuiſſe inuectam, in propatulo eſt. At an aliquam habeat propriã rationem ad id quod nunc agitur, hoc conſideremus. Aiunt igitur qui circa res inanes curioſi ſunt, quędam nomina eſſe communia, quorum ſignificatio multa complectitur: alia magis propria, & alia plus aliis habere vim peculiare quiddam denotanti. Exempli cauſa, commune nomen eſt eſſentia, quod pariter de omnibus prædicatur, ſiue inanimis ſiue animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus prædicatur quàm illud prius, de multis tamẽ quæ videntur illi ſubiecta. Siquidem in eo, rationalium ſimul & irrationalium natura comprehenditur. Rurſum magis ſpeciale nomen eſt homo, quàm animal: rurſum vir ſpecialius eſt nomen, quàm homo, & viro ſpecialius eſt, hic, aut ille E vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Ioannes. An igitur quum ſubnumerationem dicunt, ſentiunt cõmunis vocabuli, in ea quæ ſubiecta ſunt diuiſionem? At non poſſum credere illos ad tãtum ſtuporem deductos, vt dicant deum omnium rerum velut communionem quandam eſſe verbo tantũ intelligibilem, ſed qui non habeat eſſe per ſubſtantiam, in ſubiecta diuidi, atque hinc ſubdiuiſionem hanc & ſubnumerationem dici. Iſtud ſanè ne inſani quidem dixerint. Nam præter impietatem, etiam ſermonem inſtituũt, cũ eo quod proponunt pugnãtem: propterea quòd quæ ſubdiuiduntur, eiuſdem ſunt eſſentiæ, cuius ſunt illa à quo diuiduntur. Sed ob nimiam iſtorum abſurditatem videmur oratione deſtitui, nec habere quibus verbis illorum ſtultitiam reprehẽdamus, adeò vt mihi videantur etiam propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaque non poſsis egregiam plagam F impingere, eo quòd obſiſtere contraque niti non queant: ita eos qui palàm inſaniunt non poſſis forti iuuenilique redargutione percellere. Supereſt igitur, vt abominandam illorum impietatem ſilentio prætereamus. At nõ patitur ſilere me nec fratrum charitas, nec aduerſariorum improbitas. Quid igitur dicunt? Vide quanta ſit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis qui honore pares ſunt conuenire connumerationem: iis vero qui inferioris ſunt conditionis, ſubnumerationem. Et iſtud cur tandem dicitis? Neque enim intelligo veſtram peregrinam ſapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plum-

Prædicabilia.

bum vero non item erit connumerari dignum: ſed ob materiæ vilitatem ſubnumerabitur auro? Tantamque vim tribuitis numero, vt is vel rerum vilium dignitatem attollere, vel pretioſarum rerum maieſtatem deiicere valeat. Ergo rurſus aurum pretioſis lapidibus ſubnumerabis, atque in his ipſis elegantioribus ac maioribus ſubnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid noui? Poſthac cum Stoicis & Epicureis nominentur qui docent impietatem. Quæ nanque vel poſsit fieri rerum vi- A liorũ ad pretioſiores ſubnumeratio? Aereus abolus, aureo ſtateri quomodo ſubnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo poſsideri numiſmata, ſed vnum & vnum. Vtrum igitur vtrorum ſubnumeratur? Nam vtrumque ſimiliter profertur. Sed ſi quodque per ſe numeres, facis æqualitatem pretij eodẽ numerandi modo. Rurſus ſi ea coniungas, eandem facis dignitatẽ, vtrũque alteri connumerans. Quòd ſi quicquid in numerãdo poſteriore loco poſueris, id habebit ſubnumerationem, numeranti in manu eſt, ab æreo numiſmate numerationem incipere. Sed imperitiam redarguere ſuperſedeamus, & ad ea quæ ad rem pertinent, orationem vertamus. *Reditus.* Etiam ne filium dicitis ſubnumerari patri, ac ſpiritum filio, an ſoli ſpiritui tribuitis ſubnumerationẽ? Etenim ſi filium ſubnumeratis, rurſus in eiuſdem impietis ſermonem reciditis, videlicet in diſparilitatẽ eſſentiæ, in dignitatis deiectionem, in natiuitatẽ tempore poſteriorem: breuiter in omnes ſimul blaſphemias contra vnigenitum vnico iſto ver- B bo reuolui declarabimini: quibus contradicere prolixius eſt, quam vt huic conueniat feſtinationi, præſertim quum alias aliis in locis iſtorum impietas à nobis pro viribus refutata ſit. Quòd ſi ſoli ſpiritui putant conuenire ſubnumerationem, diſcant ſpiritum ſimul eodem modo pronunciari cum domino, quo modo filius pronunciatur cum patre. Nomen enim patris filij & ſpiritus ſancti, ſimiliter æditum eſt. Itaque quemadmodum ſe habet filius ad patrem, ita ad filium ſeſe habet ſpiritus, iuxta verbi dei ordinem in baptiſmo traditum. Quòd ſi ſpiritus filio iunctus eſt, filius autem patri, liquet & ſpiritum adiungi patri. Quem igitur locum habet, vt dicant alterum connumerari, alterum ſubnumerari, quum in vna eademque ſerie nomina ſint ordinata. In ſumma porrò, quæ res ex omni rerum genere, à ſua ipſius natura excidit dum numeratur, ac non potius quę numerantur, talia perſeuerant, qualia cõdita ſunt ab initio. Cæterum numerus adhibetur à nobis, C vt ſignum quo declaratur multitudo eorũ de quibus agimus. Nam corpora quædam numeramus, quædam metimur, quædam libramus: & quorum continua eſt natura, ea menſura comprehendimus: quorum diſcreta, ea numero ſubiicimus, niſi quòd quæ ſubtilia ſunt, ea rurſus fiunt etiam menſurabilia. Porrò quæ grauia ſunt, libræ momento diſcernimus. Non itaque quoniam iiſdem ſigna ad ſignificationẽ quantitatis excogitauimus, protinus etiam naturam eorum quæ ſignificãtur immutauimus. Quemadmodũ igitur quæ libra expendimus, ea non ſublibramus inter ſeſe, etiam ſi vnum ſit aurum, alterum ſtannum, neque ſubmetimur, quæ menſura diiudicantur: ita nec ea quæ numerantur, vllo modo ſubnumeramus. Quod ſi in cæteris nihil eſt, quod ſubnumerationem recipiat, qua fronte dicent ſpiritui competere ſubnumerationem. Sed iſti circa ethnica inſanientes, exiſtimant dignitates quæ gradibus diſtant, aut iuxta naturæ ſubmiſsionem ſunt inferiores, iis conuenire ſubnumerationem.

QVOMODO IN PROFESSIOne trium perſonarum pium monarchiæ dogma ſeruemus, vbi & eorum qui dicunt ſpiritum ſubnumerari refutatio. D

CAPVT. XVIII.

QVVM patrem & filium & ſpiritum ſanctum traderet Dominus, non ſimul cum numero tradidit, non enim dixit. In nomine primi, ſecũdi, ac tertij: neque, in vno, duobus, aut tribus: ſed per ſancta nomina fide ad ſalutẽ perducẽte cognitionem largitus eſt. Itaque quòd nos ſaluos facit, fides eſt. Numerus verò ſignum declarans quantitatem eorum de quibus loquimur, ab hominibus excogitatus eſt. Sed qui vndiquaque ſibi ipſis noxias contrahunt, etiam numerandi facultate aduerſus fidem abuſi ſunt. Alij verò qui cæteris in rebus nihil immutant propter additum numerum in diuina natura venerantur numerum, nec ob id honoris modum paracleto E debitum trãſgrediuntur. Sed ô ſapientiſsime, ſint maximè ſupra numerum, quę non poſſumus aſſequi, quemadmodum priſca Hebræorum pietas propriis ac peculiaribus notis ineffabile nomen dei figurabat, atque hinc in omnibus excellentiã commendabat. Quòd ſi & numerus adhibendus eſt, nequaquam eſt in hoc deprauanda veritas. Aut enim ſilentio honorantur ineffabilia, aut piè numerantur ſancta. Vnus deus & pater, & vnus vnigenitus filius, & vnus ſpiritus ſanctus. Vnamquanque perſonam ſingulariter efferimus: cæterum vbi numerandum eſt, haudquaquam indoctè numerãdo, eas proferimus, quaſi plures deos intelligamus. Neque enim iuxta compoſitionem numeramus, ab vno ad plura facientes incrementum, vt dicamus, vnum, duo, tria, neque primum, ſecundum, ac tertium. Ego enim deus primus, & ego poſterior. Secundum autem deum nunquam antehac, ac ne hodie quidem audimus, eo quòd deum ex deo adorantes, etiam proprie- F tatem profitemur perſonarum, manemúſque in vno principatu, non diſsipãtes diuinæ naturæ rationem in multitudinem ſubdiuiſam: eo quòd vnam in deo patre, & deo vnigenito, formam, vt ita loquar, contemplamur, inſeparabili deitatis eſſentia vnitam. Filius enim in patre, & pater in filio: quandoquidem hic talis eſt, qualis ille, & ille qualis hic: atque hac quidem in parte vnũ ſunt. Itaque iuxta perſonarum proprietatem, vnus ſunt & vnus: at iuxta communem naturam, vnũ ſunt ambo. Quomodo igitur ſi vnus & vnus ſunt, non ſunt duo dij? Quoniam rex dicitur regis imago,

non

non autem duo reges. Neque enim poteſtas ſcin-
ditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum au
tem principatus ac poteſtas nobis dominans vna
eſt: ſic & glorificatio quam illi deferimus vna eſt,
non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar
primum refertur. Quod igitur hic eſt per imita-
tionem imago, hoc illic natura filius: & quemad-
modum apud artifices imitatio fit ad formam, ita
in diuina incompoſitaque natura, in communio-
A ne deitatis eſt vnio. Vnus autem eſt & ſpiritus ſan
ctus qui & ipſe per ſe profertur, ac per ſeipſum
complet ſuper omnia glorificandam ac beatam
trinitatem: cuius cum patre & filio conſortiũ ſatis
illud declarat, quod in turba creaturarum poſitus
non eſt, ſed ſolitariè profertur. Neque enim vnus
eſt è vulgo, ſed quemadmodum vnus eſt pater, vt
vnus filius: ita & vnus eſt ſpiritus ſanctus, à crea-
turarum natura tantum ſemotus, quantum par eſt
ſolitarium à rebus cõpoſitis ac multitudinem ha-
bentibus abeſſe. Patri verò in tantum vnitus eſt,
quantum conſortij habet vnitas cum vnitate. Sed
nec hinc ſolum probatur naturæ communio: ve-
rum illinc quoque, quod ex patre eſſe dicitur, nõ
ſic à patre veniens, quemadmodum ex deo ſunt
omnia, neque per generationem quemadmodũ
filius, ſed tanquam ſpiritus oris eius, omnino ta-
men nec os membrum eſt, nec flatus reſolubilis
ſpiritus: ſed os dei maieſtas dicitur, & ſpiritus eſ-
ſentia viuens, ſanctificationis autor: vnde ſic de-
claratur illius conſortium, vt ineffabilis eſſentiæ
modus ſeruetur. Quin & Chriſti ſpiritus dicitur,
tanquã illi natura coniunctus. Eoque ſi quis Chri
B ſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius. Vnde ſo-
lus ſpiritus dignè glorificat dominũ. Ille, inquit,
me glorificabit: non vt natura generabilis, ſed tã-
quam ſpiritus veritatis, dilucidè in ſe ipſo decla-
rans veritatẽ, & tanquam ſpiritus ſapientiæ Chri-
ſtum, qui eſt dei virtus ac dei ſapientia, in ſua ma-
gnitudine incomprehẽſibilem. Deniq; tanquam
conſolator in ſeipſo exprimit, conſolatoris à quo
miſſus eſt bonitatem, & in ſua propria dignitate
eius à quo proceſsit, maieſtatem illuſtrat. Eſt igi-
tur gloria, alia quidem naturalis, veluti gloria ſo-
lis eſt lumen: alia gloria aliunde veniens: alia ex
propoſito, quæ iudicio defertur pro meritis. At
Ioan.14. hæc rurſum gemina eſt. Filius, inquit, glorificat
patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Ex his dua-
bus, ea quæ ſeruilis eſt à creatura defertur: altera
Ioan.17. verò quæ, vt ita loquar, contubernalis eſt, à ſpiri-
tu præſtatur, quemadmodum de ſe ipſo dixit, Ego
te glorificaui ſuper terrã, opus perfeci quod de-
Ioan.16. diſti mihi vt facerem. Sic & de paracleto dictum
Ioan.7. eſt, Ille me clarificabit, quoniã de meo accipiet,
& annuntiabit vobis. Et quemadmodũ filius glo-
rificatur à patre, quũ ait, Et glorificaui, & in æter-
Mat.12. num glorificabo: ſic glorificatur ſpiritus per con-
C ſortium quod habet cum patre & filio, & per vni-
geniti teſtimonium, dicentis: Omnis blaſphemia
remittetur vobis hominibus, ſed in ſpiritum blaſ-
phemia non remittetur. Quum autem per vim
illuminatricem intendimus oculos in pulchritu-
dinem imaginis dei inuiſibilis, perque hanc ſub-
uehimur ad pulcherrimum ſpectaculum arche-
typi, ibi videlicet adeſt inſeparabiliter, cognitio-
nis ſpiritus, vim imaginis ſpeculatiuã in ſeſe præ-
bens, iis qui veritatis contemplatione delectan-
tur, non foris oſtendens ſed per ſeipſum indu-
cens ad agnitionem. Quemadmodum enim ne-
mo nouit patrem niſi filius: ſic nullus poteſt di-
cere Dominum Ieſum: niſi in ſpiritu ſancto. Non 1.Cor.12.
dixit, Per ſpiritum, ſed In ſpiritu. Et, Spiritus eſt Ioan.4.
deus: & qui adorant eum, in ſpiritu & veritate
oportet adorare: ſicut ſcriptum eſt, In lumine tuo Pſal.35.
videbimus lumen: hoc eſt, in illuſtratione ſpiri-
tus videbimus lumen verum, quod illuminat om-
nem hominem venientem in mundum. Itaque in D
ſeipſo oſtendit vnigeniti gloriam, & veris adora-
toribus in ſe ipſo dei cognitionem præbet. Pro-
inde via ad dei cognitionem eſt ab vno ſpiritu,
per vnum filium ad vnum patrem. Ac rurſus na-
tiua bonitas, & naturalis ſanctimonia, & regalis
dignitas à patre per vnigenitum ad ſpiritum ſan-
ctum permanat. Ad hunc modũ & perſonas pro-
fitemur, nec pium monarchiæ dogma labefacta-
tur. Cæterum qui ſubnumerationem ponunt di-
centes, primum ſecundum, ac tertium, ſciant ſeſe
deorum multitudinem, iuxta gentium errorem.
in illibatam Chriſtianorum de deo profeſsionẽ
inducere. Ad nihil enim aliud tendit ſubnumera-
tionis doloſa inuentio, quam vt profiteamur, deũ
primum, ſecundum ac tertium. Sed nobis ſufficit
à Domino præſcriptus ordo, quem qui confun-
dit non minus peccabit, quàm peccat iſtorũ im-
pietas. Quod ergo naturalis communio nequa-
quam diſſoluitur modo ſubnumerationis, ſatis
dictum eſt. Sed concedamus pertinaci & inani-
ter ſapienti, donemúſque per ſubnumerationem
ſpiritus ſignificari quiddam alio poſterius. Videa
mus quid ex hoc ſermone conſequatur. Primus, E 1.Cor.15.
inquit, homo de terra terrenus, ſecundus homo Ibidem.
de cœlo. Et alibi, Non primum, inquit, quod ſpi-
rituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpiri-
tuale. Ergo ſi primò ſubnumeratur ſecundum, id
quod ſubnumeratur vilius eſt eo cui ſubnumera-
tur. Ita iuxta vos, vilior eſt homo ſpiritualis ani-
mali, & cœleſtis homo vilior eſt terreno.

ADVERSVS EOS QVI dicunt non eſſe glorificandum ſpiritum.

CAPVT. XIX.

DONEMVS iſta, inquiunt,
at ea gloria nullo pacto de-
betur, ſpiritui, vt à nobis
hymnis ſit attollendus. Vn-
de igitur probaturi ſunt ſpi
ritus dignitatem, omnem
intellectũ ſuperantem, ſi pa
tris & filij communio viſa
eſt iſtis parum grauis ad teſtificandum, attamen
poſſumus, & ad ea quæ nominibus ſignificantur F
reſpicientes, & ad operationum magnitudinem,
& ad operationum quam in nobis, imò quam
erga creaturam omnem ſuppeditat, naturæ illius
ſublimitatem ac potentiam incomprehẽſibilem
demonſtrare. Quatenus igitur mente tenetur,
ſpiritus dictus eſt, quemadmodum ſpiritus dici-
tur deus, & ſpiritus vultus noſtri, Chriſtus Do-
minus. Sanctus dicitur, quemadmodum ſanctus
pater, & ſanctus filius. Creaturæ ſiquidem aliun-

de inducta eſt ſanctimonia: at ſpiritui ſanctitas
eſt conſummatiua naturæ. Ideoque non ſanctifi-
catur, ſed ſanctificat. Bonus item dicitur ſicut
pater, & bonus, is qui bonus ex bono natus eſt,
cui bonitas eſt ipſa eſſentia. Rectus dicitur, vt re-
ctus Dominus, & rectus Deus noſter, eo quod
per ſe ſit ipſa virtus & ipſa iuſtitia, quæ ſe non po-
teſt nec in hác partem, nec in illam flectere, pro-
Ioan.14. pter naturæ incommutabilitatem. Paracletus, id
eſt, conſolator, dicitur ſpiritus, quemadmodum
& vnigenitus: ſicut ipſe dixit, Ego rogabo pa-
trem meum, & dabit vobis alium paracletum.
A Hoc pacto communia ſunt nomina patri, filio,
& ſpiritui ſancto, quæ appellationes competunt
illis iuxta naturæ conſortium. Nam vnde alio-
qui? Rurſum ſpiritus principalis, & ſpiritus ve-
ritatis, & ſpiritus ſapientiæ dictus eſt. Spiritus di-
Exod.31. uinus qui fecit me. Et Beſelehel, inquit, impleuit
deus ſpiritu ſapientiæ & intellectus & ſcientiæ.
Huiuſmodi igitur nomina, & præclara ſunt & ma
gnifica, nec ob id declarant inter perſonas eſſe
vllam excellentiam, quod quidem attinet ad glo-
riam. Operationes verò partim ineffabiles ſunt
ob magnitudinẽ, partim innumerabiles ob mul-
titudinem. Nam quo pacto intelligemus ea quæ
fuerunt ante ſecula? Quales erant illius opera-
tiones ante creaturam intelligibilem? Tum quàm
multa ab illo erga creaturam beneficia? Ad hæc
quæ poteſtas ad ventura ſecula? Erat enim, &
præerat, & ſimul aderat cum patre & filio ante
ſecula, vt etiam ſi quid cogitaris ante ſecula, hoc
tamen reperias ſpiritu eſſe poſterius. Quòd ſi
B creaturam repures, conſolidatæ ſunt cœlorum
virtutes à ſpiritu, ſic, vt conſolidationem intel-
ligas firmitatem, qua non poſſunt à bonis exci-
dere. Etenim quod Deo coniunctæ ſunt, quod-
que ad maliciam verti non queunt, quodque in
beatitudine nihil deſiderant virtutes, id illis à ſpi-
ritu acceſsit. Chriſti aduentus eſt, ſpiritus præ-
currit. In carne fuit aduentus, & ſpiritus inſepa-
rabilis. Operationes virtutum ſunt, ſunt dona ſa-
nationum, ſed per ſpiritum ſanctum. Dæmones
expulſi ſunt, ſed in ſpiritu Dei, Diabolus ſpolia-
tus eſt imperio, ſed intus præſente ſpiritu. Pec-
catorum facta eſt remiſsio, ſed in gratia ſpiritus.
1.Cor.6. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis in nomine Domini
Roma.8. noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu ſancto. Conglu-
tinatio cum deo à ſpiritu eſt. Miſit enim Deus ſpi-
ritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, Abba
pater; Reſurrectio mortuorum à ſpiritu eſt. Emit-
te ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis fa-
Pſal.103. ciem terræ. Siue quis creaturam accipiat, de ex-
tinctorum reuiuiſcentia, an non magna ſpiritus
operatio, quæ ſuppeditat nobis vitam ex reſur-
rectione, & ad ſpiritualem illam vitam animas
noſtras tranſcribit. Siue creaturæ nomine intelli-
gantur, qui hic à peccato recedentes, ad id quod
C optimum eſt transformati ſunt: nam ita quo-
que nonnunquam vſurpatur, iuxta ſcripturæ con-
ſuetudinem, velut quum Paulus dicit, Si qua in
2.Cor.5. Chriſto noua creatura. Et renouatio quæ hic fit,
& à terrena mortalique vita ad cœleſtem conuer
ſationem tranſmutatio, quæ fit per ſpiritum, ad
ſummam admirationẽ ſubducit animos noſtros.
In his vtrum metuere debemus, ne dignitatem
immodicis honoribus tranſgrediamur: an con-
tra, ne cogitationem de ſpiritu noſtram ad hu-
milia deprimamus, etiam ſi videamur maxima
de eo loqui, quæ quidam humana mente conci-
pi, humanaque lingua proferri poſſunt. Hæc di-
cit ſpiritus ſanctus, ſicut, Hæc dicit Dominus:
Deſcende, & ambula cum illis, nihil diiudicans, Act.9.
quoniam ego miſi illos. Num hæc ſunt humilis Act.13.
aut aſpernandi verba? Separate mihi Barnabam Cap.48.
& Paulum in opus ad quod accerſiuit illos. Num
ſeruus ita loquitur? Et Eſaias, Dominus miſit me,
& ſpiritus eius. Et, Deſcendit ſpiritus à Domino,
& deduxit eos. At ne rurſus mihi deductionem
accipias pro humili miniſterio. Nam hoc opus D
etiam dei eſſe teſtatur verbum. Deduxiſti, inquit, Pſal.76.
ſicut oues populum tuum. Et, Abducens velut
ouem Ioſeph. Deduxiſti, inquit, eos in ſpe, &
non timuerunt. Proinde quum audieris: Quum
venerit paracletus, ille vos commonefaciet om-
nis veritatis: cogita deductionem, ſicuti doctus
es, ne calumnieris intellectum. Quin & inter- Ioan.14.
pellat, inquit, pro nobis. Itáne quantum ſupplex
eſt infra beneficij autorem, tantum ſpiritus iux-
ta dignitatem excidit à deo? At tu nondum audi-
ſti de vnigenito, quòd is eſt in dextra dei, & in-
terpellat pro nobis. Num ideo quòd ſpiritus eſt
in te, ſi tamen omnino in te eſt, aut quòd nos
excæcatos, ad eligendum id quod vtile eſt, do-
cet, deducitque, ideo pia ac diuina gloria illum
mulctabis? Nam iſthuc profectò extremæ ſit in-
gratitudinis, benemerentis humanitatem verte-
re in occaſionem ingratitudinis. Nolite igitur cõ-
triſtare ſpiritum ſanctum, audite quid dicat pri-
mitiæ martyrum Stephanus, inobedientiam ac E
rebellionem exprobrans populo. Vos, inquit, Act.7.
ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Et rurſum Eſaias, Cap.63.
Prouocauerunt ſpiritum ſanctum, & verſus eſt
illis in inimicitiam. Et alibi, Domus Iacob pro-
uocauit ſpiritum Domini. An hæc non declarant
potentiam cum autoritate coniunctam, iudicio
legentium permitto. Eos qui hæc audiunt, quas
tandem opiniones oportet animo concipere? An
tanquam de inſtrumento, deque obediente, &
parem honorem cum creatura ſortito, denique
nobis conſeruo? an grauiſsimum eſt vel dicto
tantum hanc blaſphemiam ſubire piorum aures
animóſque? Seruum appellas ſpiritum? Sed ſer-
uus inquit, non nouit quid faciat Dominus Ioan.15.
ipſius. Spiritus autem non aliter no-
uit quæ ſunt dei, quàm ſpiri-
tus hominis nouit quæ
ſunt hominis.

ADVERSVS EOS, QVI DIcunt Spiritum nec in ſeruili, nec in herili conditione eſſe, ſed in libertate.

F

CAPVT XX.

NEQVE

NEQVE ſeruus, inquiunt, neque dominus, ſed liber. O mirum ſtuporem, ô miſerandam audaciam iſta loquentium. Quid amplius deplorem, vtrum inſcitiam an blaſphemiam iſtorũ, qui de deo dogmata humanis exemplis corrumpunt, & quæ eſt in rebus hominum conſuetudo, per quam diſpar eſt dignitatum excellentia, eam ad diuinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes apud homines quidem nullum eſſe natura ſeruum. Aut e- A nim qui viribus preſſi ſunt, ſub iugum ſeruitutis inducti ſunt, velut in bello capti: aut ob paupertatem in ſeruitutem adacti ſunt, velut Aegyptij Pharaoni: aut iuxta ſapientiam quandam & arcanam diſpenſationem, qui inter filios deterrimi ſunt, parentum voce, ſapientioribus ac melioribus in ſeruitutem addicti ſunt, ſed quam haudquaquam cõdemnationem, ſed beneficium potius duxerit æquus rerum æſtimator. Nam qui ob ſenſus inopiam, nõ habet in ſeſe id quod natura imperat, huic expedit in alterius eſſe poteſtate: vt dum potentioris prudentia gubernatur, ſimilis ſit currui qui aurigam recepit, aut naui quæ nauclerum habet clauo aſſidentem. Hanc ob cauſam Iacob Dominus Eſau ex benedictione patris factus eſt, vt ſtultus à ſapiente, vel inuitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, videlicet mentem. Et Chanaam filius ſeruus erat fratribus ſuis, quoniam indocilis erat ad virtutẽ, quod imprudentem haberet patrem, videlicet Cham. Ad hunc quidem modum hic fiunt ſerui. Liberi verò ſunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellũ, B aut qui aliorum cura non egent. Itaque quauis hic heterus, ille ſeruus appelletur, omnes tamen vel quia ſumus eiuſdẽ inter nos honoris, vel quia ſumus creatura illius qui fecit nos, conſerui ſumus. Illic porrò quid potes è ſeruitute eximere? Simul vt nati ſunt, additum eſt, vt ſeruitutem ſeruiant. Sibi quidem inuicem non imperant, eo quòd cœleſtia expertia ſint vſurpationis, deo tamen ſubiecta omnia, ac tanquam Domino debitum timorem, ac tanquam conditori debitam gloriam perſoluunt. Filius enim honorat patrem, & *Malach. 1.* ſeruus metuit Dominum ſuum. Et ex his duobus alterum omnino Deus à nobis requirit, Nam ſi pater, inquit, ſum ego, vbi eſt honor meus? Si Dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? Alioqui vita hæc fuerit omnium maximè miſerabilis, niſi ſubdita ſit prouidentiæ diuinæ. Cuiuſmodi ſunt virtutes deſertrices, quæ quod ceruicem erexerunt aduerſus deum omnipotentem, excutiunt ſeruitutẽ, non quòd taliter conditæ ſint, ſed quòd ſubditæ non ſint ei, à quo conditæ ſunt. Quomodo igitur appellas liberum? Qui regis imperio non obtemperat? Qui nec in alterum principatum gerere nouit, nec principi parere ſuſtinet? At nec eſt iſtiuſ- C modi natura in rebus conditis, & talem imaginari euidens eſt in ſpiritum impietas. Quòd ſi ſpiritus creatura eſt, nimirum ſeruit cum cæteris omnibus. Omnia enim, inquit, ſeruiunt tibi. Si ſupra creaturam eſt, regni quoque conſors eſt.

TESTIMONIA E SCRIPTVris ſpiritum appellari dominum.

CAPVT XXI.

SED quid opus eſt ex rebus humilibus pugnantes, verbis turpiter parare victoriam, quum liceat citandis grauioribus teſtimoniis irrefutabilem gloriæ ſublimitatem declarare? Quod ſi proferremus ea quæ ſcriptura nos docuit, forſitan magno vehementique clamore voci- D ferantes, & auribus obturatis lapides tollent, aut quicquid fortè occurrerit, in arma vertentes iſti qui repugnant ſpiritui, in nos irruerint. Sed nõ eſt nobis incolumitas anteponenda veritati. Inuenimus igitur apud Apoſtolum, in epiſtola ad Theſſalonicenſes ſecunda, Dominus autem dirigat corda noſtra, in dilectionem dei, & in ſuſtinentiam *Cap. 2.* Chriſti. Quis eſt dominus inducens in dilectionẽ dei, & in ſuſtinentiam pro afflictionibus Chriſti. Reſpondeant nobis, qui ſpiritum in ſeruitutem adigunt. Siue enim de patre fiat ſermo, omnino dici poterit, Dominus vos dirigat in dilectionẽ ſui, ſiue de filio, addi poterit, in ſuam ipſius ſuſtinentiam. Quærant igitur quænam ſit alia perſona, quã domini vocabulo deceat honorari. Huic affine eſt *1. Theſſ. 3* illud, quod alibi poſitum eſt: Dominus vos impleat, & abundare faciat charitate, in vos inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmandum corda veſtra irreprehenſibilia in ſanctificatione, coram deo & patre noſtro in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis. Quem dominum optat coram deo E & patre noſtro in aduentu domini noſtri irreprehenſibilia fidelium Theſſalonicenſium corda confirmata in ſanctitate conſtabilire? Reſpondeant nobis qui cum miniſtratoriis ſpiritibus, qui mittuntur ad miniſterium, collocant ſpiritum ſanctum. At non habent quod reſpondeant, quapropter audiant & aliud teſtimonium, euidenter ſpiritum ſanctum appellans dominum. Dominus, inquit, ſpiritus eſt, Et rurſum. Tanquam à domino ſpiritu. Ne vero vlla relinquatur occaſio contradicendi, ipſum Apoſtoli ſermonem recitabo: Vſque ad hodiernum, inquit, *2. Cor. 3.* diem, idem velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto abrogatur. Quum autem conuerſus fuerit ad dominum, tolletur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt. Qur hoc dicit? Quoniam qui nudę intellectui literæ aſſidet, & illic circa legales obſeruationes occupatus eſt, Iudaica literæ intelligentia quaſi velo tectum habet cor: & id accidit illi eo quòd ignoret corporalem legis obſeruationem in aduentu F Chriſti abolitam eſſe, iam figuris ad veritatem translatis. Euaneſcunt enim lucernæ ſolis aduentu. Et ceſſat lex, ac prophetæ ſilent ſimul vt illuxit veritas. Attamen qui potuit ad profunda legalis intellectus oculis penetrare, ac diſcuſſa legis obſcuritate ceu velamento introire ad arcana, hic imitatus eſt Moſen, in hoc quòd cum deo loquens ſuſtulit velamen, & ipſe ſe conuertens à litera ad ſpiritum, vt velamini quod impo-

ſitum eſt ſuper faciem Moſi reſpondeat legalium
doctrinarum obſcuritas: conuerſio autem ad do-
minum reſpondeat ſpirituali intelligentiæ. Ergo
qui in lectione legis aufert literam, conuertit ſe-
ſe ad dominum. (Dominus autem nunc hic ſpiri-
tus dicitur) ac ſimilis redditur Moſi per illuſtratio
nem dei, qui faciem habet glorificatam. Sicut e-
niin quæ iuxta floridos colores poſita ſunt, è ſplē-
dore promanante colorantur & ipſa: ſic qui eui-
denter intendit oculos in ſpiritum, ex illius gloria
quodam modo transformatur vt fiat illuſtrior, dū
veritate à ſpiritu promanante ceu luce, corde illu
A minatur. Et hoc eſt transformari à gloria ſpiritus
ad propriam gloriam, haud parce, neque tenuiter,
ſed in tantum quantum par eſt illuſtrari eum qui
à ſpiritu illuminatur. Non veretis, ô homo Apo-
ſtolum dicentem, Templum dei eſtis, & ſpiritus
dei habitat in vobis. An ſcriptura admiſit vnquam
vt ſeruile domicilium appellatione templi hono-
raret? Quid ille qui ſcripturam diuinitus inſpira-
1.Cor.13. tam appellat, eo quòd afflatu ſpiritus ſcripta ſit,
num contumelioſis & ſpiritum attenuantibus ver
bis vſus eſt?

CONFIRMATIO NATVRALIS ſpiritus communionis, eo quòd aque ac pater & filius incomprehenſibilis eſt.

CAPVT XXII.

Non ſolum autē ex hoc quòd
eaſdem habet appellationes,
& in operationibus conſors
eſt patri & filio, dilucet natu
ræ illius excellentia, verum
B etiam ex eo quòd pariter at-
que ille incomprehenſibilis
eſt intellectu. Quæ enim de
patre loquitur, quòd ſit ſupra cogitationem huma
nam, quæque de filio, eadem dominus & de ſpiri-
tu ſancto dicit, Pater iuſtè, mundus te non cogno-
uit, inquit filius: mundum hic appellans non eum
qui conſtat è cœlo & terra, ſed in ſynceriſſimam
innumeriſque mutationibus obnoxiam vitam. Ac
Ioan.14. de ſeipſo loquens, Adhuc modicum, inquit, & mū
dus me non videbit, vos autem videbitis me: rur-
ſus hic eos qui materiali carnalique vita deuincti
ſunt, & oculis tantum expendunt veritatem, mun
dum appellans: qui quoniam non credebant reſur
rectionem, non amplius oculis cordis viſuri erant
dominum noſtrum. Hæc autem eadem dixit & de
ſpiritu, Spiritum, inquit, veritatis mundus non po
C teſt accipere, neque videt illum, neque nouit eum
vos autem noviſtis illum, quòd apud vos manet.
Carnalis ſiquidem homo mentem habens ad con
templationem minus exercitatam, aut in affectu
carnis velut in cœno defoſſam gerens, non poteſt
ad ſpirituale lumē veritatis attollere oculos. Qua-
propter mundus, hoc eſt, carnis cupiditatibus de-
dita vita, velut oculus imbecillis non ferens ſolis
radios, ſpiritus gratiam non recipit. At dominus
collaudatis diſcipulis, quod mundæ eſſent vitæ ob
doctrinam ipſius, dat iiſdem, vt ad ſpeculationem
contemplationémque ſpiritus ſint idonei. Nunc,
inquit, vos mundi eſtis, propter ſermonem quem
Ioan.15. loquutus ſum vobis. Vnde mundus non poteſt il-
lum capere, eo quod non videt illum. Vos autem
noviſtis eum, quoniam apud vos manet. Eadem
dicit & Eſaias, Qui ſtabiliuit terram, & quæ in ea Cap.51.
ſunt, deditque ſpiritum populo qui eſt ſuper illam
& ſpiritum calcantibus eam. Nam qui concul-
cant terrena, iiſque ſuperiores euaſerunt, digni
prædicati ſunt dono ſancti ſpiritus. Proinde de
ſpiritu quem mundus capere non poteſt, ſed à ſo-
lis ſactis per cordis puritatem videri poteſt, quid
aliud iudicandum eſt quàm omnis generis hono-
res illi competere? Reliquæ virtutes omnes in lo-
co circunſcriptæ eſſe creduntur. Nam angelus qui
aſtabat Cornelio, non erat in eodem loco, quo
quum aſtaret Philippo. Neque qui loquutus eſt
Zachariæ ab altari, per idem tēporis etiam in cœ-
lo ſuam implebat ſtationem. At ſpiritus ſimul & D
in Abacuch operatus, & in Daniele in Babylonia
creditus, & in catarrhacta fuit cum Hieremia, &
cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim domini
repleuit orbem terrarum. Et, Quò ibo à ſpiritu Pſal.138.
tuo? & à facie tua quo fugiam? Et Propheta. Quo- Agge.2.
niam ego, inquit, vobiſcum ſum, dicit dominus.
Et, Spiritus meus ſtat in medio veſtri. Eum ve-
ro qui vbique eſt, qui deo præſens eſt, cuius eſſe
naturæ credere oportet? Vtrum omnia comple-
ctentis an particularibus arctatæ locis? Qualem
eſſe naturam angelorum dei filius demonſtra-
uit. Verum hoc nequaquam dicturus es. Igitur
qui natura dominus eſt, qui magnitudine in-
comprehenſus, qui potens in operationibus,
qui bonus in beneficentiis, hunc non efferē-
mus, non glorificabimus?

E *SPIRITVS GLORIFICATIONEM eſſe enumerationem eorum quæ illi adſunt.*

CAPVT XXIII.

Ego vero nihil aliud intelli-
go gloriam, quàm comme-
morationem mirabilium quę
illi adſunt. Itaque aut iſti in-
terdicent nobis, ne prorſus
mentionem faciamus bono-
rum quæ ab illo accepimus,
aut omnino ea quę illi adſunt
commemoraſſe, eſt ſummam glorificationem im
pleſſe. Nam ne patrem quidem domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, & vnigenitum illius filium aliter glori-
ficare poſſumus, quàm pro virili noſtra illius pro-
digia recenſendo.

F *REDARGVTIO ABSVRDITATIS eorum qui non glorificant ſpiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis glorioſa ſunt.*

CAPVT XXIIII.

Ita ne gloria & honore co-
ronabitur plebeius homo.
Et gloria, & honor, & pax
homini facienti bonum in,
promiſſis repoſita ſunt. (Eſt
autem peculiaris Iſraelitici
populi gloria, quorum, in-
quit, eſt adoptio, & gloria,
& cultura. Et ſuam ipſius gloriam quādam cōme-
morat

-morat pſalmorum cantor. Exurge gloria mea. Et
rurſus, Gloria ſolis, lunæ, & ſtellarum. Iuxta Apo-
Pſal.56. ſtolum vero adminiſtratio iudicij fiet cũ gloria.)
Itaque quum tam multa ſiot quæ gloria potiun-
tur, vis ſpiritum vnum ex omnibus ingloriũ eſſe?
Et tameo miniſtratio, ioquit, ſpiritus eſt io gloria.
2.Cor.3. Qua igitur fronte facitis illum indignum gloria?
Et magna eſt gloria iuſti, iuxta pſalmodiam, Mag-
Pſal.57. na eſt gloria eius io ſalutari tuo. Et rurſus. Timen
tes autem dominum glorificabit. At gloria ſpiri-
tus iuxta tuam opinionem nulla eſt. Ao ono igitur
euidens periculum eſt, talibus dictis ioeuitabile
A crimen in ſeſe accerſere? verum homo qui ſaluus
fit per iuſtitiam operum, plurimum abſit ab eo, vt
ſpiritum debita gloria fraudet. Sit inquiunt, glori
ficandus, at noo cum patre & filio. Et qui conten-
taneum eſt rationi, alium locum imaginatione de
ſignare ſpiritui, eo relicto quem ſtatuit dominus,
& gloriæ conſortio ſpoliare, eum qui vbique con
iunctus eſt diuinitati, in profeſſione fidei, in bap-
tiſmate redemptionis, in operatione virtutum, in
inhabitatione ſanctorum, io donis ad obedientiã
conferentibus. Neque enim eſt vllum donum abſ
que ſancto ſpiritu ad creaturam perueniens, quan
do nec ſimplex verbum in Chriſti laudibus quis
poſſit dicere, niſi cooperante ſpiritu, quemadmo-
dum in euangeliis à domino & ſeruatore noſtro
didicimus. Eſſe qui hæc omoia neglexerint, & ig-
norata communione quæ eſt io omnibus patri &
filio, diſtrahaot ſpiritum, neſcio an quiſquam ſan-
cti ſpiritus particeps confictarus ſit. In quem igi-
tur ordinem illum deportabimus? Creaturarum?
At vniuerſa creatura ſeruit. Spiritus autem liber
eſt, Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Atque quum
2.Cor.3. B multa ſint quæ poſſim hic commemorare, quàm
oon conueniat ſpiritum ſanctum annumerare re-
bus creatis, de his dicere ſuperſedeho. Nam ſi in-
cipiam pro argumenti dignitate, & quæ pro no-
bis faciunt, probationes adducere, & quæ ab ad-
uerſariis obiiciuotur diluere, prolixo ſermone fue
rit opus, loquacitatéque voluminis deterruero le
ctores. Eóque illis alteri tractatui reſeruatis, pro-
poſitis adhæreamus. Conſideremus igitur ſingu-
Repetitio-ne. latim. Natura bonus eſt ſpiritus, vt bonus pater, &
bonus filius. Creatura vero per electionem eius
qui bonus eſt, particeps eſt bonitatis. Nouit pro-
funda dei: ſed creatura, per ſpiritum accipit arca-
norum reſerationem. Viuificat vnà cum deo qui
viuificat omnia, cúmque filio qui dat vitam. Qui
enim excitauit, inquit, Chriſtum à mortuis, viuifi-
Rom.7. cabit & mortalia corpora veſtra, per ipſius ſpiritũ
qui habitat in vobis. Atque iterum, Oues meæ vo
Ioan.10. cem meam audiunt, & ego vitam æternam do il-
lis. Sed ſpiritus quoque viuificat. Ac rurſum, Spi-
ritus autem, inquit, vita per iuſtitiam. Quio & do-
Ioan.6. minus teſtatur ſpiritum eſſe viuificum. Caro non
C prodeſt quicquam: Quomodo igitur eum à viuifi
candi potentia ſubmouentes naturæ coniunge-
mus, quæ ipſa vita egeat? Quis adeò contentioſus,
quis adeo expers doni cœleſtis, & abſque guſtu
bonorum dei verborum? Quis adeò à ſpe cœle-
ſtium alienus, vt ſpiritum creaturæ copulet à diui-
na natura diſtractum? In nobis, inquiunt, ſpiritus
eſt tanquam donum dei. At donum nequaquam
iiſdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit.
Donum quidem dei ſpiritus eſt, ſed donum vitæ.
Lex enim dicit, Spiritus vitæ liberauit te. Et donũ
potẽtiæ. Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuper-
uenientis in vos. An ob id contemnendus eſt? An
non & filium pater dedit hominibus? Qui, inquit, Actuum.1.
proprio filio noo pepercit, ſed pro nobis omni- Roma.8.
bus tradidit illum, quomodo noo vnà cum eo om
nia nobis donabit? Et alibi. Vt ſciamus quæ à deo 1.Cor.2.
nobis donata ſunt: de myſterio aſſumpti hominis
loquens. Itaque qui iſta loqountur, an non Iudai-
cam ingratitudinem amẽtiamque ſuperarunt, qui
excellentiam diuinæ bonitatis vertũt in inſultum
blaſphemiæ. Accuſant enim ſpiritum, quod nobis D
dat fiduciam deum appellandi patrem noſtrum.
Emiſit enim deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra Roma.8.
clamãtem, abba pater, vt ſpiritus vox propria fiat
eorum qui acceperunt.

QVOD SCRIPTVRA HAC SYLlaba In, pro Cum, vſa ſit. vbi & In, idem pollere quod Cum.

CAPVT XXV.

Qvi fit igitur, inquiunt, vt ſcri
ptura nequaquam tradat ſpi
ritum glorificari cum patre
& filio, ſed ſtudioſè vitet ne
dicat, cum ſpiritu. Sed malu-
it eum glorificari in deo: qua
ſi hoc iudicarit congruẽtius.
At ego nequaquam dixerim
hanc ſyllabam In, ſignificare ſenſum minus hono
rificum, imò potius ſi ſanè accipiatur, ad maximã
ſpiritus celſitudinem erigere mentem, quãdoqui- E
dem obſeruauimus hanc frequenter vſurpari pro
Cum. Quod genus eſt illud, Ingrediar domum tu
am, in holocautomatibus: pro eo quod erat, cum
holocautomatibus. Et, Eduxit eos in argento & au
ro. Item illud, Egredietur deus in virtutibus no-
ſtris, aliáque huius generis innumerabilia. Omni-
no lubens ab iſta noua ſapientia didicero, qualem Pſal.104
glorificationem Apoſtolus abſoluerit per hanc di
ctionem In, iuxta formam quam iſti nunc è ſcrip-
tura proferunt. Nequaquam enim inuenimus di-
ctum, Tibi patri honor & gloria per vnigenitum
tuum in ſpiritu ſancto. Qui ſermo modo iſtis v-
ſitatior eſt ipſa, vt ita loquar, reſpiratione. Ho-
rum enim ſingula ſeparatim iouenire licet, con-
iunctim poſita in tali ordine nequaquam poterũt
oſtendere. Itaque ſi exactè vrgent ea quæ in ſcrip-
turis habentur, oſtendant vnde iſta dicant.
Quod ſi concedunt conſuetudini, ne nobis faceſ-
ſant negotium. Nos enim ambas dictiones, è fi-
delium vſu mutuati, ambabus vtimur: glorifi-
cationem quidem ex æquo per vtramque imple-
ri perſuaſi: eis vero qui deprauant veritatem,
magis obturari os credimus propoſita dictione
quæ quum vim habeat ſcripturis congruentem,
non eſt amplius ad contraria accommodabilis. F
Eſt autem hæc, cui nunc ab iſtis contradicitur,
quæ pro Et, coniunctione ſumitur. Nihil enim
refert vtrum dicas, Paulus & Silnanus & Ti-
motheus, an Paulus cum Timotheo & Silua-
no. Nominum enim connexio, vtraque pro-
nuntiatione ſimiliter ſeruatur. Itaque ſi quum
dominus dixerit, Patrem & filium & ſanctum ſpi-
ritum: ipſe dicam, Patrem & filium cum ſpiritu
ſancto

ſancto: nihil diuerſum dixero, quod ad ſententiæ vim attinet. Porrò per præpoſitionem connecti nomina, multis argumentis probari poteſt. Gratia, inquit, domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & communio ſpiritus ſancti. Ac rurſum, Obſecro vos fratres per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus. Itaque ſi pro coniunctione Et, voluerimus vti præpoſitione Cum, quid differentiæ fecerimus? Ego ſanè non video, niſi quis iuxta frigidam grammaticem, coniun-
A ctionem tanquam copulatiuam, ac maioris vnionis declaratiuam præferens, præpoſitionem reiiciat, quaſi non obtineat parem vim. Sed ſi hactenus de his eſſet nobis controuerſia, haudquaquam multis verbis opus eſſet nobis ad reſpondendum. Nunc vero neque de ſyllabis, neque de hoc aut illo dictionis ſono diſputãt, ſed de rebus iuxta vim ac veritatem maximo inter ſe diſcrimine diſſidentibus. In quibus quum indifferens ſit ſyllabarum vſus, iſti has quidem, vt in ſcripturis repertas inducere, illas vero ab eccleſia ſubmouere moliuntur. Ego vero tametſi primo ſtatim auditu euidens ſit vtendi libertas, attamen etiam rationem reddam iuxta quam patres noſtri non otioſè ſimul amplexi ſint & huius præpoſitionis vſum. Nam præterquàm quod hæc ſyllaba Et, idem valens refellit Sabellij malitiam, & ſimiliter atque illa perſonarum proprietatem declarat, velut, Ego & pater venimus, Ego & pater vnum ſumus: eximium habet ſempiternæ communionis, & cum deo coniũctionis teſtimonium. Nam qui dixit, cum patre filium eſſe, ſimul & perſonarum proprietatem &
B inſeparabile conſortium expreſſit. Quod idem fit in rebus humanis, in quibus Et, coniunctio, declarat operationis conſortium: at prępoſitio Cum, ſignificat etiam communionem. Quod genus eſt, Nauigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, ſed & Tychicus & Oneſimus miſſi ſunt Coloſſenſibus. Ex his diſcimus illos rem eandem feciſſe. Cæterum ſi audierimus, connauigarunt, & collegæ miſſi ſunt, etiam illud addiſcimus, eos actionem pariter operatos eſſe. Ita Sabellij errorem deſtruens hæc vox vt non alia æquè, addidit illis & diuerſo impietatis genere inſanientes. De his loquor, qui temporalibus interuallis filium à patre, & ſpiritum ſanctum à filio diſtrahunt. Cui ſenſui maximè repugnat ſyllaba Cum, eo quòd Cũ, coniunctionem inter ſeſe communicantium exprimit, velut ſimul nauigantium & ſimul inhabitãtium, aut quiduis aliud communiter perficientiũ. At prępoſitio In, declarat relationem ad id in quo ſunt operantes. Siquidem quum audimus Innauigant, aut Inhabitant, protinus cogitamus ſcapham, aut domum. Itaque iuxta cõmunem vſum harum ſyllabarum talis eſt inter ipſas differentia,
C aut ſi quid amplius inueniri poſſit à ſtudioſis. Neque enim mihi vacat de ratione ſyllabarum exquirere. Quoniam igitur demonſtratum eſt præpoſitionem Cum, ſignificantiſſimè reddere coniunctionis intelligentiam, ſit vobis ſi videtur fœderata, ac deſiſtite atrox, & indenuntiatum bellum cũ illa gerere. Attamen quanquam ea vox adeò boni ominis eſt, ſi cui cordi eſt per ſyllabam Et, glorificando connectere nomina, ſicut in Euangelijs de baptiſmate didicimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ita fiat, nemo contradicturus eſt. Hac conditione deponamus arma. Sed iſti citius abiecerint linguas, quàm hanc vocem recipiant. Hoc igitur eſt, quod nobis indenunciatum & irreconciliabile bellum excitat. In ſpiritu, inquiunt, ſancto, danda eſt gloria deo, non ipſi ſpiritui: ac mordicus hanc vocem In, velut humilem addunt ſpiritui. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quæ quum audierint iſti, demirabor ſi nõ eam proditricem & ad ſpiritus gloriam vltrò transfugam pronuntiarint. D

QVOT MODIS DICITVR IN, totidem modis de ſpiritu accipi.

CAPVT XXVI.

MIHI conſideranti quàm ſimplex ac breuis ſit huius ſyllabæ pronuntiatio, tamen varia videntur quæ per eam ſignificantur. Quot enim modis dicitur In, totidem modis inuenimus eam de ſpiritu conceptibus ſubſeruire. Modi In.
Nam forma dicitur eſſe in materia, & potentia in eo quod eſt alicuius formæ capax, & habitus in eo qui ſecundum illum affectus eſt, aliàque huius generis multa. Itaque quatenus ſpiritus ſanctus vim habet perficiendi creaturam rationalem, abſoluens illius faſtigium formæ rationem obtinet. Nam qui iam non viuit ſecundum carnem, ſed ſpiritu dei agitur, & filius dei nominatur, & conformis imagini filij dei factus eſt, ſpiritualis dicitur. Ephe.1.
Et ſicut cernendi vis eſt in oculo ſano, ſic & operatio ſpiritus in anima purgata. Eóque Paulus optat Epheſiis, vt oculos habeant illuminatos in ſpiritu ſapientiæ. Et quemadmodum ars eſt in eo qui nactus eſt illã, ita gratia ſpiritus in eo qui recepit, ſemper quidem præſens, at non perpetuò operãs. Nam & ars, potẽtia quidem eſt in artifice: actu verò tum, quum ſecundũ illam operatur: itidem ſpiritus, ſemper quidẽ adeſt dignis, ſed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in prophetiis, aut in ſanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Præterea ſicut in corporibus eſt ſanitas, aut calor, aut in genere affectiones facilè mobiles: ſic & in anima frequenter eſt ſpiritus, iis qui mente ſunt inſtabili, ac facilè quam acceperant gratiam expellunt qualis erat Saul, & ſeptuaginta ſeniores filiorum Iſraël, præter Eldad & Modad: apud hos enim ſolos apparet manſiſſe ſpiritũ ſanctum: & in genere, ſi quis eſt iſtis animi propoſito conſimilis. Itẽ quẽadmodum verbũ eſt in animo, interdũ vt in corde cogitatum, interdum vt lingua prolatum, ſic eſt & ſpiritus ſanctus vel quum teſtimonium præbet ſpiritui noſtro, vel quum clamat in cordibus noſtris Abba pater, vel quum loquitur pro nobis, iuxta id quod dictum eſt, Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Iam quemadmodum totum eſt in partibus, intelligitur & ſpiritus eſſe in aliquo, iuxta donorum diſtributionem. Omnes enim inuicem ſumus membra, ſed habẽtes dona ſecundum gratiam dei quæ data eſt nobis diuerſa. Ea propter non poteſt dicere oculus manui, non opus habeo te, aut rurſus caput pedibus, non eſt mihi vobis opus. E F Ioan.16.

Sed

Sed omnia ſimul implet corpus Chriſti in vnitate ſpiritus, neceſſarium autem vtilitatem ſibi inuicem reddunt ex donis. Deus poſuit membra in corpore, vnumquodque vt voluit. Membra eandem habent pro ſe mutuo ſolicitudinem, iuxta ſpiritualem communionem ſenſus qui ipſis communiter adeſt. Eóque ſi affligitur vnum membrum, ſimiliter affliguntur omnia membra. Siue glorificatur vnum membrum, ſimul gaudent omnia membra. Rurſus quemadmodum partes ſunt in toto, ita ſinguli ſumus in ſpiritu, eo quòd omnes in vno corpore in vnum ſpiritum baptizati ſumus. Porrò quod dictu mirum videbitur, nihilo tamen minus

A verum eſt, etiam veluti locus eorum qui ſanctificantur, ſæpenumero dicitur ſpiritus. Oſtenditur nec hic ſermo diminuere ſpiritum, ſed glorificare potius. Nomina corporalia etiam ad ſpirituales intellectus, euidentiæ gratia frequenter tráſfert ſermo diuinus. Obſeruauimus igitur & pſalmodú de deo loquentem, Eſto mihi in deum protectorem,

Pſal. 30. & in locum munitum, vt ſaluum me facias. De ſpi-

Exod. 33. ritu vero, Ecce locus, inquit, apud me eſt, ſta ſuper petram: quid aliud ſentiés locum, quàm viſionem in ſpiritu, in qua quum eſſet Moſes, potuit videre deum euidenter ipſi apparentem. Hic eſt locus veræ adorationis ſempiternus. Attende, inquit, ne offeras holocautoma tuum in quouis loco, ſed in loco quemcunque elegerit Dominus deus tuus. Quod igitur eſt holocautoma ſpirituale? Sacrifi-

Pſal. 50. cium laudis. Quo in loco hoc offeremus? In ſpiri-

Ioan. 4. tu ſancto. Vbi hoc didicimus? Ab ipſo Domino dicente, Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Hunc locum quum vidiſſet Iacob, dixit, Dominus eſt in loco hoc. Itaque ſpiritus verè locus eſt ſanctorum. Sanctus item & domiciliú

B dicitur, ſpiritui ſeipſum præbens ad inhabitandum & templum eius appellatur. Sicut enim in Chriſto loquitur Paulus, Coram deo, inquit, in Chriſto loquimur: ita Chriſtus in Paulo, velut ait ipſe, An experimentum quæritis qui loquitur in me Chriſti. Sic & in ſpiritu loquitur myſteria. Ac ſpiritus rurſum loquitur in eo. In rebus ergo conditis ad hunc modum, multifariam variíſque rationibus dicitur ſpiritus ineſſe. Cæterum magis piú eſt, dicere eum eſſe cum patre, quàm ineſſe patri. Nam gratia ab eo manans habitante in iis qui digni ſunt, ac ſuas operationes in illis exercente, rectè dicitur ineſſe iis qui ſunt illius capaces. At illius ſubſiſtentia quæ fuit ante ſecula, nec vnquam deſitura permanentia cum filio & patre conſiderata, ſempiternæ potentiæ & coniunctionis requirit appellationes. Propriè ſiquidem ac verè coeſſe dicitur, de iis quæ ſibi inuicem inſeparabiliter adſunt. Vt calorem ferro ignito ineſſe dicimus, & vná ſimul cum ipſo igni ineſſe. Itē corpori ſanitatem ineſſe dicimus, vitam autem ſimul cum anima eſſe. Ergo vbi peculiaris & connaturalis atque inſeparabilis communio eſt, ſignificátior vox eſt, quæ inſeparabilis conſortij cogitationem ſugge-

C rit intellectui. Cōtrà, vbi intelligitur accidere cuipiam ab illo gratia quæ & decedere poſſit, ſimiliter & hic propriè veréque ineſſe dicitur, etiam ſi in iis, qui receperunt, ſæpenumeró propter affectus in bono perſeuerantiam gratia illius permaneat. Proinde quoties peculiarem ſpiritus dignitatem intelligimus, cum patre & filio ipſum eſſe contemplamur. Vbi vero gratiam ſolis qui ſpiritus participes ſunt ſentimus, in nobis eſſe ſpiritum dicimus. Et quæ à nobis defertur glorificatio ſpiritu, non habet profeſſionem dignitatis illius, ſed noſtræ ipſorum imbecillitatis confeſſionem, dum oſtendimus, quód nec idonei ſumus à nobis ipſis glorificare, ſed ſufficientia noſtra eſt in ſpiritu ſancto, in quo corroborati, pro beneficiis acceptis deo noſtro gratias abſoluimus, iuxta quod à malitia purgati ſumus. Alius enim alio plus, aut minus, auxilio ſpiritus adiuuamur ad offerēdum hoſtias laudis deo. Hoc pacto iuxta communem modum piè gratiarum actionem ſpiritui perſoluimus. At ſanè illud nequaquam leuis eſt momenti, vt aliquis de D

ſeipſo teſtificetur, dicátque, Spiritus dei eſt in me, & per gratiam illius ſapiens factus, refero gloriā. Nam hæc vox Paulum decet, Videor & mihi ſpiri-

2. Tim. 1. tum dei habere. Et rurſus, Egregium depoſitum ſerua per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis. Item de Daniele legimus, quòd ſpiritus dei ſactus fuerit in eo. Et ſi quis illis adſimilis ſit virtute. Alter autem intellectus eſt, nec ipſe reiiciédus, quòd ſicut in filio videtur pater, ſic filius videtur in ſpiritu. Itaque adoratio quæ fit in ſpiritu, animis noſtris velut in lucem adductis vim ſuam ſuggerit, vt diſcere liceat ex his quæ Samaritanæ dicta ſunt. Dominus enim adorationem quæ iuxta regionis illius conſuetudinem erat vſitata, ſua doctrina abrogans, In ſpiritu, inquit, & veritate oportet adorare: nimirum ſeipſum appellans veritatem. Quemadmodum igitur in filio dicimus adorationem, velut in imagine dei ac patris: ſic & in ſpiritu dicitur, tanquam in ſeipſo Domini diuinitatem exprimente: vnde & in adoratione inſeparabilis eſt à patre & filio ſpiritus ſanctus, eo quòd ſi ſis extra illum, nullo pacto ſis adoraturus: contra, in illo ſi E

fueris, nullo loco ſeiungeris à deo, nihilo profectò magis quam lumen ſeparabis ab his quæ viſui patent. Impoſſibile ſiquidem eſt cernere imaginem dei inuiſibilis, niſi in lumine ſpiritus, Etenim qui intuetur imaginem, hunc impoſſibile eſt lumen ab imagine ſeparare. Quod enim vt videas in cauſa eſt, id neceſſe eſt, vt ſimul cum his quę cernuntur, videatur. Itaque propriè & congruenter per illuminationem ſpiritus videtur ſplendor gloriæ dei. Per characterem autem ad eū cuius eſt character, & eiuſdem figuræ ſignum ſubuehimur.

VNDE INITIVM HABEAT ſyllaba, cum, & quam vim habeat, vbi & de eccleſiæ legibus nullo ſcripto proditis.

CAPVT XXVII.

F

QVAM ob cauſam, inquiunt, quum propriè cōueniat hæc ſyllaba In, ſpiritui: ac nobis ad exprimendum quemuis de ſpiritu intellectum ſufficiat, vos nouam iſtam ſyllabā induxiſtis, qui dicitis, Cū ſpiritu, non In ſpiritu ſancto, alioqui nec neceſſariis, nec ab eccleſia probatis

batis vocibus vtentes? Quod igitur hęc ſyllaba In,
ſpiritui ſancto nõ in ſortem propriè ceſſit, ſed pa-
tris filiique communis eſt, in ſuperioribus dictũ
eſt. Arbitror autem & illud ſatis demonſtratum,
quod In, non ſolum nihil detrahit dignitati ſpiri-
tus, verumetiam ad ſummam celſitudinem erigit
cogitationes eorum qui non prorſus mente corru
pti ſunt. Supereſt autem diſſerere de ſyllaba Cũ,
vnde cœperit, & quam vim habeat, & quatenus
ſcripturæ concordet. Dogmata quæ in eccleſia
prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto
prodita, quędam rurſus ex Apoſtolorum traditio-
A ne, in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepi-
mus. Quorum vtraque parem vim habent ad pie-
tatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſaue
vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura eccleſiaſti-
ca. Nam ſi conſuetudines quæ ſcripto proditæ nõ
ſunt, tanquam haud multum habentes momenti
conemur reiicere, imprudentes & ea damnabi-
mus quæ in euangelio neceſſaria ad ſalutem habẽ
tur, imò potius ipſam fidei prædicationem ad nu-
dum nomen contrahemus. Quod genus eſt, vt e-
ius quod primum eſt & vulgatiſſimum primo lo-
co commemorem: vt ſigno crucis eos qui ſpẽ col-
locarunt in Chriſtum ſignemus, quis ſcripto do-
cuit? Vt ad orientem verſi precemur, quæ nos do-
cuit ſcriptura? Inuocationis verba quum oſtendi-
tur panis euchariſtiæ & poculum benedictionis,
quis ſanctorũ in ſcriptu nobis reliquit? Nec enim
his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus
aut Euãgelium, verum alia quoque & antè & poſt
dicimus, tanquam multum habentia momenti ad
myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum acce
pimus. Conſecramus autem aquam baptiſmatis,
B & oleum vnctionis, præterea ipſum qui baptiſmũ
accipit, ex quibus ſcriptis? Nonne à tacita ſecretá-
que traditione? Ipſam porrò olei inunctionẽ, quis
ſermo ſcripto proditus docuit? Iam ter immergi
hominem, vnde eſt traditum? Reliqua item quæ
fiunt in baptiſmo, veluti renunciare ſatanæ & an-
gelis eius, ex qua ſcriptura habemus? Nonne ex
priuata & arcana hac traditione? Nonne ex do-
ctrina, quam patres noſtri in ſilentio, quod curio-
ſos & otioſos ſubmouet, ſeruarunt? Pulchrè qui-
dem illi nimirum docti arcanorum venerationẽ
ſilentio conſeruari. Nam quæ nec intueri fas eſt
non initiatis, qui conueniebat horum doctrinam
publicitus circumferri ſcripto? Aut quid tandem
ſibi voluit magnus ille Moſes, qui non omnia quę
erãt in templo paſſus ſit omnibus eſſe peruia, ſed
prophanos extra ſacros cãcellos ſtatuit. Sed prio-
C ra atria purioribus permittens, Leuitas ſolos dig-
nos cenſuit numinis miniſterio: mactationes autẽ
& holocautomatum oblationes, reliquúmque mi-
niſterium ſacerdotibus aſſignauit: atque vnum ex
omnibus ſelectum in adyta recepit: ac ne id quidẽ
ſemper, ſed vno tantum die quotannis: turſus &
huius diei certam horam qua fas eſſet ingredi, prę
ſtituit, quo propter nouitatem & inſuetudinem,
cum ſtupore intuerentur ſancta ſanctorum: pro-
bè ſciens pro ſua ſapientia, res vſu tritas & vndecũ
que parabiles, expoſitas eſſe contemptui: cæterum
ei quod ſepoſitum eſt, quódque rarum eſt, huic na
tura coniunctam eſſe ſummam admirationem ac
ſtudium. Ad eundem profectò modum, & qui in
primordiis eccleſiæ certos ritus præſcripſerũt A-
poſtoli & patres, in occulto ſilentióque myſteriis
ſuam ſeruauere dignitatem. Neque enim omnino
myſterium eſt, quod ad populares ac vulgares au-
res effertur. Hæc eſt ratio cur quædam citra ſcri-
ptum tradita ſunt, ne dogmatum cognitio prop-
ter aſſuetudinem vulgo veniret in contemptum.
Aliud autem eſt dogma, aliud edictum. Nam dog
mata ſilentur, edicta verò publicantur. Eſt autem
ſilentij ſpecies etiam obſcuritas qua vtitur ſcriptu
ra, mentem ad contemplationem dogmatum in-
habilem exercens, idque ad vtilitatem in ſcriptu-
ris verſantium. Hãc ob cauſam omnes ſpectamus
ad orientem quum precamur. Pauci tamen noui-
mus, quod id facientes antiquam requirimus pa-
triam videlicet paradiſum, quem conſeuit Deus D
in Eden ad orientem. At in prima ſabbati erecti
perficimus deprecationes, ſed rationem non om-
nes nouimus. Non ſolum enim quod veluti ſimul
cum Chriſto reſuſcitati, quæ ſurſum ſunt quærere
debeamus, in die reſurrectionis datæ nobis gratię
ſtando precantes noſmetipſos commonefacimus
ſed quòd is dies videatur aliquo modo imago fu-
turi ſeculi. Eóque quum ſit principium dierum,
non primus à Moſe, ſed vnus appellatus eſt. Facta Gen. 1.
eſt, inquit, veſpere & mane dies vnus: tãquam qui
ſæpe recurrat, vt vnus ſit idem & octauus, vnum il
lum ſingularem ac verum octauum, cuius Pſalmi-
ſta alicubi in Pſalmis meminit, per ſe ſignificans,
diem inquam poſt horum temporum ſtatum nũ-
quam finiendum, ac veſperæ neſcium, nec ſucceſ-
ſori cedẽtem, hoc eſt æternitatem, quæ nec finem
habet, nec ſeniũ nouit. Neceſſarium igitur in hoc
die eccleſia ſuos alumnos docet, ſtantes abſoluere E
preces ſuas, vt aſſidua commonitione vitæ illius
nunquam deſituræ, non negligamus ad eam demi
grationem parare viaticum. Quin & totum tẽpus
vſque ad pentecoſten, admonitio eſt reſurrectio-
nis quam in illo ſeculo expectamus. Nam vnus il-
le, & primus dies ſepties multiplicatus, ſeptem ſa
cræ pentecoſtes hebdomadas abſoluit. A primo
enim incipiens, in principium deſinit, per ſimiles
qui in medio intercedunt dies quinquagies euolu
tus. Vnde & æternitatem ſimilitudine refert, dum
velut in motu circulari, ab iiſdem orſus ſignis in
eadem deſinit. In quo corporis erecto habitu pre
cari potius nos eccleſiæ ritus docuerũt, nimirum
per euidentem commonitionem quaſi transferẽ-
tes mentem noſtram à præſentibus ad futura. In-
ſuper & quoties genua flectimus, & rurſus erigi-
mur, ipſo facto oſtendimus, quod ob peccatum in
terram delapſi ſumus, & per humanitatem eius F
qui creauit nos, in cœlum reuocati ſumus. Defici-
et me dies, ſi eccleſiæ myſteria citra ſcriptum tra-
dita pergam recenſere. Omitto cætera, ipſam fidei
profeſſionem, qua credimus in patrem & filium
& ſpiritum ſanctum, è quibus habemus ſcriptis?
Etenim ſi quoniam ex baptiſmi traditione, iuxta
pietatis congruentiam, vt baptizamur ita credere
debemus, ſimilem baptiſmo profeſſionem exhi-
bemus: concedant nobis, vt iuxta eandem conſe-
quentiam ſimiliter glorificemus deum, vt credi-
mus. Quod ſi glorificandi modum, veluti ſcripto
non traditum reiiciunt, proferant nobis & fidei
profeſſionis & cæterorum quæ commemoramus
probationem è ſcripturis. Et poſtea, quum iã mul
ta ſint quæ ſcripto prodita non ſunt, & tantum ha-
bent

bene momenti ad pietatis myſterium, vnicam di-
ctiunculam quæ à maioribus ad nos deuenit, non
concedunt: quam nos ex inaffectata conſuetudi-
ne, inter incommutabiles eccleſiarum ritus per-
manentem inuenimus, haud mediocrem rationẽ
habentem, neque mediocrem perfectionem ad
myſterij vim adferentem. Dictum eſt igitur ean-
dem eſſe vim vtriuſque proloquij. Dicetur autem
& rurſum vbi concordent inter ſeſe, vbi differãt:
non quòd inter ſe pugnent per cõtrarietatem, ſed
A quòd vtraque peculiarem adſerat intellectum ad
pietatem. Siquidem præpoſitio, In, magis denotat
Dei ſocietatem nobiſcum: at præpoſitio, Cum, ex
primit communionem ſpiritus cum deo. Eóque
vocibus ambabus vſi ſumus, altera quidem digni-
tatem ſpiritus exprimentes, altera gratiam quæ
nobis ab illo eſt, declarantes. Ita in ſpiritu & glo-
riam offerimus deo, etiam cũ ſpiritu, nihil ex no-
bis dicentes, ſed velut è regula Dominicæ doctri-
næ, ad ea quæ iuncta ſunt, ſibíque inuicem cohæ-
rent, ac myſteriis neceſſariam vnionem habẽt, di-
ctionem transferentes. Nam quod in baptiſmate
connumeratum eſt, neceſſariò iudicamus & in fi-
de oportere copulari. Profeſſionem autem fidei,
velut initium quoddam glorificationis fecimus.
Sed quid faciendum eſt? Nunc enim doceant nos,
ne baptizemus quemadmodum accepimus, aut
ne glorificemus quemadmodum credidimus. De
monſtret aliquis, aut non eſſe neceſſariam & indi-
uulſam horum inter ſe conſequentiam, aut in hiſ-
ce nouitatem non eſſe totius deſtructionem. At
non deſinũt iſti ſurſum deorſum iactare, dei cum
B ſancto ſpiritu glorificationem, carere teſtimonio
carere ſcriptura, & alia huiuſmodi. Dictum eſt igi
tur nihil referre ad ſenſum, ſiue dicas Gloria pa-
tri & filio cum ſpiritu ſancto, ſiue dicas, Gloria pa
tri & filio & ſpiritui ſancto. Non igitur fas eſt cui-
quam ſyllabam Et, ex ore Domini profectam re-
iicere, aut aliter ſcribere: nec quicquam vetat alte
ram quæ idem pollet, recipere: quæ quomodo cũ
illa vel conueniat vel diſcrepet, ſuperius demon-
ſtrauimus. Confirmat autem rationem nobis A-
poſtolus indifferenter vtraque voce vſus, interdũ
ita loquens: In nomine Domini Ieſu Chriſti, & in
ſpiritu dei noſtri: & rurſus. Congregatis vobis &
meo ſpiritu cum virtute Domini noſtri Ieſu: nihil
1.Cor.5. intereſſe ratus ad nominum coniunctionem, ſiue
vtatis coniunctione, ſiue præpoſitione.

QVOD QVÆ DE HOMINIBVS
dicit ſcriptura tanquam vnà cum Chriſto regnanti-
bus, eadem de ſpiritu dici non conce-
dunt aduerſarij.

CAPVT XXVIII.

C VIDEAMVS ſi quam excuſa-
tionem patribus noſtris ſu-
per huiuſmodi vſu poſſimus
excogitare. Nam qui nobis
ita loquendi fuerũt autores,
magis quàm nos hærent in
crimine. Paulus igitur Co-
loſſenſibus ſcribens: Et vos,
inquit, quum eſſetis mortui delictis ac præputio,
viuificauit ſimul cum Chriſto. Num igitur toti po
pulo & eccleſiæ donauit deus vitam, quæ eſt cum
Chriſto, ſancto autem ſpiritui nõ eſt vita cũ Chri-
ſto? Quòd ſi iſtud vel animo concipere impiũ eſt,
an non pium eſt profeſſionem vt natura coniũcta
eſt, ita coniunctim perſoluere? Ad hæc, an non ex
tremi ſtuporis eſt, fateri ſanctos eſſe cũ Chriſto?
ſiquidem Paulus peregrinans à corpore, præſens
eſt apud Dominum, ac reſolutus iam eſt cũ Chri-
ſto: iſtos vero ne id quidem ſpiritui qui in eos ve-
nit tribuere, vt ſic cum Chriſto ſit, quemadmodũ
ſũt homines. At Paulus ſeipſum dei cooperarium D
appellat in adminiſtratione Euangelij. Sed ſpiritũ
ſanctum, per quem in omni creatura quæ ſub cœ-
lo eſt fructificat Euangelium, ſi cooperarium ap-
pellemus, impietatis nos reos peragent? Et, vt vi-
detur, vita ſperantium in Domino abſconſa eſt cũ
Chriſto in deo: quumque Chriſtus apparuerit vi-
ta noſtra, tunc & ipſi cum eo manifeſtabuntur in
gloria: ipſe autem ſpiritus vitæ qui liberauit nos à
lege peccati, nequaquam eſt cum Chriſto, neque
in vita latente & abſcondita cum illo, neque in il-
luſtratione gloriæ, quam nos in ſanctis patefacien
dam expectamus. Hæredes dei, & cohęredes Chri
ſti nos ſumus, ſpiritus vero exhæres eſt & alienus
à communione dei & Chriſti eius. Et ipſe quidem
ſpiritus teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro, quòd
ſimus filij dei. Nos vero ſpiritui, ne eius quidẽ ſo-
cietatis quam illi cum deo eſſe à Domino didici-
mus, teſtimonium præbemus? Porrò quod eſt a-
mentiæ caput, nos per fidem in Chriſtum quæ eſt
in ſpiritu, conſurrexiſſe cum illo, & ſimul cum il-
lo ſeſſuros eſſe in ſupercœleſtibus ſperamus, quũ
transformauerit corpus humilitatis noſtræ, ab a-
nimali ad ſpirituale: ſpiritui verò non conſeſſum,
non gloriam, non aliud quicquam eorum quæ ab
ipſo habemus, impartimus? & quibus nos eſſe di- E
gnos, iuxta donum eius qui promiſit haudquaquã
vanum, credimus horum nihil ſpiritui, quaſi ſupe-
rent illius dignitatem, concedimus. Et tibi quidẽ
iuxta dignitatem licet ſemper eſſe cum Domino:
& expectas, vt raptus in nubibus in aërem, ſemper
ſis cum Domino: ſpiritum autem nunc eſſe cum
Chriſto negas vt qui illum commemoret compu-
tétque patri & filio, in exilium agas, veluti qui im
pietatem non ferendam admiſerit. Pudet reliqua
adiungere, quod tu quidem expectas fore, vt cum
Chriſto glorificeris: nam ſimul affligimur, vt ſi-
mul glorificemur: ſpiritum autem ſanctificationis
non glorifices ſimul cum Chriſto, vt pari ſaltem
tecum honore digneris: & tu quidem ſperas te cõ
regnaturum, ſpiritum vero gratiæ afficis contume
lia, ſerui famulique locum illi aſſignás. Atque hæc
dico, non vt oſtendam tantundem honoris debe-
ri ſpiritui in glorificatione, ſed vt illorum demen
tiam redarguam, eorum qui ne hoc quidem illi cõ
cedunt, ſed velut impietatem horrent, in gloria
ſpiritus cõſortium cum patre & filio. Quis poteſt
hæc abſque gemitu commemorare? An non adeò
manifeſtũ eſt, vt vel puer intelligat, hæc quæ nunc
fiunt, eſſe procœmia defecturæ fidei, id quod mina F
tus eſt dominus. Quibus contradici fas non erat,
ea facta ſunt ambigua. Credimus in ſpiritum, &
noſtris ipſorum profeſſionibus repugnamus. Ba-
ptizamur, & rurſum pugnamus. Vt vitæ primariũ
ducem inuocamus, & vt conſeruum deſpicimus.
Cum patre & filio ſpiritum accipimus, & eum vt
creaturæ partem contemptui habemus. Quid au-

tem orabũt iſti, qui quum neſciant an aliquid ma
gnificum vel loqui prouocentur à ſpiritu, tamen
tanquam aſſequi poſſint dignitatis modum, quod
in dictis nimium eſt, caſtigant, quos oportebat ſu-
am deplorare infirmitatem: quoniam pro his quę
facto accepimus, ne verbis quidem gratias agere
ſumus idonei. Excellit enim omnem intellectum,
omnémque rationis naturam reſellit, quũ ne mi-
nima quidem ex parte ſpiritus dignitatem adæ-
quet: iuxta ſermonem libri, qui inſcribitur Sapiẽ-
tia, Exaltate, inquit, quantumcunque poteſtis, ſu-
perat enim adhuc, & exaltantes eam multiplicate.
A Nolite laborare, nun enim aſſequemini. Profectò
metuendum eſt vobis, ne pro iſtiuſmodi ſermoni
bus horribiliter accuſemini, qui à Deo mentiri ne
ſcio audiſtis, irremiſſibilem eſſe blaſphemiam ad-
uerſus ſpiritum.

ENVMERATIO EORVM QVI celebres in eccleſia, in ſcriptis ſuis vſi ſunt hac voce Cum.

CAPVT XXIX.

SANE contra id quod dicunt,
præpoſitionem Cum, & care-
re teſtimonio, nec in ſcriptu-
ris extare, illud dicimus: ſi ni-
hil aliud eſt receptum abſque
ſcripturis, ne hoc quidem re-
cipiatur: ſin plurima arcana ci
tra ſcriptum recepta ſunt no-
bis, cum aliis pluribus & hoc recipiamus. Arbi-
tror autem apoſtolicum eſſe, etiam nõ ſcriptis tra-
ditionibus inhærere. Laudo, inquit, vos, quòd om
B nia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi
vobis, traditiones obtinetis quas accepiſtis, ſiue
2.Theſſ.2. per ſermonem, ſiue per epiſtolam. Quarum maxi
mè vna eſt, & hæc de qua nunc agimus, quam qui
ab initio præſcripſerunt, tradideruntque poſteris,
vſu ſemper ſimul cum tempore progrediente, per
longam conſuetudinem eccleſiis irradicarunt. Er
go ſi apud tribunal probationibus è ſcripto deſti-
tuti, multos vobis teſtes produceremus, nõne ſen
tentiam abſoluentem à vobis conſequeremur? E-
go quidem arbitror, In ore ſiquidem duorum ac
trium teſtium ſtabit omne verbum. Quòd ſi etiã
temporis diuturnitatem pro nobis facientem vo-
bis euidenter oſtẽderimus, an non videbimur vo-
bis probabilia dicere, non poſſe litem iſtam nobis
intendi? Veneranda ſunt enim vetuſta dogmata,
quòd ob antiquitatem ceu caniciem quandam, ha
beant quiddam reuerendum. Enumerabo itaque
vobis huius ſermonis autores. Simul autem æſti-
matur in eo quòd tacetur etiam tempus. Neque
enim ex nobis primum cœpit impetus. Qui po-
tius nos quidem reuera heſterni ſumus, quemad-
C modum dicit Iob, ſanè ad tam longum tempus hu
ius conſuetudinis æquale. Ipſe quidem, ſi quid de
me propriè loquendum eſt, vocem hanc tanquam
hæreditatem paternam conſeruo, acceptam à vi-
ro multo temporis in ſeruitio dei verſato, per quẽ
& baptizatus ſum, & eccleſiæ miniſterio admo-
tus. Cæterum quum apud me reputo ſi quis vete-
rum ac beatorum virorum, his quibus nunc recla
matur vocibus, vſus ſit, multos reperio quibus an-
tiquitas fidem conciliat, qui iuxta exactam erudi-
tionem, non iuxta horum temporum homines,
quorum alij præpoſitione, alij coniũctione in glo
rificatione ſermonem copulant, ſtatuerunt nihil
referre, ſanè quod ad rectam attinet pietatis intel
ligentiam. Irenæus ille, & Clemens Romanus &
Alexãdrinus Dionyſius, id quod etiam auditu mi-
rum eſt, in ſecunda ad ſibi cognominem epiſtola,
de accuſatione ac defenſione, hunc in modum fi-
nit ſermonem. Tranſcribam autem vobis ipſa ho-
minis verba: His, inquit, cõgruenter & nos, etiam
forma regulaque à ſenioribus qui ante nos vixe-
runt, accepta, concordibus vocibus cum illis gra- D
tias agere, ac nũc etiam vobis ſcribere deſinemus:
Deo autẽ patri & filio domino noſtro Ieſu Chri-
ſto cum ſancto ſpiritu gloria & imperium in ſecu
la ſeculorum, amen. At hæc nequaquã dicere poſ-
ſet aliquis à ſcriptoribus eſſe mutata. Neque enim
ita ſermonem produxiſſet, formam ac regulam ſe
à maioribus accepiſſe, dicens, Si in ſpiritu dixiſſet,
huius enim vſus crebrer eſt: at illud erat quod ege
bat excuſatione. Qui quidem & in medio ſcripti,
ſic alicubi loquitur aduerſus Sabellianos. Si eo
quòd tres ſunt perſonæ, diuiſas eſſe dicũt, tres ſunt
etiam ſi nolint, aut diuinum ſermonem prorſus è
medio tollant. Ac rurſum maximè diuina propter
hoc, poſt vnitatem eſt trinitas. Sed & Clemens an
tiquior, Viuit, inquit, deus & dominus Ieſus Chri-
ſtus & ſpiritus ſanctus. Irenæus autem ille, qui vi-
cinus fuit Apoſtolorum temporibus, quomodo
mentionem ſpiritus faciat, diſputans aduerſus hę-
reſes, audiamus: Eos vero, inquit, qui effrenes de-
feruntur ad ſuas concupiſcentias, nullum haben-
tes diuini ſpiritus deſiderium, meritò Apoſtolus
carnales vocat. Et alibi dicit idem, Ne expertes fa E
cti diuini ſpiritus, fruſtremur regno cœlorum. In-
clamat Apoſtolus, quòd caro non poſſit hæredi- 1.Cor.15.
tatem capere regni cœlorum. Quòd ſi cui Euſebi-
us Palæſtinus propter eruditionem variam idone
us videtur cui habeatur fides, & ex illo voces eaſ-
dem oſtendimus, in dubitationibus de priſcorum
multiplici coniugio: Inquitur enim hunc in mo-
dum, exhortans ſe ipſum ad verba prophetarum:
Sanctum deum lucis autorem per ſaluatorem no-
ſtrum Ieſum cum ſancto ſpiritu inuocantes. Iam
vero & Origenem multis in locis expoſitionum
quas in pſalmos ædidit, deprehendimus, cum ſan-
cto ſpiritu gratias agentem deo, virum qui non
omnino ſanas haber in omnibus de ſpiritu opini-
ones: nihilominus & hic reueritus conſuetudinis
robur, pias voces emiſit de ſpiritu, qui quidem in
ſexto ni fallor libro Enarrationum in euangelium
Ioannis, etiam adorandum ſpiritum euidẽter pro-
nunciat, ita ſcribens ad verbum: Quoniam aquæ
lauacrum ſignificat purgationem animæ ab omni
bus malitiæ ſordibus ablutæ, nihilo tamen minus
& per ſeipſum, ei qui ſeipſum præbet diuinitati a-
dorandæ trinitatis, per virtutem inuocationum
gratiarum principium ac fontem habet. Ac rurſus F
in Commentariis, quibus exponit epiſtolam ad
Romanos, Sacræ inquit, virtutes capaces ſunt vni
geniti & ſancti ſpiritus deitatis. Ad hunc modum
opinor, traditionis vis ſæpe compulit homines, e-
tiam ſuis ipſorum dogmatibus contradicere. At
nec Africanum hiſtoricum, talis glorificandi for-
ma præteriit. Siquidem palàm eſt in quinta de tẽ-
poribus epitoma, & ipſum ad hũc loqui modum.

Nos

Nos verò qui & illorum verborum menſuram di
dicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agi-
mus ei, qui præbet noſtris patribus omnium ſer-
uatorem ac dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
cui gloria, maieſtas, cum ſancto ſpiritu in ſecula.
At de cæteris fortaſſis dubitari poſſit, aut credi
poſſint per intolerabilem audaciam à ſcribis im-
mutata, quum in vnica ſyllaba ſit diſcrimen. Ve-
rum quæ pluribus verbis dicta citauimus, ea nec
recipiunt inſidiarum ſuſpicionem, & ab ipſis li-
bris paratum habent teſtimonium. Porrò quòd
A alioqui fortaſſis humilius videbitur, quàm vt in
medium adducatur, ſed ei tamen qui de nouitate
accuſatur, neceſſarium ad teſtificandum temporis
antiquitatem, hoc quoque nūc adiiciemus. Viſum
eſt patribus noſtris, veſpertini luminis gratiam
haudquaquam ſilentio arripere, ſed mox vt appa-
ruit agere gratias. Quis autem fuerit autor illorū
verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad
lucernas, dicere non poſſumus. Populus tamē an-
tiquam profert vocem, neque cuiquam vnquam
viſi ſunt impietatem committere, qui dicunt, Lau
damus patrem & filium & ſpiritum ſanctum dei.
Quòd ſi quis etiam nouit Athenogenis hymnum
quem tanquam aggreſſorium diſcipulis ſuis reli-
quit, feſtinans iam ad perfectionem quæ fit per ig
nem, is nouit & martyrum ſententiam de ſpiritu.
Et hæc quidem hactenus. Cæterùm Gregorium
Magnum, & illius voces quo loco ponam? An nō
cum Apoſtolis & prophetis, virum qui eodem ſpi
ritu quo illi verſatus ſit, quique ſanctorum veſti-
giis per omnem vitam inhæſerit, quique euange-
licæ conuerſationis vigorem quandiu vixit præſti
B terit. Equidem illud dixerim, profectò iniuria
affecerimus veritatem, ſi non animam illam annu
meremus iis qui deo iuncti ſunt, qui velut inſig-
nis magnáque lucerna in eccleſia dei reſplenduit,
quiè ſpiritus ope terrorem habuit aduerſus dæ-
monum poteſtatem. Nam tantam acceperat gra-
tiam ad obedientiam fidei inter gentes, vt aſſum-
ptis non plus ſeptemdecim Chriſtianis, vniuer-
ſum populum, & vrbanum, & ruſticanum, per ag-
nitionem adiunxerit deo. Ille & fluminum curſus
in diuerſum vertit, præcipiens illis in magno no-
mine Chriſti, & paludem exſiccauit, belli cauſam
præbentem fratribus auaris. Cæterum prædictio-
nes de futuris eiuſmodi ſunt, vt nihilo ſit inferior
cæteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit
viri percenſere miracula, qui propter donorum
excellentiam quæ in ipſo operabatur ſpiritus, in
omni virtute, ſignis ac prodigiis, ab ipſis etiam ve
C ritatis hoſtibus alter Moſes appellatus fuit. Intan
tum in illo in omnibus tum dictis tum factis, eo-
rum quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen
refulſit, ſupercœleſtis virtutis indicium, quæ ex
occulto aſſectabatur illum. Cuius & in hodier-
num quoque diem magna eſt apud eius regionis
homines admiratio, recenſque ac ſemper vigens
memoria ſic infixa eſt eccleſiis, vt nullo tempore
obſoleſcat. Itaque non factum aliquod, non di-
ctum, non figuram vllam myſticam, vltra quam
illis reliquit, eccleſiæ adiecerunt. Imò hic multa
in his quæ apud illos aguntur in ritibus videntur
imperfecta, propter inſtitutionis antiquitatem.
Neque enim ſuſtinebant qui in eccleſiæ admini-
ſtrationem ſucceſſerant additamenta quæ poſt il-
lum adinuenta ſunt recipere. Idem igitur fuit glo-
rificationis modus, quem inſtituit Gregorius, & is
cui nunc contradicitur, ex illius inſtitutione eccle
ſiæ obſeruatus. Haud multum ſit negotij, ei qui ſe
paulum excitarit, ſuper his certitudinem accipere
Hac fidem & Firmiliano noſtro fuiſſe, teſtantur
illius libri quos reliquit. Inſuper & Meletium il-
lum admirandum, in eadem fuiſſe ſententia, nar-
rant qui cum illo vixerunt. Sed quid opus eſt ve-
tera commemorare? Imò nunc qui ſunt Orienta-
les, nonne hoc vno potiſſimum piè ſentientes ag
noſcunt, hac voce veluti ſigno, ſuos ab alienis diiu
dicantes? Vt autem ego è quodam Meſopotamio
audiui, viro & linguæ eruditæ & mentis integræ,
ne licet quidem illis, etiam ſi velint, aliter ſonare D
vocem eo loco receptam, ſed neceſſe eſt illis, per
voces idem cum hac pollentes, iuxta quandam
maiorum proprietatem glorificationem offerre.
Quin & Cappadoces ſic iuxta regionis morem lo
quimur, iam tum in linguarum diuiſione, dictio-
num vſum prouidente ſpiritu. Quid porrò Occi-
dens totus, propemodum ab Illyrico vſque ad fi-
nes noſtri orbis? Nonne per hanc vocem orat?
Qui fit igitur, vt ego ſim innouator, & recentiorū
verborum architectus? quum totas nationes, ciui
tates, & conſuetudinem omni hominum memo-
ria vetuſtiorem, inſuper & viros eccleſiæ colum-
nas, & omni ſcientia ac virtute ſpiritus veneran-
dos, duces & autores huius vocis exhibeam? Ob
hæc aduerſus nos mouetur hoſtilis acies, omneſ-
que ciuitates, vici, & omnes extremi fines pleni
ſunt nos calūniantium vocibus. Moleſta quidem
hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem: ve E
rum quoniam eſt magna merces eorum, qui per-
ſeueranter pro fide ſuſtinent afflictiones, præter
hæc & gladius ſplendeſcat, & ſecuris acuatur, &
ignis ardeat Babylonico illo vehementius, & o-
mnia ſuppliciorum inſtrumenta in nos mouean-
tur. Quod ad me quidē attinet, nihil arbitror for-
midabilius, quam non formidare minas, quas do-
minus in ſpiritum blaſphemias iacientibus inten-
tauit. Igitur apud cordatos homines ad purgatio-
nem mei, ſufficiunt hæc quæ dicta ſunt, quòd reci
pimus vocem adeò gratam & amicam ſanctis, in-
ſuper & tam diutino vſu comprobatam, quæ ex
quo tempore eſt annuntiatum euangelium vſque
ad præſens, demonſtratur in eccleſiis vſitata fuiſ-
ſe, & quod eſt omnium maximum, quæ pium ac
religioſum habet ſenſum. Cæterum apud mag-
num illud tribunal, quam nobis excuſationem ap
parauerimus? Nimirum quod induxit nos ad glo
riam ſpiritus, primum bonos illi habitos à domi- F
no, in baptiſmate ſpiritum adiungente ſibi & pa-
tri præterea quòd quiſque noſtrum per talem ini-
tiationem ad dei cognitionem inſtitutus eſt. Su-
per omnia verò terror minarum arcens omnem
indignitatis & humilioris opinionis cogitationē.
Aduerſarij porrò quid tandem dicturi ſunt? Quā
blaſphemiæ excuſationem adferent? qui neque
honorem quem dominus tribuit ſpiritui, reueriti
ſint: nec minis illius deterriti. Iſtis quidem libe-
rum eſt de ſuo conſultare negotio, aut etiam mu-
tare cōſilium. Ipſe vero optarim, primum vt deus
bonus det ſuam pacem vincentem in cordibus o-
mnium, vt iſti qui fremunt in nos, atrociterque con
glomerati inſurgunt, in ſpiritum lenitatis & cha-

ritatis compeſcantur. Quòd ſi prorſus ſic efferati ſunt, vt non poſſint manſueſcere, certè det nobis illorum facta toleranter ferre. In ſumma, qui condemnationem mortis in ſeſe habent, his moleſtũ non eſt pro fide affligi: ſed maximè intolerabile eſt in ea non certaſſe, quãdoquidem athletis non perinde graue eſt in certamine plagas accipere, quàm omnino nun admitti in ſtadium. Aut fortaſſis hoc erat ſileudi tempus, iuxta ſapientem. Solomonem. Nam quid prodeſt reuera clamare aduerſus ventum, quum tempeſtas adeò violenta vitam occupet, à qua mens quælibet eorum, qui verbo initiati ſũt, velut oculus pulueruléția quadã, ex erA rorum ſeductione, oppleta, confuſa eſt: quilibet aures grauiſſimis & inſolitis ſonis obtunduntur, turbine verò circumaguntur omnia, ſuntque in periculo ruinæ.

EXPOSITIO PRÆSENTIS ECcleſiarum Status.

CAPVT XXX.

[illegible]

CVI igitur comparabimus, præſentem ſtatum? Profectò ſimilis bello nauali, quod ex multo odio, ex veteribus offenſis inter ipſos per longum tempus alito, naumachi quippiam ac bellaces inſtituerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi ſpecta terribilem vtrinque concurſum, mox ira iam eò erumpente vt ſit immedicabilis, vtramque partem ſimul proſtratam confici. Pone ſi vis violento turbine circumagi claſſem, caliginemque denſam è nubibus incumbere, adeò que obſcurare rerum viſibilium ſpecies, vt nulla B ſit amicorum & hoſtiũ diſcretio, propterea quod ob confuſionem ſymbola militaria ſint ignota. Huic imagini propter euidentiam addamus etiam mare intumeſcere, atque ab imo ſubuerti, rapidũque Aquilonem è nubibus deorſum erumpere, horribilémque procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias vocant exurgere: poſt hæc ventis vndique concurſantibus, totam claſſem inter ſe cum fragore collidi, atque in conflictu, alios quidem veluti ſui proditores ad ipſam deſperationẽ vltrò tranſfugere, alios cogi, vt pariter & ſcaphas impellant à ventis actas, & occurrant irrompentibus, ſeſeque mutuò per ſeditionem trucident: quam ſeditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ ſingulis adeſt vincendi cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confuſum quẽdam & indiſcretum clamorem, per vniuerſum illud mare reſonantem, partim è ventorum ſtrepitu, partim è colliſione nauium, partim ex vndarum impetu feruentium, partim ex vociferatione præliantium varias voces pro ſingulorum affectibus emitti, vt neque naucleri, neque gubernatorum vocem exaudire liceat, ſed prodigioſam quandam mixturam confuſionémque incredibilium C malorum dum ob omnem vitæ ſpem ereptam, prorſus non timent peccare. Adiice iiſdem & immedicabilem quendam morbum, ac inſanabilem præ gloriæ cupiditate inſaniam, vt quum nauis iã in fundum maris deferatur, tamen nautici duces primam aſſequendi laudem contentionem non remittant. Tranſi iam ab imagine, ad ipſum mali archetypum. An non iam olim videbatur Arianũ ſchiſma, in aduerſariam eccleſiæ dei partem ſeparatum in hoſtium acie ipſum per ſe ſolum obſtitiſſe? Verùm poſtea quàm è longa atrocique contẽtione, vſque ad manifeſtũ certamen in nos inſtructi ſũt, tũ deniq; bellũ in multas partes iuxta modos innumerabiles diſſectũ eſt, vt partim ob publicã ſimultatẽ, partim ob peculiarẽ ſuſpicionẽ oĩbus odiũ irrecõciliabile eſſet. Hęc vero tẽpeſtas eccleſiarum, qua tandẽ marina procella nõ eſt atrocior? In qua vt tota patrum ditio commota fuit, ita omne fundamentum, & ſi quod dogmatum munimentũ conuulſum eſt. Voluuntur inſuper & quaſſantur omnia, putri baſi innitentia, dumque alij in alios viciſſim impetum facimus, alij ab aliis D ſubuertimur. Et ſi te prior non percuſſerit hoſtis, is qui auxiliatur, vulnerat, Quod ſi ille ceciderit ictus, comprotector inſurgit. Tantum inter nos habemus ſocietatis, quantum communi odio aduerſarios proſequimur. Vbi porro prætererint hoſtes eos, iam videmus hoſtes inter ipſos eſſe mutuos. Hoc rerum ſtatu quis enumerare poſſit naufragiorum multitudinem, vel eorum qui hoſtium impreſſione demerguntur, vel qui ex occultis ſociorum inſidiis occidunt, vel qui per imperitiam ducum pereunt, quum eccleſię vnà cum ipſis hominibus hæreticorum dolis velut ſub aqua latentibus ſcopulis illiſæ, perditæ ſint. Alij verò ex hoſtibus ſalutiferi ſpiritus, qui gubernacula occupatant, circa fidem naufragium fecerint. Cæterũ turbationes ab huius mundi principibus proficiſcentes, an nõ quauis procella, quouis turbine horribilius ſubuertunt populos? Eccleſias vero, caligo quædam adeò triſtis ac mœſta occupat, videlicet luminaribus mundi, quæ deus poſuerat ad illuminandas populorũ animas, domo profligatis. E Porrò, immodica iam inter ipſos vincendi contẽtio, quum iam immineat terror, minitans internitionem vniuerſi, adimit mali ſenſum. Nam priuata ſimultas plus eſt quàm commune publicúmque bellum, dum aduerſarios vincendi gloria, prę fertur publicæ omnium vtilitati, quibus præſens temporariáque gloriæ voluptas, prior ac potior eſt, præmiis in poſterum repoſitis. Eóque omnes pariter quocunque poſſunt modo parricidiales manus ſibi inuicem adferunt. Acerbus autem quidam clamor eorum, qui per contentionem inter ſe diſceptant, confuſaque vociferatio, & indiſtinctus ſonitus è nunquam ſilentibus tumultibus, totam propè iam eccleſiam impleuit, per exceſſus ac defectus rectum pietatis dogma ſubuertẽtibus. Nam alij quidem ad Iudaiſmum, ob perſonarum confuſionem: alij contrà, ad paganiſmum per naturarũ contrarietatem deferuntur: adeò vt nec diuinitus inſpirata ſcriptura inter illos ſequeſtram agere poſſit, nec apoſtolicę traditiones illos inter ſe conciliare valeant. Sed vnicus amicitiæ finis, eſt F ad gratiam loqui: ac ſufficiens eſt inimicitiæ cauſa, opinionibus diſſentire. Porrò, erroris ſimilitudo, res eſt quauis coniuratione fidelior ad ſeditionis ſocietatem. Theologus vero quilibet eſt, etiam ſi maculis innumerabilibus conſcientiam habeat notatam. Hinc rerum nouatoribus multa copia ſimul adiuuantium ſeditionem. Itaque qui ſeipſos ſuis elegere ſuffragiis, quique affectant principatum, ij eccleſiarum perfecturas ſortiuntur, re-

pulſa

pulſa ſancti ſpiritus adminiſtratiooe: iamque pror ſus euangelicis ritibus ob ſublatum rerum ordinem confuſis, ineffabilis eſt ad præfecturas irruptio eorum, quotum quiſque ſe palam iogerit ad dignitates, vi depulſis cæteris. Itaque grauis quædam anarchia, ab hoc principatus amore populos inuatit: vode irritæ ſũt & otioſæ præfectorum exhortationes, dum nemo magis alteri auſcultare, quam aliis imperare debere, ob faſtum ex inſcitia cooceptum exiſtimat. Has ob res, ſilere vtilius
A iudicaui, quàm loqui, tanquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non poſſit. Nam ſi vera loquutus eſt Eccleſiaſticus, Verba ſapientum in quiete audiri: plurimum abeſt, vt in hoc ſtatu rerum de his loqui cooueoiat. Me vero etiam illud propheticum dictum reprimit, Iotelligens in tempore illo tacebit: eo quòd tempus malum eſt, in quo alij quidem ſupplantant, alij vero inſultant lapſo, alij vero dominantur: cæterum, qui lapſo manũ ex miſericordia porrigat, nullus eſt. Atqui iuxta legem veterem, qui vel iumeotum inimici ſub ooere collapſum prætericrit, noo caret damnatione. Sed ooniti dem fit biſce temporibus. Quioam fieret, quando refrigerata omnium charitate, ſublata eſt fratrum conſpiratio, concordiæ vero etiam nomeo igooratur. Sublatę ſunt autem etiam amicæ admonitiones, nuſquam viſcera humana, nunquam lacbryma ex condoleotia. Noo eſt qui infirmum in fide ſuſcipiat, ſed tantum odium ioter cootribules exarſit, vt quiſque magis proximi ruina, quàm de propriis rectè factis exultet. Quemadmodum in cootagiis peſtilentiarum,
B etiam ij qui ſumma cura ſeruant victus ratiooem, tamen iiſdem morbis quibus ægroti laborant dum ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt opplentur & ipſi. Itidem nunc omoes ſimiles inter nos facti ſumus, à contentione, quæ noſtros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti. Hinc implacabiles & amari ſedent errato-rum examinatores, iniqui vero & maleuoli rectè factorum iudices, ac tãtum, vt videtur, malum vobis inſedit, vt etiam brutis facti ſimus brutiores. Siquidem inter illa quæ ſunt eiuſdem generis in eodem armento paſcunt, at nobis atrociſſimum bellum eſt aduerſus domeſticos. Itaque propter has omnes cauſas ſilendum erat, ſed in diuerſam partem retraxit charitas, non quærens quod ipſius eſt, ac vincere cupiens omnem temporum ac rerũ difficultatem. Quin & pueri qui fuerunt in Ba- D
bylooia docuerunt oos, etiam ſi nemo ſit, qui pietati ſuffragaretur, tamen per nos ipſos quod officij noſtri eſt peragere, qui quidem ex inceodio medio canebant hymnos deo, haud reputantes multitudioem aſpernantium veritatem, ſed ſibi io uicem ſufficientes, quum eſſent tres. Quapropter ne oos quidem deterruit hoſtium deſiſſima turba ſed fixa ſpe in præſidio ſpiritus, cum omni fiducia virtutem annuntiauimus. Alioqui foret omoium miſerrimum, eos qui cõuiciis inceſſunt ſpiritum, tam facilè ad impiè loquendum audaciam ſumere, oos vero qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere ſermonem ſuppeditare, qui ex maiorum traditione perpetua memoriæ ſerie ad nos vſque ſeruatus fuit: magis tamen excitauit impetum noſtrum igneus charitatis tuæ nõ fictæ feruor, morũq; tuorũ grauitas ac taciturnitas, quæ res ſpõdebãt fore, vt ea quę dicturi eſſem⁹ oõ proditẽt in vulgus, nõ quòd digna ſint quę celentur, ſed ne margaritæ proiiciantur porcis. Et hæc quidem hactenus. Quòd ſi tibi de his ſatis dictum videtur, ſit hic ſermonis finis: ſin mious, nulla iouidia eſt, ſtudioſè aſſidenrem inquiſitioni, per interrogationem à contentione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit autem dominus per nos & per alios, eorum quę deſunt ſuppletionem, iuxta ſcieotiaio quæ dignis ſubminiſtratur à E
ſpiritu.

FINIS PRIORIS TOMI.

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

ARCHIEPISCOPI ASCETICA ET ETHICA. ALIA item aliquot lẽmata haudquaquam inferioris notæ & eodem ſpectantia. Primùm quidem latio donata per Adamum Fumanum, eadem recens ex accuratiſſima recognitione ac ſolerti collatione ad fidẽ terſiſſimi exẽplaris Græci, ſynceræ lectioni reſtituta per Godefridũ Tilmannum Carthuſiæ Pariſienſis ex profeſſo monachũ.

C F

Præfatio Sancti Patris in ſua Aſcetica.

ETsi præclaræ ſunt illæ legum ſanctiones, quas reges moderandæ ſuæ reipublicę, ſubiectis ſibi populis pręſcribnot euulgantque: prę his tamen neſcio quid nimirum auguſtius à regia maieſtate obtinent ac dignius, quę illi ipſi edicta ſuis obſeruaoda militibus deonnciant. Adeſdũ ru ac ſi militaria nuoc præcepta propoonerentur. Tu quiſquis candidatus cœleſtis gloriæ ampliſſimum expetis honorem, animum huc aduerte: tu inquã cui in animo eſt, Christo vt comes aſſideas indiuiduus, audi illam regis tui eximiam vocem: *Ioan. 12. d*

Ee 3

Si quis mihi miniſtrauerit me ſequatur: Et vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus. Vbi ergo Chriſtus eſt rex? In cœlo ſine dubio. Huc tuus tibi, ô Chriſti miles, dirigendus eſt curſus. Obliuiſcere quicquid hic in terris refectionis haberi poteſt. Miles non domos ædificat, non comparandis agrorum poſſeſſionibus vacat, non variis ſe quæſtuoſarum mercaturarũ generibus immiſcet. Nemo militans implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat, qui ſe probauit. Alimenta miles habet à rege: nihil eſt, quòd in his ſibi ipſe exquirendis ſe occupet. Vbique ipſi omnium, qui in ditione regis ſunt, ex regis edicto domus patent: Nihil eſt,

A quamobrem in extruendis ædificiis labores ipſe vllos ſuſcipiat. In plateis tabernaculum ſibi ponit: Cibum ſola neceſſitate metitur: potio, aqua: ſomni quantum natura requirit: Itinera frequentia, itẽque vigiliæ: acris ad frigora caloréſque tolerandos patientia: periculoſorum cum aduerſariis certaminum crebra ſuſceptio, & in iis ſæpenumero (ſi ita fors ferat) mors: glorioſa tamen & quæ regiis & honoribus & muneribus decoretur: Vita in bello laborioſa, eadem tamen illuſtris in pace: Et vbi cã quis luculentè præclaris rebus gerendis traduxerit, virtutis illi præmia, honoréſque præſto ſunt: prouinciæ alicui præfici, inter regis amicos numerari, regi comminus aſſiſtere, ad regis menſam adhiberi, regiæ dextræ fieri compotem, pérque illius manum cohoneſtari, regis latus claudere, eorum qui in regis imperio ſunt populorum patrocinia ſuſcipere, pro hoſpitibus ſuis, atque amicis, quibuſcunque voluerit, apud regem deprecari. Agè

B igitur Chriſti miles, qui iam tenuia quædam ex rebus humanis exempla inſpexeris, ſubeat animum tuum ſempiternorum bonorum cogitatio: propoſitum tibi vitæ genus ſit, domo, ciuitatéque, ac poſſeſſione rerum omnium carẽs: ſolutus eſto, atque ab omnibus vitæ huius curis liber: Non te vlla impediat, illigétve de coniuge cupiditas, non de filiis ſolicitudo: quando alienum hoc eſt penitus à cœleſtis militiæ diſciplina. Siquidem arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo. Corporis te natura non vincit, neque vim affert inuito: Nõ te de ſoluto conſtrictum facit: Nõ enim tu id quæris vt ſobolem in terris relinquas, ſed vt in cœlum ſurſum educas: non vt attingentibus te corpus cõnubiis adglutines, ſed vt quæ ſpiritui conueniẽtia ſunt, perſequare: vt animabus videlicet præſis, & ſpiritualiter liberos gignas. Imitare ſponſum cœleſtem: inſurgentes aduerſum te crebro inuiſibiles hoſtes in fugam dato: bellum cum poteſtatibus illis ac principatibus gerito: ſtudetóque vt eos ex animo primùm expellas tuo, neque omnino illis quicquam ſit apud te loci: tum ex illorum etiam, qui ad te confugiant, téque ducem ſibi, ac propu-

C gnatorem aſciſcant, quos tu ſcilicet doctrina tua incolumes ſerues. Dele conſilia aduerſum Chriſti fidem, defectionem molientia. Aduerſum impiã, ac nequam cogitationem, pietatis verbo depugna ſecundum præceptum Apoſtoli: ita enim ille: Cõſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei. In primis autem põtiſſima tibi in manu dei ſpes poſita ſit: ea enim eiuſmodi eſt, vt ſimulac modo apparuerit, exterritos confeſtim hoſtes vertat in fugam. Vbi verò ille etiam probum ac bonũ reddi te per pericula, ſuáſq; copias cum aduerſariorum copiis committere decreuerit: hic tu ita te compara, vt nulli, quantumuis magno, labori ſuccumbas: neque terrore periculi vllo animum tuum de ſtatu ſinas dimoueri: alacer in alias atque alias terrarum ac maris oras demigra. Cùm enim vos perſequentur, inquit, fugite de ciuitate in ciuitatem. Et ſi in iudicium vocere aliquando, atque ante magiſtratus ducare, & conſurgentis in te populi tibi totius ſuſtinendus ſit furor, & ſpectandus tibi carnificis vultus horroris plenus, duráque audienda vox, & cruciatuum, qui tibi intententur, diritas intuenda, experiundáque D tormenta, & ad mortem vſque perpetuo depugnãdum, ad hæc omnia tu exprompt um ſemper animum tuum præbeto. Siquidem ante oculos aſſiduè verſari tibi Chriſtus debet, qui tui cauſa in his omnibus prior te verſatus eſt ipſe qui cum probè, noueris oportere te Chriſti gratia in iſtis verſari ac proinde vinces. Regem enim victorem ſequeris, qui victoriæ te ſuæ vult eſſe participem. Neque enim, licet mortem obieris, victus idcirco es: potiúſque tum vel maxime egregiam victoriã reportaſti: nempe qui ad extremum vſque ſpiritum veritatem in te rectam, nec euariantem penes te conſeruaris, ſuſceptamque pro ea animi libertatẽ immotam retinueris. Etenim ab interitu ad æternam vitam cõmigrabis: atque ab hominum ignominia, ad gloriam tibi paratam à deo: atque ab anguſtiis, pœnisque vitæ huius, ad ea loca, vbi æterna quiete vnà cum angelis perpetuò perfruere. Terra te ciuem noluit accipere: at excipiet cœlũ. Mundus te agitauit: at ſublimẽ angeli tollent, & ſiſtent corã Chriſto, à quo amicus appellabere: ex cuius ore laudem illam audies iucundiſſimam, Euge ſer E ue bone & fidelis, miles generoſe, dominique imitator, & regis comes, ego meis te donis remunerabor: Verba ego tua libens auſcultabo, nihilo minus atque mea tu hactenus auſcultaſti: petes fratribus incolumitatem laborantibus, ipſiſque fidei ſociis, ac ſacroſanctæ charitatis initiis imbutis, bonorum à rege communicationem impetrabis: ſempiternas præterea illas choreas agitabis, & in medio angelorũ cœtu coronatus incedes, naturiſque omnibus infra regẽ creatis imperabis, beatúſque vnà cum beatorum choro in omne æuum perpetuo viues. Quòd ſi defunctum iam certaminibus, nihilominus in terris te tamen remanere ille voluerit, quò plura etiã, eáque à prioribus diuerſa ſuſcipias, ſuſceptáque luculenter conficias, atque iſta ratione pleróſque cum à viſibilibus, tum etiam ab inuiſibilibus hoſtibus tutos conſerues, nolito dubitare: quandoquidem magna ſic etiam tibi in terris parata gloria eſt: eriſque apud amicos in precio, qui te ſibi adiutorem ac deprecatorem egregium inuenerint: hi tibi, veluti ſtrenuo militi, alimenta ſuppeditabunt: hi, vt fortiſſimum victorem, omni honorum genere cumulabunt: hi te ad ſe inuitabunt, lætabundique veluti dei angelum excipient, F & quod Paulus ait, vt Chriſtum Ieſum. Hæc, & quæ ſunt generis huius, diuinæ militiæ exempla ſunt. Neque verò virorum modò cauſa, hæc ſuſcepta à nobis oratio eſt, ſed mulierum etiam. Siquidem ipſæ quoque nihilominus ſtipendia faciunt cum Chriſto, per animi fortitudinem iſti accenturiatæ & allectæ militiæ: neque ob corporis imbecillitatem velut non idoneæ reiiciuntur.

Com-

[Margin notes, left:] [illegible] 2. Tim. 2. d. Perſiſt in metaphora. — [illegible] — [illegible] — [illegible] 2. Cor. 10. a. — [illegible] — 2. Cor. 2. a.

[Margin notes, right:] Matt. 10. — [illegible] — Matt. 25. b. — [illegible] — Rom 15. b.

Compluréſque inuentæ ſunt fœminæ, quæ nihilo minus ac mares fortiter ſe in huiuſcemodi bello geſſere. Ex his etiam quædam ſunt, quæ gloriam longe maiorem, quàm illi ex hoc genere reportarunt. De earũ numero ſunt, ex quibus virginalis conflatur chorus. In his ſunt, quæ ob præclarè geſta confeſsionis ac martyrij certamina, victoriis illuſtres excellunt. Quin dominum ipſum etiam dum inter nos verſaretur, ſequebantur non viri ſolum, ſed mulieres quoque: & nihilo minus ab hoc illi, quàm ab illo ſexu miniſtrabatur. Cum itaq; eximia adeo iis poſita præmia ſint, qui Chri-
A ſti fuerint militiam ſecuti, agedum libenti animo in eam & patres filios, & matres filias ſuas patiantur venire, ſolemque ipſi ſuam vltro ad eam alacriter adducunto, eos lætos faciat ſempiternorum bonorum ſpes, quorum illi vnà cum liberis ſuis ſint futuri participes, eos bonos ſibi apud deũ habere patronos ac deprecatores ſtudento. Caueamus quæſo ne nimis anguſtum animũ in hac importuna filiorũ charitate præ nobis feramus: néve nos exterreant labores, ad quos videantur ituri: gaudeamus potius, quòd magnam adeo gloriam ſint inuenturi: offeramus deo, quod ab ipſo accepimus, vt in laudis ac gloriæ filiorum noſtrorum ipſi quoque ſocietatem veniamus, nobis ipſis vnà cum illis offerendis, vnaque ſimul exhibendis. Enimuero in eos, qui hanc animi alacritatem oſtenderint, atque hoc modo fortiter perſeuerantes contenderint, commode illud ex pſalmis dicere aliquis poſsit, Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terram. Et quemadmodũ Moſes, orabunt pro eis, dicentes: Benedic domi-
Pſal.113.d B ne operibus illorum: Frange ſupercilium eorum, qui reſtiterunt ipſis. Fortes eſtote tanquam generoſi generoſoque ad ſempiternas coronas curſu contendire. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria in ſempiterna ſecula, Amen.

EIVSDEM SANCTI PATRIS NOSTRI BAſilij Sermo commonitorius ad complexum Monaſtici propoſiti.

DE ABDICATIONE SIVE *renunciatione ſeculi iſtius & ſpirituali perfectione.*

Matt.11.d C VENITE ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Dei iſta ſunt verba, quæ ſiue vitæ huius, in qua nũc ſumus, ſiue conſequentis refectionem ſignificant, illud certe planum eſt, ea hortari nos vt qua quidem depoſita ſuperuacanearum diuitiarum ſarcina, eáque in egentes diſtributa, qua vero, vt innumerabili penè, quæ ex ſtudio opes congerendi, cumulatim accreuit, peccatorũ multitudine, per largitionem, & confeſsioné reiecta, crucem geſtaturi, ad monachorũ vitã accedamus. Quocirca qui ſibi propoſuit Chriſto obedire, & ad vitæ genus rerum omnium poſſeſsione nudũ, neque vllis diſtractum ſeculi huius curis feſtinat, verè admirabilis ille eſt, beatúſque dicendus. Verumenim illi ego autor ſim, ne id inconſideratè faciat, néve vitæ ſibi tolerabilitatem quandã animo fingat, & ſalutem ſine vlla dimicatione polliceatur. Quin is velim potius vt ſe antè ad incommodorum cum corporis, tum etiam ſpiritus perpeſsionem commendabili exercitatione diligentiſsimè paret: ne ſi ſe non antè meditatus, in quæ non putarat, certaminum diſcrimina coniecerit: ac deinde vrgentibus conſtantiæ ſuæ tentationibus, per imbecillitatẽ obſiſtere non potuerit, eodẽ temere, vnde fuerat digreſſus, reuertatur: eaq;
D re ludibrio, ac ridiculo omnibus ſit: & præter id, quòd cũ animæ ſuæ pernicie, ad priſtinũ ſe denuo vitæ genus retulerit, multitudini etiã ſcandalo ſit: nempe qui cauſa ſit, quamobrem pleriq; inſtitutã ſecundum Chriſtum vitam eiuſmodi exiſtiment eſſe, quæ ferri nullo modo poſsit: Quæ res quàm ſit periculoſa, noſtis omnes, qui legitis Euãgelia, in quibus hæc dominus dicit: Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria circa collũ eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnũ de puſillis his. Mat. 18.a
Neq; enim ob eã modo cauſam plectendus erit, quòd ordinem ipſe deſeruerit: ſed quòd exemplo ſuo etiã cauſa fuerit, cur pleriq; exitiũ incurrerint: licet ſuo quodã opinionis errore perſuaſiſſe ſibi videatur, nihilo ſecius ſe, vt in priſtino ſe vitæ genere contineat, benefactis deũ ſibi poſſe propitiũ facere. Quod nullo modo verũ eſt. Qui enim in eo vitæ genere, quod nullis extrinſecus diſtrahentibus curis diuexatur, ac propterea peccatis minime obnoxiũ eſt, reſiſtere aduerſario nõ valuit: qui credibile eſt eum in eiuſmodi vita, in qua quàm- E
plurimi ad noxam aditus pateant, cuiuſque libera penes ipſius arbitrium poteſtas ſit, aliquid eſſe facturum, quod aliquo modo ſit cum virtute cõiunctum? Verùm vt det aliquis, quod ad ipſum nominatim pertineat, peccatũ ipſum nullum admittere: notam quidem illã idem certè nunquam effugerit, quod non à Chriſto deſciuerit, exemplo diſcipulorũ illorum, quos apertè in Euangelio diuinus Euangeliſta notat, cùm dicit: Multi autem diſcipulorum abierunt retro, & iam cum Ieſu non ambulabãt dicẽtes, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eũ audire? Ioan.6.g.f
Ea enim de cauſa benigniſsimus deus, vt ſaluti noſtræ prouideret, hominũ res duplici vitæ genere diſtinxit, coniugio videlicet, virginitateque: vt qui virginitatis ferendo certamini pares eſſe non poſſent, hi ſibi vxorem adiũgerent: ea tamen conditione, vt ſcirent, ea ducta, nihilo minus temperantiæ ſibi ac caſtitatis, cõſimiliſque modi in coniugio ac liberorum educatione, eius quem ſancti viri, dum hic viuerẽt, tenue- F
runt, reddendam ſibi eſſe rationem: qualis in veteri teſtamento Abraham fuit, qui cùm vnicum, quem habebat, filium fortiſsimo atque æquiſsimo animo immolaret, ea in re magnificam ſibi gloriam quærebat, quòd dei iuſsis nihil haberet antiquius: qui etiam tabernaculi ſui fores aſsiduè vſque apertas tenebat, vt qui aſsiduè ſemper paratus eſſet ad ſuſcipiendos hoſpitio, quotcunque ad ipſum accederent. Neque enim domini verba illa audire ipſe potuerat: Vende quæ habes, & da Matt.19.c
pauperibus, quanquàm etiam maiora his ſummæ virtutis documẽta dedere Iob, aliique quàm plu-

Humana vita bipertita methodus.

rimi, veluti Daniel & Samuel: in nouo vero Teſtamento, qualis Petrus fuit, vnaque cum eo reliqui etiam Apoſtoli. Siquidem futurum eſt omnino, vt fructus debitæ deo ac proximo charitatis ab vnoquoq; repetantur: Similiterque vt ſi quis cùm hæc, tum reliqua quęuis præcepta violauerit, pœnas luat, ſicut in Euangèlio dominus docet, cũ dicit: Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus, & alio in loco: Qui non odit matrem ſuam, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. An non tibi videntur quæſo matrimonio etiam coniunctis lata fuiſſe Euangelia? Animaduertis itaque apertè iam tibi explana-

Mat. 10. d
Luc. 14. f

A tum, fore vt à nobis cunctis, quicunque in hac vita ſumus, ratio repoſcatur, vtrum euangelio paruerimus néc ne, non à monachis modo, ab his etiam, qui vxores habuerimus. Etenim qui cõiugio ſeſe implicuerit, huic ſatis fuerit, ſi incõtinentiæ ipſi culpa remittatur, & fœminę libido, & vnà cũ ea congreſsio condonetur. Reliqua verò mandata cùm æquè deſcripta omnibus ſint, nõ eſt extra periculum, quicunque aduerſus ea fecerit. Siquidẽ Chriſtus ipſe, cum patris ſui præcepta promulgaret, apud eos loquebatur, qui in mundo cõmunem vitæ morem ſequebantur. Quòd ſi contigit aliquando, vt ſeorſim interrogatus ipſe diſcipulis aliquid reſpoonderit, apertè ipſis teſtificatus eſt: Quod vobis dico, omnibus dico. Non eſt igitur quamobrem tu, qui ad vxorem applicare animum maluiſti, perinde quaſi ea re tibi mundum amplecti licitũ ſit, deſidiæ te des: quando eo maiore tibi labore contendendum eſt, attẽtioreque

Mar. 13. d

μὴ ἀπαιτί-σῃς.

B animi vtendum vigilantia, vt ſalutem inuenias: veluti qui ſedem tibi in mediis laqueis, mediaque rebellium poteſtatum ditione delegeris, vbi peccatorum aſsidua ante oculos poſita iritamẽta habeas, ad quæ concupiſcenda omnes ſenſuum libidines tuorum aſsiduè loco veluti emotæ impellantur. Quocirca intelligere dobes, neutiquã effugere te poſſe, quin cum diabolo tibi ſit deluctandum, ex eoque nullo modo victoriã te ſine multis laboribus pro Euangelicorum præceptorũ conſeruatione ſuſceptis, reportatutũ. Qui enim quæſo pugnam cum aduerſario poteris ſubterfugere, qui omnino ſis iam cum eo intra caueam pugnæ deſtinatam concluſus? quæ ſine dubio vniuerſa ea eſt tellus, quæ ſub ampliſsimo cœli huiuſce ambitu continetur: quam quidem ex hiſtoria Iob accepimus, aſsidua illum obambulatione perluſtrare, circumireque quaſi rabioſum canem, quærentem quem deuoret. Quòd ſi cum aduerſario inire

μὶ σφαγά.

C pugnam non vis, in alium ex hoc ipſo mundum commigres, oportet, in quo ipſe non ſit: tùm licebit tibi tuo more cum illo non decertare, & citra periculum ferias indicere Euangelicis dogmatis. Quòd ſi hoc impetrari non poteſt, artem eam diſcas, conuenit, per quam ſcienter cum eo ſcias deluctari. Hanc autem haud dubie traditura tibi diuina ſcriptura eſt, ne ex imperitia ab eo ſuperatus ſempiterno igni in perpetuum cruciandus dedare. Atque hæc quidem, licet ſtrictim, eorũ tamen cauſa memorata à nobis ſint, qui propterea quòd matrimonij ſe vinculis obſtrinxere, licere ſibi arbitrantur Chriſti præceptorum obſeruationem impunè negligere. Tu verò qui cœleſtis viuendi

ἐν παραδρό-μῳ.

ritus cupiditate flagras, atq; angelicæ es vitæ ſtudioſus negociator, quique ſanctorum Chriſti diſcipulorum commilito cupis numerari, neruos tuos omnes ad rerum aduerſarum tolerantia intendito, & forti animo ad veræ pietatis cultorum te cœtum conferto, ipſoque tuæ mundi deſertionis initio te virum præbeto, conatuque omni elaborato, ne cognatorum horum, qui ſunt ſecundũ carnem, amor ad terram te, in altum te cupientẽ extollere, deprimat: ſed in eo animum tuum confirmato, vt cum immortalibus & cœleſtibus rebus, mortales, terrenáſque commutes. Vbi verò rerum te tuarum ſarcina leuare volueris, tum verò conſtans ac rigidus eſto, illudque tibi perſuadeto, quæcunq; abs te in egenorum ſinus condita fuerint, ea te in cœlum præmiſſa multis partibus ampliora apud deum inuenturũ. Cùm verò ab amicis, & iis quibus cum vixeras familiariter diuellare, caue ne mœrore nimio conficiaris, qui Chriſto tum cõiungaris, qui propter te cruci ipſe ſuffixus eſt: Qua re ad amorem declarandũ quod quæſo euidentius excogitari à nobis argumẽtum poteſt? Simul ac autem, deo iuuante, in primo luctationis iſtius congreſſu aduerſarium ſuperaueris, nolito te veluti viliſsimum inſtrumentum aliquod negligenter proiicere. Siquidem in eo iam, quòd terrenis rebus nuncium remiſeris, honoratum te apud Chriſtum feceſti: ſummaque potius vigilantia, acerrimaque in omnes partes animi circumſpectione operam dato, vt aliquem tibi virum inuenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ ſtudiis certiſsimum ducem ſequare, eiuſmodique, qui rectum iter ad deum volen-

πραγμα-τευτής.

Quid ei faciendum ſit, qui rerum parat remotionem ſuo animo penitus. D

φιλοπό-νως.

ἀδιάπτω-τον ἀπλα-νῆ.

E tibus pergere, ſciat cõmoſtrare: qui ornatus virtutibus ſit, cuius vniuerſæ totius ipſius vitæ actiones teſtimonio ſint, charitatem in eo erga deum ineſſe, qui diuinarum literarum ſcientiam habeat, virum integrum nec vlli diſtractioni indulgentem, ab auaritia abhorrentem, minime libenter gerendis ſe negociis admiſcentem, quietum, amantem deum, egenũ ſtudioſum, minime iracundum, iniuriarum immemorẽ natura propenſum ad eos docendos, qui ad ipſum accedant, quẽ gloria inanis non inflet, ſuperbia non extollat, adulatio non frangat, ſeuerum atque conſtãtem, cui denique nihil ſit præſtantius honore dei. Ac ſi talem quempiam nactus fueris, tum verò voluntatem tuam omnem expuito, ac foras proiicito: atque vbi hoc feceris, dede te illi, vt ſinceriſsimum veluti vas quoddam exiſtas, qui quæ in te infundantur virtutes, ad laudem dei gloriamque ab omni vitio caſtas conſerues. Etenim ſi eorum, quibus antea detinebare, animi vitiorum

Collatio per diſsimilem.

F reſiduum in te aliquid eſſe patiere, eoque quæ in te infuſa fuerint, coacuerint, haud dubiè velut vas contemptiſsimum foras proiicere. Hoc eſt, quod alterum nobis eſt cum oppugnatore ſalutis noſtræ certamen. Vt enim præceptorum bonorum bona ſunt etiam præcepta, item quoque malorũ etiam mala. Vbi enim videt aduerſarius noſter hic improbus perſuadere ſe nobis non potuiſſe, vt in mundi confuſione perditioneq; maneremus, in eo iam omni conatu contendit, vt nobis perſuadeat, ne nos vitæ demus perfectiori: néve ei nos viro committamus, qui noſtra omnia peccata nobis ante oculos ſtatuat, corrigatq;:

περὶ ζῆλον ἐν ἐπιτηδεύμασι per collationem diſsimilem.

ſed

ſed vt alicui nos credamus & gloriæ nimio plus auido, & propria vitia aſsimulata quadā lenitatis erga familiares ſuos ſpecie commandanti, vt hoc modo innumerabilibus nos denuò prauis animi libidinibus contra primum animi noſtri, propoſitum veluti vinculis irretiat. Quòd ſi te viro credideris virtutibus multis inſtructo, ſine dubio omnium, quæ in ipſo bona fuerint, hæres remanebis, æqueq; & apud deum, & apud homines beatiſsimus iudicabere. Si verò, quòd cum corpore tuo agere mitius volueris, magiſtrum tibi aliquē quæſieris, tecum ſe ad vitia tua demittentem, vel

A vt verius dicam, tecum vnà in eandem perniciem corruentem, fruſtra mundanis rebus nuncium remittendi laborem ſuſcepiſti, qui vitæ te prauis libidinibus obnoxiæ mancipaueris, & cæcum tibi ducem aſciueris, cuius ductum ſecuto in foueam tibi ſit procidendum. Cæcus enim ſi cæco ducatū præſtet, ambo in foueam cadūt. Sufficit enim diſcipulo vt ſit: ſicut magiſter eius. Hæc autem dei verba ſunt, eaque re falſa eſſe neutiquam poſſunt. Athletarum in viuendo tibi eſt imitanda conſuetudo: aliter enim ad coronam peruenire non poteris. Vt enim eſt apud Apoſtolum: Si quis certauerit, non coronabitur, niſi legitime certauerit. Si igitur dei munere talem quempiam virum inueneris) prorſus autem ſi perueſtigare volueris, inuenies) magiſtrum bonorū operum, hoc apud te conſtanter teneto, vt nihil omnino quicquam præter illius ſententiam facias. Quicquid enim eo inſciente facis, id furtum ac ſacrilegium eſt, tibique exitium, non autem vtilitatem vllam apportat.

B Eſto, tu id bonum iudices. Nam ſi bonum eſt, quid ita clàm fit, ac non in aperto? Mentem tuam tute diligenter exquire, quæ falſa quadam ſpecie boni compilare te ſtudet, atque ex eo nimirum, quòd cum vtilitate aliquando non eius præceptis obtemperes, iter tibi ad res peſsimas gerendas munit. Caue ne excitationes eorum, qui demorſi ſunt à ſerpente, velis imitari, cum ipſe excantandi artem non teneas: ne ſi ad te foras ſerpentes attraxeris, illique ſeſe tibi circumplicuerint, atque te ab ipſis explicare non poſsis, immaniter ab illis abſumare. Caue ne generis nobilitate ſubnitare, néve ob eam cauſam honores conſectere (qui enim carnalis eſt, non capit ea quæ ſunt ſpiritus) neque eorum quippiam, quę vera iampridem cōſuetudine inueterauerint, adulterare ac peruertere conatus ſis, atque hoc modo inani animi elatione tua, ſimul & certaminis ſocios tuos ſupplantare, & gradem ſuper te peccatorum molem aggerere, non in ſtrato molliculo, non in calceamētis, veſtimentiſve, non in habitu quouis, non in aliis, quàm quos cōmunis fratrum vſus fert, eſcis exquirendis, non in menſa, poſt illud tempus ſcilicet, cum iam nihil tibi amplius cum mundo eſſe apertè profeſſus fueris, non in ſtatu, nō in ſeſsio-

C ne, non in manuum opere minus laborioſo, magiſve eleganti. Siquidem iſtorum omnium, non modo dum habes, ſed in eo etiam, dum abs te exquiruntur (crede mihi) vtilem nunquam exitum experiere. Etenim niſi celeriter animaduerteris, diabolicas eſſe iſtas inſidias †, eaſq; ex animo penitus extirpaueris tuo, ſine dubio ex te à vera, quę eſt ex Chriſto, viudi diſciplina deturbabūt. Verū cum illud in animo tibi fixum ſtabilieris, omniū te, quotquot ſunt, mortaliū eſſe contemptiſsimū, peccatiſque onuſtiſsimum, peregrinumq; ac vagum, & quem ſola tātum miſericordia adducti ij, qui priores te ſe à ſeculi huius curis auocarūt, ſibi in ſocietatem aſciuerint, ſtudioſe operam dato, vt omnium nouiſsimus ſis, ac ſeruus omniū quando iſta vna ratione veram tibi, ac ſolidam gloriā paries: non autem illam vanam, caſſamque. Aures aſsiduè ad audienda ea, quæ imperentur, attentas habeto: itemque manus ad ea, quæ iuſſa ſint exequenda, expromptas. Sit tibi taciturnitas in ore, circunſpectio in corde. Futiles qui habeātur ſermones, tu magnopere ne attendito. Sed ſi quæ ex D

diuinis literis ad ſalutem animæ pertinentia memorari audieris, tum verò ad ea audienda doceto te intellectu eſſe & ſciētia præditū. Acerba guſtatu tibi ea ſunto, quæcunq; de mūdanis rebus memorentur: cōtraque fauis mellis aſsimilia, quæ à pietatis colentibus viris narrētur. Enitere porrò vt eos imitere, qui vt animi ſui ſedatas affectiones componerent, priores te in eo vitæ genere elaborauerunt: neq; expectes, dū ſingula doceare. Studeto vt maiorum virtutum cōpos efficiare, neq; minores tamen negligito. Nullū omnino ſit erratum, quod parui pendas: eſto quauis illud tenuiſſima beſtiola minutius ſit, potiúſque eo magis ſedulo contende, vt per pœnitentiā illud emendes. Etſi multi multis in rebus errata cōmiſerint parua æquè ac magna, in iiſque obſtinati pertinaciter perſeuerent, nolito tu alienorū te erratorum iudicem conſtituere. Habent enim ipſi iudicem iuſtum, qui reddet vnicuiq; ſecūdum opera ſua. Tu tuum ſupprime erratum, & quātum potes ſtude- E

to, vt onus tuum leuius efficias. Qui enim grauat onus ſuum, ipſe & portabit illud: Reſipiſcentibus enim parata ſalus, cōtrà verò in furore ſuo obſtinatis præſtò ſemper exitium. Ab hominibus tibi maiore aliqua propinquitate coniunctis abdiror, quātum potes: atq; in dei conſpectū te, quàm fieri poteſt, frequētiſsime dato. Quantū in te eſt, omnem in publicum proditionem ſemper deuitato, ac mentis hoc modo diſtractionē fugito. Egreſſus es è cella tua: ibi continentiā reliquiſti, in mundū introſpexiſti. In mulierem aliquam meretricem incidiſti, quæ & auribus tuis blando ſermone deliniuit, & oculorū acie aſpectus ſui venuſtate perſtricta, exquiſitiſque obiectis eſcis, guſtatu per dolum circūuento, te, veluti hamo quodam transfixum haud ita multo pòſt ad ſe pertrahet: tū membris tuis implicata, vbi te ad pectus ſibi arctè cōpreſſum admouerit, ſeuerum illud tuum ac rigidū de retinenda continentia deſiderium emollit ac flectit, atque ita ſenſim te de recta viuendi via deductum, blāditiis ſuis corrumpit ac perdit. Quòd ſi dei virtute factū ſit, vt ex eius retibus elabi potueris, tu quidem ad cellulam tuam te recepiſti, at non ille idem qui prius, antequàm ſcilicet te inde mouiſſes, ſed ſegnis quidā & languens, & ad om- F

ne rectum munus lētus, diſſolutúſque, quiq; non niſi magno temporis interuallo ad priſtinum te habitum illum poſsis referre. Variis ſiquidē exortum tibi vtriuſque vitæ deſiderium cogitationibus animum tuum fatigat. Vix & ægrè poteris obtinere, vt ex ea fluctuatione ille victor emergat. Quod ſi (vt aſſolet) neceſsitas incidat aliqua, quamobrem extra cellam tibi exeundum ſit, cùm te prius

te prius circum ab omni parte dei timore veluti firmiſsima quadã lorica munieris, Chriſtiq; charitate in manum inſerta, veluti validiſsimum ſcutũ apprehenderis, firmiterque ſtabilieris, omnéſq; in te libidinum omniũ factos impetus acerrima continẽtiæ vi profligaris, negocio illo, cuius cauſa exiſti, expedito, domum te quàm primũ referto: néve diutius extrà demoreris, ſed innocentem columbam illam imitare, atque ad arcã, vnde fue-
A ras emiſſus, alis vſus velocibus redi: atque vt illa cũ oliuæ ramulo in roſtro reuerſa eſt, ita tu quoq; inter redeũdum cũ ore tuo Chriſti miſericordias decanta, atq; hoc modo internis tuis animi cogitationibus perſuade, alibi te nuſquam cum ſalute poſſe cõſiſtere. Iuuenis ſiue ætate, ſiue animo fueris, æqualium tuorũ conſuetudinem defugito, ab illíſque te non ſecus atque ab ardentiſsima flãma procul abducito: quando illorũ opera vſus aduerſarius, pleroſque olim incendio dedit, & ſempiterno igni cremandos addixit: ac ſpiritalis videlicet primò charitatis vana quadam ſpecie illectos, in teterrimam poſtea Pentapolitanum voraginẽ præcipites deturbauit: & qui ex medio pelago, ſæuiẽtibus vndique procellis, tempeſtatéque incolumes euaſerant, eos iam intra portum ſecuros vna cũ ipſa naui vectoribúſq; ſubmerſit. Quãdocunque aſsidendum eſt, aliquo ſemper ab eo interuallo aſsideto: quandocunque capiendi ſomni cauſa cubandum, caue ne veſtimenta inter ſe mutuo ſibi veſtra propinquẽt, potiúſque medius inter vos aliquis ſemper adhibeatur ſenex. Quoties verò aut tecum loquitur, aut ex aduerſo in con-
B ſpectu pſallit, deiecto in humũ vultu illi tu reſpõdeto, ne forte interim, dũ tu illius os defixis oculis cõtueris, ſuſcepto ab hoſte & malorũ ſatore libidinis ſemine, corruptionis poſteà ac perditiõis manipulos metas. Domi aut aliquo in loco, vbi quæ à vobis fiant, videre qui poſsit, arbiter ſit nemo, caue ne vnà cum eo ſimul deprehendaris vnquam, ea re videlicet, quòd vnà cũ eo diuina eloquia meditari te dicas, aliámve quamuis ob cauſam, etiam ſumme neceſſariã: nihil eſt enim quod animæ ſalute magis ſit neceſſarium, propter quã Chriſtus mortuus eſt. Subdolę iſti cogitationi tuę nolito aſſentiri, cũ tibi hoc proponit, fore vt quicquid ita in occulto factum ſit, ſcandalo vacet: ſed hoc ipſum tibi eſſe ſcandalũ perſuade. Atque iſthæc multorũ exemplo, qui ſimili in genere fœdè ſunt lapſi, vulgata iam eſſe apud omnes exiſtimato. Crede mihi, quoniã fraternè tibi, atque ex intimo animi receſſu loquor. Difficilibus ac moroſis ſenibus aures libẽter præbeto, qui prouerbiorum ſententiis adoleſcẽtes ad recta ſtudia cohortantur, neque oris tamen deformitate quicquam ipſis afferunt detrimẽti. Omni cuſtodia ſerua cor
Prou. 4. d tuum. Siquidem ei perinde, vt ſi aurũ eſſet, dies
C noctéſque à furibus inſidiæ comparantur, & repentino tum, cùm minime expectas, minimeque intelligis, aſportatur. Caue ne te aduerſarius ſimili atque primum parẽtem peccato circumueniat. circumuentumque quamprimũ de paradiſo deliciarũ expellat. Nam qui illum callida eſcæ obiectione ita malitiosè vita ſpoliauit, & item Ieſum eodem ſe modo ſupplantaturũ ſperauerat, nihil eſt quòd is vereatur, quin & tantò auſit cõfidentius tibi quoq; primam malorũ originem propinare. Etenim præſentiſsimum hoc eſſe ille venenum intelligit. Siquidem gulæ vitiũ non in eſcarum copia naturæ ſuę vim poſitam exerere nouit, ſed in voluptate atq; guſtatu, licet modicis admodum vtare. Quod ſi ita eſt, vt vel breuiſsima modò guſtatu percepta delectatio obnoxiũ te iſtiuſmodi morbo valeat efficere, haud dubiè id te nullo negocio ad interitũ dabit. Vt enim fons aquæ ſi in plures ſit riuulos diſſectus, vicina riuulis illis loca omnia herbarũ viriditate conueſtit, & quaſi D
pubeſcere facit: ſic vitium gulæ, ſi per cordis tui venas ſe effuderit & diſtraxerit, indeq; permeans ſenſus tuos omnes irrigarit, vbi libidinũ multarũ in te ſyluam conſeuerit, animum tuũ ferarũ habitaculum efficiet. Etenim multos ego animaduerti ſæpe, qui cũ alterius cuiuſuis generis vitiis laborarent, ad ſanitatẽ tamen redierint poſtea: qui autem hoc morbo tenerentur, vt aut in occulto eſitare eos delectaret, aut ventris ingluuie duci ſe ſinerent, neminem ex omnibus vidi vnquam, qui cõualuerit. Nam aut à continentiæ cultorũ vitę ſe ſocietate penitus abruperunt, ſeſeque capitalibus vitę huius illecebris dediderũt: aut dum inter eos occultare ſe ſtuduerũt, voluptatibus addicti, duce Diabolo ſtipendia meruere. Nam qui iſtiuſmodi ſunt, ij mẽdaces ſunt, ad iuſiurandũ parati, periurioſi, litigioſi, pertinaces, clamoſi, & qui ſaturi edidiſſe ſe pertinaciſsimè pernegent, illiberales, qui victu delicato apprimè gaudeant queruli, aliorũ curioſi exploratores, tenebriones, totius honeſtæ vitæ de induſtria inimici, qui vt gulæ libidinẽ obtegant, innumerabilibus ſe aliis vitiis inuoluunt, qui cũ habitu quidem inter ſaluos eſſe videantur, E
rebus ipſis inter perditos numerandi ſunt. Hæc fuit quæ Adæ interitum, & poſt ipſum etiã vniuerſæ illius poſteritati exitiũ apportauit. Gulæ libido ea eſt, per quam ludibrio habetur Noë: & Cain maledictioni ſubiicitur: per hanc primogenita amittit Eſau, & cũ Chananæis affinitate coniungitur: Lot ſe cũ filiabus miſcet, idem ſuipſius gener factus ac ſocer: & qui parens anteà, modò vir etiã poſtea efficitur, & auus parens, vtrinq; in preſcriptos à natura hominibus fines petulanter proteruus. Hæc Iſraëlitas induxit, ut ſimulachrũ adorarẽt: iiſdem cauſa fuit, quamobrem in illa ſolitudinis vaſtitate eorum cadauera proſtrata ſint. Hæc Prophetam, qui à Deo ad obiurgandum ſceleſtũ regem fuerat miſſus, feræ beſtiæ deuorandũ obiecit: & de quo vniuerſo regio ſuo apparatu Hieroboam rex pœnas ſumere nõ potuerat, is gutturis fraude implicatus, miſerabili admodũ morte conſumitur. Quid contra Daniel vir deſideriorũ, nónne quòd gulæ libidinem compreſſerit regno potitur Chaldæorum? Nõne ſimulachra demolitur? & draconem interimit, & leonũ pædagogus efficitur, idoneúſque habetur, qui Deum humana ſe forma induturũ prænunciet, & abſtruſa myſte- F
ria palàm interpretetur? Quid? nónne facti gulæ libidine ſuperiores tres innocentes illi adoleſcentuli regiam iram pro nihilo duxere? & horrificã illam fornacẽ Nabuchodonoſori regis iuſſu ſuccenſam intrepidi contempſere? & ſtatuam illam auream, quam pro Deo coli ille iubebat, futilem ac nullius prorſus precij eſſe docuere: & quæ non niſi longo temporis ſpatio fabricari potuerat, eam repentino aſportarant, opimum domino ſuo

ſpolium

ſpolium attulere: iidemque effecere, vt rex ipſe infenſiſsimus vnà cum vniuerſo ipſius, quem aduerſus Deum copiarum inſtruxerat apparatu, vniuerſaque rerum natura, mirificis eũ laudibus efferrent? Ac ne multa, ſi gulam in officio cõtinuetis, paradiſum habitabis: ſin minus, hoc tibi perſuade, pabulum te mortis futurũ. Fidelis eſto virtutum theſaurus, claui vtere ſpiritualis tui partis lingua, hæc ſit, quæ tibi os ad ſumendum panem aperiat, hæc item quæ claudat. Serpentem nolito tibi cõſiliatium adhibere. Conſilio enim ſuo, ille adulterina veluti quadam claue circumuenire te

A habet in animo, tibique vel in ipſo etiam linguæ guſtatu inſidias artificioſè molitur. Caue ne clandeſtinæ eſitationis peccatũ incurras. Etenim ſi in re parua ſupplantare te ille potuerit, ſine dubio tota te lucta proſtratũ, vinculis poſteà arctiſsimè cõſtrictum tenebit. Aures tuas caue ne quibuſuis paſsim garrientibus aperias, neq; temet e nugantibus omnibus reſpondeas in his ſermonibus, qui à propoſito tibi religioſæ vitæ inſtituto diſsideãt. Vtilibus autem auſcultandis præceptis illas accõmoda, & borum aſsidua commentatione cuſtodi cor tuum. Eaſdem ab audiendis mundanis narrationibus abducito, quantũ potes, ne quando cœni reſperſione animam oblinas tuam. Ne labores vt audias, quæ ab aliis dicantur: neque immiſeris caput tuũ in medium colloquentium: ne & tu ſubſanneris, & illos detractores efficias. Caue, curioſus ſis, neque ita videre omnia volueris, ne ex ea viſione poſtea in animum tuũ, libidinum ſanies redundet. Aſpectionem, auditionem, locutioné, reſponſionem, omnia iſta vtilitate metitor. Corã

B natu maiore, quàm tu, caue ne aſsidere feſtines: quòd ſi, vt id facias, iubeare, nolito tu in pati cum illo ſella ſedere: ſed cum huc illucque diligenter oculis circũſpexeris, operam ſedulo da, vt ſellam tibi humiliorem aliquam inuenias, vt ob iſtã animi tui humilem ſubmiſsionem, gloria te afficiat Deus. Interrogatus de re aliqua, graui ac ſubmiſſa voce reſpõde. Alius ſi interrogetur, os tuum ipſe cõprimito, ne à procaci corde impulſa lingua tua inconſideranter aliquem feriat de iis, qui in pietatis cultores nimio plus quid agant, diligenter inquirunt: atque hoc modo criminum te vinculis quaſi quibuſdam conſtrictum efficiat. Inter ſedẽdum, caue ne crus cruri alteri ſuperponas: ſiquidem iſthuc facere animi parum attenti, atque aliud agentis indicium eſt. Si cum inferiore te ſermonem habes, aut interrogatus ab eo, aliquid reſpondes, caue ne ſuſpenſo animo illi negligenter reſpondeas, ea te videlicet, quòd fratrem contemnas: quando hoc facere, in deum contumelia eſt.

Prou. 17.a

C Qui enim deſpicit, pauperem (vt eſt in prouerbio) exprobrat factori eius. Cum quid locuturus es, ea ex ore tuo prima ſemper verba præſiliant, quibus & proximum conſoleris, & charitatem erga illum tuam magis confirmes. Eadem ratio in medio, eadem in poſtremo, qui habeatur ſermone ſeruetur: idq; adhibita quadam feſtiua oris hilaritate, vt qui tecũ loquatur, per te exhilarari ſe ſentiat. In omnibus, quæ à proximo tuo rectè animaduerteris fieri, lętare, & deo gratias age: quãdo illius rectè facta tua ſunt, ſicut viciſsim itẽ, tua illius. Quandocunque ad cœnã cõuenitur, primos accubitus, & primas cathedras deuita, infimúmque

Luc. 14.c

locum ſemper ſectare, quò magis poſsis illud audire, Amice aſcẽde ſuperius. Vbi verò poſita iam menſa recubueris, caue ne læua tua petulanter ſe iactet, néve ſpreto naturæ ordine imperiũ ſibi in dexterã vſurpet: ceſſatoque potius, aut certè dexteræ modo deſeruito. Ad orationem quotieſcunque vocaris, libẽter ſuccinat os tuũ in eaq; eouſq; permaneto, donec canoni ſatisfeceris: magnãque te iacturã facere arbitrator, ſi ante inde diſceſſeris. Etenim ſi cum corporis tui ſuſtentandi cauſa,

Argumẽtũ à minori

cibum capis, ægrè admodũ à menſa potes auelli, niſi naturale prius deſideriũ expleueris, neque ita facilè hoc facturus ſis, niſi magna te inde aliqua D neceſsitas auocet: qui non tandem ab epulis iis auelli ægrius debes, quibus ſpiritus alitur tuus? quiq; nõ magis oratione corroborandus tibi tuus animus eſt? Etenim quanto nobilitate cœlũ terra pręſtabilius eſt, & dignitate cœleſtia terrenis pręponderant, tanto ſine dubio anima corpore præſtantior eſt. Siquidẽ ea cœli quaſi imago eſt quædam, quippe in qua domicilium dominus habeat: at caro ipſa ex terra conſtat, quæ à mortalibus hominibus, & rationis expertibus incolitur animantibus. Quamobtem quę corporis cauſa neceſſario ſuſcipi munera debent, ea ita habebis diſtributa, vt legitimũ tibi poſtea orationis tempus non interpellent. Caue autem diligenter, ne cogitationi illi animi tui aſſentiare, quæ ab orationis canone nondũ peracto auellere te ſtudeat. Habent enim morem hunc dæmones, vt faciendæ orationis tẽporibus per ſpecioſam ſcilicet aliquam laudabilis cauſæ alicuius ſimulationem nobis ſedulo autores ſint, vt ab ea nos ſubducamus, vt quam ſaluté afferre nobis intelligant, ab ea nos probabiliter E abducant. Noli ingemiſcens capitis, vẽtriſve dolorem excuſare, & eius qui nullus ſit, teſtes incertos proferre, néve quieſcendi cauſa quicquam de acri vigilãtiæ aſsiduitate remiſeris, potiúſque occultas aliquas ſemper orationes habeto, quas in occulto aſpiciẽs dominus, pro iis gratiam tibi referat in aperto. Operam ſedulo da, vt in ea mercatura, quam in luculẽto vitæ genere præclariſq; muneribus cõmuniter vnà cũ cæteris facis, ſeorſum tu quæſtus acceſsiũculam aliquã habeas, quo repoſitas poſtea tibi in die neceſsitatis diuitias inuenias. Quotieſcunque tuæ tibi in fungendis pro cõmuni re fratrum miniſteriis vices obtigerint, in eo aduigila, vt ad laborem corporis, verborum etiam lenitatem adhibeas: vt ij, quibus miniſtras charitatem te habere aduerſum ipſos intelligant: quo videlicet gratum ſit illis miniſterium tuum, vtpote quòd ſit ſale cõditum. Ne paſſus ſis, vt quæ propria muneris tui ſint, ea alius faciat, ne merces quoque erepta tibi, alij tribuatur, teque contem- F pto, in diuitiis tuis gloria alius afficiatur. Aſsignato tibi miniſterio cum modeſtia fungitor, ſedulitateque, perinde ac ſi Chriſto ipſi miniſtrares. Maledictus enim (inquit) homo, qui facit opera domini negligenter. Quæ ex animi elatione faſtuq; naſcitur abuſum metuito (eſto, quæ tibi præ manibus ſint miniſteria, contempta admodum, abiectaque videantur) perinde tãquam deũ præſentem habeas, qui te aſpiciat. Magna res eſt alteri miniſtrare, eiuſmodique, vt per eam nobis ad cœleſte regnum aſcenſus paretur. Siquidem ea virtutum omnium quędam quaſi eſt ſagena, quæ diuina

Arg. à maiore ad minus

Orãtis quõ inſidietur dæmon attende.

Matt. 6.b

Col. 4.b

Hier. 48.d

Simile. diuina in ſe præcepta omnia comprehendit, ipſamque primo virtutum omnium contentricem humilitatem complexa: quam bonorum ſequitur copioſiſsimum veluti quoddam examen: tum illud etiam: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & infirmus, & in carcere, & miniſtraſtis mihi. (Mat. 25.d) maximeque quandocunque quod debetur, id adhibita animi ſubmiſſione perſoluitur, faſtu, iracũdia, murmurationeque ſegregatis. Eorum quos rectè atque ex virtute videris viuere, æmulator eſto, & inſtitutorum vitæ, actionúmque exempla deſcripta in animum tuum tráſferto. Opta vt ſis de numero paucorum. Rara ſiquidem, quæ bona: quæ

A quidem etiam cauſa eſt, quamobrem pauci cœleſte regnum introëant. Caue putes eos omnes fieri ſaluos, qui ſe intra cellas ſuas contineant, & vitioſos iuxtà ac bonos. Neque enim ita res habet: quando ſunt quidem multi, qui ad boneſtæ vitæ genus ſe conferunt: rariſſimi autem, qui ipſius iugum ſuſcipiant. Violentorum eſt enim regnum cœlorum, & violenti rapiunt illud. (Matt. 11.b) Verba hæc Euangelij ſunt. Violentiam appellauit aſſiduam, & acrem corporis in laboribus fatigationem: quod nullius impulſu, ſuapte ſponte, Chriſti diſcipuli faciunt: cùm & voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne, & magiſtri ſui præcepta omnia conſeruant. Quocirca ſi tibi in animo eſt rapere regnum dei, violentiæ te dato, ceruices tuas Chriſti ſeruitutis iugo ſubmittito & eius loris collum tuum arctè circunquaque cohibeto: premat illud ceruicem tuam: labore illud virtutis atterito, ieiunando, vigilando ipſum te

B omnibus ſubiiciendo, taciturnitatem ſeruando, pſalmos aſſidue decantando, orationibúſque & lachrymis operam dando, & manibus laborando cuiuſquemodi difficultates omnes tolerando, ſiue illæ à dæmonibus, ſiue ab hominibus afferantur. Caue ne quod aliquo modo elatè nimis de teipſo, ſentias, in animum inducas tuum vt de priſtina laborum aſſiduitate quicquam remittas: ne ſi in ipſis vitæ foribus nempe è mundo migraturus, nudus virtutibus inuentus ſis, à cœleſti regno excludare. Non tibi cleri gradus vllus animos in altum extollat: humiliet potius. Animi enim in virtute progreſſus, in humilitate progreſſus eſt: contraque in poſtremis relinqui & inhonoratum eſſe, id non aliunde, quàm ex elatione progignitur. Quanto ad maiores ſacerdotij gradus accedere tibi propinquius contigerit, eo animus tuos magis demittito, idque territus exemplo filiorum Aaron. Pietatis enim cognitio, humi

C litatis & manſuetudinis cognitio eſt: quando ſe animo ſcire ſubmittere, Chriſtum eſt ſcire imitari. Contra autem faſtidio & arrogantia efferri, & inſolentius ſe gerere, eſt Diabolo ſe ſimilem facere. Chriſtum in imitare, nõ aduerſarium Chriſti: deum, non aduerſarium dei: dominũ, nõ ſeruum fugitiuum: clementem, non inclementem: humanum, non inhumanum: eos qui ſunt thalami nuptialis, non eos qui tenebrarum. Noli in eo properare, vt fratribus præſis, ne alienorum peccatorum onere ceruices aggraues tuas. (Cauen ad pietatem et mores cõponendos.) Quæ ſingulis diebus feceris opera, ea veſperi tecum ipſe commemora, & cum iis, quæ feceris pridie, conferto: ſtudioſeque operam dato, vt melior in dies magis ac magis exiſtas. Proceſſum in virtutibus facito, vt hoc modo angelis efficiare propinquior. Intra cellam tuam non te diebus aliquot, mẽſibúſve, ſed annis pluribus contineto, ibique continenter diem noctemque dominum laudato, & Cherubim imitator. Si huiuſmodi initio exitus ſimilis conſenſerit, prorſus dubitare nihil debes, te breui confecto monaſticæ exercitationis curriculo, itinereque per anguſtam viam terminato, dei munere in paradiſum iri intromiſſum, cum præclara lampade animæ, ac lætitia vnà cum Chriſto perpetuò fruiturum, in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM SERMO DE aſceſi, hoc eſt, de cultu ſiue exercitatione monaſtica, quo ſe deleat pacto excolere & ornare monachus. D

MOnachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris ſui proprium ſit, poſſidere: corpus quietum, habitum non ſordentem ſed honeſtum, vocem moderatam, ſermonem compoſitum habere, in cibo, potioneque minimè turbulentum eſſe, ſedatumque potius, & grauem: coram natu ſe maioribus ſilere, prudentiores ſe auſcultare, aduerſus æquales charitatem tenere, minoribus conſilium cum charitate dare: ab hominibus ſe nequã & carni deditis, curioſis & nimiò plus cupidis rerum gerendarum abducere: multa intelligere, pauca loqui: in ſermone

E non præfidentem aut temerarium eſſe, neque in colloquiis nimium: non eſſe ad riſum procliuem verecundia ſeſe commendare, oculos habere ad terram deiectos, animum ad cœlum erectum: nõ ſuperiorum imperio repugnare, ſed alacri ac libẽti animo obtemperare: manibus laborare, aſſiduè nouiſſimorum meminiſſe, ſpe gaudere, in tribulatione patientiam adhibere, continenter orare, in omnibus gratias agere, aduerſus omnes humilitatem tenere, odiſſe arrogantiam, ſobrium eſſe, peruigilem & attentum, & cor à prauis cogitationibus caſtum cuſtodire, in cœlo ſibi per mandatorum obſeruationem theſauros recondere, quotidianas ſuas & cogitationes & actiones omnes diligenter examinare, neutiquam ſe vitæ huius negociis, aut ſuperuacaneis ſermonibus immiſcere, non curioſius in deſidium vitam inquirere, ſanctorumque ſolùm patrum viuendi inſtituta imitari: ſi quos rectè, aut cum virtute aliquid facientes viderit, illis gratulari, non item inuidere: eiſ-

F dem in aduerſis ſocium mœroris eſſe & lachrymarum, & qui in eo ſtatu ſint, eorum vicem magnopere miſereri, non etiam condemnare, à peccato reſipiſcentem probris non inſectari, ſeipſum nunquàm iuſtificare, peccatoremque ſe in primis & coram deo, & coram hominibus appellare, ordinem deſerentes admonere, puſillanimes conſolari, miniſtrare infirmis, pedes ſanctorum lauare, in hoſpitalitate amoreque fraterno diligentem eſſe, cum conſortibus & domeſticis fidei pacem tenere, hæreticum hominem auerſari ac deuitare, approbatos libros lectitare, apocryphos ne attingere quidẽ omnino. De patre & filio & ſpiritu ſancto

ſancto cum nemine diſputare. Sed Trinitatem increatam, & cueſſentialem firmè, libereque & credere & cunfiteri, & ſe percontantibus ſic reſpondere: Oportere nos, ſicut traditum accepimus, baptizari: credere autem eo modo, quo baptizati ſimus: glorificare verò, quemadmodum credidimus: in negociis & ſermonibus honeſtis verſari, prorſus ab omni ſe iureiurando abſtinere, pecuniam ad vſuram non dare, non frumentum, non
A vinum, non oleum, vt maiore ſibi menſura reddantur: à crapula ſe & ebrietate, & caducæ vitæ huius ſolicitudinibus temperare, nihil in conſuetudine cum aliis per dolum agere, nihil omnino de aliquo ſecus loqui, nemini detrahere, neque detrahentem alium libenter audire, non facilem eſſe ad ea credenda quæ de altero ſecus dicantur: iracundiam ſibi dominari non ſinere, non praua cupiditate vlla vinctum detineri, nõ temere proximo ſuccenſere, conceptæ aduerſus aliquem iræ tenacior ne ſis, non malum pro malo reddere: maledictis inceſsi potius, quàm inceſſere, pulſari, quàm pulſare, iniuriã accipere quàm facere, fraudari quàm fraudare. Potiſsimum autem debet ſe monachus à congreſsione mulierum abſtinere, itemque à vini vſu: quia vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: & in præceptis domini pro viribus exequẽdis, nequaquam animum deſpondere, tædio anxiè affici, ſed laborum ſuorum præmium, laudemque à domino expectare: & ſempiternæ vitæ optare fruitionem, & Dauid verba illa aſsiduè ante oculos habere, ac dicere: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper,
B quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. & vt filium quidem addecet toto corde, totaque fortitudine, menteque tota ac viribus deum diligere: vt ſeruum verò reuereri, ac metuere, obedireque, & cum timore, ac tremore animæ ſuæ ſalutẽ operari: ſpiritu feruere, indutum eſſe omnimodã armaturam ſpiritus ſancti, & currere non in incertum & pugnare non tanquam qui aërem verberet, & in corporis infirmitate, & animi mendicitate, aduerſarium ſuperare: omnia ſibi aſsignata & ex ordine præſcripta munera exequi, & ſe inutilem appellare: gratias agere ſancto & glorioſo ac metuendo deo: nihil per contentionem aut inanis gloriæ ſtudium facere, ſed dei cauſa tantummodo, vt placeat deo. Quoniam diſsipauit deus oſſa eorum, qui placere hominibus ſtudent, prorſus nunquam gloriari, neque ſuimetipſius laudes prædicare, neque prædicanti alteri aures libenter præbere, in occultoque non aucupandæ laudis cauſa humanæ, omnia faciẽtem ſeruire, ac ſolam, quæ à deo eſt, laudem quærere: deque horrifico, glorioſoque eius aduentu cogitare, de migratione ex hac vita, de repoſitis iis, qui rectè vixerint, bonis, ſimiliterque de parato igne diabolo & an-
C gelis eius: & præter hæc omnia, Apoſtoli verba illa in memoria habere, Non eſſe condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & illud vnà cum Dauid dicere: Cuſtodiẽtibus mandata eius retributio multa, merces nimirum illa copioſa eſt, & coronæ iuſtitiæ, æterna tabernacula, vita finem nunquam habitura, gaudium inenarrabile, perpetua mãſio apud patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, qui eſt verus in cœlo deus, faciei ad faciẽ manifeſtatio, choreæ cum angelis, cum patribus, cum patriarchis, cum prophetis, cum apoſtolis, cum martyribus, cum confeſſoribus, cum omnibus denique, qui ab æterno placuerunt deo, in quorum numero ſtudioſe quæſo operam demus, vt nos quoque cenſeri poſsimus, & inueniri gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Eccl. 19. b — Psal. 15. c — Psal. 52: b — Rom. 8. d — Psal. 18.

EIVSDEM EPISTOLA D
ad canonicam.

PER hoc minus reddimur ad ſcribendum alacres, quòd non vſquequaq; nobis perſuaſerimus peruenturas eſſe ad manus veſtræ charitatis literas: ſed per miniſtrorum improbitatem malitioſam à plerisque eas legi aliis prius quàm ad te perferantur, idque præſertim nũc tẽporis quo in domo dei ſurſum deorſum omnia permiſcentur. Modum itaque præſtolor, quo ipſa mecũ hac de re expoſtules ac conquerare, & tanquàm vi iniecta à me extorqueas vt ſcribam: vt vel hoc argumento vſus intelligã: tibi ne ſint redditæ literæ noſtræ. Quanquàm ſiue ſcribimus, ſiue etiã ſilemus, in hoc ipſo vno ſumus occupati, vt memoriam modeſtiæ tuæ aſsiduè in animis noſtris conſeruemus, Deumque ipſum precemur, vt eas tibi vires ſuppeditet, per quas curſum iſtum, quẽ in iſtiuſmodi præclaro vitæ genere pridem inſtituiſti, egregiè vſque ad extremum poſsis tenere. E
Reuera enim non vnus aliquis agon imminet ex pacto profitẽti, vt quæ ſuæ ſunt profeſsionis munia obeat legitimè ac rite perſequatur. Nam vitæ ſibi genus deligere Chriſti euangelio cõueniens, hoc quidem cuiuis facile eſt. Quod autem quis vel minutiſsima quæque, quæ in eo deſcripta cõſilia ſunt, conſeruet, neque eorum quiduis neglectim tranſmittat: hoc verò rari, quos quidem ego nouerim, opere ipſo pręſtiterunt, vt videlicet lingua vſi continenti ſilentio obuincta, oculis etiam eam diſciplinæ moderationem adhiberent, quam requirit euangelicæ perfectionis tenor, manibus inſuper indicerent intẽtum laborem ex ſuſcepto ineundæ dei gratiæ conſilio, motum itidem præſcriberent pedibus, deniq; & reliquis totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum ſuſceptæ vitæ propoſitum, & ipſa initio opificis noſtri fabricæ ratio requireret, qui in veſtitu pro decoro modeſtiam, in congreſsione cum cæteris circũſpectionem, in cibis illud modò, quod natura deſideraret, tenerẽt: in rebus ad vitæ vſum parandis, vni tantum neceſsitati conſulerent. Atque hæc quidem dum ſimpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penè difficulta- F
tis: eiuſmodi ſunt tamen, in quibus ſeruandis magna opus eſſe cõtentione, ipſe nos vſus docuerit. Atque illud etiam, vt perfectè humilitatẽ teneamus, vt videlicet neque natalium noſtrorum nobilitatis memores ſimus, neq; ſi qua in re præcipua dote aliqua aut naturæ, aut corporis, aut animi cæteris excellamus, ea cauſa nobiſmetipſis placeamus. Itidemque neque aliorũ de nobis exiſtimatione, cauſa ad ſuperbiam, faſtidiúmve abuta-

Sed & hoc loco paſsim reſignantur literæ per hanc literarum mortuorum prægudiam.

mur. hæc quidem etiam Euágelicam vitam attingunt. Similiter illa quoque, in abſtinentia ſeruanda animi vehemens quædam obfirmatio, aſsiduitas in orationibus operoſior, in amore fraterno condoleſcens lenitas, bonorum in inopes cõmunicatio animorum deiectio, cordis contritio, integritas fidei, æquabilis in ſeueritatis triſtitia tenor, vigente aſsiduè in animis noſtris memoria horrẽdi, & inexorabilis iudicij illius: ad quod cũ vniuerſi feſtinemus, paucißimi ſunt tamen, qui eius meminerint ac de illius euentu ſint ſoliciti. Cum autẽ multa ſint quæ à ſacris literis declarentur,
A quæq; præſtari ab iis debeant, qui deo ſtudent placere, de his in præſentia ea tantummodo ſummatim, quantũ ex diuinis literis accepi, libuit mihi vobis vel exponere, vel cõmemorare potius, de quibus ex me vos quæſiuiſtis, neceſſariis de rebus, ſingulis teſtimoniis, quoniam ea in promptu erant, omißis: quæ illi facilimè legẽtes inuenirẽt

2.Tim.2.a qui lectioni operã dant, qui quidem idonei erũt, qui alios etiam doceant. Hæc autẽ ſunt, Oportere Chriſtianum, animum ſumere cœleſti vocationi reſpondentem, & vitã agere cõuenientem Euangelio Chriſti. Itemque, Oportere eundem mente aut animo nequaquã diſtrahi, aut re vlla à dei perenni memoria, eiúſque voluntatum ac iudiciorũ abduci. Oportere Chriſtianũ, ſuperata omnibus in rebus iuſtitia legis, prorſus neq; iurare, neque per ſimulationem, diſsimulationémve quicquam agere: non maledicere, nõ proterue cuiquam inſultare, non litigare, non ſeipſum vlciſci, non malum pro malo reddere, non iracundia efferri in
B quacunq;, quæ ſibi fiat iniuria, patiẽtem eſſe, & in ſe iniuriũ arguere, quandocũque id ferat occaſio: idque non vlciſcendi libidine, ſed fraternæ correctionis ſtudio, conuenienter præcepto domini.

Mat.18.c Non oportere contra fratrem abſentem quicquã dicere, animo inurẽdæ illi infamiæ aut calumniæ quod eſt detractio: eſto verum ſit, quod dicatur. Oportere Chriſtianum non ridere, neque aliquo modo ridiculorũ ſectatoribus operã dare. Oportere detrahentem fratri ſuo auerſari: In ſermone ſales, ac facetias fugere: nihil quod otioſitatẽ arguat, temere proloqui, videlicet, quod neq; in rẽ audientium ſit, neque ad neceſſariũ, & conceſſum nobis à deo vſum vllum pertineat: quò & qui in laborando ſunt occupati, id facere ſtudeant, cum quanto maiore fieri ſilentio poteſt: & quibus delegata de reliquorum cõſenſu diſpenſandi ſermonis ad ædificationem fidei prouincia eſt, ij ſermones apud eos de rebus honeſtis inſtituant, ne cõtriſtetur ſpiritus ſanctus dei. Non debere cuiquã qui intra monaſterium ingreſſus ſit, libere poteſtatem permitti ad fratrum quempiam accedẽdi, alloquendive, priuſquam quibus totius fratrũ ſocietatis regendæ delatum negocium ſit, diligenter ij animaduerterint, vtrũ hoc fieri placeat deo,
C & an in communem rem ſit. Non oportere Chriſtianum ſinere à vino ſe quaſi vile mancipiũ vinci, non carnis immodicè eſſe appetentem, nõ deniq; in cibo, aut potione vlla voluptatem ſectari.

1.Cor.9.d Qui enim in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Oportere eorum, quæ ſingulis dentur vtenda, nihil quicquam vt iuris ſui proprium poſsidere, aut ſibi tanquam ſuum reſeruare: diligentiam tamen in omnibus vel vtendis, vel conſeruandis eam adhibere, quam in dominicis rebus adhiberi par ſit: neque eorum quippiam, ſi caſu negligẽter abiectum ſit, ſinere diſperire. Oportere vnumquenque nequaquam ſui ſe iuris eſſe exiſtimare, ſed proinde ac ſi in ſeruitutem à deo fratribus addictus ſit, ita & ſentire, & facere omnia, vnũquenque tamen ſeruato ordine ſuo. Non murmurandum neq; in penuria rerũ ad vitam neceſſariarũ, neque in immoderato opere faciendo & laboris delaſſatione, cum de his ſingulis iudicij periculũ illis immineat, ad quos cura illa pertinet, vt hæc ipſi debeant animaduertere. Non debere Chriſtianum clamorem attollere, neque aliud quiduis D
in geſtu motúve aliquo præ ſe ferre, vnde aut ira incitati, aut aliud agentis, & nequaquã deũ adeſſe verè exiſtimantis animi ſignificatio detur. Oportere vocem ad eorum qui audiant, vtilitatem, accommodare, neminique neque aſpere, neque ſuperbè reſpõdere, in omnibúſque lenitatem tenere, & reuerentiam aduerſus omnes adhibere. Per dolum neutiquam annuẽdum oculo, aut alterius membri geſtu vtẽdum quo frater offendatur, aut intelligat ſe contemni. In veſtimentis, calceamẽtíſve exquiſitam elegantiam fugere, quando hoc facere oſtentationis eſt. Oportere rebus ad vſum corporis comparatis vilibus vti, neque ad largiorem luxum quicquam inſumere, quod facere abuſus dicitur. Honores non oportere ſectari, neq; primas ſibi vendicare: vnumquenque ſibi cæteros præponere oportere, nõ ſe à ſubiectione eximere: non oportere vt ocioſus panem manducet, qui valeat laborare: potiúſque debere vnumquẽque etiam cum in rebus iis, quæ ad dei gloriã per- E
tineant, tractãdis ſit occupatus, ab iis ſeipſum violenter veluti abſtrahere, atque ad operis pro viribus faciendi ſtudium impellere. Oportere vnũquenque ex antiſtitis arbitrio cũ ratione, & ſumma animi perſuaſione omnia quæ agat, moderari, atque ipſum etiam adeo cibum, ac potionem aſſumere ad gloriam dei. Non oportere quenquã de vna ſe in aliam officinam tranſmouere, niſi id ita eſſe illi rectum iudicarint, quibus huiuſmodi rerum ſingularum data procuratio ſit, extra quam ſi quando repentina fortuita neceßitas aliqua inde ipſum ad opem fratri, qui tunc præ imbecillitate id ipſe non poſsit, ferendam vocet. Oportere vnumquemque, in quo vocatus eſt, in eo manere, neque aſsignatos ſibi fines tranſilire, aut vlterius quàm quantum ſibi præfinitum ſit, in labore operum progredi, niſi ad quos iſthæc pertinẽt, aliter iudicauerint, & deo id gratum eſſe cenſuerint. Oportere nihil per contentionem aut litem aduerſus aliquem facere. Non debere alterum alterius laudibus inuidere, aut ex culpis alienis voluptatẽ aucupari, cumque quid rectè minus à fratre ſuo factum quiſque animaduerterit, officij ſui eſſe exiſtimare, eo modo quo Chriſti charitas po- F
ſtulat, dolere, angíque. Contra, ſi quæ rectè fieri viderit, gaudere ac lætari. Non oportere aliorum peccata, quaſi id nihil referret, lentè ac diſsimulanter ferre. Oportere qui alterum redarguit, eũ cum timore dei, adhibita omni animi lenitate redarguere: in eaque re id vnum ſpectare tantummodo, vt à peccato peccantem abducat: viciſsimque debere, qui redarguitur, reprehenditúrve, æquo & alacri animo ferre, ſe redargui, aut reprehendi,

reprehendi, vt qui ſciat in eo ſibi vtilitatem poſitam, ſi corrigatur: Non debere, cum alius quiſpiam corripiatur, illo ipſo, vel aliis quibuſuis præſentibus corripienti alium contrà aduerſari. Quòd ſi tamen aliquaodo correptio illa alicui neutiquam, ratione facta videatur, illum cum eo ſemotis arbitris ea de re agere oportere: ipſumque, vel cur ita facere non debuerit, docere: vel contrà ab eodem cauſam, cur ita fecerit, ipſe edoceri. Debere vnumquenque in eo adniti, ſi aliquem ſibi aliqua de cauſa infenſum habeat, vt ſibi eius animum mitiger, quantum poſsit. Non oportere cum quis peccauerit, & peccaſſe ipſum pœnituerit, præteritorum illius peccatorum memoriam retinere, potiùſque iniurias ei ex animo omnes condonare. Oportere eum, qui pœnitere ſe dicat, non ob id compungi modò, quòd peccauerit: ſed fructus edere pœnitentiæ digoos. Quòd qui ob ea quæ prius commiſit delicta, caſtigatus ſit, & dignus habitus, cui illa ſinr condonata, is ſi denuo peccauerit, duriùs etiam quam anteà ſibi iræ dei iudicium parat. Oportere eum, qui poſt vnam & alteram admonitionem, obſtinatè tamen nihilominus in vitio perſeueret, ad antiſtitem deferre, experirique num fieri poſsit, vt à pluribus obiurgatur, à prauo propoſito ſuo pudore aſperſus deſiſtat. Quòd ſi ne ſic quidem noxam emendauerit, oportere eum ab reliquo corpore præcidi, & vt gentilem haberi, ac publicanum, vt illius exemplo admoniti cæteri, cautiùs ſe gerant, qui ſtudioſe in officio & obedientia permanentes laborent, conuenienter dicto illi, Ruentibus impiis iuſti in timore erunt. Oportere etiam illius veluti membri ab reliquo corpore deſecti vicem dolere. Nequaqnam pari oportere vt iritato adhuc fratre ſinas ſolem occidere, ne forte aliquando ambos ſic diſsidentes interuentu ſuo ſeparet nox, & in die iudicij crimen relinquat inexpiabile. Ad vitæ correctionem non cõperendioandum, cùm quid cras futurum ſit, certum nobis promittere non poſsimus, & multos ſciamus, qui rebus multis conſilio deſignatis ad perendinum diem non peruenere. Non oportere à veotris ſaturitate in fraudem induci, ex qua imaginatiuæ ludificationes poſtea nocturnæ naſcuntur. Non oportere diſtrahi, per intemperiem immodici laboris neque naturalis in victu quærendo neceſsiratis limites egredi, ex præcepto Apoſtoli: Habentes victum & integumenta, his contenti ſimus. Quando copia illa, quæ vltra neceſſarium vſum quæritur, ſatis multas ineſſe in homine nimias habendi cupiditates indicat. Porrò huiuſcemodi immodica cupiditas, ſimulachrorũ cultura appellata eſt. Oportere omnem ab ſe pecuniæ cupiditatem penitus amoliri, neque in theſauros quicquam ad res inutiles, ac minime ad nos pertinentes recondere. Oportere ad deũ accendentem, toto animo rerum omnium nuditatem amplecti, & vndique dei timore configi, ſecundum illud prophetæ: Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Vtinam verò det vobis dominus, vt ſuſceptis cum omni fiducia ac plenitudine fidei iis, quæ dicta à me ſunt ad ſuam ipſius gloriam, dignos ſpiritu fructus feratis annuente deo patre, & Ieſu Chriſto domino noſtro adiuuante. Amen.

[Margin: A; B; C; 1.Tim.6.b; Col.3.a; Pſal.118.s]

EIVSDEM HYPOTYPOSIS, hoc eſt formularis & compendiaria deſcriptio vitæ monaſticæ.

CVm dominus noſter Ieſus Chriſtus præcipiat ac dicat, Quod dico vobis in tenebris, dicite ĩ lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et valde metuendum Apoſtolus iudicij periculum illis aſſerat imminere, qui quæ dici debeant, ea taciti prætereant, in his quæ cum Epheſiorum ſenioribus agit: Teſtificor enim vobis, inquit, hodierna die, quòd mũdus ſum à ſanguine omnium: Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omnem veritatem & omne conſilium dei. Cumque hoc idẽ vt faciamus nobis præcipiat, quando ait: Hæc cõmone, teſtificans coram domino, quoniam cum omnibus mihi corãm de præceptis domini teſtificari poteſtas non ſit, neceſſariò à me fieri duxi oportere, vt ad veſtram ſaltem omnium, quæ eſt in Chriſto, charitatem perſcriberem, atque ita & me ab iudicij periculo liberarem, vóſque de rebus ad officium veſtrum ſpectantibus, certiores & vſquequaque perſuaſos redderem, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, quò neque vos ex inſciẽtia in ſtimulum mortis impingeretis id quod peccatum eſt, aut dei mandatũ aliquod negligeretis, de quo ſcriptũ eſt, quia mandatum dei, vita eſt æterna, atq; ab hac ipſa ob eam cauſam excideretis, cũ dominus dicat, Qui non obedit filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Neq; nos eorum, quos ad interitum peccatum dediſſet, ſanguinis rei propter taciturnitatẽ noſtrã inueniremur. Porrò hoc ipſum iudiciũ primò in mediũ depromã, & cauſam iſtius adeò magnæ eccleſiarum dei inter ipſas, ſimiliterque ſingulorũ etiam priuatim diſſenſionis atq; diſsidij, periculumque, tum manifeſtiſsima ex diuinis litteris petita afferentur argumenta de vehementi, horribilique in eos animaduerſione, qui quoduis dei præceptum violauerint: ex quo planiſsimè intelligi poterit, vt quis quamplurima rectè videatur feciſſe, is tamẽ ſi in paucitsimis, vel in vno etiã modò, cuiuſcunq; illud generis ſit, exequeodo mandato, negligẽter ſe geſſerit, vel etiam cũ deliquiſſe alium conſpicatus ſit, perinde ac ſi id nihil ſua referret, lentè ac diſsimulanter tulerit, neq; in eũ iuſta indignatione zeloq; incaleſcens, qualẽ incuſſo diuini iudicij timore adhiberi par ſit, adhibuerit correctionẽ, ob hoc vnum tantummodò fore vt pœnas luat: & licet ei ex inſcitia iſtiuſmodi aliquid inciderit, ne ſic quidem impunis abibit. Deinde piam dei patris, vnigenitiq; eius filij dei, ac ſpiritus ſancti confeſsionem opus præſens complectetur. Poſt eorũ, quæ expreſſè à diuina tradita nobis ſcriptura ſunt, cognitionem aperiemus, omnium videlicèt & à quibus abſtinere, & in quæ ſtudium eos ſuum maximè oporteat conferre, qui ad æternam vitã ac cœleſte regnum aſpirant. Similiterque ſeparatim, quę cuiuſq; gradus aut ordinis peculiaria eſſe officia debeant adducentur. Inde operã dabimus vt certã veluti quandã ac peculiarem veri chriſtiani formulã exprimamus, eamque breuẽ, & quæ

[Margin: Matt.10.e; D; Act.20.f; 2.Tim.2.e; E; Ioan.12.g; Ioan.3.d; F]

definitionis veluti locum obtineat: hæcque omnia ex ſacroſancta ſcriptura. Sequetur poſtea cōſimilis etiam inſignis illorum, ac peculiaris quædam nota, qui tradendæ præſunt dominicæ doctrinæ, in quibus politiſſima quædam ac purgatiſſima veræ chriſtianæ vitæ ratio elucebit, & quædam (vt ita dicam) eorum dignitatis magnificentia, qui in huiuſmodi claritate doctrinæ luculenter ſe gerant inclareſcet. His ea deinceps à nobis adiungentur, quæcunq; dum ſimul de ea, quæ ſecundum deum vita eſt, diſputaremus, percontantibus nos fratribus reſpōdimus: quę omnia in exē-
A plaribus deſcripta, ad veſtram in Chriſto charitatem mittenda curauimus, vt compleatur in vobis vel per nos quoq; quod dictum eſt ab Apoſtolo,
2.Tim.2.a Hęc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

EIVSDEM PROOEMIVM
in Librum Ethicorum, hoc eſt de moribus.

DE IVDICIO DEI.

OPTIMI dei bonitate & erga nos benignitate, per gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti, ex operatione ſpiritus ſācti ab tradita per manus gētilium ſuperſtitione liberatus, & iam tum à primo ætatis meæ initio in chriſtianorum parentum diſciplina educatus, ſacrarum ab
B ipſis literarum cognitione, vel à puero imbutus ſum, quæ me ad veritatis agnitionem adduxere. Vbi verò ad virilem iam ætatem perueni, ſanè in multis itineribus quæ per eam ætatē ſuſcepi, cum pluribus etiā, quæ (vt credi par eſt) negocia geſsi, prorſus cogitans, in cæteris quidē artibus & ſcientiis magnopere eos inter ſe cōſentire animaduertebam, qui illarum quāſque diligenter perſequerentur. Contrà verò in ſola dei eccleſia, cuius cauſa Chriſtus mortuus eſſet, & ſuper quam ſpiritum ſanctum ſuum largiter effudiſſet, multorum tum priuatim inter ſe fide maiorem diſſenſionē, tum in ſacris literis intelligendis diſcrepantiam adeo videbam magnā: quodque ſine horrore maximo cogitari non poteſt, ipſos eccleſiæ antiſtites adeo volūtatibus inter ſe mutuo, opinionibúſque diſsidere, adeoque in mandatorū domini noſtri Ieſu Chriſti intelligētia vehementer diſſentire, Deiq; eccleſiam inclementer dilacerare, ipſiúſque ouile immaniter, atrociterque diuexare, vt ſine dubio
C in ipſis cōpletum hoc tēpore ſiquando aliàs, oraculum illud iudicarem, exorta noua iſta in eorum animis hæreſi. Ex vobis ipſis exurgent viri loquētes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Hæc atque eius generis alia cum animaduerterem, adhæc mecum ipſe animi incertus volutare cœpiſſem, quænam, aut vnde ingentis adeo calamitatis cauſa extitiſſet, ſanè ipſo quidē dubitationis meæ huius initio, in obſcuriſsima mihi veluti quadam caligine videbar verſari, & non ſecus atque ſi in aliqua eſſem ſtatera conſtitutus, modo in hanc deuergebam, modo in illam partem declinabam, cum videlicet alius alio me, ob diuturnam, quæ mihi cum hominibus interceſsiſſet, conſuetudinem raperet: aut contra item, alio propellerer & auocarer propter eam, quam in diuinis literis agnoſcerem veritatem. Cum autem in hac diu animi veluti fluctuationi iactarer, cauſamque quam dixi cupidè & anxiè perueſtigarem, venit mihi in mentem libri in quo iudicum recenſentur hiſtoriæ, in quo ſcriptum illud eſt, Vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, illud faciebat, ſimulque etiam cauſa cur id ita fieret declaratur, in eo quod ſuperius ſcribitur, his verbis: In diebus illis non erat rex in Iſraël. Horum igitur cum mihi in mentem veniſ- D Iud.17.a
ſet, illud etiam de hoc ipſo, in quo ſumus rerum ſtatu, cœpi cum animo meo reputare, quod licet dictu forſan terribile ac plenum ſit formidinis & mirabile, veriſsimum tamen comperietur, ſi quis rem rectà expenderit. Num videlicet hoc ipſo etiam tempore ex aſpernatione ſingularis, & magni, ac veri, ſoliúſque rerū omnium præpotentis & regis, & dei, magna adeo eorum, qui in dei eccleſia cenſerentur, diſſenſio, pugnaque inter ipſos eſſet excitata: quòd ſcilicet relicta vnuſquiſque domini noſtri Ieſu Chriſti doctrina, rationes ac regulas quaſdam propria ſibi autoritate aſſerat ac vindicet, malitque contra domini præcepta ipſe imperare, quàm ipſi parere. Hoc itaque cum mecum animo reputaſſem, atque ex incredibili ſceleris magnitudine attonitus, vlterius etiam perueſtigarem, nihilominus id vt ita eſſe crederem, ea me inducebant, quæ in quotidiano vitæ communis vſu videbam verſari. Animaduertebam enim in quauis multitudine, diſciplinam conſenſionemque euuſque ſo- E
lere ſeruari, quoad omnium communiter aduerſus principem vnū in parendo eius imperio conſpiratio teneretur: contraque diſſenſiones, atque diſsidia, ſimiliter imperantium etiam multitudinem ex eo naſci, quod nemo eſſet, qui imperaret: hocque, quod dico, aliquando in magna apum frequentia animaduerti, quæ naturali ductæ inſtinctu, regem ſuum, ſeruato ordine, ſequerentur. Cumque iſtiuſmodi multa viderim ipſe, multa ab aliis etiam acceperim, multo tamen iis nota plura ſunt, qui in rebus huiuſcemodi inueſtigandis operam ſuam occupauere, vt ex his etiam verum eſſe comprobetur, quod dicimus. Si enim eorum qui ad vnius tantum nutum reſpiciunt, & rege vtuntur vno, proprium eſt diſciplinæ ordo, atque concordia: ſine dubio perturbatio omnis, omneque diſsidium argumento eſt, non eſſe qui imperet. Porrò hac eadem ratione, huiuſmodi quæ in nobis, & aduerſus domini præcepta, & aduerſus noſmetipſos mu- F
tua reperitur diſſenſio, ea argumento ſit, nos vel à rege vero defeciſſe, conſentaneum in modum
dicto illi, Tantum qui nunc tenet, teneat, do- 2.Theſ.2.b
nec de medio fiat: vel funditus abnegaſſe, ſe- Pſal.52.b
cundum illud, Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Cuius rei veluti indicium ſignumque certiſsimum illud confeſtim ſubiicitur à Propheta: Corrupti ſunt. & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Quibus verbis ille malitiam illam, quæ tangi oculis poteſt, & in actum erumpit, ſignum docuit eſſe eius impietatis quæ in animo deliteſcit. Paulus vero apoſtolus cum eos, qui

nondum

nondum omnino eſſent deprauati, ad pertimeſcenda dei iudicia vellet inducere, pœnæ loco, hoc multari aſſerit illos, qui veram dei cognitionem neglexerint: ſic enim eſt apud eum: Et
Rom.1.d ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, & cæteris, quæ in eo loco deinceps vitiis commemorantur. Quanquàm hoc ipſum iudicium neutiquam Apoſtolum ipſum per ſe arbitror excogitaſſe: Chriſtum enim in ſe loquentem habebat: ſed ex ea illius voce inductum, quando ait, propterea ſe in parabolis lo-
Matt.13.b qui ad turbas, ne diuina arcana intelligant, quoniam priores ipſi oculos clauſerant, & auribus grauiter audiuerant, & incraſſatum erat inſipiens cor eorum: quo videlicet hoc eſſet ipſis loco pœnæ, vt in rebus maioribus cæcutirent, qui voluntariè ipſi priores mentis lumine excæcato ſibimetipſis caliginem offudiſſent: quod metuens
Psal.12.b Dauid ne ſibi vſu veniret, dicebat: Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in mortem. His igitur, talibúſque adductus argumentis, conſtare iudicabam, in vniuerſum quidem vitiorum prauitatem ex eo naſci ſolere, quod vel nulla dei cognitio ſit: vel ea ſi ſit, peruerſa, ac praua ſit. Separatim autem mutuam inter nos ipſos, multorum diſſentionem inde originem deducere, quòd noſmetipſos indignos reddiderimus, qui à domino regeremus. Porro ad iſtiuſmodi vitæ conſiderationem quandocunque mecum ipſe ſta-

B tui vt accederem, non ſanè metiri poteram magnitudinem iſtiuſmodi ſtupiditatis, vel amentiæ, vel furoris (vel quo alio hoc idoneo appellem vocabulo, neſcio) adeo modū omnem ſuperat prauitatis incredibilis magnitudo. Etenim ſi in brutis etiā animantibus conſenſionem non alio modo conſeruari animaduertimus, quàm ſi ex tegum ſuorum imperiis obtemperent: quid quæſo dici de nobis debeat, quos & vehementer adeo inter nos diſsidere, & in diuinorum mandatorum interpretatione adeo eſſe conſtat diſcrepantes? An non hæc omnia cenſeamus, cum hoc tempore ab optimo deo nobis, docendi cauſa nos, corrigendique propoſita ſint, eadem fore vt in magno illo, ac formidabili nouiſsimi iudicij die ad ignominiam & condemnationem nobis obiiciantur ſi auerſati fuerimus diſciplinam? à quo & olim iam dictum eſt, & aſsidue etiam nunc dicitur:
Esa.1.a Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit, & alia plera-
1.Cor.1.c que in hanc ſententiam. Illud autem, quod dictum eſt ab Apoſtolo: Et ſi patitur vnum membrum, compatiuntor omnia membra: ſiue glo-

C tificatur vnum membrum, congaudent omnia
1.Cor.12.d membra. Et item: Ne ſint ſchiſmata in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra, nimirum quæ ab vna, à qua inhabitantur, anima, moueantur, quamobrem ita tandem inſtitutum eſt: Ego quidem ob eam cauſam opinor, vt huiuſmodi diſciplinæ ordo, ratioque multo magis ſeruaretur in eccleſia dei, ad quam dicitur: Vos autem vnum corpus eſtis, & membra ex parte: continente videlicet & coaptante in ea alterum alteri ad concordiam, capite vno ac ſingulari, qui eſt Chriſtus. Apud quos vero non concordia, non vinculum pacis, non in ſpiritu lenitas conſeruatur: contraque, diſsidium, æmulatio, obtrectatióque inueniuntur: hos Chriſti membra appellare, & ab eo dicere gubernari, magnæ enimuero audaciæ fuerit: contraque ſimplicioris animi, non libere ac fideoter pronunciare, vigere ibi ac regnare ſenſum carnis, conuenienter dicto illi Apo-
Rom.6.c ſtoli, apud quem hæc præciſè ſunt verba: Cui ex-

D hibetis vos ſeruos ad obediendū: ſerui eſtis eius, cui obeditis. Atque huius ipſius ſpiritus proprie- 1.Cor.3.a
tates idem percenſet, quando ait: Cum enim ſint inter vos zelus & cōtentio, & diſsidia, nonne carnales eſtis? Qui idem manifeſtè docet, quàm earum rerum grauis exitus ſit, & quam à veræ pie- Rom.8.b
tatis ſocietate alienus, quando dicit Sapientiam carnis eſſe inimicam deo, legi enim dei non eſſe ſubiectam, neque enim poſſe. Cauſa autē eſt ea, quod nemo, ſicut aſſerit dominus, poteſt duobus dominis ſeruire. Hæc igitur cum ita ſint, atq; vni- Matt.6.a Ioan.6.
genitus ipſe dei filius, ac deus noſter Ieſus Chriſtus per quem omnia facta ſunt, clamet, ac dicat, deſcendiſſe de cœlo ſe, non vt faciat voluntatem Ioan.12.
ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit ſe patris: itē que ſe à ſeipſo nihil facere, & mandatum ſe accepiſſe quid dicat, & quid loquatur: ſimiliterque cum ſpiritus ſanctus ille, qui magnifica, & admiranda dona illa diſtribuit, omniaque in omnibus operatur, à ſemetipſo nihil loquatur, ſed quæcunque audierit, hæc loquatur: qui non obſecro Ioan.16.b
longe magis neceſſarium eſt, vt vniuerſa Eccleſia dei, ſolicita ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo

E pacis, illud compleat quod ſcriptum eſt in Actis? Act.4.f
videlicet, Quod multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: quippe cum nemo eſſet ſcilicet, qui voluntati obſequeretur ſuæ, contráque omnes communiter in ſpiritu ſancto voluntatem quærerent vnius domini Ieſu Chriſti, qui dixit: Deſcendit de cœlo, non vt faciam volun- Ioan.6.d
tatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris, ad quem patrem loquens ait: Non pro his autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint. His ego aliiſque, quas in præſentia omiſi rationibus adductus longe pluribus, cū vſque adeo manifeſtè, vt cui controuerti à nemine poſsit, neceſſariam in tota ſimul eccleſia dei eam, quæ è Chriſto eſt, in ſpiritu ſancto concordiam eſſe dixiſſem, contraque periculoſam ac pernicioſam rem eſſe in mutuo inter nos diſsidio contumaciam ſiue inobedientiam aduerſus eum (Qui Ioan.3.d
enim aduerſus filium contumax eſt, inquit, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum) illud deinceps conſequens eſſe arbitratus ſum, vt de peccatis perueſtigarem, cuiuſmodi eſſent ea, quæ à deo veniam poſſent impetrare, itemq́; viciſsim

F quor quis, & quibus admiſsis, contumaciæ iudicio obligaretur. Cùm igitur diuinarum literarum memoriam animo colligo, reperio tam in veteri, quàm in nouo Teſtamēto, neque in numero, neque in magnitudine peccatorum, ſed in vna tantummodo cuiuſcunque tandem generis præcepti violatione contumeliam aduerſus deum iudicari, à Deoq́; in omnes promiſcue, qui dicto ipſius audiētes non fuerint, ſupplicium conſtitutū. [illegible]

Ff 3 Atque

Atque in veteri quidem, quando horribile illud Acham exitium lego, aut hiſtoriam illius qui ſabbato ligna collegerat: de quorũ neutro, quod aut aliter in deum peccauerit, aut hominem quempiã vlla in re vel magna vel mediocri prorſus violauerit, nuſquam reperitur. Atqui tamen alter ob vnam modo, eamque primam lignorũ collectionem, pœnas inexpiabiles luit, & ne ſpatij quidem tantum inuenit, in quo poſſet pœnitere: ſiquidem dei iuſſu confeſtim à cuncto populo lapidibus obruitur: Alter autem, quòd neſcio quid tantummodo ſublegerat eorum, quæ deo fuerant dedi-

Ioſue. 7. d

A cata, neque tamen adhuc intra ſynagogã importata, neque ab iis recepta, ad quos rerũ huiuſmodi receptio pertinebat, non ſibi modò, ſed filiis etiã & coniugi exitio fuit, atque vnà cum ipſo tabernaculo, vniuerſis etiã propinquis ſuis. Iamque in eo res erat, vt hæc peccati lues cũctum populum ignis inſtar populatura videretur: &, quod magis mirandũ eſt, qui neque peccati autorem ſciret, & ſi ſciſſet, nullo modo ei condonaturus fuiſſet, niſi quàmprimum ex ipſa virorum qui occiderant, calamitate, animaduerſa dei indignatione, miſerè ſe afflictare cœpiſſent, & niſi Ieſus filius Naue vnà cum ſenioribus capite puluere conſperſo ſeſe in terram abieciſſet. Quo facto, & eductis ſortibus deprehenſus ſceleris autor, ſuppliciũ, quod diximus, luit. Sed dicet aliquis fortaſſe, merito de his quidem poſſe exiſtimari fuiſſe eos aliis etiam ſceleribus obſtrictos, ac propterea factum eſſe vt in his poſtea deprehenderentur, ſanctáſque literas de his ſolum mentionem feciſſe, quæ grauiora eſ-

Collatio.

καταπασά-μενοι χοῦν.

B ſent, capitaliáque. Verum vt valde confidens ſit quiſquis eiuſmodi ſit, vt ad ſacras literas adiicere ipſe, vel demere aliquid audeat, nunquid quæſo Mariam hic etiã Moyſis ſororẽ accuſabit? ac peccatis multis fuiſſe illã coopertam audebit dicere? cuius virtutes nullũ arbitror fidelem eſſe qui non cognouerit. Hæc quòd ſemel modo ſecus neſcio quid de Moyſe locuta eſt, idq́ue ipſum veræ (Mulierem enim, inquit, Aethiopiſſam accepit ſibi) adeo vehemẽter deum aduerſum ſe irritauit, vt ne ipſe quidem ſuppliciter pro ea deprecans Moyſes quominus multã peccati irrogatã ſuſtineret, ipſi impetrare potuerit. Quoties igitur animo mecũ Moyſem ipſum intueor dei miniſtrum, magnum illum virum, cui talis à deo ac tantus fuerat honos delatus, magnificaque adeo ſummmæ virtutis data teſtimonia, vt audire promeruerit illud, Noui te præter cæteros, & Inueniſti gratiam coram me: Hunc ipſum quoties conſidero ad Aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, niſi quòd tantummodo dixerat populo propter aquæ penuriã murmuranti, Num de petra hac aquam vobis poterimus eiicere? hac ſola de cauſa cõfeſtim ei fuiſſe denunciatum, non ingreſſurum illum in terrã promiſsionis, quæ omnium, quæ Iudæis promiſſa

Num. 12. a

ἀπαξίωσιν ἐπίτιμιον

Exod. 33. c

Nu. 21. b

C fuerant, erat tunc caput. Quoties igitur orantem hunc video, & nihil exorantẽ, quotiéſque reputo mecum nihil ei prodeſſe potuiſſe præclara adeo multa quæ fecerat, facinora, vt veniam tam breui verbo impetraret, vere (vt eſt apud Apoſtolum) rigidam dei ſeueritatem video, vereq́; illud dictũ eſſe perſuadeo mihi, Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Verum quid hæc ego commemoro? Quoties horrẽdam illam domini ſententiam audio aduerſus illum qui vnum modo, idq́ue ex ignorantia, mandatũ tranſgreſſus eſt, profectò non reperio quomodo dignè ſatis iræ illius magnitudinem extimeſcam. Scriptũ eſt enim, Et anima quæ peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quæ domini lege prohibẽtur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuã, afferet arietem immaculatum de gregibus precio argenti in delictum ad ſacerdotem, iuxta menſuram, æſtimationemq́ue peccati, qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit coram domino. Quòd ſi de de-

ἀποτομίαν.

Rom. 11. c

1. Petr. 4. d

ἐν ἀγνοίᾳ παραβαίνοντος

Leui. 5. d

D lictis iis quæ ex ignorantia committuntur, iudicium habetur adeò durum, & pro eorum expiatione neceſſarium eſt ſacrificium, quod ex teſtimonio diuinarum literarum accepimus ſolitum fuiſſe Iob pro filiis ſuis offerre: quid obſecro de illis dicendũ ſit, qui ſcientes peccant? aut de iis qui peccantes iſtos ſilentio tranſmittunt, non coarguentes? Verum ne probabilibus modo nixi cõiecturis, hanc à deo aduerſus iſtiuſmodi homines indignationẽ ſolere ſuſcipi, probare velle videamur: neceſſario denuò afferenda in medium eiuſdem ſcripturæ autoritas eſt (extra quam nihil eſt quod præterea nunc requiramus) atque ex vnius hiſtoriæ cõmemoratione, huiuſmodi ante oculos ponendum nobis iudicium eſt. Porrò, inquit, filij Heli, filij Belial. Eo igitur quod in hos pater, cum eſſent tales, non ſe vehementem adhibuerit, eiuſmodi aduerſum eos clemẽtiſsimi alioqui dei iracundiam cõcitauit, vt facta contra ab alienigenis impreſsione, illi ipſi eius filij vno & eodem die in prælio trucidati occubuerint, & populus fuerit

ἐν γνώσει

1. Reg. 2. e

pro בְּלִיַּעַל *abſque iugo, exemplar habet, λοιμοί peſtes, corrupta.*

E vniuerſus debellatus, quàm plurimis ex eo internecione conſumptis: eaque in arcam ſacroſancti teſtamẽti dei ſecuta ſint, quæ ante illam memoriã nemo vnquam audiuerat, vt quæ ſcilicet neque ab Iſraëlitis, neq́; ab ipſis ſacerdotibus omnibus paſſim, neque quouis tempore, ſine ſceleris piaculo cõtingi poterat, neq́; temere quouis in loco aſſeruabatur: hæc ſceleratorum manibus ſublata identidem modo huc, modo illuc tranſmoueretur: & quæ in ſacroſanctis antea ſolita erat locis reponi, ea in prophanis tũc ſimulachrorum delubris locaretur. Ex quo eſt cõiecturam capere, quàm magnus in nomen dei riſus, quantumq́ue ludibrium apud extraneas illas nationes cõſequeretur. Atq́; ad hæc omnia ſcriptũ legimus ipſum Heli miſerabili admodũ exitu vitam terminaſſe, cũ ſibi prius interminatum ſciret fore omnino, vt illius poſteritas ab ſacerdotali dignitate ſubmoueretur: cuius quidem prædictionis veritatẽ ipſe poſtea eius euentus cõprobauit. Hæc tam multa populo euenere: tales propter filiorum ſcelus parẽti calamitates accidere. Neque enim quod ad ipſum nominatim pertineret, in vita vnquam ſua ipſe reprehenſus eſt: de quo quidem neque hoc dici poteſt,

παρὰ τῶν ἀλλοφύλων

F quod eorũ flagitia tacitus ſuſtinuerit, qui eos ſæpe admoneret, atq́; à peccatis iſtiuſmodi dehortaretur, ſic dicens: Nolite filij mei, nolite, nõ eſt bona fama, quam ego audio de vobis: Atq́; etiã magnitudinem ſceleris exaggerans, periculum ipſis formidabilius proponit, cum ait, ſi peccauerit vir in virum, orabunt pro eo ad dominum: ſi autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verũtamen quoniam vt dixi, non eum quem par erat, aduer-

καὶ οὐκ ἀγαθή

1. Reg. 2. e

ſum

ſum ipſos animi zelum præ ſe tulit, ſecuta ea ſunt poſtea, quæ memorauimus. Atque huiuſmodi quidem ſunt plurima, quæ in veteri teſtamẽto aduerſus eos iudicia reperio, qui quacunque in re dei dicto audientes non fuerint. Cum verò ad nouum deueni, quod eſt domini noſtri Ieſu Chriſti, in eóque dominum ipſum animaduerto, cum ne ea quidem quæ ex ignorantia peccata committuntur, libera à ſupplicio dimiſerit, illis tamen vehementius comminatum quæ à ſcientibus commiſſa de induſtria ſint, idque illis in verbis, Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit voluntatem e- Luc.12.f

A ius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis: quoties igitur ipſius vnigeniti filij dei huiuſcemodi ſententias conſidero, & ſanctorum eius apoſtolorum aduerſus peccantes indignationem contemplor, taléſque ac tantas iis, qui vel vna in re qualicunque offenderint, oblatas calamitates aſpicio: ſine dubio animaduerſionis ſeueritatem in hoc nihilo minorem, imò maiorem etiam quàm in veteri intelligo. Siquidem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus repetent ab eo. Animaduerte enim quæ beatus Paulus, ſimul & Chriſtianæ vocationis dignitatem, & imminẽtem cuius peccato pœnam ſubindicans, dicat: Arma enim iuſtitiæ noſtræ, inquit, non carnalia ſunt, ſed potentia deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruẽtes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti: non ſolum hoc autem, ſed & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam. Quo in loco poteſt qui ſingulo- Luc.12.f 2.Cor.10.b

B rum verborum pondera diligenter examinet, explicatius intelligere voluntatem diuinæ ſcripturę: eam videlicet nequaquam permiſiſſe animum cuiuſque noſtrum erroribus falſarum opinionum, veluti in deuia quædam abductum, in peccati lubricum prolabi, quod videlicet exiſtimaret de peccatis eſſe quædam quidem, de quibus ſupplicium ſumeret deus, quædam vero, quæ impunita dimitteretur: Sed quid ait illa? Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei: quippe tanquam omne peccatum, propter contumeliam quæ ex eo in deum, negligendo illius mandato, redundet, altitudo appelletur extollens ſe aduerſus ſcientiam dei, id quod etiam in libro Numerorum planius explicatur. Cum enim in eo enumeratis iam deus peccatis, à quoque contra voluntatem eius admiſſis, ſacrificiiſque quæ propter ea fieri vellet, deſcriptis, populo deinceps de voluntariis legem vellet ſancire, quam ille ſeruaret, in hunc modum exorditur: Et anima quæcunque in manu ſuperbiam fecerit (Superbiæ manum appellans audaciam eorum, qui dedita opera peccant ſcientes, quod Apoſtolus altitudinem nominat extollentem ſe ad- Num.15.b

C uerſus ſcientiam dei.) Igitur anima, inquit, quæ in manu ſuperbiam fecerit, ſiue indigena ſit ille, ſiue aduena, deum hic ad iracundiam prouocat, & exterminabitur anima illa de medio populi eius, eo quòd verbum domini contempſerit, & præceptum eius irritum fecerit, contritione conteretur anima illa de medio populi eius, peccatum eius in ea. Illud autem operæ precium eſt hoc in loco obſeruare, Quod niſi contritione contrita fuerit anima illa, peccatum eius non in ea reſidet ſolum, ſed ad alios etiam permanat, qui ad id vindicandum iuſtum animi ardorem non adhibuerint? ſicut ſcriptum eſt multis in locis, & ſæpenumero ſactitatũ. Atque vt ex his quæ ſunt leuiora, intelligamus quã grauiter metuendum periculum ſit in his, quę maioris ſunt ponderis, attendere operæ precium eſt indignatio illa quanta ſit, qua eadem diuina ſcriptura aduerſus illos vtatur, qui ſacerdotis dicto, aut iudicis audientes non fuerint. Qui autem, inquit, fecerit in manu ſuperbiam, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtret domino

D deo tuo, vel iudici, qui fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & auferes malum de medio Iſraël, cunctúſque populus audiens timebit, & non agẽt amplius impiè. Ex quibus verbis facile eſt intelligere, quàm vehementer nos oporteat ſolicitos eſſe, quantóque opere exhorreſcere. Et in captiuitatem, inquit, redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti omnem intellectum, non hunc, aut illum. Et in promptu habentes vlciſci, & hoc in loco etiam, non hanc, aut illam, ſed omnem inobedientiam. Sine dubio peſſima nos decepit cõſuetudo: ſine dubio magnorũ in nobis malorum cauſa extitit peruerſa hominum traditio, quæ videlicet ex peccatis partim declinarit, partim nullo diſcrimine adhibito ſuſceperit: & cum aliis vehemẽter ſe aſſimulet ſuccenſere, veluti homicidio, adulterio, & cæteris generis eiuſdem, alia ne ſimplici quidem increpatione digna iudicet, veluti iracundiã, cõuiuiũ, temulẽtiã, auaritiã, & ſi qua ſunt his ſimilia, aduerſus quæ oĩa alibi etiam is, ex cuius ore Christus loquebatur, Paulus ſentẽtiã extulit, cũ dixit, dignos morte eſſe, qui talia agũt. Vbi vero om Roma.1.d

E nis altitudo deſtruitur, quæ ſe aduerſus dei ſciẽtiã extollit, & omnis intellectus captiuus ducitur in obſequiũ Chriſti, & ſine vllo diſcrimine ſuppliciũ ſumitur de quauis inobediẽtia: ibi haud dubiè nihil quod nõ deſtruatur, nihil nõ punitũ remittitur nihil à Chriſti obediẽtia excluſũ relinquitur, quãdoquidẽ cõmune, & maximũ in quacũq; præcepti violatione ſcelus ineſſe Paulus declarauit, cũ dixit, Qui in lege gloriaris, per tranſgreſſionẽ legis deo cõtumeliã infligis? Sed nũquid hæc verba fortaſſe tãtũmodo, ac nihil præterea in re? Quid, nõne quis apud Corinthios vxorẽ patris habebat, cũ hoc vno excepto, alterius criminis inſimularetur nullius, nõ ſolũ ipſe traditur Satanæ ad interitũ carnis, quoaduſq; editis dignis pœnitẽtiæ fructibus, peccati labẽ emẽdet, ſed ſimul eccleſiã itidẽ etiã vniuerſam, quòd facinus illud merita pœna perſecuta non eſſet, ſecũ in criminis ſocietatẽ adducit? Sic enim ſcriptũ eſt, Quid vultis? in virgáne veniam ad vos? Et paulò inferius, Et vos inflati eſtis, & non Roma.2.d 1.Cor.4.d

F magis luxiſtis, vt tollatur de medio qui hoc opus fecit? Quid verò Ananias, cuius hiſtoriam ſcriptã in Actis legimus? Quid, nunquid ille quoque aliud feciſſe maleficium reperitur, pręter id vnum, propter quod acerbè adeo multatus eſt? Vbi igitur apparet, grauem adeo pœnam fuiſſe illum cõmeritum? Prædium ſuum vendiderat, preciũ attulerat, idque ante Apoſtolorum pedes ſtatuerat: at tamẽ quod partem de eo clam malicioſè cõpilaſſet, propterea eodem ipſo tẽpore vnà cum vxore

FF 4 morte

morte afficitur, non dignus habitus qui de agēda
ob admiſſum peccatum pœnitentia quicquam au
diret: non qui ſpatij ſaltem tantum nanciſceretur,
per quod vel leuiter animo indoleret & compun-
geretur non qui morá denique ad ſeipſum redeū
di vllam inueniret. Quid porrò talis ille ac tāti iu-
dicij apparitor, atque adeo vehemens ſententiæ
dei aduerſus peccati autorem miniſter Petrus? ille
inquam beatus, qui & cæteris antelatus diſcipulis
fuit, cuique magnificentius quàm reliquis omni-
bus datum teſtimonium eſt, magiſque quàm reli-
qui omnes beatus appellatus, cui claues regni cœ (Ioan.13.a) A
leſtis commiſſæ: is cum ei dicitur à domino, Niſi
lauero te, non habebis partem mecum: quod non
obſecro vel duriſſimum cor metu horroréque iu-
diciorum dei cogat contremiſcere? præſertim qui
nullius flagitij, nulliúſve cōtumaciæ ſignificatio-
nem vllam dediſſet, contráque potius, qui eximio
dominum ſuum honore affeciſſet, & egregiè, vt
ſeruum ac diſcipulum facere par erat, eſſet reueri-
tus. Cum enim ſuum pariter atque omnium deū
ac regem & dominum & magiſtrum, & ſalutis au-
torem, eum denique, qui omnia eſſet ſimul, in ſer-
uili habitu linteo ſe præcinxiſſe, & pedes ſibi laua-
re velle animaduertiſſet, confeſtim, veluti qui in-
dignitatem ſuam ſecum ipſe reputans agnouiſſet,
venientíſque ad ſe eximiæ eſſet dignitatis fulgore
perculſus, in clamorem prorupit his verbis: domi
ne tu mihi lauas pedes? Et item, Non lauabis mi-
hi pedes in æternum: Hac de cauſa vehemēs adeo
ei comminatio illa intenditur. Quod niſi rurſum
cognita domini verborū veritate, obedientiæ ab-
iectionem quàm celerrimè parendi mox promp-
titudine emendaſſet, nihil omnino vllum illi ex B
tot ſuperioris temporis ipſius rectè factis, nulla
ex miraficis illis, quibus à deo laudibus fuerat or-
natus, non dona, non promiſſa vlla, non denique
ipſius dei ac patris talis ac tanta erga filium chari-
tatis, ſtudijque delata cognitio quicquam potuiſ-
ſent afferre, quo pœnam quam ea re quod dei im-
perio fuerat aduerſatus, in præſentia commeritus
erat, mitigaſſet. Verumenim ſi omnia ſingulatim
velim recenſere, quæ in veteri, nouóque Teſtamē
to exempla in hoc genere reperiuntur, narrātem
fortaſſe me tempus deficiet. Iam vero quoties ad
ipſa domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ in Euangelio
ſunt, verba deuenio, & ipſius illius qui iudicatu-
rus eſt viuos & mortuos, dicta conſidero, quibus
maior à fidelibus hominibus tribui oportere au-
toritas videtur, quàm alij cuiuis hiſtoriæ, aut certiſ
ſimæ, quæ afferri poſſet veritati, haud dubiè mag-
nam quandam in ipſis, omnibus in rebus parendi C
deo neceſſitatem, vt ita dicam, animaduerto, ne-
que vllum prorſus iis, qui quoquo modo ſecus fa-
ciant, ac non pœnitentiam poſtea agant, veniæ lo-
cum relinqui, niſi ſiquid aliud fortaſſe aduerſus a-
pertas adeo claráſque ſentētias audendum ſit, aut
vel ipſa etiam tacita cogitatione comminiſcendū.
Cœlum, inquit, & terra tranſibunt, verba autem (Mat.24.c)
mea non præteribunt. Nullum eſt hoc in loco di-
ſcrimen, nulla diſtinctio, nihil vſquam reliquū fa-
ctum eſt omnino, quin fuerit cōprehenſum. Non
dixit hæc aut illa, ſed verba mea, omnia ſimul vi-
delicet non præteribunt. Siquidem ſcriptum eſt,
Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, in omni-
bus ſcilicet, quæcūque vel vetat, vel iubet, vel pro- (Pſ.144.c)

mittit, vel minatur, idq; ſiue facta ſint, quæ vetita,
ſiue omiſſa quæ iuſſa. Nam quòd bonorum operū
omiſſio, nihilominus æquè ac malorum perpetra-
tio puniatur, ſatis magno eſſe argumento poterat
quo animæ perſuaderetur, quæ non vſquequaque
infidelitatis morbo laboraret, iudiciū illud, quod
ſupra memorauimus de Petro: qui Petrus cū eorū
nihil de iis quæ vetita eſſent, feciſſet, aut præceptū
huiuſmodi vllum prætermiſiſſet, vnde eius, à quo
id eſſet omiſſum vel ſocordia vel faſtidium argui
poſſet, quique tantum honoris ac reuerentiæ cau-
ſa miniſterium illud, honorémque ne ſibi à domi
no adhiberetur, recuſaſſet, eiuſmodi comminatio-
nem audiuit, cuius euentum nullo modo euitaſſet
niſi vt ſupradictum eſt, correctionis celeritate, ac D
vehementi ad parendum ſtudio, excitatæ iam ad-
uerſum ſe iracūdiæ occurriſſet. Verum enim quo-
niam, quæ illius clemētia, & mirabilis quædam fa-
cilitas eſt quando illi viſum eſt nobiſcum indulgē
ter agere, eadem ſæpe, atque in multorum perſo-
nis exempla proponere nobis non ceſſat, quò aſſi (Ioan 5.e)
dua eorum veluti inculcatione animus noſter ve- (1.Cor 4.a)
luti à grauiſſimo torpore quodam poſſit excitari, (Mat.25.d)
diuturnúmque contra legem agendi morem abo
lere, eorum tantūmodo in præſentia facienda mē
tio eſt, qui in magno illo ac formidinis pleniſſimo
nouiſſimi iudicij die ad læuam domini noſtri Ieſu
Chriſti ſtatuti ſunt: quibus dicturus eſt is, cui om-
nis iudicij poteſtas data fuerat à patre, qui vēturus
eſt, vt abſcondita tenebrarum illuminet, & conſi-
lia cordium in apertū proferat, diſcedite à me ma-
ledicti in ignem æternum, paratum diabolo, & an
gelis eius. Et cauſam cur ita ab ſe diſcedere illos iu E
beat, ſubiicit, non quod aut quenquam interfeci-
ſtis, inquit, aut fornicati eſtis, aut mendacium di-
xiſtis, aut vllam cuiquam iniuriā intuliſtis, aliúdue
quicquam licet exiguū admodum feciſtis eorum,
quę ne faceretis, vobis fuerat interdictū. Sed quid
Quod bona opera facere neglexiſtis. Eſuriui enī,
& non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non de
diſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & non collegiſtis
me. Nudus, & non cooperuiſtis me. Debilis & in
carcere, & non viſitaſtis me. Hæc atque id genus (1.Tim.2.b)
alia, cū dei virtute qui vult omnes homines ſaluos
fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, docét- (Pſal.33.b)
que omnem hominem ſcientiam, in ſanctis literis
animaduerterim, & ſumme horribile huiuſmodi
diſcordantis inter ſe, & in pręceptis domini noſtri
Ieſu Chriſti interpretandis diſcrepantis multitudi
nis periculum perſpexerim, & quàm formidabile
illud magnæ adeo peruerſitatis iudiciū ſit, ex ple-
riſque exēplis collegerim, neque minus quicquid F
aduerſus dei iudicium quodcunque geratur, æquè
intellexerim vindicari: denique cū terribile iudi-
cium illud cognouerim latum cōtra eos, qui cum
peccatum ipſi nullum admiſiſſent, tamen quòd
non acres ſe contra eos qui peccauerant, vindices
præbuiſſent, parem cum illis indignationem ſu-
biere, & quod magis mirandum videtur, qui ſæpe
ne admiſſi quidem flagitij eſſent conſcij ipſe ne-
ceſſario à me fieri duxi oportere, vt licet minus
iam idoneo tempore (elapſa ferè opportuna oc-
caſione, quòd ad hanc vſque diem in aſſidua il-
lorum eſſem expectatione qui idem mecum de-
fendendæ veræ pietatis certamen ſuſcipere, ne-
que meimet vnius tantum viribus confiderem)

at non

at noo certe fortaſſe alieno tempore, etiam nunc, ſaltem commoeendi cauſa eos qui io pietatis cur riculo decertarent, de diuinis literis ea ſelegiſſem & quibus deus offenderetur, & quibus item propinus haberetur, eáque quantum mihi per vires liceret et communibus votis exponerem, quò videlicet beneficio domioi noſtri Ieſu Chriſti, & doctrina ſpiritus ſancti, confeſtim abraſa penitus voluntatum noſtratum cõſuetodine, & humanatum traditionum obſeruatione, & euangelij immortalis dei domini noſtri Ieſu Chriſti iiioere inito, vitáque inſtantis huius temporis et eius voluntate

Eph. 5.b

tranſacta, partim vetitis rebus maiorem in mo-

A dum declinaodis, partim iuſſis attentiore cura exequendis, idonei habeamor qui in futuro ſeculo ęternitatis iram fugiamus venturam in filios cootumaciæ *, taléſq; exiſtamus, qui ſempiternam vitã & cœleſte regnum merito adipiſcamur, quod à domino noſtro Ieſu Chriſti promiſſum eſt iis qui ſeruaot teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum eius ad facieodum ea. Memoria teoens pręterea dixiſſe apoſtolum, quod in Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur: conſequẽs ſimulac neceſſarium exiſtimaui, vt expoſita prius ſaua fide, pietatiq; cooſeotaneo de patre & filio, & ſpiritu ſaocto dogmate, deinceps de Moribus librum ſubtexerem.

Pſal. 102. d
Gal. 5. a b

EIVSDEM DE VERA AC pia fide.

B CVM per diuinæ bonitatis gratiam, mihi inootuiſſet veſtræ pietatis iuſſio digna prorſus ea quæ io Chriſto eſt, erga deum charitate: quibus quidem iuſſionis veſtræ literis reuerenter petiiſtis, meum vt ipſe de vera ac pia fide teſtimonium literis cooſignarem & ad vos trãſmitterem. Saoè ipſo initio, vt qui exiguitatis ac tenuitatis vitium meatũ facile mihi eſſem cooſcius, timidè cœpi quomodo reſpõderem, dubitare. Simulac verò venit mihi in mẽtem verborom Apoſtoli illorum, Supportantes inuicem in charitate, & item illorum alio in loco, Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem: nequaquam rem me periculo vacuam facturũ putaui, ſi & vobis io eo non paruiſſem quod iuberetis, & ſalutarem tacitus confeſſionẽ præteriiſſem, fiduciam habeos per Chriſtum ad deum, ſicut ſcriptum eſt. Noo quod ſufficieotes ſimus à nobis cogitare aliquid quaſi et nobis, ſed ſufficientia noſtra et deo eſt, qui tuoc quidem illos, nunc vero oos etiam (& hoc ipſum cauſa veſtra) iduneos fecit qui eſſemus miniſtri noui Teſtameoti, non literæ, ſed ſpiritus. Porro fidelis mioiſtri hoc eſſe

Ephe. 4. a
Rom. 10. c
2. Cor. 3. b
2. Cor. 4. a

C proprium, ſioe dubio ſcitis vos quoque: nimirum vt quæ à beoigno domino io cõſeruos ſuos diſtribueoda acceperit, hæc ipſis integra, & oullius rei alterius admiſtione adulterata cuſtodiat. Quocirca ego quoque, quæ ex diuinis literis accepi, hæc quemadmodum dei voluntas eſt, ad commuoem vtilitatem expooere vobis teneor neceſſariò. Etenim ſi ipſe dominus, in quo pater ſibi beoe cõplacuit, omnéſque ſapientiæ ac ſcieotiæ abſcõditi theſauri ſuot, quíque à patre poteſtatem omoem, & omne iudicium accepit, de ſeipſo ac patre loquẽs, Mandatum dedit mihi, ioquit, quid dicam, & quid loquar, itémque. Quæ ergo ego loquor, quemadmodum dixit mihi pater, ſic loqoor, denique ſi ſpiritus ſanctus à ſeipſo oon loquitur quicquam, ſed quæcuoque audierit ab ipſo, hæc loquitur: qui nõ tãdem veriſimile eſt, pietati nos magis ſatisfacturos, periculóque noſtro magis conſulturos, ſi hoc ita ſenſerimus, itaque fecerimus in oomine domini noſtri Ieſu Chriſti? Atque quandiu quidem aduerſus conſurgentes variis temporibus varias hęreticorum factiones pugnandum fuit: eorũ à quibus io certamen prouocabar, io dicendo ſtyli ve-

Col. 2. a
Ioan. 5. d
Ioan. 16. b

D ſtigiis inſiſtens, cõſequens eſſe arbitrabar, vt ei impietatis peſti, quam diabolus ſeminaret, eiuſdemmodi oppoſitis ipſi vocabulis obuiam irem, & maledicta quę in deum iode naſcerentur, reprimerẽ, vel etiam penitus refutarem: & aliis alias, proot videlicet hæreſeos morbo laborantium vtilitas neceſſario videbatur poſtulare: atque his ſępenumero eiuſmodi, quæ licet in ſacroſancta ſcriptura nuſquam reperireotur, à pio tamen & ſanctis literis conſentaoeo ſenſu neutiquam abhorrerẽt, neque (id quod frequenter etiam Apoſtolus fecit) Græcorum verbis, ſi ea in rem meam eſſe animaduerterem, abſtinerem. Hoc autem tempore communi omnium veſtrum propoſito, ſimulac meo arbitratus ſum conueoire, ſi impoſitum mihi à veſtra, quæ eſt in Chriſto charitate negociũ cum ea, quæ ſanæ fidei congrueret, ſimplicitate cõficerem, eáque dicerem, quæ à ſanctis literis accepiſſem: etſi in his quidem & nominibus & verbis vſurpandis parcus eſſem, quæ vt voce ipſa cum diuinis literis non conueniteot, eundem tamen, qui in ea habe-

E retur, ſeoſum teoerent. Quæ verò eius generis eſſent vt præter vocis nouitatem, ſenſum etiam oobis oouum atque ioofitatum afferrent, & apud ſanctos viros nuſquam io vſu fuiſſe reperirentur, hęc omnia veluti peregrina, atque à pia fide penitus aliena repudiarem atque auerſarer. Eſt igitur fides, eorum quæ dicta ſunt aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatione, cũ ſumma animi perſuaſione de eorum veritate, quæ dei munere ſuot prædicata: quam fidem Abrahã perhibetur habuiſſe, quippe de quo teſtatum ſit, Ipſum neutiquã incredulitate hæſitaſſe, ſed confirmatum fuiſſe in fide, daotem gloriam deo, & certiſſime perſuaſum quòd quęcũque promiſerat deus, potens erat & facere. Quòd ſi fidelis eſt domiuus in omnibus verbis ſuis, fidelia etiam omnia maodata eius, confirmata in ſeculũ ſeculi, facta in veritate & æquitate: haud dubiè manifeſtiſſimũ hoc infidelitatis argumentũ fuerit & ſignum ſuperbiæ certiſſimum, ſiquis eorũ, quæ ſcripta ſuot, aliqoid velit reiicere, aut eorum quæ non ſcripta, introducere, cum dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Oues meæ vocem meam audiunt, & paulò ante idem dixiſſet, Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Apoſtolúſque ſumpto ex

Fidei finitio.
Roma. 4. c
Pſ 144. c
Pſal. 110. b

F homioibus exemplo vehemeotiſſime interdicat, ne quid eorum, quæ in diuinis literis habeantur, dematur, aut quod abſit, addatur. Sic enim eſt apud illum, Tamen homiois confirmatum teſtamẽtum nemo ſpernit aut ſuperordinat. Quamobrem nos quoque cum antehac ſemper illud in animo ratum habuerimus, vt omnem à Dominica doctrina alienam & vocem & ſeotentiam fugeremus.

Ioan. 10. c
Gal. 3. c

tum

tum verò boc ipſo tẽpore (vt ſupra diximus) boe à nobis ſeruari arbitror oportere, cum id nobis, ſimul vobiſque tractandum propoſitum ſit lõgè diuerſum ab argumentis illis, à quibus alio modo aliâs, vel ad ſcribeodum aliqnid, vel ad dicẽdum inducebamur. Quoniam videlicet eo tẽpore de hæreſi cõfutanda, euertendóque Diaboli artificio ſtudioſe agebatur: nunc autem ſimplex fidei confeſſio explanatióque propoſita eſt: quò fit, vt cum tractatio nunc diſſimilis ſit, diſſimilis etiam eſſe de-

A beat ſtylus. Quemadmodum enim nõ eadem inſtrumenta in manus ſumat & qui prælium eſt initurus, & qui colere agrum velit, alia ſiquidem ſupellex inſtrumentorum iis congruit, qui in pacis quiete res ſibi ad victum neceſſarias parant: alij armorum apparatus iis qui in bello ſe aduerſum hoſtiles copias ioſtruunt. Similiter quoque, nequaquam eodem dicendi genere vtatur, & qui in ſana doctrina cohortetur, & qui in diſpntatione ſibi repugnantes redarguat. Siquidem aliud eſt genus dicendi, quo vtimut in refellendo: aliud, quo in cohortando. Itémque alia eorum ſimplicitas qui in pace veram pietatem prædicant & confitentur: alij illorum ſudores, qui aduerſus oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ fortiter dimicant. Quamobrẽ nos quoque ſic diſponentes ſermones noſtros in iudicio, vbique ſiue defendeoda, ſiue tradẽda ſimpliciter fides fuerit, operam dabimus vt ad ſubiectam materiam ſtylum accommodemus: modo videlicet iis qui diabolico aſtu illam conentur euertere, maiore cum acrimonia & contentione refutandis, modo iis qui in ea ædificari voluerint, ſim-

B plicius, & ad illorum intelligentiam accommodatius ipſam fidem exponendo: nihilq; aliud faciendo, quàm quod dictum eſt ab Apoſtolo: vt ſciam* ſcilicet quomodo nos oporteat vnicnique reſpondere. Sed antequam ad ipſam fidei confeſſionem veniamus, illud profuerit indicaſſe, dei maieſtatẽ & gloriam, talis cum ſit vt eam neque oratio vlla pro dignitate circũſcribere poſſit, neque mens cõprebendere, vnico verbo ſententiáve oeque declarari potuiſſe, neq; intelligi, ſed pluribus, quæ in ſermonis noſtri vſu trita eſſent: ſanctas literas vix iis etiam, qui puro eſſent corde, tanquam per ſpeculũ obſcurè ſignificaſſe. Nam illud facie ad faciem, & ab omni parte cumulata ae perfecta cognitio, ea in futuro ſeculo promiſſa idoneis ſunt. Quandiu verò io hac vita ſumus, licet Petrus ſit aliquis, licet Paulus, cernit verè ille quidem, quæ cernit, neque per errorem decipitur, oeque animo imagines falſas coocipit: per ſpeculum tameo cernit, & per ænigma: & quod ex parte eſt, io hac vita cũ gratiarũ actione ſuſcipiens, quod perfectum eſt, in futura ſe accepturum incredibili lætitia circũfuſum cõfidit. Quod ita eſſe apuſtnlus etiã Paulus confirmat

C qui tali quadã ſimilitudine id quod diximus, comprobat, quãdo dicit, Quemadmodum cum eſſem paruulus, & prima rudimenta doctrinę dei tũ primulũ ociperem deguſtare, loquebar vt paruulus, cogitabam, vt paruni*. Poſtquã autem factus ſum vir, & ad meoſurã ætatis plenitudinis Chriſti peruenire feſtino, euacuaui quæ erãt paruuli, & adeò magnos in cognitione rerum diuinarum progreſſus feci, ac profectum meliorem vt cognitio quidem illa, quam prius habebam dum in Iudaici adhuc ritus cultu verſarer, motionibus illis aſſimilis videretur, quibus imbecilla pneruli mens cieri ſolet. Contra verò ſcientia illa per Euangelium acquiſita, eiuſmodi quæ viro iam planè vſquequaque ætate perfecta conueniat: Similiret quoque quæ in hac vita videtur à nobis in cognitione haberi perfectio, ea ſi cum ſcientia illa ſit collata quę in conſequenti ſeculo reuelanda idoneis eſt: exiguum neſcio quid eſt, & adeo obſcurum, vt ab ea claritate quę in futura vita expectatur, loogius abſit, quàm abeſt ab eo, facie ad faciem, illud, videre D
per ſpeculum & in ænigmate. Atque etiam hoc ita eſſe confirmant diſcipuli domini, qui cum Petro & Ioanne fuere. Nam quòd dum bic inter homines viuerent quotidie magis ac magis proficerent, maioréſque in dies proceſſus facerent: nihilominus etiam ipſi incredibilem eſſe magnitudioem eius ſcientiæ probant, quæ in ſempiterna illa vita tradenda ſeruatur. Qui quidẽ poſt illud, quòd idonei viſi fuerant qui à domino eligerentur, qui vnà cum eo vitam agerẽt, qui eius apoſtoli eſſent, qui promererentur accipere donorum ſpiritus diſtributionem, poſtquam etiam audierunt. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum: poſt eiuſmodi ſcientiam, poſt aperta ipſis, quæ reliquis erant operta & arcana: tamen longo tandem tempore poſt, aduentante iam paſſione, verba audiũt illa, Adbuc multa habeo vobis dicere, ſed oon poteſtis portare modo. Ex his igitur atque huius generis aliis colligimus infinitum quiddã eſſe, quod de rerum diuinarum cognitione diuinæ literæ ſentiant: neque vllo modo vires humanas, quãdiu hic in terris vitam ducimus, earũ arcana penitus poſſe comprehendere cum maioribus in dies ſingulis progreſſibus faciẽdis aliquid nnui aſſidue ſemper acquiratur: neque ſit quiſquam qui ad ſummũ E
illud, prius queat peruenire, quã venerit quod perfectum eſt, quo ſanè tẽpore euacuabitur quod ex parte eſt. Quocirca cũ ad omnes ſimul de deo notiones explicandas omnémque pariter deprom ẽdã gloriã, non vnicũ nomen ſufficiat, at neque ſingula: ſi cum integra ipſorum ſignificatione ſeruentur, ſine periculo aſſumantur. Siquidem vt dixerit aliquis, deus, non protinus tamen eum patrem eſſe declarauit: porrò huic ipſi vocabulo, pater, abeſt ea ſignificatio, quòd ſit creator. Rurſus in iã dictis deſiderantur bonitas, ſapientia, potentia & quę de deo in ſanctis literis reliqua pronunciantur. Itémque vocabulum patris, ſi cum integra eius ſignificatione, ſicut apud nos eſt in vſu, accipiamus in deo, impiè facimus, quandoquidẽ vnà cum eo neceſſariò ſimul & affectio, & defluxio ſeminis genitiui, & ignorantia, & infirmitas, & talia quæcunque, ipſo nomine euulgantur. Quod idem vſu venit etiã in creatoris vocabulo, noſtro enim loquẽdi vſu notio huius nominis, tempus, materiam, inſtrumenta, adiumenta requirit: à quibus omnibus vacua penitus ſit oportet ea, quæ pia de deo habenda intelligentia eſt: eatenus id tamen, quoad F
præſtare humana facultas poteſt. Nam rem ipſam planè, vti ſuapte natura eſt, & ſi omnes omnium mentes vnà ad inueſtigandum coitent, itémque ad enunciandum linguæ concurrerent, tamen qui aſſequi poſſet, exiſteret nemo. Hunc ſanè ſcripturæ eſſe ſenſum luculenter ſapientiſſimus declarat Salomon, dicens: Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit à me, multò magis, quàm erat.

Non

Margin notes: Stylum ſubiectæ materiæ accommodandum. — 1. Tim. 6. d; Pſal. 118. a — Col. 4. b — 1. Cor. 13. b — Coll. — Matt. 13. b — Ioan. 16. c — Eccle. 7. d

Non quidem quòd re vera illa fugeret, ſed quòd ij maximè intelligunt, quàm ea omnem cuiuſuis ad ipſam comprehendendam captum exuperet, qui dei beneficio ampliorem ipſi quàm cęteri cognitionem ſunt conſecuti. Sed hæc cùm ita ſint, pluribus diuinæ literæ neceſſariò & nominibus vtuntur & verbis ad exiguam quandam, atque hác ipſam obſcuram diuinæ notionis expreſſionem. Nobis verò ad omnia colligenda, quæ vbique in ſacris ſcripturis reperiantur de patre, & filio, & ſpiritu ſancto, neque facultas fuit neque ociũ, idque ea re, quòd vos nimio plus me vrgeretis. Verum ſatis factum iri per hæc conſcientiæ veſtræ opina- A mur, ſi de omnibus pauca quædam in mediũ protulerimus: tum ad noſtræ ex ſcripturis ſentẽtię explicationem, tum ad veſtram ipſorum & eorum qui inter vos id expetunt, nulli controuertendam perſuaſionem ac indubitatam ſatisfactionem. Vt enim vocabula multa vnica ex modo tuendæ pietatis ſententiam enunciant, ſic ex paucis quoque, is, qui modo iniquus interpres non ſit, facilimè pietatem, quæ inſit omnibus ſcripturæ locis poterit, ſi volet, agnoſcere. Credimus igitur & confitemur vnum ſolum, & verum, & bonum deum, & patrẽ omnipotentem, ex quo omnia, deum patrem domini & dei noſtri Ieſu Chriſti: Et vnicum, vnigenitúmque eius filium dominum & deum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſolum, verum: per quem omnia facta ſunt, viſibiliáque atque inuiſibilia, & in quo omnia conſtant: quique in principio erat apud deum, & deus erat, & poſt hæc ſecundum ſcripturas in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit: & per natiuitatem ex virgine, formam ſerui cùm accepiſſet, B & habitu inuentus eſſet vt homo, omnia, quæ in ipſum, & de ipſo ſcripta fuerãt, compleuit, ſecundum mandatum patris factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Et poſtquam tertia die reſurrexiſſet à mortuis ſecũdum ſcripturas, viſus eſt à ſanctis diſcipulis ſuis, & reliquis, ſicut ſcriptum eſt. Et aſcendit in cœlũ, & ſedet ad dexteram patris, vnde venturus eſt in conſummatione ſeculi huius ad excitandos omnes, & reddendum vnicuique iuxta opus illius: quando iuſti quidem aſſumentur ad vitam ęternã, peccatores verò ſempiterno addicentur ſupplicio vbi vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Credimus item vnum ſolum ſpiritum ſanctum paracletum. in quo obſignati ſumus in diem redemptionis, Spiritum veritatis, ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba Pater, qui diuidit & efficaciter operatur dona, quę à deo dantur, ſingulis prout vult ad vtilitatem ſpiritum inquam, qui quæcunque audiuerit à filio, docẽtem & commonentem omnia, bonum, deducentem in omnẽ veritatem, & confirmantem omnes credentes ad cognitionem veram, & exactam, & cultum dei pium, & adorationem ſpiritalem, & veram confeſſionem dei patris, vnigenitíque eius filij, dominíque ac dei noſtri Ieſu Chriſti, C & ſuiipſius. Quæ tria nomina ſenſum ſingula ſuam peculiarẽ quãdam proprietatem apertè ſignificant, quæ piè cõſiderari in ipſis poteſt: atque in patre quidem proprietas patris, in filio vero proprietas filij, in ſpiritu ſancto poſtremò, ſua quædam à duobus diuerſa proprietas, cum neque ſpiritus ſanctus à ſeipſo loquatur, neque filius à ſemetipſo faciat quicquam: ac pater quidem filium mittat, filius vero ſpiritum ſanctum. Sic ſentimus, & ſic baptizamus in trinitatem conſubſtantialem, idque ex præcepto ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Quæ ſeruãtes, & charitatem erga illum habere nos demonſtramus, & digni efficimur, qui in ea maneamus, ſicut ſcriptum eſt. Contrà negligentes eam ſeruare, ab ea diſiuncti, aut aliter affecti conuicimur. Qui enim non diligit me, inquit dominus, ſermones D meos non ſeruat. Et item, Qui habet mãdata mea & cuſtodit ea, ille eſt qui diligit me. Porrò vehementer demiror, quid ita cum dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat, Nolite gaudere quòd dæmonia ſubiiciuntur vobis, gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſũt in cœlis. Et item alibi, in hoc cognoſcent, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem habueritis inter vos. Ex quibus verbis nactus occaſionem Apoſtolus, docens quàm neceſſaria omnibus in rebus charitas ſit, palàm teſtificatur his verbis, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et paulo pòſt, Siue autem prophetiæ, euacuabuntur: ſiue linguæ, ceſſabunt: ſiue ſcientia, deſtruetur: quibus verbis continuò adiungit, Nũc autem manent ſpes, fides, charitas, tria hæc: maxima autem horum eſt charitas. Hæc, inquam, & cõſimilis formæ per multa cum adeo affirmatè à do E mino primum, deinde ab Apoſtolo dicta, ac definita ſint, vehementer demiror, qua ratione inducti homines ſtudium adeo magnum in res fluxas ac fragiles conferant, & his tantopere inhient: in eas verò quæ ſtabiles ſunt, & ad ſempiternum tẽpus permanent, maximéque in eam, quæ ex omnibus maior eſt, charitatem, & Chriſtiani hominis peculiare eſt quaſi quoddã inſigne, non modo ipſi ſtudium nullum adhibeant, ſed ſi quis ſit qui adhibeat, ei aduerſentur, & contrà pugnantes, illud efficiant quod dictũ eſt, Quòd neque ipſi introeũt, & alios prohibẽt intrare. Quod cũ ita ſit, magnopere hortor & oratus velim vos fratres chariſſimi, vt miſſa iſtiuſmodi curioſa inueſtigatione, flagitioſaque verborũ cõtentione, his contẽti ſimus, quæ à ſanctis viris, atque ab ipſo adeò domino noſtro Ieſu Chriſto dicta ſunt: eaq; ſentiamus, quę reſpõdeant cœleſti vocationi: & vitã agamus Chriſti Euangelio conuenientem, ſempiternam vitã, & cœleſte regnum ſperantes, paratum omnibus ſeruantibus mandata dei & patris, quę ſunt ſecundum E- F uangelium beati dei Ieſu Chriſti domini noſtri, in ſpiritu ſacto & veritate. Hæc ſunt quæ à veſtra pietate admonitus neceſſario mihi duxi faciẽda, vt ad vos in poſtremis perſcriberem, ſenſúmque animi ſuper his rebus mei vobis, & per vos fratribus iis, qui in Chriſto ſunt, explicarem, vtque & veſtris & illorum animis omni ex parte ſatisfieret, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: quò omnis prorſus omnibus de fide noſtra dubitatio tolleretur (orta

1.Cor.15.a

ἐις τριάδα ὁμοούσιον. Matt.28.

Ioan.15.b

Ioan.14.c Ibidem. Luca.10.c ἀδιαφόρως Ioan.13.d

1.Cor.13.a

Att. quid maximopere demiretur Baſilius.

πλέον προφορὰς ἀντὶ γνώσεως.

Luc.11.g.

πολιτεύεσθαι.

(orta fortaſſè propter diuerſam rationem eorum, quæ aliàs alio modo expoſita à nobis ſunt, quæ res eo nimirum vſu venit, quòd neceſſario aſſiduè cogebamur aduerſus propoſita nobis à pietatis veræ impugnatoribus argumenta, vt quæque ab ipſis in medium afferebãtur, depugnare) neque cuiquam eſſet cauſa, cur fluctuaret: ſummè contrà adnitentibus illis qui quæ aliena ſunt, nobis attribuunt, aut ſæpenumerò etiam, quo facilius ſimpliciores in ſententiam ſuam auferant, deprauatæ ſuę ipſorum mentis flagitioſa cõmenta falſo nobis affingunt:

A à quibus neceſſario vos, vt ab hominibus ab Euangelica & apoſtolica fide, charitatéque alienis cauere debetis, memoriáque verba Apoſtoli illa tenere. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præter id quod euangelizauimus vobis anathema ſit: vt illud ſeruantes, Attendite à falſis prophetis: & illud, Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non ſecundum traditionem, quàm acceperunt à nobis: ordine incedamus in regula ſanctorum, tanquam ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu domino noſtro, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. Deus autem pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur. Fidelis deus qui vocauit nos, qui etiam faciet, modò mandata eius ſeruemus, gratia Chriſti in ſpiritu ſancto.

Galat.1.b
2.Theſ.3.b στοιχεῖν τῷ κανόνι.
Philip.3.c
Ephe.2.d
1.Theſ.5.c
τηρηθείη. ἀμέμπτως.

ὁ παραινετικὸ ad moralia

DE HIS, QVAE IN SACRIS literis vel vetita ſunt, vel iuſſa.

B

CVM quæ ad ſanam fidem pertineant, de his ſatis, quantum huius temporis ratio requireret, ſuprà à nobis arbitrer demonſtratum: reliquũ eſt vt ad ea ſtudioſè tractanda pergamus, quæ de his quę ad mores pertineant, ſcripturos nos polliciti ſumus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæcunque igitur in nouo teſtamento hactenus ſparſim diuerſis in locis vel vetita inuenimus, vel iuſſa, hæc ſtudioſe operam dedimus, vt quo ad facere nobis per vires liceret, in compẽdiarias quaſdam regulas redigeremus: quò facilius ab his, qui modo vellent, percipi poſſent, appoſito ad ſingulas regulas numero etiam capitum ſcripturæ, vt quæque ex ea deſumpta in regula continentur, ſiue ex Euangelio ea ſint, ſiue ex Apoſtolo, Actiſve: vt qui regulam legerit, & appoſitum ipſi, verbi

C cauſa, primum aut ſecundum numerum animaduerterit, deinde ſcripturam ipſam in manus ſumpſerit, & prædicti numeri caput inueſtigauerit, hoc modo teſtimonium inueniat, cuius gratia cõfecta regula ſit. Sanéque initio erat animus apponere ad ſingulas regulas etiam de veteri teſtamento, vt quæque cum his ſingulis viſa eſſent cõgruere, quæ ſumpſiſſemus de nouo. Verum quoniam neceſſitas vrgebat, maiorem in modum flagitantibus hoc tempore à nobis fratribus ea, quæ iampridem ipſis eramus polliciti: venit in mentem mihi ſcitum illud ſapientis, Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Quare licet vnicuique arbitratu ſuo, accepta iam ſatis magna occaſione ex his, quę de nouo appoſita viderit, vetus ipſum teſtamẽtum ſumere, ac per ſe ipſe intelligere, quàm ex omni parte diuinæ inter ſe literæ conſentiant: pręſertim cùm vel vnica modo dictio fidelibus ſatis ſit, iiſq; quorum animus de ſumma verborum domini veritate omnino nihil dubitet. Quæ quidem etiam cauſa fuit, quam obrem ſatis exiſtimauerim, ſi de nouo etiam non omnia, quæcunque poſſent, ſed pauca quædam ex omnibus apponerent. Sunt autem regulæ, vt ſummatim dicam, de hiſce rebus.

ἀκατηγορούμενα ἢ ἐγκεκριμένα.

ἀφορμήν.

INDEX REGVLARVM.

1 De pœnitentia, & quod ſit tempus idoneum ad pœnitentiam, déque proprietatibus, & fructibus ipſius. D
2 De eo, quòd qui à deo inire gratiam ſtudeat, eius ſtudium eſſe ſincerum debet, atque ab omni penitus rei contrariæ admiſtione vacuum.
3 De charitate erga deum, & quomodo ea verè cognoſcitur.
4 Qui ſit honor erga deum, & quæ item contumelia.
5 De charitate mutua, & proprietatibus ipſius.
6 Quòd in confeſſione dei, & Chriſti eius fidenter, fortitérque agendum ſit.
7 Quòd non ſit ſatis ad ſalutem confeſſio domini, facientibus contra mandata eius.
8 De fide & ſumma autoritate ac certitudine verborum domini.
9 De cognitione ſiue ſcientia ignoratione'que rerum ad officium noſtrum pertinentium.
10 Quæ ſit finis peccati, quæue item præcepti dei. E
11 De iudiciis dei, & quantopere ea ſint metuenda.
12 De improbatione & impugnatione aut contradictione vel obedientia, & obſeruatione voluntatum dei.
13 De eo quòd ſingulis momentis voluntate ac ſtudio indilato parati eſſe debeamus ad ea, per quæ poſſimus inire dei gratiam.
14 De maturitate opportuna & commoda cuiuſlibet rectè facti.
15 Quòd non debet quis, ſperans in aliorum rectè factis, negligere ipſe officium ſuum.
16 De iis qui prodeſſe ſibi aliquid opinantur, ſi cũ bonis, & deo charis hominibus viuant, ipſi autem boni nihil faciant.
17 Quomodo occaſione vitæ huius, in qua ſumus vti debemus.
18 De modo & affectione animi, quæ teneri ab his debeat, qui ſtudium ſuum adhibent in cõſeruandis præceptis dei. F
19 De iis, qui alios impediunt, vel ab aliis ipſi impediuntur, quominus obire poſſint mandatum dei.
20 De baptiſmate, & quæ ſit ratio & virtus baptiſmatis,
21 De communione corporis & ſanguinis Chriſti, & quæ ſit ratio huius ſacramenti.
22 Quomodo alienatur aliquis à deo, quomodóve item conciliatur.
23 De iis, qui præ animi impotentia, in ea etiam quæ oderunt, peccata prolabuntur.
24 De mendacio & veritate.
25 De inutili atque otioſo ſermone, déque vtiliũ & ſtu-

& ſtudioſorum ſermonum vſu ac tractatione.
26 Quòd ad ea confirmanda, quæ à nobis vel fiunt, vel dicuntur, primum peritis de ſanctis literis teſtimoniis vtendum ſit, deinde iis etiam, quæ in communi vitæ conſuetudine nota ſunt.
27 Quòd pro viribus enitendum nobis eſt, vt quàm ſimillimi deo, & ſanctis eius ſimus.
28 Quòd perſpicaces eſſe debemus & diſcreti in habendo bonorum & malorum delectu.
A 29 Qua ratione efficere poſſimus, vt profeſſioni noſtræ autoritatem comparemus.
30 De honore habendo rebus conſecratis deo.
31 De vſu rerum quæ ſanctis ſunt attributæ.
32 De debitis & perſolutionibus.
33 De iis qui alios ſcandalizant, vel aliunde ipſi ſcandalizantur.
34 Quòd debeat vnuſquiſque pro modulo virium ſuarum exemplar ſe ad res honeſtas cæteris præbere.
35 De iis qui res honeſtas ac bonas vituperant.
36 De honore & animi propenſione erga ſanctos.
37 De iis qui in rebus minutis ſtudium ſuum adhibent pro facultate ſua.
38 Quomodo accipiendi, tractandique ſint hoſpites.
39 De firmitate & conſtantia animi in ſcandalis retinenda.
40 De iis qui aliter docent.
41 Quòd excidi debent, qui autores ſcãdalorum ſunt, & quòd cum infirmioribus temperate &
B indulgenter eſt agendum.
42 De eo quòd dominus venerit ad implendam legem.
43 De differentia inter mandata legis, & mandata Euangelij.
44 Quòd onus domini leue ſit, & quòd peccatum graue.
45 De æqualitate in honoribus ſeruanda, & de ſũmiſſione animi ſiue humilitate.
46 De ſtudio recte factorum maiorum & minorum.
47 De diuitiis & paupertate, & de iis, quæ his eſſe ſolent adiuncta & conſequuntur.
48 De beneficentia in fratres, & quod propterea opus faciendum ſit.
49 De iis, qui in iudicio experiuntur, ac litigant & ſeipſos defendunt, vel etiam alios.
50 De pace & pacificatione.
51 Cuiuſmodi eſſe debeat is, qui proximum nitatur corrigere.
52 De mœrore ſuſcipiendo eorum cauſa, qui peccant, quomodóve cum illis congrediendum: quando defugiendi, quandóque item in con-
C ſortium cum cæteris recipiendi.
53 Quod ſit eorum iudicium, qui iniuriarum memoriam retinent, quæ ſibi fuiſſe videntur illatæ.
54 De iudicio, & iudicij ſuſpenſione vel diſcretione.
55 De affectione animi erga deum, quomodóque eius beneficia prædicare debemus, & pro iis gratias agere.
56 De oratione, & quando, & quid, & quomodo, & pro quibus orandum ſit.
57 De elatione animi, quæ ex rectè factis naſcitur.
58 De acquiſitione donorum dei, & de eorum in alios communicatione.
59 De honore & gloria humanis.
60 De differentia donorum diuinorum, déque eorum inter ſe concordia, qui in his præcellũt, vel etiam inferiores ſunt.
61 De abiecta conditione (ſi vt homines reſpicias) eorum qui ſuſcipiunt gratiam dei. D
62 De tentationibus, & quando iis concedere oporteat, & quando item reſiſtere, quomodóve aduerſariis occurrere.
63 De timore vel animi præſentia in periculis.
64 De lætitia, quam habere debemus in iis, quæ Chriſti cauſa incommoda ſuſtinemus.
65 Quomodo in ipſo etiam extremo vitæ exitu orare nos conueniat.
66 De iis qui eos deſerunt, qui pro defendẽda pietate certamina ſuſcipiũt, itémque de iis, qui eos adiuuant.
67 De iis, qui morientium cauſa, miſerè mœrore ſe affligunt.
68 De differentia, quæ eſt inter vitam hanc & futuram.
69 De iis, quæ ſimul & coniunctim à ſanctis literis vel vetantur, vel etiam iubentur.
70 De iis, quibus Euangelij prædicatio committitur: & quando, & quos, & quid docere, & quomodo antè corrigere ſeipſos debeant, qui tales ſunt: & quomodo in prædicatione liberè & fortiter agere, quomodóve eorum qui ſibi crediti ſint, commodis & ſaluti prouidere, & cuiuſmodi animi affectione, & in cuiuſmodi ſtudiis verſari: & quomodo caſtos ſe ab iis vitiis conſer- E
uare, quę vt plurimum eiuſmodi hominum generi ſolent eſſe adiuncta: & quos docendos ſuſceperint, ad cuiuſmodi menſuram eos perducere, quomodóve reluctãtes inducere: & quomodo iis auſcultare, qui propter metum aliquẽ eorum prædicationem recuſant, quomodóque item ab iis recedere qui ipſam ex improbitate nolunt admittere, & quomodo aliquos deſignare, vel deſignatos iam improbare: oportetéque vnumquenque qui cæteris præſit, obnoxium ſe eſſe exiſtimare ad reddẽdam iis qui eius curæ crediti ſint, rationem de omnibus quæ faciant, & dicant.
71 De iis quæ coniunctim præcepta ſunt iis, qui aliis præſunt.
72 Qua ratione debeãt ij, qui docentur, ſpirituales magiſtros diſcernere ab iis qui tales non ſunt, quomodóve erga ipſos eſſe animati, vel quomodo quæ ab ipſis dicantur, ſuſcipere.
73 De iis, qui matrimonio coniuncti ſunt.
74 De viduis.
75 De ſeruis & dominis.
76 De filiis & parentibus, F
77 De virginibus.
78 De iis, qui militiæ operam dant.
79 De principibus & ſubiectis.
80 Cuiuſmodi in vniuerſum ratio, eſſe Chriſtianos, poſtulet, & cuiuſmodi eos, qui aliis præſũt.

BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CÆSAREENSIS Ethica, hoc eſt, Moralia.

REGVLA PRIMA MORALIVM SENTENTIARVM.

Quòd credentes domino, oportet pœnitentiam agere primum ex prædicatione Ioannis, & ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti quando grauius, quàm qui ante Euangelium fuerunt, ij mul A tantur nunc, qui pœnitentiam non agunt.

CAPVT I.

Mat. 4.e Mat. 11.c EXINDE cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cœlorum. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerant plurimę virtutes eius, quòd non egiſſent pœnitentiā. Væ tibi Chorazim. Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidône factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim vtique in ſacco & cinere ſedentes pœnitentiam egiſſent. Veruntamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis, &c.

Quòd tempus vitæ huius, pœnitētiæ tempus eſt, & remiſſionis peccatorum, & quòd in futuro iuſtum erit iudicium retributionis. CAP. II.

Mat. 9.b B VT autem ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait, Amē dico vobis. Quæcunque ligaueritis ſuper terram, Matt. 18.c erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Et item, Amen dico vobis, quòd ſi duo de vobis cōſenſerint ſuper terram, de omni re, quancunque petierint, Ioan. 5.e fiet illis à patre meo, qui eſt in cœlis. Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij dei, & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala, in re- Rom. 2.a ſurrectionem iudicij. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitēs cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis & iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecundum Act. 17.g opera ſua. Et tempora quidem huius ignorantiæ cum diſſimularet deus, nunc annunciat omnibus hominibus, vt omnes pœnitentiam agāt, eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem.

Quòd pœnitentiam agentes oportet amarè flere, & reliqua quæ ſunt pœnitentiæ ſigna, edere ex corde. CAP. III.

Mat. 26.g 2. Cor. 7.b C ET recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat, Priuſquàm gallus cantet, ter me negabis: & egreſſus foras fleuit amarè. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos in aduentu Titi: non ſolùm autem in aduentu eius, ſed etiam in cōſolatione, qua conſolatus eſt in vobis, referēs nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationē pro me. Et paulò inferius, Ecce enim hoc ipſum quòd ſecundum deum contriſtati eſtis, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vndictam: in omnibus vos exhibuiſtis incontaminatos eſſe negocio. Multiq; credentium veniebant, confiten- D tes & annūciantes actus ſuos: multi autem ex eis, Act. 19.d qui erant curioſa ſectati, contulerunt libros, & cō buſſerunt eos coram omnibus.

Quòd pœnitentibus illud ſatis non ſit ad ſalutē, ſi tantummodo receſſerint à peccatis, ſed opus eſſe ipſis, vt fructus pœnitentiæ dignos ferant.

CAPVT IIII.

Mat. 3.a VIdens autem multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quòd potēs eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: Iam enim & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.

Quòd confeſtim, vbi de hac vita migrauerimus, omnis nobis benefaciendi facultas præciſa eſt: quódque hoc ipſum, quod hic viuimus, tē potis, nobis pro bonitate ſua deus ad ea faciē da præfiniuerit, per quæ eius gratiā ineamus. E

CAPVT V.

Mat. 25.a TVnc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, nō ſumpſerunt oleū ſecum. Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cū lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerūt, Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudētes, dicentes, Ne forte non ſufficiat nobis & vobis ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autē irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime autem, veniunt & reliquę virgines dicentes, Domine domine aperi nobis: At ille reſpō dens ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Contēdite Luc. 13.f intrare per anguſtam portam, quia multi (dico vobis) quærēt intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium, & in- F cipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Domine domine aperi nobis, & reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis. Ecce nunc tempus ac- 2. Cor. 6.a ceptabile, ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes vl lam offenſionem, ne vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibentes noſmetipſos ſi cut dei miniſtros. Ergo dum tempus habemus, o- Gal. 6.d peremur bonum erga omnes.

REGVLA SECVNDA.

Quòd nequaquã is deo poteſt ſeruire, qui etiam ſe alienis à pietate negocijs immiſceat. CAP. I.

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet: Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ: *Mat.6.c* Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? *2.Cor.6.c* Quæ autem conuentio Chriſto ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem conſenſus templo dei cum idolis?

A Quòd is qui euãgelicam doctrinam ſuſcepit, debet primum purgatus eſſe ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, vt hoc modo ex iis, quæ rectè ac ſanctè faciat, dei gratiam promereatur. CAP. II.

VÆ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immundicia. *Mat.23.c* Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id, quod deforis eſt, mundum. Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore dei. *2.Cor.7.a*

Quòd neutiquam is domini fieri diſcipulus poteſt, qui de re aliqua vitæ huius nimio plus affectus ſit, vel ab aliqua earum rerum detineatur, quæ vel leuiter retrahere illum poſſit à mandato dei. CAP. III.

QVi amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam pluſquam me, non eſt me dignus. *Mat.10.* B Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. *Math.16* Qui enim vult animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.

REGVLA TERTIA.

Quòd primum & magnum mandatum in lege domini teſtimonio confirmatum eſt eſſe deum vt diligamus ex toto corde, Secundum item, proximum vt diligas, ſicut teipſum.

CAPVT I.

AIT illi Ieſus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua. *Mat.22.d* Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum ſicut teipſum.

C Quòd certiſſimum ſit argumẽtum, quòd aliquis deum non diligat, neque Chriſtum eius, qui eius præceptis non pareat: quódque euidens contrà, erga eũdem charitatis iudicium ſit, ſi Chriſti præceptis obtẽperet, in patientia paſſionum illius vſque ad mortem. CAP. II.

QVi habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. *Ioan.14.c & 15.b* Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptũ eſt, Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis: ſed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos.

REGVLA QVARTA.

Quòd is honore & gloria afficit deum, qui voluntati obtemperat illius: & contra contumelia, qui legem illius violat. CAP. I.

EGo te glorificaui ſuper terram, opus cõſummaui quod dediſti mihi, vt faciam. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, *Matt.5.b* vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructibus iuſtitiæ, qui ſunt per Ieſum Chriſtum in gloriam & laudem dei. *Philip.1.b* Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras.

REGVLA V.

Quòd Chriſtiani officium eſt, liberum puruſque eſſe omnis odij erga cæteros, contráque, omnes etiam inimicos diligere, & pro amicis vitam deponere, quandocunque id ita fieri cõuenire vtilitatis illius ratio ſuadeat: quódque eiuſcemodi charitas erga proximum haberi debet, qualem habuit erga nos Deus, & Chriſtus eius. D CAP. I.

AVdiſtis quòd dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ. *Mat.5.g* Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, Et paulo inferius, Eſtote ergo vos perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, *Ioan.3.b* Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. *Ioan.15.b* Maiorem hac charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. *Luc.6.e* Eſtote ergo miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt. *Rom.5.b* E Cõmendat autem charitatem ſuam deus in nobis, quòd cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Ephe.5.a* Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſſimi & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſũ pro nobis oblationem, & hoſtiam deo.

Quòd certiſſimum illud argumẽtum ſit, aliquos eſſe Chriſti diſcipulos, ſi inter ſe mutuò ſe diligant. CAPVT II.

IN hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Quòd euidens argumentum ſit aliquem charitatẽ Chriſti aduerſum proximum nõ habere, ſi fecerit aliquid, quod eius vel rem, vel animũ offendat, & ſidem impediat, licet genere ipſo, quod fiat, cõceſſum ſit à ſcriptura. C. III.

SI autem propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. F Noli cibo tuo illum perdere, propter quem Chriſtus mortuus eſt. *Rom.14.e*

Quòd Chriſtiani officiũ eſt, quandocunque quis ipſi factus offenſior eſt, eum ſtudere ſibi inſtigate, & quantum in ipſo ſit, illius ſibi gratiã reconciliare. CAP. IIII.

SI ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare: & vadens prius, reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum. *Matt.5.e* Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. *1.Cor.4.c*

Quòd qui veram, quæ eſt ſecundum Chriſtum, chari-

charitatem habet, is eſt, cum aliquando eius quem diligit animum offendere nõ dubitat, quandocunque id in rem illius eſſe animaduerterit.

CAPVT V.

Ioan 16.a ET nunc vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis? ſed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum, Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Ita vt magis gauderem: quoniã etſi contriſtaui vos in epiſtola, nõ me pœnitet, etſi me pœnituiſſet. Video enim quòd epiſtola illa (etſi ad horam) vos contriſtauit. Nunc gaudeo, non A quòd contriſtati eſtis, ſed quòd cõtriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundũ deũ, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

REGVLA VI.

Quòd intrepidè ac ſine vlla verecundia liberè agere oporteat in confeſſione domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ eius. CAP. I.

QVod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt cor- *Matt. 10. d* pus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam. Omnis ergo qui confitebi- *2 Tim. c* tur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui eſt in cœlis. Nam qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris, & angelorum ſanctorum. Noli itaque erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neque me vinctũ eiꝰ: ſed collabora Euangelio, vt bonus miles Chriſti.

REGVLA VII.

Quòd licet quis videatur dominum confiteri, & B eius ſermones auſcultet: is tamen ſi eius mandatis non pareat, cõdemnatus eſt, licet ex aliquo conſilio dei occulto permiſſum ſit, vt aliquo ornatus ſit dono ſpirituali. CAP. I.

NOn omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit vo- *Mat. vii. e* luntatem patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Nũquam noui vos diſcedite à me, qui operamini iniquitatem, & cætera. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quę dico? *Luc 6 g* Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant, *Tit. 1. d* cum ſint abominabiles, & ad omne opus bonum reprobi.

REGVLA VIII.

Quòd ab iis, quæ dicuntur à domino, dubitatio omnis, omniſq; hæſitatio repelli debet: quòdque quicquid à domino dictum ſit, id & veriſſimum tenere oportet, eiuſmodique, quod fieri poſſit, licet natura ipſa videatur repugnare, quãdo in hoc fidei conatus declaratur.

CAPVT I.

C QVarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare: & videntes eum diſcipuli *Mat. 14. e* ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes, Phantaſma eſt: & præ timore clamauerũt. Statímque Ieſus locutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam. Ego ſum, nolite timere. Reſpondens autem Petrus, dixit, Domine ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas. Et ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de naui, ambulabat ſuper aquas, vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Domine ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitaſti? Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicẽtes, Quomodo hic poteſt dare nobis carnem ſuam ad *Ioan. 6. a* manducandum? Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ne timeas Zacharia, quia exaudita eſt deprecatio tua. Et Helizabet vxor tua pariet ti- *Luc. 1. a* bi filium. Et paulò poſt. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex: & D vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens angelus dixit ei, Ego ſum Gabriel, qui adſto ante deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euãgelizare: Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant, pro eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore *Rom. 4. a* ſuo. Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Sarræ. In promiſſione verò dei non hæſitauit diffidentia, ſed cõfortatus eſt fide, dans gloriã deo, pleniſſime ſciẽs quòd quæcunque promiſit deus, potens eſt & facere: ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Quòd qui in rebus leuioribus domino fidem nõ habet, hic eam multò minus in iis habere conuincitur, quæ ſunt grauioris momenti. CAP. II.

SI terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? Qui fidelis in *Ioan. 3. b* minimo eſt, & in maiori fidelis eſt: Et qui in mo- *Luc. 16. a* dico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.

Quòd nullo modo ratione proprij conſilij niti E debemus, vt iis fidem derogemus, quæ à domino dicuntur: contráque quòd ſcire conuenit maiorem deberi autoritatem verbis domini, quàm vlli quantumuis animi noſtri certiſſimæ expletioni. CAP. III.

TVnc dicit illis Ieſus, Omnes vos ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte. Reſpondens au- *Mat. 26. d* tem Petrus, ait illi, Et ſi omnes ſcãdalizati fuerint in te, ego nunquam ſcãdalizabor. Ait illi Ieſus, Amẽ dico tibi, quod in hac nocte antè, quàm gallus cantet, ter me negabis. Veſpere autem facto, diſ- *Mat. 26. b* cumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis: & edentibus illis, dixit, Amen dico vobis, quòd vnus veſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum domine? Et *Act. 10. b* facta eſt vox ad eum, Surge Petre, occide, & manduca, ait autem Petrus, Abſit domine, quia nũquã manducaui quicquam commune, & immundum. *2. Cor. 10. b* Et vox iterum ſecundũ ad eum, Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Conſilia deſtruẽtes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus F ſcientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnẽ intellectum in obſequium Chriſti.

REGVLA IX.

Quòd nullo modo negligentes nos eſſe conueniat in iis cognoſcẽdis, quæ officij noſtri ſint quódque contrà adhibita ſumma animi attẽtione verba domini & auſcultare debemus, & intelligere, & voluntatem eius facere.

CAPVT I.

Reſpon-

Matt. 15. b REſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis quòd omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, *Matt. 13. c* de corde exeunt, & ea coinquinant hominem? Cùm quis audit verbum dei, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod ſeminatū eſt in corde eius. Hic eſt, qui ſecus viam ſeminatus eſt. Paulò poſt, Qui autem in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui A audit, & intelligit, & fructum affert, aliud centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum. Et aduocās iterum totam turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. Videte itaque quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipiē- *Mar. 7. c* *Ephe. 5. c* tes, ſed vt ſapientes, redimētes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudētes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas domini.

Quòd in rebus minime ad nos pertinentibus inueſtigandis, nullo modo debemus eſſe curioſi. CAP. II.

ET poſt buccellam introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Ieſus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid *Ioan. 13. c* dixit ei. Igitur qui conuenerant, interrogabant eū dicentes, Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël? Dixit autem eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua *Act. 1. a* ipſius poteſtate.

Quòd eorum proprium eſt, qui de ineunda dei gratia ſoliciti ſunt, de rebus ad officium ipſorum pertinentibus percontari. CAP. III.

B ET acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes, *Matt. 11. a & 13. b* Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Et ecce vnus accedens, ait illi, Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternā? Dicebat igitur venientibus ad ſe turbis, vt baptizarētur *Luc. 3. b* ab ipſo: Genimina viperarum quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Et paulò poſt, Et interrogabant eum turbæ dicentes, Quid faciemus? ſimiliter & publicani, & milites. His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerūt ad Petrum, Quid fa- *Act. 2. e* ciemus viri fratres?

Curandum ei qui interrogatur, digna fide vt reſpondeat. CAP. IIII.

Luc. 10. e ET ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans eum, & dicens, Magiſter bone, quid faciēdo, vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eū, In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex *Colo. 4. a* toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mēte tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi, Rectè reſpondiſti. Fac hoc, & viues. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo vos oporteat vnicuique reſpondere. Ille autem ſeruus, qui cogno- C *Luc. 12. f* uit voluntatem domini ſui & nō ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. REGVLA X.

Quòd finis peccati, Mors. CAP. I.

QVi incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Cùm enim ſerui eſ- *Ioan. 3. d* *Rom. 6. d* ſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorū mors. Et paulò poſt, Stipendia peccati mors: ſtimulus autem mortis, peccatum.

Quòd finis mandati dei, eſt vita æterna. CAP. II.

AMen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meū ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. *Ioan. 8. g & 12. g* *Rom. 6. d* Sed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatū dedit quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quòd mandatum eius vita æterna eſt. Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò, vitam æter- D nam. REGVLA XI.

Quòd nequaquam contemnere oporteat iudicia dei, potiúſque maiorem in modum metuere, licet ea confeſtim debita pœna nō ſubſequatur. CAP. I.

SEd potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Quòd ſi dixerit *Mat. 10. d* *Luc. 12. f* ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere ſeruos, & ancil- *Ioan. 5. a* las, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus ſerui illius in die, in qua nō ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partémque eius cum infide- *Ephe. 5. b* libus ponet. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ, ſiue inobedientiæ.

Quòd qui ſemel ob commiſſa aliqua peccata caſtigatus à deo eſt, & tamen veniā deinde cōſecutus, is ſi denuo poſt illud tempus peccat ſeuerius in ſe animaduertēdi poſtea deo cauſam dat. CAP. II.

ECce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Ioan. 5. a*

Quòd quandocunque aliquos in dei offenſionem viderimus incidiſſe, dare nos ſtudioſè E operam debemus, vt illorum exemplo cautiores ſimus, ac vitam noſtram in melius cō mutemus. CAP. III.

ADerant autem quidam ipſo in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinē Pi- *Luc. 13. a* latus miſcuerat cum ſacrificiis eorum. Et reſpondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerīt, quia talia paſſi ſunt? Non, dico vobis. Sed niſi pœnitētiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo, ſuper quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Putatis quod & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hieruſalem? Non, dico vobis, Sed ſi pœnitentiam non egeritis, om- *Act. 5. a* nes ſimiliter peribitis. Audiēs autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit, & factus eſt timor magnus ſuper omnes, qui audierunt. Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contin- *1. Cor. 10. c* gebant illis. Scripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Quod ſæpenumero propter præcedentē in alicuius animo impietatem, cum deus loco ſupplicij F ea facere permittit quæ flagitioſiſſima ſunt. c. 4.

ET ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſenſum, *Rom. 1. d* vt faciant ea quæ non cōueniūt. Pro eo quod *2. Theſ. 2. c* charitatē veritatis non receperunt, vt ſalui fierent ideo mittit illis operationem erroris, vt credant mendacio.

Quod non eſt multitudo peccatorum illa, quæ

exoret deũ, ſed is, qui eſt apud illũ in gratia, licet vnus modo, vel vna etiam muliercula ſit. CAP. V.

Luc. 4. d. IN veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſraël, quádo clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniorum ad mulierẽ viduam. 1. Cor. 10. a. Nolo enim vos ignorare fratres quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierũt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt. Bibebant enim de ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. A Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt deo. Nã proſtrati ſunt in deſerto.

REGVLA XII.

Quòd omnis, qui iuſſis domini aduerſatur, licet id amico & pio animo faciat, is tamen ob eam cauſam abalienatur à domino: quódque quicquid à domino dicatur, id ſumma cum animi expletione debemus ſuſcipere. CAP. I.

Ioan. 13. a. ET cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus, venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus, Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quòd nullo modo humanas traditiones ſequi debemus, ita vt pro illis defendendis, præcepta diuina violemus. CAP. II.

B Marc. vii. a. ET interrogant eum phariſæi & ſcribæ, Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum? Sed communibus manibus manducant panem? At ille reſpõdens dixit eis, Bene prophetauit de vobis Elaias hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum, &c.

Quòd ad vnum omnia ſeruanda ſunt, quæ à domino per euãgelium & Apoſtolos tradita ſunt, neque eorum omnino quicquam prætermitti debet. CAP. III.

Mat. 28. d. Luc. 1. a. Idem. 10. c. 2. The. 2. d. EVntes ergo docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Erant autem iuſti ambo ante deum, incedentes in omnibus mãdatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit. Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam tanquam per nos.

Quòd non debet Chriſtianus dominicæ volũtati ſuam præponere, veluti meliorem: ſed contrà C omni in re quærere, & facere ea, quæ deũ velle intelligat. CAP. IIII.

Ioan. 5. e. Luc. 22. e. Ephe. 2. a. QVia non quæro voluntatem meam, ſed volũtatem eius, qui miſit me patris. Et poſitis genibus, orabat eum dicens. Pater, ſi vis, trãsfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. In quibus & nos aliquando conuerſati ſumus, in deſideriis carnis noſtræ, faciẽtes voluntatem carnis, & cogitationum. Et eramus natura filij iræ ſicut & cæteri.

REGVLA XIII.

Quòd oporteat Chriſtianum hominem perpetuo ſobrium eſſe: & ad ea ſtudia, per quæ dei gratiã poſſit promereri, ſemper paratum, agnoſcẽtem quantum periculũ ſit in mora. CAP. I.

Luc. 12. e. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant illi. Beati ſerui illi quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes, & reliqua. Hoc autem ſcitote, quòd ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domũ ſuam. Et vos ergo eſtote parati, quia qua D hora non putatis, filius hominis veniet. 1. The. 5. a. De temporibus autem & momentis, fratres non indigetis vt ſcribamus vobis, ipſi diligẽter ſcitis, quòd dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Et paolo inferius, Ibidem. b. Igitur non dormiamus ſicut cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus.

Quòd nullum non tempus debemus aptum exiſtimare ad ſtudiũ earum rerum, quas Deo gratas eſſe intelligamus. CAP. II.

Ioan. 9. a. Philip. 2. b. ME oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Itaque chariſſimi mei, ſicut ſemper obediſtis non in præſentia mea tantũ, ſed multo magis nũc in abſentia, cum metu & tremore veſtram ſalutem operemini.

REGVLA XIIII.

Quod in omni re, quam vel facimus, vel dicimus, habere rationem conuenit idoneæ opportunitatis temporis, & quod iis alieni nihil admiſceri debeat. CAP. I.

Matt. 9. b. TVnc accedunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicẽtes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequẽter, E diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſint filij ſponſi lugẽre quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus, &c. Gal. 4. d. 5. a. Itaque fratres non ſumus filij ancillæ, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.

REGVLA XV.

Quòd neutiquam rectè facit, qui in aliorum rectè factis ſpem ponens, ipſe ob eam cauſam negligit officium ſuum. CAP. I.

Matt. 3. b. FAcite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & non velitis dicere intra voſipſos. Patrem habemus Abraham.

REGVLA XVI.

De iis, qui prodeſſe ſibi aliquid arbitrabãtur, ſi cũ bonis & Deo charis hominibus viuant, ipſi autem boni nihil faciant: tametſi in ſpeciẽ videantur nihilo cæteris diſſimiles. CAP. I.

Matt. 25. a. TVnc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lãpadibus, non ſumpſerũt oleũ ſecũ. Prudentes vero acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadi- F bus. Et paulo poſt ſubiũgit de fatuis: Domine domine aperi nobis. At ille reſpondens ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Dico vobis in illa nocte, erũt duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Erunt duæ molentes in vnum, vna aſſumetur, & altera relinquetur. Luc. 17. d. Et reſpõdẽtes dicũt illi, Vbi domine? Qui dixit, Vbicũque fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ.

REGVLA XVII.

Quòd

Quòd oporteat Chriſtianum, cum ex declaratis ipſi à ſanctis literis proprietatibus, quale ſit inſtans tempus cognouerit, pro capta de eo coniectura, res ſuas ad illud accommodare. CAP. I.

Mar.14.c AB arbore autem fici diſcite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quòd propè eſt æſtas. Ita & vos cum videritis hęc omnia, ſcitote quòd propè eſt in ianuis. Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim Luc.14.g dicitis, Nimbus venit: & ita fit. Et cum Auſtrum flantem, dicitis, quòd æſtus erit: & fit. Hypocritæ, A faciem cœli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui ha- 1.Cor.7.d bent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: qui gaudēt, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mūdo tanquam non abutentes. Præterit enim figura huius mundi.

REGVLA XVIII.

Quòd mandata dei eo modo fieri debent, quomodo ea vt fierent, dominus præcepit: quando qui in iis faciēdis offendit in modo, licet mandatum videatur facere, is tamen neutiquam probatus eſt apud deum.

CAP. I.

DIcebat autem & ei, qui ſe inuitauerat: Cum Luc.14.c facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus B eris, quia non poſſunt retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

Quòd mandatū domini, neq; colligendæ cauſa gratiæ humanæ fieri debet, neq; omnino cū praua vlla animi affectione: & quod in omni re illud cōſtantiſſime vſq; tenere propoſitū debemus, vt rem deo gratā faciamus, & eū, quantum facere poſſimus, glorificemus.

CAP. II.

Matt.6.a ATtendite, ne eleemoſynam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: Alioqui mercedem non habebitis apud patrē veſtrum, qui in cœlis eſt. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperūt mercedem ſuam, & cætera. Siue enim manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in laudē dei facite. Sed ſicut probati ſumus à deo, vt credē- 1.Cor.10.g 1.Theſ.2.a retur nobis euangelium, ita loquimur, non quaſi C hominibus placentes, ſed deo, qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ (deus teſtis eſt) nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.

Quod mādata domini adhibito mentis cādore, cū apud deū, tum apud homines fieri debēt & quòd qui hoc modo non facit, actum eſt de eius ſalute. CAP. III.

Matt.23.c VAe vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem eſtis pleni rapina & iniquitate. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & quod de foris eſt mundū. Qui tribuit, in ſimplicitate. Omnia autem facite ſine murmurationibus & diſceptationibus. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & cō- Rom.12.b Philip.2.b 1.Ti.1.a.d ſcientia bona, & fide non ficta. Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, naufragium fecerunt circa fidem.

Quòd qui in rebus minoribus rectè ſe geſſerit, is ex iuſto iudicio, maioribus mercedis loco, præficitur. CAP. IIII.

EVge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra Matt.25.b.c in gaudium domini tui. Et paucis pòſt interiectis: D Omni enim habēti dabitur, & abundabit. ei autē, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Si Luc.16.c ergo in iniquo mámona fideles non fuiſtis, quòd verum eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?

Quòd mandata domini inexplebili cum deſiderio fieri debent, & quòd vlterius ſemper eſt feſtinandum. CAP. V.

BEati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Fratres ego me nōdum arbitror cōprehendiſſe. Vnū Matt.5.a Philip.3.c autē. Quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea vero, quæ priora ſunt, extendens meipſum, iuxta deſtinatum perſequor ad brabium ſupernæ vocationis dei, in Chriſto Ieſu.

Quòd mandata dei ita fieri debent, vt quātum in faciente ſit omnes illuminentur, & gloria afficiatur deus. CAP. VI.

VOs eſtis lux mūdi. Non poteſt ciuitas abſcōdi, ſupra montē poſita, neq; accendunt lucer- Matt.5.b nam, & ponunt eā ſub modio, ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus qui in domo ſunt. Sic lu- E ceat lux veſtra corā hominibus, vt videant opera Luc.8.c Philip.1.b veſtra bona, & glorificent patrē veſtrū, qui in cœlis eſt. Nemo autem accendens lucernam, operit eam vaſe, aut ſubter lectum ponit, ſed ſuper candelabrum, vt intrantes videant lumen. Vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ, qui eſt per Ieſum Chriſtum, in laudē gloriam dei.

REGVLA XIX.

Quòd nullo modo impediri debet, qui dei voluntatē facere velit, ſiue ea ſit ex mādato dei, ſiue ex ratione à mādato dei non aliena, neque faciens, impedire ſe volēti cuiquam auſcultare, licet ille arctiſſima ipſi neceſſitate coniunctus ſit, ſed in ſuſcepta deliberatione permanere. CAP. I.

TVnc venit Ieſus à Galilæa ad Iordanem ad Matt.3.d Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ie- F Mat.16.b ſus, dixit ei, Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, & cætera. Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quòd oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotū, & occidi, & tertia die reſurgere, & apprehēdens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te domine, nō Mar.10.b erit tibi hoc. Qui cōuerſus dixit Petro, Vade poſt me Sathana. Scandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed ea quæ hominum. Et offerebāt illi paruulos, vt tangeret illos, diſcipuli autē comminabantur offerentibus. Quos cum videret

Ieſus,indigne tulit,& ait illis, Sinite paruulos venire ad me,ne prohibueritis eos, talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum moraremur dies aliquot, ſuperuenit quidã vir à Iudæa nomine Aga-
Act. 21.d bus.Is cum veniſſet ad nos,tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pedes & manus dixit: Hæc dicit ſpiritus ſanctus, Virum,cuius eſt zona hæc,ſic alligabunt in Hieruſalem,& tradẽt in manus gentium. quod cum audiſſemus,rogabamus nos,& qui loci illius erant,ne aſcenderet Hieroſolymam. Tũc reſpondit Paulus,& dixit,Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego autem non ſolùm alligari,ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu. Et cum ei perſuadere
1. Thes. 2.c A nonpoſſemus,quieuimus,dicentes, Domini voluntas fiat. Qui & dominum occiderunt Ieſum, & proprios prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit autem ira dei ſuper illos vſque in finem.

Quòd eum,qui animo non ſyncero dei mandatum facit, is ſi modò in iis, quæ extrinſecus apparent,exactam teneat diſciplinã doctrinæ dominicæ,prohibere non debemus:quũ quantum eſt in re ipſa, nemo læditur ab eo, potiùſque fit,cum aliquis aliquãdo etiam tuuetur:& quòd non prætermittendũ tamen, quin eum admoneamus ſaltem, vt ad recte facta,quæ apparent, animi quoque candorẽ velit adhibe. CAP. II.

Matt. 6.a CVm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te,ſicut hypocritæ faciunt in ſyna-
B gogis,& in vicis,vt honorificẽtur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondi-
Mar. 9.e to,reddet tibi in manifeſto. Et de oratione,ſimili modo. Magiſter vidimus quẽdam in nomine tuo eiicientem dæmonia,qui non ſequitur vos,& prohibuimus eum, quia non ſequitur nos. Ieſus autẽ ait,Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum nos,pro nobis eſt. Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prędicant,quidam ex
Philip.1.c charitate, ſcientes quod in defenſione Euangelij poſitus ſum. Quidam autẽ ex contentione Chriſtum annunciãt non ſincere, exiſtimantes ſe preſſuram ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? dum
C omni modo,ſiue per occaſionem,ſiue per veritatem Chriſtus annunciatur, in hoc gaudeo,ſed & gaudebo.

REGVLA XX.

Quòd domino credentes baptizari debent in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. CAP. I.

Mat.28.d *Ioan.3.a* EVntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen amen dico vobis, niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum dei.

Quòd ratio & virtus baptiſmi eſt, vt qui baptizantur,& animo,& verbis, & opere immutentur,& pro data ſibi virtute illud efficiantur, quod eſt illud, ex quo nati ſunt. CAP. II.

QVod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt. *Ibidem.* Non mireris quod dixi tibi, Oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat,& vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat,aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Ita & vos exiſtimate vos ipſos *Rom.6.b*
mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu. An ignoratis, quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius baptizati ſumus? *Ibidem.a* vt quo modo Chriſtus ſurrexit à mortuis in gloriam patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati D
facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes,quòd vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,vt deſtruatur corpus peccati,vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui *Col.2.b*
enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. In quo & circumciſi eſtis circumciſione non manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis,in circumciſione Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo, in quo & ſimul reſurrexiſtis per fidem operationis dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. Quicunque ergo in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis. *Gal.3.d* Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu, poſtquam exuiſtis veterem hominem cum actibus ſuis, & induiſtis nouum, qui renouatur in agnitione, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non eſt Gentilis & Iudæus, circunciſio & præputium, barbarus & Scy- E
tha, ſeruus & liber, ſed omnia in omnibus dominus Chriſtus.

REGVLA XXI.

Quòd neceſſaria etiam ad vitam æternam ſit communicatio corporis & ſanguinis Chriſti. CAP. I.

AMen amen dico vobis, niſi manducaueritis *Ioan.6.f*
carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam,& reliqua.

Quòd qui ad communicationem corporis & ſanguinis Chriſti accedit, neque rationem illam cõſiderat, cuius cauſa illa inſtituta eſt, vtilitatis ex ea fructum nullum reportat: & quòd qui indigne communicat, is damnatus eſt. CAP. II.

AMen amen dico vobis,niſi mãducaueritis car- *Ibidem.*
nem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, F *Ibidem.g*
non habebitis vitam in vobis. Et paulò inferius. Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum,quòd murmurarent de hoc diſcipuli eius,dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filiũ hominis aſcendentem vbi erat prius? Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Verba, quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Itaque quicũque *1.Cor.11.f*
manducauerit panem,& biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice illo bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Quòd

Quòd ratio, quamobrem corpus domini man
ducari, & ſanguis bibi debeat, commemora-
tio ſit obedientiæ domini vſque ad mortem,
vt qui viuunt, non iam ſibi viuant, ſed ei qui
cauſa noſtra ipſe mortuus ſit & reſurrexerit.

C A P. III.

Luc. 22.b ET accepto pane gratias egit, & fregit, & de-
dit eis, dicens, Hoc eſt corpus meum, quod
pro vobis datur: hoc facite in meam commemo-
rationem. Similiter & calicem poſtquam cœna-
uit dicens, Hic eſt calix nouum teſtamentum in
1. Cor. 11.e ſanguine meo, qui pro vobis funditur. Quoniam
A dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit
panẽ, & gratias agens, fregit, & dixit, Accipite &
manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vo-
bis frangitur: hoc facite in meam commemora-
tionem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit,
dicens, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo
ſanguine. Hoc facite, quotieſcunque biberis, in
meam commemorationem. Quotieſcunque e-
nim manducabitis panem hunc & calicem bi-
betis, mortem domini annunciabitis, donec ve-
2. Cor. 5.c niat. Charitas enim Chriſti vrget nos, æſtiman-
tes hoc, quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt,
ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mor-
tuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, iam non ſibi vi-
uant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſur-
1. Cor. 10. rexit, & ſint multi vnum corpus in Chriſto. Pa-
d nis quem frangimus nónne communicatio cor-
poris Chriſti eſt? quoniam vnus panis vnum cor-
pus multi ſumus. Omnes enim de vno pane par-
ticipamus.

B Quòd qui ſancta communicat, is canere deo
laudes debet. C A P. IIII.

In ijsdem locis. COenantibus autem illis, accepit Ieſus panẽ,
& benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis
ſuis, & quæ ſequuntur. Quibus adiungit: Et hym-
no dicto exierunt in montem oliuarum.

R E G V L A XXII.

Quòd peccati commiſsio ea eſt, quæ homi-
nes ab alienat à deo, & conciliat diabolo.

C A P. I.

Ioan. 8.d AMen amen dico vobis, quòd omnis, qui fa-
cit peccatum, ſeruus eſt peccati, vos ex pa-
tre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis
Rom. 6.d facere. Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fui-
ſtis iuſtitiæ.

Quòd propinquitas, quæ eſt cum domino, ea
non cernitur in naturali coniunctione ſan-
guinis, quodque eam quilibet aſſequi po-
Ioan. 8.e teſt, qui faciat voluntatem dei.

C A P. II.

Luc. 8.c QVi ex deo eſt, verba dei audit. Et nunciatum
Ioan. 15.d eſt illi à dicentibus, Mater tua & fratres tui
Rom. 8.c ſtant foris, volentes te videre. Qui reſpondens
dixit ad eos, Mater mea, & fratres mei ſunt, qui
verbum dei audiunt, & faciunt. Vos amici mei
C eſtis, ſi feceritis ea quæ ego præcipio vobis.
Quicunque enim ſpiritu dei aguntur, ij ſunt fi-
lij dei.

R E G V L A XXIII.

Quòd qui præter animi ſui voluntatem trahi-
tur ad peccatum, is intelligere debet, ſe ab
alio prius à ſe commiſſo peccato conſtri-
ctum teneri: cui inuitus cum ſeruiat, ab eo
ad ea etiã pertrahitur, ad quæ minime vult.

C A P. I.

SCimus enim quòd lex ſpiritualis eſt, ego au- Rom. 7.c
tem carnalis ſum, venũdatus ſub peccato, quod
enim operor, non intelligo: non enim quod
volo, hoc ago, ſed quod odi, illud facio. Si autem
quod nolo illud facio, conſentio legi quòd bona
eſt. Nunc autem iam non ego operor illud, ſed
quod habitat in me peccatũ. Scio enim quòd non
habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum: nam
velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non
inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio:
ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod
nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed D
quod habitat in me peccatum.

R E G V L A XXIIII.

Quòd mendacia ſunt fugienda, & in vnaquaq;
re veritas dicenda. C A P. I.

SIt autem ſermo veſter, Eſt, eſt, Non, non. Matt. 5.f
Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Ephe. 4.f
Propter quod deponentes mendacium, lo- Col. 3.b
quimini veritatem, vnuſquiſque cũ proximo ſuo.
Nolite mentiri inuicem.

R E G V L A XXV.

Quod reiici debent quæſtiones eæ quæ inuti-
les ſunt & contentioſæ. C A P. I.

HAec commone, teſtificans coram domino. 2. Tim. 2.c
Noli contendere verbis ad nullam vtilitatẽ, Ibidem. d
ad ſubuerſionem audientium. Et paulo inferius:
Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deui-
ta, Sciens quod generant lites.

Quòd nullo modo ocioſa verba debent pro-
ferri, ex quibus nulla vtilitas naſcatur: cum E
id ipſum etiam, quodammodo ſuapte na-
tura conceſſum ſit: non ad ædificationem
fidei facere tamen, id ſit contriſtare ſpiri-
tum ſanctum. C A P. II.

DIco autem vobis, quod de omni verbo ocio- Mat. 12. c
ſo, quod locuti fuerint homines, reddent Ephe. 4.g
rationem in die iudicij. Omnis ſermo malus, ex
ore veſtro nõ procedat. Sed ſi quis bonus ad ædi-
ficationem fidei, vt det gratiã audientibus. Et no-
lite contriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo obſi-
gnati eſtis in diem redemptionis.

R E G V L A XXVI.

Quod quidquid vel dicimus, vel facimus, id
teſtimonio diuinarum literarum confir-
mari debet, ad confirmationem fidei bo-
norum & confuſionem malorum.

C A P. I.

ET accedens tentator dixit ei, Si filius dei es, Matt. 4.a
dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondẽs
dixit, Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit ho-
mo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore dei.
Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt
loqui aliis linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat
eloqui illis. Et paucis deinde interiectis verbis, F Act. 2.a
Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicẽ & b
dicentes, Quidnam vult hoc eſſe? Alij autem irri-
dentes dicebant, Muſto pleni ſunt iſti. Stans autẽ
Petrus cum vndecim, leuauit vocem ſuã, & locu-
tus eſt eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem
vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipi-
te verba mea. Non enim, ſicut vos putatis, hi ebrij
ſunt, cum ſit hora diei tertia. Sed hoc eſt, quod di-
ctum

ctum eſt pet prophetam Ioel, Et erit in oouiſsimis diebus, dicıı dominus, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt, & quæ ſequuntur.

Quòd ſimilibus etiam ex natura rerum & quotidiano vſu petitis vti poſſuimus ad ea comprobanda, quæ à nobis vel dicuntur, vel fiunt. Cap. II.

A ATTENDITE à falſis propheris, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, iotrinſecus autem ſuot lupi rapaces: à fructibus eorum cogno-
Matt. 7. c ſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas? aut de ttibulis ficus? Sic omuis aıbnt bona fructus bonos facit, mala autem athor, ſructus malos facit, & cætera. Et murmurabant Phariſæi & ſcri-
Luc. 5. f bæ eorum, diceotes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis &
2. Tim. 2. a bibitis? Et reſpoodens Ieſus dixit ad illos, Non egent qui ſani ſunt, medico, ſed qui male babent. Nemo militaos deo implicat ſe negociis ſecularibus, vt placeat ei, qui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitor, oiſi qui legitimè certauerit.

REGVLA XXVII.

Quòd nullo modo nos iis ſimiles efficere debemus, qui alieoi ſunt à dominica doctrina: contraque, quod deum & ſanctos eius pro data nnbis ab illo facultate nos cõuenit imitari. Cap. I.

Matt. 10. c SCITIS quod ii qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum poteſtatem habent in illos, non ſic autem erit in vo-
B bis: ſed quicunque voluerit maior fieri inter vos, erit veſter miniſter. Et quicunque vnluerit in vnbis primus eſſe, erit omnium ſeruus: ſicut & Filius hominis non venit vt miniſtaretur ſibi, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam in redem-
Rom. 12. a ptionem pro multis. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas dei bona beneplacens & perfecta. Imitatores mei eſtote, ſicut &
1. Cor. 11. a ego Chriſti.

REGVLA XXVIII.

Quod nequaquam temere, inconſiderantérve ſinere nos debemus in errorem auferri ab iis qui veritatem ſimulant: contraque quod ex datis nobis ab diuinis literis ſignis agnoſci debeat vnuſquiſque qualis ſit. Cap. I.

Matt. 7. g ATtendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis
Ioan. 13. d eos. In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem mutuam habueritis inter vos.
1. Cor. 12. a Ideo notũ vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſum.

REGVLA XXIX.

C Quòd debet vnuſquiſq; profeſsionem ſuam factis ipſi cooſentaneis comprobare.

Cap. I.

Ioan. 5. f IPſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, qund pater miſerit me. Si non
Ioan. 10. g facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis & credatis quod pater in
2. Cor. 6. a me eſt, & ego in patre. Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibentes voſmetipſos, ſicut dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, &c.

REGVLA XXX.

Quòd res ſacræ haberi in contumelia non debent, neque cum iis haberi promiſcuæ, quæ ſunt in communi ac prophano vſu protritæ.

Cap. I.

ET intrauit Ieſus in templum dei, & eiiciebat omnes emeotes & vendentes in templo, & D Mat. 21. b
menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum eſt, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut eccleſiam dei contemnitis? & confunditis eos, qui non habent? Siquis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. 1. Cor. 11. a

Quòd res deo dedicata tandiu in honore habenda ſit, quandiu in ea voluntas dei conſeruatur. Cap. II.

HIeruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Mat. 23. d

REGVLA XXXI.

Quòd res in vſum eorum attributæ, qui deo ſe dedicauerunt, nullo modo in alios inſumi debent, niſi ex eo forte, quod abundet.

Cap. I.

ERat enim mulier gentilis Syrophœniſſa genere, & rogabat eum, vt dæmonium eiiceret E de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius ſaturari filios. Non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Et illa reſpondit, & dicit illi, Vtique domine, nam & catelli comedunt ab menſa de micis puerorum. Et ait illi, Propter hũc ſermonem vade. exiit dæmonium de filia tua. Baſilii gentilis ſiue Græca Mat. 7. a

REGVLA XXXII.

Quod vnicuique reddi debent quæ ſua ſunt.

Cap. I.

ET interrogauerunt eum dicentes: Magiſter, ſcimus quia recte dicis, & doces, & non accipis perſonam, ſed viam dei in veritate doces: licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſiderás autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem, & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei, Cæſaris. Erait illis, Reddite ergo quę ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Luc. 20. d Rom. 13. c

REGVLA XXXIII.

Quòd neminem debemus ſcandalizare. F Mat. 18. a

Cap. I.

QVi autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credũt, expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et item: væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. Rom. 14. d

Quod id ſcandalum eſt, quicquid voluntati domini aduerſatur. Cap. II.

Exinde

Mat. 16.c EXINDE cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quod oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. Et apprehendens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Abſit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me Satana. Scandalũ mihi es, quia non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed quæ hominum.

Quod licet à ſcriptura vel res, vel verbum aliquod concedatur, ea tamen miſſa fieri debent, quandocunque ex ſimili re alij vel alacriores ad peccatum fiant, vel ad rectè facta A lentiores. CAP. III.

1.Cor.8.a DE eſu igitur eorum, quæ idolis immolantur, ſcimus quòd nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt deus alius niſi vnus. Nam etſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt multi dij, & domini multi) nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum, ſed non in omnibus eſt ſcientia. Quidam autem cum conſcientia illorum vſque nunc idolothytum manducant, & conſcientia illorum, cum ſint infirmi, polluitur. Eſca autem non nos commendat deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit te, qui habes ſcientiam in idolio recumbentem, nonne cõſcientia eius, qui infirmus eſt, ædificabitur ad manducandum idolothyta? & peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter B quem Chriſtus mortuus eſt? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Nunquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi, ſicut & cæteri apoſtoli & fratres domini, & Cephas? Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? & cætera.

1.Cor.9.a

Quod ne aliquem ſcandalizemus, ea etiam à nobis fieri debent, quæ minime alioqui neceſſaria ſunt. CAP. IIII.

Mat.17.d ET cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? C Ait, Etiam. Et cum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa vel cenſum? A filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij. Vt autem nõ ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

Quòd licet aliqui in voluntatibus dei ſcandalizentur, non tamen idcirco nos de ſolita libertate dicendi quicquam oportet remittere. CAP. V.

Mat.15.b NOn quod intrat per os, coinquinat animam, ſed quod exit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Tunc accedẽtes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis quòd Phariſæi audito verbo hoc, ſcãdalizati ſunt? At ille reſpõdens ait: Omnis plantatio, quam nõ plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorũ. Cæcus autẽ ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueã cadũt. Amen Ioan.6.f amen dico vobis: niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis, Et paulo poſt: Ex eo multi diſci Ibidem.g pulorum ſuorũ abierunt retro, & iam non cũ illo ambulabãt. Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Num- D quid & vos vultis abire? Quia Chriſti bonus odor 2.Cor.2.d ſumus deo in iis qui ſalui ſiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitã: & ad hæc quis idoneus?

REGVLA XXXIIII.

Quòd enim debet vnuſquiſque, quanrũ in ipſo eſt, vt talis ſit, vnde honeſtatum ac bonarum rerum cæteri exemplum ſumant. CAP. I.

Mat.11.d DIſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Scio enim promptum animum veſtrũ, pro 2.Cor.9.a quo de vobis glorior apud Macedones, quòd Achaia parata eſt ab anno præterito: & veſtra æmulatio prouocauit complures. Et vos imitatores 1.Theſ.1.a mei facti eſtis, & domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti, ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

REGVLA XXXV.

Quòd qui fructum ſpiritus ſancti in aliquo animaduertunt, qui eundẽ vbiq; tenorem pietatis retineat, & illũ non ſpiritui ſancto, ſed E aduerſario aſsignant, ij in ipſum ſpiritũ ſanctum blaſphemi ſunt. CAP. I.

Mat.12.b TVnc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eũ, ita vt loqueretur, & videret. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt Chriſtus filius Dauid? Phariſæi autẽ audientes dixerunt, Hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Ieſus autem ſciens cogitationes eorũ, dixit eis: Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas & domus diuiſa cõtra ſe, non ſtabit. Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnũ eius? Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Si autẽ ego in ſpiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnũ dei. Aut quomodo poteſt quiſpiã intrare in domũ fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet. Qui nõ eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat me- F cum, ſpargit. Ideo dico vobis, omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autẽ blaſphemiæ non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neque in futuro.

REGVLA XXXV.

Quòd ſeruantes formã doctrinæ domini, omni cum ſtudio atque honore excipi debent, idq; ad gloriã ipſius domini, quodq; qui eis non auſcultauerit, neque ſuſceperit, iis prorſus eſt deſperatæ ſalutis. CAP. I.

Qui reci-

Mat.10.d QVi recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Exeuntes de
Mat.10.b duuio, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi
Ioan.12.e ciuitati. Qui accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.
Philip.2.d Neceſſarium autē exiſtimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meū, veſtrum autem apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos. Et paulo inferius: Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cum gaudio habetote.

REGVLA XXXVII.

A Quod animi promptitudo pro viribus in rebus quantumuis minimis accepta eſt deo, etiam in mulierculis. CAP. I.

Mat.10.d ET quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum, in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedē
Luc.21.a ſuam. Reſpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentē ærea minuta duo, & dixit: Verè dico vobis, quòd hæc pauper plus quàm omnes miſit. Nam omnes hi ex abundanti ſibi, miſerunt in munera dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum, quem habuit, miſit. Cùm autem Ieſus eſſet in Be-
Mat.26.a thania in domo Simonis leproſi, acceſsit ad eum mulier, habens alabaſtrum vnguenti precioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim iſtud venundari multo,
B & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, ait: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonū operata eſt in me. De Lydia autem in Actis: Cum au-
Act.16.e tem baptizata eſſet & domus eius, deprecata eſt dicens: Si iudicaſtis me fidelem in domino eſſe, introite in domum meam, & manete: & coëgit nos.

REGVLA XXXVIII.

Quòd debeat Chriſtianus adhibitos à ſe ad menſam ſuam fratres, remoto tumultu, modeſte ac frugaliter tractare. CAP. I.

Ioan.6.a DIcit ei vnus de diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri, Eſt puer hic habēs quinque panes ordaceos, & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tam multos? Dixit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerūt ergo viri numero quaſi quinque milia. Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Similiter
Luc.10 g C & ex piſcibus quantum volebant. Et mulier quædam Martha nomine accepit eum in domum ſuā, & huic ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Ieſu, audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium: quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Reſpōdens dixit illi Ieſus, Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſariū. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

REGVLA XXXIX.

Quòd Chriſtianum oporteat eſſe non facile mutabilē, ſed ſtabilem in fide, & eiuſmodi, qui ab iis, quæ ſunt in domino bonis, nullo modo dimoueatur, CAP. I.

QVi autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic Mat 13.a eſt qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud: non autem habet in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuò ſcandalizatur. Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, 1.Cor.15 g immobiles, abundantes in opere domini, ſciētes quod labor veſter non eſt inanis in domino. Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui vocauit vos in gratiam, ad aliud Euangelium. Gal.1.b

REGVLA XL.

Quòd neutiquam ferri debent, qui aliter docent: licet ea re id facere ſe ſimulent, quo D eos, qui inſtabiles ſunt, vel decipiant, vel redarguant. CAP. I.

VIdete ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus, Mat.24.a & multos ſeducent. Attendite à ſcribis, qui volūt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, Luc.20 g & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis: qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Siquis vobis euangelizauerit præter id, quod nunc accepiſtis, anathema ſit. Gal.1.a

REGVLA XLI.

Quòd omne quidquid ſcandalizat, amputari debet, licet coniunctiſsimum quid, ac ſumme neceſſarium nobis videatur. E

CAP. I.

VAe homini illi, per quem ſcandalum venit. Mat.18.a Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi ad ciuitatem ingredi debilem vel claudum, potius quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te.

Quòd cum infirmioribus temperatè agendum eſt, & quòd diligenti cura adhiberi aij & erigi, & duci ad perfectionem debent: ita tamen tēperate, vt propterea dei mandatum non negligatur. CAP. II.

ARVNDINEM quaſſatam non confringet, Mat.12.b & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius gentes ſperabunt. Infirmum autem in fide aſſu- Rom.14.a mite. Et ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo Gal.6.a delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtaurate in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum, F ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

REGVLA XLII.

Quòd non eſt credendum idcirco dominum veniſſe, vt legem tolleret, & prophetas, ſed vt adimpleret, & quæ deerant, perfectiora adiiceret. CAP. I.

NOLITE putare quòd venerim ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere legē, Mat.5.b ſed adimplere. Legem ergo deſtruimus per fidē? Rom 3.d Abſit. Sed legem ſtatuimus.

REGVLA XLIII.

Quòd

Quòd ſicut lex actus prauos vetat, ita euangelium ipſa latentia animi vitia prohibet.

CAP. I.

Mat. 5.c Rom. 2.d AVdiſtis quod dictum eſt antiquis: Non occides, qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico, quod qui temere iraſcitur fratri, reus erit iudicio. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne, circunciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio A cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo.

Quòd ſicut Lex in ſingulis officiis ſatis habet, ſi quædam tantummodo fiant, ita euangelium nihil penitus vult deſiderari.

CAP. II.

Luc. 8.d Col. 2.b OMnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, & ſequere me. In quo & circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis, in circūciſione Chriſti.

Quòd nullo modo cœleſti regno digni eſſe poſſunt ij, qui euangelicæ iuſtitiæ documenta non dederint maiora, quàm ea ſint, quæ à lege tradita ſint. CAP. III.

Matth. 5.c Philip. 3.b NIſi veſtra iuſtitia abundauerit plus, quàm Scribarum & Phariſæorū, non intrabitis in regnū cœlorū. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circūciſus octauo die, ex genere Iſraël de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecūdū legē Phariſæus: ſecundū æmulationem, perſequens eccleſiam dei: ſecundū iuſtitiam, quæ in lege eſt, cōuerſatus ſine querela. Sed quæ mihi B fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſciētiam Ieſu Chriſti domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ſtercora eſſe, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illā, quæ per fidem eſt Chriſti, quæ ex deo eſt, iuſtitiam.

REGVLA XLIIII.

Quod iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus eius leue, & eiuſmodi, quod illos reficiat, qui illud ſubeunt: quodq; eſſe omnia, quæ aliena ſunt à doctrina euāgelica, onerosa ſunt & grauia.

CAP. I.

Matt. 11.d VEnite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meū ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meū leue.

REGVLA XLV.

Quòd nullo modo digni haberi poſſunt regno cœlorum, qui puerorum æqualitatem inter ſe ipſi imitati non fuerint. CAP. I.

Mat. 18.a C AMen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Quòd qui maiorem gloriā aſſequi cupit in regno cœlorum, hic humilitatem, & infimam omnium conditionem debet ſectari in hac vita. CAP. II.

Mat. 18.a Mar. 10.d Philip. 2.a QVicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorū. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit miniſter veſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit omnium ſeruus. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed humilitate alij alios ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.

REGVLA XLVI.

Quòd ex ſimilitudine rationis eius quę in rebus leuioris momenti ſeruatur, ſtudium à nobis in rebus maioribus requiritur à deo.

CAP. I.

VNuſquiſque ſabbato non ſoluit bouem ſuū, aut aſinū à præſepio, & ducit adaquare? Hanc D autem filiā Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem & octo annis nō oportuit ſolutā vinculo iſto die ſabbati? Dicebat autem parabolam ad illos in hoc, quod oportet ſemper orare, & nō deficere, dicens: Iudex quidam erat in ciuitate, qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo, & nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Et ſi deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me. Ait autem dominus, Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem non facit vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte. Nemo militās, implicat ſe negociis ſecularibus vt ei placeat, qui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur, niſi legitimè certauerit. Luc. 13.b Luc. 18.a 2.Tim. 2.a

Quòd ex comparatione eorū qui in rebus minoribus ex fide meritum, & ex laudabili cupiditate ſtudium præ ſe tulerint, ij ſeueriore iudicio plectentur, qui in rebus grauioribus E contemptum adhibuerint. CAP. II.

REgina Auſtri ſurget in iudicio, cum viris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquàm Salomon hic. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquàm Ionas hic. Luca. 11.d

Quòd qui in rebus minoribus diligens, eſt, is nequaquam propterea maiores debet contemnere: ſed cum in eo præcipue elaboret, vt præceptis maioribus ſatiſfaciat, ea etiam obire ſimul debet, quæ videantur leuiora.

CAP. III.

VAE vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicē, camelum autem glutientes. Mat. 23.c

REGVLA XLVII.

Quòd non debemus in his theſaurizare in terra, ſed in cœlo: & quis ſit modus theſaurizandi in cœlo. CAP. I. F

NOlite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi tinea, & ærugo demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vendite quæ poſsideris, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficiētem in cœlis. Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis Matt. 6.c Luc. 12.d Luc. 18.d 1.Tim. 6.d

biſ theſaurum in cœlo. Facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi theſaurum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam.

REGVLA XLVIII.

Quòd miſericordem & facilem ad communicandum eſſe Chriſtianum oportet, quando accuſantur, qui tales non ſunt.

CAP. I.

Mat. 5.a Luc. 6.d Rom. 2.d BEati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Omni autem petenti te tribue. Sine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia: qui cū cognouiſſent iuſtitiam dei, quòd qui talia agunt, digni ſunt morte, & cætera.

Quòd quicquid habet quis vltra naturalem ſuā ad victum neceſsitatem, id neceſſario in beneficium alterius debet conferre, ex mandato domini, vnde ea etiam accepimus, quæ habemus, CAP. II.

Luc. 3.b 1. Cor. 4.b QVi habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementū, vt fiat æqualitas ſicut ſcriptum eſt: Qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.

2. Cor. 8.a Quòd ſecundum ea, quæ à domino dicta accepimus, neutiquam diuitię nobis amplectendæ ſunt, ſed paupertas. CAP. III.

Luce. 6.d 1. Tim. 6.b BEati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum dei. Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. Et altiſsima paupertas eorum abūdauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt auaritia, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

B

Quòd nequaquam in eo ſoliciti eſſe debemus, vt rebus ad vitæ vſum neceſſariis abūdemus, neque in eo nobis occupandum eſt ſtudium noſtrum, vt aut ſatuitatem ſectemur, aut apparatus magnificos: & quod à quacunque immodica habendi cupiditate caſti ac puri eſſe debemus, ſimiliterque exquiſitum omnem ornatum defugere.

CAP. IIII.

Luce. 12.b 1. Tim. 2.c Ibidē. 6.b VIdete & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſsidet. Ornare ſe non in intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.

Quòd nullo modo de iis rebus ſoliciti eſſe debemus, quæ neceſſariæ nobis ad victū ſunt: neque in iis, quæ ad hanc vitam degendam parta habemus, ſpes noſtra ponenda: ſed debere vnumquemque curam ſui remittere prouidentiæ diuinæ. CAP. V.

C

Matth. 6.a NOn poteſtis deo ſeruire & Mammonæ. Ideo dico vobis ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neq; corpori veſtro quid induamini. Nonne anima pluris eſt quam eſca? & corpus pluris quàm veſtimētum? Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum ſolicitè cogitans, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum eſt ex iſtis. Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanū mittitur, deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus: aut quid bibemus? aut quomodo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter cœleſtis, quòd his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. Sufficit dei malicia ſua. Et cætera. D

Quòd in procuratione rerum ad vſum fratrum neceſſariarum, curam ac ſolicitudinem ſuſcipere nos oportet, in eoque voluntati dominicæ ſatisfacere. CAP. VI.

VEnite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus, & operuiſtis me, infirmus, & viſitaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me. Quibus illa mox adiungūtur: Amen dico vobis, quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quod multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducēt hi? & cætera. De collecta autem in ſanctos, ſicut ordinauit eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite, per vnam ſabbatorum vnuſquiſque veſtrum ſeponat, recondens quod ei beneplacuerit, vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Matt. 25.a Ioan. 6.b E 1. Cor. 16.a

Quòd debet vnuſquiſque qui poſsit, laborare, & ex quæſtu, quem ex opere faciat, aliorum inopiæ ſubuenire, quando qui laborare non vult, is nec dignus quidem videtur, qui manducet. CAP. VII.

DIgnus eſt enim operarius cibo ſuo. Omnia oſtendi vobis, quòd ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, & meminiſſe verborum domini, quod ipſe dixit: Beatū eſt magis dare quàm accipere. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt: vt habeat vnde tribuat neceſsitatem patiēti. Nam & cum eſſemus apud vos, hoc denūciabamus vobis, quod ſi quis non vult operari, non manducet. Mat. 10.b Act. 20.g Ephe. 4.f 2. Theſ. 3.c

REGVLA XLIX.

Quòd nec de neceſſariis quidem ad corpus veſtimentis, in iudicio cū aliquo experiri Chriſtianus debet. CAP. I. F

ET qui te percutit in maxillam vnam, præbe illi & alteram: & ei qui aufert tibi veſtimentum, & tunicam, noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Audet aliquis veſtrum, habens negocium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? Et poſt ſtatim: Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Luc. 6.e 1. Cor. 6.a

ter vos. Quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriã facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.

Quòd nullo modo debet Chriſtianus cum aliquo pugnare aut ſeipſum defendere: ſed aduerſum omnes, ſi fieri poſsit, ex mandato domini pacem ſeruare.

CAP. II.

Matth. 5.f AVdiſtis quòd dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis A non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram, &c. quæ ſequuntur. Charitatem habete in vobis, ſed & pacem habete inter vos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona coram omnibus *Rom. 12.d* hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habentes: non voſ- *2.Tim.2.d* metipſos defendẽtes chariſſimi. Sed date locum iræ. Seruum autem domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe erga omnes.

Quòd neque etiam cum iniuria alter afficiatur, violantem illum vlciſci debemus.

CAP. III.

TVnc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. *Mat. 26.e* Et ecce vnus ex iis, qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſa- *Luc. 9.f* cerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus, Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritano- B rum, vt pararent illi, & non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. Cum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt: domine, vis dicamus vt Ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? Et conuerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Et abierunt in aliud caſtellum.

REGVLA L.

Quòd alios quoque ad pacem, quæ eſt in Chriſto, debemus inducere. CAP. I.

Mat. 5.a BEati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. *Ioan. 14.d* Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

REGVLA LI.

Quòd quicunq; vult alterum criminari, eum caſtum ſe ab omni vitio prius oportet præſtitiſſe. CAP. I.

Mat. 7.a QVid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciam feſtucam de oculo tuo? & ecce trabs eſt in oculo tuo. Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, & tũc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui. C Propter quod inexcuſabilis, es ò homo omnis qui iudicas. *Rom. 2.a* In quo enim iudicas alterum, te ipſũ condemnas. Eadem enim agis tu, qui iudicas. Scimus autem, quod iudicium dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agũt. Exiſtimas autem hoc ò homo qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quod effugies iudicium dei?

REGVLA LII.

Quòd nequaquam, perinde ac ſi nihil referret æquo animo ferre debemus, quandocunque aliquos videamus, qui peccent: ſed contrà potius, eorum vicem dolere ac lugere nos oportet. CAP. I.

ET vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper eam, dicens, Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. *Luc. 19.f* Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Omnino audi- *1.Cor. 5.a* tur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ, D *2.Cor. 12.g* qui hoc opus fecit? Ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, &c.

Quòd nullo modo aliorum peccata, ſilentio debemus præterire. CAP. II.

SI autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, & cætera. *Mat. 18.b* Et nolite communica- *Ephe. 5.c* re operibus infructuoſis tenebrarum: magis autem & arguite.

Quòd ob eam cauſam tãtummodo venire cum peccatoribus in congreſſum debemus, vt eos à praua viuẽdi via ad meliorem frugem reuocemus, idq́ue eo modo, quem nobis dominus præcepit. CAP. III.

ET factum eſt cùm accumberet in domo illius *Mat. 9.b* multi etiam publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et Scribæ & Phariſæi videntes, quòd manducaret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus mandu- *Luc. 15.a* cat & bibit magiſter veſter? Hoc audito Ieſus ait illis: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Erant autem propinquantes ei publi- E cani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Phariſæi & Scribæ dicentes: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? & cætera. Quòd ſi quis non obedit verbo *2.The. 3.d* noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. *2.Cor. 2.b* Si quis autem contriſtauit, nõ me contriſtauit, ſed ex parte, vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hęc quæ fit à pluribus ita vt è contrario magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.

Quòd illorum debemus hominum congreſſum defugere, qui poſt omnem adhibitam à nobis in ipſis curandis diligentiam, nihilo minus tamen obſtinati in peccato ſuo perſeuerant.

CAP. IIII.

SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & F *Mat. 18.b* corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. REGVLA LIII.

Quòd nullo modo debet vir Christianus præteritarum iniuriarum memoriam retinere, ſed ex animo iis, qui deliquerint, delicta omna condonare. CAP. I.

Matt.6.b SI enim dimiſeritis omnibus delicta eorum, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis omnibus delicta ſua, nec pater veſter dimittet vobis delicta veſtra.

REGVLA LIIII.

Quòd in iis, quæ conceſſa nobis ſunt à ſcriptura, neutiquam inter nos alter de altero ſecus debemus iudicare. CAP. I.

A

Matt.7.a NOlite iudicare, & non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Rom.14.a Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus manducat. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim eſt, qui illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit. Stabit autem. Potens enim eſt deus ſtatuere illum. Nam alius iudicat diem iuxta diem, alius autem iudicat omnem diẽ. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diẽ, in domino ſapit. Et qui non ſapit diem, domino non ſapit. Et qui manducat, domino manducat, gratias enim agit deo. Quibus verbis ea confeſtim adiungit: Ibidem.b Itaque vnuſquiſque pro ſe rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Manifeſtum eſt autem quòd in his quæ ſunt huiuſmodi, hæc dicuntur ab Apoſtolo, ita vt

B ex his etiã ea aperta fiant, quæ ſunt in euangelio. Col.2.c Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum.

Quòd nullo modo ea reuocari in dubium debent, quæ conceſſa ſunt à ſcriptura.

CAP. II.

Rom.14.d BEatus vir qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide. Omne autem quod non eſt ex fide, peccatũ eſt. Col.2.d Si mortui eſtis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris: quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum.

Quòd de rebus incertis non eſt iudicandum.

CAP. III.

1.Cor.4.a ITaque nolite ante tempus iudicare, quoad vſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita

C tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à deo.

Quòd in perſonarum acceptione iudicium fieri non debet. CAP. IIII.

Ioan.7.c SI circumciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicare.

Quòd nullo modo debet aliquis condemnari, niſi prius ipſo præſente diligenter cauſa cognita ſit, eſto multi ſint qui illum accuſent.

CAP. V.

DIcit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Ioan.7.g Et cum dies plures ibi morarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo, Act.25.d dicens: Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus, de quo cum eſſem Hieroſolymis, adierunt me principes ſacerdotum, & ſeniores Iudæorũ, poſtulãtes aduerſus illum damnationem: ad quos reſpondi, quod non eſt Romanis conſuetudo ob gratiam donare aliquem hominem, vt pereat, priuſquàm is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad diluenda crimina, quæ ei obiiciuntur. D

REGVLA LV.

Quòd pro certo tenendum eſt, & confitẽdum etiam, delationem cuiuſcunque boni, atque adeo ipſam etiam eorum, quæ Christi cauſa patimur incommodorum tolerãtiam à deo nobis proficiſci. CAP. I.

NOn poteſt homo accipere quicquam, niſi datum fuerit ei de cœlo. Ioan.3.d Quid autem habes quod non accepiſti? 1.Cor.4.b Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Et hoc à deo, quia vobis donatum eſt pro Christo, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idẽ certamen habentes, &c. Philip.1.d

Quòd dei beneficia ſilentio inuolui non debent, ſed contra ipſi pro illis gratiæ agendæ.

CAP. II.

ET rogauit illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Luc.8.f Dimiſit autem illum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta E tibi fecit deus. Luc.17.a Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerũt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. Vnus autem ex illis, vt vidit, quòd ſanatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce glorificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei. Idem Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus dixit, Nonne decẽ mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã deo, niſi hic alienigena. 1.Cor.15.b 1.Tim.4.b Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te ſaluũ fecit. Gratia autem dei ſum, id quod ſum. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.

REGVLA LVI.

Quòd orationibus & vigiliis aſsidue incumbẽdum ſit. CAP. I.

PEtite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. F Matt.7.a Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur, & cætera. Luc.18.a Dicebat autem & parabolam ad illos, in hoc quod oportet ſemper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, & cætera. Ibidem. Attendite autẽ vobis, ne quando grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ, Vigilate itaq; omni tempore, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante

filium

Col. 4. a *1. Theſ. 5. c* filium hominis. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Semper gaudete, ſine intermiſsione orate.

Quòd de iis etiam, quæ quotidiana neceſsitas corporis requirit, gratias prius deo agere debemus, atque ita demum ea cõmunicare.

CAP. II.

Mat. 14. b A *1. Tim. 4. b.* ET acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cœlum, benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis ſuis. Diſcipuli autẽ turbæ. Et cum hæc dixiſſet, accipiens panem, gratias egit deo coram omnibus. Et cùm fregiſſet, cœpit manducare. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

Quòd nullo modo inani & prolixa oratione vti debemus in petendis à deo rebus, quæ ſunt corruptioni ſubiectæ. CAP. III.

Mat. 6. a *Luc. 12. d* *ne ſollicitã ſint ne ſe bene ſint.* ORantes autem, nolite multum loqui, ſicut ethnici. Putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſsimilari eis. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis. Et nolite in ſublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit quòd iis indigetis &c.

Quomodo orare conueniat, & cuiuſmodi animi affectione. CAP. IIII.

Mat. 6. b *Ibidem d* *Marc. 11. c* PAter noſter qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, &c. Quærite primum regnum dei, & iuſtitiam eius. Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite B ſiquid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter dimittat vobis peccata veſtra. Volo ergo *1. Tim. 2. a* viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione.

Quòd deum alij pro aliis orare viciſsim debemus, & pro iis etiam, qui docendæ veritati præſunt. CAP. V.

Luc. 22. d *Ephe. 6. c* AIt autem dominus Simoni, Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt excribraret vos ſicut triticum, ego autem oraui pro te, vt non deficiat fides tua. Orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis, & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia, notum facere myſterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipſo audeam, prout me oportet, loqui. De cætero fratres orate *2. Theſ. 3. a* pro nobis, vt ſermo dei currat, & clarificetur in omnibus ſicut & apud vos..

Quòd pro inimicis etiam orandum eſt.

CAP. VI.

Mat. 5. g ORate pro calumniantibus & perſequentibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt.

Quòd non debet vir velato capite orare, prophetaréve, neq; mulier aperto. CAP. VII. C

1. Cor. 11. a VOlo autem vos ſcire, quòd omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, caput vero Chriſti, deus. Omnis vir orans vel prophetans velato capite, deturpat caput ſuum. Vnum eſt enim ac ſi decaluetur, & cætera.

REGVLA LVII.

Quòd nullo modo magnificè ſentire de nobis debemus, eaque re cæteros deſpicere, ſi quæ ſint, quæ recte facta à nobis ſint. CAP. I.

Luc. 18. b DIcebat autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti & aſpernabant cæteros, parabolam iſtam dicens: Duo homines aſcendebant in templum vt orarent, vnus phariſæus & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato. Decimas do omnium quæ poſsideo. Et publicanus à longe ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis deſcendit D hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

REGVLA LVIII.

Quòd nullo modo debemus exiſtimare dona dei vel pecunia, vel alia quapiam artificij alicuius ſolertia comparari. CAP. I.

Act. 8. d CVm vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donũ dei exiſtimaſti pecunia poſſideri, non eſt tibi pars, neq; ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione peccati video te eſſe.

Quòd pro rata portione fidei, quam quiſq; habet, vnicuiq; dona dantur à deo, ad vtilitatẽ. E

CAP. II.

Rom. 12. a *1. Cor. 12. a* HAbentes autem donationes ſecundum gratiam dei, quæ data eſt nobis, differentes, ſiue propheriam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, & cætera. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per fidem datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides, in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum, in vno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonum.

Quòd dona dei vt gratis accipienda ſunt, ita etiã gratis impartienda, neque aut in quæſtum, aut in voluptates proprias conferenda.

CAP. III.

Mat. 10. a *ahàs as χαλκὸν* *Act. 3. a* INfirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſsidere aurum, neque argentũ, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, & cætera. Petrus autem dixit, Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, F hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, eleuauit eum, & cætera. Neque enim fuimus in *1. Theſ. 2. a* ſermone adulationis (ſicut ſcitis) neq; in auaritia (deus teſtis eſt) neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli: ſed facti ſumus indulgentes in medio veſtri. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos

cupide, volebamus tradere vobis non ſolū euangelium dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſsimi nobis facti eſtis.

Quòd qui grato animo in donis, quæ à deo primum acceperit, ſtudioſius ſeipſum exercuerit, ad laudem dei, is idoneus efficitur, cui alia dentur præterea, & quòd qui talis non fuerit, ei etiam, quod ante habebat, adimitur, & iis, quæ alioqui ei parata fuerant futura, indignus iudicatur, & inſuper ſupplicio male multatur. CAP. IIII.

Mat.13.b A ET accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit. Qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt: & impletur in eis prophetia Eſaiæ, & cætera. Sicut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem: & profectus eſt ſtatim. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Et paulo poſt. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Et inutilem ſeruū eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium.

Mat.25.b

B

REGULA LIX.

Quòd res aliena eſt ab homine Chriſtiano, cupiditate humanæ gloriæ permoueri, patique vt ſibi præter modū bonos habeatur, quódque contra debet eos qui ſe huiuſmodi honoribus afficiant, vel nimis de ipſo elate ſentiant, corrigere. CAP. I.

Mat.19.b ET ecce vnus accedens ait illi: Magiſter bone, quid faciam vt habeam vitam æternam? Qui

Luc.18.f dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt enim bonus deus. Gloriam ab hominibus non accipio. Et poſt non multis ita interpoſitis verbis: Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam accipitis ab inuicem? & gloriam, quæ à ſolo deo eſt,

Ioā.5.g non quæritis? Væ vobis Phariſæis, quia diligitis

1.Theſ.2.a primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro. Neque enim aliquando fuimus in ſermone

Act.10.d adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ (deus teſtis eſt) neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Et fa-

Act.12.d ctum eſt cum introiſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius, adorauit eum. Petrus autem eleuauit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concio-

C nabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Vox dei, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quòd non dediſſet gloriam deo, & conſumptus à vermibus expirauit.

REGULA LX.

Quòd cum diuerſa ſint dona ſpiritus, neque vnus ad omnia poſsit idoneus eſſe, neque idē donum poſsit eſſe in omnibus, debet vnuſquiſque per modeſtiam eo contentus eſſe, quod ſibi datum ſit, & pro eo gratias agere, quodque eo modò ſeruari à nobis inter nos concordia debet, quo Chriſti charitas iubet, non ſecus ac membra in corpore ſolent: vt qui in donis inferior eſt, is ex eius comparatione, quem ſibi iudicat præſtare, minime animum deſpondeat: neque item cōtra, qui ſuperior ſit, inferiorem aſpernetur: quando qui diſcordes inter ſe ſunt, ij digni ſunt, qui de medio tollantur. CAP. I.

OMne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur: Mat.12.b
& omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, Gal.5.c
non ſtabit. Quòd ſi inuicem mordetis, & come- D Ioan.17.c
ditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Non Act.4.g
pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat. Sed erant illis omnia communia. Dico Rom.12.a
autem vobis per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere, ad ſobrietatem. Et vnicuique ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: 1.Cor.12.b
ſinguli autem alter alterius membra. Obſecro autem vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu 1.Cor.1.b
Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti eadem mente, & eadem ſententia. Sicut enim corpus vnum E
eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, ita & in Chriſto. Etenim in vno ſpiritu om- Philip.2.a
nes nos in vnum baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & cætera. Vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idem ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed humilitate alij alios ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed & ea quæ aliorum.

REGULA LXI.

Quòd aſpernandi non ſunt, qui adiuuant gratiam domini, propterea quòd nullius precij eſſe ipſi videantur, abiectíque, cum huiuſmodi hominum genere deus vt plurimum ſolitus ſit delectari.

CAP. I.

COnfiteor tibi Pater domine cœli & terræ, Mat.11.d
quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater, quoniam Mat.13.g
ſic fuit placitum ante te. Et veniens in patriā ſuā, docebat eos in Synagoga eorū, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? Nonne hic eſt fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioſe, & F
Simon, & Iudas? Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis, Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua & in domo ſua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. Videtis enim vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecūdum carnem, non multi potentes, non multi nobiles

1.Cor.1.d nobiles.Sed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit deus, vt confundat ſapientes: & infirma mũdi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contẽptibilia elegit deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, vt nun glorietur omnis caro in cõſpectu eius.

REGVLA LXII.

Quòd qui iã crediderunt, & baptizati ſunt, ij cõfeſtim ad id præparare ſe debent, vt cum ab aliis, tum ab ipſis etiam ſuis domeſticis tententur, idque quo ad vixerint: quando qui nõ eo modo ſe præparauit, is ſi repentino quid ipſi calamitatis oblatum ſit, facile pulſus loco proſternitur. CAP. I.

A Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli. Et vidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum, vt tentaretur à diabolo. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab illis hominibus, tradent enim vos in conciliis: & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. Et ad præſides, & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis & gentibus. Quibus illa confeſtim adiũgit: Tradet autem, frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et qui nõ accipit crucem ſuã, & ſequitur me, non eſt me dignus. Hæc locutus ſũ vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora, in qua, qui interficit B vos, arbitretur obſequium ſe præſtare deo: & hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me, &c. Nam qui ſupra petram, hi ſũt, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radicem non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt nobis in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt deſperaremus etiam viuere. Sed ipſi in nobiſipſis reſpõſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in deo qui ſuſcitat mortuos. Et omnes, qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

Matt.3.d
Matt.10.b
Ibidem.d
Ioan.16.a
Luc.16.a
1.Cor.1.b
1.Tim.3.e

Quòd nequaquam ſe vltro quis offerre tentationibus debet, antequam id ei ſuo tempore cõcedatur, & quod orare vnuſquiſque debet, vt ne incidat in tentationem. CAP. II.

Matt.6.b Sic ergo vos orabitis. Pater noſter qui eſt in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuum, quibus ea mox adiungit: Et ne nos inducas in tẽtationem: Sed libera nos à malo. Poſt hæc Ioan.7.a autem ambulabat Ieſus in Galilæam, nõ enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eũ Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus C Iudæorum Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palã eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mũdo, neque enim fratres eius credebãt in eum. Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit. Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſũt. Vos aſcẽdite ad diem feſtum hunc. Ego nondum aſcẽdo ad diem feſtum iſtum, quia tempus meum nondum impletum eſt. Hæc autem eum dixiſſet illis, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. Surgite, orate ne intretis in tentationem. Luc.22.d

Quòd debet vnuſquiſque, data idonea occaſione, ſubtrahere ſe ab inſidiãtibus ſibi aduerſariis: & quod, ſi diuinitus permiſſũ ſit, vt in tentationes incidat, precibus à deo poſcere debet facultatẽ, per quam illas poſſit ſuſtinere, & voluntati eius integre ſatisfacere. D

CAP. III.

Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Exeuntes autem Phariſæi, cõſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum. Ieſus autem ſciens, ſeceſſit inde. Ab illo ergo die conſultabant inter ſe, vt interficerent eũ. Ieſus autem iam non in palàm ambulabat inter Iudæos, Et poſitis genibus orabat, dicẽs: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me, veruntamen nõ mea voluntas, ſed tua fiat. Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Fidelis autem deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Sed faciet etiam cum tentatione euentum, vt poſſitis ſuſtinere.

Matt.10.c
Idem.12.b
Ioan.11.g
Luc.22.d
1.Cor.10.c

Quòd debet Chriſtianus in ſingulis quæ ſibi offerantur tentationibus, meminiſſe eorũ, quæ in ſanctis literis ſcripta ſint, appoſite ad illa, quæ tum in manibus habeantur, atque ita ſe illæſum ſeruare, & aduerſariorum in ſe conatus irritos facere. E

CAP. IIII.

Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tẽtator dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt, Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore dei, &c. Matt.4.a

REGVLA LXIII.

Quòd nullo modo metuere Chriſtianus debet, aut ſolicitus eſſe, quandocunque in aliquo periculo conſtitutus ſit, aut opem diuinam deſperare, ſed confidere potius, tanquam præſente domino, & rebus ipſius omnibus conſulente, & ipſum ad omnia confirmante, ipſoque adeo ſpiritu ſancto omnia docente, vel idipſum etiam quod aduerſariis reſpondeat.

CAP. V.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autẽ non poſſunt occidere. Sed potius timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſerculi aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem etiam capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſerculis meliores eſtis vos. Cùm autem inducent vos in ſynagogas, & ad magiſtratus, & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe quomodo, aut quid F Matt.10.c Luc.12.b

reſpondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. *Marc 4.d* Et facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebant in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens. Et excitant eum, & dicunt illi: Magiſter, non ad te pertinet quòd perimus? Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſce, & ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi eſtis ſic? Quomodo non habetis fidẽ? *Act.5.d* Exurgens autem princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant, quæ eſt hæreſis Sadducæorum A repleti ſunt zelo, & iniecerunt manus in apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cum audiuiſſent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt nobis in *2.Cor.1.b* Aſia, quibus verbis illa paulo poſt adiũgit, Qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem ſperamus, quod & adhuc eripiet.

REGVLA LXIIII.

Quòd debet Chriſtianus quoduis incommodũ pro domini nomine, & pro mandatis eius ſuſtinere. CAP. I.

BEati qui perſecutionem patiuntur propter iu*Mat.5.a*ſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum aduerſum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in *Luc.6.d* cœlis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & B cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter fi*Act.5.g*lium hominis. Gaudete in illa die, & exultate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis. Et cõuocantes apoſtolos, cæſis denũciauerunt, ne loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Omni autem die non ceſſabant in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Ieſum *Col.1.d* Chriſtum. Cuius factus ſum ego Paulus miniſter: nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.

REGVLA LXV.

Quòd vel in ipſo etiam mortis articulo ea precari debemus à deo, quę recta ratio nobis, vt C precemur, præſcribit. CAP. I.

Mat.27.e ET circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamazabatani? hoc eſt, De' meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et cla*Luca.23.f* mans voce magna Ieſus, ait: Pater, in manus tuas *Act.7.g* commendo ſpiritum meum, & hæc dicens expirauit. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormiuit.

REGVLA LXVI.

Quòd nequaquam deſeri debent, qui certãt pro pietate. CAP. I.

Ioan.16.g REſpondit eis Ieſus, Modo creditis. Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinqatis: & tamen non ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Scis hoc, quod auerſi a me omnes ſunt qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygellus, & Hermogenes. Det miſeri*2.Tim.1.d*cordiam dominus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: ſed cùm Romam veniſſet, ſolicite me quæſiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire miſericordiam à deo in illa die. Et quæcunque Epheſi miniſtrauit *2.Tim.4.e* mihi, tu melius noſti. In prima mea defẽſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt. Nõ illis imputetur.

Quòd pro iis, qui in tentationibus ſunt conſtituti, deus orari debet.

CAPVT II.

SImon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cri D *Luc.22.d* braret, ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, *Act.12.a* vt non deficiat fides tua. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad deum pro eo.

REGVLA LXVII.

Quòd alienum eſt ab iis, quorũ animus de mortuorum reſurrectione expletus ſit, eorũ cauſa mœrore affici, qui obdormierunt CAP. I.

SEquebatur autem illum multa turba populi & *Luc.23.d* mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me. Nolumus autẽ *1.Theſ.4.e* vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.

REGVLA LXVIII. E

Quòd neutiquam expectãdæ ſunt nobis poſt reſurrectionem proprietates vitæ huius, ſed illud intelligendum, vitam, quam in futuro ſeculo acturi ſumus, angelicam futuram, & affluentia omnium rerum inſtructam. CAP. I.

ET ait illis Ieſus, filij huius ſeculi nubunt, & tra*Luc.20.f*duntur ad nuptias: illi verò qui digni habebũtur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque traduntur ad nuptias: neque enim vltrà mori poſſunt: æquales enim angelis ſunt, & filij ſunt dei, cum ſint filij reſurrectionis. Sed di*1.Cor.15.e*cet aliquis, Quomodo reſurgent mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens tu, quod ſeminas, non viuificatur, niſi moriatur. Et quod ſeminas, nõ corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cęterorũ. Deus autem dat illi corpus, ſicut vult, & vnicuique ſeminum proprium corpus. Quibus confeſtim adiungit: Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in F corruptione, ſurgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtute. Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale.

Quòd non debent Chriſtiani aduentum domini, aut localem intelligere, aut carnalem: ſed in gloria patris repẽtino in vniuerſo orbe expectare. CAP. II.

ET tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chri*Mat.24.c*ſtus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos. Vos ergo videte: Ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam

ſol

ſol cōtenebrabitur, & luna non dabit ſplendorē, & ſtellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis ſunt, mouebuntur. Et tunc videbunt filiū hominis veniētem in nubibus cum virtute multa, & gloria. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quòd nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum domini, nō præueniemus eos qui dormierūt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primum, &c. (1. Theſ. 4. d)

REGVLA LXIX.

Quæcunque in ſacris literis coniunctim vetita ſunt, & quæ ſi fiant, ſupplicij denūciationem habent adiunctam. A

CAP. I.

(Mat. 5. b; Mat. 23. d) DE corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ: hæc ſunt quæ coinquināt hominem. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. (Luc. 6. d) Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Attendite autem vobis nequando grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa. (Luc. 21. f; Rom. 1. d) Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ B non conueniunt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, & cæteris. (Rom. 13. e) Nā non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. (1. Cor. 6. b) Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis ſeruiētes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorū concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebunt. (2. Cor. 12. g; Galat. 5. d) Ne forte ſint inter vos contentionēs æmulationes, animoſitates, diſſēſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: de quibus prædico vobis, ſicut prædixi, quòd qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. (Ephe. 4. g; Ibid. 5. a) Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malicia. C Fornicatio autem & omnis immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent. (Coloſ. 3. a) Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus: propter quæ venit ira dei ſuper filios incredulitatis: in quibus & vos ambulaſtis aliquando, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, maliciam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem. (1. Tim. 1. b) Iuſtis & non ſubditis, impiis, & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis: fornicariis, maſculorum concubitoribus, plagiariis, mēdacibus & periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, ſecundum Euangelium gloriæ beati dei, quod creditum eſt mihi. (1. Tim. 4. a) In nouiſſimis tēporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorū, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conſcientiam ſuam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos deus creauit ad percipiē D dum cum gratiarū actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. (1. Tim. 6. a) Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, ſanæ doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mēte corruptorum, & qui veritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem, abſtine à talibus. (2. Tim. 3. a) In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Erunt enim homines ſeipſos amantes, auari, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obediētes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incōtinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum magis amatores quàm dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. (Tit. 3. a) Eramus enim & nos aliquando inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus variis, odioſi, odientes inuicem. E

Quæcunque in ſanctis literis coniunctim iubētur, quæque ſi facta ſint, benedictionis promiſſionem habent adiunctam.

CAPVT II.

(Matt. 5. a) BEati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniā ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipſi cōſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniā ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mūdo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum aduerſum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. (Matt. 25. e) Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: & collegiſtis me. Nudus: & cooperuiſtis me. Infirmus: & viſitaſtis me. In carcere eram: & veniſtis ad me. F (Rom. 12. b) Siue qui miniſtrat, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: qui præeſt, in ſolicitudine: qui miſeretur, in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione: odientes malum: adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes: ſolicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes: in tri-

in tribulatione patientes, orationibus inſtantes,
neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpi-
talitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus
vos, benedicite & nolite maledicere, gaudere cũ
gaudentibus, flere cum flentibus, idipſum inuicem
ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus con-
ſentientes. Nolite eſſe ſapiẽtes apud voſmetipſos,
nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bo
na, non ſolum coram deo, ſed etiam coram omni-
bus hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt,
cum omnibus hominibus pacem habentes: non
voſmetipſos vindicantes chariſſimi, ſed date locũ
iræ. Scriptum eſt enim, Mihi vindictam, & ego re
tribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus
A tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim
faciens, congeres carbones ignis ſuper eius. Noli
vinci à malo, ſed vince in bono malum. Nemini
2. Cor. 6. a dantes vllam offenſionem vt non vituperetur mi
niſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus
noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patiẽtia,
in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis,
in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in labori-
bus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia,
in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in
charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute
dei per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, per
gloriam, & ignominiam, per infamiam, & bonam
famam: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti,
& cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt ca-
ſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper au-
tem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locu-
pletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſi
Χαίρετε. dẽtes. Quod ſupereſt fratres, valete, perfecti eſto-
2. Cor. xiii. d B te, cõſolamini, idipſum ſapite, pacem habete. Fru-
Gal. 5. d ctus autem ſpiritus eſt gaudium, pax, patientia, lõ-
Ephe. 4. a ganimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides,
modeſtia, continẽtia, caſtitas. Obſecro itaque vos
ego vinctus in domino, vt digne ambuletis voca-
tione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & mã
ſuetudine: cum patientia, ſupportantes inuicem in
charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vin-
culo pacis: vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut voca
ti eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Eſtote ergo in
uicẽ benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſi-
cut & deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote ergo
Ephe. 4 g imitatores dei, ſicut filij chariſſimi: & ambulate
in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tra-
didit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã
deo in odorem ſuauitatis. Siqua ergo conſolatio
Philip. 2. a in Chriſto, ſiquod ſolatium charitatis, ſiqua ſocie-
tas ſpiritus, ſiqua viſcera & miſerationes, implete
gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charita-
C tem habentes, vnanimes, idem ſentientes: nihil
per contentionem, neque per inanem gloriam,
ſed humilitate alij alios ſuperiores ſibi inuicem ar
bitrantes: non quę ſua ſunt ſinguli conſiderantes
ſed & quæ aliorum. Quod reliquum eſt fratres,
Phil. 4. b quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcun
que iuſta, quæcunque ſancta, quęcunque amabilia
quæcunque bonæ famæ, ſiqua virtus, ſiqua laus,
Colo. 3. a hæc cogitate. Quę didiciſtis, & accepiſtis, & audi-
ſtis, & vidiſtis in me, hæc facite. Igitur ſi conſurre-
xiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi
Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum
ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim
eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in
deo. Induite ergo vos, ſicut electi dei ſancti, & di-
lecti, viſcera miſerationum, benignitatem, hu- Phil. 4. b
militatem, modeſtiam, patientiam ad omnes ho-
mines. Charitas fraternitatis maneat, hoſpitalita-
tem nolite obliuiſci: per hanc enim neſcientes qui Heb. xiii. a
dam angelos hoſpitio receperunt. Mementote
vinctorum, tanquam ſimul vincti: & laborantium
tanquam & ipſi in corpore morantes, honorabile
connubium in omnibus, & thorus immaculatus.
Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.
Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus.
Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, 1. Theſ. 5. c
ſubleuate infirmos, patientes eſtote erga omnes,
Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed
ſemper quod bonum eſt, ſectamini in vos inuicẽ, D
& in omnes. Semper gaudete: ſine intermiſſione
orate: in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim vo-
luntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spi- Titum. ii. a
ritum nolite extinguere: prophetias nolite ſper-
nere: ab omni ſpecie mala abſtinete. Senes vt ſo-
brij ſint, pudici, modeſti, ſani in fide, in dilectione
in patientia. Anus ſimiliter in habitu ſancto, non
criminatrices, nõ multo vino ſeruientes, honeſta
docentes: vt modeſtiam doceant adoleſcentulas,
vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, vt ſobriæ
ſint, caſtæ, domus cuſtodes; benignæ, ſubditæ viris Titum. 3. a
ſuis, vt non blaſphemetur verbum dei. Iuuenes ſi-
militer hortare vt ſobrij ſint. Admone illos prin-
cipatibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, magiſtra-
tibus obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe
neminem blaſphemare, nõ litigioſos eſſe, ſed mo-
deſtos, oſtendẽtes omnem manſuetudinem erga
omnes homines.

REGVLA LXX. E

Quòd debent, quibus commiſſum munus eſt
prædicandi Euangelij, quandocunque ali-
quos ſiue diaconos deſignare, ſiue presbyte-
ros volunt, id præmiſſa oratione & obſecra-
tione facere: eòsq; tales eligere, quorum ſu-
perior vita omni crimine vacet, & probata
ſit.

CAP. I.

TVnc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem mul-
ta, operarij autem pauci. Rogate ergo domi- Matt. 9. d
num meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Luc. 6. b
Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos,
& elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos
nominauit, Petrum & Andream fratrem eius, Ia- Luc. 10. a
cobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæũ,
Matthæum & Thomam, Iacobum Alphei, & Si-
monem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, &
Iudam Iſcarioth, qui & fuit proditor. Poſt hæc au Act. 1. a
tem deſignauit dominus & alios ſeptuaginta, &
miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciui F
tatem & locum, quò erat ipſe venturus, & dicebat
illis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Ibidem. d
Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operari-
os in meſſem ſuam. Primum quidem ſermonem
feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Ieſus fa-
cere & docere, vſque in diem, qua præcipiens A- 1. Tim. 3. a
poſtolis per ſpiritum ſanctum, quos elegit, aſſum-
ptus eſt. Et ſtatuerunt duos Ioſeph, qui vocatur
Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiã
& orantes dixerunt: Tu domine qui corda noſti
omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus
vnum, accipere locum miniſterij huius & A-
poſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt
abiret

vt abiret in locum ſuum. Et dederũt ſortes eorum & cecidit ſors ſuper Matthiam, & adnumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, vigilantem, ſobrium, modeſtum, ornatũ, hoſpitalem, doctorem, non violentum, non percuſſorem, non turpi lucro deditum. Sed mitem, non litigioſum, non auarum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni reuerentia. Siquis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit? non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudiciũ incidat diaboli. A Oportet autem illum & teſtimoniũ habere bonum ab his, qui foris ſunt: vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Diaconos ſimiliter compoſitos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura, & hi quidem probentur primum, & deinde miniſtrẽt. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. *Titum.1.a Ibidem.b* Siquis ſine crimine eſt vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolẽtum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, prudentem, ſobrium, & iuſtum, ſanctum, continẽtem, complectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.

Quòd nullo modo, qui Eccleſiæ præeſt, facilis eſſe ad deſignationes debet, neque ad eas incõ B ſideranter accedere: cum non vacet periculo, quicquid probatum nõ ſit, quódque ſi quem in crimine aliquo eſſe deprehenderit, eũ corripere debet, ne ipſe quoque veniat in ſocietatem peccati, & ne ob eã cauſam cæteri offenſionem incurrant, ſed potius diſcant metuere. CAP. II.

1.Tim.5.d Ibidem.e MAnus cito nemini impoſueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. Aduerſus presbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus, peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

Quòd qui idcirco deſignatus eſt, vt Euangelium prædicet, is nullo modo ex ſua animi libidine aggredi ad huiuſmodi munus debet, ſed maturam temporis opportunitatem operiri, cum id videlicet viſum deo opportunũ fuerit, ac tum demũ prædicationem aggredi, cũ ei permiſſum ſit, & apud illos, ad quos miſſus ſit. CAP. III.

Matt.10.a HOs duodecim miſit Ieſus, quibus præcepit, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad oues, quæ perierũt, domus Iſraël. *Mat.15.b* Et ecce mulier Cananæa egreſſa è finibus illis, clamauit, dicẽs C ei: Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant eum: Dimitte illam, quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Ego enim ex deo proceſſi, & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. *Ioan.8.e* Et illi quidem qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ob Stephanum, perambulauerunt vſque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquẽtes verbum, niſi ſolis Iudæis. *Actu.11.c* Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium dei. *Rom.1.a* Quomodo autem audient ſine prædicante? quomodo verò prædicabũt niſi mittantur? *Rom.10.b* Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecũdum imperium dei ſaluatoris noſtri, & domini Ieſu Chriſti ſpei noſtræ. *1.Tim.1.*

Quòd qui ad prædicationem Euangelij vocatus eſt, is obedire confeſtim debet, neque vllam rei moram interponere. CAP. IIII.

D AIt autem ad alterum: Sequere me. Ille autẽ dixit: Domine, permitte mihi primũ ire, & ſepelire patrem meum. Dixítque ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Tu autem vade, & annuncia regnum dei. *Luc.9.g* Cum autem placuit deo, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum per me, vt euangelizem illum in gentibus, continuo non cõtuli cum carne & ſanguine, neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. *Gala.1.c*

Quòd nullo modo eſt aliter docendum, quàm quomodo accepimus ab Euangelio.

CAPVT V.

AMen amẽ dico vobis, qui non intrat per oſtiũ in ouium ſtabulum, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. *Ioan.10.a* Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Quibus verbis illa paulo poſt adiungit: Ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt: ſed non audierunt eos oues. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præter id, quod euangelizauimus vobis, ana- E thema ſit. *Gal.1.b* Si quis aliter docet, & non acquieſcit, ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundũ pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, &c. *1.Tim.6.a*

Quòd omnia quæcunque à domino in Euangelio, & per Apoſtolos præcepta ſunt, docendi ſunt ij, qui crediderunt, ſimilitérque quęcunque etiam his conſentanea ſunt. CAP. VI.

EVntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. *Matt.28.d 1.Tim.6.a Titum.2.a* Hæc doce & exhortare. Tu autem loquere, quæ decent ſanam doctrinam.

Quòd cui commiſſa eſt prædicanda doctrina domini, is ſi quid reticuerit eorum, quæ ad ineũdam dei gratiam neceſſaria ſunt, reus eſt ſanguinis eorũ qui periclitantur, ſiue quòd ea faciant, quæ vetita ſunt, ſiue quòd ea omittant, quæ neceſſariò fieri deberent.

CAPVT VII.

VÆ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & qui introibant prohibuiſtis. F *Luc.11.g* Cùm veniſſent autem de Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur ſpiritu Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum. *Actu.18.b* Contradicentibus autem eis & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum. Mundus ego, ex hoc ad gentes vadã. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quòd mundus ego ſum à ſanguine omnium veſtrum. *Actu.20.e*

Non

Non enim ſubterfugi quominus annunciarem o-
mne conſilium dei vobis.

Quòd in iis etiam, quæ à ſcriptura expreſſe præ
cepta non ſunt, hortãdus eſt vnuſquiſque ad
id, quod melius eſt. CAP. VIII.

SVnt Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt.
Mat.19.b Et ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus.
Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter
1.Cor.7.b regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. De
virginibus autem præceptum domini non habeo
conſilium autem do, tanquam miſericordiam con
ſecutus à domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim
A hoc bonum eſſe propter pręſentem neceſſitatem,
quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es
vxori, noli quærere ſolutionem, ſolutus es ab vxo-
re, noli quærere vxorem, &c.

Quòd eorum, quæ quis ipſe non præſtat, neceſ-
ſitas aliis imponi non debet. CAP. IX.

ET vobis legiſperitis væ, quia oneratis homi-
Luca.11.g nes oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi
vno digito veſtro non tangitis ſarcinas.

Quòd qui docendi alios munus ſuſcepit, is ſeip-
ſum exemplar reliquis ad res honeſtas om-
nes debet præbere : eaque ipſum præſtare
prius, quæ alios doceat. CAP. X.

VEnite ad me omnes qui laboratis, & onerati
Mat.11.d eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meũ
Ioan.13.b ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humi-
lis corde. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, & ac
cepit veſtimenta ſua, cum recubuiſſet, iterum di-
xit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me
magiſter, & domine, & benefacitis, ſum etenim.
Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magi-
B ſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽ
plum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego fe-
ci, ita & vos faciatis inuicem. Omnia oſtendi vo-
bis, quòd ſic laborãtes oportet accipere infirmos,
ac meminiſſe verbi domini Ieſu, quoniam ipſe di-
Act.20.g xit: Beatius eſt magis dare, quàm accipere. Imita-
1.Cor.11.a tores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Nemo iu-
1.Tim.4.c uentutem tuam contemnat, ſed exemplum eſto
fidelium in verbo, in conuerſatione, in fide, &
cætera.

Quòd qui præeſt aliis docendis, is propter ea,
quæ ipſe rectè fecerit, ſecuro animo eſſe non
debet, ſed illud intelligere, proprium ac pręci-
puum traditæ ſibi procurationis munus il-
lud eſſe, vt meliores efficiat illos, qui ipſi cre
diti ſint. CAP. XI.

VOs eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit, in quo
Mat.5.b ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mitta-
Ioan.6.d C tur foras, & conculcetur ab hominibus. Omne
quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum, qui ve-
nit ad me, non eiiciam foras, quia deſcendi de cœ
lo, nõn vt faciam voluntatem meam, ſed volunta-
tem eius qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas pa
1.Theſ.2.d tris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt filium,
& credit in eum, habeat vitam æternam. Quæ eſt
enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ?
nónne & vos ante dominum noſtrũ Ieſum Chri-
ſtum in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria no-
ſtra & gaudium.

Quòd qui docendi alios in Eccleſia prouinciam
ſuſcepit, is vicos omnes, & ciuitates curæ ip-
ſius creditas debet inuiſere.

CAPVT XII.

ET circuibat Ieſus totam Galilæam docens in
ſynagogis eorum, & prædicans euangeliũ re- Mat.4.d
gni, & ſanans omnem languorem, & omnem in-
firmitatem in populo. Et ipſe iter faciebat per ci-
uitates omnes, & caſtella, prædicans & euangeli-
zans regnum dei, & duodecim cum illo.

Quod ad auſcultationem Euangelij aduocari o-
mnes debent, & quòd ſumma cum libertate
prædicanda eſt doctrina dominica, & dandũ
teſtimonium veritati, licet ſint aliqui qui id
facere nos prohibeant, & quoquo modo vel
ad mortem vſque perſequantur.

CAPVT 13.

QVod dico vobis in tenebris, dicite in lumine
& quod in aure auditis, prædicare ſuper te- D Ioan.[illegible]
cta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, ani
mam autem nõ poſſunt occidere. Nuptiæ quidem
paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt di- Mat.22.a
gni: Ite ergo ad exitus viarum, & quotcunque in-
ueneritis, vocate ad nuptias. Ego palàm locutus Ioan.18.d
ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in
templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occul
to locutus ſum nihil. Et cum adduxiſſent illos, ſta-
tuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps
ſacerdotum, dicens: Nónne pręcipiendo præcepi Act.5.e
mus vobis, ne doceretis in nomine iſto? & ecce re
pleſtis Hieruſalem doctrina veſtra, & vultis indu-
cere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. Reſpon
dens autem Petrus, & Apoſtoli dixerunt: Obedire Act.20.e
oportet magis deo quàm hominibus. Quia ſpiri-
tus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur,
dicens, quòd vincula, & tribulationes Hieroſoly-
mis me manent. Sed nihil horum vereor, nec fa- E
cio animam meam precioſam mihi, dũmodo con
ſummem curſum meum cum gaudio, & miniſte-
rium verbi, quod accepi à domino Ieſu teſtificari
Euangelium dei. Nam & ipſi ſcitis fratres introi-
tum noſtrum ad vos, quòd non inanis fuit: ſed an- 1.Theſ.2.
te paſſi, & contumeliis affecti, ſicut ſcitis, in Phi- a
lippis, fiduciam habuimus in deo noſtro loqui ad
vos Euangelium dei in multa ſolicitudine.

Quòd orandus eſt deus, vt qui ad fidem vene-
runt, meliores quotidie fiant, & ob eam cau-
ſam gratiæ illi agendæ. CAP. XIIII.

NOn pro eis rogo tantùm, ſed & pro eis, qui
credituri ſunt per verbũ eorum in me, vt o- Ioã.17.
mnes vnum ſint, ſicut & tu pater in me, & ego in
te, & vt ipſi in nobis vnum ſint. Et paulo poſt: Pa-
ter, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi Luc.10.d
ſint mecum. Confiteor tibi Pater domine cœli &
terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus, & pru-
dẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiam pater, quo- F
niam ſic placuit ante te. Primum quidem gratias
ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus Rom.1.a
vobis, quòd fides veſtra annunciatur in vniuerſo Philip.1.a
mũdo. Teſtis enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpi-
ritu meo in Euangelio filij eius, quòd ſine inter-
miſſione memoriam veſtri facio ſemper in ora-
tionibus meis. Teſtis enim mihi eſt deus quomo-
do cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti.
Et hoc oro, vt charitas veſtra adhuc magis, ac ma-
gis abundet in omni ſcientia, & in omni ſenſu, vt Philip.1.b
proberis potiora. Vt ſitis ſynceri, & ſine offenſa in
diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ, qui eſt per Ie-
ſum Chriſtum in laudem & gloriam dei.

Quòd qui dei beneficio rectè aliquid fecerit, is
cæteris

cæteris quoque notum facere illud debet, vt dei gloria celebrior efficiatur.

CAP. XV.

Ioa. 2. b — Act. 14. d — Ephe. 6. d

ET reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi quæcúque fecerunt. Cum autem veniſſent & congregaſſent Eccleſiam, renunciauerunt quãta feciſſet deus cum illis. Vt auté ſciatis & vos quæ circa me ſunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa me ſunt.

Quòd non eorum modo, qui præſentes ſunt, ſed eorum etiam qui abſunt, cura geri debet, & quòd omnia facienda, quæcunque rectæ in fi A de ædificationis ratio poſtulat.

CAP. XVI.

Ioan 10. c — 1. Theſ. 3. a

ET alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Propter quod cum non ferremus amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis: & miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum dei, adiutorémque operis noſtri in Euangelium Chriſti, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.

Quòd debet qui ad bene merendum de aliquo inuitatur, æquo animo inuitãti ſe auſcultare.

CAP. XVII.

Matt. 9. c — Act. 9. g

HÆc illo loquente, ecce princeps vnus acceſſit & adorabat eum dicens: Filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius. Cum autem propè eſſet Lydda ab B Ioppe, diſcipuli audientes quòd Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum rogantes: Ne pigriteris venire vſque ad nos. Exurgens autem Petrus, venit cum illis.

Quòd qui veritatis verbum acceperunt, ij per viſitationem in eo ſunt ſtabiliendi.

CAP. XVIII.

Act. 15. g — 1. Theſ. 2. d — 1. Theſ. 3. a

POſt aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Reuertẽtes viſitemus fratres noſtros per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo ſe habeãt. Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre, cum multo deſiderio: quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus ſemel & iterũ: ſed impediuit nos Satanas. Et paulo poſt: Propter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis: Et miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum dei in Euange C lio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra, vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. Ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus.

Quòd proprium eſt eius, qui dominum diligit, magna cum charitate aduerſus eos, quos doceat, omni ſtudio eorum ſaluti quauis ratione prouidere, & in eo propoſito cõſtantiſſime vel ad mortem vſque perſeuerare, cũ publice, tum priuatim.

CAP. XIX.

Ioan. 10. b — Ioan. 21. c

BOnus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis. Cum ergo prandiſſent, dixit Simoni Petro Ieſus: Simõ Iona diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu ſcis quòd amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iona diligis me? Ait illi: Domine tu ſcis quòd amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Iona amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me, Dicit ei: Domine, tu omnia noſti, tu ſcis, quòd amo te. Dicit ei Ieſus: Paſce oues meas. Vna autem ſabbatorum cum veniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſſerebat eis profecturus poſtridie, protraxitque ſermonem vſque in mediam noctẽ. Act. 20. b
Et paulo poſt, Quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarem vobis, & docerẽ vos publice, & per domos, teſtificans Iudęis atque gentibus in deum pœnitentiam, & fidem in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quòd per triennium nocte & die non ceſſaui cum lacbrymis monere vnumquenque veſtrum. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium dei, &c.

Ibidem. d — Ibidem. f — D — 1. Theſ. 2. b

Quòd qui eo munere fungitur, vt alios doceat, is miſericors eſſe ac mitis debet, maxime autẽ erga eos, quorum animę morbo grauiter ſint affectæ.

CAP. XX.

Matt. 9. b — Ibidem.

ET videntes phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? Ieſus autem audiens, ait: Non eſt opus valentibus medico. Euntes autem diſcite, quid eſt: miſericordiam volo, & non sacrificium, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati, & diſperſi ſicut oues non babentes paſtorem. E

Quòd clemẽter occurrere debet neceſſitati corporis ſubditorum, & ipſorum curam gerere.

CAP. XXI.

Marc. 1. d — Act. 6. a

MIſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent quod manducẽt: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et venit ad eum leproſus, deprecans eum, & genu flexo dixit: Si vis, potes me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangẽs eum, ait illi: volo, mundare. In diebus autem illis, creſcẽte numero diſcipulorum, factum eſt murmur Gręcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. Conuocãtes autem duodecim multitudinem, dixerunt: Nõ eſt æquum nos derelinquere verbum dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos ſpiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. F

Quòd nõ debet, qui præeſt verbo dei, minorum quorundam cauſa, quæ maioris cuiuſdam laudis cauſa agere ipſe ſua ſponte velit, ea quæ ſunt maiora, negligere.

CAP. XXII.

Ibidem.

COnuocãtes autem duodecim multitudinem diſcipulorum dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere verbum dei, & miniſtrare menſis. Quibus verbis paulo poſt ea adiungit: Nos vero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.

Quòd nullo modo neque ad oſtentationem, neque ad quæſtum verbum domini conferri debet, blanditijs in aures audientium influẽdo,

quò noſtris vel voluptatibus, vel commodis
conſulamus. Quódque contra in docendo ta
les nos eſſe conuenit, perinde ac ſi pro glo-
ria dei, ipſo audiente loqueremur.

CAP. XXIII.

Mat. 23.a Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab
hominibus, dilatant enim phylacteria ſua, &
magnificant fimbrias veſtimentorum ſuorum. A-
mant autem primos recubitus in cœnis, & primas
cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, &
vocari ab hominibus rabbi. Vnus eſt enim magi-
ſter veſter Chriſtus. Omnes auté vos fratres eſtis.
Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus
A eſt enim Pater veſter qui in cœlis eſt. Neque vo-
cemini magiſtri, quia magiſter veſter vn' eſt Chri
Ioan. 7.b ſtus. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit
me. Si quis voluerit voluntaté eius facere, cogno-
ſcet de doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego à meip-
ſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam pro-
priam quærit. Qui autem quærit gloriam eius, qui
miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo nó eſt.
2. Cor. 2.d Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes ver-
bum dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex deo, corá deo,
1. Theſ. 2.a in Chriſto loquimur. Exhortatio enim noſtra ne-
que de errore, neque de immunditia, neque in do
lo: ſed ſicut probati ſumus à deo, vt crederetur no
bis Euangelium, ita loquimur: non quaſi homini-
bus placentes, ſed deo, qui probat corda noſtra.
Neque enim aliquando fuimus in ſermone adu-
lationis apud vos, ſicut ſcitis, neque in occaſione
auaritiæ (deus teſtis eſt) nec quærentes ab homini
bus gloriam neque à vobis, neque ab aliis, cú poſ-
B ſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli.

Quòd qui aliis in Eccleſia docendis præeſt, is da
ta ſibi poteſtate, nequaquam ad ſubiectorum
cótumeliam abuti debet, neque ſe ſupra illos
efferre, ſed potius gradum illum, tanquá ma-
teriam quandam exercendæ aduerſus ipſos
humilitatis tenere.

CAP. XXIIII.

Mat. 24.d Qvis putas eſt fidelis ſeruus, quę conſtituit do
minus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibú
in tempore? Beatus ſeruus ille, quem, cum venerit
dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen di-
co vobis, quòd ſuper omnia bona ſua conſtituet
eum. Si autem dixerit malus ſeruus in corde ſuo:
Morá facit dominus meus venire, & cœperit per-
cutere conſeruos, manducet autem, & bibat cum
ebrioſis: veniet dominus ſerui illius in die qua nó
ſperat, & in hora, quam ignorat, & diuidet eum,
partémque eius ponet cú hypocritis, illic erit fle-
Ioan. 13.b tus & ſtridor dentium. Vos vocatis me magiſter
& domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo e-
go laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos
debetis alter alterius lauare pedes. Facta eſt auté
Luc. 22.c C & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe
maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominan
tur eis, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefi
ci vocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt
in vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut
miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an
qui miniſtrat? Nónne qui recumbit? Ego autem in
medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. A Mileto
autem mittens Epheſum, vocauit presbyteros Ec
cleſiæ: qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul eſſent,
Act. 20.d dixit eis: Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum
in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tépus fue-
rim, ſeruiens domino cum omni humilitatę & la-
chrymis, & tentationibus, quę mihi acciderunt ex
inſidiis Iudæorum. Libenter enim ſuffertis inſipié
tes, cùm ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis
vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis ac 2. Cor. 11.d
cipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit,
ſecundum ignobilitatem dico, quaſi & nos infir-
mi fuerimus in hac parte.

Quòd nequaquam ex æmulatione, inuidiáue,
aut contendendi ſtudio, quæ nobis aduerſus
aliquos ſint, prædicandum à nobis eſt euan- D
gelium dei.

CAP. XXV.

Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in
quo bene complacuit animæ meæ, ponam ſpi Mat. 12.b
ritum meum ſuper eum: iudiciú gentibus nun
ciabit, non contendet, neque clamabit, neque au-
diet aliquis in plateis vocem eius. Quidam quidé Phil. 1.b
propter inuidiam & contétionem: quidam autem
& propter bonam voluntatem Chriſtum prædi-
cant. Quidam ex charitate, ſcientes quòd in defen
ſionem Euangelij poſitus ſum. Quidam autem ex
contentione Chriſtum annunciant, non ſyncere:
exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.

Quòd ad prædicationem Euangelij, humanæ fa-
cultates, per quas cæteris præſtamus, adhi-
bendæ à nobis non ſunt, ea re, ne offuſcata
dei gratia minor appareat.

CAP. XXVI.

Confiteor tibi pater domine cœli & terrę, quia Mat. 11.d
abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudétibus, 1. Cor. 1.c
& reuelaſti ea paruulis. Non enim miſit me Chri-
ſtus baptizare, ſed euangelizare, non in ſapientia E
verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Non enim 1. Cor. 2.a
iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſú Chri-
ſtum, & hunc crucifixum, & ego in infirmitate &
timore & tremore multo fui apud vos: & ſermo
meus, & prædicatio mea nó in perſuaſoriis huma-
næ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, &
virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominú
ſed in virtute dei.

Quòd non debemus putare poſſe nos conſiliis
noſtris illud aſſequi, vt proſperè prædicatio
noſtra ſuccedat: quódque contra huius rei
ſpes omnis nobis collocanda eſt in auxilio
dei.

CAP. XXVII.

Fiduciam autem habemus talem per Chriſtum
ad deum, non quòd ſufficientes ſimus co- 2. Cor. 3.b
gitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſuf-
ficientia noſtra ex deo eſt, qui & idoneos nos 2. Cor. 4.b
fecit miniſtros noui teſtamenti, non literæ, ſed
ſpiritus. Habentes autem theſaurum iſtum in va-
ſis fictilibus, vt ſublimitas virtutis ſit dei, & non ex
nobis.

Quòd non debet, cui traditum eſt munus Euan-
gelii, aliquid plus poſſidere, quàm quantum F
naturalis vſus deſiderat.

CAP. XXVIII.

Nolite poſſidere aurum, neque pecuniam in Mat. 10.a
zonis veſtris, non peram in via, neque duas
tunicas, neque calciamenta, neque virgam, dignus Luc. 9.a
eſt enim operarius cibo ſuo. Nihil tuleritis in via, Act. 20.g
neque virgam, neque peram, neque panem, ne- 2. Tim. 2
que pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Ar-
gentum

gentum aut aurum, aut veſtem nullius concupiui. Nemo militans implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat, qui ſe probauit.

Quòd in ſuſcipiéda cura aliqua de rebus vitę huius nemo iuuari debet, qui nimio plus in his animum ſuum occupet.

CAP. XXIX.

Luc. 12.b Dixit autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? Nemo militans implicat
2.Tim.2.a ſe negociis ſecularibus, &c.

A Quòd qui ineundæ ab auditoribus gratiæ cauſa negligũt iuſſa dei liberè proloqui, atque hoc modo illis ſe mancipant, quorum ſtudia ſibi cupiunt adiũgere, ij ſe alienos faciunt à mancipio domini.

CAP. XXX.

Ioan.5.f Galat.1.b Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriã accipitis abinuicem? & gloriam quæ à ſolo deo eſt, non quæritis? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Quòd qui aliorum in eccleſia docendorum munus ſuſcepit, illud debet ſpectare, vt omnes ille quidem in virum perfectum in mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti perfectos producat, vnumquenque tamen ſeorſum, ordine ac gradu ipſius ſeruato.

CAP. XXXI.

Mat.5.g Ioan.17.e Estote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Non pro iis autem rogo tantũ, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu
Ephe.4.c B pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Alios autem paſtores & doctores ad cõſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Quòd qui aduerſum nos diſputant, ij adhibitis patientia ac manſuetudine, leniter edocendi à nobis ſunt, neque illorum pœnitentia vnquam deſperanda, quoad omnia illa officia pręſtiterimus, quæ ad illorum correctionem pertinent.

CAP. XXXII.

Mat.12.b Neque contendet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans nõ extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium.

C Seruum domini non oportet litigare, ſed manſue-
2.Tim.2.b tum eſſe erga omnes, aptum ad docendum, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt: ſi quando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueo.

Quòd iis, qui propter metum aliquem, periculi alicuius deuitandi cauſa præſentiam prędicantis Euangelium recuſant, cedere ille debet, neque ſe vltrò peruicaciter nimis obtrudere.

CAP. XXXIII.

Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorum, vt diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur: ipſe autem aſcendens nauim reuerſus eſt.

Quòd ab illis etiã, qui ex rudi improbitate prædicationem Euangelij nolunt admittere, recedere debemus, atque ita recedere, vt ne ea quidem ab illis accipiamus, ſine quibus vita conſiſtere non poteſt.

CAP. XXXIIII.

Et quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes de domo, vel Mat.10.b
ciuitate illa, excutite puluerẽ de pedibus veſtris. In quancunque ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeũtes in plateas eius dicite, Etiam
puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, Act.18.b
extergimus in vos, verũtamen ſcitote quòd appropinquabit regnum dei. Cùm veniſſent autem de D
Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur ſpiritu Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum. Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam.

Quòd hominum illorum congreſſum debemus defugere, qui poſt præſtita omnia à nobis pro ſalute ipſorum officia, nihilominus tamen in priſtina animi ſui obſtinatione perſeuerant.

CAP. XXXV.

Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophe- Mat.23.d
tas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum
gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Act.13.g
Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Vobis oportebat primùm loqui verbum dei. Sed quoniã E
repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita; ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit
nobis dominus: Poſui te in lucem gentium, vt ſis Titum.3.b
in ſalutem vſque ad extremum terræ. Hæreticum hominem poſt vnam & alteram correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.

Quòd aduerſus omnes omni in re retinenda eſt verborum domini veritas integra, neque omnino quicquam faciendum maiore animi in hanc quàm in illam partem perpenſione.

CAP. XXXVI.

Testor coram deo & domino Ieſu Chriſto, & 1.Tim.5.d
electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

Quòd qui aliis in Eccleſia præpoſitus eſt, is ad ſingula quæ facit, dicitue, diligentem adhibere circunſpectionem & maturum iudicium F
debet, eo conſilio, vt rem faciat gratam deo, proinde ac ſi illorum, qui curæ ipſius crediti ſunt, iudicio, ac teſtimonio, vel probãdus eſſet, vel improbandus.

CAP. XXXVII.

Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in A- Act.20.d
ſiam, qualiter vobiſcũ per omne tempus fuerim ſeruiens domino, cum omni humilitate, & la-
chrymis & tentationibus, quę mihi acciderũt. Ar- Ibidem g
gentum, aut aurum, aut veſtem nullius concupiui. Sed ipſi ſcitis, quòd ad ea, quæ mihi opus erant, & iis qui mecum ſunt, miniſtrauerũt manus iſtæ. Vos
teſtes eſtis, & deus quã ſancte & iuſte, & ſine que- 1.Theſ.2.b
rela, vobis qui credidiſtis, affuimus, ſicut ſcitis.

REGVLA LXXI.

Quæcunque coniunctim præcepta ſunt de epiſcopis, & presbyteris.

CAP. I.

1.Tim.3.a SI quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, vigilantem, ſobriũ,
1.Tim.5.a modeſtum, ornatum, hoſpitalem, &c. Seniorẽ ne increpaueris, ſed exhortare vt patrem: iuuenes, vt
2.Tim.2.d fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores, in omni caſtitate. Iuuenilia autem deſideria fuge: ſectare verò iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem cũ iis, qui inuocant dominum de corde puro. Stultas
2.Tim.3.a A autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quòd generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe erga omnes, &c. Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, iuſti
Titum.1.b tutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, perſecutiones, paſſiones. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt ea, quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine, & cætera.

De diaconis. CAP. II.

Act.6.b ET elegerũt Stephanum virum plenum fide, & ſpiritu ſãcto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timotheum, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum, hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerũt eis manus. Diaconos ſimiliter compoſitos, non bilingues, non multo vino deditos, non tur-
1.Tim.3. pe lucrum ſectantes, &c.

REGVLA LXXII.

Quòd debent auditores, qui ſacrarum literarum periti ſunt, adhibito diligenti iudicio, ea auſ-
B cultare, quæ à doctoribus dicantur, & ex iis, ea quæ ſcripturæ eſſe conſentanea cognouerint, admittere: contráque quæ aliena, repudiare. Qui autem pertinaciter praua eiuſcemodi decreta voluerint defẽdere, maiorem in modum defugere, auerſarique.

CAP. I.

Mat.18.a VÆ autem homini illi, per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandali-
Ioan.10.a zat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Amen amẽ dico vobis, qui non intrat per oſtium in ſtabulum ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et paulo poſt: Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorũ. Sed licet nos, aut angelus de cœlo, euangelizet vobis, præter id quod euangelizauimus vobis, anathe-
Gal.1.b ma ſit. Prophetias nolite ſpernere. Omnia pro-
1.Theſ.5.d bate: quod bonum eſt, tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete.

Quòd qui diuinarum literarum cognitionẽ non ita magnam habent, ij ex fructibus ſpiritus verum ſãctorum virorum ſignum ac notam debent agnoſcere: & in quibus hæc ineſſe animaduerterint, eos admittere: & contrà, à
C quibus abeſſe, illos repudiare.

CAP. II.

Matt.7.c ATtendite à falſis prophetis, qui veniũt ad vos
Philip.3.d in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces à fructibus eorum cognoſcetis eos. Imitatores mei eſtote, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram.

Quòd qui recte verbum veritatis tractant, ij ita ſuſcipi debent, quaſi dominus ipſe, pro gloria eius, qui illos miſit Ieſu Chriſti domini noſtri. CAP. III.

QVi recipit vos, me recipit. Qui vos audit, me Mat.10.d
audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et tentatio- Luc.10.c
nem meam in carne mea non ſpreuiſtis, neque Gala.4.b
reſpuiſtis, Sed ſicut angelum dei accepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.

Quòd qui iis non auſcultat, qui mittũtur à domino, non in hos modo contumelioſi ſunt, ſed in eum etiam, à quo illi mittuntur, quódque grauius aduerſum ſeipſos iudiciũ parant, quã qui olim Sodomæ & Gomorræ peccauerũt. D

CAP. IIII.

ET quicunque nõ receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus ve- Mat.10.b
ſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quàm Luc.10.
illi ciuitati. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Itaque qui 1.Theſ.4.
ſpernit, nõ hominem ſpernit, ſed deum, qui dedit b
ſpiritum ſuum ſanctum in vos.

Quòd doctrina præceptorum dei perinde accipi debet, quaſi ea, per quam æternam vitam, & cœleſte regnum nobis comparemus, quódque in ea ſtudioſè nos exercere debemus licet laborioſa videatur.

CAP. V.

AMen amẽ dico vobis, quòd qui verbum meũ Ioan.5.d
audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſit à
morte in vitam. Cúmque euangelizaſſent ciuitati Act.14.d
illi, & docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animos diſcipulorum, exhortantéſque, vt permanerent in E
fide, & quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.

Quòd caſtigatio & obiurgatio ita accipi debẽt, quaſi medicamentum quoddam, quo & morbus depellatur, & ſanitas cõfirmetur. Ex quo perſpicuum eſt, quòd qui in aſſentationis vitio lenes ſe haberi volunt, neque peccãtes caſtigant, ij maximè illos detrimento afficiunt, nempe qui æternæ illorum vitæ inſidiantur.

CAP. VI.

SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & cor- Mat.18.b
ripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, 1.Cor.5.b
lucratus eris fratrem tuum. Congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Quo-
niam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœ- 2.Cor.7.b
nitet, etſi pœnituiſſet. Video enim quòd epiſtola illa, etſi ad horam, vos contriſtauit. Nunc gaudeo non quòd contriſtati eſtis, ſed quòd contriſtati e-
ſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecun F
dum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum deum triſtitia eſt, pœnitẽtiam in ſalutem ſtabilem operatur. Quam ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in fide.

REGVLA LXXIII.

Quòd nullo modo debet vir, qui legitimo matrimonio cum vxore coniunctus ſit, ab ea ſeparari: neque viciſſim vxor à viro, niſi illorũ alter in adulterio deprehenſus ſit, niſiue cauſa ali-

ſa aliqua alia interſit, quæ veræ aduerſus deũ pietati officiat.

CAP. I.

Mat.5.a Luc.14.e Mat.19.b 1.Cor.7.b DIctum eſt autem, Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quòd omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Dico autem vobis, quòd quicũque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

A Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Quòd non licet viro vxore dimiſſa, aliam ducere: neque item vxori viciſſim quæ dimiſſa ſit, viro alij nubere.

CAP. II.

Mat.19.b DIco autem vobis, quòd quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

Quòd ea charitate viri debent diligere vxores ſuas, quam Chriſtus aduerſus eccleſiam adhibuit, qui vt ipſam emundaret, voluntariè ſe ipſe morti ſubiecit.

CAP. III.

Ephe.5.e Ibidem.f B VIri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mũdans eam lauacro aquę in verbo. Ita viri debẽt diligere vxores ſuas, vt ſua ipſorum corpora.

Quòd nihilo minus debent vxores ſubiectæ eſſe viris ſuis, atque eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, & in hoc dei voluntati obtemperare.

CAP. IIII.

Ibidem.e Tit.2.a MVlieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, & ipſe ſaluator corporis eſt. Sicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita mulieres viris ſuis in omnibus. Vt caſtitatem doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, vt ſobriæ ſint, caſtæ, domus cuſtodes, benignæ, ſubditæ viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum dei.

Quòd nullo modo debẽt mulieres nimis exquiſitæ in ornatu corporis elegantiæ ſtudere, poC riúſque curam eas omnem in bona opera cõferre, atque hunc verum & germanum Chriſtianorum ornatum eſſe exiſtimare.

CAP. V.

1.Tim.2.c SImiliter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate, ornare ſe non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

Quòd in eccleſiis ſilere mulieres debent, ac domi de rebus iis ſerio loqui, per quas gratia initur à deo.

CAP. VI.

1.Cor.14.e MVlieres veſtræ in eccleſiis taceant: nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Siquid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent, turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem, mulieri nõ permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. 1.Tim.2.b

REGVLA LXXIIII.

Quòd debet vidua, cui modo integra, ac firma corporis valetudo ſit, in aſſidua ſollicitudine ac ſtudio eſſe, ac illorum meminiſſe, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo, eiúſq; teſtimonij, quod Dorcadi datum eſt à ſcriptura. D

CAP. I.

IN Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata, dicitur Dorcas. hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Et circunſteterunt illam omnes viduæ, flẽtes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat, dum eſſet cum illis Dorcas. Vidua deligatur non minor ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens. Si filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Acto.9.f Ibidem.g 1.Tim.5.b

Quòd debet vidua, quæ in operibus bonis, de quibus Apoſtolus loquitur, bene ſe geſſerit, & in ordinem vere viduarum iam peruenerit, aſſidue orationibus, & obſecrationibus inſtare, ſimilitérque ieiuniis etiam, nocte & die. E

CAP. II.

ET erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer, & hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & hæc vidua vſque ad annos octogintaquatuor, quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Quæ autem vere vidua eſt, & deſolata, ſperat in deum, & inſtat obſecrationibus, & orationibus ſeruiens nocte ac die. Nam quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt. Luc.2.e 1.Tim.5.a

REGVLA LXXV.

Quòd debent ſerui omni cum beneuolentia dominis ſuis, quibus ſeruiunt in hac vita, obedire ad dei gloriam, idque omnibus in rebus, in quibus id, ſaluis mandatis dei, fieri poſſit.

CAP. I.

SEruí obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut F Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei ex animo: cum bona volũtate ſeruientes domino, & non hominibus, ſciẽtes quòd vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. Quicunque ſũt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen dei, & doctrina blaſphemetur: qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participes ſũt. Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed Ephe 6.a 1.Tim.6.a

in omnibus bonam fidem oſtendentes, vt doctrinam ſaluatoris dei noſtri ornent in omnibus. *Tit.2.c*

Quòd debent domini, cum meminerint eius, qui eſt verus dominus, mutuas ipſi quoque operas reddere ſeruis ſuis quantum poſſint in timore dei, & clementia aduerſus ipſos, idque exemplo domini.

CAP. II.

Ioan 13.a SCiens Ieſus, quòd omnia dedit ſibi pater in manus, & quòd à deo exiuit, & ad deum vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum, pręcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Et paulò inferius. *Ibidem.b* Vos vocatis me magiſter & domine, & benefacitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Ephe.6.b* Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientęs quòd & illorum & veſter dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud deum.

REGVLA LXXVI.

Quòd debent filij parentes ſuos honorare, & illis omnibus in rebus obedire, quæ modo dei mandato non ſint impedimento.

CAP. I.

Luc.2.g ET dixit mater eius ad illũ: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Deinde paucis interpoſitis verbis: Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat
B ſubditus illis. *Ephe.6.a* Filij obedite parẽtibus veſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

Quòd debent parentes in diſciplina & correptione domini filios ſuos educare, adhibita lenitate atque clementia: neque quantum in ipſis ſit, vllam omnino ipſis cauſam dare, quàobrem aut iraſci debeant, aut dolere.

CAP. II.

Ephe 6.a ET vos patres nolite prouocare ad iracundiam filios veſtros, ſed educate eos in diſciplina & correptione domini. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant.

REGVLA LXXVII.

Quòd debent virgines ab omni rerum vitæ huius ſolicitudine liberæ eſſe, quo aſſidue poſſint agere gratias deo: neque ab eo vllo modo, ſeu mente diſtrahi, ſeu corpore, ſpe cõſequendi regni cœleſtis.

CAP. I.

C

Matt.19.b *1.Cor.7.f* ET ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt domini, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam: ſed vt id, quod honeſtum eſt, ſequamini, & quod facultatem præbeat, domino ſine impedimento ſeruiendi.

REGVLA LXXVIII.

Quòd ſtipendia in bello merentibus neminem licet neque percutere, neque calumniari.

CAP. I.

Luca.3.c INterrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminẽ percutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

REGVLA LXXIX. D

Quòd debent qui principes aliorum ſunt, vindices eſſe iuſtificationum dei.

CAP. I.

Rom.13.a NAm principes non ſunt terror bonorum operum, ſed malorum. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & laudem habebis ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Nõ enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.

Quòd maioribus poteſtatibus ſubiecti eſſe debemus in iis rebus, quæ modo non ſint impedimento mandatis dei.

CAP. II.

Ibidem. OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à deo. Quę autem ſunt poteſtates, à deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes nõ ſunt terror bonorum operum, ſed malorum, &c. Obedire oportet deo, magis quàm hominibus. *Act.5.e* *Tit.3.a* E Admone illos principatibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, & obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

REGVLA LXXX.

Cuiuſmodi eſſe ratio Chriſtianos velit. Tanquã diſcipulos Chriſti, qui ad ea ſe tantummodo conforment, quæ videant in ipſo, vel quæ audiant ab ipſo.

CAP. I.

Matt.11.d *Ioan.13.b* TOllite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me. Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Tanquam oues Chriſti, qui ſolam audiant vocem paſtoris ſui, & ipſum ſequantur.

CAP. II.

Ioan.10.a OVes meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo.

Tanquam palmites Chriſti, in ipſo radicatos, & ipſi fructum ferentes, & omnia, quæ illo digna ſunt, & ipſius voluntati conſentanea facientes, & habentes. F

CAP. III.

Ioan.15.a EGO ſum vitis, & vos palmites.

Tanquam membra Chriſti, in omni executione mandatorum domini, aut donorum ſpiritus ſancti abſolute perfectos, ad dignitatem capitis ipſorum, qui eſt Chriſtus.

CAP. IIII.

Neſcitis

1.Cor. 6.d Ephes. 4.e NEſcitis quòd corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſurā vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

Tanquam ſponſam Chriſti, ſeruantem caſtitatem, in eo quòd in ſolis ſponſi ſui voluntatibus ambulet. CAP. V.

Ioan. 3.d 2.Cor. 11.a A QVi habet ſponſam, ſponſus eſt. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

Tanquam templum dei, ſanctos ac mundos, & iis repletos ſolum, quæ ad dei cultum pertineant. CAP. VI.

Ioan. 14.c 2.Cor. 6.d SIquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vos enim eſtis templum dei viui, ſicut dicit deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus.

Tanquam victimam immaculatam, omnibúſque ſuis membris & partibus abſolutam, veræ in deum pietatis integritatem cōſeruantes. CAP. VII.

Rom. 12.a OBſecro itaque vos fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.

Tanquam filios dei, formatos ad imaginem dei, ſecundum menſuram, quæ donata eſt B hominibus. CAP. VIII.

Ioan. 13.d Gal. 4.c FIlioli adhuc modicum vobiſcum ſum. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

Tanquam lucem in mundo, vt & ipſi videlicet puri ſint ab omni vitio, & eos qui ad ipſos accedant, illuminent ad agnitionem veritatis, vt vel tales fiant, quales conuenit, vel declarent quid ſint. CAP. IX.

Matt. 5.b Philip. 2.b Vos eſtis lux mundi. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

Tanquam ſal in terra, vt videlicet qui communionem cum ipſis habuerint, ſpiritu renouentur ad incorruptionem. CAP. X.

Matt. 5.b Vos eſtis ſal terræ.

Cuiuſmodi ratio eſſe in vniuerſum eos velit, quibus credita eſt prædicatio Euangelij.

Tanquam Apoſtolos & miniſtros Chriſti, C & diſpenſatores fideles myſteriorum dei, ſola ea, quæ à domino præcepta ſunt integerrime, & re & verbo implentes. CAP. XI.

Matt. 10.b Mar. 16.d 1.Cor. 4.a ECce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Euntes docete omnes gentes. Sic nos exiſtimet homo tanquam miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. Quod autem ſupereſt, quæritur inter diſpēſatores, vt fidelis quis inueniatur.

Tanquam præcones regni cœlorum, ad deſtructionem eius, qui habet imperium mortis in peccato. CAP. XII.

EVntes autem prædicate dicentes: Appropinquauit regnum cœlorum. Teſtificor ego coram deo, & domino Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos per aduentum ipſius: prædica verbum dei. Matt. 10.a 2.Ti. 4.a

Tanquam formam, aut regulam pietatis, vt per eos ad rectitudinem omnem dirigantur illi, qui dominum ſequuntur, & illorum peruerſitas detegatur, qui in quauis re illius imperium detractent. CAP. XIII.

QVæ quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, D iuxta deſtinatum perſequor ad brabium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus: Et ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, in eadē permaneamus regula. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Solicitè autem cura teipſum probatum exhibere deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Philip. 3.b 1.Tim. 4.c 2.Tim. 2.c

Tanquam oculum in corpore, vt videlicet habere delectum & bonorum, & malorum ſciant, atque vt Chriſti membra ad ſingula quibuſque accommodata officia dirigant. CAP. XIIII.

LVcerna corporis eſt oculus. Si ergo oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matt. 6.b

Tanquam paſtores ouium Chriſti, qui quādocunque tempus poſtulet, ne animam quidem ponere pro illis dubitent, vt euangelium illis impartiant. E CAP. XV.

BOnus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei. Ioan. 10.b Act. 20.e

Tanquam medicos: qui magna adhibita animi lenitate, ſcienter ſecundum doctrinam domini animarum morbos curent, in acquiſitionem eius, quæ eſt in Chriſto ſanitatis, & perſeuerantiæ. CAP. XVI.

NOn eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum portare. Matt. 9.b Rom. 15.a

Tanquam parentes, & nutrices filiorum, qui ex magnitudine eius, quæ eſt in Chriſto charitatis, parati ſint libenti animo communicare illis non ſolum euangelium dei, ſed ſuam etiam ipſorum vitam. F CAP. XVII.

FIlioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Nam in Chriſto Ieſu per euangeliū ego vos genui. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiam animas noſtras, quia chariſsimi nobis facti eſtis. Ioan. 13.d 1.Cor. 4.d 1.Theſ. 2.b

Tanquam dei adiutores, qui ſolis deo dignis operibus totos ſe mācipent pro eccleſia dei. CAP. XVIII.

DEi enim ſumus cooperatij: dei agricultura, dei ædificatio eſtis. 1.Cor. 3.b

Tanquam plantatores palmitum dei, qui in vitæ, quæ eſt Chriſtus, nihil alienum, aut infructuoſum relinquant, & ea quæ conuenientia ſunt, atque fœcunda, meliora efficere ſtudeant, omni diligentia adhibita.

CAP. XIX.

Ioan.17.a EGo ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui

1.Cor.3.b fert fructum, purgat eum, vt fructus plus afferat.

A Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit.

Tanquam ædificatores templi dei, qui vniuſcuiuſque animam ita concinnent, vt fundaměto apoſtolorum & propbetarum apte congruat.

CAP. XX.

1.Cor.3.b SEcundum gratiam dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat, quomodo ſuperædificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod

Epheſ.2.d poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici dei, ſuperędificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſancto.

CAP. XXI.

B

Quid proprium Chriſtiani?

Charitas, quæ per charitatem operatur.

Quid proprium fidei?

Certiſsima animi expletio de diuinorum verborum veritate, quæ nulla, neque à naturali neceſsitate inducta ratione, neque ad veræ pietatis ſimulationem conformata vllo modo poſsit labefactari.

Quid proprium fidelis?

Vt cum eiuſmodi certa animi expletione veram eſſe illorum vim credat quæ dicta ſunt in ſcriptura, nihilq́ue reiiciat, aut nouum ſtatuere audeat. Etenim ſi omne, quod ex fide non eſt, peccatum eſt, vt ait Apoſtolus, fides autem ex auditu, auditus autem per verbum dei, ſine dubio cum quicquid extra diuinam ſcripturam eſt, ex fide non ſit, id peccatum eſt.

Quid proprium eius, quæ eſt in deum, charitatis?

Mandata eius ſeruare, eo animo, vt ille glorificetur.

C Quid proprium eius, quæ eſt in proximum, charitatis?

Vtilitatem propriam non quærere, ſed vtilitatem eius, qui diligatur, cum animæ, tum corporis.

Quid proprium Chriſtiani?

Vt per baptiſmum denuo ex aqua & ſpiritu generetur.

Quid proprium eius, qui natus eſt ex aqua?

Vt quemadmodum Chriſtus peccato ſemel mortuus eſt, ita ipſe etiam mortuus ſit, & ad omne peccatum immobilis, ſicut ſcriptum D

eſt: Quicunque in Chriſtum Ieſum baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, hoc ſcientes, quòd vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Roma.6.a

Quid proprium eius, qui natus eſt ex ſpiritu?

Vt pro data ſibi menſura illud fiat, quod eſt id, ex quo genitus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Quod ex carne natum eſt, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ioan.3.a

Quid proprium eius, qui denuo natus eſt?

Exuere veterem hominem vnà cum actibus eius, & cupiditatibus, & induere nouum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem illius, qui creauit illum, ſicut ſcriptum eſt: Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Quid proprium Chriſtiani?

Mundari ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & perficere ſanctitatem in timore dei, & charitate Chriſti, & nullam habere neque maculam neque rugam, aut aliud quippiam generis eiuſdem. Qui enim manducat E

& bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.

Quid proprium illorum qui manducant panem, & bibunt poculum dei? Seruare perpetuam memoriam illius, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit.

Quid proprium Chriſtiani?

Vt omni in re iuſtitia illius maior ſit iuſtitia ſcribarum & Phariſæorum pro menſura doctrinæ dominicæ, quæ eſt ſecundum euangelium

Quid proprium Chriſtianorum?

Eiuſmodi dilectio inter ipſos, cuiuſmodi ea fuit, qua dilexit nos Chriſtus.

Quid proprium Chriſtiani?

Prouidere dominum in conſpectu ſuo ſemper.

Quid proprium Chriſtiani?

Quotidie ac ſingulis horis vigilare, & aſsidue paratum eſſe ad eam perfectionem, per quā placeat deo, illud ſcientem, venturum eſſe dominum hora illa, qua non ſperat.

Sancti

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAE Cappadociæ.

DE INSTITVTIONIBVS Monachorum, Sermo.

HOMO ad imaginem & ſimilitudinem dei fuerat factus. Imaginis autem dignitatem illam ac decorem peccatum, animo ad vitioſas cupiditates depreſſo, deformauit. At enim deus, qui hominē creauit, vera vita eſt. Itaque qui dei ſimilitudinem amiſit, is vitæ etiam amiſit cōmercium. Qui autem à deo diſiunctus eſt, is ſine dubio intra beatæ vitæ limites eſſe non poteſt. Agedum igitur, ad eam, in qua ab initio eramus, & à qua propter peccatum abalienati ſumus, redeamus gratiam, nóſque rurſum ad diuinæ imaginis ſpeciem conformiter exornemus: abiectiſque prorſus omnibus vitioſis animi affectionibus ſedulo operam demus, vt ortus noſtri autori ſimiles efficiamur. Qui enim in ſeipſo, quantum in ipſo ſit, naturæ diuinæ liberrimam affectuum tranquillitatem imitatus fuerit, hic defœdatam
B prius in animo ſuo dei imaginem reſtituit priſtino nitori. Qui verò eo modo, quo diximus, deo ſe ſimilem effecerit, is prorſus diuinæ etiam vitæ ſimilitudinem acquiſiuit, perpetuo deinceps, in aſsidua vſque beatitudine manſurus. Si igitur vitiorum vacuitas ea eſt, per quam amiſſam dei imaginem recuperamus, & ſimilitudo, quæ cum deo nobis eſt, vitæ nobis æternitatem largitur, haud dubiè cæteris omnibus cæterarum rerum ſtudiis omiſsis, in hoc vnum toto pectore debemus incumbere, vt videlicet animus noſter nullius vnquam vitij opprimatur tyrannide, illudque diligenter curare, vt neutrobi mens noſtra enariet, neque propter vllos tentationum impetus ſe in terram patiatur proſterni, vt hoc modo in diuinæ beatitudinis ſocietatem venire poſsimus. Porrò ad huiuſmodi ſtudium mire conducit & cooperatur virginitas, ſi quis eam recta ratione coluerit. Neque enim in hoc tantummodo virginitatis donum conſiſtit, ſi quis in eo abſtinens fuerit, vt progignendis liberis operam non det: ſed vt quis id rectè aſſecutus dici poſsit, victus ipſe omnis, vita quoque, omniſque animi morum conformatio, virginitatem ſeruent oportet: nullúmque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpe-
C tuo cœlibis integritatem præ ſe ferat. Siquidem fieri poteſt, vt quis ſermone etiam ſcortetur, & oculis adulter ſit, & auditu polluatur, & cor inquinandum præbeat: immodicéque edendo potandoque temperantiæ finibus egrediatur. Qui enim adhibita in his temperantia, ſe intra virginitatis limites continuerit, vere hic abſolutiſsimum ſe habere virginitatis donum declarat. Quamobrem ſi per vitiorum euacuationem ad dei ſimilitudinem animæ noſtræ characterē com- D
ponere nobis in animo eſt, & hac ratione ſempiternam nobis vitam acquirere, danda omnino nobis ſedulo opera eſt, ne quid quoquo pacto profeſsione noſtra indignum faciamus, néve ſimili, atque Ananias, iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim initio Ananiæ poſſeſsiunculam ſuam deo non polliceri ac vouere: ſed poſtquàm humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat per profeſsionē deo conſecrauit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret, de precio autem callidè poſtea neſcio quid interuerterit, eiuſmodi aduerſum ſe indignationē dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quocirca ante religioſæ iſtius vitæ profeſsionem liberum eſt vnicuique, quatenus per dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem ſequi, ſibique vxorem adiungere: Vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic E
deo cuſtodire ſeipſum debet, veluti eorum aliquid, quæ dicata ſunt deo, ne ſacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod ſemel deo conſecrauit, miniſterio rurſum cōmunis vitæ contaminet. Atque hoc dico, non vnum tantummodo vitioſæ affectionis genus ſpectans, quemadmodum opinantur quidam, qui perfectam habere ſe virginitatem exiſtimāt, ſi caſtum modo corpus ſuum cuſtodierint: ſed vt doceam eū, qui deo ſeruare ſe integrum velit, nulla debere praua affectione mundana inquinari iuxta omnem vitioſæ affectionis modum. Nam iracundia, inuidia, & præteritarum iniuriarum tenax memoria, mendacium item, & ſuperbia, & elatio ſpiritus, & intempeſtiua locutio, & in oratione facienda lentitudo, & rerum quæ nullæ ſunt, cupiditas, mandatorum negligentia, in veſtitu nimio plus exquiſitus ornatus, oriſque ad venuſtatis ſpeciem cōpoſitio, congreſsionéſque ac colloquia non habita vel decori, vel neceſsitatis ratione, hæc omnia adeo diligenter ab eo ſunt cauenda, qui per virginitatē deo ſeipſum conſecrauit, vt par ſibi propemodum eſſe periculū intelligat, ſi in aliquo iſtorum lapſus ſit, atq; ſi in vetitum proprie peccatum incurrat. Siquidem cūcta, quæ cum vitioſa animi F
affectione fiunt, ea animi quodammodo candorē contaminant, & ad diuinam vitam impedimento ſunt. Ad hæc igitur omnia reſpiciat oportet, qui ſeculo nūcium remiſit, vt videlicet nullo modo, poſteaquam iam diuinum veluti vas factus ſit, vitioſo ſe vſu pollui patiatur. Eaque is in primis ſecum verſare in animo debet aſsiduè, cum vltra humanæ naturæ fines proceſſerit, vitæ ſe cuidam

inſtituto

inſtituto à corpore ſeiunctæ tradidiſſe, angelorũ
conuerſationem dum ſibi imitandam propoſuit.
Siquidem proprium hoc eſt angelicæ naturæ, li-
beram eſſe à vinculis coniugij, neque ad aliam vl-
lam contemplandam pulchritudinem animo di-
ſtrahi, ſed oculos in dei os aſsidue intentos habe-
re. Quamobrem qui in angelicæ iã dignitatis or-
dinem tranſiuit, is ſi humanis ſe poſtea prauis af-
fectionibus contaminet, Pardi aſsimilis efficitur
A pelli, cuius ſetæ neque ex toto albæ ſunt, neque ex
toto nigræ, ſed cum ſint diſsimilium colorum mi-
ſtione variegatæ & interpunctæ, neque in albis
numerantur, neque in nigris. Atque hoc quidem
communius eorum præceptum ſit, qui vitam ſibi
continentem ac caſtam delegere. Verum quoniã
videntur ſingula quoque diſtinctius debere tra-
ctari, operæpreciũ fuerit fortaſſe, ſi de his breuia
quædam admonita tradiderimus. Igitur qui à cõ-
muni cum cæteris viuendi more receſſerunt, ani-
mumq́; ſuum ad diuinius quoddã vitæ genus co-
lunt & exercent, ij non ſuo ſe permittãt arbitrio,
neu per ſolitudinem vitam exigant. Siquidem ad
euitandas prauas hominũ ſuſpiciones, huiuſmodi
vitam non remotis arbitris, neque in obſcuro agi
conuenit. Et quemadmodum lex ſpiritualis pau-
ciores eſſe, quàm duodecim vetat illos, qui myſti-
cum paſcha mãducent, item quoque eorũ qui ſpi-
rituali vitæ ſimul operam dãt, denarius numerus
ampliandus eſt potius, quàm reſtringẽdus. Vnus
totius illorũ diſciplinæ moderator ſit, qui & pro-
pter vitæ ac morum probitatem, & reliquis in re-
bus moderationem, ipſe cæteris antelatus ſit: ad-
B hibita etiam ad hoc, vt cæteris præponeretur, æta-
tis maturitate. Siquidem maiorẽ neſcio quomo-
do venerationem habet in hominũ natura, quòd
prouectiore ætate eſt. Huius autem poteſtas ea
ſit, vt parẽte ipſi ex libera animi inductione, ſum-
miſsioneque, fratrum conuentu, eorum nemini
eius voluntati liceat aduerſari, in his, quæ ad ſuſce-
ptæ vitæ honeſtatem & exactiorem quendã cul-
tum facienda ille ſuadeat. Sed vt Apoſtolus ait,
nullo modo cõſtitutis à deo poteſtatibus eſſe re-
ſiſtendum, quãdo male illi multentur, qui dei or-
dinationi reſiſtant: item hic quoque animũ in eo
ſuũ expleſſe ac ſibi perſuaſiſſe fratres reliqui om-
nes debent non fortuitu, neque caſu, ſed dei vo-
luntate huiuſmodi poteſtatem antiſtiti ſuo fuiſſe
delatam, vt quæ ſecundum deum in virtute pro-
greſsio eſt, ab impedimento libera eſſet, quippe
cum & ille quicquid ad vtilitatem, ac fructum ani-
marum pertineret, proponeret, iſtiq́; viciſsim li-
bentes ac morigeri data ſibi ab eo conſilia capeſ-
ſerent. Quoniam igitur illud è re prorſus eſt anti-
ſtitis, vt fratrum cõuentum in officio ac poteſtate
ſua habeat, neceſſario talis aliquis huiuſcemodi
vitæ moderator deligi debet, in cuius vitam qui-
C cunque intueantur, omnium virtutum exemplar
ante oculos propoſitũ habeant: & qui, vt eſt apud
apoſtolum, ſobrius, temperans, modeſtus, & ſua
ſponte ad docendum propenſus ſit. Ad eum mo-
dum huius vitam mihi placet ſpectari, nõ vt illud
modo inquiratur, vtrum ſenilem ipſa ætate matu-
ritatem habeat, néc ne: (ſiquidem fieri poteſt, vt
canis aliquis, ac rugis oppletus, iuueniles tamen
mores obtineat) ſed illud cũ primis ſpectandum
exiſtimo, num illi ipſa vitæ cõuerſatio, moréſque

Ad ro. 13.

ex moderatione incanuerint, vt quicquid ab eo
dicatur fiatve, id cunctis fratribus pro lege ac re-
gula ſit. Ratio proinde quærendi victus his, qui in
eiuſcemodi vitæ genere degant, ea maxime cõue-
niens iudicãda eſt, quæ ab Apoſtolo præſcribitur
nimirum vt manibus laborantes, honeſtè ſuum
quiſque panem manducet. Quid porro quilibet
conficere debeat operis, penes vnũ aliquẽ vt æta-
te grauem, ita & vitæ retrò actæ teſtimonio com-
mendabilem, arbitrium erit, qui manuaria iſthæc D
opera ad numerum diſpertietur, prævt viderit in
rem eſſe vſus neceſſarij vnicuilibet, vt mandatum
impleatur eius qui iubet, in ſudore & labore no-
bis victum vt acquiramus, & honeſtatis decor re-
prehenſione ac nota omni vacuus teneatur, cum
nulla eos quotidiani victus neceſsitas adigat in pu
blicũ prodire. Continentiæ autẽ hic modus opti-
mus, hæc inquam regula erit, Si corpus neq; dif-
fluat deliciis, neq; maceratione nimia atteratur,
illudq́ue in vtranq; partẽ teneatur, vt ne quid ni-
mis, ne videlicet animus, ſi carniũ obeſitate gra-
uetur, variis perturbationib⁹ reddatur obnoxius:
neq; ſi item cõtrà plane morboſus fuerit effectus,
dei mandata exequi non poſsit. Quandoquidem
par vtrinq; animo detrimentũ ſolitũ eſt vſu veni-
re, & cũ corpus ex bona habitudine luxuriãs quo-
dammodo animi impetiũ detrectat, & ad prauas
cupiditates præceps ſe cũ impetu fert in indeco-
ros motus, & cũ item languidum, ac diſſolutũ, &
doloribus oppreſſum, mouere ſe loco non poteſt
ſed ſiſtitur immotè. Neq; enim in eiuſmodi cor-
poris cõſtitutione libere per ocij temperiẽ ſe ani
mus ad rerũ altiorum contẽplationem poteſt eri- E
gere, ſed neceſſario ipſo oppreſſus doloris ſenſu,
impeditus tenetur ſitq́ue deuexior & velut in hu-
mum acclinis per corporis afflictionẽ. Quare ci-
bi vſus eiuſmodi eſſe debet, qui ad ſolã neceſsita-
tem referatur, itemq́ue vinũ neq; omnino reſpui
debet, ſi quando valetudinis cauſa aſſumendũ ſit,
neq; ſtudioſè nimis, ſi neceſsitas non ſit, exquirẽ-
dum, ac reliqua omnia ſimiliter eiuſmodi ſunto,
vt neceſſario ad victum vſui, non autẽ libidinoſis
voluptatibus inſeruiant eorũ qui ſe ad religionis
exerceut cultũ. Cùm autẽ ad orationem nulla nõ
vitæ pars opportuna habẽda ſit: quia tamen datis
quibuſdam interuallis ab illa pſalmodię genuq́ue
flexionis acri cõtentione nonnunquam eſt inter-
quieſcendum, is eſt maxime horarũ modus tenen
dus, qui à veteribus olim ſanctis viris ad orationẽ
deſcriptus eſt. Etenim eximius ille Dauid ait: Me- Pſal. 118.
dia nocte ſurgebam ad confitẽdum tibi, ſuper iu-
dicia iuſtitiæ tuæ, quem ſanè Paulus quoq; & Si- Act. 16.
las ſecuti reperiuntur, cùm in carcere poſiti, cir-
citer mediam noctem deum ambo collaudarent.
Addit deinde idem Propheta: Veſpere, mane, & Pſal. 54.
meridie. Quin & ſpiritus ſanctus circiter horam
diei tertiã fuit, ſicut ex Actis accepimus, quo tem F Act. 2.
pore cũ propter variam illam linguarũ efficacem
vim Phariſæi diſcipulos irriderent, negauit Petrus
eos ebrios eſſe, qui ea loquerẽtur: ſiquidẽ horam
illam tertiã fuiſſe. Porrò nona dominicæ paſsio-
nis memoriam refert, illius quæ vitæ noſtræ cau-
ſa ſuſcepta eſt. Verum quoniã item hoc eſt apud
eundem Dauid, ſepties in die laudem dixi tibi
ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: tempora autẽ illa, quæ
diximus, neutiquam ſeptenariũ orationis nume-
rum

rum conficiunt: bipartito diuidenda meridiana oratio eſt, ita videlicet vt pars vna cibũ præcedat, altera ſubſequatur, quo perpetua hæc nobis formula ſit deum ſepties per ſingulas dierũ conuerſiones laudibus celebrandi. Mulieres à monaſteriorum ingreſſu prorſus arcentor. Viri non quiuis temere admittuntor, ſed ij tantúmodo, quos idoneos, qui ingrediantur antiſtes iudicarit. Plerunque enim hæc temere facta omnibus ingrediendi poteſtas intempeſtiuorum quorũdam ſermonũ, ac narrationum minime cõuenientium cauſa eſt, ex quibus animus in futiles, minimeque neceſſa-

Meridiana oratio cur bipartito diuisa.

A rias poſtea cogitationes delabitur. Quocirca cõmunis quædam ſtatui lex debet, vt ſolus antiſtes ipſe conſulatur, & reſpõdeat, de rebus iis, ad quas neceſſario videatur debere reſpõderi: reliqui nugantibus oblocutionibus variis nihil reſpondeãt, ne ad perpetuãdam nugacium verborum ſeriem illí pertrahantur. Apotheca vero communis omnium ſit neq; proprium alicuius quicquam nominetur, non veſtimentum, non calceamentum, nõ denique aliud quippiam eorum, quæ ad neceſſarium corporis vſum ſpectant. Sed ea poteſtas antiſtitis ſit, vt ex iis quę in communi poſita fuerint, vt quodque cuique aptum eſſe ad vſum iudicauerit, ita ab eo illi pro tempore aſsignetur idq́; iuxta præpoſiti ſententiam. Porrò in huiuſmodi hoc cõmuni contubernio neutiquam patitur charitatis lex aliquas coiri ſeorſum aut amicitias, aut ſodalitates. Siquidem nullo modo fieri poteſt, quin affectiones iſtæ quæ in hanc magis, quàm in illam propendent partem, plurimũ incommodent cõmuni omnium concordiæ. Quamobrem æquali-

B ter ſe diligere inter ſe omnes debent, idemq́; aduerſus vniuerſum fratrũ cœtum charitatis tenendus eſt modus. Quòd ſi quis inuentus fuerit, qui maiore quadam animi propenſione monachum, fratrem, vel propinquum, vel aliũ quemuis quauis de cauſa videatur diligere, hũc caſtigare oportebit vt iniurium publicæ charitati: Siquidem in eo quòd quis aliquem vnum plus diligit, facile indicat reliquos ſe in amore inferiores habere. Iis autem qui in culpa aliqua deprehenſi fuerint, ad magnitudinem delicti, pœnæ etiam modus accõmodator, videlicet vt vel in communi cum cæteris pſalmorum decantatione intereſſe prohibeantur; vel ad orationis communionem neutiquam admittantur, itemq́ue à cibi communicatione arceantur. Qua in re, qui erit communis diſciplinæ moderator, is cum magnitudine culpæ, pœnam etiam commetietur. Porrò quæ neceſſario in cõmuni conuentú tractanda miniſteria ſunt, ea mutatis in orbem vicibus circunagũtor, biniq́ue ſin-

Pro modo delicti ſit et pœna modus.

C gulis hebdomadis neceſſarium omne in hoc genere munus explento, vt & humilitatis merces communis ſit, neque cuiquam facultas in rebus etiam laudabilibus cæteros ſuperãdi amplior detur, & vt æqualiter à laboribus requieſcere omnes poſsint. Nam hæc laboris & requietis repetita identidem viciſsitudo laſsitudinem laborãtes ſentire non ſinit. Cum autem neceſſaria aliqua de cauſa neceſſe fuerit in publicum prodire, antiſtitis arbitrium ſit, eos ad hoc deligere, quos idoneos, qui prodeant, ipſe iudicauerit: itemq́; contrà præcipere, vt domi remaneant, quorum ſimiliter ex re hoc eſſe cenſuerit. Plerunq; enim in adoleſcentum corporibus, tametſi ſummopere continentiã colenda macerare ſe ſtudeant, neſcio quomodo naturalis ætati illi coloris quaſi decor quidam efflureſcit, in quem qui inſpexerint, ij libidinũ plerunque ſtimulis ſolent permoueri. Quocirca ſi quis ſit, qui quod ad corporis florem attinet, adoleſcens ſit, is huiuſcemodi decorem ſuum occultato, eumq́; tandiu celatũ teneto, quo ad ſpecies pulchritudinis illa, ad maturũ ſtatum aliquẽ peruenerit. Iracundiæ autẽ, aut memoriæ iniuriarũ, aut inuidiæ, aut cõtentionis nullus prorſus ſit neque geſtus, neq; motus, non verbum, non oculo-

D rum acris obtutus, non vultus conformatio vlla, non aliud quippiã, ex quo eorum, quibus cũ viuimus, irritari anim⁹ poſsit. Quod ſi fortè alicui euenerit, vt prior ipſe ab alio læſus ſit, hæc nequaquã idonea haberi peccati excuſatio debet, quo ille teneatur. Siquidem malum, vt quouis tẽpore perpetretur, nihilo tamẽ minus proptereà æquè ſemper eſt malum. Iuſiurandum de fratrum conuentu prorſus expellitor. Si quis autem vel nutu capitis, vel ſimplici voce aſſenſus fuerit, id pro iureiurando habeatur, tam ei qui dicit, quàm ei qui audit. Si quis vero ſimplici alicuius affirmationi fidem nõ habuerit, is indicio eſt de ſua ipſius mente, ſe videlicet, dum loquitur, veritatem non ſemper ſeruare, eaque re à magiſtro ordinis, in delinquentium referri numerum debet, & ſalutari impoſita multa, ad ſanitatem reſtitui. Completo iam die, omniq́; opere cum corporis, tum ſpiritus etiã abſoluto, præclare fiat, ſi diligenter vnuſquiſque antequam cubitum eat, cum animo ſuo conſcientiam ſuã exquirat, ac ſi quid quis vel cogitauerit,

E vel etiam locutus fuerit eorum quæ non decent, vel ſi inter orandum minus attentus, aut in pſalmorum decantatione tædio anxius fuerit, aut cõmunis vitæ deſiderio ſe ſenſerit titillatum, admiſſum à ſe delictum nullo modo occultum teneto, ſed in medium audientibus cunctis enunciato, vt per cõmunem orationem ſanetur morbus illius, qui in eiuſmodi malum inciderit.

EIVSDEM

DE INSTITVTIONE

Monachorum, Sermo.

MOnachorum vitæ ratio vnũ ſibi tantummodo propoſitum habet, animæ ſalutem, & quicquid prodeſſe ad eũ finem poteſt, id vt tanquam dei mandatum cum timore obſeruet. Neque enim ipſa

A ſimili argumentum.

F dei mãdata quicquam aliud ſpectant, niſi vt ſalutem adipiſcatur is, qui ipſis auſcultauerit. Conuenit igitur, vt quemadmodum qui in balneum ingrediuntur, veſtimentis ſe omnibus denudant; ita & qui colendæ pietatis cauſa ad ſolitariam vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus vitæ, quod eſt ſecundum philoſophiam, ingrediantur. In hoc autem illud caput eſt, & in quo præcipue elaborare Chriſtianus debet, vitioſas animi affectiones diuerſas ac varias, quibus illius anima infici ſolet, ab ſe ſegregare. Deinde oportet, vt qui ad excellens hoc & ſublime vitæ genus aſpirat, is pecunia ſua

omnĩ

omni ſe ſpoller. Siquidem earum rerũ, quæ ſunt cum materia cõiunctæ, ſolicitudo, procuratioque magnopere mentem atqoe animum diſtrahunt. Quoties igitur plures inuenti fuerint, qui eodem ſibi cuncti propoſito fine, vitam vnà inter ſe agere decreuerint, hoc cum primis firme tenere illi debent, vt cuoctorũ vna omoino mens ſit, & voluntas vna, & idem protſus deſiderium, & vt iuxta legem quam ſancit Apoſtolus, omois quæ in vnum conuenerit, multitudo, corpus voum efficiatur, ex diſsimilibus inter ſe membris coagmen- *A ſimili Apoſtoli ſententia.*

A tatum. Hoc autem aliter oullo modo legitime cõfici poteſt, niſi apud eos illud probè ſtabilitũ teneatur, vt hibil quicquam ſuum cuiuſquam eſſe præciſè & peculiariter dicatur, non veſtimentũ, oon vas, noo aliud quippiam eorum, quæ ad ſocietatem vitæ cooducuot, ea re, vt ſingula hęc vtilitati communi, noo autem priuato ſibi vendicantis commodo ſeruiant. Et qoemadmodum veſtimentum, quod contractius eſt, amplioris ſtaturæ corpori coouenire ooo poteſt, itemque contrà, quod iuſtæ ſtaturæ habile eſſet, id exiguo corpori noo coouenit: ſed quicquid vnicuique aptum eſt, id vtile eſt, & commodum: item quoque ſeruari in reliquis rebus idem debet, vt lectus videlicet, vt ſtragulæ veſtes, vt calidum indumentum, calceamentumque eius ſiot, quibus valde his opus ſit, nõ autem eius qui illa poſsideat. Vt enim medicamento non is vtitur, qui ſanus eſt, ſed qui ſaucius, ſic iis etiam, quæ leuandi cauſa corporis inuenta ſunt, is vti debet, nõ qui delicatulus eſt, ſed qui imbecillus. Quoniam autem varia ſunt homi- *Simile.*

B num iogenia, neque ſimiliter de rebus vtilibus omnes iudicant, tollendæ cauſa omnis, quæ oriri poſſet, perturbationis, ſi vnuſquiſque videlicet cõ maxime ſequi ritum vellet, quem adamaſſet, illud curãdum eſt, vt qui omnium teſtimonio omnibus in rebus prudẽtia & grauitate, vitæque ſanctitate, cæteris omnibus præſtare iudicatus fuerit, hic deligatur, qui cæteris præſit, qoo videlicet virtutis, quæ in ipſo ſit, fructus promiſcuè in cunctos redũdet, qui eum ſiot imitati. Vt enim ſi plures pictores, omnes, ſeparatim quiſque, vnius oris alicuius formã effingant, effictæ illæ omnes imagines ſimiles inter ſe ſint: eodem modo ſi multiplicia multorũ ingenia, aoimi vnius alicuius cooſtantes mores ſibi imitandos propoſuerint, præclaræ in cunctis vitæ forma eluceat oeceſſe eſt. Delata igitur ad vnumquempiam de communi omnium cõſenſu, poteſtate, priuatæ cuiuſque ſeparatim omnes faceſſere voluntates debeot, ſeſeque cuocti deinceps, ad magiſtri ſui mentem cooſormare, & præcepto Apoſtoli obtemperare, qui excellentioribus poteſtatibus ſubiectos eſſe omnes iubet, qui cum ipſis reſtiterint, ipſi ſi- *Rom. 13.a.*

C biipſis damnationem inueniant. Portò vera perfectaque ſubiectorum aduerſus moderatorẽ ordinis obedieotia in eo cernitur, ſiquis ex eius cõſilio non à rebus modo flagitioſis abſtineat, ſed ſi, ne ea quidem, quæ laudabilia ſunt, ſioe ſententia illius faciat. Nam abſtineotia, & omnis corporis iocommodorum perpeſsio vtiliter hæc quidẽ comparata ad aliquid ſunt, at ſi quis propriæ obſequens voluntati ſpretis conſiliis antiſtitis ſui, id facere voluerit, quicquid ipſi collibitum ſit, hîc plus erit, quòd faciet mali, quàm quod booi. Qui *Veriſſima obedientia.*

enim poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit, & præmium obedientię maius debetur, quàm rectè facto cum continentia. Portò nihilo minus communi æqualiq; inter ſe omnes charitate eſſe animari debẽt, atque naturaliter homo quiſque aduerſus ſua ipſius membra eſt, quilibet enim ęqualiter ſanum totum ſuum corpus vult, quando læſo vno aliquo membro, dolor ex eo io totum corpus redundat. Verumenim ſicut in nobiſipſis, etſi ſingularum corporis noſtri partium dolor, æque

D io totum corpus permanat, ſunt tamen membra alia aliis nobiliora (neque enim ſimiliter affecti ſumus, & cum ex oculo, & cum ex pedis digito laboramus, etiam ſi vtrinque iuxta angat dolor,) Sic quoque io cuncto coouentu ſeruari debet, vt videlicet cum æqualiter miſericordia ex malis cuiuſque moueamur, & ſimiliter charitate aduerſus omnes ſimus propenſi, nihilo minus tameo iis, qui vtiliores ſiot, maiorem vt æquum eſt, booorem habeamus. Quoniam autẽ æquali prorſus inter ſe viciſsim charitate complecti omoes debeot, iuſtitia violatur, quotieſcunque in communi conuentu priuatæ aliquæ coitiones reperiuntur, aut ſodalitates. Qui enim voum aliquem magis quam cæteros dirigit, is, quòd ooo perfectè cæteros diligat, de ſeipſo indicio eſt. Quocirca ſimiliter ex conuentu reiicienda ſont, & turpis & indecnra contentio, atque amor iſte ſingularis. Siquidem ex contentione inimicitiæ, ex amore autem ſingulari, ſodalitateque, ſuſpiciones, inuidiæque oriuntur. Vbique enim æqualitatis defraudatio, inuidię, odiiq; materia, ac ſeminarium exiſtit iis, qui ea defraudantur. Quare factum eſt vt præceptum etiam à domino oobis ſit, vt booitatem imitemur illius, qui ſolem ſuum oriri facit *Perſiſtit in metaphora corporis & charitatis.* *Matt. 5.g*

E ſuper iniuſtos, nihilo minus atque ſuper iuſtos. Quemadmodum igitur deus promiſcue omnibus lucem impartitur, ſic imitatores dei, charitatis ipſorum radium æqualiter communicare omnibus debent: quandoquidem vbi deliquium patitur charitas, eo protinus eius loco odium ſuccedit. Quòd ſi, vt Ioannes ait, deus charitas eſt, ſine dubio neceſſe eſt diabolum odium eſſe. Vt igitur qui charitatem habet, is deum habet, ſic qui odiũ habet, is diabolũ in ſeipſo nutrit. Quocirca æqualis, ſimiliſque ab omnibus teoeoda aduerſus cunctos charitas eſt, vnicuique autem ſeparatim pro cuiuſque decoro, honos habendus. Io his autem, quos hoc modo charitas inter ipſos coniunxerit, ac copularit, ad maioris amoris cumulum conciliandum, nihilo plus momenti afferet naturalis ſaoguinis neceſsitudo: neque ſi aliqois quidẽ frater alicuius germanus ſit, filiúſve, aut filia, huic maiorem charitatem quàm cæteris conſanguinitatis vioculum conciliabit. Qui enim in rebus huiuſmodi naturam ſequitur, is plane declarat ſeipſum noodum ex toto à naturali defeciſſe affectu: *1. Ioh. 4.a*

F ſed adhuc regi carois imperio. Sermo futilis, & quæ è familiaribus ac mutuis congreſsionibus mentis importuna naſci ſolet diſtractio, prorſus exterminãtor, at ſi qoid ad animarum ædificationem vtile ſit, de hoc tantummodo ſermo habeatur. Quin in iis ipſis quoque quæ vtilia ſunt, ordinis, modeſtiæque, & temporis ad loquendũ idonei habenda ratio eſt: & quæ dicenda ſunt, ea ab iis dici debent, quibus permiſſum ſit loqui.

Quòd

Quòd ſi ex inferiorum numero aliquis ſit, is tan-
diu expectato, quoad à ſuperiore ad loquendum
fuerit inuitatus. Suſurrationes verò, atque in au-
rem locutiones, & quæ per nutus fieri ſolent, ſi-
gnificationes, hæc omnia à fratrum conuentu lō-
giſsimè ſubmouentor. Nam & detractionis ſuſpi
cionem habet ſuſurratio, & quæ nutu fit ſignifi-
catio, ea fratri indicio eſt malicioſum aliquem do
lum in re obſcurè latere. Porro ex iſtiuſmodi re-
A bus odia, ſuſpicionéſque naſcuntur. Quoties verò
de re inter ſe colloquium haberi conueniet, vo-
cis modum ipſis neceſsitas ipſa definiet, vt ſcilicet
cum eo, qui propinquior ſit, preſsius agatur, qui
autem remotior, is altiore aliquanto voce appel-
letur. Illud autem vt aliquis in dando alicui con-
ſilio, hortationéve de re aliqua adhibenda, maio-
re, aſperioréque vtatur vocis ſono, hoc, vt res cō-
tumelioſa, è conuentu prorſus amouetor. Egredi
vero extra monaſterium, præterquam vbi ſtatu-
tis temporibus neceſsitas poſtulauerit, nemini li-
citum eſto. Verū quoniam non virorum modo
conuentus ſunt, ſed etiam virginum, cætera qui-
dem omnia quæcunque hactenus præcepta tradi-
dimus, æque vtriſque communia ſunto. Vnum ta-
men illud ſcire cōuenit, longe accuratiorem, ma-
ioremque in fœminarum vita quàm in virorum,
diſciplinam requiri, veluti voluntariæ paupertatis
virtutem, quietem, atque ſilentium, obedientiā,
ſtudium in ſorores, cautionem in publicum pro-
deundi, diligentem quibus cum colloquium ſit,
animaduerſionem, parem inter ipſas mutuo be-
neuolentiam, & illud, quòd nulla ſeorſim apud
B eas conuenticula ſint. In his enim omnibus in vir
ginum vita accurandis, maiore quodam multo o-
pus eſt ſtudio. Porrò cui cōmunis diſciplinæ com
miſſa moderatio fuerit, ea non quæ iucunda ſo-
roribus ſint, quærito, neque illud ſtudeto, vt il-
larum cupiditatibus gratificetur: ſed illud agito
ſemper, vt retenta grauitate, ſeueritateque, ſe illæ
& metuant ſimul, & reuereantur. Siquidem ſcire
illud debet, eorum omniū, quæ in communi com
miſſa delicta fuerint, rationem ſe apud deum red-
dituram. Similiterque ſorores ipſæ totius cōgre-
gationis neutiquam à magiſtra ſua illa quærun-
to, quæ ſuauia, ſed quæ vtilia ſint, ac fructuoſa, ne-
que de iis quæ ſibi imperentur, litigioſè cum ea
diſputanto. Huiuſmodi enim conſuetudo medi-
tatio quædam, ac via eſt ad rebellionem: ſed ſicut
præceptis domini, reiecta omni diſceptatione, au
toritatem ſummam tribuimus, ſciētes quòd om-
2.Tim.3.d nis ſcriptura diuinitus inſpirata etiam vtilis eſt:
ſic ſorores quoque iuſſa antiſtitis ſuæ omni cum
animi expletione ſuſcipiunto, omniaque quæ ſibi
data ab illa cōſilia fuerint, alacri animo exequun-
tor: non ex triſtitia, neceſsitatéve, vt videlicet ip-
ſarum obedientia mercedem promereatur. Neq;
Heb.9.b C verò modò in eo conſiliis illius obtemperanto,
cum ea doceantur quæ ad maiorem quandam ar-
ctioris diſciplinæ ſeueritatem ſpectent, verum in
eo etiam ipſi auſcultanto, quandocūque vel à ie-
iunio ceſſare, vel idoneum ad reficiendas amiſſas
vires cibum ſumere ipſas iuſſerit, aut aliud quip-
piam eorum, quæ ad laborū leuamen pertineant,
ita poſtulante vſu, faciendum adhortetur, cum il-
lud planiſsimè ſibi habeant perſuaſum, legē eſſe,
quicquid ab illa dicatur. Quoties verò ex neceſsi-
tate aliqua inciderit vt de re aliqua earum, quæ
quotidianus vitæ vſus requirit, faciēda verba ſint,
apud virum aliquem, ſiue apud eum, cuius pro-
curatio illa ſit propria, ſiue apud alium quemuis,
cuius ad id quod quæritur, vtilis eſſe opera poſsit,
ſanè eſſe antiſtes ipſa debet, quæ loquatur, adhi-
bitis ſecum de ſororum numero vna, alterâve,
quæ & propter ſpectatam ipſarum ſuperioris vi-
tæ probitatem, & ætatis maturitatem, ſine peri-
culo in conſpectum & colloquium venire alicu- D
ius poſsint. Si vero ſit aliqua, cui ipſi ſeorſum vti-
le aliquid in mentem venerit, quod dicat, hæc de
eo cum magiſtra communicato, atque ita quod
dicendum fuerit, per illam dicetur.

EIVSDEM PROOEMIVM

in præceptiones latius diſputatas.

POſtquam dei gratia in nomi
ne domini noſtri Ieſu Chri-
ſti in vnum conuenimus, qui
vnum & eundem ſecundum
veram pietatem viuendi no-
bis finem propoſuimus, vóſ-
que haudquaquam obſcurè
præ vobis fertis, eorum, quæ
ad ſalutem veſtram pertineant, expetere aliquid
diſcere, mihique viciſsim iuſtificationes dei an-
nunciandi neceſsitas incumbit: quippe Apoſtoli
verba illa dies noctéſque aſsiduè mecum memo-
ria verſanti quando ait: Per triennium nocte & Act.20.f
die non ceſſaui cum lachrymis monere vnum-
quenque veſtrum: cū egregiè ad hoc ipſum accō- E
modata huius occaſio temporis ſit, tum non mi-
nus etiam idonea loci ipſius opportunitas eſt, qui
ab omni externo ſtrepitu tumultuque lōgiſsimè
ſit remotus, & vt hoc facere poſsimus, pacatiſsi-
mam nobis quietem largiatur. Hæc igitur cum ita
ſint, agedum inter nos viciſsim alij pro aliis ore-
mus: vos quidē, vt nos conſeruis noſtris dare poſ-
ſimus tritici menſuram in tempore opportuno:
nóſq; item, vt vos ſuſcepto ſermone noſtro, mo- Matt.13.a
re feracis ſoli, perfectū, & multis partibus vberio
rem iuſtitiæ fructum afferatis, ſicut ſcriptum eſt.
Obſecro igitur vos per charitatem domini noſtri
Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro peccatis
noſtris, incipiamus aliquando ſoliciti eſſe de ani-
mabus noſtris, doleamus ſuperioris vitæ vanitatē,
de eo, quod ad viuendum nobis reliquum eſt, tē-
poris ſpatio attentiore cura cogitemus ad gloriā
dei, & Chriſti eius, itemque adorandi, ſanctique
ſpiritus. Nolimus obſecro perpetuo in hac ſocor-
dia, diſſolutioneq; permanere, ne, dum quod præ
manibus eſt, in aliud ſemper tempus reiicimus &
futiliter deterimus atque in perendinum, ac reli-
quos ordine inſequentes dies rectè viuendi initiū
differimus, inopinantes deinde ab eo qui animas F
noſtras repetit, imparati à bonis operibus inuēti,
ab illa nuptialis thalami lætitia excludamur; ac tū
demum, cùm id prodeſſe nobis nihil iam poterit,
alieno tempore caſsis & fruſtraneis lachrymis la-
mētemur: tuncque malè prætermiſſum vitæ tem-
pus deploremus, quando nullus amplius quere-
larum eſſe poterit fructus. Nunc tempus accepta-
bile, inquit Apoſtolus, nunc dies ſalutis. Vita hæc 2.Cor.6.a
pœnitentiæ vita eſt, illa præmiorum: ſeculum hoc
Kk quæſtus

quæſtus eſt per opera pietatis promerendi, illud rependendæ mercedis: hoc tolerantiæ, illud conſolationis recipiendæ. Nunc adiutor conuertentium ſe à via mala eſt deus, tunc factorum omniũ humanorum pariter ac dictorum, cogitationúmque formidabilis & quem nemo fallit, inquiſitor. Nunc in indulgendo illius longanimitatem experimur, tunc in iudicando æquitatem cognoſcemus, cũ videlicet reſurrexerimus, alij ad ſupplicium æternum, alij contrà ad vitam æternam, & receperit vnuſquiſque ſecundum opera ipſius. Quouſque tandem præceptis Chriſti, à quo ad cœleſte ipſius regnum vocati ſumus, obtemperare ceſſabimus? Nonne ad noſmetipſos per reſipiſcentiam redibimus aliquando? nonne à praua nos communis vitæ cõſuetudine abducemus? & ad perfectionem euangelij conſeremus? Nonne ante oculos nobis horribilem cunctiſque illuſtrem & conſpicuum futurum illum nouiſsimi iudicij diem proponemus? quando qui rectè vixerint, ad dexteram dei collocabuntur, & cœleſte regnum adipiſcentur: contra, qui malè, ad ſiniſtram retruſos ignis gehennæ, & ſempiternæ tenebræ perpetua caliginæ inuoluent. Ibi, inquit, erit fletus & ſtridor dentium. Enimuero nos quidem cœleſte regnum concupiſcere nos ingenuè profitemur, de iis autem rebus, per quas illud aſſequi poſſumus, ſoliciti nihil ſumus. Cumq; nullum pro tenendis domini mandatis laborem velimus ſuſcipere, vana quadam perſuaſione pares nos cum illis honores adepturos putamus, qui vſque ad mortem ipſi peccato reſtiterunt. Quis quæſo vnquam qui ſementis tempore, domi deſederit ocioſus, aut etiam dormiens, vbi poſtea meſsis aduenit, ſinum ſuum manipulis impleuit? Quis ex vinea, quam ipſe non plantauit, vuas vnquam collegit? illorũ enim ſunt fructus, quorum & labores, ſicut coronæ præmiaque illorum, qui victores euaſerint. Quis enim eum, qui ne in certamen quidem cum aduerſario deſcendit, corona vnquam duxit eſſe inſigniendum? cùm ad eam promerendam, non victoria modò, ſed legitimus etiam in certando conflictus requiratur, vt eſt apud Apoſtolum, quod quidem nihil aliud eſt, quàm vt eorum, quæ obſeruanda deſcripta ſunt, nihil omnino quicquam prætermittatur, ac ſingula ita fiant, vt à præſcripto nihil diſcedatur. Beatus enim, inquit, ſeruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit non ſimpliciter quiduis facientem, ſed ſic facientem. Et, ſi rectè quidem obtuleris, non rectè autem diuiſeris, peccaſti. Nos verò ſi vel vnicum nos mandatum confeciſſe arbitrati ſumus (neque enim confeciſſe nos dixerim: omnia ſiquidem, ſi quis rectè illorum finem perpenderit, connexa illa inter ſe ac cohærentia reperiet: atque adeo, vt vno ſoluto, reliqua etiam omnia vnà cum eo ſolui neceſſe ſit) non propter ea, quæ facere neglesimus, meruimus ne pœnæ dandæ nobis ſint: ſed pro eo quod rectè fecerimus, præmia videlicet atque honores expectamus. Qui de decem talentis, quæ depoſita apud ſe ſint, vnum aut alterum retinuerit, reliqua verò omnia domino reddiderit, non ea re iuſtus habeatur, quòd maiorem partem reddiderit, ſed improbus ac fraudulentus, quòd minore illa defraudarit, arguetur. Sed quid dico defraudarit? quando cui vnum modo talentum creditum fuerat, & illud ipſum quod acceperat, integrum, ac nulla ex parte imminutum reddiderat, propterea quòd ad illud quod ſibi datum erat, nihil acquiſiuerat, malè videamus fuiſſe mutatum. Simili ratione, qui decennium totum debitum patri honorem habuerit, is ſi eum poſtea ſemel tantum pulſauerit, non vt bene de illo meritus, honore aliquo afficitur, ſed vt parricida condemnatur. Euntes, inquit dominus, docete omnes gentes, docentes eos, non hæc quidem obſeruare, illa autem negligere, ſed omnia obſeruare, quæcunque præcepi vobis. In quam ſententiam illa etiam ſcripta ſunt ab Apoſtolo: Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibentes noſmetipſos, ſicut dei miniſtros. Neque enim, ſi præcepta non omnia ad ſalutem, quã petimus, neceſſaria eſſent, literis omnia fuiſſent mandata, neque apertè fuiſſet edictum, vt omnia ſeruarentur. Quid enim quæſo mihi reliqua omnia, quæcunque rectè fecero, ſunt profutura, ſi quòd fratrem meum modo fatuum appellauero, idcirco ſempiternis gehennæ cruciatibus addicendus ſum? Quemadmodum, quid prodeſt alicui, data à pleriſque libertas, ſi is vel vni modo ſeruiat? Qui enim peccatum facit, inquit, ſeruus eſt peccati. Quid vero in hoc eſſe emolumenti poteſt, vt quis prauas omnes ſuas cupiditates compreſſas teneat, ſi is idem corpus ſuum vni tantum addictum perdẽdum tradat? Sed hic dicet aliquis fortaſſe: Quid obſecro maxima Chriſtianorum pars, quæ dei omnia præcepta non ſeruat, itàne propterea quòd quibuſdam ſatisfecerit, nullum ex ea re referet fructum? Ad hæc ſcitum fuerit, ſi illud principis apoſtolorum recordemur, meminerimúſque, quia poſt tot præclarè ſibi acta, & beatitudinis à Chriſto delatam gloriã vnius duntaxat errati gratia audiuit? Niſi lauero te, non habebis partem mecum. Neque nunc illud dico, quod neque id, quamobrem grauem adeo comminationem audiuit, eiuſmodi erat, quod ipſius aut negligentiam vllam, aut contemptum domini indicaret: quin contrà potius honoris exhibẽdi ac reuerentiæ ipſius erga dominum ſuum ſignificationem fuiſſe expreſsiſsimam. Sed dicat aliquis haberi in ſanctis literis, ſaluum futurum, quicunque inuocauerit nomen domini, ac propterea ſatis eſſe vnicuique ad ſalutem adipiſcendã, hanc dominici nominis inuocationem. Verumenim is etiam audiat velim, quæ dicantur ab Apoſtolo: Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quod ſi non credis, audi quæ dominus dicat: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt. Quando ſanè is qui domini voluntatem facit, non item eo modo, quo deus vult, & charitate, quam aduerſus deum habeat, inductus hoc faciat, ſtudium ei illud nihil prodeſt: idque ex ſentẽtia ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius verba ſunt hæc: Faciũt enim vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam & hac Chriſti doctrina eruditus Apoſtolus dixit: Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charita-

tem au-

tem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Prorſus autem tripartitam hanc ego ſummam deo parendi neceſsitatem animaduerto. Nam aut metu ſupplicij à vitiis declinamus, atque ita animum ſeruilem induimus: Aut mercedis ſpe ducti, ad vtilitatem noſtram præceptorum obſeruationem referimus, atque hoc modo mercenariis efficimur ſimiles: Aut certè, honeſtate ipſa impulſi, charitateq́ue, quam erga ipſum habemus à quo legem accepimus, gaudentes quod A digni habiti ſimus, qui adeò glorioſo, ac benigno ſeruiremus deo, ipſi paremus, atque hoc modo honorum filiorum erga parentes ſuos animum imitamur. Neque igitur, qui aut ſupplicij metu imperanti aliquid deo obtemperat, aſsidueq́ue ſuſpectam negligentiæ pœnam habet, is cum eorum, quæ facere iuſſus fuerit, partem executus fuerit, partem omittet: quin potius vbicunque dicto audiens non fuerit, imminentis ſibi ſupplicij grauitatem pertimeſcet (quæ quidem cauſa eſt etiam quamobrem & beatus is nominetur, quicunque ex religione ad omnia paueat) in veritate autem ſtabilis ſtat, vereq́ue dicere illud poteſt: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Siquidem volens animum nunquam inducit, vt eorum quicquam prætermittat, quæ officij neceſsitas fieri oportere præſcribat. Similiterq́ue illud etiam: Beatus vir qui timet dominum. Quid ita? quia in mandatis eius volet nimis. Ex quo ſanè colligitur non eſſe eorum, qui timent deum, aliquid prætermittere quæ præce-B pta ſint, aut negligenter exequi. Sed neq; mercenarius animum vnquam inducet, vt eorũ ſciens aliquid negligat, quæ præcepta ſunt. Qui enim fieri poterit, vt ſuſcepti in cultura vineæ laboris mercedem ferat, niſi quæ ex pacto condicta re ipſa præſtiterit? quandoquidem ſi vel vnum modo, de iis, quæ neceſſaria ſint, neglexerit, is inutilem ſeipſum domino reddidit. Quis eſt autem qui damni mercedem, iniuriæ autori perſoluat? Tertium erat, opera, quæ ex charitate dabatur. Hic quæro, quis eſt filius, qui propoſita ipſi parentis gratia, cùm in rebus illi maioribus obſequatur, in iis quæ leuioris momenti ſint, prudens ipſum velit offendere? ac non multò magis verborum Apoſtoli illorum meminerit, Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum, in quo obſignati eſtis? Qui igitur maiorem præceptorum partem obire neglexerint, hi quo tandem in horum ſe numero reponi volunt? qui neque deo, vt parenti obſequantur, neque vt magna pollicenti obediant, neque vt domino ſeruiant? Si enim pater ſum, inquit, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? Qui enim C dominum timet, is in mandatis eius volet nimis. Per tranſgreſsionem autem legis, inquit, deo contumeliam facis. Qua ratione igitur qui in voluptate magis, quàm in dei mandatis vitam agere maluerimus, vitæ beatitudinem, & æquale cum ſanctis in cœleſti republica ius, municipiúmve, & cum angelis inenarrabilem lætitiã, ante Chriſti conſpectum nobis pollicemur? Prorſus amentium talia ſecum comminiſci. Qui enim vnà cum Iob profecto ego collocari, qui ne leuiſsimũ quidem incommodum vnquam cum gratulatione ſuſceperim? Qui cum Dauid, qui lenitatem aduerſus hoſtem non adhibuerim? Qui cum Daniele, qui non per continentem abſtinentiam, & præcationem ſedulam deum exquiſiuerim? Qui denique cum ſanctis ſingulis viris, qui illorum veſtigia ſecutus non ſim? Quis quæſo ludorum Gymnicorum arbiter adeo nullo eſt iudicio, qui paribus cenſeat oportere coronis dignari, & qui ex certamine victores euaſerint, & qui nullum in certaminibus laborem ſuſcipere D voluerint? Quis exercitus ductor vnquam in æquam prædæ partem cum victoribus eos vocauit, qui nuſpiam in prælio comparuerint? At enim bonus eſt deus, at idem etiam eſt iuſtus. Porrò iuſtitiæ proprium eſt, vt ſuum cuique pro merito reddatur, ſicut ſcriptum eſt: Bonis benefac domine: declinantes autem, in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Miſericors eſt deus? at idem etiam eſt iudex. Diligit enim, inquit, miſericordiam & iudicium dominus. Iccirco, miſericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi domine. Qui autem illi ſint, aduerſum quos ille miſericordia vtatur, nimirum ex verbis illis didicimus: Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Animaduertis quanta cum diſcretione, miſericordia dominus vtatur? Siquidem neque citra iudicij diſcretionem clemens eſt, neque inclementer iudicat. Miſericors enim & iuſtus eſt dominus. Hæc igitur cum ita ſint, nolimus quæſo nos deum ex dimidia tantum parte cognoſcere, neque eius erga nos bonitatem, ad ignauiæ occaſionem arripiamus. Propterea tonitrua, propterea fulminum terrores, vt ne bonitas contemnatur. Qui ſolem oriri facit, is cæcitate e-E tiam multat. Qui imbrem dat, etiam ignẽ pluit. Illa clementiæ, hæc ſeueritatis: Aut enim per illa ad amandum alliciamur, vel per hæc ad metum aſſueſcamus, ne nobis quoque dicatur: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? ignorans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. Quoniam igitur neque ſalui eſſe poſſunt, qui opera, quæ fieri deus iuſsit, non fecerint, neque periculo vacat, ſi quis eorum aliquid præterierit, quæ imperata ſint (ſiquidem graue eſt hoc arrogantiæ genus, velle nos legiſlatori iudices aſsidere, & delatis ab eo legibus pro arbitrio noſtro alias aſciſcere, & approbare alias repudiare) Agedum nos qui verã tueri pietatem habemus in animo, quiq́ue quietam, & vacuam negociis vitam, tanquam ad conſeruanda euãgelij dogmata adiutricem nobis tanti æſtimauimus, communiter ſuſcepta cura, rationem quiſque ineamus, ne quid omnino eorum, quæ F à deo iuſſa ſunt, nos effugiat. Etenim, ſi hominem dei oportet perfectum eſſe, ſicut ſcriptum eſt, & ita eſſe à nobis allata ſuperius ratio docuit: prorſus neceſſe eſt, vt præceptis is omnibus defungendis efficiatur perfectus in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, quando etiam ex diuina lege animal quod aliqua ſui parte acciſum & imminutum ſit, etiam ſi ſit mundum, deo ad ſacrificium acceptum non eſt. Quamobrem quod ſibi abeſſe quiſque arbitratur, hoc communiter in

Kk 2 medium

Deo vt parenti, tripliciter neceſsitas deo ſtatuitur.

Seruus, mercenarius, filius.

Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.

Pſal. 15. a

Pſal. 111. a

Epheſ. 4. g

Mal. 1. b

Rom. 2. d

Pſ. 124. a

Pſal. 32. a

Mat. 5. a

Pſ. 144. a

Matt. 5. g

4. Re. 6. d

Zach. 10. a

Gene. 19. e

Rom. 2. a

Epheſ. 4. e

medium omnibus conſultandum proponito. Facilius enim id adhibita à multis diligenti peruestigatione, in lucem eruetur, quicquid cognitionem noſtram nunc fallit, quippe cum deus videlicet, ſicut pollicitus eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter, largiturus ſit nobis, vt à ſpiritu ſancto admoniti, doctique inuenire poſsimus quod quærimus. Quemadmodum igitur mihi neceſsitas iocumbit, & væ mihi niſi euangelizauero, itidem vos quoque in pari mecum eſtis periculo, ſi aut in exquirendo ſegniores, aut ad ea quæ tradita vobis fuerint, conſeruanda, & re ipſa conficienda, lento animo ſueritis, ac diſſoluto. Propterea dominus dicit: Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſsimo die. Et item: Seruus, qui neſcierit voluntatem domini ſui, & ſecerit digna plagis, vapulabit paucis, qui vero ſcierit, & non fecerit, vapulabit multis. Oremus igitur communiter fratres, vos quidem, vt hoc delatum mihi loquendi munus careat offenſione, ego viciſsim, vt doctrina mea vobis accidat fructuoſa. Tanquam igitur, qui ſciamus fore, vt ex aduerſo nobis ante Chriſti tribunal ea ſtatuantur, quæ in diuinis literis memorata ſunt: Arguam enim te, inquit, & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua: Ita aduigilemus, & quæ dicuntur ſedulo attendamus, ſtudioſeque in id incumbamus, vt re ipſa dei ſcita conficiamus, quia neſcimus qua die, aut qua hora dominus noſter venturus ſit.

Ioan. 14. d — 1. Cor. 9. e — A — Ioan. 15. e — Pſal. 49. d

CAPITA REGVLARVM earum, quæ Fuſius diſputatæ appellantur, ſiue interrogationum per monachos propoſitarum, vnà cum reſponſionibus Diui Baſilij.

B

i De ordine & ſerie mandatorum domini.
ij De charitate aduerſus deum, & quòd naturaliter inſita hominibus eſt ad exequenda dei mandata & propenſio & facultas. (τῶν κατὰ πλάτος ὅρων.)
iij De charitate erga proximos.
iiij De timore dei.
v De eo, quomodo quis aſſequi poſsit, ne mente ad ſutiles cogitationes diſtrahatur.
C vj Quòd neceſſaria res eſt ſeceſsio, ſiue ſingularis vita & ſecretior.
vij De eo, quòd cum iis debemus viuere, qui vnum & eũdem ſibi nobiſcum vitæ finem propoſitum habent, idq; eo conſilio, vt rem deo gratam faciamus: & quòd difficilis ſimul, ac periculoſa res eſt, ſolitarium viuere.
viij De nuncio rebus vitæ huius remittendo. (περὶ ἀποταγῆς)
ix Quòd naturali ſibi neceſsitudine coniunctis, ad ſolitariam vitam accedens aliquis, relinquere pecunias ſuas non debet.
x Quinam ad vitæ genus illud, quod ſecundum deum eſt, admitti debeant, & qua ætate, & quomodo.
xj De ſeruis.
xij Quomodo admittendi ſint, qui matrimonio ſunt coniuncti.
xiij Quòd rudibus adhuc vtilis eſt per ſilentium in pietate colenda exercitatio.
xiiij De iis qui religioſam vitam profeſsi, dein profeſsionem illam conatur reſcindere ac reddere irritam.
xv Quomodo pueri aſſumi debeant, quomodo educandi iidem ſunt atque inſtituendi, & de profeſsione virginum. D
xvj De continentia.
xvij Quòd in riſu etiam continentia ſeruari debet.
xviij Quòd omnia ſunt deguſtanda, quæcunque in menſa nobis apponãtur.
xix Qui ſit modus in continentia ſeruandus.
xx Quomodo, quod ad cibos pertinet, accipi à nobis hoſpites debeant.
xxj Quæ à nobis teneri ratio debeat in ſeſsionibus, accubationibúsve, quandocunque ad prandium, cœnãmve ventum ſit.
xxij Quod veſtimenti genus conueniens ſit homini Chriſtiano.
xxiij De Zona.
xxiiij De modo viuendi, quem communiter tenere inter ſe fratres debent.
xxv Quòd in magno periculo verſatur, quicunque, cùm cæteris præſit, delinquentes non arguit. E
xxvj Quòd omnia cordis arcana cum antiſtite communicari debent.
xxvij Quòd ipſe etiam antiſtes ab iis, qui maioris in conuentu autoritatis ſunt, admoneri debet, ſi aliqua in re offendat aliquando.
xxviij Quomodo cuncti animo affecti eſſe aduerſus contumacem debent, ſiue immorigerum & inobedientem.
xxix De iis, qui cum elatione animi, aut murmuratione laborant.
xxx Cuiuſmodi animi affectu fratrum curam gerere antiſtes debet.
xxxj Quòd nullo modo refugere debemus, ſiquando miniſtrare nobis antiſtes velit.
xxxij Quomodo animati eſſe aduerſus illos debemus, qui naturali nobiſcum neceſsitudine coniuncti ſint.
xxxiij Quæ ratio ſeruari debeat in colloquiis cũ ſororibus. F
xxxiiij Qualem eſſe illum par ſit, qui res ad vſum fratrum neceſſarias diſpenſet.
xxxv Num in vno & eodem pago plures conſtitui fratrum conuentus debeant.
xxxvj De iis, qui extra reliquorum ſocietatem egreſsi, in ſolitudinem ſeorſum ſecedunt.
xxxvij Nũquid propter orationes, pſalmorúmve decantationem negligi opera debeant, & quæ tempora apta ſint orationi, & primò an laborandum ſit.

xxxviij Cu-

xxxviij Cuinſmodi artificia profeſsioni noſtræ conueniunt.
In rāis ven- dēt. xxxix Quæ ratio teneri debeat in operibus diuendendis, quæúe item in peregrinando.
xl De negociationibus quæ in celebritatibus dierum ſolennium agitari ſolitæ ſunt.
xlj De imperio & obedientia.
A xlij Quid in opere faciendo ſpectare debeāt illi, qnicunque opus faciunt.
xliij Quales eſſe, illos cōueniat, qni aliis præſunt: quomodoq́ne qui in ipſorum ditione ſint, gubernare.
xliiij Quibus permitti debeat, vt domo abſint: quomodoq́ue item iidem, cum ſe domum receperint, exquirendi.
xlv Quòd pręter antiſtitem, alium etiam eſſe quendam oportet, qui illo abſente, vel aliis in rebus occupato, fratrum curam poſsit ſuſcipere.
xlvj Quòd neque noſtra, neque fratrum noſtrorum peccata celare debemus.
xlvij De iis, qui quæ ſtatuuntur ab antiſtite ac deſignantur, nolunt admittere.
xlviij Quòd conſilia antiſtitis curioſè inueſtiganda non ſunt, ſed vnnſqniſque aſsignatum ſibi mnnus exequi, quantū poſſit, debet.
xlix De controuerſiis, quæ oririri ſolitæ ſunt inter fratres.
l Qualis eſſe antiſtitis obinrgatio debeat. D
lj Quomodo corrigi debeat culpa illins, qui peccatum aliquod admiſerit.
lij Cuiuſmodi mente irrogatas ſibi aliquis animaduerſiones debeat accipere.
liij Quomodo artiū magiſtri corrigere pueros debeant.
liiij Quòd de rebus ſuis communicare inter ſe vicisſim antiſtites debent, & conferre.
lv Nunquid à veræ pietatis propoſito alienum ſit vti præceptis medicinæ, an non.

BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CÆSAREENSIS.

REGVLARVM FVSIVS diſputatarum liber.

B E

INTERROGATIO. I.

DE ORDINE ET SERIE mandatorum domini.

QVANDO, vt audimus, poteſtatem ex te quærendi nobis facis, illud abs te ſcire expetimus cumprimis, num ordo aliquis, ſeriéſve ſit in mandatis dei, ita videlicet, vt vnum primum ſit, alterum ſecundum, ac reliqua deinceps ſimili modo: an, quòd inter ſe cohæreſcant, & quod ad principij rationem attinet, paria omnia inter ſe ſint, ita vt ſecurè poſsit quiuis auſpicari, vnde velit, veluti in circulo aliquo. *A ſimili.*

RESPONSIO.

Vetus eſt iſta quæſtio, & iā olim antè in Euan-
C gelio tractata, quando ſcilicet legis peritus ille acceſsit ad dominum, eumq́ue ita eſt percōtatus: *Mat.22.d* Magiſter, quod primum mandatum eſt in lege? & is illi reſpondit ſic: Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua, hoc eſt primum & magnum mandatum. Secnndum antem ſimile huic. Diliges proximum tuū ſicut teipſum. Ex quibus verbis ſine dubio illud apparet, ſtatuiſſe dominum ordinem in mandatis ſuis, quippe qui primum illud ac maximum eſſe mandatum pronunciauerit, quod eſt de charitate aduerſus deum. Secundo autem loco, & ſimile illi primo, imò quod primi perfectionem in ſe continet, & quòd à primo dependet, nempe, hoc de diligendo proximo. Quocirca cum ex his, quæ modo cicitauimus, tum ex aliis etiam, quæ in ſacris literis ferūtur, ordo ſeriéſque in omnibus domini mandatis animaduerti poteſt.

INTERROGATIO. II.

De charitate aduerſus deum.

AGè igitur, quando ita eſt, primo de charitate nobis ediſſere, quæ eſt aduerſus deum, nam quòd charitas haberi debeat, id iam audiuimus: at quonā pacto eam aſſequi & legitimè præſtare poſsimus, hoc verò ex te ſcire deſideramus. F

RESPONSIO.

Sanè quæ ad deum charitas eſt, ea non in doctrinæ præceptis poſita eſt. Neque enim aut luce gaudere, aut vitam diligere, aut eos charos habere, à quibus geniti, educatiue ſumus, à quoquam didicimus. Sic igitur ac multo etiam magis, nulla cha- *A ſimili docetur, quod diligendus deus.*

 ritatis

REGVLA LXXI.

Quæcunque coniunctim pręcepta ſunt de epiſcopis,& presbyteris.

CAP. I.

1.Tim.3.a SI quis epiſcoparum deſiderat,bonum opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,vnius vxoris virum,vigilantem,ſobriū, 1.Tim.5.a modeſtum,ornatum,hoſpitalem,&c. Senioré ne increpaueris,ſed exhortare vt patrem: iuuenes,vt 2.Tim.2.d fratres:anus, vt matres : iuuenculas, vt ſorores,in omni caſtitate. Iuuenilia autem deſideria fuge:ſectare verò iuſtitiam,fidem, charitatem, pacem cū iis,qui inuocant dominum de corde puro. Stultas A 2.Tim.3.a autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita,ſciens quòd generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare,ſed manſuetum eſſe erga omnes, &c. Tu autem aſſecutus es meam doctrinam,inſti Titum.1.b tutionem,propoſitum,fidem,longanimitatem,dilectionem,patientiam,perſecutiones,paſſiones. Huius rei gratia reliqui te in Creta,vt ea, quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros,ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine,& cætera.

De diaconis. CAP. II.

Act.6.b ET elegerūt Stephanum virum plenum fide,& ſpiritu ſācto,& Philippum, & Prochorum, & Nicanorem,& Timotheum,& Parmenam,& Nicolaum aduenam Antiochenum, hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum,& orantes impoſuerūt eis manus. Diaconos ſimiliter compoſitos, non bilingues, non multo vino deditos, non tur- 1.Tim.3. pe lucrum ſectantes,&c.

REGVLA LXXII.

Quòd debent auditores,qui ſacrarum literarum periti ſunt,adhibito diligenti iudicio, ea auſ- B cultare,quæ à doctoribus dicantur, & ex iis, ea quæ ſcripturæ eſſe conſentanea cognouerint,admittere: contráque quæ aliena, repudiare. Qui autem pertinaciter praua eiuſcemodi decreta voluerint defēdere, maiorem in modum defugere,auerſarique.

CAP. I.

Mat.18.a VÆ autem homini illi,per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua,vel pes tuus ſcandali- Ioan.10.a zat te,abſcinde eum,& proiice abs te. Amen amē dico vobis, qui non intrat per oſtium in ſtabulum ouium,ſed aſcendit aliunde,ille fur eſt & latro. Et paulo poſt: Alienum autem non ſequentur,ſed fugient ab eo,quia non nouerunt vocem alienorū. Sed licet nos,aut angelus de cœlo,euangelizet vobis,pręter id quod euangelizauimus vobis,anathe Gal.1.b ma ſit. Prophetias nolite ſpernere. Omnia pro- 1.Theſ.5.d bate:quod bonum eſt,tenete,ab omni ſpecie mala abſtinete.

Quòd qui diuinarum literarum cognitioné non ita magnam habent, ij ex fructibus ſpiritus verum ſāctorum virorum ſignum ac notam debent agnoſcere: & in quibus hæc ineſſe animaduerterint,eos admittere : & contrà,à quibus abeſſe,illos repudiare. C

CAP. II.

Matt.7.a ATtendite à falſis prophetis, qui veniūt ad vos Philip.3.d in veſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces à fructibus eorum cognoſcetis eos. Imitatores mei eſtote,& obſeruate eos,qui ita ambulant,ſicut habetis formam noſtram.

Quòd qui recte verbum veritatis tractant, ij ita ſuſcipi debent, quaſi dominus ipſe,pro gloria eius, qui illos miſit Ieſu Chriſti domini noſtri. CAP. III.

QVi recipit vos,me recipit. Qui vos audit, me Mat.10.d audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit. Et tenta- Luc.10.c tionem meam in carne mea non ſpreuiſtis,neque Gal.4.d reſpuiſtis, Sed ſicut angelum dei accepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.

Quòd qui iis non auſcultat,qui mittūtur à domino, non in hos modo contumelioſi ſunt, ſed in eum etiam, à quo illi mittuntur, quódque grauius aduerſum ſeipſos iudiciū parant,quā qui olim Sodomæ & Gomorrhæ peccauerūt. D

CAP. IIII.

ET quicunque nō receperit vos, neque audie- Mat.10.b rit ſermones veſtros,exeuntes de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum,& Gomorrhæorum in die iudicij, quàm Luc.10.a illi ciuitati. Qui vos ſpernit,me ſpernit. Itaque qui 1.Theſ.4.b ſpernit,nō hominem ſpernit,ſed deum, qui dedit ſpiritum ſuum ſanctum in vos.

Quòd doctrina præceptorum dei perinde accipi debet, quaſi ea, per quam æternam vitam,& cœleſte regnum nobis comparemus, quódque in ea ſtudioſè nos exercere debemus licet laborioſa videatur.

CAP. V.

AMen amē dico vobis, quòd qui verbum meū Ioan.5.d audit, & credit ei, qui miſit me,habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſit à Act.14.d morte in vitam. Cúmque euangelizaſſent ciuitati illi,& docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconicum,& Antiochiam, confirmantes animos diſcipulorum,exhortantéſque,vt permanerent in E fide, & quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.

Quòd caſtigatio & obiurgatio ita accipi debēt, quaſi medicamentum quoddam,quo & morbus depellatur,& ſanitas cōfirmetur. Ex quo perſpicuum eſt,quòd qui in aſſentationis vitio lenes ſe haberi volunt,neque peccātes caſtigant,ij maximè illos detrimento afficiunt, nempe qui æternæ illorum vitæ inſidiantur.

CAP. VI.

SI autem peccauerit in te frater tuus,vade & cor- Mat.18.b ripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, 1.Cor.5.b lucratus eris fratrem tuum. Congregatis vobis,& meo ſpiritu cum virtute domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis,vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœ- 2.Cor.7.b nitet,etſi pœnituiſſet. Video enim quòd epiſtola illa,etſi ad horam,vos contriſtauit. Nunc gaudeo non quòd contriſtati eſtis, ſed quòd contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecun F dum deum,vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum deum triſtitia eſt,pœnitētiam in ſalutem ſtabilem operatur. Quam ob cauſam increpa illos durè,vt ſani ſint in fide.

REGVLA LXXIII.

Quòd nullo modo debet vir, qui legitimo matrimonio cum vxore coniunctus ſit,ab ea ſeparari : neque viciſſim vxor à viro,niſi illorū alter in adulterio deprehenſus ſit, niſiue cau

ſa ali-

ſa aliqua alia interſit, quæ veræ aduerſus deũ pietati officiat.

CAP. I.

Mat.5.a Dictum eſt autem, Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quòd omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & Luc.14.e qui dimiſſam duxerit, adulterat. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & Mat.19.b animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Dico autem vobis, quòd quicũque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, 1.Cor.7.b mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. A Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, maneat innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Quòd non licet viro vxore dimiſſa, aliam ducere: neque item vxori viciſſim quæ dimiſſa ſit, viro alij nubere.

CAP. II.

Mat.19.b Dico autem vobis, quòd quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

Quòd ea charitate viri debent diligere vxores ſuas, quam Chriſtus aduerſus eccleſiam adhibuit, qui vt ipſam emundaret, voluntariè ſe ipſe morti ſubiecit.

CAP. III.

Ephe.5.e B Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt Ibidem.f illam ſanctificaret, mũdans eam lauacro aquę in verbo. Ita viri debẽt diligere vxores ſuas, vt ſua ipſorum corpora.

Quòd nihilo minus debent vxores ſubiectæ eſſe viris ſuis, atque eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, & in hoc dei voluntati obtemperare.

CAP. IIII.

Ibidem.e Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, & ipſe ſaluator corporis eſt. Sicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita mulie-Titum.2.a res viris ſuis in omnibus. Vt caſtitatem doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, vt ſobriæ ſint, caſtæ, domus cuſtodes, benignæ, ſubditæ viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum dei.

Quòd nullo modo debẽt mulieres nimis exquiſitæ in ornatu corporis elegantiæ ſtudere, potiúſque curam eas omnem in bona opera cõ C ferre, atque hunc verum & germanum Chriſtianorum ornatum eſſe exiſtimare.

CAP. V.

1.Tim.2.c Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate, ornare ſe non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

Quòd in eccleſiis ſilere mulieres debent, ac domi de rebus iis ſerio loqui, per quas gratia initur à deo. CAP. VI.

1.Cor.14.e Mulieres veſtræ in eccleſiis taceant: nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Siquid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent, turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſub-1.Tim.2.d iectione. Docere autem, mulieri nõ permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

REGVLA LXXIIII.

Quòd debet vidua, cui modo integra, ac firma corporis valetudo ſit, in aſſidua ſollicitudine ac ſtudio eſſe, ac illorum meminiſſe, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo, eiúſq; teſtimonij, quod D Dorcadi datum eſt à ſcriptura.

CAP. I.

In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Acto.9.f Tabitha, quæ interpretata, dicitur Dorcas. hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Et circunſteterunt illam omnes viduæ, flẽ-Ibidem.g tes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat, dum eſſet cum illis Dorcas. Vidua deligatur non minor ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius 1.Tim.5.b viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens. Si filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.

Quòd debet vidua, quæ in operibus bonis, de quibus Apoſtolus loquitur, bene ſe geſſerit, & in ordinem vere viduarum iam peruenerit, aſſidue orationibus, & obſecrationibus inſtare, ſimiliterque ieiuniis etiam, nocte & die. E

CAP. II.

Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tri-Luc.2.e bu Aſſer, & hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & hæc vidua vſque ad annos octogintaquatuor, quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Quæ au-1.Tim.5.a tem vere vidua eſt, & deſolata, ſperat in deum, & inſtat obſecrationibus, & orationibus ſeruiens nocte ac die. Nam quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt.

REGVLA LXXV.

Quòd debent ſerui omni cum beneuolentia dominis ſuis, quibus ſeruiunt in hac vita, obedire ad dei gloriam, idque omnibus in rebus, in quibus id, ſaluis mandatis dei, fieri poſſit.

CAP. I.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut F Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi ho-Ephe.6.a minibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei ex animo: cum bona voluntate ſeruientes domino, & non hominibus, ſciẽtes quòd vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. Quicunque ſũt ſub 1.Tim.6.a iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen dei, & doctrina blaſphemetur: qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participes ſũt. Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed

in omnibus bonam fidem oſtendentes, vt doctrinam ſaluatoris dei noſtri ornent in omnibus. *Tit. 2. c*

Quòd debent domini, cum meminerint eius, qui eſt verus dominus, mutuas ipſi quoque operas reddere ſeruis ſuis quantum poſſunt in timore dei, & clementia aduerſus ipſos, idque exemplo domini.

CAP. II.

SCiens Ieſus, quòd omnia dedit ſibi pater in manus, & quòd à deo exiuit, & ad deum vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Et paulò inferius. Vos vocatis me magiſter & domine, & benefacitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes quòd & illorum & veſter dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud deum. *Ioan 13. a* *Ibidem. b* *Ephe. 6. b*

REGVLA LXXVI.

Quòd debent filij parentes ſuos honorare & illis omnibus in rebus obedire, quæ modo dei mandato non ſint impedimento.

CAP. I.

ET dixit mater eius ad illū: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Deinde paucis interpoſitis verbis: Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Filij obedite parētibus veſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. *Luc. 2. g* *Ephe. 6. a* B

Quòd debent parentes in diſciplina & correptione domini filios ſuos educare, adhibita lenitate atque clementia: neque quantum in ipſis ſit, vllam omnino ipſis cauſam dare, quàobrem aut iraſci debeant, aut dolere.

CAP. II.

ET vos patres nolite prouocare ad iracundiam filios veſtros, ſed educate eos in diſciplina & correptione domini. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. *Ephe 6. a*

REGVLA LXXVII.

Quòd debent virgines ab omni rerum vitæ huius ſolicitudine liberæ eſſe, quo aſſidue poſſint agere gratias deo: neque ab eo vllo modo, ſeu mente diſtrahi, ſeu corpore, ſpe cōſequendi regni cœleſtis.

CAP. I.

C ET ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt domini, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam: ſed vt id, quod honeſtum eſt, ſequamini, & quod facultatem præbeat, domino ſine impedimento ſeruiendi. *Matt. 19. b* *1. Cor. 7 f*

REGVLA LXXVIII.

Quòd ſtipendia in bello merentibus neminem licet neque percutere, neque calumniari.

CAP. I.

INterrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminē percutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. *Luc. 3. c*

REGVLA LXXIX. D

Quòd debent qui principes aliorum ſunt, vindices eſſe iuſtificationum dei.

CAP. I.

NAm principes non ſunt terror bonorum operum, ſed malorum. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & laudem habebis ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Nō enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. *Rom. 13. a*

Quòd maioribus poteſtatibus ſubiecti eſſe debemus in iis rebus, quæ modo non ſint impedimento mandatis dei.

CAP. II.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à deo. Quę autem ſunt poteſtates, à deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes nō ſunt terror bonorum operum, ſed malorum, &c. Obedire oportet deo, magis quàm hominibus. Admone illos principatibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, & obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. *Ibidem.* E *Act. 5. e* *Tim. 3. a*

REGVLA LXXX.

Cuiuſmodi eſſe ratio Chriſtianos velit. Tanquā diſcipulos Chriſti, qui ad ea ſe tantummodo conforment, quæ videant in ipſo, vel quæ audiant ab ipſo.

CAP. I.

TOllite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me. Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. *Matt. 11. d* *Ioan. 13. b*

Tanquam oues Chriſti, qui ſolam audiant vocem paſtoris ſui, & ipſum ſequantur.

CAP. II.

OVes meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo. *Ioan. 10. a*

Tanquam palmites Chriſti, in ipſo radicatos, & ipſi fructum ferentes, & omnia, quæ illo digna ſunt, & ipſius voluntati conſentanea facientes, & habentes. F

CAP. III.

Ego ſum vitis, & vos palmites. *Ioan. 15. a*

Tanquam membra Chriſti, in omni executione mandatorum domini, aut donorum ſpiritus ſancti abſolute perfectos, ad dignitatem capitis ipſorum, qui eſt Chriſtus.

CAP. IIII.

Neſcitis

1.Cor. 6.d Epheſ. 4.c NEſcitis quòd corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſurã vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

Tanquam ſponſam Chriſti, ſeruantem caſtitatem, in eo quòd in ſolis ſponſi ſui voluntatibus ambulet.

CAP. V.

Ioan. 3.d 2.Cor. 11.a A QVi habet ſponſam, ſponſus eſt, Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

Tanquam templum dei, ſanctos ac mundos, & iis repletos ſolum, quæ ad dei cultum pertineant.

CAP. VI.

Ioan. 14.c 2.Cor. 6.d SIquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vos enim eſtis templum dei viui, ſicut dicit deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus.

Tanquam victimam immaculatam, omnibúſque ſuis membris & partibus abſolutam, veræ in deum pietatis integritatem cõſeruantes.

CAP. VII.

Rom. 12.a OBſecro itaque vos fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.

Tanquam filios dei, formatos ad imaginem dei, ſecundum menſuram, quæ donata eſt

B hominibus.

CAP. VIII.

Ioan. 13.d Gal. 4.c FIlioli adhuc modicum vobiſcum ſum. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

Tanquam lucem in mundo, vt & ipſi videlicet puri ſint ab omni vitio, & eos qui ad ipſos accedant, illuminent ad agnitionem veritatis, vt vel tales fiant, quales conuenit, vel declarent quid ſint.

CAP. IX.

Matt. 5.b Philip. 2.b Vos eſtis lux mundi. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

Tanquam ſal in terra, vt videlicet qui communionem cum ipſis habuerint, ſpiritu renouentur ad incorruptionem,

CAP. X.

Matt. 5.b Vos eſtis ſal terræ.

Cuiuſmodi ratio eſſe in vniuerſum eos velit, quibus credita eſt prædicatio Euangelij.

Tanquam Apoſtolos & miniſtros Chriſti,

C & diſpenſatores fideles myſteriorum dei, ſola ea, quæ à domino præcepta ſunt integerrime, & re & verbo implentes.

CAP. XI.

Matt. 10.b Mat. 28.d 1.Cor. 4.a ECce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Euntes docete omnes gentes. Sic nos exiſtimet homo tanquam miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. Quod autem ſupereſt, quæritur inter diſpẽſatores, vt fidelis quis inueniatur.

Tanquam præcones regni cœlorum, ad deſtructionem eius, qui habet imperium mortis in peccato.

CAP. XII.

EVntes autem prædicate dicentes: Appropinquauit regnum cœlorum. Teſtificor ego coram deo, & domino Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos per aduentum ipſius: prædica verbum dei. Mat. 10.a 2.Ti. 4.a

Tanquam formam, aut regulam pietatis, vt per eos ad rectitudinem omnem dirigantur illi, qui dominum ſequuntur, & illorum peruerſitas detegatur, qui in quauis re illius imperium detractent.

CAP. XIII.

QVæ quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, D iuxta deſtinatum perſequor ad brabium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus: Et ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, in eadẽ perſeueremus regula. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Solicitè autem cura teipſum probatum exhibere deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Philip. 3.c 1.Tim. 4.c 2.Tim. 2.c

Tanquam oculum in corpore, vt videlicet habere delectum & bonorum, & malorum ſciant, atque vt Chriſti membra ad ſingula quibuſque accommodata officia dirigant.

CAP. XIIII.

LVcerna corporis eſt oculus. Si ergo oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matt. 6.b

Tanquam paſtores ouium Chriſti, qui quãdocunque tempus poſtulet, ne animam quidem ponere pro illis dubitent, vt euangelium illis impartiant. E

CAP. XV

BOnus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei. Ioan. 10.b Act. 20.c

Tanquam medicos: qui magna adhibita animi lenitate, ſcienter ſecundum doctrinam domini animarum morbos curent, in acquiſitionem eius, quæ eſt in Chriſto ſanitatis, & perſeuerantiæ.

CAP. XVI.

NOn eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum portare. Matt. 9.b Rom. 15.a

Tanquam parentes, & nutrices filiorum, qui ex magnitudine eius, quæ eſt in Chriſto charitatis, parati ſint libenti animo communicare illis non ſolum euangelium dei, ſed ſuam etiam ipſorum vitam. F

CAP. XVII.

FIlioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Nam in Chriſto Ieſu per euangeliũ ego vos genui. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiam animas noſtras, quia chariſſimi nobis facti eſtis. Ioan. 13.d 1.Cor. 4.d 1.Theſ. 2.b

Tanquam dei adiutores, qui ſolis deo dignis operibus totos ſe mãcipent pro eccleſia dei.

CAP. XVIII.

DEi enim ſumus cooperarij: dei agricultura, dei ædificatio eſtis. 1.Cor. 3.b

Tanquam plantatores palmitum dei, qui in vitæ, quæ eſt Chriſtus, nihil alienum, aut infructuoſum relinquant, & ea quæ conuenientia ſunt, atque fœcunda, meliora efficere ſtudeant, omni diligentia adhibita.

CAP. XIX.

Ioan.17.a EGo ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui

1.Cor.3.b fert fructum, purgat eum, vt fructus plus afferat. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. A

Tanquam ædificatores templi dei, qui vniuſcuiuſque animam ita concinnent, vt fundaměto apoſtolorum & prophetarum aptè coaptuat.

CAP. XX.

1.Cor.3.b SEcundum gratiam dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat, quomodo ſuperædificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod

Ephеſ.2.d poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici dei, ſuperędificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſancto.

CAP. XXI.

B

Quid proprium Chriſtiani?

Charitas, quæ per charitatem operatur.

Quid proprium fidei?

Certiſsima animi expletio de diuinorum verborum veritate, quæ nulla, neque à naturali neceſsitate inducta ratione, neque ad veræ pietatis ſimulationem conformata vllo modo poſsit labefactari.

Quid proprium fidelis?

Vt cum eiuſmodi certa animi expletione veram eſſe illorum vim credat quæ dicta ſunt in ſcriptura, nihilque reiiciat, aut nouum ſtatuere audeat. Etenim ſi omne, quod ex fide non eſt, peccatum eſt, vt ait Apoſtolus, fides autem ex auditu, auditus autem per verbum dei, ſine dubio cum quicquid extra diuinam ſcripturam eſt, ex fide non ſit, id peccatum eſt.

Quid proprium eius, quæ eſt in deum, charitatis?

Mandata eius ſeruare, eo animo, vt ille glorificetur.

C Quid proprium eius, quæ eſt in proximum, charitatis?

Vtilitatem propriam non quærere, ſed vtilitatem eius, qui diligatur, cum animæ, tum corporis.

Quid proprium Chriſtiani?

Vt per baptiſmum denuo ex aqua & ſpiritu generetur.

Quid proprium eius, qui natus eſt ex aqua?

Vt quemadmodum Chriſtus peccato ſemel mortuus eſt, ita ipſe etiam mortuus ſit, & ad omne peccatum immobilis, ſicut ſcriptum D eſt: Quicunque in Chriſtum Ieſum baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, hoc ſcientes, quòd vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Roma.6.a

Quid proprium eius, qui natus eſt ex ſpiritu?

Vt pro data ſibi menſura illud fiat, quod eſt id, ex quo genitus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Quod ex carne natum eſt, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ioan.3.a

Quid proprium eius, qui denuo natus eſt?

Exuere veterem hominem vnà cum actibus eius, & cupiditatibus, & induere nouum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem illius, qui creauit illum, ſicut ſcriptum eſt: Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Quid proprium Chriſtiani?

Mundari ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & perficere ſanctitatem in timore dei, & charitate Chriſti, & nullam habere neque maculam neque rugam, aut aliud quippiam generis eiuſdem. Qui enim manducat E & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.

Quid proprium illorum qui manducant panem, & bibunt poculum dei? Seruare perpetuam memoriam illius, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit.

Quid proprium Chriſtiani?

Vt omni in re iuſtitia illius maior ſit iuſtitia ſcribarum & Phariſæorum pro menſura doctrinæ dominicæ, quæ eſt ſecundum euangelium.

Quid proprium Chriſtianorum?

Eiuſmodi dilectio inter ipſos, cuiuſmodi ea fuit, qua dilexit nos Chriſtus.

Quid proprium Chriſtiani?

Prouidere dominum in conſpectu ſuo ſemper.

Quid proprium Chriſtiani?

Quotidie ac ſingulis horis vigilare, & aſsidue paratum eſſe ad eam perfectionem, per quã placeat deo, illud ſcientem, venturum eſſe dominum hora illa, qua non ſperat.

Sancti

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAE Cappadociæ.

DE INSTITVTIONIBVS Monachorum, Sermo.

HOMO ad imaginem & ſimilitudinem dei fuerat factus. Imaginis autem dignitatem illam ac decorem peccatum, animo ad vitioſas cupiditates depreſſo, deformauit. At enim deus, qui hominẽ creauit, vera vita eſt. Itaque qui dei ſimilitudinem amiſit, is vitæ etiam amiſit cõmercium. Qui autem à deo disiunctus eſt, is ſine dubio intra beatæ vitæ limites eſſe non poteſt. Agedum igitur, ad eam, in qua ab initio eramus, & à qua propter peccatum abalienati ſumus, redeamus gratiam, nóſque rurſum ad diuinæ imaginis ſpeciem conformiter exornemus: abiectiſque prorſus omnibus vitioſis animi affectionibus ſedulo operam demus, vt ortus noſtri autori ſimiles efficiamur. Qui enim in ſeipſo, quantum in ipſo ſit, naturæ diuinæ liberrimam affectuum tranquillitatem imitatus fuerit, hic defœdatam B prius in animo ſuo dei imaginem reſtituit priſtino nitori. Qui verò eo modo, quo diximus, deo ſe ſimilem effecerit, is prorſus diuinæ etiam vitæ ſimilitudinem acquiſiuit, perpetuo deinceps, in aſsidua vſque beatitudine manſurus. Si igitur vitiorum vacuitas ea eſt, per quam amiſſam dei imaginem recuperamus, & ſimilitudo, quæ cum deo nobis eſt, vitæ nobis æternitatem largitur, haud dubiè cæteris omnibus cæterarum rerum ſtudiis omiſsis, in hoc vnum toto pectore debemus incumbere, vt videlicet animus noſter nullius vnquam vitij opprimatur tyrannide, illudque diligenter curare, vt neutrobi mens noſtra euariet, neque propter vllos tentationum impetus ſe in terram patiatur proſterni, vt hoc modo in diuinæ beatitudinis ſocietatem venire poſsimus. Porrò ad huiuſmodi ſtudium mire conducit & cooperatur virginitas, ſi quis eam recta ratione coluerit. Neque enim in hoc tantummodo virginitatis donum conſiſtit, ſi quis in eo abſtinens fuerit, vt progignendis liberis operam non det: ſed vt quis id rectè aſſecutus dici poſsit, victus ipſe omnis, vita quoque, omniſque animi morum conformatio, virginitatem ſeruent oportet: nullúmque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpe- C tuo cœlibis integritatem præ ſe ferat. Siquidem fieri poteſt, vt quis ſermone etiam ſcortetur, & oculis adulter ſit, & auditu polluatur, & cor inquinandum præbeat, immodiceque edendo potandoque temperantiæ finibus egrediatur. Qui enim adhibita in his temperantia, ſe intra virginitatis limites continuerit, vere hic abſolutiſsimum ſe habere virginitatis donum declarat.

Quamobrem ſi per vitiorum euacuationem ad dei ſimilitudinem animæ noſtræ characterẽ com- D ponere nobis in animo eſt, & hac ratione ſempiternam nobis vitam acquirere, danda omnino nobis ſedulo opera eſt, ne quid quoquo pacto profeſsione noſtra indignum faciamus, néve ſimili, atque Ananias, iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim initio Ananiæ poſſeſsiunculam ſuam deo non polliceri ac vouere: ſed poſtquàm humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat per profeſsionẽ deo conſecrauit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret, de precio autem callidè poſtea neſcio quid interuertit, eiuſmodi aduerſum ſe indignationẽ dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quocirca ante religioſæ iſtius vitæ profeſsionem liberum eſt vnicuique, quatenus per dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem ſequi, ſibique vxorem adiungere: Vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic E deo cuſtodire ſeipſum debet, veluti eorum aliquid, quæ dicata ſunt deo, ne ſacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod ſemel deo conſecrauit, miniſterio rurſum cõmunis vitæ contaminet. Atque hoc dico, non vnum tantummodo vitioſæ affectionis genus ſpectans, quemadmodum opinantur quidam, qui perfectam habere ſe virginitatem exiſtimãt, ſi caſtum modo corpus ſuum cuſtodierint: ſed vt doceam eũ, qui deo ſeruare ſe integrum velit, nulla debere praua affectione mundana inquinari iuxta omnem vitioſæ affectionis modum. Nam iracundia, inuidia, & præteritarum iniuriarum tenax memoria, mendacium item, & ſuperbia, & elatio ſpiritus, & intempeſtiua locutio, & in oratione facienda lentitudo, & rerum quæ nullæ ſunt, cupiditas, mandatorum negligentia, in veſtitu nimio plus exquiſitus ornatus, oriſque ad venuſtatis ſpeciem cõpoſitio, congreſsionéſque ac colloquia non habita vel decori, vel neceſsitatis ratione, hæc omnia adeo diligenter ab eo ſunt cauenda, qui per virginitatẽ deo ſeipſum conſecrauit, vt par ſibi propemodum eſſe periculũ intelligat, ſi in aliquo iſtorum lapſus ſit, atq; ſi in veterum proprie peccatum incurrat. Siquidem cũcta, quæ cum vitioſa animi F affectione fiunt, ea animi quodammodo candorẽ contaminant, & ad diuinam vitam impedimento ſunt. Ad hæc igitur omnia reſpiciat oportet, qui ſeculo nũcium remiſit, vt videlicet nullo modo, poſteaquam iam diuinum veluti vas factus ſit, vitioſo ſe vſu pollui patiatur. Eaque is in primis ſecum verſare in animo debet aſsiduè, cum vltra humanæ naturæ fines proceſſerit, vitæ ſe cuidam

inſtituto

Act. 5. a

iostituto à corpore ſeiunctæ tradidiſſe, angelorũ conuerſationem dum ſibi imitandam proponit. Siquidem proprium hoc eſt angelicæ naturæ, liberam eſſe à vinculis coniugij, neque ad aliam vllam contemplandam pulchritudinem animo diſtrahi, ſed oculos in dei os aſsidue intentos habere. Quamobrem qui in angelicæ iã dignitatis ordinem tranſiuit, is ſi humanis ſe poſtea prauis affectiooibus contaminet, Pardi aſsimilis efficitur A pelli, cuius feræ neque ex toto albæ ſunt, neque ex toto nigræ, ſed cum ſint diſsimilium colorum miſtione variegatæ & interpunctæ, neque in albis C numerantur, neque in nigris. Atque hoc quidem communius eorum præceptum ſit, qui vitam ſibi continentem ac caſtam delegere. Verum quoniã videntur ſingula quoque diſtinctius debere tractari, operæpretiũ fuerit fortaſſe, ſi de his breuia quædam admonita tradiderimus. Igitur qui à cõmuni cum cæteris viuendi more receſſerunt, animumq́; ſuum ad diuinius quoddã vitæ genus colunt & exercent, ij non ſuo ſe permittãt arbitrio, neu per ſolitudinem vitam exigant. Siquidem ad euitandas prauas hominũ ſuſpiciones, huiuſmodi vitam non remotis arbitris, neque in obſcuro agi conuenit. Et quemadmodum lex ſpiritualis pauciores eſſe, quàm duodecim vetat illos, qui myſticum paſcha mãducent, item quoque eorũ qui ſpirituali vitæ ſimul operam dãt, denarius numerus ampliandus eſt potius, quàm reſtringẽdus. Vnus totius illorũ diſciplinæ moderator ſit, qui & propter vitæ ac morum probitatem, & reliquis in rebus moderationem, ipſe cæteris antelatus ſit: adhibita etiam ad hoc, vt cæteris præponeretur, ætatis B maturitate. Siquidem maiorẽ neſcio quomodo venerationem habet in hominũ natura, quòd prouectiore ætate eſt. Huius autem poteſtas ea ſit, vt parẽre ipſi ex libera animi inductione, ſummiſsioneque, fratrum conuentu, eorum nemini eius voluntati liceat aduerſari, in his, quæ ad ſuſceptæ vitæ boneſtatem & exactiorem quendã cultum facienda ille ſuadeat. Sed vt Apoſtolus ait, nullo modo cõſtitutis à deo poteſtatibus eſſe reſiſtendum, quãdo male illi mulctentur, qui dei ordinationi reſiſtant: item hic quoque animũ in eo ſuũ expleſſe ac ſibi perſuaſiſſe fratres reliqui omnes debent non fortuitu, neque caſu, ſed dei voluntate huiuſmodi poteſtatem antiſtiti ſuo fuiſſe delatam, vt quæ ſecundum deum in virtute progreſsio eſt, ab impedimento libera eſſet, quippe cum & ille quicquid ad vtilitatem, ac fructum animarum pertineret, proponeret, iſtiq́; viciſsim libentes ac morigeri data ſibi ab eo conſilia capeſſerent. Quoniam igitur illud è re prorſus eſt antiſtitis, vt fratrum conuentum in officio ac poteſtate ſua habeat, neceſſario talis aliquis huiuſcemodi vitæ moderator deligi debet, in cuius vitam quicunque C intueantur, omnium virtutum exemplar ante oculos propoſitũ habeant: & qui, vt eſt apud apoſtolum, ſobrius, temperans, modeſtus, & ſua ſponte ad docendum propenſus ſit. Ad eum modum huius vitam mihi placet ſpectari, nõ vt illud modo inquiratur, vtrum ſenilem ipſa ætate maturitatem habeat, nécne: (ſiquidem fieri poteſt, vt canis aliquis, ac rugis oppletus, iuueniles tamen mores obtineat) ſed illud cũ primis ſpectandum exiſtimo, num illi ipſa vitæ cõuerſatio, moréſque ex moderatione incanuerint, vt quicquid ab eo dicatur, fiatve, id cunctis fratribus pro lege ac regula ſit. Ratio proinde quærendi victus his, qui in eiuſcemodi vitæ genere degant, ea maxime cõueniens iudicãda eſt, quæ ab Apoſtolo præſcribitur nimirum vt manibus laborantes, boneſtè ſuum quiſque panem manducet. Quid porro quilibet conficere debeat operis, penes vnũ aliquẽ vt ætate grauem, ita & vitæ retrò actæ teſtimonio commendabilem, arbitrium erit, qui manuaria iſthæc D opera ad numerum diſpertietur, prævt viderit in rem eſſe vſus neceſſarij vnicuilibet, vt mandatum impleatur eius qui iubet, in ſudore & labore nobis victum vt acquiramus, & honeſtatis decor reprehenſione ac nota omni vacuus teneatur, cum nulla eos quotidiani victus neceſsitas adigat in publicũ prodire. Continentiæ autẽ hic modus optimus, hæc inquam regula erit, Si corpus neq́; diffluat deliciis, neq́; maceratione nimia atteratur, illudq́ue in vtranq́; partẽ teneatur, vt ne quid nimis, ne videlicet animus, ſi carniũ obeſitate grauetur, variis perturbationib9 reddatur obnoxius: neq́; ſi item cõtrà plane morboſus fuerit effectus, dei mandata exequi non poſsit. Quandoquidem par vtrioq́; animo detrimentũ ſolitũ eſt viu venire, & cũ corpus ex bona habitudine luxuriãs quodammodo animi imperiũ detrectat, & ad prauas cupiditates præceps ſe cũ impetu fert in indecoros motus, & cũ item languidum, ac diſſolutũ, & doloribus oppreſſum, mouere ſe loco non poteſt ſed ſiſtitur immotè. Neq́; enim in eiuſmodi corporis cõſtitutione libere per ocij temperiẽ ſe animus ad rerũ altiorum contẽplationem poteſt eri- E gere, ſed neceſſario ipſo oppreſſus doloris ſenſu, impeditus tenetur fitque deuexior & velut in humum acclinis per corporis afflictionẽ. Quare cibi vſus eiuſmodi eſſe debet, qui ad ſolã neceſsitatem referatur, itemq́ue vinũ neq́; omnino reſpui debet, ſi quando valetudinis cauſa aſſumendũ ſit, neq́; ſtudioſè nimis, ſi neceſsitas non ſit, exquirẽdum, ac reliqua omnia ſimiliter eiuſmodi ſunto, vt neceſſario ad victum vſui, non autẽ libidinoſis voluptatibus inſeruiant eorũ qui ſe ad religionis exercent cultũ. Cùm autẽ ad orationem nulla nõ vitæ pars opportuna habẽda ſit: quia tamen datis quibuſdam interuallis ab illa pſalmodię genuq́ue flexionis acri cõtentione nonnunquam eſt interquieſcendum, is eſt maxime horarũ modus tenendus, qui à veteribus olim ſanctis viris ad orationẽ deſcriptus eſt. Etenim eximius ille Dauid ait: Media nocte ſurgebam ad confitẽdum tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, quem ſanè Paulus quoq́; & Silas ſecuri reperiuntur, cùm in carcere poſiti, circiter mediam noctem deum ambo collaudarent. Addit deinde idem Propheta: Veſpere, mane, & meridie. Quin & ſpiritus ſanctus circiter horam diei tertiã fuit, ſicut ex Actis accepimus, quo tem- F pore cũ propter variam illam linguarũ efficacem vim Phariſęi diſcipulos irriderent, negauit Petrus eos ebrios eſſe, qui ea loquerẽtur: ſiquidẽ horam illam tertiã fuiſſe. Porrò nona dominicæ paſsionis memoriam refert, illius quæ vitæ noſtræ cauſa ſuſcepta eſt. Verum quoniã item hoc eſt apud eundem Dauid, ſepties in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: tempora autẽ illa, quæ diximus, neutiquam ſeptenariũ orationis nume-

rum

Marginal notes: elegans. — Pſal. 118. — Act. 16. — Pſal. 54. — Act. 2.

rum conficiunt: bipartito diuidenda meridiana oratio eſt, ita videlicet vt pars vna cibū præcedat, altera ſubſequatur, quo perpetua hæc nobis formula ſit deum ſepties per ſingulas dierū conuerſiones laudibus celebrandi. Mulieres à monaſteriorum ingreſſu prorſus arcentor. Viri non quiuis temere admittuntor, ſed ij tantūmodo, quos idoneos, qui ingrediantur antiſtes iudicarit. Plerunque enim hæc temere facta omnibus ingrediendi poteſtas intempeſtiuorum quotīdam ſermonū, ac narrationum minime cōuenientium cauſa eſt, ex quibus animus in futiles, minimeque neceſſa-

A rias poſtea cogitationes delabitur. Quocirca cōmunis quædam ſtatui lex debet, vt ſolus antiſtes ipſe conſulatur, & reſpōdeat, de rebus iis, ad quas neceſſario videatur debere reſpōderi: reliqui nugantibus oblocutionibus variis nihil reſpondeāt, ne ad perpetuādam nugacium verborum ſeriem illi pertrahantur. Apotheca vero communis omnium ſit neq; proprium alicuius quicquam nominetur, non veſtimentum, non calceamentum, nō denique aliud quippiam eorum, quæ ad neceſſarium corporis vſum ſpectant. Sed ea poteſtas antiſtitis ſit, vt ex iis quę in communi poſita fuerint, vt quodque cuique aptum eſſe ad vſum indicauerit, ita ab eo illi pro tempore aſsignetur idq; iuxta præpoſiti ſententiam. Porrò in huiuſmodi hoc cōmuni contubernio neutiquam patitur charitatis lex aliquas coiri ſeorſum aut amicitias, aut ſodalitates. Siquidem nullo modo fieri poteſt, quin affectiones iſtæ quæ in hanc magis, quàm in illam propendent partem, plurimū incommodent cōmuni omnium concordiæ. Quamobrem æquali-

B ter ſe diligere inter ſe omnes debent, idemq; aduerſus vniuerſum fratrū cœtum charitatis tenendus eſt modus. Quòd ſi quis inuentus fuerit, qui maiore quadam animi propenſione monachum, fratrem, vel propinquum, vel aliū quemuis quauis de cauſa videatur diligere, hūc caſtigare oportebit vt iniurium publicæ charitati: Siquidem in eo quòd quis aliquem vnum plus diligit, facile indicat reliquos ſe in amore inferiores habere. Iis autem qui in culpa aliqua deprehenſi fuerint, ad magnitudinem delicti, pœnæ etiam modus accōmodator, videlicet vt vel in communi cum cæteris pſalmorum decantatione intereſſe prohibeantur, vel ad orationis communionem neutiquam admittantur, itemque à cibi communicatione arceantur. Qua in re qui erit communis diſciplinæ moderator, is cum magnitudine culpæ, pœnam etiam commetietur. Porrò quæ neceſſario in cōmuni conuentu tractanda miniſteria ſunt, ea mutatis in orbem vicibus circumagūtor, binique ſin-

C gulis hebdomadis neceſſarium omne in hoc genere munus explento, vt & humilitatis merces communis ſit, neque cuiquam facultas in rebus etiam laudabilibus cæteros ſuperādi amplior detur, & vt æqualiter à laboribus requieſcere omnes poſsint. Nam hæc laboris & requietis repetita identidem viciſsitudo laſsitudinem laborātes ſentire non ſinit. Cum autem neceſſaria aliqua de cauſa neceſſe fuerit in publicum prodire, antiſtitis arbitrium ſit, eos ad hoc deligere, quos idoneos, qui prodeant, ipſe iudicauerit: itemq; contrà præcipere, vt domi remaneant, quorum ſimiliter ex re hoc eſſe cenſuerit. Plerunq; enim in adoleſcentum corporibus, tametſi ſummopere continentia colenda macerare ſe ſtudeant, neſcio quomodo naturalis ætati illi coloris quaſi decor quidam efflorescit, in quem qui inſpexerint, ij libidinū plerunque ſtimulis ſolent permoueri. Quocirca ſi quis ſit, qui quod ad corporis florem attinet, adoleſcens ſit, is huiuſcemodi decorem ſuum occultato, eumq; tandiu celatū teneto, quo ad ſpecies pulchritudinis illa, ad maturū ſtatum aliquē peruenerit. Iracundiæ autē, aut memoriæ iniuriarū, aut inuidiæ, aut cōtentionis nullus prorſus ſit neque geſtus, neq; motus, non verbum, non oculorum acris obtutus, non vultus conformatio vlla,

D non aliud quippiā, ex quo eorum, quibus cū viuimus, irritari anim9 poſsit. Quod ſi fortè alicui euenerit, vt prior ipſe ab alio læſus ſit, hæc nequaquā idonea haberi peccati excuſatio debet, quo ille teneatur. Siquidem malum, vt quouis tēpore perpetretur, nihilo tamē minus propterea æquè ſemper eſt malum. Iuſiurandum de fratrum conuentu prorſus expellitor. Si quis autem vel nutu capitis, vel ſimplici voce aſſenſus fuerit, id pro iureiurando habeatur, tam ei qui dicit, quàm ei qui audit. Si quis vero ſimplici alicuius affirmationi fidem nō habuerit, is indicio eſt de ſua ipſius mente, ſe videlicet, dum loquitur, veritatem non ſemper ſeruare, eaque re à magiſtro ordinis, in delinquentium referri numerum debet, & ſalutari impoſita multa, ad ſanitatem reſtitui. Completo iam die, omniq; opere cum corporis, tum ſpiritus etiā abſoluto, præclare fiat, ſi diligenter vnuſquiſque antequam cubitum eat, cum animo ſuo conſcientiam ſuā exquirat, ac ſi quid quis vel cogitauerit,

E vel etiam locutus fuerit eorum quæ non decent, vel ſi inter orandum minus attentus, aut in pſalmorum decantatione tædio anxius fuerit, aut cōmunis vitæ deſiderio ſe ſenſerit titillatum, admiſſum à ſe delictum nullo modo occultum teneto, ſed in medium audientibus cunctis enunciato, vt per cōmunem orationem ſanetur morbus illius, qui in eiuſmodi malum inciderit.

EIVSDEM

DE INSTITVTIONE

Monachorum, Sermo.

MOnachorum vitæ ratio vnū ſibi tantummodo propoſitum habet, animæ ſalutem, & quicquid prodeſſe ad eū finem poteſt, id vt tanquam dei mandatum cum timore obſeruet. Neque enim ipſa dei mādata quicquam aliud

F ſpectant, niſi vt ſalutem adipiſcatur is, qui ipſis auſcultauerit. Conuenit igitur, vt quemadmodum qui in balneum ingrediuntur, veſtimentis ſe omnibus denudant; ita & qui colendæ pietatis cauſa ad ſolitariam vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus vitæ, quod eſt ſecundum philoſophiam, ingrediantur. In hoc autem illud caput eſt, & in quo præcipue elaborare Chriſtianus debet, vitioſas animi affectiones diuerſas ac varias, quibus illius anima infici ſolet, ab ſe ſegregare. Deinde oportet, vt qui ad excellens hoc & ſublime vitæ genus aſpirat, is pecunia ſua

omiſſ

omni ſe ſpoliet. Siquidem earum rerũ, quæ ſunt cum materia cõiunctæ, ſolicitudo, procuratioque magnopere mentem atque animum diſtrahunt. Quoties igitur plures inuenti fuerint, qui eodem ſibi cuncti propoſito fine, vitam vnà inter ſe agere decreuerint, hoc cum primis firme tenere illi debent, vt cunctorũ vna omnino mens ſit, & voluntas vna, & idem prorſus deſiderium, & vt iuxta legem quam ſancit Apoſtolus, omnis quæ in vnum conuenerit, multitudo, corpus vnum efficiatur, ex diſsimilibus inter ſe membris coagmentatum. Hoc autem aliter nullo modo legitime cõfici poteſt, niſi apud eos illud probè ſtabilitũ teneatur, vt nihil quicquam ſuum cuiuſquam eſſe præciſe & peculiariter dicatur, non veſtimentũ, non vas, non aliud quippiam eorum, quæ ad ſocietatem vitæ conducunt, ea re, vt ſingula hęc vtilitati communi, non autem priuato ſibi vendicantis commodo ſeruiant. Et quemadmodum veſtimentum, quod contractius eſt, amplioris ſtaturæ corpori conuenire non poteſt, itemque contrà, quod iuſtæ ſtaturæ habile eſſet, id exiguo corpori non conuenit: ſed quicquid vnicuique aptum eſt, id vtile eſt, & commodum: item quoque ſeruari in reliquis rebus idem debet, vt lectus videlicet, vt ſtragulæ veſtes, vt calidum indumentum, calceamentumque eius ſint, quibus valde his opus ſit, nõ autem eius qui illa poſſideat. Vt enim medicamento non is vtitur, qui ſanus eſt, ſed qui ſaucius, ſic iis etiam, quæ leuandi cauſa corporis inuenta ſunt, is vti debet, nõ qui delicatulus eſt, ſed qui imbecillus. Quoniam autem varia ſunt hominum ingenia, neque ſimiliter de rebus vtilibus omnes iudicant, tollendæ cauſa omnis, quæ oriri poſſet, perturbationis, ſi vnuſquiſque videlicet eũ maxime ſequi ritum vellet, quem adamaſſet, illud curãdum eſt, vt qui omnium teſtimonio omnibus in rebus prudẽtia & grauitate, vitæque ſanctitate, cæteris omnibus præſtare iudicatus fuerit, hic deligatur, qui cæteris præſit, quo videlicet virtutis, quæ in ipſo ſit, fructus promiſcuè in cunctos redũdet, qui eum ſint imitati. Vt enim ſi plures pictores, omnes, ſeparatim quiſque, vnius oris alicuius formã effingant, effictæ illæ omnes imagines ſimiles inter ſe ſint: eodem modo ſi multiplicia multorũ ingenia, animi vnius alicuius conſtantes mores ſibi imitandos propoſuerint, præclara in cunctis vitæ forma eluceat neceſſe eſt. Delata igitur ad vnumquempiam de communi omnium cõſenſu, poteſtate, priuatæ cuiuſque ſeparatim omnes faceſſere voluntates debent, ſeſeque cuncti deinceps, ad magiſtri ſui mentem conformare, & præcepto Apoſtoli obtemperare, qui excellentioribus poteſtatibus ſubiectos eſſe omnes iubet, qui cum ipſis reſtiterint, ipſi ſibiipſis damnationem inueniant. Porrò vera perfectaque ſubiectorum aduerſus moderatorẽ ordinis obedientia in eo cernitur, ſiquis ex eius cõſilio non à rebus modo flagitioſis abſtineat, ſed ſi, ne ea quidem, quæ laudabilia ſunt, ſine ſententia illius faciat. Nam abſtinentia, & omnis corporis incommodorum perpeſsio vtiliter hæc quidẽ comparata ad aliquid ſunt, at ſi quis propriæ obſequens voluntati ſpretis conſiliis antiſtitis ſui, id facere voluerit, quicquid ipſi collibitum ſit, hîc plus erit, quòd faciet mali, quàm quod boni. Qui enim poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit, & præmium obedientię maius debetur, quàm rectè facto cum continentia. Porrò nihilo minus communi æqualiq; inter ſe omnes charitate eſſe animati debẽt, atque naturaliter homo quiſque aduerſus ſua ipſius membra eſt, quilibet enim ęqualiter ſanum totum ſuum corpus vult, quando læſo vno aliquo membro, dolor ex eo in totum corpus redundat. Verumenim ſicut in nobiſipſis, etſi ſingulatum corporis noſtri partium dolor, æque in totum corpus permanat, ſunt tamen membra alia aliis nobiliora (neque enim ſimiliter affecti ſumus, & cum ex oculo, & cum ex pedis digito laboramus, etiam ſi vtrinque iuxta angat dolor,) Sic quoque in cuncto conuentu ſeruari debet, vt videlicet cum æqualiter miſericordia ex malis cuiuſque moueamur, & ſimiliter charitate aduerſus omnes ſimus propenſi, nihilo minus tamen iis, qui vtiliores ſint, maiorem vt æquum eſt, honorem habeamus. Quoniam autẽ æquali prorſus inter ſe viciſsim charitate complecti omnes debent, iuſtitia violatur, quotieſcunque in communi conuentu priuatæ aliquæ coitiones reperiuntur, aut ſodalitates. Qui enim vnum aliquem magis quàm cæteros diligit, is, quòd non perfectè cæteros diligat, de ſeipſo indicio eſt. Quocirca ſimiliter ex conuentu reiicienda ſunt, & turpis & indecora contentio, atque amor iſte ſingularis. Siquidem ex contentione inimicitiæ, ex amore autem ſingulari, ſodalitateque, ſuſpiciones, inuidiæque oriuntur. Vbique enim æqualitatis defraudatio, inuidię, odiiq; materia, ac ſeminarium exiſtit iis, qui ea defraudantur. Quare factum eſt vt præceptum etiam à domino nobis ſit, vt bonitatem imitemur illius, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iniuſtos, nihilo minus atque ſuper iuſtos. Quemadmodum igitur deus promiſcue omnibus lucem impartitur, ſic imitatores dei, charitatis ipſorum radium æqualiter communicare omnibus debent: quandoquidem vbi deliquium patitur charitas, eo prorſus eius loco odium ſuccedit. Quòd ſi, vt Ioannes ait, deus charitas eſt, ſine dubio neceſſe eſt diabolum odium eſſe. Vt igitur qui charitatem habet, is deum habet, ſic qui odiũ habet, is diabolũ in ſeipſo nutrit. Quocirca æqualis, ſimiliſque ab omnibus tenenda aduerſus cunctos charitas eſt, vnicuique autem ſeparatim pro cuiuſque decoro, honos habendus. In his autem, quos hoc modo charitas inter ipſos coniunxerit, ac copularit, ad maioris amoris cumulum conciliandum, nihilo plus momenti afferet naturalis ſanguinis neceſsitudo: neque ſi aliquis quidẽ frater alicuius germanus ſit, filiúſve, aut filia, huic maiorem charitatem quàm cæteris conſanguinitatis vinculum conciliabit. Qui enim in rebus huiuſmodi naturam ſequitur, is plane declarat ſeipſum nondum ex toto à naturali defeciſſe affectu: ſed adhuc regi carnis imperio. Sermo futilis, & quæ è familiaribus ac mutuis congreſsionibus mentis importuna naſci ſolet diſtractio, prorſus exterminãtor, at ſi quid ad animarum ædificationem vtile ſit, de hoc tantummodo ſermo habeatur. Quin in iis ipſis quoque quæ vtilia ſunt, ordinis, modeſtiæque, & temporis ad loquendũ idonei habenda ratio eſt: & quæ dicenda ſunt, ea ab iis dici debent, quibus permiſſum ſit loqui.

Margin notes: Similè. — Rom. 13. a. Veriſsima obedientia. — Matt. 5. g — 1. Ioã. 4. a

Quòd ſi ex inferiorum numero aliquis ſit, is tandiu expectato, quoad à ſuperiore ad loquendum fuerit inuitatus. Suſurrationes verò, atque in aurem locutiones, & quæ per nutus fieri ſolent, ſignificationes, hæc omnia à fratrum conuentu lõgiſsimè ſubmouentor. Nam & detractionis ſuſpicionem habet ſuſurratio, & quæ nutu fit ſignificatio, ea fratri indicio eſt malicioſum aliquem dolum in re obſcurè latere. Porro ex iſtiuſmodi re-
A bus odia, ſuſpicionéſque naſcuntur. Quoties verò de re inter ſe colloquium haberi conueniet, vocis modum ipſis neceſsitas ipſa definiet, vt ſcilicet cum eo, qui propinquior ſit, preſsius agatur, qui autem remotior, is altiore aliquanto voce appelletur. Illud autem vt aliquis in dando alicui conſilio, hortationéve de re aliqua adhibenda, maiore, aſperioréque vtatut vocis ſono, hoc, vt res cõtumelioſa, è conuentu prorſus amouetor. Egredi vero extra monaſterium, præterquam vbi ſtatutis temporibus neceſsitas poſtulauerit, nemini licitum eſto. Verũ quoniam non virorum modo conuentus ſunt, ſed etiam virginum, cætera quidem omnia quæcunque hactenus præcepta tradidimus, æque vtriſque communia ſunto. Vnum tamen illud ſcire cõuenit, longe accuratiorem, maioremq́ue in fœminarum vita quàm in virorum, diſciplinam requiri, veluti voluntariç paupertatis virtutem, quietem, atque ſilentium, obedientiã, ſtudium in ſorores, cautionem in publicum prodeundi, diligentem quibus cum colloquium ſit, animaduerſionem, parem inter ipſas mutuo beneuolentiam, & illud, quòd nulla ſeorſim apud
B eas conuenticula ſint. In his enim omnibus in virginum vita accurandis, maiore quodam multo opus eſt ſtudio. Porrò cui cõmunis diſciplinæ commiſſa moderatio fuerit, ea non quæ iucunda ſororibus ſint, quærito, neque illud ſtudeto, vt illarum cupiditatibus gratificetur: ſed illud agito ſemper, vt retenta grauitate, ſeueritateq́ue, ſe illæ & metuant ſimul, & reuer cantur. Siquidem ſcire illud debet, eorum omniũ, quæ in communi commiſſa delicta fuerint, rationem ſe apud deum redituram. Similiterq́ue ſorores ipſæ totius cõgregationis neutiquam à magiſtra ſua illa quærunto, quæ ſuauia, ſed quæ vtilia ſint, ac fructuoſa, neque de iis quæ ſibi imperentur, litigioſè cum ea diſputanto. Huiuſmodi enim conſuetudo meditatio quædam, ac via eſt ad rebellionem: ſed ſicut præceptis domini, reiecta omni diſceptatione, autoritatem ſummam tribuimus, ſciẽtes quòd om-
2.Tim.3.d nis ſcriptura diuinitus inſpirata etiam vtilis eſt: ſic ſorores quoque iuſſa antiſtitis ſuæ omni cum animi expletione ſuſcipiunto, omniaque quæ ſibi data ab illa cõſilia fuerint, alacri animo exequuntor: non ex triſtitia, neceſsitatéve, vt videlicet ipſarum obedientia mercedem promereatur. Neq;
1.Cor.9.b C verò modò in eo conſiliis illius obtemperanto, cum ea doceantur quæ ad maiorem quandam arctioris diſciplinæ ſeueritatem ſpectent, verum in eo etiam ipſi auſcultanto, quandocũque vel à ieiunio ceſſare, vel idoneum ad reficiendas amiſſas vires cibum ſumere ipſas iuſſerit, aut aliud quippiam eorum, quæ ad laborũ leuamen pertineant, ita poſtulante vſu, faciendum adhortetur, cum illud planiſsimè ſibi habeant perſuaſum, legẽ eſſe, quicquid ab illa dicatur. Quoties verò ex neceſsitate aliqua inciderit vt de re aliqua earum, quæ quotidianus vitæ vſus requirit, faciẽda verba ſint, apud virum aliquem, ſiue apud eum, cuius procuratio illa ſit propria, ſiue apud alium quemuis, cuius ad id quod quæritur, vtilis eſſe opera poſsit, ſanè eſſe antiſtes ipſa debet, quæ loquatur, adhibitis ſecum de ſororum numero vna, alteráve, quæ & propter ſpectatam ipſarum ſuperioris vitæ probitatem, & ætatis maturitatem, ſine periculo in conſpectum & colloquium venire alicu- D
ius poſsint. Si vero ſit aliqua, cui ipſi ſeorſum vtile aliquid in mentem venerit, quod dicat, hæc de eo cum magiſtra communicato, atque ita quod dicendum fuerit, per illam dicetur.

EIVSDEM PROOEMIVM

in præceptiones latius diſputatas.

POſtquam dei gratia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in vnum conuenimus, qui vnum & eundem ſecundum veram pietatem viuendi nobis finem propoſuimus, vóſque haudquaquam obſcurè præ vobis fertis, eorum, quæ ad ſalutem veſtram pertineant, expetere aliquid diſcere, mihiq́ue viciſsim iuſtificationes dei annunciandi neceſsitas incumbit: quippe Apoſtoli verba illa dies noctéſque aſsiduè mecum memoria verſanti quando ait: Per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monere vnum- Act.20.f
quenque veſtrum: cũ egregiè ad hoc ipſum accõ- E
modata huius occaſio temporis ſit, tum non minus etiam idonea loci ipſius opportunitas eſt, qui ab omni externo ſtrepitu tumultuque lõgiſsimè ſit remotus, & vt hoc facere poſsimus, pacatiſsimam nobis quietem largiatur. Hæc igitur cum ita ſint, agedum inter nos viciſsim alij pro aliis oremus: vos quidẽ, vt nos conſeruis noſtris dare poſſimus tritici menſuram in tempore opportuno: nóſq; item, vt vos ſuſcepto ſermone noſtro, mo- Matt.13.a
re feracis ſoli, perfectũ, & multis partibus vberiorem iuſtitiæ fructum afferatis, ſicut ſcriptum eſt. Obſecro igitur vos per charitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, incipiamus aliquando ſoliciti eſſe de animabus noſtris, doleamus ſuperioris vitę vanitatẽ, de eo, quod ad viuendum nobis reliquum eſt, tẽporis ſpatio attentiore cura cogitemus ad gloriã dei, & Chriſti eius, itemq́ue adorandi, ſanctique ſpiritus. Nolimus obſecro perpetuo in hac ſocordia, diſſolutioneq́; permanere, ne, dum quod præ manibus eſt, in aliud ſemper tempus reiicimus & futiliter deterimus atque in perendinum, ac reliquos ordine inſequentes dies rectè viuendi initiũ
differimus, inopinantes deinde ab eo qui animas F
noſtras repetit, imparati à bonis operibus inuẽti, ab illa nuptialis thalami lætitia excludamur; ac tũ demum, cùm id prodeſſe nobis nihil iam poterit, alieno tempore caſsis & fruſtraneis lachrymis lamẽtemur: tuncq́ue malè prætermiſſum vitæ tempus deploremus, quando nullus amplius querelarum eſſe poterit fructus. Nunc tempus acceptabile, inquit Apoſtolus, nunc dies ſalutis. Vita hæc 2.Cor.6.a
pœnitentiæ vita eſt, illa præmiorum: ſeculum hoc

quæſtus eſt per opera pietatis promerendi, illud rependendæ mercedis: hoc tolerantiæ, illud conſolationis recipiendæ. Nunc adiutor conuertentium ſe à via mala eſt deus, tunc factorum omniũ humanorum pariter ac dictorum, cogitationúmque formidabilis & quem nemo fallit, inquiſitor. Nunc in indulgendo illius longanimitatem experimur, tunc in iudicando æquitatem cognoſcemus, cũ videlicet reſurrexerimus, alij ad ſupplicium æternum, alij contrà ad vitam æternam, & receperit vnuſquiſque ſecundum opera ipſius. Quouſque tandem præceptis Chriſti, à quo ad

A cœleſte ipſius regnum vocati ſumus, obtemperare ceſſabimus? Nonne ad noſmetipſos per reſipiſcentiam redibimus aliquando? nonne à praua nos communis vitæ cõſuetudine abducemus? & ad perfectionem euangelij conferemus? Nonne ante oculos nobis horribilem cunctiſque illuſtrem & conſpicuum futurum illum nouiſſimi iudicij diem proponemus? quando qui rectè vixerint, ad dexteram dei collocabuntur, & cœleſte regnum adipiſcentur: contra, qui malè, ad ſiniſtram retruſos ignis gehennæ, & ſempiternæ tenebræ perpetua caliginæ inuoluent. Ibi, inquit, erit fletus & ſtridor dentium. Enimuero nos quidem cœleſte regnum concupiſcere nos ingenuè profitemur, de iis autem rebus, per quas illud aſſequi poſſumus, ſoliciti nihil ſumus. Cumq́; nullum pro tenendis domini mandatis laborem velimus ſuſcipere, vana quadam perſuaſione pares nos cum illis honores adepturos putamus, qui vſque ad mortem ipſi peccato reſtiterunt. Quis

καλαμῶτα

Mat.25.c

Metaphora elegãtes.

B quæſo vnquam qui ſementis tempore, domi deſederit ocioſus, aut etiam dormiens, vbi poſtea meſſis aduenit, ſinum ſuum manipulis impleuit? Quis ex vinea, quam ipſe non plantauit, vuas vnquam collegit? illorũ enim ſunt fructus, quorum & labores, ſicut coronæ præmiaque illorum, qui victores euaſerint. Quis enim eum, qui ne in certamen quidem cum aduerſario deſcendit, corona vnquam duxit eſſe inſigniendum? cùm ad eam promerendam, non victoria modò, ſed legitimus etiam in certando conflictus requiratur, vt eſt apud Apoſtolum, quod quidem nihil aliud eſt, quàm vt eorum, quæ obſeruanda deſcripta ſunt, nihil omnino quicquam prætermittatur, ac ſingula ita fiant, vt à præſcripto nihil diſcedatur. Beatus enim, inquit, ſeruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit non ſimpliciter quiduis facientem, ſed ſic facientem. Et, ſi rectè quidem obtuleris, non rectè autem diuiſeris, peccaſti. Nos verò ſi vel vnicum nos mandatum confeciſſe arbitrati ſumus (neque enim confeciſſe nos dixerim: omnia ſiquidem, ſi quis rectè illorum finem perpenderit, connexa illa inter ſe ac cohærentia reperiet: atque adeo, vt vno ſoluto, reliqua etiam omnia vnà cum eo

γνώμη ex collatione.

Luca.12.e

Gene.4.a

C ſolui neceſſe ſit) non propter ea, quæ facere neglexímus, metuimus ne pœnæ dandæ nobis ſint: ſed pro eo quod rectè fecerimus, præmia videlicet atque honores expectamus. Qui de decem talentis, quæ depoſita apud ſe ſint, vnum aut alterum retinuerit, reliqua verò omnia domino reddiderit, non ea re iuſtus habeatur, quòd maiorem partem reddiderit, ſed improbus ac fraudulentus, quòd minore illa defraudarit, arguetur. Sed quid dico defraudarit? quando cui vnum modo talentum creditum fuerat, & illud ipſum quod acceperat, integrum, ac nulla ex parte imminutum reddiderat, propterea quòd ad illud quod ſibi datum erat, nihil acquiſiuerat, malè videamus fuiſſe muratum. Simili ratione, qui decennium totum debitum patri honorem habuerit, is ſi eum poſtea ſemel tantum pulſauerit, non vt bene de illo meritus, honore aliquo afficitur, ſed vt parricida condemnatur. Euntes, inquit dominus, docete omnes gentes, docentes eos, non hæc quidem obſeruare, illa autem negligere, ſed omnia obſeruare, quæcunque præcepi vobis. In

Argum. à ſimili.

[illegible] per aliorum ſimile.

Matt.28.d

D quam ſententiam illa etiam ſcripta ſunt ab Apoſtolo: Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibentes noſmetipſos, ſicut dei miniſtros. Neque enim, ſi præcepta non omnia ad ſalutem, quã petimus, neceſſaria eſſent, literis omnia fuiſſent mandata, neque aperte fuiſſet edictum, vt omnia ſeruarentur. Quid enim quæſo mihi reliqua omnia, quæcunque rectè fecero, ſunt profutura, ſi quòd fratrem meum modo fatuum appellauero, idcirco ſempiternis gehennæ cruciatibus addicendus ſum? Quemadmodum, quid prodeſt alicui, data à pleriſque libertas, ſi is vel vni modo ſeruiat? Qui enim peccatum facit, inquit, ſeruus eſt peccati. Quid vero in hoc eſſe emolumenti poteſt, vt quis prauas omnes ſuas cupiditates compreſſas teneat, ſi is idem corpus ſuum vni tantum addictum perdẽdum tradat? Sed hic dicet aliquis fortaſſe: Quid obſecro maxima Chriſtianorum

2.Cor.6.a

[illegible]

Perſtat in metaphora

Ioan.8.d

E pars, quæ dei omnia præcepta non ſeruat, itáne propterea quòd quibuſdam ſatisfecerit, nullum ex ea re referet fructum? Ad hæc ſcitum fuerit, ſi illud principis apoſtolorum recordemur, meminerimúſque, quia poſt tot præclarè ſibi acta, & beatitudinis à Chriſto delatam gloriã vnius duntaxat errati gratia audiuit? Niſi lauero te, non habebis partem mecum. Neque nunc illud dico, quod neque id, quamobrem grauem adeo comminationem audiuit, eiuſmodi erat, quod ipſius aut negligentiam vllam, aut contemptum domini indicaret: quin contrà potius honoris exhibẽdi ac reuerentiæ ipſius erga dominum ſuum ſignificationem fuiſſe expreſsiſsimam. Sed dicat aliquis haberi in ſanctis literis, ſaluum futurum, quicunque inuocauerit nomen domini, ac propterea ſatis eſſe vnicuique ad ſalutem adipiſcendã, hanc dominici nominis inuocationem. Verumenim is etiam audiat velim, quæ dicantur ab Apoſtolo: Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quod ſi non credis, audi quæ dominus dicat: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt. Quando

Ioan.13.a

Rom.10.c

Matth.7.c

F ſanè is qui domini voluntatem facit, non item eo modo, quo deus vult, & charitate, quam aduerſus deum habeat, inductus hoc faciat, ſtudium ei illud nihil prodeſt: idq́ue ex ſentẽtia ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius verba ſunt hæc: Faciũt enim vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam & hac Chriſti doctrina eruditus Apoſtolus dixit: Etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem au-

Matt.6.a

1.Cor.13.a

Deo vt parenti, triplex neceſsitas de iure.

tem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Prorſus autem tripartitam hanc ego ſummam deo parendi neceſsitatem animaduerto. Nam aut metu ſupplicij à vitiis declinamus, atque ita animum ſeruilem induimus: Aut mercedis ſpe ducti, ad vtilitatem noſtram præceptorum obſeruationem referimus, atque hoc modo mercenariis efficimur ſimiles: Aut certè, honeſtate ipſa impulſi, charitateque, quam erga ipſum habemus à quo legem accepimus, gaudentes quod A digni habiti ſimus, qui adeò glorioſo, ac benigno ſeruiremus deo, ipſi paremus, atque hoc modo bonorum filiorum erga parentes ſuos animum imitamur.

Serui, mercenarij, filij.

Neque igitur, qui aut ſupplicij metu imperanti aliquid deo obtemperat, aſsidueque ſuſpectam negligentiæ pœnam habet, is cum eorum, quæ facere iuſſus fuerit, partem executus fuerit, partem omittet: quin potius vbicunque dicto audiens non fuerit, imminentis ſibi ſupplicij grauitatem pertimeſcet (quæ quidem cauſa eſt etiam quamobrem & beatus is nominetur, quicunque ex religione ad omnia paueat) in veritate autem ſtabilis ſtat, vereque dicere illud poteſt: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.

Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.

Pſal. 15.

Siquidem volens animum nunquam inducit, vt eorum quicquam prætermittat, quæ officij neceſsitas fieri oportere præſcribat. Similiterque illud etiam: Beatus vir qui timet dominum. Quid ita? quia in mandatis eius volet nimis. Ex quo ſanè colligitur non eſſe eorum, qui timent deum, aliquid prætermittere quæ præcepta B ſint, aut negligenter exequi. Sed neq; mercenarius animum vnquam inducet, vt eorũ ſcienter aliquid negligat, quæ præcepta ſunt. Qui enim fieri poterit, vt ſuſcepti in cultura vineæ laboris mercedem ferat, niſi quæ ex pacto condicta re ipſa præſtiterit? quandoquidem ſi vel vnum modo, de iis, quæ neceſſaria ſint, neglexerit, is inutilem ſeipſum domino reddidit. Quis eſt autem qui damni mercedem, iniuriæ autori perſoluat?

Pſal. 111.

Tertium erat, opera, quæ ex charitate dabatur. Hic quæro, quis eſt filius, qui propoſita ipſi parentis gratia, cùm in rebus illi maioribus obſequatur, in iis quæ leuioris momenti ſint, prudens ipſum velit offendere? ac non multò magis verborum Apoſtoli illorum meminerit, Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum, in quo obſignati eſtis? Qui igitur maiorem præceptorum partem obire neglexerint, hi quo tandem in horum ſe numero reponi volunt? qui neque deo, vt parenti obſequantur, neque vt magna pollicenti obediant, neque vt domino ſeruiant? Si enim pater ſum, inquit, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? Qui enim C dominum timet, is in mandatis eius volet nimis. Per tranſgreſsionem autem legis, inquit, deo contumeliam facis.

Epheſ. 4.

Mal. 1.

Rom. 2.

Qua ratione igitur qui in voluptate magis, quàm in dei mandatis vitam agere maluerimus, vitæ beatitudinem, & æquale cum ſanctis in cœleſti republica ius, municipiúmve, & cum angelis inenarrabilem lætitiá, ante Chriſti conſpectum nobis pollicemur? Prorſus amentium talia ſecum comminiſci. Qui enim vnà cum Iob profero ego collocari, qui ne leuiſsimũ quidem incommodum vnquam cum gratulatione ſuſceperim? Qui cum Dauid, qui lenitatem aduerſus hoſtem non adhibuerim? Qui cum Daniele, qui non per continentem abſtinentiam, & præcationem ſedulam deum exquiſiuerim? Qui denique cum ſanctis ſingulis viris, qui illorum veſtigia ſecutus non ſim? Quis quæſo ludorum Gymnicorum arbiter adeo nullo eſt iudicio, qui paribus cenſeat oportere coronis dignari, & qui ex certamine victores euaſerint, & qui nullum in certaminibus laborem ſuſcipere D voluerint? Quis exercitus ductor vnquam in æquam prædæ partem cum victoribus eos vocauit, qui nuſpiam in prælio comparuerint? At enim bonus eſt deus, at idem etiam eſt iuſtus. Porrò iuſtitiæ proprium eſt, vt ſuum cuique pro merito reddatur, ſicut ſcriptum eſt: Bonis benefac domine: declinantes autem, in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem.

Pſ. 124.

Miſericors eſt deus? at idem etiam eſt iudex. Diligit enim, inquit, miſericordiam & iudicium dominus. Iccirco, miſericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi domine. Qui autem illi ſint, aduerſum quos ille miſericordia vtatur, nimirum ex verbis illis didicimus: Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Pſal. 32.

Mat. 5.

Animaduertis quanta cum diſcretione, miſericordia dominus vtatur? Siquidem neque citra iudicij diſcretionem clemens eſt, neque inclementer iudicat. Miſericors enim & iuſtus eſt dominus.

Pſ. 144.

Hæc igitur cum ita ſint, nolimus quæſo nos deum ex dimidia tantum parte cognoſcere, neque eius erga nos bonitatem, ad ignauiæ occaſionem arripiamus. Propterea tonitrua, proptereà fulminum terrores, vt ne bonitas contemnatur. Qui ſolem oriri facit, is cæcitate E etiam multat. Qui imbrem dat, etiam ignẽ pluit. Illa clementiæ, hæc ſeueritatis: Aut enim per illa ad amandum alliciamur, vel per hæc ad metum aſſueſcamus, ne nobis quoque dicatur: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? ignorans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.

Matt. 5.
4. Re. 6.
Zach. 10.
Gene. 19.
Rom. 2.

Quoniam igitur neque ſalui eſſe poſſunt, qui opera, quæ fieri deus iuſsit, non fecerint, neque periculo vacat, ſi quis eorum aliquid prætererit, quæ imperata ſint (ſiquidem graue eſt hoc arrogantiæ genus, velle nos legiſlatori iudices aſsidere, & delatis ab eo legibus pro arbitrio noſtro alias aſciſcere, & approbare alias repudiare) Agedum nos qui verá tueri pietatem habemus in animo, quique quietam, & vacuam negociis vitam, tanquam ad conſeruanda euágelij dogmata adiutricem nobis tanti æſtimauimus, communiter ſuſcepta cura, rationem quiſque ineamus, ne quid omnino eorum, quæ F à deo iuſſa ſunt, nos effugiat. Etenim, ſi hominem dei oportet perfectum eſſe, ſicut ſcriptum eſt, & ita eſſe à nobis allata ſuperius ratio docuit: prorſus neceſſe eſt, vt præceptis is omnibus defungendis efficiatur perfectus in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, quando etiam ex diuina lege animal quod aliqua ſui parte acciſum & imminutum ſit, etiam ſi ſit mundum, deo ad ſacrificium acceptum non eſt. Quamobrem quod ſibi abeſſe quiſque arbitratur, hoc communiter in

Epheſ. 4.

 medium

xxxviij Cuiuſmodi attificia profeſsioni noſtræ conueniunt.
xxxix Quæ ratio teneri debear in operibus diuendendis, quæúe item in peregrinando.
xl De negociationibus quæ in celebritatibus dierum ſolennium agitari ſolitæ ſunt.
xlj De imperio & obedientia.
A xlij Quid in opere faciendo ſpectare debeất illi, quicunque opus faciunt.
xliij Quales eſſe, illos cõueniat, qui aliis præſunt: quomodoq́ue qui in ipſorum ditione ſint, gubernare.
xliiij Quibus permitti debeat, vt domo abſint: quomodoq́ue item iidem, cum ſe domum receperint, exquirendi.
xlv Quòd pręter antiſtitem, alium etiam eſſe quendam oportet, qui illo abſente, vel aliis in rebus occupato, fratrum curam poſsit ſuſcipere.
xlvj Quòd neque noſtra, neque fratrum noſtrorum peccata celare debemus.
xlvij De iis, qui quæ ſtatuuntur ab antiſtite ac deſignantur, nolunt admittere.
xlviij Quòd conſilia antiſtitis curioſè inueſtiganda non ſunt, ſed vnuſquiſque aſsignatum ſibi munus exequi, quantũ poſſit, debet.
xlix De controuerſiis, quæ oririri ſolitæ ſunt inter fratres.
l Qualis eſſe antiſtitis obiurgatio debeat. D
lj Quomodo corrigi debeat culpa illius, qui peccatum aliquod admiſerit.
lij Cuiuſmodi mente irrogatas ſibi aliquis animadnerſiones debeat accipere.
liij Quomodo artiũ magiſtri corrigere pueros debeant.
liiij Quòd de rebus ſuis communicare inter ſe viciſsim antiſtites debent, & conferre.
lv Nunquid à veræ pietatis propoſito alienum ſit vti præceptis medicinæ, an non.

BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CÆSAREENSIS.

REGVLARVM FVSIVS diſputatarum liber.

B E

INTERROGATIO. I.

DE ORDINE ET SERIE mandatorum domini.

QVANDO, vt audimus, poteſtatem ex te quærendi nobis facis, illud abs te ſcire expetimus cumprimis, num ordo aliquis, ſeriéſve ſit in mandatis dei, ita videlicet, vt vnum primum ſit, alterum ſecundum, ac reliqua deinceps ſimili modo: an, quòd inter ſe cohæreſcant, & quod ad principij rationem attinet, paria omnia inter ſe ſint, ita vt ſecurè poſsit quiuis auſpicari, vnde velit, veluti in circulo aliquo. *A ſimili.*

RESPONSIO.

Vetus eſt iſta quæſtio, & iã olim antè in Euan-
C gelio tractata, quando ſcilicet legis peritus ille acceſsit ad dominum, eumq́ue ita eſt percõtatus:
Mat.22 A Magiſter, quod primum mandatum eſt in lege? & is illi reſpondit ſic: Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua, hoc eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem ſimile huic. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Ex quibus verbis ſine dubio illud apparet, ſtatuiſſe dominum ordinem in mandatis ſuis, quippe qui primum illud ac maximum eſſe mandatum pronunciauerit, quod eſt de charitate aduerſus deum. Secundo autem loco, & ſimile illi primo, imò quod primi perfectionem in ſe continet, & quòd à primo dependet, nempe, hoc de diligendo proximo. Quocirca cum ex his, quæ modo citauimus, tum ex aliis etiam, quæ in ſacris literis ferũtur, ordo ſeriéſque in omnibus domini mandatis animaduerti poteſt.

INTERROGATIO. II.

De charitate aduerſus deum.

AGè igitur, quando ita eſt, primo de charitate nobis ediſſere, quæ eſt aduerſus deum, nam quòd charitas haberi debeat, id iam audiuimus: at quonã pacto eam aſſequi & legitimè præſtare poſsimus, hoc verò ex te ſcire deſideramus. F

RESPONSIO.

Sanè quæ ad deum charitas eſt, ea non in doctrinæ præceptis poſita eſt. Neque enim aut luce gaudere, aut vitam diligere, aut eos charos habere, à quibus geniti, educatiue ſumus, à quoquam didicimus. Sic igitur ac multo etiam magis, nulla cha- *A ſimili docetur, quod diligendus deus.*

ritatis in deũ externa eſt diſciplina:ſed ſimul atq; conſtitit animal illud (de homine loquor) inſita ei naturalis etiam quædam rationis eſt vis, quæ in ſeipſa amandi neceſsitudinis initia continet. Eam vbi ſchola diuinorum præceptorum excepit, & diligenter excolere, & ſcienter alere, & dei munere ad maturitatem vſque perducere cõſueuit. Quamobrem nos quoque ſtudio veſtro veluti ad finem, quẽ nobis propoſuimus, neceſſario aſſenſi, deo permittente, vobíſque veſtris nos orationibus adiuuãtibus, dabimus operam, vt intus occultam in vobis diuini amoris ſcintillam pro data A nobis à ſpiritu ſancto facultate, excitemus. Verũenim illud ſcire nos conuenit, cũ re ipſa hæc vna tantummodo virtus ſit, eiuſmodi tamen eſſe eius vim, vt cætera mandata omnia conficiat atq; comprehendat. Qui enim diligit me, inquit dominus, mandata mea ſeruabit. Et itẽ: In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. Neq; verò omnia quæ huc afferri poſſent, in præſentia nobis animus eſt ſubtiliter perſequi. Siquidẽ ſi hoc facere vellemus, imprudenter omnia, quæcũque de diuinis dici præceptis poſſent, hanc vnam in partem aggereremus. Sed id tantũmodo, quantũ facultas noſtra fert, & ad id, quod hoc tempore ſpectamus, facit, vos de ea, quã deo debemus, charitate commonebimus: ſi prius illud dixerimus, ad omnia nos, quę deſcripta nobis à deo pręcepta ſunt conſequenda, naturales etiam ab ipſo facultates accepiſſe: idq; ea re nimirum, ne aut grauatè illis pareremus, perinde quaſi inſolens aliquid à nobis exigeretur, néve cõtrà, cauſam haberemus, B vnde animis efferremur, vt qui pluſquam quãtum nobis datum eſſet, ipſi conferremus. Saneque facultates hæ eiuſmodi ſunt, vt ſi his rectè, & vt par eſt, vſi fuerimus, egregiè pietatem tenẽtes, ei, quę cum virtute coniuncta eſt, vitæ ſatisfacere poſsimus: contraque, ſi earum deprauata à nobis virtus ſit, proni in vitia delabamur, quandoquidem hæc eſt vitij definitio, prauus & à præceptis domini abhorrens vſus earum facultatum, quæ boni cauſa datæ nobis à deo ſunt: quemadmodum contrà virtutis, quæ ex deo eſt, earundem vſus, bona adhibita mẽte, præceptis domini cõueniens. Quod cum ita ſit, ſine dubio hoc idem etiam dici à nobis debet de charitate. Cum igitur præceptũ nobis ſit, vt charitatem in deum habeamus, in ipſo confeſtim ortus noſtri initio, vim quandam nanciſcimur, per quam noſtrapte ſponte ad ipſum diligendum impellimur: ad quam quidem rem confirmandã, nihil eſt cur argumenta foris petamus, cum per ſe quiſque, atque adeò in ſeipſo facilimè illud poſsit intelligere. Nam & rerum pulchrarũ natura appetentes ſumus, neq; hoc impedit, quod inter homines de rerũ pulchritudine opiniones ſint variæ: & item ſpõte noſtra quicquid neceſsitudine aliqua, propinquitateque coniunctum no C bis eſt, diligere, & iis, quicunque bene de nobis meriti ſunt, charitatem omnem præſtare conſueuimus ſine præuia doctrina. Verùm quid eſt quęſo pulchritudine diuina admirabilius? quæ notio dei maieſtate excogitari gratioſior poteſt? quod eiuſmodi deſideriũ quis ſecum cõminiſci queat, cuiuſmodi eſt illud, quod animæ vitiis omnibus perpurgatæ diuinitꝰ ingeneratur? adeo vehemẽs, adeòve intolerandum? quæ vere ſyncereque dicere illud poſsit, Ego amore langueo. Et, vulnerata charitate ego ſum. Inexplicabiles prorſus, nec vlli pro dignitate enarrabiles quæ è fulgurantiſsimo fonte illo diuinæ pulchritudinis intermicant ac proſiliũt ſulgetræ. Nulla eas oratio dignè repræſentet, nullus percipiat auditus, licet Luciferi prænitidum iubar, licet Lunæ ſplendorem, licet Solis radiantiſsimam claritatem dicas, obſcura iſta ſunt, ſi cũ eius fulgore cõparentur, & nullius prorſus pretij, ſi horum ſimilitudine gloriam illam velis exprimere: plúſque à vera luce diſtãt, ſi cum ea cõferantur, quàm diſtet profunda nox, & cæcę noctis tenebræ à clariſsima luce meridia- D na. Tantæ iſtius pulchritudinis dignitatem nemini licet corporis oculis contemplari? Siquidem animo tantum & cogitatione vtcunque appræhenditur. Ea ſiquãdo ſanctorum virorum quempiam circunfulſit, intolerabilem illorum in animis defixum deſiderij aculeũ reliquit, quippe qui, cum vehementer eos vitæ huius tæderet, in voces illas erũpere ſoliti eſſent: Hei mihi, quia incolatꝰ meus prolongatus eſt. Et, Quando veniam, & apparebo ante faciem dei? Et, Diſſolui, & eſſe cum Chriſto lõgè melius eſt. Et, Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Et, Nunc dimittis ſeruũ tuũ domine, vehementer enim vitam hanc veluti tetrum quendam carcerem abhorrebãt, vſqueadeò difficiles ad cohibẽdum animis erant ij, quorum mentes deiamor perſtrinxerat. Cum enim inexplebili intuẽdæ diuinæ pulchritudinis cupiditate flagrarẽt, illud exoptabant, vt æquata infinito ſempiternæ vitæ curriculo, ſibi iucunditatis domini cõtemplandæ facultas præberetur. Sic igitur, du- E ce natura, ſua ſponte hominum animi ad rerum pulchrarum expetitionem excitantur. Illud autẽ propriè vereque pulchrum eſt atque expetẽdum & amabile quicquid eſt bonũ, at bonus eſt deus: quod autem bonum eſt, id ab omnibus expetitur: ergo deum expetunt omnia. Ex quo ſanè colligitur, quicquid rectè facimus voluntate noſtra, eius faciendi vim, nos natura etiam in nobis inſitam habere, eos modo, quorum rectam rationem nõ penitus vitioſitas deprauarit. Quamobrem neceſſarium à nobis veluti æs alienũ charitas erga deũ requiritur, qua carere malum eſt, malorũ omniũ longè grauiſsimum. Etenim alienatio à deo, auerſióq;, cui modo ea cõtigerit, malum eſt, omnibus, quæ in gehẽna expectantur intolerabilius, veluti oculo priuatio luminis, etiam ſi dolor non adſit, itéque animanti adéptio vitæ. Quòd ſi iis etiá, qui geniti ſunt, naturalis erga eos, qui ipſos genuere, charitas ineſt, quod ex ea animi affectione cóprobatur, quá cum brutas animãtes, tum ipſos etiam homines, ipſa prima ætate aduerſum matres habere animaduertimus, ne quæſo id cõmittere velimus nos, vt aut rationis inopia puſiones iſtos, aut immanitate feras beſtias antecedere videamur, qui & alieno ſcilicet ab eo, vnde cõditi ſumus, ani F mo ſimus ac voluntate, nullaque aduerſus illum charitate propenſi: quẽ profectò, vt ex eius bonitate nõ noſceremus, at certè ob id vnum, quòd is eſt, qui nos procreauit, mirabiliter diligere, & charitate ſumma complecti deberemus, perpetuóq; de eius memoria non ſecus pendere, quàm de parentum ſuorum teneri infantes ſoleant. Inter eos autem, ad quos diligendos natura incitamur, fine

Margin notes: ἀγάπη. ἐν καλέσματα. Ioan. 14. b. Mat. 22. d. ἐκ τῶν ... Ad exequẽda dei præcepta corporis vires ipſe ſuggeſſerit. κακία. Cant. 2. b. Pſal. 119. a. Pſal. 41. a. Philip. 1. e. Pſal. 41. a. Luc. 2. d. Vt æs alienum à nobis erga deũ charitas requiritur. A ſimili ergo. Argu. à minori.

ſine dubio is præſtat, qui bene etiam de nobis meritus eſt. Atque hęc animi affectio non hominum peculiaris eſt modo, verum ipſis etiam cũ omnibus ferè animantibus cæteris communis eſt, vt videlicet eos diligant, à quibus beneficium acceperunt. Cognouit enim, inquit Eſaias, bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Nolim autem id dictum eſſe de nobis, quod ſequitur, Iſraël autē me non cognouit, & populus me non intellexit. Nam de cane complutibuſque eiuſmodi aliis animalibus quid attinet commemorare, quàm inſignem beneuolentiam declarent & gratitudinem in eos, à quibus ipſis alimenta præbētur? Quòd ſi natura nobis tributum eſt, vt ad complectendos beneuolentia atque amore eos excitemur, qui bene de nobis meriti ſunt, neque labor eſt vllus, quem, vt illis pro collatis in nos officiis gratiā referamus non libenti animo excipiamus, quænam obſecro inueniri orationis facultas poteſt, quæ data nobis à deo beneficia digne ſatis queat explicare? quæ quidem numero adeo ſunt multa, vt numeri vim omnē effugiant: vi verò ac magnitudine tanta, vt vel vnicū modo ex iis idoneū ſit, ꝓpter quod nihil non ſubeamus, vt illius voluntati obſequamur. Ac nimirū hoc loco miſſa faciam cætera, quæ quāuis, ſi per ſe ſingula conſiderētur, magnitudine, ac dignitate mirabiliter excellunt, illorum tamē, quę ampliora ſunt, claritate maiore, non ſecus ac ſtellę eximio ſplendore radij ſolis offuſæ, ab ea quā ipſa ſeorſum eſſent habitura, lucis ſuæ dignitate deſciſcunt. Neque enim vacat omiſſis iis, quæ amplitudine præſtant, ex iis, quæ ſunt minutiora, dei erga nos benignitatē vt metiamur. Nulla ſit igitur mentio ſolis exortuum, miſſæ fiant lunæ conuerſiones aëris multiplex contemperatio, quatuor tēporū viciſſitudines, aquæ cum cœleſtes, tum etiam terreſtres, mare ipſum vnà cum vniuerſa tellure, terreſtria, aquatiliaque animātia, nihil de tot volucrū generibus dicatur, taceantur innumerabiles inter ſe animalium differentiæ. Quid quòd hæc omnia in famulitiū obſequiūve hominis ordine decentiſſimo cōdita ſunt? Illud quidem certè prætermitti, etiam ſi maximè velimus, non poteſt (quanquā beneficium eſt eiuſmodi, vt cum à cordato modo, ac dicendi facultate prædito viro ſilentio præteriri non queat, tum multo minus ita verbis explicari, vt illius magnitudinem oratio conſequatur) ꝙ videlicet cum ad imaginem ac ſimilitudinem ſuā hominem deus procreaſſet, eique honorem illum babuiſſet, vt ſe ipſi noſcendum tradidiſſet, ac rationis participem effectum mirabiliter vnum præ cæteris animantibus honeſtaſſet, eāmque eſſet facultatem largitus, qua ſe incredibili rerum, quæ in paradiſo eſſent, pulchritudine intuenda ſumma cum iucunditate oblectaret, eorūmque omniū, quæ in terris cernerentur, imperium detuliſſet, poſtea ſerpentis fraude deluſum, atque in peccatum prolapſum, & ex peccato inde in mortem, & in ea deinceps quæ adiuncta ſunt morti, neutiquā neglexit, ſed legem, qua ſe tueretur, dedit, angelos cuſtodię ac defēſionis cauſa adhibuit, prophetas ad vitia reprehendenda, ac magiſterium & doctrinam virtutis, miſit, malitiæ omnis impetus ſuppliciis denunciandis repreſſit, viciſſimq; rerum bonarū ſtudia pollicitationibus alacritatēmque virtuſque inſtitui excitauit, & exit' ſæpenumero in diuerſis hominibus ad reliquorum cōmonefactionem antedeclarauit. Cūmque hæc & huiuſmodi omnia ab ipſo nobis præſtita eſſent, & nos tamē nihilominus obſtinati eius imperio obſequi recuſaremus, nequaquam eo tamen eſt aſpernatus, nec auerſari voluit. Ea enim diuina eſt bonitas, vt neutiquam nos potuerit deſtituere: neque illud ardentem eius erga nos charitatem reſtinxit, quòd optime de nobis meritum ſpretis delatis ab ipſo nobis honoribus in contumelia babueramus. Sed contra reuocati ſumus à morte, & ad vitam denuo ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto reſtituti. Qua in re auget miraculi magnitudinē beneficij modus. Si quidem cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiens: & infirmitates noſtras tulit, & languores portauit, & pro nobis vulneratus eſt, vt nos liuore eius ſanaremur: & à maledicto nos redemit, factus ipſe pro nobis maledictū, & ignominioſiſſimam mortem ſuſtinuit, vt nos ad glorioſam denuo vitam reuocaret. Neque verò ſatis hoc illi fuit, quod ademptam nobis vitam reddidiſſet, quin & diuinæ naturæ conſortium dignitatémque eſt elargitus, locáque in quibus perpetua frueremur quiete, præparauit, vbi quæ futura eſt lætitię magnitudo, ea cogitatione à nemine poteſt cōprehendi. Porro ipſe adeo bonus eſt, vt neque gratiam ſibi pro his vllam referri poſtulet, ac ſatis habet, ſi pro iis, quæ largitus eſt, à nobis modo diligatur. Quæ omnia quandocunque mecum ipſe confidero (vt planè quod euenire mihi in animo ſentio, apud vos etiam eſſiciem) terribilis me quidam cum metu conſternatione horror inuadit, metuentem videlicet, ne ſi aliud agendo in rebus futilibus ac vanis animum occupauero, à dei charitate deiectus, Chriſto dedecori ſim. Qui enim aſſiduè nunc ſuis nos artificiis circumuenire, & mūdialis iſtius vitæ illecebris ineſcans omni conatu efficere ſtudet, vt datorum nobis à deo beneficiorum, deique ipſius memoriam ex animis noſtris reuellat, is, vbi hinc migrauerimus, cum animarum noſtrarum exitio nobis inſultans, vehemētiſſiméque inſectans, cōtemptionem domino noſtram contumelioſè exprobrabit, contumariaque ac defectione ab ipſo noſtra, gloriandi materia aduerſus illum vtetur, quòd videlicet, cùm nos ipſe neque creaſit, neque pro nobis mortē ſubierit, ſibi tamen, ſpretis, contemptiſque dei præceptis, ob ſequentes habuerit. Equidem iſtam ego futurā aduerſus dominum contumelioſam opprobrationē ac dedecus, & inſolentem hoſtis gloriationē, grauiora longe eſſe ſtatuo, quàm ea, quæ ſunt in gebēna ſupplicia, materiam videlicet nos aduerſario Chriſti, glorioſius ſeſe aduerſus illum efferēdi extitiſſe qui conciliandæ nobis cauſa ſalutis & mortuus ſit & reſurrexerit, cui etiam vel hac gratia maiorem in modum debitores ſumus, ſicut ſcriptum eſt. Sed hæc hactenus de ea quæ erga dcū eſt, charitate. Neque enim vt ſuprà diximus, idcirco hæc à nobis ſuſcepta eſt oratio, vt omnia in præſentia, quæ de hac re dici poſſet, ſigillatim ſubtiliter perſequeremur (neque enim res patitur) ſed illud vnum ſpectauimus modo, vt breuē quandā, & ſummatim capitibus quibuſdam cōprehenſam admonitionē in animis veſtris relinqueremus, per quā aſſiduè ad diligendum poſſetis deum excitari.

INTERROGATIO 3.

De charitate erga proximum.

QVando de charitate, quæ eſt in deum, ſatis iá diſputatum eſt, conſequens nunc ſit, vt de ſecundo & vi & ordine mandato diſſeratur.

RESPONSIO.

ENIMVERO legem quidem earum, quæ in
A animis noſtris naturaliter veluti ſemina quædam inſita ſunt, facultatum cultricem, atque altricem eſſe, ſuperiore iá diſputatione docuimus. Verùm quoniam proximum noſtrum iuxta ac noſmetipſos diligere iuſſi ſumus, cõſideremus, ſi placet, núquid facultatem aliquam datam nobis habeamus à deo, per quam hoc eius præceptum exequi poſſimus. Quæro igitur, quis eſt ex omnibus, qui neſciat hominem eſſe animal mite, & natura congregabile? nõ autem ſolinagum, neque ferum? Si quidem naturæ noſtræ nihil eſt tam peculiare, quàm mutua inter nos communicatio, mutuáque aliis aliorum operæ indigentia, & in eos qui eiuſdẽ nobiſcũ ſunt generis, charitas. Eo fit vt dominus eorum, quæ nobis largitus eſt, ſeminum, non iniuria etiam fructus à nobis requirat, Sic enim ille ait: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Ad cuius mandati conſeruationem cum animum ille noſtrum vellet excitare, non certiſſimum ille argumentum, quòd quis ipſius eſſet diſcipulus, illud voluit haberi, ſi prodigia ac ſtupenda miracula effeciſſet. Eſto horum quoque efficiendorũ facultatem per ſpiritum ſanctum gratuitò dediſſet:
B Sed quid dicit? In hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Et ſic vbique præcepta hæc duo ſemper copulat, vt quod proximo quiſque benignè fecerit, id habeat perinde, ac ſi ipſi factum fuiſſet, Eſuriui enim, inquit, & dediſtis mihi manducare, &c. Tũ addit: Quatenus autem feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Ex quo ſanè intelligi poteſt, qui primum ſeruet, eum ſecũdum quoque per illud ipſum poſſe ſeruare, vicìſſimque per ſecundi obſeruationem, reditum aperiri ad primũ, vt videlicet & qui dominum diligat, conſequẽs ſit eum proximum etiam diligere. (Qui enim diligit me, inquit dominus, mandata mea ſeruabit. Idem autem, Hoc mandatum meum eſt, inquit, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos) ſimilitérque viciſſim in quo charitas aduerſus proximum ſit, eũ
C quoque charitati ſatisfacere, quæ eſt aduerſus deũ quippe cum ipſe beneficiũ illud perinde accipiat, ac ſi in ſe propriè fuiſſet collatum. Quare & fidelis ille domini famulus Moſes vſque adeo magnã aduerſus fratres ſuos charitatem præ ſe tulit, vt de libro dei, in quo ſcriptus erat, deleri ſe petere nõ dubitarit, ſi populo non condonatum eſſet delictum. Itémque Paulus apertè optare auſus eſt, vt ipſe pro fratribus ſuis cognatis ſibi ſecundum carnem, anathema eſſet à Chriſto, nempe qui exemplo Chriſti ſuam cum illorum ſalute cuperet commutare, & illud tamen etiam ſimul nõ ignoraret, non poſſe fieri, vt is alienaretur à deo, qui ob charitatem eam, quam in illum haberet ſeruandi cauſa maximi omnium mandati, dei gratiam abieciſſet, ſéque ob eam cauſam multo plura accepturũ, quàm quæ dediſſet. Cæterum quòd in animis ſanctorum charitas erga proximũ hucuſque progreſſa ſit, ex his, quæ hactenus diximus, ſatis eſſe intellectum puto.

ἄνθρωπος, ἥμερον καὶ κοινωνικὸν ζῷον, οὐχὶ μοναστικόν, οὐδὲ ἄγριον

καινὴν ἐντολήν.

Ioan. 13. d

Ibidem.

Matt. 25. e

Ioan. 13 d

Exod. 32. g

Rom. 9. a

INTERROGATIO 4.

De timore dei.

RESPONSIO.

ATque iis quidẽ, qui ab initio rudes modo ad pietatis veræ cultum inducuntur, ea, quæ per timorem fit, informatio vtilior eſt, ſicut ſapientiſ- D ſimus vir Salomon admonet, cum dicit: Initiũ ſapientiæ eſt timor domini. Verum vobis, qui ex ea iam, quæ in Chriſto eſt, infantia exceſſiſtis, neque lacte iam amplius egetis, ſed quod ad interiorem hominem attinet, ſolido doctrinæ cibo ad perfectionem adoleſcere & prouehi poteſtis, præceptis ſublimioribus opus eſt, iiſque in quorũ expletione vniuerſa charitatis Chriſtianæ veritas legitimè abſoluitur. Qua in re illud videlicet eſt vobis cauẽdum, ne largiſſima in vos dei beneficiorum copia cauſa ſit, cur grauioribus poſtea ſuppliciis plectamini, qui ſcilicet aduerſus tantoperè bene de vobis meritum ingrati extiteritis. Cui enim commẽdauerunt multum, plus repetent ab eo.

Eccle. 1. b

Luc. 12 f

INTERROGATIO V.

De cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione. E

RESPONSIO.

CÆterum illud noſſe conuenit, nos cum nullius alterius mandati cuiuſquam, tum ne charitatis quidem ipſius aduerſus deum & proximum obſeruationem poſſe præſtare, ſi huc, illúcque mẽtem temerè paſſi fuerimus aberrare. Neque enim artem vllam, ſcientiámve quiſquam exactè diſcere poterit, qui ea relicta identidem modo ad hanc modo ad illam tranſeat: quin ne vel vnam quidem modo quis cõſequi poteſt, qui quæ ad illius finem accõmodata officia ſint, ea perſpecta non habeat. Si quidem conſentanea fini officia & actiones ſint, oportet, neque enim res eſt vlla earum modo quæ via ac ratione tractantur, quæ ſi officia adhibueris, quæ ab ea fini aliena, rectè vnquam cõfici poſſit. Siquidem natura non fert, vt quod effecturam ſe fabrilis ferrariæ ars pollicetur, id per figulinæ artis opificium conſequamur. Nec item ad F coronam decertanti athletæ propoſitam aliquando pertigeris, qualicunque tandem te addixeris ſtudio tibia canendi, cum ad ſingulos ſingularum artium fines obtinendos accommodata peculiaris etiam illarum vnicuique induſtria quædam requiratur. Quocirca ipſa etiam, quæ ex Euangelio eſt pietatis cultura, ſtudiúmque ineundæ apud deum gratiæ, in eo tota poſita ſunt, ſi quis animum ſuum ab omnibus prorſus mundi huius ſollicitudinibus auocarit, ſeſéque funditus ab quauis re, vnde animo mentéve diſtrahi poſſit, abduxerit. Quamobrem Apoſtolus quoque licet matrimonium genere ipſo eſſet conceſſum, & benedictione habitum dignum, occupationes tamen,

τέχνη ἐμπειρίᾳ

Probatio per diffinitionem.

1.Cor.7.f

quæ ex eo naſcuntur, cuctis his, quæ propter deum ſuſcipiũtur, oppoſuit, perinde quaſi hæ inter ſe cohęrere non poſſent, his verbis: Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt domini, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt de his quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori. Simili modo etiam dominus diſcipulis ſuis vbi ſynceram illam & ab omni diſtractionis intemperie expurgatam affectionem fuerant adepti, aſſeuerans dicebat: Vos de hoc mundo non eſtis.

Ioan.15.c

Idémque è contrario etiam iiſdem aſſeuerãter teſtificabatur, dicens, fieri non poſſe, vt dei cognitionem mundus perciperet, aut ſpiritum ſanctum acciperet. Pa

A ter enim, inquit, iuſtè, & mũdus te non cognouit. Et: Spiritus veritatis: quem mundus non poteſt accipere. Animaduertimus itaque neceſſe eſſe, vt qui modo verè deum ſit ſecututus, is à vinculis affectionum vitæ huius ſolutus ſit: id quod nõ multo negotio aſſequimur, ſi & à ſuperioris vitæ nos conſuetudine penitus abducimus, eámque obliuioni funditus mandamus, quandoquidem niſi ab ea nos, quæ ex ſanguinis neceſſitudine nobiſcum intercedit, coniunctione alienauerimus, & à familiari congreſſu ſecularium, ac mẽris habitu in aliũ velut mundum commigrauerimus, conſentaneũ in modũ verbis illis Apoſtoli: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt:

Philip.3.d

nullo modo ſcopũ animi attingemus deo videlicet vt placeamus, cum præciſè dominus dixerit: Sic omnis ex vobis, qui nõ renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Luc.14.g
Prou.4.d

Hæc autem vbi prȩſtiterimus, omni cuſtodia cuſtodiendum fuerit cor noſtrum, ne-

Memorabilia hæc quæ ſaluo ſunt.

B que patiendum, vt aſſidua de deo cogitatio ex animis noſtris elabatur, néve eorum quæ mirabiliter ab eo facta ſunt, memoria contaminetur, per futiles & euanidas cogitationes: contràque illud agẽdum aſſiduè, vt ex perpetua ac puriſſima recordatione impreſſam in animis noſtris piam de deo cogitationem, veluti indelebile aliquod ſignum circunferamus. Siquidem hæc eſt ratio, per quam erga deum acquiri charitas conſueuit, quæ ſimul cũ ad conficienda ipſa dei mandata nos exciiet, tũ viciſſim quoque ab iiſdem ipſa ad perpetuitatem ſtabilis conſeruetur. Quod ita eſſe docet dominus ipſe, qui quidem modo dicit: Si diligitis me, mandata mea ſeruate,

Ioan.14.b

modo vero: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et, quod efficacius etiam poſſit commouere: Sicut ego mãdata patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

Ioan.15.b
ἀνυποτάκ- τως ἀξίως, καὶ ὡς ad cuſtodiam mandatorũ dei.

Quibus ſanè verbis illud nos docet, debere nos, vt quodcunque faciendum nobis opus inſtituerimus, eius voluntatem, à quo illud nobis imperatum ſit, veluti finem quendam nobis proponere, ad eámque omne ſtudium noſtrum dirigere quemadmodum alio in loco etiam dicit: Deſcen-

Ioan.6.d
Canonem præcedentem confirmat τὶ ἀποκί- ου.

C di de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Vt enim artes hæ, quæ ſunt ad parandum viaticum neceſſariæ, vbi fines ſibi quoſdã ſuos propoſuerint, conuenientia ad eos obtinendos officia etiã poſtea ſua quædam peculiaréſque actiones accommodant: ſic eũ eorum, quæ nos facimus operum omnium, vna ſit regula, normáque vna, nempe videlicet, vt dei iuſſis ex dei voluntate pareamus, fieri non poteſt vt opus noſtrum aliter perfectè efficiamus, niſi quandiu illud in manibus nobis eſt, aſſiduè vſque volũtatem eius qui ſciuit ſanxitque legem mandatorũ ſemper ſpectemus. Porrò ex hac ſedula operis noſtri effectione ad voluntatem dei accommodãda, illud conſequetur, quòd ex recordatione illa cum deo coniungemur.

A ſimili probatur.

Vt enim faber ferrarius, verbi gratia, quandocunque dolabram aliquam ſiue aſciam cudit, ſi aſſiduè illius memor ſit, vnde inſtrumentum illud faciendũ ex pacto acceperit, & pręſcriptam ſibi ab illo formam & magnitudinem animo verſat, & ad eius voluntatem eius qui condixit opus dirigit quod facit: alioqui ſi eius memoriã mẽti ſibi patiatur excidere, prorſus aut aliud quip- D

piam omnino, aut longe diſsimile efficier ab eo, quod facere inſtituerat: ſic Chriſtianus quoque, ſi actiones ſuas omnes, ſiue minores, ſiue maiores ad dei voluntatem direxerit, is ſine cõtrouerſia & egregiè opus illud perficit, & ſim[ul] aſſiduam illius in animo ſibi memoriam cõſe[rua]t, à quo id iuſſus eſt facere: veréque illud dicere poterit: Prouidebã dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniã à dextris eſt mihi ne commouear,

Pſal.15.c
1.Cor.10.g

itémque Pauli præcepto illi ſatisfaciet. Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite: Quòd ſi quis in eo, dum opus adminiſtrat, à perfecta illa præſcripti mãdati norma deſciſcat, hunc perſpicuum eſt debilem dei memoriam retinere. Quocirca memores aſſiduè verborum domini illorum, Nunquid non cœlum & terram impleo ego? dicit dominus, & deus appropinquans ego ſũ, & non deus de longe.

Hier.23.e
Ibidem.

&, Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ego in medio illorũ ſum: ſic omnia tanquã in oculis illius & agere debemus, & cogitare.

Mat.18.

Hac enim ratione & perpetu- E

us in nobis timor permanebit, odio habens iniquitatem (ſicut ſcriptum eſt) animíque elationem, ac ſuperbiam, & vias improborum:

Pſal.118.

& charitas cõflabitur, cumulatè efficiens illud, quod dictum eſt à domino: Non quæro voluntatem meã, ſed voluntatem eius qui miſit me, patris, cum hæc firmiſsimè vſq; in animis noſtris hæreat perſuaſio,

Ioan.5.e
ἐν πληροφο- ρίᾳ ἀπαραί- τητ.

& quæ rectè gerantur, ea iudici, ac remuneratori actionũ noſtrarum placere, & quæ cõtrà, flagitioſe, ab eodem condemnari. Ex quo quidem illud ego etiam neceſſariò exiſtimo ſequi, vt qui ita ſit animatus, is ne mandata quidem domini ad gratiam hominũ exequi poſſit. Neque eſt enim quiſquam, qui vbi verè præſtantiorem adeſſe aliquem ſibi perſuaſit, eo ſpreto ſe ad minus præſtantem cõuertat. Quin contrà potius ſi aliquando inciderit, vt quæ facit, ea clarioris illius opinione ac iudicio approbentur, ab altero autem illo reprehendenda videãtur

γνώμῃ.

haud dubiè ille ſpreta inferioris vituperatione, clarioris illius approbationem antiquiorẽ habebit. Quòd ſi hoc in hominibus contingit, qui tandem putandum ſit animum, qui modo ſanus ſit ac ſobrius, ſi verè deum adeſſe ſibi perſuaſerit, omiſsis iis, quæ placere intelligat deo conuerſũ iri ad aucupandam ab hominibus ſui exiſtimationem? aut F

neglectis dei præceptis, hominum eſſe conſuetudini & ingenio ſeruiturum? aut de vulgari exiſtimatione pendens vinci ſe ſinet? aut vlla vllius dignitate exterritus de ſtatu dimouebitur? Hoc modo affecta mens erat illius, qui dixit: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua domine.

Pſal.118.

Et item: Et loquebar de teſtimoniis tuis in cõſpectu regum, & non commouebar,

Pſal.118.

INTER-

INTERROGATIO VI.

Quòd neceſſaria res ſit pietatem colere volenti ſeorſum viuere.

RESPONSIO.

ATque etiam ad continendam in officio mentis agitationem, ne ad futiles videlicet ac minimè neceſſarias cogitationes aberret, illud adiuuat, ſiquis ſeorſum à cæteris communem vitam ſectantibus viuat. quandoquidem promiſcuè vitam agere cum iis, qui ſecuri perfectam illam domini præceptorum obſeruationem contemnunt, A perniciosum eſſe etiam Salomon ipſe docet. Sic enim eſt apud ipſum: Noli amicus eſſe homini iracundo, neque habitaueris cum viro furioſo, ne forte diſcas vias eius, & ſumas laqueos animæ tuæ. Et item illud: Exite de medio eorum, & ſeparamini, nimirum eodem pertinet. Quocirca ad illud euitandum, ne oculis, auribúſue inſtigationes ad peccatum admittamus, eique imprudentes aſſueſcamus: néve earum rerum, quas vel viderimus vel audierimus, impreſſæ peſtilentes, capitaléſque in animis noſtris formæ, ac veluti notæ quædam inſideant: contráque vt animum in officio ſuo attétũ tenere poſſimus: Principio, quod ad habitationem attinet, ſeparata ea à cæteris nobis quærenda eſt. Ita enim & ſuperioris temporis conſuetudiné poterimus euincere, in qua alienam à Christi præceptis vitam egerimus. (Nõ mediocri autem hoc eget contentione, vt conſuetudinem ſuam aliquis peruincat. Conſuetudo enim vetuſtate firmata, na B turæ vim ſolet nanciſci) & contractas ex ſuperioribus peccatis labes, oratione aſſidua, & perpetua dei decretorum conſeruatione abſtergere poterimus. Eam autem nullo modo licebit euincere, ſi multa hinc inde habeamus, quibus temerè huc illúcque animus noſter diſtrahatur, & vitæ huius negociis implicetur. Illud autem, Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum quomodo vnquam conſequi poterit is, qui rebus ſit iſtiuſmodi diſtentus? Siquidem oportet, vt nos ipſos primum abnegemus, & crucem ſuſtollamus, ac tum demum illũ ſequamur. Nihil eſt autem aliud ſuiipſius abnegatio, niſi ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris obliuio, atque à ſuis ipſius volũtatibus receſſio: quã in vita communi aſſequi longè eſt difficilimum, ne dicam ab omni prorſus, vt fieri poſſit, facultate remotiſſimum. Atque etiam ad tollẽdam crucem ſuam, & Chriſtum ſequendum officit commerciũ, quod cum iſtiuſmodi vita habetur. Siquidem & a- C nimi ad mortem pro Chriſto ſubeundam alacritas, & membrorum quæ ſunt ſuper terram, mortificatio, & illud, quòd quis libenter ſe cuiuis impẽdẽti periculo offerre pro Chriſti nomine paratus ſit, & nulla de rebus vitæ huius affectione tãgatur, hoc nimirum eſt tollere crucem ſuam. Porrò ad hanc rem magna nobis obiici impedimenta videmus à vita communi. Et præter cætera, quæ multa ſunt, illud etiam, quòd magnum in ea diuinas leges violantium numerum intuens animus, peccata ſua agnoſcendi, & ſe per pœnitentiam affligendi ſpacium non habet. Quin potius facta ſui cũ deterioribus de ſe comparatione, de virtute ſibi neſcio quomodo abblanditur. Tum deinde variis tumultibus, occupationibúſque, quæ vita ſolet communis afferre, à dei memoria, cuius haberi ratio maior debet, abſtractus, non in eo ſolùm detrimẽtum facit, quòd non exultat in deo, delectatúrve, neque voluptate, aut verborum domini dulcedine vlla perfunditur, ita vt verè dicere illud queat: Memor fui dei, & delectatus ſum. &, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo: Sed in eo etiam aſſueſit, vt iudicia ipſius penitus contemnat, obliuiſcatúrque, quo neque maius ei, neque capitalius malum vllum poteſt accidere.

Margin notes: ἰδιάζειν. — ξενὴν, aliį ψυχήν. — Prou. 22.d — θυμώδει καὶ ὀργίλῳ. — Eſa. 52.d — τῆ προσευχῆ, alij προσευχῇ legunt. — γνώμη, conſuetudo alteranatura — Luc. 9.c — Abnegatio ſuiipſius. — Colo. 3.a — Tollere crucem ſuam. — Pſal. 34.b — Pſal. 76.a

INTERROGATIO VII. D

De eo, quòd cum iis debemus viuere, qui vnum & eundem ſibi nobiſcum vitæ finem propoſitum habent: idque eo conſilio, vt rẽ deo gratam faciamus: & quòd difficilis ſimul ac periculoſa res eſt, ſolitarium viuere.

POſtquam ſatis iam nobis oratione tua perſuaſiſti rem eſſe minime tutam, promiſcuè eſſe cum illis, qui præcepta domini contemnunt: Libenter hoc nunc ordine ex te ſcire vellemus, num quid, qui ſe ab iſtiuſmodi hominum genere ſubduxerit, ipſum ſeorſum à cæteris ſolitariam vnum agere vitam oporteat, an verò cum fratribus, qui eiuſdem ſecum animi ſint, & idem cum eo ſibi propoſitum vitæ finem habeant, viuere.

RESPONSIO. E

EQVIDEM ad multas ego res vtilius eſſe intelligo, ſi vno & eodem in loco plures viuant vnà: ac primò quidem, quòd noſtrum eſt nemo, in quo vno ad res ſibi neceſſarias ad vitam parandas eſſe ſatis præſidii poſſit, quando in his inquirendis, viciſſim alius aliorum videmus opera indigere. Vt enim pes cum virtutem aliam habeat, alia caret, & neque ſua vi ipſe ſine reliquorum membrorum adiumento ad diuturnum tempus incolumis poſſet permanere, neque aliunde illud, quo caret, nanciſci: ita in vita ſoliuaga, & inutile nobis eſt quod ſuperat, & quod abeſt, habere aliunde non poſſumus. Hoc autem nimirum, vt alij viciſſim aliorum opera egeremus, eo conſilio ſtatutum eſt ab opifice noſtro deo, ſicut ſcriptum eſt, vt officiorum permutatione, inter nos dando, accipiendóque, hanc, ad mutuam viciſſim coniunctionem, cauſam haberemus, quanquam eſt etiam F lex Chriſtianæ charitatis, quæ nullo modò patitur, vnumquenque id modo, quod ſuum ſit, ſpectare. Charitas enim, inquit, non quærit, quæ ſua ſunt. At iſtud vitæ genus, quo ſeorſim ſe quiſque ab aliorum communione diremit vnum tantummodo ſibi propoſitum habet, nempe procurationem ſuorum cuiuſque commodorum. Hoc autem apertè charitatis legi aduerſatur, quã perfectè obſeruaſſe Apoſtolum videmus, qui non ſuam ipſius vtilitatem quæreret, ſed multorum, vt ſalui fierent. Ad hæc in huiuſmodi vitæ à cæteris ſeceſſione, illud etiam erit incommodum quòd neque peccare ſe facile quis intelliget, quippe

Margin note: [illegible] ... Samuel, Helias, ... prophetarum, ... Paulus, Antonius. ... Ioan. Caſſian. Col. 18. ... 4 gener.

quippe qui neminem habeat, à quo & arguatur leniter, & clementer corrigatur. Siquidem fieri poteſt, vt facta criminis accuſatio, etiam ab inimico, plerunque in animo alicuius, qui rerum modo æſtimator ſit æquus nec ingratus, voluntatem excitet petendæ medicinæ. Sine dubio autem, errati medicinam ſciens ac prudens is faciet, qui charitatem ſynceram habuerit. Qui enim diligit, inquit, diligẽter corripit. Hunc autẽ in ſolitudine reperire non licet, niſi nobiſcum prius in vitæ fuerit cõmunione coniunctus. Quo fit vt in eum illud conueniat: Væ ſoli, quoniam cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Tum illud etiam accedit, quòd qui plures ſimul eodẽ in loco congregati ſunt, ii pluribus etiam ſimul poſſunt præceptis ſatisfacere. Quod contra eſt in eo, qui ſolus ſit: dum enim vnum exequitur, ab alio impeditur. Veluti ægrum viſitans, hoſpitem recipere non poteſt: neque in opere faciendo ſtudium retinere, qui in partiendis, diſtribuendiſque ad vſum vitæ neceſſariis rebus occupetur, præſertim quando in miniſteriis hiſce obeũdis fratres diutius neceſſe ſit diſtineri. Ex quo illud ſequitur neceſſario, vt maximum, & ad ſalutẽ omnium maximè expeditum præceptum negligatur, cum videlicet neque eſurienti cibus ſubminiſtretur, neque nudo veſtimenta. Quę cum ita ſint, quis eſt, qui inertem, & infructuoſam vitam ei velit anteponere, quæ & fructuoſa ſit, & præceptis domini conſentanea? Quòd ſi etiam omnes, qui in vna ſpe vocationis aſſumpti vnum corpus ſumus, & caput Chriſtum ipſum habemus, ſinguli autem viciſſim alij aliorum membra: profectò niſi in hoc conſpirauerimus, vt ad ſimilitudinem compagis corporis vnius in ſpiritu ſancto nexi, aptique inter nos ſimus, ac non ſeorſum vnuſquiſque diſiunctum ſibi à reliquorum communione vitæ genus quoddam inſtituerit, neque communi vtilitati, vt deo acceptus ſit, inſeruierit, ſed ſuæ potius animi cuidam libidini obſequi maluerit: qui quæſo fieri poterit, vt in iſtiuſmodi auulſione diſtractionéque, mutuam inter ipſa membrorum conuenientiam, officiáque præſtemus? aut qua ratione illud poterimus obtinere, vt capiti noſtro, qui eſt Chriſtus, ſubiecti ſimus? Neque enim res patitur in iſtiuſmodi vitæ diſiunctione vt congaudeat aliquis ei, qui glorificatur, aut qui patiatur, ei compatiatur: ſiquidem facit diſiunctio, vt viciſſim inter ſe aliorum alij notum ſtatum habere non poſsint. Ad hæc cum nemo vnus idoneus ſit, qui dona ſpiritualia omnia ſuſcipiat, cum ſecundũ rationem fidei, quæ eſt in vnoquoque, ſpiritus etiam ſuppeditatio fiat: illud vſu venit in vitę conſociatione, vt donum, quod in quoque eſt peculiare, id aliorum quoque commune ſociorum fiat. Alij enim datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij prophetia, alij gratia ſanationum, &c. Quæ ſingula qui habet, is non ſua magis, quàm aliorum cauſa habet. Quamobrem neceſſe eſt in vitæ ſocietate, quæ in vno aliquo eſt ſpiritus efficacia, eá in vniuerſos ſimul peruadere. Igitur qui ſeorſum à cæteris vitam degit is vnũ aliquod (ſi ita fors ferat) donum habet: & illud ipſũ, eo quòd nihil exerceat, ſed in ſeipſo defoſſum detineat, inutile facit. Quod facere quàm periculoſũ ſit, profectò intelligitis omnes, qui Euangelia legitis. Contra vero, vbicunque multorum ſocietas viget, & quod ſuum eſt, eo fruitur quiſque, & ex alienis nihilominus, vt ex ſuis, fructum capit. Plura præterea in ſe commoda, hoc in communi viuẽdi inſtitutum habet, quæ enumerare ſingula haud facile ſit. Nam & ad conſeruationem eorum, quæ data nobis diuinitus bona ſunt, ſolitudine eſt longè præſtabilior, & ad cauendas hoſtis inſidias tutior expergefactio illa, quæ à vigilãtibus fit, ſi modo alicui aliquando incidat, vt ſomnum illum, qui eſt in mortem, obdormiſcat (quem vt deprecaremur, docuit nos Dauid, cũ dixit: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in mortẽ) & peccãti, qua reſiliat à peccato, facilior eſt via: nimirum qui conſentiens aduerſũ ſe multorũ iudiciũ magis reuereatur, vt verè in eũ illud poſſit cõuenire: Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, & rectè & cũ virtute aliquid agẽti maior quædã in eo ipſo animi fiducia accreſcit, cũ de eo quod agit, multorũ ſecũdũ ſe habeat approbationẽ, atque cõſenſum. Si enim in ore duorũ vel triũ teſtiũ ſtabit omne verbũ, multò, ſine cõtrouerſia, ſtabilius is, qui bene aliquid & cũ virtute agit, ex multorũ teſtimonio cõfirmabitur. Adde, quòd periculũ etiã iſtiuſmodi ſolitariã vitã comitatur & aſſidet præter iam dicta: primũ quidẽ ac maximũ, quod qui eã degat, is ſibi veluti planè iã perfectionẽ adeptus blãdiatur. Cũ enim neminẽ in ea ſit habiturus qui indicare poſſit de his, quę ab ipſo fiãt, cumulatiſſimè mãdato iã arbitrabitur ſe ſatisfeciſſe: ex quo illud ſequetur, vt cũ animi habitũ quẽ habet ad virtutẽ, illũ aſſiduè apud ſe cõpreſſum tenuerit, ac velut introcluſũ, neque quibus rebus deſtituatur, intelligat, neque progreſſionẽ vllã, quam in virtutibus faciat, videat, nempe qui vndique materiam ſibi exercendorum mandatorum omnem ademerit. Qua enim re humilitatis ſuæ documentum dabit, qui neminem habeat, quo ſeipſum humiliorem declaret? Quod item ſpecimen edet ſuæ in alios commiſerationis, à plurium communione diſſectus? cui cum nullo penitus commercium ſit? Ad patientiam verò quomodónam tandem ſe exercebit, cum voluntatibus illius obſiſtat nemo? Quod ſi quis dicat, ad componendas animi ſui affectiones moreſque rectè inſtituendos, ſufficere ſibi diuinarum literarum doctrinam, is ſimiliter facit, vt ſi quis diſceret ædificare, neque vnquam tamen ædificaret, & æs cudere, & quæ didiciſſet, ea in actum nunquam educeret. Sine dubio autem in huiuſmodi hominem probe Apoſtoli illud cõueniat ſi quis dixerit. Non auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Neque enim (vt videmus) dominus ipſe (quæ incredibilis eius in nos bonitas fuit) ſimplici modo verborum doctrina contentus fuit, ſed vt expreſſe euidentérque humilitatis nobis exemplum proderet perfectè charitatis mandatum vt expleret, ipſe ſeipſum linteo præcinxit, & diſcipulorum ſuorum pedes lauit. Tu vero, quem ablues? in quem officioſus eris? à quo vltimus numerabere, qui ab aliorum ſocietate diſiunctus degas? Bonum verò ac iucundum illud, fratrum videlicet eodem in loco habitatio, quam vnguento de capite ſummi ſacerdotis ſuauè fragranti & aſpiranti ſpiritus ſanctus aſſimilat, qui tandem in ſolitaria vnius habitatione locum habebit vt impleatur? Concludendum eſt igitur certaminis curriculum,

& pro-

& progreſſionis ad virtutem facilitatem, & mandatorum domini executionem aſſiduam, ac meditationem, fratrum habitationem eſſe vno & codé in loco, quæ cum propoſitũ ſibi finem habeat gloriam dei ex præcepto domini noſtri Ieſu Chriſti ſic dicentis: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificét patrem veſtrum qui in cœlis eſt: tum eorum de quibus in Actis mentio eſt, ſanctorum virorum præcipuũ inſigne illud obtineat. Ita enim de illis ſcriptum eſt: Omnes autem qui credebant, erant pariter in eodem loco, & habebát omnia communia.
Act. 2. g A Et item: Multitudinis autem credentium erat cor
Act. 4. g vnum, & anima vna, nec quiſquam eorũ quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.

INTERROGATIO 8.

Denuncio rebus vitæ huius remittendo.

NVnquid homini omnia relinquẽda ſint primò, atque ita poſtea ad eam quæ ſecũdum deum eſt vitam accedendum?

RESPONSIO.

CVM dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt mul-
Mat. 16. d ta, eáque multis ex rebus geſtis firmiſſimè à ſe tradita documenta, ad omnes loquatur, ac dicat: Si
Luc. 14. g quis venit ad me, abneget ſemetipſũ, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, & item: Sic igitur quicunque ex vobis, qui non renũciat omnibus, quæ
Renunciationis formula. poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Nos præceptum hoc ad plura arbitramur pertinere, quo-
B rum neceſſaria alienatio ſit: Nam & diabolo in primis renunciamus, itemque affectionibus carnis, qui abdicauimus occulta dedecoris, cõſangui-
Coll. 3. b nitatibúſque ac familiaritatibus, quæ cum hominibus nobis ſunt: ſimilitérque conſuetudini etiam vitæ, quæ perfectioni Euangelij ſalutis aduerſatur. Et, quod his omnibus magis neceſſarium eſt, quilibet ſibimetipſi renunciat, qui exuit veterem hominem cum actibus ſuis, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Poſtremo affectionibus cũctis mundanis, quæ pietatis propoſitum valeát impedire, nuncium remittit. Ac nimirum, qui ita fe-
Qui verè parentes ſint. cerit, is parentes veros eſſe illos exiſtimabit, qui
1. Cor. 4. d in Chriſto Ieſu per Euangelium ipſum genuerint. Fratres verò qui eundem ſecum ſpiritum adoptionis acceperint, ad facultates omnes, vt ad alienas (ſic vt etiam ſunt reuera) animum adhibebit.
C In ſumma, deniquè cui propter Chriſtum mũdus totus crucifixus eſt, & ipſe Chriſto, qui poſſit particeps eſſe amplius eorum quæ in mundo ſunt? cũ dominus noſter Ieſus Chriſtus rem ipſe ad ſummum prorſus faſtigium perducat, nempe odium animæ, & ſuimet ipſius abnegationem, quando dicit: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, túmque ſubiunxit: Et
Luc. 14. f ſequatur me. Et rurſus: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Perfecta igitur renunciatio in eo conſiſtit, ſi quis id aſſecutus fuerit, vt
ἀπροσπαθ[illegible] ne de vita quidem ſua quicquam affectus ſit omnino, eſto habeat mortis reſponſum, ita vt nihil ſibi confidat. Porrò eiuſcemodi renũciatio initium ſumit ab alienatione rerum externarũ, veluti poſ-
ſeſſionum, inanis gloriæ, conſuetudinis vitæ ſupe- 2. Cor. 1. b
riuris, ad res inutiles affectionis, quomodo ſanè vt faceremus exemplo ſuo admonuerũt nos ſancti domini diſcipuli, Iacobus quidem & Ioannes, relicto patre ſuo Zebedæo, ipſóque, de quo tota
illorum victus ratio pendebat, nauigio. Matthæus Matthæus non facultates modo, ſed & pericula contempſit.
verò quãdo è Telonio ipſo ſurrexit, & dominum ſecutus eſt, qua in re non lucra modo reliquit, ſed pericula etiam contempſit, quæ ipſi, totique ipſius familiæ à ciuitatis magiſtratibus imminebát, quòd redemptorum à ſe vectigalium rationes diſcedens non confectas reliquiſſet. Paulo verò etiam totus
mundus crucifixus erat, ipſéque viciſſim mundo D
toti. Adeò qui vehementer Chriſtum ſequi deſiderat, is de nulla omnino vitæ huius re curare amplius poteſt: idque euſque, vt ne parentum quidem ingenti amore moueatur, aut domeſticorũ, ſi quidẽ is aduerſetur dominicis mandatis: (Tunc enim & illud locum habet: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, &c.) non humano terrore vllo de ſtatu dimoueri, vt propterea in his quæ fieri animæ vtilitas ſuadeat, de animi præſentia quicquam remittat. Quod quidem tum animaduertimus ſanctos fuiſſe illos viros aſſecutos, quum dicerent: Obedire oportet deo magis,
quàm hominibus. Nõ deriſione denique vlla, qua Act. 5. a
auerſi à pietate homines, ea quæ laudare ipſos magnopere oporteret, proſequi ſoliti ſunt, commoueri, eáque re ipſorum vituperationi ſuccumbere.
Quòd ſi quis explicatius etiam diligentiúſque ſo- ἐκπλήξεων καὶ τῆς πίστεως
liditatem vímque flagranti illorum deſiderio con E
iunctam velit cognoſcere, qui Chriſtum ſectãtur, enimuero hic repetere animo debet, quæ docendi nos cauſa de ſeipſo Apoſtolus loquitur, cum dicit: Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circuncíſus octauo die ex genere Iſraël, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus, ſecundum æmulationem perſequens eccleſiam dei, ſecundum iuſtitiam, quæ in lege eſt, conuerſatus ſine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ ſtercora. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini noſtri, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ſtercora eſſe, vt Chriſtum lucrifaciam. Etenim ſi (vt audacter aliquid, at verè tamen eloquar.) Sed ſi Apoſtolus iis, quæ fœdiſſima in corpore ſunt, eiuſmodiq;, quæ à nobis quã fieri poteſt ſtudioſiſſime procul amandamus, con-
ceſſa ad tempus legis priuilegia ſimilia dicere non F
dubitauit, veluti quæ impedimẽto eſſent, ad cognitionẽ Chriſti, illiúſque, quæ in ipſo iuſtitia eſt, eiúſque, quæ ad mortem ipſius ſit conformationis, quidnam de iis dicere oportebit, quæ ſancita ab hominibus ſint? Quãquam quod dico, quid aut rationibus à nobis inuentis, aut ſanctorum virorũ
exemplis attinet confirmare? cum ipſa domini no- [illegible]
ſtri verba in medium liceat afferre, iiſque ipſis religioſum ac dei timentẽ animum magnopere cõmouere, quibus ille palàm ac citra controuerſiam teſtificans, ſic dicit: Sic igitur, quicunque ex vobis
non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt Luc. 14. g
meus eſſe diſcipulus. Et alio in loco, cũ poſt oblatam conditionem illam: Si vis perfectus eſſe, ver-

baILLA

ba illa ſubieciſſet, Vade, vende quæ habes, & da
pauperibus, poſt illud adiecit: Veni, ſequere me. *Mat. 19. c*
Atque etiam ſimilitudinem illam de negociatore *Luc. 18. d*
huc quoque manifeſtè ſpectare nemo non (mo- *Mat. 13. e*
do æquus interpres) intelligit. Simile enim eſt, in-
quit, regnum cœlorum homini negociatori quæ-
renti bonas margaritas. Inuēta autem vna precio-
ſa margarita, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit,
& emit eam. Planum eſt enim precioſam marga-
ritā cœleſte regnū ſignificare hoc in loco. Quod
regnum nos aſſequi poſſe dominus negat, niſi om
nia ſimul quæ habemus, diuitias, gloriam, genus,
& ſi quid ſit aliud eorū, quibus pleri que ambitio-
ſius inhiant, pro eo parando, neglexerimus. Dein-
A de illud etiam fieri non poſſe, vt illud obtineatur,
quod cupitur ſtudioſius, ſi mens diuerſis ſit curis
diſtracta, idem dominus aſſeruit, cum diait: Ne- *Mat. 6. c*
mo poteſt duobus dominis ſeruire. Itémque: Nō
poteſtis deo ſeruire & Mammonæ. Quæ cum ita
ſint, ſine dubio vnum nos deligere theſaurum con *Ibidem.*
uenit, nempe illum cœleſtem, in quo mentem ha-
beamus defixam. Vbi enim eſt, inquit, Theſaurus
tuus, ibi & cor tuum erit. Ex quo intelligitur, quā-
docunque vel peculiarem poſſeſſiūculam aut cer-
te exuberantem opum copiam, terrenam quidem
illam & corruptelæ expoſitam, nobis reſeruamus
in his mente noſtra veluti in cœno quodam con-
ſepulta, neceſſe ſit, animo ad rerum diuinarum cō
templationem aditum præcludi, eúmque ita iace-
re, vt de cœleſtibus ac promiſſis nobis à deo bo-
nis cogitare non poſſit. Quæ bona non poſſumus
aſſequi, niſi ad ea petenda indiuulſa & vehemens
nos, quædam cupiditas inflammet, ac rapiat, quæ
B ſuſceptos pro iis adipiſcendis labores faciat leues.
Eſt igitur, quemadmodum docuimus, renuncia-
tio nihil aliud quàm vinculorum craſſæ huius ac tē
porariæ conuerſationis abſolutio, quę nos dum e-
mancipat ſemel ac ſubducit anxiis & humanam vi
tam comitantibus negotiis, ea promptiores ac ma
gis idoneos reddit ineundæ viæ ad dei contempla
tionem rectà prouehenti. Renunciatio eiuſmodi
citra vllius impedimenti remoram ſubſidio eſt no
bis nec mediocri, ad parandam poſſeſſionē vſúm-
que rerum precioſiſſimarum, nempe ſuper aurum
& lapidem precioſum multum, vtque breuiore cō
pendio circunſcribam renunciationem: eſt cordis
ab humano viuendi ritu ad eum tranſcriptio qui
in cœlis eſt, adeò vt iure optimo dicere poſſimus:
Noſtra conuerſatio in cœlis eſt: &, quod omnium *Philip. 3. d*
maximū eſt, ſimilitudinis, quam cum Chriſto ha- *2. Cor. 8*
bere debemus, initium qui ipſe cum diues eſſet, e-
genus factus eſt propter nos: quam ſine cōtrouer-
C ſia niſi prius conſequemur, nunquam viuendi ex
Euangelio Chriſti inſtitutum poterimus attinge-
re. Quando enim aut cordis contritio, aut proprii
ſenſus humilis demiſſio, aut iracundiæ, mœroriſve
ac ſolicitudinum, vtque conciſius abſoluam, om-
nium peſtilentium animi perturbationum libera-
tio in diuitiis, & vitæ huius angoribus, intēperan-
tique mentis ad res iſtiuſmodi alias applicatione
poterit obtineri? In ſumma cui ne de ipſis quidem
neceſſariis ad tuēdam vitam præſidiis ſolicito eſſe
cōceſſum eſt, veluti victu atque veſtitu, huic quæ-
ſo quænam ratio permittit, vt prauis diuitiarū cau-
ſa ſuſceptis ſolicitudinibus, veluti ſpinis, quæ iactā
ab animarum noſtrarum agricola ſemētem ad v-
berem vſque fruticationem emergere & emicare
non ſinunt, ſuffocatus teneatur? cum dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus dixerit: Hi ſunt, qui ſeminati
ſunt in ſpinis, qui a ſolicitudinibus & diuitiis, & *Luce. 8. b*
voluptatibus vitæ ſuffocantur, & non referunt
fructum.

INTERROGATIO IX.

Qui adiungi vult deo conſecratis & in eorū tran
ſire ſodalitiū, debétne ſui iuris facultates ce-
dere & citra delectum permittere ingratis fa
miliaribus ac domeſticè ſibi notis.

RESPONSIO. D

CVm dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, *Matt. 19. c*
Vende quæ habes, & da pauperibus & habe *Luc. 12. d*
bis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. & itē, *Λογίζομαι*
Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſynam: E-
quidem ex hoc colligo, qui hac mente à ſuis diſce-
dat, hūc huiuſcemodi curam de parte patrimonij
ſua nullo modo oportere negligere, contràque il-
lud accurare, vt cum eam omnem diligētiſſimè ſe-
cum abſtulerit, eam veluti rem iam domino conſe
cratam ſumma cum religione diſtribuat, vel ipſe
per ſe, ſi huiuſcemodi muneri ſcienter adminiſtrā
do eſſe ipſe par poſſit, vel per alios, quos antè ma-
xima adhibita diligentia delegerit, quique certiſſi
ma dederint documenta, poſſe ſe illam fideliter ac
prudenter diſtribuere, cū illud perſuaſum ſit, nō
vacare periculo, ſiue propinquis ſuis illam relin-
quat, ſiue in ea diſtribuenda, cuiuſuis, nulla adhi- *Ita habet in*
bita delectione, opera vſus ſit. Etenim ſi, qui præ- E *ſimuli po-*
fectus eſt procurandæ regiæ pecuniæ, eſto de re- *ſita.*
bus iis, quæ partæ iam ſunt, nihil interuerterit om
nino, ad ſéque tranſtulerit: is tamen, ſi quæ preter-
ea acquiri potuerant negligentia ſua non acquiſi-
uerit, ſed paſſus ſit deperire, nihilominus tamen
vtique in crimine eſt: quàm graue tandem cenſere
debemus iudiciū illis imminere, qui in rebus dei
nomini iam conſecratis, vindicandis, lente ac ne-
gligenter ſe geſſerint? An non in eadem cum illis
iudicij cauſa futuros, de quibus ſcriptum eſt, Male
dictus homo, qui facit opera domini negligenter? *Hier. 48. b*
Illud autem vbique nobis tenendum eſt, vt ne, dū
præcepto vni volumus ſatisfacere, ab altero vide-
amur diſcedere. Neque enim conueniens eſt de-
coro noſtro, ſi cum iniquis hominibus contende- *2. Tim. 2 d*
re videamur, aut delitigare. Siquidem ſeruum do
mini non oportet litigare, ſed contrà potius aduer
ſus quem iniquius ſe naturales cognati gerunt, is
tenere memoria debet, dominum dixiſſe, eſſe ne- F *Mar. 10. d*
minem, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſo-
rores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros
non quauis de cauſa, ſimpliciter, ſed propter ipſū,
& Euangelium, qui non centies tātum recipiat in *ἑκατονταπλασίονα*
tempore hoc, & in ſeculo futuro vitam æternam.
Admonendi ſunt tamen qui tales ſunt, ſedulóque
reſtificandum, ſacrilegij ſcelere ſe ipſos obſtringe *Mat. 18 b*
re, idque vt pareamus præcepto domini, qui dixit: *Mat. 5 f*
Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eū,
&c. Porrò de his rebus experiri apud iudices ex-
traneos, vetat nos idem dominus, cùm dicit: Et ei
qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam
tuā tollere, dimitte ei & pallium. Et Paulus ſimili-

ter: ſic enim eſt apud ipſum: Audet aliquis veſtrũ habẽs negocium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? Atque apud hos ipſos etiam in iudicium citabimus, ſi quando citabimus, maiore habita ratione fraternæ ſalutis, quàm facultatum, quæ ex pecunia poſſint proficiſci. Etenim dominus cum antè dixiſſet, Si te audiuerit: poſtea addidit, Lucratus es, non pecuniam, ſed fratrẽ tuum. Eſt tamen quum clarius aperiendæ cauſa veritatis ſæpenumero ipſi ab ipſo illo, qui nobis infert iniuriam, vocati ad dictam vtrique parti communiter iodictam, ad nos purgandos debemus deſcendere, non laceſſentes ipſi, ſed laceſſiti: idque ita facere, vt manifeſtè appareat nos neque iracundia, neque contentioſa pertinacia vlla adductos eo deſcendiſſe, ſed ea re ſolum, vt veritas illuſtrior reddatur cæteris, atque conſpicua magis. Sic enim & illum etiam inuitum, è malis, in quibus eatenus verſatus fuerit, eximemus, & nos à præceptis domini non diſcedemus, ſi videlicet tãquam dei miniſtri non contentionis ſtudio, aut auaritia vlla adducti, conſtanter pro illuſtranda veritate propugnabimus: neq; omnino vſquam maius quàm quantum permiſſum ſit, ſtudium in re iſtiuſmodi adhibebimus.

1.Cor.6.a

Matt.18.b

A

INTERROGATIO X.

Nunquid qui ad religioſam vitam accedũt, promiſcue omnes conueniat admitti, an aliqui tantummodo? nunquid item confeſtim recipi debent, an probandi primum? Si probandi, ecqua tandem illa eſſe debet probatio?

B

RESPONSIO.

Matt.11.d

CVm benignus hominũ amator deus, idémq; autor ſalutis noſtræ, dominus noſter Ieſus Chriſtus prædicet, ac dicat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: non fit ſine periculo, ſi quid ad dominum per nos accedere in animo habent, & ſuaue ipſius iugum, ac præceptorum onus, quo ad cœlum extollimur ſubire parati ſunt, ij à nobis reiiciantur. Verum neque illud tamen permitti debet, vt quiuis illotis pedibus in ſanctimoniam domini mandatorum ingrediatur. Sed quemadmodum dominus noſter Ieſus Chriſtus adoleſcentem illum, qui ad ipſum acceſſerat, de ſuperiore eius vita percontatus eſt, cúmque rectè actam fuiſſe illam cõperiſſet, quod ad perfectionem amplius prætera deſiderabatur, id illum iuſſit adiungere, quod vbi feciſſet, tum demum ſequendi ſe, ipſi poteſtatem fecit: Sic quoque faciendum nobis eſt, vt videlicet illorum, qui ad nos manſuri nobiſcum, accedant, diligenter quæ ſuperior vita fuerit, inquiramus. Et ſi quidem aliquos inuenerimus, qui aliquos iam in ea progreſſus ad virtutem fecerint, iis ad perfectionem propius pertinentia præcepta commendemus. Quos verò ab eo vitæ genere quod aut vitioſum ſit, aut quod inter bonum malúmq; medium ſit, ad illud quod perfectum in dei cognitione poſitũ eſt, animaduerterimus ſe velle tranſferre, eos exquiramus, qui ipſorum mores ſint, num conſilio inſtabili, & ad conſtituendum quiduis in vitam li-

C

bet partem præcipiti. Siquidem in iis, qui iſtiuſmodi ſunt, magnopere ſuſpecta haberi inconſtantia debet, qui præter id, quod nullam ipſi vtilitatem inueniunt, cæteris etiam ſunt detrimento, quòd inſtitutum viuendi noſtrum falſis probris, & nequiſſimis maledictis magnopere infament. Verumenim quando in rerum natura nihil eſt, quod non diligentia corrigatur, neq; vitium eſt vllum adeo graue, quod non dei timore pervincatur, qui huiuſmodi ſunt, ij nullo modo à principio ſtatim ſunt deſperandi, ſed ad idoneas duci exercitationes debent: ibiq; & adhibendo temporis ſpatio, & grauioribus imponendis laboribus periculum faciendum de illorum natura, conſtantiáq; vt videlicet, ſi quid ineſſe in ipſis ſtabilitatis cognouerimus, eos tuto admittamus: ſin minus, dum adhuc extrà ſunt, repudiemus, neque ex iſtiuſmodi periclitatione detrimentum vllum in fratres redundet. Porrò illud etiam animaduerti debet, nũquid præoccupatus aliquis in delictis, abiecta omni verecundia, palàm enunciet occulta dedecoris, ipſéq; ſeipſum accuſet, ſimúlq; cum ſuperioris vitæ peccatorum ſuorum ſocios præ pudore defugiat, eóſque ab ſeſe procul ſubmoueat, velut ille, qui dicebat: Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: ſeſéq; hoc modo ad id, quod ſibi reliquum ſit vitæ, antè præmuniat, ne in ſimilia de reliquo flagitia delabatur. Cæterum communis illa eſt ratio vnumquenque pertentandi, ſi illud animaduertatur, nunquid is, de cuius ſententia periculum fiat, paratus ſit libenter ad omne humilitatis genus deſcendere, miſſa omni verecundia, ita videlicet, vt ſordidiſſima etiam quæque artificia ſuſcipere non recuſet, quandocunque illorum exercitationem vtilem eſſe ratio conſuadeat. Vbi verò facta iam omnibus in rebus diligens ab iis exploratio fuerit, qui res iſtiuſmodi callidè ſciant peruestigare, iſq; veluti vas aliquod perappoſitũ & accommodum domino, & ad omne opus bonum paratum, compertus fuerit, tum verò ad illorum numerum debet aſcribi, qui ſeipſos domino conſecrarunt. Maxime autem ei, qui ab ſplendido aliquo vitæ genere, ad imitandum modeſtiſſimæ humilitatis domini noſtri Ieſu Chriſti exemplum feſtinat, munera quædam præſcribi debent de numero, eorum, quæ illi ſordida exiſtimant, qui in ciuili vita verſantur, obſeruandumq; num in iis cũ omni animi alacritate non erubeſcentem & incõfuſibilem ſe deo operarium exhibeat.

Timo.

D

Gala.6.a

1.Cor.4.a

Pſal.6.b

E

2.Tim.2.b

INTERROGATIO 11.

De ſeruis.

RESPONSIO.

1.Tim.6.a

QVicunq; verò ſub iugo ſunt ſerui, ij ſi ad fratrum conuentum profugiant, admoniti, ac meliores effecti, remittendi dominis ſunt: & in hoc Paulus imitandus, qui Oneſimum, quem per Euangelium ipſe genuerat, Philemoni remiſit, cũ quidem & illi perſuaſiſſet iugum ſeruitutis, ſi eo quis ex dei voluntate vteretur, dignum eſſe quod ad regnum cœleſte promoueret, & hunc eſſet hortatus, vt non minas modo remitteret, quas aduerſus illum intenderat, memor eorum, quæ dicta eſ-

F

ſent

ſent à domino, Si dimiſeritis hominibus delicta eorum, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra: verum etiam, vt benigniorem erga ipſum animum gereret, ſic ſcribens: Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam, vt æternum illum reciperes, iam non vt ſeruum, ſed vt pro ſeruo fratrem chariſſimum. Verùm enimuero, ſi forte dominus improbus ſit, vt qui flagitioſa quædam imperet, & adhibita vi ſeruum cogat eius, qui verus eſt herus, dominus noſter Ieſus Chriſtus, præcepta violare, hic contendere magnopere debemus, ne nomen dei blaſphemetur, propter ſeruum illum, quod fecerit aliquid, quod non placeat deo. Porrò huiuſmodi contentio in eo conficitur, ſi aut ſeruo illi perſuaſum ſit, eum grauiſſimas quaſq; quæ ſibi inferantur, acerbitates perferre debere, vt deo magis obediat, quàm hominibus, ſicut ſcriptum eſt: aut ſi qui illum receperint, libenti animo tentationes omnes, quæ ſibi propter illum inferantur, ſuſcipere parati ſint, eo modo, quo placet deo.

Matt.6.b
Philip.1.c
A
Act.5.e

INTERROGATIO XII.

Quomodo recipi debeant, qui matrimonio iuncti ſint.

RESPONSIO.

ATque ij etiam, qui matrimonio coniuncti, ad huiuſmodi vitæ genus accedunt percontandi ſunt, num conſentiente altera parte hoc faciant, ex præcepto Apoſtoli. Vir enim, inquit ille, ſui corporis poteſtatem non habet. Et ſi hoc ita ab ipſis fieri compertum ſit, tum multis adhibitis teſtibus admitti debet, qui accedit. Siquidem nihil eſt, quod dei iuſſis potius haberi debeat. Si verò diffidens ſit altera pars, & aſſiduè vſq; ex aduerſo cum altera contendat, quòd videlicet minus ſolicita ſit, quomodo placeat deo, hic eam conuenit meminiſſe, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo: In pace autẽ vocauit nos deus. Et ſic parendum præcepto domini qui dixit: Siquis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, &c. non poteſt eſſe meus diſcipulus. Neque enim eſt, quod haberi antiquius debeat, quàm vt dei iuſſis pareatur. Cæterùm nos pleroſque nouimus, ſæpe qui ex intenta oratione, aſſiduoque ieiunio, ad finem, quem optabant, vitæ cum caſtitate peruenerunt, quippe cum dominus videlicet eos qui vſquequaque ſunt obſtinati, ſæpenumero etiam per corporalem neceſſitatem adigat ſeoſim, vt recto alterius partis iudicio conſentiant.

1.Cor.7.a
Τὰ περὶ τὸ ἐν ἐτυχεῖν ... (Greek marginal note)
B
1.Cor.7.e
Luc.14.f
C

INTERROGATIO XIII.

Quòd iis qui nouicij primis pietatis rudimentis imbuuntur, vtilis taciturni ſilentij etiam exercitatio ſit.

RESPONSIO.

ATque iis etiam, qui rudes adhuc ad pietatis culturam accedunt, vtilis eſt ea quæ per taciturnitatem exercitatio fit, quandoquidem in eo, quod linguæ moderentur, hoc ſatis magno erit argumento, continentiam ab ipſis coli: & in aſſiduo ac perpetuo ſilentio, de iis, quos loqui ſcienter audiuerint, exemplum ſument, quemadmodum & proponi quæſtiones debeant, & item quomodo vnicuique oporteat reſpondere. Eſt enim & vocis moderatio, & in ſermone modus quidam, itémque occaſionis apta maturitas, ac verborum proprietas, quæ propria ac peculiaria ſunt pietatis cultorum: quæ quidem nullo modo doctrina is poteſt percipere, qui non quæ ex ſuperioris vitæ conſuetudine impreſſa habeat, ea antè dedidicerit quippe cum taciturnitas ſimul & obliuionem ex deſuetudine pariat, & ad ea, quæ recta ſunt, diſcenda, ocium ſuppeditet. Quamobrem niſi aut peculiaris cauſa aliqua vel ad ſalutem animæ, vel ad operis alicuius, quod tum in manibus ſit, confectionem ſummè neceſſaria, aut iſtiuſmodi poſita quæſtio aliqua vrgeat, tenendum aſſiduè vſque ſilentium eſt, excepta videlicet pſalmorum modulatione.

εὐλόγως καὶ ... (Greek marginal note)
D

INTERROGATIO XIIII.

De iis, qui cum per profeſſionem deo ſeipſos deuouerint, tum profeſſionem illam conantur reſcindere.

RESPONSIO.

CAeterum horũ vnuſquiſque, ſi poſtea quàm intra reliquorum fratrum ſocietatem adſcriptus fuerit, factam iam ab ſe profeſſionem reſciderit, is perinde aſpici debet, vt qui in deum peccauerit, quem videlicet profeſſionis ſuę teſtem adhibuerit, cuique ſolenni ſe voto obligarit. Si verò in deum quis peccauerit, inquit, & quis orabit pro eo? Etenim qui ſeipſum deo ſemel deuouit, hic ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſũ deo, cui ſe conſecrauerat, veluti ſubterfuratus ſit. Porrò huiuſcemodi hominibus rationi quidem conſentaneum fuerit vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ, ne ſi prætereuntes quidem ea re modo, vt tecto recipiantur, ad ipſos diuerterint. Perſpicua eſt enim regula Apoſtoli, qua iubemur ſubtrahere nos ab omni inordinato, neque vllo modo cum illo commiſceri, vt confundatur.

E
1.Reg.2.e Vel hoc ocu los conuertant Lutherani hyperaſpiſtæ.
2.Theſ.3.d

INTERROGATIO XV.

Quænam idonea haberi ætas debeat, in qua permittatur alicui, vt per profeſſionem deo ſe dedicet: itémq; quo tempore facta virginitatis profeſſio rata habenda ſit? F

RESPONSIO.

CVm dominus dicat, Sinite paruulos venire ad me. & Apoſtolus eum laudet, qui ab infantia ſacras literas didiciſſet: idémq; alio in loco præcipiat educandos eſſe filios in diſciplina & correptione domini: prorſus ad eos, qui ad nos accedant, admittendos, nullum non ætatis tempus idoneum eſſe iudicamus, vel ipſius adeo teneræ, atq; ineuntis, vt videlicet qui orbati parentibus ſint eos noſtra pte ſponte ipſi aſſumamus, & exemplo Iob parentes pupillorum ſimus. Qui autem ſub paren-

Mat.19.a
2.Tim.3.d
Ephe.6.a

patentibus ſint, eos ab ipſis ad nos adductos multis adhibitis teſtibus recipiamus, vt non demus occaſionem, iis qui volũt occaſionem: ſed obtrectatoribus noſtris maledicendi cauſa omnis hac etiã in parte præciſa ſit. Atque in illis quidem recipiendis hæc, quam dixi, teneri à nobis ratio debet: nõ iij tamen cõtinuo propterea ad reliquum fratrum corpus aggregandi, aut cũ his ſimul cenſendi ſunt: ne videlicet, ſi illi propoſitum ſuum minus fuerint aſſecuti, eorũ poſtea probra in omnes promiſcuè pietatis ſectatores redundent. Sed educãdi illi quidem ſunt cum omni charitate, non ſecus ac ſi communes totius fratrum collegij filij eſſent, ſeorſum

2.Cor.11.a

A que ipſis & locus in quo habitent, & victus ratio quam teneãt, aſſignari debet, tam maſculis, quàm fœmellis à ſe diuerſo domicilio diparatis: vt ne ſuperiores compellandi maiorem ſumãt fiduciam præſidentiores facti, quo potius vt raritate cõgreſſus reuerentiam aduerſum ipſos retineant, néve ex multis, quæ iis, qui adultiore ætate ſunt, imponuntur, quod in exequendis officiis ſuis non ita interdum diligentes fuerint (ſi modo, vt aſſolet, inciderit aliquando, mentem ipſorum temerè aliud agẽtem aberraſſe) procliuitas quædã maior ad peccandum in animis illorũ naſcatur, aut ſæpenumero etiam ſentire de ſe elatius incipiãt, cum in quibus ipſi rectè ſe gerant, in iis natu grandiores labi animaduertant. Neque enim intereſt, vtrum ſapiẽtia quis an ætate puer ſit. Itaque nihil eſt mirũ eadem plerunque in vtriſque animi vitia reperiri. Simulque ex huiuſcemodi ſeparatione & habitationis, & victus, illud etiam prouidebitur, ne quibus in rebus, natu maiores, ſi eas gerant, decorum propter ætatem ſeruatur, ad eas adoleſcentuli, ob aſſiduum cum ipſis vſum, indecorè ante tempus aſſi-

γνώμη.

B liãt. Quocirca cùm huius, quem dixi, ordinis, tum reliquæ etiam ſeruãdæ diſciplinæ, ac ſanctimoniæ cauſa, ſeparata eſſe loca illa oportet, in quibus & pueri, & natu grandiores verſentur. Qua ex re illud etiam commodum ſequetur, quod in præceptorum commentatione adoleſcentulis neceſſaria, ſtrepitu illo, qui illam ſolet comitari, reliqui monachi non offendentur. Verumenim precationes, quæ ſtatis interdiu horis deſcriptæ ſunt, ac præfinitæ, communes illæ quidem & pueris eſſe, & natu maioribus debẽt. Siquidem hoc modo & parui ex grandiurum æmulatione ad compunctionem aſſueſiunt, & qui ætate antecedunt, in orationibus à pueris non mediocriter adiuuantur. Cæterũ quod ad ſomnum, ad vigiliam, ad cibi ſumendi tempus, eiúſque cum modũ, tum genus pertineat, ſeorſim pueris præcepta, ac regulæ quędam, adhibita tamẽ eapro ætatis decoro, moderatione, deſcribuntur. His autem, qui tales ſint, præficitor is, qui cùm ætate, tum vſu etiam rerum cæteris antecedat, cuiúſque omnibus teſtata morum facilitas ſit, quo videlicet cùm paterna lenitate, tum prudẽti etiam ſermone errata corrigat adoleſcẽtulorum, appoſitis ad ſingula errata remediis adhibendis, eiuſmodi-

C que, quibus vno & eodem tempore & noxa caſtigetur, & animus ad tollendas perturbationes, vitiáque aſſuefiat. Veluti iracundia aliquis elatus eſt aduerſus æquæuum fratrem: hunc ille pro magnitudine delicti ſibi conciliare cogitor, ac miniſtrare. Siquidem hæc huiuſcemodi ad humilitatem exercitatio, iracundiæ veluti oſtuos elidit, quando

γνώσεως ἀναξίας.

animi elatio illa eſt, quę iracundiam plerunque in nobis ingenerat. Alieno tempore cibũ aſſumpſit? ad multam diem ieiunus permaneto. Inter vescẽdum ſe immodeſtè geſſiſſe animaduerſus eſt, & in decoræ ſitienibus ipſe accumbentes, ac cibum cũ de coro capiẽtes cæteros ſpectare cogitor. Hoc enim modo & abſtinentia ille caſtigabitur, & quod in huiuſmodi rebus par eſt, decorom diſcet retinere. Verbum emiſit ocioſum? contumeliam in proximum? mendacium, aut aliud quippiam de iis, quæ minus licent? inedia ventris ac ſilentio plectitor. Atque illud quoque conſiderandum eſt, vt literarum commentatio inſtituto noſtro cõueniens ſit. vt & magiſtri ſcilicet vocabulis in ſacris literis vſitatis apud ipſos vtantur, & loco fabularum, hiſtorias ipſis rerum mirabilitet à deo geſtarum denar-

D rent, itẽmque ſumptis ex prouerbiis ſententiis ad virtutem erudiant. Profuerit illis, ſi proponentur præmia memoriæ cum rerum, tum etiam verborum. Siquidem fiet hac ratione, vt quæ volumus, ea iucũdius, ac facilius ſint percepturi, nulla cum moleſtia, nullàque offẽſione: atque etiam qui iſta ætate ſunt, ij rectè educti, & mente eſſe attentiores, & cogitatione minus temerè aberrare cõſueſcent, ſi à magiſtris identidem interrogentur, quò dirigant mẽtem, quid ſecum verſent cogitationis. Etenim ætas illa vtpote ſimplex, maximéque ab aſtutiis remota, & ad mendacium fingendum nõ ſatis idonea, animi arcana facilè enunciat. Porrò qui eiuſmodi eſt, is reprehenſionem metuens, operam dabit, vt abſurdas iſtiuſmodi cogitationes fugiat, ſeſéque ſubinde, ne in illis frequẽter deprehendatur, reuocabit. Quamobrem animus, dum tener eſt adhuc, & ritu ceræ, quæ ipſa impreſſas in

E ſe formas quaſcũque facillimè recipit, molliſſimè cedit, confeſtim ab ipſo initio, omni rerum bonarum imbui exercitatione debet, quo videlicet, vbi poſtea rationis vſus acceſſerit, & habitum illũ rerum diiudicandarum ætas maior attulerit, pietati iam ab ineunte ætate aſſuetus, nullo impedimẽto, curſu vtatur faciliore, cum & ratio quid expediat, admoneat, & ad id aſſequendum facilitatem præbeat conſuetudo. Quo ſanè tempore admittenda eſt virginitatis profeſsio, tanquam firma iam, & eiuſmodi, quæ à proprio conſilio, iudicióque proficiſcatur, ratione iam probè adulta. Poſt quod tempus & præmiis & ſuppliciis à iuſto iudice afficiuntur ij, qui vel bene vixerint, vel malè, pro meritis videlicet eorum, quæ geſſerint. Porrò ſententię eiuſmodi teſtes aſſumendi eccleſiarũ antiſtites ſũt, quò videlicet per ipſos & ſãctificatio corporis, veluti res ſacra deo dedicetur, & actionis illius per illorum teſtimonium confirmatio ſit. In ore enim duorum vel trium, inquit, ſtabit omne verbũ. Sic enim & ſtudium fratrum maledicta maximè euitabit, & qui ſeipſos deo palã dedicauerint, ſi profeſſionem poſtea reſcindere conati fuerint, iis nul-

F la ad impudentiam cauſa reliqua fiet. Qui vero vitam cum virginitatis profeſſione ſuſcipere nolit, Is tanquam qui res domini accurate ſolicitè non poſsit, ipſis iiſdẽ adhibitis teſtibus dimittitor. Verumenim qui iam profeſſus fuerit, idque diligenti habita quæſtione, animaduerſionéque (ad quam plurium ipſi dierum dari ſpatium debet, quibus ſe cum ſeorſum deliberet, ne quid aſtutè repentino per raptum fieri à nobis videatur) is tum demum ſic

Collatio de ſigillo cerae.

Matth.18.

Ad virginitatis profeſſionem quomodo admittendi.

ſic recipi debet, & ad reliquorum fratrum numerum aſcribi, communem deinceps cum cæteris & locum ad habitandum, & victus rationem habiturus. Cæterum, quod pene nos fugerat dicere, id haudquaquam alienum ſit, ſi nunc etiam adiungatur, nos videlicet, quādo ſunt quædam artes, quas à paruulo exercere ſtatim conueniat, ſimul ac iam ad eas perdiſcendas de puerorum numero habiles aliqui viſi fuerint, neutiquam prohibere, quo minus continenter interdiu illi apud artis illius magiſtros ſint. Nam noctu neceſſario illos ad æquales ſuos trāſmouemus, quibuſcum neceſſario etiā vnà capere cibum debent.

A INTERROGATIO XVI.

Nunquid pietatem in vita colere volenti, neceſſaria continentia ſit?

RESPONSIO.

AC quòd neceſſaria quidē ſit continentia, perſpicuum eſt: Primum quidem, quòd ab Apoſtolo ea inter fructus ſpiritus connumerata eſt, tū quòd ex hac etiā illud aſſequi nos affirmat, vt miniſterium noſtrum reprehenſione careat, quando dicit: In laboribus, & vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, & item alibi, In labore & ærūna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, ſimiliterque alio in loco: Omnis autem, qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. Caſtigatio præterea corporis, & in ſeruitutem illa redactio, nulla re tantopere efficitur, quàm cōtinentia. Siquidem feruor ille, qui vigere in iuuenibus ſolet, itémque difficilis ille ad coërcendum, ad libidines impetus, continentia veluti quodam fræno cohibetur: Non enim, vt ait Salomon inutiles ſunt ſtulto deliciæ. Quid autem carne, quæ molliter accuretur, & iuuentutis æſtu temere, huc illúcque agitetur, fingi ſtultius poteſt? Idcirco Apoſtolus dicit, Et carnis curam in deſiderio ne feceritis. Et quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt. Adde quòd exemplum diuitiis illius luxu ac deliciis diffluentis, neceſſariā eſſe nobis continentiam declarat, ne ſcilicet quod ille audiuit, nos quoque audiamus: Recepiſti, videlicet, bona tua in vita tua. Quàm verò metuenda intemperantia ſit, etiam Apoſtolus docet, qui interea, quæ illorum propria ſunt, qui deſciſcunt à deo, illam enumeret, In nouiſſimis enim, inquit, diebus, inſtabunt tempora periculoſa. Erūt enim homines ſeipſos amantes, & pluribus enumeratis vitiorum generibus, poſtremo adiunxit, Criminatores, incontinentes. Atque Eſau etiam vltio, quaſi maximum malorum omnium, data incontinentia eſt, qui vno ferculo primogenita ſua vendidiſſet. Incontinentia etiam illa fuit, propter quam à dei præceptis homo primùm diſceſſit. Contra verò ſancti viri omnes, quotquot vnquam fuere, cōtinentiæ laude ſunt cōmendati. Ad hæc omnis ſanctorum ac beatorum vita, ipſiúſque adeò domini noſtri Ieſu Chriſti, quādiu ille cum corpore apud nos fuit, exemplum, ad hanc vtiliter nos adhortatur. Ac Moſes quidem per longinquam illam in ieiunio ac precatione aſſiduitatem, legem accepit, & verba dei audiuit, tanquam ſi quis loqueretur, inquit amico ſuo. Helias verò tum demum dign⁹ habitus eſt viſione dei, cum ipſe quoque ad parē continentiæ magnitudinem perueniſſet. Quid autem Daniel: quomodo res admirabiles illas vidit? an non poſt viceſimum ieiunij diem? Quid tres adoleſcētuli illi, qua ratione alia ignis impetum extinxere, niſi continentia? Ioannis præterea totū vitæ inſtitutum, hinc ſumpſit exordium. Hæc illa etiam fuit, à qua ſeipſum oſtēdere dominus cœpit. Continentiam autem appellamus, non ſi quis ſe à cibo penitus abſtineat: quando hoc violenta quædam vitæ diſſolutio eſt: ſed eam, quā tollendæ contumaciæ corporis cauſa, pietatis ergo de induſtria ſequimur rerum voluptatem titillantium abſtinētiam. Atque vt ſemel finiam, quarum rerum voluptates ab iis, qui ex libidine vitam degunt, experi ſolitæ ſunt, ab his, nobis, qui ad veram pietatis culturam contendimus, eſt temperandum. Proinde nequaquam in vna tantum eſcarum fugiēda voluptate, continentiæ culturam conſiſtere exiſtimandum eſt, ſed eam ad omnem etiam rem, quæcunque propoſito nobis fini aduerſaria ſit, & impedimento, pertinere. Ex quo intelligitur, qui hāc perfectè virtutem tenuerit, eum nullo modo, cū ventrem in poteſtatem redegerit ſuam, humanam ſibi paſſurum gloriam dominari: aut cum obſcœnā voluptatem deuicerit, opum cupiditatem: aut aliā quamuis degenerem animi affectionem, veluti irā, ægritudinémve, aut quæcunque imperitis animis dominari conſueuerunt, non ſuperaturum. Ferme enim quod in omnibus præceptis animaduertimus, ea videlicet inter ſe connexa eſſe, neque fieri poſſe, vt vllo modo vni ſeparatim ab altero ſatisfiat, hoc præcipue in continentia cernitur. Nam & demiſſe de ſe ſentit verè humilis qui in gloria continentiam adhibet, & Euangelicę inopiæ menſurā explet, qui in congerendis opibus continentiā ſeruat: & ab ira tranquillus eſt, qui animi elationē atque iracūdiam in officio continet. Ea denique abſolutæ continentiæ ratio eſt vt linguæ, vt oculis limites præſcribat, vt auribus minime curioſam indulgeat auſcultationem, & ſingulis his cancellos ipſorum officij quaſi quoſdam circūſcribat atque circundet, extra quos qui egreſſus ſit, is incontinens ac petulans eſt. Animaduertis quemadmodū circum hoc vnum præceptum, reliqua omnia, veluti in choro coniunctim inter ſe connexa cohæreant?

Margin: 2.Cor.11.f — 1.Cor.9.d — Rom.13.d — 1.Tim.5.a — Luc.16.f — 2.Tim.3.a — Exod.33.b — Continentia nomine quid intelligat, vide.

INTERROGATIO 17.

Quòd in riſu etiam continentiam adhibere conueniat.

RESPONSIO.

ATque illud etiā, quod à pleriſque negligitur, non mediocriter caueri ab iis debet, qui colēdæ pietati ſtudent, ne in riſū videlicet præter modum effuſi ſint, quandoquidem non abeſſe à ſe intemperantiam ſignificat is, qui profuſo nimis, petulantíque riſu teneatur, ſeſeque animi ſui motus nequaquam ſedatos, eiúſque molliciem, ac veluti laxitatem nequaquam ratione ſeuera habere compreſſam declarat. Verumenim modicè rictum diducere, eóque modo animi ſui diffuſionem leniter ſignificare, non eſt contra decorum, quatenus illud tantum indicetur, quod ſcriptū eſt: Cor gaudens exhilarat faciem. Illud autem, in immanes ca-

Margin: Prou.15.b

chionos prorumpere,& corpore,contra animi voluntatem,ſuſultare,nequaquam eſt eius, qui animo cópoſito ſit,aut planè probo,& compote ſui ipſius. Porrò hoc ita eſſe,vir ſapientiſſimus Salomon cõfirmat his verbis:Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam,vir autem ſapiens vix tacitè ridebit.Huiuſmodi genus riſus etiam Eccleſiaſtes damnans, tanquam rem animi conſtantiæ & grauitati maximè cõtrariam,ſic dicit: Riſum reputaui errorem. Et item:Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Atque hoc ipſum etiam ita eſſe, dominus oſtendit, qui ſuſceptis cæteris, quæ neceſſario corpus ſequuntur,affectionibus,iiſque omnibus,quæcunque virtutis teſtificationẽ habẽt, veluti laſſitudinem,& miſericordiam aduerſus calamitoſos,riſu,quantum euangeliorũ hiſtoria cognoſci poteſt,vſus nunquam ſit,contráque omnes quotquot ab eo tenerentur,miſeros appellauerit. Neque verò vocaboli nos ambiguitas fallat:quandoquidem familiare eſt ſcripturæ ſæpenumero lętitiam & feſtiuitatem illam,quæ ex rebus bonis in animo exoritur,riſum appellare,vt ait Sarra: Riſũ fecit mihi deus,Et illud item: Beati qui nũc fletis, quoniam ridebitis.Et quod eſt in hiſtoria Iob:Os autem verax implebit riſu.Siquidem omnibus his in locis vocabulum hoc pro hilaritate,quæ ex prorumpente animi gaudio naſcitur, vſurpatum eſt. Quamobrem qui omnibus animi ſui affectionibus moderatur, neque voluptatis titillatione vlla permouetur,contráque fortiter conſtantérque ad uerſus quancunque prauam libidinem animatus eſt,hic perfectè continens eſt. Porrò qui eiuſmodi,is ſine dubio liber eſt ab omni peccato. Atque etiam eſt cum interdum ab rebus iis conuenit abſtinere,quæ alioqui genere ipſo conceſſæ ac neceſſariæ ad vitæ vſum ſunt,quotieſcunque abſtinẽtia illa fratrum noſtrorum ſalutis cauſa à nobis ſuſcipitur,quemadmodum eſt apud Apoſtolum: Si eſca ſcandalizat fratrem meum,non comedã carnes in æternum.Qui etiam cum haberet poteſtatem viuendi ex euangelio,ea poteſtate vſus nõ eſt ne quod offendiculum daret euangelio Chriſti. Eſt ergo continentia,peccatorum ſublatio, vitioſarum affectionum amandatio, corporis ad naturales etiam vſque paſſiones, cupiditatéſque mortificatio,principium vitæ ſpiritualis, ſempiternorum bonorum conciliatio, voluptatis aculeum in ſeipſa abolens. Siquidem voluptas nihil eſt aliud, quàm eſca illa maligni,per quam nos homines ad peccatum valde procliues ſumus. Ab ea omnis anima non ſecus atque ab hamo quodam ad exitiũ pertrahitur.Quòd ſi quis adhibita continentia,ab ea ſe neque effœminari paſſus ſit, neque inflecti, hic ſine controuerſia quod vis penitus peccatũ effugerit.Si verò cùm à pluribus euaſerit,tamen ſub vnius adhuc dominatu ſit, nequaquam is haberi in continentibus debet:quemadmodum neque ſanus, qui vno aliquo corporis vitio laborat, neque cui tantum vnus dominatur,liber.Ac reliquę quidem virtutes,cum in occulto exerceantur, minus ſæpe illuſtres apud homines exiſtunt. Cõtinentia autem,in quo ineſt,eum vel primo ipſo aſpectu tãtum notum facit.Vt enim optimus corporis habitus & coloris bonitas , pugilem à cæteris diſtinguit:ſic Chriſtianum à cæteris macilentia corporis pallórque deflorеſcens,qui continentiæ veluti ad iunctus eſt comes,indicio eſt, eum Chriſti mãdatorum verè pugilem eſſe,qui in infirmitate corporis aduerſarium ſuum in lucta proſternat,& quàm potens ſit,in pietatis certaminibus declaret,conuenienter verbis illis:Cum enim infirmor,tũc potens ſum. Quantum enim vel in ſolo continentis alicuius aſpectu lucri eſt,videre illũ videlicet parcè,tenuitérque res etiã ipſas neceſſarias attingentem, ægréque naturæ miniſterium perinde ac tributum moleſtiæ & angoris plenum pendentem, temporíſque,quod in hoc ipſo conſumitur,morã animo iniquo ferentem,celerriméque à menſa ad obeunda munera ſua teſilientem? Si quidem opinor ad animum illius, qui ventris libidinibus ſeruiat,peruellendum, & ad frugem reuocandũ meliorem, nullam cuiuſuis generis orationem poſſe excogitari,quæ tantundem valeat,quantum vel ſolum continentis alicuius aſpectum.Atque hoc eſt ni fallor,illud,ad gloriam dei manducare &bibere, vt in menſa etiam luceant bona opera noſtra, vt glorificetur pater noſter,qui in cœlis eſt.

Eccle. 21.c — *Eccle. 2.a* — *Eccl. 7.a* — *Dominus ſuſcepit affectiones quæ virtutis habent teſtimonium, numquam Riſus in ſacris.* — *Gene. 21.a* — *Luc. 6.b* — *ἐπαγωγὴ.* — *1.Cor.8.d* — *1.Cor.9.g* — *Continentia veriſſima finitio.* — *Voluptas meſca &* [illegible] *diaboli.* — *Collatio animæ ad corpus.* — *ἀσκ* [illegible] — *2.Cor.12.c* — *Ad gloriam dei manducare. 1.Cor.10.g Matt.5.b*

A B C D E F

INTERROGATIO 18.

Quòd nihil non conuenit deguſtare eorum,quæ in menſa nobis apponantur.

RESPONSIO.

ATque illud etiam neceſſario ſtatuendum eſt, ad hoc,vt maceretur corpus & in officio contineatur, iis qui in pietatis curriculo decertãt, continentiam apprime neceſſariam eſſe. Omnis enim qui in agone contendit, in omnibus abſtinẽs eſt.Verumenimuero,ne ſimiles efficiamur inimicorum dei, qui cauteriatam habent conſcientiam ſuam,ac propterea abſtinẽt à cibis,quos deus creauit ad ſumẽdum cum gratiarum actione fidelibus: ſingula (ſi quando tẽpus inciderit) attingenda nobis ſunt,quatenus iis,qui nos cernunt, oſtẽdamus omnia eſſe munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipiatur.Sanctificatur enim per verbum dei & orationem.Videndum eſt tamen,vt ea in re ab inſtituto continentię noſtræ non diſcedamus,vt videlicet de iis,quæ viliora ſunt, & ad neceſſitatem ſolam parata, eatenus ſumamus,quoad neceſſitati factum ſit ſatis,at que in his ipſis ſaturitatis etiam malũ declinemus, & ab his quæ voluptaria ſint , penitus nos abſtineamus.Hoc enim modo &voluptariorum hominum libidinem excidemus,& eos qui cauteriatam habent conſcientiã ſuam, quantum in nobis erit, curabimus,à nobiſque ſuſpicionẽ illã,quę in vtráque partẽ poſſet exiſtere,amouebimus. Vt quid enim libertas mea,inquit, ab alia conſcientia iudicatur?Sanè continentia illa eſt,quæ hominẽ mortuũ eſſe ſimul cum Chriſto , ac membra ſua, quæ ſunt ſuper terram,mortificaſſe declarat. Hanc ſcimus eſſe temperantiæ matrem, ſanitatis conciliatricem:ab hac egregiè,quicquid,id eſt,quod Chriſtianarum virtutum fœcunditati officiat, extirpari. Siquidem (vt dictum eſt à domino) ſolicitudines vitæ huius,voluptatéſque,ac reliquæ cæterarũ rerum cupiditates eæ ſunt, quæ verbum dei ſuffocant,& infœcundum efficiunt. Ab hac dæmones profugiunt , cùm ipſe nos dominus docuerit eſſe eorum genus quoddam, quod in re alia nulla exeat,niſi in oratione & ieiunio.

1.Cor.9.g — *1.Tim.4.a* — *Ibidem.* — *1.Cor.10.g* — *Continentia quid ſit.*

IN-

INTERROGATIO. XIX.

Qui modus ſeruari in continentia debeat.

RESPONSIO.

ATque in vitiis quidem animi vnus continentiæ modus eſt, ſumma earum rerum, quæ ad A peſtiferam voluptatem fuerunt, à nobis alienatio. In cibis autem quemadmodũ alij aliis neceſſarij ſunt, pro ætate videlicet cuiuſque ac ſtudiis, iiſq; appoſitè ad corporis cuiuſq; habitudinẽ diſtincti: item quoque diuerſa ſunt, vſus illorum, modus, ratioque. Quo fit vt nequaquã omnes vni & eidem regulæ ſubiici poſsint. Verumenim ea præſcripta ſemel à nobis regula, quam ab iis, qui valetudine integra pietati operam dant, ſeruari cõueniat, ab ea licere volum⁹ iis, quib⁹ tradita eſt prouincia cæteros gubernãdi, habita nouorũ cuiuſque temporum ratione, immutare quantũ velint. Quæ enim vnumquenque ſigillatim attingunt, ea oratio complecti non poteſt, ſed ea tantummodo, quæ in vniuerſum à cõmuni quadã doctrina dependent. Nam quemadmodũ refici eſcis ægroti debeant, aut vehementibus alioqui laboribus deſatigati, quomodóve agi cum illis par ſit, qui ſe ad grauem aliquem laborem, veluti iter, aut aliud quoduis laborioſum munus accingant, antiſtites ipſi iudicabunt, & ad neceſsitatem vniuſcuiuſque rem totam attemperabũt, illudq;, quod eſt in Actis, imitabuntur, vbi dicitur, Quod diuidebantur illa ſingulis, prout vnicuique opus erat. *Act.4.f* Ex quo ſanè intelligimus neutiquam omnibus, B neq; idem cibi ſumẽdi tempus, neque modũ eundem, regulámve eandem poſſe deſcribi. Verumenim commune illud propoſitum ſit, videlicet, vt nequid cuiquam deſit eorum, quæ neceſsitas cuiuſque deſideret. Nam illud immodicè ventrem diſtẽdere, & immoderatis ſe epulis onerare, præterquam quod deteſtabilis, atque exectatione digna res eſt, cum dominus dixerit, Væ qui ſaturi eſtis nunc: *Luc.6.d* corpus etiã ipſum ineptum prorſus reddit ad labores, & procliue in ſomnos, & morbis magis expoſitũ facit ac peruium. Neque verò ſuauitate metiendus eſt finis aut ſpectandus cibi ſumendi, ſed neceſſario tantum vſu ad vitæ conſeruationẽ experi debet, reiecta voluptatis libidine, quando voluptatibus ſeruire, nihil eſt aliud, quàm ventrem deũ ſuum efficere. Quoniam enim corpus noſtrũ, quod aſsiduè ſingulis momẽtis exinanitur, ac defluit, ea re ſubinde opus habet, vt repleatur (quæ etiã cauſa eſt, cur cibi appetitiones naturales ſint) ſanè recta ratio vſus ciborũ, id re- C plendum admonet, quod exinanitũ ſit, quo videlicet conſtare animal poſsit, ſiue aridũ, ſiue humidum illud alimentum ſit, quòd natura deſideret. Proinde quod minore negocio à naturalis nos deſiderij moleſtia liberet, illud adhibendũ nobis eſt. Hoc autem ita fieri conuenire, facto illo dominus declarauit, cum delaſſatam illã ingentem multitudinem epulo illo accepit, ne deficerent in via, ſicut ſcriptum eſt. *Mat.15.d* Etenim cum miraculi vim magnifico excogitando epularũ apparatu in ſolitudine ei liceret exaugere, adeò ſimpliciter, adeóque frugaliter illos accepit, vt (quod quidem eſt apud Ioannem) *Ioan.6.b* ad panem, qui ipſe etiam erat hordaceus, fruſtum tantummodo piſcis adiectum ſit. Nam de potione prorſus nulla mentio, quippe tãquam videlicet aqua ſpõte ſua ex humo ſcaturiẽs, omnibus eſſet in promptu, quæ naturale vniuſcuiuſque deſideriũ affatim poſſet explere. Extra quam tamen ſi ſit aliquis, cui propter imbecillitatẽ valetudinis noceat huiuſcemodi potio: tũc enim ex conſilio Pauli ad Timotheum ea reiici deberet. neque hæc modo, ſed illa etiam omnia, in quibus euidens eſſet nocumẽtum. Neque enim cohæret hoc, vt cum tuendi corporis cauſa eſcas aſſumamus, per eaſdẽ ipſas ei ruſsum bellum inferamus, impedimentoque ſimus, quominus præcepta dei D exequi poſsit. Atque hoc idem etiam exẽplo nobis eſt, vt animum noſtrum ea aſſuefaciamus fugere, quæ ipſi nocent, eſto alioqui illa voluptatẽ habeant. Verumenim ex omnino nobis præferendæ epulæ ſunt, vt quæque minore poſſunt negocio comparari, ne prætextu continentiæ, ex his eas quæ nobiliores ſint, ac maioris precij, exquiramus, nempe qui magno partis condimentis epulas noſtras apparemus. Sed quod in quaq; regione, & haberi facile poteſt & vile eſt, & quo paſsim populus vtitur, eo eſt nobis vtendum, iiſque tantummodo importatis, quæ ad vitã ſumme ſint neceſſaria, veluti oleo, & aliis generis eiuſdem, & ſiquid eſt præterea, quod ad neceſſarium ægrotantium ſolatium pertineat. Atque hoc ipſum ita procuretur citra curioſitatis notam. Abſit, item tumultuoſa omnis & importuna diſtractio.

INTERROGATIO. XX.

Quæ ratiõ tenenda ſit in accipiẽdis hoſpitibus. E

RESPONSIO.

IAm cũ inanis gloria, & humani fauoris captatio, & quælibet prorſus in quacunque re oſtentatio interdicta Chriſtianis hominibus ſint (quãdo qui ipſa etiam mandata iccirco exæquitur, vt ſpectetur ab hominibus, eaq; re apud illos in gloria ſit, debitam alioqui ſtudio illi mercedẽ amittit) tum verò iis, qui ſeruandi cauſa præcepti dominici ad omne ſeſe humilitatis genus abiecerũt, mirabiliter quælibet ſugiẽda inanis gloriæ ſignificatio eſt. Sed quoniam videmus eos, qui in ciuili vitæ genere verſantur, humilitatem paupertatis fugere, veluti rem ignominioſam, ob eamq; cauſam quotieſcunque, aliquis ipſis ſuſcipiendus hoſpes ſit, epularum & copiam & magnificentiam ſtudioſius conſectati: equidem metuo ne ad nos quoque furtim ſe iſtiuſmodi peſtis inſinuet néve planè ij eſſe cõuincamur, quos tãtopere commen F datæ à Chriſto paupertatis pudeat. Vt igitur, ſi vaſa argentea, veláve purpura prætexta, aut mollia ſtragula, & pellucida amicula foris arceſsita cõparatemus, ex decoro noſtro non eſſet: ſic indecorum prorſus fuerit, ſi noua, & à cõmuni victus noſtri ratione longè abhorrentia eſcarum genera excogitare velimus. Illud enim circũcurſare nos, vt ea peruestigemus, quæ nõ ad neceſſarium vitæ vſum requiruntur, ſed ad explendam miſeram libidinem, ambitionemque anxiè ſolita ſunt inueniri: præter quàm quòd fœdum ac turpe eſt, & ab inſtituto noſtro alienum, exemplo etiã apprimè

nocet: quando videlicet, qui luxu diffluunt ac deliciis, & vitam beatā ventris voluptatibus finiunt, nos quoque in eatundem rerum, quibus inhiant ipſi, curis ſolicitudinibuſque verſari animaduertant. Si enim res damnāda ac fugienda indulgentior illè eſt deliciarum luxus, nullo eas pacto amplecti ac deligere debemus. Siquidem de iis, quę iudicata ſunt praua, nullo vnquàm tempore videri nobis debet expediēs & commodum. Qui luxurioſè viuunt, & optimis vnguentis delibuti incedunt, & vinū percolatum bibunt, incuſantur à
A ſcriptura. Et vidua in deliciis viuens, mortua dicitur. Et diues ille propter delicias, quas in hac vita fuerat ſectatus, deliciis paradiſi priuatus eſt. Quid ergo nobis cum apparatibus ſumptuoſis? Acceſsit ad nos hoſpes aliquis? ſi frater eſt, & idē nobiſcū vitæ inſtitutum habet, is domeſticam ſuam menſam agnoſcet: quippe cum, quæ domi reliquerit, ea inuēturus ſit apud nos. at defatigatus ex itinere? eatenus cum eo prolixius liberaliúſve agatur, quatenus ad recreandam eius laſsitudinem ſit ſatis. Acceſſit alius à communi vulgarique viuendi conſuetudine? hic diſcat ex factis, quæ ratio illi perſuadere non potuit, formulam & adūbrationem hinc mutuetur vitæ frugalioris. Inſideant in eius animo monumenta, quæ ipſi memoriam excitent menſæ Chriſtianorum, neq; pudendæ propter Chriſtum paupertatis. Quòd ſi his minime ille permouebitur, ac potius ridiculo habebit, prorſus iterū nobis moleſtus non erit. Verùm enimuerò nos, quandocunque diuites aliquos animaduertimus, ex iis, qui ſummū bonum in volu-
B ptatibus ponunt, vehementer admodum illorum vicem dolemus, deploramúſque, quòd totū vitæ tempus in futilibus, ac nullius precij rebus cōſumant, nempe qui voluptates ſuás deum ſibi ſuum conſtituerint, nec ipſi ſentiunt vt partem bonorū ſuam in hac vita recipiant & per haſce delicias, ad ſibi paratum ignem & illius æſtuantiſsimū ardorem hinc emigrent. Ac ſiquando nacti occationē fuerimus, hæc longiore oratione apud illos perſequi non dubitemus. Quòd ſi futurum eſt vt nos quoq; in iiſdem, in quibus ipſi, criminibus ſimus, & ea quæ voluptaria ſunt, inquiramus & ad oſtentationem ea apparemus equidem metuo, ne quæ deſtruximus, ea ædificare videamur, illis etiā iiſdē rebus, per quas cæteros iudicamus, nempe quorū vita aſsimulatio ſit, qui videlicet modò in hanc, modò in illam formam pro varia temporum ratione tranſeamus, niſi fortè veſtitus etiam demutandus nobis ſit, quotieſcunque caſus tulerit, vt in ſuperbos, ac faſtidio elatos aliquos inciderimus. Quòd ſi hoc facere minus inſtituto noſtro conueniat, illud certè multò ab honeſto alienus, ſi ob iſtos delicatulos à menſæ noſtræ ſolito ritu receſ-
C ſerimus. Conſtans atque vniuſmodi eſt vita germanè Chriſtiani, eaque vnum modo ſibi propoſitum habet, gloriam dei. Siue enim manducatis, ſiue bibitis, omnia ad gloriam dei facite. Verba Pauli ſunt hæc, ex cuius ore Chriſtus loquebatur.
1 Cor.10.d Contraque eorum, qui à vera pietate ſunt alieni, inconſtans ac varia nempe quæ ſeſe modo in hác, modo in illam formam per ſimulationem tranſmutet, & ad illorum, quibúſcum eſt, libidinē accommodet. Quamobrem tu quoq; cū & largiore epularum copia, & exquiſita nimis in illis ad voluptatem apparandis ſolertia in fratre accipiēdo, menſæ tuæ ſolitum ritum immutas, ſine controuerſia ipſum veluti hominem voluptatibus deditum accuſas, & apparatu illo ei cōtumeliam infligis, nimirū qui ventris illi libidinem obiicias. An non ſæpenumero & genere ipſo, & modo apparatus animaduerſo, coniecturā conſueuimus facere quis, aut cuiuſmodi ille ſit, qui expectetur? Nequaquam dominus Marthæ illud laudi tribuit, quod in apparatione rerū multarum occuparetur: ſed, D
Solicita es, inquit, & turbaris circa plurima. Porrò paucis eſt opus, vel vno potius, ac paucis quidem, quod pertinet ad apparatū: vno verò, nēpe ſine ipſo, vt videlicet neceſsitati fiat ſatis. Ipſe autem dominus, prorſus non neſcis, cuiuſmodi mēſam quinq; illis millibus appoſuerit, neq; nō ſimiliter votum Iacob ad deū ſcis: Si dederis mihi panem, inquit, ad veſcendum, & veſtimētum ad induendum: non autem dixit, Si dederis mihi affluentiam opum, aut magnificentiam. Quid vero ſapientiſsimus vir Salomon? Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, inquit, ſed tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè repletus, mēdax efficiar, & dicam, Quis me videt? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen dei mei. Sic ille diuitias ſaturitatem, egeſtatem verò ſummam rerum ad vitam neceſſariarū inopiam definiuit: nimirum ex eo, quod dicit neceſſaria, medium quid inter egeſtatem & abundantiam rerum ad vſum neceſſariarum declarans. Porro aliis rebus eſt opus, pro diſsimilitudine videlicet naturæ corporis cuiuſque, & propoſitæ rei gerendæ neceſsitate. Siquidem huic largiore & validiore opus eſt cibo propter defatigationem laboris, illi contra tenuiore, leuioreque, & ad corporis ipſius imbe- E
cillitatem accōmodato. In commun autem hoc ſtatuendum eſt, vt cibaria, quæ promiſcuè omnibus apponātur, eiuſmodi ſint, quæ cū vili precio, rum paruo etiam negocio cōparentur. Adhibenda tamen in menſa neceſſario vbique mundicia eſt atque elegantia, ita tamen, vt nuſquam extra fines noſtros egrediamur: atque hoc vnum in acceptione hoſpitū noſtra ſpectemus modo, vt eorum cuiuſq;, quos acceperimus, neceſsitati ſatiſ-
fiat. Qui enim viuntur hoc mūdo, inquit, ſint tanquam nō abutentes. Porro abuſus nihil eſt aliud, quàm ſumptus ille, qui vltra neceſſariū vſum fit. Non ſunt nobis pecuniæ? nec ſint. Non ſunt referta penora, quid tū? Viuimus enim in diem, & in labore poſitus nobis eſt victus. Cur igitur eſcā à deo eſurientibus datam, peruerſè in iſtorum delicias ac voluptates inſumimus? & peccamus vtrinque, qui & illis egeſtatis anguſtias intendimus, & his ſaturitatis incommoda exaugemus.

Luc.10.g

Gen.28.d

Prou.30.b

1.Cor.7.e

Pſ.145.b

INTERROGATIO. XXI. F

Quæ ratio in ſeſsionibus, & accubationibus teneri debeat, quandocunque ad prandium, cœnámve ventum ſit.

RESPONSIO.

QVoniam præceptum eſt domini (qui vbiq; nos ad humilitatē aſſuefacit) vt in prandiis etiam accumbentes nouiſsimum locū præoccupemus

pemus: haud dubiè ne hoc quidem præceptũ ab eo negligi debet, qui in eo ſtudeat, vt omnia agat ex mandato. Quamobrem ſi vulgatis ac communis vitæ ſint qui nobiſcum accumbant, danda nobis ſedulo opera eſt, vt hac etiam in parte exemplo noſtro illi diſcant ſe intra modeſtiæ fines continere, neque prima ſubſellia appetere. Sin qui in vnum ſimul conueniunt, eorum omnium vnũ eſt, atque idem vitæ propoſitum, vt videlicet quouis tempore ſuæ humilitatis edãt ſpecimen: hic enim vero ex præcepto domini æquè ad omnes pertinet, nouiſsimum locum occupare. Veruntamen, A pugnax nimis ea de re damnanda contentio eſt: nempe vt quæ modeſtiæ inimica ordinem tollat, & perturbationem ac tumultum inducat. Quin etiam ſi in eo pertuicaces ſimus, neq; ſit qui alteri cedat, peruicaciterque inter nos velimus contendere, ſimile quiddam eueniet plane, ac ſi, de principe loco pugnaremus. Proinde hic quoque conſiderandum eſt, vt cognito diligẽter, quid nos facere addecens ſit, vbi id facere ſtuduerimus, loci poſteà in accubatione aſsignatioẽ arbitrio permittamus illius, apud quẽ ſimus: Sicuti dominus etiam videtur admonuiſſe, quando dixit pertinere ad patremfamilias huiuſcemodi locorũ diſtributionem. Hoc enim modo & inter nos viciſsim ſupportabimus in charitate, honeſtè omnia, & ſecundum ordinem facientes: & illud demonſtrabimus, omiſſa vehementi atque obſtinata illa cõtentione, neutiquam nos oſtentationis, aut captandæ cauſa gloriæ popularis, humilitatem conſectari. Quin cedendo potius, parendoque ad ve- B ram humilitatem perueniemus: quãdo maius ſuperbiæ ſignum eſt, nimis præfractè contendere, quàm principem locum in ſubſellиis tenere, quãdocunque id facere iuſsi obtemperemus.

Ephes. 4. a
1. Cor. 14. g.

INTERROGATIO. XXII.

Qui veſtitus cõueniens ſit homini Chriſtiano.

RESPONSIO.

PRorſus & humilitatem, & in victu cultuque tenuitatem, & omnibus in rebus frugalitatem ac parſimoniam neceſſarias eſſe ſuperius demonſtratum eſt, ſi multitudinem velimus occupationum præcidere, quibus dum neceſsitatibus corporis famulatur, variis modis diſtrahi animus conſuenit. Nimirum ad eoſdem quoque fines dirigẽdum nobis eſt, quicquid ad veſtitum etiam pertinet. Si enim in eo ſtudendum eſt nobis, vt omnium infimi ſimus, ſine dubio, & quod in hoc genere indumentorum infimum eſt, id ſummopere nobis eſt amplectendũ. Vt enim qui ſtudioſi gloriæ ſunt ex amictu etiam veſtimentorum, gloriã ſibi ſoliti ſunt aucupari, nempe qui ex illorũ ma- C gnificentia ſplendoreque ſpectabiles ſe, & in admiratione eſſe cupiãt: ſic videlicet qui ob vitæ humilitatẽ in infimũ ſeipſum abiecerit, in his quoq;, quod omnium infimũ eſt, conſectari debet. Quẽadmodum enim in publica cœna Corinthiis vitio datur, quod magnifico ſuo epularũ apparatu, egẽtibus inopiam viderentur exprobrare ac pudore aſpergere, eodem modo in forenſi quoq; & conſpicuo omnibus veſtimentorum vſu, is qui à populari conſuetudine elegantior recedit ornatus, ex quadam veluti comparatione, eos dedecorat, qui tenuiores ſunt. Cum autem Apoſtolus dicat: Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentiẽtes: exquirat ſeipſum quiſq;, vtrùne magis aſsimilem eſſe Chriſtiano homini conueniat, iiſne, qui habitant in aulis regũ, & mollibus veſtiuntur, an nuncio & præconi aduẽtus domini, quo in natis mulierum nullus ſurrexit maior, de Ioanne loquor filio Zachariæ, cuius veſtimẽtum ex ſetis camelorũ erat. Quid & veteres ſancti illi viri circumibãt in melotis & pellibus caprinis. Porrò ad quem finem vſus is dirigi debeat, docuit nos Apoſtolus D vnico verbo, cũ dixit: Habentes victum, integumentaque, his cõtenti ſimus: Quippe tanquã ſolo nobis integumẽto ſit opus, neq; iam amplius propter varietatem, eamque, quæ ex illa cõſequitur, exquiſitam elegantiã, in damnatum luxuriæ vitiũ (ne quid dicam grauius) incidamus. Siquidẽ hæc poſtea ab inutilibus minimeque neceſſariis artibus in hominum vitam ſunt importata. Atq; etiã perſpicuum eſt, quis nam primus integumentorũ vſus fuerit, qui à domino ipſo eo indigentibus eſt datus. Fecit enim illis, inquit deus tunicas pelliceas: quandoquidẽ ad ea in corpore contegenda, quæ aſpectu ipſo minus fuerant honeſtatis habitura, ſatis erat etiam huiuſcemodi tunicarũ vſus. Sed quoniã in veſtimentis non hoc quæritur tantũmodo, ſed illud etiam prærerea, vt videlicet per ea frigoris incõmoda depellantur, neceſſario ad vtranque rem accõmodatus eſſe veſtimentorum vſus debet, vt per ea ſcilicet & corporis deformes partes obtegantur, & quæ ab cœli inclementia E afferuntur, incommoda propulſentur. Iam quando in his quoq; quædã ſunt, quæ ad plures, quædã quę ad pauciores vſus aptãtur, conſentaneũ videtur ea à nobis pluris fieri oportere, quæ ad plures poſsint vſus accommodari, quo videlicet nihil quicquam cõtra ſuſceptum à nobis ſummæ in victu paupertatis inſtitutum fiat. Neque alia ad forenſem oſtentationem, alia ad domeſticum vſum parta habeamus, atque ex his ipſis item ad diurnum quædam, quædam ad nocturnum tempus diſtributa, ſed eiuſmodi quoddam nobis veſtimenti excogitandum eſt genus, quo ad omnia vti commodè poſsimus: vt videlicet eo amicti, & diurnæ pariter honeſtati, & nocturnæ etiam neceſsitati faciamus ſatis. Ex quo quidem illud continget, & communem omnium noſtrum inter nos in veſtitu ornatum eſſe, & veluti inſignem quandam ac peculiarem ex ipſo amictu etiam homini Chriſtiano impreſſam notam. Quæ enim ad vnum & eundem finem ſpectant, illa vt plurimum inter ſe conueniunt. Vtilis etiã prætereà in hoc peculiaris hęc amictus ratio eſt, quòd ea, qualis ſit vnuſquiſque, antè indicat, & vitæ, quæ ex deo eſt, profeſſionem antè veluti teſtificatur: quæ res facit, vt ab iis, qui nos viderint, actiones etiã iſti profeſsioni F cõſentaneę requirãtur. Neq; enim ſiquid indecorũ inhoneſtũmve geritur, id ſimiliter & in obſcuris hominibus & in iis qui illuſtres magna quædã profitẽtur, animaduerti perinde ſolet aut propalã eluceſcit. Nam de vulgo aliquẽ, aut alioqui obſcurum, ſi in publico is aut pulſet aliquẽ, aut aliunde ipſe pulſetur, & obſcœnas voces emittat, aut frequens in ganeo verſetur, & alia generis eiuſdem flagitioſè

accómodantes vel conformantes
Rom. 12. e
Matt. 11. a
Idem. 16. b
Hebr. 11. g
1. Tim. 6. b
Genes. 3. d

flagitioſè agat, haud facilè quiſquam attenderit, quippe cum id exiſtimet quiſque, eius facta illa vniuerſo vitæ ipſius inſtituto reſpoodere. At, qui vitæ genus ab omni parte abſolutum profiteatur, hunc, ſi vel latum vnguem ab officio ſuo recedere viſus ſit, omnes confeſtim obſeruant, ipſique probri loco illud obiiciunt, & id quod in euangelio ſcriptum eſt, faciunt: Conuerſi dirumpēt vos.
Matt. 7.b Quò fit, vt imbecillioribus, veluti prædagogi di-
A ſimili argumento A ſciplina ſit quædam, qua inuiti etiam à rebus flagitioſis prohibentur, hæc quæ in veſtitu fotis apparet profeſsio. Vt igitur peculiaris quidā in veſtitu eſt ornatus militis, alius Senatoris, itemque aliorum alius, vnde vt plurimum de dignitate illorum cuiuſque capitur coniectura: Sic decorum quoque eſſe, ac conſentaneum videtur, hominem Chriſtianum in veſtitu etiam præcipuum aliquid à cæteris ſeruare oportere, per quod traditum ab
1. Tim. 3.a Apoſtolo modeſtum ornatum illum conſeruet.
Ibidem. 2.a Qui quidem modò cēſens ſtatuit epiſcopum ornatum eſſe debere, modò mulieribus, vt in habitu ornato iocedant, præcipit, ita tamen ſcilicet, vt ornatus ille cum vita Chriſtiani hominis cōgruere intelligatur. Eadem mihi quoque in calceamētis ratio eſt, vt videlicet, quod quàm minimū præferat, curioſitatis, minimoque ſumptu parati poſſit, & ad neceſſarium modo vitę vſum ſit ſatis. Hic canon perpetuo tenore ſeruetur.

INTERROGATIO. XXIIS.

De Zona.

B

RESPONSIO.

IAm zonæ vſum neceſſarium eſſe, & qui ætate nobis ſuperiores fuerunt, ſancti viri declarant, Ioannes quidem, qui zona pellicea ſolitus eſſet præcingere lumbos ſuos, & ante ipſum etiam He-
4. Re. 1.b lias, quando de eius veluti peculiari quodam inſigni ſcriptum eſt illud. Vir piloſus, & zona pellicea circa renes eius. Quin Petrus etiā zona oſten-
Act. 12.b ditur vſus fuiſſe, quemadmodum ex verbis angeli ad ipſum apparet, ſic dicentis, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Similiterque beatum Pau-
[illegible] lum, ex Agabi in ipſum vaticinio, zona conſtat vſum fuiſſe. Virum enim, inquit, cuius zona hæc,
Ibidē. 21.c ſic alligabunt in Hieruſalem. Et præter hos etiam
Iob. 38.a videmus à domino præcipi Iob, ſe vt præcingat. Periode enim quaſi hoc animi ſtrenui & ad rem gerēdam expediti ſignum ſit, ſic eum alloquitur: Accinge, inquit, ſicut vir, lumbos tuos. Saneque diſcipulis etiam domini familiarem fuiſſe zonæ vſum, ex eo etiam intelligitur, quòd interdictum ipſis fuerit, ne æs haberent in zonis: alioqui cū neceſſe ſit, vt qui per ſe ipſe aliquod eſt opus tracta-
C turus, ſuccinctus ſit, & ad omnes corporis motiones expeditus, ei neceſſaria ſit zona, qua tunica reſtringatur, & corpori preſsius adhęreſcat. Quin etiam ea in ſinus collecta, complicataque naturalem calorem impendio magis fouebit, tolletque quicquid naturales corporis motus poſſet impedire: quando etiam dominus, quo tempore parabat ſe, vt diſcipulis miniſtraret, ſumpto linteo pręcinxit ſe. De multitudine autem veſtimentorum,
Ioan. 13.a [illegible] nihil ſanè nunc attinet dicere, cùm hac de re ea in parte, quæ eſt de rerum omniū poſſeſſione abiicienda, ſuperius diſputatum à nobis ſit. Etenim ſi qui duas tunicas habet, is ei qui nullam habeat, alteram iubetur impartiri, hauddubie huic pluriū retētio, ipſius cauſa, interdicta eſt. Quod ſi ita eſt, quibus habere tunicas duas vetitum eſt, his quid attinet de illarum vſu legem ſancire?

INTERROGATIO XXIIII.

D

His abs re ſatis abunde nobis explicatis, iā conſequens fuerit, vt rationem diſcamus, quam in vita cōmuni tenere inter nos debeamus.

RESPONSIO.

CVm Apoſtolus dicat, Omnia honeſtè, & ſe- 1. Cor. 14.
cundum ordinem fiant: equidem illam ego 8.
exiſtimo honeſtam, & ex ordine eſſe viuendi in cōmuni fidelium ſocietate rationem, in qua mem- [illegible]
brorum inter ſe corporis ſimilitudo conſeruatur: vt videlicet alius ſit, qui oculi locum obtineat, cui ſcilicet regendæ totius ſocietatis delata procuratio ſit, quique & quæ iā facta ſint, aut probet, aut improbet, & quæ facienda, antè prouideat, diligenterque conſideret. Alius item, qui aurium, ac manus, in iis audiēdis, tractandiſque, quæ audiri, ac tractari conueniat: qua in re ſinguli ex ordine, ſingulorum inter ſe membrorum ſimilitudinem attingant. Noſſe igitur oportet, quia quemadmodum in corpore, munus ſuum ſine periculo deſerere vnumquodque membrum non poteſt, aut non alio vti ad eam rem, cuius cauſa ab ipſo con-
ditore deo fabricatum eſt (quandoquidem ſi aut E
manus, aut pes oculum habere ducem recuſent, neceſſario & illa res ſibi pernicioſas, cùm vniuerſi [illegible]
corporis interitu attrectabit, & hic aut impinget, aut in præceps etiam deferetur. Siue cōtra oculus ita ſe operuerit, vt nihil aſpiciat, neceſſario ipſe quoque vnà cum reliquis membris, quibus ea vſu veniant, quæ diximus, interibit) ſic nihilo minus intelligendum eſt, non eſſe extra periculum, qui cæteris præſit, ſi negligenter ſe gerat, cum futurum ſit, vt omnium ipſe in iudicio cauſam ſuſtineat. Similiterque qui eſt ſub alterius ditione, eū
ſcire conuenit, ſe, ſi contumax fuerit, neutiquam ἐπαγωγή
id impune laturum: In maiore autem periculo
verſari, ſi alios etiam præterea ſcādalizet. Quam- Rom. 12.b
obrem debet vnuſquiſque eo in loco, in quo eſt, ſtudium ſuum, abiecta prorſus omni cūctatione, alacriter præ ſe ferre. Siquidem hoc modo obtēperans præcepto Apoſtoli, qui dicit, Studio non pigri, animi parati, promptiq;, laudem nanciſcen-
tur. Contraque ſi lenteſcens ignauia neglexerit Hie. 48.b
officij ſui munia, hoc eſt miſeri appellationē incurret, audietque illud, væ. Maledictus enim, in-
quit, qui facit opus domini negligenter. F

INTERROGATIO. XXV.

Quam terribile antiſtiti iudicium imminet, ſi fratres delinquentes non arguat.

RESPONSIO.

QVamobrem cui communis totius regendæ ſocietatis data prouincia eſt, is ita eſſe animo affectus debet, quaſi qui intelligat reddendā ſibi

ſibi de vnoquoque rationem: illudque ſibi perſuadere, ſi de fratribus aliquis in aliquod peccatum inciderit, quem prius ipſe de iudicio dei non præmonuerit, vel ſi iam lapſus, in eo perſtiterit, ac non rationem ipſam, qua ſanari poſſit, docuerit, fore vt ſanguis eius requiratur de manibus ipſius, ſicut ſcriptum eſt, præſertim ſi non ex inſcitia aliquid tacens præterierit eorum, quæ deo non placent, ſed ex aſſentatione, quòd ſe demittēs ad cuiuſque vitia accommodet, exactam ſibi creditæ Reipublicæ diſciplinā diſſoluerit. Qui enim beatos vos dicunt, inquit, ipſi vos decipiunt, & viam pedum veſtrorum diſturbant. Qui autem turbat vos, ipſe iudicium portabit, quicunque ille eſt. Quod ne vſu nobis eueniat, in iis, quæ agenda nobiscum fratribus ſunt, exemplum Apoſtoli imitari debemus. Neque enim aliquādo, inquit, fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ (deus teſtis eſt) nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab illis. Quamobrem qui à vitiis planè iſtiuſmodi eſt alienus, hic fortaſſe, qui iter rectum cùm ſibi, tùm cęteris, qui ipſum ſequantur, & fructuoſum, & ſalutare poſſit commonſtrare. Etenim qui neque ſtudioſè humanos honores conſectatur, neque pro deuitanda apud delinquentes offenſione laborat, ea re, vt iucundus apud illos gratioſuſque ſit: prorſus hic ſyncere, vereque, charitate ac præſentia animi adhibitis, dei verbum tractabit, neque ob rem vllam animum inducet, vt veritatem adulteret: eaque merito in eum conueniēt, quæ dicta ſunt deinceps, Sed facti ſumus indulgentes in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiam animas noſtras. Qui verò in auditores non hoc pacto afficitur, is dux cæcus eſt, & ſeipſum agit in præceps, & ſequētes ſe etiam inducit. Quantum autem malum ſit illud pro recto itinere, erroris cuipiam fratrum ducem eſſe, hoc ex iis, quæ dicta ſunt ſigna, intelligi poteſt. Ex hoc portò ſignificatio fit etiam, neutiquam eſſe illum charitatis præceptum conſecutum, quandoquidem nullus eſt pater, qui in eo conniueat, ſi filium in foueam lapſurum prouideat, aut delapſum iam, in ea iacere patiatur. Quantò autem illud ſit grauius, animam, quæ in profundum malorum deciderit, pati in interitu illo diutius iacere, quid hoc vero attinet dicere? Neceſſario igitur ei pro totius fratrum ſocietatis animabus vigilandū eſt, & quæ ad ſalutem cuiuſque conducant, omnia ſolicitè accuranda, vt qui de ipſis rationem ſit redditurus: & eatenus ſolicitè accuranda, vt ſe pro teſtando ſuſcepto illorum ſalutis cauſa ſtudio, morti exponere non dubitet: Neque id ex eo, quòd omnibus à domino promiſcuè dictum eſt de charitate, vt videlicet animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis: ſed ex eo etiam, quod ſingulariter dictum eſt ab eo, cuius verba ſunt hæc: Deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiam animas noſtras.

Ezech. 3. c — A — Eſaie. 3. b, Gal. 5. b, ταράσσων — 1. Theſſ. 2. a — ἀλυπίαν ἀπαθῆ — 1. Theſſ. 2. b ἠπιοι — B — C — Ioan. 15. b

INTERROGATIO. XXVI.

Quàm omnia etiam cordis arcana à fratribus cum antiſtite communicari debeant.

RESPONSIO.

Debet autem viciſſim vnuſquiſque eorum, qui inferiores ſunt, ſiquidem memorabilem vllam facere progreſsionē ſtudet, & ad perfectionem vitæ illius, quæ præceptis domini noſtri Ieſu Chriſti eſt conſentanea, peruenire, cum nullum animi ſui motum apud ſeipſum celatum retinere, tum in ſermone nihil non diligenti antè cura conſideratum proferre, ſed mentis ſuæ arcana aperire fratribus iis, quibus datum illud negocium ſit, vt adhibitis facilitate ac miſericordia, ægrotantes curent. Hoc enim modo fiet, vt & quod laude dignum ſit, in nobis confirmetur, & quod minus probandum congruo remedio ſanetur: atque ex huiuſmodi mutua exercendi inter nos conſuetudine, per modicas acceſsiones ad perfectionem perueniamus. D

βίω — ἀποκαλύπτειν τὰ κρύπτα

INTERROGATIO XXVII.

Quòd ipſe quoq; admoneri antiſtes debet, per eos qui inter fratres eminent, ſi quando incidat vt aliqua in re etiam ipſe labatur.

RESPONSIO.

Verùm enimuerò quemadmodum neceſſario iis, quibus præeſt, omnibus in rebus recti itineris dux eſſe antiſtes debet, item quoq; viciſſim reliquorum officiū eſt, ſiqua vnquam minus laudabilis de antiſtite orta ſuſpicio ſit, ipſum admonere. Verumenim ne qua cōſtanti diſciplinæ ordini iniuria fiat, huiuſmodi admonitio ad eos eſt deleganda, qui cùm ætate, tum prudētia in ſocietate, reliquis præſtent. Ita enim fiet, vt ſiue quid fuerit, quod emendationem deſideret, & fratrem ipſum noſtrum iuuemus, ſimulque vna atque eadem opera nos ipſos etiam, qui videlicet ipſum, qui vitæ noſtræ veluti norma ſit quædam, ſuaque ipſe rectitudine prauitatem noſtram arguere debeat, diſtortum, ad rectum reuocemus. Quòd ſi temere quidam ſecus de ipſo ſuſpicati non nihil turbelæ adierint ij cognita veritate eorum, propter quæ in falſam ſuſpicionem illam venerant, certi de eo, amplius iam dubitare deſiſtant. E

INTERROGATIO. XXVIII.

Quo eſſe omnes animo affecti debent aduerſus contumacem, ſiue inobedientem?

RESPONSIO.

Caeterum qui ita animo affectus ſit, vt ad exequenda domini mādata cunctabundus accedat & lenteſcens eius primo ſimul miſericordiam capere reliqui omnes debent, veluti membri grauiter affecti, ipſeque priuatis admonitionibus antiſtes operam dare, vt morbū ab eo illū depellat: permanentem autem in obſtinatione, neque ipſum ſeipſum emendātem, coram cunctis fratribus redarguere, eique medicinam ſumma cū lenitate, & verborū exhortatione adhibere. Porrò is, ſi poſtquā admonitus ſæpius fuerit, nihilo minus tamen inuerecūdè in vitio perſeuerare, neque ſubeundis alacriter laboribus, ſegnitiem F

ἐμβριθέστερως ἐγγενῶς. A ſenedis docta moſterbara.

ſegnitiem ſuam emendare contendere, animaduerſus ſit, hũc perinde, vt ipſum ſuimetipſius corruptorem (vt eſt in prouerbio) non ſine multis quidem lachrymis, lamẽtationibúſque, vt membrum tamen penitus vitiatum, inutileque, medicorum more à reliquo corpore præcidere cõuenit. Etenim illi quodcunq; tandem in aliquo mẽbrum inſanabili morbo correptum inuenerint, ne vitium latius proſerpat, néve ex cõtage ſe diſfundente contiguas partes corrũpat, illud ſecan- A do, vrẽdóve tollere funditus ſoliti ſunt. Hanc autem eorum conſuetudinem neceſſariò nos quoq; in iis debemus imitari, qui præceptis domini aduerſantur, impedimentoque ſunt, ita enim iuſsit ipſe cum dixit: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te, quando clementia illa, qua quis aduerſum iſtiuſmodi homines vtitur, ſtultæ illi Heli indulgentiæ facilitati aſsimilis eſt, qua præter dei volũtatem erga filios ſuos ille vſus fuiſſe animaduertitur. Proinde veritatis proditio, & cõmunis noxa & ad nullum prorſus honorum malorumque habendum delectum aſſuefactio, eſt hæc in ſpeciem aduerſus iſtos de induſtria peccantes homines lenitas atque clementia, cum nec iam illud fiat, quod ſcriptum eſt, Cur nõ magis luctũ habuiſtis, vt tolleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit? & neceſſario tamen illud contingat, quod aſcriptum eſt, Quòd ſcilicet modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Peccantes autem, inquit Apoſtolus, coram omnibus argue: cauſamque cur ita iubeat, cõfeſtim adiungit, vt & cæteri timorem habeant. In ſumma B autem, qui adhibitam ſibi à fratre medicinam recuſat, hic ſine controuerſia etiam à ſemetipſo diſſentit. Etenim ſi parere alteri non vult, ac voluntatem ipſe vindicat ſuam, quid eſt tandem cur cũ ipſo amplius moretur? Quamobrem vitæ ſuæ moderatorem illũ appellat? Verumenim, vbi quis ſemel ſe in reliquum fratrum corpus coaptãdum tradiderit, is ſi membrum poſtea ad miniſtrãdum aptum iudicatum fuerit, eſto quod ipſi impoſitũ ſit, vires ipſius videatur ſuperare, de iudicij periculo prorſus illum eſſe ſolicitũ ſinito, qui ea imperet, quibus vires ſuæ pares eſſe nun poſsint: ipſe autem parendo, obediendoque, alacritatem pro virili declaret ſtudij ſui vſque ad mortem memoria aſsiduè dominum tenens, qui factus fuit obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Illud autem antiſtitis imperiũ detrectare, & verbis aduerſum iuſſa ipſius litigare, magno indicio eſt, eum qui id faciat, multis vitiis laborare, fidei debilitate, ſpei ambiguitate, arrogantia morum, atq; ſuperbia. Neque enim alterius dicto audiens vnquam eſſe quiſquã recuſat, niſi prius ipſum ſibi conſilij autorem apud ſeipſum deſpexerit: neque C qui ſibi certa fide perſuaſit, vera eſſe promiſſa dei, deque ipſorũ ſpe nihil dubitat, etiam ſi laborioſa ſint, quæ ſibi imperentur, grauatè ad illa vnquam accedet, vt qui certo nouerit, non eſſe condignas paſsiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis: Neque non, cui illud perſuaſum eſt, verum eſſe, Quòd qui ſe humiliat, exaltabitur, ſtudio ſuo imperantis ſibi aliquid, expectationem ſuperabit: quippe qui nihil addubitet, hoc quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari.

Matt. 5. d. — *[illegible]* — *1. Cor. 5. a* — *1. Tim. 5. e* — *Philip. 2. b* — *Memorabi le [illegible]* — *Rom. 8. d* — *Luc. 14. c* — *2. Cor. 4. d*

INTERROGATIO XXIX.

De iis qui cum elatione, murmuratione ve opus faciunt.

RESPONSIO.

CAeterum ſiquis murmuraſſe, aut plus æquo extuliſſe ſe animaduerſus fuerit, huius opus D nequaquam cum illorum cõmiſceri operibus debet, qui humiles ſint, ſpirituque cõtriti, neque id vllo modo in pietatis veræ cultorum vſus erogari. Siquidem quod altum eſt hominibus, id abominabile eſt apud deum: eoque magis, quòd hac de re eſt præceptum Apoſtoli, qui quidem ſic dicit: Neque murmurabitis, ſicut quidam murmurauerũt, & perierunt ab exterminatore. Itemque alio in loco: Non ex triſtitia, aut ex neceſsitate. Ingratum eſt igitur iſtiuſmodi hominum opus, veluti ſacrificium immundum, eoque neutiquam fas ſit miſtum aliorũ inſeri piis operibus. Si enim qui alienum ignem altari admouerunt, ea re grauem adeo in ſe dei iram experti ſunt: qui non obſecro periculoſum ſit, opus quod ab animi affectione deo inuiſa proficiſcatur, ad exequẽda mãdata ipſius admittere? Quæ enim, inquit, participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ pars fideli cum infideli? Iccirco ſcriptũ eſt in lege, Qui immolat mihi vitulum, quaſi qui interficiat canem: Et qui offert Semidalim, quaſi qui ſanguinẽ ſuillum offerat. Ex quo intelligitur, neceſſariò pigri & contumacis hominis opera à fratrum cõuentu amandari oportere. Summeque hac in parte aduigilare antiſtites conuenit, vt neque ipſi decretũ E violent illius qui dixit, Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabat in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Neque id agant, vt eum, qui mandato peccatum admiſcet, & opus quod facit, ſiue laboris ſegnitie, ſiue elatione propter maiorem induſtriam, contaminat, in ea quaſi prauitate confirment, qui ex eo, quod illud admittunt, perſentire illũ non ſinant, quantis in malis verſetur. Oportet itaque & antiſtitem ipſum illud ſibi perſuaſum habere, ſe niſi, vt debet, fratris ſaluti in munere ſungendo ſuo conſuluerit, grauiſsimas atque ineuitabiles pœnas daturum. Siquidem ſanguis illius requiretur de manibus eius, ſicut ſcriptum eſt. Et viciſsim, qui eſt ſub illius imperio, ita ſe animo cõparaſſe, vt nulla res ſit quanlibet difficilis quæ ſibi imperetur, ad quam ſuſcipiendam grauatè accedat, aut cunctetur, vt cui ſit perſuaſum, mercedem ſibi præſto eſſe copioſam in cœlis. Proinde quicũque ſubeſt alterius imperio, is gloriæ ſpe oblectare ſe debet, F vt in omni gaudio & patientia opus domini fiat.

Luc. 16. d — *1. Cor. 10. a* — *[illegible]* — *Leui. 10. a* — *A ſimile cõ firmatio.* — *Eſa. 66. b* — *[illegible]* — *Pſ. 100. b* — *[illegible]* — *Ezech. 3. d*

INTERROGATIO XXX.

Cuiuſmodi cum animi affectione curã reliquorum fratrum gerere antiſtites debent.

RESPONSIO.

ET antiſtes ipſe neutiquam dignitate illa extolli debet, ne ipſe quoque à beatitudine illa excidat,

Matt. 5. a — *1. Tim. 3. b*

excidat, quæ promiſſa eſt humilibus, vel etiam inflatus incidat in iudicium diaboli. Siquidem illud habere ſibi perſuaſum debet, vt quo præſit pluribus, hoc neceſſe ſit, pluribus vt miniſtret. Vt igitur qui ſauciis multis miniſtrat, & ſaniem de ſingulis eorum vulneribus abſtergit, & pro natura vniuſcuiuſque mali remedia ei adhibet accommodata, munere illo neutiquam ad animorum elationem vti conſueuit, ſed ad demiſsionem potius, & ſolicitudinem, ac maiorem quandam curam: itidem, ac multò etiam magis, is, cui totius fratrum ſocietatis ſanandæ prouincia eſt delegata, perinde vt qui omnium miniſter ſit, & rationem de vnoquoque illorum redditurus, ſic ſecum agitare animo, & contendere anxiè debet. Hoc enim modo, & illud aſſequetur, quod propoſitum eſt à domino ſic dicente: Siquis vult eſſe inter vos primus, erit omnium nouiſsimus, & omnium miniſter.

INTERROGATIO. XXXI.

Quòd nequaquam recuſare inferiores debēt, quo minus interdum ſibi ab antiſtite miniſtretur.

RESPONSIO.

Atque officia etiam ad corpus pertinentia, quæ ab iis adhibeantur, qui principes in ordine exiſtimantur, admittere cæteri debent, qui inferiores ſunt. Nam & ſuperiorem humilitatis ratio admonet, vt miniſtret: & inferiorem, ſi miniſtrari ſibi patiatur, nequaquam facere contra officium, declarat. Hoc enim ita fieri conuenire domini exemplo, ac diſcipulorum eius docemur: ac domini quidem, qui diſcipulorum ſuorum pedes lauare ipſe dedignatus non ſit: diſcipulorum verò, qui nequaquam contra hoc auſi ſint repugnare. Quin qui initio propter eximiam quandam, ac pietatis plenam erga dominum ſuū reuerentiam hoc recuſauerat Petrus, confeſtim vbi certior factus eſt de periculo, quod iis immineret, qui obedientiam abieciſſent, mutata ſententia, obedientiā auidiſsime eſt amplexus. Quāobrem non eſt cur metuere debeat is, qui ſubiectus eſt, ne ab humilitate diſcedat, ſi quando contingat, vt ipſi miniſtret, qui maior ſit ipſo, quando docendi cauſa ſæpe, & exempli in animis cernentium altius infigendi, potius, quàm quod neceſſitas id vlla deſideret, huiuſcemodi officia ab eo ſolita ſunt adhiberi. Obediendo igitur, imitandoq; humilitatem ſuam probet vnuſquiſque: non autem altercando, per humilitatis ſimulationem ſuperbiæ, arrogantiæve munere fungatur. Contradictio enim indicio eſt, velle qui repugnat, eum ſui iuris eſſe, neque alteri parere. Itaque ſuperbiæ potius ac contumaciæ ſignum eſt, quàm humilitatis, & perfectæ omnibus in rebus obedientiæ. Quapropter neceſſariò parendum eſt illi qui dixit: Supportantes inuicem in charitate.

INTERROGATIO XXXII.

Quomodo nos animatos eſſe conueniat aduerſus propinquos noſtros, & cognatos.

RESPONSIO.

Atque illud etiam cauendum eſt, ne qui intra reliquorum ſemel recepti fratrum ordinem fuerint, iis ab antiſtite permittatur, vt mente diſtracti huc illúcque cogitatione temere rapiantur, ſimulatione ve propinquorum viſendorum ſuorum à reliquis fratribus diſcedant, ac vitam in obſcuro ſine vllis teſtibus agant, aut certè vt curam ſuſcipiant cognatorum ſecundum carnem, prætextu quouis illis patrocinandi. Siquidem verba hæc, meum & tuum, in vniuerſum à fratribus vſurpari ratio vetat. Erat enim, inquit, multitudinis credentium cor vnum, & anima vna nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuū eſſe dicebat. Sanè ſi cui naturales aut fratres ſunt, aut parentes, & eorum vita ex deo eſt, iis à cunctis pariter, tanquam communibus parentibus conſuli debet. Quicunque enim, inquit dominus, fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, hic frater meus, & ſoror, & mater eſt. Porrò huiuſmodi curam peculiariter arbitramur ad antiſtitem pertinere. Si verò in communi ij, vulgari viuendi conſuetudine ſunt implicati, ſine dubio nulla nobis eſt cum illis ſocietas, quorum ſtudiū omne huc ab initio ſpectauit, vt honeſtati maxime ſeruiremus, & ſine vlla diſtractione deo aſſiduè cohæreremus. Præter id enim quòd vſitatione noſtra, vtilitatis ipſis nihil afferimus, incommodum etiam illud accedit, quòd vitam noſtram ſexcentis curis ac perturbationibus exponimus, eaq; re ipſi ad peccandum nobis multiuariam occaſionem acceſſimus. Quin etiam ne ſi ipſi quidem, qui mandata dei contemnunt, & pietatis officium pro nihilo ducunt, aliquando ad viſendos apud nos propinquos olim acceſſerint ſuos, ij recipi intro videntur oportere, veluti qui dominū non diligant, qui dixit: Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Quæ autem participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ pars fideli cum infideli? Et quod in eo ſumme eſt elaborandum, vt iis, qui ſe adhuc in veræ pietatis ſpatiis exercent, omnes ab omni parte ad peccandum cauſæ circumcidantur: in quibus illa eſt maxima, recordatio vitæ ſuperioris, ne quando id illis vſu veniat, quod dictum eſt, Quòd cordibus ſuis conuerſi ſunt Aegyptum, quæ res per frequentem cum naturalibus propinquis conſuetudinem ac familiarem cōgreſſum ſolet accidere. In vniuerſum autem nemini eſt permittendum, neq; propinquo, neq; alieno, ſermonem cum fratribus de re vlla inſtituere, niſi de illis id planiſſimè nobis ſit perſuaſum prius, quib[us] de rebus collocuturi illi inter ſe ſint, eas ad ædificationem & tranquillam animarū ſedationem cōducere. Quòd ſi omnino ad eos, qui ſe aliquando intro ſemel ingeſſerint, neceſſariò adhibendus ſit ſermo, huiuſmodi ad eos delegari munus debet, quibus creditum eſt donū loquendi, tanquam iis qui ſcienter ea poſsint & loqui & audire, quæ ad fidei ædificationem pertineant, cū manifeſtè Apoſtolus doceat nequaquam adeſſe omnibus rectè loquendi facultatē: ſed raros eſſe, quibus datum ſit huiuſcemodi donum. Sic enim ait: Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, & alio in loco: Vt potens ſit exhortari in ſana doctrina, & eos, qui contradicunt, arguere.

INTERROGATIO. XXXIII.

Quæ ratio tenenda ſit io congreſsionibus cum ſororibus ſaciendis?

RESPONSIO.

OMnioo qui ſemel iam matrimonium aboegauit, hũc ſine dubio ſolicitudioes illas quoque multò magis par eſt, abnegaturum fuiſſe quibus eum angi ſolere Apoſtolus ait, qui io matrimooio eſt, qua tatiooe videlicet placeat vxori, A omnemq́ue prorſus ab ſeſe curam illam ablegaturum, quæcunque ineundæ cauſa ab vxore gratiæ ſuſcipi ſolet, nimirum quod ſentẽtiam formidet illius, qui dixit, Diſſipauit deus oſſa eorũ, qui bominibus placent. (Pſal. 52.b) Ita, oe cum mare quidem, allicieodæ ſibi cauſa volontaris illius, congredi animum inducet, ſed propter ſtudium illud, quod ex maodato dei vnuſquiſque proximo debet, ſi neceſsitas poſtulabit, cum eo in colloquium veniet. Neque verò omnibus tamen nullo delectu quicunque veliot, libera hæc fieri colloquij poteſtas debet, neque ad eam rem quoduis tempus, aut locus quiuis aptus exiſtimari: ſed ſi quidem, vt Apoſtolus præcipit, (1.Cor.10.g Ibid.14 g) ſine offenſione futuri ſumus cum apud Iudæos, tum apud Græcos, tum apud Eccleſiam dei, omniaq́ue decenter, ac ſecundum ordioem facturi, & ad proximi animæ vtilitatem omoia relaturi, neceſſario perſonæ, temporis, vtilitatíſque, ac loci ſeruato decoro, baberi delectus debet, quibus ſimul omnibus & omois, quæ ſecus B oriri poſſet praua de nobis ſuſpicionis vmbra depellatur, & documeotum certiſsimum motũ, ſanctitatis, pudicitiæq́ue in iis vbique appareat, qui idooei fueriot iudicati, qui mutuo ſe coouenirẽt, ([illegible]) & de rebus placentibus deo, tam ad neceſſarium corporum vſum, quàm ad aoimarum etiam culturam pertinentium ioter ſe communicarẽt. Porrò bi ab vtraque parte neque pauciores eſſe debent, quàm duo. Siquidem & qui vnus eſt, facilè is cauſam ad ſuſpicionem dat (ne quid dicam grauius) & ad ea quæ dicuntur, confirmanda, minus babet autoritatis, manifeſtè aſſerentibus ſacris literis, (Matt.18.c) In ore duorum, vel trium ſtate omne verbũ, oeq; plures item quàm tres, oe ſuſceptæ exequeodi cauſa mãdati domini induſtriæ ſedulitas retardetur. Cæterum ſi oeceſsitas poſtulauerit, vt de iis, qui in ſocietate ſiot, aliqui alij aut dicant aliquid, aut audiãt, quod ad illorum quempiam nominatim pertineat, hi oullo modo ipſi ioter ſe in colloquium veniunto: ſed qui ætate prouectiorea fueriot delecti, ij apud eas, quæ ſimiliter delectæ ætate grandiores ſint, quæ ab illis tractanda acceperint, tractanto, & his ioternũciis quicquid neceſſariò tranſigeodum ſit, tranſigitor. Huiuſmodi autem diſciplinæ ſeueritas, non io fœminis modo C ad mares, aut viciſsim maribus ad fœminas, ſed inter eos etiam, qui eiuſdem ſint ſexus, cooſeruator. Porrò bi præter reliquam in rebus omnibos religioſam circuoſpectiooem, vitæq́ue ſanctitatem, io percootaodo etiam ac reſpondendo prudentiam adhibento, & in iis quæ vltro citroq́ue perferri oporteat, fideles, iotelligeotéſque ſunto, vt videlicet, qui ſe ipſorum fidei committunt, & voti compotes efficiantur, & quibus de rebus inter ſe commuoicauerint, de iis, quin ſyncerè perlatæ tractatæq́oe ſint, omnino nihil addubitent. Atque etiam io muneribus iis, quæ corporis neceſſarios vſus attiogunt, deligi certi debeot, qui iis præficiantur: & hi ſimiliter cum delectu, qui ſcilicet & ætate cæteris præſteot, & cum in geſtibus, tum etiam io moribus grauitatem cõſeruent, ne conſcientiam alicuius ad ſuſpicionem prauam percutiant. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia cooſcientia? (1.Cor.10.g)

INTERROGATIO. XXXIIII. D

Cuiuſmodi eſſe debent ij, qui res in conuentu vſibus fratrum oeceſſarias diſpenſant?

RESPONSIO.

ATque etiam iis, qui intus res ad fratrum vſum oeceſſarias diſtribuũt, prorſus in ſingulis ordinibus aliqui erunt, qui illos poſsint imitari, de quibus eſt io Actis, Solitos eos fuiſſe ſingulis diſtribuere, prout vnicuique opus erat: (Act.4.g [illegible]) Diligenterque illud circumſpiciant, vt faciles ſe ad omnes, & clemeotes præbeant, neque ſuſpiciooem alicui aliquam commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolẽtiæ, ioclinationiſve animi propenſioris, quemadmodum Apoſtolus præcipit, (1.Tim.5.d) ſic dicens: Nihil faciens in alteram partem declinando, aut contrà ſimultatis, contentioniſque (quod vitium tanquam ab homioibus Chriſtianis alieoum, idem Apoſtolus reiicit, cum dicit: (1.Cor.11.c) E Siquis videtur ioter vos cooteotioſus eſſe, nos talem conſuetudinem oon babemus, neque Eccleſiæ dei) vt ob eam cauſam, & iis, quibus infenſiores ſint, neceſſarias res ſubtrahant, & illis, io quos animi inclinatione propendeant, amplius quàm quantum ſit opus, largiãtur: (Fauor quo quis in alteram magis partem propendet & inclinat, vitandus Antiſtiti.) quorum alterum fraterni eſt odij, alterum amoris vitioſi, quod eſt vitium maximè infame. Quibus ex rebus illud oobis vſu venit, vt mutua & coocors cõſpiratio, quæ ex charitate oaſci conſueuit, ea diſtrahatur, & io eius locum ſuſpiciooes prauæ, æmulatiooéſque, atque obtrectationes clam arrepunt, & ad labores in operibus adminiſtraodis ſubeundos lenteſceotis animi cunctatio. Quamobrem cum ob ea quæ dicta ſunt, tum ob alia etiã eiuſcemodi multa, quæ illa comitantur, ab hac praua animi propenſione, ac fauore ſtudioq́ue contentioois, neceſſe ſit, ſe vt liberrimos atque expurgatos reddant, qui res intus ad fratrum vſus oeceſſarias diſtribuunt. Sæpeq́ue cum ij, tum reliqui omnes, qui aliud quoduis vtile, ac neceſſarium fratribus munus adminiſtrant, eiuſmodi & animum adhibere, & ſtudium debeot, proinde quaſi non bomioibus, ſed domioo ipſi miniſtrent, qui pro incredibili ſua booitate delata iis qui ſe ipſi conſecrauot, honorem ac ſtudium, perinde babet, quaſi F ea ipſe accepiſſet, & pro bis cœleſtis ſe regni hæreditatem daturum promittit. (Mat.25.d) Venite enim, inquit, beoedicti patris mei, hæredes eſtote parati vobis regni à conſtitutione mundi, quia quatenus feciſtis voi de his fratribus meis minimis, mibi feciſtis. Similiterq́ue ex cootrario, imminens iis qoi oegligentes fuerint, periculum iotelligere, ac memoria verba illa tenere: Maledictus omnis,

Mat. 25.b

nis, qui facit opus domini negligenter, neq; enim à regno excluduntur modo, ſed horroris etiam, ac terroris pleniſsimam domini aduerſus iſtiuſmodi homines latam ſententiam illam expectãt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum paratum Diabolo & angelis eius. Quòd ſi qui curá & adminiſtrationem adhibent, ij ſtudij ſui fructum adeo magnum adipiſcuntur, & contra, negligentiæ horribile adeo iudiciũ expectant, quanta tandem animi contentione eniti debent ij, qui

Arg. à contrario.

A huiuſcemodi munus ſuſciplunt, vt dignos ſe præbeant, qui fratres domini appellentur? Id quod voce eiuſdem domini doctrice aſtruitur dicentis: Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis, hic frater meus, & ſoror, & mater eſt, quãdo quicunq; non totius vitæ ſuæ actiones ita inſtituit, vt eas ad domini voluntatem referat, vt videlicet, & cum integra ſit valetudine, tenendæ cauſa charitatis, ſtudioſe ſe in laboribus, & faciendis operibus exerceat, & cum aduerſa laboret, ſummam tolerantiam, & cum gaudio patientiam adhibeat, hic primo in eo periculo, eoq; maximo verſatur, quod alienatus eſt à domino, & dum voluntati eius non obtemperat, ſeipſum auulſerit à fratrum ſuorum conſortio. Deinde in illo etiam, quod ea indignè audet communicare, quæ parata idoneis ſunt. Quocirca neceſſariò in

2. Cor. 6.a

hoc quoque illorũ meminiſſe nos conuenit, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo, his verbis: Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam dei recipiatis, & operam vt detis, ne, qui vocati in locum fratrum domini ſumus, eiuſcemodi dei donum in

B cõtumelia habeamus: néve magnam adeo dignitatem dum omnimodam eius voluntatem cunctamur explere, prodamus. Sed potius eidem Apoſtolo pareamus, dicenti: Obſecro vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis.

Ephes. 4.a

INTERROGATIO XXXV.

Nunquid in vno & eodem pago plures conſtrui fratrum conuentus conueniat?

RESPONSIO.

ὑπόδειγμα μελῶν.

SAnè huiuſcemodi quæſtionem, membrorum ſimilitudo, quam ad res pleraſque commodè vſurpamus, dilucidè nobis explanat. Quoniam igitur ſuperius declaratum eſt, corpori, quod ad omnia membrorum officia ex decoro, ac ratione habile futurum ſit & articulatim compactum, opus eſſe oculis, & lingua, & cæteris, quæcunque neceſſaria, ac præcipua in corpore ſunt, membris: arduamque rem eſſe, inuentuque difficili-

C mam, animum nãciſci, qui pluribus præditus eſſe oculis poſsit (etenim abſoluta ſeueræ diſciplinæ ratio moderatorem conuentus & prouidum, & nec parum eloquentem requirit, & prætereà vigilãtem ac mitem, & eiuſmodi, qui perfecto corde dei iuſtificationes exquirat) qui quæſo fieri poteſt, vt plures tales in vno atque eodem pago reperiantur? Quod ſi omnino fors ferat aliquando, vt duo, trésve reperti ſint tales (quod quidem neque factu facile eſt, neq; factum vnquam cognouimus) ſanè longè eſſe videtur præſtabilius ſi hi gubernandi inter ſe prouinciam ac ſolicitudinem communiter partiantur, viciſsimque alter alterius laborem ſubleuet: videlicet vt peregrè profecto altero, aut occupatione aliqua diſtento, aut alio quolibet caſu impedito, quemadmodum vſu venire ſolitum eſt plerunque, vt antiſtes abſit à reliquis fratribus, præſtò ſit alter, qui eius deſiderium ſentiri non ſinat. Hoc ſi non eſt, ad conuentum alium ſe conferat, cui opus ſit moderatore.

D Atque etiã magnopere ad id, quod nobis propoſuimus, prodeſſe exemplum poteſt earum rerũ, quas vulgo quotidie cernimus fieri. Vt igitur artium earum, quæ in communi vita verſantur, periti, iis ſoliti ſunt obtrectare, æmulatione quadam mutua qui eiuſdem ſecum ſunt artificij, quod res videlicet ipſa naturaliter ſenſim eorum in animis mutuam inter ipſos parere ſolita ſit: item plerunque idem ferè in huiuſmodi vita ſolet accidere. Initio enim contentionem à rebus honeſtis auſpicantes, cũ inter ſe certatim alij alios ſtudeãt ſuperare, aut hoſpitib[9] recipiẽdis, aut numero eorum augendo, qui ſe aggregant exercendæ pietati, aut muneribus huiuſmodi honeſtis quibuſdam fungendis, dum progreſſus maiores faciunt, poſtremo in ſimultates contentioſas delabuntur. Quæ res cùm aduenientibus peregrè fratribus magnam & ancipitem curam afferat, & difficultatem (nempe quibus cũ ex labore itineris feſsis capienda requies eſſet, animus neceſſario ſit diſtrahendus, dubitantibus ad vtros potius diuertant, quando & hos illis anteponere odioſum eſt, & tamen vt ſimul ſatis vtriſque fiat, res ipſa non patitur, eoque magis, ſi forrè neceſſario ipſis iter vrgere feſtinantius conueniat) tum iis etiam, qui

Argu. à ſimili.

Contentiones ex æmulatione aliorum naſcuntur.

E tenendæ cauſa eiuſdem cum ipſis vitæ, initio ad ipſos ſe conferunt, haud mediocrem afferunt animi anxietatem: quandoquidem neceſſario coguntur addubitare, vtrorum magis diſciplinæ vitam committant ſuam, cum id omnino animaduertãt fore, vt ſi ſe ad hos certa deſtinatione applicuerint, alios improbaſſe videantur. Ipſo igitur mox initio eos lædi neceſſe eſt, quod elatius de ſeipſis ſentiant, quippe qui non ſe penitus tãquam prorſus rudes, aliorum diſciplinæ inſtituendos, ac veluti formandos tradunt, ſed iam tum ordinum iudices, & ceu æſtimatores eſſe aſſueſiunt. Quocirca cum illud intelligatur, in huiuſmodi ſeparata aliorum ab aliis habitatione, certum prorſus & confeſſum nullum bonum ineſſe, contraque incommoda manifeſta contineri tam multa: ſine dubio ſtatuendum eſt, inutilem eſſe penitus hanc inter ſe aliorum ab aliis contubernalium diſparationem. Quod ſi fortè aliqui aliquãdo in ea reperti fuerint, antequam, ne eſſent, prouideri potuerit, adhibenda eſt quamprimum correctio, &

Cõcludit nõ debere fratrum collegia.

F maximè, poſtquam quæ inde incommoda naſcantur, re ipſa experti didicerint. Nam illud, in ſuſcepta ſemel ſententia præfractè velle permanere, manifeſtæ eſt peruicaciæ. Siquis autem videtur contentioſus eſſe, inquit Apoſtolus, nos talẽ conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ dei. Quam enim cauſam afferent, quominus in vnius corporis compagem agglutinari poſsint? an eam fortaſſe, quod neceſſariarum ad vſum rerum inopia laboraturi minus ſint, ſi disiunctim quilibet vixerint, quàm ſi cõiunctim? Atqui ex longè ipſis,

γνώμη. 1. Cor. 11.c Eadẽ quæ potest ad interrog. 7. replicat.

ſi vnà inter ſe viuant, parabiliores ſunt, quibus & lucerna vna, & focus vnus, & ſi quæ ſunt huiuſmodi, ſingula quæq; cunctis ſimul ſatisfaciant: quādo (ſi qua alia in re) ſummè in hoc ipſo debemus adniti, vt facilitati maximè cōſulamus, omnique ratione cōtendamus, vt neceſſarias ad vitam copias quàm maximè in anguſtum deducamus. Atq; ad hoc illud etiam accedit, quod qui res fratrum vſibus neceſſarias externe quæſitas importāt, iis disiunctis ordinibus, pluribus eſt opus, cōiunctis vero, dimidio paucioribus. Quàm autē difficile ſit, virum aliquem naociſci, qui Chriſti nomen non aliquo pacto dedecoret, & cum ſortis ſit, cum iis, qui cōmunis vitæ conſuetudinem tenent, ita congredi ſciat, vt cū ſua ipſius profeſsione congreſsio illa aliqua ex parte noo diſcrepet, id me taceote, etiā per vos intelligitis. Ad hæc, qui in huiuſmodi diſtractiooe permanent, ij qui fieri poterit, vt doctrina cæteros ædificent, qui in cœnobio verſantur illis, ſi quando vſus fuerit, vel ad concordiam conciliandis, vel ad reliqua conſeruanda præcepta cohortandis? qui quòd nolint in vnam inter ſe ipſi ſocietatem concurrere, prauas in ſe ſuſpiciones cōmoueant? Quin & videmus, quæ ad Philippenſes Apoſtolus ſcribat. Sic enim ait: Implete gaudiū meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatē habeotes, vnanimes, idē ſentientes, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, ſed humilitate alij alios ſuperiores ſe inuicē arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli cōſiderantes, ſed & quæ aliorum. Verumenim quod maius afferri humilitatis exemplum poteſt, quàm ſi cōuentuum antiſtites viciſsim alij aliorū imperio ſubiiciantur? Si enim ſpiritualibus donis ambo æquè ſunt ornati, præclarius ſit, ſi ambo pariter in certamen deſcendāt vter alterum humilitate vincat, quòd à nobis fieri oportere dominus exemplo illo nos docuit, qui apoſtolos miſerit binos. Protſuſque ex ipſis alter lætabundus vltro ſe alteri ſubiiciet, cum meminerit dictum eſſe à domino, exaltatū iri, quicunque ſeipſum humiliauerit. Sin hic plura habuerit, ille pauciora, præſtabilius eſt, vt qui imbecillior ſit, is à valentiore aſſumatur. Deinde niſi ita fiat, qui nō manifeſtè contra præceptum apoſtoli fit: quo iubemur vt non res noſtras ſinguli conſideremus, ſed & quæ aliorum. Neque enim hoc in eiuſmodi diſtractione exiſtimo poſſe legitime perfici: quippe videlicet cum ordioes ſinguli, ſeorſum quiſq; ſuorum ſibi curam vendicet, aliorum vero minimè ad ſe putent pertinere. Quæ res manifeſtè (vt dixi) præcepto Apoſtoli aduerſatur. Neque vero (cū de ſanctis illis viris, de quibus eſt mentio frequens in Actis, teſtimonia illa proferuntur, quod videlicet multitudinis credētium erat cor vnum, & anima vna, & quod omnes credentes erant ſimul in eodem loco, & habebant omnia communia) eſt quamobrem dubitare quiſquam debeat, vllam in tota illa multitudine diſiunctionē fuiſſe, aut ex ipſis quemlibet ſeorſum, more ſuo, ſolitum degere, quin potius id exiſtimare debet, ſub vna & eadem cura vniuerſos fuiſſe ſolitos gubernari, atque hæc in pleno numero quinque millium. In quibus fortaſſe non pauca erant, quæ mutuæ eorum inter ſe coniunctioni hominum ritu ac iudicio viderentur obſiſtere. Cæterum cum qui nunc in ſingulis vicis reperiuntur, adeo inferiores illis numero ſint: quæ permittit ratio, hos viciſsim alios ab aliis eſſe diſiunctos? Vtinam autē fieri poſſet, vt non modo, qui in eodem vico, eodemque in loco ſunt coogregati, huiuſmodi, quem dico, ſtatum tenerent, ſed plures etiām, qui diuerſis in locis conſtituti ſunt, fratrum conuentus, ab vna tantum cura, eorum, qui iooffenſè, ſapienterque rebus omnium poſſent conſulere, in vnitate ſpiritus & vinculo pacis regerentur.

Philip.2.a — ἐν ἰσότητι (?) — Luc.18.c — Nō in veteri Anachoreta, ſed in Saracenis hæc deſiderantur. Lege Caſtilionem — Ephe.4.a

INTERROGATIO. XXXVI.

De iis qui à reliquorum fratrum ſocietate ſe ſeparant ac ſecedunt.

RESPONSIO.

Verumenimuero, inter quos certis cōditionibus & ex profeſſo ſemel conuenit, vt vnà inter ſe vno & eodem in loco vitam agerent, iis nequaquam licitum ſit nullo diſcrimine & incōſulto à cōmuoi reliquorum fratrum corpore auellere ſe: quando illud quòd quis in ſuſcepta ſemel ſenteotia noo permaneat, duabus de cauſis contingit, vel ex detrimēto videlicet, quod ex neceſſitudine contubernij naſcitur, vel ex mentis inſtabilitate illius, qui ſententiam mutet. Qui igitur ſugiēdi cauſa detrimenti, quod illi ex cōtubernio naſcatur, ſe ab reliquis fratribus ſegregat, is nullo modo diſceſsionis ſuæ cauſam tenere apud ſeipſum occultam debet, ſed eo modo, quo docuit dominus, illam detegere, quando dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum, & cætera. Ita enim ſi ſecuta ea, quam quærebat, emendatio fuerit, & fratres lucrabitur, & ſocietatem illorum nō aſpernabitur. Sin contrà, in vitio eos perſeuerare, neq; correctioni locū dare animaduerterit, hæc iis nota facere debet, ad quos iudicium huiuſcemodi pertineat. Quod vbi fecerit, tum demū, adhibitis multorum teſtimoniis diſcedat. Neq; enim iam à fratribus ſe ſegregabit, ſed ab alienis: cum dominus, eum, qui in peruerſitate ſua perſeueret, ethnico aſsimilet ac publicano. Sit enim tibi, qui eiuſmodi eſt, inquit, ſicut ethnicus & publicanus. Qui vero ad relinquendam cæterorum fratrum ſocietatem à propria animi ſui leuitate impellitur, is ſuamiplius curare imbecillitatem debet. Alioqui ſi medicinam noluerit admittere, ipſe excluſus à nemine admittatur. Cęterū ſi tenendi cauſa mandati dominici, alius alio diſtrahatur, talis diſtractio neutiquam pro ſegregatiooe habēda eſt, ſed aſsignati potius vnicuique muneris adminiſtratio exiſtimanda. Aliam preterea cauſam, propter quā quis ſe à reliquorum fratrum conſortio ſegreget, ratio nullam admittit: Primùm quidem quod nomini domini noſtri Ieſu Chriſti, à quo cōgregati ſumus, infligitur contumelia: deinde quod viciſſim alterius aduerſus alterū conſcientia puta eſſe nō poteſt, quod ſcilicet mutuo inter ſe, alter alterum ſuſpectum habeat. Hoc autē manifeſtè repugnat præcepto domini qui dixit: Si offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vadens, prius recōciliare fratri tuo, & tunc reuerſus offer munus tuum

ἀν' ἑκάστου (?) — Mat.5.c

INTER-

INTERROGATIO XXXVII.

Nunquid per ſimulationem orationum, pſalmodiæ ne negligi opera debeāt: & quæ ſint ad orationem appoſita tempora, & primo an oporteat laborare.

RESPONSIO.

ἐργάζεσθαι ἐν ἔργω A CVm dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat,
Dignus eſt, non ſimpliciter, neque ſine vlla
Mat 10.b exceptione, quilibet, ſed operarius cibo ſuo: cúq;
Ephеſ 4.g Apoſtoli præceptum ſit, qui fatigari & laborare
nos iubet propriis manibus quod bonum eſt, vt
ſit nobis, vnde egentibus tribuamus: ſanè, quin
ſtudioſius ſit laborādum re ipſa liquet, neq; enim
causā ad inertiā, aut laboris fugam ſpectante, vita
ſecūdum pietatem inſtituta exiſtimari debet, ſed
materia potius ſubeundi certaminis, & maioris
laboris, & in rebus difficilibus tolerantiæ: vt no-
2.Cor.11.f bis quoque vere liceat dicere, In labore & ærūna,
in vigiliis multis, in fame & ſiti. Cum non ad cor-
poris caſtigationem modo, vtilis nobis huiuſmo-
di vitæ ratio ſit, ſed ad charitatem etiā erga pro-
ximum: ſi videlicet de fratribus noſtris, iis, qui va
letudine aduerſa laborēt, neceſſaria per nos deus
vitæ ſubſidia ſubminiſtret, connenienter exem-
plo illi, quod propoſitum nobis in Actis eſt ab
Act.20.g Apoſtolo. Sic enim ille ait: Omnia oſtendi vobis,
quòd ſic laborantes oporter ſuſcipere infirmos.
Epheſ 4.e Et alio in loco: Vt habeat vnde tribuere poſsitis
Mat.25.e neceſsitatem patienti, quò ſcilicet digni habea-
B mur, illud audire: Venite benedicti patris mei,
poſsidete paratum vobis regnum ab conſtitutio-
ne mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mandu-
care. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Verumenim
quantum ex otio mali ſit, quid attinet memorare,
cum Apoſtolus apertè præcipiat, vt qui non labo
Collatio rat, is nec manducet etiam. Sic igitur vnicuiq; ad
vitæ ſuſtentationem neceſſarius eſt cibus quoti-
dianus, item nihilominus vnicuique in opere fa-
ciendo neceſſaria induſtria eſt. Neque enim te-
Prou. 31.d mere laudis loco poſitum fuit illud à Salomone,
2.The.3.b Panem ocioſa non comedit. Itemque ab Apoſto
lo de ſeipſo dictum eſt illud, Neque gratis panē
manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fati-
gatione, nocte & die operantes. Atqui tamen li-
cebat ei, cum Euangelium prædicaret, de Euange
lio viuere, ſi voluiſſet. Quin dominus etiam ipſe
Mat.25.e pigritiam cum malitia coniunxit, cū dixit: Serue
male & piger. Idem præterea vir, ſapientiæ glo-
ria excellens Salomon non ſolum ex iis, quæ à
me memorata ſunt modo, virum gnauum laudat,
ſed ignauum etiam caſtigat, illa ex tenuiſsimarū
beſtiolarum comparatione, cum dicit: Vade ad
Prou.6.a formicam ô piger. Proinde metuere debemus,
C ne aliquando nobis hoc in die iudicij obiiciatur:
quum qui ad excipiendos labores idoneas nobis
vires ſuppeditauerit, is parem quoque illis à no-
Luc.12.f bis in laborando induſtriam repoſcet. Quoniam
cui commendauerunt multum, plus petent ab
eo. Verumenim quia ſunt nonnulli, qui oratio-
num prætextu, pſalmodiæve, neceſſarios in exer-
cendis artificiis labores defugiunt: illud eſt in-
telligendum, certis quidem aliis quibuſdam in
rebus eſſe certam vnicuique temporis tempeſti-
uitatem, vt eſt apud Eccleſiaſten, qui omni nego- Eccle.8.d
cio ſuum eſſe tempus dicit: Orationi vero, & pſal-
morum modulationi, ſicut in aliis etiam pleriſ-
que, nullum non eſſe tempus idoneum, ita vide-
licet, vt vel in eo ipſo, dum manibus opus tracta-
mus, & lingua nonnunquam (quandocunque id
fieri poteſt, aut expedit potius, & ad fidei ædifica-
tionem conducit) munere hoc fungi poſsimus:
Sin id minus, corde certe in pſalmis & hymnis, Col.3.e
& canticis ſpiritualibus deum collaudemus, ſicut D
ſcriptum eſt, atque ita orationi ſatisfaciamus: in-
terim dum laboramus, gratias agentes deo, qui
ad opera facienda manuum vires nobis ſuppedi-
tauerit: itemque ad percipiendam artium ſingu-
larum cognitionem, ingenium largitus ſit: mate-
riamque donauerit, ex qua inſtrumenta confice-
rentur, tum eam etiam, quæ artibus iis eſſet ſubie-
cta, quam in manibus habeamus operātes: ſimúl-
que etiam ipſum orantes, vt opera manuum no-
ſtrarum dirigantur ad eum finem, vt ipſi placea-
mus. Hoc modo etiam mentem à futilibus cogi-
tationibus cohibemus, quandocunque in ſingu-
lis, quæ adminiſtramus, operibus, conficiendi fe- τὸ εὐοδοῦσθαι à deo petendum.
licitatem à deo poſtulamus, & ei gratias agimus,
qui ad ea adminiſtranda vires nobis tribuerit, &
à propoſito ineundæ gratiæ illius nō aberramus,
ſicut ante dictum eſt. Etenim niſi hæc ita ſe ha-
beant, qui fieri poteſt, vt inter ſe illa concordēt,
quæ dicta ſunt ab Apoſtolo? & illud videlicet, Si-
ne intermiſsione orantes, & illud, Nocte & die Col.1.a 2.The.3.b
laborantes. Neque vero tamen, quanquàm hanc
aſsiduè, atque adeo omnibus momentis adhibe-
ri oportere gratiarum actionem, & lex ipſa præ- E
cepit, & nos eam vitæ noſtræ neceſſariam eſſe, cū
natura, tum ratione docuimus, propterea illæ ſta-
tis temporibus præſcriptæ orationes negligendæ
veniunt, quas obſeruari in conuentibus ſolenne
eſt & quotidianum. Siquidem ea re à nobis ne-
ceſſariò huiuſmodi tempora delecta ſunt, quòd
in eorum ſingulis peculiaris quædam dei in nos
beneficiorum eſt commemoratio. Ac matutinū Matutina hora cur ſtatuta.
quidem, vt primi animi ac mentis noſtræ motus
conſecrentur deo, neque vllius rei curæ antè adi- Pſal.76.a
tum ad nos demus, quàm nos in cogitatione de Prima.
deo oblectauerimus: ſicut ſcriptum eſt, Memor
fui dei, & delectatus ſum. Neque corpus prius ad
functionem muneris alicuius moueamus, quàm
illud fecerimus, quod dictum eſt, Orabo ad te do
mine: mane exaudies vocem meam. Mane aſta-
bo tibi. Tertia verò hora, vt in ea ad orationem Pſal.5.a
ſurgatur, fratréſque omnes in vnum congregen- Tertia.
tur, licet diuerſis in locis, alij in aliis operibus ſint
occupati: idque ea re, vt admoniti doni ſpiritus,
quod circiter hāc ipſam horam apoſtolis datum
fuit, vno eodemque animo cuncti illum venerēn-
tur, ab eoque petant, vt & ipſi digni ſint, qui ſan-
ctificationem ſuſcipiant: ſimulque vt ſalutaris ſibi F
doctrinæ, & recti itineris dux eſſe, & autor velit,
illum imitantes, qui dixit: Cor mundū crea in me Pſal.50.a
deus, & ſpiritum rectū innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum
tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſa- Pſa 142.e
lutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Et
alio in loco: ſpiritus tuus bonus deducet me in
terram rectā, atque ita denuo ad intermiſſa opera
redeatur. Quòd ſi fors aliquos vel propter operū,

tionem. Itaque vt quieti conſulamus, detrahendũ eſt aliquid de precio potius, quã modici lucri cauſa peregrè longius abeundum. Cæterum ſi hoc fieri non poſſe vſus ipſe docuerit, ne ſuſcepta huiuſcemodi de cauſa peregrinatio infructuoſa nobis accidat, deligere nos & ciuitates & loca oportebit hominum religioſorum, eóque ſtatis nũdinarum temporibus plures vnà ſimul fratres concurrere, nobiſcúmque quiſque, quas elaborauerimus, merces afferre, communitérque cuncti iter inire, viáque pſallendo, orandóque, nóſque viciſſim alter alterum ædificando, conficere: ac poſtremò vbi ad locum iam peruenerimus, quem petebamus,
A eadem communiter cuncti hoſpitia capere, idque cum mutuæ cuſtodiæ cauſa, tũ vt nullum nos orationis tempus neque diurnum, neque nocturnum effugiat: tum etiam, vt improborum ac fraudulentorum hominum congreſſus minore noxa euadamus, ſi in multorum ſocietate ſimus, quàm ſi ſoli tantummodo, quando etiam qui iniurioſiſſimi ſunt, iniuriarum ſuarum teſtes habere multos recuſant.

INTERROGATIO 40.

De nundinis illis, quæ in ſanctorum celebritatibus fiunt, quid?

RESPONSIO.

VErum enimuero neque nundinationes illæ, quæ ad ſepulchra ſanctorum martyrum celebrari ſolitæ ſunt, conuenire nobis putandæ ſunt: neque enim vllam aliam ob cauſam adeſſe decet Chriſtianos ad martyrum conditoria auiſtis con-
B tigua loca inuiſere, quàm orandi cauſa, & vt ſanctorum conſtantiæ admoniti, in qua illi ne pietatẽ amitterent, ad necem vſque fortiter perſeuerarũt, ipſi quoque ad ſimilis fortitudinis æmulationem incitentur. Nimirum memoria tenendũ eſt illud, quã terrifica & formidabili ira olim exarſerit dominus, qui cum ſemper & vbique manſuetus & humilis corde fuiſſet, in eos tamen ſolos flagellũ intendit, qui circum templum vendendis emendiſque, mercibus operam dabant, quippe quaſi nundinatio illa orationis domum in latronum ſpeluncam conuerteret. Neque vero quod alij ante nos fuerint, à quibus ſolita olim in diebus ſanctorum feſtis obſeruari conſuetudo, violata ſit (quíque cũ inter ſe alij pro aliis orare deberent, & vnà cũ pluribus Deum adorare & lacrymas offerre, ab cóq; cum peccatorum veniam poſcere, tum de acceptis beneficiis gratias agere, ſeſéq; mutuis viciſſim cohortationibus in pietate vera confirmare & ædificare id quod etiam memoria noſtra vſurpari ſuiſſe ſolitum ſcimus, pro his omnibus forum, ac nundinas, & communem mercatum & tempus illud & locum efficiunt) nõ ob hoc ſtatim nos quoque illos imitari par eſt, & hoc modo autoritate noſtra prauam illorum conſuetudinem confirmare:
C ſed conuentus illos exprimere potius, de quibus in euangeliis mentio eſt, præſente domino noſtro Ieſu Chriſto ſolitos celebrari, & in his, quæ ab Apoſtolo deſcripta ſunt, veluti huiuſcemodi vitę inſtituto conuenientia, facere. Scribit autem ſic: Cũ conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.

Confirmat exemplo Chri.

Conſuetudo prauda as[?] pertat abrogandæ.

1.Cor.14.

INTERROGATIO 41.

De autoritate ſuperiorum, & obedientia, quid.

RESPONSIO.

CÆterũ in his, quæ conceſſa ſunt artificiis, neutiquam permittendum eſt vnicuique vt arbitratu ſuo dicat quod velit: ſed illud tantummodo, ad quod aptum eſſe illum antiſtites iudicauerint.
D Qui enim ſeipſum abnegauit, ſeſéque volũtatibus ſuis omnibus ſpoliauit, is non quod vult, facit, ſed quod docetur. Neque verò ratio permittit, eum ſibi ipſi quod expediat deligere, qui gubernationẽ ſui aliis tradiderit. Si quidem hi eſſe debẽt, qui ad quancunque rem habilem eſſe illum iudicauerint, arbitratu ſuo in nomine domini ipſum inſtituant. Qui autem ipſe in deligenda ſibi aliqua arte muneréve cupiditati ſuæ obſequitur, is planè ſibi notam inurit, ſéque prodit, primo ſe ſibi ipſi placere; documento eſt deinde artem illam cæteris anteponere, aut propter gloriam vitæ huius, aut lucri ſpem, aut aliud aliquid id genus in eam artem propẽſiore ſit affectu, aut poſtremo propter ignauiã, pigritiámve, quod ea videlicet laboris ſit leuioris: In quo autem hæc inſunt, ab hoc planiſſimè intelligi poteſt, nondũ abſterſas eſſe omnes animi morborum labes. Sed neque ſemetipſum abnegauit, qui ſuis ipſe affectibus perficiũdis obſequitur, neque rebus vitæ huius nuncium verè dici poteſt remiſiſſe, ſi eum adhuc vel compendij, vel gloriæ admiratio tenet: itémque nullo modo membra ſua,
E quæ ſunt ſuper terram mortificauiſſe. ille qui neceſſarium in faciendis operibus laborem non ſuſtinet, quin potius is eſſe ſe arrogantem & pertinacem declarat, qui ſuum, qui vnus eſt, iudicium melius eſſe arbitretur quàm aliorum, qui plures ſunt. Quamobrem ſiue quis artem aliquam tenet, eáq; cæterorum fratrum iudicio non improbatur, nequaquã is eam confeſtim abiicere debet (eſt enim animi incõſtantis, & infirmi iudicij, temerè aſpernari quæ habeas) ſiue non habet, non ſibi ſua ſpõte aſſumito ipſe: ſed quæ probata à maioribus fuerit, ad illam ſe accommodato, idque ea re, vt vbiq; obedientiam conſeruet. Quemadmodum autem vnumquenque ſua ſponte quod ipſi placitum ſit, eligere, indecorum eſſe docuimus, item quoque pari ratione putandum eſt in vitio eſſe, ſi quis, quę alij probauerint, ipſe recuſet. Quin potius, ſi quis etiam artem aliquam habeat, cuius tractatio communitati fratrum non placeat, æquiſſimo animo abiicere illã debet: illúdque declarare, nulla ſe rei vllius vitæ huius cupiditate adductum teneri, quã-
F do perficere voluntates cogitationũ eſt illius, qui ſpem non habet, vt eſt apud Apoſtolum: contraq; exprompta vbique omnibus in rebus obedientia, laudi ſemper tribuitur: cum idem Apoſtolus laudet quoſdam, ac dicat, Semetipſos dederunt primum domino, deinde nobis propter voluntatem dei. Cæterũ aſſignato iam ſibi artificio, vacare vnuſquiſque ei corde debet ſtudioſéq; inuigilare, & nihilo ſecius, quaſi inſpectore deo ſũma ſedulitate

Qui ſe priua voluntate exuit, nõ quod vult, ſiruendus eſt facere.

γνώμη.

γνώμη.

Collatio ex contr...

& attentiore cura accuratiſſimè illud exercere, vt fidenti animo ſemper dicere illud poſſit: Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manus ſpectant dominorũ ſuorum, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum: non item ab hoc ad aliud temerè reſilire. Neque enim natura noſtra plura ſimul aſſequi ſtudia poteſt: multóq; eſt præſtabilius vnũ modo ſolerter & induſtrie confeciſſe, quã multa atténtaſſe, quæ neceſſario poſtea ſint relinquenda. Siquidem quæ ad res plures animi fit diſtractio, & mentis identidem modo ad hanc, modo ad illam applicatio, prætetquam quòd opus nullum perfectè perduci ad exitum ſinit, etiam morum leuitatem, vel ſi ineſt, arguit, vel ſi non ineſt, ingenerat. Si quando autem neceſſitas poſtulet, vt reliquis etiam artibus ſubueniatur, ſanè par eſt is vt auxilietur, qui commodè poſſit: neq; id ſuapte ſponte, ſed arceſſitus: non quod hunc ad id muneris obeundum quaſi illi præcipuum, acceſſamus, ſed caſu quopiam circunſtante: idq; imitari, quod in membris corporis ſolitum eſt vſu venire, in quibus ſi pes ab officio ſuo per claudicationem aberrauerit, manu ſolemus inniti ac ſuffulcire corpus reliquum. Viciſſimq;, quemadmodum ſua ſponte ad artem aliquam aſsilire ac velut vtilitati repugnat: ſic nolle admittere quod iuſſus ſis, caſtigatione dignum eſt, idq; ea re, ne & arrogantiæ vitium in nobis alatur & morigeræ & ad omnia perſuaſibilis obedientiæ diſciplina peſſum eat ac diſſoluatur. Cæterum cura inſtrumentorum quanquam ad eum præcipuè videtur pertinere, vt quis cuiq; artificio præpoſitus ſit: nihilominus tamen, ſi ſors tulerit, vt ex iis aliquod aliquando neglectum fuerit, id perinde vt res, quæ ad omnes æquè pertineat, eo modo quo par fuerit, ab iis debet accurari, qui id primi animaduerterint. licet enim illorũ tractatio vnum aliquem ſeorſum priuatim attingat: attamen, quæ ex eo naſcitur vtilitas, ea promiſcuè in cunctos redũdat. Nam quę alterius ſint artis, ea perinde, ac ſi ſua nihil intereſſet, contemnere, argumento ipſo tantidem fuerit, ac ſi alienaret. Veruntamen neque qui artes tractant, ij pertinentium ad illas ipſas inſtrumentorum vindicare ſibi dominum debent, ita videlicet, vt aut antiſtiti fratrũ iis arbitratu ſuo vtendi poteſtatem non faciant, ad quã ipſe cunque rem velit: aut eorum ipſi, vel vendẽdorum, vel permutandorum, aut alioqui alienandorum ius ad arbitrium reuocent ſuum: aut præter ea quæ habent, aliorum comparandorum, penes ſe eſſe poteſtatem velint. Nam qui in eo ſemel animum obfirmarit, vt ne ſuarum quidem ipſius manuum eſſet dominus, & alterius arbitrio permiſit diſpenſandum, quicquid poſſent confice re operis: quo pacto non is à ſeipſo videatur diſſentire, ſi eorum, quæ ad artium exercitationem neceſſaria ſint, inſtrumentorum, poſtulet, vt ius penes ſe ſit: in eàque dominij ſibi autoritatem vſurpet?

Margin: γνώμη. (beside "Neque enim natura"); A (beside "tio, prætetquam"); Cõfirmatio διὰ μείωσιν (beside "piam circunſtante"); B (beside "de vt res"); C (beside "ſius manuum").

INTERROGATIO XLII.

Cuiuſmodi conſilio, aut animi affectione laborare ij debent, qui laborant?

RESPONSIO.

ATque illud etiam intelligẽdum eſt, eum qui laborat, nequaquã id eo animo facere debere, vt neceſſitatibus inſeruiat ſuis, ſed vt domini præcepto ſatisfaciat, qui dixit: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Quando illud vnumquẽque ſuipſius cauſa ſolicitum eſſe, vetuit idem dominus, cum dixit: Nolite ſoliciti eſſe animę veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini, quibus adiecit: Hæc enim omnia gentes inquirunt. Quamobrem in ſuſcipiendis laboribus illud ſpectare vnuſquiſque debet, vt per ipſum qui in egeſtate ſunt, ſubleuentur: non autem, vt commodis ipſe prouideat ſuis, ſi quidem hoc modo & crimen ſeipſum immodicè amantis effugerit, & fraternæ charitatis benedictionem à domino inuenerit, qui ſic dixit: Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Neque verò his, quæ hoc loco à nobis dicuntur, Apoſtoli verba illa aduerſari quiſquam exiſtimet, vt operantes panem ſuum manducent. Siquidem hoc ad ordinis & laboris deſertores dictum eſt, perinde ac ſi ipſis diceret, præſtabilius eſſe vnumquenque neceſſaria ſibi ſaltem ad vitã præſidia parare, neque aliis grauem eſſe, quàm vitam in otio traducere. Audiuimus enim, inquit, quoſdam inordinatè ambulantes inter vos, nihil operantes, ſed curioſè agẽtes. His igitur, qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, inquit, & obſecramus, vt cum ſilentio operantes ſuum ipſorum panem manducent. Et illud, Nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, nimirum eodem etiam pertinet, quippe cum Apoſtolus ad commonendos ordinis deſertores charitate fraterna impulſus, ipſe ſeipſum laborib9 vltra præſcriptum ſibi, ſua ſponte ſubiiceret. Cæterum eius, qui ad perfectionem contendit, eſt, diẽ noctémq; aſſiduè laborare, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti: quando qui in ſeipſo, aut in eo etiam, ad quem cura pertinet diſtribuendarum rerum cuique neceſſariarum, poſitam ſpem habet & laboris ſuſceptionem, ſiue ſuam, ſiue eius, quicum eſt, ſatis magnum ſibi ad degendam vitam ſubſidium exiſtimat: huic, quatenus in homine ſpem ponit, magnopere eſt metuendum ne in execrationem illam incidat, Maledictus homo, qui confidit in homine: & ſulcit carnem brachij ſui, & defecit à domino anima eius. Quæ verba cum dicunt, Qui confidit in homine, illud præcipiunt, nequaquam ſpem in altero poni debere. Cum autem, Et ſulcit carnem brachij ſui, in ſe ſui habendam fiduciam vetant. Horum autem vtrunque defectio à deo nominatur. Similitérq; etiam exitus adiungitur vtriuſque: Quia erit tanquam myrica ſylueſtris in deſerto, neque videbit quando venient bona. Quibus verbis illud oſtenditur quòd ſpem ſuam ſiue in ſeipſo ponere, ſiue in alio quouis, nihil eſt aliud quàm deficere à deo.

Margin: Matt.25.b ἐργασίαν. (beside "præcepto ſatisfaciat"); κόσμον. Matt.6.d (beside "duamini"); D (beside "& fraternæ charitatis"); Matt.25.d (beside "inuenerit"); 2.Theſ.3.c (beside "verba illa"); Ibidem. (beside "aliis grauem"); 2.Theſ.3.d (beside "gẽtes"); E Ephe.4.d (beside "charitate fraterna"); Hiere.17.a (beside "eius, quicum eſt"); F (beside "exitus adiungitur").

INTERROGATIO XLIII.

Prorſus, quod attinet ad eam rationem, quam in artium exercitatione teneamus, ſatis iã abs te nobis demonſtratum eſt: extra quam, ſi quid fortè reliquum ſit, quod vſus ipſe poſtea nos doceat. Cęterũ illud planius abs te nobis nũc cupimus explicari, cuiuſmodi eſſe in conuentibus ãtiſtites conueniat, quomodoq; ab iis, qui in eorum diciplina ſint, fratres gubernari.

Margin: προεστῶτας διοικῶσι. (beside "cupimus explicari")

RES-

RESPONSIO.

OMnino, etſi veluti ſummatim dictum eſt etiã de hac parte: attamen quoniam (neque hoc iniuria) eam planius etiam vobis cupitis explanari, quòd quales principes ac moderatores ſint, tales etiam plerunque exiſtere ſoliti ſint cæteri, neceſſariò accuratius etiam tractari hic locus debet. 1.Tim.4.c Conuenit igitur, vt qui in conuentu reliquis fratribus præeſt, is præceptum illud Apoſtoli memoria teneat: Exemplum eſto fidelium, vitámque ſuam exercendorum domini mandatorum exemplum præbeat euidentiſſimum, vt videlicet iis, quos do-
A cendos ſuſceperit, cauſam nullam reliquam faciat quamobrem præcepta domini, aut contemnenda aut eiuſmodi, quæ nemo aſſequi poſſit, eſſe arbitrentur. Principium igitur hoc eſto primum, Antiſtitem nimirum conuentus præferuida erga Chriſtũ charitate ſui modeſtiam animi ſtudio propenſiore exprimere debere, adeò vt vel tacens ipſis ſuis operibus exemplum non fucatæ humilitatis relinquat quouis ſermone multo efficacius, ad communem fratrum doctrinam. Etenim ſi Chriſtianæ vitæ limes eo pertendit, vt Chriſtum imitere iuxta proportionem aſſumptæ ab eodem carnis, ex eo, quòd ad vocationem cuiuſque pertineat: ſine dubio, quibus ea data prouincia eſt, vt ipſi cæterorum duces ſint, ij opera ſua & intercesſione imbecilliores adhuc deducere ad Chriſti aſſimilationẽ viam præſtruendo debent, & ea re beatum Paulum imitari ſic dicentem, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Proinde primi ipſi obſeruan-
B da ea, quæ à domino noſtro Ieſu Chriſto tradita eſt, ſummiſſioris animi & humilitatis regula, clariſſimum reliquis & abſolutum virtutis huius eſſe exemplum debent. Diſcite enim à me, inquit, quia mitis ſum & humilis corde. Motum igitur manſuetudo, & humilitas cordis, hæc præcipua antiſtitis veluti inſignia ſunto. Si enim dominus diſcipulis ſuis miniſtrare non erubuit, ſed terræ ac luti quod ipſe finxerat, & hominis forma figurauerat, miniſter eſſe non recuſauit: Ego enim in medio veſtrum ſum, inquit, ſicut qui miniſtrat, quid eſt tãdem, quo erga æquales noſtros præſtando, illius imitationem aſſecutos nos exiſtimare poſſimus? Hoc igitur eſt quod primum & cousque magnum in antiſtite requiritur. Tum clementem eſſe ipſum oportet, eiuſmodiq; qui per rerum inexperientiã in officio delinquẽtes leniter ſufferat: non tamen qui obticeſcat ad peccata, ſed immorigeros ac detrectantes imperium clementer toleret, & ipſis cum quanta maxima poſſit lenitate, moderationéq; medicina adhibeat. Idoneum præterea, qui accommodata eorum morbis remedia comminiſcatur & excogitet, non atrociter obiurgantem,
C ſed in manſuetudine monẽtẽ, clementérq; corripientem, ſicut ſcriptum eſt. Eundémq; in rebus præſentibus adminiſtrandis peruigilẽ & attẽtum in futuris proſpiciendis ſagacem, talemq; qui & certare cum valentibus poſſit, & infirmorum imbecillitates portare, cuius cùm dicta, tum facta omnia ad illorum, quorum diſciplinæ præſit, perfectionem pertineãt: non qui ſibi ipſe prælationem aſſumat, ſed qui à ceteris, qui autoritate in conuẽtibus præſtent, delectus ſit, & ſatis magnum in ſuperiore vita documentum dederit probitatis morum ſuorum. Nam & hi, inquit, probẽtur primùm & deinde miniſtrent, vt nullum crimen habentes. 1.Tim.3.c Quod ſimiliter quoque in hoc ſeruari debet, quẽ diximus: quò videlicet ſic creatus, fratribus ipſe ordinem diſciplinæ præſcribat, quem ſequantur, operáq; diſpartiatur in vnum quemlibet prout viderit expedire.

Margin notes: 2.Tim.2.[?] — 1.Tim.4.c — ὑποδεί-γματα. — 1.Cor.11.a — Matt.11.d — Luc.22.c — 2.Tim.2.d — Rom.15.a

INTERROGATIO 44.

Quibus permitti debeat, vt domo peregre pro- D
ficiſcantur: quomodóque item ij, cum ſe domum receperint, interrogandi ſint?

RESPONSIO.

PEregrinandi quidem poteſtatem ei permittito, qui in peregrinatione ſine animæ ſuæ detrimento, & cum vtilitate eorum, quibus cum congrediatur, poſſit verſari: quando, niſi idoneus aliquis affuerit, longè eſt præſtabilius ſummam rerum omniũ neceſſariarum penuriam perpeti, atque egeſtatem, etiam ſi propterea ſubeunda mors ſit, quàm ſubleuandæ neceſſitatis corporis cauſa, perſpicuum & omnibus confeſſum animæ detrimentum negligere. Bonum eſt enim, inquit Apoſtolus, mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. & hoc in iis, quæ liberè vnicuique licet omittere. quanto igitur impẽſius in iis, de quibus præciſè extat mandatum? Quanquam huic ipſi etiam incommodo medetur lex charitatis. Si 1.Cor.9.c
enim inciderit aliquando, vt in conuentu aliquo deſit, qui tutò commodéve foras poſſit amandari, E
neceſſitati huiuſcemodi ſatisfacient ij, qui loco proximi erunt, quum & communia itinera faciãt, & abſentes à domo, viciſſim alij ab aliis nunquam ſeparentur, vt tam qui animi, quàm qui corporis etiam viribus imbecilles ſunt, ij hoc modo cum valentioribus coniuncti, incolumes ac vegetiores conſeruentur. Quod quidem multò antè prouidere debet, is cui procuratio neceſſariorum concredita eſt, ne in ipſo poſtea neceſſitatis articulo, rebus iam in ſummas anguſtias adductis, remedium ipſi ex tempore quærendum ſit. Cæterum, vbi qui emiſſus fuerit, domum iam ſe ex peregrinatione receperit, eum diligenter percontator, quid abſens interim egerit, in quorum hominum congreſſus inciderit, cum illis quos ſermones contulerit, in cuiuſmodive ſecum ipſe cogitationibus ſit verſatus, num aſſiduè die noctúque in dei timore permanſerit, an à recta ſemita interdum aberrarit, & à communi decreto aliquid innouarit, idque terrore perculſus externarum calamitatum, an propria ſocordia lapſus. Et quod rectè ab ipſo factum audierit, approbatiõne confirmato: Quod autem contrà, vitioſè, leni cura prudẽtique admonitione corrigito. Ita enim F
& attentiores eſſe aſſueſcent, qui itineribus ſe dabunt, ſi de reddenda ratione ſoliciti ſint: & nos, quandiu abiuncti illi à nobis permaneant, neutiquam videbimur illorum vitæ curam negligere. Porrò huiuſcemodi etiam, de qua loquimur, conſuetudinem ex Actorum hiſtoria accepimus ſolitam fuiſſe à veteribus ſanctis viris vſurpari. Siquidem ex ea docemur, quemadmodũ & Petrus,

cum

cum ſe Hieroſolymam tecepiſſet, iis qui tūc in ea ciuitate erant, ratiooem reddiderit eius ſocietatis, quæ ſibi cum geotibus fuiſſet. Similitérque, quemadmodum Paulus & Barnabas reuerſi ex peregrinatione, congregatæ ab ipſis Eccleſiæ renunciauerunt omnia, quæcunque deus feciſſet cum illis. Et alio in loco, quemadmodum ſiluit omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quæcūque feciſſet per illos deus. Illud tamen hoc loco iotelligendum eſt, nuodinationes, & quæſtus illos omnes, qui caupooes attingunt, fratrum coouentus loogiſſimè fugere debere.

Acto. 11. a
Ibidē. 13. a
Acto. 15. a

INTERROGATIO 45.

A

Quòd præter antiſtitem alius etiam eſſe aliquis debet, qui illo abſente aut alioqui occupatione aliqua diſtento, fratrum ipſe curam poſſit ſuſcipere.

RESPONSIO.

VEtumeoim quoniam incidit ſæpeoumero, vt vel ob valetudinis imbecillitatem vel peregrinandi neceſſitatem, vel aliam quanuis ob cauſam abeſſe à reliquorum fratrum conuentu, neceſſariò antiſtes cogatur, alius etiam eſſe præter ipſum debet, qui cum ipſius, tum ceterorum etiam fratrum diligeoti animaduerſione circunſpectionéque adhibitis, ad hoc delectus ſit, vt abſente illo curam in ſe conuentus recipiat: vt & qui remanſerint, vnius conſilio guberoeotur, neque abſente magiſtro, ad formam quandā popularis reipublicę ſtatus, familia traducatur: atque eo modo regula, &
B traditæ diſciplinæ ſeueritas imminuatur. Sed quæ de commuoi omnium ſententia adſcita à cuncto collegio inſtituta fuerint ad dei gloriam conſeruentur: atque vt ſit, qui accedentibus ad nos hoſpitibus, prudenter ſciat reſpondere: quò videlicet & qui aliquid audire à nobis deſiderant, pro propoſiti arguoıenti dignitate ædificentur, & cōmune fratrum collegium neutiquam dedecoretur. Nā hoc quòd paſſim omoes ſiue vllo diſcrimine ad dicendum aſſiliant, prærerquā quòd tumultus cauſa eſt, etiam ſigoum eſt perturbatæ diſciplinæ, cum Apoſtolus oe iis quidem, quibus delatum fuerat donū rectè docendi dei verbum, pluribus ſimul loqui licere voluerit. Sic eoim eſt apud ipſum: Quod ſi alicui reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Qui idem etiam apertè perturbatæ huiuſcemodi diſciplinæ abſurditatem demonſtrans ſic dicit: Si ergo conueniat vniuerſa eccleſia io vnum, & omnes loquaotur linguis, intrent autem idiotæ, aut infide-
C les, oónne dicent quòd inſanitis? Atque etiam ſi inciderit aliquando, vt qui alicunde acceſſerit, aliquem de re aliqua quam ignoret interrogauerit, iſque qui vice alterius interrogatus ſit, haberet, quod commodè reſpooderet, cooſeruandæ tamē diſciplinæ cauſa, tenere ſilentium debet, & is hoſpitem doceat, ſed ſubmiſſa voce, cuius officiū eſt reſpoodere, eáque in re exemplum Apoſtolorum domini imitari conuenit, à quibus, dum cum domino eſſent, ſolitus erat mos iſte vſurpari, idque vt pro ordinis atqoe honeſtatis decoro, indulto nobis ſermone vtamur. Etenim, ſi vbi de corporū curatiooe agitur, in remedio ægris adhibendo, nō temere quemuis medicamento, ferramentóve vti videmus: ſed illus tantummodo, qui medendi artē teoeant, quam & à peritis antè didicerint, ac doctrice multiplici experientia, & aſſidua ipſi poſtea ſecum commeditatione expoliuerint, & longinqua exercitatiooe, longinquóqoe vſu coofirmauerint: quæ ratio permittit, vt ad curatiooem eā, quæ ſermone adhibetur, nulla habita delectione, temerè quiuis, qui velit, aſſiliat: qua in re, rei vel minimæ prætermiſſio, maximum afferre detrimentum ſolet? Apud quos enim ne panis quidem diſtributio quibuſuis temerè permittitur, ſed munus huiuſcemodi adminiſtrādi paois vnius cuiuſdam eſt, ad quem illud de communi aliorum ſententia delatum eſt, qui noo multo maiore cum delectu ac
D cautione hoc in daoda petentibus eſca ſpirituali obſeruari conueniat? videlicet vt munus hoc peculiare ſit alicuius, qui melius id ipſe præſtare poſſit, quàm cæteri? Ex quo intelligitur animi eſſe valde ſibi præfidentis, cum quis de aliquo, iudicio interrogatus, intrepidè ſic, temeréque audeat reſpondere, oeque digitum ad illum iotendat, cui huiuſmodi diſpenſandi ſermonis munus delegatum ſit. Qui quidem ea re, quòd fidelis eſſet diſpenſator & prudēs, idcirco delectus eſt, vt ſpiritualem cibum tempore diſtribueret, ſermonéſque ſuos in iudicio diſponeret, ſicut ſcriptum eſt. Quod ſi etiam incidat, vt ad quem pertinet reſpondere, hunc aliquid effugiat aliquando, illúdque alteri occurrat, non propterea tamen, cui illud occurrerit, is confeſtim proſilire, ac palàm arguere illum debet, ſed ſeorſum arbitris ſemotis, quod ſibi occurrerit, de eo ipſum admonere, quaodo ni hoc ita fiat, qui inferiores ſunt, ij elatiores fieri aduerſum ſupe-
E riores ſolent. Quapropter eſto commodè aliquis reſponderit, tamen ſi reſponſio ad illum non pertinebat, pœnis is tenetur obnoxius violatæ diſciplinæ.

κατὰ τιϛὸ ϛασιν.
μὴ δημο-κρατικόν τι σχῆμα.
γνώμη.
Confirmat argumento à maiore.
1. Cor. 14. d
Ibidem. d
Confirmat à ſimili.
Alterum ſimile ducit ab collatione panis & verbi.
Luc. 12. e
Pſal. 111. a γνώμη [illegible]
In diſtributo[illegible] diſciplinæ, vt commodeo[illegible]

INTERROGATIO 46.

Quòd neque fratrum, neque ſua obtegere quis delicta debet.

RESPONSIO.

QVicquid eſt autem, in quo peccetur, id referri ad antiſtitē debet, ſiue ab eo ipſo, qui peccatum admiſit, ſiue ab iis, qui illius conſcij ſint, ſi illud ipſi curare oon poſſint, & mederi eo modo quo præceptum eſt à domioo, quando vitium diſſimulatum morbus eſt in animo obliteſceos, & ſupputris qui etiam propterea incurabilis ef-
F ficitur. Quemadmodum igitur nullo modo beoe meritum illum de nobis diceremus, qui quæ peſtifera eſſent, ea io corpore nobis includeret, ſed eum potius, qui cum dolorifico cruciatu, & cruoris etiam miſſione per laocinationem ea in apertum extraheret, quo videlicet, aut quod noxium eſſet, per vomitum recelleret atque extunderet à corpore, aut in vniuerſum, per morbi cognitiooem, eius quoque curandi ratio facilios cognoſceretur: ita nimirum peccatum occultare, nihil eſt aliud, quàm ægrum ſua ſponte ad mortem ruentem, impellere, & procliuiorem reddere. Stimulus enim peccati mora eſt, inquit. Porrò occulta beneuolentia præ-

ſtabilioe

Argumentū à maiore ad minus.

ſtabilior eſt ea, quæ palàm liberéque fit obiurgatio. Nemo ſit ergo, qui aut peccato alterius latebras quęrat, ne pro amore quem fratri debet, exitium illi conciliet. Neque ſuo. Qui non medetur ſibiipſi, frater eſt ſua opera diſſipantis.

INTERROGATIO XLVII.

De his qui nolunt admittere, quę per antiſtitem præſcripta ſunt ac deſignata.

RESPONSIO.

A VErum is qui nolit admittere quæ Antiſtes perficiunda iuſſerit, debet ei apertè quidem ſed ſemotis arbitris, cur dicto audiens eſſe ac morigerari nolit, reſpondere, allata ſi quam habet, ratione, ſacris literis conſentanea: alioqui quod imperatum ſit, ſilentio exequitor. Quòd ſi hoc facere pudore retractus non auſit, aliis quibuſdam ad eam rem ſequeſtribus vtitor, quo videlicet, ſi aliena fortè à ſacroſanctis literis illa antiſtitis iuſſio ſit, ipſe cũ ſeipſum, tum reliquos fratres à noxa eximat. Sin cõtrà, planum factum ſit, eam rectè fuiſſe ac ratione factam, à vana ſeipſum ac periculoſa ſecum diſceptatione liberet. Qui enim ſecũ diſceptat, inquit,

Rom. 14. f

ſi manducauerit, damnatus eſt, quia nõ ex fide, & vt ne ſimpliciores exemplo ſuo ad abiiciẽdam obediẽtiam inſtiget, ac veluti procliuiores efficiat.

Mat. 18. a

Expedit enim, inquit dominus, vt ſuſpendatur mola aſinaria circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcãdalizet vnum de puſillis his. Quòd ſi qui diutius in contumacia hæſerint aduerſus antiſtitem clàm queruli, nec in apertũ voluerint ſui mœroris cauſam prodere: hi perinde ac diſcepta-

B tionis inter fratres exortæ autores aut qui certiſſimam auctoritatẽ colliſerint, & labefactarint eius quæ maiorum debetur præceptis, obediẽtiæ ac velut rebellionis & inobedientiæ magiſtri, prorſus à reliqua fratrum familia exiguntor. Eiice enim è

Prou. 22. b

concilio peſtilentem, inquit, & exibit cum eo iurgium.

INTERROGATIO 48.

Quòd nullo modo curioſè conſilia moderamináve antiſtitis exquiri debent, ſed debet vnuſquiſque muneri ſuo vacare.

RESPONSIO.

CÆterum ne quis facilè in huiuſcemodi vitiũ ſecus de antiſtite ſuſpicandi, aut diiudicandi cum detrimento cùm ſuo, tum reliquorum etiam fratrum incurrat, illud in vniuerſum obſeruari in conuentu debet, vt nullo modo quis curioſè antiſtitis conſilia perueſtiget, aut in eius facta anxiè inquirat, iis duntaxat exceptis, qui cùm dignitatis gradu, tum conſilij prudẽtia antiſtiti ipſi proximi

C ſint, quos quidem ille neceſſariò ſibi, quandocunque de re aliqua erit deliberaturus, in conſiliũ ac maturam conſiderationem adhibebit, omnino prę-

[margin: ... animo imprimendas.]

cepto illi obtemperans, Omnia fac cum conſilio. Quam enim illi animas noſtras gubernãdas commiſimus, tanquam deo de iis rationem reddituro, prorſus abſurdiſſimè faceremus, ſi huic fidem in re-

Eccl. 32. d

bus contemptiſſimis abrogamus, & cum ipſi falſis aduerſus fratrem noſtrum ſuſpicionibus impleamur, tum reliquos exemplo noſtro, vt idẽ faciant, incitamus. Ne igitur hoc eueniat, vnuſquiſque maneat in ea vocatione, in qua vocatus eſt: & cum animum ſuum totum in rerum ad ſe pertinentium cura occupauerit, minimè in aliorum conſiliis inquirendis ſit curioſus, ſed ſacroſanctos domini diſcipulos imitetur. Quorum, eſto illud quod in Euãgelio eſt, de Samaritana, ſuſpicionem ipſis poſſet commouere, Nemo tamen dixit, inquit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea.

[margin: 1. Cor. 7. d Vt vt...ſuas. — Ab exemplo diſcipulorũ domini. Ioan. 4. d]

INTERROGATIO 49. D

De controuerſiis, quæ nonnunquam ſolent inter fratres exiſtere.

RESPONSIO.

DE controuerſiis autem, quæ inter fratres interdum oriuntur, illud ſtatuendum eſt, Quotieſcunque aliqui inter ſe de re aliqua collidunt diſſidentes & corrixantes, eos nequaquam inter ſe pugnaciter nimis contendere debere, ſed controuerſiæ deciſionem ſuperioribus ſe reſeruare. Verumenim ne qua diſciplinæ ordo violetur, ſi omnes paſſim nullo temporis, locíve ad agendum idonei delectu habito, quærant, néve futilibus & inanibus quæſtiũculis, aut nugacitati detur locus, certum quendam eſſe oportet, eúmque de cõmuni reliquorum omnium ſententia, idoneum iudicatum, qui quidem de quibus inter fratres cõtrouerſia ſit, ea aut communiter in medium omnibus diſceptanda proponat, aut ſeorſum de iis cum magiſtro conuentus cõmunicet. Ita enim quę in quę- E ſtione poſita erunt, melius, certiúſque diſputabuntur. Si enim nulla eſt res, cuius tractatio non ſciẽtiam, & vſum deſideret, ea certè multo magis in rebus his requiruntur, quæ ſunt huiuſmodi. Et ſi inſtrumentorum eorum, quæ ad artium miniſtrationem neceſſaria ſunt, tractationem, nemo eſſet, qui imperitis committeret, ſine dubio multo magis ſermonis tractatio concedi debet in dicendo potioribus: qui quidem ipſi cum loci, tum temporis, tum modi, quibus poni quæſtiones debeant, commodè habere delectum ſciant: quique citra contẽtionem cum prudenter quærendo, tum intelligenter auſcultando, rerum, quæ ſint in quęſtione verſatæ, explicationes ad communem poſſint omnium ædificationem ſeruare.

[margin: A minore ad maius.]

INTERROGATIO 50.

Quæ ratio teneri ab antiſtite debeat in obiurgationibus adhibendis. F

RESPONSIO.

VErum enimuero illud cauere magnopere antiſtes debet, ne ad caſtigãdum verbis aliquem ex iis qui deliquerint, affectu quouis vitioſo percitus accedat: quando cũ indignatione & ira, caſtigatione

tione aduerſus aliquem vti, boc baudquaquam eſt à peccato illum liberare, ſed delictis ſeipſum obſtringere, quamobrem Apoſtolus dixit, In máſue- 2.Tim.2.d tudine corripientem eos, qui reſiſtunt. Neque, ſi in contemptum veniat alicui, ob id præbere ſe vehementem debet, aut æquo ſeueriorem: vbi verò alium contemni viderit erga eum qui deliquit, declaret ſe benignum, ac indulgentē. Quinimo multo grauius ei ferendæ aliorum iniuriæ ſunt, quàm ſuæ. Hoc enim ſi fecerit, & ſuſpicionem à ſe illam hominis ſeipſum immodicè amantis ſubmouebit A & planiſſime ſe non peccantem odiſſe, ſed peccatum auerſari declarabit, cum ita videlicet diuerſo modo ſe gerat in rebus & ſuis & alterius. Cæterū ſi quandocunque indignatur, non hanc, quam dixi, ſed huic contrariam rationē adhibuerit, is prorſus indicabit, ſe neque propter deum, neque propter periculum eius, qui peccauerit, ſed propter gloriæ cupiditatem, aut imperitandi ſtudium, indignationem illam ſuſcepiſſe. Oportet enim illum & pro dei gloria, cui violando ipſius mandato infligitur contumelia, iuſtam iram ac zelum præ ſe ferentem, & peculiarem fraternæ charitati miſericordiam retinentem, pro fratris ſui in peccato periclitantis ſalute tuenda (quia anima, quæ peccauerit, ipſa morietur) in quocunque, quod committatur peccato, tanquam aduerſus peccatum animo incitari, & in eo acriter vindicando, animi ſui iu- Ezech.18 a ſtum ardorem præ ſe ferre.

INTERROGATIO LI.

Quomodo corrigi debeat delictum eius, qui peccauit.

B

RESPONSIO.

IN adbibendis verò curationibus iis, qui vitioſo animi affectu aliquo laborent, conſuetudinem imitari medicorum debet, vt videlicet ægris non iraſcatur, ſed contra morbum ipſum pugnet: in eóque impugnando, duriore victus ratione, ſi ita res poſtulat, animi vitia ſanet: veluti inanem gloriam, abiectioribus exercitiis imponēdis: futilem & otioſam loquacitatem, ſilentio: immodicū ſomnum peruigilio & excubiis orationum: ſegnitiem corporis, laboribus imponendis grauioribus: edacitatem indecoram ieiunio: murmurationem, à reliquis ſegregatione: vt videlicet neque ex fratribus quiſquam vnà cum ipſo eſſe in opere velit, neque opus, quod ipſe elaborauerit, vnà cum reliquis C reliquorum miſceatur, ſicut ſuprà dictum eſt, niſi ſi quando ſuſcepta alacriter ac citra pudorem vllū pœnitentia, morbo eo liberatum eſſe illum appareat. Tum enim opus, quod murmurans elaborauerit, admitti poterit: verùm ne ſic quidem, id in vſus fratrum vllos erogetur, ſed ad alium aliquem vſum diſpenſetur. Hæc autem cur ita fieri debeāt, ſatis ſuperius intellectum puto.

INTERROGATIO LII.

Quo animo quis accipere impoſitas ſibi multas debet, ſiue irrogatas iuxta præſcriptum Canonis pœnas.

RESPONSIO.

QVemadmodum autem diximus vacuum affectibus antiſtitem ad curationes ægris admouendas accedere oportere, item quoque viciſſim eorum, quibus medicina fit, partes exiſtimari debent, antiſtitis in ſe animaduerſiones, non ad odium accipere, neque impotentem dominationem exiſtimare, curationem eam, quam miſericordia quis adductus, conſulendi cauſa animæ ipſorum ſaluti, ipſis adhibeat. Eſſet enim à decoro abhorrens, ſi cum qui aduerſa corporis valetudine laborant, iis vſque adeò magnam medicis ſuis fidem habeant, vt eſto ipſos ſecent, eſto vrant, eſto amariſſimis dandis medicamentis medeantur nihilominus tamen inter benemeritos de ſe illos numerent: nos non itidem quoque aduerſus ani- D marum noſtrarum medicos, quandocunque duriore imponenda nobis re aliqua, ſalutem nobis 2.Cor.2.a efficiunt, fuerimus animati: Cum Apoſtolus dicat: Et quis eſt, qui me lætificat, niſi qui contriſtatur ex me? Et item, Ecce enim hoc ipſum quòd cōtriſtati eſtis, quàm magnam in vobis ſolicitudinem operatum eſt. Proinde rei ſpectari exitus debet, & is bene de nobis meritus iudicari, qui nobis contriſtationem illam afferat, quæ eſt ſecundum deum.

INTERROGATIO LIII.

Quomodo artium magiſtri peccantes pueros corrigere debeant.

RESPONSIO.

E

ATque illud etiam ſeruandum eſt, vt qui artes docent, ij, ſi qua in re, quæ ad artem eam pertineat, quam tradunt, labi illos animaduerterint, quos in diſciplinam acceperint, ſeorſim eos verbis caſtigent, & errata corrigant. Quæcunque autem ab eis peccata committantur, eiuſmodi, quæ animi motum peruerſitatem indicent, veluti ſi quis cōtumax ſit, verbis cōtrà contendat, in elaborandis operibus negligenter ſe gerat, garrulus ſit, & otioſi loquus, aut vanus, aut aliud denique aliquid agat eorum, quæ pietatis cultoribus vetita ſunt: hæc in quibus animaduerſa ſiot, ij ad communis diſciplinæ moderatorem duci debent, & coram eo accuſari, vt ipſe ſit videlicet, qui ſtatuat, quatenus, quáve ratione vnum quodq; peccatum curari conueniat. Si enim obiurgatio eſt animæ curatio, prorſus obiurgare non eſt cuiuſlibet, ſicut neque curationem admouere, niſi ſi quis ſit, cui munus hoc antiſtes ipſe adhibita prius diligen- F ti circumſpectione delegarit.

INTERROGATIO LIIII.

Quòd præpoſiti cōuētuum viciſſim de bis quæ ſe concernunt, conferre inter ſe debent.

RESPONSIO.

OPeræprecium eſt autē, ſi ſtatis interdum quibuſdam temporibus, certiſq; locis conſeſſus celebretur, eorum, qui fratrum conuentibus præſunt, in quibus videlicet, cum de rebus iis, quæ ſibi præter rationem acciderint, tum, de difficilibus

etiam

tiam ad tractandum naturis, aut moribus, & quo modo in ſingulis moderãdis ſe geſſerint, viciſſim inter ſe communicent, & conferant. Quò videlicet, ſi aliquid aliquando minus rectè ab aliquo factum fuerit, id adhibita locuplete multorum ſententia, maiore cum autoritate quod in medium adductum eſt, quale ſit, iudicetur. Contráque ſi quid rectè geſtum, multorum ſimiliter teſtimonio comprobetur.

INTERROGATIO LV.

Nunquid ex veræ pietatis propoſito ſit, vti medicina?

A

RESPONSIO.

QVemadmodum vniuſcuiuſlibet artis ſuffragium in hoc nobis à deo eſt indultum, vt noſtræ occurramus infirmitati: ceu ſunt, agricultura quòd quæ ſua ſponte è terra gignuntur, ad ſublenandas victus neceſſitates ſatis non erant: texendi ars, quòd indumentis neceſſariò vita hominum indigebat, cum ad honeſtatem tuendam, tũ ad cœli incommoda depellenda: ſimilitérque ædificandi diſciplina, quòd ſine ea haud facilè ſtare vita hominum potuiſſet: item eadem quoque in medicina ratio eſt. Cum enim corpus noſtrum morbidũ noxiis variis expoſitum, partim extrinſecus aduenientibus, partim intrinſecus agnatis morborũ generibus, obnoxium ſit, eáque modo largiore cibi copia, modo ſubductione nimia affligatur: medicinæ nobis ars à totius vitæ noſtræ moderatore deo B conceſſa eſt, à qua nimirum cum demẽdis iis, quæ ſuperarent, tum quæ deeſſent, addendis, rationem diſceremus, quemadmodum nos animæ quoque curationem adhibere oporteret. Vt enim ſi in paradiſo deliciarum eſſemus, nihil agreſti nobis, neque labore opus eſſet, neque ſolertia: ſic ſi vacuã penitus morbis vitam ageremus, ad ſimilitudinẽ temporis illius, quando ab initio ſtatim creati, nõdum de dei gratia decideramus, ſine dubio nihil nobis opus eſſet, cur valetudinis tuendæ cauſa præſidium vllum à medicina peteremus. Verum quẽadmodum poſteaquam in locum hunc, veluti in exilium quoddam detruſi ſumus, veráque illa audiuimus, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: diuturna deinde periclitatione aſſiduáque in excolenda terra induſtria, ærumnoſáque agriculturæ artem effecimus, cum deus ad lenienda vtcunque ea, quę ab execratione illa inuecta nobis incõmoda fuerant, agricolandi intelligentiam, perceptionéque C nobis ſit elargitus: Sic vbi iuſſi ſumus, vt in terram de qua ſumpti eramus denuò reuerti & dolorificæ carni, morti propter peccatum addictæ, ac propterea huiuſcemodi morbis ſubiectæ aptati ſumus, datum nobis medicinæ remedium eſt, quo (adhibita tamen ea, quam adhiberi par eſt, moderatione) aduerſum ægros vteremur. Neque enim fortuito ortæ de terra herbæ ſunt ad ſingula morbõrum genera accommodatæ, ſed nimirum ex ſupremi opificis voluntate editæ ſunt, eo conſilio, vt iis nos ad vtilitatem noſtrã vti poſſemus. Quocirca ea quidem, quæ in radicibus, floribúſve, aut foliis, aut fructibus, aut ſuccis naturalis vis ineſt, aut quodcũque etiam ex metallis, maríve aliquid ad corporis noſtri vſum appoſitum habere inuenta ſit, ea omnia earum rerum inuentioni ſimilia iudicari debent, quibus in cibo potionéque vti conſueuimus. At in quibus exquirendis curioſa quadam, & anxia nimis ſolertia, curáque eſt opus, quęque magnas nobis moleſtias quaſdam conciliant, ac quaſi vitam noſtram in corporis curatione implicatam tenent, ea à Chriſtianis hominibus funditus repudianda ſunt: dãdáque nobis ſtudioſè opera eſt, vt huiuſmodi arte (ſi quãdo res poſtulet) ita vtamur, vt nullo modo omnem ei aut proſperæ, aut aduerſæ valetudinis cauſam aſſignemus, ſed vt ad gloriam dei, & formulam quandam, qua nos in animorum noſtrorum curatione vti oporteat, ita ſalutaria ab ea corpori noſtro ſubſidia petamus. D Ac ſi quando medicinæ nos remedia defecerint, neutiquam leuandi mali ſpem omnem in hac arte collocatam habeamus: ſed illud intelligamus aut quòd non patietur nos tentari deus ſupra id, quod poſſumus: Aut quod ſicut olim, dum inter nos verſaretur dominus, modo lutum faciens, illud alicui illinebat, illitóque vt ſe in Siloam ablueret, præcipiebat, modo ad ſanandum, voluntate ſola contentus erat, dicens, Volo: mundare. Quoſdam etiam præterea, vt in acerbitatibus certarent, dimiſit: nimirum qui periclitatione illa ſpectatiores ipſos vellet efficere: ita nunc etiam pari ratione agere nobiſcum velit, tum ex occulto ratione quadam oculis noſtris minimè aperta, ſalutari nobis imponenda medicina, quotieſcunque ita facere ex animarum noſtrarum vtilitate eſſe ipſe iudicauerit: tum id etiam agendo interdum, vt ad depellẽdos à nobis morbos eos, quibus laboremus, craſſioribus remediis quibuſdam vtamur, idq́ue ea E re nimirum, quòd curationis lõginquitate memoriam eius, quod acceperimus, beneficij, altius in animis noſtris impreſſam velit, vel (vt antè dixi) ea re, vt formulam nobis tradat, quam in curandis noſtris animi vitiis imitemur: Vt enim in corporibus neceſſariò & demi illa debent, quæ ſuperuacanea ſunt, & quæ abſunt, apponi: ſic idem quoque nobis in animis noſtris ſeruandum eſt, vt quæ aliena ſunt ſcilicet, amandemus, & quæ idonea, aſciſcamus. Siquidem fecit deus hominem rectum, & ad bona opera creauit nos, vt in illis ambularemus. Et quemadmodum in iiſdem corporibus ſecari, vri, & potiones amariſſimas ſumere, incolumitatis ipſorum cauſa nõ recuſamus: ſic in animis quoque, ſecantia, cum obiurgamur, verba, amarę que pro ipſorum ſalute increpationum medicinę accipiendæ ſunt. quod quidem iis, qui emendati non erant, Propheta obiectat, cum dicit, Nũquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? F Quare igitur non eſt reſtituta ſanitas filiæ populi mei? Quin illud etiã, quòd quis in inueteratis morbis, non niſi ex longinquo tempore, variiſque, & iis dolorem facientibus medicamentis ſanitatem expectat, indicio eſt, vitia ſimiliter, quæ in animis noſtris inueterauerint, aſſidua oratione, & diuturna patientia & acerrima animi contentione, quæ ad ſanitatem adipiſcendam ratio ſufficere nobis oſtenderit, à nobis curari oportere. Non igitur quoniam medicina peruerſe quidam vtuntur, idcirco fugienda nobis omnis, quæ ab ea naſcitur, vtilitas eſt. Neque enim eo quòd qui voluptates intemperanter conſectantur, coquinaria facultate,

Collatio.

Gen. 3. d

1. Cor. 10. c

Ab exemplo argu.

à medicina corporis ducta.

Sap. 1. d

Hier 8. d

panificióve, aut texendi arte ad luxum abutuntur, cum vltra præſcriptos neceſſitatis limites progrediantur, continuò huiuſmodi à nobis repudiari artes debent: contráque potius, ex recta illarum tractatione, quod ab ipſis in illis fit, detegendum vitium eſt. Sic igitur in medicina etiam, haudquaquã rectè fieri ratio docet, ſi propterea, quòd ſint qui illa vtantur vitioſè, eius datum nobis diuinitus munus in crimen vocetur. Etenim cum illud, incolumitatis ſuæ ſpem omnem habere poſitam in manibus medicorum, planè iumentorum ſimile ſit (quod quidem vſu venire miſeris nonnullis animaduertimus, qui etiam non verentur apertè liberatores ſuos illos appellare) tum hoc, omnes penitus, quæ ab ea proficiſcantur, vtilitates fugere, hominum eſt valde in ſua ſentẽtia peruicacium. Sed quemadmodum Ezechias maſſam ficorum illam, neutiquam præcipuam ſanitatis ſuæ cauſam fuiſſe arbitratus eſt, neque ſalutem corporis ſui, quã recuperauerat, illi acceptam tulit, ſed ad dei gloriã, etiam quòd ficos creaſſet, gratiarum actionem adiecit: Sic nos quoque, quandocũque ab eo, qui benignè, ſapientérque vitam noſtrã moderatur deus, vapulamus, primùm illud petamus, vt cauſam nobis indicet, cur ita plectamur: tum illud poſtulemus, vt ab iis, quibus premimur, acerbitatibus liberemur, & animi ab ipſo in tolerãdo fortitudinem comprecemur, vt vnà cum tentatione exitum etiã præbeat, et ſuſtinere poſſimus. Reſtitutæ vero nobis ſanitatis munus, ſiue per vinum oleo permiſtũ velut ille curatus fuit, qui in latrones inciderat, ſiue per ficos, vt legimus de Ezechia, gratiarum actione proſequi debemus: neque omnino referre quicquam exiſtimemus, ſiue non cernentibus nobis, ſiue cernentibus corporeæ rei alicuius opera curationem nobis deus adhibeat, quando hæ ſæpenumero faciunt, vt dei in nos beneficium clarius agnoſcamus. Atque etiam fit plerunque vt cũ idcirco in aduerſam valetudinem inciderimus, vt hoc pacto admoniti, vitia noſtra emendemus, loco pœnæ cuiuſdam, huiuſcemodi curationis acerbitatem cogamur perferre. Quocirca neque ſectiones, neque vſtiones, neque cruciatus, quę acerba, aſperáq; medicamenta afferre ſecum ſolita ſũt, neque inedias, neque arctiſſimas in victus obſeruatione regulas, neque denique declinationẽ à rebus, quæ obſunt, repudiãda eſſe nobis recta ratio demonſtrat, ſaluo tamen (iterum enim dico) propoſito animę vtilitatis, quippe cui in medicina corpori admouenda, formula quædam proponitur, quam in ſui ipſius curatione ipſum conueniat imitari. Porrò haud mediocre periculum eſt, ne ab recto animus aberrans, vanas quaſdã opiniones cõcipiat, quippe quaſi ægrotatio omnis petitis à medicina remediis curanda ſit. Neque enim ſemper morbi omnes à natura, aut vitioſa victus ratione, aliiſve quibuſdam ſuis in corpore noſtro cauſis, ad quæ vtilem interdum medicorum artem videmus, ortum ducunt: quandoquidem morbi ſæpenumero veluti quędam peccatorum flagella ſunt, quibus nihil aliud agitur, niſi vt vitam noſtram in melius commutemus. Quem enim, inquit, dominus diligit, caſtigat: & ideo multi in vobis infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: dum iudicamur autẽ à domino corripimur, vt non cum mundo damnemur. Quamobrem qui eiuſmodi ſunt, hi omiſſis medicorũ auxiliis, inuectas ſibi acerbitates ferre ſilentio debent, quãdocunque ſe peccaſſe animaduerterint: atque illum imitari, qui dixit, Iram domini portabo, quoniam peccaui ei: necnon vitæ ſuæ praua ſtudia emendare, & dignos pœnitentiæ fructus edere, & verborum domini illorum meminiſſe, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Quin eſt, quando hoc diabolo ita depoſcente permittitur à domino, cum aliquem tanquam fortiſſimum aduerſarium (quæ eſt eius benignitas) ipſe cum illo in certamen committat, ac magnificã illius iactantiam ſumma ſeruorum ſuorũ tolerantia retundat (quod quidem in Iob factum fuiſſe animaduertimus) aut molliori bus etiam in ferendis doloribus, laboribúſque exempla proferuntur eorum, qui vſque ad mortem continenter tolerare cruciatus poſſunt: veluti Lazarus, de quo, cum tot vndique vlceribus vrgeretur, nuſquam tamen ſcriptum eſt, eum quicquam vnquam ab diuite illo petiuiſſe, ſignificationémve vllam feciſſe, quòd iniquo animo eum, in quo erat, rerum ſuarum ſtatum ferret: quæ quidem cauſa fuit, quamobrem poſtea quietem in ſinu Abrahæ inuenerit, veluti qui mala recepiſſet in vita ſua. Quanquam aliam præterea in ſanctis viris morborum cauſam euenire ſolitam reperimus, velut in Apoſtolo. Ne enim hominis natura egreſſus poſſet putari, aut naturaliter aliquid præ cæteris eximium habere quiſpiã ipſum exiſtimaret (quemadmodũ Lycaones, qui ad eum cum coronis & tauris acceſſerunt) quò facilius intelligi poſſet hominis illum natura præditum eſſe, in aſſidua vſque erat ægrotatione. Quocirca quid eſt, quod huiuſmodi hominibus emolumenti afferre poſſit medicina? aut quod non iis potius contrà ab ea periculum procreari? qui quidem relicta recta ratione, curam ſuam in corporis curationem tantum contulerint. Qui verò ex vitioſa, quam tenebant in victu, ratione, morbum ſibiipſis contraxerũt, hi corporis curatione vti debent, perinde vti exemplo, & adumbratione quadam, quam in curando animo ſequantur, quemadmodum dictum eſt ſuprà, quando quæ ex medicinæ ratione, à rebus quæ obſunt, declinatio fit, ea quoque nobis vtilis eſt, item delectus rerum vtilium, ac præceptorum conſeruatio. Atque ipſa etiam aduerſæ corporis valetudinis in ſecundã mutatio, quædam nobis eſſe veluti confirmatio debet, ne de animæ ſanitate penitus deſperemus, quaſi verò ea ex peccatis ad priſtinam integritatẽ per pœnitentiam ſe recipiẽdi facultatem omnem amiſerit. Neque igitur fugiẽda penitus ars iſta eſt, neque rurſum omnis in ea ſalutis noſtræ præſidia collocanda: ſed quemadmodum, licet agriculturæ vſum acceperimus, frugum prouentum tamen poſtulamus à deo: & quamuis gubernatori clauum committamus, deum tamen, vt nos ex alto incolumes conſeruet, oramus: ſic nihilominus cùm medicum adhibemus, idque ratio fieri concedit, neutiquã à ſpe illius erga nos bonitatis debemus diſcedere. Mihi verò etiam ad colendam continentiam, haud mediocre momentum ars hæc, de qua loquimur, videtur afferre. Siquidem animaduerto ab ea & delicias amputari, & crapulam damnari, epularum præterea varietatem, & exquiſitam nimis

Marginal notes: A; 4 Reg. 2. b; 1. Cor. 10. c; Luc. 10. f; Perſtat in metaphora.; B; γνώμη.; C; Morbi flagella peccatorum.; Prou. 3. b; 1. Cor. 11. g; Mich. 7. b; Ioan. 5. a; D; Patientiæ exempla: B. Iob.; Lazarus; Luc. 16. d; Act. 14. b; E; [Greek note, illegible]; [illegible]; F

mis condimentorum prauè excogitatam ſolertiá, tanquam inutilem improbari. Inſumma denique indigẽtiam ab ea ſanitatis matrem appellari. Proinde ſiue aliquando præceptis medicinæ vtimur, ſiue repudiamus ob aliquam cauſam earum, quas antè memorauimus: propoſitum tamen illud teneri vſque conſtantiſſimè debet, vt deus in primis propitius habeatur, & animæ vtilitati conſulatur, & præcepto Apoſtoli ſatisfiat illi. Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia ad gloriam dei facite. 1.Cor.10.g

A

CAPITA REGVLARVM quæ Conciſius diſputantur.

1 Nunquid alicui licere, aut conducere exiſtimandum ſit, vt ſponte ſua ipſe faciat, dicátve quæ honeſta eſſe iudicet, ſine teſtimonio diuinarum ſcripturarum.

2 Cuiuſmodi conditiones eſſe debeant eorum, quibus mutuò ſe ij debent obligare, quibus decretum eſt vnà inter ſe vitam agere ſecundum deum.

3 Quomodo auerti à peccato debeat is, qui peccet: quomodóq; ſi obſtinatè in propoſito perſiſtat, animati eſſe aduerſus eum debemus.

4 Nunquid ſi quis pro leuiſſimis quibuſque peccatis fratres preſſe nimis vrgeat, ac pro iis pœnitentiam eos agere debere dicat, hic immitis dicendus ſit: & vtrum is charitatem hoc modo diſſoluat.

5 Quæ cuique pro quoque peccato agenda pœnitentia ſit. B

6 Cuiuſmodi is habendus ſit, qui cùm pœnitere ſe dicat, re ipſa tamen ſolitam peccandi cõſuetudinem non intermittit.

7 Quodnam aduerſum eos dei iudicium ſit, qui peccantes defendunt.

8 Quomodo recipi debeat is, quem verè pœniteat.

9 Quomodo aduerſum eum animati eſſe debemus, qui pertinaciter ſine vlla pœnitẽtia in peccato perſeuerat.

10 Quantis cum lacrymis, quantóque cum timore recedere debeat à peccatis anima ea, quæ miſerè in multis ante peccatis volutata ſit.

11 Qua ratione quis odium concipere poſſit aduerſus peccata.

12 Quomodónam certum ſibi perſuadere anima poſſit, quòd deus delictorũ ſibi gratiá fecerit.

C 13 Nunquid qui poſt ſuſceptum baptiſmum peccauerit, is ſalutem ſuá debeat deſperare, ſi multis poſtea implicatus peccatis inuentus ſit.

14 Ex cuiuſmodi fructibus probari poſſit vera alicuius pœnitentia.

15 Quam vim habeat illud, Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei?

16 Quamobrem anima peccatrix nullo interdum adhibito ſtudio, tanquam ſi dolor ei aliquis incidiſſet, compungitur: interdum autem adeo lãguidus eſt, vt cum maximè conetur, compungi non poſſit.

17 Si cui cogitatio aliqua de edendo inciderit, deinde ſemetipſum condemnarit, nunquid hic in crimine illo ſit; tanquam qui cõtra præceptum ſolicitus fuerit.

18 Nunquid ei, qui in collegio peccatum aliquando aliquod commiſerit, ſi diu poſtea rectè viuere perſeuerauerit, procuratio aliqua demandari debeat: & ſi debeat, cuiuſmodi eam eſſe conueniat.

19 Si quis in ſuſpicionem venerit de aliquo peccato, neque id apertè tamen committat, nunquid is obſeruari debeat, vt id, de quo ſuſpicio eſt, manifeſto deprehendatur.

20 Nunquid debeat is, qui in peccatis diu volutatus fuerit, ſocietatem ſolum cum prauè ſentientibus in fide defugere, vel etiam prauè viuentiũ conſuetudinem declinare.

21 Quæ cauſa ſit, quamobrem huc & illuc animus futiliter diſtrahatur, & variis ſecum diſceptationibus fluctuet: & quæ ſit vitij huius emendandi ratio. D

22 Vnde per ſomnum nocturna in nobis à decoro & honeſtate abhorrentia viſa excitentur.

23 Ad cuiuſmodi vſque verba, ocioſus eſſe ſermo iudicari poſſit.

24 Quid eſt maledictum, ſiue conuitium.

25 Quid eſt detractio.

26 Qui detrahit fratri, aut detrahenti alij aures accommodat, & non obſiſtit, qua is pœna dignus eſt.

27 Quomodo aduerſus eũ animati eſſe debemus, qui præpoſito detrahat.

28 De eo, qui minus modeſta voce, & verbis petulantioribus reſpondet.

29 Qua ratione quis aſſequi poſſit, ne iraſcatur.

30 Quomodo à ſe vitium prauæ cupiditatis amputare quis poſſit. E

31 An ridere prorſus permiſſum non ſit.

32 Dormitatio intempeſtiua, & immodica vnde naſcatur: & quomodo ab ea poſſimus liberari.

33 Quo argumento cognoſcitur quis laudem ab hominibus affectare.

34 Qua ratione captãdæ hominum laudis vitium quis poſſit effugere.

35 Quomodo ſuperbus eſſe aliquis cognoſcitur: itémque quomodo curetur?

36 Nunquid honos quærendus ſit?

37 Qui in exequendis dei mandatis iners eſt, quomodo is ſtrenuus effici poteſt.

38 Quomodo cum fratre eo agendum ſit, qui facere aliquid iuſſus, primùm parere recuſauerit, deinde ipſe obedientiæ vltro ſe ſubiecerit.

39 Quomodo cum eo agendum, qui murmurans obedierit.

40 Quomodo quis, qui aliqua in re fratrem offenderit, corrigi debeat. F

41 Quomodo cum eo agi oporteat, qui ei, quem offenderit, recuſet ſatisfacere.

42 Quæ ratio tenenda ſit, quãdocunque is, qui offenderit, ſatisfacere paratus ſit: is autem qui offenſus ſit, redire cum eo in gratiam nolit.

43 Quomodo debeat quis animatus eſſe aduerſus eum, à quo à ſomno ad orationem expergefiat.

44 Qua pœna dignus eſt, qui cùm à ſomno ad orationem expergefactus ſit, id aut ægrè ſe ferre oſtendat, aut etiam iraſcatur.

45 De iis, qui ſcire negligunt multiplicem dei voluntatem, ne grauius plectantur, tanquam qui ſcierint, & non fecerint.

46 Nunquid qui alium patitur peccare, cum poſſit prohibere, ipſe peccati illius particeps ſit.
47 Nunquid diſſimulatione vtendum ſit aduerſus eos qui peccant.
48 Auaritiæ quis ſit finis.
49 Quid ſit perperam agere.
50 Si quis in conuentu maiori ſumptu cõfectis veſtibus depoſitis, id quod minoris precij ſit, verbi gratia, vel pallium, vel calceamentum velit, idque ob eam cauſam, quòd ex ipſo ſe cõdecorari putet, nunquid is peccet, aut cuiuſmodi vitio laboret.
51 Quam ſignificationem habeat verbum, Racâ.
A 52 Quis ſit inanis gloriæ cupidus, quiſve item humani fauoris captator.
53 Quodnam ſit inquinamentum carnis, & quod item inquinamẽtum ſpiritus: & qua ratione ab iis mundi eſſe poſſimus: quæve item ſit ſanctificatio, & quomodo eius compotes eſſe poſſimus.
περὶ τῆς φιλαυτίας. 54 Quid ſit ſeipſum amare, & quibus iudiciis quiſque talem ſe eſſe poſſit cognoſcere.
55 Quid interſit inter amaritudinem, furorem, ſiue iracundiam iram, & irritationem.
56 Quid interſit inter eum, quem alium ſapere dicimus, & glorioſum, ſiue arrogantem & ſuperbum, & faſtidio elatum, & inflatum.
57 Si cui vitium aliquod inſit, quod emendari nõ poſſit, & cuius quò ſæpius reprehenditur, eo ſæpius læditur, nunquid profuerit condonare illi ac ſinere?
58 Nunquid is tantummodo cenſuram iudicij ſubire debeat, qui de induſtria mentitus ſit: an is etiam, qui imprudens præter veritatem abſolutè aliquid locutus fuerit. ἀπολύτως.
B 59 Nunquid cui tantum in animo fuerit aliquid facere, neque poſtea fecerit, hic mendax iudicandus ſit.
60 De eo qui temere facere aliquid decreuit ex iis quæ deo non placent.
61 Quomodo cum eo agi par ſit, qui neque opus facere poſſit, neque pſalmos diſcere velit.
62 Si quis fecerit, perinde atque is, qui talentũ occultauerat: num iudicio condemnandus venit?
63 Quid eſt, quod cum quis fecerit ſimili iudicio cõdemnatur, atque illi, qui aduerſus nouiſſimos murmurauerant?
64 Scandalizare quid ſit, & quomodo malum hoc fugere poterimus?
65 Quomodo quis veritatẽ in iniuſtitia detinet?
66 Quid eſt contentio, quidve item æmulatio?
67 Quid eſt immundicia, quidve item obſcœna & petulca laſciuia?
68 Quid proprium iracundi furoris, quidve item cum ratione ſuſceptæ indignationis.
69 De iis, qui cum neque parcius edant, quàm cæteri, neque corpore ſint inualido, impares tamen ſe obeundis conuentus muneribus cauſentur?
C 70 Quomodo cum eo agẽdum ſit, qui veſtitu, aut calceamentis abutatur.
71 Cum aliqui ſint, qui in cibis ſuauitatem magis, quàm copiam conſectentur: alij autem contrà ſuauitati copiam ſaturitatis cauſa anteponant: quomodo vtrique perſuadendi ſint.
72 De iis, qui in conuentu immodeſtè ad mẽſam ſe gerunt, ſeſeque voracios ingurgitant.
73 De iis, qui non ex deſiderio fraternæ emendationis eos redarguunt, qui peccant, ſed ex libidine ſeipſos vlciſcendi.
74 De iis, qui ſe à cæterorum fratrum ſocietate ſeparant, & ſoliuagum vitæ genus ſectantur.
75 Nunquid omnis peccati, quod vel cogitatione vel verbis, vel opere committatur, cauſa in Satanam conferri debeat.
76 Nunquid propter vtilitatem aliquam, quæ ex mendacio poſtea conſecutura ſit, liceat mẽtiri.
77 Quid ſit dolus, quid item morum peruerſitas.
78 Adinuentores malorum qui ſint.
79 Quomodo ſi quis identidẽ ſemetipſum reprehendat, quòd durius ſe gerat aduerſus fratrem, is huiuſcemodi vitium poſſit emendare. D συνεχῶς.
80 Quænam ſit cauſa, vt mentem noſtram cogitationes bonæ, & deo placẽtes velut nos deſerãt.
81 Nunquid pari modo obiurgãdi ſint & religionis cultores, & cæteri quilibet de vulgo, quandocunque peccent.
82 Nunquid ſi aliquando contingat, vt quæ ætate prouectior eſt, idem cũ ea quæ natu minor ſit, peccatum commiſerit, eadem eum ea pœna plecti debeat.
83 Si quis multa rectè faciens, in vno tantũ offendat, quomodo cum eo agendum ſit.
84 De iis qui moribus præditi ſunt tumultuoſis ac turbulentis.
85 An in fratrum ſocietate proprium aliquid habere liceat alicui.
86 Quid aduerſus hunc obſeruãdum ſit, qui dicat ſe neque à fratrũ ſocietate quicquam velle, neque de ſuo quicquam ipſum dare, ſed contẽtum ſe eſſe rebus ſuis.
87 Nunquid vnicuique liceat vetuſtate iam detritum veſtimentum pro arbitrio ſuo dare cui velit ex præcepto. E
88 Quid eſt ſolicitudo huius vitæ.
89 Quoniam ſcriptum eſt in ſacroſanctis literis, Precium animæ hominis propriæ diuitiæ: quid faciendum ſit iis, qui diuitias non habent. τριχίνον.
90 An liceat nocturnum veſtimentum habere, ſiue cilicinum, ſiue alterius cuiuſuis generis.
91 Quid faciendum ſit ei fratri, à quo cũ propriũ nihil habeat, pallium aliquis petierit, maximéque ſi is, qui petierit, nudus ſit.
92 Cũ dominus iubeat, vt bona noſtra vendamus qua mente præceptum hoc exequi debeamus.
93 Qui ſemel ſe rebus ſuis omnibus ſpoliauerit, iamque propriũ ſe nihil habere profeſſus fuerit, qua mente eum rebus ad viuendum neceſſariis vti oporteat, veluti veſtitu, ac victu.
94 De iis, qui relictis, quæ dependere ſoliti erant, tributis, ſe ad fratrum ſocietatem aggregarint.
95 An expedire iudicandum ſit, vt qui modo nouitij ingreſſi ſint, confeſtim ediſcant quæ de ſacroſanctis literis diſcenda ſunt. F
96 An debeat omnibus liberum eſſe literas diſcere, ſi velit, vel lectionibus vacare.
97 Nunquid is debeat admitti, qui petit, vt ad modicum tẽpus intra fratrum collegium recipiatur, eo conſilio, quòd fratrum ſibi conſuetudinem profuturam ſperare ſe dicat.
98 Quem animum habere antiſtes conuentus debet in iis quę imperat, ordinátve.

Qua

99 Qua animi affectione ad obiurgandum debeat accedere, qui obiurgaturus ſit quempiam.

100 Quæ tatio tenenda ſit io dimittendis iis, qui forinſecus mendicantes accedunt.

101 De eo, cui credita diſpenſatio eſt, & de mendicantibus.

102 De iis qui ſe à ſocietate aliotũ abducunt, quacunque de cauſa.

103 Quoniam nonnunquam conſueuit euenire, vt quibus in rebus etiã qui natu grandiores ſũt, labantur, an ij teprehendi debeant.

104 Quæ tatio teoẽda ſit in officiis fratribus delegandis.

105 An confeſtim vbi quis receptus intra fratrũ

A ſocietatem fuerit, eum diſcere artes cõueniat.

106 Cuiuſmodi pœnæ illę eſſe debeant, quibus in ſocietate fratrum vti opoꝛteat.

107 De iis qui dicunt cupere ſe in fratrum ſocietate viuere.

108 Nunquid debeat antiſtes ſemota ſorotũ prę-ſide cum aliqua de rebus ad fidei ædificatiunẽ pertinentibus loqui.

109 Nunquid conuenire putãdum ſit, vt antiſtes ſermonem ſæpe cum antiſtita conferat.

110 Nunquid quando ſoror presbytero peccata ſua confitetur, aliquam etiam natu maiorẽ ſororem adeſſe conueniat.

111 Si inſcia antiſtita, antiſtes aliquid faciendum ſororibus imperauerit, an propterea antiſtita iuſtè poſſit indignari.

112 Nunquid ſi quis ad genus vitæ, quod eſt ſecũdum deũ, acceſſerit, debeat, qui fratribus præ-eſt, huiuſcemndi hominem ſioe cæterotum fra

B trum ſententia admittere.

113 An poſſit, cui animarum cura delegata ſit, illud ſeruare, Niſi conuerſi fueritis, & facti fueritis ſicut paruuli.

114 Nunquid cuiuis, & quodvis imperanti obedire conueniat.

115 Quomodo mutuam inter ſe fratres obedientiam debeant præſtare.

116 Quatenus obedientia progredi debeat.

117 Qui variis officiis, quæ in dies ſingulos ſibi pro propoſito mandato, demandantur, minimè acquieſcit, ac artem quampiam diſcete ſtudet, quo is morbo laborare putandus ſit: & nũquid ferri debeat, qui huiuſmodi ſit.

118 Qui ſtrenuus eſt in mandato, & opus facit, non quod ipſi præcipitur, ſed quod ei collibitũ ſit, quam hic mercedem habet.

119 An liceat vnicuique delatum ſibi munus recuſare, & aliud ab eo diuerſum quærere.

C 120 An exeundum ſit aliquò, niſi petita prius ab antiſtite exeundi venia.

121 An grauiora munera liceat recuſare.

122 Qui hac pœna dignus iudicatus ſit, vt benedictiooem non accipiat: is ſi, niſi accepta prius benedictione, cibum ſe neget ſumpturum, nunquid ferendus ſit.

123 Nunquid eum ferri cõueniat, qui cum (quod commodè non poteſt) facere non permittatur, ægrè id patiatur.

124 Nunquid ſi caſu quis cum hæreticis, gentilibúſve inuentus ſit, is cibum vnà cum illis capere debeat, aut eos ſalutare.

125 Cui munus aliquod creditum ſit, nunquid is munus illud debeat retinere, ſi quid præter præſcriptum ipſe ſua ſponte fecerit, nulla eius rei venia prius petita.

126 Quomodo quis aſſequi poſſit, vt in edendo voluptatem ſibi imperare nnn ſinat.

127 An verum ſit, quod à quibuſdam dicitur, nõ poſſe vllo modo impettari quin homo aliquãdo iraſcatur.

128 Nunquid ei permittendum ſit, vt ſuo more agat, qui vltrà quàm vires eius patiantur, colete continentiam velit, atque ob eam cauſam impediatur, quominus præcipuè propoſito mandato poſſit ſatisfacere.

129 De iis, qui ob ieiuniorum aſſiduitatem nimiam, communibus cum cæteris cibis veſci non D poſſunt.

130 Quæ ſeruanda in ieinnio ratio ſit, quotieſcũque ieiunandum ſit.

131 Qui communibus, quibus cæteri fratres cibis vtũtur, ipſe non veſcatur, ſed diuerſos quoſdam exquitat, vtrum is rectè facere iudicãdus ſit.

132 Quid de eo ſentiẽdum ſit, qui aliquo cibi genere lædi ſe dicat, ac ægrè ferat niſi aliud detur.

133 Quid ſi idem etiã cibi cauſa murmurauerit.

134 Quid ſi etiam iratus ea ſumere recuſauerit, quæ natura deſiderat.

135 An debeat qui ægrotus eſt, ipſe quærere, vt aliquid ſibi vltra ſolitam conſuetudinem detur.

136 An neceſſe ſit, vt ad horam prandij cuncti cõueniant: quomodóve agendum cum eo, qui nõ tempori, ſed iam pranſis aliis ſuperuenerit.

137 An is rectè facere exiſtimandus ſit, qui ad aliquod tempus, prout ipſi libitum fuerit, ſecum E ipſe ſtatuat, ab hoc vel ab illo, vel cibo, vel potione abſtinere.

138 An in communi ſocietate debeat aliquis pl⁹, quàm cæteri communiter faciaot, ieiunare.

139 Cum ex vehementi ieiunio remiſſiores effici ad laborandum fratres ſoleant, vtrum potius faciendum ſit, opúſne negligendum propter ieiunium, an contrà ieiunium, vt vires ſuppetant ad laborandum.

140 Qui in lædentibus ſe cibis continentiam abiecerit, iiſque ſeſe auidius ingurgitarit, ac propterea in aliquem morbum inciderit, nunquid ei curationem vllam adhiberi conueniat.

141 Nunquid conuenire putandum ſit, vt extrarij homines in officinis reperiantur.

142 An debeant opifices, opus aliquod ab aliquo faciendum redimere, ſine ſententia antiſtitis.

143 Qui in operibus faciendis ſuot occupati, quã ij adhibere diligentiam debeant in commiſſis F ſibi inſtrumentis accurandis.

144 Qualis habendus ſit, qui vel ex negligentia interire aliquid ſiuerit, vel ex contemptione eo perperam abuſus fuerit.

145 Qualis is iudicandus ſit, qui inſtrumenti alicuius vſum ipſe à ſe, oon petita ab antiſtite venia arroget, an illud etiam ſumere audeat.

146 Quomodo cum eo agendum ſit, à quo cũ vrgente oeceſſitate poſtulatum ab antiſtite ſit, vt inſtumentum ſibi aliquod velit commodare, id facere nolle ſe dicat.

147 Qui propterea quòd in rebus aut penu aut coquinæ, aut alio aliquo neceſſario obeundo mu-

nere ſit occupatus, ſi tam præſto eſſe non poſſit vt adſit, cum decantari pſalmi incipiunt, aut oratio fieri, nunquid is ob eam cauſam vtilitatis animæ detrimentum aliquod facere exiſtimandus ſit.

148 Cuiuſmodi poteſtas ſit io diſpenſaodo illius, cui de peou diſpenſando cura commiſſa ſit.

149 quam pœnam commereatur, cui diſpenſandi officium traditum ſit, ſi quid ex animi maiore in aliquem propenſiooe, ſimulratéve fecerit.

150 qua multa dignus ſit, ſi res fratri ad victum neceſſarias ex oegligeotia ſubrraxerit, vel oon dederit.

A 151 An liceat ei, qui miniſtrar, voce vti io loquendo altiore.

152 De iis, qui vltrà quàm ferre ipſorũ vires poſſunt, io miniſteriis deſatigantur.

153 quomodo cui lanæ creditæ ſint, illa eas haberedebeat.

154 Si aliquando conriogat, vt paocis fratribus, qui pluribus ſororibus miniſtrent, neceſsitas aliqua incidat, vt mutuo alteri ab alteris diſtrahaotur, quòd vnicuique ſeorſum ad diuerſa munera eundum ſit, ounquid buiuſcemodi factum periculo vacet.

155 quomodo gerere ſe fratres debeant erga eos qui aduerſa valetudine laborant in hoſpitali.

156 Nunquid oporteat, qui ſemel diſpenſandi penoris officio præpoſitus ſit, aut buiuſmodi alij muoeri cuipiam præfectus, illud eum perpetuo retinere, an diſpẽſandi reliquis etiam viciſsim locum coocedere.

B 157 Cuiuſmodi animi affectiooe deo ſeruire debeat vouſquiſque.

158 Quo animo irrogatam ſibi multam accipere quiſque debeat.

159 Quodnam de eo faciendum iudicium ſit, qui ei ſucceuſeat, à quo obiurgetur.

160 Cuiuſmodi animi affectione danda nobis opera in mioiſtrando fratribus ſit.

161 Quàm magoa cum animi ſubmiſſione impẽſum ſibi quiſque à fratre miniſterium debeat accipere.

162 Cuiuſmodi, & quãta eſſe mutua inter fratres charitas debeat.

163 Quomodo quis charitatem in proximum cõſequi poſſit.

164 Quidoam ſibi velit illud, Nolite iudicare, & non iudicabimini.

165 Quo ſigno agnoſcere quis poterit, ſtudióoe dei aduerſus peccantem commoueatur, an etiã ſucceuſeat, per vitioſam & illaudabilem iram.

166 Cuiuſmodi animi affectione ei auſcultãdum ſit, qui ad exequendum dei mandatum oos adbnrtetur, denique & vrgeat.

C 167 Qualis debeat eſſe aoima, quod digna babita ſit, quæ omnino totam ſe in dei muneribus occuparet.

168 Cuiuſmodi animi affectione accipieodũ veſtimentum, vel calceamentum ſit, cuiuſcunque modi illud fuerit.

169 Si qui minor natu frater fuerit, maiorem natu ſe docere aliquid iuſſus fuerit, quomodo is ſe aduerſum illum gerere debeat.

170 Ao æqualiter oos gerere debemos aduerſus eos, quorum in officiis maior, & quorũ minor vigeat induſtria.

171 Quomodo cum eo agi par ſit, qui cum inferior ſit, moleſtè ferat ſuperiorẽ ſe ſibi anteponi.

172 Quali ac quanto cum metu, ac fide cuiuſmodíve cum affectione ſumendum ſit corpus domini.

173 An tempore pſalmodiæ vllum omnino locutioni de re aliqua locum dari conueniat.

174 Qua ratione quis aſſequi poſſit, vt ex animo, ſtudioſéque mandata domini exequatur.

175 Quomodo aliquis cognoſcatur, quòd fratrẽ cooſentaneum io modũ dei præcepto diligat. D

176 Quinã ſint hoſtes, quos diligere iuſſi ſumus.

177 Quomodo debeant, qui fortes ſunt, ipſi imbecillorum infirmitates portare.

178 Quis ſenſus eſt illorum verborum, Alter alterius onera portate.

179 Quî fieri poſſit, vt ſine charitate adeò magnã quis fidem habeat, vt ea montes transferat, aut pauperibus bona ſua omnia diſtribuat, aut corpus ſuum tradat, ita vt ardeat.

180 Cuiuſmodi cum animi affectione, attentionéve ea audienda ſint, quæ nobis interim dum ad menſam accumbimus, leguntur.

181 Si duæ vicinæ inter ſe fratrum ſocietates fuerint, & altera egeſtate prematur, altera ſit ad cõmunicãdum reſtrictior, quomodo aduerſus teoaces affecti eſſe debeant, qui egeſtate laborant.

182 Ex cuiuſmodi fructibus probari debeat aliquis, quòd miſericordia motus ad redarguẽdũ fratrem accedat.

183 Si aliquando contingat, vt inter aliquos de re aliqua in fratrum ſocietate diſſeoſio exorta ſit, nunquid (quod attioet ad charitatem) vacare periculo iudicandum ſit, vt huiuſcemodi bominum opinionibus, quæcunque arridere oobis magis viſæ fuerint, fauere nos oſtendamus. E

184 Qua ratione aliquis, quoties aliquẽ vel hortatur, vel arguit, ſtudere poſſit noo ſolùm quomodo ſcienter loquatur, ſed etiã quomodo debitam cùm deo, tum iis etiam, quibuſcum ſermonem habet, aoimi affectiooem conſeruet.

185 Quonammodo, ſi quis in aliquo, quẽ habeat ſermone, aſſentiẽtes ſibi auditores, animaduertens, lætetur, agnoſcere poſſit, vtrúmoe lætitia illa ex proba ipſi animi ſui affectione, an ex improba quapiam motione oboriatur.

186 Cuiuſmodi illi amici ſint, pro quibus animã ponere iuſſi ſumus.

187 Nuoquid oporteat ab iis quenque aliquid accipere, qui naturali ſibi propioquitate aliqua coniuncti ſint.

188 Quomodo quibuſcum cootubernij nobis aliquando vel cognationis neceſſitudo intercedebat, aſpiciendi à nobis ſint, ſi quando ad oos acceſſerint.

189 Quidnam agendum ſit, ſi iidem nos bortentur, vt domum ad eos adeamus. F

190 An naturali nobis neceſſitudine coniuoctorum vicem dolere nos oporteat, ex deſiderio ſalutis illorum.

191 Quis ſit, qui in Euangelio dicitur mitis.

192 Quæ ſit animi triſtitia ſecuodum deum, quæve item mundi.

193 Quid ſit gaudium io Chriſto,

Cuiuſ-

194 Cuiuſmodi ſuſcipiendus à nobis luctus ſit, vt beatitudinem illam, de qua eſt in Euangelio, conſequi poſsimus.

195 Quomodo quis omnia facit ad gloriam dei.

196 Quomodo edit quis, bibitve ad gloriam dei.

197 Quomodo illud accipiendum ſit, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

198 Quid ſit humilitas, quave ratione virtutis huius eſſe compotes poſsimus, eamque obire legitimis officiis. A

199 quomodo quis aſſequi poſsit, vt mãdata domini libenti animo exequatur, & pro iis, periculis ſe alacriter obiiciat.

200 quomodo qui in religiõe diuti' laboribus & vſu peritiores redditi nouitios poſsint iuuare.

201 quomodo quis mentem ſuam poſsit cohibere, vt ne inter orandum diſtrahatur.

202 An poſsit impetrari, vt nulla in re mẽs prorſus diſtrahatur.

203 Nunquid rectè factorum, iuxta domini prȩceptũ, æqualis menſura in omnibus ſit: an alius aliquando maiorem, alius minorem habeat.

204 quomodo quis idoneus efficiatur, vt particeps ſit ſpiritus ſancti.

205 qui ſint pauperes ſpiritu.

206 Cum præceptum domini ſit, vt ne ſoliciti ſimus quid edamus, aut quid bibamus, aut quibus induamur: præceptũ hoc quàm latè patere putandum ſit, quomodóve ei poſsit ſatisfieri.

207 Qua mente laborare conueniat.

208 An rectè fieri putandum ſit, ſiquis aſsiduè vſque in vniuerſum ſilentium velit ſeruare.

B 209 quomodo id aſſequi poſsimus, vt dei iudicia pertimeſcamus.

210 quis ſit habitus ornatus, qui traditus eſt ab Apoſtolo.

211 quis modus eſſe debeat charitatis eius, quæ eſt in deum.

212 quomodo charitatem quis, quæ in deum eſt, poſsit adipiſci.

213 quæ ſint indicia charitatis erga deum:

214 Vt à ſe diſsideant benignitas ſiue ſuauitas atque bonitas.

215 quis ſit pacificus is, qui beatus à dño dicitur.

216 qua in re conuerti nos oporteat, & effici vt paruulos.

217 quomodónam accipere quis poſsit regnum dei, vt paruulus.

218 Cuiuſmodi intelligentiam petere debeamus à deo.

219 quomodo ſi beneficio affecti fuerimus ab aliquo, & debitam domino gratiarum actionẽ poterimus puram & integram perſoluere, & ſimul etiam eam, quæ bene de nobis merito homini debeatur, eo modo, quo par ſit, perfectè dependere.

C 220 An paſsim vnicuique qui velit, permitti debeat, vt cum ſororibus in colloquium veniat.

221 Cùm dominus doceat orandum nobis eſſe, vt ne intremus in tentationem, nunquid orandum ſit, vt ne in dolores corporis incidamus.

222 quis ſit aduerſarius cuiuſque noſtrum, quomodóve beneuoli illi eſſe poſsimus.

223 qui ratione aliqua motus ex iis, quæ placeant deo, & ieiunare animum induxerit, quidnam is agere debeat, cum, quomodo vellet, foris hominibus non appareat.

224 Nunquid hoc etiam tempore alij ſint, qui hora diei prima opus facerȩ inceperint, alij item qui vndecima, & quínam ſint hi.

225 Cum dominus dixerit, Vbi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio illorum: quænam ineunda nobis ratio ſit, vt hoc nos promereri poſsimus.

226 Cum Apoſtolus dicat, Maledicimur, & benedicim': blaſphemamur, & obſecramus: quomodo benedicere debeat, cui maledicitur: & quid obſecrare, qui blaſphematur. D

227 Nunquid debeat vnuſquiſque de iis, quȩ ſentit ipſe aliorum etiam conſilium exquirere, an verò, quòd certiſsimè ſibi deo id gratum futurum perſuaſerit, neutiquam neceſſe ipſi ſit, vt cum altero communicet.

228 Nunquid omni in re eorum, qui ſcandalizantur, voluntas explẽda ſit: an verò ſint quædam, in quibus ſimulatione agendum non ſit, eſto aliqui ſcandalizentur.

229 Nunquid flagitioſè facta abiecta verecundia apud omnes debeant enunciari, an apud quoſdam tantummodo, & hos cuiuſmodi.

230 quid ſit obſequium, & quid rationale obſequium.

231 Siquis aliquem frater, vel etiam ſacerdos nõnunquam, iniquo aut infenſo animo perſequatur, an tradita de inimicis præcepta aduerſus eum liceat conſeruare.

232 Si quis iniuria affectus ab aliquo, tenendæ animi ſui lenitatis cauſa, patientiæque, ea de re cum nemine loquatur, atque hoc faciens exiſtimet ſe reddere iudicium deo, nunquid hic facere exiſtimandus ſit ſecundum deum. E

233 Vtrum ſi ex omnibus benefactis vnum aliquod alicui tantum deſuerit, is propterea ſalutem non adipiſcatur.

234 quomodo quis annunciet mortem domini.

235 An expediat multa ex ſcripturis addiſcere.

236 quicunque digni habiti ſunt, qui quatuor Euangelia intelligerent, quomodo ij gratiã hanc debeant accipere.

237 Cuiuſmodi animus ille ſit, qui ad dei voluntatem dirigitur.

238 Nunquid fieri poſsit, vt ſine vlla intermiſsione quis pſallat, legátve, vt ſerio de rebus ad deum pertinentibus diſſerat neque vllum omnino ab his ceſſandi ſpatium concedatur, cum aliquibus nonnunquam neceſsitas accidat, vt ſordidioribus corporis neceſsitatibus cogãtur ſatisfacere.

239 quis ſit Theſaurus bonus, quisve item malus.

240 quamobrem lata porta dicta ſit, & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem.

241 quomodo anguſta ſit porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam: quomodóve quis per ipſam ingrediatur. F

242 quid ſit illud, quod dicitur ab Apoſtolo, Amore fraternitatis inuicem vos diligentes.

243 quid ſibi velit Apoſtolus, cum dicit, Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iram veſtram, cum idem alio in loco dixerit, Omnis amaritudo, & furor, & ira tollatur à vobis.

244 Quid eſt, Date locum iræ.
245 Quomodo accipiendum ſit illud: Eſtote prudentes ſicut ſerpens, & ſimplices ſicut colūbæ.
ἀσχημονεῖ 246 Quæ ſignificatio ſit eius dicti Apoſtoli, Charitas nihil præter decorum agit vel perperam.
247 Quænam ſit gloriatio in domino, quæúe itē ea, quæ interdicitur gloriatio.
248 Quænam ratio ſit, cur cū dominus det ſapientiam, & à facie ipſius egrediatur ſcientia, & intelligētia: & cum per ſpiritū alij quidem detur
A ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, dominus exprobret diſcipulis, quòd adbuc ſine intelligentia ſint: & Apoſtolus quoſdam accuſet, tanquam quòd careant intelligentia.
249 Quid ſit pium, quid item ſit iuſtum.
ὅσιον καὶ δίκαιον 250 Quomodo quis ſanctum canibus det, aut quomodo proiiciat margaritas ante porcos: quomodóve ad propoſitū quadret, quod deinceps ſequitur, Nequando conculcent eas pedibus ſuis & conuerſi diſrumpant vos.
251 Quamobrem dominus modo diſcipulis ſuis prohibeat, ne ſacculū aut peram ſecum geſtent in via, modo autē ita dicat, Sed qui nunc habet ſacculum, ſimiliter tollat & peram: & qui non habet, vendat veſtimentū ſuū, & emat gladiū.
ἄρτος ἐπιούσιος 252 Quod ſit panis quotidianus, quē docuit nos dominus, vt precaremur quotidie.
253 Quidnam ſit, quod per talentum ſignificetur: quomodóve ilud poſsimus multiplicare.
254 Quenam menſa illa ſit, in quam oportebat te, dicente domino, mittere argentum.
255 Quónam abire iuſſus ſit is, cui dictum eſt,
B Tolle quod tuum eſt, & vade.
256 Quænam ſit merces, quam hi ſimiliter accipiunt atque primi.
257 Quinam ſint palea, quę comburitur igne inextinguibili.
258 Quiſnā ſit, qui dānatur ab Apoſtolo, quod volens in humilitate & religiōe, & quæ ſequūtur.
259 Quiſnam ſit feruens ſpiritu.
260 Cum Apoſtolus dicat, modò, Nolite effici inſipientes: modò, Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos: nunquid fieri poſsit, vt qui inſipiens nō ſit, is prudēs eſſe apud ſeipſum poſsit.
261 Quamobrem ipſi etiam ſancti viri multa quæ petierunt, ea à domino non impetrarunt.
διαφορὰ πτωχείας καὶ πενίας 262 Quid interſit inter mendicitatem, & paupertatem: & quomodo verus eſt Dauid cum dicit, Ego autem mendicus ſum & pauper.
263 Quidnā ſit, quod docere dominus velit per ea exempla, quibus ea ſtatim adiūgit, Sic ergo omnis ex vobis, qui nō renūciat omnibus ſuis, quæ habet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.
264 Quænam vis verbi huius ſit, quod dicitur, Syncerum.
C 265 Nunquid ad ſolos tantum ſacerdotes dictū illud ſit, Si offers munus tuum ad altare, & reliqua.
266 Quidnam intelligendum ſit per ſal, quod nos habere dominus iuſsit.
267 Cum alius paucis, alius multis vapulaturus ſit, quid ita nonnulli dicunt, nullum pœnarum finem futurum iis, qui puniendi ſint.
268 quónam ſenſu dicantur quidam filij inobedientiæ, & filij iræ.
269 Cum ſcriptum ſit in ſanctis literis, Facientes voluntates carnis, & cogitationum, vtrúmne à voluntatibus carnis diuerſæ ſint voluntates cogitationum, & cuiuſmodi ſint hæ.
270 quidnam velit Apoſtolus dicens, Aporiamur, ſed non deſtituimur.
271 Nunquid quiſquam omnium peccatorum, quæ commiſerit, purgationem per eleemoſynam poſsit redimere.
272 Cum domini præceptum ſit, vt ne ſoliciti ſimus de die craſtino, quomodo hoc rectè intelligi poſsit. D
273 quid ſit, quod cum quis ſecerit, blaſphemat in ſpiritum ſanctum.
274 quomodo quis ſtult' efficitur in hoc ſeculo.
275 An ſancti viri propoſitum aliquod diſturbare Satanas poſsit.
276 quid eſt quod dictum eſt ab Apoſtolo, Vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, & beneplacens, & perſecta.
277 quidnam ſit cubiculum, in quod orātem intrare dominus iubet.
278 quomodo ſpiritus alicuius orat, eius autem mens ſine fructu eſt.
279 quid illud velit, cum dixit, Pſallite ſapienter.
280 quis eſt, qui mundo eſt corde.
281 Nunquid quæ ſoror pſallere nolit, ei vis, vt pſallat, afferenda ſit.
282 quinam ſint ij, quibus dicentibus, Manducauimus coram te, & bibimus: reſpondetur, Neſcio vos.
283 Nunquid qui voluntatem alicnius faciat, is ſocius illius ſit.
284 Nunquid fratrum ſocietas, quæ propter inualetudinem ad ſummam rerum omnium inopiam reciderit, poſsit ſine vlla peccati dubitatione res ſibi ad ſuſtentationem vitæ neceſſarias accipere: & ſi poſsit, à quibus poſsit. E
285 Vtrúmne ſi ſocietas fratrum, quid cum altera ſocietate contrahat, iuſtum rei quæ permutetur precium ſolicitè quærere debeat.
286 Nunquid qui in ſocietate cæterorum fratrū viuit, eum, ſi in aliquem corporis morbum inciderit, in hoſpitale adduci conueniat.

Hæc tantummodo quæ hactenus deſcripta ſunt, in eo exemplari reperiebantur, quod ex Ponto allatum fuerat: reliqua autem deinceps XXVII. capita vnà cum animaduerſionibus ſeu ſtatutis pœnis addita ſunt de codice Caſarienſi.

287 qui ſint fructus digni pœnitentiæ.
288 Qui animum induxit, vt peccata ſua confiteatur, nunquid is omnibus temere ea, & quibuſlibet debeat confiteri, an quibus.
289 quem commiſsi peccati alicuius pœnituerit, & in illud idem denuo reciderit, quid is facere debeat. F
290 quomodónam quis aſsiduè vſque in opere domini poſsit perfectior effici. ὑπομονὴ
291 quid ſignificetur per arundinem confractam, & per linum fumigās: & quomodo quis alterum non confringet, alterum autem non extinguet. τυφόμενον λίνον
292 Nunquid rectum ſit, vt in fratrum conuentu ſecularium puerorum magiſtri ſint.
293 Quomodo cum iis agendum ſit, qui grauiora peccata reiiciunt: leuiora autem ſi committant,

tant, nihil putant referre.

294 Quæ cauſa ſit, quamobrem quis perpetuam de deo memoriam ex animo ſibi ſinat elabi.

295 Ex cuiuſmodi ſignis aliquis deprehendatur, quòd aliud agat, vitio diſtractæ mentis.

296 Quomodonam certum ſcire aliquis poſsit, peccata ſibi ſua fuiſſe condonata.

297 Quomodo facienda à peccatis cõuerſio ſit.

298 Nunquid ratio concedat, vt quæ recta ſunt, ea faciamus, quòd ita nobis ea placeat fieri.

299 Quomodo perſuaderi aliquid poſsit, vt à gloriæ ſtudio recedat.

300 Quis modus conuerſionis, quum de re agitur oculorum noſtrorum aſpectum fugiente,

301 Quid ſiquis dicat, ſe à conſcientia non condemnari.

302 Nunquid extrariis quoque indigentibus impertiendum ſit de iis, quæ ex communi penu diſtribui inter fratres debeant.

303 Nunquid iis omnibus obedire cõueniat, quæ ab omnibus in conuentu dicantur.

304 Nunquid pro iis, qui in fratrum conuentum à neceſſariis ſuis traditi ſint, cum dare ij aliquid velint, id accipi oporteat.

305 Nunquid ab extrariis aliquid conueniat accipi, ſiue amicitiæ ergò, ſiue propinquitatis, quæ antè interceſſerit.

306 Cuiuſmodinam ratione mentem quis poſsit cohibere, ne inſtabilis ad varias & inanes cogitationes aberret.

307 Nunquid viciſsim ſingulis diebus modo hic, modò ille primus decantare pſalmos, & orationem facere debeat.

308 Vtrum remuneratione aliqua aduerſum eũ vtendum ſit, qui communi fratrum aliquid ipſe donauerit: & nunquid æqualis rei datæ ea eſſe remuneratio debeat.

309 Nunquid cui cõtigerit, vt ea euenerint, quæ & conſuetudo, & natura fert, is accedere ad ſanctorum communionem debeat audere.

310 Nunquid in cõmuni domo dominicam cœnam conueniat celebrari.

311 Nunquid aliquorum rogatu alicui ad viſendos aliquos extra monaſterium exeundum ſit.

312 Nunquid laici, qui nos inuiſant, ad orationẽ adhortandi ſint.

313 Nunquid viſitari ab aliquibus, opus nos conueniat intermittere.

DIVI BASILII IN REGVLAS BREVIORES EXORDIVM.

Pſal. 33.b Benignus deus, qui docet hominem ſcientiam: iis quidem, quibus creditum eſt donum docendi, præcipit per Apoſtolum, vt maneant in doctrina: eos autem, qui ædificatione indigent quæ ex fonte cœleſtis hauritur doctrinæ, per Moyſem hortatur, dicens, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. (Deut. 32.a) Quocirca neceſſe eſt, vt nos, quibus creditum eſt munus docendi, parati animo & expromptiſimus quouis tempore ad conciliandas deo animas & inſtituẽdas: vt alia videlicet partim publicè cunctæ eccleſiæ conteſtemur, alia priuatim vnicuiq; eorũ, qui ad nos acceſſerint, arbitratu ſuo ſeorſim exquirendi à nobis poteſtatẽ faciamus, ea videlicet quæ pertinent ad ſanitatẽ fidei, & veritatẽ eius viuendi ritus, qui eſt ex Euãgelio domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quibus vtriſq; homo Dei verè vſquequaq; perfectus efficitur. Similiter item vos quoq; nihil debetis prætermittere, vnde nõ fructũ aliquem capiatis, aut vbi nõ induſtriam veſtrã exerceatis: ſed præter ea, quæ cõmuniter cum cæteris diſcitis, etiam ſeorſim de rebus ad vtilitatem veſtram ſpectantibus interrogare, atq; omne vitæ ociũ ad hoc vnum dirigere, vt vtilitati veſtræ conſulatis. Si ergo in hoc congregauit nos deus, & ab externis perturbatiõibus, multa perfruimur tranquillitate, nolimus quæſo nos ad aliud vllum opus conuertere, neq; ſomno rurſum tradamus corpora noſtra, ſed in attenta meditatione & exquiſitione rerum neceſſariarum eam, quæ reliqua eſt, noctis partem traducamus, illud facientes, quod dictum eſt à beato Dauid, In lege domini meditabitur die ac nocte. (Pſal. 1.a)

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI

Cæſareæ, eius quæ eſt in Cappadocia,

REGVLAE PER COMPENDIVM

& interrogationem.

INTERROGATIO I.

An liceat, aut conducat alicui ſponte ſua ipſum facere, diceréve, quæ recta exiſtimet, ſine teſtimonio diuinarum ſcripturarum?

RESPONSIO.

Cum dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat de ſpiritu ſancto, Non enim loquetur à ſeipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, (Ioan. 16.b) de ſeipſo autem, Non poteſt filius à ſe facere quicquam, (Ioan. 5.c) & item, Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quòd mandatũ eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor, (Ioan. 12.g) quis eſſe tanta veſania percitus poteſt, vt aliquid audeat à ſeipſo vel cogitatione tenus concipere? cùm ductore ſancto, & bono ſpiritu indigeat, vt dirigatur in viam veritatis, (Pſ. 142.a) cogitatione,

tione, verbo & opere, & cæcus ſit, & in tene-
bris degat, ſine ſole iuſtitiæ domino noſtro Ie-
ſu Chriſto, cuius mandatis tanquam radiis qui-
Pſal.18.c buſdam homines illuminantur. Præceptum enim
domini, inquit, lucidum, illumioans oculos. Sed
quooiam eorum, quæ apud nos in vſu ſuot, vel re-
rum, vel verborum, alia diſtinctè tradita ſunt in
diuina ſcriptura, alia prætermiſſa: de iis quidem
quæ ſcripta ſunt, in vniuerſum oulli poteſtas per-
A miſſa eſt, eorum aliquid, vel quæ vetita ſuot, face-
re, vel quæ iuſſa, prætermittere: cum dominus ſe-
Exo.14.b mel præcepetit, ac dixerit, Et obſeruabis verbum,
Deut.12.d quod mando tibi hodie, nec addas quicquam, nec
mioues ab eo. Formidabilis enim quædam iudi-
cij expectatio, & ignis indignatio aut æmulatio
deuotantis, eos maoet, qui eiuſmodi aliquid au-
deot. De iis verò, quæ prætermiſſa ſuot, habemus
1 Cor.6.c regulam traditam nobis ab Apoſtolo Paulo, cum
1 Cor.10.e dicit, Omnia mihi licent, ſed non omnia expe-
1.Cor.10.f diunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædifi-
cant. Et item, Nemo quod ſuum eſt, quærat: ſed
quod alterius, vnuſquiſque. Quocirca protſus ne-
ceſſe eſt, io omnibus aut deo ſubiici, aut aliis pro-
Epheſ.5.d pter maodatum ipſius. Scriptum eſt eoim, Subie-
Mat.20.d cti inuicem io timore Chiſti. Et dominus ipſe ait,
Quicunque voluerit in vobis magnus eſſe, ſit om
oium infirmus, & omnium ſeruus, abalienatus vi-
delicet à propriis voluntatibus, exemplo ipſius
Ioan.6.d domini dicētis, Deſceodi de cœlo, non vt faciam
voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui mi-
ſit me patris.

B INTERROGATIO II.

CViuſmodi poſcere à ſe mutuò profeſsionis
formulam debent, quibus in animo eſt com
munitet vitam ſecuodum deum inter ſe degere?

RESPONSIO.

Luc.9.c Eam, quæ omnibus ad ſe accedentibus propo-
ſita à domioo eſt, cū dixit, Siquis vult venire poſt
me, abneget ſemetipſum; & tollat crucem ſuam,
& ſequatur me. Hoc autem quam habeat vim, di-
ctum eſt in ea, quæ propriè de boc eſt, interoga-
tione.

INTERROGATIO. III.

PEccantem quomodo coooeriemus? aut ſi du-
tus in propoſito permaneat, quomodo cum
eo agere debemus?

RESPONSIO.

Mat.18.b Quemadmodum iuſsi ſumus à domino, cum
dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & cor-
C ripe ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit,
lucratus es fratrem tuum. Si autem non te audie-
rit, adhibe tecum etiam voum vel duos, vt in ore
duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.
5.Cor.2.b Quòd ſi noo audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem
Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus &
2.Tim.4. Publicanus. Si forsaſſe hoc modo contingat, vt
dici de eo illud poſsit, Sufficit illi, qui eiuſmodi
2.The.3.d eſt, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, & quem-
admodum traditum eſt ab Apoſtolo, cum ait, Ar-
gue, increpa, obſecra in omni patieotia, & doctri-
na, & item, Quòd ſiquis nō obedit verbo noſtro
per epiſtolam, huoc notate, & noo commiſcea-
mini cum illo, vt confundatur vel ſuppudeſcat.

INTERROGATIO. IIII.

SI quis pro leuiſsimis etiā peccatis fratres acri-
ter nimis vrgeat, ac dicat de iis pœnitentiā eos
agere debere, nunquid is inclemens haben- D
dus eſt, & euerſor charitatis?

RESPONSIO.

Cum aſſeueranter domious affirmauerit, quòd Mat.5.c.
iota vnum, aut apex vous non præteribit à lege, Ibid.12.e
dooec omoia fiaor: cumque idem etiam pro-
nunciauerit, quòd omne verbum ocioſum, quod
locuti fuerint homines, reddent rationem de eo
in die iudicij, nihil omnino tanquam minutum
cootemoi debet. Qui enim rem cootemoit, in- Prou.13.d
quit, cootemnetur ab ea. Quaoquam quis eſt, qui
peccatum vllum (cuiuſcunque modi illud ſit) le-
ue audeat appellare? cum Aſſeruerit Apoſtolus,
Quòd per tranſgreſsionem legis deum inhooo-
ras. Si autē ſtimulus mortis ooo boc eſt, aut illud, Rom.2.d
ſed indefinitè quodcunque peccatum: inclemens 1.Cor.15.g
ille babendus eſt, qui obticet, non autem qui ar- Argum.
guit: quemadmodum qui in corpore alicuius, qui à ſimili.
à venenata aliqua beſtia morſus eſſet, reſidere ve-
nenum ſineret, cum poſſet extrabere, iure immi-
tis diceretur, noo autem qui extraheret. Quin qui
eiuſmodi eſt, is cbaritatem etiam euertit. Siquidē
ſcriptum eſt, Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: E Prou.13.d
Qui autem diligit, inſtaoter erudit.

INTERROGATIO. V.

QVomodo debet aliquis pœnitentiam agere
de ſingulis peccatis, & cuiuſmodi fructus
oſtendere dignos pœniteotiæ?

RESPONSIO.

Nimirum ſi ſimilem illius animum ioduerit, Pſal.118.
qui dixit, Iniquitatem odio habui, & abominatus
ſum, & ea præſtiterit, quæ ſcripta ſuot io ſexto pſal
mo, & aliis pleriſq;, & ſi ea fecerit, quæ pro alio,
qui peccauerat, facta ab iis fuiſſe Apoſtolus teſta-
tur, qui ſecundum deum contriſtati fuerant: Ec-
ce enim, inquit, hoc ipſum ſecundum deum con- 2.Cor.7.c
triſtatos eſſe vos, quaotam in vobis operatum eſt
ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignatio-
nem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmula-
tionem, ſed vindictam. In omnibus exibuiſtis vos
incontamioatos eſſe negocio. Et ſi, vt Zachæus,
commiſſa peccata contrariis rectè factis mulòs
compenſent. F

INTERROGATIO. VI.

QVi verbo fatetur ſe pœnitere, io peccato
tamen perſeueret adhuc, cuiuſmodi hic exi-
ſtimari debet?

RESPONSIO.

De boc, qui huiuſmodi ſit, ſcriptum illud exi-
ſtimo,

ſtimo, Si rogauerit te inimicus tuus grandi voce, ne crediderís ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Et alio in loco, Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum & eò odibilis fit, ſic homo propria malicia reuerſus ad peccatum ſuũ.

Prou. 26.d Ibidem.c [illegible]

INTERROGATIO. VII.

A QVod eſt eorum iudicium, qui peccantes defendunt?

RESPONSIO.

Luca.17.a Grauius illo opinor, de quo dictum eſt, Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis. Siquidem non iam obiurgationem ad correctionem, ſed defenſionem ad confirmationẽ peccati accipit ille qui peccauit: & alios ad ſimilia flagitia excitat, Ex quo fit vt niſi fructus pœnitentia dignos ediderit, qui aliũ defendit, in eum cõueniat illud, quòd à domino dictum eſt: Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus mittatur in gehennam.

Mat.5.e

INTERROGATIO. VIII.

QVomodo ſuſcipi debet, quẽ verè pœniteat?

RESPONSIO.

Quemadmodum dominus docuit, cum dixit, Luc.15.a B Quòd conuocat amicos & vicinos dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.

INTERROGATIO IX.

ADuerſus eum, qui obſtinatè pergat peccare, quo modo erimus animati?

RESPONSIO.

Mat.18.b 2.The.3.b Eo nempe, quo dominus iuſsit, cum dixit, Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & vt Apoſtolus docuit, cũ ſcripto reliquit, Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam accepiſtis à nobis.

INTERROGATIO. X.

C ANima, quæ in multis peccatis miſerè volutata fuerit, quo timore, & quibus lacrymis recedere debet à peccatis: & qua ſpe, quáve affectione accedere ad deum?

RESPONSIO.

Pſal.118. Primum quidem ea malè antè actam vitam ſuam odiſſe debet, eiuſque memoriam abhorrere ac deteſtari. Scriptum eſt enim, Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, legem autem tuã dilexi, deinde etiam timoris quidem magiſtram ſibi aſciſcere cõminationem ęterni iudicij, ſupplicijque: lacrymarum autem locum agnoſcere, locum pœnitentiæ opportunum eo modo, quo docuit Dauid in ſexto pſalmo, firmiſsimè credens purgationem peccatorũ ſuorum factam eſſe per ſanguinem Chriſti in magnitudine miſericordiæ, & multitudine miſerationum dei, & vt ille qui dixit, Quod ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, Eſaie.1.e quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt. Tunc enim nacta facultatem ac poteſtatem placendi deo, illud dicit, Ad veſperum demorabitur fletus, & ad ma- Pſal.29.b tutinum lætitia, & illud, Conuertiſti planctũ meũ in gaudium mihi, & dirupiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea. Atque ita ad deum accedens canit ac dicit, Exal- D περιέζωσας rabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec de- Pſal.29.a lectaſti inimicos meos ſuper me.

INTERROGATIO. XI.

QVa ratione quis aſſequi poſsit, vt aduerſus peccata odium concipiat?

RESPONSIO.

Vbique triſtis & acerbus rei cuiuſque euentus odium aduerſus eos conciliat, qui eius autores fuerunt. Si cui igitur perſuaſum ſit, quot & quàm grandium malorum cauſa peccata ſint, ſponte ſua ipſe, & ex animo aduerſus ea odium cõcipit, eiuſmodíque, quale is indicauit, qui dixit, Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum.

ἐβδελυξάμην καὶ ἐμίσησα Pſal.118.

INTERROGATIO. XII.

QVomodo certò perſuaſus eſſe aliquis poteſt, E deum ſibi peccata remiſiſſe?

Peccatorũ condonatio quibus argumẽtis innoteſcitur Pſal. 118.

RESPONSIO.

Nempe ſi affectionem animi in ſe eſſe animaduerterit ſimilem illius, qui dixit, Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Deus enim pro remiſſione peccatorum noſtrorum demiſſo vnigenito filio ſuo, quantum in ipſo eſt, ea ante iam omnibus condonauit. Quoniam autem miſericordiã Pſa.100.a & iudicium ſanctus vir canit, & teſtatur, deũ miſericordem eſſe & iuſtum, neceſſe eſt, vt quæ & à prophetis, & ab apoſtolis, ſuis locis, de pœnitentia dicta ſunt, ea à nobis præſtentur, vt appareant iudicia iuſtitiæ dei, & miſericordia eius conſummetur ad condonationem peccatorum.

INTERROGATIO. XIII.

NVnquid qui poſt baptiſmum peccauerit, de- F ſperare ſalutem ſuã debeat in maxima multitudine peccatorum: vel vſq; ad cuiuſmodi menſuram peccatorum ſperandum ſit in bonitate dei per pœnitentiam?

RESPONSIO.

Nunquam deſperandũ & quatenus ſperandum.

Si fieri poteſt, vt multitudo miſerationum dei numeretur, & magnitudo miſericordiæ menſura vlla comprehendatur, collata cum magnitudine peccatorum, adhibeatur ſanè, ſi libet, deſperatio. Si autem hæc & magnitudine poſſunt & numero

definiri

definiti (Miſericordia autem dei, & miſeratiooes oeque magnitudine vlla poſſunt, neque numero circunſcribi) ſioe dubio non eſt cum deſperatio adhibenda ſit: ſed agnoſcenda miſericordia dei, & commiſſa peccata deteſtanda, quorum coodonatio propoſita eſt io ſanguioe Chriſti, ſicut ſcriptum eſt. Quòd autem oequaquam deſperãdum ſit, hoc variè multis io locis docemur: maximè autem ex ea parabola domini noſtri Ieſu Chriſti de filio, qui acceptam à patre ſubſtantiam flagitioſè
A totam prodegerat. Cuius pœnitentia qualis, quantaq; lætitiæ cauſa fuerit, teſtimonia ſunt ipſa verba domini. Quio & per Eſaiam dicit deus: Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, quaſi
Luc. 15. a lana alba erunt. Quod quidem verum tãtummodo debeinus intelligere, ſi modus pœnitentiæ ex animi affectione peccatum deteſtante, memorabilis conſequatur, ſicut ſcriptum eſt io veteri ac
Eſaia. 1. c nouo Teſtamento: & fructus condignus, quemadmodum dictum eſt in ea, quæ de hoc eſt, interrogatione.

INTERROGATIO XIIII.

EX cuiuſmodi fructibus iudicari debet veram pœnitentiam eſſe eorum, quos pœnitet?

RESPONSIO.

Habet is τὸ ὑγ. ... Modus pœnitentiã, & affectio animi recedentium à peccato, & ſtudium digoorum fructuum pœnitentiæ, dicta ſuot ſuis in locis.
B

INTERROGATIO. XV.

Mat. 18. c QVid eſt illud, Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? & cuiuſmodi ea peccata ſunt, quæ in mea poteſtate eſt dimittere?

RESPONSIO.

Ibidem. Poteſtas dimittendi non abſolute data eſt: ſed ſi dicto audiens fuerit, qui pœnitens ſit, & conſenſerit cum eo, qui animam ipſius curat. De iis enim qui eiuſmodi ſunt, ſcriptum eſt: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quancunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Illud autem de cuiuſmodi peccatis boc intelligi debeat, ne quæri quidem arbitror oportere: cum Teſtamentum nouum nihil hac de re nobis diſtinctè tradiderit: ſed protſus cuiuſcuoque peccati condonationem iis, quos verè, & vt par eſt, pœnituerit, polliceatur: & maximè dominus ex propria perſooa pollicitus ſit de omni re.

C INTERROGATIO. XVI.

QVid eſt quòd oonunquam aoimus, etiam nullo à ſe adhibito ſtudio, ſua ſpoote ferè, tanquam ſi ei dolor aliquis incidiſſet, compungitur: interdum autem adeo languidus eſt, vt cum
ἄνευ ἐπι ψυχῆ. maximè conetur, compungi oon poſſit?

RESPONSIO.

Enimuero talis compunctio eſt donum dei, vel ad extimulandum mentis noſtræ deſiderium, vt videlicet animus guſtata dulcedine huiuſmodi doloris, eum perpetuo ſtudeat retinere: vel ad id manifeſtè demooſtrandum, poſſe animum adhibito diligentiore ſtudio, aſſiduè in compunctione eſſe, ad eripiendam excuſationem negligentiæ iis, qui illam amiſerint. Illud autem cooari, & non poſſe, ſimul & negligentiam ooſtram, qua alio tempore vſi ſumus, manifeſtè arguit (neq; enim fieri poteſt, vt homo cum ad aliquid aggreſſus ſit, D νόμος.
repentè illud ſine cõmentatione, & maiore quadam, & aſſidua exercitatione obtineat) ſimul etiã Indicio eſt aoimum eſſe in dominatu aliorum vitiorum, ab iiſque nequaquam permitti, vt ad ea, quæ vellet, liber ſit: quod his verbis vidiſſe ſe Apoſtolus declarauit, Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccatum. Non enim quod volo, boc ago, ſed quod odi, boc facio. Et item, Nunc autem noo iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, quippe cum deus hoc etiam oobis ad vtilitatem ooſtram euenire permiſerit, quo videlicet, ſi fieri poſſit, per ea quæ animus inuitus patiatur, io cognitionem veniat eius, io cuius poteſtate ſit: & vbi ad ſeipſum redierit, cognoſcat vtriuſque quibus in rebus præter voluntatem ſuã ſeruiat peccato, reſipiſcat ex laqueo diaboli, paratam iouenieris miſericordiam dei ad eos adiouandos, qui verè pœnitentes ſunt.

Rom. 7. c

2. Tim. 2. d

INTERROGATIO XVII.

SI cui in animum memoria de aſſumendo cibo iocidetit, deiode ipſe ſeipſum reprehenderit, vtrum hic proptetea io crimine illo erit, quòd ſolicitus fuerit? Mat. 6. d
E

RESPONSIO.

Sine dubio, ſi memoria iſta naturale edẽdi deſiderium præuerterit, apertè arguit animum aliud agere per euagationem, & cum io res vitæ huius nimio plus eſſe propenſum, tum etiam io iis, quæ deo grata ſunt, negligentem. Veruntamen præſto etiam ſic eſt miſericordia dei. Cuicunque enim hoc acciderit, bic, ſi ſeipſum tacitus reprehendat, ratione pœnitentiæ liberatus eſt à crimine: & ſi offenſionem in reliquum cauebit, memoria teoens domini verba illa, Ecce ſanus factus es, iam ooli peccare, ne deterius tibi aliquid cootingat. Si verò ita cogeote natura & fame ſtimulante, ſenſus memoriam mouet, & ratio tamen ſuperat, & memoriam illam euocit induſtria, & in rebus melioribus occupatio, non memoria damnanda, eſt ſed victoria laudanda. Ioan. 5. d

INTERROGATIO. XVIII. F

NVoquid qui in fratrum cõuentu aliquid aliquando deliquerit, huic, ſi diu poſtea in recto inſtituto perſeuerauerit, procuratio cõmitti aliqua debeat: & ſi committenda eſt, cuiuſmodi eſſe ea debet?

RESPONSIO.

Memoria teneotes Apoſtolum dicere, Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus, & Eccleſiæ dei, 1. Cor. 10. g Ibid. 9 b

dei,ſicut & ego per omnia omnibus placeo,non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quòd multis, vt ſalui fiant: magnam adhibere debemus curam,ne quod offendiculū demus euangelio Chriſti, néve ſcandalum ſimus infirmis: ſed ita tamen,vt è contratio,nō ædificemus aliquos ad improbitatem, Quamobrē neceſſariò io his,qui huiuſmodi ſunt, illud prouideri, & conſiderari diligenter debet,
A quod ad ædificationem fidei ſaciat,& progeſſionem omnis,quæ ſit in Chriſto,virtutis.

INTERROGATIO. XIX.

SI quis ſuſpectus ſit de aliquo peccato, qnod tamen palàm omnino non committat, nunquid is debeat obſeruari, vt manifeſto in eo deprehenſus teneatur?

RESPONSIO.

Omnes quæ ab iniquo & maleuolo animo proficiſcuntur ſuſpiciones, culpantur ab Apoſtolo. Cæterum diligentiam in omnibus obſeruandis adhibere in charitate Chriſti, & ſtudio curandi eū,qui ſuſpectus ſit,hoc eius eſt, qui ei præfectus officio eſt,vt cūctos gubernet, vt illud efficiatur,
Col.1.d quod dictū eſt ab Apoſtolo, Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

INTERROGATIO. XX.

2.Theſ.3.b DEbétne Is qui in peccatis aliquot deprehenſus eſt occalluiſſe,eorū qui ſecus in fide ſentiunt ſocietatem fugere, aut etiam praue viuen-
B tium conſuetudinem declinare?

RESPONSIO.

2.Theſ.3.b Cum Apoſtolus dixerit, Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante,& non ſecun-
Dogma catholicum dum traditionem, quam acceperunt à nobis: in vniuerſum illud tenendum eſt, communionem omnem omnis vetitæ rei, cogitatione, verbo & opere omnibus calamitoſam eſſe & periculoſam. Qui autem in peccatis diu permanſerint, ij maiore etiam egent animaduerſione. primùm quòd animus cui peccato aſſuetus eſt, ad illud plerunque ſolet eſſe procliuior. deinde quòd quemadmodum in iis, qui corporibus ægrotant, diligentia quadam accuratiore, atque obſeruatione maiore eſt opus, aque ita, vt ea ſæpe etiam repudientur quæ ſanis vtilia ſunt: ſic in iis qui animo ægrotant, obſeruatione opus eſt & cura multo attentiore. Porro ex communitate cum peccantibus
C quàm magnum detrimentum ſequi ſolitum ſit, apertiſsime oſtendit Apoſtolus, qui in ſimili argumento dixit, Modicum fermentum totam
1.Cor.5.b maſſam corrumpit. Quòd ſi in iis, quæ ad mores ſpectant, labuntur, detrimētum eſt adeo magnum, quid de iis dicendum eſt, qui prauè ſentiūt de deo? quos opinionis peruerſitas facit, vt nec in cæteris etiam ſanitatem poſsint obtinere: quippe qui per ipſam traditi ſint ſemel paſsionibus ignominiæ: quemadmodum multis ex locis diuinarū
Rom.1.d literarum oſtenditur, ſed maximè ex his, quæ de quibuſdam ſcripta ſunt in epiſtola ad Romanos his verbis, Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, deum odio habentes, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores nouorum malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitus, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia. Qui cùm iuſtitiam dei cognouiſſent, quòd qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum ea faciūt, ſed etiam conſentiunt facientibus. D

INTERROGATIO XXI.

QVæ cauſa eſt cur animus temere euagetur, & variis cogitationibus repleatur: & eas quomodo emendabimus?

RESPONSIO.

Sanè inanis quæ ſolet eſſe mentis agitatio, ea naſcitur ex inertia ipſius, quandoque ſcilicet in rebus neceſſatiis minimè ſe occupat. Iners autem ex eo efficitur mens, ſeque iuſto plus dedit otioſæ ſecuritati quòd deū adeſſe non credit, qui ſcrutetur corda & renes. Sic enim hoc crederet, prorſus illud faceret, quod dictū eſt, Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniā à dextris eſt mihi, ne cōmouear. Qui verò hoc, & quæ huic ſimilia ſunt, facit, hic neque audebit vnquā, neque otij tantùm ſupererit cogitandi, ne eorum quidem quicquam, quæ etſi ſuapte natura bona Pſal.7.a
ſunt, ad fidei tamen ædificationem non pertinēt, E
nedum eorū, quæ vetita ſunt, & deo non placent.

INTERROGATIO. XXII.

VNde nam turpes nocturnæ viſiones naſcuntur?

RESPONSIO.

Naſcuntur illæ quidem ex prauis, & abhorrentibus quæ interdiu exiſtunt, animi motionibus. Si verò occupatus in iudiciis dei animus intaminatus ab illis permanſerit, & in aſsidua rerum honeſtarum & deo placentiū meditatione verſatus ſit, cōſimilia etiam ſine dubio habebit inſomnia.

INTERROGATIO. XXIII.

EX cuiuſmodi verbis ocioſus ſermo iudicatur?

RESPONSIO.

In vniuerſum, omne verbum quod ad propo- F
ſitum in domino vſum non facit, ocioſum eſt: & Mat.12.e
adeo magnum eſt huiuſmodi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, quod dicatur, tamen, niſi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquā propterea quòd bonū ſit, liber ſit à periculo, qui illud locutus ſit: quippe qui videlicet ex eo quod ad ædificationem illud non accōmodauerit, cōtriſtaſſe noſcitur ſpiritum ſanctum dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cum di- Ephe.4.g
xit, Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſiquis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et ſubiecit illud: Nolite

RESPONSIO.

Luc.6.b Rom.2.d Cum dominus eos damnet, qui in hac vita rident: admodum perſpicuum eſt, nullum omnino locum dari fideli, in quo ridere debeat, & maximè in tam magno numero eorum, qui per transgreſsionem legis deum inhonorant, & in peccatis morti ſe dant: quorum vicem mœrere, ac gemere conuenit.

A INTERROGATIO. XXXII.

QVæ cauſa eſt intempeſtiuæ, & immodicæ dormitationis: & qua ratione ipſam poterimus à nobis depellere?

RESPONSIO.

Sanè iſtiuſmodi domitatio naſcitur, quotieſcunque animum noſtrum in cõtemplatione rerum diuinarum ſinimus veluti lenteſcere, ac dei iudicia contemnimus: ipſam autem depellimus, quotieſcũque veram, atque eiuſmodi, vt par eſt, de dei maieſtate notitiam cogitationemq́ue concipimus, & deſiderium illius perficiundæ voluntatis, velut ille, qui dixit, Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Pſal.131.a

INTERROGATIO. XXVIII.

QVomodo conuinci aliquis poteſt, quòd placere hominibus ſtudeat?

B RESPONSIO.

Nimirum quando apud laudantes ſtudium præ ſe fert, apud vituperantes verò lentior efficitur. Si enim verè habet in animo placere domino, idem vſque erit vbique: & illud efficiet, quod dictum eſt, Per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores, & veraces. 2.Cor.6.d

INTERROGATIO. XXXIIII.

QVomodo poterit quis captandæ humanæ laudis vitium declinare neque iam ſuſpicere, aut miraculi loco admittere eas laudes, quæ ab hominibus ſunt?

RESPONSIO

Si ſibi certò perſuaſerit, vbique deum adeſſe: & ſi aſsiduè vſque, ac ſolicitè placere ſtudeat deo: & ſi ardenter eas, de quibus dominus locutus eſt, beatitudines cõcupiſcat. Siquidem eſt nemo qui C cum in oculis domini ſit, cum illius dedecore, cõſeruo ſuo malit gratioſus eſſe quam illi ac perinde ad propriam condemnationem vagus mente diſtrahatur.

INTERROGATIO. XXXV.

QVibus ſignis ſuperbus eſſe aliquis cognoſcitur, quomodóve ſanatur?

RESPONSIO.

Cognoſcitur ille quidem ex eo, ſi ea quærat, vnde cæteris ſuperior ſit. Sanatur autem, ſi fidem habeat ſententiæ illius, qui dixit, dominus ſuperbis reſiſtit. Illud tamen intelligendum eſt, vt quis ſuperbiæ iudicium extimuerit, non poſſe tamen ab eo morbo ſanari, niſi ſe à ſtudiis omnibus excellentiæ reliquorum auocauerit: quemadmodum idioma quoduis aut cuiuſuis generis artem, nemo poſsit dediſcere, qui non ſe prorſus remouerit, non modo à faciendis, aut loquendis rebus D illis, quæ ſint ex arte illa, & lingua, ſed ab audiendis etiam qui loquantur, & qui faciant aſpiciendis. Quod quidem etiam in quouis alio vitio obſeruari debet. Iac.7.b

INTERROGATIO. XXXVI.

AN quæri honos debeat?

RESPONSIO.

Reddere quidem cui honorem, honorem iuſti ſumus: quærere autem honorem, vetiti: cum dominus dixerit: Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quę à ſolo deo eſt, non quæritis? Ex quibus verbis intelligitur, quòd gloriam ab hominibus quærere manifeſtiſsimum eſt argumentum infidelitatis, & animi alieni à cultu dei: cum Apoſtolus dixerit, Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Quod ſi qui delatam ſibi ab hominibus gloriam acceperunt, ſic condemnati ſunt: ſine controuerſia qui vltro non delatam ipſi inquirunt, grauiſsimo, ſuprà quàm dici poſsit, iudicio plectentur. Rom.13.b Ioan.5.g Gal.1.b

E INTERROGATIO. XXXVII.

QVi piger eſt ad mandatum, quomodo is ita poterit excitari, vt gnauus ſit?

RESPONSIO.

Nempe ſi ei perſuaſum ſit, vbique dominum deum adeſſe, & omnia cernere, & comminationem illam veram eſſe, quæ facta eſt aduerſus pigrũ: & ſimiliter contrà, ſpem magnæ futuræ mercedis ab illo, qui per Paulum pollicitus eſt, accepturum vnumquenque propriam mercedem ſecundum laborem ſuum, & quæcunque in hanc ſententiam ſcripta ſunt, ad ſtudium vniuſcuiuſq;, ſiue patientiam excitandam ad gloriam dei. Mat.25.c 1.Cor.3.b

INTERROGATIO. XXXVIII.

SI fratri aliquid imperatum ſit, & is primò contumaciter reſponderit, deinde ſponte ſua ipſe F ad exequendum imperatum abierit, quid eo faciendum eſt?

RESPONSIO.

In eo quidem, quod contumaciter reſponderit, tanquam contumax, & exemplo ſuo alios ad contumaciam inſtigans, intelligatur obnoxius eſſe iudicio illi, Homo omnit peruerſus ſuſcitat lites dominus autem angelum crudelem immittit Prou.16.d Ibide.17.b

cōtra eum. Tibi proinde perſuadeto quòd quidquid ſiue contumaciæ adhibet, ſiue obedientiæ, non aduerſus hominem adhibet, ſed aduerſus ipſum dominum, qui dixit, Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: compūctuſque, ſatisfacito primùm: deinde ſi poteſtas facta ſit, quicquid neceſſarium fuerit, perficito. Luca.10.c

INTERROGATIO. XXXIX.

A S I autem dicto audiens fuerit aliquis, murmurauerit tamen?

RESPONSIO.

Philip.2.b Cum Apoſtolus dixerit, omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus: abalienatus eſt etiam qui murmurat, à coniunctione fratrum, eſt ſimiliter opus eius ab vſu illorum. Planeque qui huiuſmodi eſt huc & diffidentiæ, & circa ſpem ambiguitatis morbo apparet laborare.

INTERROGATIO. XL.

QVid ſi frater fratrem contriſtauit, quomodo is corrigi debet?

RESPONSIO.

2.Cor.7.c Si quidem eo modo contriſtauit, quemadmodum apoſtolus, cū dixit: Cōtriſtati enim eſtis ſecundum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis: non correctione indiget, qui B contriſtauit: ſed qui contriſtatus eſt, is proprietates eius quæ ex deo eſt triſtitię debet præ ſe ferre. Si vero in his contriſtauit, quæ indifferentia ſunt, meminerit is qui contriſtauit, dixiſſe Apoſtolum: ſi propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas: & agnito huiuſmodi peccato, impleat quod dictum eſt à domino: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum. Rom.14.c Matt.5.d

INTERROGATIO XLI.

QVid ſi ſatisfacere nolit, qui contriſtauerit?

RESPONSIO.

Ea aduerſus ipſum exequi debemus, quæ à domino de eo dicta ſunt, qui peccauerit, & pœnitentiam non egerit, his verbis: Si autem etiam eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Matt.18.b

C

INTERROGATIO. XLII.

QVid ſi parato ad ſatisfactionem eo qui contriſtauerit, redire in gratiam nolit qui contriſtatus ſit?

RESPONSIO.

Manifeſtum eſt domini iudiciū aduerſus hunc in parabola illa ſerui aduerſus conſeruum ſuum, qui rogatus cum animum nollet inducere vt patientiam adhiberet, Videntes, inquit, conſerui eius, narrauerunt domino ſuo. Iratus autem dominus, priſtinam gratiam in eum ſuam reuocauit, & tradidit illum tortoribus, quoadusque redderet quod debebat. Mat.18.d

INTERROGATIO. XLIII.

QVomodo quis debet auſcultare ei qui ſe ad orationem expergeſaciat? D

RESPONSIO.

Siquis perſpectum habet detrimentum quod ex ſomno naſcitur, videlicet quod neque ſeipſum tum viuere aliquis ſentit, contraque vigiliæ emolumentum intelligit, maximeque excellētem ſupra modum quam adipiſcitur quis gloriam, quando cunque ad deum, vt ipſum oret adducitur: is veluti qui ſe magnis, & votum omne ſuperantibus beneficiis afficiat, illi auſcultabit, qui ſe expergeſaciat, ſiue ad orationē, ſiue ad aliud quoduis mandatum.

INTERROGATIO. XLIIII.

SI vero triſtari viſus fuerit qui expergefactus ſit, vel etiam iraſci, qua hic re dignus eſt?

RESPONSIO.

Primo quidem ſegregatione ad aliquod tempus, ino diaque ſi forte ea re compunctus poſſit intelligere, quam magnis, qualibuſque ſemetipſum bonis, non animaduertens priuet: atque hoc modo ad ſeipſum reuerſus, ſimili in gratia lætetur atque ille qui dixit, Memor fuit dei, & delectatus ſum. Si verò non ſentiēs permaneat, protſus is à reliquo corpore veluti putrefactū ac penitus vitiatum membrum præciditor ſcriptum eſt enim: Expedit tibi, vt vnum pereat membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. E Pſal.76.a iuxta ſeptua. Mat.5.e

INTERROGATIO. XLV.

SI quis eo audito quod dominus dixit, Quòd ſeruus qui cognouerit voluntatem domini ſui, & non fecerit, neque ſe præparauerit ad volūtatem illius, vapulabit multis: qui autem non cognouerit, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis multiplicem dei voluntatem cognoſcere neglexerit, nunquid propterea hic per eam ignorantiam nō nihil decerpet conſolationis? Luc.12.f

RESPONSIO. F

Qui huiuſmodi eſt, de eo verò negari non poteſt, quia ignorantiam fucatē prætexat, ac ſimulet, ac propterea peccati iudicium euitare non poteſt. Si enim non veniſſem, inquit dominus, & locutus fuiſſem eis, peccatum nō haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo: cum ſanctæ literæ omnibus vbique dei voluntatem prædicare non ceſſent. Quare non tanquam vnus de numero eorum qui ignorantes fuerunt, leuiore Ioan.15.d

leuiore ſupplicio multatur, qui eiuſmodi eſt: ſed ſeuerius iudicatur, vt vnus de numero illorum de quibus ſcriptum eſt: Sicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, venefici incátantis ſapienter. *Pſal. 57. a* Cæterum cui docendi munus commiſſum eſt, is ſi annunciare neglexerit, perinde vt homicida iudicatur, ſicut ſcriptum eſt. *Ezec. 33. b*

A

INTERROGATIO. XLVI.

QVI ad committendum peccatum cum altero conſentit, nunquid hic peccati reus ſit?

RESPONSIO.

Ab exemplo arg. Ioan. 19. b

Iudicium hoc perſpicuum eſt ex verbis domini ad Pilatum, quando dixit: Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ex hoc enim manifeſte intelligitur Pilatum quoque cóſentientem iis qui illum tradiderant, peccatum habuiſſe, licet non ita graue. Perſpicuum etiam Adam hoc facit, qui cum Eua conſenſerit, & Eua ipſa conſenſerit ſerpenti. Neuter enim iſtorum tanquam innocens impunitus dimiſſus eſt. Quin ipſa quoque dei aduerſus ipſos indignatio, ſi quis diligenter obſeruet, hoc indicat. *Gen. 3. d* Cum enim Adam loco excuſationis illud prætendiſſet, Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi: reſpondit deus, Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis, & cætera.

B

INTERROGATIO. XLVII.

NVnquid aduerſus peccantes diſſimulatione vti conueniat?

RESPONSIO.

Sanè quòd hoc fieri non debeat, perſpicuum eſt ex præceptis domini, qui in veteri quidem Teſtamento dixerit, Correptione corripies fratré tuum, & non ſumes propter illum peccatum. *Mat. 18. b* In euangelio autem, Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autem etiam eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Porro peccati iſtius iudicium quam graue ſit, intelligi poteſt *Ioan. 3. d Argu. ab exemplo. Ioſue. 7. a* C primo quidem ex ſententia domini, qui in vniuerſum loquens, dixit: qui non obedit filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum, tum ex hiſtoriis etiam quæ feruntur tam in veteri quá in nouo teſtamento. Animaduerte enim quando Achan furatus eſt linguam illam auream, & indumentum illud, quomodo in cunctum populum ſæuierit ira domini: quodque maius eſt, qui etiam delicti auctorem & delectum ipſum ignoraret, vſque dum is ipſe quem dixi manifeſto deprehenſus eſt, & horribile illud vnà cum ſuis omnibus exitium ſubiuit. *1. Reg. 2. e* Hæli verò quamuis nequaquam diſſimulanter ſcelus tuliſſet filiorum ſuorum, illorum in quam filiorum peſtilentiæ, contraque ſæpe illos ab eo deterrere fuiſſet conatus, dixiſſetque. Non filij, non eſt bona fama quam audio de vobis: ac longiore oratione & magnitudinem ſceleris, & neceſſitatem ineuitabilis iudicij demonſtraſſet: quia tamen de illis non meritas pœnas ſumpſerat, neque eo modo quo æquú erat, aduerſum ipſos indignatus fuerat, vſque eò dei iracundiam irritauit, vt & populus vna cum filiis ipſius internicione abſumptus ſit, & arca ipſa capta in hoſtium poteſtatem deuenerit, & ſub hæc omnia, ipſe miſerabili exitu vitam terminauerit. Quòd ſi aduerſus eos qui ſceleris autori cóſcij non fuerant, & eos qui adhibita conteſtatione peccantes à peccato auertere conati fuerant, D dei vehemens adeo ira exarſit, quid de iis dicendum eſt, qui & conſcij ſunt, & conniuentes diſſimulant? *Confirmat autoritate.* qui quidem niſi ea præſtiterint, quæ in epiſtola ad Corinthios ab Apoſtolo ſcripta ſunt, his verbis, Quare non magis luctum habuiſtis, vt tolleretur de medio veſtrum qui hoc opus fecit? *1. Cor. 5. a 2. Cor. 7. c* & quæ deinceps ipſos feciſſe idem Apoſtolus teſtatur, cum ait, Ecce enim hoc ipſum ſecundum deum contriſtatos eſſe vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam? hi inquam niſi hæc omnia præſtiterint, prorſus periculum eſt, ne núc etiam omnes ſimile exitium incurrát, vel eò grauius etiam, quo grauius peccat is, qui dominum ſpernit, quàm qui legem Moyſi irritam fecerit, & qui idem audet cum eo, qui ob eandem cauſam antè damnatus ſit. *Hebr. 10. e* Septuplum enim vltio data eſt de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties, qui ſimili in peccato lapſus fuerat. *Geneſ. 4. e* E

INTERROGATIO XLVIII.

IMmoderata habendi cupiditas quatenus iudicari debet?

RESPONSIO.

Quando quis vltra præſcriptos à lege fines prodierit, nimirum is tunc in hoc vitio eſſe iudicandus eſt. Eſt autem hoc in veteri quidem Teſtamento, quandocúque quis de ſeipſo magis, quàm de proximo ſolicitus eſt. Scriptum eſt enim, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *Leuit. 19. d* In euangelio vero, quandocunque quis præter id, quod ſingulorum dierum neceſſitas deſiderat, ſui cauſa vlterius aliquid inquirit: velut is, cui dictum fuit, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? *Luc. 12. c* Quibus magis in vniuerſum adiungit, Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues. F *καθολικώτερον.*

INTERROGATIO. XLIX.

QVid eſt περπερεύεσθαι hoc eſt impotenter gloriari & ſe oſtentare? *1. Cor. 13. a Latinus interpres vertit perperá agere.*

RESPONSIO.

περπερεία

Omne, quod præter neceſſitatem eſt & ad humanæ gloriæ aucupium aſſumitur, id perperia id eſt, oſtentatio appellatur.

INTERROGATIO. L.

SIquis in veſtitu, quæ maioris ſint ſumptus reiiciat, ipſum autem id quod vile ſit, veluti veſtimentum, calceamentúmve, velit ſe decere, in vitióne eſt is? & ſi eſt, cuiuſmodi illud eſt?

RESPONSIO.

Qui iccirco volt quod ſe deceat, vt hominibus placeat, hunc perſpicuum eſt, vitio illo laborare, quod placere hominibus ſtudet, & propterea mentem habere auerſam à deo, & in ipſis etiam iis, quæ vilis precij ſunt, perperiæ hoc eſt, oſtentationis vitio indulgere.

INTERROGATIO. LI.

QVid eſt Raca?

Matt. 5. c

RESPONSIO.

Vernaculum verbũ contumeliæ lenioris, quod aduerſus leuiuſculos vſurpatur.

INTERROGATIO. LII.

Gal. 6. a · Ephes. 6. a

CVm Apoſtolus dicat, alias quidem, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: alias autem, Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: quis eſt inanis gloriæ cupidus? & quis hominibus placens?

RESPONSIO.

Equidem inanis gloriæ cupidum exiſtimo eſſe illum, qui ſimplicis tantummodo gloriæ mundanæ cauſa, quæ vel à ſpectantibus, vel ab audientibus ipſi naſcitur, aliquid facit, dicitve. Hominibus placentem autem, quicunque ad voluntatem alicuius hominis, vt ipſi placeat, aliquid facit, licet culpabile ſit quod fiat.

INTERROGATIO. LIII.

2. Cor. 7. a

QVid eſt inquinamentum carnis, & quid inquinamentum ſpiritus: & quomodo ab iis mundi erimus? Itemque quid eſt ſanctificatio, quomodóve ipſam aſſequi poterimus?

RESPONSIO.

Inquinamentum carnis, fortaſſe illud ſit, ſiquis ſe commiſceat cum iis, qui res à lege vetitas ipſi faciunt: ſpiritus verò inquinamentum, ſiquis aduerſum hos, qui res huiuſmodi vel ſentiunt, vel faciunt, perinde ac ſi nihil referret, ita ſe gerunt. Mundus autem efficitur aliquis, quãdo obtemperat Apoſtolo, qui præcepit, Cum huiuſmodi homine ne cibum quidem vnà eſſe ſimul ſumendum, & quæcunque ſunt in hanc ſententiam: vel quando in ſe eam, de qua loquitur Dauid, affectionem illam animi ſenſerit, Defectio tenuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam: & dolorem talem præ ſe tulerit, qualem præ ſe tulerunt Corinthij, quando obiurgati ſunt, quòd aduerſus illum qui peccauerat, lente ſe geſſerant: quippe qui in omnibus exhibuerint ſe incontaminatos eſſe negocio. Sanctificatio autẽ eſt, deo ex toto continenter dedicatum adhærere, iis ſollicite exquirendis, & in ſtudio habendis, quæ ipſi grata ſiot. Siquidem etiam in his quæ dona deo offeruntur, ea repudiantur vt minime grata, quæ curta aut mutila ſunt: aut quod ſemel deo dedicarum donum eſt, id deinceps in communem vſum humanum retrahere, nefarium eſt ac ſceleratum.

1. Cor. 5. d · Psal. 118. · 2. Cor. 7. a

INTERROGATIO. LIIII.

1. Tim. 3. a

QVid eſt amor ſuipſius, & quomodo ſeipſum talem cognoſcit, qui ſuiipſius amans eſt?

RESPONSIO.

Multa impropriè dicuntur, veluti illud, Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Amans igitur ſuiipſius eſt qui ſeipſum amat, priuato & immodico amore. Talem autem ſe eſſe quis cognoſcit, ſi quæ facit, ea commodi ſui cauſa facit, licet quod fiat ex mãdato ſit. Nam illud, quietis ſuæ cauſa aliquid omittere eorum, quæ ad vtilitatem fratris pertineant, ſiue animi illa quies ſit, ſiue corporis, iam hoc quibuſuis etiã aliis perſpicuum eſt vitium eſſe amoris ſuipſius, cuius finis perditio.

Ioan. 12. d

INTERROGATIO LV.

QVæ differentia eſt inter amaritudinem, furorem, iram, & excandeſcentiam?

Non ſeruat proprietatem verborum apud nos ſtatus interpres.

RESPONSIO.

Furoris quidem & iræ differentia fortaſſe in animi affectione, & motu conſiſtit: cùm qui iraſcatur, in ſola animi affectione perturbationem habeat: quemadmodũ apertè docet is, qui dixit, Iraſcimini, & nolite peccare. Qui autem furit, maius neſcio quid etiam præ ſe ferat. Furor enim ipſis, inquit, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. Et, Herodes erat furenter pugnans aduerſus Tyrios & Sidonios. Potrò vehementior ille, qui ex furore exiſtit motus, excandeſcentia nominatur. Amaritudo autem confirmationem perturbationis actionem quandam ſignificat.

Psal. 4. · Psal. 57. a · Act. 12. d

INTERROGATIO. LVI.

CVm affirmatè dominus dixerit, Qui ſe exaltat, humiliabitur: & item Apoſtolus præcipiat, ne altum ſapiamus: & alio in loco dicat, Elati, ſuperbi, in ſuperbiam elati: & item, Charitas non inflatur: quis eſt altum ſapiens, & quis elatus, & quis ſuperbus, & quis in ſuperbiam elatus, & quis inflatus?

Luc. 14. c · Ibidē 18. c · Rom. 12. · 2. Tim. 3. · 1. Tim. 3. · Rom. 11. c · 1. Cor. 4. d

RESPONSIO.

Sanè mea quidem ſententia, is altum ſapiens dicendus ſit, qui ipſe ſeipſum extollit, qui propter rectè facta ſua magnificè de ſeipſo ſentit, ſeſeque effert, more illius Phariſæi, & non cum humilibus cõſentit. Idem etiam ritè dici poſsit inflatus, quòd

quòd Corinthiis quibuſdam crimini datum eſt. Elatus autem, qui non ambulat in ſanctis inſtitutis, neque illud exequitur, quod eſt apud Apoſtolum, vt in eadem regula ambulemus, & idem ſentiamus: potiúſque propriam ſuam quandam iuſtitiæ, ac pietatis viam comminiſcitur. Superbus autem, qui in his quæ habet, magnificè ſe iactat, & ſupra, quàm eſt, ſtudet apparere. In ſuperbiam autẽ elatus, vel fortaſſe idem eſt cum ſuperbo, vel omnino non longe ab hoc diſtat: conuenienter illi, quod dictum eſt ab Apoſtolo, In ſuperbiam elatus eſt, nihil ſciens. 1.Tim.6.a

A

Interrogatio 57.

SI quis vitium aliquod habeat, quod emendari non poſſit, & de eo frequentius reprehenſus, lædatur, an id ei condonari magis expediat?

Responsio.

Hoc etiam alibi dictum eſt, peccantes adhibita lenitate corrigi oportere eo modo, qui à domino ſubindicatus eſt. (Mat.18.b) Quòd ſi ad id, vt reſipiſcat, plurium reprehenſio, & obiurgatio ſatis non fuerit, quemadmodum Corinthio illi: qui eiuſmodi eſt, is haberi velut ethnicus debet. (Mat.5.e) Porrò qui à domino condemnatus ſit, eum pari in ſocietate cum aliis manere, id nullo modo cuiquam tutum eſt: cum dominus dixerit, expedire vt quis oculo vno, vel manu vna, vel pede vno amiſſo intret in regnum, quàm ex eo, quòd alicui horum membrorũ pepercerit, totus mittatur in gehennam ignis, vbi eſt fletus & ſtridor dentium: & Apoſtolus teſtificetur, modicum fermentum totam maſſam corrumpere. (1.Cor.5.b; Gal.5.a)

B

Interrogatio 58.

VTrúmne is vt mendax iudicatur tantummodo, qui de induſtria mentitus ſit: an etiam qui ex ignorantia quidvis præter veritatem locutus ſit?

Responsio.

Sanè iudicium domini in iis etiam, qui ex ignorantia peccant, perſpicuum eſt, ex illis verbis, Qui non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. (Luc.12.f) Vbique autem condignè acta pœnitentia firmam ſpem habet remiſſionis.

Interrogatio 59.

SI quis cogitauerit tantummodo aliquid facere, nec fecerit, an & hic tanquã mendax iudicatur?

Responsio.

Si ex mandato eſt, quod facere cogitauit, non vt mendax ſolùm, ſed vt contumax etiam condemnatur. (Pſal.7.c) Scrutans enim corda, & renes deus.

C

Interrogatio 60.

SI quis antè facturum ſe aliquid conſtituerit eorum, quæ deo non placent, vtrum huic potius faciendum eſt, reuocandúmne quod malè conſtituit, an metu mendacij committendum peccatum?

Responsio.

Cum Apoſtolus dicat de ſeipſo, Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, & dominus ipſe de ſe confiteatur, ac dicat, Non poſſum ego à me facere quicquam. & item, Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo nõ loquor & alio in loco, Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris, culpam ſuam agnoſcere debet, qui huiuſmodi eſt, primùm quidem, quòd ſua ſponte ipſe conſtituere aliquid auſus fuerit, cuiuſcunque omnino generis illud ſit (neque enim ipſa etiã, quæ ſuo genere bona ſunt, ex proprio arbitrio geri conuenit) deinde etiam ac multo magis, quòd rẽ dei voluntati contrariã ſtatuere non ſit veritus. (1.Cor.3.b; Ioan.5.f; Ioan.14.b; Ioan.6.d) D Quòd autem reſcindendum ſit quicquid præter præceptum domini ante ſtatutum ſit, apertè hoc demõſtratur in Apoſtolo Petro, qui ante ipſe ſtatuerat, ac dixerat, Non lauabis mihi pedes in æternum. Vbi verò affirmatè audiuit dominum dixiſſe, Niſi lauero te, non habebis partem mecum: confeſtim ſententiam mutauit, ac dixit, Domine non tãtùm pedes, ſed & manus & caput. (Ioan.13.a)

Interrogatio 61.

Si quis neque laborare, neque pſalmos diſcere velit, quid de eo fieri debet?

Responsio.

Cum dominus in parabola de infœcunda illa ficu dixerit, Succide illam, vt quid etiam terrã occupat? E (Luc.13.b In agro domini ſicus ſterilis ſuccidenda ab radice.) adhibenda quidem omnino aduerſus eum omnis diligentia eſt. Verùm ſi auſcultare nolit, quod de eo præceptum eſt, qui obſtinatè in peccato permanet, etiam in hoc obſeruari conuenit. Qui enim à rebus bonis ocioſus eſt, is vnà cũ diabolo & angelis eius iudicatur.

Interrogatio 62.

QVid eſt, quod cum fecerit quis, ſimili atque is, qui talentũ occultauerat, iudicio condẽnatur?

Responsio.

Qui cuiuſuis generis beneficium dei apud ſe cõpreſſum tenuerit, vt eo ipſo potiatur, neque id ad aliorum etiam vtilitatem contulerit: is, vt talẽtum occultans, condemnatur.

Interrogatio 63.

QVid eſt, quod cum fecerit quis, condemnatur vt ij, qui murmurauerũt aduerſus nouiſſimos? F (Mat.20.b)

Responsio.

Vnuſquiſque ob proprium ſuum peccatum dãnatur: ita & qui murmurauerint, ob murmurationem. Verum ſæpe alij alia de cauſa murmurãt. Nam hi quidem propterea murmurant, quòd

vnde ventrem ſuo more diſtendant, non habent (vt qui gulæ præter modum deditiſunt,& vētrem faciunt deum ſuum) illi vero, quod in pari honore habeātur cum his, qui nouiſſimi ſunt: in quo apertè indicio ſunt ipſi de inuidia ſua: quod vitium cū homicidio ſolet multis in locis ſcriptura coniungere, Alij prætereà alia de cauſa.

INTERROGATIO 64.

[Luca.17.a] A CVm dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat, Vtilius eſt ei, vt imponatur mola aſinaria circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis: quid eſt ſcandalizare? aut quomodo id euitare poterimus, ne adeo horribile iudicium veniat in nos?

RESPONSIO.

[Ab exēplo cōfirmatio. Mat.16 d] Sanè ſcandalizat quidem aliquis, quandocunque dictis, factiſve legem violat, & exemplo ſuo alium ad legis violationem inducit: vt ſerpens Euam, & Eua Adam. Vel quandocunque prohibet exequi voluntatem dei: vt Petrus dominum, quando dixit, Abſit à te domine, non erit tibi hoc, cui tum dictum eſt, Vade poſt me Satana, ſcandalum [1.Cor.8.c] es mihi, quia non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed ea quæ hominum. Vel quando ædificat animum imbecilli ad aliquid eorum, quæ vetita ſunt: conuenienter illi quod ſcriptum eſt ab Apoſtolo his verbis, Si quis enim viderit te, qui habes ſcientiam, in idolio recumbentem, nónne conſcientia eius cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? [1.Cor.8.d] B Quibus illico adiungit, Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Oritur autem ſcaodalum pluribus ex cauſis. [Scandalorum origo non vna.] Vel enim ab eo qui ſcandalizat, ſcandalum naſcitur: vel ab eo, qui ſcandalizatur, cauſa proficiſcitur, cur ſcādalizetur, atque in his item, non vno atque eodem modo. Aliquando enim ex malicia, aliquando autem ex inſcitia vel huius, vel illius. Eſt præterea, quādo in iis, quæ rectè vel dicuntur, vel fiunt eorum, qui ſcādalizantur, malicia magis declaratur. Aut enim mandatum dei aliquo faciente, aut his, quæ in libera poteſtate poſita ſunt, liberè vtente, ſcandalizatur qui ſcandalizatur. [Nō ofcitāter legenda hæc.] Quotieſcunque igitur in iis quæ ex mandato vel fiunt, vel dicuntur, homines offenſionem incurrunt, & in his ſcandalizātur (vt in euangelio quidam in his, quæ à domino ex voluntate patris fiebant, & dicebantur) enimuero [Matt.15.b] C tunc ea in memoriam nobis ſunt reuocanda, quæ de huiuſmodi hominibus idem dominus reſponderit, quando illum adeuntes diſcipuli, ſic allocuti ſunt, Scis quòd Phariſæi, audito verbo hoc, ſcādalizati ſunt? Sic enim illis reſpondit, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci ſunt, & duces cæcorū. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent. Sanéque multa huiuſmodi cum in euangeliis, tum apud Apoſtolum reperire quis facilè poſſit. Vbi verò in his, quæ poſita in poteſtate noſtra ſunt, impingit aliquis, ſcandalizatúrve, enimuero tunc veniendum eſt in memoriam eorum domini ad Petrum verborum, quando dixit, [Mat.17.d] Ergo liberi ſunt filij. Vt autem nō ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te, & item eorum quæ apoſtolus ad Corinthios ſcribit, his verbis: nō manducabo carnes in æternum, [1.Cor.8.d] ne fratrem meum ſcandalizem, & alio in loco, Bo- [Rom.14.d] num eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Quàm autem metuendum ſit in his quæ videntur poſita eſſe in poteſtate noſtra, pati vt frater ſcandalizetur, docet præceptum domini, quo in vniuerſum modus omnis in- [Mat.18.b] terdicitur ſcandalizandi, quando dicit: Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis, dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper vident fa- D [Rom.14.b c] ciem patris mei, qui eſt in cœlis. Quod ipſum teſtatur etiam Apoſtolus, aliàs quidem cū dicit, Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fra- [1.Cor.8.d] tri vel ſcaodalum, aliàs autem, cum grauius etiamnum ab huiuſcemodi peccato deterrens, ſic dicit: Si quis enim viderit te, qui habes ſcientiam, in idolio recumbentem, nonne conſcientia eius, cum ſit infirmus, ædificabitur ad manducādum idolothyta, & peribit infirmus in tua cōſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? quibus adiungit: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes cōſcientiam eorum infirmam in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, nō manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum [1.Cor.9.a] [illegible] ſcandalizem. Et alio in loco cum dixiſſet, An ego ſolus & Barnabas nnn habemus poteſtatem non operandi? deinceps illud adiungit: Sed non vſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, ne quod of- E fendiculum demus Euangelio Chriſti. Cæterum cum rem adeo formidabilem eſſe demonſtratum ſit, in iis quæ in poteſtate noſtra poſita ſunt, fratrē ſcandalizare: quid de iis dicendum erit, qui rebus vetitis faciendis loquendiſve ſcandalizent, & ma- [Gradus [illegible] ſcandalo.] xime quando vel ſciētia quadam maiore præditus videatur qui ſcandalizat vel in ſacro aliquo gradu cenſeatur, qui cùm cæteris tanquam regula exemplárve eſſe propoſitus debeat, ſi vel minimū quid neglexerit eorum quę ſcripta ſunt, videlicet vt aut eorum quæ interdicta ſint fecerit, aut eorum quæ iuſſa, omiſerit, aut denique huiuſmodi aliquid diſſimulanter prætetierit, vel in hoc vno tantum iudicium commeritus eſt illud, quòd ſanguis peccātis exquiretur de manibus eius.

INTERROGATIO. 65.

QVomodo veritatem in iniuſtitia aliquis detinet? F

RESPONSIO.

Quotieſcunque datis ſibi à deo bonis ad proprias voluntates abutitur, quod vitium in ſe fuiſſe [[illegible] 2.Cor.2.d 1 Theſ.2.] negauit Apoſtolus, cum dixit: Non enim ſumus, ſicut plurimi, adulteratores verbum dei. Et item, neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ (Deus teſtis eſt) nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.

INTERROGATIO 66.

Quid

Quid eſt æmulatio, & quid concertatio?

RESPONSIO.

Sanè æmulatio ea eſt, quandocunque quis, ne altero inferior videatur, facere aliquid ſtudet. Concertatio autem eſt, quando quis ex iis quæ oſtentationis aut inanis gloriæ cauſa facit, etiam vt ſimiliter faciant prouocat atque irritat. Siquidem Apoſtolus aliàs quidem mentione facta æmulationis, confeſtim poſt inanem gloriam adiungit, his verbis: Nihil per æmulationem neque per inanem gloriam, aliàs autem mentione facta prius
A inanis gloriæ, vna cum hac etiam æmulationem prohibet alio nomine, ſic dicens: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes.

Philip.2.a

Gal.5.d

INTERROGATIO 67.

QVid eſt immundicia, & quid * ἀσέλγεια, id eſt laſciuia?

RESPONSIO.

Immundicia quid ſit, lex ipſa oſtendit, quando vocabulum hoc vſurpauit in his rebus quæ ex naturali neceſſitate præter voluntatem noſtram nobis eueniũt. Aſelgia autem quæ ſit, videtur mihi Salomon exprimere, qui ſuauem illam & doloris expertem appellauerit: ita vt ἀσέλγεια animi affectio ſit non habens vel non ferens dolorem athleticũ: quemadmodum & incontinentia ſiue intempe-
B rantia ea eſt, quæ moleſtas libidines in officio continere non poteſt.

INTERROGATIO 68.

QVid proprium furoris, & quid proprium indignationis ex ratione ſuſceptæ quomodóve plerunque exorſi ab indignatione, in furorem imprudentes delabimur?

RESPONSIO.

Furoris ſiue excandeſcentiæ proprium eſt, animi impetus cum meditatione vlciſcendi illius qui irritauerit. Suſceptæ autem ex ratione indignationis proprium eſt, velle corrigere eum qui deliquerit: quæ res ab animi affectione naſcitur, cui diſplicet quod factum eſt. Illud autem, quòd ſumpto initio à re bona animus, in malã poſtea delabatur nihil eſt mirum: quando plæraque iſtiuſmodi facilè poſſunt reperiri. Quocirca memoria tenenda ſunt, quæ dicit diuina ſcriptura: Iuxta iter ſcandala poſuerũt mihi. Et item: Si autem & certet aliquis,
C non coronatur, niſi legitimè certauerit, cauendáque vbique eſt nimietas, importunitas, perturbatióque. Siquidem hæc plerunque cauſa ſunt, quam obrem vnumquodque etiam eorum quæ recta iudicata ſunt, ſecus multo eueniat.

Pſ.139.b

2.Tim.2.

INTERROGATIO 69.

QVi non minus comedat quam cæteri, neque corpore ſit viribus eneruato, neque vllum latentis morbi indicium præ ſe ferat, impotentiam tamen ad opus faciẽdum excuſet, quomodo cum hoc agi debet?

RESPONSIO.

Prætextus omnis ceſſantis ab opere, excuſatio eſt & prætextus peccati. Siquidem ſtudium quemadmodum & patientia, perpetuo adhiberi vſque ad mortem debent. Quòd autem pigritia maliciæ coniuncta, pigro damnationis cauſa ſit, hoc planũ eſt ex verbis domini, qui dixit, Serue male & piger.
D

Matt.25.a

INTERROGATIO 70.

CVm eo qui veſtimentis calceamentiſve abuti animaduertatur, quomodo agendum? Cum enim reprehenditur, reprehendẽtis ſe ariditatem & mut mutationem ſuſpectam habet. Si autẽ poſt alteram tertiamve admonitionem in propoſito permaneat, quid huic facere conueniat?

RESPONSIO.

Sanè abuſum damnat Apoſtolus, cum dicit, tanquam vtentes hoc mundo, non tanquam abutentes. Vſus enim modum, ipſa ineuitabilis rerum ad vſum pertinentium neceſſitas definit. Qui autem vltra neceſſitatem progreditur, is aut intemperantis habendi cupiditatis, aut voluptatis libidinis, aut inanis gloriæ morbum habet. Qui autem permanet in peccato, is iudicium incurrit illius qui pœnitentiam non agit.
E

Aliter vertit Latinus interpres.

INTERROGATIO 71.

SVnt quidam qui in cibis ſuauitatem magis conſectantur, quàm copiam, ſunt item qui ſaturitatis cauſa vbertatem malunt, quàm ſuauitatem quî igitur vtriſque ſatisfiet?

RESPONSIO.

Vtrique ſine dubio laborant: hi nimio voluptatis ſtudio, illi immodica auiditate. Verum enim neque voluptarius, neque qui in quacunque re nimio plus auidus eſt, noxiam à ſe reciſunt condemnationis, quamobrem hi leniter curandi ſunt quòd ſi à morbo non conualeſcant, perſpicuum eſt iudicium contra eos, qui obſtinati in peccato perſeuerant.

INTERROGATIO 72.

Si quis inter cœnandum immodeſtius ſe gerat, cibóque ſe ac potiore auidius ingurgitet, nunquid hic caſtigari debet?

RESPONSIO.

Qui huiuſmodi eſt, is non ſeruat præceptũ Apoſtoli, qui dixit, Siue manducatis, ſiue bibitis, vel quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite. Et item, Omnia honeſtè & ſecundum ordinẽm fiãt. Et indiget correctione, niſi ſi qua grauioris operis aut feſtinationis neceſſitas vrgeat. Sed & tunc quoque vitanda ſedulo offenſio eſt.

1.Cor.10.g

1.Cor.14.g

INTER-

INTERROGATIO 73.

QVi non deſiderio correctionis fraternæ, ſed libidine ſeipſum vlciſcendi peccantem caſtigat, quomodo is corrigi debet, ſi ſæpius clementer admonitus in eodem perſeueret?

RESPONSIO.

Qui huiuſmodi eſt, is in eorum numero, qui ſeipſos valde amant, & dominandi cupidi ſunt, haberi debet, eique correctionis modus cum pietate conueniens declarari. Si verò obſtinate in vitio perſeuerêt, perſpicuum eſt iudiciũ contra eos,
A qui pœnitentiam non agunt.

INTERROGATIO 74.

μονήρη βίον QVi ſe è fratrum collegio ſubducunt, & vitam ſeorſum ipſi ſoli agere in animo habent, aut vnà cum paucis eiuſdẽ ſecum in pietate propoſiti, doceri ex ſacra ſcriptura libẽter vellemus, nunquid hos excommunicari conueniat?

RESPONSIO.

Cum ſæpe dominus dixerit, Filius à ſeipſo nihil facit, &, Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me patris, & Apoſtolus item teſtificetur, carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum, & ſpiritum contrà, aduerſus carnem, hæc quæ ſibi inuicem aduerſari, vt non quæcunque velimus, illa faciamus: ſine dubio quicquid ex propria voluntate concupiſcitur, id
B alienum eſt à pietatis cultoribus. Vberius autem de iis, qui huiuſmodi ſunt, in diſputationibus his reſpondimus, quæ fuſius ſunt diſputatæ.

Ioan.5.b Ibid.6.d Gala.5.e

Nimirum in reſponſione ad 7. interrogationem.

INTERROGATIO 75.

NVnquid omnis peccati, ſiue illud in mente, ſiue in dicto, ſiue in facto committatur, cauſa rectè conferri in Satanam poſſit?

RESPONSIO.

In vniuerſum opinor Satanam non poſſe ipſum per ſe cauſam eſſe alicui vt peccet: ſed cùm modò inſitis vnicuique à natura motionibus, modo etiã interdictis cupiditatibus velut adiutricibus vtatur per hæc ipſa eos, qui negligentiores ſunt, ad propria vitia conatur abducere. Vtitur autem ille quidem adiutricibus ſecum naturalibus motionibus, ſicut in domino facere tentauit, quando eſurien-
Matt.4.a C tem illum animaduertens, dixit, Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Interdictis autem cupiditatibus, vt in Iuda, quem quòd auaritiæ morbo eſſe obnoxium intellexerat, huius ipſius cupiditatis opera vſus, auarum hominem ad ſceleſtiſſimæ proditionis lapſum, nummis triginta argenteis eſtimulauit. Quæ autem etiam mala ex nobis ipſis naſcantur, manifeſtè dominus oſtendit: De corde enim, inquit, exeunt cogitationes malæ, &c. Hoc autem vſu venit iis, qui ex incuria naturalia rerum bonarum ſemina inculta dereliquerunt: conuenienter dicto illi Prouerbiorum, Tanquam ſeges vir ſtultus & velut vinea vir indigens prudentia. Si dimiſeris eum, ſqualebit, & herbis luxuriabit

Mat.15.b

rota, & fiet derelicta. Porrò quæ ex huiuſmodi incuria in ſqualorem abiit, & derelicta eſt anima, cõſequens eſt neceſſariò, vt ſpinas ac tribulos pro generet, & et illud eueniat, quod dictum eſt, Expectaui vt faceret vuas, fecit autem ſpinas. De qua quidem anima illud prædictum eſt, Et plantaui vineam Sorech, quod ſi interpretari velis, electam ſignificat. Conſimile autem huic, quod hic dicitur, inuenias apud Hieremiam dicentem ex perſona dei, Plantaui te vineam frugiferam totam veram, quomodò conuerſa es in amaritudinem vitis alienæ?

Eſa 5.a Ibidem. שׂרק Hier.2.d ἄμπελον ἀλλοτρίαν.

INTERROGATIO 76. D

NVnquid vtilitatis alicuius cauſa conſultò mẽtiendum ſit?

RESPONSIO.

Hoc ſententia domini non permittit, à quo ſic præciſè dictum eſt, Mendacium ex diabolo eſſe, neque mendacij vlla omnino diſtinctio adhibita. Quin hoc idem Apoſtolus quoque teſtificatur his verbis, Si autem & certet aliquis, non coronatur, niſi legitimè certauerit.

Ioan.8.f 2.Tim.2.a

INTERROGATIO 77.

Quid eſt dolus, & quid eſt malignitas?

δόλος καὶ κακοήθεια.

RESPONSIO.

Malignitas quidem (vt ego arbitror) ipſa eſt E primum & latens in moribus vitium. Dolus verò, ea quæ ad inſidiandum adhibetur exquiſita ſolertia: quotieſcunque videlicet quis per ſimulationem alicuius boni, eo alicui periude vti eſca quadam obiecto, quæ ad inſidias pertinent, exequitur.

INTERROGATIO 78.

Qui ſunt adinuentores malorum?

RESPONSIO.

Qui præter ea, quæ vſitata, & nota vulgo ſũt mala, alia quædã etiam excogitant ipſi, atque inueniunt.

INTERROGATIO 79.

SI quis frequenter ſeipſum reprehenderit, quòd duriter ſe aduerſus fratrem gerat, quomodo hic emendabitur? F

RESPONSIO.

Prorſus (vt quidem ego coniector) res hæc originem habet, vel ab animo de ſeipſo elatè ſentiẽte, vel ab animi offenſione: quæ quidem offenſio ſumitur, cum eorum, qui rectè agere deberent, vitia animaduertimus. Quod enim præter ſpem boni alicuius contrarium euenit, atque acerbum, id vehementius quodammodo animum ferit. Maiore autem hic quadam diligentia eſt opus: vt ſi quidem primum fuerit ſuperbiæ vitium emendemus: ſin ſecundum, antequam ad indignationem veniatur, leniter exhortando, admonendóq; facili-

facilitatem animi noſtram declaremus. Quòd ſi omnino curationis ratio iſta nihil proficere viſa fuerit, idque propter ſubiecti morbi peruerſitaté, tum demum etiam vehementia indignationis, adhibita miſericordia, ad vtilitatem & correctionem eius, qui peccauit, cum ratione in loco vti poterimus.

Interrogatio 80.

VNde fit illud, quòd cogitationes bonæ, & curæ deo placentes mentem veluti deficiunt: & qua ratione vitare poterimus, ne hoc nobis eueniat?

A

Responsio.

Cum Dauid dixerit, Dormitauit anima mea præ tædio: ſanè perſpicuum eſt huiuſmodi vitium ex dormitatione animi naſci atque hebetudine. Siquidem animum vigilantem, & qui apud ſeipſum ſit, ſibi vni attentus cura deo grata, & cogitatio bona non ſolet deficere: Contraque potius qui eiuſmodi eſt, illis deeſſe ſeipſum videt. Nam ſi corporis oculus neque ad contemplationem etiam paucarum quarundam rerum, quæ conditæ à deo ſunt eſſe par poteſt: neque ſi quid ſemel contemplatus ſit, contemplatione tamen illa ſatiatus diſcedit, ſed illud idem aſſiduè contemplari non ceſſat: quanto magis animi oculus, ſi vigilans fuerit, & apud ſeipſum, vniuerſa nõ poterit mirabilia iudicia dei contemplari? Iudicia enim tua, inquit, abyſſus multa. Et alio in loco, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. Et multa huiuſcemodi. Si verò animum deficit cogitatio bona, perſpicuum eſt ipſum vnà cum cogitatione etiam illuminationem deficere: non quòd deficiat, quod illuminat: ſed quòd dormitet, quod illuminari debet.

Pſal. 118. d — Pſal. 15. b — Pſal. 138. a

B

Interrogatio 81.

AN æquè obiurgandi ſint & religioſi viri, & quilibet de vulgo, quandocunque in eodem vtrique peccato reperiantur?

Responsio.

Si inſpexerimus in animi affectionem eius, qui peccat, & modum peccati, ſine dubio intelligeremus etiam modum obiurgationis. Vt enim idem peccatum eſſe videatur, & cuiuſlibet de vulgo, & religioſi viri: inter eos tamen diſſimilitudo eſt nõ mediocris. Qui enim religioſus eſt, is cũ de ineunda gratia dei ſolicitus ſit, in eáque ſe elaboret, nõ de induſtria, ſed caſu aliquo, & præter animi ſui ſẽtentiam labitur, cadítque. Qui verò de vulgo eſt, & in vtramuis partem nihil pẽſi habet, is cum nullam neque ſui, neque dei rationem habeat, neque quicquam omnino referre exiſtimet, peccétne, an rectè agat, grauiſſimis ac pernicioſiſſimis duobus malis laborat: videlicet, quòd aut deum contẽnit, aut tollit penitus. Siquidem hæc ſunt duo, à quibus peccãdi initia animus ſumit: quemadmodum teſtantur diuinæ literæ, in quibus eſt modo, Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor dei ante oculos eius. modo, Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus: corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Igitur aut contemptor factus eſt, atque ea re peccat, aut ipſum deum eſſe inficiatur, atque ob eam cauſam in ſtudiis ſuis corrumpitur, licet verbo confiteri videatur. Confitẽtur enim ſe noſſe deum, factis autem negant. Quæ cum ita ſe habeant, etiam rationem obiurgationis in his, qui huiuſmodi ſunt, diſſimilem eſſe arbitror oportere. Siquidem vir religioſus veluti locali (vt ita dicã) indiget ſubleuatione, & in ipſa re, in qua lapſus eſt, caſtigari debet. At ille alter, cum totum ſimul animi rectum penitus vitiatum habeat, & malis iis, quibus reliqua omnia ſubiiciuntur, laboret, vel vt contemptor (vt dixi) vel vt à fide alienus eouſque & lugeri, & admoneri, & obiurgari debet, quoad ei perſuaderi poſſit, aut deum eſſe iudicem iuſtum, & ita in metum inducatur: aut omnino eſſe deum, atque hoc modo percellatur. Atque illud etiam ſcire conuenit, peccata religioſorum virorum plerunque etiam euenire ex conſilio dei ad ipſorum vtilitatem, cum videlicet deus eos labi interdum permittat, ad ſanandam aliquam animi illorum elationem, quæ præceſſerit, cuiuſmodi eſt quod Petro dictum eſt, & in ipſo etiam contigit.

Diſcrimen religioſi & ſecularis peccatum. — C — Pſal. 13. a — Pſal. 52. a — Titum. 1. d — D — Pſal. 7. a καὶ ἀλλαχοῦ. — Mat. 26. a

Interrogatio 82.

QVoniam ſcriptum eſt, Anus vt matres: ſi contigerit vt anus idem peccatum incurrerit cũ adoleſcentula, nũquid ea eidem animaduerſioni obnoxia eſſe debet?

1. Tim. 5. a

Responsio.

Prorſus Apoſtolus quidem anus vt matres honorari oportere, non vt quæ culpabile aliquid facerent, docuit. Verumenim ſi contigerit aliquãdo vt anus in idem cum adoleſcentula peccatũ incurrerit, animaduertenda ſunt primum naturalia (vt ita dicam) ætatis vitia, atque ita conueniens vtrique ætati curationis definiendus eſt modus. Veluti naturale eſt ferè ſenectuti pigritia: at non hoc item etiam iuuentuti: quemadmodum mentis ad futiles cogitationes diſtractio, & turbulentia, & ſui immodica fiducia, & quæcunque huius generis iuuentuti, non autem etiam ſenectuti adiuncta ſunt, & à naturali calore, qui in iuuentute eſt, vidẽtur adiuuari. Quocirca idem peccatum, pigritia (verbi gratia) grauius in adoleſcentula plecti debet: cum illi ad minuendum crimen ætas ea nihil patrocinetur. Similiter quoque idem peccatum, mentis videlicet ad futiles cogitationes diſtractio præfidentia ac turbulenta intemperies animi ſeueriore animaduerſione in natu iam grandiore vindicanda ſunt. Siquidem ea etiam ab ipſa natura adiuuatur ad lenitatem, quietémque. Ad hæc peccati etiam modus, & eius qui peccauit animi affectio conſiderari in vtraque perſona debent, atque hoc modo cõueniens ipſis curationis ratio accommodata animaduerſione adhiberi.

E — F

Interrogatio 83.

SI quis multa rectè agens, in vno tantùm offẽderit, quo pacto nos aduerſus illum geremus?

RES-

RESPONSIO.

Niſi lauero te, non habebis partem me cum.

Quemadmodum dominus aduerſus Petrum.

INTERROGATIO 84.

SI quis mores habens turbulentos ac feroces, propterea correptus dicat, Deum alios bonos finxiſſe, alios nequam, nunquid is rectè dicat?

RESPONSIO.

Is error eſt Manichæorum. 1. Cor. 5. b Gala. 5. a

A Hæc opinio iampridem veluti hæretica exploſa eſt: nam & blaſphema eſt & in deum impia, & hominis ad peccatum procliuem reddit animam. Proinde qui hoc ſentit, aut reſipiſcat, aut tollatur de medio, ne illud vſu veniat, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

INTERROGATIO 85.

NVnquid priuatim aliquid haberi conueniat in ſocietate fratrum?

RESPONSIO.

Act. 4. f

Hoc contrarium eſt teſtimoniis his, quæ habẽtur in Actis, de iis qui crediderant: in quibus ſcriptum eſt, Neque quiſquam eorũ, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat. Quare qui dicit ſuum aliquid eſſe, is ſeipſum alienum reddit ab eccleſia dei & charitate domini: qui quidem & verbo & re docuit ponendam eſſe animam pro amicis, nedum res externas.

B INTERROGATIO 86.

SI verò dicat aliquis ſe neque ſumere quicquam de communi fratrum, neque ſua in commune conferre, ſed ſe ſuis rebus eſſe cõtentum, quomodo nos aduerſus hunc geremus?

RESPONSIO.

Ioan. 13 d 1. Cor. 5. d Ibidem b

Hic niſi pareat doctrinæ domini illi, Diligite inuicem, ſicut ego dilexi vos: pareamus nos Apoſtolo, qui dixit, Auferte malum ex vobis ipſis, ne illud eueniat, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

INTERROGATIO 87.

NVnquid liceat vnicuique vetus veſtimentum ſuum, calceamentúmve dare cui velit, cõue-
C nienter mandato?

RESPONSIO.

Dare aut accipere, etiam ſecundum mandatum non eſt cuiuſlibet: ſed eius, cui de communi ſententia adhibita circunſpectione delatum eſt munus diſpenſandi. Proinde hic erit, qui ſiue vetus, ſiue nouum habita ratione temporis cuiuſque & dabit ipſe, & accipiet.

INTERROGATIO. 88.

Luc. 21. f

Quid eſt cura huius vitæ ſecularis?

RESPONSIO.

Quælibet cura, eſto eorum nihil habere videatur, quæ interdicta ſunt, tamen niſi ad pietatem cõducat, vitæ huius cura eſt.

INTERROGATIO 89.

Prou. 13. b

QVoniam ſcriptum eſt, Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: hoc autem, vt faceremus nobis non contigit, quid faciemus?

RESPONSIO.

Quamlibet ipſi voluerimus etiam ſi non contingat eſſe nos compotes, ac meminerimus reſponſi domini ad Petrum, cum de huiuſmodi re admodum ſolicitus dixiſſet, Ecce nos dimiſimus omnia D
& ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Reſpondet autem ei ſic, Omnis qui reliquerit domum, *Mat. 19. b*
vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum & Euangelium, centuplum accipiet, & vitã æternam poſſidebit. Si verò ex incuria hoc prętermiſimus, nunc ſtudium adhibeamos. Quòd ſi iam neque tempus ſuppetit, neque facultas, cõſoletur nos Apoſtolus qui dicit, Non quæro veſtra, ſed vos. *2. Cor. 12. e*

INTERROGATIO 90.

NVnquid liceat nocturnum veſtimentum habere, ſiue cilicium, ſiue alterius generis aliquod?

RESPONSIO. E

Sanè cilicij vſus habet opportunitates ſuas: neque enim ad neceſſitates corporis cõparatus eſt, ſed ad macerationem animi, & afflictationem. Cum autem duorum mancipium prohibitum ſit, vſus an poſſit aſſumi, remota ea quam dixi cauſa, vnuſquiſque ipſe ſeipſum conſulito.

INTERROGATIO. 91.

SI à fratre qui nihil habet, quod ipſius proprium ſit, petat aliquis idipſum quo indutus eſt, quid ille facere debeat, maximè ſi nudus ſit qui petierit?

RESPONSIO.

Siue nudus, ſiue improbus, & ſiue neceſſitate impulſus, ſiue ex immoderata habẽdi libidine, ſemel dictum eſt, quòd dare, acciperéve non eſt cuiuſli- F
bet, ſed eius, cui de communi ſententia delata eſt iſtiuſmodi adminiſtratio: tenetúrque illud debet, *1. Cor. 7. d*
Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.

INTERROGATIO 92.

Luc. 12. d

CVm dominus iubeat vendi quæ poſſideãtur, qua mente hoc fieri conuenit? nunquid tanquam ea, quæ poſſideamus, lædant ſuapte natura? an ob diſtractionem, quæ ex illis ad animum peruenire ſolita ſit?

RESPONSIO.

Ad

Ad hoc primò illud dici poteſt, quòd eorum vnumquodque quæ poſſidentur, ſi ipſum per ſe, ac ſua vi eſſet malum, neque à deo etiam prorſus fuiſſet creatum: Omnis enim, inquit, creatura dei, bona, & nihil reiiciẽdum, tum illud etiam, quòd mãdatum domini non docuit abiicienda eſſe tanquã mala, fugiendáve ea, quæ poſſidemus, ſed diſtribuenda. Et damnatur aliquis, non quòd habuerit omnino, ſed quòd peruerſè de ipſis ſenſerit, vel ꝙ non rectè vſus fuerit. Siquidem recta ſanáque de illis animi affectio, & ex mandato diſtributio, ad res multas nobis, eáſque maximè neceſſarias prodeſt: videlicet modo ad emendationem peccatorum noſtrorum: quapropter ſcriptum eſt, Verun- Luc.11.f
A tamen qnod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis, modo autem ad hæreditatem regni cœleſtis, & acquiſitionẽ theſauri non deficientis: ſicut dictum eſt alio in loco, Nolite timere puſillus grex, quia placuit patri veſtro cœleſti date vobis regnum. Vendite quæ poſſideris, & Luc.12.d date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficiẽtem in cœlis.

INTERROGATIO 93.

QVI ſemel omnium rerum poſſeſſione ſe ſpoliauerit, profeſſúſque fuerit nihil ſe quod iuris ipſius proprium ſit, habere, qua mẽte hic vti debet rebus ad viuendum neceſſariis, veluti veſtitu, victúque?

RESPONSIO.

Ea nimirum, vt meminerit, ſecundum quod ſcri-
B ptum eſt, deum eſſe qui dat eſcam omni carni. Ve- Pſal.135.a runtamen ei maiorem in modum adhibita animaduerſione curandum eſt, vt tanquam dei operarius dignus ſit cibo ſuo: qui quidem cibus ipſe etiã non ſit poſitus in ipſius poteſtate, ſed ab eo, cui de communi omnium conſenſu eius ſubminiſtrandi datum negocium ſit, ſubminiſtretur, ratione habi- Act.4.g ta temporis modique, ſicut ſcriptum eſt, Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat.

INTERROGATIO 94.

SI quis relicta tributorum pẽſione ſe ad fratrum conuentum contulerit, & propinqui illius ad ea perſoluenda grauius vrgeantur, nunquid nõ iſtud ſcrupulum afferat, detrimentúmve, aut illi, aut iis, qui illum receperint?

RESPONSIO.

C

Dominus noſter Ieſus Chriſtus iis, qui ipſum Luc.20.d percontabantur, licerétne cenſum Cæſari dare, an non, reſpondens ait, Oſtendite mihi denariũ. Cuius habet imaginem, & inſcriptionem? Cúmque illi, Cæſaris, dixiſſent: Reddite ergo, inquit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Cum igitur ex hoc pateat declaraſſe dominum, eos ſubiectos eſſe imperatis Cæſaris, apud quos inueniãtur quæ ſunt Cæſaris, ſine dubio is etiam, de quo agimus nunc, ſi aliquid quod ad Cæſarem pertineret ſecum ferens, ſe ad fratrum collegium aggregarit, pendere tributa debet. Si verò ita diſceſſit, vt propinquis omnia reliquerit, nihil eſt cur quicquam dubitet, aut ipſe, aut ij qui ipſum receperunt.

INTERROGATIO 95.

NVnquid expediat iis, qui nouitij accedunt, ea quæ de ſacris ſcripturis ſunt, confeſtim ediſcere?

RESPONSIO.

Et hæc ipſa quæſtio ex iis, quæ ſuperius iam dicta ſunt, explicatur. Quæ ad vſum nanque pertinẽtia ſũt, ea vt vnuſquiſque ex diuinis literis ediſcat, & rectum eſt, & neceſſarium, cum ad maiorem animi expletionem in pietate, tum etiam vt ne humanis conſtitutionibus aſſuefiat. D

INTERROGATIO 96.

NVnquid vnicuique permitti debeat, vt arbitratu ſuo literas diſcat, vel legendis libris operam det?

RESPONSIO.

Cum Apoſtolus dicat, vt non quęcunque vultis, Gala.5.a illa faciatis: in vnaquaque re quicquid ex voluntate propria optabile eſt, id ſi alicuius arbitrio permittatur, calamitoſum eſt. Cõtráque, quicquid antiſtites rectum ſtatuerint, in eo manere vnuſquiſque debet, etiamſi contra voluntatem ipſius ſit. Porrò qui hoc non facit, is manifeſtè docet animũ habere ſe alienum à fide: cum dominus dixerit, Eſtote parati, quia qua hora nõ putatis, filius homi- Luc.12.e nis veniet. Manifeſtè enim indicat opinari ſe, diu- E tius ſe in vita manſurum.

INTERROGATIO 97.

SI quis dicat, velle ſe apud nos, vt aliquantulum proficiat, ad modicum tempus commorari, nũquid hic admitti debeat?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, Eum, qui venit ad me, non eiiciam foras, & Apoſtolus ita ſcriptum reli- Ioan.6.d quer it, Sed propter ſubintroductos falſos fratres, Gala.2.a qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto, quibus neque ad horã ceſſimus ſubiectioni, vt veritas euangelij permaneat apud vos, prorſus ei liberè patere introitum conſentaneum ſit, tum propter incertitudinem euentus: ſiquidẽ ſæpenumero deguſtato fructu per modicum illud temporis ſpatium, fieri poterit, vt F hoc vitæ genere delectatus prorſus animum inducat in ea remanere, id quod frequenter vidimus accidiſſe: tum ad declarationem etiam caſtigatioris noſtræ diſciplinæ apud eum, qui lõge aliter fortaſſe de nobis ſuſpicabatur. Porrò ſeueritas diſciplinæ neceſſario accuratius etiam in ipſo obſeruari debet, vt & veritas illuſtretur, & ſuſpicio negligentiæ omnis tollatur. Sic enim & nos deo placebimus, & ille aut iuuabitur, aut improbus conuincetur.

INTERROGATIO 98.

CVIuſmodi animum habere antiſtes debet in iis quæ imperat, conſtituitve obeunda diſcipulos?

RSIPONSIO.

Quod quidem ad deum attinet, tanquam mini-
1.Cor.4.a ſter ſit Chriſti, & diſpenſator myſteriorum dei,
metuens ne quid præter voluntatem dei, quæ ex
confeſſo certa in ſacroſanctis ſcripturis ſit, dicat,
ſtatuátve, exiſtátque aut falſus teſtis dei, aut ſacrile-
gus, ex eo quòd aliquid alienum à doctrina domi-
ni inducat, aut contrà eorum, quæ grata ſunt deo,
1.Theſ.2.b A prætermittat. Quod verò ad fratres pertinet, Tan-
quam ſi nutris ſit, quæ foueat filios ſuos, cupidus
tradēdi vnicuique ad gratiam dei, & communem
omnium vtilitatem non ſolùm euangelium dei,
ſed etiam animam ſuam, ex mandato domini &
Ioan.13.d dei noſtri Ieſu Chriſti, qui ipſe ſic dicit, Mandatū
Ibidē.15.b nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut ego di-
lexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet,
quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

INTERROGATIO 99.

CVIuſmodi animi affectione increpare debet, qui alterum increpat?

RSSPONSIO.

Quod quidem ad deum attinet, ea, quam habe-
Pſal.118. bat Dauid, cum dixit, Vidi præuaricantes, & tabeſ-
cebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Quod
B verò ad eos, qui increpantur, eiuſmodi quali vtere-
Ibidem 11. tur pater, & medicus cum miſericordia ac lenita-
te, ſi filium ſuum curaret, & maximè ſi adeſſet do-
lor, & ſine cruciatu adhiberi curatio non poſſet.

INTERROGATIO. 100.

EOs qui aliunde ad nos accedunt, ac mendicātes aliquid petunt, quomodo dimittemus? & nunquid arbitratu ſuo quiſque panem, aut aliud quidvis illis debet tribuere, an verò vnicuipiā munus hoc conueniat delegari?

RESPONSIO.

Cum dominus affirmatè dixerit, Non eſſe bo-
Matt.15.c num ſumere panem filiorum, & mittere canibus:
& tamen illud etiam approbarit, Nam & catelli
edunt de micis, quę cadunt de menſa dominorum
ſuorum: cui diſpenſandi munus aſſignatum eſt, is
illud diligēti adhibita animaduerſione exequi de-
bet. Qui verò præter illius ſententiam aliquid fa-
cit, is tanquam euerſor diſciplinæ acriter obiurga-
C ti: idque eouſque, quoad tueri locum ſuum diſcat:
cum Apoſtolus dixerit, Vnuſquiſque in quo voca-
1.Cor.7.d tus eſt, fratres, in hoc maneat.

INTERROGATIO 101.

CVi delatum diſpenſandi munus ſit eorū, quæ
dedicata domino ſunt, nunquid is neceſſe ha-
Luc.6.d beat illud ſeruare, Omnis petenti te tribue: &
Mat.5.f Volentem mutuari à te, ne auerſeris?

RESPONSIO.

Illud, Omni petenti te tribue: &, Volentē mu-
tuari à te, ne auerſeris: locum obtinet veluti tenta-
tionis, quemadmodum contextus ſeries eorū quæ
coniuncta ſunt, declarat: & præceptum hoc datum
eſt propter improbos: quod quidem non vi præ- Præceptū
cepti, ſed intercedente caſu quopiam ſeruari de- ſiue māda-
bet, Pręceptum enim domini ex ſua vi ſeruandum tum præcō-
illud eſt, Vende quæ habes, & da pauperibus. Et i- ſilio vel or-
tem, Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynā. dinatione.
Quòd ſi quod aliis attributum eſt, id ad alios trāſ- D
ferre tutum non eſt, nec liberum periculi cum do- Luca.18.d
minus dicat, Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ pe- Mat.19.c
rierunt domus Iſraël. &, Non eſt bonum ſumere Luca 12.
panem filiorum, & dare catulis: nunquis hoc non Matt.15.c
cenſeat per ſe vt facilimum, ita & iuſtiſſimum? Ibidem.

INTERROGATIO 102.

NVnquid qui è fratrum conuentu egrediatur quacunque de cauſa, leni admonitione retinendus ſit: & ſi retinēdus, aduerſus quos hoc ſeruari conueniat?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, Eum, qui venit ad me,
non eiiciam foras. itémque, Non eſt opus valenti- Ioan.6.d
bus medico, ſed male habentibus, & alio in loco, Matt.9.b
Quis ex vobis habens centum oues, ſi errauerit v- Mat.18.b
na ex eis, nónne relinquit nonaginta nouem, & va- Luc.15.a
dit, & quærit eam, quæ errauit, donec inueniat? o- [illegible]
mni ratione curari debet, qui infirmus eſt, danda- E
que eſt ſtudioſè opera, vt deartuatum (vt ita dicā) Mat.15.b
membrum in locum ſuum reſtituatur. Quòd ſi in
vitio (cuiuſcunque tandem generis illud ſit) perſe-
ueret, dimittendus eſt, tanquam alienus. Scriptum
eſt enim, Omnis plantatio, quam non plantauit
pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos: cæ-
ci ſunt.

INTERROGATIO 103.

QVòd quidem ſenioribus parendum ſit, vel vſque ad mortem, hoc iam didicimus. Verùm quoniam incidit aliquando, vt ipſe etiam ſenior aliqua in re labatur, hoc abs te ſcire vellemus, nunquid is increpari debeat, & quomodo, & à quibus & ſi hoc ille non ferat, quid fieri conueniat?

RSSPONSIO.

De his enucleatè dictum eſt in latiore reſponſione.

INTERROGATIO 104.

QVomodo committi procurationes fratribus debent, ex vniúſne antiſtitis arbitrio, an adhibitis etiam reliquorum fratrum ſentētiis: itémque in ſororibus ſimiliter? F

RESPONSIO.

Si vnuſquis ita inſtitutus eſt, vt quid de quaque re ſentiat, id cum reliquis etiam cōmunicet, quanto magis quæ huiuſmodi ſunt, ea adhibito eorum,

qui

qoi ad hoc apti ſint, iudicio, fieri debent? Etenim quæ diuina eſt procuratio, ea ex deo iis committi debet, qui manifeſtè docuerint poſſe ſe ex domini voluntate aſſignatum ſibi munus adminiſtrare. Eccl.32.d Atque in vniuerſum neceſſario omni in re memoria tenere antiſtes debet quid dicāt diuinæ literæ. Sine conſilio nihil fac.

INTERROGATIO 105.

NVnquid debeant, qui ad fratrum familiam ſe aggregāt, illico, vbi recepti ſint, artes doceri?

A

RESPONSIO.

Antiſtites iudicabunt.

INTERROGATIO 106.

CViuſmodi in fratrum familia vtendum eſt animaduerſionibus ad reuocandos in rectam viam, qui peccant?

RESPONSIO.

Pro iudicio ſuo antiſtites tempus modúmque conſiderabunt, ratione habita cum ætatis & corporis, tum animi habitus, & diſſimilitudinis peccati.

INTERROGATIO 107.

SI quis cupere ſe dicat viuere inter fratres, propter officium tamen aduerſus naturales propinquos ſuos, aut etiam propter penſionem tribu-

B torum ſæpenumero impediatur, quominus penitus ſe in huiuſmodi vitam det, nunquid ei concedi debeat, vt ad fratres ingrediatur?

RESPONSIO.

Prorſus rei bonæ cupiditas ſine periculo impediri non poteſt: at neque tamen contrà, ei qui iam ingreſſus ſit, ſine periculo tempus ad ea curanda, quæ externa ſunt, & ab ea, quæ ſecundum deum eſt, vita, aliena dari poteſt. Si verò ingreſſus quis ſeipſum rebus interioribus det, neque eorū quicquam quæ externa ſunt, ſecum afferat, hic meliorē de ſe ſpem oſtendit.

INTERROGATIO 108.

C NVnquid debeat antiſtes ſeorſum ipſe ab antiſtita, ſermonem conferre cum aliqua ſorore de rebus ad ædificationē fidei pertinentibus?

RESPONSIO.

1.Cor.14.g In his non ſeruatur præceptum Apoſtoli, qui dixit, Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant.

INTERROGATIO 109.

NVnquid conueniens ſit, vt antiſtes vnà cū antiſtita ſæpius in colloquium veniat, maximéque ſi ex fratribus aliqui ex hoc ipſo offendantur?

RESPONSIO.

Cum Apoſtolus dixerit, Vt quid libertas mea iudicatur ab alia conſcientia? rectum eſt, ipſum imitari, qui de ſeipſo ſic dicit, Sed non vſi ſumus hac 1.Cor.10.g poteſtate, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti, & quoad fieri poteſt, danda opera eſt, 1.Cor.9.b vt colloquia quàm rariſſima fiant, & quàm breuiſſima.

INTERROGATIO. 110.

NVnquid conueniat, dum ſoror ſeniori confitetur, etiam antiſtitam ipſam adeſſe?

RESPONSIO.

Honeſtius cautiúſque per antiſtitam ſeniori cō- D feſſio fiet, qui multa experientia edoctus poſſit & pœnitentiæ & correctionis modum ſuggerere.

INTERROGATIO 111.

Si à ſororibus aliquid inſciente antiſtita, fieri ſenior præceperit, recténe facit illa ſi indignetur?

RESPONSIO.

Et admodum.

INTERROGATIO 112.

SI quis cōferat ſe ad eam, quæ ex deo eſt, vitam, nunquid rectum ſit, vt qui huiuſmodi eſt, hunc antiſtes ſine ſententia fratrum admittat, an verò hoc cum illis quoque prius cōmunicari cōueniat?

RESPONSIO. E

Dominus in eo qui pœnitentiam agit, conuocandos eſſe amicos, ac vicinos docet. Quare neceſſarium eſt multo magis, vt qui accedit, is conſciis cæteris fratribus admittatur: idque ea re, vt cōmune inter ipſos gaudium ſit, communiſque viciſſim aliorum pro aliis oratio.

INTERROGATIO 113.

NVnquid poſſit, cui delata curādarum animarum prouincia ſit, ſeruare illud, Niſi conuer- Mat.18.a ſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli: quando cū multis diſſimilibúſque illi perſonis res eſt.

RESPONSIO.

Cum vir ſapientiſſimus Salomon dixerit, Om- F nia tempus habent: intelligendum eſt, quod humilitatis quoque & poteſtatis exercendæ, & reprehē- Eccl.3.a ſionis, & exhortationis, & reticentiæ, & libertatis, & benignitatis, & ſeueritatis, & (vt vno verbo dicam) omnium rerum ſuum eſt tempus: vt videlicet nunc adhibenda humilitas ſit, & in ea paruuli imitandi, maximéque quando mutui honores, mutuáque officia, & quæ ad corpus pertinent, miniſteria, obſequiáque tribui oportet, vt dominus docuit: nunc vtendum poteſtate, quam dedit dominus ad ædificationem, non autem ad deſtructionem, quando videlicet libertatem tempus requirit: ſimilitérque quando exhortatione eſt opus, ad- 2.Cor.10.d hibenda lenitas: contráque vbi ſeueritate, iuſta in-

dignatio, atque in reliquis rebus ſingulis eodem modo.

INTERROGATIO 114.

Mat. 5. f
Ephe. 5. d
CVm dominus præcipiat, ac dicat, Si quis te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo: & item Apoſtolus nos doceat, Vt ſubiecti ſimus inuicem in timore Chriſti: nũquid cuiuis paſſim, & quiduis imperanti obediendum ſit?

RESPONSIO.

Omnino diuerſitas eorum qui imperãt, eorum
A quibus imperatur, obediẽtiæ officere nihil debet. Neque enim Moſes Iothor, qui rectum ſibi conſilium dederat, nõ auſcultauit. Cum autem eorum, quæ imperantur, diſſimilitudo exigua non ſit (etenim ex his quidem partim repugnant mãdato domini, aut aliqua ex parte illud vitiant, aut multis modis, admiſcendis his, quæ interdicta ſunt contaminant: partim verò cum mandato conueniunt: alia autem, licet apertè cum eo non conueniant, adiuuant tamen, ac veluti adminicula quædam mãdati ſunt) neceſſario ea nos in memoriam debemus redigere, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo, Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probãtes, quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete. Et item, Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſciẽtiam dei, & in captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Ex his autem hoc intelligitur, quòd ſi quid nobis imperatum ſit, quod idem ſit cum mandato domini, adiuuétve, illud tanquã voluntas dei, ſtudioſius, diligentiúſque à nobis ſuſcipi debet, idque ſeruari conuenit, quod dictũ eſt,
B Supportantes inuicem in charitate Chriſti. Quoties verò aliquid, quod mandato domini aut repugnet, aut aliqua ex parte vitiet, contaminétve, facere ab aliquo iuſſi fuerimus, tunc commodè illud vſurpabimus, Oportet obedire deo magis quàm hominibus: memoria tenentes dictum eſſe à domino, Alienum autem non ſequentur, ſed fugiẽnt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum, itẽm que Apoſtolum, vt nos ſecuros faceret, auſum eſſe etiam angelos ipſos perſtringere, cum ea dixit, Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit. Ex quibus illud docemur, quòd licet neceſſitudine maxima aliquis nos attingat, & gloria præter modum excellens ſit, qui vetet, quod à domino imperatum eſt, aut contrà quod ille vetuerit faciendum ſuadeat, is ab omnibus, qui dominum diligunt, fugiendus eſt, atque execrationi habendus.

1. Theſ. 5. d
1. Cor. 10. b
Ephe. 4. a
Acto. 5. e
Ioan. 10. a
Gala. 1. b

INTERROGATIO 115.

QVomodo alij aliis obedientiam inter nos præſtabimus?

C RESPONSIO.

Tanquam ſerui aduerſum dominos: conuenienter illi præcepto domini, Qui vult in vobis eſſe magnus, ſit omnium vltimus, & ſeruus omnium.
Mar. 10. g
Quibus verbis adiungit, quod nos efficacius etiã poſſit permouere, Sicut filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret. Et conſentaneum in modum etiam dicto illi Apoſtoli, Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Gala. 5. c

INTERROGATIO 116.

QVatenus obedientia teneri debet, vt deo grati eſſe poſſimus?

RESPONSIO.

Hoc Apoſtolus docuit propoſita nobis obediẽtia domini, Qui factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: cum ante dixiſſet, Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Philip. 2. a
D

INTERROGATIO 117.

QVi iis, quæ quotidie propoſito mandato conſentanea imperantur, contentus non eſt, neque artem doceri aliquã ſtudet, euiuſmodi is morbo laborat, & nunquid hic tolerandus eſt?

RESPONSIO.

Qui huiuſmodi eſt, is & contumax, & ſibimetipſi placens, & infidelis eſt. Siquidem iudicium domini non timuit, qui dixit, Eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Qui enim in ſingulos dies & ſingulas horas dominum expectat, is ſolicito animo eſt, ne quenuis in quo eſt, diem ocioſum prætereat, neque amplius de re vlla curat. Si verò iuſſus ſit artem diſcere, poſitum habeat in obedientia fructũ gratificandi deo, non autem in procraſtinatione iudicium.
Mat. 24. d
Ibidem.
E

INTERROGATIO 118.

QVi ſtudioſus eſt in exequendo mandato, & opus facit nõ quod iubetur, ſed quod ipſe vult, qualem mercedem habet?

RESPONSIO.

Qualem qui placet ſibiipſi. Cum autem Apoſtolus dicat, Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem: & maiorem in modum ex iis, quæ ſubiicit, nos exemplo Chriſti ad hoc adhortetur, cum dicit, Etenim Chriſtus nõ ſibi placuit: animaduertere debet quo in periculo ſit, qui ſibi ipſi placet. Porrò hic idem etiam obedientiæ contemptor conuincitur. Rom. 15. a

INTERROGATIO 119.

NVnquid liceat vnicuique aſſignatũ ſibi opus recuſare, & aliud ab illo diuerſum exquirere? F

RESPONSIO.

Cùm obedientia, ſicut ante dictum eſt, vſque ad mortem ſeruari debeat, qui quod ſibi aſſignatum eſt, recuſat, & aliud ab eo diuerſum exquirit, primum omnino hic obedientiam violat. & apertè declarat nequaquam ſeipſum abnegaſſe, tum etiã aliorum complurium malorũ, cum ſibi, tum aliis

etiam

etiam autor exiſtit. Nam & reliquis ianuam ad cõtumaciam contradictionémve patefacit, ipſéque ad eam ſeipſum aſſuefacit. Et quoniam non poteſt ſtatuere vnuſquiſque quid ſit quod è re ſua ſit, ſæpenumero opus illud deligit, quod ſibi obſit. Ad hæc prauas in animis fratrũ aduerſum ſe ſuſpiciones mouet, veluti qui aut opus illud, quod quærit, aut eos, quibuſcum neceſſariò illud adminiſtrandum ſit, nimio plus amet. Quocirca in vniuerſum obedientiam abiicere, multorum ac magnorum malorum radix eſt. Verumenim ſi cauſam habere ſe aliquam putat, quamobrem opus recuſet, hanc magiſtris indicato, eámque illis diſceptandam relinquito.

A

INTERROGATIO 120.

NVnquid aliquò diſcedendum ſit, non petita prius ab antiſtite venia?

RESPONSIO.

Cum dominus dicat, Neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit: qui non magis noſtrum vnuſquiſque hoc ad arbitrium ſuum reuocare non debet? Nam qui hoc ad arbitrium ſuum reuocat, hic apertè declarat, vitio elationis animi ſe laborare, & obnoxium eſſe iudicio domini, qui dixit, Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt coram deo. Atque in vniuerſum hoc quòd quis eſſe ſui iuris velit, culpabile eſt.

Ioan.7.d

Luc.16.d

INTERROGATIO 121.

B An liceat grauiora opera recuſare?

RESPONSIO.

Qui ſincerè & ex animo deum diligit, neque omnino de remuneratione domini quicquam dubitat, is ſi quid fecit, nequaquam in eo acquieſcit, enititúrque, vt aſſiduè vſque aliquid addat, ſempérque progredi vlterius ſtudet. Et licet ſupra vires viſus ſit aliquid feciſſe, non propterea tamen ſecurus eſt, veluti qui plenè officio ſuo ſatisfecerit contráque potius in aſſiduo angore eſt, veluti qui longe abſit ab eo, quod factum oporteret, audiẽs videlicet præceptum domini illud, Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Cum autem Apoſtolus, ille, cui mundus crucifixus erat, & ipſe mundo, nequaquam dicere veritus ſit, Ego me non arbitror comprehendiſſe: vnum autẽ, quę

C quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò quæ ſũt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brabium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. Qui cùm legitimè poſſet euangelium annuncians, de euangelio viuere, In labore, & fatigatione, inquit, nocte & die operantes, non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitãdos nos: quis eſt adeo vecors, aut tam alienus à fide, vt in iis, quæ fecerit, vnquam acquieſcat, aut aliquid veluti grauius recuſet, aut laborioſum?

Luc.17.c

Philip.3.c

1Cor.9.b

2Theſ.3.b

INTERROGATIO 122.

SI quis loco animaduerſionis à benedictione exclusus, neget ſe niſi accepta benedictione cibũ ſumpturum, nunquid hic tolerandus ſit?

RESPONSIO.

Omnino, ſi erratum animaduerſione tam graui dignum viſum fuerit, vt inedia etiam debuerit vindicari, iudicabit is, qui animaduerterit. Si verò ſola benedictione indignus aliquis iudicatus eſt, & cum edendi poteſtas facta ſit, edere tamen recuſat, is tanquam contumax in hoc & peruicax iudicari debet: ſimúlque ſeipſum agnoſcere, intelligeréque, ſe dum hoc facit, nequaquam ſeipſum curare, ſed peccatum peccato cumulare. D

INTERROGATIO 123.

SI quis ægrè ferat non permitti ſibi, vt ea faciat, ad quæ aptus non eſt, nunquid hic tolerandus ſit?

RESPONSIO.

De hac re dictum eſt pleriſque in locis, quòd in vniuerſum vti propria voluntate, arbitrióve, alienum eſt à recta ratione. Similitérque, quòd maioris partis iudicio non ſtare, eſt contumaciæ, & peruicaciæ periculum incurrere.

INTERROGATIO 124.

NVnquid rectè facere is exiſtimandus ſit, qui in fortuito alicubi cum hæreticis, gentilibúſve congreſſu inuentus, vnà cum ipſis cibum ſumat, ſalutétve? E

RESPONSIO.

Omnino communi hac ſalutatione, quominus arbitratu noſtro aduerſus quemuis vellemus, vteremur, non prohibuit dominus: neque enim dixiſſet, Si ſalutaueritis amicos veſtros tantùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? De cibo verò vnà capiendo, habemus præceptum Apoſtoli, in quibus hoc fugere conueniat. Sic enim dicit: Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nũc autem ſcripſi vobis non commiſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.

Mat.5.g

1.Cor.5.c

F

INTERROGATIO 125.

CVi munus aliquod creditum eſt, & aliquid facit præter ſupráve id quod iuſſus eſt, non petita venia, nunquid hunc retinere munus illud cõueniat?

RESPONSIO.

Omnino hoc, quod quis ſibi ipſe aliquid ſumat in vniuerſum diſplicet deo: neque ex decoro, neque ex re eſt eorum, qui ſtudẽt ſeruare vinculum pacis: tamen ſi in proteruia ille permaneat, vtilita-

ti eius conſulitur, ſi ab eo munus illud auferatur, neque eoim ſeruat præceptum eius, qui dixit, Vnuſqoiſque in quo vocatus eſt, fratres, in hoc maneat, & quod ad commouendum etiam magis valeat, Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Vnicuique ſicut deus diuiſit menſuram fidei.

1.Cor.7.d
Rom.12.a

INTERROGATIO 126.

QVomodo aſſequi aliquis poſſit, ne à ciborum libidine vincatur?

A

RESPONSIO.

Nempe ſi apud ſe ſtatuerit rationem ſe vtilitatis ducem ac magiſtram ſemper habere oportere in iis, quæ aſſumantur, ſiue ſuauia ſiue inſuauia.

INTERROGATIO 127.

DIcunt quidam fieri non pnſſe, quin homo iraſcatur.

RESPONSIO.

Eſto fieri poſſe, vt miles præſeote rege iraſcatur non tamen eo etiam id rationi conſentaneum eſt, quod dicitur. Etenim ſi hominis præſetia eouſque valet, vt qoi in æquali naturæ conditione conſtitutus ſit, propter dignitatis tamen excellentiam, turbatum alicuius animi motum poſſit comprimere qui non tandem hoc facilius futurum exiſtimandum eſt, ſi alicui perſuaſum ſit, deum cogitationes ſuas omnes inſpicere? Siquidem longè melius qui ſcrutatur corda & renes deus, motiunes animi per uidei, quàm homo ea, quæ oculis ſubiecta ſunt.

παράδειγμα
B
Pſal.7.c

INTERROGATIO 128.

QVi vltrà quàm vires ipſius patiantur, colere cõtinentiam velit, eáque re impediatur, quominus propoſitum mandatum exequi poſſit, nunquid hoc facere huic permittendum ſit?

RESPONSIO.

Col.2.d

Interrogatio iſta haudquaquam ritè mibi videtur poſita. Neque enim in abſtinentia ciborum ratione carentium poſita continentia eſt, ex qua cõſequitur illa, quæ ab Apoſtolo accuſatur, immoderata corporis afflictatio: ſed in eo, ſi quis voluntates ſuas omnes penitus ab ſe ſegreget. Quàm autem periculoſa res ſit potiorem habere voluntatem ſuam mandato domini, perſpicuum eſt ex iis, quæ dicta ſunt ab Apoſtolo, his verbis, Facientea voluntates carnis, & cogitationum, & eramus natura filij iræ.

Ephe.2.a C

INTERROGATIO 129.

QVi ea re quòd multum ieiunat, communibus vnà cum reliquis, cibis veſci non poteſt, verũ hic exoptare potius debet, ieiunaréne vnà cum fratribus, & cibum eundem capere vnà cum ipſis, an eo quòd immoderatè ieiunet, neceſſe habere cibis veſci diſſimilibus?

RESPONSIO.

Ieiunij idoneum tempus non voluntas eſt vniuſcuiuſque, ſed vſus eorum, quæ pertinẽt ad cultum dei: quemadmodum ex Actis apoſtolorum, & Dauide intelligimus. Quamobrem ſi quis rationem huiuſmodi ſequatur in ieiunando, ſine dubio hic à deo etiam ieiunandi facultatem conſequitur. Fidelis eſt enim qui repromiſit.

Heb.10.d

INTERROGATIO 130.

D

QVomodo ieiunandum eſt, quandocunqne ieiunandum ſit: propter eorum aliquid quæ ad pietatis cultum requiruntur, tanquam neceſſarióne, an adhibita etiam animi promptitudine?

RESPONSIO.

Cũ dominus dicat, Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quicquid adiumẽto eſt ad pietatis culturam, id niſi libenter, ac ſtudioſe fiat, periculoſum eſt. Proinde vt quis ieiunet, & hoc noo libenti animo faciat, id extra periculum non eſt. Cæterũ quãdo tempus incidat eiuſmodi, vt ieiunandum ſit, ieiunare neceſſarium eſt: quippe cum Apoſtolus inter cætera ipſius rectè facta, hoc etiã docendi nos cauſa cõmmemorarit, In ieiuniis ſepe.

Matt.5.a
2.Cor.11.f

INTERROGATIO 131.

QVi non ex eodem, vnde reliqui fratres, cibo participat, ſed cibum ipſe diuerſum exquirit, nunquid hic rectè faciat? E

RESPONSIO.

In vniuerſum hoc quod quis cibum exquirat, præter mandatum eſt: cum dominus dixerit, Nolite quærere quid edatis, aut quid bibatis, & nolite ſoliciti eſſe. Et quod ad perterrendum magis valet ſtatim addiderit, Hæc enim omnia gentes inquirunt. Eſt autem eius, penes quem diſtribuendi munus eſt, illud exequi diligẽter, Diuidebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.

Luc.12.d
μετεωρίζεσθε
Matt.6.d
Act.4.g

INTERROGATIO 132.

Qui aliquo cibi genere lædi ſe dicat, & ægrè ferat, niſi aliud detur, quid de hoc dici debet?

RESPONSIO.

Apparet hunc non plenè habere illam ſpem Lazari, neque perſpectam habere charitatem illius, cui omnium, atque ipſius etiam cura cõmiſſa eſt. In vniuerſum autem de eo, quod obſit, proſitve, noo eſt cur ſibiipſi quiſque debeat iudicium arrogare, cum hoc ad iudicandum eius arbitrio relinquendum ſit, cui datum negocium ſit, vt ſingulorũ neceſſitates animaduertat. qui quidem ſit eiuſmodi, vt præcipuè animi illorum vtilitatem inquirat: tum autem ſecundo loco ea quę ad vſum corporis pertineant, ſubminiſtret ex dei voluntate. F

INTERROGATIO 133.

Si verò etiam ob cibum murmurauerit?

RES-

RESPONSIO.

1.Cor.10 b Prorſus qui hoc facit, is eorum, qui in deſerto
murmurauerunt, iudicio obnoxius eſt. Scriptum
eſt enim apud Apoſtolum, Neque murmuraue-
ritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & pe-
rierunt ab exterminatore?

INTERROGATIO. CXXXIIII.

A SIquis iratus, eorũ quæ ad vſum neceſſaria ſint,
ſumere aliquid recuſarit?

RESPONSIO.

Qui eiuſmodi eſt, is dignus eſt, qui ne cum po-
ſcat quidem, impetret, quouſque vitium illud, vel
vitia potius in eo ſanata eſſe antiſtes iudicarit.

INTERROGATIO. CXXXV.

AN rectè faciat, qui vehementer laborans, ali-
quid ipſe præter conſuetudinem exquirat?

RESPONSIO.

Omnino is ſi laborem propterea ſuſcipit, vt
præmium conſequatur à deo, hic eius leuamen-
tum quærere non debet, ſed operam dare, vt ad
accipiendam domini mercedem idoneum ſe cõ-
paret: cum illud intelligat, ſe vt ex laboribus præ-
mium, ſic ex anguſtiis etiam ſolatium à dei beni-
Act.4.g gnitate inuenturum. Verumenim cuius ea pro-
uincia eſt, vt illud imitetur, Diuidebatur ſingu-
B lis, prout cuique opus erat: neceſſariò is ſingulos
habere cognitos debet qui laborant, eorumque,
vt par eſt, neceſsitatibus prouidere.

INTERROGATIO CXXXVI.

NVnquid neceſſario hora prandij adeſſe om-
nes ſimul debeant: & qui abfuerit, & per-
acto iam prandio ſuperuenerit, quomodo nos
aduerſus ipſum geremus?

RESPONSIO.

Omnino hic ſi eo abfuerit, quòd neceſsitate
loci, operisve aliter facere non potuerit, veluti
1.Cor.7.d qui ſeruet præceptum eius, qui dixit, Vnuſquiſq;,
in quo vocatus eſt, fratres, in hoc maneat: diſci-
plinæ magiſter ipſe & cognoſcet, & ignoſcet. Si
verò cùm vnà cum cæteris poſſet adeſſe, negli-
genter egit, agnita hic negligentiæ ſuæ culpa, vſq;
ad præfinitam horam inſequẽtis diei ieiunus ma-
neto.

INTERROGATIO. CXXXVII.

C NVnquid rectum ſit hoc, quòd aliquis cũ ani-
mo ſuo ſtatuat ſe per aliquod certum tem-
pus, ab hac vel illa eſca, potionéve abſtineret?

RESPONSIO.

Ioan.6.d Cum dominus dixerit, Non vt faciam volun-
Pſal.118. tatem meam, ſed eius qui miſit me: in quacun-
que re voluntatis ſuæ arbitrio ſtare periculoſum
eſt: quod intelligens Dauid dicebat, Iuraui, & ſta-
tui cuſtodire iudicia iuſtificationis tuæ.

INTERROGATIO. CXXXVIII.

NVnquid in fratrum familia permitti alicui
debeat, vt pluſquam cæteri ieiunet, vigiletve
ex proprio ipſius voluntatis arbitrio?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, Deſcendi de cœlo, non Ioan.6.d
vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatẽ eius
qui miſit me patris: quicquid quiſque ex propriæ D
voluntatis arbitrio facit, id cum facientis pro-
prium ſit, alienum eſt à cultu pietatis: metuen-
dumque eſt, ne de eo, quod videtur facere ipſi di-
catur à domino, Ad te conuerſio eius, & tu domi- Geneſ.3.c
naberis ei. Quanquam etiam in collatione cum
cæteris, hoc quòd quis in rebus etiam bonis ve-
lit excellere, cõtentionis vitium eſt, quod ex ap-
petitione naſcitur inanis gloriæ: quod vitium fu-
giendum eſſe Apoſtolus docens ait, Non enim 2.Cor.10.c
audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdã,
qui ſeipſos commendant. Quocirca omiſsis pro- 2.Cor.10 g
priis voluntatibus, eoque, vt videri velimus ali-
quid excellentius facere quam reliqui, parere de-
bemus Apoſtolo admonenti ac dicenti, Siue mã-
ducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia
in gloriam dei facite. Sibi enim ipſi placere, & in-
ani gloria, & contentionis ſtudio delectari, res
ſunt prorſus alienæ ab iis, qui bonum certamen
legitime certant. Quocirca idem Apoſtolus ait, 2.Ti.4.b
nunc quidem, Non efficiamur inanis gloriæ cu- 2.Tim.2.a
pidi. nunc verò, Siquis videtur contentioſus eſſe, Gal.5.d
nos talem conſuetudinem non habemus, neque
Eccleſiæ dei. & alio in loco, Debemus nos non E Rom.15.a
nobiſmetipſis placere. quibus illud ad commo-
uendum efficacius etiam adiungit, Etenim Chri-
ſtus non ſibi placuit. Si verò ſit, qui neceſſariò
acriore ſibi vel ieiunio, vel vigilia, vel alia quauis
re opus eſſe arbitretur, rationem is, quare id ſic
exiſtimet, iis aperito, quibus credita eſt cõmunis
diſciplinæ procuratio. & quod illi ſtatuerint, id
obſeruato. Siquidem fieri poterit plerunque, vt
neceſsitati ipſius alia ratione melius conſulatur.

INTERROGATIO. CXXXIX.

EX intentione ieiunij, remiſsiores ad laboran- ἀλογῦμεν.
dum efficimur: quid igitur eſt faciendum po-
tiúſne impediendum opus ob ieiunium, an illud
negligendum propter opus?

RESPONSIO.

Omnino & ieiunium, & cibus ex ratione pie-
tati accõmodata aſſumi debent: vt videlicet quo-
tieſcunque mãdato dei per ieiunium ſatisfacien-
dum ſit, ieiunemus: quotieſcunque item manda-
tum dei cibum deſideret, quo corpus confirme- F
tur, edamus, non vt helluones, ſed vt operarij dei.
Seruandum eſt enim quod dictum eſt ab Apoſto
lo: Siue manducatis, ſiue bibitis, vel quod aliud 1.Cor.10 g
facitis, omnia in gloriam dei facite.

INTERROGATIO. CXL.

SIquis propterea quòd in cibis quæ obſunt, in-
cõtinens ſit, iiſq; ſeſe intẽperanter ingurgitet,

in morbum aliquem inciderit, nunquid eius curam conueniat gerere?

RESPONSIO.

Omnino de incontinentia, quin manifeſtum in ſe vitium habeat, negari non poteſt: neceſſarióque danda ſtudioſè opera eſt, vt morbus iſte in primis curetur. Sæpenumero enim pro bonitate ſua oſtendere volens deus quàm graue malum ſit continentiam non colere, permiſit vt animus in iis etiam, quæ corpus lædunt, incontinentiæ vitio vteretur: eo conſilio videlicet vt ſi fieri poſſet, ex morbo corporis, quem ex incontinentia contractum ſuſtinet, detrimentum ſuũ intelligeret, & ita ad continentiam in omnibus rebus ſeruandam induceretur. Porrò in iis, qui in morbum aliquem ex incontinentia incurrerint, corporis curam aliquam gerere, id & rationi, & bonitati cõueniens eſt: non temere tamen, ſed ſumma adhibita circunſpectione, cauéque ne aliquo modo, dum corpus curamus, animi medicinã negligamus. Quamobrem, ſiquis quempiam, qui huiuſmodi ſit, animaduerterit, medicinam corporis ita accipere, vt ex ea in cognitionem veniat, animum quoq; in propriis vitiis medicina indigere, ſine dubio ei adhibere curationem corporis debet. Si verò in admittenda corporis medicina, animum ille negligere deprehenſus ſit, præſtabilius eſt qui iſtiuſmodi ſit, hunc in doloribus iis, in quos ex ſua incõtinentia incurrerit, ſinere permanere: ea re, vt ſi fieri poſſit, ad ſeipſum redeat aliquando, & de ſempiterno ſupplicio incipiat cogitare, atq; hoc modo animi incolumitatẽ ſtudeat recuperare. Dum enim iudicamur, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

INTERROGATIO. CXLI.

Nunquid conuenire putandum ſit, vt qui extratij ſunt, in officinis inueniãtur, aut etiam de fratribus aliqui, relicto loco ſuo?

RESPONSIO.

Eo excepto, cuius munus ſit laborantes inuiſere, aut opera facienda diſtribuere, quicunque inuentus fuerit hoc facere, hic quaſi rectiſsimũ ordinem harmoniámve membrorum colluxauerit, prohibetor cæteris alioqui conceſſo cellæ egreſſu, atque in loco aliquo aſsidens, qui ad errata iſtiuſmodi caſtiganda idoneus iudicatus ſit, attentiore cura, & impenſiore labore, quàm ſit cõſuetudo, penſum reddito, quoad illud ſeruare didicerit, quod dictum eſt ab Apoſtolo, Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, in hoc maneat.

INTERROGATIO. CXLII.

Nunquid conueniat opifices opus aliquod aliunde faciendum ſuſcipere, ſine ſententia eius, qui huiuſmodi officio præpoſitus ſit?

RESPONSIO.

Iudicio furis, aut cum fure currentis obnoxius eſto vterque, & qui dat, & qui ſuſcipit.

INTERROGATIO. CXLIII.

Quomodo qui opus faciunt, curam gerere debent inſtrumentorum, quæ ſibi credita ſint?

RESPONSIO

Primum, vt eorum quæ dedicata & conſecrata ſint deo: deinde vt eorum, ſine quibus debitũ ſuum ſine cunctatione atque impigrum ſtudium nauare non poſsit.

INTERROGATIO. CXLIIII.

Qvid ſi ex incuria aliquis amiſerit, aut ex contemptu abuſus fuerit?

RESPONSIO.

Prorſus qui abuſus ſit, is tanquam ſacrilegus: qui verò amiſerit, tanquam ſacrilegij autor iudicator: cum omnia domino ſint dedicata, & deo conſecrata.

INTERROGATIO. CXLV.

Qvid ſi non petita venia aliquo vſus fuerit, ſumpſeritve?

RESPONSIO.

Vt præfidens & contumax iudicator. Hæc enim eius, cui datum regendi negocium eſt, eaq; diſtribuit, propria ſunt.

INTERROGATIO. CXLVI.

Qvid ſi etiam vrgente neceſsitate antiſtes ab ipſo petierit, & ille denegauerit?

RESPONSIO.

Qui ſeipſum & membra ſua, vt aliorum vtilitati inſeruirent, tradidit in charitate Chriſti, qui fieri poterit, vt is de inſtrumentis litiget cum antiſtite, ad quem etiam pertinet cura inſtrumẽtorum?

INTERROGATIO. CXLVII.

Qvi in obeundo munere cellarij, coquinæue, aut iſtiuſmodi alio aliquo occupatus ſit, niſi præſto affuerit ſtatuto tempore modulandorum pſalmorum orationiſve, nunquid is in animo iacturam aliquam faciat?

RESPONSIO.

Vnuſquiſque in munere ſuo regulam propriam conſeruat, tanquam membrum in corpore: & ſine dubio ipſe iacturam facit, quandocunque facere neglexerit, quod ſibi aſsignatum ſit, & vt omnium inſidiator publicus, maiorem in modum periclitatur. Quare iuxta mentem apoſtoli exequi debet, quæ ſcripta ſunt, Cantantes & pſalentes in cordibus veſtris deo. Si verò etiam corpore vnà cum reliquis præſto eſſe non potuit, nihil dubitet, ſi faciat, quod dictum eſt, Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, in hoc maneat. Verum- enim

enim cauendum eſt periculum, ne aliquo modo, cum quis in tempore inſtituto poſſit ſatisfacere, ac cæteris exemplo eſſe, ad reliquorum offenſionem, muneris occupationem excuſet, & hoc modo iudicium negligentium incurrat.

Mat. 48. b

INTERROGATIO. CXLVIII.

Cuiuſmodi poteſtatis modum habet in rebus diſpenſandis is, cui datũ eſt negociũ cellarii?

RESPONSIO.

A Quod quidem ad eum pertinet, qui illud dedit, quicquid is adhibita deliberatione deſignauerit memoria tenens dominum ipſum de ſeipſo dixiſſe, Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Quod verò ad eos attinet, quorum curam ſuſcepit, neceſsitatem vniuſcuiuſq;. Scriptum eſt enim, Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Porrò hæc eadem ratio ab omnibus tenetor, quibus dantur negocia huiuſmodi.

Ioan. 5. e
Act. 4. g

INTERROGATIO. CXLIX.

Cui iudicio obnoxius eſt, qui diſpenſat, ſi hoc munere ad gratiam, aut ſimultatẽ fungatur?

RESPONSIO.

Cum Apoſtolus præcipiat, modo, nihil faciendum eſſe ex animi inclinatione in alterutrã partem: modo autem affirmans dicat, Siquis videtur B contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſiæ dei: qui talis eſt, is vt alienus habeatur ab eccleſia dei, quouſq; ſe emendauerit. Animaduertendum eſt autem diligẽtius, ad quam quiſque rem aptus ſit, atque ita vnumquodque munus committendum: ne videlicet & qui alicui committunt, quod ei non conuenit, damnentur tanquam mali diſpenſatores, cũ animarum, tum etiam mandatorum domini: & quibus committitur, nequaquam ex hac re peccati excuſationem videantur inuenire.

1. Tim. 5. d
2. Cor. 11. c

INTERROGATIO. CL.

Quid ſi ex negligẽtia res neceſſarias fratri nõ tribuerit?

RESPONSIO.

Perſpicuum eſt hoc iudicium ex verbis domini, cũ dixit, diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi mãducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum, &c. Et quoniam Maledictus omnis qui facit opus domini negligẽter.

Mat. 25. d
Iere. 48

INTERROGATIO. CLI.

C An liceat ei qui miniſtrat, loqui voce altiore?

RESPONSIO.

Prorſus vocis modum, audientium neceſſitas ipſa definit. Quocirca ea ſi ſummiſſior ſit, tanquam ſegnior proptè ad ſuſurrũ accedit, ac propterea damnanda eſt. Si verò etiam ſit altior, quàm res deſideret, cum is qui audit, etiam ſummiſsius loquẽtem poſſet audire, tum clamor exiſtit, qui damnatus eſt ab Apoſtolo. Hoc excepto, niſi vbi lentitudo audientis tanta ſit, vt neceſſario cogamur vti clamore, quo hunc ex ſomno veluti excitemus: Nam hoc dominus etiam feciſſe memoratur, vt eſt apud euangeliſtam: Ieſus enim clamauit, inquit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me.

Epheſ. 4. g

INTERROGATIO. CLII.

Siquis in fungendo delato ſibi ex vice ſua munere exercendæ coquinæ, ſupra vires fatigetur, vt ex ea re per aliquot dies à ſolito opere impediatur, nunquid huic huiuſcemodi munus imponi conueniat? D

RESPONSIO.

Antè dictum eſt, oportere, vt cui munerum diſpertiendorum commiſſa diſtributio ſit, is habita ratione habilitatis & virium cuiuſque, ea diſtribuat, ne ei dicatur, Qui fingit laborem in præceptum. Veruntamen repugnare non debet, cui aſsignatum eſt: cum obedientiam perpetuò retinere vſque ad mortem conueniat.

Ioan. 12. f

INTERROGATIO. CLIII.

Cui lanæ creditæ ſunt, quomodo eas debet habere, quomodoq; ſe aduerſus laborantes ſorores gerere?

RESPONSIO. E

Sanè illa lanas quidem ita habebit, vt creditum ſibi depoſitum dei. Vnicuique autem ſorori reiecta ſimultate, gratiaque perſonæ, ſuum penſum aſsignabit, atque diſtribuet.

Pſal. 93. d

INTERROGATIO. CLIIII.

Si aliquando tempus inciderit, vt qui pauci ſint fratres, & pluribus ſororibus inſeruiant, ij in neceſsitatem deuenerint, vt mutuo inter ſe alij ab aliis diſiungendi ſint, ad pleraque diuerſa opera obeunda, nũquid periculo vacet huiuſcemodi factum?

RESPONSIO.

Si quæ ſuſcipitur cura, ea teſtimonium habet à mandato domini, & ſecundum deum exercetur, ſine dubio vnuſquiſq;, qui opus facit, in opere ſuo aſſequitur gratiam dei. Ipſorum autem coniunctio inter ſe, in eo eſt, ſi omnes vnanimes ſint, atque concordes, & compleant id quod dictum eſt ab apoſtolo, Nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum.

Col. 2. a

INTERROGATIO CLV. F

Voniam qui ægrotis in hoſpitali miniſtramus, iis cũ ea animi affectione iubemur miniſtrare, veluti ſi fratribus domini miniſtraremus: ſi talis non fuerit, cui miniſtratur, quomodo nos aduerſus illum gerere debemus?

RESPONSIO.

Cum

Mat. 12. g Cum dominus dixerit, Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt: quicunque talis non eſt, ſed peccans eſt, in eum ſententia illa videtur conuenire, Qui facit peccatum, ſeruus eſt Ioan. 8. d peccati. Quocirca primum leniter corripi, admonerique ab antiſtite debet. Quòd ſi hac ratione nihil proficiatur, perſpicuum eſt aduerſus ipſum Ioan. 8. d 1. Cor. 5. d A iudiciū eiuſdem domini ſic inferentis, Seruus autem non manet in domo: itemque Apoſtoli, qui præcepto cauit: Auferte malum ex vobis ipſis. Hoc enim modo & qui miniſtrant liberi erūt ab hæſitatione, & reliquorum fratrum periculo erit conſultum.

INTERROGATIO. CLVI.

QVi credita eſt procuratio vel cellarij, vel alterius cuiuſpiā iſtiuſmodi muneris, nunquid hic perpetuo habere procurationem illā debeat, an etiam intermittere, & aliis illam viciſsim tradere?

RESPONSIO.

Prorſus, ſi iſte & diſciplinæ modum, & regulæ rectitudinem conſeruat, mutationem fieri ſuperuacaneum eſt, vel difficilimum potius. Neceſſariò autem habere aliquem veluti aſſeclatorē debet, qui paulatim ad eam ipſe procurationem eſſe idoneus inſueſcat: ne videlicet quotieſcunq; neceſsitas ſucceſſorē deſiderauerit, ſi hic præſtò nō ſit, neceſſario cogamur perturbari, & huiuſcemodi muneri minus idoneum aliquem præficere, atque ita neceſſario ex huius imperitia illud B ſequatur, vt & diſciplinæ corrumpatur ſeueritas, & ex ratione inſtitutus ordo diſſoluatur.

INTERROGATIO. CLVII.

CViuſmodi animi affectiōe ſeruire deo aliquis debet, & in vniuerſum affectio hæc quid eſt?

RESPONSIO.

Bonam animi affectionem ego eſſe exiſtimo cupiditatem vehementem placendi deo, eamque inſatiabilem, & ſtabilem, & cōſtantem. Comparatur autem hæc ex ſolerti & continenti contemplatione magnitudinis gloriæ dei, & grata repetitione, & recordatione aſsidua datorum nobis beneficiorum à deo: Ex quibus in anima illud Mat. 22. d ingeneratur, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua, & ex tota Pſal. 41. a mente tua, ſicut faciebat ille, qui dixit, Quemad- C admodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Cum huiuſce modi igitur animi affectione ſeruiēdum eſt deo, illudque efficiendum, quod dictum eſt ab Apo- Rom. 8. f lo, Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? &c.

INTERROGATIO. CLVIII.

QVa mente irrogatam ſibi animaduerſionem ſuſcipere aliquis debet?

RESPONSIO.

Ea nimirum, quæ illi conueniat, qui morbo aliquo laboret, & de retinenda vita anxius ſit, quandocunque aut à patre curatur, aut à medico, licet acerba ſit, & aſpera curationis ratio, reiecta prorſus omni de charitate, peritiáve eius, qui ſibi illam irroget, dubitatione, cum ſummo deſiderio recuperandæ ſanitatis.

INTERROGATIO CLIX.

QVi aduerſus illum, à quo obiurgatus eſt, offenſionem ſumit, is cuiuſmodi eſt?

RESPONSIO. D

Hic neque peccati periculum cognouit, & maximè eius, quod eſt aduerſus deum: neque vtilitatem pœnitentiæ: neque ei fidem habuit, qui dixit, Prou. 13. d Qui autem diligit, inſtanter corripit, & ſeipſum Pſ. 140. a alienum ſtatuit à fructu illius, qui dixit, Corripiet me iuſtus in miſericordia. Et qui eiuſmodi eſt, huius conuerſatio inter reliquos fratres pernicioſa eſt. Siquidem exemplo ſuo à ſuſcepto certamine cæteros abducit.

INTERROGATIO. CLX.

CViuſmodi animi affectione debemus fratribus miniſtrare?

RESPONSIO.

Perinde ac ſi domino ipſi miniſtraremus, qui Solutio ſimilis. dixit, Quatenus feciſtis vni de his fratrib⁹ meis Mat. 25. d minimis, mihi feciſtis. mirè conducit ad comparandam huiuſmodi animi affectionem hoc etiā, ſi eiuſmodi ſint ij, quibus obſequiū impendatur. E Itaque accuratius curam illorum gerere antiſtites debent, ne tanquam corporis ſtudio dediti, ventri, & voluptatibus ſeruiant: ſed vt dei & Chriſti amatores per perfectam patientiam tales exiſtāt, in quibus deus glorietur, & contumelia diabolus afficiatur, vt in iuſto Iob.

INTERROGATIO. CLXI.

CVm cuiuſmodi animi humilitate miniſteriū, quod ſibi à fratre impendatur, accipere aliquis debet?

RESPONSIO.

Cum ſimili atque ſeruus aliquis, cui à domino ſuo miniſtraretur: & eiuſmodi, qualem præ ſe tulit Petrus, cum ei dominus miniſtraret. In quo etiam docemur de illorū periculo, qui recuſant, quominus ſibi miniſtretur.

INTERROGATIO. CLXII. F

CViuſmodi mutuam inter nos alij erga alios habere charitatem debemus?

RESPONSIO.

Qualem dominus oſtendit, & docuit, cum dixit, Diligite inuicem, ſicut ego dilexi vos, Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quòd ſi ponenda anima eſt, qui non multo magis in iis, quæ minoris precij ſunt, neceſſariò adhibēda eſt animi

Simile. Ioan. 15. b

animi promptitudo non ea re, vt humanis officiis faciamus ſatis: ſed eo conſilio, vt deo placeamus, & vtilitati cuiuſque conſulamus.

INTERROGATIO. CLXIII.

Atque quid erga proximũ charitatis formula.

QVa ratione aliquis charitatẽ aduerſus proximum poterit obtinere?

RESPONSIO.

A

Ioan. 3. d

Nimirum ſi primo iudicium metuerit, quod eſt aduerſus illos, qui violant mandatum domini: cum ipſe dixerit, Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Deinde, ſi animũ ad vitæ æternæ cupiditatem adiiciat. Mandatum enim eius vita æterna eſt. Primum autem & magnum mãdatum eſt, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. & ſecundum ſimile huic, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et ſi domino aſsimilis fieri ſtudeat, qui dixit, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos. Tum etiam ſi cum animo ſuo hoc modo cogitare inſtituerit, quòd videlicet, ſi frater ille bene de nobis meritus eſt, etiam humano more illi charitatem debemus, quam etiam gentiles ſeruant, vt in euangelio dominus declarat, cum dicit, Et ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Sin contrà, male meritus, & ſic nihilominus non ſolum propter mandatum, ſed etiam vt maiorem in modum de nobis bene meritum debemus diligere, ſi modò credimus domini vera eſſe verba illa, Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum aduerſum vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

Mat. 22. d
Ibidem.
Ioan. 13. d
Luc. 6. d
B
Matt. 5. a

INTERROGATIO. CLXIIII.

Matt. 7. a

QVid igitur eſt, Nolite iudicare, & nõ iudicabimini? Nolite cõdemnare, & non condemnabimini?

RESPONSIO.

Matt. 7. a
Ioan. 7. e
Quatenus ſunt iudicare

Cum dominus alias dicat, Nolite iudicare, & non iudicabimini: alias vero, Iuſtum iudicium iudicãdum eſſe præcipiat: nequaquam in vniuerſum interdicitur nobis, quominus iudicemus: ſed in iudicio faciendo iubemur delectum adhibere. In quibus autem hoc ſeruari debeat, & in quibus non, dilucidè demonſtrauit nobis Apoſtolus: qui in his quidem, quæ poſita ſunt in libera poteſtate vniuſcuiuſque, neque diſtincta à ſcriptura, dixerit, Tu autem quid iudicas fratrem tuum? & itẽ, Non ergo amplius inuicem iudicemus. In his verò, quæ diſplicent deo, eos reprehendat, qui non iudicent, & ipſe iudicium ſuum in medium afferat, cum dicit, Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens, eum, qui ſi hoc operatus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu cũ virtute domini noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Quocirca ſiquid eſt, quod in poteſtate noſtra poſitum ſit, aut plerunque etiam dubium ſit, de hoc frater iudicari non debet. conuenienter verbis illis, quæ ſunt apud Apoſtolum, de his, quæ ignorantur ita dicentem: Itaque nolite ante tẽpus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium. At in iudiciis dei aliter faciendum eſt: nam ea omnino neceſſario ſunt vindicanda, ne iis diſſimulandis in ſocietatem conſtitutæ à deo pœnæ incurrat is, qui diſsimulauerit, niſi ſi ſit aliquis, qui quòd in iiſdem quoque ipſe criminibus hæreat, cum eo, qui incuſatur, liberè fratrem iudicare nõ poſsit: cum dominum audiat dicentem, Eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

Rom. 14. b
C
Ibidem. c
1. Cor. 5. a
1. Cor. 4. d
D
Matt. 7. a

INTERROGATIO. CLXV.

QVibus ſignis intelligere poterit aliquis, verũ zelo dei aduerſus peccantem fratrem moueatur, an iracundia.

RESPONSIO.

Pſal. 118.

Si aduerſus quoduis peccatum ſentiat in ſe illud quod ſcriptum eſt, Tabeſcere me fecit zelus tuus, quia obliti ſunt eloquia tua inimici mei: Enimuero hic de zelo dei dubitari nõ poteſt, etſi hic quoque non mediocri opus eſt prudentia ad ædificationẽ fidei. Hæc autem affectio niſi prius in animo fuerit, & ipſum mouerit, & motus ipſe inæqualis exiſtit, & nulla in re propoſitũ pietatis ſeruatur.

E

INTERROGATIO. CLXVI.

CViuſmodi animi affectione par eſt illi obedire, qui ad mandati executionem ſolicitet, vrgeátve?

RESPONSIO.

A ſimili ductu ſolutio.

Nihilo minore quàm quanta paruus vehementer eſuriẽs, vocanti ſe ad refectionem nutrici auſcultat: & quilibet, cui chara vita ſit, ei, qui ſibi quæ ad viuendum neceſſaria ſunt, largiatur: imò multo maiore etiam, quo videlicet longè hac, in qua ſumus nunc, nobilior eſt ea, quæ æterna eſt vita. Mandatum enim dei (inquit dominus) vita æterna eſt. Quod autem in pane eſt comeſtio, id in mandato eſt operis executio: cum alio in loco idem dominus dicat, Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me patris.

Ioan. 12. g
Ibidẽ. 4. e

INTERROGATIO. CLXVII.

QValis eſſe anima debet, cogitans, quòd digna habita ſit, quę tota in dei opere occuparetur?

F

RESPONSIO.

Col. 1. b

Qualis erat illa, quæ dicebat, Quis ſum ego domine meus domine & quæ domus mea, quod dilexiſti me? cõplens quod ſcriptũ eſt, gratias agẽtes deo patri, qui idoneos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ, & trãſtulit in regnũ filij dilectiõis ſuæ.

INTERROGATIO CLXVIII.

Cuiuſmodi

CVius modi animi affectione ſumere oportet veſtimentum, calceamentúmve qualecunq; illud ſit?

RESPONSIO.

Id ſi aut arctius ſit, aut laxius, quàm vt ætati eius conueniat, cui detur, aperito is neceſsitatem ſuam, adhibita ea, quam adhiberi par eſt, modeſtia. Si verò propterea mouetur, quòd aut vile ſit, aut noo nouum: enimuero meminerit is dominũ
A dixiſſe, non quemuis temere, ſed operarium dignum eſſe cibo ſuo: & ſeipſum diligenter exquirat, num ex dignitate mandatorum, aut promiſſorum dei opus aliquod effecerit. Ita enim fiet, vt non aliud inquiſiturus ſit, potiúſq; de eo, quod ſibi datum fuerit, ſolicitus erit, tanquam quod ſibi immeritiſsimo datum ſit. Quod enim de cibo dictum eſt, id in omni re, quæ ad corporis vſum pertineat, haberi tanquam regula debet.

INTERROGATIO. CLXIX.

SI frater qui natu minor ſit, maiorem ſe aliquid docere iuſſus fuerit, quomodo is ſe aduerſus illum gerere debet?

RESPONSIO.

Hie. 48.b
2.Tim. 3.b
Tanquam qui miniſterio fungatur ex mandato domini dei: qua quidem metuens ne obnoxius efficiatur iudicio illius, qui dixit, Maledictus qui facit opus domini negligenter: quà verò cauens, ne aliquando faſtidio elatus incidat in iu-
B dicium diaboli.

INTERROGATIO. CLXX.

NVnquid eodem loco habendi ſint, quorum in rectè factis maior, & quorum minor vigeat induſtria?

RESPONSIO.

Luc.7.f Quod in remiſsione peccatorum dominus ſanxit, cum dixit, Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. & quod item in presbyteris A-
1. Tim.5.e poſtolus præcepit, cum dixit, Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, hoc rectum arbitror, vt in omnibus, qui iſtiuſmodi ſunt, ſeruetur.

INTERROGATIO. CLXXI.

SI verò doleat, qui inferior ſit, præſtantiorem in pietate ſibi anteponi, quomodo nos aduer-
C ſus illum geremus?

RESPONSIO.

Mat.20.b Qui huiuſmodi eſt, is ex parabola euãgelij manifeſtæ malignitatis damnatur: in qua parabola dominus ait ad eos, qui ægrè tulerant quoſdam pari præmio ſecum fuiſſe affectos: An oculus tuus malignus eſt, quia ego bonus ſum? Et perſpicuum
Pſal.14. eſt aduerſus hunc, & qui huius ſimiles ſunt, iudicium dei per prophetam dicentem, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius omnis malignus. Timentes autem dominum glorificat.

INTERROOATSO. CLXXII.

QVanto cum timore, qualíve cum animi perſuaſiooe, affectionéve corpus & ſanguinem Chriſti communicemus?

RESPONSIO D

De timore quidem habemus Apoſtolum, qui *1.Cor.11.f*
dicit, Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Fidem autem faciunt ver-
ba domini, qui dixit, Hoc eſt corpus meum, quod *Iudae.1*
pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. & teſtimonium etiam Ioannis, qui cũ gloriam verbi prius poſuiſſet, poſt cõſeſtim mo-
dum aſſumptæ humanitatis adiecit, cũ dixit, Ver- *Ioan.1.b*
bum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. itemque apoſtoli,
apud quem ſcriptum eſt, Quod cum in forma dei *Philip.2.a*
eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed in ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis. Quotieſcunque igitur animus fide his atque huiuſmodi verbis adhibita, qua quidẽ in cognitionem venerit maieſtatis tantæ gloriæ, qua verò incredibilem magnitudinem humilitatis & obedientiæ admiratus fuerit, quòd videlicet ille talis ac tantus patri obediens fuerit vſque ad mortem pro vita noſtra: prorſus in eo charitatem arbitror
E excitari aduerſus deum patrem, qui proprio filio *Rom.8.f*
non pepercerit, ſed pro nobis omnibus illum tradiderit: ſimiliterque impelli ad diligendum vnigenitum filium, qui obediens fuerit vſq; ad mortem pro redemptione & ſalute noſtra: atque ita aſſentiri Apoſtolo poteſt, qui quidem iis qui ſani ſunt, quandam veluti regulam exponit, eam videlicet, quæ in his bona eſt conſcientia, cum ait,
charitas Chriſti vrget nos æſtimantes hoc, quo- *2.Cor.5.e*
niam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnib⁹ mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed, ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Hoc modo animo affectus, & paratus eſſe debet, qui panem & calicem communicat.

INTERROGATIO. CLXXIII.

NVnquid tempore domeſticæ pſalmorũ modulationis, colloquiis vllis dandus ſit locus?

F

RESPONSIO.

Iis exceptis, quibus tuendæ diſciplinæ procuratio credita eſt, & operum delata diſtributio: & hoc ipſum, cum maxima aliqua vſus alicuius neceſsitas poſcat: & neque tunc inconſideratè, ſed habita ratione loci, ordiois, dignitatis, & vtilitatis cuiuſque: reliquis omnibus neceſſarium ſilentium eſt. Etenim ſi ipſo idoneo ad loquendũ tem-
pore, in ipſis etiam, quibus aſsignatum eſt munus *1.Cor.14.f*
docendi

docēdi, prior ſilere iuſſus eſt, ſi alij rēuelatum ſit, qui non multo magis tempore pſalmodiæ, vnicuique de multitudine neceſſarium ſilentium ſit?

INTERROGATIO. CLXXIIII.

QVomodo obtinere aliquis poſsit, vt ex animo, ac ſtudioſè mandatū domini exequatur?

A

RESPONSIO.

γεύμα. Naturaliter rerum delectationem & vtilitatē afferentium cōſuetudo, & ipſa etiam expectatio animum ad res iſtiuſmodi expetendas & cōcupiſcēdas mouet. Igitur ſiquis odin habuerit, & abominatus fuerit iniquitatem, & liber fuerit ab omni peccato, per quod, quemadmodum per morbum in corpore appetitus deiectio, & ciborum inſuaue faſtidium, ſic in animo etiam circa expletionem iuſtificationis diuinæ pigritia ac lētitudo ingeneratur: & ſi perſuaſum ſit, mandatum dei vitam æternam eſſe, & quæcunque iis, qui illud ſeruauerint, promiſſa ſunt, vera ſibi morigeris & obſeruantibus nimirū hic animi ſimilem affectionē conſequitur, atque ille, qui dixit: Iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multū, & dulciora ſuper mel & fauum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.

Pſal 118. *Simile.* *Pſal 18.b*

INTERROGATIO. CLXXV.

QVomodo deprehenditur aliquis, quòd fratrē diligat ex mandato domini? & quomodo B item conuincitur, quòd hoc modo non diligat?

RESPONSIO.

Charitatis fraternæ argumentum duplex. Charitatis præcipua ſunt hęc duo, dolere & angi in iis rebus, ex quibus læditur is, aduerſus quē charitas habetur: ſimiliterq́; ipſius vtilitate lætari, & pro ea laborare. Beatus igitur, quicūq; mœret propter illum qui peccat, cum eius periculū adeo ſit metuendum: & lætitia afficitur, propter illum, qui rectè facit, cū eius lucrum incōparabile ſit: ſicut ſcriptum eſt. Quin & hoc etiā Paulus apoſtolus teſtatur, cum ait, Si patitur vnum membrū, cōpatiuntur omnia mēbrū) ſeruata tamen prorſus ratione eius, quæ eſt in Chriſto, charitatis) Et ſi glorificatur vnum mēbrū (ex propoſito videlicet voluntatis placendi deo) cōgaudent omnia membra. Qui autem hoc modo variè non afficitur, de hoc prorſus dubitari non poteſt, quòd fratrem ex mandato non diligat.

1.Cor.12.d Simile Paulinum.

C

INTERROGATIO. CLXXVI.

QVi ſunt illi inimici, quos iuſsi ſumus diligere? & quomodo diligemus inimicos, benignéne factis tantum, an verò adiuncta etiam animi in eos affectione? & nunquid hoc fieri poſsit?

RESPONSIO.

Inimici proprium nocere studium. Inimici proprium eſt nocere, & inſidiari. Quicunque itaque quocunque modo alicui nocet, ipſius ritè inimicus appellari poteſt: præcipuè autē, qui peccatum committit. Nam quantum in ipſo eſt, variis modis nocet, & inſidiatur ei quicum viuit aut conſuetudinem habet. Quoniam autē homo cōſtat ex animo & corpore: quod quidem ad animum attinet, eos qui huiuſmodi ſunt, diligemus caſtigando, admonendo, & omnibus modis ad ſanitatē reuocando: quod vero ad corpus pertinet, beneficiis ipſos ſubleuando, cum aliqua re egeant, earū, quæ ſunt ad vitam neceſſariæ. Quod autem charitas in animi affectione conſiſtat, hoc verò nemini dubium eſt. Quòd autē fieri poſsit, dominus oſtendit, ac docuit, quippe qui charitatem & patris, & ſuam ipſius ſeruanda vſque ad mortem obedientia declarauerit, idq́ue pro inimicis, non pro amicis, quemadmodum teſtatur D Apoſtolus, cum ait, commendat autem charitatem ſuam deus in nos: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et nos quoque ad hoc idem faciendum hortatur, cum dicit, Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſsimi: & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam deo. Sine dubio autem non præcepiſſet hoc, qui bonus ac iuſtus eſt, niſi etiam facultatem qua id faceremus, fuiſſet largitus. Quam quidem etiam in natura ipſa expreſsè inſitam videri voluit. Bene enim de ſe meritos etiam beſtię naturaliter diligunt. Verùm quid eſt tandem quod ab amico magnū adeo beneficium poſsit proficiſci, quātum eſt illud, quod ab inimicis nobis datur? quorum opera fit, vt beatitudinem illam aſſequamur de qua loquens dominus ait, Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum aduerſum vos, mentientes pro- E pter me. gaudete & exultate, quoniā merces veſtra copioſa eſt in cœlis,

Inimicos bifariā amandos *Rom.5.b* *Epheſ.5.a* *Fera de ſe bene merito amant natura ducta* *Matt.5.a*

INTERROGATIO CLXXVII.

QVomodo debent, qui firmiores ſunt, infirmitates infirmorum portare? *Rom.15.a*

RESPONSIO.

Si portare eſt tollere, & curare, ſecundum id quod ſcriptū eſt, languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: non quod in ſe hæc ille ſuſceperit, ſed quòd eos in quibus hæc erant, curauerit: etiam hoc in loco pœnitentiæ modus & ratio conueniet: per quam rationem qui infirmiores ſunt, à valentioribus adhibita diligentia curabuntur. *Eſaia.53.a*

INTERROGATIO. CLXXVIII.

F

QVid eſt, Alter alterius onera portate? & qualem legem adimplebimus, ſi hoc fecerimus? *Gal.6.a*

RESPONSIO.

Hoc idem eſt, cum eo, quod proximè dictum eſt, Grauis enim res eſt peccatum, & ſuo pondere animam ad inferni profundum detrahit. Hoc autem inter nos viciſsim alij ab aliis tollimus, atque amputamus, quotieſcunq; operam damus, vt reſipiſcant, qui peccant. Cæterum vocabulū hoc, quo hic vtitur Apoſtolus, baſtazin id eſt portare, *In πυλμένα.* *βαστάζειν*

 vulgo

vulgo etiam ab agreſtibus pro tollere ſolitum eſt vſurpari, vt ſæpenumero ipſe pleroſq; ita loquentes audiui. Legem autem Chriſti adimplebimus, *Luc. 5 d* *Mat. 18.b* qui dixit, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. & nobis, quid faceremus, lege illa præcepit, cum dixit, Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

Interrogatio. CLXXIX.

1. Cor. 13. a A Quomodo poteſt aliquis ſine charitate tantam fidem habere, vt montes tráſferat, aut facultates ſuas pauperibus diſtribuat, aut tradat corpus ſuum, ita vt ardeat?

Responsio.

Matt 7. c Si in memoriam nobis redigimus, quod dominus dixit, Faciunt enim vt ſpectentur ab hominibus. itemq; quid illis reſponderit, qui dixerant, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia multa eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? *Luc. 13. f* ad quos ait, Neſcio vos, vnde ſitis. non quòd illi mentiti eſſent, ſed quòd dei munere ad proprias volũtates fuiſſent abuſi quæ res aliena eſt à charitate dei. Sed ſi hæc meminerimus, haud ſanè difficulter dicta hæc poſſum⁹ intelligere. Porrò quòd munus dei, donúmve tribuatur indigno alicui, nõ eſt mirandum. Siquidem deus in tempore bonitatis & patiẽtiæ, ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, idque ſæpenumero ad vtilitaté etiã vel eius ipſius, cui donũ tribuitur, quo videlicet, ſi fieri poſsit, dei bonitatem reueritus aliquo modo incitetur, vt in eũ gratus eſſe ſtudeat: vel aliorũ etiam: conuenienter verbis Apoſtoli illis, Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prędicant. quibus poſtmodum adiungit, Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritaté Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo.

Dei donum etiã immeritis tribuitur *Roma. 2. a* *Matt 5. g* (B) *Philip. 1. b*

Interrogatio. CLXXX.

Cuiuſmodi animi affectione, attentionéve ea debemus audire, quæ ad menſam accũbentibus nobis leguntur?

Responsio.

Solutio per collationem Maiore multo cum delectatione, quàm cum quanta aut edimus, aut bibimus: idque vt appareat mẽtem nequaquam diſtrahi ad corporis voluptates, ſed maiorem in modum ſe in verbis domini oblectare: quod ille faciebat, qui dixit, dul- *Pſal. 18. b* ciora ſuper mel & fauum.

C Interrogatio CLXXXI.

Ευνχιρισ̃ πα Si aliquæ vicinæ inter ſe fratrũ familiæ fuerint, & altera inopia laboret, altera ſit ad communicandum de his quæ habeat, reſtrictior, quomodo aduerſus tenaces illos affecti eſſe animo debeant, qui egentes ſunt?

Responsio.

Qui ita inſtituti ſunt, vt in charitate Chriſti ipſam etiam animam viciſsim alij pro aliis ponendam ſciãt, qui fieri poteſt, vt in his quæ ad corpus pertinent, reſtrictiores ſint? tanquam ſi obliti ſint eius, qui dixit, eſuriui & non dediſtis mihi manducare, & cætera. Veruntamen ſi hoc fiat, æquo animo ferre debẽt, qui in egeſtate ſunt: cùm certum ſciant ſe conſolationé in conſequenti ſeculo inuenturos, & Lazarum illum imitari. *Argumẽtũ à maiori* *Mat. 25. d*

Interrogatio. CLXXXII.

Ex cuiuſmodi fructibus iudiciũ de aliquo fieri debet, quod miſericordia motus peccantem fratrem corripiat? D

Responsio.

Primum ex iis, qui miſericordiæ peculiares ſunt: conuenienter verbis illis Apoſtoli, Si patitur vnum membrum compatiũtur omnia membra. &, Quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? Deinde etiam, ſi ex quouis peccato ſimilem ad ſe dolorem ſentiat venire, nihilo minusq; eorum cauſa doleat, & qui in ipſum, & qui in alium peccent, illorumque ipſam vicem miſereat: & ſi in corripiendo, traditum à domino modum conſeruet. *Solutio per ſimile Paulinum* *1. Cor. 12. d* *2. Cor. 11 g*

Interrogatio. CLXXXIII.

Si aliquando inciderit, vt in fratrum ſocietate orta inter aliquos diſſenſio ſit, nunquid tutum ſit charitatis cauſa ſe ad eorũ, qui iſtiuſmodi ſunt, partes vel has, vel illas aggregare? E

Responsio.

Cum dominus dixerit, Dà pater, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ſic & ipſi vnum ſint in nobis. & apud Apoſtolum ſcriptum ſit, Vnanimes idipſum ſentientes. & itẽ in actis memoretur, quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: inter quos diſſenſio eſt, ij alieni ſunt ab iis, quæ dicta ſunt. Porrò quæ rationi conſentanea charitas eſt, ea ſeruat, quod dictum eſt: Qui autem diligit, inſtanter erudit. Quę vero aliena eſt à ratione, qualiſcũque illa ſit, ea laudabilis non eſt: cum dominus dixerit, Qui autem diligit patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. *Ioan. 17 b* *Philip. 2. a* *Actor. 4 f* *Prou. 13. d* *Mat. 10. d*

Interrogatio. CLXXXIIII.

Quomodo poſsit aliquis, & quando exhortatur, & quando corripit, ſtudere non ſolũ vt ſcienter loquatur, ſed vt animi etiam affectioné, cum aduerſus deum, tum aduerſus eos, quibuſcũ loquitur, debitam conſeruet?

Responsio.

F

Siquis meminerit Apoſtolum dixiſſe, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei: is non vt propriã quandam ſcientiam ex autoritate ſua diſpenſat, ſed velut miniſterio dei in curandis Chriſti ſanguine redemptis animabus fungitur, timore, tremoréque erga deum adhibitis, imitans illum, qui dixit, Ita loquimur, non quaſi hominibus placentes, *1. Cor. 4 a*

ſed

1.The.2.a 1.Theſ.1.b *ſimile Paulum.

ſed deo, qui probat corda noſtra. Et aduerſus auditores item beneuolentia, ac bonitate, illud faciens, quod dictum eſt. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolum euãgelium dei, ſed etiam animas noſtras.

INTERROGATIO. CLXXXV.

A SIquis in aliquo, quẽ habeat, ſermone, auditores videat commoueri, ac propterea lætetur, quis is dignoſcere poterit, ex rectáne animi affectione hoc faciat, an ex praua aliqua ſua animi libidine?

RESPONSIO.

Si in ſolis tantummodo laudibus lætitiam illam conſtituerit, de hoc dubitatio eſſe non poteſt, quin ex propria libidine moueatur. Si verò eorum, à quibus laudetur, ſtatim cognita in auſcultando intelligẽtia, propterea gauiſus ſit, quod eos facilè obtemperantes fore confidat: poſtea verò vtilitate diligentius perquiſita, ſi rectè facta laudibus illis conſentanea in ipſis repererit, lætitia afficiatur: contraque, ſi nihil laudatores illos profeciſſe animaduerterit, indoleat: hic gratias agat deo, quòd vt erga deum pius, & aduerſum fratres beneuolus dignus habitus ſit, qui moueretur, non quærens gloriam ſuam, ſed gloriam dei ad ædificationem fratrum.

ϕιλόδοξοι καὶ ϕιλάδελϕοι 1.Theſ.1.a

INTERROGATIO. CLXXXVI.

B QVoniam docemur talem habere charitatem, vt etiam animam pro amicis ponamus, ſcire vellemus pro quibúſnam amicis hoc facere animum inducere debeamus.

RESPONSIO

Sanè animi affectio, modúſque, quæ teneri in hoc officio debent, conſentaneum eſt vt ea diuerſa inter ſe ſint. Siquidem alia ſunt plerunque, quæ peccatorum cauſa ſuſcipi debẽt, & alia item, quæ iuſtorum. Veruntamen vt charitatem ad mortem vſque tam pro iniuſtis, quàm etiam pro iuſtis ſeruemus, hoc ſine vllo diſcrimine ipſi edocemur. Commendat enim charitatem ſuam deus in nos, inquit, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Ad ſanctos autẽ quæ ſeruari debeat, Apoſtolus dicit his verbis: Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſsimi nobis facti eſtis.

Rom.5.b 1.The.2.b ὑπόδειγμα ſiſtit Paulus.

C INTERROGATIO. CLXXXVII.

DEbétne quiſquis cœnobio ſe dedit, quæ ſe cõtingunt, à propinquis accipere?

RESPONSIO.

Omnino iis, qui ad dominum accedunt, neceſſario quæ ad ipſos pertinent, reddere illorum propinqui debent, neque prorſus quicquam ſubtrahere, ne ſacrilegij iudicium incurrant. Veruntamen hæc ipſa in oculis illorum, ad quos pertinere viſa ſunt, conſumi nihil eſt neceſſe. Siquidem hoc facere, plerunque illis ipſis cauſam præbet ſeſe efferendi: contraque pauperibus, qui ad eandem vitam ſe contulerunt, dolendi. Ex quo illud ſequitur, quod vitio datur Corinthiis ab Apoſtolo, cum ait, confunditis eos, qui non habẽt. Quamobrem cui credita ſingularum eccleſiarũ procuratio eſt, is ſi fidelis ſit, & diſpenſare prudenter poſsit, hac in re eorum conſuetudinem imitetur, de quibus eſt in Actis, quod ferentes ponebant ante pedes apoſtolorum. Quòd ſi quæ huiuſmodi ſunt, diſpenſare non eſt omnium, ſed eorum tantummodo, quibus adhibita diligenti circunſpectione huiuſcemodi demandata adminiſtratio ſit: etiam quod ab huiuſmodi, quos diximus, hominibus datum fuerit, hic de eo ita ſtatuet, quemadmodum ipſe rectum eſſe iudicarit. D

1.Cor.11.c Act.4.g

INTERROGATIO. CLXXXVIII.

QVomodo venientes ad nos domeſticos aut cognatos noſtros aſpiciamus?

RESPONSIO.

Quemadmodum dominus oſtendit, & docuit, quando ei renũciatum fuit, quòd mater eius & fratres ſtarent foris, volentes illum videre: ad quos, quaſi eos vehementius increpans, reſpondet his verbis, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt.

παράδειγμα Mat.12.d

INTERROGATIO. CLXXXIX.

E SI verò nos etiam vt domũ ad ipſos adeamos, rogauerint, nunquid ipſis auſcultandum ſit?

RESPONSIO.

Si hoc propter ædificationem fidei fit, qui adire hoc modo poteſt, is data venia mittitor. Si vero propter officiũ humanum, audiat quid illi dominus reſpondeat, qui dixerat, Permitte mihi ire, & renunciare his, quę domi ſunt. ait enim, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Quòd ſi de eo, qui renunciare tantum voluerat, tale iudicium eſt, quid de hoc dicendum eſt?

Luc.9.g

INTERROGATIO. CXC.

NVnquid eorum, qui naturali nobis neceſsitudine coniuncti ſunt, miſericordia moueri debemus, cupidi ſalutis illorum?

F RESPONSIO.

Qui natus eſt ex ſpiritu, vt dominus ait, & poteſtatem etiam aſſecutus eſt, vt fieret filius dei, hunc pudet naturæ coniunctionis, & propinquos ſuos agnoſcit, propinquos fidei, quibus teſtimonium dominus dat, cum dicit, Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum dei audiunt, & faciunt. Et æquè miſericordia mouetur omnium, qui longè recedunt à domino, & in his nihilo plus cognatorum ſuorum, qui ſecũdom carnem

Germani fideles et mater & fratres domini Mat.12.A

nem ſunt, quàm reliquorum. Si verò ſit, qui cum maiorem quandam his miſericordiam tribuat, exiſtimet huius affectionis ſuæ patronum habere ſe Apoſtolum, quod is dicat, Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem: intelligat is ex iis, quæ ſequuntur, apud Apoſtolum non in precio haberi cognationem eam, quę erat ſecundum carnem, ſed Iſraëlem, & quæ præcipuè

Rom.9.a Exemplo confirmat

A à deo in ipſum collata fuerant beneficia: neque quoniam cognati ipſius erant, Iſraëlitę, ſed quoniam Iſraëlitę erant, qui ſecundum carnem cognati ipſius erant: & quoniam tot talibúſque à deo beneficiis fuerant affecti, quoniam ipſorum erat adoptio filiorum & gloria, itemque legiſlatio, & cultus dei, quoniam ipſis data fuerant teſtamenta, & promiſsiones, quorum etiam ipſorum erant patres, quoniam ex ipſis Chriſtus ſecundũ carnem, iccirco tanti ſalutem illorum facit, non habita ratione cognationis, ſed humanitatis ipſorum cauſa à domino aſſumptæ, cuius verba ſunt hæc, non miſſus ſum, niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël.

Matt.15.c

INTERROGATIO. CXCI.

Matt.5.a

QVis eſt mitis?

RESPONSIO.

Qui in iudiciis earum rerum, quæ deo placent, idem vſque ſtabilis perſeuerat.

B INTERROGATIO. CXCII.

2 Cor.7.c

QVæ eſt triſtitia ſecundũ deũ, quæ itẽ mundi?

RESPONSIO.

Triſtitia duplex. Pſal.118.

Sanè quæ ſecundum deum triſtitia eſt, ea eſt, cum quis ex neglecto mandato dei, dolore afficitur, ſicut ſcriptum eſt, defectio tenuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Quæ autem mundi eſt, ea eſt, quandocunque quis ex re aliqua humana, mundanáve animi ægritudinem ſentit.

INTERROGATIO. CXCIII.

Philip.3.a Ibidẽ. 4.a

CViuſmodi eſt, quod in domino gaudiũ eſt? & quid eſt, quod facientes gaudere debeamus?

RESPONSIO.

In his quæ ſecundum mandatum domini fiũt, gaudere, eſt in domino gaudere. Quocirca quandocunque mandata dei exequimur, aut propter nomen domini aliquid patimur, gaudere, & gratulari inter nos debemus.

C INTERROGATIO. CXCIIII.

Matt.5.a

CViuſmodi eſt ille luctus, quem ſuſcipere debemus, ſi beatitudinem illam, quam lugentibus paratam dominus ait, conſequi volumus?

RESPONSIO.

Rom.2.d

Cõtinetur quæſtio iſta in ea quæſtione, quæ eſt de triſtitia illa, quæ eſt ſecundum deum, quando videlicet propter admiſſa delicta lugemus: vel quòd deus cõtemnitur, cum per tranſgreſsionem legis contumelia afficiatur deus, vel quòd eorum periculũ videmus, qui peccant. Anima enim quæ peccauerit, inquit, ipſa morietur, imitantes illum, qui dixit, Et lugeam multos ex iis, qui antè peccauerunt.

Ezec.18.a 2.Co.12.g

INTERROGATIO. CXCV.

QVomodo omnia quis ad gloriam dei facit? D

RESPONSIO.

Quando omnia propter deum ex mandato dei facit, & nulla in re humanas laudes quærit, atque aſsiduè vſque domini verba illa memoria tenet, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt veſtra opera bona, & glorificent patrem veſtrũ, qui in cœlis eſt.

Matt.5.b

INTERROGATIO. CXCVI.

QVomodo mãducat quis & bibit ad gloriam dei?

1.Cor.10.g

RESPONSIO.

Nimirum quando diuinorum beneficiorũ erga ſe memoriam conſeruat, & eiuſcemodi animi affectionem retinet, quæ ex compoſitione etiam corporis declaretur, vt non tanquam ſecurus omnino manducet, ſed vt qui inſpectorẽ habeat deũ. Et quando in ſumẽdo cibo illud ſibi propoſitum habet, vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem manducet, ſed tanquam operarius dei, vt in operibus iis, quæ ſunt ex mandato Chriſti, exequendis eſſe firmior poſsit. E

Dogma

INTERROGATIO. CXCVII.

QVomodo quod dextera facit, neſcit ſiniſtra?

Matt.6.a

RESPONSIO.

Quotieſcunque defixo, ac vehementi deſiderio deo gratificandi, mens ab omni parte ſolicita, ne ab officio diſcedat, legitimè certat, tũc de nullo prorſus membro alio cogitat, niſi de eo, quod ad id vtile ſit, quod in præſentia fieri oportet: vt artifex, qui in ſingulis operibus vnum illud tantummodo inſtrumentum ſpectat, quod ad ea administranda vtile eſt.

Similitudo à ſimili ſumta.

INTERROGATIO. CXCVIII.

QVid eſt humilitas, aut quomodo hanc aſſequemur, & legitimè conficiemus?

RESPONSIO.

Sanè humilitas quidem ea eſt, cũ quis cæteros omnes ſeipſo ſuperiores exiſtimat, ex præſcripto Apoſtoli. Cõparatur autem hęc virtus, ſiquis meminerit mandati domini illius, diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. quod quidẽ ipſe variè multis in locis, & oſtẽdit, & docuit. & ſi fidem ei adhibuerit, qui aſſeueranter affirmauit. Qui ſeipſum humiliauerit, eum exaltatum iri. Præterea ſi æqualiter ſemper, atq; uno tenore omni in re humilitatẽ cõſectatus ſit, in eaq; & mẽte ſe & re ipſa exercuerit. F

Matt.11.d

Luc.14.c Ibidẽ, 18.a

exercuerit. Vix enim hoc modo per aſsiduã meditationem ad habitũ humilitatis poterit peruenire, vt in artibus fieri cõſueuit. Porro idẽ modus aſſequendi nihilominus etiã eſt in quacunq; alia virtute, quæ eſt ex mandato Ieſu Chriſti domini noſtri. *Collatio*

INTERROGATIO. CXCIX.

A QVomodónam quis animũ poſsit inducere, vt pro mandato dei periculis ſe alacriter exponat?

RESPONSIO.

Primum ea ratione, ſi admonitus ſit dominum ipſum pro nobis patri obedientem fuiſſe vſq; ad mortẽ: deinde ſi de virtute mandati domini perſuaſus ſit, quod vita ęterna ſit, ſicut ſcriptũ eſt: tum etiam ſi ſententiam illam domini veram eſſe crediderit, Quicunque voluerit animam ſuam ſaluã facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, & euangeliũ, ſaluam faciet eã. *Philip. 2. a* *Ioan. 12. d* *Mar. 8. g* *καὶ τοῦ εὐαγγελίου*

INTERROGATIO CC.

QVi in opere domini ipſi ante laborarũt, quomodo ij alios ad idem modo accedẽtes poſſunt iuuare?

RESPONSIO.

Hoc modo nimirum, vt ſi viribus corporis valeant, ſtudij ſui alacritatem præ ſe ferãt, & in omnibus rectè factis exemplo ſuo cæteris ipſi præluceant. Sin valetudine ſint infirma, animum ita cõpoſitum habeant, vt ex vultu, motuque omni con-
B iectura fieri poſsit, eos perſuaſos eſſe dominum adeſſe, & quæcũque faciant, in oculis ipſius fieri. Et ſi enumeratas ab Apoſtolo charitatis proprietates teneant, ſic dicente, Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non indecore agit, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas nunquam excidit. Quandoquidẽ quominus hæc haberi perfectè omnia poſſint, corporis imbecillitas nihil obſtat. *1. Cor. 13. b* *ἐν ἀληθείᾳ*

INTERROGATIO. CCI.

QVomodo quis aſſequi poſsit, ne inter orandum mente diſtrahatur?

RESPONSIO.

C Nimirum ſi certò credat, deum ſe ante oculos habere. Si enim principem aliquis aut præſidem intuens, & cum eo loquens, oculos ab eo dimouere non ſolet, quî non tandem credibilius eſt, intentam mentem habiturum illum, qui deo preces adhibeat, in eum, qui ſcrutatur corda & renes? & illud facturum quod ſcriptum eſt, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione? *τῇ ἀληθείᾳ ...* *Pſalm. 7. c* *1. Tim. 2. b*

INTERROGATIO. CCII.

NVnquid fieri poſsit, vt mens ita omni in re attenta ſemper teneatur, ne vſquam diſtrahatur? & ſi fieri poſsit, quo modo?

RESPONSIO.

QVòd fieri poſsit, oſtendit ille qui dixit, Oculi mei ſemper ad dominum. Et prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Quomodo autẽ fieri poſsit, dictum eſt ſuperius: nempe ſi ceſſandi ſpatium animo datum non ſit, à cogitatione operum & beneficiorũ dei, & pro his omnibus prædicatione, & gratiarum actione. *Pſal. 24. c* *Pſal. 15. b*

INTERROGATIO. CCIII.

D EOrum, quæ ſunt ex mandato dei rectè factorum, vtrúmne æqualis in omnibus menſura eſt: an in aliis maior, in aliis minor?

RESPONSIO.

Omnino quòd non eadem menſura ſit in omnibus, atque alius ſit cui plus credatur, alius cui minus, & præ ſe ferat etiam, perſpicuum eſt ex verbis domini: qui quidẽ aliàs dicit, Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit, alius quidem centeſimum, alius verò ſexageſimum, alius verò triceſimum. Quòd quidem etiam in eo inuenitur, qui drachmam acceperat, aliàs autem, Vni quidem dedit quinque talenta, alij autẽ duo, alij verò vnum. *Matt. 13. c* *μνᾶν.* *Mat. 25. b*

INTERROGATIO. CCIIII.

QVa ratione aliquis dignus eſſe poſsit, qui aſſequatur, vt particeps fiat ſpiritus ſancti? E

RESPONSIO.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit, cum dixit, Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere. Ex quo intelligitur, quandiu mandata domini non ſeruamus, neque tales ſumus, vt de nobis ille teſtificans dicat, Vos de hoc mundo non eſtis: nequaquam debere nos expectare, dum ſpiritu ſancto digni efficiamur. *Ioan. 14. b* *Ioan. 15. c*

INTERROGATIO. CCV.

QVi ſunt mendici ſpiritu? *Mat. 5. a*

RESPONSIO.

Cum dominus dicat, aliàs quidem, Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, aliàs F verò, Spiritus ſanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcũque dixero vobis. Non enim loquetur, inquit, à ſemetipſo, ſed quæcunq; audierit à me, hæc loquetur. hi ſunt mendici ſpiritu, qui non aliam vllam ob cauſam ad mendicitatem deuenerunt, quàm ob doctrinam domini, qui dixit, Vade vẽde omnia, quæ habes, & da pauperibus. Si verò quis oblatam ſibi etiam quomodocunque mendicitatem ſuſceperit, & eam ad dei voluntatem mõderatus ſit, vt Lazarus, neque hic à beatitudine illa excluditur. *Ioan. 6. g* *Ioan. 14. d* *Ibidẽ. 16. c* *παρ' ἐμοῦ* *Luc. 18. d*

INTERROGATIO. CCVI.

Al.11.6 d — CVm dominus præcipiat, non debere nos esse solicitos, quid esuri simus, aut quid bibituri, aut quibus nos vestibus induturi, quousq; præceptum hoc progredi putandum est, quomodòve ei satisfiet?

RESPONSIO.

Omnino mandatum hoc, sicut & reliqua omnia, vsque ad mortem tenendū est. Siquidem dominus etiā ipse obediens fuit vsq; ad mortē. Com

Philip 2.a
Mat.6.b — A paratur autem per fiduciam in deū. Etenim prohibita domini solicitudine, confestim promissionem adiicit, cū ait, Scit enim pater vester cœlestis quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Talis erat Apostolus cū diceret, Responsum mor

2. Cor. 1.b — tis habuimus, vt non simus fidentes in nobismet ipsis, sed in deo, qui suscitat mortuos. quippe qui quod ad animi ipsius propositum ac paratam voluntatē pertinebat, quotidie moreretur, benignitate autem dei in vita retineretur. Quæ quidē causa erat, cur fidenter diceret, Quasi morientes, &

2.Cor.5.b — ecce viuimus. Porrò huiusmodi animi inductionem adiuuat vehemens in exequendis domini mādatis studium, & inexhausta inexplebilisque eorundem cupiditas: in qua qui est, hic ne spatiū quidem habet, in quo ad curādas corporis necessitates mentis cogitatione possit delabi.

INTERROGATIO. CCVII.

Ioan.6,d — B IGitur si ne de rebus quidē ad viuendum necessariis solicitis esse nobis licet, & aliud est præceptum domini, qui dicit, Laborate non cibum, qui perit: superuacaneum est laborare?

RESPONSIO.

Ipse dominus vtroque in loco præceptum suū dilucidè explicauit. In eo enim quod prius posuimus, cum ea quæ ad victum pertinerent, vetuisset

De operi manuū ambigua quæstione soluit
Matt.6.d — loquiri, illis verbis, Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: hæc enim omnia gentes mundi inquirūt: præcipiens subiecit, Quærite autem regnum dei, & iustitiam eius. Quomodo autem ea quæri debeant, in illis, qui iis digni habentur declarauit. In hoc verò quòd posterius diximus, cum vetuisset operari cibum, qui perit, docuit, & illum operaremur, qui manet in vitā æternam. de quo ipse alio in loco apertè locutus est,

Mat.25.b
Ioan.4.a — quando dixit, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me patris. Quòd si dei voluntas est, vt famelici alantur, sitientibus potio, nudis vestitus præbeatur, & cætera: necessario prorsus imitandus est Apostolus, qui de seipso loquēs,

Mat.25.d
Act.20.g — sic dicit, Omnia ostendi vobis, quòd sic laborantes oportet suscipere infirmos. Et parēdum illius

Ephes.4.f — C præcepto, cum ait, Potius autem laboret operans propriis manibus, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. His itaq; nobis à domino per euangelium, & ab Apostolo traditis, perspicuum est, quòd sua ipsius causa solicitū esse, laborève, prorsus interdictū est. ex mandato autem domini propter vtilitatem proximi, & solicitudo & labor contentius suscipi debent. Maximè cum dominus collatum in eos, qui ipsi dedicati sunt, officium id perinde habe[illegible] in ipsum nominatim conferretur, proque eo cœleste se spondeat regnum daturum.

INTERROGATIO. CCVIII.

NVmquid rectū sit in vniuersum vbiq; silentiū seruare?

RESPONSIO.

Silentij decorum ex temporis opportunitate — Amos.5.d / Psal.38.a

& persona spectatur, quemadmodum ex sacris li- D — 1.Cor.14.f / Ibidem g

teris docemur. ac temporis quidem opportunitate, veluti cum dicit, Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Et alio in loco, Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Ex persona autem, veluti cū Apostolus scribit, Si autem alij reuelatū fuerit sedenti, prior taceat. Et item, Mulieres vestræ in ecclesiis taceant. Est autem quando etiam iis, qui lingua petulantiores sunt, atque illud seruare nō va- — [illegible]

lent, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem fidei: — Ephes.4.f

necessarium est perpetuum silentium, quousque — [illegible]

in eo & à vitio petulantiæ in dicendo sanentur, & in ocio discere potuerint, quādo, & quid, & quomodo loqui oporteat, vt quemadmodum scriptū est, det gratiam audientibus.

INTERROGATIO. CCIX.

QVomodo poterimus pertimescere iudicia dei? E

RESPONSIO.

Naturaliter expectatio cuiusuis mali, metus ef- — [illegible]

fectrix est. Hoc modo enim & bestias metuimus, & eos sub quorum imperio sumus, quandocunq; malum aliquod ab ipsis expectamus. Si igitur aliquis comminationes domini veras esse crediderit, & horribilem, ac grauissimum illarum in se euentum expectet, fine dubio fieri non poterit, quin hic iudicia dei pertimescat.

INTERROGATIO. CCX.

QVis est ille, qui traditus est Apostolo habitus ornatus? — 1.Tim.2.a

RESPONSIO.

Nempe vsus ad propositum cuiusque finem accommodatus cum decoro ac dignitate, habita ratione temporis loci personæ, vtilitatisque, neque enim vestimenta eadem ratio admittit, & tempore hyemis, & æstatis: neque eundem esse conueniens putandum est, habitum eius qui laboret, & eius qui quiescat, ministrātis, & eius cui F ministretur, militis, & priuati, viri, & fœminæ.

INTERROGATIO CCXI.

QVi modus est eius, quæ est in deum charitatis?

RESPONSIO.

Asidua

Aſſidua vſque vltra vires, animi ad exequendam dei voluntatem contentio, cum propoſito, ac deſi derio gloriæ ipſius.

INTERROGATIO 212.

καθοριστικῶς.

QVomodo acquiritur & conficitur charitas erga deum?

RESPONSIO.

A ſimili argumentum. Eſa. 1. a

Nimirum datis ab eo nobis beneficiis, recto iudicio, æquitatéque æſtimandis, iiſque grato animo proſequendis. Quod quidem etiam naturaliter in A eſſe in brutis animalibus videmus. Siquidem animaduertimus etiam canes, eos diligere, qui ſibi panem modo ſubminiſtrāt. Intelligimus autem hoc etiam ex iis, quæ criminatoriè dicta ſunt ab Eſaia propheta, hoc modo: Filios genui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus meus me non intelligit. Quemadmodum enim boui & aſino ex beneficio eius, vnde aluntur, naturaliter ſua ſponte aduerſus ipſum amor excitatur: ſic nos quoque ſi recto iudicio, gratóque animo dei in nos beneficia tot tantáque ſuſceperimus, fieri non poterit, quin ipſum eorum autorem diligamus, quòd ſecūdum naturam (vt ita dicam) & ſine vlla doctrina per ſe huiuſmodi affectio ſanis animis ingeneretur.

Alterum

INTERROGATIO 213.

Quæ ſunt indicia charitatis erga deum?

RESPONSIO.

Ioan. 14. b

B Ipſe dominus docuit, cum dixit, Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

INTERROGATIO 214.

Gala. 5. d

Suauitas & bonitas qua re inter ſe differunt?

RESPONSIO.

Quod eſt hic, χρηστότης, & ἀγαθωσύνη, Latinus interpres variè extulit. Modo enim ſuauitatem modo benignitatem aliàs iucunditatem, vel iucūdum vertit: nos ita interpretemur quaſi ſemper ſuauitatem ex tolerare & fauere.

Cum Dauid dixerit, aliàs quidem, Suauis dominus vniuerſis: & ſuauis homo qui miſeretur, & commodat. aliàs verò, Benefac domine bonis. & Hieremias, Bonus eſt dominus ſperātibus in eum latius opinor ſuauitatem patere ad benemerēdum de iis, quibus ea quacunque ratione opus eſt: contractiorem autem bonitatem, nempe quæ in dandis beneficiis iuſtitiæ etiam rationes adhibeat.

INTERROGATIO 215.

Quis eſt qui à domino beatus dicitur pacificus?

RESPONSIO.

2. Cor. 5. d Rom. 5. a

Is qui domini opus adiuuat, quod eſt apud Apo C ſtolum, Pro Chriſto legatione fungimur, tāquam deo exhortante per nos. obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo. & item, Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Quæ enim aliter ſe habet pax, ea negata eſt à domino, cum dixit, Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.

INTERROGATIO 216.

QVænam ratio eſſe debet eius conuerſionis, qua efficiamur ſicut paruuli?

RESPONSIO.

Ipſe nos euangelij locus docet, cum argumentum declaret, cuius rei gratia hoc dictum eſt: nempe videlicet, vt excellentiam non quæramus, ſed naturæ æqualitatem agnoſcamus, & cum iis, qui quibuſdam in rebus inferiores nobis videntur, libenter nos exæquemus. Siquidem tales ſunt etiam parui inter ſe: de iis loquor, qui eorum, quibuſcum verſantur, malitiæ nōdum ſunt D aſſuefacti.

Collatio.

INTERROGATIO 217.

QVomodo regnum dei accipiemus, vt paruulus?

RESPONSIO.

Pueriles imitanda ſimplicitas

Nempe ſi ad doctrinam domini tales nos præbuerimus, qualis eſt paruus, in percipiendis diſciplinis, qui non contradicit, neque ſe diſputans aduerſus magiſtros defendit, ſed tradita ſibi præcepta cum fide atque obedientia ſuſcipit.

INTERROGATIO 218.

CViuſmodi intelligentiam petere debemus à deo, quomodóve id aſſequi poſſumus, vt ea digni habeamur?

RESPONSIO. E

Hiere. 9. c

Sanè quid intelligentia ſit, ipſe nos dominus docet per prophetam, cum ait, Non glorietur ſapiēs in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & noſſe dominum. Et per Apoſtolum his verbis, Sed intelligentes quæ ſit voluntas domini. Hac autem digni haberi poſſumus, ſi fecerimus quod ſcriptū eſt, Vacate, & videte, quoniam ego ſum deus. Et ſi per ſuaſum nobis ſit, verum eſſe omne verbum dei. Niſi enim credideritis, inquit, non intelligetis.

Ephe. 5. d Pſal. 45. b

Eſa. 6. a

INTERROGATIO 219.

SI beneficium ab aliquo acceperimus, quomodo pro eo poterimus & domino puram & integram gratiarum actionem perſoluere, & ei qui benemeritus ſit de nobis, ſatisfacere, ita videlicet, vt neque minus, neque plus quàm æquitas poſtulet, faciamus? F

RESPONSIO.

Nempe ſi perſuaſum ſit nobis deum quidem ipſum bonorum omnium & autorem eſſe, & perfectorem: eum verò, per quem ea accipimus, tanquam

quam miniſtrum beneficij dei eſſe nobis perſuaſerimus.

INTERROGATIO. 220.

Nunquid cuiuis permittendum ſit, vt arbitratu ſuo cum ſororibus in congreſſum veniat, an verò perſonæ, temporis, ac modi in congreſſu habendo adhiberi delectus debeat?

RESPONSIO.

A Hæc in quæſtionibus fuſius diſputatis explicata ſunt: videlicet ne virum quidem cum altero viro paſſim quemuis temere congredi debere, ſed adhibita delectione, eum videlicet, qui & iuuare poſſit & iuuari: nedum cum muliere. Quòd ſi quis memoria tenet dictum eſſe à domino, quòd omne verbū ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij: hic in omni re huiuſcemodi iudiciū reformidat, & Apoſtoli præcepto illi obtemperat, Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. alio item loco, Omnia ad ædificationem fiāt. neque ocioſè quicquam, inutiliterve ſuſtinet facere. De eo verò, quod quæritur, quis, & quando, & quomodo: illud tenendum eſt, vt temporis, loci, perſonæ delectus habeatur, vnde omnis omnino mali excluſa ſuſpicio ſit & nemini cauſa ſit, quare offendatur, atque vt ad ædificationem fidei congreſſio fiat. Quo neque ratio permittit colloquiū haberi tantummodo inter duos, arbitris remotis. Meliores ſunt enim duo, inquit, ſuper vnum. Et ſimul etiam ad faciendam fidem plus valent. Væ autem ſoli: quia cum ceciderit, non habet, qui ſubleuet eum.

Mat. 12. e *1. Cor. 10. g* *Ibid. 14. f* *Eccl. 4.* B

INTERROGATIO 221.

Cum dominus doceat orandum eſſe, vt non in tremus in tentationem, nunquid orandū nobis eſt, vt ne in dolores corporis incidamus? & ſi quis inciderit, quomodo in iis gerere ſe debet?

RESPONSIO.

Tentationum dominus diſcrimen nullum adhibuit, ſed in vniuerſum præcipiens dixit, Orate ne intretis in tentationem. Qui autem iam inductus ſit, huic à domino etiam petendus exitus talis eſt, quem poſſit ſuſtinere, vt illud compleatur in nobis, Qui autem ſuſtinuerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Luc. 22. e *in ſaecu.* *1. Cor. 10. c* *Matt. 10. c* C

INTERROGATIO 222.

Quis eſt aduerſarius vniuſcuiuſque noſtrū, quo modóve cum eo conſentientes erimus?

Matt. 5. d

RESPONSIO.

Præciſè hoc in loco dominus aduerſarium illū appellat, qui aliquid nobis conatur adimere eorū, quæ ad noſtrum ius pertinent. Porrò illi conſentientes ſumus, ſi præceptum domini illud ſeruamus, Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & in omni huiuſmodi re ad eundem modum.

Mat. 5. f

INTERROGATIO 223.

Cum dominus dixerit, Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videatis hominibus ieiunās: qui ob aliquam cauſam deo gratam animum inducat ieiunare, ſicut & ſancti viri frequenter reperiuntur feciſſe, quoniam is nequaquam etiam, ſicut vellet, foris appareat, quid faciet?

Mat. 6. c

RESPONSIO.

Hoc præceptum ad eos pertinet, qui dei mandatum ob eam cauſam exequi ſtudent, vt ſpectentur D ab hominibus, quo videlicet à vitio humanæ gloriæ liberentur. Quandoquidem quòd mandatum domini, ſi ad gloriam dei fiat, nequaquam ſua ſpōte apud dei cultores abſcōdi debeat, ipſe dominus declarauit, cum dixit, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, &c.

Mat. 5. b

INTERROGATIO 224.

Nunquid hoc etiam tempore alij à prima hora facere opus incipiūt, alij ab vndecima: & ſi ſunt qui ſunt hi?

Mat. 20. a

RESPONSIO.

De hoc prorſus fortaſſe nemini dubium eſt, ex iis, quæ in ſacris literis memorantur, eſſe quidem multos, quemadmodum teſtatur Apoſtolus, Qui E ab infantia ſacras literas diſcant: eſſe item complures, qui quemadmodum Cornelius, cum rectè naturæ inſtinctibus vtantur, magiſtrorum tamen penuria ſero ad eam, quæ eſt ſcientiæ, perfectionem perueniunt. Quomodo enim credent, inquit, ſi nō audierint? Si igitur inciderit, vt aliqui Cornelio ſimiles ſint, qui nulla in re mala ſint occupati, ac cupidi perfectionis, bona illa, quæcunque in ipſorum poſita facultate ac cognitione ſunt, verè ſinceréque exerceant, his ſine dubio deus ea largitur quæ etiam Cornelio, nequaquā ipſis crimini dans. quod tēporis antea ſegniter conſumpſerunt (quandoquidem id, vt dixi, præter illorum culpam factū fuit) ſatiſque habet cupiditatem illā, quam ex iis, quæ pro tempore poſtea ſtudioſè agunt, & in extrema ætate diligentius efficiunt, declarant.

2. Tim. 3. b *Acts 10. a* *Rom. 10. c*

INTERROGATIO 225. F

Cum dominus dixerit, Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum: qui hoc nos poterimus promereri?

Mat. 18. c

RESPONSIO.

Qui in alicuius nomine congregati ſunt, prorſus ij animi illius propoſitum ſcire debent, à quo congregati ſunt, atque ad ipſum ſeſe accommodare, quo videlicet gratiam ab illo inueniant, ac nō maliciæ, aut negligentiæ iudicium incurrāt. Vt enim qui vocati ab aliquo ſunt, ſi is metere vult, ad metendum ſe parant: itémque, ſi ædificare, ad ædificandum: ſic quoque qui vocati ſumus à domino, illorum

Quiſquis ſolus ſ... Ephe. 4. a

illorum Apoſtoli verborum debemus meminiſſe, Obſecro ego vos vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Apertius autem totum hoc nobis dominus oſtendit per eam, quam vni facit promiſſionem, his verbis, Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quemadmodum igitur ex mandatorum obſeruatione

Ioan. 14. c ἀντρομευον

A manſio apud eum fit, eodem modo etiam in medio duorum vel trium eſt, ſi ſe illi ad voluntatem ipſius conformauerint. Qui verò contrà non ex dignitate vocationis, neque vt voluntati domini pareant, congregati ſunt, ij licet in vnum in nomine domini conueniſſe videantur, illud tamen nihi lominus audiunt, Quid me vocatis, domine domine, & non facitis quæ dico?

Luc. 6. g

INTERROGATIO 226.

CVm Apoſtolus dicat, Maledicimur & benedicimus, blaſphemamur & obſecramus: quomodo poteſt benedicere, cui maledicitur, aut quid conſolari, qui blaſphematur?

1. Cor. 4. c pro παρακαλοῦμεν cum eccleſia legit Ambr. obſecramus: ſed & interpretatur.

RESPONSIO.

In vniuerſum exiſtimo Apoſtolum hîc docere

B nos exemplo ſuo, vt patientia vtamur aduerſus omnes, & vt qui iniquè nos inſectantur, eos benignè factis remuneremur: vt videlicet hoc non aduerſus maledicos tantum ſeruemus, ſed aduerſus quoſcunque, qui maleuolentiam ſuam aduerſum nos exerceant, & dicto illi pareamus, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Porrò verbũ hoc cõſolari, ſolita eſt ſcriptura vſurpare diuerſa ſignificatione à communi loquendi more. Siquidem conſolari pro eo ponit, quod eſt explere animum alicuius in veritatis perceptione: veluti cum dicit, Conſolamini populum meum, dicit deus, Et item Apoſtolus etiam ait, Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, id eſt ſimul conſolari in vobis, per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram, atque meã. Et alio in loco, Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos in aduentu Titi.

Rom. 12. d τὸ ἀγαθὸν vos eſt bonum ma.

Rom. 1. b

2. Cor. 7. b

INTERROGATIO 227.

NVnquid debeat vnuſquiſque cum aliis etiam referre quod ſentit, an vero quòd certiſſimè

C id deo gratum eſſe ſibi perſuaſerit, neutiquam in eo conſilium alterius exquirere?

RESPONSIO.

Memores illius ſententiæ domini, qui per prophetam dixit, Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes: itémque verborum illorum Apoſtoli, Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos, id eſt ſimul conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam, neceſſarium eſſe arbitramur, vt cum iis communicemus, qui eiuſdem nobiſcum animi ſint, fideíque, atque intelligentiæ ſuæ certum documentum dederint, vt deliberatio noſtra ſi mala ſit, corrigatur, ſi bona confirmetur, & nos iudiciũ quod ſuprà dictum eſt, fugiamus, in eos videlicet, qui apud ſemetipſos ſapientes ſunt.

Eſa. 5. e Rom. 1. b

INTERROGATIO 228.

NVnquid in omni re eorum, qui ſcandalizantur, explenda voluntas ſit? an verò ſunt quędam, in quibus ſimulatione vtendum, etſi ſint aliqui, qui ob ea ſcandalizentur? D

RESPONSIO.

In his quod diſcrimen ſit, interrogati ſuo loco apertè declarauimus, & quantum in nobis fuit ac curatiſſimè totum, quicquid de hac re dici debuit, conclauimus.

INTERROGATIO 229.

NVnquid flagitioſè facta abiecta omni verecũdia enunciari apud omnes debeant, an apud aliquos tantummodo? & ſi hoc, apud quos, & cuiuſmodi?

RESPONSIO.

Omnino in peccatorum confeſſione eadem ratio eſt, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. E *Simile.*
Vt igitur vitia corporis nequaquam quibuſuis temere homines aperiunt, ſed iis tantummodo, qui rationem, qua ea curanda ſint, teneãt: eodem modo etiam peccatorum confeſſio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea poſſint curare: conſentaneum in modum illi, quod ſcriptum eſt, Vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmiorum portate. hoc eſt, tollite diligentia, & cura veſtra.

Rom. 15. a

INTERROGATIO 230.

Quid eſt obſequium, & quid rationale obſequium?

Rom. 12. a Græcè eſt λατρεία. Latinus interpres modo obſequiũ modo ſeruitutem vertit, modo cultur am.

RESPONSIO.

Eſt quidem obſequium (vt ego exiſtimo) nihil aliud, quàm contenta, ac perennis, & aſſidua vſque ſine vlla diſtractione illius, cui obſequium defertur, cultura. Differentiam autem rationalis, & irrationalis obſequij Apoſtolus ipſe nobis explanat, qui quidem quodam in loco ita ſcribit, Cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini, euntes. Itémque, Exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, F rationale obſequium veſtrum. Qui enim temere quoquo modo ducitur, huius obſequium rationi alienum eſt: nempe qui nequaquam rationem ducem ſequutus, ſuo quodam animi impetu, ac libidine moueatur, atque ab eo, vnde ducitur, ipſius arbitratu ad quancunque rem, etiam præter voluntatem ſuam quomodocunque rapiatur. Qui verò adhibitis ſibi in conſilium ſana ratione & recto conſilio,

1. Cor. 12. a Rom. 12. a

conſilio, ea aſſiduè vbique ſpectet, & ſaciat, quæ
ex dei voluntate ſunt, hic præcepto patet de ratio
Pſal.118. nali obſequio: conuenienter verbis illius, qui dixit
a Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſe
Ibidem.c mitis meis. Et item, Et conſilium meum iuſtifica-
tiones tuæ.

INTERROGATIO 231.

SI quis frater, vel interdum ſacerdos etiam, ini-
què ſe aduerſum me gerat, mihíque infeoſus ſit
nuoquid poſſum aduerſum ipſum etiam præcepta
illa ſeruare, quæ de inimicis tradita ſunt?

RESPONSIO.

A

Sanè dominus in iis præceptis, quæ ſeruanda ad
uerſus inimicos dedit, nullum omnino neque ini-
mici neque inimicitiarum diſcrimen expreſſit.
Quin potius idem peccatũ hoc eſſe grauius aſſer-
uit, quo altiore in gradu eſſent ij, à quibus illud cõ
mitteretur, cum aduerſus eos hic dixerit, Quid au-
tem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem
in oculo tuo noo cooſideras? Maximè igitur in his
Matt.7.a qui tales ſunt, & qui in illuſtriore loco ſunt poſiti,
diligentia opus eſt, atque animaduerſione, vt &
quam debemus aduerſum ipſos curam, ſiue leni-
ter admonendo, ſiue acrius caſtigando, adhibita
tamen, quã par eſt, moderatione, lenitatéque, præ-
ſtemus, & reliqua omnia cum ea mandato domi-
ni erga ipſos ſeruauerimus, nos ipſos hac etiam in
parte vacuos à culpa conſeruemus.

INTERROGATIO 232.

B

SI quis iniuria affectus ab aliquo, tenendæ animi
ſui lenitatis cauſa, patiẽtiæque, ea de re cum ne-
mine loquatur, atque hoc modo exiſtimet ſe
reddere iudicium deo, nunquid hic faciat ſecun-
dum deum?

RESPONSIO.

Mat.18.d Cum domious dixerit, modo, Dimittite, ſi quid
Luc.17.a habetis aduerſus aliquem. modo verò, Si peccaue
rit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te &
ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem
tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum etiã
vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet o-
mne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic eccle-
ſiæ. Si autem eccleſiam etiam noo audierit, ſit tibi
ſicut ethoicus & publicanus. hic lenitatis quidem
animi ſui fructum in eo oſtẽdere debet, vt preces
C deo ex ſiocero animi affectu pro eo, à quo læſus
ſit, adhibeat, verbáque illa vſurpet. Domine ne ſta
tuas illi hoc peccatum: ne vt iratus fratri ſuo, reus
Formula dimittenda iniuria proximis. efficiatur iudicio. admonitiooe verò leni & caſti-
gatione aduerſus ipſum iniuriæ autorem vti, quo
videlicet illud quoque ab ira liberet, quæ venit in
Acto.7.g filios contumaciæ. Si verò in hoc negligens fuerit
Matt.5.c & tenendæ videlicet patientiæ ſuæ cauſa id diſſi-
Ephe.5.b mulanter tulerit, dupliciter peccatum incurrit: &
quòd præcepto illi non paret, Caſtigatione caſti-
gabis fratrem tuum, & non ſumes propter eum
peccatum: & taciturnitate illa peccantis particeps
efficitur: & quòd quem caſtigatiooibus lucrari
potuerat, ſicut dominus præcepit, in malo eum
patitur perire.

INTERROGATIO 233.

NVnquid ex omnibus rectè factis, ſi vnum ali
quod alicui tantùm abfuerit, is propterea ſa-
lutem non adipiſcatur?

RESPONSIO.

Cum multa ſiot tam in veteri, quàm in nouo te
ſtamento, ea quibus planiſſimè quæſtionis huius
veritatem poſſimus intelligere, ſatis eſſe arbitror
homini fideli vel illud vnum de Petro iudicium,
qui cum ei talium ac tantorum rectè factorum te- D
ſtimonium à domino fuiſſet datum, atque eo mo-
do appellatus, ac beatus laudatus, vbi vna tantùm
in re ab obedientia viſus eſt diſcedere, atque hoc
ipſum non ex negligentia, ſuperbiáve, ſed ex reue
rentia, honoréque aduerſus dominum ſuum, pro-
pter hoc ipſum tantum ei dicitur, Niſi lauero te, Ioan.13.a
non habes partem mecum.

INTERROGATIO 234.

Quomodo quis mortem domini annunciat?

RESPONSIO.

Dominus ipſe docuit, cum dixit, Si quis venit
ad me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã. Mar.8.d
Itémque Apoſtolus explanauit, cum illud apertè Mat.16.d
profeſſus eſt, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego Gala.6.d
mundo. Quod quidem iam ante in ipſo baptiſmo E Gala.2.d
ſpopondimus: Quicunque enim, inquit, io Chri- Rom.6.a
ſtum baptizati ſumus, in mortem eius baptizati ſu
mus. Quibus verbis, interpretans, quid ſit baptiza
tum eſſe in mortem domini, adiungit, quòd vetus
homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur
corpus peccati, vt vltrà nõ ſeruiamus peccato, ſed Colo.3.a
vt ab omni de hac vita affectione vacui, tales ſi-
mus, in quos merito Apoſtoli teſtimonium illud
coouenoiat, Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcõ Ioan.14.d
dita eſt cum Chriſto io deo, ita vt alacres dicere fi
denter poſſimus, Venit prioceps mundi huius, &
in me non habet quicquam.

INTERROGATIO 235.

Nunquid expediat multa ex ſcripturis ediſcere?

RESPONSIO.

F

Sanè cum magis generales ordines duo ſiot:
videlicet & eorum, quibus credita aliorum guber
natio eſt: & eorum, qui obtemperare, atque obe- Rom.12.b
dire aliis iuſſi ſuot, in differentibus donationi-
bus, equidem ſic exiſtimo, cui aliorum rectio pro
curatioque commiſſa ſit, eum quæ apud omnes
ſcripta ſint, ſcientia comprehenſa habere, ac ediſ-
cere debere, vt cunctos doceat multiplicem dei
voluntatem, ſingulis præmooſtraodo officio ſuo.
De cæteris verò vnuſquiſque memor verborum Ibidem.a
illorum Apoſtoli, Non plus ſapere, quàm opor-
tet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. vnicuique
ſicut deus diuiſit mẽſuram: quæ officij ſui ſint, ſtu-
dioſè

dioſè diſcat,& perſequatur, neque curioſè vlterius quicquam inquirat, vt vocem domini illam me-
Mat.25.b reatur audire, Ades ſerue bone, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.

INTERROGATIO 236.

Quicunque digni habiti ſunt, qui quatuor Euágelia ediderint, quomodo hi accepiſſe hoc beneficium debent?

RESPONSIO.

Cum affirmatè dominus dixerit, Cui commen-
Luc.12.f A dauerunt multum, plus repetent ab eo: vehementius ij debent & metuere, & ſoliciti eſſe, quemadmodum Apoſtolus docuit, cum dixit, Adiuuantes autem etiam exhortamur, ne in vacuum gratiam
2.Cor.6.a Iam.13.b dei recipiatis. Hoc autem fit, ſi domino pareamus dicenti, Si hæc ſciris, beati eritis, ſi feceritis ea.

INTERROGATIO 237.

QVis eſt animus ille, qui dirigitur ad voluntatem dei?

RESPONSIO.

Mat.16.d Is qui ſe domini patrocinio commiſit, qui dixit, Si quis venit ad me, abneget ſemetipſum, & continuo poſt ſubiecit, Et ſequatur me. Niſi enim quis illud prius aſſecutus ſit, vt ſemetipſum abnegauerit, ac crucem ſuſtulerit, is in proceſſu poſtea multa per ſe inuenit, quæ ipſi impedimento ſint ad ſequendum.

INTERROGATIO 238.

B

NVnquid fieri poſſit, vt continenter quis pſallat, legátve, aut de verbis dei ſeriò loquatur, neque vlla ab his omnino intermiſſio fiat, propter neceſſitatem, quæ quibuſdam eueniat patendi ſordidioribus corporis neceſſitatibus?

RESPONSIO.

Leu.14 g De hac te extat præſcriptum Apoſtoli, apud quē eſt, Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant. Quamobrem maiore cura, habita ratione & temporis & loci, honeſtas ſeruari, & diſciplinæ ordo debet.

INTERROGATIO 239.

Mat.11.a Quis eſt theſaurus bonus, & quis item malus?

RESPONSIO.

Theſaurus duplex vt & prudentia. Sanè quidem prudentia omnis, quæ eſt in Chriſto, virtutis, ad gloriam dei, theſaurus bonus eſt. Contráque prudentia malicia eorum, quæ interdicta ſunt à domino, theſaurus eſt malus, ex qui-
C bus, vt dominus ait, in ſuis vtriuſque factis, dictiſve vel mala proferuntur, vel bona.

INTERROGATIO 240.

Quamobrem lata porta eſt, & ſpatioſa via ap-
Mat.7.b pellata, quæ ducit ad perditionem?

RESPONSIO.

Sanè dominus (quę eſt eius in hominum genus ingens benignitas) vocabulis rerum, quæ vulgo notæ ſunt, vſus eſt ad exprimendam veritatē dogmatum ſuorum. Vt igitur declinatio, quæ à recta via fit, latitudinem magnam habet: ſic, inquit, qui egreditur è via, quæ ducit ad regnum cœlorum, in magna latitudine erroris verſari reperitur. Hæc autem duo vocabula πλατεῖα & εὐρύχωρος. id eſt, lata, & ſpatioſa, idem prorſus eſſe exiſtimo. εὐρὺ enim (hoc eſt, latum) etiam apud eos, qui in externis literis ſunt eruditi, πλατὺ, (id eſt, amplum) dicitur. Spatium igitur, id eſt, locus erroris, amplus eſt, cuius extremum perditio. D Simile non ineleganter. πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος.

INTERROGATIO 241.

QVomodo anguſta eſt porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam? & quomodo per eam quis ingreditur? στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδός.

RESPONSIO.

Rurſum hoc etiam in loco Anguſtum & Arctū nequaquam res inter ſe diuerſas ſignificāt. Sed arctum illud, anguſtiarum magnitudinem exprimit, via videlicet eouſque in anguſtum coacta, vt arctetur, hoc eſt, in anguſtum redigatur altrinſecus, qui per eam iter facit, cum egreſſio ab alterutra parte periculoſa ſit, ſiue ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram: Velut in pōte, à quo qui in alterutram partem declinet, eum illico à ſubterfluente amne excipi neceſſe ſit. Proptetea Dauid dicit: Iuxta ſemitā ſcandalum poſuerunt mihi. Conuenit igitur, vt qui per anguſtam & arctam viam in vitam ingredi vult, caueat diligenter, ne omnino egrediatur, declinétve à mandatis domini, ſed præceptum illud teneat, E Non declinabis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Confirmat τῇ ἐπιστήμῃ. Pſal.139.a Deut.17.d

INTERROGATIO 242.

QVid eſt illud, charitate fraterna εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, quod Latinus interpres vertit, Inuicem diligentes? Rom.12.b

RESPONSIO.

Sanè vncabnlnm hoc ſtorge apud Gręcos ad exprimendam intentiorem quandam charitatis vim vſurpatur, cum is, qui alterum diligit, cupidè eum atque ardenter diligit. Ne igitur perfunctoria in fratres charitas ſit, ſed & in animo inſita penitus feruens, propterea dictum eſt τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, hoc eſt, charitate fraterna inter vos alij alios ex animo diligentes. στοργὴ affectus quaſi ſuo ſuadeat

INTERROGATIO 243. F

Quid ſibi vult Apoſtolus, cum dicit, Iraſcimini, & nolite peccare: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: cum idem ipſe alio in loco dixerit, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis? Ephe.4.f Ibidem g

RESPONSIO.

In hoc

In hoc exiſtimu ego Apoſtolum dominum fuiſſe imitatum. Quemadmodum euim in euangelio dominus, cum ante dixiſſet, Dictum eſt antiquis hoc, & hoc: poſtea adiungit, Ego autem dico vobis hoc: Sic Apoſtolus etiam hoc in loco, mentione facta veteris præcepti, quod veteribus illis olim datum fuerat, Iraſcimini (videlicet) & nolite peccare: ſuum paulo poſt nobis conueniens, ſubiicit, videlicet, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.

Mat.5.a *Pſal.4.d*

A

Interrogatio 244.

Quid eſt, Date locum iræ?

Rom.12.d

Responsio.

Vel illud videlicet, nō reſiſtere malo (ſicut ſcriptum eſt) ſed & percutienti in dexteram maxillā, vertere etiam aliam, & cætera. Vel illud, Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.

Matt.5.f *Ibid.10.e*

Interrogatio 245.

Quid eſt, Prudentes ſicut ſerpens, & ſimplices ſicut columba?

Mat.10.b

Responsio.

Prudens, vt ſerpens.

Prudens quidem vt ſerpens is eſt, qui in doctrina tradenda ita ſe moderatur, vt adhibita circunſpectione, cōſideratione que, qua ratione id & fieri, & facilè fieri poſſit, omnia faciat, vt audiētium

B animos ad auſcultandum habeat paratos. Simplex autem vt columba, qui ne ſimpliciter quidem de vlciſcendo eo, qui ſibi aduerſarius ſit, cogitat, potiúſque in inſtituto ſuo bene de illo merendi perſeuerat, ex præcepto Apoſtoli ſic dicentis, Vos autem nolite deficere benefacientes. Ad prędicationem enim diſcipulos mittens dominus, hæc ipſis mandat, vbi & ſapientia erat opus ad perſuadendum, & patientia aduerſus inſidiatores: Vt videlicet quemadmodum in paradiſo ſerpens & blādiore aſpectu callidè ad primos parentes açceſſit, & verborum probabilitate eos auertit à deo, ac peccato ſubiunxit, item nos quoque & perſonæ, & loci, & idonei ad agendum temporis rationem habeamus, & omnibus modis ſermones in iudicio diſponamus, vt à peccato homines auertamus, & ad deum reducamus, & in tentationibus patientiā vſque in finem teneamus, ſicut ſcriptum eſt.

Simplex, vt colūba. *1.Theſ.3.e* *Pſal.111.a* *Mat.24.*

C

Interrogatio 246.

QVid eſt, charitas οὐκ ἀσχημονεῖ, quod Latinus interpres reddidit, non eſt ambitioſa?

Responsio.

Tantundem eſt, ac ſi dixiſſet, ab habitu vel forma ſua non diſcedit. Charitatis autem forma, eæ charitatis proprietates ſunt, quæ eodem illo in loco enumeratæ ſunt ab Apoſtolo.

Interrogatio 247.

CVm in ſcriptura legatur, Nolite gloriari, neque loqui ſublimia: & Apoſtolus de ſeipſo loquens, aliâs quidem palàm profiteatur, ac dicat, Quod loquor, non ſecundum dominum loquor, ſed quaſi in inſipientia in hac ſubſtantia gloriæ. & item, Factus ſum inſipiens gloriando, aliàs verò hominem gloriari permittat, cum dicit, Qui gloriatur, in domino glorietur. quæ eſt gloriatio in domino? & quæ eſt illa, quæ vetita eſt, gloriatio?

1.Reg.2.a *2.cor.11.d* *2.cor.12.d* *Ibid.10.d*

Responsio.

Sanè neceſſario ſuſcepta ab Apoſtolo aduerſum animi vitia, eo in loco pugna manifeſta eſt. Non enim ſui commendandæ cauſa hæc dicit, ſed vt audaciam, & petulantiam glorioſorum quorundam reprimat. Gloriatio autem in domino eſt, quando cunque quis rectè facta ſua non ſibi aſcribit, ſed domino ac dicit, Omnia poſſum in eo, qui me cōfortat Chriſtus. Quæ autem vetita eſt, ea dupliciter intelligi poteſt, vel videlicet vt cum dicto illo conueniat, Laudatur peccator in deſideriis animę ſuæ. vel cum illo, Faciunt vt videantur ab hominibus, nempe qui ea eo, quòd ob ea quæ faciunt, laudari ſe volunt, in his quodammodo glorientur. Porrò qui tales ſunt, ij tite ſacrilegi etiam poſſunt appellari, qui dona dei ſibiipſis vendicent vt ſua, & debitam deo gloriam ad ſeipſos rapiant.

D

Phil.4.c *Pſal.9.A* *Mat.6.A*

Interrogatio 248.

SI dominus dat ſapientiam, & à facie ipſius ſcientia eſt, & intelligentia: & ſi per ſpiritum, alij quidem datur ſermo ſapientiæ, alij verò ſermo ſcientiæ: quomodo diſcipulos dominus reprehendit, cum dicit, Adhuc & vos ſine intelligentia eſtis? & Apoſtolus quoſdam accuſat, velut intelligentia carentes?

E

Prou.2.a *1.cor.12.a* *Mat.15.b* *Rom.1.d*

Responsio.

SI quis nouit bonitatem dei, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & ſpiritus ſancti diligentiam animaduertit in diuiſione, & operatione donorum dei: hic planè intelligit tarditatem intelligentiæ non ex eo naſci, quòd tardus ſit, qui beneficium dat: ſed ex eo quòd increduli ſunt, in quos confertur. Et rectè reprehenditur qui intelligentiæ expers eſt. Vt qui exorto ſole de induſtria oculos operiat, vt in tenebris degat, neque ſurſum aſpiciat, vt illuminetur.

1.Tim.1.b

Interrogatio. 249.

F

Quid eſt pium, & quid eſt iuſtum?

Responsio.

Equidem id pium eſſe exiſtimo, quod ab iis, qui inferiores ſunt, ratione præſtātiæ ex decoro ei debetur, qui præſtantior eſt. Iuſtum autem, quod vni cuique pro meritis eorum quæ geſſit, tribuitur. Et in altero quidem pulcherrimè facta tantummodo gratè conſiderantur, & compenſantur: In altero verò, etiam maleficia ſpectantur, & puniuntur.

Interrogatio 250.

Quomodo

Mat.7.a

QVomodo dat aliquis ſanctum canibus? aut quomodo margaritas proiicit ante porcos? quomodóve illud conſequitur, quod continuò ſubiicitur, Ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos?

RESPONSIO.

Rom.2.d

Apertè hoc nobis explicat Apoſtolus, qui ad ea, quæ dixerat aduerſus Iudæos, illa etiam adiunxit, Qui in lege gloriaris, per violationem legis deo contumeliam facis. Contumeliam igitur, qua ſacroſanctam domini doctrinam afficimus, illa violanda, dominus hoc in loco prohibuit. Ex qua vio-
A
latione illud conſequitur, vt & qui ſunt extra fidē, ſimul & contemnenda arbitrentur dogmata domini, & ex illis ipſis anſam arripiant præfidentius nos inuadendi, & cōuitiis, accuſationibúſque violatorem veluti proſcindendi.

INTERROGATIO 251.

Luc.10.a
Luc.22.d

QVomodo dominus nunc portari ſacculum & peram in itinere vetat. nunc idem dicit, Sed nunc qui habet, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium?

RESPONSIO.

Eſa.53.d.
Luc.22.d
Mat.26.e
ἀρέτω, vel vt quædam exemplaria ἄρει.
At vide ſiui ſtare cũſue tudinem.
Pſal.108 b
Ibidem.

Hoc dominus ipſe dilucidè explicat, cum dicit, Oportet enim hoc etiam impleri in me, Et cũ iniquis deputatus eſt. Confeſtim enim poſt euentum
B
vaticinij de gladio, dicit Petro, Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. vt illud nequaquam præceptum ſit, Sed nunc qui habet ſacculum, tollat, vel tollet (ita enim pleraque habent exemplaria) ſed vaticinium domini, prædicentis Apoſtolos oblitos donorum, & legis domini, gladio etiam rē gerere auſuros. Quòd autem in ſacris literis imperatiuus loquendi modus frequenter pro vaticinandi modo vſurpatus ſit, manifeſtum eſt multis ex locis: veluti ex eo, Fiāt filij eius orphani. &, diabolus ſtet à dextris eius, & quæcunque ſunt ſimilia.

INTERROGATIO 252.

* Hoc Latinus interpres modo quotidianũ modo ſuper ſubſtantialem vertit.

QVis eſt panis * ἐπιούσιον, qui vt detur nobis, quotidie precari inſtituti ſumus?

RESPONSIO.

C

Mat.6.e
Ephe.4.d
Luc.10.b

* Quotieſcunque is qui laborat, memoria tenēs dominum dicere, Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, aut quid bibatis: itémque Apoſtolum præcipere laborandum eſſe, vt habeamus, vnde tribuamus neceſſitatem patienti: non propter propriam vtilitatem, ſed propter mandatum dei laborat (Dignus eſt enim operarius cibo ſuo) tunc ille panem τὸν ἐπιούσιον, hoc eſt, ad quotidianam vitam, ſubſtantiæ noſtræ vtilem, nōn ſui iuris facit, ſed à deo ſuppliciter petit. Et aperta ipſi neceſſitate indigentiæ ſuæ, tum demum manducat quod ſibi datur ab eo, cui de communi cęterorum

Act.4.g

iudicio delatum illud munus eſt, vt quotidie illud faciat, Diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat.

INTERROGATIO 253.

Mat.25.b

Quidnam per talentum intelligere nos conueniat? quomodóve illud multiplicabimus?

RESPONSIO.

1.Theſ.2.a

Equidem exiſtimo parabolam hanc prolatam fuiſſe ad ſignificanda quælibet dona dei, vt vnuſquiſque quod donum habere à deo idoneus iudicatus ſit, hoc multiplicet, eo ad beneficium, atque vtilitatem plurium conferendo. Siquidem eſt nemo, qui expers ſit benignitatis dei. D

INTERROGATIO 254.

Luca.19.d

Quæ eſt menſa illa, de qua dominus loquēs ait, Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam?

RESPONSIO.

Parabolicæ ſimilitudines quatenus accipiendæ.

Solutio per ſimile.

Sanè quæ afferuntur ſimilitudines, nequaquam ex omnino ſingulis earum rerum ad quas allatæ ſunt, partibus reſpondent. Sed illud agunt, vt mentem ad id, de quo agitur, argumentum dirigant. Quemadmodum igitur fieri ſolitum eſt, vt pecunia numulariis ad quæſtum detur: Sunt enim (vt Alexandriæ ego animaduerti) qui illam recipiāt, & hoc quod dico, præſtent: Sic neceſſariò quicunque aliquod à deo cuiuſuis generis donum acceperit, id cum eo communicare debet, cui illo ſit opus. Vel illud facere, quod ab Apoſtolo dictũ eſt E
de doctrina, Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Naturaliter enim hoc non tantum in doctrina fieri conſueuit,

2.Tim.2.a

ſed in quacunque etiam alia re. quoniam ſunt: qui ad miniſtrandum vires acceperunt, alij qui peritiā ad gubernandum.

INTERROGATIO 255.

Mat.20.b

Quò abire iuſſus eſt, cui dictum eſt, Tolle quod tuum eſt, & vade?

RESPONSIO.

Rom.1.d
Gala.5.d
Φθόνοι καὶ φόνοι.
Mat.20.a

Eo fortaſſe, quò abire iuſſi ſunt ij, qui à ſiniſtris conſtituti ſunt: quibus crimini datum eſt, quòd à bonis operibus ceſſaſſent. Porrò quiſquis inuidet fratri, is eo deterior eſt, qui ceſſat: cum morem habeat ſcriptura multis in locis vicina inter ſe duo hæc vocabula ponere φθόνοι & φόνοι, id eſt inuidiam F
& cædem.

INTERROGATIO 256.

Quæ eſt merces illa, quam hi ſimiliter accipiũt, atque nouiſſimi?

RESPONSIO.

2.Tim.4.b

Fortaſſe hoc, quòd alicui crimini data non ſint mala quæ patrauit, commune eſt omnium mandato obedientium. Nam illud coronam adeptum eſſe, eorum proprium eſt, qui bonum certamen le-

gitimè certarunt, curſum conſummarunt, & fidem ſeruarunt, in charitate Chriſti Ieſu domini noſtri. Poteſt autem pacta illa merces eſſe illud centuplum, quod in hac vita dominus eos aſſecuturos ſpopondit, qui exequendi cauſa mandati ipſius, quiduis eorum, quæ in hac vita habentur, omiſiſſent: ita vt de hoc intelligatur, quod dictum eſt, Tolle quod tuum eſt. Quoniam autem inuidiæ morbo contacti erant, qui priores in opere laborare viſi erant, & propterea ægrè ferebant in mercedis acceptione poſteriores illos ſibi fuiſſe exæquatos, illis dicitur, non eſſe amplius eos æternæ vitæ hæreditatem adepturos, ſed centuplo illo accepto in hac vita, in futura propter inuidiam damnatum iri, auditurósque illud, Vade, &c.

Matt.20 b Tolle quod tuum eſt, non interpretatur.

A

INTERROGATIO 257.

Mat.3.c Luc.3.d

Qui ſunt illi, de quibus dicitur, Paleas autem cõburet igne inextinguibili?

RESPONSIO.

Ij nimirum, qui eo modo vtiles ſunt iis, qui digni ſunt regno cœlorum, quemadmodum paleæ tritico: neque id ex vllo charitatis inſtinctu aduerſus deum, proximúmve faciunt, ſiue in donis ſpiritus, ſiue in corporis officiis: atque ita imperfectos ſeipſos deſerunt.

INTERROGATIO 258.

Colo.2.d

B Quis eſt ille, qui damnatur ab Apoſtolo, quando dicit, In humilitate, & ſuperſtitione, &c.

RESPONSIO.

Quod ſequitur, id apertè opinor argumentum explanare, de quo agitur in eo loco. Siquidẽ mox id immanitatem in eo, quòd non parcatur corpori, appellat: quo in genere ſunt Manichæi, & ſi qui ſunt eorum ſimiles.

INTERROGATIO 259.

Rom.12.b

Quis eſt feruens ſpiritu?

RESPONSIO.

Pſal.111.a

Qui cum ardenti ſtudio, & inexplebili cupiditate, & aſſidua diligentia voluntatem dei facit in charitate Chriſti Ieſu domini noſtri: conuenienter illi quod ſcriptum eſt, In mandatis eius volet nimis.

INTERROGATIO 260.

C

Ephe.5.d Rom.12.e

CVm Apoſtolus dicat, nunc quidem, Nolite fieri imprudentes: aliàs verò, Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos nunquid fieri poteſt, vt non ſit prudens apud ſeipſum, qui imprudens non ſit?

RESPONSIO.

Ibidem. Prouer.3.a

Vnumquodque præceptum propriam adiũctam regulam habet. Illi enim quod eſt, Nolite fieri imprudentes: ſtatim adiungitur, Sed intelligentes, quæ ſit voluntas dei. Ei verò, quod eſt, Ne ſis prudens apud temetipſum: illud, Time dominum. Ex quo intelligitur imprudentem illum eſſe, qui voluntatem domini non intelligit: Prudentem verò apud ſemetipſum, qui ſuiipſius conſiliis nititur, neque ſecũdum fidem ambulat in verbis dei. Si quis igitur neque imprudens vult eſſe, neque prudens apud ſemetipſum, hic intelligere voluntatem domini debet cum fide in ipſum, & in timore dei Apoſtolum imitari, qui de ſeipſo loquens ait, Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.

2.Cor.10.a D

INTERROGATIO 261.

Matt.21.c Matt.18.c 2.Cor.12.c

CVm dominus ſpoponderit, ac dixerit, Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. & item, Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quancunque petierint, fiet illis, quid eſt, quòd rogata quædam etiam ſancti non obtinuerunt? ſicut etiam Apoſtolus: ſic enim eſt apud ipſum. Pro hoc ter dominum rogaui, vt diſcederet à me. qui tamen, quod rogauerat, non impetrauit: ſimiliterque Hieremias propheta, & Moyſes.

RESPONSIO.

Mat.26.d Luc.22.e E *Rom.8.e*

Cum dominus noſter Ieſus Chriſtus in oratione ſua dixerit, Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: & ſtatim deinceps adiunxerit. Veruntamen non mea volũtas, ſed tua fiat: primò quidem ſcire illud conuenit, non eſſe permiſſum nobis, vt quæ volumus omnia petamus. quin ne intelligimus quidem, quid expediat nobis petere. Quid enim oremus, ſicut oportet, neſcimus. Quocirca in adhibendis rogationibus, magna vndique circunſpectione vti debemus, vt ea fiant ex voluntate dei. Si autem non audiamur, intelligendum eſt, opus eſſe aut perſeuerantia, aut contentione maiore, quemadmodum admonemur ex ea parabola domini, per quam docemur ſemper oportere orare, & non defatigari: & quemadmodum alio in loco dictum eſt ab ipſo eodem domino, cum ait, Propter improbitatẽ eius tamen ſurget, & dabit, quotquot habet neceſſarios. Aut emendatione & diligentia, ex eo, quod dictum eſt à deo per prophetã ad quoſdam his verbis, Cum extenderitis manus veſtras ad me, auertam faciem meam à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. lauamini, mundi eſtote, & cętera. Quod autem etiã nunc manus multorum efficiantur, & ſint plenæ ſanguine, de hoc vero nihil eſt, quod ambigant, qui fidẽ habent iudicio illi dei, quod aduerſus eum pronũciauit, qui annunciare in populum iuſſus, obticuerit, his verbis, Sanguis peccatoris requiretur de manu ſpeculatoris. Quod cum veriſſimum ac certiſſimum eſſe ſibi Apoſtolus perſuaſiſſet dicebat, Mundus ſum ego à ſanguine omnium: non enim ſubterfugi, quin annunciarem vobis omne conſilium dei. Quòd ſi qui tantummodo obticuerit, is reus futurus eſt ſanguinis eorum, qui peccauerint quid dicendum ſit de iis, qui factis, dictíſve alios ſcanda-

Luc.18.a Luc.11.b Eſa.1.d F *Ezech.3.c Act.20.f*

ſcandalizant? Fit autem ſorerdum, vt roganris indi gniras cauſa ſit, quamobrem nõ impetretur, quod rogatum ſit: quemadmodum in Dauid, qui cũ ſup plex rogaſſet à deo, vt liceret ſibi ædificare domũ deo, prohibitus eſt: & licet à dei gratia excluſus non eſſet, nihilominus tamen hoc, quod petebat, idoneus qui impetraret, iudicatus non eſt. Nam Hieremiam apparet noo auditum fuiſſe, propter maliciam illorum, pro quibus orabat. Quin & incidit plerunque, vt omiſſa ex negligentia idonea occaſione, in qua rogationem fieri oportuiſſet, ani

1.Cor.12.c
A maduertamus poſtea alieno tempore oos & incaſſum rogare. De eo autem, qood eſt apud Apoſtolum, Pro hoc ter dominum rogaui, vt diſcederet à me: ſcire cooocoit earum calamitatum, quæ vel io rebos externis, vel in corpore ipſo nobis eueniuot, variam atque multiplicem eſſe rationem quippe deum eſſe, cuius vel numine, vel permiſſu illæ nobis cootiogant, idque ad maiorem vtilitatẽ oostrá, quàm ea fuiſſet, ſi ab his liberi fuiſſemus.

Matt.20.c
Luc.17.c
Si quis ergo intelligere potuerit calamiratem ſuã eſſe eiuſmodi, à qoa ſi liberari velit, precatione opus ſit, ac poſtulatiooe: oimirum is auditur, ſi eo

Mat.14.b
modo poſtulet, quemadmodum duo illi cæci io Euangelio, & decem leproſi, & alij item complures. Si verò ratiooem quis non iotellexerit, quam obrem io tentationem inciderit (nam eſt plerunque, cum oblaras ſibi tentationes patieotia peruio cere deber) & cũ eæ perferendæ toleranter eſſent vſque io finem, deprecetur, is oon auditur. Et caoſa eſt, quoniam nõ accommodat ſe ad propoſitum benignitatis dei. Illud autem, Si duo ex vobis con ſenſerint: quid ſibi velit, apertè ſeries ipſa loci de-

B clarat. Ibi enim de eo agitur, qui verbis corrigit eum, qui peccauit, & qui corripitur. Quòd videlicet cum deus nolit mortem peccatoris, ſed vt coouertatur, & viuat: ſi qui correptus ſit, animo iodoluerit, & in idem propoſitum venerit cum eo, vnde cnrripiatur, de omoi re, hoc eſt, de omni peccato, ſi relaxationem petierint, dabitur eis à clementiſſimo deo. Etenim niſi cum corripiente cooſenſerit is, qui corripitur, non iam relaxatio fit, ſed religatio: coouenieoter verbis illis, quę deinceps ſequuntur, Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Completur enim iudicium

Matt.18.c
illud, Si autem eccleſiam etiam noo audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.

INTERROGATIO. 262.

C CVm in numero rerum laudabilium ſcriptura mendicitatem ponat, & paupertatem, velut cum dicit, Beati mendici. &, Deſiderium pauperũ exaudiuiſti domioe. & item, Mendicus & pauper laudabunt oomen tuum. quæ eſt differentia meodicitatis, & paupertatis? quomodóve verum eſt quod dicit Dauid, Ego autem mendicus ſum & pauper?

RESPONSIO.

Mèmoria teoens ea, quæ de domino Apoſtolus dixit, Quòd propter nos mendicus factus ſit, cum eſſet diues: eum exiſtimo appellari mendicũ, qui ex diuitiis ad ioopiam deuolutus ſit: pauperẽ verò, qui ab initio in egeſtate ſemper fuerit, & in huiuſmodi ſtatu ita ſe moderatus ſit, vt apud deũ io gratia eſſe meruerit. Porrò Dauid mendicum ſo & pauperem aſſerit, fortaſſe hoc dicens ex perſona domini, qui quidem ipſe mendicus appellaretur ex eo, quod de eo ſcriptũ eſt, Qui propter oos mendicus factus eſt, cum eſſet diues. Pauper verò, quatenus (quod ad carnem attinet) noo diuitis alicuius, ſed fabri filius dictus eſt, fortaſſe etiam, quoniam vt Iob, res ſuas oon eſſet ſolitus in theſauris cuſtodire, neque diuitiis animum adhibere tanquam propriis, ſed omoia diſpenſare ex voluntate domini.

INTERROGATIO 263.

QVid eſt, qood docere dominos velit per ea ex D
Luc.14.f
empla, quibus coorinuo ſubiicit, Sic omnis ex vobis, qui non reounciat omnibus, quæ poſſidet, non poreſt meus eſſe diſcipulus? Si enim qui habet in animo ædificare turrim, aut bello congredi cum alio rege, is parare ſe debet vel ad ędificationem, vel ad bellum, & alioqui ſi ad hæc facieoda impotens ſit, eſt io ipſius poteſtate initio vel oon iacere fundamentum, vel rogare quæ pacis ſunt: ergóoe eadem ratione, is etiam, qui voluerit diſcipulus domini fieri, renunciare debet? & ſi ad hoc difficultatẽ in ſe eſſe animaduerterit, eſt in ipſius poteſtate ioitio defugere diſciplinam domioi?

RESPONSIO.

Mens domini eſt in his exemplis, non permitte te, vt cuiuis liberum ſit domini diſcipulo eſſe, vel non: ſed docere oullo modo fieri poſſe, vt qui in E rebus verſetur, ex quibus animus diſtrahatur, Deo verè poſſit placere: quippe cum in his periculum Pſal.34.c
ſit, ne expoſitus inſidiis diaboli, atque ita captus, Pſal.54.c
ridiculo ac ludibrio ſit, iis imperfectis relictis, io quæ ſtudium ſuum videbatur contuliſſe. Quod orans propheta, ne ſibi eueniret, dicebat, Nequaooo ſupergaudeant mihi inimici mei. &, Dum commouetur pedes mei, ſuper me magna locuti ſuot.

INTERROGATIO. 264.

CVm Apoſtolus dicat, Vt ſitis ſinceri: & alio in loco, Sed vt ex ſinceritate: ſiocerum quid eſt? Philip.1.b 2.Cor.2.d

RESPONSIO.

Prorſus ego hoc nomine illud arbitror appellari, quicquid rei omnis alterius miſtionis expers F eſt, & ſummè ab omni contrario depurgatum, atque ad voam totum pietatem iotentum directúmq; neque ad pietatẽ modò, ſed ad ea etiam omnia accuratè exequenda, quæ in ſingulis & temporibus, & rebus ad huius propoſitum faciũt: ita videlicet, vt qui alicui muneri præpoſitus ſit, is oe ad affinia quidem ei muneri officia ab illo diſtrahatur. Declaratur autem id quod prius dixi, ex ipſa ſerie contextus. Verbis enim illis, Sed vt ex ſinceritate: illud ſubiicitur, Sicut ex deo coram deo in Chriſto loquimur. Alterum verò, ex eo, Nõ plus Rom.12.a
ſapere, quàm oporter ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Et ex iis, quæ deinceps inſeruotur.

Rr 2 IN-

Interrogatio 265.

Mat. 5. e

NVnquid ad ſolos modo ſacerdotes illud dictum eſt, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tūc veniens offer munus tuum? An verò etiam ad omnes? Quomodóve vnuſquiſque noſtrum offert ad altare?

Responsio.

Eſa. 61. f
Pſal. 49. d
Pſal. 50 d
Rom. 12. a

Hoc ſine dubio conſequens fuerit, vt præcipuè A ac prima notione accipiatur dictum eſſe ad ſacerdotes. Verùm quoniam ſcriptum eſt, Vos autem ſacerdotes domini vocabimini, & miniſtri dei omnes. &, Sacrificium laudis honorificabit me. & item, Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. & apud Apoſtolum etiam eſt, Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placētem, rationale obſequium veſtrum (quorum vnumquodque cōmune omnium eſt) neceſſàrio, quod hic dicitur, ſine vllo diſcrimine præſtare ſinguli debemus.

Interrogatio 266.

Matt. 9. g
Colo. 4. a

QVid eſt ſal illud, de quo dominus præcepit, cum dixit, Habete in vobis ſal, & pacifici eſtote inter vos? Et quid item illud, de quo Apoſtolus ait, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus?

Responsio.

Ephe. 4. a
Iob. 6. a
Pſal. 11. a
Ephe. 4. g
Pſal. 44
1. Cor. 14. g

Et hoc in loco etiam ex contextu, & ſerie vtriuſ B que capitis, ſenſus perſpicuus eſt. Etenim ex verbis quidem domini nihil aliud docemur, quàm vt nullam cauſam demus mutuæ diſiunctionis, mutuive diſſidij: ſed vt ad vnitatem ſpiritus nos ſemper cōſeruemus in vinculo pacis. Ex verbis autem Apoſtoli, ſi quis in memoria habuerit illum, qui dixit, Si comedetur panis abſque ſale, & ſi eſt guſtus in verbis inanibus: docebitur profectò diſponere ſermones ſuos ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus, tempore opportuno, & decenti ordine vtens, ad hoc vt faciliores ad auſcultandum habere auditores poſſit, ac magis morigeros.

Interrogatio 267.

Luc. 12. f

SI verum eſt illud, fore, vt alius vapulet multis, alius paucis: quomodo dicuntur quidam ſupplicia non eſſe ſempiterna.

Responsio.

Mat. 25. d

Quæ ambiguè & obſcurè videntur dicta fuiſſe in quibuſdam locis diuinæ ſcripturæ, ea clarè explicantur ex iis, quæ dilucidè dicta ſunt aliis in lo- C cis. Cum igitur dominus aliàs quidem affirmatè dicat hos ituros ad ſupplicium æternum: aliàs verò, quoſdam amandet in ignem æternum, paratum diabolo & angelis eius: & alibi mentione facta de gehenna ignis, confeſtim ſubiiciat, Vbi vermis eorum non moritur, & ignis nō extinguitur: & olim etiam multò ante per prophetam de quibuſdam prædixiſſet, Vermem eorum non moriturum, neque ignem extinctum iri: hęc atque horum ſimilia cum ſic poſita reperiantur in diuina ſcriptura, vnū hoc etiam eſt ex artificiis diaboli, vt homines videlicet velut obliti horum & talium, quæ poſita ſunt pleriſque in locis ſacroſanctarum literarum, quo maiore cum audacia peccent, ſibiipſis ſuppliciorū finē confingant. Nam ſi æterni ſupplicij finis futurus eſt aliquando, ſine controuerſia æternę vitæ etiā erit. Quòd ſi hoc in æterna vita nullo modo poſſumus intelligere, quænam afferri ratio poteſt, quamobrem æternum ſupplicium habere finem dicatur? æqualiter enim tam huic quàm illi D æternitatis additio adiecta eſt. Ibunt, inquit, hi in ſupplicium æternum: Iuſti autem in vitam æternā. His igitur ita conceſſis, intelligendum eſt illud, Vapulabit multis: & illud, Vapulabit paucis: non finem, ſed diuerſitatem ſupplicij declarat. Si enim deus iudex iuſtus eſt, non bonis ſolùm, ſed etiam improbis, reddens vnicuique iuxta opera ſua: fieri poteſt, vt alius quidem dignus ſit igne inextinguibili, atque hoc ipſo vel lenius, vel acrius vrente: alius verò verme nunquam morituro, atque hoc ipſo nihilominus vel mitius quenque excruciante, vel ſeuerius, pro meritis videlicet vniuſcuiuſque: itémque alius gehenna, habēte prorſus ipſa etiam varia tormentorum genera: ſimilitérque alius exterioribus tenebris: quo in loco alius in fletu eſt ſolum, alius præter fletum, in ſtridore etiam dentium propter cruciatuum videlicet acerbitatem. Quin & hæ quoque tenebræ, quæ vocantur exteriores, alias etiam prorſus eſſe interiores ſignificant. Et illud quod dictum eſt in Prouerbiis, In profundum inferni: declarat quoſdam eſſe quidem apud inferos, non tamen in profundo, qui le- E uioribus ſcilicet pœnis afficiantur. Porrò hoc ita eſſe etiam nunc poſſumus per ſimilitudinem adumbratè in morbis corporis intelligere. Siquidem eſt alius, qui præter febrem alias etiam aliorum morborum acceſſiones habet. alius item, qui ex ſola tantummodo febri laborat: & hic ipſe diuerſo modo atque alius. Similitérque reperietur alius, qui febri quidem ipſe non laborabit, dolore tamen membri alicuius vehementer cruciabitur: & hic ipſe item alio aut acrius, aut remiſſius. Vſurpatum eſt autem etiam hoc à domino, Multis, & paucis, ex vſu quotidianæ loquendi conſuetudinis quemadmodum alia etiam huiuſcemodi nonnulla. Quandoquidem ſcimus plerunque huiuſcemodi formam loquendi etiam in his ſolitam eſſe vſurpari, qui ex vno aliquo morbo laborant. Veluti cum dicimus in aliquo, qui tantummodo febricitat, aut ex oculo dolet, admirātes, Hic quot ſuſtinuit dolores, aut quot pertulit cruciatus? Quamobrē hoc, multis aut paucis vapulare (iterum dico) nequa- F quam temporis longinquitatem, completionémve, ſed pœnæ diuturnitatem ſignificat.

Mar. 9. g
Eſa. 66. g

Mat. 25. d
Luc. 12. f

Pſal. 7. a
Pſal. 61. a

Prou. 9. d

A morbis corporis ſimilitudo.

Interrogatio 268.

Ephe. 5. b
Ibidem 2. a

QVo ſenſu appellantur quidam filij contumaciæ, & filij iræ?

RES-

RESPONSIO.

Sanè dominus natos & filios alicuius ſolitus eſt appellare eos, qui multiformem ipſius voluntatem exequuntur, tam boni, quàm mali. Si enim, inquit, filij Habrahæ eſſetis, opera Habrahæ faceretis. Et item, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Quare contumaciæ quoque is filius efficitur, qui opera, quæ contumaciæ ſuot, exercet. Fortaſſe etiam ſicut non peccator modo, ſed ipſum etiam peccatum diabolus appellatur, ea re, opinor, quòd ipſe peccati primus autor extiterit: ſic idem quoque ob eandem cauſam contumacia ipſa ritè appelletur. Filius autem iræ eſt aliquis, quatenus ſe ira dignum reddidit. Vt enim qui digni ſunt domino, & qui diei ac lucis opera faciunt, Apoſtolus filios lucis, & filios diei appellauit: ira conſentaneum videtur, vt eodem modo ex contrario etiam intelligatur illud, Eramus filij iræ. Cæterum ſcire illud conuenit, filium contumaciæ, & filium iræ idem eſſe: cum ſententiam domini habeamus, Quòd, qui contumax eſt in filium, non videbit vitam æternam, ſed ira dei manet ſuper eum.

INTERROGATIO 269.

Quoniam ſcriptum eſt, Facientes voluntates carnis & cogitationum: nunquid voluntates carnis aliæ ſunt, aliæ cogitationum? & ſi ſunt, cuiuſmodi ſunt?

RESPONSIO.

Sanè quidem carnis voluntates alio in loco ſeorſum nominatim enumerat Apoſtolus, ſic dicens, Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt adulterium, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & quæ his ſimilia. Et alibi magis in vniuerſum, Sapientia carnis inimicitia eſt in deum. Legi enim dei non eſt ſubiecta, neque enim poteſt. Volũtates autem cogitationum ea, opinor, conſilia appellẽtur, quæ ſcripturæ teſtimonium non habent: veluti ſunt illa, de quibus dictum eſt, Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentẽ ſe aduerſus ſcientiam dei, & intellectus qui non rediguntur in captiuitatem, in obſequium Chriſti. Quamobrem neceſſarium, & tutum eſt, vt ſemper, atque vbique illud ſeruetur, quod dictum eſt à Dauid, Et conſilium meum iuſtificationes tuæ.

INTERROGATIO 270.

Quid eſt, ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, quod Latinus interpres vertit, aporiamur, ſed non deſtituimus?

RESPONSIO.

Vt animi ſui expletionem in fiducia in deum ex collatione fortitudinis animi humanæ oſtendat Apoſtolus, ſingula, quæ hoc in loco habentur, ponit hoc modo: Quod enim ad humanam prudentiam attinet, in omnibus tribulationem patimur, inquit. Quod verò ad fiduciam in deum, Sed non anguſtiamur. Item quod ſpectat ad fortitudinem animi humanam, Aporiamur, inquit: id eſt, ſummis circumuenimur difficultatibus. Quod verò ad fiduciam in deum, non deſtituimur penitus: id enim eſt ἐξαπορούμενοι. & reliqua ſimili modo. Veluti ſunt etiam illa, quæ alio in loco dicta ſunt ab eodem, Quaſi morientes, & ecce viuimus. Vt caſtigati & non mortificati: quaſi triſtes, & ſemper gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

INTERROGATIO 271.

Cvm dominus dicat, Veruntamen quod ſuper eſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis: nunquid peccata omnia, quæ quis commiſit, mundentur per eleemoſynam?

RESPONSIO.

Propoſitam quæſtionem ſeries ipſa eorum, quæ præcedunt, dilucidè explicat. Nam cum antea dixiſſet, Quod deforis eſt calicis, & catini, mundatis: Quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. poſt hoc ſubiecit, Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Omnia, hæc videlicet, quæ per rapinam, & defraudationem peccata committimus, & iniquè agimus. Hoc autem ita eſſe apertè declarauit Zacchæus, quum dixit, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. vt videlicet intelligatur, peccata omnia, quæ eiuſmodi ſunt, vt retexi poſſint, ac pluribus contrariis rectè factis penſati, hoc modo ab homine emundari: atque hoc modo, dico, non vt qui ipſe ad emundationem per ſe ſatis idoneus ſit, ſed qui egeat in primis miſericordia dei, & ſanguine Chriſti: in quo redemptionem habemus reliquorum etiam omnium, facientes in ſingulis fructus dignos pœnitentiæ.

INTERROGATIO 272.

Qvoniam præceptum eſt domini, hominẽ non debere eſſe ſolicitum de craſtino, quomodo præceptum hoc ſanè intelligemus? Videmus enim nos in rebus ad neceſſarium vſum parandis magnum ſtudium adhibere, vt ea etiam reponamus, quæ durare poſſint ad longinquum tempus.

RESPONSIO.

Qui doctrinã domini aſſecutus, qui dixit, Quærite primum regnum dei, & iuſtitiam eius: & certiſſimam autoritatem tribuit promiſſioni dei, qui ſtatim ſubiecit, Et hæc omnia adiicientur vobis: nequaquam is in curis vitæ huius, quæ verbum ſuffocant, & infœcundum reddunt, occupat animum ſuum: ſed certans in bono certamine, vt promereatur gratiam diuinam, in domino confidit, qui

 dixit,

dixit, dignus eſt operarius cibo ſuo. Et de hoc nihil admodum laborat: ſed laborat, & ſolicitus eſt non propter ſe, ſed propter mandatum domini: quemadmodum exemplo ſuo oſtendit Apoſtolus & docuit, cum dixit, Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Nam ſui ipſius cauſa ſolicitum eſſe, hoc crimẽ eſt hominis ſeipſum amantis: contràque propter mandatum ſolicitudinem ſuſcipere ac laborẽ, hæc laus eſt hominis Chriſtum amantis, & affectionis animi fraternam charitatem diligentis.

Act. 20 g

φιλαγάπου

Interrogatio 273.

A

Quid eſt, quod faciens aliquis, blaſphemat in ſpiritum ſanctum?

Mat. 12. e

Responsio.

Ex ea blaſphemia, quam Phariſæi tunc vſurparunt, de quibus etiam lata eſt huiuſcemodi ſententia, perſpicuum eſt, eum etiam nunc blaſphemare ſpiritum ſanctum, hoc eſt, detrahere ſpiritui ſancto, quicunquè effectus & fructus ſpiritus ſancti, aduerſario ipſius attribuit: quod peccatum incurrimus pleríque noſtrum, qui ſecuti periculi temere ſtrenuum ſæpenumero appellamus ambitioſum, & ei qui iuſta indignatione per zelum moueatur & eam re indicans, iracundiæ calumniam impingimus, & ad eundem modum alia iniquis adducti ſuſpicionibus, ementitis nominibus, de aliquo dicimus.

Blaſphemus in ſpiritum ſanctũ.

B

Interrogatio 274.

Quomodo efficitur aliquis ſtultus in hoc ſeculo?

1. Cor. 3. d

Responsio.

Si formidauerit iudicium domini dicentis, Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. & illum fuerit imitatus, qui dixit, Vt iumentum factus ſum apud te. atque abiecta omni caſſa opinione prudentiæ ſuæ, de iis, quæ cogitauerit, nihil antea tanquam rectum approbarit, imò ne initio quidem protſus quicquam cogitauerit, priuſquam ab ipſo domini mandato ſcite didicerit, quid placeat deo, ſiue in opere, ſiue in verbo, ſiue in cogitatione: cum ſcriptum ſit apud Apoſtolum, Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad deum. non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, qui docet hominem ſciẽtiam, ſicut ſcriptum eſt.

Eſaia. 5. e
Pſal. 7. d
2. Cor. 3. b
Pſal. 93. b

C

Interrogatio 275.

NVnquid alicuius ſancti propoſitum impedire Satanas poſſit? quoniam ſcriptum eſt, Ego quidem Paulus & ſemel, & iterum propoſueram venire ad vos, & impediuit nos Satanas.

1. Theſ. 2. d

Responsio.

Eorum, quæ in domino ſunt, rectè factorum, alia ſola voluntate, ac deliberatione animi efficiuntur, alia ad hoc, vt efficiantur, indigent etiam opera corporis, adhibendis videlicet vel ſtudio, vel totis ratiis. Ac quæcunque quidem ſunt eius generis, quæ in ſola animi voluntate poſita ſunt, hæc nullo modo impedire Satanas poteſt. Quæ verò eiuſmodi, ad quæ conſequenda neceſſaria eſt etiam opera corporis, in his plerunque etiam deus naſci impedimenta permittit, vel probandi, vel detegẽdi cauſa illius, qui impeditur: Vt vel ſi à recto propoſito deſtiterit, conuictus, qualis ſit detegatur: Vt hi, qui ſupra petrã fuerant ſeminati, qui ad modicum tempus ſuſceperunt quidem verbum cum gaudio, exorta autem tribulatione, ſtatim receſſerunt. Vel ſi in recto perſeuerauerit, clarius appareat ſtudium ipſius in rectè factis: vt ipſius Apoſtoli, qui cum ſæpe Romam petere decreuiſſet, & prohibitus eſſet, vt ipſe faſſus eſt, tamen eatenus in ea voluntate permanere non deſtitit, quoad etiam effecit, quod ſtatuerat. Adhibenda autem tolerãtia, vt Iob, qui tam multa à diabolo perpeſſus, violenter ipſum vrgente, vt blaſphemi quidpiam pronunciaret, aut ingratum aduerſus deum, in extremis etiam calamitatibus à pio ſuo animi iudicio, ſanáve de deo ſententia nõ receſſit. Siquidem ſcriptum eſt de eo, in omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis coram deo, neque ſtultum quid cõtra deum locutus eſt.

D *Mat. 4. b* *Luc. 8. a* *Matt. 13. a* *Roma. 1. b*

Iob. 1. d & *e*

Interrogatio 276.

QVid eſt, quod dictũ eſt ab Apoſtolo, Vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, beneplacẽs, & perfecta?

Rom. 12. a

Responsio.

E

Multa ſunt, quæ deus vult: atque horum partim ex clementia, & bonitate, quæ quidẽ bona & ſunt, & dicuntur: partim ex iracundia propter peccata noſtra, quæ ipſa appellantur mala. Ego enim ſum, inquit, qui facio pacem, & creo mala: mala autem nõ propter quæ plectimur, ſed per quæ ad frugem corrigimur. Potiò quæ nos corrigunt, & acerbos vexatione ſua ad meliorem viam reuocant, ea vertuntur in bonum. Ac quæcunque quidem eius generis ſunt, quæ deus, clementiam bonitatémve exercens ſuam, vult, hæc nos quoque neceſſariò & velle, & imitari debemus. Eſtote enim miſericordes, inquit, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Et Apoſtolus item, Eſtote imitatores dei, ſicut filij chariſſimi: & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. Quæ verò ex iracundia peccatis noſtris commotus infert, & vt ante dixi, ea ratione mala appellantur, quòd malè illa nos habere ſolita ſint: hæc verò nequaquam protinus facere etiam nobis licet. Neque enim propterea, quòd dei plerunque voluntas ſit, vt vel fame, vel peſtilẽtia, vel bello, vel alio quopiam iſtiuſmodi calamitatis genere homines permatur, iccirco nos quoque huiuſcemodi illius voluntatis præbere nos miniſtros debemus: quandoquidem ad ea, quæ iſtiuſmodi ſunt, peragenda, adminiſtris etiam hominibus mali vti deus conſueuit, vt ex verbis illis intelligi poteſt, Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſionem per angelos malos. Igitur quærendum eſt primum, quæ ſit bona voluntas dei: tum vbi, quæ

Eſaie. 45. b

Luc. 6. f *Ephe. 5. a*

F

Pſal. 77. e

δόγμα

quæ illa ſit, cognouerimus, exquirendum diligentius, vtrúmne bona hæc, ſit etiá beneplacens deo. Eſt enim quædam, quæ ſuo quidem genere & dei voluntas eſt, & bona eſt. Ea tamen quandocúque aut in perſona, aut tempori opportunitate peccetur, non continuò etiam eſt beneplacens deo. Verbi gratia: erat voluntas dei, & volútas ea erat bona, vt in cenſum offerrent deo: at non erat beneplacens deo, vt hoc facerent, qui erant circum
A Dathan & Abiron. Item ſimili modo volútas dei eſt, & voluntas bona eſt, vt eleemoſyna fiat: verú vt hoc fiat cauſa gloriæ humanæ, non iam hæc etiam beneplacens eſt deo. Ad eundem modú etiã voluntas dei erat, & ea voluntas erat bona, vt diſcipuli, quod in aure audierant, prædicarent in tectis: veruntamen vt aliqua dicerét, antequam dicendi matura opportunitas veniſſet, ea iam deo beneplacens non erat. Nemini enim dixeritis, inquit, viſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurgat. In vniuerſum denique omnis voluntas dei bona, tunc etiam beneplacens eſt, quando in ea ſeruatum ſit, quod dictum eſt ab Apoſtolo, Omnia ad gloriam dei facite. &, Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant. Sed enim quandocúque item voluntas dei aliqua ſit, eaq; bona ſit, & beneplacens ſit, neque ſic tamen ſecuro eſſe animo conuenit: ſed in eo anxiè, ac ſolicitè eſt laborandú, vt hæc perfecta, ac nulla in parte manca menſura ſit. Porrò menſura hæc duplex eſt: aut eius rei videlicet, quæ fit, ſi ex præcepto fit: aut viriú illius, qui facit. Diliges enim, inquit, dominum deum tuum ex tota anima tua, & ex tota vir-
B tute tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum, quemadmodú in euangelio ſecundú Ioannem dominus docuit, & præterea omne mandatum, ſicut ſcriptum eſt. Beatus enim, inquit dominus, quem cum venerit dominus, inuenerit facientem ſic.

Mat. 10.c Luc. 12.a
Mat. 17.b
1. Cor. 10.g Ibid. 14.g
Mat. 22.e Luc. 12.c Ioan. 15.b Mat. 24.d Luc. 12.d

INTERROGATIO. CCLXXVII.

ταμιεῖον

QVid eſt illud cubiculum quod eum intrare dominus iubet, qui oraturus ſit?

RESPONSIO.

Cubiculum ſeu cellariú ἀπόκρυφον
Eſa. 26.d

Cellarium cómunis loquendi conſuetudo ſolita eſt appellare locum in domo vacuum, ac remotum à celebritate, in quo ea reponimus, quæcunque habemus in animo ad aliquod tépus ſeruare: vel in quo volentibus latere proſugium eſt: qua in ſignificatione acceptum eſt à propheta, cú ait, Vade popule meus, intra in cellarium tuum, abſcódere. Porrò vim mandati argumentú ipſum declarat. Siquidem eo in loco ſermo ad eos inſtitutus eſt, qui vitio laborarent gloriæ humanæ.
C Proinde ſi cui moleſtiam exhibet vitium huiuſcemodi, is rectè facit, ſi in facienda oratione ſe à celebritate ſubducit, & eouſq; in ſolitudine contineat, donec eò iá peruenerit, vt omnino de humanis laudibus nihil curet, ſed oculos in ſolum deum habeat intentos: velut ille, apud quem eſt, Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum. Cæterum ſi aliquis, dei munere, ab eo vitio liber ſit, huic non eſt neceſſe occultare quod bonum eſt. Nam hoc dominus ipſe docet, cum ait, Non poteſt ciuitas abſcódi ſupra mótem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eá ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra corá hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Atque hæc eadem ratio, & in eleemoſyna intelligenda eſt, & in ieiunio: de quibus agitur in eodem loco, D
atque in vniuerſum in re omni, quæ ad dei cultum pertineat.

Simile Dauidicum Pſa. 122.a Quod ſit in ocultis n... fa...
Matt. 5. b

INTERROGATIO. CCLXXVIII.

QVomodo ſpiritus alicuius orat, & mens eius eſt ſine fructu? 1. Cor. 14. b

RESPONSIO.

Hoc de iis dictum eſt, qui lingua audientibus ignota orationes factitarét. ait enim, Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Quotieſcunque enim iis, qui adſunt ignota ſunt verba orationis, tunc ſine controuerſia orantis mens ſine fructu eſt, quippe cum inde nemo fructum capiat. Contra autem, quandocunque, qui adſunt, orationem intelligunt, quæ audientes poſsit iuuare, tunc ſine dubio, qui orat, fructum habet, quòd meliores fiunt, qui iuuantur. Similis quoque etiam ratio eſt in omni prolatione ſermonum dei. Scriptum eſt enim, Sed ſi quis bonus ad ædificationem fidei. E

1. Cor. 14. b
Epheſ. 4.g

INTERROGATIO. CCLXXIX.

QVid eſt, Pſallite intelligenter? Pſal. 46.d

RESPONSIO.

Prorſus quod eſt in cibis ſenſus cuiuſque cibi, hoc in verbis ſacroſanctarum literarum eſt intelligentia. Guttur enim, inquit, eſcas guſtu diiudicat: mens autem intelligendi verba diſcernit. Si quis igitur ad vim verbi cuiuſque animo etiam ita ſimul efficiatur, quemadmodum guſtatu ad qualitatem cuiuſque cibi, prorſus hic mandato illi ſatisfacit, quod eſt, Pſallite intelligenter.

Iob. 34.a

INTERROGATIO. CCLXXX.

QVid eſt, Mundo corde? Matt 5.a

RESPONSIO.

Qui ſeipſum non reprehendit, quòd dei mandatum aut ſpreuerit, aut plenè executus non ſit, aut neglexerit. F

INTERROGATIO CCLXXXI.

NVnquid quæ pſallere nolit, ea cogenda eſt?

RESPONSIO.

Niſi alacriter ad pſallendum accedat, & niſi eam animi affectioné præ ſe ferat, quam habere ſe teſtatus eſt is, qui dixit, Quàm dulcia faucibus

Pſal. 118.a
1. Cor. 5.b
Gal. 5.b

meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. & niſi in ceſſatione magnum ineſſe detrimentum arbitretur, aut corrigitor, aut de medio tollitor, ne modicū fermentum totam maſſam corrumpat.

INTERROGATIO. CCLXXXII.

Luc 13.e

QVi ſunt illi, qui dicunt, Manducauimus coram te, & bibimus: & reſponſum ferūt, Neſcio vos?

A

RESPONSIO.

1. Cor. 13.a

Fortaſſe illi, quos in perſona ſua deſcripſit Apoſtolus, cum dixit, Si linguis hominum loquar, & angelorum, &c. & ſi habuero omnem ſcientiam, & omnem fidem: & ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: & ſi tradidero corpꝰ meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. quam quidem doctrinam acceperat idem Apoſtolus à domino, qui de quibuſdam dixerat, Faciūt enim vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Quicquid enim non charitatis erga deum, ſed humanæ laudis cauſa fit, cuiuſcunque generis illud factum ſit, id non laudem pietatis meretur: ſed iudicium incurrit, aut ſtudij hominibus aliis placendi, aut ſibi, aut æmulationis, aut inuidentiæ, aut alterius cuiuſpiā iſtiuſmodi criminis. Quamobrē quicquid huiuſmodi eſt, hoc dominus iniquitatis opus appellat. Ita enim iis reſpondet, qui dixerāt illud, Manducauimus cotam te, & bibimus. Diſcedite à me operarij iniquitatis. Qui enim non ritè operarij iniquitatis appellentur, qui dei donis ad mercaturam voluptatum ſuarum abutantur? Cuiuſmodi erant illi, de quibus eſt apud Apoſtolum, Non enim ſumus ſicut multi adulterantes verbum dei. Et alio in loco, Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. & pleraque huiuſmodi. A quibus omnibus liberum fuiſſe eundem Apoſtolum ex verbis ipſius illis intelligimus, Non quaſi hominibus placētes, ſed deo, qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.

Matt. 6.a

γνώμη τῷ καθολικῷ.

B

2. Cor. 2.d
1. Tim. 6.b
1. Thes. 2.a

INTERROGATIO. CCLXXXIII.

NVnquid qui facit voluntatem alicuius, is particeps eſt illius?

RESPONSIO.

Ioan 8.d
Ibidem.f
Eum et & ſeruus & filius cuius opus exequeris.
Rom. 6.c.

C

Si credimus domino dicenti, Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & item, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere: ſine dubio intelligimus hunc non ſolum eſſe participem, ſed talem etiam, qui illius, cuius opus facit, filius mereatur appellari: Conuenienter verbis domini. Porrò Apoſtolus etiam hoc ipſum apertè teſtatur, cum dicit, Neſcitis quòd cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?

INTERROGATIO. CCLXXXIIII.

SI fratrum familia in aduerſam valetudinem inciderit, atque ob eam cauſam ad inopiam deuenerit, nunquid ea ſine ſcrupulo res ad vſum neceſſarias accipere ab aliis poſsit? & ſi poſsit, à quibus poſsit?

RESPONSIO.

Qui memoria tenet dominum illa dixiſſe, Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis: is ſine dubio maiorem in modum ſolicitudinem ac ſtudium, & diligentiam adhibet, vt idoneus ſit, qui in numero fratrum domini collocetur. Eiuſmodi igitur ſi quis fuerit, is de acceptione omnem à ſe dubitationem remouere debet, potiúſque gratias agere. A quibus autem conueniat accipere, & quando, & quomodo, is ſtatuet, cui communis procuratio commiſſa eſt, memoria tenens quod dicit Dauid, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Itemq́; Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.

Mat. 25.d
D
Pſ. 140.b
Pſa. 100.b

INTERROGATIO. CCLXXXV.

NVnquid in mutuis inter diuerſas fratrum familias contractibus, rei, de qua contractio fiat, precium exiliter ad calculum conueniat reuocari?

RESPONSIO.

Vtrúmne permittat doctrina Chriſtiana venditionem, emptionémve inter fratres exerceri, prorſus quid dicam compertum non habeo. Siquidem communicare inter nos alij aliis admonemur res ad neceſsitatem vitę pertinentes, ſicut ſcriptum eſt, Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas. Verùm ſi omnino aliquando neceſsitas huiuſmodi contingat, maiorem adhibere curam debet qui emit, ne in perſoluendo, de precio aliquid detrahat, quàm in accipiendo, qui vendit, ne plus accipiat, quàm quanti res ſit. Simulque illud in memoria habeāt vtrique damnum inferre iuſto non eſt bonum.

2. Cor. 8.c
E
Prou. 17.d

INTERROGATIO. CCLXXXVI.

NVnquid qui inter fratres vitam agat, & in corporis debilitatem inciderit, hic in hoſpitale oporteat amandari?

RESPONSIO

In hoc habenda eſt ratio diligens cuiuſque loci, & finis accommodati ad communem vtilitatem in gloriam dei.

Deſcriptus fuit liber hic ex vetuſtiſsimo exēplari, quod allatum fuit ex Ponto & locis illis, in quibus Magnus Baſilius ſolitariam vitam exercuit: & poſt etiam cum eo collatum, quod inuentum eſt Cæſareæ in mendicorum hoſpitio, quod ipſe exædificauit eo in loco, qui nūc de eius nomine Baſilias appellatur. Quæ autem ſequuntur XXVII. capita, & animaduerſiones, de codice Cæſareænſi adiecta ſunt.

F
πτωχοτροφεῖον

INTERROGATIO. CCLXXXVII.

Qui

Qvi ſunt fructus digni pœnitentiæ?

RESPONSIO.

Col. 1. b. Opera iuſtitiæ peccato contraria: cuiuſmodi fructus ferre debet, qui pœnitentiam agit, dicto illi obtemperans, In omni tempore bono fructificantes.

INTERROGATIO. CCLXXXVIII.

A Qvi peccata ſua confiteri vult, nunquid omnibus paſsim, & quibuſuis ea confiteri debet, an certis quibuſdam?

RESPONSIO.

Propoſitum benignitatis dei in his qui peccat, perſpicuum eſt ex eo, quod ſcriptum eſt, Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat. Quoniam igitur etiam conuerſionis modus accommodatus eſſe debet ei qui peccat, & præterea opus eſt fructibus dignis pœnitentiæ, côuenienter verbis illis, Facite fructus dignos pœnitentiæ: ne ſi fructus abſuerint, illa vſu eueniant, quæ confeſtim poſt denunciantur: Omnis enim arbor, inquit, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: neceſſario iis peccata aperiri debent quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum dei. Siquidem ratione hanc in pœnitentia etiã veteres illos cernimus ſecutos fuiſſe, quando & in euangelio ſcriptum eſt, quòd Ioanni confitebantur peccata ſua: & in Actis, apoB ſtolis ipſis, à quibus etiam baptizabantur cuncti.

Ezech. 18. g. Mat. 3. b. 1. Cor. 4. a Mat. 3. b. Act. 16. d.

INTERROGATIO. CCLXXXIX.

Qvem peccati alicuius pœnituit, is ſi in illud idem denuò relapſus ſit, quid faciet?

RESPONSIO.

Quòd qui ſemel pœnitentiam egerit, denuò idem peccatum commiſerit, hoc argumento, eſt illum primam cauſam peccati illius funditus non extirpaſſe, à qua veluti à quadam radice alia eiuſdem generis pullulare neceſſe ſit. Nam quemadmodum ſiquis relicta radice ramos arboris alicuius velit exciſos, nihilominus radix manens alios ſimiles illis protrudit: ſic quoniam peccata ſunt quædam, quæ naſcendi principium in ſeipſis non habent, ſed aliunde originem ducunt, neceſſe eſt prorſus, ſiquis eſſe ab illis liber velit, is vt cauſas primas peccatorum illorum ſtirpitus tollat. Veluti contentio & inuidia non ex ſeipſis naſcuntur, ſed ab radice appetitus gloriæ pullulant. Qui enim humanam gloriam magni facit, is ex æmulatione ei obtrectat, quem in gloria eſſe animaduertit, aut à quo in ea ſuperari ſe videt, inuidet.

C Quocirca qui ſemel ſeipſum inuidiæ contentionisve côdemnarit, is ſi in eadem ipſa denuò vitia relapſus ſit, vtique intelligat graui ſe ac penitus inſito cupiditatis gloriæ morbo, principe ſcilicet inuidiæ æmulationiſve cauſa laborare. Nimirùm que ipſum côuenit contraria ratione, nempe humilitatis exercitationibus (humilitatis autẽ exercitatio in rebus contemptioribus exercitatio eſt) gloriæ morbum curare: vt hoc modo affectionem illam humilis animi adeptus, deinceps in ea, quæ antè diximus eſſe cupiditatis gloriæ genuina, non incidat. atque in ſingulis iſtiuſmodi peccatis ſimili modo.

INTERROGATIO. CCXC.

Qvomodo abundat quis in opere domini ſemper? 1. Cor. 15. g

RESPONSIO.

Vel videlicet, cum aut delatum à deo ſibi munus multiplicat, iuuandis & ad virtutem promo- D mouendis ijs, quibus benignè facit: Vel quandocunque maiore ſtudio perſequitur opus domini, quàm ea, quę vulgo in ſtudio ſunt apud homines.

INTERROGATIO CCXCI.

Qvis eſt calamus quaſſatus, aut fumigans linum? quomodòve alterum quis non conterit, alterum non extinguit? Eſa. 42. a.

RESPONSIO.

Calamus quaſſatus. Sanè per quaſſatum calamum, illum intelligi arbitror, qui non ea qua oportet animi ſinceritate mandatum dei exequitur: quem non conterere conuenit, neque abſcindere, ſed ſanare potius, ſicut docuit dominus, cum dixit, Attendite ne eleemoſynam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Et Apoſtolus etiam præcepit dicens, omnia facite ſine murmurationibus & di- E ſceptationibus. Et alio in loco, nihil per contentionem, aut inanem gloriam. Linum verò fumigans, quotieſcunque quis mãdatum quidem exequitur, ſed non ardenti deſiderio, aut pleno ſtudio, ſed ſegnius quodammodo ac lætius: qui ideo non eſt deterrendus, ſed excitandus potius admonitione aſſidua iudiciorum dei, & promiſſorum ipſius.

Mat. 5. b. Philip. 2. b Idem 2. a Linum fumigans.

INTERROGATIO. CCXCII.

Nvnquid conueniat, vt inter fratres magiſter ſit puerorum ſecularium?

RESPONSIO.

Cum Apoſtolus dixerit, Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione domini: ſi qui eos adducunt, hac mente adducunt, & qui ſuſcipiunt tales ſunt, qui planiſſimè confidant poſſe ſe, qui ſibi adducantur, in diſciplina & correptione domini educare, ſeruetur quod præceptum eſt à domino, qui dixit, Sinite paruulos venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum. Remoto autem huiuſcemodi propoſito ac ſpe, hoc neque deo F gratum, neque ex decoro, aut vtilitate noſtra eſſe exiſtimo.

Ephe. 6. a. Col. 3. a. Mat. 19. a

INTERROGATIO. CCXCIII.

Qvomodo aqui par eſt cum iis, qui cum maiora peccata declinent, minora perinde ac ſi nihil referret, committunt?

RESPONSIO.

Primu quidem ſcire illud conuenit, differentiam hanc minorum & maiorum nuſquam in nouo Teſtamento reperiri. Siquidem vna eſt & eadem ſententia aduerſus quælibet peccata, cum dominus dixerit, Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et item, Sermo, quem locutus ſum vobis, ille

Ioan.8.d Ioan.12.g Ioan.3.d

A iudicabit eum in nouiſſimo die. Et Ioannes vociferans dicat, Qui contumax eſt in filium, non videbit vitam æternam, ſed ira dei manet ſuper eũ. cùm contumacia non in diſcrimine peccatorum ſed in violatione præcepti, poſitam habeat futuri ſupplicij denunciationem. Prorſus autem, ſi id nobis permittitur, vt in peccatis hoc magnum, illud exiguum appellemus, inuicto argumento cõcluditur magnum vnicuique eſſe illud, à quo quiſque ſuperatur: contráq; exiguum, quod vnuſquiſque ipſe ſuperat. Vt in athletis, qui vicit, fortis eſt qui autem victus eſt, imbecillior eo, vnde victus eſt, quiſquis ille ſit. Quocirca aduerſus quẽcumq; qui cuiuſcunq; generis peccatum admittat, ſeruãdum eſt præceptum domini, qui dixit, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel triũ ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam etiam non audierit, ſit tibi ethnicus, & publicanus. Seruetur autem in omnibus, quæ ſunt huiuſmodi, id quod dictum eſt ab Apoſtolo, Quare non potius luctum habuiſtis, vt tolleretur de medio veſtrum, qui hoc

Argu à ſimili
Matt.18.c
1.Cor.5.a γνώμη

B opus fecit? Ita enim exerceri ſeueritas debet, vt in ea tamẽ & clementia & miſericordia appareãt.

INTERROGATIO. CCXCIIII.

QVæ cauſa eſt, quam ob rem quis excidat à iugi recordatione dei?

RESPONSIO.

Nimirum ea, ſiquis immemor ſit beneficiorum dei, & aduerſus bene de ipſo meritum ingratus exiſtat.

INTERROGATIO. CCXCV.

μετεωρισμὸς Luc.12.d

EX cuiuſmodi ſignis deprehenditur aliquis, quòd animo euariet ac diſtrahatur?

RESPONSIO.

C Nempè quandocunque quis in rebus ad gratiam dei promerendam pertinentibus negligens eſt: cum Propheta dicat, Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.

Pſal.15.c

INTERROGATIO. CCXCVI.

QVa ratione perſuaderi poſſit animæ, cuipiã, quòd à peccatis libera ſit & expurgata?

RESPONSIO.

Siquis in ſeipſo animi affectionem illam ſimilem Dauid ineſſe animaduerterit, apud quem eſt, Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. aut aſſecutum ſe præceptum illud Apoſtoli, qui dixit, Mortificate igitur membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immũdiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorũ ſeruitus, propter quæ venit ira dei ſuper filios incredulitatis, vt verè dicere illud poſſit, Nõ adhæſit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoſcebam. Porrò intelligit aliquis ſe in huiuſmodi affectione poſitũ, ſi etiam aduerſus peccantes admirabilem, & horrore plenam ſanctorũ virorum miſericordiam illam imi- D tatus ſit, velut Dauid quidem, apud quem eſt, Vidi præuaricatores, & tabeſcebam, Apoſtoli verò, qui ait, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Etenim, ſi (vt veritas credere ſuadet) animus nobilior eſt corpore, in corpore autem videmus conſueuiſſe nos fœditatem omnem odiſſe, reſpuerẽq; itémq; animum noſtrum aſpectu immanis cuiuſuis carnificinæ, & inſidiarum quarumuis naturaliter vehementer ſolere commoueri, triſtariq;, quî non tandem credibilius ſit, ea quę antè diximus aduerſus peccantes, in animis eorum euenire, in quibus Chriſtiana, fraternáq; charitas vigeat, quotieſcunq; eorum qui peccant, animum velut à feris beſtiis ſauciari, abſumiq; animaduerterint, ac veluti cruore vndiq; ac tabo oppleri? cum ſcriptum ſit apud Dauid, Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſq; in finem, tota die con- E triſtatus ingrediebar. Et apud Apoſtolum, Stimulus mortis peccatum eſt. Quandocunq; igitur quis vel in ſuis, vel in alienis peccatis eo modo, quemadmodum ſuprà initio diximus, animo affectum ſe eſſe animaduerterit, tunc ſine dubio credat ſe liberum eſſe à peccato.

Pſal.118. Col.3.a πάθος
Pſal.100.a
Pſal.118. 2.Cor.11.g
φιλάγαθον καὶ ἀδελφόν. Pſal.37.a Collatio.
1.Cor.15.g

INTERROGATIO. CCXCVII.

QVæ teneri ratio debet in conuerſione faciẽda à peccatis?

RESPONSIO.

Nimirum imitanda illa Dauid animi affectio eſt. Primò quidem, cum dicit, Iniquitatem meam cognoui, & peccatum meum non abſcondi. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. Deinde in iis denarrandis modus, qui habetur in ſexto pſalmo, ſimiliterq; in aliis i- F tem vario modo, eáq; diſcenda ſunt ab Apoſtolo, quæ pro alterius peccato Corinthios ille feciſſe teſtatus eſt, cum dixit, quòd quę ſecundum deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem parit: & ſtatim poſt triſtitiæ proprietates adiunxit, Ecce enim hoc ipſum ſecundum deum contriſtatos vos eſſe, quantam in vobis peperit ſolicitudinẽ, ſed defenſionẽ, ſed indignationẽ, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed ęmulationẽ, ſed vindictam, in omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negocio. Ita vt ex his perſpicuum ſit, non ſolùm cõuenire à peccato diſcedere, & pro peccantibus

Pſal.31.a
2.Cor.7.d

peccatibus huiuſcemodi animi affectiones ſuſcipere, ſed ab ipſis etiam illis, qui peccãt recedere. Nam & Dauid hoc apertè demonſtrauit, cum dixit, Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et Apoſtolus præcepit, cum eo, qui huiuſmodi ſit, ne cibum quidẽ vnà capere nos debere. *Pſal.6 b* *1.Cor.5.d*

INTERROGATIO. CCXCVIII.

A NVnquid ratio concedat, vt quæ recta ſunt, ea fiant, prout cuique placet?

RESPONSIO.

Hier.17 a Qui ſibimetipſi placet, homini placet. Homo enim etiam ipſe eſt vnuſquiſque. Quemadmodũ igitur maledictus eſt homo, qui ſpem ſuam ponit in homine, & fulcit carnem brachij ſui: quod nihil indicat aliud quàm fiduciam ſuiipſius: quibus mox ſubiicit, Et à deo receſſerit anima eius: item quoque qui vt alij placeat, vel ex eo, quod ipſi ſibi placet, aliquid facit, is alienus eſt à cultu dei. Faciunt enim (inquit dominus) vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuam. Quin & Apoſtolus etiam prædicans dicit, Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Porrò aduerſus eos, qui tales ſunt, vehementior quædam fertur in ſacris literis comminatio dicentibus deum diſſipaſſe oſſa eorum, qui hominibus placent. *Matt.6.a* *Gal.1.b* *Pſal.52.b*

INTERROGATIO. CCXCIX.

B QVomodo perſuadere ſibi quis poſſit, ſe remotum eſſe ab ambitione?

RESPONSIO.

Matt.5.b Quotieſcunque domino obtemperauerit, qui dixit, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. itemque Apoſtolo præcipienti, ac dicenti, Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia ad gloriã dei facite, ita vt cultor dei nihil neque de præſenti, neq; de futura gloria laborans, ſed charitatẽ, quæ eſt erga deũ, rebus omnibus anteponens, fidẽter ſimul cũ his, quæ præmiſſa ſunt, dicere illud poſſit, Neque inſtantia, neq; futura poterunt nos ſeparare à charitate dei, quæ in Chriſto Ieſu domino noſtro. cũ ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Non quærere ſe gloriã ſuam. Et quòd qui à ſemetipſo loquitur, gloriã propriam quærit: qui autẽ quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt. *1.Cor.10.g* *Rom.8.g* *Ioan.8.f* *Ibidem.7.c*

INTERROGATIO CCC.

C QVæ eſt ratio conuerſionis, quum ſermo eſt de re, quæ oculis tangi non poteſt?

RESPONSIO.

Sanè ratio quidem conuerſionis declaratur in ea interrogatione, in qua quæritur, quæ teneri ratio debeat in conuerſione facienda à peccatis. Quòd autem ſermo ſit de re, quæ oculorum aſpectum fallit, meminerimus dictum eſſe à domino, Nihil occultum quod non poſtea ſciatur. &, Ex *Matth.10.c* *Luc.8.g* abundantia cordis os loquitur.

INTERROGATIO. CCCI.

QVid ſiquis dixerit, Conſcientia me non reprehendit?

RESPONSIO.

Hoc accidit etiam in morbis corporis. Siquidem multi ſunt morbi, quos non ſentiunt, qui in D illis ſunt. Veruntamen ij maiorem adhibent fidẽ medicorũ peritiæ, quàm ſuo ipſorum ſtupori. Similiter etiã in morbis animi, peccatis videlicet, licet quis ſeipſum non reprehendat, quòd peccatum ſuum non ſentiat, nihilominus tamen adhibere iis fidem debet, qui res eius peruidere melius poſſunt quã ipſe. Quod animaduertimus factum fuiſſe ab Apoſtolis, quo tempore cũ de ſua erga dominũ ſyncera animi affectione nihil dubitãtes, dici ſibi audiuiſſet, Vnus ex vobis me tradet maiorẽ domini verbis, quàm conſcientiæ ſuæ autoritatem tribuerunt, altercabanturque ac dicebant, Nũquid ego ſum domine? Sed apertius hoc ipſum videmus in Petro, qui cum ex vehementi humilitate miniſterium domini dei ac magiſtri ſui nollet admittere, tamen vbi illud audiuit, Niſi lauero te, non habes partem mecum: hiſce domini verbis ſumma adhibita fide, dicit, Non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. *Reſponſio per ſimile* *Mat.26.b* *Ioan.13.a*

INTERROGATIO. CCCII.

NVnquid de extrariis hominibus, iis qui in E indigentia poſiti ſunt, de fratrum mẽſa ſubueniri conueniat?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, Non miſſus ſum, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël: &, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere catellis: nequaquam neceſſe eſt, ea, quæ in eorum vſus attributa ſunt, qui conſecrati ſunt deo, temere ita in quoſuis impendi. Si verò id fieri poſſit, quod à muliere, quæ de fide laudatur, dictum eſt, videlicet, Etiam domine. nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. hoc poſitum ſit in arbitrio diſpenſatoris, adhibita eorum etiam ſententia, qui ſecundum ipſum in familia cæteris præſtantiores ſunt: vt ex eo quod abundat, Sol (ſicut ſcriptũ eſt) oriatur ſuper malos & bonos. *Matt.15.c* *Ibidem.* *κυνάριοις* *Matt.5.g*

INTERROGATIO. CCCIII.

NVnquid iis obedire conueniat, quæ ab omnibus in fratrum collegio dicantur?

RESPONSIO. F

Interrogatio hæc magnam habet difficultatem, ſiquis ei reſpõdere velit. Primum quòd manifeſtæ perturbationis indicium præbet, ex eo, quòd ab omnibus aliquid dicatur: cum Apoſtolus dicat, Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Et idem in donorum diſtributionibus, ſingulis qui loquuntur, proprios ordines aſsignauerit, cum dixit, Vnicuique ſicut deus diuiſit *1 Cor.14.f* *Rom.12.b* *ἀναλογία* *à menſura dationum.*

diuiſit menſuram fidei. Et in ſimilitudine mēbro-
tum corporis apertè demonſtret, eum, qui loqui-
Idem. tur, ipſum quoque viciſsim partem eſſe: apertiúſ-
que hoc idem etiam ac magis diſtinctè declaret,
cùm dicit, Siue qui docet in doctrina, ſiuè qui ex-
hortatur in exhortatiōe, & reliqua. Vt ex his per-
ſpicuum ſit, nequaquā omnia omnibus eſſe per-
miſſa, ſed vnunquenque in vocatione ſua manere
debere, illudq́ue quod ſibi à domino creditū ſit,
diligentius accurate. Quamobrem qui in familia
A cæteris præeſt, & vniuerſis, quæ facere illos opor
teat deſcribit, maiore quadam cum animaduer-
ſione huiuſcemodi adminiſtrare munus debet,
ſoliciteq́;, & vt par eſt, in ſingulis aduigilare, quo
pacto videlicet conuenienter voluntati dei, & ac-
commodatè ad naturam, & facultatem vniuſcu-
iuſque, habita communis vtilitatis ratione, mu-
nera ſingulis deſcribat, imperétve. Contrà verò,
qui ſub imperio ſunt, ij ſeruata diſciplina, obe-
dientiaque (quatenus eam tamen ſeruari conue-
nit) verborum meminiſſe illorū domini debent,
Ioan. 10. c Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cogno-
ſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam
do eis. memoriaque tenere eundem ſuperius di-
Ibidem. xiſſe, Alienum autem non ſequentur, ſed fugient
ab eo, quia non nouerunt vocem alienorū. itémq;
1. Tim. 6. a Apoſtolum dicere, Siquis aliter docet, & non ac-
quieſcit ſanis ſermonib' domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, ſu-
perbus eſt, nihil ſciens. & iis enumeratis, quæ in-
de naſcuntur poſtea adieciſſe, Abſiſte à talibus.
1. Theſ. 5. d itemq́ue alio in loco, Prophetias nolite ſpernere.
B Omnia probate, quod bonum eſt tenete, ab om-
ni ſpecie mala abſtinete. Ex quibus omnibus in-
telligitur, ſiquid ſit quod ex mandato domini di-
catur, aut cū mandato conueniat, in eo, licet mor-
tem cum minis intentatam habeat, nihilominus
tamen obedientiam ſeruari conueuire. Sin con-
trà, aliquid præter mandatū eſt, aut aliqua ex par-
te mandato aduerſatur, id licet angelus de cœlo,
aut de apoſtolis aliquis imperet, licet vitam pro-
mittat, aut mortem minetur, nullo pacto admit-
tēdum eſſe: cum Apoſtolus dixerit, Licet nos ipſi,
Gal. 1. b aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id,
quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.

INTERROGATIO. CCCIIII.

NVm quid pro his, qui traditi fratribus ſint, à
propinquis eorum, ſi dare aliquid velint, ac-
cipiendum ſit.

RESPONSIO.

Huius rei cura arbitriumq́ue eſto penes anti-
C ſtitem. Veruntamen in hoc ſi mea etiam ſenten-
tia exquiritur, exiſtimo magis cōſultum iri offen-
ſioni multitudinis, & ad ædificationem fidei fore
commodius, ſi repudientur huiuſcemodi mune-
ra. Siquidem ex illorum ſuſceptione primū illud
incommodum naſcitur, quòd ſæpenumero ob eā
rem malè audit fratrū reſpub. Deinde illud etiā,
quòd ad ſuſtollendos animos propinquorum il-
lorum, vnde allata illa ſunt, cauſam dant. Ad hæc,
quòd ſecundum id, quod dictum eſt ab Apoſtolo
de iis, qui in communi loco priuatas eſcas habe-
rent, & potiones, illud conſequitur, Confunditis
1. Cor. 11. e eos, qui non habēt, & huiuſmodi pleraque. Qua-
re cum ex ea re tot ſimul cauſæ ad peccatum na-
ſcantur, rectum eſt, ſi quæ ſunt huiuſmodi, ea non
accipiantur, & antiſtiti facultas detur, vt ſtatuat
ipſe, à quibus ſumi, & quæ ſumpta ſint, quomodo
diſtribui conueniat.

INTERROGATIO. CCCV.

NVnquid ab extrariis accipi aliquid conue- D
niat, vel amicitiæ gratia, vel cognationis quę
præceſſerit.

RESPONSIO

Hoc interrogatum eandem vim habet cū eo,
Nunquid à ptinquis aliquid accipi debeat.

INTERROGAIO. CCCVI.

QVa ratione aliquis aſſequi poteſt, vt ne men-
te vnquam diſtrahatur?

RESPONSIO.

Nimirum ſiquis excellentem electi viri Da- ἀπερίσπαστα
uid mentem illam induerit, qui de ſeipſo loquens Pſal. 15. c
ait, nunc quidem, Prouidebam dominum in cō-
ſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi,
ne commoueat. nunc verò, Oculi mei ſemper ad Pſal. 24. c
dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes Pſ. 122. a
meos. alias autem, Ecce ſicut oculi ſeruorum in
manibus dominorum ſuorum: ſicut oculi ancillæ
in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad domi-
num deum noſtrum. Atque vt minore exemplo
diſcamus, quàm accuratiore ſtudio, ſolicitudine- E
que in rebus maioribus ritè adminiſtrandis vti
nos conueniat, vnuſquiſque ſecum conſideret cū
animo ſuo, quomodo coram aliis ſe gerit, eſto æ-
quales ſibi illi ſint, quomodo omni in re vitare
reprehenſionem ſtudet, in ſtatu, in ambulatione,
in motu cuiuſcunque membri, in locutione etiā.
Quemadmodum autem quæ aperta apud homi- Argu. à minore.
nes ſunt, ea damus operam vt declinemus, item
quoque ac multo magis qui perſuaſum habeat ſe Pſal. 7. c
deum habere inſpectorem, ſcrutantem corda &
renes (ſicut ſcriptum eſt) & veram eſſe promiſ-
ſionem illam vnigeniti filij dei, Vbi duo vel tres Mat. 18. c
congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio
eorum ſum: itemq́ue ſpiritum ſanctum adeſſe mo
deratorem, & donorum diſtributorem, effecto- 1. Cor. 12. b
remq́ue: ſimiliter angelos cuſtodes vniuſcuiuſq;,
ſecundum id, quod dictum eſt à domino, Videte Mat. 18. b
ne contemnatis vnum de puſillis iſtis. dico enim
vobis quoniam angeli eorum in cœlo ſemper vi-
dent faciem patris mei, qui eſt in cœlis: Is longè F
maiore, ac vehementiore animi contentione la-
borat, vt pietatem ita colat, vt ne qua in re dei vo
luntatem offendat. Atque hoc modo mens ipſa
in officio vehementius ac diligentius confirma-
tur. Amplius, ſi illud etiam implere ſtuduerit, Be- Pſal. 33. a
nedicam dominū in omni tempore, ſemper laus Pſal. 1. a
eius in ore meo. Et item illud, Meditabitur in le-
ge domini die ac nocte. quo videlicet mens in
æquabili perennique meditatione, contempla-
tioneque voluntatum dei occupata, nequaquam
ſpatium

ſpatium inueniat, quoad futiles cogitationes poſſit aberrare.

INTERROGATIO. CCCVII.

NVnquid in pſalmodiæ, orationiſve inceptione viciſsitudine vtendum ſit?

RESPONSIO.

A Hoc in multitudine eorum, qui idonei ſunt, diſciplinæ ordinem ſeruato, ne res contempta, indifferénsve exiſtimetur: neque tamen cõtrà perpetua æqualitas in vna, aut altera perſona ſuſpicionem det ſuperbiæ illius, qui Antiſtes ſit, & cõtemptionis reliquorum.

INTERROGATIO. CCCVIII.

NVnquid in collegio fratrum cõueniat, vt qui aliquid dederit, ei par pari reſeratur? Et nunquid ex conuenientia eius quod datum ſit, referri gratia debeat?

RESPONSIO.

Hoc totum interrogatum humanum eſt. Si autem grati animi ſignum dandum ſit, in eo, penes quem diſtributio eſt, poſitum ſit arbitrium, & accipiendi ea quæ dentur, & gratiam referendi illi, qui det.

INTERROGATIO. CCCIX.

NVnquid cui ea contigerint vt faciat, quæ & conſuetudo fert & natura, is audere debeat ad ſanctorum communionem accedere?
B

RESPONSIO.

Rom.6.a Superiorem natura, & conſuetudine illũ eſſe demonſtrat Apoſtolus, qui in baptiſmo ſepultus ſit vnà cum Chriſto: qui quidem eo in loco, vbi
Col.1.a agitur de baptiſmo, quod per aquam fit, ea quæ ſupra dixerat, illud adiunxerit, Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Et alio in loco præcipiens dixerit, Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachorum ſeruitus, propter quæ venit ira dei ſuper filios incredulitatis. Atque alias etiam regu-
Gal.5.d lam ſtatuerit, cum dixerit, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Porrò ſcio ego ad hoc Chriſti virtute multos perueniſſe tam mares, quàm fœmi-
C nas ex vera in dominum fide. Quod vero in immunditia poſitus quiſpiam ad ſacroſanctam communionem accedat, id verò quàm vehementer formidandum ſit, animaduertimus etiam ex iu-
Mat.12.a dicio veteris Teſtamenti. Quòd ſi plus quàm templum eſt hic, ſine dubio terribilius videli-
1.Cor.11.g cet docebit nos Apoſtolus, qui dixerit, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.

INTERROGAIO. CCCX.

NVnquid in communi domo dominica cœna debeat celebrari?

RESPONSIO.

Quemadmodum ratio non permittit, vt vaſ vllum commune in ſancta introferatur, eodem modo etiam vetat ſancta, in domo communi celebrari: cum ex iuſſu dei in veteri Teſtamento nihil iſto modo fieri permittatur. Cum autem dominus dicat, Pluſquam templum eſt hic: & Apoſtolus item, Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Quid dicam vobis? Laudabo vos in hoc? Non laudo. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, & quę ſequuntur ſanè admonetur, non debere nos, neque communem cœnam in eccleſia manducare, aut bibere, neque dominicam in priuata domo in contumelia habere: extra quàm ſiquis, cũ neceſsitas poſcat, locum, ædémve elegantiorem deligat in tempore opportuno.

Soluit collationem. Mat.18.a 1.Cor.11.e D Pſ.144.b

INTERROGATIO. CCCXI.

NVnquid rogati ab aliquibus, ad eos viſitandi gratia abire nos conueniat?

RESPONSIO.

Omnino viſitandi officium vnum eſt ex iis, quæ grata ſunt deo. Veruntamen qui eo fungitur, is & ad intelligendum eſſe ſagax debet, & ad reſpondéndum prudens & illud facere, quod dictum eſt, Sit ſermo veſter ſemper in gratia ſale conditus, vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Illud autem, quempiam viſere vel conſanguinitatis, vel amicitiæ cauſa, alienum eſt à noſtra profeſsione. Col.4.a E

INTERROGATIO. CCCXII.

NVnquid viſitantes nos laici, ad orationem adhortandi ſint?

RESPONSIO.

Si ſunt amici dei, haud ab re eſt: cum ad eos Apoſtolus ſcripſerit, orate & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium dei. Ephes.6.c aliàs loquendi

INTERROGATIO. CCCXIII.

NVnquid viſitantibus nos aliquibus in opere faciendo pergere nos conueniat?

RESPONSIO. F

Eorum quæ ex mandato dei fiunt, nihil interrumpi debet, propter eos, qui ad nos humani gratia officij ingrediantur, niſi quæ peculiaris animæ quædam procuratio ſit, quæ ex mandato domini corporis induſtriæ debeat anteponi: cum in Actis ſancti Apoſtoli dixerint, Non eſt bonum nos derelinquere verbum dei, & miniſtrare menſis. Act.6.a

ANIMADVERSIONES aduerſus canonicos delinquentes conſtitutæ.

1 SIquis integra corporis valetudine orationes facere, aut pſalmos memoriæ mandare neglexerit, excuſans excuſationes in peccatis, hic à reliquorum conſortio ſegregator, aut hebdomadam vnam ieiunato.

2 Siquis de errato aliquo adhibita charitate corA ripiatur, & correptiooem non admittat, ſumma cum ſulicitudine obſecrans, ac propter ea, quæ deliquit, ignoſci ſibi poſtulans, hic quoque hebdomadam vnam à reliquorum ſocietate excluditor.

3 Siquis alicuius alicui peccati conſcius fuerit, neque illum correxerit, aut pacificè, & adhibita Chriſtiana charitate corripuerit, ſed cum perturbatione animi, veluti fratrem potius triumphans, quàm cauſam morbi tollere ſtudens, hic quoque vnà cum eo, qui de peccato caſtigabatur, hebdomadas duas à reliquorum cõſortio abeſſe cogitor: quia vt inimicus, non autem vt frater corripuit.

4 Siquis quæ facere poſſit, à fratre iuſſus, contumelioſè ſe, aut contumaciter gerat, neque adhibita omni, quæ eſt in Chriſto lætitia, obtemperet, tãquam qui præſidens in ſuo abundet ſenſu, ſimiliter hebdomadam vnam ſegregator. πληροφο-ρῶν, ἑαυτόν.

B 5 Siquis futiliter garriat, aut in ſermone facetias conſectetur, neque adhibito timore ac tremore doctrinam beati Apoſtoli, & Eángeliorum conſeruet, nihilominibus hic etiam hebdomadam vnam ſegregator.

6 Siquis præter Etiam, & Non, iuſiurandum aliud det, & ipſe hebdomadam vnam ſegregator.

7 Siquis fratri alicui peccati alicuius conſcius fuerit, & id diſſimulauerit, poſtea autem exprobrauerit, veluti traducendi cauſa, ſimiliter hic quoque tanquam malo alterius minimè indoleſcens & qui inſultans delectetur potius, à reliquorum conſortio hebdomadam vnam ſegregator.

8 Siquis alicuius alicui peccati conſcius ſit, & illum negligenter ferre animaduertat, ac non adhibita cordis contritione, multíſque lacrymis deum ſibi propitiũ facere hortetur, & admoneat ipſum, vt pœniteat, & opera pœnitentiæ digna præ ſe ferat. Si autem his ita ſeruatis, nihilominus tamen ille ſalutem ſuam negligat, qui eiuſmodi eſt, is ex cõuentu prorſus exterminator. Modicum enim fermẽtum totam maſſam corrumpit. 2. Col. 5. b

C 9 Siquis præterquam vbi neceſſarij vſus poſtulent, extra egrediatur, ac temere diuagetur, qui huiuſmodi eſt, ſegregator, vt quieſcant domi pedes eius, ſicut ſcriptum eſt,

10 Siquis temere iracundia elatus fuerit, ac non actutum fratrem rogauerit, quem offenderit, vt peccatũ ſibi, quod in ipſum peccauerit, condonet, hic ſimiliter hebdomadam etiam vnam ſegregator.

11 Siquis contumelia aliqua à fratre affectus fuerit, & à conuentu rogatus, peccatum non condonarit, memoria tenens eum qui dixit, Siquis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut & dominus donauit vobis, ita & vos. & hic ſimiliter à cæterorum conſortio hebdomadam vnam ſegregator. Col. 3. b

ANIMADVERSIONES aduerſus canonicas delinquentes conſtitutæ.

D

1 QVę iuſiurandum quoduis dederit, hebdomadas duas ſegregator.

2 Quæ de natu maioribus alicui maledixerit, quibus adminiſtrandi res monaſterij cura mandata ſit, hebdomadam vnam ſegregator.

3 Quæ aduerſus ſororem aliquid dicat, eo conſilio, vt ipſam criminetur, hebdomadam vnam ſegregator.

4 Quæ cõtumelia quauis aliquam affecerit, hebdomadam vnam ſegregator.

5 Quæ pręter natu maiores eas, quibus commiſſa monaſterij adminiſtratio ſit, aduerſus ſororem abſentem ſuſurrare aliquid animaduerſa fuerit, ſegregator hebdomadam vnam.

6 Quæ nulla cogente neceſſitate, intempeſtiua illata ſermocinatione futiliter garriat, ſegregator hebdomadam vnam.

7 Quæcũque ſcurrilitatem in ſermone adhibuerit, aut immodeſtum riſum, hebdomadã vnam ſegregator. E

8 Quæcunque in opere miniſterlj occupata, & neceſſarium præ manibus munus habens, clamoſè, procacitérve proximam appellarit, hebdomadam vnam ſegregator.

9 Quæcunque reprehenſam aliquam delicti alicuius ab iis, quibus gubernatio, & rerũ faciendarum commiſſa moderatio ſit, defendit, hebdomas duas vnà cum ea, quam defendit, à reliquarum conſortio ſegregator.

01 Quæ cum extrario aliquo, eorũ qui intrò ingrediuntur, ſermonem contulerit, ante quàm ei ab ea permiſſum ſit, cui moderandę diſciplinæ ſumma tradita autoritas ſit, hebdomadam vnam ſegregator.

11 Quæ in difficultate rerum ad vſum neceſſariarum, aut in operibus faciẽdis fatigatione, murmurare animaduerſa ſit, ſegregator hebdomadam vnam.

12 Quæ imperio aduerſatur illarũ, quibus regendi prouincia tradita eſt, ſegregator hebdomadam vnam.

13 Quæ contemptim, hoc eſt, reſtitans, leniéque iuſſum (vt par eſſet) non expleat, hebdomadam vnam ſegregator. F

14 Quæ exquiſitè ornare ſe velit, poſt vnam, & alteram correptionem, corã antiſtite arguitor.

15 Quæ ſine ſententia illarum, quibus delata diſciplinę moderatio eſt, ad matrem ſuam, aut ad ſororem abierit, hebdomadam vnam ſegregator,

16 Quę nutu oculi, aut prauo aliquo geſtu proximam

mam offenderit, ſegregator hebdomadā vnā

17 Quæ dimiſſis ſynaxibus ſermonem cum extraria muliere aliqua cōferat, ſegregator hebdomadas duas.

18 Quæ iniuſſu illarum, quibus regendi tradita prouincia eſt, ab vno opere ad aliud trāſeat, ſegregator hebdomadam vnam.

19 Quæ irrogatam ſibi multam reijciat, contumacitérve contrà reſpondeat, aut murmuret, non intelligens quid ſibi ex correctione vtilitatis naſcatur, ſegregator hebdomadas duas. A

Parænesis ad Lectorem.

Poterant his aliæ adlegi animaduerſiones numero quadragintanouē, niſi eas in poſtremum pene reieciſſet locū exemplaris Græci recognitor aut excuſor. Quatenus datur coniectura aſſequi, in cauſa fuit, quòd authoris nullius proferrent nomenclaturā, cui certius ceu domino aſſeri poſſent. Sunt enim ἀνεπίγραφα καὶ ἀδέσποτα τὰ ἐπιτήμια. *Quarè locum illum adito, qui proximus eſt operi: De vera & integerrima virginitate.*

B

CONSTITVTIONVM MONAſticarum, tam ad eos, qui in ſocietate, quàm ad illos qui ſolitariam vitam agunt, pertinentium, Index.

1 QVòd oratio debet omnibus rebus anteponi.

2 De moderandis agitationibus animi, & quòd corpus malum non eſt, vt quidā putauerunt.

3 Quòd non temere in colloquium veniendum eſt cum mulieribus.

4 Quòd ad vires corporis accōmodari abſtinantia debet, & quòd honeſta, ac legitima res eſt corporis in opere faciendo exercitatio.

5 Quòd opera illa conſectari monachus debet, quæ profeſſioni ipſius aliena non ſint.

6 Quòd non debet monachus temere cum quibuſuis ſermonem conferre.

7 Quòd neque ſine cauſa, neq; crebro exire extra monaſterium monachus debet.

C 8 Quòd locum identidem demutātibus monachis, neque liberè loquendi, neque ſimiliter aliud quippiā agendi fieri poteſtas debet: contráque quod vitandi ſunt, qui tales ſunt.

9 Quòd clerum, gubernationémve fratrum nullo modo appetere monachus debet.

10 Quòd ad recta ſtudia cōſectanda neutiquam commouere nos debet cupiditas inanis gloriæ.

11 De idoneo ad loquendum tempore.

12 Quòd in ſermone ſuo ſales ſectari monachus non debet.

13 De animi facilitate, & quomodo charitas cōflatur.

14 De prudentia.

15 De fide & ſpe.

16 De animi ſubmiſſione.

17 Quot modis prauæ in animo cogitationes oriantur. D

18 Ad canonicos vitam communiter in ſocietate degentes.

19 Quòd qui ad religioſam vitā accedit, ad eam cum ſtabili iudicio debet accedere: & de obedientia.

20 Quòd qui ſemel religioſam vitam ingreſſus ſit, is neutiquam illorum ſectari familiaritates debet, qui in communi vita verſantur, neque de rebus ipſorum ſolicitudinem omnino vllam ſuſcipere.

21 Quòd nullo modo à ſpirituali fratrum cœtu ſeparare ſe aliquis debet.

22 De obedientia vberius.

23 Quòd quævis ſordidiſſima etiam opera ſumma cum alacritate faciēda vltro ſuſcipere monachus debet.

24 Quòd nullo modo debet ſe monachus in quærendis honoribus aut dignitatibus occupare.

25 De moderatione ac ſimplicitate in cibis ſectanda.

26 Quòd ad perfectionem contendēnti nihil obeſſe poterit è monaſterio in publicum proditio.

27 Quòd nullum ſeorſum priuatum habere monachus negocium debet. E

28 Quòd qui cæteris præeſt, is adhibita paterna charitate, rebus eorum qui ipſi ſubiecti ſint, debet conſulere.

29 Quòd in cōuentu monachorum, duorum vel trium fratrum coitioni eſſe nullo modo locus debet.

30 Quòd nullo modo veſtimentorum, calceamentorúmve delectionem ſectari monachus debet.

31 Quòd debet, qui cæteris fratribus præeſt, pro rata virium corporis cuiuſque portione imperare, quæ imperat: & de iis, qui malicioſè vires ſuas occultant.

32 Quòd neutiquam dolere cæteri fratres debēt, ſi cum iis, qui imbecillioribus viribus ſint, agi clementius videant.

33 quòd monachis iis, qui à ſuorum ſodalitio deſciuiſſe deprehenſi ſint, nullo modo debent, qui conuentibus fratrum præſunt, loquendi liberè poteſtatem vllam facere, aut in eādem F ſecum vitæ communionem recipere.

34 quòd qui communem cum cæteris vitam monachus agit, is nihil, quod ad pecuniam pertineat, penes ſe debet retinere.

BEATI PATRIS BASILII
MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAENSIS.

CONSTITVTIONES MONASTICAE,

Tam ad eos, qui in ſocietate cum cæteris, quàm ad eos, qui A D *ſolitariam ipſi ſeorſum vitam agunt, pertinentes.*

CAPVT. I

SAepenumero, veluti qui eã, quæ eſt ſecũdum Chriſtum, pholoſophiam amplexus ſis, cupiditatibusq;, ac voluptatibus, & vitæ huius curis contemptis, ſtudium in eã rem tuum contuleris, vt à prauis, quæ à carnalibus iſtis proficiſcuntur, affectionibus, te quàm fieri poſſet maximè cogitatione abduceres, auocatéſque, de hoc mecum agens quæſiuiſti, quam cõficiendo inſtituti tibi atque adeo initi iam certaminis curſu rationem te ſequi oporteret, quomodoq́ue cupiditatum illarum, quæ à corpore profectæ, ſe ad animum inſinuare ſolitæ ſunt, laqueos declinares, & quid primo potiſsimum cauere deberes, & quid item deinceps, ſimiliterque, quid ſtudioſè conſe-B ctari: quo videlicet & rebus prauis atque à vero abhorrentibus declinandis & rectis cũſectandis, eadem opera & vitia fugeres, & honeſtis virtutũ officiis fungerere. Saneq́ue poſt illud etiam poſtulaſti, vt literis meæ de hac re tibi ſententiæ explicationem mãdarem. Sane nos quoque ea res impulit, vt neutiquam honeſtũ huiuſcemodi ſtudium tuum negligendum putaremus, ſed contra potius quantum viribus conſequi poſſemus, admonitis dandis, fulciremus, conſtabiliremusq́ue: neq; id, vt qui parem omnino propoſiti argumẽti dignitati, orationis facultatem allaturos nos ſperaremus, ſed ne quam haberemus, eam ſilentio, veluti quodam terræ tumulo obrueremus, atque hoc modo denunciatum intentatũmve ei, qui humi talentum defoderat, ſupplicium euaderemus. Enimuero cauſa quidem, quam prætexere ſoleãt homines dum ſe totos cupiditatibus, voluptatibusq;, ac vitæ curis huius immergunt, coniugium eſt vt plurimũ. Neq; enim vehementior vlla, violentiórve hominum corporibus inſita reperiri libido poteſt, quàm maris cum fœmina, & fœminę viciſsim cũ mari coniunctionis appetitus (neque id mirum omnino. Cum enim is mortalium ge-C neri ad propagandam ſobolem diuinitus eſſet datus, conſentaneũ fuit, vt quod omnium in ſe functionum caput cõtineret, huic vehementior etiã, quaſi impetus vis quædam eſſet adiuncta) ſimiliterq́ue neque curæ vllæ, quæ accidere hominibus ſoleant grauiores, quàm eæ, quæ à coniugio profectæ gregatim innumerabiles penè aduolant: cũ Paulus dicat, Qui cũ vxore eſt, ſolicitus eſt de iis, quæ ſunt mundi curarum ſarcina degrauatus. Etenim qui ſolus eſt, hic eã vnam tantummodo neceſsitatẽ habet, vt ſibi, & rebus ſibi & corpori ſuo neceſſariis prouideat, quãquam hanc ipſam etiã, ſi velit poſsit negligere: quippe cum haud magno hoc negocio indigeat, vt hoc ſibi impetret vnuſquiſque. Qui verò coniugis ac liberorum ſemel curam ſuſceperit, hic ſine dubio, cũ ipſe ſui iuris amplius nõ ſit, neceſſario illa adigitur facere, per quæ voluntatibus vxoris mos geratur, & in filiorum curatione occupatus, infinitas cogitur curas exhaurire: quas profectò, ſi ſingulas velim exponere, longior ſim, quàm hoc loco neceſſe ſit. Qui igitur à mundi vinculis eſſe liber gliſcit, hic cõiugium veluti compedes quaſdam profugit, & deo vitam ſuam conſecrauit, & caſtitatẽ profeſſus eſt, ea re, ne ſibi amplius liberum eſſet vxorem ducere, ſed aſsidue vſque pro tenenda caſtitate aduerſus naturam decertaret, & naturæ impetus illos, qui omniũ habentur acerrimi. Qui enim eiuſmo-E di eſt, hic cum deum vnicè ſibi amandum propoſuerit, & eius ab omnibus perturbationibus vacuitatem aliquatenus ſaltem, quantum poſsit, cupiat conſequi, & ſpiritualem puritatem, tranquillitatemq́ue mẽtis & ab omni intemperie ſubmotam placiditatem, & quæ ex his naſcuntur, lætitiã & gaudium opter deguſtare, in eo elaborat, vt ab omni concretione materiæ, corporaliq́; affectione animum turbulenter exagitante longiſsimè cogitationes abducat ſuas, & cœleſti lumine citra vllam ſacietatem largiter hauſto, puro neq; vmbra vlla præpedito mentis oculo res diuinas vndique contemplatur. Is autem vbi ad huiuſmodi habitum, ſtatumq́ue hoc modo animum ſuum iugi exercitio deduxerit: deo, quatenus dei ſimilitudinem mortalis poteſt attingere, ſimilis efficitur, ab eoque ſummè & diligitur, & charus cum primis habetur: vt qui factu difficilimum certamen confecerit, & mente ab omni penitus materiæ contagione, ac corporea labe expedita, atq; pura affectionum iſtarum effecta familiariter cũ deo congredi potuerit. Proinde qui per eam, quã dixi, exercitationem, ad huiuſmodi habitum peruenerit, hic flagitioſiſsimè, ac peruerſiſsimè fecerit, F ſi voluptatum blanditiis delinitus, ad carnis vitia denuò delabatur, & ſi ſuſcipiendis quæ inde ſurſum aſcendunt exhalationibus animi oculos ſibi veluti craſsiſsima quadam nebula offuſos eſſe patiatur, vellicataq́; ab libidinum fumo mẽtis acie, excidat à contemplatione rerum diuinarũ.

ἔγγραφος ἔκθεσιν.

Collatio.

1. Cor. 7. f

Coniugium, curarum [illegible] & compedes.

Attẽdat vocum caſtitatis [illegible].

Quòd oratio debet omnibus rebus anteponi.

CAP. II.

Omnis

OMnis actio, charisſime, omnis item ſermo ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis virtutisque obeundæ regula eſt. Propter hoc enim etiam humanam naturam ſuſcepit, vt in ſe, velut in tabula quadam veram nobis pietatem ac virtutem depingeret, eamq́; omnibus nobis, maribus ſimul ac fœminis ante oculos ſtatutam, vnicuique pro viribus imitandam ceu Archetypon proponeret. Neque enim alia de cauſa ille corpus A noſtrū gerit, niſi vt quoad fieri poſsit, nos ad imitanda vitæ ipſius ſtudia nos conformemus. Quapropter tu quandocunq; vel factum ipſius audieris memorari, vel dictum, ea nolito negligenter, & tanquam aliud agens audire: quin ſtude potius, vt mente tecum ipſe cogitando, rimandoque ad eorum profundum peruenias, eorumque quæ ibi opertè traduntur, particeps fieri cōtende. Etenim Martha quidem hoſpitio dominū ſuſcipit: ad eius verò pedes aſsidet Maria. laudandū ſanè in vtraq; ſorore ſtudium. Cæterum tu res diſtinguito. Nā Martha ipſa in miniſterio occupata, ea parabat, quæ hoſpitis corpori futura erant neceſſaria. cōtrà Maria, cum ad pedes illius aſsideret, audiendis, quæ ab eo dicebantur, vacabat. Sic altera domini partem illam, quæ tāgi aſpectu poterat, reficiebat: altera parti illi, quæ occulta cerni non poterat, conſulebat. Verè enim qui aderat, is & homo erat & deus, idem dominus ambarū mulierū ſtudiū approbabat. At Martha cùm labore nimio delaſſaretur, dominum rogabat, vt ad ſe in ſuſcepto munere adiuuādā, ſororem vellet adhortari. Dic enim illi tu, inquit, vt ſurgens ſimul mecū miniſtret. Cui dominus, Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria autem optimam partem elegit, quæ B non auferetur ab ea. Neque enim ea fuit cauſa, quamobrem huc veniremus, vt in toris ſupini recumberemus, neque vt ventrem expleremus: ſed ob eam rem hîc ſumus, vt paſcamus vos verbo veritatis, & myſteriorum contemplatione. Ita dominus neque illam ab ſuſcepto miniſterio eſt dehortatus, & huic laudem tribuit, quòd quæ diceret, attentius auſcultaret. Agedum igitur per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito. vnum quidem inferioris notæ, nēpe quod in craſsioribus ſe obeundis vitæ huius muneribus occuparit: quanquam ipſum quoque mirificè commodum eſt. alterū nobilius, & cum ſpiritu magis coniunctum, nimirum quod ſeſe ad arcanas res cōtemplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, ſpiritui conuenienter interpretare, & vtrumuis magis placuerit, deligito. Et ſi miniſtrareuis, in nomine Chriſti miniſtrato. Ipſe enim dixit, Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nam ſiue hoſpites recipis, C ſiue mendicos reficis, ſiue dolentium miſericordia cōmoueris, ſiue neceſsitate aliqua calamitatéve oppreſſos auxiliari manu ſubleuas, ſiue aduerſa valetudine laborantibus inſeruis, omnia iſthæc officia perinde Chriſtus habet, ac ſi in ipſum propriè cōferrentur. Quòd ſi mauis Mariam imitari, quæ ſpreto corporis obſequio, altius ad rerū diuinarum contemplationem aſcēdit, legitimè, & vt par eſt, verè negocium tractato, corporis curam abiicito, agricolationē deſerito, apparatus etiam epularum, & obſoniorū aſpernator, & ad domini pedes aſsideto, & quæ ille dicat, auſcultato, vt arcanorum diuinitatis particeps efficiare. Siquidē officiis iis, quæ corpori impenduntur, potior eſt dogmatū Chriſti contemplatio. Accepiſti igitur charisſime exempla, & vnà etiam rationem, vtramuis, ſectare: aut videlicet egentium miniſter eſto, aut Chriſti dogmatū ſtudioſus inueſtigator. Quòd ſi vtraque ſimul potes imitari, vtrinq; omnino ſalutis fructum reportabis. Cæterùm præcipuum ſpiritualis doctrina locū tenet, reliqua ve- D rò omnia in ſecundis conſiſtunt. Maria enim, inquit, optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Proinde ſi tibi quoq; in animo fuerit Chriſti arcanis imbui, & ad pedes illius aſſederis, & Euāgeliū ipſius ſuſceperis, totam ibi rem deſeres familiarem tuā, & vacuus ab omni ſolicitudine degens, corporis proprij etiam obliuiſcēre, atq; hoc modo in cōtēplationibus verſans, familiarius cū eo colloqui poteris, vt Mariam ita imitēre, & ſupremæ gloriæ fructum conſequare. Porrò quandocunq; oras, caue diligenter, ne quæ petis, peruersè petas, & aduerſum te dominum irrites, non pecuniam, non gloriam humanā, non vt agas pro poteſtate, non aliud quippiam ex numero eorū, quæ cito præteruolant. ſed pete regnum dei, & quæ ad vſum corporis pertinent, omnia ille tibi ſuppeditabit, quemadmodū ipſe dominus dicit, Quærite primum regnum dei, & iuſtitiā eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Duplex eſt autē charisſime orādi modus: quorū alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſsione cernitur: alter in petitione, qui quidem priori ſubiicitur. Cum oras igitur, nolito confeſtim ad petitionem accedere: quòd ſi hoc non facis, indicio es ipſe de volūtate tua, te ſcilicet, quòd neceſsitate vrgearis, deo pre- E ces adhibere. Quapropter quandocunq; inſtituis orare, coniugem, liberos, teque adeo ipſum relinquito, à terraq; procul abſcedito, cœlumq́; ſuperato, & naturas omnes tam quæ cerni, quàm quæ cerni non poſſunt, relinquito, & ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit. cumq; in eo ſatis fueris cōmoratus, non mente vaga, neq; huc, illúcve temere deerrante, neq; (vt Græcorū mos eſt) fabulas garriens, ſed de ſacroſanctis literis carpens, quæ dicas, dic, Gratias ago tibi domine propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominū culpis facilitatem tuā, qui peccātem me quotidie patientia tua ſuſtines, & ad reſipiſcendū omnibus nobis poteſtatem facis. Propter hoc enim taces, & nos ſuſtines domine, vt tibi gratias agamus, qui ſalutē generis noſtri, modò terrēdo, modo leniter exhortando moderatis, quique per prophetas primò, poſtremò etiam per aduētum Chriſti tui nos viſitaueris. Tu enim finxiſti nos, non autē ipſi nos. tu es deus noſter. Vbi verò iam F ſatis gratias egeris, Deumque petitis è diuina ſcriptura laudibus glorificaueris, tum iterū adhibita humilitate, ordire, ac dic, Equidem non ſum dignus domine, qui corā te verbum faciam, quoniā vehemēter peccator ſum. & licet nullius tibi culpæ cōſcius ſis, nihilominus tamen ita te oportet dicere. Etenim cùm multis in rebus offendamus omnes, maiorem tamen offenſarū partem ne intelligimus quidē. Iccirco Apoſtolus dicebat, Nihil mihi cōſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. quod idem eſt ac ſi diceret, Multa delicta cō-

Lu. 9 g

Mat. 25.d

Per Mariā & Marthā duo vitæ genera.

Matt 6.d

Orandi modus duplex.

Baſilij oratio memorabilis.

1. Cor. 4.a

mitto, quæ committere me nõ iotelligo. Propter (Pſal. 18.d) hanc cauſam etiam propbeta ait, Delicta quis iotelligit? Quare nihil mentitus ſis, ſi te peccatorẽ appellaueris. Nam ſi intelligis, vel boc ipſum pec- (Luc. 17.c) cas, quòd te peccatorem negas. Quio potius ſic dicito, Peccatis peccatores omnes vinco domine, nempe qui diuinum præceptum violem, quo iubemur, vt cum omnia fecerimus, inutiles oos ſeruos appellemus, nimirũ qui ea præſtiterimus, quæ præſtare debebamus. Io hac aſsiduè cogitatione eſſe te oportet, te vt eſſe ioutilem credas, & aſsiduè præceptum illud memoria retinere, Hu- (Philip. 2.a) A militate inter vos alij alios ſuperiores vobis arbitrantes. Cum timore igitur, humilitateque deum orato. Vbi verò verbis humilitatem tuam ſatis oſtenderis, dixerisque, Gratias ago tibi domine, quòd peccãtem me tandiu patiẽtia tua ſuſtinuiſti, & io hodiernũ vſq; diem nullas à me peccatorum meorum pœoas expetiſti. Equidem domioe ioſita iampridem cõmeritus eram ſupplicia, dignúſque eram, qui longiſsimè à conſpectu abpellerer tuo: verum tua me patientiſsima lenitas peccantẽ clemẽtiſsimè ſuſtinuit. Gratias inquam ago tibi, tametſi ad parem tuæ io me clementiæ gratiarum actionem haudquaquam eſſe me idoneum intelligo. Simulac verò ambabus hiſce partibus ſatisfeceris, gratiarum actionis videlicet, & humilitatis, tum demum quod petere debes, petito: noo diuitias (vt aotè dixi) neq; terrenam gloriam, nõ ſanitatem corporis (Ipſe eſt enim qui te creauit, ipſi curæ eſt incolumitas tua, neq; non probè iotelligit, quàm è re cuiuſque ſit, vel bene valere, B vel male) ſed quemadmodum iuſſus es, regnum cœlorum pete tantũmodo, & neceſsitatibus corporis tui ipſe (vt dixi) prouidebit. Munificentiſſimus eſt enim idem & auguſtiſsimus rex noſter, & iodignè fert, quandocuoque quis exiguum à ſe aliquid petit, quandocunque quis ooſtrum de rebus ipſum minimè ipſi cõuenientibus rogat. Noli igitur illum tibi oratione tua iratum facere, ſed ea petito tibi, quæ digna ſunt & rege & deo. Hæc autẽ petens ab eo, ne prius receſſeris, quàm quod petis, impetraueris. Non enim fieri oportere in euangelio ſuiudicans dominus dicit, Quis ex vobis habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte, (Luc. 11.b) & dicet illi, Amice cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod appooam ei: & ille deintus reſpondẽs dicat, Noli mihi moleſtus eſſe iam hoſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, oon poſſum ſurgere, & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit, pulſans, dico vobis, etſi ooo dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot babet neceſſarios. Hoc autem exemplum iccirco nobis proponitur à domino, vt in fide acres ac pertinaces eſſe oos doceat. Exemplum enim ab C homine ad aliũ hominẽ ſumit, vt intelligas nulla laboris fatigatione debere te à ſuſcepto propoſito deſiſtere, vt videlicet quandocunq; aliquid petieris, neq; impetraueris, tandiu perſeueres, quoad impetres. Si tamen (vt ſuprà dixi) ea petas, quæ volũtati dei oon repugnent. Neque verò tecũ tacitus dixeris, Peccator ſum, & propterea nõ exaudior. Vt enim diffidẽtiæ ille ubi cauſam omoem præcideret, illud adiecit, Et ſi oõ dabit illi ſurgẽs, eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatẽ tamen eius dabit illi quotquot haber oeceſſarios. De cætero autẽ & ſi menſis præteriit, & ſi annus, & ſi trienniũ, & ſi quadriennium, & ſi anni cõplures acriter perſeuerato tamen, donec impetres. ſed poſtula cũ fide, neq; iocerea rectè vnquã viuere intermiſeris. Incidit enim pleruoq;, vt pudicitiam quis quandiu adoleſcens fuit, cooſtanter retiouerit, tum latenter inſinuaote ſe voluptate naturales libidines excitaotur, oratio languidior efficitur, iuuẽtuti vioũ ſuperiniicitur, actum eſt de pudicitia, idem deniq; noo eſt homo, qui erat antea. Hoc modo exiſtere in hominibus mutatiões D ſolent, ſiquis noo generoſo animo vitioſis iſtiuſmodi affectibus obſtiterit, & quantum in ipſo ſit non omnia præſtiterit, & ad deũ vociferans, opẽ ſibi illius implorauerit. Si eoim libidinib' ſe quis ex ignauia dediderit, ſequemet ipſe volens boſtibus ſuis prodiderit, hunc nullo modo deus neq; adiuuat, oeq; exaudit, quippe cum prior ipſe vitio ſuo à deo ſe alienauerit. Qui enim à deo ſe optat iuuari, is oũquam deſerit quod ſe addecet, officiũ ſuũ. qui autem hoc facit, is diuioo auxilio ounquã deſtituitur. Quapropter danda in eo opera eſt, ne vlla in re cooſcientia ooſtra nos cõdemoet, tum, vbi hoc fecerimus, implorandũ eſt diuioum auxiliũ: imploraodũ aũt non lentè, nõ mẽte huc illucque remoere abertante. Qui enim ſic facit, is tantũ abeſt, vt impetraturꝰ ſit, quod petit, perficiet priꝰ vt ſibi dñs iraſcatur. Etenim ſi qui corã priocipe aliquo ſtat, & ipſum alloquitur, magno cũ metu ſtat, & cùm corporis extrinſecus, tum mẽtis etiã iotrinſecus attentos oculos tenet, periculi metu: E quanto tandem maiore cũ metu trepidationeque cenſendũ eſt oportere nos ſtare io cõſpectu dei, tota meote in illũ vnũ iotenta, neq; vſquam alioꝛ cum ipſe oon hominis partem illã modò, quæ foris apparet, vt homines faciũt, ſed illam etiã, quæ intus occulta oculorũ aſpectum fallit, clariſsimè peruideat. Si igitur ſic, quemadmodũ decet, ſteteris corã deo, & quæ in te ſunt, omnia pro viribus præſtiteris, perſta, donec omoino tandem impetres, quod petis. Sin conſcientia te tua condẽnat, tanquam qui oeglıgẽtius rem tractes, & ſi in oratione aliud agens animo minus attento ſtes, cum poſsis omnem abs te repellere diſtractionem, ne præfidentior auſis cooſiſtere corã deo, ne fiat tibi oratio tua in peccatum. Si verò propterea, quòd (Pſal. 108.a) à peccato debilior factus, hoc à reipſo impetrare non potes, quin interim dũ oras, animo ac meote diſtrahare, enitere contrà quantum potes, & ipſe tibimetipſi vim affer, & corã deo ſtare perſeuera, mentemque tuam in illum defixam tene, ipſamque ad ſeipſam aduoca. Si ita feceris, ignoſcet tibi deus, quoniã non ex contemptiooe, ſed ex infirmitate, eo modo, quo conueniret, coram deo ſtare noo vales. Hoc modo ſi tibimetipſi vim feceris, teque ad omne opus bonum paraueris, ne de- F ſtiteris prius, quàm illud impetres, quòd rogas, Sed patienter fores eius pulſa, dum petis. Omnis (Luc. 11.b) enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Quid enim eſt aliud, quod velis impetrare, niſi ſalutem tantũmodo, quæ eſt ſecundum deum? Scire vis chariſsime, quo pacto olim patienter ſancti viri expectare ſoliti eſſent, neque deſperationi ſe darent. Abraham deus; cum

cum iunior eſſet, vocauit, & è terra Aſſyriorum in
Gen. 17. b Abrahæ in deum fides. Palæſtinorum fines tranſtuli, cum ei dixiſſet, Ti-
bi dabo terram hanc, & ſemini tuo poſt te: & ſi-
cut aſtra cœli, ſic erit ſemen tuum, quod numera-
ri non poterit. Multorum deinde annorum iam
numerus effluxerat, naturaliſque ioco iã ad pro-
creandum vis erat extincta, & iamiam moriendi
tempus inſtabat, neque tamen ille cum hæc hoc
modo ire animaduerteret, dixit vnquam, Domi-
ne ſemper tu mihi filios promittis, & gentiũ mul
tarum futurum me patrem prænuncias. Natura-
les in me ad creãdam ſobolem motus exacta iam
[illegible] ætas extinxit: & Sara vxor mea ſenio cõfecta am
A plius iam per annos parere non poteſt: proinde
fallax eſt promiſſum tuũ. Quam enim vetuli duo
ſubulis habere ſpem poſſumus? Neutiquam hæc
ille dixit, potiúſque nec cogitauit quidem, ſed fi-
de immobilis permanſit: cúmque ætas quotidie
magis ac magis ad maius ſenium declinaret, nihi
lominus excitabatur in eo tamen ac veluti iuue-
neſcebat ſpes, & collabente corpore, & deſpera-
tionem afferente fides ipſi & animo ſimul & cor
pori vires addebat. Sic enim ſecum cum animo
ſuo cogitans ipſe dicebat, Deus eſt qui promiſit,
ipſe eſt dominus naturæ, & aliter quàm quemad
modum ille promiſit, res cadere non poteſt, ipſe
eſt, qui quæ ſua ſponte fieri non poſſunt, vt fieri
poſſint, facit. Omnium enim rerum potẽs eſt, &
arbitratu ſuo cuncta commutat. Hanc tu Abrahæ
fidem imitare. Igitur quum naturæ lo eo iam vis
defeciſſet, & innati ad procreandum motus in eo
eſſẽt extincti, tum demum viuum dei promiſſum
apparuit. Hæc tu tibi imitãda exempla propone.
Nos verò annum oramus, & deſiſtimus poſtea:
biennium ieiunamus, & ieiunãdi poſtea facimus
B finem. Nolimus igitur animũ ad dei promiſſum
deſpondere. Qui enim illi promiſerat multiplica
turum ſe ſemen illius, idem quoque promiſit no-
Mat. 11. d bis daturum ſe quicquid ab eo peteremus. Simili
térque ille etiam eſt, qui dicit, Venite ad me om-
nes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam
vos. Etenim cùm ab eo lõgius abeſſes, laboraréſ-
que, & grauiſſima peccati ſarcina eſſes oneratus,
miſericordia motus leuandi tibi oneris cauſa, &
requietis in poſterum largiendæ, te ad ſeipſum ac
cerſiuit, & tu ei fidem non habes? Atqui licet tace
re velimus, ab ipſa tamen noſtra ipſorum argui-
mur conſcientia. Neque enim propterea ipſi fidẽ
abrogamus, quaſi nos reficere non poſſit: ſed iu-
gum eius ſupra nos tollere recuſamus, ſuaue illud
& leue: pigétque nos ingredi per anguſtam portã
in regnum cœlorum, potiúſque geſtare malumus
ſarcinam peccatorum, & per voluptatis libidines
[illegible] latam viam tenere, & per amplam portam ingre-
di in perditionem. At ſæpe petiui, inquit, neq; im
petraui tamen. Prorſus, quia non rectè petiuiſti,
videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens, aut
quæ tibi vtilia non erant futura. Quòd ſi & quæ
tibi erant vtilia ſæpe petiſti, at non tamen perſe-
C uerantiam adhibuiſti. Scriptum eſt enim, In per-
ſeuerantia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et
Luca. 21. d qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
Mat. 10. c Nouit dominus cor eorum qui orãt. Quid eſt er-
go, inquit, quamobrem deus à nobis rogãdus ſit?
An neſcit fortaſſe ipſe quibus rebus nobis ſit o-
pus? Quid ergo attinet illũ orare? Scit ſine dubio

dominus quibus nobis rebus ſit opus: & omnia
ad corpus pertinentia largiter nobis ad potiundũ
ſuppeditat: & cùm ſingulari ſit bonitate, pluit ſu-
per iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri facit Mat. 5. g
ſuper malos & bonos, etiam priuſquam à nobis
rogatus ſit. Fidem verò, & virtutis opera, & regnũ
cœleſte, niſi cum labore & perſeuerãtia forti ad-
modum oraueris, nunquam impetrabis. Deſide-
rãdum enim eſt primùm: tum vbi deſideraueris,
ex animo quærendum, adiunctis fide, ac perſeue
rantia: neque omnino quod præſtare ipſe poſſis,
quicquam prætermittendum: neque patiendum,
vt à tua ipſius conſcientia cõdemnere, veluti qui
negligenter, & cũ ſocordia ores: & cum hæc om-
nia ſeruaueris, tum demum voti compos efficie- D
re tui, quando dominus voluerit. quãdoquidem
quæ tibi expediant, melius ipſe intelligit quàm
tu: & ea te fortaſſe differt, quæ daturus eſt, vt hoc
modo magis te ad aſſiduitatem vocet, & vt intel-
ligas, quod ſit donum dei, & vt datum diligenter [illegible]
cuſtodias. Siquidẽ nititur vnuſquiſque, quod ma
gno labore inuenit, id maiore etiam quadam dili
gentia cuſtodire, ne eo amiſſo, labores etiam vnà
cum eo ſuos multos amittat, néve neglecto dei [illegible] ab exemplo
munere, æterna vita indignus efficiatur. Quid e-
nim profuit Salomoni, citò ſapientiæ donum in-
neniſſe, quod poſtea erat amiſſurus? Proinde no-
li vnquam animum deſpondere, niſi celeriter in
uenias quod rogas. Si enim intellexiſſet domi-
nus te, ſi munus celeriter impetraſſes, id nequa-
quam eſſe amiſſurum, ſine dubio, quæ eius eſt bo
nitas, vltro ipſe tibi nullo tuo rogatu detuliſſet.
Nunc autem tibi proſpiciens hoc facit. Etenim ſi
qui talentum, quod acceperat, ſaluum cuſtodie-
rat, is tamen propterea, quod illud ad queſtũ non
contulerat, condemnatus fuit, qui non veriſimi- E
le eſt, eum multo grauius multatum iri, qui illud
etiam amiſerit? Hæc ergo cum ita eſſe intelliga-
mus, ſiue maturius aliquid, ſiue ſerius conſequi- [illegible]
mur à deo, hoc tenere cõſtanter debemus, vt ipſi
gratias agamus, quando dominus, quæcunque fa
cit, ea omnia, ſaluti noſtræ cõſulens facit, tantum
nos ne puſillanimitatis vitio à petitione conſtan-
ti deſiſtamus. Iccirco enim ſimilitudinem attulit
de vidua illa, quæ duritiam iudicis iniqui emolli-
uit aſſiduitate ſua, vt nos quoque aſſiduitate adhi
bita impetraremus poſtulata noſtra. Ex hoc e-
nim & fides noſtra & charitas erga deũ declara-
tur, quandocunque, eſto quod petimus non cele
riter auferamus, gratias ipſi tamen agere nõ deſi Ab exẽplo viduæ.
ſtimus, conſtanter immanẽtes petitioni. Gratias
ergo illi agamus aſſiduè, vt digni habeamur, qui
ſempiterna ipſius bona conſequamur. Ipſum ete-
nim addecet gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

De moderandis animi cogitationibus, & quòd
corpus malum non eſt, vt quidam ſuſpectim F
opinati ſunt.

Capvt 3.

PRincipio ſanè omnis in eo adhibenda cura
eſt, vt animi agitatio in officio retineatur: qđ
aſſequemur, ſi eam mentis imperio ſubiicie-
mus, quæ ipſa diligentiſſimè obſeruans proui-
deat, ne ab recto animus futiliter aberret, néve à

trahentibus ipſum in diuerſam partem corporis affectionibus prauis prægrauetur. quemadmodū enim per oculum corpus videt, ſic animus cernit per mentem ipſi agnatam: at neque vt vnum in altero, ſed vnum & idem prorſus animus eſt & mens. hęc autem naturalis eſt vis quædam, neque aduentitia eius animi partis, in qua poſita ratio eſt. Etenim anima quando excitata vi intellectili quam à procreatrice ſua ſacroſancta trinitate inſitam accepit, de rebus, de quibus debet, ex officio, quæq; honeſta ſunt, conſultat, tunc liber eſt ab inſidus corporis, motúſq; eius perturbatos

Mens quid & eius functio.

A proſpiciens, compriménsq;, & in ſe digna tranquillitate verſatur, & in pacatiſſimo ocio res naturæ conuenienter contemplatur, oculis, quantū fieri poteſt, in ſacroſanctam ac venerandam trinitatem intentis: nimirúmq; illud reputat, & iecū aſſiduè expendit, quàm excellens diuinæ gloriæ maieſtas ſit, ad quam (quæ eſt illius fulgoris incredibilis magnitudo) aſpirare nemo poteſt. ſplēdorem præterea immortalitatis contemplatur, ſapientię infinitam vim quandam, ſolidiſſimam, & omni fluctuatione vacuam tranquillitatem, itémq; affectione omni ac motu carentem naturam. Cui enim ex improuiſo accidere nihil poteſt, veluti qui reconditam in ſeipſo, non ſecus atque in quodam theſauro rerum omnium ſcientiam teneat, tam præſentium, quàm futurarum, & vniuerſa ipſe complexus ſit, cuiúſq; ditioni ſubiecta ſunt vniuerſa, nihilq; ſit in rerum natura, quod aut aduerſum accidere, aut omnino contrà attollere oculos poſſit, huic conſentaneum eſt perpetuam ſemper pacem adeſſe atque tranquillitatem. Si-

Lætitia virtutis comes.
Pſal. 103. d

B quidem repentini, & qui præter ſpem eueniunt rerum caſus, ij ſunt, qui perturbationem mortalium mentibus ſolent afferre. Quem autem praua affectio prorſus nulla obturbat, contráq; cui virtus eſt omnis, omniſq; dignitas comes adiuncta, hunc ſine dubio ritè, & vt par eſt, lætari exiſtimādum eſt, eiúſq; lætitiam immutabilem eſſe atque ſempiternā, quando lætitia virtutis ac bonitatis eſt aſſectatrix, vt eſt apud prophetā, Lætabitur dominus in operibus ſuis. Animus igitur quicunque mentem ſuam peruigilem, & in actionibus rectis aſſiduè occupatā detinuerit, is & in his quas dixi, contemplationibus verſabitur, & huiuſmodi exercitatione cōſuetudinéque mores ſuos ad æquitatem, ad iuſtitiam, modeſtiamque ac trāquillitatem cōponet, atque perpoliet. Idem verò vbi mentem agitare deſtiterit, & in res cognitione dignas intendere, extemplo, veluti importuni

Collatio nō inelegans.

C proletui atque canes abſente moderatore, ex diuerſis partibus libidines corporis foras ſe dāt, & vehementer in ipſum oblatrant, & variis modis dilacerare conantur: quippe videlicet, quum earū ſingulæ vitalem pro ſe quæque illius vim ad ſe rapiant. Siquidem duplicē ego animi eſſe arbitror vim, cum ipſe vnus ſit atque idem: quarum altera corpus attingat, vitalis ſcilicet: altera, quæ tota in perſpiciēda veritate verſetur, quā quidē rationalē etiā appellamus. Sed enim ex his quā vitalē nominauimus vim, eā, quoniā contēperata eſt cū corpore, animus propter contēperationē illam naturaliter, non volūtariè progignit. Etenim quemadmodum fieri non poteſt, quin ſol res eas illuminet, ad quas radios ſuos appulerit: itē quoque fieri nō poteſt, quin animus, in quo corpore inſit, illud viuificet. Contra vis illa veri perſpiciēdi, à voluntate proficiſcitur motū hinc ſortita ſuum. Quamobrem qui animus vim illam contemplatricem ſiue rationalem ita inſtituerit, vt aſſiduè peruigil ſit (vt ait propheta, Neque dormitabit, qui cuſtodit te) dupliciter is vitioſos corporis motus conſopit ac tranquillat. Siquidem & ſe in rebus potioribus ſibiq; affinibus inquirendis occupat, & motus corporis ſui confuſaneos obſeruans cohibet, atque compeſcit. Si verò quòd ignauiæ ſe dediderit, eam contemplatricem deſidem torpere paſſus ſit, ocioſam itidem vitalem vim nactę libidines corporis, partitæque, nullo moderāte, prohibentéve, animum ad ſuos appetitus ac functio-

Anima vis duplex.

ἀπαύγασμα.

D nes pertrahūt. Ex quo intelligi poteſt affectiones corporis tunc eſſe violentas, quotieſcūque ratio, quę in nobis eſt, ceſſat: eaſdem illa moderante, & imperium ſuum exercente, facillimè obtēperare. Quare ſi quis rectè modo rē putare voluerit, nullo pacto is corpus culpādū exiſtimabit. Neque enim alienū eſt, opinor, ſi in hacce meæ tibi ſententiæ explicatione etiā prauas illorū opiniones eripuero, qui male de corpore ſuſpicati ſunt. Vt enim chariſſime luculenta quędā res ac per ſe bona equus eſt, & quo is natura ferocior eſt, ac vehementior, eo præſtātior haberi ſolet: ſeſſore tamen perito eget, moderatoréq;, nēpe qui ipſe rationis ſit expers (Enimuero in eū vbi moderator aſcēderit, ille quidē conabitur vti ingenio ſuo: Hic ſi naturales rector iumēti motus rectè ac ratione inſidēs gubernet, prętorquā quod ipſo vtiliter vſus eſt, etiā ad finē, quē ſibi propoſuit, peruenit, nēpe qui

Corporis bona eſt cōditio contra Manichæos.

Collatio corporis.

E & ipſe incolumis ſeruatus ſit, & iumētū ad vſum ſibi cōmodiſſimū eſſe intellexerit. cōtra verò, vbi pullū qui infrenando præeſt vitioſè inſtituerit, & pullus ſępenumero ab recta via aberrat, & per cōfragoſa ruēs, ſe & ſeſſorē ipſū plerūque in eādem ruinā dat, & vtriuſq; caſus nō aliūde quā ex rectoris ignauia proficiſcitur) Similē etiā in animo quoque & corpore eſſe exiſtimare rationē debes. Neq; enim temere tributi corpori appetitus ſūt, ſed vt ad res aliquas prorſus vtiles eſſent & cōmodi. Ipſū autē rationis eſt expers, nimirū ob eā cauſā, vt rationis præſtātia maiorē animus dignitatē obtineret. Si enim naturales ipſe corporis rectè tēperet motus, præter id, quòd incolume illud conſeruat, hoc etiā accedit, quod ipſe perpetuo à periculis permanet liber. Si verò neglecta ratione ſe ſōno dediderit, & moderandi corporis habenas ignauiæ remiſerit, & ipſum corpus, veluti quod ra-

F tione moderatrice deſtitutū ſit, ab recta egreditur via, & animā ſecū vnà in eandē perniciem trahit: non quidē ob eam cauſam, quòd ſuapte natura ipſum vitioſum, ſed quòd illa negligens ſit. Etenim ſi eiuſmodi eſſent affectiones iſtæ corporis, quæ ab animo domari non poſſent, meritò culpa in corpus poſſet trāsferri. Si verò inuēti ſunt multi, quorū ſtudiis deuictæ illæ ceſſere, nequaquam ab iis iure corpus culpatur, qui ipſum tanquā vitiorum autorem traducere non dubitant: ſed negligētię culpa in eo eſt, cui delatum corporis imperium eſt, cū neque ipſe animus naturaliter malum in ſe habeat, ſed propterea in vitio ſit (ſi quando ſit) quòd virtutem deſerit. Siquidem vitium nihil eſt aliud, quàm virtutis deſertio.

Quòd

Quòd nequaquam temere cum mulieribus cõgredi & colloquia texere conueniat.

CAPVT 4.

AC de moderandis quidem animi in cogitãdo motionibus, corporiſque affectionibus in officio continendis, déque amplitudine ac tranquillitate hominis interioris, ſimiliterque de rerum ad ipſum pertinentium contemplatione ac cura, ſuperius, quantum potuimus, abunde diſputauimus. Verumenim nun in eo tãtum elaborandum nobis eſt, vt motus animi in cogitando moderemur, ſed quoad fieri poſſit, ab earum etiã
A rerum congreſſu longiſſimè fugiendum eſt cum primis, quæcunque in conſpectũ nobis adductæ, refricata libidinum memoria, conſilium rationiſque vim nobis perturbant: atque confundunt, bellaque & ſolicitos in animo angores cient. Etenim bellum, quod præter volũtatem noſtram incidat nobis, excipere, fortaſſe neceſſarium ſit, ipſum verò aliquem ſibi voluntarium creare, id verò ſummæ ſtultitię eſt. Siquidem ignoſci ei forſitan poſſit, qui in priore illo victus ſit (nolim autem omnium hoc Chriſti athletis euenire) at qui in poſteriore hoc ſuperatus diſcedat, is prætẽquã quòd rem admodum ridiculam facit, non meretur etiã cur ſibi ignoſcatur. Quocirca fugiendæ in primis cum mulieribus nobis congreſſiones ſunt, collocutionéſque, neque ad eas vnquam accedendum, niſi cum grauiſsima nos aliqua ad eas neceſsitas impellat, & aliter facere non poſsimus. Atque ipſa etiam vbi nos neceſsitas adegerit, ab ipſis non
B ſecus atque ab igne cauendum eſt. adeò vt quàm ocyſsimè nulla mora ab iſtis nos extricemus. Animaduerte enim quid de hac re Sapientia dicat: Abſcondet quis ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta ſua non comburet? Aut: Ambulabit quiſpiam ſuper carbones ignis, & pedes non cõburet? Quòd ſi quis dicat ex aſsiduo ſecum mulieribus colloquio, congreſſúque & conuictu non admodũ lædi, hic ſine dubio aut maris naturę particeps non eſt, & portentum eſt quoddam inſolentiſsimum, & præter omnium opinionem admirabile, & in vtriuſque ſexus (vt ita dicam) confiniis poſitum: cuiuſmodi eſſe illos ferunt, qui nati eunuchi ſunt ſi quidem hoc illis etiam velimus tribuere, quod nullo modo fœminarum libidine afficiantur aut moueantur. Cõcupiſcentia enim ſpadonis deuirginans iuuenculã, inquit Sapiens, aut certè, ſi expers non eſt, cum totus immerſus libidinibus obruatur, ebriis aut phrenitide correptis ſimilem ſe eſſe nõ ſentit, qui grauiſsimis affecti morbis, morbum à ſe tamen abeſſe omnem exiſtimãt. Verùm quod ratio non dat, hoc demus nos in diſputatione: poſſe videlicet aliquem exiſtere, qui nullis li-
C bidinum aculeis pungatur aut extimuletur. Verũ etſi hoc ipſe non ſentit, quî quæſo hoc ita eſſe, cęteris item facilè poterit perſuadere? Porrò quòd quis nulla propoſita vtilitatis ſpe, multitudinem ſcandalizet, hoc ei arbitror non vacare periculo. Quanquam ad hanc alia etiam ratio ſpectãda eſt: quòd eſto vir nullam ipſe in animo ſuo pernicioſæ cogitationis noxiã conceperit, de muliere certè, quòd ea quoque idem faciat, nunquam nobiſcum controuertet, quòd ipſa videlicet nullis corporis libidinibus moueatur. Quin incidit ſæpenumero, propter conſilij imbecillitatem, & maiorẽ quandam in eo ſexu ad libidines procliuitatem, cum fœmina ipſa aliquantulum eius, qui inconſideranter ſecum congreſſus ſit, libidine commota ſit. Atque ille quidem nullum vulnus accepit, ſed ſæpenumero inflixit: & quemadmodum id fecerit, non intelligit. Tum per ſimulationem videlicet ſpiritualis charitatis monachum crebrò adiẽs muliercula, oculis primũ peccato largiter explere ſe incipit, & formam illius aſpectibus laſciuis depaſcitur, & abditam intus virginem, cuius amore præcipuè ſponſus tenetur, impuris cogitationibus vitiat & corrumpit. D Proinde ne eorum, quę diximus, quicquam eueniat, danda eſt opera, vt (ſi qua fieri poſsit) mulierum colloquia, congreſſúſque funditus fugiamus. Sin id non poſsit, in eo enitendum eſt certè, vt quàm rariſsima illa, & quã breuiſsima fiant: neque id ex odio ſexus, apagè: neque vt qui cognationem illarum abnegemus: quin potius earum etiam patrocinium ſuſcipiamus, & quantum in nobis eſt benignè faciamus, & cum omnibus promiſcuè, quæ naturę humanę participes ſunt, tum verò illis præcipuè, quæ pro ſeruanda integra caſtitate in certamen deſcendęrunt, veluti quæ in pari ac fraterno nobiſcum curriculo certent: congreſſum tamen defugiamus, ne ex ipſarum aſpectu, in memoriam eius, cui ſemel nũcium remiſimus, libidinis, cuíque aditum ad nos perpetuò interclusimus, redire cogamur.

A muliere vt ab igne cauendum.

Prou. 6. c

Eccl. 20. a

Quòd viribus corporis admetienda continentia eſt, & quòd honeſta ac legitima res eſt corporis in opere faciendo exercitatio.

CAPVT 5. E

VErum enimuero illud conſequens eſt, vt venter ipſe quoque in officio contineatur. Siquidem ventris moderatio animi perturbationũ cõpreſsio eſt: perturbationum autem compreſsio, animi pax eſt, atque tranquillitas. Animi verò tranquillitas nihil aliud quàm virtutum fœcundiſsimus fons. Porrò continens ventris moderatio ea præſtantiſsima iudicanda eſt, quam vires corporis cuiuſque definiunt. Siquidem inuenti nõnulli ſunt, qui in rebus grauiſsimi laboris perferendis nihil omnino graue pertuliſſe ſibi viſi ſunt, eáque laxamenti loco potius quàm laboris habuere, ídque propter vegetam ac prædurã, quę illorum in corporibus ineſſet, harmonicam temperaturam ac robur eximium. Verumenim quod hi tolerare facilè potuerunt, aliis cauſa fuit, cur periclitarentur, quandoquidem ea nonnunquam in diuerſis corporibus diſsimilitudo reperitur, quæ inter æs ferrúmve, ac arentia ſiue ſarmentitia ligna. Quamobrem ita amplectenda à nobis continentia eſt, vt eam cum viribus corporis cõmetiamur. Quæ enim ſolo animo cernũtur virtutes, eæ omnes omnibus promiſcuè ęqualiter ſeruãdæ proponẽtur: veluti manſuetudo, morũ faci- F litas, ſummiſsio animi ſiue humilitas, bonitas, amor in fratres, innocentia, ſtudiũ veritatis, miſericordia, lenitas, humanitas. has enim peculiares animi eſſe virtutes dicimus: quãdo ad eas parãdas, colendáſve animo, corpus nihil plus affert, quàm quod ipſi quædam (vt ita dicam) veluti curia eſt, in qua huiuſcemodi res deliberantur. Porrò modũ vires corporis finiẽt, ſi neq; videlicet leuiorea

quis

Collatio per diſsimilia.

Corpus eſt animæ [illegible]

quis labores ſuſcipiet, qoàm quantis ferendis eſſe par poſſit: neque ſi ea itẹm perſequi voluerit, quæ ſuſtinere ſe non poſſe intelligat. Siquidem huius rei quoque rationem haberi arbitror oportere, ne cum propterea quòd in contioeotiæ cultu ſeruatus modus oon ſit, corpus eoetuauerimus inertes deinceps, & ad res gerendas iouriles exiſtamus. Neque enim eo conſilio domious bominem finxit, vt ſegnis ac languens deſideret, ſed cõtrà potius vt eſſet, qui ſe in laboribus hooeſtis exerceret. quádoquidem & primo in paradiſo Adæ præcepit vt laboraret, & paradiſum ipſuin cuſtodiret (etſi enim hiſce verbis altior quidam adiunctus eſt ſeoſus, nihilominus tamẽ propterea hoc

In omni re ſeruandā mediocritatem & diſcretionem.

A ipſum etiam, quod omnibus expoſitum eſt, imitatione ac ſtudio dignum eſt) & tum deinde poſtquam ex eo ille eiectus exulauit, ſententiam tulit vt pane ſuo io ſudore vultus ſui veſceretur. Quòd autem quæ Adę dicta tum fuerint, ea omnibus etiam dicta ſint, qui ab eo ſint oriũdi, ex hoc liquido perſpici poteſt, quòd cum illum tantummodo tum nominatim deus morte multaſſet, quãdo dixit, Terra es, & in terram reurreris: nihilominus tamen omnes, quotquot ab eo originem duxere, eiuſdem ſimiliter vnà cum eo calamitatis participes extitere. Quamobrein conuenit vnũquenq; neque naturæ ordinem, neque præſcriptos ab naturæ opifice limites tranſilire, potiúique in his cõtinere ſe, & corpus in actione aliqua occupatum teoere, illúdque prouidere, ne ipſum, dũ grauius, quàm par eſt, premit, opprimat. Quandoquidem ſapientiſſimè ego illum rationem arbitror ſuã inſtituere, quicũque ſe intra conſtitutos huiuſcemo

Quæ in hunc locum & huic aſſimiles congerit Baſilius ſuos adigens diſcipulos tolerando labori manuum, pulchre Tho. eluit. 2.2.q.187 Niſi enim religioſi per ſua ordinis ſtatuta obligentur vt hi Baſiliani, vt Ægyptij, de quibus Hierony. ad Ruſticum non tenentur ad manuaria opera.

B di fines cõtioeat. Pluribus prætereа hoc quod diciinus, ſanctarum literarũ teſtimonlis poſſumus confirmare. Siquidem præcipiunt diuina oracula vt laboremus, & corpus actuoſum motioniq; expoſitum habeamus, potiúſque aliorum indigẽtiis ſubueniamus, quàm aliunde ipſi opem expectemus. Vt autem ipium immodicis macerationibus extabefactum reddamus ac diſſolutum, hoc verò nullo modo. Huius autem rei fide omni digniſſimus teſtis eſt Paulus, apud quem quodam in loco ſcriptum eſt ſic: Audimus Inter vos quoidam inordinatė ambulantes, nihil laborantes, ſed curioſè agentes. Et ordinis diſſolutionem, laboris deſertionem pronunciat: Non enim, inquit, inordinatè oos inter vos geſſimus, neque gratis panẽ manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte & die laborãtes. Et quod hoc etiam malus eſt, Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecũ erant, miniſtrauerũt manus hæ. Itẽmque alio in lo

ἀτακτῶς. 2.Theſ.3.c Ibidem b [illegible] *Acto.20 g 2.Theſ.1.c Ibid.4.c Monachi quæ peculiaris functio.*

C co, Vt laborantes, ioquit, panem ſuũ maoducent. Et alibi, Vt quieti ſitis, & vt veſtium negociũ agatis, & laboretis manibus veſtris. Prorſus libet eſſe ab omni animi elatione monachus debet, & mediam verè, ac regiam viã ingredi, neque ab ea vel in haoc, vel in illam partem vſpiam declioare vt videlicet aut ſegniciem amplectatur, aut continentia ita corpus affligat, vt ad obeunda deinceps munera ſua vtile eſſe noo poſſit. Si enim rectũ eſſet, homines diſſoluto corpore deſidere, & veluti ſpirãtes mortuos iacere, credibile eſt tales nos à prima cooditione deum fuiſſe conditurũ. Quòd ſi hoc ille non fecit, illud haud dubiè ſtatuendum eſt, eum rationẽ eſſe illã ſecutũ, quã eſſe rectã intelligebat. Quòd ſi tales ille nos fioxit, quales ſi eſſemus, rectiſſimũ erat futurũ, peccant, quicũq; quantũ in ipſis eſt, quod rectè factũ eſt, noo conſeruant. Illud autẽ diligẽter pietatis cultor obſeruato, oũ qua ex incuria in ipſius animo domiciliũ ædificarit praua affectio ac delituerit, nũcobi peruigil illa ac vehemens in deũ mentis intẽtio oblãguerit, ne fortè ſpiritus ſaoctificatio, & quę inde in aoimũ promaoat, illuminatio obſcurata ſit. Vigentibus enim his, quæ diximus, bonis nullam prorſus rebellionis occaſionẽ nanciſcẽtur hę corporis affectiones: quippe cũ animus videlicet in rerum altiorum cura ſit occupatus, neque corpori vſquam libidines excitandi locum concedat. Si

Agenda munera.

enim cogitantibus ſæpenumero aliquid nobis de D
rebus vitæ huius, meote acriter io aliquã cogitationẽ defixa, oeque oculi, neq; aures muneribus fuogũtur ſuis, animúſq; relictis ſenſibus in ea cõmentatione totus inhæret, multo profectò facilius ſi in animis noſtris diuious amor viguerit, omnis prorſus vel leuiſſima etiam à nobis de libidinibus aberit cogitatio. Quòd ſi ſeſe hæ interdũ loco paululũ cõmouerĩt, exiẽplo facillimè eas in ordinẽ rediget magnanimis prudentia. Vtrúmoe quæſo præſtabilius eſt, fœcũdas arbores imitari, quę & ipſæ copioſæ ſunt, & alios fructuũ, quos habent, vbertate delectant: an aſsimilẽ eſſe holeribus iis, quæ immodico toſtæ ſolis ardore & ſiccitate langueſcuot, neq; vlla in re (vt eſt apud prophetã) à beta ſemielixa differre? (quippe qui ne tuarũ quidẽ ipſius neceſsitatũ eſſe mioiſter valeas & quod grauius eſt, qui integras ad teipſũ tuendũ ab oatura vires acceperis) atque ex dimidia tantũ E
parte, ſolo videlicet animo, ac non etiã corpore philoſophiæ operã dare? Etenim ſi eſſemus extra corpus cõſtituti, neceſſario ſolo tantũ animo optima ac præclariſsima quæque ſequeremur. Verũ quia ex duplici oatura conſtamus, duplex virtutis quoq; eſſe ſtudiũ debet, idque cũ ſtrenuitate corporis, tũ animi etiã induſtria exerceri. Porrò ſtrenuitas corporis oõ in ocio poſita eſt, ſed in negocio. Quanquam illud quoq; diligẽter animaduerti debet, ne per cauſã neceſsitatis corporis, eo impĩgamus, vt voluptatibus ſeruiamus. Si enim boc poſſet impetrari, vt cũ in perpetua inedia corpus teneremus, ipſius nihilominus integra opera ad munera ſua obeunda vti poſſemus, vtiq; eſſet hoe optimũ. Verũ quoniã rariſsima ea inueniũtur corpora, quæ in iſtiuſmodi victus ratione non concidant, & adhibita moderatione ieiunandũ eſt, & corpori neceſſarium maximè ſubſidium tribuendũ: neque in aſſumeodis cibis dux habenda volu-
ptas eſt, ſed ratio, quæ neceſsitati ipſa modũ pru- F
denter definiat, more peritorum medicorũ, qui nulla ipſi cum animi perturbatione, accommodata morbis remedia adhibent. Huiuſmodi enim animi affectio io quocunque fuerit, hic ſi cibũ aſſumpſit, nihil eſt, quod ad philoſophiam attinet, quamobrem eo inſerior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit. Quin potius is, & quod ad rei finẽ attinet, non perpetuum modo ieiunium, ſed inediam etiam eſt aſſecutus, & quòd ſapiẽter corpus gubernarit, egregiè in eo regendo prudentiæ laudem inuenit. Neque enim moderata corporis in victu eductio, cõtinẽtiáve, eæ ſunt quæ cupiditates accendant, & libidines indomitas reddaot.

Collatio à ſimili.

Duplicis naturæ homo.

In ſumendis cibis non voluptas prædux ſit, ſed ratio quæ medicetur [illegible]

Nam

Nam hoc quidem intemperantia, & immodicus deliciarum luxus facit. Atque ad id quidem probandum, quod in præſentia diſceptandum nobis propoſitum eſt, hæc cùm ex legibus naturæ, tum ex diuinis literis à nobis petita ſufficiant. Verum enim quoniam quæ diximus, ea non rationibus tantùm roboráda ſunt, ſed exemplis etiam rerum geſtarum noſtra confirmanda ſententia eſt, ad ipſum iam liberatoris noſtri vitæ inſtitutum pergemus, quod mortali in corpore ab ipſo ſeruatum, omnibus quicunque pietatem in vita colere vellent, virtutis exéplar, ac pictura veluti probè expreſſam effigiem quandam propoſuit, vnde cunctis lineamentis illius inſpectis, cùm nulla in parte à propoſito ipſis exemplari imitatione declinarent, ſimile inde pro ſe quiſque in vitam ſuam exemplum transferrent. Nam quòd vitam ſuam liberator noſter præſtantiſſimi viuendi ritus omnibus ipſi obtemperare volentibus exemplar propoſuerit, ipſum audi, hoc apertiſſimè dicentem: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, inquit. quibus verbis nequaquam aſſectationem eam ille ſignificat, quæ corpore fit (quando qui hoc facere poſſit, reperiretur nemo, cũ quod ad corpus pertinet, dominus in cœlo nunc eſſe intelligatur) ſed acerrimam, quantum fieri poſſit, vitæ ipſius inſtitutorum imitationem. Quæ igitur vita fuit liberatoris noſtri? quam ille, dum hic inter nos verſaretur, vitæ rationem ſecutus eſt? Peccatum quidé nõ fecit. Qui enim à peccato vinci iuſtitia potuiſſet? aut quo pacto veritatem vanitas ſuperaſſet? quáve ratione infirmitati virtus debellata ceſſiſſet aut poſtremo quomodo quod nihil eſt, de eo quod eſt, victoriam reportaſſet? Semper eſt enim deus: quippe cuius natura neque originé habeat, neque finem vnquam ſit admiſſura. Peccatum verò ipſum eſt nonquam, neque in propria ipſum per ſe ſubſtantia vlla ſua eſſe cognoſcitur. Cùmque in iis magis, quæ malè fiunt defectione boni, quàm in iis, qui ipſum faciunt, naturam ſuam pofitam habeat, intelligibiles quaſdam tenebras malefactis imprimit, quæ à iuſtitiæ lumine diſpellentur. (Lux enim, inquit, in tenebris lucet) & eouſque durant, quandiu prauæ actiones durant. Sublatis enim his, vnà etiam, ſimul peccati ſubſtátia deletur, & euaneſcit. Quæretur enim, inquit, peccatum eius, & non inuenietur. licet peccantibus pœna propter peccatum ſit repoſita, & ob ea, quę flagitioſè fecerint, cruciatus propoſiti ſempiterni. Peccatum igitur non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed contrà, lenitatis, patientiæ, facilitatis, manſuetudinis, humanitatis, comitatis, animi ſubmiſſionis, prudentiæ, virtutum denique cuiuſquemodi documenta præbuit cõplura: quæ quidem in euangeliis omnia apertè explicata cernuntur. Ac lenitatis quidem ac patientiæ, perferédis aſſiduè Iudæorum inſidiis (cum earum nouiſſimæ quæq; prę incredibili ſua magnitudine, priores apparere non finerent) ipſis eatenus clementer corripiendis, quatenus eorum improbitatem comprimeret: vlciſcendis autem, aut perſequendis, ne tantillũ quidem. Etenim in eo ille aſſiduè vſque conſtanter perſeuerauit, vt (ſi fieri poſſet) illorum immanitatem ſuis benignè factis euinceret, & benemerendi perpetuitate cõceptam in ſe odij acerbitatem mitigaret. Ad extremum etiam eorum cauſa, qui ſe in crucẽ agebant, cruci ſuffigitur. Comitatis verò comiter, vt par erat, ad ſe omnibus admittendis, & facilitate ſua ad colloquium ſecũ animãdis, non bonis modò, ſed iis etiam, quos ex conſuetudine iam improbitas delectaret. Hac enim inductę meretrices mulieres ad illum adibant, publicanique non vt aut illæ libidinis, aut hi auaritiæ morbum augerent: ſed ea re, vt inolitas ægreſcẽtis animi ſui labes abſtergerẽt, atque interlinerent. neque id deterrẽdo plus poterat facinorũ conſcientia, quàm in animo adden do recuperandæ ſanitatis ſpes. quæ quidẽ neutiquam prorſus ipſos fallebat, quando re ipſa maiora multo experti nãciſcebãtur, quàm erant ea quę opinione cõceperant. Porrò humanitatis ac miſericordiæ documẽta illa quãta ſont tandẽ? nunc in ſolitudine fame iam cõfectis mẽſam inſtructiſſimã apparare, quæ duplicitet ipſos teneret, & terũ neceſſariarũ copia, & admirabili illarũ apparationis modo. nunc eorũ, qui abiecti erant miſericordia cõmoueri, eo quòd erant diſſipati, diſiectique velut oues non habẽtes paſtorem, inualetudines præterea corporis ſanare, debilitata ac máca mẽbra integrare, animorũ morbos tollere, indiſſolubiles peccatorũ nodos expedire, extortarũ violẽter pactionum, quas cũ patre peccati diabolo pepigeramus, obligationes diſſoluere. Humilitatis exẽpla quanta denique nobis exhibuit? quòd ipſe nõ ſolũ vltro mortale corpus aſſũpſerit, ſed ex humilibus etiã parẽtibus (quod ad vitæ huius cõditionẽ attinet) & naſci, & natus putari voluerit: ac naſci quidẽ ex matre, natus autẽ putari ex eo, qui appellatus eſt pater. Prudentiæ verò prorſus illa fuere vel maxima, quod & Sadducæos cõmento illo ſeptem fratrũ, qui omnes, cũ vnius eiuſdẽque vxoris viri fuiſſent, è vita diſceſſerant, reſurrectionem cauantes cauillari, refellerit: & ſimili modo Phariſæorum diſcipulos vnà cum Herodianis à ſe ſummo pudore affectos dimiſerit, quãdo propoſita lubrica illa & ancipiti quæſtione, vtrũ cenſum dari Cæſari oporteret, necne, reſponſõm ab eo (vt ita dicã) ambidextrũ abſtulerũt, quod altrinſecus illorũ amẽtiã cũcerpere & vellicare valeret: quippe quod nõ dari iuberet, ſed reddi: Reddite enim inquit, quæ ſũt Cæſaris Cæſari: Cæſaris enim erat numiſma, cuius imagině & titulũ præ ſe ferebat inſculptũ. Atq; hæc quidẽ animi præcipua virtutũ documẽta ſunt, quæ ille edidit, & præter hæc alia etiã inferioris partibus plura. Corporis verò cuiuſmodi, ac quãia? propter quæ potiſſimũ etiã hoc à nobis inductum exẽplum eſt, qui prima ſua ætate parentũ ſuorum imperio eſſet ſubiectus, & labores corporis omnes æquo vnà cum ipſis animo illis obediens toleraret. Veriſimile eſt enim cum homines illi eſſent, & iuſtitiæ & pietatis cultores tenues tamen, neque neceſſariis ad viuendum copiis ſatis inſtructi (quod ex præſepi intelligi poteſt, in quo venerabilis ille fotus eſt fœtus) ſolitos eos in aſſiduis corporis laboribus verſari, & hac ratione quotidianũ ſibi victũ quæritare. Porrò Ieſus cùm his, vt diuinæ literæ prædicant, eſſet ſubiectus, ſine dubio in perferendis etiam vnà cũ ipſis laboribus, morigeram declarabat ſuam obedientiam. Cæterũm vbi poſt ætate progreſſus, dominica iã, diuinaq; beneficia aperiret, diſcipulos deniq; eligeret, & de cœleſti regno promulgãdo cogita-

Marginal notes: κοινὸς τὸν βίον ... Chri. conuerſatio. — Ioan. 12. d — Pſal. 19. g — τράπεζαν ἀμφιλαφῆ — Matt. 9. e — ἀμφίβολον ... περὶ φόρου — νόμισμα — πρᾶος καὶ ταπεινός — Luc. 2. g

cogitaret, non in angulo aliquo abiectus, & corpore viribus deſtituto, aliorum miniſterio indigebat: ſed aſſiduè nunc quidem itineribus faciendis, iiſdémque continenter pedibus conficiẽdis, ſimúlque diſcipulis miniſtrando, vt ipſe ait (Ego enim in medio veſtrum ſum, inquit, ſicut qui miniſtrat. Et item, Sicut filius hominis non venit, vt ſibi miniſtraretur, ſed vt miniſtraret) nunc diſcipulorum etiam ſuorum pedes lauando, pòſt doctrina eos & longioribus ſermonibus inſtruẽdo, impigréque ex locis aliis in alia ſe transferendo, ſaluti noſtræ conſulere non intermittebat: ſemélque tantummodo iumento, eóque ipſo ad exiguum tempus vſus reperitur, neque id vt laſſitudinem corporis leuaret, ſed vt opere ipſo propheticum oraculum confirmaret. Quid apoſtoli, nónne ipſi quoque dominum ſunt imitati? nónne aſſidui in laboribus erãt? Animaduerte Paulum indiuulſè laborantem, contentéque itinera facientem, nauigantem, pericula adeuntem. Animaduerte cum tempeſtatibus iactaretur, agitaretur, flagris cæderetur, lapidibus peteretur, & animi robore, & corporis firmitate, contra aduerſa omnia fortiſſimè ſtaret. Quòd ſi in eo ille fuiſſet, vt corporis vires immoderata incontinentia eneruaret, nũquam profectò ex illis quæ geſſit, ad coronam illam, quam poſtea adeptus eſt, peruenisſet. Quamobrem pręclarè is facere exiſtimandus eſt, qui cum domini & diſcipulorum, atque adeò Apoſtolorum ipſius, & animi virtutes, & corporis exercitationes ſibi imitandas propoſuerit, haudquaquam ocio marcẽre corpus ſinit, ſed in optimis illud aſſiduè officiis cõtinet. Cum enim animi munus ſit de rebus bonis ea ſeligere, quæcunque corporis etiam opera conficiuntur: corporis eſt, exequi ea, quæ recta animus iudicarit: cui ſi ad exeqoendum vires defecerint, mancum quodammodo, atque inchoatum relinqui officiũ neceſſe eſt, quippe quod in ſola voluntate tanquã compreſſum iaceat, veluti germen aliquod, quod in ſinu terræ deliteſcens comprimitur, in eáque occultus marceſcit, neque in eorum vſum foras ſe dat, quorum cauſa creatum eſt à natura. At & diuturnam dominus inediam pertulit, dixeris. Idẽ fecit Moyſes, idem Helias propheta. At enim illud tu quoque animaduertito, dominum, itémque Moyſen & Heliam, hoc ſemel tantum feciſſe: reliquo autem toto vitæ tempore, quod in regendo corpore, eam, quam par erat, perpetuò diſciplinæ moderationem adhibuerint, idque ocio languere nunquam ſiuerint, ſed vſque in laboribus, aſſiduiſque exercitationibus continuerint, ſicque auxiliari opera corporis, animæ virtutes illuſtriores reddiderunt, dum omnibus ſuis partibus abſoluendæ ſpirituali ſuæ couerſationi operam totiam eiuſmodi & actiuam vitam ceu ſigillum ac clauſulam adiecerunt. Hoc Moyſes, hoc Helias, hoc Ioannes etiam ipſe factitauit, qui cum aliquandiu ex arcano quodam dei conſilio ſe in ſolitudine illa tenuiſſet, in loca poſtea culta egreſſus eſt, ibique prædicando, baptizandóque, quæ munera ipſam etiam rerum actionem attingunt, illa ſua ad extremum intrepida apud Herodem animi libertate certaminis ſui finem inuenit. Hoc idem & ſanctorum catalogus omnis, & Ieſus ipſe ſeruauit, quando hi aſſiduè vſque in re agenda aliqua verſabantur. Quocirca perſpicuum eſt vndique, cùm ex legibus naturæ, tum ex doctrina diuinarum literarum, tum ex ſanctorum omniũ virorum exemplis, ipſiúſque adeo liberatoris noſtri vitæ inſtituto, & illa perfecta pietatis cultoribus viuendi norma, & honeſtius, & vtilius eſſe confirmando corpori ſuggerere quàm adimere vires; idque ſtrenuum obeundæ bonæ actioni, quàm vietum reddere & exoletum, vltronea quapiam maceratione.

Luc. 22.c Mat. 20.d

A

B

A ſimili pe[...]

C

[...] Tho. 2.2 q 188. in Reſp. ad 6

Quòd opera illa conſectari monachus debet, quæ ipſius profeſſioni idonea ſint.

CAPVT 6. D

CÆterùm in his ſe operibus exercere monachus debet, quæ ordinis ipſius decoro conueniãt, cuiuſmodi videlicet ea ſunt omnia, à quibus cauponariæ artis & impoſturæ omnis abſit ſuſpicio, quæq; nullæ longiores animi diſtractiones, aut improbi quæſtus ſequantur, ſintq; eiuſmodi, vt manentibus intra rectum nobis magna ex parte confieri poſſint, ne operum laboribus contentius quàm par ſit conſectandis, animi in virtutis commentatione, neruos, induſtriámque elidamus: in quo illud ſpectaodum, vt & opus abſoluatur, & à quiete tamen non diſcedatur. Si verò etiam tempus aliquod inciderit, vt neceſſariò ſub dio aliquid adminiſtrandum ſit, haudquaquã hoc philoſophiam tamen impediet. Qui enim verè philoſophus eſt, is cum corpus ſuum curarũ ſuarum domicilium, & animi ſedem firmiſſimam habeat, licet caſus illum in forum attulerit, licet E in maxima conuentus alicuius celebritate verſetur, licet in monte aliquo, licet in agro, licet in media multitudinis frequentia ſit, ſtabilis tamen in naturali ſuo monaſterio manet: quippe qui mẽtem ſuam introrſum ad ſeipſum recollectam habeat, & de rebus ad officium ſuum pertinẽtibus philoſophetur. Siquidem fieri facilè poteſt, vt & qui ſe intra priuatos parietes contineat, is ſi negligenter ſe gerat, mentis agitatione circumuagetur foras: & viciſſim qui in foro medio verſetur, is ſi animo excubet, perinde ſit ac ſi in magna eſſet ſolitudine conſtitutus, qui videlicet cogitationem ſuam ad ſeipſum tantummodo ac deum conuerſam habeat, ſenſibúſque ſuis perturbationes omnino nullas admittat, quæ à rebus ortæ ſenſilibus in animos ſolent nobis incidere.

Quòd neutiquam temere cum quibuſuis hominibus conſuetudinem habere monachus debet. F

CAPVT 7.

IAm ne illud quidem decere iudicandum eſt, temere ſeipſum quibuſuis credere, denudareue aut aperire animi arcanum ſui. Siquidem homini in eo, quod ex deo eſt, vitæ genere verſanti, multi parati eſſe inſidiatores ſolent, atque ipſi adeò cõiunctiſſimi quique in eum ſtudioſe quid agat, inquirunt. Quocirca danda omnino nobis opera eſt, vt non niſi magna adhibita diligentia, circũſpectionéque in congreſſum cum extrariis hominibus

nibus veniamus. Si enim ipſe liberator noſter (vt eſt in euangelio) omnibus ſeipſum nõ credebat. (Ipſe enim, inquit, Ieſus non credebat ſeipſum illis) ſi ille purus, & labe omni carens, ille ab omni culpa liber, ille iuſtus, ille qui quantuſcunque erat, nihil niſi virtus erat, hoc faciebat: quî fieri poterit, vt nos, qui peccatores ſumus, qui ad lapſum procliues, qui ab recto, quod nobis propoſuimus, itinere, identidem aberramus, idque & ob naturalem noſtram imbecillitatẽ, & propter eum, qui bello nos improbè & acriter perſequitur: ſed quî hoc poterit impetrari, vt ſi curioſis hominibus vitam noſtrã inſpiciendam expoſuerimus, non & prauas in nos calumnias conflemus, & ipſi nobiſmetipſis ſcandala ſtatuamus? Siquidem plerũque etiã quæ rectè fiunt, ea maleuoli in crimen vocare non dubitant: neque vel leuiſsimas quidem præterire offenciunculas ſinunt, quas non maledictis inſectentur. Quamobrem in admittendis extrariorum hominum cõgreſsionibus magna adhiberi à nobis cautio debet. Etenim præter ea, quæ diximus, temeritatis vitio, aliud etiam peccatum incurrunt, cum ſcilicet cogitant eos, qui à communi cum cæteris viuendi ritu receſſerũt, eò quòd viuendi inſtitutum mutarunt, non conſilium mutaſſe, ſed diuerſam planè ab humana induiſſe naturam, neque de pietatis cultoribus iudicant, tanquam de iis, qui cum in iiſdem affectionibus verſentur, eas tamen animi virtute, & voluptatibus à ſe ſegregandis, rationis imperio ſubiiciciant: ſed illud exiſtimant, naturales ex illorũ corporibus omnes funditus affectus eſſe ſublatos. Quo fit vt ſi vel tantiuei ſum vnguem ſpiritalis vir ab recto declinarit, confeſtim vniuerſi, vel ij ipſi, qui vehementiſsimè ipſum antea laudibus efferebãt, admirabantúrque, eius accuſatores exiſtant acerbiſsimi, palámque ſeipſos reprehendant, vt qui ne priores quidem illi laudes veras tribuerint. Vt enim cum in certamine pugil aliquis concidit, illico in eum aduerſarius inſurgit, ipſúmque ferit, & humo magis etiam affligit: item hi quoque ſimulátque aliquem de iis, qui aſsidui in virtutis cultura ſunt, paululum aliquid de virtutis curriculo deflexiſſe animaduerterint, extemplo in eum inuadunt, maledictíſque & criminationibus perinde vt iaculis petunt, neque ſecum reputant ipſi, ſexcentis ſe quotidie vitioſarum affectionum telis transfigi: cum pietatis propugnatores quanuis ſimilibus ipſi quoque affectibus ſint circunſeſsi, aut leuiſsimum inde, aut nullum plerunque incommodum accipiant: & quod magis eos mouere deberet, qui acriorem quàm illi aduerſarium excipiant, quando hi apertiſsmè ei ſe aduerſarios profeſsi ſunt: & magnum quid adeptum ſe ille arbitratur, ſe de his victoriam reporter: contráque mortiferæ plagæ loco ducit, quandocunque victus diſcedit, nimirum vt qui perſectè, & cunctis tum virtutis partibus ſit debellatus. Nam ſuſceptũ ſibi aduerſus vitæ huius negociis deditos certamen, id verò admodum cõtemnit: idque partim eo, quòd ex illis plurimi eius ditioni ſponte ſe, atque adeo curſim venientes ſubiiciunt, veluti qui voluptatibus variis, & concupiſcentiis tanquam eſca deliniti, ad peccatum illiciãtur, ipſique victoriam de ſe quàm facillimam præbeant: partim, quòd quanuis ex iis nonnulli peccato aliquatenus videãtur reſiſtere, hi tamen diſtractionibus variis impediti, paruo negocio à contentione illa acti auocantur ac depelluntur, verſique in fugam, & miſsilibus continenter petiti, multas ac fœdas ſecum cladis ſuæ notas ab hoſte irrogatas referunt. Quod ſi aliqui extiterint aliquando, qui curarum vitæ huius impetu profligato, fortiter prementis ſe aduerſarij bellum exceperint: at longè tamen illorũ diſpar certandi ratio eſt. Siquidem multis, atque adeò infinitis partibus maiora ſunt illa, quæ exhauriunt ij, qui ſe colendæ pietati totos penitus dedidere. Alter enim retinere contendit ius ſuum, & in controuerſiis de rebus vitę huius pertinaciſsimè litigat. Contra, Monachus de iure etiam ſuo iis, qui ſecũ controuertunt & deliitigant, concedit, & præcepto illi obtẽperat: Ab eo qui aufert, quę tua ſunt, ne repetas. Ille vt par pari referat, percuſſus & percutit, & iniuria læſus relidit: & hoc modo æquabile ſe tenere ius putat. At hic eatenus tolerãs eſt iniuriæ, quoad iniuriis ſe aut plagis afficientis libidinem exaturet. Atqui idem voluptates corporis aſſiduè ſtudet coërcere: dum alter earundem illecebras perpetuò conſectatur. Quò fit, vt ne inter athletas quidem iure exiſtimem haberi poſſe, qui in ciuili vitæ genere verſantur, quandocunq; cum aſſiduis pietatis cultoribus conferantur. Atque aliud etiam præterea animaduerto, quod iis ſolitum eſt vſu venire, qui communem, ac vulgarem vitam ſequuntur, quandocunq; in pietatis cultorum vitam inquirunt: Simulac enim pietatis cultor cum animo ſuo ſecum ſtatuerit rectum eſſe, poſt longinquam eſuriem, eſca corpus fulcire ſuum, ne ruat: veluti ſi omnino corporis ac materiæ expers eſſet, aut nullum protſus, aut quàm minimum cibum aſſumere illum, volunt. Et ſi ex huiuſmodi diſciplina quempiam animaduerterint, qui non vſquequaq; inclementer corpus tractet, ac vel tantillum illius neceſſitati ſubueniat, hunc conuiciis, calumniiſq; proſcindunt, deriuatáq; ab vno in cunctos proteruia, petulantiáq;, vniuerſos pariter lurcones quoſdam, & helluones appellant: neq; illud reputant, ſe, cum his, & ex ipſis nonnulli ter etiã quotidie epulentur craſſiſſimis, pinguiſſimíſq; ſuffarrinati veſcantur cibis, & infinitam carnium molem deuorent, ingẽtémq; ſupra modum vini ingurgitent vim, menſis tamen nihilominus ſe ita inhiare, vt exemptis è vinculis poſt diuturnam eſuriem catulis aſſimiles videantur. Porrò qui veræ pietatis ſectatores ſunt, ij quàm fieri poteſt, aridiſſimo vtuntur cibatu, & in quo præter imbecillitatem tenues admodum ad alendum vires ſint: idque in totum diem ſemel, quibus modo perpetuò diſciplinæ ordinẽ ſeruare in animo eſt: & hunc ipſum, quod modicè, & vt ratio iubet, aſſumunt, iure vbi eius ſumẽdi tempus aduenit, fidenter nulla impediti religione, neceſſarium corpori auxilium tribuunt. Quò fit vt nequaquam conuenire iudicãdum ſit, libertatem noſtram ab alia conſcientia iudicari. Si enim nos cum gratia participamus, quid blaſphemamur pro iis, de quibus gratias agimus? cũ exiguam admodum & viliſſimi precij ciborũ portionem tanta nos cum voluptate amplectamur, eum quanta ne ipſi quidem ſplendidiſſimos, & co-

Ioan.12.d

Perſtat in collatione ſecularis & monachi.

Luca.6.d

Hoc nimirumque vſu quotidiano deprehendimus.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Tt	pioſſi-

pioſiſſimis cuiuſq; modi ferculis inſtructiſſimos mẽſarum apparatus. Verumenim ex his, quos diximus, hominibus, ſi quis fortè ſit, cuius perſpecta nobis & animi prudentia, & vitæ innocentia ſint, & diſciplinam noſtram in reuerentia habeat: hunc menſa noſtra communicari, ſi id vſus poſcat, à ratione neutiquam alienum fuerit.

Quòd neque frequenter, neque temere extra monaſterium exire monachus debet.

C A P V T 8.

A ATque illud etiam tenẽdum eſt, vt nequaquã quouis prætextu viſendorum, cõueniendorúmve fratrũ crebrò è monaſterio velimus egredi. Siquidem diabolicum iſtud quoque commentum eſt, quando huiuſcemodi artificio vti aduerſarius ſolet, ad diſciplinæ noſtræ ſtabilitatem, ordinémque religioſæ huius vitæ labefactãdum, ac peruertẽdum, atque hoc modo nos voluptatum illecebris illectos, variis, iiſque inſtabilibus cogitationibus facere obnoxios ſtudet. Sed in eo potius elaborandum eſt cuique, vt tacitis ſecum colloquiis, intimiſque cogitationibus, animi ſui vitia diligenter perpẽdat, & corrigat. Etenim qui animum hunc attulerit, vt ſuperioris vitæ conſuetudinis, ab ſe modo vinculum abiecerit, etſi omnino hic ex ea ſua animi ad honeſta vitæ ſtudia applicatione laudem promeretur, at nondum tamẽ propterea ad virtutũ culmen peruenit: quin quo modo eas conſequi poſſet, ſæpenumero ne cogitauit quidem: verum tacitus ſecum cogitatione

B in ſeipſum defixa, perturbatos animi ſui appetitus motúſq; excutere diligenter debet, iiſque magna cum animi contentione obluctari, & quæ in eo iocũdita viderit, ac perturbata, ea melioribus conſiliis in ordinem redigere, atque ſedare. Sedata ſiquidem animi & requieta conſtitutio virtutis eſt argumentum certiſſimum. Cæterum qui huc, illúcque continenti peregrinatione diſcurrit neque ſtabilis certo vllo in loco diu conſiſtit, ſed crebra ex aliis in alia loca itatione collectã illã & conſtipatam animi in cogitando vim aſſiduo iſto flatu ac reflatu veluti euentilat, atque diffundit, paulatímq; corporis voluptates ſpectare inſueſcit, is quì quæſo perſpicaciter excutere ſeipſum poterit? aut quæ minus honeſtè ſe habeant peruidere, & in melius reuocare? quippe cum in eo perſeueret, vt animum ſuum ad prauas aſſiduè affectiones inſtiget. Quod cum ita ſit, amplectenda nobis maxima ex parte quies eſt, & in ſuo cuique aſſignato ſibi ad habitandũ loco fortiter perdurandum, quò videlicet hoc ipſo animi ſui ſtabilitatem teſtatam faciat. Neque verò tamen propterea perpetuò eſt, tanquam in cuſtodia permanẽ

C dum: ſed quandocunque & res poſcit, & conſciẽtia non reprehendit, liberè eſt, fidentérque prodeundum, & de fratribus probatiſſimi quique, & propter inſignem vitæ ſãctitatem maxime vtiles inuiſendi, & ex fructuoſo illorum congreſſu, virtutum exempla capienda: ita tamen, vt (quemadmodum diximus) in prodeũdo modus teneatur, & praua omnis ſuſpicio euitetur. Siquidem eſt ſæpenumero cum exortum in animo tædium ſuſcepta peregrinatio diſcutit, & ſpatio ad colligendas denuò vires ac ſeſe erigendum refocillandúmve dato, alacriorem ad capeſſenda de integro pietatis certamina facit. Quòd ſi quis apud ſeipſũ glorietur, quòd pedem omnino è cella non efferat, enimuerò intelligere is debet inani ſe admodum re inflari. Neque enim non prodire ipſum ſua ſpõte laudandum eſt, aut aliquãdo prodire homines ſolet aut bonos facere, aut malos, ſed vel quod ad res honeſtas firmũ ac ſtabile animi iudicium eſt, vel contra leuitas & inconſtantia, hominem bonum reddit vel malum. Si verò quis propoſitam ſibi ſemel in animo honeſtatem firmè conſtabiliuerit, & diuturna exercitatione, temperandarũ D animi ſui motionum probè iam rationem didicerit, iiſque edomitis corporis ſui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refrænatis, quòd præterea rationis fræno confidat, ob eã cauſam è monaſterio prodire frequentius velit, vt fratres ædificet, viſitétque: qui huiuſmodi eſt, eum ratio ad prodeundum potius impellet, quàm reuocabit, quò videlicet poſita ſuper candelabro lucerna, cunctis præclaræ doctrinæ ſuæ largè lumen impartiat, modo verè confidat, in quoſcunque inciderit, illis ſe & doctrina & exemplo virtutum veluti ſcholam futurum: & ſi ſeipſum diligenter ante muniuerit, vt, quod eſt apud Apoſtolũ, ne fortè cùm aliis prædicauero ipſe reprobus efficiar.

Ad hoc plus aequo solitudini affixus.

1. Cor. 9. b ἀδόκιμος γένωμαι.

Quòd locum identidem demutantibus monachis, neutiquam inter cæteros audendi quicquam, loquẽdiue liberè fieri poteſtas debet: & quòd deuitandi ſunt, qui tales ſunt.

C A P V T 9. E

ATque illi etiam deuitandi ſunt, qui inſtabiles identidem locum demutant, & modo ad hos modo ad illos fratres ſe conferunt, & irrequieto acti impetu ſe in circunluſtrandis aſſiduè monaſteriis occupant, & per ſimulationem ſpiritualis charitatis, carnis libidinibus obſequuntur: quorũ in animis nihil firmitatis, nihil ſolidi, nihil quòd diſciplinæ conueniat ordinis, nihil denique prudentiæ ineſt, aut grauitatis: contráque ſumma curioſitas, morum peruerſitas, leuitas, inconſiderãtia, dolus, hypocriſis, mendacis & veteratoriæ orationis pleniſsima aſſentatio in iſtis rèdundant. Hi enim & lingua rudes, & ventre intemperãtes ſunt. Horum volucris animus cõtinentes flabris veluti quibuſdam pulſatur, horum cõſilia aſsimilia veſpertilionum volatibus ſunt: quippe qui in directum nunquam feruntur, ſed tortuoſo, & incerto maximè volatu huc illúcque temere pererrant, ac circumuagãtur. Hi cùm in ſpeciem ſtatim aliud facturi videantur, poſtea præter omniũ opinionem, ad aliud quippiam longè diuerſum ſubita mentis leuitate feruntur. Hi multum ſerpũt, & nihil promouent. Siquidem iumẽtis iis aſsimiles ſunt, quæ ad molas deligata cum ingredi continẽ F ter non ceſſent, eodem tamẽ vſque in ſpatio ſemper reperiuntur: & fracto laboribus corpore, ipſa tamen vltra exigui loci fines progreſſa non ſunt: Sic iſti quoque cum aſſiduè in corporis libidinibus intricentur, in hiſque depreſsi inhæreſcãt, ad ſpiritus faſtigium nũquam euadunt: ſed inexhauſto curſu in orbem perpetuò incitati feruntur: quippe qui vnà cum corporis cõcupiſcentiis, voluptatibúſque

Asino molae alligato assimilis est inconstans.

ἀναγωγή.

γνώμη.

tibúſque aſsiduè agitati, rotatique, eodem vnde mouerant, deuoluti referantur, & propter voluntatis prauitatem, ab iniquitate, in qua ſunt, ſeruituti nūquam liberentur. Hi cùm ouis ſpeciem externè intuentium ſe oculis veluti eſcam quandam obiiciant, gulosam & vaſram, & aſtutam internè vulpem celant, multóſque ab recta viuendi via, ad ſimile, in quibus ipſi ſunt, viriorum genus conātur abducere: quicunque videlicet clauo rectæ rationis deſtituti, leui momento, nullo delectu magiſtris peræquè malis ac bonis fidem adiungunt, illúdque rectum exiſtimant quodcunque quis ipſis vel rectè vel probabiliter conſuaſerit. Et hos igitur ſecum trahere in ſuę prauitatis perniciē ſtudeor, quod videlicet illorum peruerſionem, excuſationem ſuam eſſe arbitrentur, & eleuationē criminum ſuorum flagitiorum cōmunionem. Proinde hi omni ratione cauendi ſunt, idque ea re, ne & peſtis contagione cæteros inficiāt, & ipſi cum ſe vndique velut proſcriptos & ab aliorum communione ſummotos animaduertēt, vel ſerò ſe ad meliorem frugem recipiant: & ignominiam illā, quòd bonos ſe defugere, atque auerſari videant, pædagogi loco accipientes, admoniti à prauitate reſipiſcant. Nam hoc etiam Paulus fieri iuſſit, loqueos de iis, qui nihil laborabant, ſed curioſè agebant: Hūc enim, inquit, notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur.

Quòd ab omni prorſus cleri, aut præſidentiæ inter fratres appetitione abeſſe monachus debet.

CAPVT 10.

CÆterùm clerum, aut inter fratres principatū nullo modo appetere monachus debet. Siquidem diabolica iſta peſtis eſt, & libidinis dominādi labes, quæ res inſignē eſt primę illius diaboli prauitatis indicium. Etenim ex hac ille quoque imperādi libidine præceps inſigni illo ſuperbiæ lapſu corruit. Et ſine dubio, qui in huius vitij poteſtate eſt, is eodem planè cum diabolo malo laborat. Qui autem ab eo captiui tenētur, eos Inuidos, contentioſos, inſimulatores, impudentes, calumniatores, aſſentatores, veteratores, humiles, vbi non conuenit, illiberales, glorioſos, ſexcētis denique aliis huiuſcemodi turbis refertos exiſtere neceſſe eſt. Etenim qui eſt eiuſmodi, is idoneis inuidet, ac palàm traducit. Quin erit ſæpenumero, cum illorum etiam interitum exoptabit, quò videlicet ſublatis de medio, qui tales ſunt, in deſerendis muneribus neceſſariò ſuffragia ad ipſum deueniant, atque ex hoc etiā aliud ſequetur, quòd iis, penes quos illa deferendi poteſtas erit, adulabitur, atque ita multa illiberaliter ac ſeruiliter aget: aduerſus inferiores verò, ſi aduerſētur, ſuperbè ac præſideorer ſe geret. Itaque dolos cōſueos cōmachinabitur, perturbationéſque innumerabiles, ac ſuſpiciones ſibi acceſſet, à ſéque animi tranquillitatem fugabit, & deus pacis expelletur, vtpote cui locus in eo non ſit, vbi acquieſcat. Cognito igitur hoc detrimento, à ratione abhorrentem iſtiuſmodi cupiditatem fugiamus. Quòd ſi aliquem deus aliquando ad res huiuſmodi deligat, prorſus idem etiam (quæ eius ſolertiſſima ſapientia eſt) probe nouit, quemadmodum etiam idoneum præbeat, vt nulla in parte conſcij ſimus eam ad rem ſtudium impendiſſe, aut ad id conſectandum, in animo deliteſcentem compreſſiſſe cupiditatem. Nam hæc quoque animi ęgritudo vt eſt atrociſſima, ita & à bonis nos abalienat.

Quòd ad recta ſtudia conſectanda neutiquam impellere nos inanis gloria debet.

CAPVT 11.

FVgienda autem cum primis inanis gloria eſt: quæ non ante labores, à laborum nos ſuſceptione deterret (ſiquidem leuius hoc eſſet malum omnino) ſed iis iam exantlatis, mercedis præmiis exuit ſpoliátve. Illa expugnatu difficilis & callida ſalutis noſtræ inſidiatrix, illa vel in ipſius cœli cōnexis, inſidiarum aduerſum nos collocatrix, virtutes ramis in cœlom vſque licet expaſſis ac porrectis adornatas profligare ac deturbare pertinaciſſimè contendit. Simulac enim illa pietatis mercatorem cuiuſquemodi virtutum mercibus oneratiam mentis nauem ſuffarcinaſſe & compleſſe animaduertit, procella ſua ocyus excitata, in eo omni conatu operam dat, vt illam euertat, atque aquis peſſundet. Illius enim qui ad regnum ſuperum nauigationis ſuæ curſum inſtituerat, mente, illa ad res humiles gloriáſque hominum contemplandas detorta, vniuerſas recéptione ſpiritu ex animo diuitias exufflat, & ſubrutis virtutum fundamentis, proceritate ſua ad cœlum vſque pertingētes labores deturbat & terræ allidit. cùm nos, vt eorū ab hominibus præmia expectemus, impellat, quos equum erat, cùm oculos in ſolum deum haberemus intēros, illique vni rectè facta noſtra reſeruaremus, meritam ab eo ſolum mercedē referre. Nos verò cùm ad amplectendas virtutes, hominum iudicio impulſi potius accedamus quā dei, inanémque ab illis glorię mercedem flagitemus, iure optimo diuinorū præmiorum fruſtrationem incurrimus: quippe qui non propter deū labores adeamus, ſed hominibus operarios noſmetipſos locemus: à quibus cùm mercedis loco, mercedis iacturam auferamus, quid eſt, quod nobis adeo reddi amplius poſcamus, propter quem animum, vt operis aliquid faceremus, noſtrū nūquam induximus? Quòd autem hoc verum ſit, animaduerte, quid ſacroſanctum euāgelium dicat de iis hominibus, qui hominum cauſa, quæ recta ſunt, faciunt: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Agè igitur, quando hæc ita ſunt, fugiamus inanem gloriam, dulcem ſpiritualium opum exſpoliatricem, iucundū animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum, blandiſsimam bonorum noſtrorum deprædatricem, eandémque mellis illitu fraudis ſuæ veneni coloratricem, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem. quod opinor ea de cauſa facit, vt vitio ſe illi auidius ingurgitent, nec vlla illius expleantur ſatietate. Dulce quid humana imperitis gloria eſt. Quin & qui ab hac captiui tenentur, ij facillimè ab ea impelluntur, vt à recto rerum iudicio aberrent. Qui enim hanc concupiſcit, is ſpreto domeſticorum conſilio, ꝙ id vnum tantum modo perfectum, & magniſaciendum iudicabit, quod apud imperitam, ac promiſcuam multitudinem in ad-

mirationem eſſe animaduerterit. Quò fit, vt ſi nequiſſimi etiam, ac omnis prorſus iudicij expertes ſint, qui quæ mala ſunt admittentur, neceſſario tamē ea omnia, quæ à ſtudiorum ſuorum iudicibus probata eſſe crediderit, facturus ſit, qui laudari ſe cupit. Ex quo intelligi facilè poteſt, inanem gloriam non ad euertēdas modo honeſtas actiones valere, ſed ad improbas etiam iter munire. Quocirca danda opera eſt, ne quoquam omnino à recta ratione, deóve rectę rationis autore oculos dimoueamus: ſed iter illud, quod à deo nobis mōſtretur, teneamus. Atque in huiuſmodi curſu, ſiue is ab aliquibus laudetur, ſiue contrà vituperetur, A coniectis in cœleſtem laudatorem oculis, neque illorum laudes magnopere curemus, ſed tantū de recto in rebus bonis iudicio illorum gratulemur neque iſtorum vituperatione ab eo vllo modo dimoueamur, potiúſque eorum vicem, tanquam recti iudicio carentium, atque in grauiſſimis tenebris verſantium doleamus.

De opportunitate temporis ad loquendum.

CAPVT 12.

ATque ex officiis quidem hæc ferè præcipua ſunt, quæ neutiquam pro virtutis ipſorū magnitudine, ſed pro modo facultatis noſtræ hactenus explicata ſunt: quæ verò deinceps reſtant virtutes, quæ videlicet quotidianos quaſi in conſuetudine cum cæteris mores commendant, & exponiuntur, eæ valde opinor omnibus ſunt in promptu, & in facili admodum cognitione verſantur, veluti maturitas temporis ad loquendum, & verborū habita vtilitatis ratione prolatio. Verborum autem ea opinor vtilitas fuerit, ſi aut de virtute in B loco diſſeratur, aut ſi ad rei alicuius, quæ facienda inſtet, vrgeátque, vſum ſermo accōmodetur, aut etiam denique ad audientium ædificationem referatur. Qui autem in alio quouis genere ſermones verſentur, ij reiici tanquam ſuperuacanei ac inutiles debent.

Quòd nequaquam facetias ſcurrilémue vrbanitatem conſectari monachus debet.

CAPVT 13.

VItandæ autem omnes omnino in ſermone facetiæ & ſcurrilis dicacitas ſunt. Siquidem fieri ſolet plerunque, vt qui ſeſe in rebus iſtiuſmodi occupant, ij rectam rationem deſerant: quippe cū ex eo illud fiat, vt animus ad ridicula diffundatur & in tacita ſecum cogitatione grauitatis ſeueritatíſque neruos omnes elidat. Quin incidit ſæpenumero, cū iſtiuſmodi contagio ſenſim proſerpens poſtremo ad verborum turpitudinem, & abſurdam atque extremam obſcœnitatem delabatur. Ex quo ſanè colligitur peruigilem & attentam animi excubationem cum facetiarū diffuſione ſi- C mul cohærere non poſſe. Cæterum ſi vſus etiam inciderit aliquando, vt remittendæ aliquātulum triſtitiæ cauſa, ſermone ad hilaritatem excitemur enimuero danda omnino opera eſt vt ſpirituali lepore referta ſit oratio noſtra, & euangelico ſale condita, vt rectæ, quæ interius ſit, ſapientiæ gratum foras odorem aſpiret, dupliciterque auditorem & animi relaxatione, & intelligentiæ feſtiuitate delectet.

De manſuetudine, & quomodo charitas conflatur.

CAPVT 14.

MAnſuetudine autem cum primis plenus eſſe monachus debet, quādoquidem ſpiritus manſuetudinis vel particeps iam factus eſt, vel fieri ſe participem cupit: illúdque conuenit, vt ſuſcepto hoſpiti hoſpes aſſimilis ſit. Cæterū ſi vſus inciderit, vt ſuſcipienda aliquādo à nobis aduerſus D alicuius negligentiam indignatio ſit, qui videlicet ſit in noſtra ditione, adhibenda in eo cura eſt, vt indignatio ratione ſit tēperata. Siquidem gladiis medici vtuntur, vtuntur & homicidæ. Verùm hi, quòd ad eos tractandos ita, atque immanitate impulſi accedunt, ſceleſtiſſima per eos deſignant facinora: nempe qui eos quibuſcum generis ſunt communione coniuncti, vita ſpolient. Illi contrà quòd ex ratione ipſis vtuntur, magnas ex iis afferunt vtilitates. Siquidem eorum opera vſi, conſtitutos in periculis homines liberant. Eodem modo etiam, quicunque adhibita in conſilium ratione ſibi indignandum cenſuerit, magnopere illi vtilis fuerit, aduerſus quem animo incitatus ſit: nēpe qui eius vel negligentiam corrigat, vel improbitatem contrà autem qui ab ira vinci ſe ſinit, ab eo vere rectum proficiſci nihil poteſt. Non eſſe verò alienum ab iis, qui manſuetudini ſtudent, animo interdum in loco incitari, hinc perſpici facillimè poteſt, quòd Moſes, de quo in ſanctis literis teſtatum habemus, mortalium eum omnium E longè manſuetiſſimum fuiſſe, vbi ita temporis ratio poſcere viſa eſt, vehemētiſſime eſt indignatus atque eatenus animi concitatione progreſſus, vt eam non alia ratione, quàm ſuorum cæde terminarit, hócque tum, cùm vitulū illum fabricarunt, tum etiam cū nefariis ſe Beelphegor ritibus polluerunt. Ex quo intelligi facilè poteſt, vt quis adhibita ratione animo incandeſcat, poſſe nihilominus eum dignitatem manſuetudinis incorruptam retinere. Nam illud omnino nunquam moueri, aut ſicubi opus ſit, non indignari: naturæ potius lentitudo, quàm manſuetudo appellanda eſt. Porrò manſuetudini naturaliter etiam ferè adiūcta patientia eſt. Siquidem manſuetudo patiētiæ eſt mater. Neque minus etiam iis, qui verè modo manſueti ſunt, ac non qui motibus ſint plus ęquo ſeueris implexi ac defœdati, permiſtim ſe attemperat & comitem adiūgit Benignitas. Hæc enim ſuauis ac placida benignitas materiā ſuggerit gignendæ manſuetudini. Vtraque porrò hæc virtus vnà inter ſe commiſta, coniunctáque præſtantiſſi F mam virtutum omnium charitatem efficiunt.

De prudentia.

CAPVT 15.

CÆterum in omni, quę ſuſcipitur, actione, antecedere prudentia debet. Nam prudentia remota, nihil cuiuſuis generis eſt, quod licet bonum

Ratio & prudentia bona aliis modum præſcribūt.

num videatur, non in vitium recidat, ſi aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione fiat. Ratio verò & prudentia vbi rebus bonis idoneum tempus ac modum definiunt, mirabile eſt, quantus ex earum vſu cùm in dantes, tum in accipientes fructus redundet.

De fide & ſpe. CAP. 16.

OMnibus autem in rebus, priuſquam ad eas aggrediamur, viā munire debet ac præſtruere ea, quę in deum fides eſt, eique omnes vnà ſpei alacritas adiungenda, quò videlicet & fide fultas animi vires ſuſfulciamus, & ſpei alacritate animo A ad res honeſtas erectiores ſimus. Neque enim in rebus bonis conatus humanus, ſublata ope diuina, perfectè vnquam, quod vult, poterit adipiſci: neque item viciſſim diuinum præſidium ad nos nullo noſtro ſtudio venturum putandum eſt. Sed ad perfectum virtutis cumulum coniuncta ſimul eſſe vtraque hæc oportet, & humanum ſtudium, & auxilium cœleſte, fidei opera aſcitum & comparatum.

De humilitate animi.

CAPVT 17.

CÆterum in omnibus quę rectè fiant, cauſas, cur illa ſic fiant, domino aſſignare animus debet, neque omnino eſſe quicquam exiſtimare, quod ſuarum virium facultate aſſequi poſſit. Huiuſmodi enim animi affectio natura ſuapte ſolet B humilitatem in nobis ingenerare. Porrò humilitas tutiſſimus eſt virtutum omnium theſaurus. Hæc habes à nobis chariſſime quædam quaſi ſemina de virtute ſermonum, quæ ſi diligentius excolueris, vbertimos ex iis fructus reportabis, & dictum ſapientiæ illud verum eſſe confirmaueris quod dandam eſſe ſapientibus occaſionem præcipi, vt ſapientiores fiant.

ταπεινοφροσύνη λάκκος ἀρετῶν. Icm.9.b

Quot modis prauæ in animo cogitationes exiſtant.

CAPVT 18.

SEd quoniam ſuperius iam de iis, quæ ad mētis agitationem pertinerent, diſputauimus, neque tamen quot modis prauæ in animo motiones exiſterent diſtinctione vlla adhibita explicauimus: ſane operæprecium facturos nos arbitrati ſumus ſi nunc illud quoque adiungeremus, ne videlicet C ad abſolutam huius partis pertractationē, cumulus omnino vllus deeſſe videretur. Duobus itaq; modis, indecentæ conceptiones rectis cogitationibus turbam & intempeſtiem conciunt: cum aut animus videlicet ex ſua ipſe quadam incuria ad rerum futilium cōtemplationem aberrat, temerèq; ex aliis in alias cogitationes delabitur: aut cum inſidioſè menti noſtræ abſurdas rerum ſpecies Diabolus conatur obiicere, eámque hoc modo à rerum laudabilium contemplatione, inquiſitionéque auocare. Cum igitur animus quòd remiſſa illa ſolidiore mentis contentione, pellentiū ſe cuiuſquemodi variis rerum vulgariom memoriis repetendis, in his temere ſe diutius occupet, in va-

Praua cogitationes ergo duplex.

rias errorum ambages ſoleat incidere, ac plerunque ad extremum cogitatione ad res turpiſſimas ac flagitioſiſſimas defertur: enimuero id quotieſcunque acciderit, huiuſcemodi animi ſocordia, diffuſióque excitata ſeueriore acriorèque mentis diligentia caſtiganda eſt ac corrigenda, aſſiduéq; vt quæque ſingulis nobis temporibus propoſitæ ſint, ita ad attentiorem rerum honeſtarum conſiderationem inducenda, in eáque occupanda. Si quando ex inſidiis eam circumuenire Diabolus teniet, & quas commentus ex ſe eſt, cogitationes magno cum impetu, veluti ignita quædam tela in pacatum ac quietum animi ſtatū intorquere con D tendat, illúmque inopino aſſultu conetur incendere, & eorum quas ſemel intruſerit, diuturnas, & ad extricandū difficiles memorias efficere, ſanè hic maiore quadam vigilantia, contētióreque animaduerſione huiuſmodi declinandæ inſidiæ ſunt, & peritorum athletarum imitanda conſuetudo, qui ſumma cum animi attentione, tum corporis agilitate celeritatéque aduerſariorum ſuorum apprehenſiones eludunt, & belli omnis eua ſio, & telorum declinatio orationi, ac diuinę opis imploratione cōmittenda. Hoc enim nobis Paulus præcepit, cum dixit, In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Quanuis igitur etiam inter ma dum prauas ille rerum animis noſtris ſpecies obiiciat, non propterea tamē ab oratione nobis eſt deſiſtendum, neque iniectam ab hoſte prauam ſe mentem, aut immiſſas à præſtigiatore verſipelli ſuggeſtiones, noſtras eſſe arbitrandum, quin potius vbi rem nobiſcum putauerimus & ſceleris in nentori, prauarum iſtiuſmodi cogitationum cau- E ſas attribuerimus, hoc maiore debemus conatu procumbere, deóque ſupplicare, vt diſiecta ab animo noſtro interpoſita iſtiuſmodi nequam cogitationum quaſi maceria, mēs liberè celeritérque ſine vlla mora impedimentóve ad ipſū queat peruenire, neque ab inſtituto ſuo curſu vllis malarū cogitationum incurſibus retardetur. Si vero per aduerſarij impudentiam, flagitioſarum iſtiuſmodi cogitationum vis vehementior etiam inſurgat ne ſic quidem eſt ſuccumbendum aut deiiciēdus animus neque ſuſcepta certamina, ex dimidia parte confecta relinquenda: ſed euſque noſtra maie perdurandum, quoad deus perſpecta noſtra conſtantia gratia ſpiritus ſancti o nobis affulgeat nōſve illuſtret, quæ & inſidiatorem in fugam propellat, & mentem nobis puram efficiat, & diuino lumine compleat, & rationi noſtræ in pacatiſſima trāquillitate conſtitutæ ocium ad deum colendum ſuppeditet. F

τῇ ἀσκήσει confirmāda.

Ephe. 6.c

Ad canonicos, hoc eſt regularem vitam degentes in cœnobio.

CAPVT 19.

AC de iis quidem, qui ſingulariter & ſeorſim à cæteris ſe ad pietatem exercent, déque ſolitariam vitam complexis ſuperius dilucidè quantum potuimus, diſputauimus: quemadmodum videlicet quiſque, & animo aſſiduè in rebus honeſtis exercendo, & corpore, eo modo, quo facto vſus ſit, moderādo, perfecti nobis philoſophi for

maın poſſet exprimere. Verumenim quoniã ma-
ximam partem,qui ſe colendę pietati dediderũt,
ij in ſocietate cum aliis deguot,in qua inter ſe vi-
ciſſim alter alterius ſui propoſitum animi ad vir-
rutem exacuunt,ſéque inter ſe rectè ſactorum æ-
mulatione ad maiores quotidie in ſtudiis cecum
honeſtarum ſaciendos progreſſus impellunt, æ-
quum factur os nos arbitrati ſumus,ſi ad hos quo
que aliquid cohortandi gratia ſcriberemus. Cęte
rùm illud docendi ſunt prius,bonum illud,ad ꝙ
ſtudeot peruenice,quantum & cuiuſmodi ſit: vt
eobortatione ad id noſtra poſtea ſuſcepta,nibilo
minore, quàm quantum eius magnitudo ac dig-
A nitas poſtulat,ad id adipiſcendum animi alacrita
te,ſtudióque contendant. Pcincipio igitur ad bo-
numillud , quod ex natura eſt,reuertuntur, cum
vnà cum cæteris communionem,conſociationẽ-
que amplectũtur. Siquidem perſectiſſimam ego
vitæ communionem illam appello, à qua priuata
omnis rei cuiuſque excluſa poſſeſſio eſt & elimi-
nata:itémque vnde diſſenſio omnis,ac perturba-
tio omnis,conteotio omnis abeſt,& rixæ: cõtrà-
que vniuerſa communia,animi,mentes,corpora,
eaque,quibuſcunq; neceſſario ad victum,cultúm
que vtimur: communis deus, communis pietatis
mercatura,communis ſalus,communia certami-
na,communes labores,communia præmia & cec
taminum exantlatorum coronæ, vbi multi vnus,
& vnus non ſolus,ſed in pluribus. Huic vitæ inſti
tuto, quid eſt tãdem quod iure æquiparari poſſit?
quid eo beatius dici? quid bac cooiunctione vni-
tate & neceſſitudine aptius excogitari? Quid mu-
B tua inter ſe morum, animorúmque contemperatione
tione gratioſius fingi? Homines ex diuerſis natio
nibus ac regionibus profectos pec exactam mo-
rum ac diſciplinæ ſimilitudinẽ adeò in vnum ve-
luti coaluiſſe, vt in pluribus corporibus vnus mo
do eſſe animus videatur, viciſſimque plura corpo
ra meotis vnius inſtrumenta cernãtur. In his,qui
infirma corporis valetudioe eſt,is compluriũ ani
mos imbecillitatis ſuæ participes habet. Qui ve-
rò animo æger eſt,& affligitur,ei complures prę-
ſto ſunt, à quibus curetur, à quibúſque aſſiduè eri
gatur. Hi æquabili iure inter ſe alij aliorum & ſa-
muli ſunt, & domini, & in inuicta libertate accu-
ratiſſimam ſibi inter ſe ſeruiũt ſeruitutem, quam
non neceſſitas caſus ſortuiti oppreſſis & in capti
uitatem abductis magno ipſorum cum mœrore
violenter inuexit, ſed cũ gaudio libera animi vo-
luntas induxit: quippe cum charitas ipſos alioqui
liberos inter ſe alios aliis ſubiectos efficiat, & ip-
ſis nihilominus tameo illorum volũtatis arbitrio
libertatem conſeruet. tales nimirum cum ab ini-
tio nos fingeret deus, eſſe voluerat, & ꝓpterea
crearat. Qui eiuſmodi ſunt, ſine controuerſia pci
C mi parentis noxam contegentes , antiquum bo-
num in priſtinum reuocant. Quandoquidem niſi
naturæ noſtræ vnionem diſſecuiſſet peccatum, li
tes, & diſsidia, & bella in hominibus non eſſent.
Hi liberatoris noſtri, eiúſque vitæ, dum inter nos
verſaretur, inſtitutorum, veri perfectíque imita-
tores exiſtunt. Quemadmodum enim ille coacto
diſcipulorum choro communia cuncta, ſéque ip-
ſum communem apoſtolis præbuit, item hi quo-
que antiſtiti ſuo obtemperantes (qui modo vitæ
ſuæ præſcripta rectè cõſeruant) genus viuendi a-
poſtolorum ac domini imitantur. Hi vitæ diligen
ter communitate retenta, angelorum viuendi ri-
tum æmulantur. Nulla eſt inter angelos lis, oulla
contentio, nulla controuerſia: ſed cũ babeat quiſ-
que, quæ omnium ſunt, omnes tamen integras a-
pud ſe ſuas diuitias conſeruant. Siquidem nequa
quã materia, quæ circuoſecibi poſsit, angelorũ di
uitiæ ſunt, quæ quãdocũq; eam in plures diſtribui
opus ſit, neceſſario diuidi debeat: Sed contra, ma
teriæ omnis illorum expertes copiæ ſunt, & in v-
na eadémque mentis agitatione diuitiæ colloca-
tæ. Et propterea cum integra apud ſingulos bo- D
na ſua cuique permaneant, omnes peræquè diui-
tes efficiunt, nempe quæ ſe ſine controuerſia, pu
gnave ipſis præbeãt poſsidẽdas. Sũmi enim boni
contẽplatio, & virtutum luculentiſsima cognitio
angelorũ theſaurus eſt. Hæc autem eiuſmodi ſuot
vt cũ perſectã eorũ pco ſe quiſque ſinguli cogni-
tionem. poſſeſsionẽq; adipiſcãtur, vniuerſis tamẽ
io ea liceat intueri. Sine dubio tales ſũt, qui veræ
ſunt pietatis cultores, vt eorum non de rebus ter
renis, ſed cœleſtibus concertatio ſit, & indiuidua
quadã diuiſione eadẽ vniuerſi & ſinguli apud ſe
quiſque cõſeruent. Siquidẽ virtutis ea acquiſitio
eſt, & rectè ſactorũ diuitiæ, & laudãda ſraudatio,
& lachrymarũ expers rapina, vbi inſatiabili auidi
tati præmiũ eſt, ac propoſita corona, & quiſquis
hic vim ſibi nõ facit, vt euſq; olim penetret, reũ
ſe cõſtituit, omnes rapiunt, & nemini iniuria ſit,
quæ quidẽ cauſa eſt , cur diuitiarũ earũ arbitra &
moderatrix ſit pax. Hi dũ laudabili ratione viuẽdi
ſua , cõmunitatéq; cœleſtis vitæ ac ſtatus egregiè
formã effingũt, ſutura promiſsi regni bona præri
piunt. Hi perſectè rerũ omniũ paupertatẽ tenẽt, E
in quibus nihil proprium cuiuſquam ſit, ſed com
munia omnium omnia. Quot quantáve bona no
bis conciliarit aſſumptæ carnis merito liberator
noſter, iſti perſpicuè admodũ demonſtrarunt cõ-
muni hominum vitæ, dum laceram hominũ natu
ram, & in partes penè innumerabiles diſſectam,
quantũ quidem in ipſis eſt, redintegrant, deóque
reconciliant. Siquidem eorũ omnium, quæ ab li-
beratore noſtro in carne geſta ſunt , ſumma huc
pertinet, vt humanam naturã cum ipſam ad ſeip-
ſam, tum ad ſe etiã reuocaret ſibíve eam concilia-
ret, & ſublata praua diſſectione in priſtinam inte
gritatem, coniunctionémque reſtitueret, atque
vt peritiſsimus aliquis medicus corpus in plures
partes cõciſum ſalutaribus medicamentis religa-
ret. Atque bæc neutiquam ea re ſum perſecutus,
vt dicẽdo rei magnitudinem adderem, & eorum
qui in vita cœnobitica promouerunt , præclaras
virtutes verbi exaggerarem, neque enim eiuſmo
di mea dicẽdi ſacultas eſt, vt ea rebus alioqui per
ſe magnis ſplendorẽ poſsit afferre, quin mihi me
tuendũ eſt potius, ne exilitate ſua eas ſua ſpõte cla
ras obſcuret: ſed vt, quoad fieri poſſet, ſplẽdidi a-
deo propoſiti ad virtutes inuitantis excellẽtiam,
dignitatémque perſequerer ac demonſtrarẽ. Nã
quid eſt tandem , quod ſi huic comparetur, non
iure lõgè inſerius iudicetur? Apud quos enim pa-
ter ſit vnus, qui cœleſtem patrem imitetur, & filij
multi, qui ſummæ in magiſtrum ſuum beneuolẽ-
tiæ officiis mutuo inter ſe alij alios ſuperare con
tendant, filij inquam & vnà inter ſe concordi-
bus animis adſtricti , & honeſtiſsimis virtutum
officiis

δεξιούμενοι officiis patrem quaſi præhenſa dextera excipieotes, ac proiode recreates, neque oaturæ neceſsitudiois ſuæ cauſam aſcribentes: ſed quæ oatura firmior eſt, tationem coniunctioois ſuæ ducem ſibi ac cuſtodem aſciſceotes, & ſe inter ſe vinculo ſpiritus ſaocti conſtringentes: Ad horũ tam præclari oegocij magnitudinem exprimeodam, quæ ſatis idonea inueniri in terris ſimilitudo poſſit? Sed enim ea in tetris nulla eſt, ſola cœleſtis relin- *ἀπαθὴς.*
A quitur. Impatibilis cœleſtis pater ab affectionum impuritate ſe auocat hic quoq;, ratiooe ſibi cuoctos concilians. Incorrupti liberi cœleſtis patris; incorruptionis ſtudiũ bos quoque ſecit adoptiuos. Charitate quæ io cœlo ſuot, inter ſe cooiunguntur, charitas bos mutua cõpagine connexuit. Nihil omnioo inſidiarum ordiri auſit aduerſus buiuſcemodi phalangem Diabolus, vt qui vnus aduerſum tot agooiſtas parem iotelligat ſe eſſe non poſſe, adeò expeditè adeóq; confettim contra ipſum militantes, & charitate veluti acta teſtudioe inter ſe alij alios taotopere protegentes, *ἐνστατικῶς καὶ συγκεκροτημένως* ſpiritúque conſepientes, vt ne vel tantillum loci detur irrependi illius aſſultibus. Conſidera mihi quaota ſeptem Macbabæorũ in decertando conſenſio fuerit, & præ iſtis flagrantiorem apud hos animorum conſenſiooem repeties. De his io carminibus ſuis exclamauit Dauid, cum dixit, Ecce *Pſal. 132.* quàm booum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. quibus verbis per bonum ille vitæ probitatem expreſsit, per iucundum autem lætitiam eam, quæ ex coocordia, & animorum coniuoctiooe progignitur. Hoc vitæ geous qui dili-
B genter colunt, ij cœleſtem ac ſupremam mibi virtutem videntur imitari.

Quòd qui ad colendam pietatem accedit, is firmo ad eam iudicio debet accedere, & de obedientia.

CAP. XX.

AT que iis quidem, quorum mens aliquanto perſpicacior eſt, in ea quæ ſuperius à nobis facta buiuſce vitæ inſtituti proprietatũ expoſitio eſt, quæ in ea adhibeoda diſciplina ſit, ſatis explicauimus. Verùm quoniam æquitas poſtulat, vt eorum cauſa, qui ſimpliciores io fratribus ſunt, enucleatius etiam rerum ſingularum præſcripta tradãtur, reliquum iam ad boc ipſum pergamus. Oportet igitur, & quidem in primis, vt qui ad vitæ ſe huius rationem cootulerit, is ſtabili, firma, immobilique voluntatis conſtantia ſit, iudicióque eiuſmodi, quòd à maleuolis ſpiritibus oeque attentari poſſit, neque loco depelli: animi prætereà firmitate tanta, vt ad mortem vſque martyrum conſtantiam præ ſe ferat, cùm diuinis præ-
C ceptis retioeodis, tum obedientia aduerſum magiſtros ſuos conſeruanda. Siquidem hoc totius *Obedientia deo debetur & ſuperioribus collatum.* vitæ huius inſtituti caput eſt. Quemadmodum enim deus, qui omoium pater & eſt, & appellari ſua ſolius vult dignatione, ſummam, à quibus colitur, obedientiã requirit: ſic qui ſpiritualis in hominibus pater eſt, cùm præſcripta ſua ad diuinarum legum exemplum accommodet, perfectiſsimam ipſe quoque obedientiam requirit. Etenim *ἀπαίτησιν ἀπαιτεῖ.* ſi qui ſe alicui artium iſtarum illiberaliũ ac mechanicharum dediderit, iſtarũ dico, quæ ad traoſmittẽdam vitaio banc vtiles ſunt, artifici ſuo quacunq; ratione pareodũ putat, oeq; vlla io re præceptis illius aduerſatur, nec verò ab eo vel ad minimum tẽpus digreditur, ſed aſſiduè vſq; in oculis magiſtri eſt, cibúmq; ac potum, & reliquum victum omnẽ æquo animo, vt ille præſcripſerit, admittit: multò certè credibilius eſt, qui ſe ad pietatis, religioniſq; doctrinã percipiendam cõtulerunt. eos, ꝙ ſemel ſint perſuaſi, huiuſmodi poſſe D
ſe ab antiſtite ſuo ſcientiã accipere, fore vt omnibus illi io rebus libẽtiſſimè obſequãtur, ſummèque ae diligentiſſimè obtẽperent, neq; ab eo, eorũ quæ ſibi imperẽtur, ratiooẽ repoſcãt, potiúſq; vt imperatũ opus perficiãt, extra tamẽ ſiquid erit eiuſmodi, qđ ad ſalutẽ pertinẽs ignoretur. Quod enim buiuſmodi eſt, id ea quàm par eſt, modeſtia ac reuerẽtia adbibitis, ĩterrogare et doceri licebit.

Quòd ſecularium propinquorum congreſſiones, conſectandæ non ſunt: neque de rebus illorum ſolicitudo vlla capieoda.

CAP. XXI.

APropinquis autẽ, amicis, pareotibúſve animi affectione nos tã longè oportet eſſe diſiunctos, quàm longè eos, qui iã ſiot vita defuncti, à viuis videmus diſtare. Qui enim verè ſe ad ea, quæ ex virtute ſunt certamioa exuerit, mũdóq; ac rebus mundanis omnibus ouociũ remiſerit, quique (vt plus aliquid dicam) mundo ſelpſum crucifixerit, is mundo & omnibus, qui in E
mundo ſunt, mortuus eſt, ſiue illi parẽtes ſint, ſiue *Metaphora ab Athletis petita.* fratres, ſiue tertiũ, quartúmve, aut quemuis deinceps cognationis gradum obtioeant. Ac ſi quidẽ parẽtes à cõmuni vita receſſerint, & ad filij ſe viuendi ioſtitutũ contulerint, verè tum illi babeodi propioqui ſunt, non qui parentũ, ſed qui fratrum locum obtineant. Siquidem veriſſimus pater eſt, primus quidem, qui cõmunis omnium eſt pater: ſecũdum illum verò deinceps is, penes quem ſpiritualis viuẽdi ritus moderatio eſt. Si verò in priſtina vitæ conſuetudine propinqui noſtri permaneant, ij pars mundi ſunt, à quo diſiuncti nos ſumus, neq; vlla nobis cum illis neceſſitudo iotercedit, qui externum hominem depoſuerimus, & propinquitatẽ, quã cum ipſis habebamus, exuerimus. Qui autem maiorem in modum ſecularium *δόγμα memorabile.* hominum amicitia delectatur, eáque re aſſiduè cum illis eſſe in colloquiis cupit, is ex frequenti cum illis ſermone prauas eorũ affectiones in animum facilè inſinuauerit, & mente rurſum cogitationibus mũdanis cõpleta, à præclara illa quam erat aggreſſus, inſtantia operis deſciſcet, & à ſe deinceps proſcripta vitæ ſpiritualis ſtabilitate, quem ex aoimo effuderat, vitæ prioris vomitũ re- F
ſorbebit, atq; adeò ſaucius tandẽ coocidet & miſerè confixus ab hoſte, qui ſpiritualẽ eius cõuerſationem interturbare cooſueuerat per congreſſionem intempeſtiuã propinquorum carnalium. Quocirca danda nobis opera eſt, vt propinquis noſtris ea optemus quę optima ſunt, iuſtitiam dico, ac pietatem ad deum, eáque quæ magni nos æſtimauimus. Siquidem huiuſmodi rerum precatio cum nobis honeſta eſt, tum illis non me-

diocrem fructũ per nos allatura. Quarè profuerit, vt nihil illorum ſoliciti, cogitationes ipſi in libertatem ab omni cura & anxia ſolicitudine vindicemus. Diabolus enim cùm oẽs nos de rebus vitæ huius curas exuiſſe animaduerterit, & expeditiſsimo curſu ad cœlum cõtendere, in hoc elaborat, vt cum animũ noſtrũ in propinquorũ recordationem reduxerit, eo ſenſim adducat, vt rationibus illorum curandis, mentẽ noſtrã ad ſuſcipiendas rerum vitæ huius ſolicitudines impellat,
A vt videlicet illa ſecum verſet, quę res propinquorum ſit, eiuſmodive, qua ſe poſsint tutari, an non: ex cõtractibus præterea lucra quæ veniant, & illorum fortunas quantopere exaugeãt: ad hæc ex variis ac fortuitis vitæ caſibus quæ iacturæ cõtingant, eæque illorũ rem quantopere minuant: facitq́;, vt & rebus illorũ ad vitæ cõmoditates proſperis vnà cum ipſis lætemur, itemq́; ex aduerſis doleamus: ſimiliterq́; vt cum eorũ inimicis pariter inimicitias geramus (& quod grauius eſt qui iuſsi ſumus, vt inimicum neminem habeamus) & amicis contrà faueamus indignis ſæpe ſpirituali coniunctione: præterea vt de iniquis ac per illorum frudes quæſitis lucris gaudeamus: prauas denique oẽs de rebus vitę huius affectiones, quibus exutis earũ loco ſpirituales cogitationes induxeramus, denuo in animũ nobis reducit, quo iterũ ad rerũ humiliũ atq; ſeculariũ cogitationem depreſſo internũ monachũ perimit: Fit hinc, vt veluti ſtatua ſit monachus quæ ſolã monachi figurã circunferat, nimirũ quæ nuſquã virtutibus ſit animata. Quin accidit plerunque, vt ex immoderata
B erga ſuos beneuolẽtia, monachus, vt propinquorum inopiæ ſuccurrat, ſacrilegij ſcelere obſtringere ſe nõ dubitet. Quæ enim ad eorũ vſus ſeruãtur, qui deo ſe dedicauerũt, ea ſacra, & verè in earum rerũ numero, quæ deo cõſecratæ ſunt, eſſe & intelliguntur, & iudicãtur. Quocirca quicunq; ex his quippiam ſibi ſurripit, is ſine dubio ex iis eſt, qui auſu temerario ſacrilegia deſignatũr, iudicãdi ſunt. Intellecto igitur intolerabili detrimento, quod ex animi erga propinquos noſtros affectione nobis naſcatur ſolicitudinẽ de illorũ rebus, vt diabolicũ telum, fugiamus. Siquidẽ dominus etiã ipſe huiuſcemodi affectionẽ, & cõſuetudinẽ vetuit: qui quidẽ ex diſcipulis ſuis cuidã, ne id quidẽ vnũ permiſerit, vt res ſuas cũ propinquis ſuis cõponeret: alteri vt ne cadauer quidem mortui patris humo ſuper iniecta contegeret. Ei enim qui res ſuas cum propinquis ſuis cõponere volebat, ſic ait, Nemo qui miſit manum ſuam ad aratum, reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Ei verò qui ipſum rogabat, vt ſineret ſe patrẽ ſepelire, Sequere me, inquit, & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Atqui quæ vterq; rogabat, rationi maxime
C cõſentanea eſſe videbãtur, ac iuſtiſsima. ſed enim neutiquã ea ſaluator probauit, neq; vel ad punctũ quidẽ tẽporis ſeiungi ab ipſo cœleſtis regni alumnos permiſit, ne ſublimi illa & cœleſti animi elatione humilius aliquid vel facerẽt vel cogitarẽt, mente in rerum terrenarum, fragiliúmque cogitationem depreſſa & acclini: tanquam qui ad res cœleſtes animum adiunxerunt, iis neutiquam liceat, eorum quæ in terra ſunt, rationẽ vllam habere, vt qui iam ex ea animo emigrauerint, & mentis contemplatione altiores mundo ſint effecti. Si verò aliquis dicat, Quomodo igitur lex præcipit habendam eſſe curam propinquorum, quando dicit, Et à propinquis ſeminis tui noli tuo vultum auertere. & præterea apoſtolus etiam ſimiliter, cum dicit, Siquis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam nõ habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior: Huic paucis reſpondebimus, hoc ab admirabili apoſtolo dictũ fuiſſe iis, qui in communi & vulgari genere vitæ verſabantur, qui diuites erant, & propinquorũ inopiæ D poterant ſubuenire. Similiter quoq; lex etiã hæc dicit. Atq; vt dicã breuius, viuis dicta ſunt illa, nõ mortuis: nam hi quidem ab omni prorſus huiuſmodi debito liberi ſunt. Tu autem mortuus es, & toti mundo crucifixus. reiectis enim vitæ huius diuitiis, ſummã paupertatem complexus es: cum teipſum deo dedicaueris, in peculiarem deo theſaurũ adſcitus es. Vt mortuus liber es ab omni in propinquos tributi collatione: vt nudus omni rerum poſſeſsione, nihil iam habes, quod largiaris. Quin ne in corpore ipſo quidẽ tuo quod alioqui in tuo ære fuerat, poſteaquã illud deo ſemel conſecraſti, ius tibi vllum reliquum eſt, tanquam in re deo dedicata, & ſcelerate facis, ſi ad hominum vſum illud accommodes: ſed cum iis tantummodo, qui idem tecum vitæ inſtitutum tenent, veluti qui deo ſe penitus dediderunt, tibi verſandum eſt. Quì igitur ea in te conuenient, quæ de ſacroſancta ſcriptura memorata à nobis ſunt verba? aut quomodo non peccatũ incurres, qui initum cum deo de colenda pietate fœdus violes?

Elegãs nec minus vera collatio. γνώμη

διαβολικὸν ὅπλον.

Luc. 9. g. Matt. 8. b

1. Tim. 5. a

Quòd neutiquam quis à ſpirituali ſe fratrum cœtu debet abſcindere.

E

Cap. XXII.

IAm illud quoque certiſsimum tenendum eſt, eum qui ſemel ſpiritualis fratrũ ſocietatis coniunctione copuláque obligatus ſit, ab iis, quibuſcum iunctus ſit, ſine ſcelere abſcindere ſe, aut ſegregare non poſſe. Si enim homines ſæpenumero vbi ſemel ſe in coniunctionem fragilis vitæ huius dederunt, ab ea ſe amplius præter inita ex pacto & condictione inter ſe fœdera, ſeparare non poſſunt (alioqui qui hoc facit, is ſtatutis pœnis obnoxius ſit) ſine dubio multo magis qui de ſpiritualis conuictus vnione fœdus inierit, cùm ea indiſſolubilem ac perpetuam habeat coniunctionem, ei ſeiungere ſe, præcideréve ab his non licebit, quibuſcum vnum veluti eſt corpus effectus. Alioqui ſi hoc facit, grauiſsimis ſe à deo cõſtitutis ſuppliciis addicit. Si enim mulier ad viri ſocietatẽ lege matrimonij prouecta, & vnà cum eo copula carnali coniuncta, morte multatur, ſi F ei inſidias feciſſe deprehenſa ſit: quantò is magis ſubiacebit pœnæ grauiori ſi ſe abiunxerit, qui ſpirituali communione copulatus ſit, teſte atque ſequeſtri, ipſo ſpiritu ſancto? Quemadmodum igitur membra corporis naturæ vinculo coniugata, à corpore auelli non poſsint, aut ſi auellantur, quæ auulſa ſint, ea emortua ſint, neceſſe eſt: item quoque monachus, quotieſcunque reliquorum fratrũ corpori coniunctus eſt, & firmiore, quàm ſit vinculum naturæ compage vinctus teneatur,

Argumẽ. à simili.

Alterum simile.

nempe

nempe ex pacto quod is cum ſancto ſpiritu contraxit, nullo modo putandus eſt ab iis ſe poſſe diuellere, quibuſcũ copulatus ſit. Alioqui ſi hoc facit, & animę vitam amittit, & vnà cum ea gratiam ſpiritus ſancti, vtpote qui initũ ipſo autore fœdus violauerit. Si verò aliquis dicat, in fratribus eſſe aliquos vitioſos (neq; enim vniuerſos opinor culpabit. Neq; enim propterea vt vitioſi eſſent, ſocietaté illi coïerunt, vt vnanimiter cuncti improbi eſſent) Sed ſiquis improbos quoſdã reperiri inter fratres dicat, eiuſmodiq; qui & temere officia cuncta peruertãt, & honeſtaté negligant, & conA uenienté ordini illi contẽptim imminuant diſciplinã, ac propterea huiuſcemodi hominũ ſocietatem relinqui oportere, nequaquã is idoneã recedendi cauſam cõmentus eſt. Siquidẽ neq; Petrus, neq; Andreas, Ioannésve propter Iudæ improbitaté ſe à reliquorũ apoſtolorum choro ſubmouerunt, neq; alius de apoſtolorũ numero quiſpiam hãc ad recedendũ anſam arripuit, neq; quominus Chriſto obtemperans eſſet, vlla in re illius vitiis retardatus eſt: ſed contrà potius relicta illius peruerſitate dominicæ diſciplinæ ſeruiẽtes ac morigeri pietaté, virtutémq; magno ipſi ſtudio ſectabantur. Ex quo intelligitur, qui aliorũ improbitate cogi ſe dicat, vt à ſpirituali ſe ſegreget ſocietate, eum neutiquã idoneã leuitatis ſuæ cauſam inueniſſe. Quin ipſe potius terra petroſa eſt, qui præ imbecillitate cõſilij veritatis verbũ alere nõ poteſt. Cúmq; aut propter vel tantillæ tẽtationis incurſum aut vitioſę affectionis intemperantiã, honeſtatis & cõtinentiæ ſtudioſum viuendi inſtituB tum non ferat concitus flagranti vitiorũ æſtu torretur, & vnà cum tenero adhuc doctrinæ germine exareſcit: nẽpe qui ſibi cauſas veriſimileis quidem illas ſed ad defenſionẽ ante tribunal Chriſti haud ſatis idoneas, ex animi ſui ſentẽtia cõfingat, ſibíq; ipſi facile impõnat. Siquidem nihil eſt facilius quàm ſeipſum fallere, quòd quiſq; ſibiipſi beneuolus æquóve indulgẽtior eſt iudex, & quæ iucunda ſunt, ea vtilia iudicat. Quamobrẽ qui eiuſmodi eſt, is veritatis ipſius iudicio damnatus habendus eſt, veluti qui ſcandalorũ vberrimã ſegetẽ ſuggerat multis, peruerſóq; exẽplo alios aſsiduè ad ſimiliũ flagitiorũ imitationem inſtiget. Hæres ſit illius horrendi, Væ: Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria circũ collũ eius, & demergatur in profundum maris. Qui enim ſemel * defectioni animus aſſueuerit, is vitiorũ omni genere cumulatur, intemperantia, auaritia, edacitate, falſitate, omníq; morũ peruerſitate, & poſtremo extremis malis infixus, in profundũ nequitię abit præceps. Qui igitur horum, qui iſtiuſmodi ſunt, ducem ſe præbet, animaduertat is, quàm multarũ animarũ exitij reus exiſtat: qui quidem ne reddendis quidem de anima ſua rationibus eſſe par poſsit. Cur non hic admirabilẽ illum potius Petrum imitaC tur, & exemplum firmæ fidei, & in rebus præclaris conſtantiæ reliquis exiſtit? vt fulgente rectè factorum ipſius ſplendore, etiam qui in vitiorum tenebris degunt, ad meliorem per eum viam reuocentur. Atque etiam Noë iuſtus ille, cum in illa peſsimorum hominũ colluuie verſaretur, non dixit deo propterea oportere ſe exire de mundo, quòd reliqui omnes improbi eſſent: ſed eò magis more generoſi ac fortis athletæ adhæc occa-

Huc, huc ô Lutherani oculos aduertite.

Mat. 18. a

* apoſtaſia

Audi Luther.

leſcens ſe obdurauit, & in profundiſsimo vitioſitatis pelago pietatem à tempeſtate incolumẽ cõſeruauit: neque vlla in re domino prorſus repugnans fuit, ſed patientia tolerãtiáque pietatis nauigium in mediis impietatis fluctibus tutatus eſt. Quid? nónne Lot, cùm Sodomis in tanta impietate, tanta legum omniũ ac iuris peruerſione verſaretur, virtutem tamẽ aſsiduè vſque ab omni vitio integram cuſtodiuit, neq; vllis omnino paſſus eſt prauis inſidiis circumuentã captiuámve teneri? atque inter ſceleratiſsimos hoſpitũ cæſores, & qui ſumma petulãtia libidinéque cõtra naturę leges ferebantur, ſanctimoniã vitæ perpetuò & ipſe D intaminatam ſeruauit, & reliquis, quoad fieri poterat, exemplo ſuo idem ſecum vt facerent, autor fuit: nempe qui in docenda honeſtate antiquiora facta habuerit quàm verba. Tu verò quũ in animo * defectionem cogites, & ſpiritus ſancti reiectionem machineris, fratrũ aliquantã negligentiam, quæ vel ſit, vel abs te cõfingitur, cauſaris, & improbitati iſti tuæ, & ad excipiendos pro virtute labores ſegniciei cõtegendæ, fratrũ calumniã quaſi velamen oppandis? Verum enimuero qui eiuſmodi eſt, is in cõcordi vinculo ſpiritus ſancti acquieſcat, quo ſe in cœleſti partu primis veluti faſciis inuoluit ad frugẽ meliorẽ iſtis reuocatus exemplis. Neque enim ſi fortè contigerit vnum aliquem de iis, qui in manu digiti ſunt, læſum ex dolore aliquo laborare, iccirco cõtinuo etiã alius pertinaciter ſe præcidi iubebit: ſed contrà dolorẽ primum amputationis fugiet: dein etiã conſtantiſsimè aſsiſter, vt illius quoq; qui in periculo ſit, officium corpori poſsit præſtare, ac nõ naturali- E bus omnino priuata ramis manus, proprio ac natiuo ſuo decore ſpolietur. Trãsfer ergo ſimilitudinem ad monachũ, & conſidera, quàm magnũ abſciſsione ſua teneris adhuc animis cùm dolorem, tum dedecus etiã afferat, quomodóq; item vitæ ſe omnis ac ſpiritus expertem reddit. Nam quòd Antiſtes, neminẽ, quem docẽdum ſuſceperit, volẽs, prudenſq; ad improbitatẽ ducturus ſit, vt praua doctoris inſtitutio cauſa diſcipulo ſit diſceſsionis, abalienationiſque: ad hunc modũ cõſideremus, ſi placet. Quid eſt pater? quid eſt item magiſter? pædotriba nempe, puerorum inſtitutor vterque, ex his alter filio, alter diſcipulo, quæ in iſtius cum filij, tum diſcipuli rẽ magis futura ſunt, optant. Siquidem & naturale hoc patribus eſt, liberos ſuos optare ſibi eſſe quàm optimos, quámque prudentiſsimos, ſimilitérq; honeſtate omni modeſtiáq; quàm ornatiſsimos quò & filij clari ſint, & patres ipſi filiorũ laudis ſocietate glorioſiores exiſtant. Simili modo qui pueros magiſtri ad luctam inſtituunt, quos in diſciplinam receperunt, eos quàm fortiſsimos quamq; peritiſsimos artis efficere ſtudent, vt cùm robore corporis ac peritia adhibitis, commodè ſe in certaminibus geſſerint, aduerſariorũ magna cum laude victo- F res declarẽtur, atq; ex agone legitime exantlato certiſsima in ipſos poſtea gloria redundet. Porro qui animum ad docendum induxit, hunc natura impellit, vt velit diſcipulos ſuos quàm fieri poſſit perfectiſsimè, artis ſuæ præcepta conſequi. Proinde cum eam erga liberos inſtituendos rationem natura rerum parens parentum animis inſeuerit, qui non veriſimile eſt religionis & ſanctioris

* apoſtaſiã

A ſimili argum.

Hypod. eg ma alterũ.

A ſimili

ſaoctioris vitæ magiſtrũ, quem ipſe inſtruendum
acceperit, optaturũ, vt quam iooocentiſsimus &
morum ornamentis maximè coospicuus ſimul &
ſpirituali ſapiẽtia cumulatiſsimus exiſtat? præſer-
tim cũ ilud nihil obſcurè intelligat, ſe, ſi ſuus di-
ſcipulus talis euaſerit, & in magna apud homines
gloria futurũ, & luculenta à Chriſto præmia re-
portaturũ, vt qui ſamulos ipſius, vel, vt rectius di-
eam, fratres, quãdo hoc nomine etiã Chriſto eos
A placitum eſt appellare, diligentia ſua, ea quæ eſt
cum ipſo coniuoctioue dignos effecerit. Verum
enim aliud prætereà conſideremus, quòd ſi ex il-
lius inſtitutione diſcipulus nequã euaſerit, tẽpore
extremi iudicij in maximo totius orbis terræ cõ-
uentu indelebilem ignominiæ ootã magiſter in-
curret, vniuerſo cœleſtiũ inſpectãte cõcilio, neq;
ignomioia afficietur modò, ſed grauiſsimis etiam
ſuppliciis mactabitur. Qui igitur putãdũ eſt caſu-
rum in animũ magiſtri, vt diſcipulũ ſuum bene-
moratũ ac modeſtum eſſe nolit? Quanqrã etiam
incõmoda infrugive doctori diſcentis improbi-
tas eſt. Nam quòd vnà ambo ætatẽ inter ſe agere
decreuerunt, quodcunque quis vitium diſcipulus
imbiberit, eius fructus primũ omnium, cum ma-
giſtro ipſo cõmunicat, more venenatorũ ſerpen-
tum, qui à quibus ſouentur, in eos primum virus
emittunt. Quarè perſpicuum eſt vndique, cum ex
rerum natura, tum ex ipſius etiã inſtituentis vtili-
tate, optaturum ipſum, ac ſtudioſè omni ratiooe
operaio daturũ, vt quem diſcipulũ erudiendũ ac-
ceperit, is ſibi & probus & modeſtus exiſtat. Et-
enim ſi vitiorũ ille improbitatiſq; eſſet magiſter,
contendiſſet ſine dubio, vt quorũ diſciplinæ præ-
eſſet, eos ad hũc finẽ deduceret. Verùm cùm vir-
tutis, ac iuſtitiæ præceptor ſit, haudquaquã volet,
B opinor, contrariũ, atq; ipſe efficere nitebatur, di-
ſcipulo ſuo exitũ euenire. Omnis igitur prętextus
excuſandi ſui nimirũ vt rationi diſſeotaneus præ-
ciſus ei eſt & adẽptus, qui à ſpirituali cœtu ſegre-
gare ſe velit, demonſtratúmq, originẽ iſtiuſmodi
cõſilij nihil aliud eſſe, quàm vitiorũ iotemperãtiã,
& laborãdi ſugam, & iudicij corruptelam, inſta-
bilitatémq;. Non enim hic Dauid illud dicentem
audiuit, Beati qui cuſtodiunt iudicium: qui cuſto-
diuot, noo qui euertũt. Hi ſunt qui ſtultis aſsimi-
lantur, qui ſuper arenã inſtabilis cõſilij ſui, funda-
menta locant ſpiritualis ędificij, quod paucæ teo-
tationũ torulentæ aſpergines, & breuis maligni
torrens ſubducto ſundamẽto diſſoluit ac diſiicit.

Pſal. 105. *Inconſtantia ſtultitiæ aſsimulat.*

De obedientia vberius.

CAP. XXIII.

C AT quemadmodum quidem ab eo, qui ſemel
ſpiriuuali ſe fratrũ ſocietati coniugarit, iodiſ-
ſolubilis ſeruanda copula ſit, ſuperius, quoad
facere potuimus, demonſtrauimus. Nunc rurſus
quod de obediẽtia antè dicere inſtituimus, accu-
ratius etiam pertractemus, & quæ de ea breuiter
antè percurrimus, cumulatius declaremus, docea
múſque quàm magna ea obediẽtia ſit, quam erga
antiſtites ſuos religionis veræ præſtare cultores
debent, eiúſque magnitudinem non aliunde ex-
plicare adnitar quàm ex ſacroſanctę ſcripturę au-
toritate. Paulus apoſtolus in ea epiſtola, quam ad
Romanos ſcribit, ipſis præcipit, vt excelleotiori- *Rom. 13.*
bus illi poteſtatibus omnibus ſubiecti ſint: pote-
ſtatibus inquam mundi, non ſpiritualibus: atque
hoc ex his, quæ deinceps adiecit, delarauit, cum
de tributis & vectigali locutus eſt: quo in loco,
qui vel minimũ poteſtati reſiſtit, eum ait deo ipſi
reſiſtere. Si igitur qui mundo buic præſuot, & ex *Argum. à maiori.*
lege humaoa illam imperãdi poteſtatem habue-
runt, iis diuina lex pietatis cultores tantopere vo-
luit eſſe ſubiectos, & quod maius eſt, quorum vi- D
ta tota tunc erat impietas: quàm magna tandem
ei à pietatis cultore præſtanda obedieotia eſt, qui
à deo conſtitutus præſes ſit, & imperãdi poteſta-
tem à legibus illius acceperit? & qui defeodi po-
teſt eum ooo dei ordinationi reſiſtere, qui anti-
ſtiti reſiſtat ſuo? præſertim eum apertiſsimè Apo-
ſtolus iubeat omnii in re parẽdum eſſe ſpirituali-
bus præpoſitis: Obedite enim, ioquit, præpoſitis *Hebr. 13.*
veſtris, & ſubiecti eſtote eis. Ipſi enim peruigilãt,
quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri,
vt cum gaudio hoc faciant, & non gemeotes. hoc
enim non expedit vobis. Quòd ſi non expedit nõ
perfectè obedire, ſine controuerſia, quod magis
expedit, illud conſectari debemus. Nam mea
quidem ſententia, hoc, quod hîc dicitur, noo ex-
pedire, magni cuiuſdam detrimenti ac pœnitendi
& quod ægrè admittat correctiooem, ſignifican-
tiam habet. Imitanda eſt autem maximè ſancto-
tum obedientia, quàm erga deum illi adhibue-
runt: ſi tamen propoſito nobis eorum exemplo,
eam fortaſſe ritè poterimus explere. Neque verò
exiſtimet quiſquam, me cauſa firmandæ erga an-
tiſtites obedieotiæ, elatiora quædã exempla pro-
ferre, eique quod deo debetur, officio, arrogãter
obedientiã aduerſus homines audere conferre,
neque enim ad hanc ſimilitudinem inducendam E
mea ſponte, ſed diuinis literis inductus acceſsi.
Animaduerte enim quid in euangeliis dominus
dicat, cũ de obediẽtia aduerſum ſeruos ſuos adhi-
benda legem ſanciret: Qui vos recipit, inquit, me
recipit. Et itẽ alio in loco, Qui vos audit, me au-
dit: & qui vos ſpernit me ſpernit. Quod apoſtolis *Matt. 10.*
dixit, intelligendus eſt in cõmuoe legẽ ſanxiſſe in *Luc. 10.*
poſteros qui aliorũ ſuturi erant moderatores, id
ex multis, iiſdémq; certiſsimis diuinarũ literarum
teſtimoniis, manifeſtiſsimíſq; argumẽtis probari
poteſt. Ex quo quidẽ patet, nos, quando diximus
tenẽdæ à nobis erga antiſtites noſtros obediẽtiæ,
adhibitam à ſaoctis viris erga deum obedientiã,
exẽplar nobis oportere proponere, diuinis ora-
culis cõuenienter fuiſſe locutos. Quomodo igitur,
inquit aliquis, veteres ſancti viri animi ſui alacri-
tatẽ in exequẽdis dei iuſsis declararuot? Cõſidera
mihi Abrahã, qui iubetur relinquere domum, pa-
triã, ſupellectilẽ domeſticã, poſſeſsiones, cogna- F
tos, amicos, & omnia quæ cõtraria his ſunt con-
ſectari, peregrinationem, obſcuritatem nomiois,
viæ eatenus incõpertæ errores, paupertatẽ, me-
tus, pericula, & quæ peregrinos incommoda, at-
que extorres comitari ſolent, omnia perſequi: &
nihilominus tamen videbis eum ſublata omoi
cunctatiooe, dicto eſſe audientem, domeſticam
rerum ſuarũ quietẽ, proſperitatémq; relinquen-
tẽ, & pro his io alienis terris ærumnas, erroréſq;
ſuſcipientem. Vides perfectiſsimum pietatis cul-
torem, & dei cauſa felicia muodi omnia cootem-
nentem?

nentem? ſed pergamus ad reliqua. Venit ille quidem in Palæſtinam locum ſibi à deo ad incolendum commonſtratum. Porrò cum victus inopia regio illa fuiſſet oppreſſa, inde in Aegyptum digreditur, & emigrat ibiq; adempta ſibi vxore, nō hinc redditur animo deiectior neque dequeritur aut dei concilia incuſat, vt qui officij ſui tales ab eo fructus referret: quin potius æquo animo iniuriarum etiam hāc iniuriarum omnium longè gra-
A uiſsimam tulit non ſemel, ſed iterum etiam ſibi à Gerarorum rege videlicet illatam. Qui enim ſemel in eo animum obfirmauerat ſuum, vt obediret deo, nihil iam amplius illud ſpectabat, quid de ſe diſponeret deus, ſed totus in eo erat cogitatione defixus, quomodo videlicet perfectiſsimā, atque omni ex parte abſolutiſsimam illi obedientiam præſtaret: ac propter hoc etiam poſtremo filium inuenit Iſaac diuturni ſui voti, diuturnæq; fidei præmium ac donum. Verùm hunc ipſum cū iam ætatis flori propinquum videret, eiuſmodiq; qui parentibus ſuis ſecuturæ prolis, futuræq; deinceps poſteritatis ſtabilimenti ſpem bonam afferret, eo ipſo tempore illum poſt tot ſpes iubetur à deo in præaltum montem educere, ipſiq; à quo illum acceperat, immolare. Porrò ille duriſſima hac voce accepta, munereq; horrore plenisſimo, eiuſmodiq; vt tantummodo auditum, nedū imperatum, ipſam poſſet naturam proſternere, hæc omnia vt moderatè tulit, vt mente nihil eſt conſternatus, vt non concidit animo, ſed perinde vt ſi agnum eſſet aliquem mactaturus, ſic leni, trā quilloq; animo, ſublato obedientiç iugo ibat vnà
B cum filio, quod iuſſus erat expleturus: nihil neque in hoc curioſè iudicium dei peruestigans, aut ſecum dequerens: ſed tota in officij ſui conſeruatione, mente defixa, ne videlicet vlla in re obediētiam minueret ſuam, luculentam hoc modo coronam reportauit: nempe qui cunctis deinceps mortalibus fidei, obedientiæq; veluti columna quædam erectus ſit. Poteram autem reliquorum etiam ſanctorum virorum, quorum in veteri hiſtoria nobilitata mentio eſt, obedientiam commemorare, vnde huius virtutis citra controuerſiā abſolutiſsimæ exemplis erudirentur pietatis cultores: tamen ne longum faciamus, omnibus, quibus modo ea diſcendi voluntas eſt, ad ea quæ in ſacris literis feruntur, audiēda dimiſsis, ipſi ad ſaluatoris noſtri diſcipulos ſermonem cōuertemus, oſtendentes quomodo illi dicto audientes erant quomodoq; ſe imperio ſubiiciebant. Dixit eis Ieſus, cum rudes adhuc in eius diſciplina eſſent, ac tantum non iamiam regnaturum illum putarent, & in ea ſpe eſſent, ſe nullis laboribus aditis, nulliſq; periculis ſuſceptis, ac ſe nullis moleſtiis exantlatis, Chriſti regni conſortes futuros, atq; in regalis gloriæ, cultus, honoriſq; ſocietatem ven-
C turos (Hócq; & Petrus ipſe declarat, in ea increpatione, qua vſus eſt aduerſus Ieſum, cum de futura ſua paſsione ille diſſereret: Aſſumens enim eū Petrus, inquit, cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te domine, non erit tibi hoc. his verbis oſtēdens omnem omnino ſegregatum à ſe habuiſſe cuiuſuis mali expectationem. declarant etiam filij Zebedæi, qui interpellaturam pro ipſis ad dominum matrē adduxerint, vt ſeſsionis hinc inde ab dextra, læuáq; honore afficerētur. Etenim niſi

Mat. 16.c

Mat. 10.e

paulo poſt regnaturum illum exiſtimaſſent, neutiquam vnquam hoc auſi eſſent poſtulare: quippe cum ſeſsionem à dextris patris in cœlo, ſaluatoris eſſe intelligerent) Quid igitur hæc expectātibus illis & ſperātibus dixit: Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Porrò illi re audita ſpei ſuæ ſummè contraria, nequaquam dixerunt, Alia adducti ſpe ad te acceſſeramus, & tu cōtraria nobis atque ſperauimus, imperas? Nos requietem ſperauimus, & tu nos in pericula protrudis: ho- D nores nobis propoſuimus, & tu ex tranſuerſo ignominias ingeris: regnum expectaueramus, & tu vt exagitemur, & omnium ſerui ſimus, iubes. Horum nihil omnino dixerūt, licet his, quæ memorauimus, plura & grauiora etiā audiſſent, veluti illud, Tradent vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gētibus propter nomen meum. Et ad præſides & reges ducemini propter me. His igitur illi omnibus auditis, ſubmiſſa mētis ceruice, obedientiæ iugum ſubierūt, alacrique animo in pericula, in fora, in contumelias, in lapidationes, in ignominias, in cruces, in varias neces proceſſere: tantáque hæc alacritate ſuſtinebant, vt magnificè lætitia efferrentur, cum digni habiti ſunt, qui pro Chriſti nomine illa paterentur. Gaudebāt enim, inquit, quòd digni habiti ſunt pro nomine ipſius contumeliam pati. Hanc obedientiam is qui ſecundum deum verè eſt monachus, antiſtiti ſuo præſter, oportet. Siquidem (vt iam diximus) diſcipulos Chriſtus in hoc elegit qui hoc vitæ inſtitutū æmularentur, vt per eos formā relinqueret eandem ſecuturæ poſteritati. Nihil eſt enim aliud antiſtes (qui modo E diligenter munus exequatur, cui præpoſitus ſit, pietatem videlicet) quàm is qui perſonam Chriſti ſuſtinet, & ſequeſter eſt inter deum & homines, eorum, qui in ipſius officio ſunt, ſalutem ſacrificās deo. Atque hoc à Chriſto ipſo docemur, dum Petrum Eccleſiæ ſuæ paſtorem poſt ſe conſtituit. Petre enim, inquit, amas me plus his? paſce oues meas. & omnibus deinceps paſtoribus, ac magiſtris eadē tribuit poteſtatē. Cuius quidē rei ſignū eſt, quòd omnes ſimiliter atque ille & ligent, & ſoluant. Quemadmodum igitur paſtori ſuo oues obtemperant, & viam, quancunque ille vult, ingrediuntur: ſic qui ex deo pietatis cultores ſunt, moderatoribus ſuis obſequi debent, nihil omnino illorum iuſſa curioſius perſcrutantes, quando libera ſunt à peccato: contráque, ea ſumma animi alacritate, ſummóque ſtudio cōficere. Quemadmodū enim faber ædificatórve ſingulis artis inſtrumentis pro arbitrio vtitur ſuo, neque vnquam vllum inuentum eſt inſtrumētum, quod ad quemcunque ille vſum voluiſſet, non ſe facilè tractandū præbuerit, ac moderatoris manui ceſſerit: item quoque cōuenit verum pietatis cultorem, perinde vt inſtrumentū quoddam vtile opi- F fici ad complendam ſpiritualē fabricam, omnibus in rebus parēre, in quibus vt operā ſuam nauet, rectum eſſe antiſtes iudicarit, ne ſi id facere recuſauerit, impedimēto ſit, quominus ſpirituale opus cōpleatur. Et vt inſtrumentū nū ſibiipſi deligit, quod facto vſus ſit ad artem iuuandam: eodem modo pietatis cultorem quoq; nequaquam conuenit ipſum eſſe, qui ſibi iudicio ſuo opus deligat, ſed gubernationem ſui, artificis prudentiæ debet.

Mat. 10.b

Mat. 24.a
Mat. 10.c

Act. 5.g
A monacho obedientia cuiuſmodi eſſe debet.

Ioan. 21.c

Argumē. à ſimili.

Alterū ſimile.

Tertium ſimile.

debet cooſilioq́; coocedere. Nouit eoim, qui modo intelligens moderator eſt, voiuſcuiuſque mores & affectus, & animi motus diligenter exquirere, & ad hæc accommodatum etiam in ſingulis remedium adhibere. Quocirca nullo modo eſt eius ſtatutis aduetſandum, ſed illud firmiſſimum tenendũ, rem omnium eſſe difficilimam ſeipſum cognoſcere, & curare, propterea quòd oaturaliter ſeipſum quiſque amat, & quilibet propterea quòd in ſeipſos propeoſi ſunt, in veritatis iudicio A fallantur. Portò ab alio cognoſci, curariq́; facile eſt: cum iis qui cæteros iudicant, ad diſceroẽdam veritatem nequaquam obſtet amor ſui ipſorum. Stante enim in fratrum ſocietate concordi hac conſenſiooe, facilè & pax ioter ipſos verſabitur, & ſalus vnà cum charitate & coocordia omnium conſeruabitur, ac perficietur legitimè.

QVOD VILIORA ETIAM MVnia ſiue opera magna cum animi alacritate conſectari monachus debet.

CAP. XXIIII.

ATque etiam intelligendum illud eſt, debere pietatis cultorem viliora etiam muoera magno cum ſtudio, magnáq́; cum animi alacritate ſuſcipere, ſcieoteo nihil minutum eſſe, quod dei cauſa fiat, ſed grande & ſpirituale, & eiuſioodi, quod cœlum nobis, & præmia cœleſtia cõeiliat. Quamobrem licet commuoibus vtilitatibus inſeruientia ſarcinaria ſequi iumenta oporteat, recuſare tamen noo debet. Siquidem venire in mẽ B tem apoſtolorum debet, quàm alacriter illi domino paruerunt, quando ipſis mandauit, vt ad ſe pullum adducerent: cogitaréq́; & illos quoq́;, quorum cauſa iumentorum curam ſuſcipiat, fratres domioi eſſe, & tributam ipſis beneuolentiam, ſtudiúmq́; in ipſum Saluatorem redundare, qui dixit, Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Quòd ſi ſua facit, quæ minimorum ſunt, ſine dubio multo magis, quæ electorum ſunt, ea ſibi vendicabit, modo oe officiũ cauſam ad licentiam exiſtimet. Quin ſumma potius animi attentione munite ſeipſum debet, vt cum ſibi, tum cæteris, in quoſcunque eum caſus detulerit, pariat vtilitatẽ. Porrò ſi de muneribus iis, quæ abiectiora ſint, aliquid exerceodũ ſit, ſcire coouenit ſaluatorem quoque ipſum diſcipulis miniſtraſſe, & abiectiora opera facere noo recuſaſſe: magnumq́ue homini eſſe, ſi dei imitator exiſtat, cum per hæc, quæ humilia ſunt, ad altitudinem illam quòd illũ eſt imitatus, aſcendat. quanquam quis iam humile auſit quippiam appellare, quod deus ipſe attingere non recuſauit?

Mat.25.d

C *Quòd honores ſiue vllam præter cæteros prærogatiuam appetere monachus non debet.*

CAP. XXV.

PRorſus autem ab omni ambitione alienũ habere animum monachus debet. Nam ſi in hac vita laboribus, ac rectè factis ſuis eſſe præmium vult, miſera profectò illius mercedis cõditio eſt, qui pro æternarum rerum iactura, caducas paciſcatur. Si verò ſecum decreuit velle ſe in hac vita agones laborum perferre, & eorum mercedem in cœlo recipere, non modo hooores vltro ipſe conſectari non debet, ſed oe oblatos quidem admittere, potiúſq́; recuſare atque reiicere, ne conſequeotis vitæ gloriã, præſentis honor imminuat. Quaodoquidem præſens vita vniuerſa laborum eſt atque certaminum: contráque futura in præmiis, compenſationibúsque poſita eſt. Quemadmodum magnus Paulus de hac vita, io aliã proximè migraturus, ait, Boonũ certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repo D ſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus non hîc, ſed in illa die iuſtus iudex. Et item Saluator, In muodo hoc preſſuram habebitis. Et rurſum idem Apoſtolus, Per multas tribulationes oportet vos introire in regnum cœlorũ. Proinde ſi habes in animo in futurum regnare, hîc ooli ocium, noli honorem conſectari. Sed licet in præſentia pro vera tuenda doctrina, nimirum veritatis aduerſa multa patiare, intellige te in poſterum regoaturum: nam ſuſceptis hîc pro tenenda hoorſtate calamitatibus hæc conſtituta eſt merces. Alienus autem ab incommodorum vitæ huius conflictatione, cœleſtes noliro coroas ſperare, quando hîc eos, quibus ex conſtitutæ ſuot, oeque labores præmittis, neque certamioa. Caueat igitur omni ratione pietatis cultor, ne honores cooſectetur, cæteriſve ſe præponi velit. Omnis enim qoi ſeipſum exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Si ſemetipſum pietatis cultor io altum extulerit, habet qui grauiter ac potenter illũ affligat, & ad inferos vſque poſsit deprimere. Sin cõtra ſeipſum humiliauerit, ſplẽdidiſſimè magnificentiſſiméq́; extolletur: quippe cum deus (quæ ipſius potentia eſt) humiliaotem ſe in altum extollat. Expectato igitur rectè extol E leotem ô monache, oeq́; ad res vitæ huius cogitationem velis abiicere. Athleta enim es, & operarius Chriſti: pactus es cum eo, totam te diem certaturum, & diei totius æſtum perlaturum. Quid igitur diei opere oondum complero, requiem cõſectaris? Veſperam, vitæ huius finem operire, vt cum paterfamiliâs venerit, mercedem tibi deoumeret. Veſpere eoim facto dixit dominus vineæ procuratori ſoo, Voca operarios, & redde illis mercedem: oon meridie, aut ioitio poſtquam ſtatim illos conduxerat. Operire igitur finem vitæ, & tunc reuerſus mercedem auferto. Interim autem in poſtremo loco acquieſce, vt tunc primum adipiſcare.

2.Ti.4.d
Ioan.16.d
Act 14.d
Luc.14.d
Mat.20.a

De modeſtia ac ſimplicitate in cibis retinenda.

CAP. XXVI.

IAm ciborum diuerſitatem nullo modo conſectari monachus debet: neque prætextu videli- F cet continentiæ ab ſolitis in communi vſurpari eſcis diſcedere. Siquidem hoc communis diſciplinæ peruerſio, & ſcandalorum occaſio eſt: & væ illi, qui in pietatis cultorum conuentum huiuſcemodi cauſas perturbationis attulerit. Sed licet vſitatum hoc ſalſameotũ, quod iure incoctum veteribus ſanctis patribus, pulmentis loco alterius cuiuſdam condimenti addi placuit, commiſtum ſit cum reliquo ferculo, aquæ, olerúmve, neutiquam per ſimulationem ab ſe inuentæ ſuæ

vanæque

vanæque cuiuſdã religionis reiicere debet, illud quaſi qui carnes repudiet & fercula alia meliora, & precij maioris inquirere: ſed in mioimi ſalitæ carnis fruſti decocto, bucceam reiecta omni obſeruatione intingere, & cũ omni gratiarũ actione aſſumere. Siquidẽ minutiſſimũ fruſtulum illud in tam magnam aquæ copiam, aut leguminum (ſi ita fors feiat) coniectum, nequaquam indicium cupediæ eſt, ſed ſeueriſſima, & verè duriſſima pietatis cultorum continẽtia. A Quæ igitur buiuſmodi ſunt, hæc religionis cultor obſeruando capiate non debet. Neque enim ab his propterea nos abſtinemus, quòd Iudæorum ritibus faueamus, ſed vt deliciarum ſaturitatem fugiamus.

Quòd ad perfectionem ſpectanti proditio in publicum nihil poterit obeſſe.

CAP. XXVII.

SI verò proditiones in publicum, aut ſuſcepta propter neceſſarios & cõmunes fratrum vſus itioera impedimẽto ſibi eſſe ad pietatis cultũ monachus dicat, ac proptea foras exire recuſet, nondũ ille abſolutæ obedientiæ cognitionem eſt aſſecutus, neq; dum animaduertit ad huiuſce officij perfectionẽ iſtiuſmodi molliciis nequaquã ſolere perueniri. Intueatur proipde in exempla ſanctorũ virorum, cõſideretq;, quomòdo virtutẽ hanc perfectiſſimè illi coluerunt, qui imperatis ſibi rebus ad conficiendũ adeo difficilibus, imperium oe vel taotillum quidem vnquã recuſarunt, reluctatíve contrà ſunt, & illorũ exemplo eruditus obedientiæ perfectionẽ cõdiſcat. Si autem ſit aliquis, qui etiã reuera boc ſibi ſentiat nocere, is B reliquos omnes fratres roget, vt pro ſe ſupplicẽt deo, nec minùs ab eodẽ deo certiſsima cum ſpe ipſe etiã facultatẽ petat, per quam cum in officiis ſpiritualibus, tum etiã in corporis muneribus rectè adminiſtrãdis actuoſum, cõmodúmq; inſtrumentũ ſit. Et ſine dubio qui bona exquirẽtiũ alacri & expromptæ voluntati aſpirat beneuolus, eã largietur, quũ ad petendũ ipſe hortatus ſit, ac dixerit, Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Itemq; alio in loco, Siquis autẽ veſtrũ indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autẽ cum fide, nihil hæſitãs. Ac in omnibus denique rebus, vbi mens in perfecta obedientia vacillat, aut animi promptitudinẽ Satanas impedit, hebetando, retardandóve, remediũ hoc adhibeamus, vt deo ſupplicemus, petamuſq;, vt rectè agendi nobis facilitatẽ velit largiri, & vt carnes C noſtræ cõfigantur timore dei, vtque aſsiduè apud ſeipſum animus noſter ſit, necubi euariãs neque corporis cupiditatibus voluptatibúsve vſquã capiatur. Siquidem non aliunde, quàm ex animi diſtractione mundanę cupiditates in nobis naſcuntur: à quibus cùm variis poſtea tumultibus vexata mens noſtra fuerit, ſegniores ad capeſſenda recta officia reddimur. Quæ cum ita ſint, nemo in adiuuandis cõmunibus aliorũ corporis neceſsitatibus, operam denegare ſuam debet. quin ſuppliciter potius petendũ eſt à deo, vt facultatem adiuuandi cæteros ab ipſo promereamur accipere. Si enim priorũ exemplo munus hoc omnes detrectarint, quis fuerit tandem, qui neceſſariis officiis ſatisfaciat? Quin operæpretiũ fuerit, hoc te exẽplo etiã quopiam doceri. Nam qui modo in ordinem aliquem adſcriptus eſt miles, neutiquã is operam dat, vt reliquos, qui eo in ordine ſunt, ad conſuetudinẽ ſuã traducat: ſed ipſe ſe cõtrà ad ordinis diſciplinã ac morẽ accõmodat. Quamobrẽ cõuenit etiã, vt qui in ſpiritualẽ ſocietatẽ adlectus D ſit, nequaquam illos ad morem ſuum velit detorquere: ſed cõtrà ipſe morem ſuum debet aliorum frattum moribus, inſtitutiſque conformare.

Quòd priua authoritate oihil oegotiorũ exercere debet monachus.

CAP. XXVIII.

POteſtatem verò ſuiipſius ne ad punctũ quidẽ temporis habere monachus debet, per quam io priuatis ipſe negotiis ſuis verſetur. Quemadmodum enim abſente artifice inſtrumentum ſua ſpõte ipſum non moueretur, neque membrũ vel ad breuiſsimum tempus ab aliquo corpore ſeparari, mouerive poſſet, ſine eius, qui intus eſt opificis, ac totius corporis moderatoris voluntate: ſimiliter quoque neque religionis obſeruanti aliquid agere, exequive ſine antiſtitis ſui ſentẽtia licet. Quòd ſi cauſam afferat, ac dicat, ſe præ imbecillitate corporis, exequendis imperatis parẽ eſſe non poſſe, infirmitatẽ ſuam antiſtiti iudicandam permittet, ſecúmque reputans illud ſcripturæ, ſeipſum ad ea quæ ſibi imperata ſint exequenda adhortabitur, cum ab ea dici audiat, Nondum E enim vſque ad ſanguinẽ reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes. Et item alibi, Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite.

Quòd antiſtitem conueniat, adhibita paterna beneuolentia, eorum qui in ipſius poteſtate ſint, res adminiſtrare.

CAP. XXIX.

POrrò ipſe etiam antiſtes reliquorũ fratrum, veluti chariſsimorum filiorũ pater curam ſuſcipiens, diligenter quid eorum ſingulis opus ſit, conſiderabit: & quæ conuenire viſa fuerint remedia, curationéſque, quantum poterit, adhibebit: & quod reuera membrum ſiue animo, ſiue corpore infirmum fuerit, adhibita charitate, beneuolentiáque paterna ſuſtentabit.

Quòd nequaquam permittẽdum ſit, vt in conuentu virorum religioſorum, duorũ triúmve fratrum ſeorſum ſodalitas conſpiret. F

CAP. XXX.

AC charitatem quidem habere inter ſe mutuã fratres debent, non ita tamen vt duo, tréſve ſeorſum à cæteris ſodalitatẽ inter ſe coëant. quandoquidem boc non charitas eſt, ſed ſeditio & diuiſio: & eorum, qui ſic coëunt, improbitatis iudiciũ. Si enim cõmunis decus diſciplinæ charũ

Vv habeerent,

Mat. 7.b

Iac. 1.a

Psal. 118.

Simile.

Confirmat

Heb. 12.b

Ibidem.d

babetent, qui tales ſunt, ſine dubio communem, æqualemq; aduerſus omnes charitatẽ tenerẽt. Si vero ipſi à reliquis ſua ſpõte abſciſſi diſiunctiq; in cœtu cœtum efficiãt, vitioſa huiuſmodi amicitiæ conciliario eſt, & diuerſam quandã à cõmunibus inſtitutis rem eſſe oportet, quę hos inter ipſos cõciliet: atq; hoc profecto nihil eſt aliud, quàm cõtra veterẽ diſciplinæ ſtabilitatẽ, conſtãtiamq; innouatio. Quocirca danda ſtudioſè opera eſt, ne vllus omnino in cõuentibus, ſodalitatibus iſtiuſmodi locus detur, néve violata charitatis obſeruatione ſocietatẽ quis cum fratre aliquo iungat, A qui improbè agere, & communis diſciplinæ iura velit peruertere: enitẽdumq;, vt quandiu quidẽ in officio omnes permaneant, æqualis vnicuiq; erga omnes cõmunitas ſit atq; cõiunctio. Quòd ſi firmatam quis iam vetuſtate diſciplinã labefactare in animo habeat, ac alios etiã de fratribus ſecum comites trahat, hic primo quidẽ ab eo, qui ſanus ſit, ſecreto admoneri tanquã parum ſanus debet. Sin arcano curari noluerit, adhibẽdi de fratribus erunt etiã, qui cæteris intelligentia videãtur præſtare: quemadmodũ eſt in ſacroſancto Euãgelio, *Mat. 18.b* Si autẽ te non audierit, adhibe tecũ etiã vnum vel duos. Quòd ſi ne ipſis quidem auſcultauerit, tum demũ ad antiſtitẽ ipſum animi ipſius morbũ deferre oportebit. Si verò ne antiſtitẽ quidẽ audire voluerit, perinde vt gentilis & publicanus habẽdus eſt, & vt ouis peſtilentia contacta ab reliquo ouili ſegregãdus, ne in reliquos quoq; morbi cõtagionem transfundat. *Simile.* Si verò nullus ſit omnino qui exempli peruerſitate deterior fiat, tunc tan- B tũmodo lenitas aduerſus ipſum locũ habebit, ſpe videlicet ipſum ſe aliquando ad meliorẽ frugem recepturum: lenitas autem ex ea parte, vt ne præcidatur, non autem vt ab admonitionibus, legitimíſque multarum impoſitionibus deſiſtatur.

Quòd veſtimentorum calceamentorúmve delectionẽ cõſectari pietatis cultor nõ debet.

CAP. XXXI.

IAm de veſtimentis calceamentíſve non ea exquirenda nobis ſunt, quæ ſunt elegantiora, ſed quæ viliora, ea deligẽda, vt in hac re etiam animi noſtri humilitatem ſignificemus, neque opinionem nimis elegantiũ, aut noſmetipſos amantium, & à fraterna Charitate abhorrentium incurramus. quando is ſatis ſe à charitate, humilitatéque diſiunctum declarat, qui primas deſiderat.

Quòd debet antiſtes ad vires corporis cuiuſque ea accommodare quæ imperet munia: & de iis qui vires ſuas malicioſè celant.

CAP. XXXII.

C IIlud autem obſeruare antiſtes debet, ne imponendis grauioribus, quàm quibus ſuſtinendis pares fratrũ corporis vires ſint, imperatis, eos, qui ea ferre non poſſint, ad abiiciendã obedientiam per contradictionẽ inſtiget: ſed perinde vt verus ac legitimus pater, æquè in cunctos beneuolus, vires corporis cuiuſq; conſiderare, atq; ita munera ſingulis imponere, ac diſtribuere ſortitò debet. Veruntamen grauiſsime plectentur ij, qui quas à deo datas ſibi corporis vires habent, malicioſè celãt, & aduerſum antiſtites petulãti impudentia ſe gerũt, & illius iuſsis non obtẽperant. Si enim magnũ antiſtiti atq; intolerabile periculum creat, occultũ tenuiſſe talẽtum doctrinæ, ac non vnicuique ante imminentẽ peccato frameam indicaſſe, ſine dubio maius periculum incurrit is, qui datas ſibi à deo ad cõmunem reliquorum vtilitatem corporis vires ocioſas tenet, occultatq;. *Argument. à minori.*

Quòd neutiquã moleſtè ferrè fratres debẽt, quãdocunq; mitius agi cũ imbecillioribus videãt. D

CAP. XXXIII.

VErum enimuero neq; moleſtè ferre, neq; indignari fratres debent, quãdocunque iis, qui imbecilliores ſint, antiſtes accõmodata illorum viribus miniſteria aſsignet, & indulgentiua cum his agendũ cenſeat, ita videlicet vſu poſtulãte. Quinimo qui valentiores ſunt, ij imbecillioribus indulgere, & hoc modo ſpiritualem cõplere charitatem debent. *Confirmatio à ſimili.* Siquidẽ animaduertimus in corpore neque à manu diſsidere pedem, neque manum pedem ipſum ad tranſigendas partes ſuas conari traducere, neque vniuerſam item manum digito minimo ſuum onus imponere: ſed de mẽbris vnumquodque delatam ſibi ſortitò à natura vim exercere, & quæ imbecilliora ſunt, ſuſtentare. Hæc diſciplina ſi in ſpirituali conuentu ſeruetur, nimirũ illud declarabit nos verè Chriſti corpus eſſe, & membra ex parte, nempe qui aptam E inter nos coniunctionem, & vacuam omni diſsidio concordiam continenter ſeruemus.

Quòd nequaquã debent, qui conuentibus pręſunt, iis qui à conuentu ſuo defecerint, monachis liberè agẽdi quiduis poteſtatẽ impartiri, aut hos in vitę cõmunionem admittere.

CAP. XXXIIII.

OPortet autẽ, vt & qui regendis ſpiritualibus conuentibus præſunt, ij cùm mutuam inter ſe charitatẽ ac beneuolentiam exerceãt, mutuóq; alter alterius prouidam ſolicitudinẽ ad ſe exiſtiment pertinere: ea nequaquam euertant, quæ facere alter ſtudeat: neq; temere, inconſiderãtérve deſciſcentes viciſsim alij aliorũ fratres ſuſcipiant. Siquidem hoc facere ſumma confuſio eſt, diſſolutio, atque peruerſio ſpiritualis opificij. Etenim de fratribus quidem, qui cordatiores ſunt, ij cùm dei timore teneãtur, in officio perſiſtũt: qui vero leuiores ſunt, ac magis per ignauiam diſſoluti, ij pudore hominũ, & ea, quæ ex hominibus pẽdet, neceſsitate, veluti quodã pędagogo ad rectã viam diriguntur. Si igitur qui negligẽtior ſit, licere ſibi F animaduerterit impunè probatę ſibi ſemel fratrũ ſocietatis labores defugere, ſeſeq; inde ad aliud quoduis domiciliũ transferre, & ſolutiorẽ in eo, atque incontinentẽ vitã agere, facile ſeſe à ſuorũ cœtu abrumpet, & exitij illius cauſam ſuſtinebit, qui ad ſuſcipiendũ eiuſmodi ſe exhibuit æquo paratiorẽ. Atque etiam fit ſæpenumero, vt contagio iſta latius ſerpens, eos etiam, qui in recto itinere ſunt, aberrare faciat, diductos à recta ac iuſta via:

& cunct-

& cunctorũ exitij ille pœnas luet, à quo peccandi cauſa profecta fuerit. Quamobrẽ ne hoc eueniat, quoſcunq; ex fratribus à cõuentibus ſuis deſciuiſſe animaduerterimus, eos admoneamus, & vnde egreſsi ſunt, eo reducamus: aut ſi nobis obtẽperare noluerint, caueamus, ac auerſemur, & eorum congreſsionẽ defugiamus, & fratribus omnibus, vt hoc idẽ ſeruẽt, denunciemus: quo videlicet vel ipſi illi, cùm hoc modo auerſos à ſe oẽs videant, & reſipiſcat, & ad ſuum ſe gregẽ recipiant, atq; ab

Sui ordinis deſertores cur vitãdi.

A eo, quem ſemel ſortiti fuerint, paſtore paſcantur: vel ſi obſtinati in ſpiritualis cõmunitatis cõtemptione permanſerint, reliqui ſaltem, qui viderint, quàm inuiſi omnibus & execrabiles facti ſint, eorum exemplo cõmoti, in officio perſeuerent, & quorũ cupiant infamiã effugere, fugiãt imitationem. Quòd autem mea hæc verborũ commenta non ſunt, potiúſque certiſsimæ ſpiritus leges, ipſa Pauli verba apponã, quibus ille incõtinenter vitam agentes caſtigat, atq; inter cæteros ebrioſos etiam & maledicos, pœnis eſſe obnoxios vult. Si enim aliquis frater fuerit fornicator (inquit) aut maledicus, aut ebrioſus, cum eo, qui eiuſmodi ſit, ne cibũ quidem ſumere. Et item alio in loco, de iis qui nihil operabantur, ſed curioſè agebant, ſic dicit, Hunc notate, & ne cõmiſceamini cum illo. Quòd autem qui ſpiritus ſancti pactiones violat, is facinus longè maius faciat, quàm aut maledici, aut ebrioſi, aut qui totã in ocio vitã conterant, nemo eſt, cui non perſpicuum ſit. Quocirca haud abſurdè nos ratio impellit, vt qui ſpiritualẽ diſciplinã violant, illos ab eorũ, qui ipſam cõſeruant,

1. Cor. 5. d
2. Theſ. 3. c

Hæreſiſ[?] Lutherani

λόγοι πα-ραγγ[?]

B congreſsione ſecludamus, prohibeamúſq;. Tunc autẽ tantũmodo reprehenſione vacare fratris ſegregatio debet, quãdocunq; ea antiſtitis iudicio occultæ alicuius, quã ipſe ſciat, vtilitatis cauſa fiat.

Quòd neutiquam debet qui in conuentu pietati operam det, eorum quæ coniuncta cum materia ſunt, quicquam priuatim poſsidere.

Cap. xxxv.

Proprietas cur monacho vitãda

DEbet autem pietatis cultor, qui eam, quã ſupra expoſuimus, in vita cõmunitatẽ amplexus ſit, ab omni priuata rerũ, quæ in materia conſiſtunt, poſſeſsione liber eſſe. Etenim niſi hoc facit, primũ quidem ſocietatis exactam diſciplinam priuata poſſeſsione corrumpit: tum ipſe etiã magnopere de ſe indicio eſt, vt qui deũ perpetuo tis alimẽta ſuppeditaturũ diffidat, qui in nomine ipſius cõgregati ſint, neque illud audiuerit, quod dicitur à Propheta, Iunior fui, etenim ſenui, & nõ vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panes. vel eos nimirũ, qui intelligẽtia percipiun-

Pſal. 36. e
Panes intelligentiæ & corporis ſolicitudi.
Argumẽ. à minori.
Confirmat τὸ τὴν παραβολὴν[?]

C tur, prudentiæ ſcilicet, vel qui ſenſu, quibus corpus alitur. Nam ſi vbi duo vel tres cõgregati ſunt in nomine Chriſti, ibi ipſe in medio illorum eſt, multo certè veriſimilius ibi idem eſſe credendus eſt, vbi multo copioſior ac frequentior hominũ congregata multitudo ſit. Aut igitur neceſſarium nihil nobis deerit, ſi Chriſtus nobiſcum affuerit. ſiquidem neq; Iſraëlitis in vaſta illa ſolicitudine ipſorum vſui neceſſarium quicquam defuit. aut ſi etiã defuerit, ad probationẽ noſtrã, ſatius eſt inopia laborare, & cum Chriſto eſſe, quàm diſiunctos ab eius ſocietate in rerũ vitæ huius omnium affluentia verſari. Porrò incommodum, quod ex iſtiuſmodi poſſeſsione naſcitur, nequaquam hic tãtũ reſiſtit, ſed vlterius etiã progreditur. Etenim qui proprium habere aliquid ſtudet, is ſine dubio nihil aliud, quàm diſiunctionẽ, ac defectionem à cæteris meditatur. Nam cui hoc in animo nõ eſt, quid eſt tandẽ quod ipſe poſsidere ſeorſum velit? cum id certũ ſciat Chriſti beneficio ſeruos ipſius in neceſſariarũ rerũ copia aſsiduè verſari. Proinde D perſpicuũ eſt, qui talis ſit, eum de præcidenda, ac morte afficienda anima ſua meditari, qui exiguis obolis ſalutẽ ſuã addicere ac prodere paratus ſit, & (liceat mihi quæſo per vos aliquãtulum loqui audacter, quod ſentio) alter Iudas efficiatur, nẽpe qui à furto exordiatur (Furtũ eſt enim priuata poſſeſsio) & in proditionẽ deſinat: quando vt ille dominũ, ſic iſte etiã veritatis verbũ prodit. Quãdo enim inſtituti noſtri regula hoc habet, non licere nobis neq; ab ea ſocietate, ad quã aggregati ſumus, diſiungi, neque priuatã vllam pecuniã acquirere, neq; denique clanculariũ quiduis moliri, aut eiuſmodi, quod exẽpli peruerſitate reliquorũ fratrũ ſaluti poſsit obeſſe, tũ neglecto aliquis dei timore, & legibus ſpiritus ſancti violatis ſocietatẽ primũ expilare (ſocietatis enim expilatio eſt, rei cuiuſcunq; & vndecunq; in priuatũ vſum ſeuocatio) deinde defectionem etiã, ac ſeparationẽ cogitauerit, quî defendi poteſt hunc nõ verbum veritatis prodidiſſe, & alterũ Iudam factum eſſe? qui, quantũ in ipſa re ſit, veritatem prodat? Quocirca omni modo fugiẽdũ nobis eſt, ne priuatim omnino quicquam poſsideamus, præter ea, quæ promiſcuè omnibus ſimul cõparantur. neq; hac ratione ſolum integrã ab omni labe mẽtem no- E ſtram conſeruemus, ſed internum etiã hominem ab omnibus ſordibus expurgemus: nimirũ impuris ac prauis primũ cogitationibus, quæ interius ſpiritus domicilium ſua intemperie exagitant & conturbãt idq; cõtingit à dolo, ſimulatione, inuidentia, cõtentione, quæ vitia & charitatẽ radicitus euellũt, & deũ ex eorũ animis, in quibus ſunt, fugant. Si enim dominus charitas eſt, ſine dubio qui charitatem non habet, is diuina gratia caret. Dandáq; nobis ſtudioſè opera eſt, vt cum, pro ſe quiſque, animũ noſtrũ omnes ſummè humilẽ, caſtumq;, & ad optima queq; agenda paratiſsimum conſeruemus, mentem ad res vitæ huius occludamus, illudque propoſitũ nobis habeamus, ne qua in re, dum in hac vita ſumus, ab vlla dei volũtate aberremus ac proinde ab arrepto vitę iſtius inſtituto nos ipſos auellamus. Siquidẽ huiuſmodi animi ſtatus, præterquã ꝙ omnem à nobis ſocordiæ & euagationis ſegetem eximet, perficiet etiam vt cum pio metu, ac firmo animi propoſito honeſta officia omnia perſequamur. Atq; illud cũ primis F in animo defixum habeamus, deum bonũ eſſe, & bonorũ omniũ autorem, mali autẽ nullius, nullo modo: licet nos, ita poſtulante valetudinis noſtrę vſu, acriores interdũ medicinas deguſtemus. Etenim deus cum medicus ſit humanorũ animorũ, pro natura morborũ, medicamentorũ etiã ad ſingulos ipſos appoſitam temperat vim, quæ, quãdo opus ſit, intimũ etiã penetrãs vitium perpurgare queat. Proinde cum hoc ita ſe habere planiſsimè intelligamus, à gratiarũ actione nunquã deſiſta-

Vt Iudas ad loquẽtes[?], ita & monachus proprietas proditor[?].

Compilatio ſine deſ[?] ad dato quid.

Simile.

mus, eſto dum à oegligeotiis aot maliciis noſtris perpurgamur, acriorē aliquando medicinā experiamur. Illud autē, tētationis & probationis cauſa aliquid pati, raro iū admodū hominū eſt, & Abrahæ ſimiliū. Hæc itaq; ſunt, quæ dei gratia mentis noſtræ humilitati ſuggeſſit ad cohortatioōē veſtram, qui cōmunem hanc & ſocialē vitā eſtis amplexi: quo quidē geoere, vt & ratio docuit, & nos inēie peruidere potuimus, nullū oeq; ſplēdidius,
A neq; acceptius, neq; ſublimius reperiri apud homines poteſt. Verumenim quādo iis quoq;, qui in ſulitudine ſeorſum degunt, eam quam potuimus, cohortationē attulimus, voumq; atq; idē vtriſque propoſitum eſt, nempe Chriſto placere; & quæ illis dantur præcepta, his affinia ſunt, & illū quoque librum adeamus. Siquidē fortaſsis ex eo etiā vtile aliquid poterit aſſumi, quod traditam hic in communi cum cæteris viuendi rationem, magis etiamnum illuſtret, perpoliat & exornet.

LVDOVICVS MIRÆVS TYPOgraphico prælo præfectus Lectori.

Hactenus cucurrit B. P. Baſilij κατὰ *per Adamum Fumanū ſilo verſionis Romana eclonia donatus, idémque ſolerti & ſedula collatione ad fidē expolitiſſimi exemplaris Græci ſynceriori lectioni reſtitutus per Godefridū Tilmannū Cartuſiæ huius Pariſienſis monachum, cuius item opera verſas habes proximas duas epiſtolas, ſed pro locorum* D *commoditate* [illegible]. *quo explicatior exiret ad manus ſtudioſorum Baſilius. Admodū enim incommodè verſa erat prima ad Chilonem Raphaeli Volaterrano, viro alioqui non indocto: dein vni & alteri non ſatis integrè fuerat tralata per odium impotēs, quo iſti Zuingliani ex cuſſa cuculla inſensè oderunt monaſticen iuxtà ac anachoreticen, canes (vt ingenuè dicā) impudentiſſimi & ad vomitum Aegyptiarum carnium deſiderio reuerſi.*

BEATI PATRIS BASILII

MAGNI EPISTOLA AD CHILONEM DISCIPVLVM ANACHORETEN

ex monacho, Godefrido Tilmanno interprete.

SI quæ ex arrepti iſtius propoſiti officio obeunda tibi, oec ſegniter exp'ēda veniūt, meo conſilio eruditus nō illibēter amplectēre frater in
B Chriſto amabilis, maximè omoiū de quibus nō importunus tu flagitator à me cōteodiſti, coosiliū vt datē: oihil obſcurè autor tibi fuero rei apprimè ſalutaris. Ecqua tandem hæc? Quod primum ſe offert, nimirū hoc eſt, pleroſq; multa cū animi generoſitate auſos aggredi Anachoreticæ vitæ inſtitutū: verum qui abuſq; principio deſtinati curriculi pro dignitate ad metā vſq;, labore indeſeſſo nec diſpari animi contentione ſuſceptū ſemel agonē promouerint, hi demum in quàm rariſſimo cōperiētur numero. Neq; enim vt deſtinaris primùm operis quidpiā adordiri, mox tui iſtius propoſiti cenſeris finē aſſecutus: quādo totius abs te elaborati operis merces ab ipſo pēdet fine. Nullū itaq; ſint relaturi inſumptæ ſemel operæ pretium, qui noo ad legitimū vſque finem eius, quem ſcopū ſibi præſtituerunt, nempe Anachoreticæ vitæ perfectionem ſtudio propenſiore feſtini contenderint, taotiſper cōtenti iſtis monaſticæ diſciplinæ rudimentis. quio & propoſitū illū ſuum deridiculis omniū ſannis palàm traducēdum exponūt & peſtringendū, quò fit, vt apud externæ ac ſecularis vitę homines notam ſibi per
C hoc inurāt imbellis ignauiæ & præfractæ temeritatis nulla vnquàm obliuione obliterandā: quādoquidē de eiuſmodi pronūtiauit domious, Quis volens domū ædificare, non prius ſedens cōputat ſumptus, ſi babeat ad perficieodū: ne poſteaquam poſuerit fundameotū, & oon potuerit perficere, incipiant qui viā prætergrediuntur illudere ei dicentes: Hic homo fuodamentū poſuit, & nō potuit conſummare. Quocirca neceſſe ſit, vt in percurrendo vitæ iſtius ſingularis ſtadio, quod ſemel tanta cum alacritate ingreſſus es, alacriores quotidie tibi ipſi atq; acriores addas aculeos, cōſtantiſſime hærens officio. Huc te ſuo inuitat exēplo Paulus inter luctæ ſpiritualis Athletas Agoniſtes lōgè eximius, qui cùm acquieſcere nollet tot alioqui officiis vitæ retrò actæ, ſed vlteriore & quoti- E
diana virtutū acceſſione progredi ad huoc loquitur modū: Eorū quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ priora ſunt me extendēs ad deſtinatū perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis. Sane is genius, ea eſt humanæ iſtius vitæ cōditio, nunquam contenta acceptis ſpe alitur cōtinenti: & ſecura præteritorū inhiat futuris. Nā quid homini prodeſſe poſſit heſterna ingluuie diffarſiſſe vētrem, ſi quidē hodie nuſpiam inueniat, quo ſe exatiet, eduliū, quo ſoletur & expleat inolitā famē? Itidē & aoimæ quid cōmodare valeat tuæ heſternum exegiſſe diem in officio & actione virtutis: ſi tu hodie velut deſertor ac refuga deſciueris, téque auocaris ab opere iuſtitię? Qualem enim te inuenero, ait ſcriptura, talē te iudicabo. Quarè labor omnis iuſti fruſtraneus ac mercede caſſus, cum è diuerſo mores vitæ retro in peccatis actæ nulli iā culpæ obnoxij cenſentur, ſi modò permutatio vtriuſq; fiat: illo quidem ab eo quod præſtiterat quotidianis exaugere incremētis, in id deflectēte quod deterius eſt, hoc contrà, à flagitioſa improbitate ad meliorē ſe recipiēte vitæ frugē. Hancce doctrioā ex oraculis Ezechielis deppromptā liceat audire tanquàm ex domini perſona decernentis. F
Ait enim: Si declināuerit iuſtus & deliquerit, iam nō memor ero iuſtificationū quas prius fecerat: ſed in peccato ſuo morietur. Nihil diuerſum decernit de peccatore: Si conuerſus fecerit iuſtitiā, vita viuet in ipſa. Tot tantiq; adiri labores & cum omni lōganimitate à Moſe dei famulo exantlati quo abierunt, quando illius petitio qua enixè efflagitarat terrā ingredi promiſsionis, per momētaneam cōtradictiooē omni exceptione ſubmota eſt &

Stadiū pleroque ingrediūtur, rarus metam attinget.

Anachoreſis quam monachiſmus ſublimior.

Giezi eſt & interuerſa? Ipſi Giezi rurſus quid per hoc
accreuit emolumẽti, ꝙ domeſtico vſus ſit Heliſæi
congreſſu, cùm ardor imporens quo exæſtuabat,
Salomon. congerendæ pecuniæ leprá illi aſciuit? Salomoni
tandẽ quid atiulit cõmodæ frugis exuberãs adeo
opulentia infuſæ ſapientiæ & quæ vixdum adole-
ſcenri cœlitus de deo cogoitio indulta eſt, quãdo
is demũ per mulierculæ quam ad inſaniã vſq; de-
peribat, illices cõplexus, ex cordatiſſimo adule-
A ſceote, per ætatẽ in ſeniũ deuergentem vecors fa-
ctus & in idololatriã ptolapſus cõcidit. Quin ne
Dauid. ipſum quidẽ. B. Dauid fuiilis quædã incogitantia
lui ſiuit hinc emigrare omni ex parte irrepreben-
ſibilẽ, per illud in Vriã deſignatũ piaculũ. Et qui-
dem Iudæ vnius execranda prolapſio, nẽpe à me-
Iudas ὁ προδότης. lioris vitæ rudimenris ad exirũ lorris deterrimæ
ſatis ſupérq; eſſe debuerat ad cõmuniendos tuen-
dósve dei famulos in via inſtitutæ rectitudinis.
Hic nãq; Chriſto vbi diurius cohæſiſſet diſcipu-
lus, ineſcatus tandẽ qualiſcũque lucelli illecebra,
& doctorẽ venui expoſuit, & per improbã eam
negotiationem implicito ſibi laqueo præfocauit
Nõ qui bene cœpit, ſtatim perfectus. gulam. Quarè id tibi perſpectũ vt ſit, velim frater
ac perſualum, non eum qui bene cœpit, continuo
debere decerni perfectũ ex qualicuoq; delinea-
Metaphorica paræneſis. tione pij operis: ſed quiſquis legitimo curſu ſta-
diũ iſtius ſemel abſoluit vitæ, hic dei iudicio cõ-
probatur. Ne igitur dederis ſomnum oculis tuis,
oeque palpebris tuis dormitatioẽ fraier, vt dor-
cadis in morẽ è reti liberère, vtque volucris è la-
queo. Scito te ingredi inter medius, quibus vodi-
que ciogeris, laqueos: præcelſi quoque muri pin-
nis inhæreſcẽs ita ubambulas, vt ſi illinc cõtinget
te ruete præcipiiẽ, non qualiſcunq; ruina conſe-
quetur, ſed perquàm pleoa periculi. Ne igitut pri-
B mo mox aditu oculis in ſublime porrectis velis
ioſcendere ſuperciliosũm apicem religioſæ exer-
citationis, maximè omoiũ caue, oe tuo vnius cõ-
ſilio imprudenter innixus, tibi vni permittas plus
æquo fiduciæ, nequando per rudem rerũ inexpe-
riẽriã è ſublimi faſtigio religionis quã ex profeſ-
ſo percolendam accepiſti, deturbere. Satius eſſe
duxerim ſenſim te promouete. Falle voluptates,
ab eis te per gradus auocãs, illarúmq; ſingulatim
exinaniens ac obliterãs conſuetudinẽ: vt ne con-
fertim & velut agmine facto in te vnum ad vnã
omnes iritatæ cooriãtur turbulẽtámq; accerſant
menti tuæ tentatiooũ intemperiẽ. vnam aliquam
earũ illiciũ voluptaiũ prorſus ſi cõtinget euiocere
re, mox aduerſus alterani accingitor, aciémq; in-
ſtruito ſpiritualẽ: atque adeò non intempeſtiuam
de ſingulis vitæ priſtinæ illecebris cõſequêre vi-
ctoriã. voluptatis vtiq; nomẽ & ſi vnum eſt: quæ
tamen ad eam explendã promouent, res noo vnæ
Aduerſus tentationes, patientia opus. ſunt. Primùm itaq; frater fac, aduerſus omnigenã
C tentarioné animũ præmunias tuum, & obfirmes
patientia. Cuiuſmodi tandem tentationũ gene-
ribus is qui fidelis eſt, prabari aſſolet? Nimirùm
per rerum vitæ iſtius detrimeorosãm nec ſimpli-
cẽ iacturã, per delationes cuiuſuis geoeris crimi-
num aduerſum te falſo concinnatorũ, per immo-
rigeros & ioobſequentes, per multiuariã obtre-
ctationẽ perſequutionẽmve. Per hæc & eiuſmo-
di afflictionum tolerantiam, fidelis quiſque pro-
batur. Proin vide, ſis taciturni ſilentij obſeruans
ac requietus, nõ linguæ ad quiduis effutiendum
incontineutis & exertæ, ad lites & contentiones
ne eſto propenſior, neu cupientior gloriæ iſtius
momento euaneſceotis, cõcredita tibi arcana ne
prodas vnquam aut euulges, magis verò promiſſę
ſemel fidei fac cõſerues integritatem. ne immo-
dicus eſto in ſermone, ad diſcendũ quàm ad do-
cendũ proſpice, ſemper vt ſis paratior. Nihil an-
xiè aut curioſius percontere de bomioum ſeculi
huius vita: nihil enim hic tibi emolumenti accre-
uerit. Ait ſiquidẽ Danid: vt nõ loquatur os meum D *Pſal. 16.b*
opera bominum. Quiſquis enim nõ illibenter ea
deblaterat quæ à peccatoribus deſignãtur: is illi-
cium voluptatum quæ quadantenus cõſopitæ e-
rant, aduerſum ſe redaccendit iocentiua & inſti-
gat. Quin age potius, io iuſtorũ viram ſtudio pro- *γνώμη*
peoſiore inquire: hioc enim internãciſci quiueris
quòd tuę ipſius inſtituẽdę vitæ nõ vulgariter pro-
ſit. Oſtẽtator oe eſto, oeu vicos vago circumactu
aut ædes alienas circũluſtres: fuge eas verius ceu
laqueos animarũ. Eſto, vnus aliquis per religioſæ
vitæ tuæ ſanã opinionẽ te inuitet, ſuis vt ſuccedas
ædibus, idq; iuſtis de cauſis: tuæ iamẽ partes erũt,
is vt doceatur fidẽ cõſectari Centurionis, qui do-
minũ Ieſum ſanitatis puero eahibẽdæ gratia ad ſe
vlito properantẽ recuſauit dicẽs: domioe oõ ſum
dignus vt intres ſub tectũ meum: ſed tantùm dic
verbũ, & ſanabitur puer meus. Ieſus autẽ cum di-
xiſſet ei: vade, ſicut credidiſti, fiat tibi, ſanatus eſt
puer ex illa bora. Nolim igitur fraier te clam eſſe
hoc, fidẽ ſcilicet petentis verius quàm aduentum
Chriſti exemiſſe motbo ægrotantẽ, vel nũc idem
quoque eſſe tibi perſuadeto. Quocunq; enim in
loco cõſtitutus preces pro quopiã fuderis, ſi mo-
dò nihil dubia fide credat ægrotus adiutum ſe iri
precibus tuis: pro voto animíq; ſententia cuncta
ſuccedent. Ad hæc, domeſticè & familiariter tibi E
notos, ne quàm ipſum dominũ cõplectare aman-
tius. Ait enim: Qui diligit patrem aut matrem aut
fratres plus quàm me, non eſt me dignus. Quid
porrò ſibi vult illud domioi mãdatum: Si quis oõ
tollit crucẽ ſuam, & ſequitur me: nõ poteſt meus
eſſe diſcipulus? Nimirũ quia ſi cum Chriſto vnà
mortuus es iſtis tuis ſecundum carnem cognatis,
quid tãtopere illorum familiarẽ affectas cõgreſ-
ſum? Si quæ in Chriſti gratiã demolitus es, eadem
in priſtinum gradũ reſtituis ac reædificas, dubio
procul ipſe te vori tranſgreſſorem conſtituis. Ne
igitur ob quantanlibet affinium oeceſſiiatẽ, quo-
quã è loco deſciueris. Loci enim tui ſemel deſer-
tor factus, idẽ & ab arrepto vitæ inſtituto forſan
ſecedes trãsfuga. Quòd populari cingeris turba,
ne tibi applauſeris. Luſtrandarũ regionũ, ciuita-
túmq; adeundarũ à te ſtudiũ ſubmoueto: quin ſo-
litudini potius tuẽdæ ſedulã imparti curã, tibiipſi
perpetuo cõſtans nulla ſinas mentis tuæ teoorẽ, F
rerum labentium imagine diſtrahi. Orationem
& pſalmodiã in locum habe non mediocris quæ-
ſtus. Crebrã lectitatioñẽ noui pręſertim teſtamẽ-
ti ne leui ex cauſa traſmiſeris: quòd ex veteris le-
ctione identidem nec pauci noxiã contraxerunt,
oon quia ſcripturæ illæ vlla ex parte noxiæ ſint,
quando id cõtingit per infirmam eorum qui oo-
xam contrahunt, mentem. Panis enim ſuapte na-
tura comparatus eſt nutricaodo corpori, tameiſi *A ſimili ducta parabola.*
noxã adfert infirmo: Itidem ſcriptura omnis di-
uinitus inſpirata, nõ mediocrem ex ſe vſum con-

 ciliat

ciliat attento lectori, nihil ſuopte genio habens admiſtæ impuritatis aut cõmune: niſi ſi quis ipſe prophanus illã nullo ſuo merito prophanã communémve cenſuerit, illi cõmunis eſto. Ipſe porrò omnia vt probes, velim: quod bonum eſſe cõprobatis id demũ mordicus tuetor ac retineto. Abſtineto ab omni ſpecie mala. Omnia quidẽ licẽt, nõ item peræquè expediunt omnia. Dabis proinde operam haud ſegnem, ne cui ſis offendiculo eorum, quibúſcum intercedit tibi familiaris cõgreſſus: magis ipſe in hoc incumbito, omnibus vt ſis perquam gratioſus, fraterni ſodalitij amator ſyn-

A cerus, ſuauiloquus, nulli non inſinuans animi tui modeſtiam. Caueto, necubi per profuſam & luculentiorẽ impẽſam eduliorũ à moderatæ hoſpitalitatis aberres ſcopo & excidas: quin contentus præſentibus quæ ſatis ſint tuendæ iſti quotidianæ neceſſitati tuę ſolitudinis, nequid pręterẽà ab vllo mortalium acceperis. Aurũ maximopere vt animæ tuæ blandiſſimum inſidiatorem, vt parentem peccati, vt denique Diaboli adminiſtrum modis omnibus fugito. Prætextu ſubleuãdæ pauperum inopiæ, prouideto nequâ fias ſtudio inexplebili cõgerendæ pecuniæ obnoxius: adeò vt ſi quis pecunias adſerat in inopum vſum erogandas, ipſe item certò cognoris aliquot fulciendæ vitæ præſidiis deſtitutos, atq; indigos, is in cuius ære ſunt pecuniæ fac cõſilio tuo ſecum eas vt auferat egenis fratribus erogaturus, nequà contingat, vt quũ diſpertiendas ipſe acceperis, earum affictu, conſcientiæ tuæ nitor ſitum ducat auaritiæ & inquinetur. Eſto voluptatum fugitans, dum continen-

B tiam aſſectaris. Corpus ſubſterne laborum exercitio: animam tentationibus aſſuefacito æquanimiter tolerandis. Animæ è corporis domicilio è migrantis reſolutionem ſimul ac tibi perſuaſeris defunctionẽ eſſe mali omnis & veluti manumiſſionem, magno tum animo opperitor repoſitam piis æternorum bonorũ fruitionem, cuius cõſortes effecti collætãtur ſancti omnes. Teipſum velut in librili quapiã appende, vt diabolicæ ſuggeſtioni ex oppoſito admoueas religioſam cogitationẽ quaſi in trutina quapiã penſitãs eam vt arbitrã momẽto lancis. idq; potiſſimùm tũc, quando improba quæpiã tibi obrepet cogitatio, quæ in arcano pectoris tui receſſu inſuſurret: Quid tibi frugis bonæ, ex iſtius loci vita agreſti & ſolitaria? Quid proinde lucri additum iri ſperes animæ tuæ ex iſthac Anachoreſi, qua à cæterorũ mortaliũ ſeceſſiſti conſuetudine? Téne clam eſt dei ſanctione conſtitutos epiſcopos pro ſolenni ritu & conſuetudine aduocare ſolere ad ſynodalem cõuentum eccleſiarũ dei viros, citráq; vllam ſemel inſtituti moris interruptionẽ ſpiritualiũ virorum cœtus celebrare, è quibus pluimum ſpiritualis emolumenti deriuatur in eos ac promanat, quotquot e ſe cõferunt? Illic enim prouerbialiũ æni-

C gmatum ſenſa reuelãte ſpiritu cõdiſcuntur. Apoſtolicorum dogmatum illic reſoluuntur nexus & enodantur, illic Euãgelicæ ſententię explicantur, theologica auſcultatio aures vſque permeat & quatit audientium, illic ſpiritualiũ fratrum celebrantur congreſſus qui vel ſolo ipſo conſpectu ſe mutuitèr cõuenientium dici vix queat, quantum in cõmune omnibus concilient ſpiritualis cõmodi. Tu cõtrà, vnus hîc vltroneus te à tãtis abalienaſti cõmodis. Deniq; huic affixus loco deſides nihilo differens ab imagine ferarũ, & ipſe efferatus. Nimirum perſpicis, quanta hîc te detineat ſolitudo: quàm ſis erga cæteros mortaliũ inhumanus, nihil obſcurè agnoſcis. quanta hîc labores penuria doctrinæ, quis te vno certius pronunciet, qui te à reliquorũ fratrũ contubernio nihil coactus feciſti alienum? Spiritus proinde tuus circa diuini mandati expletionẽ, quàm leneſcit? Quoties itaque iſtiuſmodi, tantiſq; te adorietur argumẽtis in ſpeciem rationi cõſentaneis improba cogitatio quęrens te ex inſidiis elidere: tu cõſiſte ex aduerſo &

D obluctare pia meditatione ac doctrice rerum experiẽtia inſtructior: Quid enim? Tu ſi quãdo mihi promittis ea quæ in mundo ſunt, bona eſſe: ego cõtrà vel ob hoc in hanc cõmigraui ſolitudinẽ, vt qui me cenſerẽ bonorũ mũdi illius indignũ fruitione. Sunt enim, ſunt bonis mundi intermiſta & mala: magis vero quæ mala ſunt, longẽ exuperãt bona. Contigit enim nõ ita pridem adire me ſpiritualẽ fratrum cõuentum. Inter tam multos, vix tandem inter mutuos ac familiares congreſſus in vnum aliquem incidi, qui quidẽ in ſpeciem credi poterat timere dominũ, à quo ſancto dei timore tãtùm aberat, vt exitus docuerit ſub diaboli iugo illum ipſum miſeram ſeruire ſeruitutem. Sermones enim iſtius ore depromptos audiui, qui aliud nihil præ ſe ferrent quàm pompaticum quẽdam faſtum. fabulas interſerebat merè cõmẽtitias, iiſque circunueniẽdis adornatas, quibúſcũ ipſe cõgrederetur. In alios itẽ nec paucos incidi, furto, rapinis, ac tyrãnide inſigniter facinoroſos. Inibi

E loci cõtigit videre ebriosorum indecoros geſtus ſanguinémq; miſerè oppreſſorum. Quin & mulieres ſe meis hiſce oculis viſendas offerebãt, quarum præcellenti elegantia ac decore ſpectabili meæ tentaretur integritas pudicitiæ. Et quidẽ flagitium vitaui fornicationis: at munditiæ virginalis florẽ arcana cordis cogitatione defœdaui. Sermones fateor tam multos audiui, animę cum primis ſalutares, atqui in nullo eorum qui ſic diſertè docerent, virtutẽ inueni quæ ex æquo & conſectaneè reſpõderet ſermonibus. Rurſus tragœdiarum dramata præter etiam ſexcẽta hiſce auribus hauſi, quarũ proluſores ipſo mox ingreſſu in animos auditorum ſe inſinuarẽt melicis ac præmollibus modis. Citharæ inſuper modulamina perquàm ſuauiter reſonãtis, choreas ducentiũ plauſus obſtreperos & ad eneruem molliciem cõpoſitos, vocem quoq; ſcurrarum qui riſum cierent ſpectatoribus. Audire licuit ſtultitiã multiuariã, ſcurrilem pro vrbanitatẽ, & turbæ nulli numerabilis perſtrepentem clamorem. Ipſe lacbrymas ſpoliatorum vidi, afflictiones ac gemitus immani tyrãnide oppreſſorũ, eorũ item ſuſpirioſos eiulatus qui torturis admouerẽtur. Hęc equidẽ ſpectaui oculis, & ecce non iam iſtiuſmodi miſerabiles

F tragœdiæ promerebantur dici ſpiritualium virorum cõuentus, mare potius aſſonantibus vndiq; ventis perſtrepens ac turbulentum, quod omnes iiſdẽ fluctibus adoperire pari ſtudio cõtenderet, & inuoluere. Dic tu mihi ò improba cogitatio, túq; ò dæmon tẽporariæ iſtius voluptatis & momẽto euaneſcẽtis glorię incẽtor: ecquid tandẽ ad me regeretur aut reſiliet emolumẽti, hæc ſi contueri dabitur pariter & audire, quãdo nemini oppreſſorum

Vitãda eſt auri ſacra fames.

Formula eludenda tẽtationum.

Attende quas aduer-ſ... diab. impoſturas

peccatorum præſidio eſſe poſſim aut patrocinari, non tueri, aut defendere impotentes, ſed nec deerrantes à rectitudinis calle in viam reducere ſine eloquio & periculū ſit ne ipſe forſan ſimpeſſum iturus. Quemadmodum enim exiguum quid limpidæ & illimis aquæ ſi quidem aſpirantium ventorū fragoſis procellis exagitetur ac permiſceatur puluere, vtique addenſata natiuam & illimem ſuā puritatem perdit: itidem & bona hæc qualiacunque, quæ tantiſper dum viuimus, ex æqui nos arbitramur, adobruuntur numeroſa multitudine malorum. Tragœdiarum etenim miſeranda ſpectacula haud ſecus ac ligni cuiuſpiam probè acuminati cuſpides, per inanem lætitiam gaudiúmque ſic illorum affiguntur cordibus qui ſecularem iſtam conuerſationē conſectantur: vt puritati pſalmodiæ denſiſſimā offundant caliginem. Spectandi ſiquidem producuntur eorum eiulatus cōploratione digniſſimi & lugubres querelæ, qui indignis & atrocibus iniuriis affecti ſunt, idque à ſuiſmet contribulibus, vt vel ſic omnibus palàm fiat incredibilis pauperum patiētia. Quid iſthinc igitur queam decerpere cōmodi? Nemo non videt, hæc animæ adeò nihil cōmodare poſſe, vt etiam plurimùm incommodent. Hac igitur ratione perſuaſus in hos montes quaſi volitans paſſerculus emigraui. Paſſerculi etenim exemplo exemi me atque ſubmoui longius à laqueo venantium. Si quidem in hac ſolitudine, ſi neſcis ô improba cogitatio, vitam hāc deſtinaui mihi tranſigendam, in qua dominus meus præ me verſatus eſt. Hic illa eſt quercus Mambre. Hîc inuenire liceat ſcalā ad cœlum vſque animas recta ſubuehentem: hic & caſtra angelorum, quæ ſe patriarchæ Iacob ſpectanda præbuere. Hæc ea eſt ſolitudo, in qua peculiaris dei populus præmia expiatione colluſtratus, legem accipere promeruit, denique ad terrā prouectus promiſſionis deum contemplatus eſt. Hîc mons celeber, Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit deo. Hîc ſita eſt campeſtris planicies, in quam ſeorſim à cæteris quum ſe Eſdras ſubmouiſſet libros ſcripturæ diuinitus inſpiratæ omnes ea dei mandato ad communem omnium vſum eructauit & exprōpſit. Hîc ſita Eremus eſt, in qua B. Ioannes eſitans locuſtas formulam pœnitentiæ hominibus perficiundæ ſua prædicatione præſcripſit & euulgauit. Hic item mons ille oliuarum ad quē Chriſtus ex more ſecedebat oraturus, nóſque orandi formulam edocturus. Hîc documētum edidit Chriſtus, quàm deamaret ſolitudinem. Is enim ait: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Hic anguſta & arcta eſt via, quę ducit ad vitam. Hîc doctores & prophetæ in ſolitudinibus deerrantes, & montibus & ſpeluncis & cauernis terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtæ ac monachorum ab vrbium aditu lōgiſſimè diſparata conuerſatio. Hæc itaque ex prompto nec illibēti animo complexus ſum in hoc, vt quæ martyribus exterísque in cōmune ſanctis diuina promiſſione repoſita ſunt vel ipſe tandem promerear accipere, quò nihil adumbratè, ſed veriſſimè depromere illud poſſim: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Neque enim ſum neſcius Abrahamum deo perquam gratioſum & vnice dilectum, diuinæ vocis oraculo ſe vt per omnia exhiberet morigerum atque obſecundantem, in ſolitudinem commigraſſe: Iſaac itidem quum vi opprimeretur ſe potentiorum, Sed & Iacob patriarchen nemo neſcit vitā egiſſe hoſpitis inſtar, quouis deerrantem & palabundam. Ioſeph inſuper ſingularis continentiæ exemplar nulli obſcurum eſt per fratrum inuidiam diſtractū fuiſſe & in exteram gentem diuēditum. Quis neſciat tres illos pueros merito abſtinentię media in fornace cum igne colluctatos admirabilem ſuſtinuiſſe agonē? Danielem ſemel & iterum iuſſum fuiſſe conici in lacum leonum? Quid commemorem Eſaiam præſentiſſima libertate linguæ veracis aduerſus impios vſum, (vt qui arcanorum dei conſcius ſpectator erat) ob id etiam diſſectum? Eſt quoque Iſraël in captiuitatē miſerè abductus. Ioannes itē (vt ne ſis neſcius) quòd libertima increpatione nihil dubitarit impium Herodem coarguere flagitioſiſſimi adulterij, capitis præciſione demulctus eſt. Chriſti martyres atroci quidem, ſed glorioſa morte perfunctos nō te clam eſt. Quid porro attinet iſtis abunde ſuppetentibus immorari? Quandoquidem vel ipſe Chriſtus noſtræ omniū ſalutis aſſertor noſtri cauſa attolli in crucem & ſuffigi non dubitauit, quò nos ſua morte reuocaret ad vitam, omnéſque in commune ſuo ipſe exerceret, imò attraheret ad longanimem malorū tolerantiam. Ad hunc ſanè nihil inuitus contendo, ad patrem quoque & ſpiritum ſanctum: quin ipſe pro virili admitor vt legitimi agonis decertator olim promerear inueniri, nihil veritus me pronūtiare indignum qui mundi iſtius perfruar bonis, etiamſi ne ego quidem mundi iſtius cauſa conditus ſim, magis verò in mei gratiam totā hanc mūdi fabricam condidit deus. Hæc igitur in arcano pectoris tui receſſu recondens ac ſupputans, eáq; ſtudio propenſiore perficiens iuxta præſcriptam tibi à me formulam, ad mortem vſque pro veritate tuēda legitimum ſuſtine agonem. Fuit etenim Chriſtus obediens vſque ad mortem. Quin & Apoſtolus ait: Videte ne forte ſit in aliquo veſtrum cor prauum diſcedendi à deo viuo: ſed vos inuicē adhortamini, & alius alium ædificet, donec Hodie dicitur. Sanè iſtud Hodie in ſolidum ſignificat noſtræ iſtius totius vitæ temporale curriculū. Ad hunc igitur modum ſi vitam inſtitueris tuam dubio omni procul teipſum ſeruabis, nóſque incredibili perfundes lætitia, ac proinde eadem opera deū glorificabis, In ſecula ſeculorum, Amē.

EIVSDEM B. PATRIS breuis quidem, ſed prægnans ſenſibus & apprimè ſalutaris, admonitio ad iuniores, Godefrido Tilmanno interprete.

QViſquis ſolitariam vitam ſemel es complexus ô homo fidelis & idem pietatis cultor, fac condiſcas ac docearis Euangelicæ conuerſationis formulā, corpus in primis vt ſanctæ ſeruituti mācipes, aīm erudito nihil de ſe ſu-

ſublime ſapere, cogitationes inſtituito, puræ vt ſint, iræ impetum exinanito. Vim tibi iniecit aliquis? In domini vnius gratiam huic præterquam vult, addito. Re quapiam ſpoliatus es? ſpoliatorẽ in ius ne vocato, neu lite decernito. Odio habe ris? oſorẽ amato. Perſequutione percelleris? ſuſti neto. Execratione ne te deuouit aliquis, aut male dicentia? hunc tu ad irrogatæ contumeliæ agnitionem adhortator, aut certè pro eiuſmodi intercedito. Peccatis in poſterum deſignandis mortuus eſto. Cruci Chriſti configitor. Omnem animi
A tui ſolicitudinem in ipſum transſcribito dominũ vt inueniri tandem promerearis, vbi angelorum myriades, cœtus primogenitorum perquàm feſti ui, Apoſtolorũ throni, primatiæ authoritatis ſub ſellia Prophetarum, Patriarcharum ſceptra, coronæ martyrum, iuſtorum præconia. Inter iuſtos olim iſtos, vt allegi poſſis & adnumerari, toto pectore concupiſcito, In Chriſto Ieſu domino noſtro. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

EIVSDEM B. PATRIS BASILII

Salutare & eruditum opus de laude ſolitariæ vitæ, incerto quodẽ interprete, & idem nunc primum (quod certo ſciam) ex in uſum typis, & in cenſum B. Baſilij per excuſſionem relatum.

Libet de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, & quid de tantæ vitæ culmine ſentiam, laudando potiusquàm diſputãdo breuiter in-
Solitudo ſecundũ deũ ſchola virtutum.
B timare. Solitaria nanque vita cœleſtis doctrinæ ſchola eſt: ac diuinarum artium diſciplina. Illic deus eſt totum quod diſcitur, via qua
Paradiſus deliciarum
tenditur, totum per quod ad ſummæ veritatis notitiam peruenitur. Eremus nempe eſt paradiſus deliciarum, vbi tãquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum. Sic flagrantia ſpirant odoramenta virtutum. Ibi ſiquidem roſæ charitatis igneo rubore flammeſcunt. Ibi lilia caſtitatis niueo candore candeſcunt: cum quibus etiam humilitatis violæ, dum imis contẽtæ ſunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non ſolum carnis, ſed quod glorioſus eſt propriæ voluntatis exundat, & thus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris ſuauiter ardet. Et cur, quæque ſingula commemorem, quandoquidẽ omnia
τῶν ἱερῶν ἀγαθῶν.
C illic diuerſarum virtutum germina, diuerſis venuſta coloribus rutilantur: & perpetuæ viriditatis gratia incomparabiliter vernant. O eremus ſanctarum mentium delectatio, & intimi guſtus inexhauſta dulcedo. Tu caminus ille Chaldaïcus, vbi ſancti pueri feruentis incendij vires: orationibus reprimunt, & ardore fidei crepitantium circa ſe flammarum globos extingunt, vbi ſcilicet & nexus vruntur: & ardorem membra non ſentiũt quia & peccata ſoluuntur, & ad hymnum diuinæ laudis anima prouocatur, dicens: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.

Tu fornax, vbi ſuperni regis vaſa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo pœnitentiæ percuſſa ac lima ſalutiferæ correctionis eraſa petue niunt. In qua nimirum diſſolutæ animæ rubigo conſumitur, & ſcabies peccatorum ac ſcoriæ deponuntur. Vaſa ſiquidem figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. O cella negociatorum cœleſtium apothẽca in qua videlicet illarum mercium ſumma reconditur: quibus terræ viuentium poſſeſſio comparatur. Fœlix cõ-
ἀποθήκη.
mercium, vbi terrenis cœleſtia, tranſitoriis mutantur æterna. Fœlices inquam, nundinæ, vbi venalis æterna vita proponitur, ad quam emendam etiam ſi eſt minimum quid, ſolum ſufficit quod habetur: vbi breuis afflictio carnis emit cœleſte conuiuium, & exiguæ lacrymæ riſum capiunt ſempiternum. Poſſeſſio terrena diſtrahitur, & ad hereditatis æternæ patrimonium peruenitur. O cel D
la ſpiritualis exercitij mirabilis officina, in qua
Cella & officina ſpiritualis.
certe humana anima creatoris ſui imaginem in ſe reſtaurat. & ad ſuæ redit originis puritatem: vbi ſenſus obtuſi ad ſubtilitatem ſui acuminis redeunt, & pro vitiata natura ſinceritatis azyma reperitur. Tu das vt ieiuniis videantur ora pallentia, & mens diuinæ gratiæ ſit pinguedine ſaginata. Tu das vt homo mundo corde deum cõſpiciat, qui ſuis obuolutus tenebris: deum & ſeipſum priùs ignorabat. Tu hominem ad ſuum facis redire principium, & de exilij deiectione ad antiquæ dignitatis reuocas celſitudinem. Tu facis vt homo in mentis arce conſtitutus, cuncta ſub ſe videat terrena defluere, ſemetipſum quoque in ipſa rerum labentium proſpiciat decurſione tranſire. O cella ſacræ militiæ tabernaculum, procinctus triumphatoris exercitus, caſtrum dei, turris
Ex ſacris literis.
Dauid, quæ ædificata es cum propugnaculis, mil E
le clypei pendent ex te, omnis armatura fortium Tu campus diuini prælij, ſpiritualis arx * certaminis, angelorum ſpectaculum, palæſtra fortiter
** ἀλῶς, area vel arena.*
dimicantium luctatorum: vbi ſpiritus cum carne congreditur, & fortis ab infirmo ſuperatur. Tu virens vallis in expeditione currentium, tu munitio fortium, tu præſidium neſcientium cedere bellatorum: fremat, licet, hoſtium circunfuſa barbaries, vibrantium gladiorum ſylua indenſeſcat. Nam qui in te ſunt, lorica fidei præmuniti, ſub imperatoris ſui inuicta protectione tripudiant, & de hoſtium ſuorum certa iam deiectione triumphant. Quibus nimirum dicitur: Dominus pug-
Vox Heliſei.
nabit pro vobis, & vos tacebitis. Et ſi vnus eſt, noli, inquit, timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. O eremus mors vitiorum ac proculdubio fomes & vita virtutum, te lex attollit, te prophetia miratur, & quicunque ad perfectionem peruenerint, tuum cognouerunt præ- F
conium. Porrò tibi Moyſes dedit bis acceptæ legis decalogum. Per te Helias nouit domini pertranſeuntis excurſum. Per te Heliſæus du-
Ioannem Baptiſtam.
plicem magiſtri ſortitus eſt ſpiritum. Et quid amplius dicam? quandoquidem ſaluator mundi in ipſo redemptionis, humanæ primordio
Scala Iacob Viræ.
præconem ſuum, tui accolam fecit, quatenus ſub ipſa iam ſeculi venientis aurora, ex te, Lucifer veritatis erumperet: poſtquam plenus ſol veniens, mundi caliginem ſplendoris ſui radiis illuſtraret. Tu ſcala illa Iacob quæ homines vehis ad cœlum: & angelos ad humanum deponis auxilium. Tu via aurea, certa & compendioſa, qua homines ducis ad patriam.

Balneum animarum.

Tu ſtadium, non bene currentes prouehis ad coronam. O vita eremitica balneum animarũ, mors criminum, purgatorium ſordidorum. Tu mentiũ ſecreta purificas, ſqualores diluis ſcelerum, atque ad angelicæ nitorem munditiæ peruenire animas facis. Cella nempe eſt conciliabulum dei & hominum, compitum animarũ & corporum in carne degentium & ſpirituum ſupernorum. Eo ſiquidem ſuperni ciues ad colloquia humana conueniunt, vbi non tam linguæ carnis verba concinũt, quàm ſine ſtrepitu vocis facunda mẽtium arcana pateſcunt: cella ſiquidem conſcia eſt ſecreti conſilij quod habet cum hominibus deus. Quàm pul- A chra rerum ſpecies, cum frater in cella conſtitutus nocturnas peragit pſalmodias, & quaſi pro diuinis caſtris militares cuſtodit excubias. Contemplatur in cœlo curſus ſyderum, decurrit etiam per os eius ordo pſalmorum. Et ſicut præcedentes ac ſubſequentes ſtellæ, ad diem ſuas viciſſitudines alternando perueniunt, ita pſalmi qui ex ore eius tanquam ex quodam oriente procedunt, ad ſuum finem paulatim velut pariter cum ſideribus concurrunt. Iſte ſuæ ſeruitutis exhibet miniſterium, illæ delegatum ſibi exequũtur officiũ. Iſte pſallendo intrinſecus ad lucem tendit inacceſſibilem, illæ ſibi inuicem ſuccedendo eius exterioribus oculis viſibilem reparãt diem. Et dum vtraque ad ſuum finem diuerſo tramite properãt, ſeruo dei & ipſa elementa quodammodo ſubſeruiendo concordant. Cella ſiquidem teſtis eſt, quãto diuini amoris igne cor ferueat, & verum perfectæ deuotionis inſtantia quis dei faciem quærat: B nouit quemadmodũ mens hominis cœleſtis gratiæ rore perfunditur & compunctionis, fletuum ac lachrymarum inũdantium imbribus irrigatur. Vbi & ſi ex carneis oculis lachrymæ non erũpãt: ipſa tamen amaritudo cordis à lachrymarum fluctibus non elongatur, quia quod ex ramo interioris triſtitiæ ſeu pœnitentiæ nõ tollitur, in ipſa humidi * cordis vireoti radice ſeruatur. Sufficit enĩ ſi mens ſit flebilis, etiam ſi iugiter flere non poſſit. Cella, eſt inſtrumentum, quo precioſi lapides poliũtur, & eſt ergaſtulum*, vbi precioſi lapides reponũtur, quatenus inſtructura templi cœleſtis ſine vllo cudentis mallei ſonitu poſtmodum diſponũtur. Cella dominicæ ſepulturæ propemodũ æmula, quæ peccato mortuos ſuſcipis, & per afflatum ſancti ſpiritus deo reuiuiſcere facis. Tu es huius vitæ turbida vexatione ſepulchrum: ſed cœleſtis vitæ pandis introitum. Te portum tranquillitatis inueniunt, qui naufragium mũdani fluctus euadunt. Te potentis medici conclaue decernũt, qui vulnerati in prælio hoſtiles manus effugiunt. Mox enim vt tui culminis vmbræ perfecto corde ſuccedunt: omnis ſauciatæ animæ liuor, omnis C certè interioris hominis plaga curatur. Te Hieremias aſpexerat, cum dicebat: Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare dei. Bonum eſt viro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius & tacebit, eleuabit enim ſe ſupra ſe. Habitator etenim tuus ſe eleuat ſupra ſe, quia deum eſuriens anima à terrenarum ſe rerũ obtutibus erigit, & in diuinæ contẽplationis arce * ſuſpendit, à mũdi ſe actionibus ſegregat, atque in altum contẽplationis cœleſtibus deſideriis pennas librat: cuoque illũ qui eſt ſuper omnia, conſpicere ſatagit, ſemetipſum quoq; homo cũ reliqua mũdanæ vallis deiectione tranſcendit. O cella ſpiritale prorſus habitaculũ. Nãque de ſuperbis facis humiles, de guloſis ſobrios, de crudelibus pios, de iracũdis mites, de odioſis reddis in diuina charitate feruẽtes. Tu odioſæ linguæ frenum, tu luxurioſis renibus nitidę caſtitatis adhibes cingulum, tu facis vt leues quique ad grauitatẽ redeãt, vt iocoſis ſcurrilitatibus parcãt, vt vaniloqui & procaces ſe ſub diſtricta ſilẽtij cenſura caſtigẽt. Tu ieiuniorũ ac vigiliarũ nutrix, tu patiẽtiæ & pacis perfectiſſimæ cuſtos, tu puriſſimæ ſimplicitatis magiſtra ac omnino fraudulentę duplicitatis ignara. D Tu facis vt vagos quoſq; Chriſti catena coërceat, vt indiſciplinati motibus à ſua ſe prauitate cõpeſcant. Tu noſti homines ad perfectionis culmẽ euehere, atque ad conſummatæ ſanctitatis faſtigiũ ſublimare. Tu facis vt homo ſitio regere atque rotundus, ac nulla à ſemetipſo motum inæqualitate diuerſus. Tu etiam facis lapidẽ quadrũ cõſtruẽdæ videlicet cœleſtis Hieruſalem mœnibus aptũ, qui nimirũ nõ ex morũ leuitate ſe verſatilẽ præbeat, ſed fixus ſemper in ſanctæ religionis grauitate cõſiſtat. Tu homines à ſemetipſis extraneos reddis, & prius vaſa vitiorum reflorere virtutibus facis. Tu nigra ſed formoſa ſicut tabernaculum Cedar, ſicut pellis Salomonis. Tu hortũ cõclusũ. Tu ſicut piſcina in Eſebũ. Oculi tui ſicut colũbæ ſuper riuos aquarũ qui lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Tu nãque es ſpeculũ animarũ cuius cõtẽplatione ſe mẽs humana perſpicaciter intuens quod minus eſt, impleat: quod ſuperfluũ reprimat, quod obliquũ eſt, dirigat, quod deforme, componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo E ſancti ſpiritus annulus tribuitur, & cœleſti ſponſo fœlix anima fœderatur. Recti diligunt te: & qui te fugiunt, veritatis luce priuati quò greſſus ponere debeant, non agnoſcunt. Adhęreat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui, ſi non prępoſuero te in principio lætitiæ meę. Illud enim cum propheta Dauid te alacri voce licet cantare, Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Quàm pulchra es amica mea & quàm decora in deliciis tuis. Sis filia tui Rachelẽ decor venuſti vultus ornauit, & Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Tu areola aromatum, tu fons hortorum, tu malum punicum es odoris. Licet enim veſcentibus amara videatis in cortice: ſed magnum eſt, quod intrinſecus latet, cum peruentum fuerit ad ſuauitatẽ medullæ. O eremus mundi perſequentis fœlix effugium, laborantiũ quies, mœrentiũ conſolatio, ab æſtu ſeculi refrigerium, peccandi repudiũ, recluſio corporum, libertas animarum. Te Dauid petiit, cum mundi mala perferret: cum timidi & tenebroſi cordis tædium ſuſtineret. Ecce, inquit, elongaui fugiẽs, & mãſi in ſolitudine. Et quid amplius memorem? quandoquidem ipſe ſaluator o- F mniũ in exordio ſuæ manifeſtationis inuiſere, ac ꝓpria te dignatus eſt habitatione cõſecrare. Poſtquam enim baptiſmatis aquam, qua lotus eſt lauit, vt Euangeliſta teſtatur, ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum, & erat ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tẽtabatur à Satana & erat cũ beſtiis. Debitorem ſe tibi mundus agnoſcat, vnde prædicaturũ ac mirabilia facturũ ſuſcepiſſe

Collatio ſolitarij cum ſtellis.

* *humilis.*

* *al. ergaſterium.*

Alluſio ad fabricam templi Salomonis.

Solitudo ſepulchrum.

Portus.

* *al. arcana*

Cella commoda.

Veritas in cortice amara.

Timor & tremor.

piſſe te deũ non ignorat. O eremus terribile malignis ſpiritibus habitaculum, vbi cellæ monachorum velut tentoria ordinata caſtrorum, quaſi turres Sion, & quaſi propugnacula Hieruſalem eriguntur, aduerſus Aſsyrios & contra faciem Damaſci, quod tunc fit, cum vno eodémque ſpiritu diuerſa geruntur officia, dum videlicet hic pſallitur, illic oratur, in alia ſcribitur, in aliis vero variis manuum operibus inſudatur. Quis non verba diuina huic cõgruere videat, quibus dicitur: Quàm ſpecioſa tabernacula tua Iacob, & tentoria tua ô
Nu.24.a Iſraël, vt valles nemoroſæ, & orti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus, quaſi cedri prope aquas, Et quid amplius de te dicam? O
A vita eremitica, vita ſancta, vita angelica, vita benedicta, viuarium animatum, exedra gemmarũ cœleſtium, curia cœleſtium ſenatorum, odor tuus cunctorum aromatum fragrãtium ſuperat, ſapor tuus ſuper diſtillantes fauos, ſuper omnia mella cordis guttur illinit & obdulcat, atque ideo quicquid eſt quod de te dicitur, dignitatis tuæ meritis non adæquatur, quia nulla carnis lingua exprimere ſufficit, quod de te noſter ſpiritus inuiſibiliter ſentit. Et quod tu ſapis interiori guſtu atque medulla cordis, nunquam explicat organum vocis. Illi te nouerunt, qui te diligunt. Illi præconia tuæ laudis agnoſcunt: qui in tui amoris amplexibus fideliter requieſcunt. Cæterum qui ſe ignorant, quomodo præualent noſſe te? Me etiam tuæ laudis imparem fateor: ſed vnum pro certo ſcio ô vita benedicta) quod & indubitanter affirmo: quia quiſquis in amoris tui deſiderio perſeuerare ſtuduerit, ipſe quidem habitator eſt tui, ſed eius inha
B bitator eſt deus. Diabolus qui in eremicolam pluribus tentationibus ſæuit, atque illuc eum tendere, vnde deiectus eſt, gemit. Victor itaque dæmonum ſocius efficitur angelorum. Exul mundi, hæres eſt paradiſi. Abnegator ſui, ſectator eſt Chriſti. Et qui nunc per eius veſtigia graditur: peracto curſu hoc dubio ad eius gloriam prouehetur. Hoc porrò auſim dicere, qui ſingularem vitã vſque ad finem vitæ pro diuino amore tenuerit, de habitaculo carnis egreſſus ad ædificationẽ * perueniet domus non manufactæ, ſed æternæ in cœlis, Amen.

*habitationem,

Finis Opuſculi laudes complectentis vitæ ſolitariæ.

EIVSDEM AD MONACHVM qui exciderat, VVOLFGANGO Muſculo interprete.

C

SAlutis gaudium nõ dicimus, quoniam in iſtiuſmodi impiis gaudere nõ licet. Adhuc enim adduci nequeo vt credam, & in cor meum admittam, abſurdum illud & vehementer audax facinus, quod deſignaſſe diceris, ſi tamẽ res habet, vt videtur. Admiror enim, quomodo tanta interierit ſapientia, quomodo tã exacta vitæ prioris diſciplina peſſum ierit, vnde tanta offuſa cæcitas, quomodo reiecta omni cõſideratione talem ac tantam animarum perditionem induxeris. Si enim hoc verè patraſti, & animam tuam inferni profundo tradidiſti, & omnium eorum qui impium hoc facinus audiunt, firmitatem diſſoluiſti, fidem contemptim abiuraſti, boni propoſiti certamen à ſcopo auertiſti. Quapropter tui gratia doleo. Quis enim ſacerdos cum audierit, nõ tuo nomine plorabit? Quis Eccleſiaſticus non lamentabitur? Quis laicus non mœrebit? Quis religioſus non lugebit? forſan & Sol obſcurus fuit cũ delinqueres & caderes, & virtutes cœli in perditione tua commotæ ſunt. Et inſenſati lapides inſaniã tuam defleuerunt. Plorarunt & inimici propter ini D quitatis tuæ exuperantiam. O grauem cæcitatem. O immanem crudelitatem. Deum non timuiſti, homines non es reueritus, nullam amicorum rationem habuiſti, ſed ſimul omnia facto naufragio perdidiſti, ſimul õnibus ſpoliatus es. Quocirca iterũ miſer tui gratia doleo. Qui omnibus regni dei vigorem annũtiabas, regno dei excidiſti. Qui doctrinę timorem omnibus incutiebas, non habuiſti timorem dei ante oculos tuos. Qui vitæ ſanctimoniam prædicabas, ſceleſtus deprehẽderis. Qui paupertatis gratia cohoneſtabaris, pecuniarum raptor inuentus es. Qui ſupplicium quantum à deo immineret peccãtibus per doctrinam oſtẽdebas, ſupplicium ipſe tibi accerſiuiſti. Quomodo te lugebo? Quomodo ſuper te dolebo? Quomodo cecidit Lucifer qui mane oriebatur, & ſuper terram contritus eſt? Ambæ prorſus aures tinnient cuiconque audituro. Quomodo Nazaræus auro ſplẽdidior, fuligine factus eſt obſcurior? Quomodo filius Sion præclarus, factus eſt vas inutile? Cuius diuinarum ſcripturarum com- E mentationem omnes commemorabant, illius hodie memoria cum ſonitu periit. Qui acri erat & veloci ingenio, velociter & periit. Qui multæ erat intelligẽtiæ, multifariam etiam deliquit. Qui nanque per doctrinam tuam adiuti fuerant, è perditione tua damnum acceperunt. Qui aures cum doceres arrexerunt, ad rumorem perditionis tuę aures obturarunt. Ego vero lamẽtans & triſtis incedens, vndique cõſternatus, ac cinerem tãquam panem manducans, & ſaccum ſuper plagam meã induens, huiuſmodi tibi encomia recenſeo, imò magis funeralem ſermonem adornans, abſque vlla cõſolatione aut recreatione perſoluo. Aufugit enim ab oculis meis conſolatio, nec eſt fomentũ quod vulneri adhibeatur, nec oleum, nec obligatio. Eſt enim plaga mea doloroſa vnde ſanabor? Si qua ſpes igitur ſalutis tibi reliqua eſt, Si qua vel modica dei recordatio, Si quod futurorũ bonorũ deſideriũ, Si quis metus ſuppliciorũ quæ impœni F tẽtibus repoſita ſũt, reſipiſce velociter. Leua oculos tuos ad cœlũ. Redi ad mali conſcientiã. Ceſſa à malitia tua. Excute qua circunfuſus es ebrietate. Obluctare ei, à quo proſtratus es. Erigere fortiter ex humo. Recordare boni paſtoris. Ille nãq; te inſequitur, vt velut è lupi faucibus eruat, etiã ſi duo tãtũ crura, aut auriculę portio, ſuperſint. Reſili ab eo qui te vulnerauit. Memor eſto miſerationũ dei, ꝙ ille oleo & vino medeatur. Ne deſperes ſalutẽ. Reſume memoriã eorũ quæ ſcripta ſũt. Quoniã qui cecidit, inquit, reſurget, & qui auerſus eſt, reuertetur, qui percuſſus eſt curabitur, qui captus eſt à beſtia, victor euadet: Qui cõmiſſum fatetur,

χαίρειν. Nõ eſt pax impiis, dicit dominus. Eſaie 48.d

Non hic laudat in antithetis Baſ. ſed inſtruit Lutheranos.

tetur, non abiicitur. Non vult enim ita deus mortem peccatoris, quemadmodum vt cõuertatur & viuat. Ne tanquam io malorum profundum delapſus contempſeris. Tempus adhuc eſt patientiæ diuinæ, tempus lenitatis, tempus curationis, tempus correctionis. Lapſus es? Exúrge. Peccaſti? Quieſce. Ne ſtes in via peccatorum, ſed reſili. Quamprimùm enim cõuerſus ingemueris, ſeruaberis. Eſt enim ſaoiss ex lahoribus, & ex ſudoribus ſalus. Vide igitur, ne forte dum vis quæ quibuſdam pactus es, cuſtodire tranſgrediare pacta à te ioita cum deo, quæ profeſſus es coram multis teſtibus. Noli rationibus humanis impeditus,
A reditũ ad me detrectare. Ego enim recepto mortuo meo lamentabor, ego curabo, ego amarè flebo ſuper cõtritiooe filiæ geoeris mei. Omoes te expectant. Omnes tibi collaborabunt. Ne diffidas. Recogita dies antiquos: Eſt adhuc ſalus, eſt correctio: confide, ne deſpera. Noo eſt lex quę ſioe miſericordia morte cõdemnet, ſed gratia quæ pœoam proroget, expectans emẽdationem. Nõdum occluſæ ſunt iaouæ. Audit ſponſus. Ne dominetur peccatum. Ad pugnam redi: Ne moram nectas. Et tui ipſius miſerere & oostri omnium.

DIVI BASILII MAGNI EPIſtola ad alium monachum elapſum.

DVplici timore mẽs mea percellitur tui cauſa. Aut eoim mores quidam iocondoleotes antegreſſi ac laceſſeores me io crimen odij erga homines coniiciũt. Aut rurſus condolere volentem & ad affectus emolliri, male afficiunt.
B Quapropter & exarare voleos has literas, manum quidem torpentẽ, ratiocinationibus oeruoſam feci ac firmaui. Faciem vero ex concepta propter te triſtitia male affectam, alterare oõ potui, tanta confuſiooe mihi incumbente, vt etiam oris complicatio mihi cõfeſtim cadat, dum labia mea ad fletum conuertuntur. Hei mihi quid ſcribam, aut quid cogitabo in triuio impeditus? Si reuocauero io memoriam, priorem tuam vaoam conuerſatiooem, quando affluebaot tibi diuitiæ & humirepa gloriola, horreo: quando ſequebatur te adulatorum multitudo, & deliciarum voluptas temporaria, cum manifeſto periculo & iniuſtis cẽſibus, Et partim quidem regoi timores ſuſpicionem tuam de ſalute excitabaot. Partim vero publici tumultus lares tuos concutiebant, & frequentia malorum mentem tuam conuertebat ad eum qui poteſt tibi auxilium ferre: quaodo paulatim meditabaris circunſpicere ſeruatorem, mutã tem quidem timores ad vtilitateoi, liberantem autem ac protegentem te qui illuſeras ipſi dũ ſecuritatibus licenter fruebaris: quando exercebaris ad mutationem morum venerandorũ, & ſtercoribus comparabas periculoſiſſimam opuleotiã
C & domeſtico obſequio, & vxoris cooſuetudine aboegatis. Totus autem ſublimis & ad traoſitum conuerſus, velut peregrinus & erro, agros & vrbes permutans, ad Hieroſolyma decurrebas. Vbi & ipſe tecum coouerſaos, beatum pręedicabam te ob athleticos labores, quando ſeptenariis circulis ieiuoos degens cum deo philoſophabaris, ſimul & hominum coogreſſus pro ratione mutationis ſubterſugieos, quietem vero ac ſolitarios mores tibiipſi adaptans, ciuiles tumultus declinabas. Sacco autem aſpero corpus tuum compungens, & cingulo duro lumbos adſtringens, toleraoter oſſa tua comprimebas. Latera vero per famen caua reddens, vſque ad ſpioæ partes ſublaxa feciſti, & faſciæ quidem mollis vſum abnegaſti, abdomen vero iotus ad cucurbitæ medicæ ſimilitudinem ſubtrahens, renalibus locis illud agglutinari cogebas. Vniuerſam autem carnis pinguedinem enacuans, canales ac meatus ſub ventre ſitos ſtrenue reſiccaſti. Ventre vero ipſo per D
inedias cootracto, coſtales partes velut quandam tecti emioentiam, vmbilici partibus vmbram offundere feciſti. Et contracto toto organo per nocturoa tempora confitens deo, lachrymarum riuis barbæ pilos madefactos adæquabas ac demulcebas. Et quid opus eſt me ſingula receoſere? Reuoca io memoriam quot ora ſanctorum oſculo excepiſti: quot ſacra corpora amplexus es: quot pij homioes maous tuas velut immaculatas confouerunt? Quot ſerui dei velut cultum exhibeotes ad genua tua coofugeruot, eáque complexi ſuot. Et horum omnium quis fiois, quis? Adulterij rumoris calumnia, ſagitta velocius peruolans, aures oostras ſauciat, acutiore ſtimulo viſcera ooſtra perpungens. Quæ tam artificioſa præſtigiatoris verſutia, ad tam pernicioſum curſum te perduxit? Quàm perplexa diaboli retia conſtrictum te, ad virtutis actiuoes immobilem reddiderunt? Vbi ſunt meæ narrationes de tuis laboribus? Perierunt. At eoim fortaſſis iuſtum eſt nos rumori fidem non habere? Et quomodo non ex manifeſtis, E
etiam ea quæ hactenus obſcura fuerunt in fidem ſuſcepetimus? ſi confugientes ad deum animas horrendis iuramentis aſtrioxiſti ac concluſiſti, quando obſeruatè quod ſupra, eſt, & noo redundat, diabolo attributum eſt. Itaque ſimul etiam perurij pernicioſi ſponſor fuiſti, & corruptio exercitatiooıs charactere, vſque ad Apoſtolos & ipſum dominum turpitudineın tranſioiſiſti. Dedecore affeciſti caſtitatis gloriationem. Vituperaſti temperantiæ profeſſiooem, facti ſumus captiuorum tragœdia. A Iudæis & Græcis per actus ſcænicos repræſentantur res noſtræ. Diſcidiſti ſtudia monachorum. Sinceriores ad timorem ac formidinem perduxiſti, ita vt adhuc admirentur diaboli potentiam. Indifferentes ad proteruitatis æmulatiooem tranſtuliſti. Diſſoluiſti quaotum in te fuit Chriſti gloriationem, Confidite dicentis, ego vici muodum, & mundi priocipem miſcuiſti patriæ craterem infamiæ. Reuera ad opus perduxiſti prouerbium, Velut ceruus ſagitta ictus in Hepar. Sed quid nuoc? Non cecidit fortitudi- F
nis turris ô frater, noo vituperata ſunt conuerſionis medicamenta: noo concluſa eſt refugij ciuitas. Ne in profundo malorum permaneas. Ne vtaris teipſo homicida. Nouit erigere colliſos domioos. Ne fuge procul, ſed ad nos recurre. Suſcipe rurſus iuueoiles labores, ſecundariis virtuoſis factis humirepam ac ridiculam voluptatem diſſolueos. Reſpice ad fiois diem, quæ ita ad vitam noſtram appropinquauit, & noſce quomo-

Calumnia quouis telo pernicioſior

[illegible]

quomodo de cætero Iudæi ac Græci ad pietatem ac diuinum cultum compelluotur, & non in totũ abnegabis mundi ſaluatorem, ne te horrendiſſima illa ſenteotia comprehendat, Nempe, Non noui vos, quinam ſitis.

LECTORI.

QVæ ſubiiciuntur animaduerſiones multatitiæ in vtriuſque ſexus delinquentes cœnobitas, numero 49. in hunc ſeereuimus locum, qui poſtremus eſt regulæ Baſilianæ ac eorum quæ illam cõcer A *nunt. Quid intereeſſerit, quo minus attexerentur eo* Fol.108. *loci admonuimus. Vale.*

POENÆ INCERTI AVtoris & inſcriptione carẽtes, inter Baſilij ſcripta repertæ, Iano Cornario interprete.

1 SI quis egrediatur de monaſterio, non accepta benedictione, aut non dimiſſus ab Archimandrita, hoc eſt patre & præfecto monaſterij, ſit excommunicatus.

2 Si quis poſſidet aliquid in monaſterio, aut extra monaſterium, ſit excommunicatus.

3 Si quis priuatim agit cum aliquo, de recedendo à monaſterio, ob aliud quoddam malum ſit excommunicatus.

4 Si quis ex cubiculorum præfectis inueniat aliquem turbas facientem aut colloquentem in B cubiculo, & non eiicit ipſum extra cœtum, ipſe careat benedictione.

5 Si quis careat beoedictione caſtigationis gratia, & ex contemptu ſe non excuſatit, & acceperit benedictionem, excommunicetur.

6 Si quis apponit in menſa aut ſibiipſi aut alteri, ſi non permiſſum fuerit ipſi ab Archimandrita, careat benedictione.

7 Si quis abſque capitis velamine opus faciat in quocunque loco, careat benedictione.

8 Si quis cum externis aut propriis accedẽtibus conuerſatur, non permiſſus ab Archimandrita exceptis ad hoc deſignatis, careat benedictione.

9 Si quis tulerit aliquid à fratre, & occultauerit careat benedictione.

10 Si quis nõ acceperit benedictionem, & idem C comedit non obſeruata ordinis diſciplina, excommunicator.

11 Si quis non acceperit benedictionem, ad ordinem miniſterij ſui, careat benedictione. Si vero neceſſitatis gratia id intermiſit, ſe excuſet.

12 Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agens, aut locum vbi dormit mutans, præter voluntatem ad hoc deſignatorum, excommunicetur.

13 Si quis immitat ſeipſũ ad aliud opus, non per miſſus, careat benedictione.

14 Si quis permutet aliquid cum aliquo, aut quid largiatur, præter voluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

15 Si quis veſperi poſt pater noſter, inueniatur colloquens, excommunicetur.

16 Si quis ex ſanis extra oratorium dormit, ſit excommunicatus.

17 Si quis in menſa comedẽs nugatur, ſuſciteture vt exurgat ad orationem.

18 Si quis caruerit beoedictione, & contriſtatus caſtigantem rurſus caſtigauerit, aut contradicens non ſuſceperit, excommunicetue. Si vero immerito ſe caſtigari dixerit, notam faciat cauſam Archimandritæ, & iuxta Pauli decretum ſuſtineat.

19 Si quis habet aduerſus aliquem offenſam, eáque contemnens non reconciliatur ante miniſterium, aut dicit cauſam Archimandritæ aut D cubiculorum præfecto, excommun.

20 Si quis in die oblationis impedierit ſeipſum à communione, præter voluntatem Archimãdritæ, careat beoedictione.

21 Si quis è ſcripturis contentioſe diſputat, careat benedictione. Si vero commonitus perſeueret, veluti inobediens excommunicetur.

22 Si quis lauat aut alterius aut ſuam veſtem, præter volũtatem Archimandritæ, careat benedictione.

23 Si quis abſit à menſis non dicta cauſa, maneat ieiunus.

24 Si quis aliquid perdiderit, idq́; non inuentum non ad Archimandritam detulerit, careat bedictione,

25 Si duo reperti fuerint ſimul inter ſe cõuerſantes, & commoniti non ſeceſſerint, ſint excommunicati donec corrigantur.

26 Si quis veſperi oon acceſſerit ad pater noſter, E abſque aliqua cauſa, in oratione perſiſtere cogitor, donec omnes dormierint.

27 Si quis in tempore communionis, offenſam habens aduerſus fratrem non dederit ipſi pacem, ſit excommunicatus.

28 Si quis remouet fratrem ſuum ab ordine miniſterij, exceptis his quibus publica cura demandata eſt, careat benedictione.

29 Si quis nouerit fratrem clàm ſecedere de monaſterio volentem, & nõ ſignificauerit Archimaodritæ, aut præfectis, excommunicetur.

30 Si quis ſurgit de menſa, præter volũtatem Archimandritæ, ſiſtatur in orationem vſque ad tempus lucernarum.

31 Si quis poſt communionem egreditur de miniſterio, quouſque omnes acceperint benedictionem, extra humanam neceſſitatem, ſolus per ſeipſum cibum ſumat. F

32 Si quis facit aliquem benedictione carere importunè, ipſe careat benedict.

33 Si quis iouentus fuerit loqueos per cellas, exceptis his qui faciũt ipſas, aut his qui quietem ac ſilentium imperant, careat benedictione.

34 Si quis facetias loquatur, aut inaniter garriat, careat benedictione.

35 Si quis inuentus fuerit detrahens aliquibus, aut aliquos detrahentes audiens, & non increpans ipſos, aut indicans Archimandritæ, vnà cum ipſis excommunicetur.

36 Si quis repertus fuerit in horto loquens cum aliquo, aut cum aliquo pſallens, aut dormiens, exceptis operantibus, & qui ad ipſos deſignati ſunt

ſunt hortos, careat benedictione.

37 Si quis egreſſus fuerit ad oſtiarium ſiue ianitorem, ſi non permiſſum fuerit ipſi à deſignatis præfectis, careat benedictione. Si vero egreſſus fuerit ad munitionis proſpectum, excommunicetur.

38 Si quis dederit furas aliquid aut acceperit, præter voluntatem Archimandritæ, excommunicetur.

39 Si quis cum accedentibus peregrinis congreſſus colloquatur, præterquam quo det pacem, exceptis ad hoc deſignatis, careat benedictione.

40 Si quis moleſtus eſt Archimandritæ, præter

A tu diurnæ operæ, excepto cellario aut hebdomadis præfecto, careat benedictione. Quo vniuſcuiuſq; diurnæ operæ p̃fectus ipſe hebdomadis ac procurator, de omni neceſſitate diligentem curam gerant, vt ne in iudicium negligentiæ incidant.

41 Si quis importunè venit in culinã, aut in cellarium, exceptis deſignatis, aut his qui diſciplinæ boni ordinis curam gerunt, careat benedictione.

42 Si quis expergefactus ab aliquo in tempore miniſterij, aut lectionis, ægreferat, excommunicetur.

43 Si quis ſuperfluè poſt viſitationẽ matutinã ingreditur in ægrotorũ refectoriũ, exceptis his qui ſilentiũ imperant, & rerum curam ſibi demandatam habent, careat benedictione.

44 Si quis præter voluntatẽ curatoris ægrotorũ, ingreſſus in Noſocomiũ, vbi ægri curãtur, illic

B requieſcit, careat benedictione. Si vero affligitur aut ægrotat, indicet id prius curatori.

45 Si quis male habentium mutat locũ vbi dormit, præter voluntatem curatoris, excommunicetur.

46 Si quis ex deſignatis ad ſeruiendum in noſocomio, apponit aliquid fratri, præter voluntatem curatoris, careat benedictione.

47 Si quis ex ægrotantibus inuentus fuerit comparãs aliquid aut mutans, præter voluntatem curatoris, aut alicuius ex deſignatis ad miniſterium, careat benedictione.

48 Si quis inuentus fuerit ſcribens aut ſuſcipiẽs literas, excepto Archimandrita, ſit excommunicatus.

49 Si quis mittit alicui benedictionem, aut accipit aliquid alicunde, excepto Archimandrita, careat benedictione.

C AMBROSII CAMALDVLENSIS

in S. Baſilij de vera virginitate librum Præfatio.

DOMINO VENERABILI AC

omni charitatis officio ſuſpiciẽdo patri Gabrieli, Ambroſius S. D.

PRolixum ſatis librum Sancti Baſilij Cæſarienſis epiſcopi viri profectò grauiſſimi, de vera integritate virginitatis inſcriptum ex Græco conuerti. Quippe amœna ipſius operis frons, atque honeſtiſſimus titulus ad perlegẽdum primo, tum etiam ad transferendum me facilè impulerat. Neque verò ab inſcriptionis, gratia cætera diſſentiebant: verùm pulcherrimo veſtibulo reliquæ ſtructuræ partes reſpondebant. Tanta enim diligentia patronus ille pudicitiæ, adeò inſignis virginitatis decus componit: ornat, inſtruit, tanta cura tue- D

Patronus continentiæ & tutor pudoris Baſilius.

tur: armat, munit, denique vigilantia inſidias omnes præcauet: detegit, aperit, vt meo quidem iudicio nemo vnquam eam rem egerit diligentiùs. Licet enim permulti, immo ferè omnes eccleſiæ magiſtri, tum Latini, tum Græci, virginitatis inſigne ſummis extulerint laudibus, atque ad eã ſeruandam plurimis ingenij ſui, præclariſq́ue monumentis hortati ſint: nullus tamen ita examuſſim cuncta proſequitur. Id ſanè traducendi onus, & ſi virum me arum modum excedere non ignorabam: quia tamen perutile fore arbitratus ſum, promptè, libensq́ue ſubij, paſſus tanto viro aliquid, immo verò plurimum de eloquij E

duntaxat venuſtate detrahere, quam quidem imitari velle, facilius fuit, quàm poſſe fælicius: dum præclaram eius, ac neceſſariam, ſaluberrimamq́ue doctrinam Latinis auribus traderem. Tibi vero pater optime id opus, tuóque nomini dicandum fuit: vt eximio in me amori tuo, & officio meo aliqua ex parte ſatisfacerem. Accipies gratè pro tua humanitate munuſculum ab ingenio tenui, ſed tibi planè deditiſſimo, animoq́ue in te gratiſſimo profectum: atque intentius leges. Inuenies profectó, nõ ambigo, in illo gratiæ plurimum F

dum familiare illud tibi, pretioſiſſimumq́ue virginitatis monile tanto muniri ſtudio, tantaq́ue celebrari laude perſpexerit; vt maiore certè nequiuerit. Venerationem tuam Chriſtus deus noſter omni pc tẽsquietam ac tranquillam æuo longiore tueatur, domine venerabilis ac deſiderabilis pater.

BEATI PATRIS BASILII

MAGNI ARCHIEPISCOPI CÆSARIENSIS IN CAPPADOCIA DE VERA ATQVE INTEGERRIMA VIRGINITATE, AD LETOIUM MELITENSEM EPISCOPUM LIBER. AMBROSIO CAMALDULENSI INTERPRETE.

A CVM plurimi ex his, qui immortalem ſpõſum noſtrum Chriſtum familiarius ambiunt: quóſque ad cõſiderationem veræ honeſtatis cœleſtis vulnerauit amor: varias intra ſanctam Eccleſiam honeſtatis ſpecies à pleriſque ſtudioſe arripi, atque exerceri cernerẽt: & hi quidem virginitatis laudes, alij autem eorum merita qui ieiuniis, vigiliis*, & reliqua ſancti propoſiti auſteritate corpus affligunt, deſcripſere: quidam item illorum magnanimitatem admirati, qui propter dominum ſubſtantias ſuas vendunt, vt illum nudi expeditíq; ſequantur: eorum præconia prolixo ſermone proſecuti ſunt. Verum hi omnes nõ quo pacto ſingula eorum, quæ prædiximus arripienda ſint, ducere opus eſſe arbitrati ſunt: laudes ſolas ad profectum, incitamentumq; virtutis ſufficere exiſtimantes. Ego autem tibi Epiſcoporum vnanime Letoi, non virginitatis laudes B non ſubſtantias vendentium merita, non præconia ieiuniis macerantium corpora ſcribere, ſed quid horum quodq; ſit, & qua ratione apprehenſum ad veram virtutem conferat, lucidè pro modulo meo promere inſtitui. Neque id ſanè vt te iam pridem veteranum Chriſti militem doceam neq; vt ad huiuſmodi conſiderationem pulchritudinis ſpeculandam tibi* virtutum differentiam ſtatuam: ſed vt, dum ſingula cuiuſmodi per naturam ſint explico: non eos tantum, qui tuo inſtituuntur exemplo, ac per te iam veri boni affectum conceperunt, totíſque animæ finibus hauſerunt: verum & cæteros, qui iſta lecturi ſunt, ſalubriter moneam. Quibus dum veluti in tabella pictam oſtendimus veræ virginitatis imaginem: ea quoque quo modo, vnde, quibúſve virtutis coloribus oriatur, diligentiſſimè inſpiciẽdum præbeamus: & ſic vnumquẽque ſecurius, ac certius, quàm cupit, virtutis ſpeciem arripere quanta poſſumus intentione doceamus. Magnum enim re vera quiddam, ac præclarum virginitas eſt: quæ (vt totum ſimul explicem) hominem incorruptibili deo ſimillimum facit. Hæc autem profectò non à corC poribus ad animas manat: ſed cum incorporalis animæ propria & præcipua ſit, eius pretioſiſſima * integritate corpora quoque incorrupta ſeruantur. Anima enim veri boni deſiderio imaginéque ſuſcepta, ad ipſum veluti penna quadam pudicitiæ ſanctitate ſubuehitur: ac ſimili ſimile, hoc eſt, incorruptibilem deum inuiolabili puritate colere omni ſtudio intẽta, corporis virginitatem * ad eius, quod per ſe bonum eſt, obſequium veluti ancillam ducit. Eam vero ſociam, aſſiſtricémque trãquilliſſimam ad dei contemplationem adeſſe ſibi iugiter cupiens, obſtrepẽtis illi voluptates corD poris quàm longiſſimè fugiat. Et earum quæ ſub ventre ſunt, voluptatum continentiam corporalis integritatis obſequiis mancipans, hanc ipſam ſuæ virginitatis pediſſequam facit. Ita fit vt alia quidem omnia ſcilicet ciborum abſtinentia, & reliqua ſancti propoſiti auſteritas, quæ fluentibus per corporis ſenſus contra carnis integritatẽ voluptatibus obſtat: ipſaque virginitas carnis illius gratia ſeruetur. Hæc autẽ ipſa ob aliud nihil quã propter ſeipſam affectu totiuſq; pulchritudinis exerceatur. Sic autem fidelis anima virginitatem ſuam ab omni ſordidæ cogitationis labe puram, immaculatamque cuſtodiens, ad id prouehitur: vt ſimilitudinẽ incorruptibilis dei in ſe, veluti in ſpeculo mundiſſimo, ipſo iam gratiis ſuis ſuauiſſimi radij in morem illi influente, ſpeciem & laudem ſuam conſequatur. Quoniam igitur virginitas vera, ſicuti præcedens ſermo ſignauit, & procedens apertius, vberiúſque docebit: inuiolabilis animæ pulchritudinis, per quam & corporis elaborãtur bona: propria, ac peculiaris eſt: plurimi vero ſolo virginitatis nomine illecti, nullam veræ integriE tatis curam habent: neceſſariò (vt reor) tantæ ſanctitatis coronam rapere inſtituentibus acclamare pro viribus, & quæ ſint agenda dictare aggredimur: ne per ignorantiam principale bonum negligentes, omne vitæ tempus in ancillæ ſeruitute conſumant, ac per id quod nunquam eius dominam colere opportunè ſtuduerint: etiam corporis integritate minimè interioris virtutis ornata pulchritudine, poſt plurimos labores turpiter excidant. Vt igitur ſingula, quæ ad veræ virginitatis ſpeciem conferunt, clariùs perſpiciantur: age cui nam deſtinationi intendens virgo ſuam exerceat virginitatem, diligentius inſpiciamus. Ita enim per ſingulos ipſius motus, ſiue ad propoſitam cõtendat deſtinationem: ſiue aliud proponens, & ſe ad aliud dirigens, principali intentione fruſtretur: veluti in meridiana luce intuentes, vera profectò quæ ſit virgo noſcemus. Principio igitur vt ſeſe fœmina ad marem per naturam habeat, ſi ita placet, paulò altius diſcutiamus, vt & virginitatis deſtinationem liquidius animaduertere poſſimus. Paucis nempe ex primis animantibus, veluti ex quibuſdam primitiuis ſeminibus, cum implere mundum conditor inſtituiſſet, cuiuſque ſpeF ciei animantium, veluti radicem quandam, corporalis animalis formam à principio condidit. Eam vero in marem ac fœminam, à rationali animante vſque ad omnem mutorum ſpeciem ſcindens, ac fœminam maſculi ſegmẽtum ac partem, quippe ex illo ſumptam, eſſe conſtituens, ſtimulũ cuique parti, flagrantémque cupidinem mutuæ coniunctionis naturæ inſeruit. Hac ergo ratione diſciſſa

Virginitas deo hominẽ reddit ſimillimum.

Corporis integritas virginitati famulatur animæ.

ciſſa ab ſe ardẽtibus amoris copulis ſibi inuicem
iungens, coniunctione huiuſmodi omne anima-
lium genus ex præcedentium ſeminibus pullulãs
per ſecula multiplicat: Creſcite, inquiens, & mul-
tiplicamini, & ſic replete terram. Sic autem mun
dum omnem ex vno Adam humano genere, in-
numeriſque gentium varietatibus cum propoſuiſ
ſet implere; & ex quolibet itidem brutorum ge-
nere, quadrupedum, ſerpentium, volatiliũ, aqua-
tilium, omnigenúmque animalium turmis innu-
meris refertum apparere voluiſſet: maris quidem
A poteſtati fœminam ſubiicit: maſculum vero blan
diſſima fœminæ voluptate demulcet. Atque hanc
quidem maſculi de latere ſumptam, vt partem to
ti, ex quo ſumpta eſt, obtemperãtem eſſe, eiúſque
imperiis parere decernens, maſculum vero ſum-
ptam de ſe fœminam ardenter appetere, & eius
perſequendo congreſſum, ad ſe ipſum per huiuſ-
modi copulam proprium recipere membrum,
naturali neceſſitate conſtituit. Hunc igitur in mo
rem ex vno duos, atque iterum ex duobus vnum,
maſculum & fœminã ſapientiſſimè molitus, non
ſolum hanc corporis copulam per eum quẽ præ-
diximus modum, ipſorum propriam finxit: verũ
& ad id genus, quod ex huiuſmodi coniunctione
amoris facibus accenderetur: ingentem eis infu-
dit affectum. Atque ita maſculum quidem actiuũ
(vt ſic dixerim) quippe prius conditum, paſſiuam
vero fœminam, vtpote ex maris euulſam latere,
naturaliter condidit. Ac ne ſummo ad ſui generis
ſtirpem affectu acta mulier, quippe paſſiua ſine
adiutorio relinqueretur: ita fœminam effinxit, vt
eſſet maſculo tota voluptatis illecebra, violentiſ-
B que ſtimulis ad ferendos fœtus ad illam pertrahit
virum, non vtique ad marem fœminam, ſed hunc
(vt diximus) voluptate conſtrictum ad ipſam du
cens vinctum atque captiuum. Sicut enim ſecre-
tiſſima naturæ in magnete lapidem nouimus, nõ
ipſum ad ferrum duci, ſed ad ſe potius ferrum at-
trahere: ita & fœmineum corpus aduerſus maſcu
lum ineffabilem accepit vim, per quam fermè di
xerim ignorante anima, quæ in ipſo eſt, viri cor-
pus vltro ad concubitum pertrahit: ita infirmiori
animanti conditore auxiliari inſtituente, vt volu-
ptate ſua maſculũ mulcens atque deliniens, non
ſolum ad liberorum procreationem: verum & ob
ipſius coniunctionis ardorem, ipſius auxilio nite
retur. Propter hoc denique relinquet, inquit, ho-
mo patrem ſuum & matrem: non fœmina planè,
ſed vir, ob inſitum libidinis ſtimulum ad fœminę
concubitum properans. Et adhærebit, inquit, vxo
C ri vir, non vxor viro, & erunt duo in carne vna.
Huiuſmodi vero potentiam aduerſus dominato-
rem ſuum infirmiori ſexu creator largitus, ipſam
quoque effigiem, ac ſpeciem fœminei corporis
molliorem effinxit: vt & tactu, & aſpectu, & mo-
tu, teneritudine denique, & delicata agitatione
membrorum, & inſpiciens, & inſpecta, maſculo
eſſet voluptatis illecebra, quocunque ſe verteret,
vndique ſeſe illius ſenſibus ingerens. Hac igitur
vi ob eam, quam prędiximus, cauſſam noſtris cor
poribus inſita, virgo æqualem quidem eiuſdémq;
ſubſtantiæ animam & viro & mulieri ineſſe con-
ſiderans, cæterum in vtroque ſexu pro varietate
affectionum hanc molliri in fœminam, illam in
virile robur euadere, ſimúlque ex corporum, qui
bus alligatæ ſunt, cupidineo congreſſu innume-
ras perturbationum ſpecies percipere animas cer
nens, hanc quidem ab omni affectione corporis
ſecernere, iugiter in animum inducit: habitum ve
ro illum excidere, qui ſibi per naturam inditus eſt
ad marem, ſeſe à corpore ad veram ſpeciem ſuam
conuertendo, profitetur. Hãc autem pergere vir-
tutis viam omni ſtudio intendens, non iam ipſam
conditionis ſuæ proprietatem & habitum quem
ad virum habet intuetur, ſed inſitæ ſibi animæ in-
corporalis ad incorporeum deum propinquitatẽ
acutiſſimo circumſpicit oculo, & amoris intimi
& ſpiritalis longè clarius lucentem, ac ſuauius ar
dentem faculam in ſe accendens, glorioſis pro il
lo ſudoribus ſeſe exercere iugiter cupit: nudámque ſe, ac ſine vllo omnino ſẽſu voluptatum eius, D
in quo viuit, corporis pro viribus curat oſtende-
re. Quoniam igitur diuinum profectò quiddam,
ac præcipuum immaculatæ animæ inſigne virgi-
nitas exiſtit: maſculorúmque ac fœmineorũ cor-
porum is eſt, quem diximus, ad inuicem habitus,
virgo, quæ nullam fœmineæ voluptatis labem ex
corpore patitur, & omnia carnis vitia, omnémque perturbationem animi ab ſe prorſus elimi-
nans, puriſſimam ſe deo ſiſtere, quem amare pro
fitetur, tota animi intentione conatur: manifeſtũ
eſt, quòd violentorum præmium cœlorum regnũ
eſſe non ignorans, vt propoſita deſtinatione itua
tur: vim inferre naturæ ſuæ debeat, neque eã tan-
tum ſuperare voluptatem, quæ in eiuſmodi ita ef-
ficto corpore concubitus illecebram ſuggerit: ve
rum contra omnem voluptatis ſpeciem fortiter
conſtantérque perſiſtere. Voluptas enim, cum v- E
na generaliter ſit: veluti fons quidam à carne pro
fluit, atq; in quinos ſenſus, veluti in riuos quinque
diſtributa, per hos ad ſenſibilia ab intimis fluit,
quorum quilibet per propriam organi ſui fene-
ſtram fluentum ſuum ſenſibili, quod offenderit,
vehementer immittens, quicquid propinquũ fue
rit correptum, ad ſe pertrahit: carnalique limo ad
implens ac torrentis inſtar: è contra rurſus ab ex-
terioribus per eaſdem feneſtras in carnis æſtus ce
leriùs refluẽs, animam perturbationum fluctibus
quatit, atque in profunda demergit. Quocirca ſã-
cta virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admouere
rationem, eorúmque ad exteriora progreſſum ne
quaquam eis tranſitu libero paſſim permiſſo, mo
deratum & quietũ efficere omni ſtudio curabit:
ne ſcilicet ſi ad quæ velint, effundantur, ſuperna-
tantem ſibi interdum animam fluctibus agitent,
& ad ſua vitia pertrahant. Studeat item & ab ex-
terioribus inuectum in eam denuo fluentum an- F
guſtis (vt ita dixerim) aditibus colare, atque in il-
lam omni purum labe trãſmittere, ne carnali cœ-
no inundans, quod vitioſo traxit affectu, ipſam to
tam ſordibus ſuis agitando perturbet. Non igitur
oculorum acies ad omnia paſſim inſpicienda viſi
bilia pandẽda eſt, ne omnem quoque figuratum
atque formarum ſpeciem ſine diſcretionis exami
ne hauriens, ad earum poſtea turbetur imagines.
Verum apertis ad ea, quæ vitæ vſu neceſſariò inſ-
picienda ſunt: corporeis oculis, animæ omnino
claudet obtutus, eóſque ad veri intuitum luminis
& eius, quæ ex illo inſinuatur, pulchritudinis con
ſiderationem etiam eatenus clauſos, peruigili a-
periet ſtudio. Ne auditum quidem temere, & in-

Simile elegans ex collatione magnetis.

Ratio quaſi quæ ſenſuum cuſtos eſſe peruigil.

Oculorum moderatio qua.

Aures quo modo ſeruãdæ.

** πρὸς τὰς ἡδονὰς γεύματος φησὶν ad illationem ſaporis grauedentis.*

Guſtus & Tactus.

diſcuſſe verbis omnibus accommodabit: ceterũ ad ea, quæ mala ſunt, & noxia: ipſom veluti * ad peſtem quaodam putidi, ac pernicioſi amois obturabit. His vero quæ ſuot optima, emanántque virtutis puriſſimos latices, tota intentione ſubiiciet. Guſtum itidem ad ſuauia & dulcia ſemper in hiantem ratiooe freoabit, & ad ea, quæ ſunt neceſſariò ſumenda, moderabitur. Tactum vero, vt ſenſuom omnium pernicioſiſſimũ, & ſæuiſſimè blandientem, ſenſúſque reliquos in ſua ad voluptatis illecebras pellicientem, immaculatum, & perturbationibus minime peruium, ſemper quàm maxima poterit cura, ſeruabit. Hic enim, toto cum ſit
A diffuſus corpore, per omnem illius ſuperficiem, non eam ſolum, quæ apparet extrinſecus, verum & quæ altius recondita eſt, ad vitioſos contactus aduerſus animam ſæuè dominatur. Porrò manibus ad vſus ooxios præcipuè nitẽs, his veloti quibuſdam circunſeptus armis, feruẽtius per hotum inſtrumeotorum conſenſum omoes qui locideriot, capit. Ne aſpectum quidem blanda ſeductione ſua immunem abire patitur, ſed eum dum ad horridas ferè rerũ áſque figuras turbat, atque confundit: ad leues autẽ, & quæ venuſtiore facie, adiecta coloris gratia, ad fallendum formatæ ſunt, perſundit atque delinit, potẽtiam ſuam per illum ſatis ioſiouat. Auditum item, dum vocibus aſperis & duris, offendit: mollibus vero per ioſpitantem leniter aërem profundè demolcet, quod ſui moneris eſt, ad voluptatis opus per hunc etiam perficit. Superfluum eſt de guſtu loqui, qui, cum huius omoioo contubernalis ſit, ad ingratos quoſque liquores, frontem contrahit atque triſtatur: ad eos vero, qui ſunt ſuaoiſſimi, lacunas ſuas inexplebiliter aperit. Nam de genitalibus membris
B quid me dicere neceſſe eſt? vt ſcilicet inditam eis ad ſerendos fœtus vim, ſuis omnino pharmacis vinciens, conſenſu horum lenitudinis, quæ in tactu eſt, ad voluptatem ſuam vinctum captiuúmque hominem ducit. Per tactum igitur quendam (vt ſupra declaratum eſt) & aſpectus ad voluptatem aoimam fallit. Iactis enim luminum radiis, veluti quibuſdam incorporeis manibus, quæcunque voluerit, eminus tangit: & quę corporeis manibus attingere in poteſtate non habet) ea oculorum iactibus paſſiuè complectens, per eas, quas impreſſit aoimo, formas corpus omne ad Iouectas imagines voluptatis æſtibus iactat. Auditus item per haoc ſuauitatem vocis attingens, eius ope animam in laſciuiam ſoluit, atque, vt breuiter dixerim, ſenſus omnis, quemadmodum corpus commone eſt, in quo dominatur: ita & eius tactũ nactus communem, per hunc ſenſus ſingulos ad ſuam quemque ſuauitatem ducit, ac per omnia totum in tactu conſtitutum corpus noſtrum ad voluptates omnes variè impellit. Ergo, cum in ſenſibus reliqois, tũ in guſtu præcipuè, ac genitalibus membris tactus dominatur, iſtíque ita connexi ſunt, vt cateoæ in morem alter ex altero pendeat: atque ex eis alter adminiſtratur, alter vero mini-
C ſter efficitur. Porrò ſimul omnes ad regioam ſoá voluptatem ſenſuum operationem per iactũ trãſmittentes, magis ac magis animã inquinant perturbationibus ſuis, & corpori vehementer affigũt. Cum itaque virgini propoſitom ſit, animom omni corporeæ voluptatis labe purũ, integrúmque ſeruare, neceſſariò tactum, vt eius inquinatioois, & affixionis autorem ab anima præcidere omoibus modis debet: vt vehiculo tactuum per alios ſenſus exciſo, illorum quoque vna fomenta ad proprias cuiuſque voluptates pro viribus auferat. Quid ergo illud eſt, quòd animã in primis ad tactum corporis inquinat, & quodammodo corpus efficit reliquorúmque ſenſuum voluptates multis modis germinat? Tactus ſcilicet, qui io guſtu eſt, quique corpos ad coitum paſſiuè titillat. Ex his præcedit guſtus ille tactus, ſequitúrque cõcubitus. Nam per guſtus tactum, ad ingluoiem vẽtris iugiter voracitate delioita, Impinguatur corpus. Ipſuoi vero feruẽtibus in imis receſſibus hu-
D moribus lenibus concitatum libidine ad concubitus tactum impatientiſſimè fertur. Quocirca quę cõgreſſus huius voluptatem virginitatis propoſito ſuperare inſtituit: prius eius, quæ in guſtu eſt, ſuauitatis, quippe quæ illi fomenta mioiſtrat, victricem ſe oſtendat neceſſe eſt. Ex rationali náque, & irrationali parte, iuxta gẽtilis phyſiologiæ rationem, homioem, veluti Centaurum quẽdam creator effingẽs, ſuperiori parti à capite vſque ad pectus humana forma inſignitæ reliquum corporis ab vmbilico, & lumbis, equina ſubiecit effigie quæ ad ventris voluptates brutorum Inſtar prona atque ad coocubitus effrenatæ procliuis eſt. Neque enim ab irratiooabili parte per luxum rapi ratiooe præditam voluit: ſed à rationali potius rationis exortem ad vſus neceſſarios regi ſapientiſſimè ſtatuit. Huius denique indultæ ſibi diuinitus poteſtatis gratia ſi quando rationalis pars peruerſo ordine ipſa non regit: ſed ab irrationali potius regitur, improperat aurigę ſermo diuinus, cur ſe ad irrationalis voluptatem peſſimè à ſua di-
E gnitate deiecerit, dicens: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui adhinniuit. Atque alio in loco ab vmbilico, & lumbis irrationalem hominis partem dominari aduerſus animam ſignificans: Ecce, inquit, virtus eius in lumbis eius, & poteſtas eius in vmbilico ventris: Ventre enim diſteoto epulis, neceſſe eſt ea, quæ ſub ipſo ſunt, membra ex humoris redundantia in profundo feruentis ad propria & naturalia officia mooeri. Quippe ſuperior venter ſuppetit illis incentiua libidinis. Cæterùm voracitas principio materias ac fomeota eius ardoris inſtillat. Ante omnia igitur aduerſus guſtum virgo tota intentione pugnabit: fontéſque voluptatum vẽtris, & impudicitiæ fomitum inde manantium à principio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabit: ne dum virginitatem ſeruare proponit, guſtui ſe immoderatè proſtituens, caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate deuicta ſenſim, dum neſcit, amittat. Virgioem enim eſſe & guſtum virginis conueoit: nullíque gulà ſuauiter oblectanti illecebræ per-
F uiom. integram ſe & in hac parte, atque inuiolabilem ſancta virgo cautè ſeruabit: corpúſque, vt ſeruire queat animæ in his, quæ ſunt neceſſaria victui, moderabitur prudenter, ac reget. Neque enim expedit, dum nimis obſeruat ne guſtos voluptate rapiatur, manantéſque ex ventre voluptates per ciborum abſtinentiam frenare pergit: cõtrà ita corpus atterere, vt Inualidum iam, inutiléque reddatur. Ne declioes enim, inqoit, ad dexteram ſiue ad ſiniſtram. Sicut enim guſtui ad omnes

** ὀμφαλῷ.*

Phyſiologia ſed ſig elegans à pictoribus.

Iob.40.b

Guſtus ſ... voluptatũ.

Virgini ad ſit & virginalis guſtus, Diſcretio neceſſaria vel virgini manum.

Virginitati tuenda ſtio pus præſtrũ pino.

nes paſſim cibus liberè frena laxare, ob ea, quæ prædiximus, ooxium te vera ac perniciuſum: ita neceſſaria illi alimenta negandu, corpus iufirmũ atque iuualidum reddere, irrationabile prorſus ac ſtultum eſt. Extrema euim quæque (vt ait ſapiens quidam) ac per id inæqualia periculoſa ſunt. Nam ſicut per ciborum abundaotiam laſciuiens equus noſter aurigam quacunque vult, peſſimè præcipitem fert: ita & per nimiam propoſitum impedit virtutis iter. Quemadmodum denique aurigæ non expedit, equum ita affluenti ſaginare præſepio: vt illius laſciuis motibus, inordinatíſque lædatur: & quo ille voluerit, circunferatur, dum feruidis eius ac nimiis viribus oequit obſi- A ſtere: ita oeque virtutis viam cum eo pergere ioſtituenti, cooueuit ex nimia neceſſarij victus iodigentia vires eius omnino deiicere, ne perpetuis infirmitatis iocommodis preſſo, alligatus inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur: fit enim ferè vt dum prorſus lapſum erigere iam ad curſum oequit, nec dimittere illum naturali coojunctiooe permittitur, per inſeparabile coofortium ſemper ei coodolere, ac circa eius curam laborare compellatur: & ex eo quod ad capeſſenda ſpiritalia exercitia congruo careat robore: dum currere, ac pugoare diſſueſcit, multum iam quæſitæ pridem peritiæ amittat. Quooiam igitur innatum nobis vehiculum, oeque oimis laxando frena, oeque rurſus immodicè illa retinendo, ad virtutis curſum producere oportet, idcirco & corporum ſtatus, & babitus, & ciborum qualitates ſoletter explorare conueniet, vt valido quidem, ac vegeto corpori, oaturalíque calore abundaori B frena immittamus: ac per inediam, frigidioréſque cibos redundaotiam illam caloris arceamus, ne vel lautioribus eſcis naturalem piuguedinem augẽtes vel vioi liceotiore vſu feruorem inſitum magis magíſque ſuccedeotes, igoem igni, iuxta veram illam gentilium ſententiam adiiciamus. Itaque & robuſto per ætatem & naturali nimio calore æſtuanti, puriſſimos ex fonte latices modicè ſubminiſtremus, vt ardeotes naturæ flammas contraria aquarum vi reſtinguamus: atque ad manſuetudinem inſita oobis ratiooe temperemus. Porrò ſenili iam & frigeſceoti, cibi porúſq; adiumentum ad ſuſteotandas vires ingeramus. Neque vero ſola eſcarum quantitas vbique probè metiẽda, ſed & qualitas in primis ſapienter diſcernẽda eſt. Nec eoim ſolam exteriorem earum faciem iuſpicere, ſed quam habeant intrinſecus reconditam penitus vim, prudẽter explorare cõueniet, oon ſolum eoim legumina, ſeminúmque C nonnulla, verùm & olera pleraque ſunt, quę monacho quietum vitæ gubernaculum tenere cupiẽti, cootra ac ſe babet communis opinio, pro noxiis vitanda ſunt: quippe quæ carnis receſſus intimos punguot, & pruritus, titillationéſque excitãtia, noo minus corpora noſtra perturbant, ac ſecreta vi ſua inquietant: quàm quæ cooſenſu omnium fugienda cenſentur. Quocirca nec ſalibus paſſim, atque indifferenter vtemur: ſicuti fieri apud pleroſque comperimus, qui per immoderatam continentiam pulmenta omnia repudiantes hos ſolo cum pane vice condimentorum omniũ ſumunt. Non intelligunt, qui ſunt eiuſmodi ſales cum ſint per naturam fœcundi, ac per acrimonię vim corpori prurigines excitent: plus cæteris ad libidinem, coitúmque prouocare. Quòd ſi in eis quoque ſumendis, vti ne propoſito excidat, maximam oportet aurigam adhibere rationem: multo profectù magis * ea pomorum genera diſtinguere conuenit, quæ apertè noxiis vlla ratiooe ſunt proxima. Itaque omoibus io lucis cibus, qui ſit ad victum neceſſarius, ſoletti ratione inquirẽdus: condimentorumq; elaboratæ blanditiæ vt voluptaris illecebræ repudiandæ. Si eoim panis confirmat cor hominis ooo opus eſt vltra cibum vitæ neceſſarium huiuſcemodi * liquamioa temerè admittere. Ne ſales quidem, qui panis condi- D oieorum ſunt, quantitate pares cum pane ſumemus. Nam ſi nemo ferè eſt, qui condimenta eis rebus, quarum coodimenta ſunt, æqnalia pondere in cibum ſumat: quis iam erit, qui plus huiuſmodi liquaminum ac condimentorum, quã principalis cibi ſumere oon erubeſcat? Quòd ſi fiat: non iam iſta panis erunt condimenta, ſed horum panis, guſtúſque iterum aurigam, dum oeſcit, alia ratione per obſoniorum varietatem fallet, atque ad voluptatem clam pertrahet: inuenietúrque ꝙ fugit, denuo per abſtineotiam perſequi. Igitur vt io corpore, veluti io tetrachordo, vt breuiter dicam, harmonia optima ſit (ex quatuor enim elementis humo, aqua, aëre, & igne corpora noſtra conſiſtunt) ſtacto quidem alimentis neceſſariis auxiliabitur: vegetiori autem, ac valido cautè illa, & prouide ſubtrahet: exercitiíque ſpiritalis inſtituto vires eius immodicas franget. Neque vero quaoritates modo inſiti nobis calidi & frigidi, verum & qualitates ſicci atque humidi probè diſcutiet. Et illis quidem duce ratiooe, vel augere, vel E demere. bas item vel intercidere, vel per ſpiritale exercitium remittere: eáſque partim immutare, partim vt per naturam ſunt, ſeruare pro viribus ſtudens, ita demum omni amota diſſooaotia tetrachordum corporis noſtri, congruum re vera, atque cooſonum ad concentnm veri boni, animæ aptabit. Hæc iorerim de guſtu propter eos, qui ſe ad ſaoctæ virginitatis, imò ad virtutis totius exercent curſum, tantiſper dixerimus: ex quibus id quoque ſimul oſtẽdimns, quia ſicuti corporis aduerſus aoimã vires ad virtutis acquiſitionum impedimento ſunt: ita è contra infirmitas, cum nequeat corporale inſtrumentum promptis animæ deſideriis obſequi, virtutis intercipit curſum. Neque enim plos carnis ſarcina pennas animæ ad infima deiicit, quàm imbecillitas corporis, dum iugi ad id curandum occupatione diſtenta non permittitur ad cœleſtia vt cupit euolare, nec ſolum ob eam moleſtiam virtutum acquiſitione priua- F tur, ſed & partas iam, dum per impedimẽta infirmi corporis pugnare, ſéque ad ſacra certamina exercere deſueſcit: ſenſim, dum neſcit, amittit. Sicut enim venter pinguis, non quia ita naturaliter affectus eſt, ſed in quem pinguedo per gulæ intemperantiam affatim fluxit: perturbãs & impinguaos animum, non gignit ſenſum tenuem: ita & qui per imbecillitatem oimium fuerit exilis & gracilis, iu emortuo corpore tenuem quoque iã genitum prorſus extinguit. Illud etiam dictum non ſimpliciter bos quidem vitandos eſſe cibos: hos vero temere ad ſatietatem vſque admittendos, verum & quaoritatem ſobriè vbique metiẽ-

Marginal notes: A ſimili petita ſi[…]. — Perſtat in metaphora tantum ad temperantiã. — Virginitatem vel ſale magno temperari vitandũ. Salis eſſicatione prurigo citur. — * τῶν ἀκροδρύων. Vitãda cõdimẽta, vt illecebra voluptatis. * ἀρτύματα. — τῶν προσφημάτων. — Harmonia corporis ſimili cõfirmatur. — ἀπὸ συνέσεως ex collatione.

dam:quæ,ſi excedat frugalitatis modum:idem ſolet,quod noxia quæque, operari, & qualitatem cautè diſcernendam: quæ, niſi ſolicitè diſcutiantur, non minus habet vitium, quàm quæ apertè ſunt noxia, rationémque prorſus eſſe honorandam: vt in cœleſtis exercitij ſtudio ratio nos,non temeritas agat. Quòd ſi proximum tanquam nos ipſos diligere iubemur: ac per eius mandati vim illi qui ait: Nudus eram, & operuiſtis me: eſuriés, & refeciſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in membris ſuis ſtudioſè ſemper aſsiſtimus: * mandatum profectò non implet: qui cum alteri curei aſsiſtere, atque opem ferre, ſeipſum infirmátem im-
A maniter necat. Conſtat enim quia falsò diligit proximum, eiúſque proſpicere commodis pergit, qui ſeipſum diligere neſcit. Et qua tandem ratione mandatum ille iuſtè implere dicitur, qui cauſſam cum famulo corpore integrè ac iuſtè non iudicat cæterum ſubiugandi obtentu illud ſe caſtigare profeſſus, indiſcreto potius impetu peſsimè conſumit ac pertmit? Quomodo enim iam domino ſeruiet, quòd ipſum dominum, eius quam ab ipſo pertulit, violentiæ miniſtrum accepit? Quo item pacto domino ſuo ad fratrum beneficentiam ſeruiet, quod cæteros ad huiuſcemodi ferenda beneficia idoneos, ad ſui curam ſeruos attrahit? Non iam enim domino ad virtutis miniſtrabit opus, ſed attritum morbo reliquis omnibus erit beneficentiæ occaſio: miſerum habens omnium iudicio dominum, propter aſsiduam & ærumnoſam circa ſe curam: ſeruúmque miſerabilem, ob eius inſanabilem cædem. Nam profectò neque domi-
B nus vllam iam operum ſuorum rationem habiturus eſt, illius curæ perpetuò deditus: ſed nec adeò miſerabili conditione conſtrictus, quomodo ab eius coniunctione liber euadat conſilium inueniet: neque ſeruus miſericordia & cura potitus, congruas ad ſeruiendum domino vires recuperare iam poterit, ſed cum alter alteri morbi incurabilis occaſio ſit: vtrunque defectus rationis inextricabilibus carceris nodis adſtrinxit, qui meritò & à magiſtro certaminis, & à ſpectatoribus omnibus carpitur: ignominiáque notatur, quod ſcilicet ad curſus cœleſtis certamen adſcriptus, dum ſine ratione curſum inſtituit ſuum: non modò nihil eorum prudenter exercuit, quæ ad huiuſmodi ſtadium conferunt: verum & illum iniuſtè deieciſſe, qui ſibi ad curſum ſeruire debuerat: & ſe vnà ſtolidiſsimè dum neſcit, euertiſſe deprehenſus eſt. Quocirca neceſſariò his, qui adipiſcendi veri boni ſtudio corpus macerare pergunt, iterato dictabimus. Ne declines ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. Sicut enim in gulæ intemperantiam declinare graue ac periculoſum eſt, ita per nimiam abſtinentiam corpus atterere, ac per infirmitatem
C inutile reddere, omni profectò ratione caret. Neque enim abſtinere à voluptatibus gulę, per ſe expetendum eſt, ſed quia ad virtutis acquiſitionem confert. Quòd ſi illud, cuius gratia ciborum abſtinétiam eligimus, per immoderatam negligamus inediam: contrà atque inſtituimus, agimus. Nam fracto contritóque inſtrumento, neque deo inhęrere per lectionis & orationis ſtudium poſſumus: neque ad fratrum beneficentiam humanitatis officium obire. Igitur & corporis cura neceſſariò habenda eſt, nõ ipſius gratia: ſed vt ſeruitio illius ad philoſophiæ ſtudia vti poſsimus. Impoſsibile eſt enim, niſi famulatũ corporis ad philoſophiá obtemperantem habeamus, vel diuinis lectionibus operam dare: vel mente in corpore ægro languente, orationi conuenienter inſiſtere, vel omnino quicquam eorum, quę ad philoſophiam cõferunt, in noſtram ſociorúmque vtilitatem operari. Idcirco caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Inſurgere enim aduerſus dominum per carnis vires, ac petulantiam geſtiens, per continentię flagella coërceo, dominatúmque recognoſcere cogo. Non enim ita, inquit, ferio, D
vt immoderatis illud vulneribus conteram, & inutile iam ad ſeruitium faciam: ſed ea tantummodo ratio caſtigandi corpus eſt, vt ſeruituti ſubiiciam, & domino obſequi ritè compellam. At vero qui ſeruum ita per inediam ſubiicit, vt non ſolum ad miniſterium domini fiat inutilis: verum nec ſibi ipſi ſufficere poſſit: quid aliud, quàm ſerui ſui ſe famulum fecit? Neceſſe enim eſt corpore iam inualido ad ſeruiendum, ac per infirmitatem tabeſcente, cõtra illi ſeruire dominum, dum ſemper circa infirmitatis eius curam verſatur attonitus, nec iam exercitationis antiquę meminiſſe prę huiuſmodi occupatione permittitur, ſed in ſerui ſui obſequio vitæ tempus omne conſumit. Non itaque ſimpliciter carnis prouidétiam faciendum non eſſe diffiniuit, ſed addidit: in concupiſcétiis. Oportet igitur concupiſcibile carnis, atque ad vitia voluptatéſque procliue, per continentię exercitia frangere: quod vero eius vtile eſt, atque ad acquiſitionem virtutis neceſſarium, prouida conſideratione ſeruare. Eſca enim nos non commen E
dat deo. Neque enim eſt regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto: propter quæ ciborum quoque abſtinentia cum ratione ſuſcipitur. Nam ſi ipſam per ſe ciborum abſtinentiam diſcutias, inquit, neque ſi non comedamus, deficimus, neque ſi comedamus, abundemus. Neque enim, qui non comedunt, ob id duntaxat plus aliquid comedentibus de virtute habent: neque qui comedunt, ex eo minus aliquid comedentibus habere putandi ſunt: ſi modo illorum virtus interior æqualis ſit. Oportet igitur ad animæ virtutem intentione directa, cuncta exercitia corporis aggredi, quæ, cum per ſe bona non ſint, eius tamen boni, cuius gratia accipiuntur, ornata miniſterio bona, & honeſta fiunt. Denique ne boni huius miniſterium infirmitate corporis impediretur: Vino, inquit, modico vtere propter ſtomachum tuum, & tuas frequentes infirmitates. Sicut enim feruenti per ætatem, & valido vegetóque corpori minimè oportet (vt diximus) ignem igni addere: ita neque frigeſcenti per infirmitatem, vel iam per ætatem gelido, plus adhuc frigoris pernicioſè congerere. Cæterum quemadmodum illic naturalem carnis ardorem, fomenta extrinſecus ſubducen- F
do conſumimus, ita conſumptum laboribus, & iam per ætatem, aut morbum ferè extinctum, ad motis cibi potúſque adiumentis neceſſariis, reparabimus. Quippe & in corpore pacis cura, & ratio habenda eſt: cum infirmitati quatuor illa, ex quibus cõpacti ſumus, omnibus in locis aſſiſtant: ne, ſi aliquãdo ſuperet quod in nobis eſt, aut frigidũ aut calidũ, aut aliud quodlibet ex quatuor: bella & incon-

* ἐπιτρέπεσθαι τὴν ἐπιτολήν, γνώμη. Macerãdũ quidem corpus ſed moderata temperie.

Metaphora elegans à ſtadio curſorum.

γνώμη ἀπὸ τοῦ ἐναντίου.

Corporis, nempe organi ad ſpiritualia ſanitas tuenda.

Att. cuius gratia abſtinentia commendetur.

γνώμη ex collatione contrariorũ.

incoogruentia ex infirmitate, vel ex libidinis ardute maoātibus, animā impleat. Sed hæc de vno tantum ſenſu, guſtu ſcilicet, pro virgioitatis tuēdo inſtituto moderatè ſunt dicta. Trāſeundum vero iam & ad ſenſus reliquos, vt veram virginē, ſicuti propoſuimus, videre poſſimus. Non ignorēt igitur hi, qui veræ virginitatis ancillā per abſtineotiam ciborum, & cæteros labores ſancti inſtituti virgioē ſeruare pergunt, fieri poſſe, vt huiuſmodi A corpore ſit virgo, nō anima. Sufficit eoim & aſpectus, qui aoimę turpium rerū impreſſit imagines, & ſermo laſciuior in aures cum voluptate delapſus, animum impudicitiæ ratione corrumpere. Veretur denique * amicus ſpooſi, eiuſq; ferueoa æmulator, ne forte corrumpātur, nō corpora eorum, qui deſpōſati ſunt Chriſto, ſed mētes. Quocirca neceſſe eſt virgo animam longè maiore obſeruet cura, quàm corpus: vti ne hāc alibi ſeruet, alibi ſioe cuſtodia paſsim dimittat, ſed omni cuſtodia ſeruet cor ſuum, vt neq; per vocē profluēs ſermo auditorem demulceat ad voluptatis illecebrā: neq; rurſus extrinſecus in aorē ab alio iouectus, ipſius cor ad concupiſceotiā molliat. Eadem illi aſpectus quoq; ratio habeoda eſt, vt videlicet non ſit eius mollis obtutus, ne intuentibus voloptatis cōtra ſe emitiat iodicia: neq; emiſſum forinſecus oculi iactū ſe patiatur attingere, ne boe veluti igoito iaculo in corde percuſſa, ad voluptatis inflāmetur imagines. Eris enim, ioqoit, quaſi ceruus iaculo percuſſus in iecore. Cæterū cōcurrentem aſpectui ſuo alienū obtutum oportet ab animę arcere liminibus, intuitúmq; ſuum pudiciB tiæ indicē exhibere cernētibus. Quippe & palpebrarū curioſior motus ſolicitare, atq; ad eam voluptatem vel ſolus inflammare ſolet: quæ animā vel maximè concutit. Nam cum bauſtæ luminibus formæ obtutus paſsiuè defixerit, atq; in anima voluptate mollita ceræ inſtar, coolpcctæ ſpeciei imagines preſſerit, quamuis ille abeat, ſeorſumque ſit, qui huiuſmodi formas impreſsit: ioſignita animo cōſpecti ſpecies, quod ſuum eſt, ſemper operatur: animāq; imaginibus ludit. Idcirco virgini priocipio quidē ſummopere cauendū eſt, ne cuiquam infigat obtutus: vel certe, ſi defixiſſe contigerit, figuras animo altius infigi molientes à ſe contraria virtute reiiciat, ac penitus arceat: vt nullam corporis ſpeciem diuturnis cōſuetudinis obiectaculis formet. Quòd ſi fortè cōtingat clam animæ corporeas imprimi formas, eas perpetua rerum boneſtarū memoria omni ſtudio in ſeipſa delere contendat: corporeas quidem illas veluti ceræ inſcriptas animi ad meliora ac diuina conuerſiooe abolendo, ſanctarúmque rerum imagines elaboratis meditationibus ac ſpeculationibus illarum vice inſcribendo. Sin vero in iectas in animo, ac ſi in ſigillo infixas durare permittat, C neceſſariò iam circa inſigoitam ſpeciem occupatus animus alia bona omoia, & honeſta negliget: atque ad impreſſæ altius ſpeciei imaginem ſemper attonitus eiuſce fruitionis deſiderio fœdè iactabitur. Nec ſanè quicquam ei proderit, quæ eſt eiuſmodi: corpus ſeruare incorruptum, cum aoima ad iniectas ſibi per aſpectum corporalis amoris illecebras proſtituta vitietur. Metu enim aut pudore antiquam exterioris virginitatis gloriam cum ſimulatione retinens, eáque nudari infame plenumque dedecoris cenſens, eam ſeruare vel inuita conatur. Cæterū iocorporeis manibus hūc iugiter, quem amat, amplectens, inſitum medullitus animo ſecum ſemper, & vbique circunfert, & quæ corporaliter exequi, ne deprehendatur, erubeſcit: ea perpetrare cogitatiooe non metuit. Quam profectò iam ne corpore qoidem quiſpiā ritè dixerit virginem. Nempe enim, com is quem amat, ipſi inſeparabiliter in mente iuogatur, neceſſariò iam corpus quoque animæ perturbatio- D nibus congruit, ac motibus mentis vitiatæ cōſentieos, vnà, cùm domina ſit proſtituta, corrūpimr: & per viſum, & in ſomnis amatoria ſomniāte illa, ipſum ſimul eiiſdē imaginibus luditur. At vero vbi perturbatio eiuſmodi occupauit, obſedit que animā: ſoperflua iam eſt ciborū abſtioētia, & reliqua carnis afflictio, quādo oon iam equus equitem impetu ſuo præcipitē fert, ſed eques ipſe potius vi paſsioois intimæ eqoum ſtimulis libidinoſæ cōmotionis exagitat. Sicut enim fieri in pleriſq; cernimus, vt corpore iam ſenio fracto, ac pene reſoluto, mens tamē præterita luxuriæ cōſoetudine languida, vltra ætatis vires corpus ad voluptatis imagioem concitet: ita & in his, quorum mentes vulnerauit, igneum cupidinis iaculum, emortoū qooq; præ ſpiritalis exercitij ſtudio corpus, animus ad ſuas concupiſcentias iritat, non à corporis robore ad animam penetrante paſsione vitioſa, ſed ipſa potius aoima corpus nequiter ad officia ſua incitante. Si igitur aſpectus adeo pernicioſi igois materia efficitur, audiamos monentem ſcripturā ac dicentem: Oculi tui recta videāt, & palpebræ tuæ innuāt iuſta, neqoe te palpebræ E rapiant, neque capiaris oculis tuis. Quod ſi iuxta eam, quam ſupra expoſuimus, naturæ ratiooē tactus quidē eſt oculorū ad corpora iactus, & ſicuti cum in eos, qui morbo tenētur: oculorū obtutus diutius figimus, morbi ipſius cōſortes efficimur, cootraq;, com his, quæ aciem naturaliter innant, infigimus luminum radios: ſecretiſsima naturę vi inde proficit ooſter intuitus, ita profecto & cum voluptatis indiciis iniicimus oculos: aoimus voluptatis morbo fit ſaucius: ſicut etiā cum veris bonis intēdimus, magna io anima per oculos emolumenta ſuſcipimus. Eſt autem ſaoè iniquum & indigoum, præterquam quod ad vitium per oculos vehitur, virginem, quæ manu cootrectare nō audet, ea iactu oculorum indifferenter attingere. Dux eoim & præuius, ac pronubos (vt ita dicam) oculorum iactus eſt eius, cuius manus miniſtræ ſunt, tactus. Porrò hic ipſe, qui per manus fit: illi, qui per amplexum, concubitumq; peragitur, ferueoter obſequitur. Quæ igitur nō euitauit luminum iactum, quantum in ſe eſt, ne manum quidem tactum polluta vitabit. Enimuero quæ huiuſmodi amatorio tactu fuerit innexa, nunquam à ſordida inquinatione munda reperitur. Sicut F enim cum igoem tangimus, ignis indicia per impreſſas nobis aduſtiones excipimus: impoſsibiléque eſt eum, qui ignem tetigerit manu, illæſam illam ab eius incentiua operatione ſeruare: cæterū aut bullæ repente tactum conſecutæ turgeſcunt, ac doloroſa per feruorem & inflammationē vlcera mox rumpenda minantur, aut iam quoque facta in manu acria viſuntur vlcera: ita poſsibile non eſt, eum, quem ignis amor attigerit eiuſmodi

Metaphora.

Quæ animo virginitatem amiſit, nec corpore virgo eſt.

Contagium per oculos hauſtum.

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.

modi tactum innocuũ inuiolatúmque præferre, ſed aut ſimili ratione bullæ per tactũ manus cordi clam ſubrepũt, atque intumeſcũt: diráſq; amoris perturbationes feruentibus, & æſtuãtibus, incontinentiſsimiſque agitationibus pariũt: ac peccati vlcera côtinuo rumpenda minuãtur, aut animum totũ in intimis iam grauiter exulceratũ indicant. Ignis enim ardens, inquit, eſt in omnibus mẽbris. In quẽ vero ſuperuenit: eum à radicibus perdidit. Itaq; quoniã in membris omnibus ignis

A hic ardet, his qui corpus aduſtione liberũ ſeruare inſtituunt, membrorũ omniũ contactus cautè vitandus eſt, ne ardentẽ ignis operationẽ in membro per tactum, nõ in ea ſolũ parte, quam tetigit, ſed in toto corpore: atque in anima ipſa ſuſcipiãt. Si enim dum caudã quis tantũ ſerpentis attingit, caput, magna licet corporis prolixitate diſiunctũ, ad caudæ tactum repente cõuertitur, & ſi digito pedis noſtri impingente, capilli capitis mox in ſublime feruntur: & vitioſus profectò cõtactus, etiamſi manu tantũ fiat, à capite tantum vſque ad extremos vngues ad conſenſum voluptatis pro eius, qui tetigit, nutu pertrahit corpus. Ac ſicuti lapis in aquã ciſternæ coniectus, non ſolũ adiacẽtem aquę partẽ, in quam cecidit, agitat: verum orbes alios perpetuis vicibus excitans, eos interdũ ad vltimos lacunæ margines agitando perducit: ita & laſciuus obtutus, vel ſermo voluptatis delinitus illecebris, in virginis animã, velut in vndam putiſſimam vehementer iniectus, alias poſt alias quaſi in profundo cogitationes amatorias excitat: ipſamque totã eius qui fecit imaginẽ ſauciam

A ſimili argum.

Simili docet ſenſuũ cõtinentiã.

B fluctibus agitat. Quocirca ſummo ſtudio oportet virginem aſpectus vociſque blanditias vt peſtiferæ, ac perditæ voluptatis illecebras à ſenſibus ſuis quàm longiſſimè arcere: & aurem quidem intus caſtiſsima cogitatione, oculos vero cautiſsima auerſione munite. Non ignoret ſanè prudẽs virgo, ſi huiuſce lenocinia per aſpectus atque auriũ tranſitum in animã ſemel irruperint, fore vt manu quoque accedente adiutrice ad irritamẽta voluptatis opus ſuum omnino cum temporis progreſſu perficiant. Sicut enim cum legione militum vrbis cuſtodiæ præfectus miles, dum domũ ſibi ad manẽdum per gyrum circuiens quærit: & aut vi excluſus à ianua, aut arte aliqua à domino domus eluſus, ſe aliorſum cõuertit: aut occupato primo ingreſſu facile ad interiora penetrat, quippiam ex armis illic ſuis, lanceam ſcilicet aut galeam, clypeúmve deponit: ac licet ſociorum gratia egreſſus foris interim eſſe videatur: poteſtate tamen intus eſt, obque id, quod ex armis ſuis ibidem poſuit: propriã, ſuiq; iuris, ac ſociorum, quos paulo poſt ſecum introducturus eſt: iam fecit domum: ita profectò & voluptatis ac peccati miles

A ſimili tudi argu.

C atrox domum tibi per circuitũ quærens, aut à primo aditu excluſus aliorſum vertitur: aut anticipãs facilem per ſenſus ad intima tranſitum, & aliquid armorum ſuorũ, id eſt, vel aſpectus lanceam per oculos eminus vulnerantem, vel galeam, ſermonem ſcilicet voluptatis opificem per aures penetrantem, vel manuum tactum inſtar clypei cuiuſdam corporis totum ad voluptatem concitantem in anima virginis ponens, & ſi foris eſſe videatur, peccati perpetratione nõdum inquinato corpore, poteſtate tamen intus eſt: per arma ibi depoſita vitians mentẽ: & propriæ iam voluptatis aliarumque perturbationũ domicilium præcipuum animam, quæ horum quippiam ſuſceperit, faciẽs. Obſtruendus eſt igitur primus per ſenſus ſatellíti carnis ingreſſus: ſenſuſque ipſi vt ianuæ ac feneſtræ cordis ſeris ac vectibus vndique firmãdi, atque muniendi: ne per aliquẽ illorũ verſutus aſcẽdens, mortem, quæ contubernalis eius eſt: ſecum vnà introducat. Mors enim, inquit, aſcendit, per feneſtras. Reuera enim ſenſus feneſtræ animæ D ſunt: quibus anima ſiue vt pudica mulier, exteriorem ſenſuum lucem ad conſiderationẽ vtilis cuiuſque rei, eas modicè caſtéq; aperiẽs, haurit: aut attonita ad exteriora quæq;, ac noxia curioſè ſpectãda, velut impudica meretrix proſpicit ad oblectamenta laſciuiæ: ceruicem malè contorquens: ac per hos ſuauia, & læta hauriens. De feneſtris enim, inquit, ædium ſuarũ proſpiciens quemcunque viderit ſtultorũ filiorum, adoleſcentẽ mentis impotem: ea loquitur, quibus iam propter lenocinia ſenſuum ſe ipſam totam ad laſciuiam atque impudicitiam ſoluit. At vero quæ pudica eſt, intus in corde veluti in domo ſedem ſtatuens, atque inde ſenſus cogitationéſq; diiudicans, ſi quid vtile, virtutique congruum, & omniũ perturbationum labe purũ influat: introrſum ſuſcipit: ſi quid autem inutile, atque à virtute alienum, hoc extra feneſtras ſuas obſeratas prudentiæ manibus ſapienter excludit. Non itaque cõuenit ei, qui peccata cõcubitus ſuperare proponit, huiuſmodi periculorũ implicari atque inuerſari lapſibus. Nam & vocis & luminum tactus ad eum, qui per manus fit, occultè progreditur. Híque ſimul omnes ſibi inuicẽ cathenæ more cõnexi, eius, qui in congreſſu fit, cõtactus pronubi efficiuntur. Nõ igitur E ſolus carnalis copulæ tactus virgini virgo ſeruandus eſt: verũ & genus omne multiplicis tactus, ex quo ſpecies omnis per ſenſus virgini naſcitur, integrũ, atq; incorruptũ diligentiſsimè ſeruare debet: vt emiſſas eminus ſcintillas per oculos & vocẽ, ac reliquos voluptatis indices motus cõtrariis pudicitiæ extinguẽs flatibus, & eam, quæ ex hiſce ſuccenditur, flammã vnà prudẽter extinguat: imò ne initio quidẽ voluptatis incentiua ſuſcipiat: & nũquã penitus in carne ardentẽ flammã voluptatis admittat: virgo igitur ſit virginis & auditus, & viſus, & tactus deniq; motúſque omnis. Ornanda itẽ eſt veræ virginitatis tota pulchritudo: vt, neq; ſi adſit, gloriari naturali ſpecie appetat: neque ſi deſit, illam ſibi cultu exteriore conquirat. Turpe enim profectò eſt, & incongruũ virgini, atque ab ea quã profitetur, integritate prorſus alienũ, aut traditis ſibi ad ſpeciẽ ab autore ornamẽtis gloriari: &, vt dixi, corporalẽ pulchritudinẽ oſtentare, pluréſq; carnis poſt ſe amatores trahere, ac ſollicitare ad cõmunem lapſum: aut, ſi careat naturali F ſpecie, quę intuentibus irritamentũ voluptatis eſt, ornatũ extrinſecus quæſitum ſibi ſtudioſè admouere. Neque enim prior illa pudicam verſare cogitationẽ deprehenditur, quæ in autoris opere, velut in ſuo gloriatur: atq; in id certamẽ, in quod ne inducatur, à domino per orationem petit: Ne nos, inquiens, inducas in tentationẽ: dum poſt ſe trahit amatorum greges, ſpõte ſeipſam & apertè compellit: Ne ſecunda quidẽ caſtum poſsidet pectus, dum quã non accepit in corpore voluptatis illeceb-

Senſus feneſtræ animæ ex collatione.

Species virginalis ornamẽta.

illecebram: eam formis coloribúsque fucatis cõtra ſeipſam exprimere nititur: vtraque vero, dum oeſcit, traditũ à deo munus præter deſtinationis ſuæ propoſitum violat: ſpecioſa quidẽ, quia pulchritudinem animæ per corporis ſpeciem inquinat: quæ vero deformitatẽ corporis, præſidiũ ſeruandæ virginitatis acceperat, quòd hãc in ſui perniciem adulteris fuci traducere in ſpeciem ſumma improbitate molitur. Contra vero oportebat illam temporalẽ ſpernari pulchritudinẽ: eaq; non ad impedimentũ decoris intimi, ſed ad congeriẽ atq; adiumentũ vti, & amatores corporis ad ani-
A mam tota intentione trãſferre. hanc vero, vt qua nihil minus ex his, quæ veraciter bona & honeſta ſunt, eſſet adepta: eam, quę putatur deformitas, vt tentationũ quietẽ, tranquillitatemque ſpiritualis vitæ, ac viaticum inſenecibilis decoris amplecti. Aeternis quippe frui, atque immortalibus bonis, tanquã propriis virtutibus æqua hæc ratione cum priore decertat, corporaliũ quoque priuilegiorũ nihil illa ſuo tẽpore minus habitura. Cuius autẽ rei gratia mortalem illæ perſequantur ornatum, anceps ſentẽtia eſt. Nam, ſiquidem, vt virginitatis opitulentur inſtituto: ei quod profitetur repugnant, dum per eiuſmodi ornatũ plures contra ſe aucupes irritant. Sin vero vt formoſæ videantur: profecto ratione caret, ſi eis fruituræ non ſunt, à quibus opinionẽ affectatæ pulchritudinis expetũt, eam curã, ſolicitudinémq; ſuſcipere. Quòd ſi vt his etiam fruantur, quibus placere ſtudent* in baratrũ ſe delapſas apertiſſimè nouerint, ac pro virginibus meretrices continuò habendas. Niſi
B fortè gemina concupiſcentia diſtractæ trahũtur, vt ſcilicet & externis amatoribus exatiari cupiãt: dúmque id conſequantur, faciem concupiſcentię communis illecebram efficere ſtudeant, & intimo ſe amatori verecũdiæ, ac metus reſeruẽt cauſſa. Neque enim poſſibile eſt puram & ſimplicem eſſe talium conſcientiam, quæ exteros amatores ad corpus arte & cõpoſitione pelliciunt, & ſponſo intimo ex dimidio placere volunt. Neque iam erit voluntas earũ atque ſententia ſibimet æquabiliter conſona, quæ veluti in confinio poſita ad amorem interni amatoris, externíque ſcinditur. Nemo enim duobus dominis ſeruire poteſt. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, exteriorẽ ſcilicet, cui per ornatum placere quærit, & interiorem alterum contemnet. Quæ vero innupta eſt: ea, quæ domini ſunt, ſolicitè curat, quomodo placeat domino: ſicuti & nupta curat quæ mũdi ſunt, quomodo placeat viro. Et diuiſa eſt, & mulier, & virgo. Nempe enim poſſibile non eſt & interna curare quomodo placeant, & foris ad ſpectatorum voluptatem veluti in ſcena comi. Verum vt is, qui in ſule magiſtrum alloquitur, non magnopere curat intueri vmbram manuum ipſius motum conſequentẽ,
C totiúſque formæ lineamenta imitantem, ſed totus ex ore præceptoris pendet: ita & virgo nihil penitus.* lineamenta corporea, formoſa illa ſint, an informia, curans, ſed illa & quæ illorum ſunt irridens, & ad præceptorẽ ſponſúmque ſuum tota intentione conuerſa, hunc ſemper in luce candidiſſima per vitæ cõuerſationem alloquitur: ſolicita quippe eſt quomodo placeat domino: placet autem, ſi ſe illi talem iugiter offerat, qualem ipſe fingere voluit. Non ſolum igitur ornari virginem non decet: aut impudicis luminibus fucatam formam ad lenocinium voluptatis ingerere, ſed amore puritatis intimæ, naturalẽ quoque pulchritudinẽ pro viribus obnubere, ac dedita opera extinguere. Quia enim, iuxta ſuperiorẽ rationem, blãdimentum cupidineæ voluptatis eſt fœmina, & maſculo laſciuioribus oculis ad ſe inſpiciẽdam illecebram naturaliter ſuggerit, ac liquidiore voce ad oblectamentum auris, organi inſtar effecta eſt: membrorúmque inſinuata mollicie, ac toto prorſus corporis habitu, & motu ad
D ſeductionẽ formata voluptatis (non modò enim loquens mulier & intuens, verum ſedẽs quoque & incedens, ob inſitam ſibi naturaliter aduerſus maſculũ vim, hunc ad ſe eminus *attrahit, non ſecus, ac magnes lapis ferrum) idcirco ſumma ope contẽdat virgo neceſſe eſt, ne vllis voluptatis laqueis irretiatur. Imitetur itaq; vocem obtutúmq; virilem, inceſſúq; & omni prorſus habitu ac motu corporis voluptatis illecebram vitet. Non ſe patiatur ſancta virgo (id enim repetens iterũ iterúmq; monebo) ſubiici carnalibus curis: neq; in ſuam aliorúmq; perniciẽ carnalia ornamẽta conquirat: ſed ad firmã ſe, atq; conſtantẽ virtutis ſpeciem pudicis geſtibus virilique robore ſubigat. Ita enim fœmineã in ſe voluptatẽ perimet, ſuæq; iam cõditionis ac naturalis ad virũ habitus prorſus oblita, pudicè aſſueſcet caſtéque procedere. Neque enim paſsim, licentérq; procedet: nec niſi quæ virgines cõſeruat neceſsitate cogatur, aliorũ ſe domibus ingeret. Verũ motus omnes ſuos ad
E interni arbitri nutũ ac regulã dirigens, moderatore proceſſuum ſuorũ mandato domini ſemper vtetur, ac ne incõgruo tempore progrediatur, cõpetẽtem ſibi diei partẽ cautè ſeruabit. Neq; enim quia ſcriptum eſt, infirmus eram, & non viſitaſtis me: & cætera, cœleſti ſalubríque mandato ad diſſolutionẽ ſuam, ac probrũ abutetur, vt horis quibuſlibet temere prodire præſumat: & improbè atque intempeſtiuè per vicos omnes volitando diſcurrere, intuendámque ſe cunctorũ oculis petulanter inferre, nec bonũ domini mandatũ non competenter vſurpans, ad ſui ipſius reprehenſionẽ malè inuertet, neq; vſquã omnino ſine ratione prodibit. Cæterũ habita diligẽti ætatis ſuæ ratione, nõ temerè progredietur, ſed intra annos adoleſcentiæ poſita ad eccleſiã tantum, ne tum quidẽ ſola & incomitata procedet. Quòd ſi ex mãdato domini aliò fortaſsis ire cogetur: id quoq; ſignificabit comitibus propoſiti ſui atque cuſtodibus grauibus fœminis. Neq; enim temerè *gregalem eſſe virginem decet, quæ nuptiarũ vincula fugit, neq; paſsim quò velit incedere, quaſi ideo renuerit virũ: nõ vt immortali ſponſo ſemper aſsideat, ſed vt in poteſtate habeat quocunq; velit malè libera & vaga diſcurrere. Nempe enim virgo non ideo viri connubia reſpuit, vt vitæ arbitro ac teſte F careret: ſiue vt zelotypia libera vbilibet verſaretur vt vellet, ſed vt voluptates carnis partúsq; dolores, & laborioſiſsimã curarum ſeculariũ molẽ ærumnoſámq; ſolicitudinem fugiẽs, ſub iudice & teſte deo, virtutis zelotypo vitã ſuam ad incorruptionẽ diſponeret atq; dirigeret. Deus enim, inquit, zelator ſum: zelans eum ſcilicet, qui meã in vobis ſpeciẽ corrumpere atque adulterare molitur.

Virgini corporis cultus qui vitandus.

in τὸ βάραθρον.

Argumẽ. à ſimili.

* τῶν τοῦ σώματος ἰνδαλμάτων.

μάλαγμα ἡδονῆς ἐρωτικῆς τὸ θῆλυ.

* μαγνῆτιν.

Collatio fœminæ ad magnetem.

Virgo mãdatum dei præſtituto ſibi aurigã in omnibus

* ἐν γὰρ ἀγελαίαν δεῖ τὴν παρθένον.

Melius est nubere quā nō ritè ſeruare virginitatem.

litur. Nam ſi abiecto viri iugo, & ei vitæ, ad quam codita eſt, curæ ſcilicet domus, & generationi filiorum inutilis, & virgioitati quā profitetur, probro futura erat, atq; ex eo prorſus ſummā paſſura iacturam, quòd & animā improbis cogitationibus, & corpus laſciuis motibus inquinet: præſtabat illi profectò coniungi viro, qui ſe moderaretur ad vitā, eiq; cōmodum adiutoriū ad curā domeſticæ rei in recōpenſatiooē regiminis ſui viciſ-
A ſim perſoluere: educare liberos, & ad ſucceſſionē generis, & ad ſolatium ſenectutis, atq; vna ſaltem ex parte propter zelotypiam viri, quantū fas eſt, deo ſeruare ſe virginē. Eas quippe, quæ per vicos ac domos libere volitāt: indiſciplinatas eſſe, non virgines, veritatis ſermo denuntiat. Otioſæ enim addiſcunt circnneuntes domos. Non ſolùm autē otioſæ, ſed & nugaces & curioſæ, loquentes ea, quæ non decet. Quòd ſi viduam quæ viri iam experimentū cepit, virorumq; in oculis verſari cōſueuit, indecens eſt lioguā ac pedes paſſim mouere, oe prædictis criminibus teneatur obooxia: lōgè ſanè indecētius eſt virginē, quæ verecuodiæ ad virū nuoquā exuit tuoicam, honeſtā ac pudicam non ſeruare linguam, greſſumq; ſuum ea diligenria non moderari, vt nunquam illum niſi ad vſum neceſſariū atq; vtilem proferat. Illa nanq; tantum loqui virginem decet, quæ audieotiū animos iuuare poſſint, & per ſermonis puri veritatē atque rectitudinē ad iotelligentiā diuinarū rerū vbertim inſtruere atque exornare: fluentū quippe ſermonis, quod miniſterio linguæ ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat, iodex ac teſtis eſt. Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & cætera: ex quibus fructibus arbor agnoſcitur. Vera igitur virgo, ex morū puri-

Cuſtodia linguæ.

B tate tanquā ex vitreo ſonte, ſermonem ſuumlucidum, omniq; inquinationis agitatione purum effundere trāquille debet: qui non modò oihil noxium aut ſubdolum, & quod ſeoſum ad voluptatē demulceat, importet: verū oe otioſum quidem ac ratiooe vacuum, atque ideo rationali anima iudignum. Omoe deoiq; verbū, quod ex virginis puriſſimo hauritur fonte, veluti incorruptioois poculo ioplere auditoris animā debet: eam ipſam, à qua proficiſcitur, itidē recreaturum. Talem itaque ſe exbibeat virgo, dum loquitur: ſi quādo tameo loqui opus erit. Diligeoter enim obſeruandum eſt, cui, quomodo, & quādo eā loqui deceat. Nam neq; paſſim quibuſcunque obuiis cōuenit, ſermonē virginis fluere, neq; rurſus his, qui ſunt digni veneratione, inſolēter & inuerecuodè nudari: neque, ſi careat vtilitate, cōtra propoſitū ac præter dignitatē virginis fundi: neque, ſi qua hūc vtilitatis ratio ex ore virgineo oeceſſariò efflagitauerit, eius rei gratia liberius, quàm virginali pu-
C dori cōueniat, oſtentādi cauſſa profluere. Verum vbiq; & perſonæ, & vtilitatis, & tēporis diligens illi ratio habeoda. Cumq; oeceſſario loquendum erit, multo pauciora, quàm audiet, referet. Naoq; & oatura loqueodi, aodiendiq; modū ad proportioois regulā metiens, duas aures, lioguam voam nobis effinxit: quaſi & duplum diſciplinæ cauſſa audire debeamus, & ad ea quæ rogamur, ſeſqualtera proportiooe cōtractum referre ſermonem. Caſtigata iotaque locutiooe prudeos virgo vtetur: cumque tempeſtiuè quempiam oportuerit

Aures duas & linguā vnam, cur homini natura indulſerit.

alloqui, multo audiet plura, quàm dicet. Omniſque ſermo eius, cum procedet ex labiis, ſolā vtilitatem audiētium feret. Aut, ſi interrogandū fuerit, inſtrueodi animi gratia, ſobriè ex ore ac verecundè prodibit. Alias vero intra cordis ſui ſecreta cubilia quieſcet: id iugiter atque plus aliis orās: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circuoſtantiæ labiis meis. Atque io hunc modum os ſuum orationibus muniet. Nec mioori ſanè ſtudio aures obſtruere curabit, oe quicquam in eas D
malum ac noxiū influat: auditúmque ſuum mente ac ratione frenabit: in auris ac lioguæ quiete dominum aſsiduè deprecans: Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſatiooes in peccatis. Enimuero illud loogè abſurdius eſt, & bis quæ dicta ſunt, merito cenſetur indignius, atque à virginali inſtituto prorſus alienū: virginem non ſolum hirundinis in morem volitare per domos, ſed & ouptiarum mioiſtram ac pronubam fieri. Honorabiles quidem nuptiæ in omoibus: verum aliis ea cura, oō virgini competit. Neque enim illi expedit, propoſiti ſui relicta ſemita, in triuiis ſeculi vulgaribus turbis paſsim miſceri. Alia eſt enim via nubeotium, alia ſemita virginitatē profitētiū: Et diuiſa eſt virgo & nupta. Recedat igitur virgo à * nuptialibus curis: immo ne cauſſa quidē ſit aliis nubeodi, ſed aliis, quibus inſtitutum eſt carnales ambire ſpooſos, eiuſmodi ſtudia relinquat. Illæ ad ea concilianda cōnubia, ſi ita videbitur, vacēt: ſaocta virgo quæ cœleſtem ſponſum flagrante charitate ſuſpirat, ſi pio nubēdi amore detioetur, cœleſti potius ſponſo immaculatas atq; integras virgines iungere ſtudeat: laborēt illæ circa mortales thalamos: iſta cum prudeotibus accēſa lampade circa immortalē ſponſum feſtiua tripudiet: illum ſequens iugiter, atque E
ad virginitatis gloriā ei & ſponſas alias copulans. Eſt enim re vera inuerecundum, plenúmque dedecoris, cum ſoleant quæ antequam vitæ cooiugalis moleſtias planè perſpicere per ætatem poſſent præuentæ ſunt cōnubiis, innuptas, vt buiuſmodi curarū experimenta fugere oitantur, ſumma cum beneuolentia hortari, proponeotes immortalis ſponſi gloriā: quantáq; ſit illarum dignitas, quanta & in præſenti & in futuro ſeculo felicitas, quæ illi deſpooſari metuerūt, admoneotes, atque ad virginitatem omni ſtudio tueodam, eas prouocantes: virgioem è contra carnalis coniugij pronubam fieri, atq; buiuſmodi negotiis addici. Cōtra ſaoè quàm ille (vt mihi quidē videtur) ſentire ſe, per ea, quę gerit, inſinuat. Nāq; virginitatis profeſsione præuenta, pudoris cauſa ſe ad eā cōponit vel inuita. Affectu tamē ſuſcipiens nuptias, ac pœoiteos ea ſe voluptate priuatam, ex iis quæ agit, quanto earum io iotimis flagret amore, oon F
mediocriter iodicat: quaſi nubentibus apertiſsimè oſtendere intendēs, cōgratulari ſe illis, quòd huiuſmodi voluptate fruituræ ſiot. Cum itaq; virgo & vita & inſtituto à nopta diuiſa ſit, oon ignoret quæ nam ſe agere vtiliter deceat, vt integram atq; illibatā per omne opus virginitatis pulchritudinē ſeruet: oe paſsim ſe atq; indeceoter effundens, per ea quæ gerit, caſtitatis propoſitum violet. Sed eoim quæ vera virgo eſt: ea, quā diximus diligentia in locutione, ſilentio proceſſuque ſe obſeruabit. Oportet quippe illam non indiſcuſſe, neque

neq; ſolam, ſed iuxta eam quam præfiximus, oornã cum mulieribus ætate prouectis, & vitæ præditis integritate, procedere. Neq; vero vſquam io vicis & plateis, vbi turpium flagitioſorumq; hominum conflari cætus conſueuit, ſacra virgo cernetur. Verum captata cõgrua proceſſioois hora, talem ſe & habitu & inceſſu & toto corporis motu exhibebit: vt qui illi fortè obuij fuerint, ac ſi viuum dei ſimulachrũ aſpicientes, faciẽ ad reue-
A rentiam atq; ad admirationem ſanctitatis inclioent: honeſtæq; virtutis admoniti, mentem pudicam & ſobriam referant: venerãtur, inquã, aſpectum virginis, atq; (vt dixi) tanquã diuinæ imagini reuerenter de via cedãt. Quemadmodũ deoiq; ſatyrorum cõſpectæ imagines riſum intuentibus mouent: ac ſicuti aliæ mœſtiores effigies cerneotium & animũ, & faciem triſtium imaginatiooibus cõfundunt: & ſicut nihil horũ, cum mouetur, intuentiũ faciem in ſuum traducit affectum: ſed quòd in immota imagine aſpicitur: in illa immobili forma cernentium animos mouet atq; ad ſui imaginẽ dirigit: ita & virgo caſtitatis imago, immo ipſius virtutis effigies etiã coospecta ſolũ, ad dei conſiderationẽ humanos mox conuertere, ac mouere debet affectus. Feriatur itaq; impudicus quiſque animo ex aſpectu virgineo pulcherrimæ caſtitatis admonitus: remioiſcatur quiſque protious dei, dũ eam cernit effigiẽ, quæ ſe ad eius perficienda mandata ſemper exercet, atq; vt breuiter dixerim, omnium aſpicientiũ virginẽ, & affectus, & animus ad virtutis transferatur amorẽ, omnes ex allocutione eius grauitatẽ & cõpunctionẽ ani-
B mo referant. Nullus tanquã ſatyri, aut voluptatis delicatam ac pictam faciem intuẽs effundatur ad ſcelus: ne & illi probrum, & ſimulatæ virginitatis aſpectu, & ſibi maioris interitus cauſam ex cootubernio virginis imprudentis acquirat. Diuinæ igitur imaginis (vt ita dixerim) prominẽte figura ſeſe virgo omni genere virtutis exerceat, atque à ſeculi curis faciat prorſus alienã. Ita enim à corporis voluptatibus animã ſegregans, animúmque totum ad amorem cœleſtiũ iorentiſſimè dirigẽs, omoia, quæ in mundo ſunt, iucuoda calcabit: nec modo feret bis, quæ dulcia putantur & ſuauia, nõ perfrui: verum & earum perpetuas erumoas miſerabitur, quæ temporalibus his moleſtiiſq; voluptatibus addictæ ſunt. Nempe coim eius quæ nupſit, multiplices (vt ſic dixerim) mortes, quas illa indies patitur, è regione cõſiderans, ſibi ipſi profectò propoſitóq; ſuo gratulabitur. Nã quæ mortali coonubio cõiuncta eſt, ad ſuam ipſius curam viri quoq; altera adiecta, geminã in voa anima ex cõiuncto ſibi corpore ſolicitudinẽ neceſſariò ſuſtioet. Nec iam vnius tantũ corporis laborat gratia: ſed in vna (vt dixi) anima, & ad ſuum, & ad viri corpus curandum iugiter intenta diuiditur: vbi
C vero filios poſt cubiculi ſolẽnia, & ſecreta commercia, parturire atq; in lucẽ edere cœperit: per vnumquenq; naſcentem animo ſcinditur: & præſeotibus triſtibus oaſcituri cura ſemper adiicitur. Ac ſiquidem virum bonum blandumq́ue nacta fuerit: perpetuò ne moriatur, metu viduitatis, iocommoda, cruciatúſque iam ſuſtinet: diram quandam, & immitem curam, & præſente illo & abſente, propter ioſperatos caſus, animo indeſinenter excipiens. Sin vero contrà, duro, & immiti fuerit coniuncta: tota quidem vita illi cruciatus eſt: & cum pudicitiæ ratiooe neutrũ queat eligere: id eſt, nec viri mortem, propter viduitatis anguſtias: nec vitam ob moleſtiam incommodúmque conuictus: ancipiti atq; ineuitabili malo, acerrimiſque doloribus ſemper atteritur. Inde vbi filios edidit: aut ad bonam illi frugem euaſerunt: & maiores ex illorũ abſentia dolores iugiter tolerat, quàm parturiẽs tulerat, aut malos euaſiſſe conſiderat, & maius ex ea procreatiooe li- D
berorum, quàm ſi permãſiſſet ſterilis, opprobriũ ſuſtinet. Sepe antequam prædicta experiatur incommoda, vna & ſpõſa, & vidua efficitur, ac ſine liberis in viduitatẽ delapſa, nec vxor iam, nec virgo, nec mater eſt. Sic profectò omnibus, quæ putantur læta cõiugij ſimul amiſsis, breuiſsimo voluptatis ſenſu, irrecuperabilem virgioitatis perdidit florem: coniugiiq; tantum ſolum modo experta eſt: quantum illi ſatis eſſet ad dignoſcenda viduitatis incommoda. Quòd ſi relicta vidua pupillos enutriat filios: eius, quẽ ex viri morte perceperat mœroris iuge illos monumẽtum cernit, & ſemper in lacrymis, ſemper in gemitu, ſemper in ſolicitudine educandorũ legens, nullum præterito malo ſolatiũ inuenit. Præterea & propinquis, & famulis, & filiorũ curatoribus, ipſiſq; poſtremo etiã filiis, vbi virilitatis annos attigerint: cuoctiſq; omniuo ſe vexari volentibus ad prædã miſerabiliter expoſita, doloris, luctúſque tragœdiam, vitam ſuam omoiũ ingeret oculis. Et quid plura perſequi neceſſe eſt? dominũ ſibi cum dote infelix mulier cneoiens virum, ancilla pro libera efficitur: breuiſsimæq́; voluptatis gratia naturali E
libertate ſe priuans, ianuã ſibi ineffabilem dolorum, perpetuiq; mœroris per huiuſmodi cõnubiũ aperit. Manet enim immota maledictionis aduerſus illã prolata ſentẽtia: quę per oẽs nuptias veluti epithalamiũ ita canit: In doloribus paries filios, & ad virum cõuerſio tua, & ipſe dominabitur tui. At vero prudẽs virgo iugum huiuſmodi ſeruitutis abiiciens & tota intẽtione ad dominũ currẽs, vnà dolorem quoq; qui ex maledictione inteorabatur, abrupit. Effugit quippe partus anguſtias: effugit mortalis viri miſerum iugum: ſimulq́; incommoda omnia quæ ex ouptiis prouenire mõſtrauimus. Effugit item peccatorũ omnigeoũ inextricabiles nexus: & retia vitæ preſentis euaſit. Effugit ante omoia carnalis cõmercij corruptelã, & ioregra tota atq; illibata anima quæ & corpore ſancta, æterno regi ſe læta deſpondit: nec iam ad mortalẽ virum conuerſionem ſuam fieri patitur, ſed frugi perſeuerãs, ſe in vitæ conſtãtia & honeſtate corã domino ſemper exercet. Quippe cõiugij finẽ corruptiooẽ & iniurias eſſe cõſiderans, ex ipſo fine totã nuptiarũ tragœdiã prudenti ratione colligit: declinaosq́; primã triſtium cauſam, manantem quoq; ex ea preſſuram ſimul effugit. Id- F
circo quę inoupta eſt, cogitat ſolicitè quę domini ſunt, quomodo placeat domino. Quę autẽ nupſit, quæ ſunt ſeculi, ſolicitè curat, quomodo placeat viro: & diuiſa eſt & mulier & innupta. Et virgo ſolicitè curat quę domioi ſunt vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Cũ illa igitur, quæ ſecularia cogitat mortali ſcilicet cõiuncta viro: cuias cogitationẽſque partitur, eiq; ſeculares rerũ corruptibiliũ ſolicitudines linquẽs, ſibi immortaliũ & incorruptibilium

Virginẽ quàm olim delatũ ſit, viuũ dei ſimulachro. Simile elegans.

Coniugij moleſtia.

Aenigma in viduam infœcundã.

Virginitatis commoda ex collatiõe nuptiarum.

biliũ quæ ſpõſi ſui familiares ac propinquæ ſunt,
ſeruauit. Quocirca nihil eorum quæ ſeculi ſunt,
curare deprehenditur: ne videatur occupaſſe al-
terius partes. Sed curis omnibus ſecularibus li-
bera, puriſſimo & quietiſſimo animo ſe ad ſpon-
ſum ſuum tota intentione conuertit. Neq; enim
viri ſui diffidens * viribus circa vitæ neſſaria, vt
prior illa turbatur atque diſtrahitur, ſed ipſius &
ſummæ in ſe charitati & ſufficientibus ad omnia
viribus freta: nihil aliud quàm vt illi placeat cu-
A rat, per quæ hanc ipſam placendi ſibi curam, exi-
miam eius ac ſemper ampliorem in ſe beneuo-
lentiam attrahit. Quid autem eſt placere virginẽ
deo, niſi naturalẽ ſpeciem ſuam virtutibus exer-
citij ſpiritualis coruſcam ſemper oſtẽdere, & eam
iugiter integram intemeratámque ſeruare? Velle
itaque placere deo, nihil eſt aliud quàm laudabi-
lem ſeipſam ac beatam & ei ſimilem pro viribus
facere. Verum enim quæ ſic cogitat quomodo
placeat deo: non illi, cui placere quærit, per eam
curam lucrum comparaſſe, ſed ſibi magis per hoc
ſtudium decorem incorruptibilem atq; immor-
talitatem acquiſiſſe deprehenditur. Porrò ſi adeò
ſunt eximia virginis lucra & per eam quam ſuſci-
pit curam cogitãs quomodo placeat deo ſibi ipſi
prodeſt, efficitúrque beata, minimè profectò cõ-
uenit vt quæ mundi ſunt, cogitare vnquam inue-
niatur. Neceſſe enim eſt, vt eo ipſo curam & co-
gitationem placẽdi domino negligat: quo ea quę
ſunt ſeculi cogitat, arguatúrque rectori ſuo, gu-
bernatoriq; diffidere. Neque enim poſsibile eſt
& illi confidere, tanquam ad omnia ſufficienti &
B ſecularium rerum diſtẽdi curis, ſed ſi ſolicita eſt,
quomodo placeat domino ſcire profectò debet,
quia & ipſe in nullo licet obnoxius, quomodo
ſponſæ ſuæ placeat, curat. Nam ſi mortalem vi-
rum vitæ ſuæ præſidem atque cuſtodẽ nacta mu-
lier, ſuæ circa illum curæ & obſequij præmium,
ipſius in omnibus gubernaculum & regimen vi-
ciſsim recipit, quanto magis quæ deo guberna-
tionem ſui tota fide permiſit, & cum illo ſimul
viuere ſemper eligit, copioſiſsima ſuæ circa illum
curæ præmia, ipſu ſibi per omnia proſpiciẽte, ſu-
ſcipiet? Habet autem fidei pignus ex ipſius præ-
cedente prouidentia. Si enim cum necdum ſibi
placere quæreret: tãtam erga illam oſtendit cha-
ritatem, vt ſe pro ea promptè ac libẽter offerret,
vt eam ſuo ſanguine ſanctificaret: multò ſanè ma-
gis placere ſibi cupientis curam habiturus eſt: &
cum his quæ ſibi ad veram & æternam vitam cõ-
ferunt: mortalis quoque vitæ ſtipendia illi pro-
uiſurus. Non autem vltra vrgentem neceſsitatem
indulgebit deliriis domini ſponſa, neque vt vo-
luptati ſtudens mulier, ſuperflua minúſq; neceſ-
ſaria requiret. Neque enim vel illi dare conuenit
C quæ ſponſæ charitatem intercipiant ad volupta-
tes corporis ſe conuertentis, vel ſibi ea expedit
accipere quæ ſenſum ſuum à ſpirituali occupatio-
ne atque ab amore intimo auocent. Verũ ea tan-
tum quæ ſeruandæ vitæ ſufficiant, prudenter ex-
pendens, nihil amplius inquiret. Neque vero vn-
quam per neceſſariorum indigẽtiam, etiamſi ex-
periendæ dilectionis eius eam cõteri ſinatur ine-
dia, puſillanimis effecta murmurabit, ſed omnia
credens, omnia ſperans, omnia ſuſtinẽs, ei quem
diligit tota animi intentione coniuncta, & veriſ-
ſima charitate affixa, etiam dum in exteriore ho-
mine agit, emortuo iam, & quodámodo ſeorſum
officio priuato: iugiter abſque diſtractione vlla
ipſius paſcetur immortali alimonia, pulchritudi-
néque ſatiabitur. Fit ſæpe vt qui mortalem ardet Collatio.
& corruptibilem ſpeciem, non modò pecunias,
omnemque ſubſtãtiam amoris gratia largè pro-
fundat, ſed cibum etiam & ſomnum & veſtem &
habitum & omnem exiſtimationem, corpus de-
nique ipſum & corporis vitam dum ſolo potia- D
tur amore, contemnat: parietes item & domus,
omnéſque medios obices audacter aſcẽdat: con-
tra ipſos denique diſtractos gladios feratur inſa-
niens: ac niſi ſolito cultu incedẽs perfrui amore
poſsit, obmiſſo eo, viliſsimo & inhoneſto habitu
præter dignitatem ſuam vt ſolum ſequatur amo-
rem, cum voluptate etiam ſerpendi moleſtiã fer-
ret. Ita fermè & qui deum veraciter diligit, ac ſo-
licitè illi placere quærit, non ſolum pecunias &
opes vt amato ſatisfaciat & mandatia illius obtẽ-
peret negligere & aſpernari debet, verum vt ci-
bum neceſſarium, & ſomnum & exteriorem ha-
bitum, ſeculiq; fœdam profectò & inaniſsimam
gloriam, corpus ipſum denique vitamque corpo-
ream vt cœleſti amore ſaginetur, tota intentione
contemnere. Parietes præterea carnalis propin-
quitatis & parentum domos omnémque medium
mundum tranſilire, & ad martyrij gladios, ſi ſe
præſtet occaſio perniciter currere, ac niſi cõſue-
to habitu viuens, amore æterno frui poſsit: igno-
biliorem aſſumere plurimáq; mundi improperia
cum voluptate tolerare iuſtiſsimè optabit, vt di-
uina, ſi ita dici liceat, inſania ſapienter inſaniens,
eo qui verè & ſummè amabilis eſt pro affectus
ſui deſiderio fruatur. Huiuſmodi profectò ama- E
torem ad ſe de terrenis perturbationibus euocãs
hic ipſe qui tam ſuauiter ſalubritérque diligitur,
ait: Exi de terra tua & de cognatione tua, & de
domo patris tui, & veni in terrá quam monſtra-
uero tibi. Ille vero * vt quod cupiebat aſpiceret,
promptè libentérque ſequebatur, & amoris gra-
tia errare iucundè tolerabat, dicens: Quis nos ſe-
parabit à charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia?
an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ?
an gladius? Nouerat ille vtiq; quoniam qui amat
patrem aut matrem pluſquam eum qui verè bo-
nus eſt, frui illo non meretur. Et qui non renun-
ciat omnibus quæ poſsidet: adhuc autem & ani-
mæ ſuæ amicus & amator domini vocari dignus
non eſt. Quocirca germanum in illum chariſsi-
múmque affectum oſtendere cum vellent hi, qui
ea tantum quæ illius ſunt, cogitare pergebãt: Ec-
ce, inquiunt, nos omnia dimiſimus & ſecuti ſu-
mus te, quid ergo erit nobis? Dignúmq; illis amo-
ris erga ſe præmium, iam tunc inſinuans, dixit: A-
men amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis F
me: in regeneratione cum ſederit filius hominis
in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes
duodecim, Iudicantes duodecim tribus iſraël. Et
omnis qui reliquerit domum aut agros aut fra-
tres aut ſorores aut vxorẽ aut filios, propter no-
men meum, centuplum accipiet, & vitam æter-
nam poſsidebit. Reuera iuſtũ ac rationabile fuit,
vt qui opere amorem erga illum ſuum omni vitæ
ſuæ tempore, puram, inuiolatámque monſtraſ-
ſent: præmia ſudoribus digna reciperent. Huiuſ-
modi

modi amore flagrantem, ſeculares opes & morriferas ſuauitates atque delitias contemnere virginem decet, temporalémque gloriam & faſtum & ſpeciem corporis, pernicioſaſq; calcare blanditias, ac propoſito firmiſsimo dominum ſequi, iſta ſecum perpetua meditatione voluentẽ: Mihi autem adhærere deo, bonũ eſt: ponere in domino deo ſpem meam. Sic profectò omnia, quæ ſeculo deditis præclara cenſentur, qualia ea quiſq; A appellare voluerit, & fœda & ridicula exiſtimabit, vnúmque ſolum bonum dnum ambiet: atque illud intentiſſima mentis acie cernet. Quippe & ſponſus amoris erga ſe illi præmia referens, ſiue illa ancilla ſit, ſiue ignobilis, ſiue paupercula & obſcura, atque in ſeculo penitus abiecta, conſortio eam ſuo, & cõmunione nobilitans, cœlorum reginam facit, nec ſolo hâc munere immortalitatis honorat: ſed exteriore etiam amictu, tãquam ſponſam ſuam accuratiſſimè ornato cõponit, & vario. Cuius admirãs gloriam hymnorum cœleſtium cantor ad ſponſum ait: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitutu deaurato circũdata varietate: vt quæ nunc pãnoſa ſeruiliq; habitu vilis habita eſt, in cœleſtibus regnis regina & nobilis & honeſta, ornatu vario regi adſiſtere inueniatur.

Eodem hortatur, Chriſti exemplo.

Perquàm vero iniquum & indignũ eſt, cum ſpõſus nimia, vi amoris impulſus, nobilitatem & diuitias ſpreuerit, ignominiáq; calcata, extremam quoque ſit perpeſſus inopiam, vt nos illius paupertate ditaremur: ſponſam immortalitatis cõſequendæ cauſa, nolle pro ſe mortuo pati, reddere, ſed affluere delitiis, & in laſciuiam ſolui, & ſeculo configurari malle, ac renuere cum illo pauper effici, & humiliari, qui propter ſe factus eſt pauper: vt ad proprias diuitias diuinitatis remeãti B illi, quæ pauperi pro ſe effecto paupertatis acceſſerit conſors, diuitiatũ quoque, & regni in cœlis ſocia inueniatur. Deſpiciat ergo prudens virgo quicquid oculis carnis aſpicitur, quãtumlibet id apud pleroſq; præclarũ eſſe iudicetur: imo ne initio quidẽ dignetur aſpicere, ſed exceſſu quodam diuino, qualem ille paſſus eſt, qui in extaſi dixit: Omnis homo mẽdax, à ſenſibus atque à cõſeruis excedens, nudo, & expedito animo amoris ſui beatiſſima ſatietate fruatur. Caueat ne aut aſpectum, aut motũ aut ſermonẽ ſuum affectu nimis pudico in quempiã ferat: motuſq; omnes & animi, & corporis in ſponſi ſui ſeruitiũ redigat. Vbique enim ille eius intuetur cor: & motus omnes diligẽter explorat. Nulla igitur ex parte mœchari conuenit virginem, non lingua, non aure, non oculo, non tactu, non vllo denique ſenſu, multóque minus animo: ſed corpus quidem veluti delubrum quoddã, aut ſponſi thalamum aptiſſimè inſtruere atque ſeruare: animam vero in hoc ipſo C vt ſponſam nitidam ac puriſſimam ſponſi amplexibus iungere: diligenter enim ille omnia rimatur & diſcutit: non ea ſolum, quæ mortalibus patent obtutibus, ſed quæ in intimis animi receſsibus latent: * ipſiuſq; oculos nulla peccatricis cõſcientiæ latebrã vnquã effugere poterit. Nam illę quidẽ, quæ mortalibus viris copulatæ ſunt, quoties ad id nequitię proruperint, vt adulterij ſcelus perpetrare geſtiant, virorũ ingreſſus, atq; exitus ſolicitè obſeruant. aſpectúſq; illorũ, & aures callidè, quantũ licet, cuſtodiẽtes, adulterinis & verbis & nutibus aures atq; oculos ad impudicã voluptatẽ furtim ac latenter exſatiant. At vero domini ſpõſa, cũ eius neq; obtutus, neq; aures, neq; præſentiam queat effugere: omnia in eius oculis gerit. Quapropter ſcire oportet virginem: quòd ſiue ſola aliquid loquatur, in ſponſi auribus loquitur: ſiue ſola quippiã agat, hoc ille diligẽter intuetur: ſiue cogitet quicquã, hoc in ipſo cordis motu citius ille cognitũ & exploratũ habet. Faciet enim, inquit, quiſpiã in abditis, & ignorabo? Et quomo D do qui plantauit aurẽ, non audiet? Aut qui finxit oculũ, non cõſiderat? * Qui corripit gentes, non arguet? Qui docet hominẽ ſciẽtiã, iſte quo pacto non omnia agnoſcet: cuius omnia nuda, & aperta ſunt oculis? Idcirco homo peccati pro iniquitatis merito cæcatus, & ſeipſum fallens, dicat vt vult: Tenebræ operuerunt me, & parietes in circuitu meo Quis me videt? Quæ vero ſpõſi cãdidiſsimã lucẽ ſemper in ſuo pectore ſuſcipit: dignè pro ea, quæ ſibi debet ineſſe ſapiẽtia, per ſingula ita exclamabit: Quia tenebræ nõ obſcurabũtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Probet igitur intuitũ ſuum domini ſpõſa: &, ſiquidẽ ſpõſo ſuo gratũ eſſe agnouerit, tũc iam illũ plena fiducia moueat. Sin autẽ illi minus placere perſenſerit, non ſe fallat, nec, quia nullus hominũ videt, illum etiã latere ſe putet. Eadẽ ratione ſermonẽ quoq; ſuum, cogitationémq; diiudicet: membrorũ quoq; itidem, ac digitorũ per ſingula motũ. Etſi illi placere peruiderit, ſecura iſta iam moueat: ſin aliàs, eius vt ſupernè ſpectãtis reuereatur ſemper obtutus. Si enim ſolicitè cogitat, quomodo placeat domino: nihil eorũ præſumere debet, quæ illi non placẽt. Quòd ſi, quia nullus hominũ videt, fuerit vel verbo, vel nutu fortaſſe procacior, maximè quidem eo ipſo E accuſatrix eſt ſui, quòd ipſa cogitatione dũ latere ſe putat, cõſcientia tamẽ intus arguente mordetur. Deinde apertè deprehẽditur ad ſponſi ſui cæcutire dignitatẽ. Incorporeus enim ille cũ ſit, & ſuſurri, & aſpectus, & cogitationũ atq; intentionũ cordis teſtis intimus atq; arbiter ſemper adſiſtit: auerſatúrq; eiuſmodi fallacem ſimulatámq; ſententiã & voluptatẽ. Et idcirco in primis fucatam virginitatis ſpeciẽ, & habitũ odit: quòd quæ eiuſmodi eſt, hominũ oculos fallat: ſponſámq; ſe illi iugiter exhibere putetur: cũ neq; ſpõſa ipſius, neq; hominis apertè ſit vxor: ſed hæc profectò, dum opinionẽ virginitatis per exteriorẽ habitũ ab hominibus captat, in oculis ſpõſi adultera eſt, ac præter adulterij ſcelus, quo in ſponſum ſuum peccat: impiè in eum contumelioſa eſt, quòd hominum plus eſſe verecundam, quàm ipſius faciẽ iudicat: quãdo ante illorum oculos, ne exiſtimationem ſuam fœdet, indecens aliquid agere non F audet, ſub eius autem obtutibus, qui ſemper præſto eſt, ſine vllo pudore gerit omnia. Quaſi igitur præſente ſponſo, & inſpectante omnia, & audiente, virgo ſe habebit in omnibus. Neque ideo quæ domino diſplicẽt, perpetrare cauebit: quòd adſit vel vnus quem ſui criminis conſcium habere vereatur: per quem prodi timeat ſcelus. Non, etiã ſi vir nõ adſit, ſed mulier aut puella aliqua ex ancillis quicquam eorum præſumet, quæ vel ad ornatum, vel ad amorem humanum pertinentia, domino diſplicẽt. Verũ ſola quoq; nullo prorſus homin-

Nihil non apertum & peruiũ interno iudici.

bominum teſte, nihil quod ſponſo ſuo indignum ſit, agere vlla ratione patietur. Etſi enim adſit nemo, ipſa tamē ſibi virgo adeſt, debetq́; præ omnibus ſeipſam reuereri. Neq; enim quæ reueretur cæteros, ſeipſam reuerentia indignam iudicabit: verum (vt diximus) ſeipſam primum, conſcientiamq́; ſuam reuerebitur: etiam ſi valde ſit ſola, deinde aſtantē ſibi cuſtodē angelū. Angeli enim eorum ſemper vident, inquit, faciem patris veſtri qui in cœlis eſt. Neq; vero cōuenit vt angeli eius, cui credita eſt cura ac cuſtodia ſalutis noſtræ, faciem aſpernetur homo: atq; in primis virgo, quæ A hunc ipſum caſtitatis ſuæ veluti paranymphum, cuſtodémq; habet. Præ cunctis autē ipſum ſponſum ſuum reuerebitur, ſibi vbiq; aſſiſtentē, ipſiúſque patrē & ſpiritum ſanctum. Quid per ſingula pergam? Ipſas angelorum infinitas multitudines, & vnà ſanctorū patrū beatiſſimos ſpiritus. Nullus enim ex his eſt, qui non ſingula vbiq; cōſideret. Etſi enim oculis carneis minimè conſpicui ſunt: incorporeis tamen obtutibus ad agnitionē complectuntur omnia, & comprehēdunt. Et hac ergo ratione ſi latere virgo plures quærit, longè hos magis, qui tanti ac tales ſunt, quam homines reuereri merito debebit: Et quia multitudinis pauescit obtutus: hos autē vitare impoſſibile eſt, qui ſunt infinita multitudo: nihil vnquā indecens faciet: aut à propoſito ſuo alienū. Hæc igitur, atque huiuſmodi, dum viuit, ſecum ſemper intentiſſimè cogitans, vndiq; ſeipſam inuiolabiliter muniet: Memoriaque repetens quia oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti, non modo quicquam B turpe agere, ſed & cogitare formidabit. Mens quippe noſtra pictoris in morem, in anima, veluti in tabula cogitationes vt placuerit format. •Cumque ob gratiam liberi arbitrij ſui iuris, ac libera ſit, & nuſquam ob incorpoream naturam ſuam, naturalémque libertatem anguſtetur: ſed quātam cupit, loci latitudinem ſemper inueniat: quæcunq; velit, facile cogitationibus pingit. Inde quemadmodum pictor, cum in gurguſtio aliquo tabulam hiſtoriæ varietate repleuerit: illam repente in medium proferens ablatis velamentis omnibus, multitudini ſpectandam proponit: nec iam quæ picta ſunt, interpretari opus habet: ſed ſpectatoribus omnibus futuro quoque tempore picturam vt ſeſe habet, inſpiciendā noſcendámque permittit: ita ferè & mens poſt vitæ exitum, ſublato velamento corporis quo animæ tabula obtegebatur, quam per omne vitæ tempus varijs cogitationibus pinxit, quæque in intimis receſsibus fuerant picta: cunctis cernenda producit in lucem, videréque in promptu eſt animæ tabulam hiſtoriç varietate plenā æquè ad intuendum cūctis expoſitam. Si igitur diuinæ quædam ex lectionibus ſacris, cogitationibúſque probis expreſſæ cernantur hiſtoriæ: laudibus omnibus C & mens quæ pinxit, & animæ tabula quæ picturā ſuſcepit, digniſsima cenſetur ab omnibus: ita vt præ dignitate picturæ, ſummáque pictoris induſtria & arte, amoueri à ſpectaculo, auellique non poſsint: cunctis per ſingula picturæ pulchritudinem, figuras, diuinámque picturarū rerum formam admirātibus, & eximiū pictorem illū, qui ditè vita vſus ſit, & ſub hoc amictu corporis die noctúq; huiuſmodi picturas præter omniū ſpem venuſtiore manu, & arte animæ inſcripſerit tabulæ laudantibus. Sin vero turpes atq; indecoræ picturæ illæ viſæ fuerint, probro atq; irriſione digniſsimus pictor ille iudicabitur, cum fortè contra quam ſperabatur priuſquam velamen animæ amoueretur: ſubmoto corporis tegmine, cuncta repente deformia, fœdáq; apparuerint. Vbinam quæſo tunc ſe iſte recipiet, quando ex collatione alterius, inter cogitationes ſe inuicē accuſantes, ſeu defendentes, à cunctis iudicabitur. Vbinā inquam animæ tabula illa ſtatuetur, quæ ſpectantiū oculos hiſtorijs obſcœnis, omníq; mōſtruoſa ſpecie impleuit? Sicut enim qui maculas habent in D corpore, priuſquā veſte nudētur, opertas, ac plurimis ignotas ferunt: ſæpe vero pretioſiſsima ornati veſte, cū fortè intrinſecus quoq; formoſi ac venuſti ex illo exteriore cultu putarentur, exuti tunica, nudiq; in balneo cōſpecti, cōtrà quam putabatur, ridiculi, atq; innumeris maculis fœdè inſigniti corpus, cōtinuò apparuerūt: neq; iam obſcurū eſſe poteſt, nudato ſub omniū oculis corpore, vbinā, qualis, quantáq; ſit macula, ſed ſimul atque nudata eſt, intuentiū ſeſe oculis aperit: ita & nos, cum velamē carnis exuerimus: neq; ſubducere maculas animæ, neq; operire vlla ratione poterimus: cæterū ſub omniū obtutibus nudi atque cōſpicui, quæ prius corpore quaſi veſte contecta minimè habere putabamur: ea nudata ſe omniū oculis ingerent, nullúſq; iam vel negationi, vel defenſioni erit locus: quādo ipſa cernētur opera in ſuo autore cōſpicua. Non enim cōfuſè, aut ſummatim & indigeſtè res ipſæ cernētur: ſed ſingula per partes vt ſeſe habeāt, veluti in pictura E noſcentur. Exēpli cauſa quomodo ad patrandum quiſq; adulteriū properās è lecto ſurrexit: quibus paſsibus incedens vſus eſt, * quo motu corporis, lentiore ac cōcitatiore: quē habitū, dum progrederetur, aſſumpſit: & qua ex parte irrūpens, vxorem alienā violauit: quo item ordine huic mulier ad nephariū opus ſe ſubſtrauit. Hæc, inquā, omnia, veluti in tabula per partes diligēter expreſſa cernentur. Neq; ea ſolum quæ in apertum opus prorupere, verū & quç ſine effectu operis in animi tabula inſcriptæ fuerunt cogitationes. Neque enim nihil eſt cuiuſlibet rei cogitatio in anima impreſſa atque formata. Quippe nihil eſt aliud imaginaria pertrāſienſque cogitatio in anima, quàm pictura imaginationis coloribus, & magnitudinibus, figuriſq; ſuis, quas in ea mens pinxerat, ſcripta. Et ſicut qui artem exceptoriā didicit, notarū omnium figuras & nomina, ſignáque octadum & tetradū memoriter tenens, cum neceſſe fuerit quæ dictantur excipere manus officio quæ in memoria inſcripta erant: in tabulis digerit & aliæ quidē ex notis ſtylo ſignatç cernuntur: aliæ vero necdum inſignitæ manu, animo tamen inſcriptæ ſeruantur: ita & anima, cum cogitationes per corpus exequatur, alias in operis F ducit effectum: quas vero necdū opere impleuit, in ſe inſculptas reſeruat, eaſque etſi non actu corporeo, intra ſe tamē nutu voluntatis exequitur. Sicut enim corporis officium eſt, corporaliter aliquid exequi: ita opus animæ eſt, cogitationibus vt vult placatas ſibi & gratas imagines fingere. Idcirco & cogitationis peccata, non vt phātaſiæ ſimpliciter, verum vt cōſummata opera in

anima

Simile.

Collatio corpo. & animæ.

anima merito iudicanda creduntur. Vt enim manus, licet notas ſignare deſiſtat: notarum tamen figuris tota anima vbique inſcripta eſt, quã profectò exutã corpore ſi quis inſpiciat, videbit hiſce notulis totam prorſus inſignem atque deſcriptam: ita & nos, cum exuerimus corpus, omnis noſtra cogitatio veluti in pagina ſcripta apparebit. Quemadmodũ vero qui nõ didicit notas earũ neq; formas in anima ſcriptas habet: qui autẽ didicit, etſi eas manu minimè ſignauerit, arte tamẽ

[illegible]

A atq; diſciplina impreſſas animo, illarũ tenet imagines: ita & qui peccatũ non cogitaot, eius neq; imaginẽ inſcriptam habet animo: qui vero illud cogitatione formauit, etſi in opus nequaquã prorumpat, animo tamẽ cogitationis ſuæ ſeruat imaginẽ, veluti in tabula apertè deſcriptã. Verũ enim ſicut is qui notas didicit, ſi illas ſcribere obmittat, ſenſim animo labuntur: ita vt proceſſu temporis nullius iam octadis figuram, aut locũ, aut nomen reuocare in animũ queat: ita & qui iniqua cogitauit, ſi eiuſmodi neglectis cogitationibus ad vtiliores alias animum transferat, ſeque ad eas exerceat: procedente tempore priores illas memoria eliminans, ex animæ tabula perpetua obliuione delebit. Quippe memoria nihil eſt aliud quam figura impreſſa cogitationum in anima, veluti pictoris arte collocata. Et quomodo fieri poteſt vt earum cogitationũ pœnas non demus, quarũ hactenus formas memoria verſans, in anima, veluti in tabula viuas intuentibus mõſtrat? itaq; ne turpibus figuris animæ noſtræ tabula plena inueniatur, memorias malarum cogitationum perpetua

primã memoria gd.

B obliuione deleamus: bonarũmq; memoriam illarum vice formemus, ne qui nunc interim corporis operimento contecti deliteſcimus, vbi id poſtmodũ depoſuerimus, fœdati maculis, ac præter eam quæ de nobis in hoc ſeculo manauerat opinionem, turpes & exprobrabiles cunctis videamur. Fortaſsis enim hoc ſit quod ait Apoſtolus: Quorundã hominum peccata manifeſta ſunt præcedẽtia ad iudicium: quoſdam vero, & ſubſequũtur. Quæ enim manifeſta omnibus ſunt, quibus inruentes quique ſiue ad blaſphemandũ prouocati, ſiue ad imitandum, peſſimè ſcandalizati ſunt, procedũt. Occulta vero & quæ clam & abſque arbitris admiſſa ſunt, non ideo, quia ignorantur ab hominibus, impunita remanẽt, ſed eos inſeparabiliter ſequũtur, vt & ſeipſa & patratorem ſuum oſtendant eatenus ignorantibus omnibus, Ipſumque iuſto iudicio tradant. Ita à ſuis ſceleribus intercipietur infelix, dũ & à manifeſtis præcedentibus ad iudiciũ trahitur, & ab occultis perpetuo ſe ſubſequẽtibus actibus impellitur. ipſum deniq; ſenſum ſuum exponens Apoſtolus, in cõſequentibus ait: Similiter & bona opera cõrã ho-

C minibus lucentia, vt videntes glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, manifeſta ſunt: & quæ ſe aliter habent, celari non poſſunt. Oportet enim nos manifeſtari qui nunc ignotamur, cuiuſmodi operũ ſimus, ante tribunal Chriſti qui illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit occulta conſilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique à deo, quando recipiemus vnuſquique propria corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Non autem reticenda eſt & alia intellegẽtia, quæ prudentem virginem aduerſus imminentia bella copioſius poſſit inſtruere. Sicut enim ſanctum, atque admirabilem Paulũ, dum adhuc eſſet in corpore, alia quidem præceſſerunt opera: cum plurimi ex his, qui propter doctrinam & conuerſationem eius perfecti euaſere: in æternam illum vitã præcedentes, ſudorum prẽmia, quos pro illis pertulit, apud iuſtum iudicem deum illi parauerunt: alia vero ſolutum carneis vinculis, & iam cum Chriſto regnantẽ vſque ad hãc diem conſequuntur, eorum ſcilicet qui per eum in ſacris epiſtola-

Collatio.

D rum eius monitis ſe ad virtutem exercentes, laudes ſemper ac præmia præclaro illi duci & præceptori optimo hinc trãſmittunt: ſi è cõtra alia quidem præcedunt peccata eorum, qui peſsimis ſermonibus & operibus læſi, atque impediti à virtutis tramite, in infernum præceſſere: ſupplicia ſuæ damnationis autoribus illic parituri: alia vero etiam ſequũtur, eorum ſcilicet, qui poſt ipſorum mortem per ſummã nequitiam & exempla peſſima quæ mundo reliquerẽ, dum eos imitari pergunt, maximè læduntur. Nam ſicut hodie quoque beatus Dauid ad veram religionem, & ad dei cultum, prouidentiæque agnitionem mundo perutilis eſt, & qui propter illũ in religione proficiunt: hinc iam ex rectè factis ſuis conſequentes ei trãſmittunt laudum voces: ita & Marcion & reliqui hæreticorum dogmatũ duces, quia per eam peruerſitatem doctrinæ, quam mũdo inuexere, maximè nocent. Cuncti, qui ſalutis ſuæ damna per eos in hac vita perceperunt, autores proditionis ſuæ, etſi dudum vita functos atrocioribus illic ſuppliciis tradunt. Si enim qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis huiuſmodi, morte dignus iudicatur: profectò qui tam multos per vitã reprobam

Radi prop ſia de Arte Aabr. & Aquas ad de Manthao. 4. ſen.

E quòd pernicioſorũ operum mundo exempla reliqueris, aut in animarũ perniciem falſa dogmata ingeſſerit, ſcandalizat: poſt mortem quoque omnium qui ſui cauſa pereunt, dignißimè ac iuſtißimè mortis reus habebitur: per ſingulos eorũ qui ſui cauſa hic ſeu vulnerantur ſeu moriuntur, autore etiam vulnera mortémque ſuſcipiente. Porrò ſi iuxta hunc ſenſum alij præcedunt actus, aliique ſubſequũtur: & ſicut qui ex nequitia ſequuntur, maiori ſupplicio huiuſce pernicium autorẽ per ſingulos eorum qui pernicioſa vel doctrina, vel vita pereunt, tradunt: qui vero à virtute ſubſequuntur, maioribus & dignioribus præmiis per ſingulos eorũ qui inde ſalutis emolumenta quæſierunt, & à ſceleribus conuerſi ſunt: huiuſmodi magiſtrum donant: & virgo igitur habet in alteruiram virtutis, vitiorũmque partẽ actus quoſdã partim præcedentes, partim ſubſequentes. Atque infelix illa quidem quę præter delicti proprij ſupplicium ex aliarum etiam ruina, quibus offendiculum ac lubricũ poſuit, actioribus ſemper ſuppliciis traditur. Sed illa ſanè feliciſsima & beatiſ-

Quid vel ad hoc dictorum et uniforme omniũ Lutheri?

F ſima, quæ præter coronas proprias, per ſingula earum quæ quoniam ex imitatione ſua profecere, coronatur: ipſa quoque poſt mortem in æterna vita coronis ſemper nouis redimitur. Igitur ſi nihil eſt opertum quod non reueletur, propter omnes quas prædixi rationes, virgo: & cum ſola eſt ſuimet, ne peccet, cautam ſolicitam habebit: nec modo hominum vitabit obtutus, verum longè dignius ſuos, angelorũmq; vbique cuncta ſpectantiũ reuerebitur. Idcirco enim debet, inquit,

mulier poteſtatem in capite habere propter angelos. Non decet virginem etiam cum ſola domi
[illegible]
eſt, ideo quòd nullus adſit hominũ, paſſim licentérque nudari. Multum eoim habet illecebræ (vt
idem ſæpius replicem) multumq; roboris natura
fœminea ad omne quod ſit maſculioi geoeris cõtra ſe attraheodum. Neq; vero idcirco ſolũ oportet ſe obſeruare ſolicitè ac dæmonũ fraudes quæ
nobis iugiter inſidiantur, habere ſuſpectas, ſed &
A propter vereodos omnibus angelos, poteſtatem,
inquit, habere debet. Vir enim cũ angelicæ quodammodo ſit dignitatis, nudo capite cognatæ cõfidens naturæ cernatur. Mulier vero cum per naturam viro longè inferior ſit, poteſtatem habeat
[illegible]
io capite. Atq; ex eo quod poteſtatem habere dignoſcitur, ſubiectionem ſuam, qua præſtantiori
ſubeſt, honeſtiſſimè præferat. Ideo, inquit, natura
ipſa crinibus iam tunc à principio mulieris caput
operuit: eo ipſo admooens, oõ decere mulierem
noo modo vllum membrorum cæterorũ, verum
oe caput quidem temere indifferentérq; nudare.
Et quoniam ſolæ abſentibus viris id attentare cõſueuerunt, ideo dignitatem aliam præſtantiorem
viris adiecit, diceos: propter angelos qui & vbiq;
præſentes ſunt & omnia quæ geiũtur, inſpiciunt.
Reuereatur ergo omnis mulier, ſed virgo io primis angelos etiam cum domi ſola nullis viris arbitris reſidet. Et cum corpus oeceſſariò curandum erit, & capitis vittas & ſingularim cætera cõſtringens, id opus celeriter exigat, & quantũ fieri
poteſt operiat membra, non ſolum ſuos angelorumq; oculos verens: verum ſe vt io ſuæ exercita-
B tionis domicilio ad verecũdiam ſtudioſè ſemper
exercens. Quòd ſi neque cum ſola eſt, nudari ſine
ratione permittitur: quanto minus fratribus in
Chriſto præſentibus? Ex pudore igitur & tunica
ſeipſam pudicè ac verecuodè cõpooet, oec ſolum
nihil membrorũ quæ operta ſunt, violari vlla ratione permittet, verum ſumma ſe cura & obſeruatione circunteget, vt non ſolum ipſa illæſa atq;
illibata permaneat, ſed & qui eam intuentur: nullam ex eius aſpectu læſionis materiá capiant. Videntes, enim, inquit, filij dei filias hominũ quod
pulcræ eſſent, deuoluti ſuot ad eas. Sufficit quippe vel modicè nudata pulchritudo dei quoq; filios ad voluptaté emollire, & quaſi homines eius
cauſſa morientes mortales, oſtendere. Quocirca
minimè oportet vt ſuæ tãtum innoceotiæ ſolicita, eorum, qui lædi poſſunt, ſaluté aſpernetur, verum omni ex parte & ſui ipſius inuiolabile ſeruare propoſitum ſtudeat, & ſe intuentibus emolumentum vitæ, non mortis propinare venenũ. Etſi
enim ipſa caſtitatis ſuæ fidit inſtituto: prouidendum tamen, inquit, eſt, ne ponat fratri offendiculum aut ſcandalum. Ita igitur virgo, cum & ſententia & figura & motu & habitu & ſola & cum
C cæteris ad placendum ſponſo ſuo ſalubriter ſe accommodare didicerit, tunc iam amicos quoque
ſponſi purè atque innocenter alloquetur. Neque
enim hac interim ſeparatione illam vt homines
execretur, inducimus, ſed diuini oris effigiem dignis virtutum coloribus à capite vſque ad pedes
ornare pro viribus nitimur: atque ita demum inſtructam ad domeſticos fidei ſecurè producere:
vt & ſermone & habitu & domini ſponſa reuera
comprobata, prodeſſe colloquentibus poſſit. Sic
itaque loquatur vt ſponſa: verecundè ſcilicet, idq;
tantum cum famulis ſpõſi: ſeruétque vbique dum
loquitur, pudicam ſobrietaté. Oportet enim eam
ſimplicitati columbæ ſerpentis miſcere prudentiam. Quia eoim corporibus incluſæ animæ ſibi
inuicem apertè & nudè colloqui de virtute noo
poſſunt: ioſtrumentis corporeis ad vocem, atque
ad aſpectum accõmodatis, vti neceſſariò coguntur. Et qui animæ colligatæ corpori pulchritudinem intueri nõ poteſt: aut admota aure eius ver- D
ba percipere corporis motum in quo illa eſt, videt: eiuſque vocem per linguæ oſtium audiens,
ex hiſce ooncijs eius ſpeciem æſtimat. Neque vero vox ſola ſiue aſpectus, animæ formam veluti in
ſpeculo indicat: verum & amictus viri & riſus &
pedis inceſſus, de illo ſæpe numero vera renunciat. Sed plerique minus cauti, dum libenter muſicum audiunt ſenſim eo deducantur, vt non iam
muſicum, ſed viſibile inſtrumentum diligaot, per
quod petita muſici modulatione fruuntur. Atque
ideo neceſſariò ſumma exactiſsimáque diligentia
obſeruandus eſt virgioi auditus & viſus, ne clam
fortè & ipſi ſubrepat, vt pro loquente anima inſtrumentum, per quod illa ſibi loquitur, diligat.
Eſt enim vehementer aſtutus is, qui affectum boni in oobis ſummo ſtudio malignè deprauare conatur, furari quippe bona noſtra ſtudia & deſideria intendit, ſuáque illorum vice callidè nobis inferere. Ita denique & quibuſdam cum verba de
virtute fieri audirent, atq; huiuſmodi loquẽti animæ afficerentur, ex auditu iugi & aſpectu clam
ſubreptum eſt, vt animo imprimerent lineamenta corporea, & voce auditum laſciuè mulcerent, E
nec iam animam quam prius diligendo ex hominis ore pendebant, ſed corpus ipſum bonorũ animæ miniſtrũ perdite nimis atq; improbè amarent. Proximá enim & veluti contiguis ianuis gẽ-
Vitia virtutib⁹ ſunt proxima.
tiles quoque aiunt vitia eſſe virtutibus. Quælibet
denique virtutis ianua ſimilimá in vitia ferentem
vtrinq; ſpeciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi
nititur, eius primum ianuæ adſiſtens, dum hac ſe
pulſare arbitratur: aperta ſibi hinc, aut inde altera ex vitiorũ ianuis, deceptus maxima ſimilitudine, ingrediatur veluti virtutis domũ: deinde cunctis eius errorẽ irridentibus, ipſe quoq; & tẽpore
& experimento cõmonitus, diſcat non ſolum ab
ea ſe virtute cuius aliquando ianuam pulſare videbatur, eſſe remotiſsimũ: verum ne limina quidem eius vnquam attigiſſe, neque ipſi ianuæ, vt
prius videbatur, adſtitiſſe ſaltẽ, aut pulſaſſe. Hoc
[illegible]
modo denique eos qui audentes ad virtutem eſſe
cuperent, fallens, temerarios arguit: qui vero temeritatis probra metuerẽt, eos timidos ac puſillanimes prodidit. Et qui miſericordes eſſe ſtuderent, ad vitia malè molliuit: qui vero miſericordes eſſe renuerent, iomites immanéſque declarauit: ita & qui charitatis pulchritudinẽ ſequun- F
tur, eos falſo dilectionis nomioe, vel ad voluptates corporia, vitámque cunctis execrabilem deijcit, vel eiuſce probra & opprobria pertimeſcentes odiſſe fratres, & abſque vllo boni ſenſu perſiſtere facit. Rurſus itaque oe declines ad dextram
ſeu ad ſiniſtrã: ne fortaſsis errore ſeductus in aliquam ex vitiorum portis deuoluaris, ſed mediam
& regiam incedas virtutis viam. Et vbique diligenter intuens quomodo cautè ambules, non vt
inſipiens,

inſipiens, ſed vt ſapiens: quoniã in medio laqueorum ambulas, & ſuper pinnas vrbium trãſis: cautius prouide ne forte dum negligis, iniicias in laqueum pedem tuum, neu ruens à muro ciuitatis noſtræ malè pereas. Diligere igitur oportet eos qui ad ſponſum inuitant, ſed ita diligere vt charitas ipſa ordinata, non confuſa ſit, ne fortè ſponſi famulos, dum iugiter illis aures admouet, de ſpõſo verba facientibus, perinde ac ſponſum quãdoque diligens, quantum in ſe eſt, vna & ſponſi dignitatẽ tollat, & miniſtros eius, dum eos pari cũ domino dignatur honore, iniuriis ac probris afficiat. Iam enim quædã minus cautæ, minúsq; prudentes, non æquè ſponſum ac miniſtros, ſed ipſos amplus peruerſa charitate, impiè, dum nõ aduertunt, dilexerũt, ac ſponſi iam, cui ſe deſponderãt, penitus oblitæ, famulorũ eius ſponſæ totæ factæ ſunt, imo nec ſeruorum eius ſponſæ ſed alienorũ fœdiſſimæ vxores euaſere. Sponſus enim noſter carnalem nullum miniſtrũ babere cognoſcitur, ſed omnes ſpiritu viuentes. Porrò quæ non ſpirituum miniſtrantium ſpõſo, ſed carni ſe ſumma indignitate deſponderunt, & illos à ſponſi alienos miniſterio, & ſe non miniſtris eius, verum alienis ſeruis deſponſatas, liquidò comprobant. Et bos itaq; cautè diligentérq;, dum loquuntur obſeruẽt: atque ſerpentem clam ex collocutione corporalẽ conſuetudinẽ prudenter abſcindant, id imprimis cauentes, ne illis vt ſponſi familiaribus plus æquo confidant, neu illos ad indecens aliquid ſenſim *nequiter molliant, neue ſeipſas ex deſtinatione propoſita ad voluptates carnis indignè diiciant. Sed enim diligere oporter proximum: ſcriptum quippe eſt: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Illudq; ſponſæ ſuæ ſibi admodũ gratum præceptũ dominus tradidit. Ita ſanè, nihil abnuimus. Diliges, inquit, & in quantum vni iſtorum facis, mihi ſponſo tuo facis. Sed putã, non vllius affectionis labe inquinatã oportet eſſe charitatem, nec decet nomen falſæ charitatis inſequẽdo, veræ dilectionis dignitatem ac meritũ tollere. Quandiu enim charitatis ad ſponſum tuæ gratia diligere deprehẽderis fratres, & ad eum, & ad illos integra ſeruaſti charitatis iura: vbi vero eos non ſponſi gratia, ſed propter ſe ipſos diligere ex conſuetudine cœperis, dilectio tua & erga illum corrupta prorſus efficitur, falſamq;, nõ verã babes germanámque cbaritatem. Sancta enim charitas carnis non tangitur vitiis. Eſt autẽ ſponſa domini nõ irrationalis, vt præ conſuetudine carnis dignitatẽ ſuam atq; honeſtatẽ demittat ad corpora, ſed ſanè rationalis, totáq; plena ſapientia. Prudenter itaque ſeipſam pro merito ſingulis quod eſt ſui iuris impartiens, librat, ac miniſtros quidem ſponſi rationabiliter illius gratia bonorat: ipſum vero non iſtorum cauſa, quoniam ſibi de illo verba faciũt, ſed propter ſeipſum ardẽtius diligit. Sed & ſi quis illius amator eſt, hũc pro affectu ad illum eximio ſocium exiſtimat: qui vero illum amare negligit, eum ſi blandiatur, non iam intuetur vt proprium, ſed ex ipſis maxime blanditiis ſuſpectum haber, quod ſponſi negligens, cui ipſa pro viribus vacat ſimulato ſpõſi famulatu, illicit eam: dúmq; illi vt ſpõſo placeat, opem ferre videtur, ad ſe amorem eius iugi familiariq; colloquio transferre nititur, ac ſub miniſtri nomine, & babitu, bottẽdo ſacrilegio Chriſti ſponſæ adulter efficitur: hinc deniq; plurimæ blando charitatis nomine, paulatim ex ea conſuetudine ad carnis delapſæ vitia meretrices, adulteræ, nec ſolum à fœdere ſponſi cœleſtis, verũ & à legitimo mortaliũ toro alienæ prorſus deprehenſæ ſunt. Cum enim virginitatẽ domino profeſſæ ſint, carnali poſtmodum voluptate malè blanda delinitæ, ac deuictæ, ſtupri ſcelus boneſto coniugij nomine obtegere cupiunt. Non ignorãt huiuſmodi, quãuis ignorantiã ſimulent: quæ ſpõſi dextram & fœdera præuaricata ſit, eam nec illius vltra eſſe ſponſam quem nequitiæ dans manus, dereliquit: neq; eius vxorem per vllas leges dici poſſe, cui ſe deſerto ſponſo, libidine incitata coniunxit. Tunc enim legitimum cõſtat eſſe connubium, & ſecundum diuina iura inſtitutũ, cum nõ voluptaris affectus legis ſcita præceſſerit, ſed adiumenti neceſſarij, proliſq; cauſa fuerit huiuſmodi facta coniunctio. Ita fiunt honorabiles nuptię, quando rationẽ coniugij non præit obſcœna voluptas: ſed iacto ſecundum leges diuinas ſancto fundamento, matrimonium neceſſariò ſequi voluptas ipſa concubitus, vnamq; carnem duos facere deprehenditur. • Quia enim præcedens animæ ratio, animas apertè neceſſitatis ratione coniunxit, merito ita vnitas carnis quoq;, cui alligatæ ſunt, vnitas ſequitur. Porrò ſi animæ initio aliud proponãt, & caro poſtmodũ ad voluptatem prona, naturali feratur impetu, atq; animas ſibi alligatas, vt affectioni ſuæ obſequantur, inducat: carnis tunc viriũ ſecutæ animæ huiuſmodi congreſſum execrabilem reddunt. Quod enim opus neq; ratio quæ animæ ineſt, neq; lex iuſta præceſſit, id profectò vt iniquum à conſcientia damnatur. Idcitco mulier, inquit, alligata eſt legi, quãto tẽpore vir eius viuit: ſin vero mortuus fuerit, libera eſt, cui vult nubat, tantum in domino. Vide quòd non ſimpliciter dixerit, nubat, ſed adiecit in domino tantũ. Nam & quæ per mortẽ viri, liberam conſequitur nubendi facultatẽ, non tamen ea libertate potita, vtcunq; nubere debet: ſed tantum in domino. Quid eſt autẽ in domino nubere? Nõ autẽ vt vile mancipiũ voluptatibus carnis ad concubitum pertrahi? ſed iudicio, & cõmodioris vitæ ratione nuptias eligere. Ideo enim & matrimonij neceſſitatem creator in natura conſtituit. Sin autẽ ita ſe babet res, nõ ſe fallat qui à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Cõiugium quippe illi in peccatũ reputabitur: primũ quidem quia peſſimũ coniunctionis huius fundamẽtum voluptatẽ iecit, præuaricationisq; malum: deinde quia cauſſa nõ eſſet libera, neq; enim eſt mortuus vir eius, vt cui vult nubat, viuente immortali viro, merito cẽſetur adultera, quæ mortalẽ hominem ob carnis vitia domini tbalamis intulit. Nã quòd ſolenne, legitimúmque connubium ſponſus ille occuparit, & virginitatis habitus & fœdera & cõuenta cum illo, & præterea proceſſus ipſe teſtatur. Huiuſmodi quippe nobilitata viro proceſsit in publicum. Si enim paternis ædibus non prius virgo progreditur quàm legitimo fuerit coniuncta, viro, vt eius & domini, & vitæ ſuæ ducis ac moderatoris titulo inſcripta, paterna iã prodeat domo, & virgo igitur ea ratione proceſsit paternis tbalamis, ut inſcripto ſibi ſpõſo legitimo, eius iam titulis boneſtata, & ſub ipſius cõſtituta regi-

Spõſus nullum babet carnalẽ miniſtrum.

★ ἐκνοφίλασι.

Charitas nullius indecora affectiõis labe inquinatur

Iam olim etiam voto ſe obſtringebãt virginitatẽ profeſſuræ.

• ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐν ψυχῇ λογισμὸς τὰς ψυχὰς προλαβών.

In domino nubere quid.

Solẽne imbatur votũ & profeſsio

mine procedat in publicum. Sin antè proceſsionis eius illi teſtes ſunt, qui procedentẽ viderunt, & iidem profectò teſtes erunt, cui coniuncta, & cuius titulis inſcripta viri, paternis latibus proceſſit in medium. Porrò ſi connubium iſtud & proceſſu & teſtibus, cunctis deniq; indiciis illuſtre, & apertum eſt, nec eſt vir eius mortuus: mœchatur quæ huiuſmodi admittit ſcelus, viuente viro ſemper adultera. Imò quia fruẽdæ voluptatis cauſſa impudicè laſciuit: meretrix: quia vero viuit eius vir, nefario ſcelere probatur adultera. Nec ſanè video qua ratione, imo quo ſacrilegio ipſa pro A immortali viro dei filio mortalẽ hominẽ in malum ſuum ambire præſumat, ante viri oculos in ipſum impuris ac nequiſsimis ſemper amplexibus impia: quo item furore homo ille cubile domini conſcẽdere, & violare non metuat: nẽpe ex rebus humanis eiuſmodi flagitioſorum ſupplicia cõiicere, & æſtimare facile poſſumus. Quæſo quo cruciatu digna cenſeretur mulier, quæ nobili cõiuncta viro ſeruo ſuo ſeipſam violandã impudicè ſubſterneret: ac ſeruũ inſidioſè nequitérq; domini toris inueheret? Quo itẽ ſeruus ille damnandus examine, qui dominæ ſuæ dominiq; cubili ſe cõcitatus libidine adeo petulanter immiſcuit: ſed enim vafræ iſtæ quid faciũt: quæ tantũ impietatis contra ſeipſas per carnis flagitia admittere nõ timuerunt? Non modo non lacrymantur, aut ingemiſcunt vt vel lacrymis remittant peccatũ ſuum, mitioréſq; ſuſcipiãt pœnas: verũ virginitatẽ quoque, quã antea profeſſę fuerãt, abnegant. Quippe virginitatis limites trãſgredi, vt voluptatibus inB ſeruiatur, turpiſſimũ eſſe, plenumque dedecoris non ignorãtes, huiuſmodi negatione, maiore ſcilicet ſcelere, virginitatem ſolari ſeſe arbitrantur amiſſam, homines miſere & infeliciter eligunt, ſub quibus ad excuſationem præuaricationis abnegent quòd fuerant ante pollicitæ: nec dominũ metuunt, cum quo fœdera caſtitatis inierant, cuíque dederant dextras eo quòd in malorũ profunda deciderint. Ignorant miſeræ quia apud deum & apud homines contra ſe crimen exaggerant, cum hi quidem ex præcedente, cunctiſq; cognito virginitatis inſtituto, quòd ſe illæ profeſſas eſſe negant, veſaniam ſummámque impudentiã auerſentur, atq; oderint: Chriſtus vero præter violata virginitatis fœdera huiuſmodi negationẽ, quam vice pœnitentiæ patrocinium criminis ſumunt, acrius ac ſeuerius ſuo illo iudicio vindicet. Itaque ne ſpecioſo charitatis nomine, virgo in hoc peccati baratrũ corruat, charitatem puram, omnique mortali affectione liberã ſumat: neq; enim prolapſæ ad voluptatẽ quicquã ad excuſationẽ proderit vmbra, ſolatiumque connubij: neque viuẽtem virum ſub prætextu coniugij non ſoluta circumuenire, aut fallere poterit, qui mortalem hominẽ poſt eximios illos, quos ab eo perceperat, C honores, impiè per adulterij nefas in honorem prætulerit. Nec ſanè incongruè his quæ ſunt eiuſmodi, illud Apoſtolicũ aptari poteſt. Quoniam, cum * fornicatæ à Chriſto fuerint, nubere volũt, habentes damnationem, quoniã primam fidem irritam fecerunt, non coniugium, ſed adulterium malè conſummantes. Nullus itaque ſeruus ad id impietatis erumpat, vt ſponſam domini cõtingere audeat. Nullus adeo inſanus, ac ſacrilegus ſit, vt immaculatã hoſtiam impudicis manibus tractet. Nemo in tantum audaciæ, temeritatiſq; proſiliat vt eiuſmodi vltionem ſacrilegiis impẽdere conſiderans, non vaſa inanima ex auri argentiq; materia elaborata, ſed animata ipſa, & viua donaria, latronis more profanis manibus temerare, atque inceſtare præſumat. Imò vero nullus adeo impius, atrox, impurúſque ſit, vt non inanimata templi vaſa, ſed ipſum domini templũ, virgineum ſcilicet corpus, ipſamq; omnium pretioſiſſimam animam in templo dei, ſacratiſſimi donarij vice locatam libidinis facibus barbarica immanitate ſuccendat. Verum etſi ſponte ſua ſe virgo ſponſi D fœdera tranſgreſſa ſubſternat, cunctáq; ſimul, & templum, & donaria, & charitatem ſponſi, communionémq; ac ſocietatem regni pernicioſæ voluptatis gratia confundere atque calcare nitatur: noli huiuſmodi ad ſcelus vti, neq; te peccati communione cõmacules: nam & eximius ille Ioſeph dominæ ſuæ amoris magnitudine ebriæ ac penè furioſæ ſeipſum ad impudicitiam minime permiſit. Quòd ſi te tenuente alij ſe virgo in matrimonij cõſortium tradiderit, illa pœnas ſceleris luat, tu teipſum mundum atq; integrum ſerua, ne ſceleris impij in dominum particeps fias. Oportet, inquit, filium hominis tradi: vę autẽ illi, per quem tradetur, vtile illi eſſet, ſi natus non fuiſſet. Nónne de illa pari ratione iudicabitur, quæ virginitatem antè profeſſa, poſtmodum pœnitens, fruẽdæ voluptatis gratia, mortali ſe viro immunda coniunxit, etſi dixerit: oportet me viro coniungi in matrimonium, quemadmodũ oportebat filium hominis tradi, verum, væ illi per quem illa ſponſi E fœdera traſgreſſa ſuam impleuerit impura libidinẽ. Vtilius fuerat (audeo dicere) homini illi, non eſſe natum, quàm ſocium tãti in dominum flagitij dãnari. Non audis quoniam qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Etſi enim, inquit, pro culpa dimiſſa eſt, viuit tamẽ vir eius. Quid ergo dimiſſam perturbas? cur illi ſpatium non das, vt & de his agat pœnitẽtiam, quorum gratia dimiſſa eſt? & vir à ſe dimiſſæ pœnam emendationémq; miſeratus ad ſe rurſus propriũ reuocet membrũ? quid emẽdandi ſe ſpatium præripis, viuente viro ſic dimiſſam ducens? Permitte, inquit, aut ad viuentẽ virũ remeare meliorem factam mulierem: aut certe cum neq; vidua, neq; vxor ſit, pro remiſſione culpæ qua peccauit in virum, ſemper pœnas dare. Tu cur antequã peccatum ſuum, pro quo dimiſſa eſt, planè intelligere poſsit, eam ad coniugiũ rapiẽs, impudẽtiorem ad ſcelera deinceps facis? nempe viuente viro alienam adulteras coniugem, * facilémq; illi ad nequitiam reditum (vt dixi) per connubium pandis. Si autem qui dimiſſam à mortali viro ducit, adulter atq; impius eſt: qui immortalis viri ſponſam nunquam dimiſſam violare præſumit, multo profectò funeſtius adulter atque impius erit. Itaq; etſi illa peſsima ſe mutatione deiiF ciat, ad carnis vitia vltro deuoluta, tu tamen eam noli tangere: viuit enim eius vir, neq; illã dimittere vult, permitte vt ſe inſpiciat vnde ſit lapſa, vbi nam iaceat, digerat vitium, diluat amorẽ carnis, conſideret diligentius indulto ſpatio cuiuſmodi crimẽ admiſerit, quantúmque molita ſit ſceleris. Redibit prorſus ad ſponſum ſuũ: ſi enim Chriſtus lux eſt & reſurrectio, & incorruptio, & vita, &c.

quæ

Argum. à maiori.

* ἀθετηθεῖσαι.

Virgo Dei ſit viua animatum.

Exemplo Ioſeph cõfirmat.

Fodiſ hac in E. aſtio adu(?) ſendi qua conſiderat.

* [illegible]

quæ nobis à patre p ipſum indulta ſunt bona, quæ ſe à Chriſto dimouit, quid aliud quàm de luce ad tenebras, à vita ad mortem, ab incorruptione ad corruptionem, à reſurrectione ad inferni & mortis maximum ac periculoſiſſimum caſum ſe detorſit infelix. Quę cuncta conſiderans, cuiuſlibet malorum profundum ſint, exhorreſcet peccati caliginem confuſionis mœrorisq; pleniſſimam ſuauitatemq; lucis, in qua prius erat, amplius ſitiet. Mortis quoq; terrorem & corruptionis ingratam putredinem intuens, vehementius rurſum ad vitam ex his immortalitatemq; reſiliet. Inferni etiam conſpiciẽs grauiſſimum lapſum, indultam

A ſibi à domino reſurrectionem carnis amplectetur & gratius. Neque enim ita erit inſana, vt ne tempore quidem admonita eam non ponat amẽtiam, mortaliq; immortalem non præferat ſponſum. Quid igitur infelicis anticipas lapſum? quid conſiderandi peccati tempus intercipis? quid cõſilij ſpatium tollis? cur non dimiſſam à domino ducens, non virum te, ſed adulterum impie domini cubile violando manifeſtas? intacta ſit ergo omnium manibus virgo, quæ dei pretioſiſſimum, egregiúmque donarium eſt. Immaculatam ſe & corpore & cogitatione cuſtodiat & ſic ſecurè iam fratres in Chriſto alloquatur. Quippe ad hoc ipſum illam dei famulus diligenter informãs volo, inquit, vos omnes prudentes quidem eſſe in bono, ſimplices autem in malo. Aptaui. n. vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem ne forte ſicut ſerpens ſeduxit Euam in aſtutia ſua, ita corrumpantur intelligentiæ veſtrę à ſimplicitate, quę eſt in Chriſto. Ante omnia igitur oportet virginem cogitationes ſuas puras inuiolatasq; ſeruare anima quippe perdurante in

Vide Auguſtinū de bo. co. [?] 9 2. Nuptiarū bonum.

B corrupta, corpus quoque impollutum immaculatumque ſeruatur. Porro ſi peſſimis cogitationibus contaminetur anima, quãtumlibet corpus permanere incorruptum videatur, nõ tamen mũda eius cenſetur integritas, cum ſordibus cogitationum inquinata viuetur. Diligere itaq; debemus, verum cum ratione prudentiq; iuditio dilectionis tenẽdo menſuram. Dilectio enim nil agit turpiter. Et ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Eſt autem planè iniquum & indignum, vt qui ſe his nexibus ſoluere ſtudet, falſo charitatis nomine ſeipſum ex conſuetudine voluptatũ vinculis implicet, vt iam iuxta profeſſionis votum nec animo nec corpore poſſit eſſe ſolutus. Nec enim anima eiuſmodi ſoluta eſt quę circa affectiones conſuetudinis terræ & obſcuræ occupatur: neque corpus quod curatum nuptialium ſibi inuexit vincula. Nam etſi matrimonium nomine non eſt, ſolicitudo tamen eius iniecta coniugij, corporalium curarum ſeruos, quibus ſe irrationabiliter alligauerunt abominabiles facit. Perquam vero abſurdum eſt, vt quæ virginale perſequuntur inſtitutum *, nuptiarum ſenſus mente & cogitatione pertractent, fingentesq; ſe cura & pro-

[illegible]

C uidentia ſponſi contẽtas eſſe, curatores homines probro ſuo meretricum more perquirant. Enimuero tu, ſi illum amas qui verus ac ſpiritualis amator eſt, cætera debes omnino negligere, libẽtiſſiméque tolerare cuiuſlibet extremæ licet paupertatis anguſtias, dum eo quem amas, per fruaris, ne remiſſius laxiúſque viuendo, & quæcunque ſunt

ad id neceſſaria captãdo ab hominibus, diuino amore turpiter excidas. Quæ enim in delitiis eſt virgo, viuens mortua eſt. Non ergo blaſphemetur bonum virginitatis veſtræ nomẽ, immaculatæ charitatis obtẽtu carnalibus affectionibus vitiiſq; violatum. Neque enim eſt charitas affectio ſimulata ſiue beneuolentiæ imago voluptati ſubdita, vel affectus animi malus, verum quieta dilectio, carnalium proprietatũ perturbatione libera, paſſionúmque omnium trãquilliſſima pax & ſanctificatio in ſpiritu ſãcto. Quòd ſi charitatis cauſa frater tuus cõtriſtatur, non iam ſecundum charitatẽ ambulas. Noli dilectione tua deſtruere opus veræ charitatis, neque falſi nominis charitate fratrẽ

D tuum perdas, peſſima illũ ſuſpicione ſcandalizãs, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Si quis te viderit habentem ſciẽtiam veri boni in idolio recumbere, ac pro vera & pura integritate ſimulachrũ eius mulcere blanditiis, nõnne conſcientia eius cũ ſit infirma, inquinatur, ædificabitúrque ad idẽ ſcelus præſumendum. Sic autem peccantes in fratres & percutientes eorum infirmam conſcientiam, in Chriſtum peccatis. Idcirco ſi eſca fratrem meum ſcandalizat, non mãducabo carnem in æternũ, ne fratrem meum ſcandalizem. Nunquid non habemus, inquit, poteſtatem manducandi & bibendi: nunquid non habemus poteſtatem, ſororẽ mulierem circunducendi. Sed nõ ſum, inquit, vſus hac poteſtate: bonum enim mihi eſt magis mori quã vt gloriam meam, virginitatis ſcilicet, vlla inquinet affectio. Tribus ergo Leuitica ſeorſum & vxores eorum ſeorſum. Neque ſanè, per iſta quæ dicimus diligere fratres prohibemus, verum omnes quaſi vterinos amare permittimus, & ipſos tamẽ qui ſunt eodem progeniti vtero, diligendos cautè conſulimus. Verendum quippe eſt, ne ex cõſue-

Et erga fratri cauta ſit virgo.

E tudine noſtra atque confidentia ſumpta occaſione peccatum operetur in nobis omnẽ concupiſcentiam: ſufficit nanque peccatum & per tactum fraternæ manus & per pacis ac dilectionis oſculum, ſenſum carnis ad ſua molienda opera latenter excitare, & concupiſcentiæ oculos ſicuti Adæ poſt voluptatis guſtum amplius ad malum aperire. Non ergo vel vtero eodẽ genita ſorori iugi fratris tactui, & oſculis ſe aſſuefaciat, ne per aſſiduitatem exorta in intimis paſſio ſuo tempore in actũ prorumpat, maximè cum ex venuſta corporis forma amoris faces in eorũ oculis magis magíſque ſuccenderit. Nẽpe enim & ab huiuſmodi flãma externæ quoque ſapientiæ ratio retrahẽs, formoſorũ, inquit, oſcula cauere oportet non ſecus, quàm animaliũ venenatorũ morſus: diffũditur enim venenũ ex oſculo per omne corpus: quocirca ſalutate inuicem, inquit, in oſculo ſancto, quodam quaſi ſpiraculo oſculi carnis in ſpiritus ſãcti puriſsima flagrantia inuicem ſibi iſta iungentes.

Huius meminit Lauret & Stobæus.

F Nec ſanè, arbitror, culpandi ſumus, qui in id diligentiæ pro munditia virginali munienda venerimus: niſi enim prædictum facinus vexilla ſua in eiuſmodi perſonis, ętate quoque noſtra erexiſſet, digni fortaſſe non immerito apud pleroſque putaremur querimoniis exagitari, quòd ad hoc vſque ſermonem noſtrum nudare auſi eſſemus. Quòd ſi omnem peccati ſpeciẽ etiam contra matres & filias per voluptatem carnis innouare præualuit, ſicut & Amnon fratrem per ſororis viola-

[illegible] prouocatio-nes Damo-dis ex A-chabum Iezabeli-tide.

tionem perpetuo dedecore ante notauerat: digni
(vt reor) reprehenſione non ſumus, qui pro ſeruã
da virginei caodoris ſpecie, ſponſam Chriſti iſta
quoq; cautione præmuoire curauimus. Eſt enim
grauis ac vehemens inſita maſculinis corporibus
aduerſum fœminas flagraotis coocupiſcẽtiæ vis.
Omnia iudicia meotis euertit, omnémque ſepara
tionem ſub iugum mittit, ac ſpoote ſua (vt ita di-
xerim) obſiſteute & ratione intima ſibi inuicem
iſta connectit. Nam fœminæ quidem fœminea
tangentes corpora, & mares item maſculina, ni-
A bil ferè ex eo contactu ad ſui iocitãtur coocupiſ-
centiam, niſi quis fortè ex eius memoria, quàm
vt appeteret, vi naturalis inſtinctus acceperit: irri
tatus per ardorem illum, quem ad fœminam pro
priè acceperat, cõtra naturæ iura, in alieoum quo
que babitum libidinis frena relaxet. Porrò fœmi
neum corpus maſculum attingẽs, aut contrà maſ
culum fœminæ quaoilibet hæc animæ illis inſitæ
ratione moderentur, ad congreſſum tamen mu-
tuo latẽter incitantur, ac veluti ſtuppa ſi ſtuppam
contingat, ignisq́; turſum rutilans flammantem
ignem fumum ex ſe minimè excitant, ſtuppa ve-
ro ſi igoem odorata fuerit, protinus inflammata
ſuccenditur, neque opus eſt vllo adminiculo, vlló
ve foris inſufflante, vt ex ea ignis effulgeat: ſed ſi
mul atque illum attigit, mox in apertas flammas
erumpit: ita & fœmineum corpus maſculum tã-
geos, non multo labore neque inflammante ad
concubitum amore opus babet, ſed cum natura-
li ad ſe inuicem rapiantur ardore, ſimulac ſe con-
tiogunt, ſcintillam voluptatis fumantem intrio-
ſecus ſentiunt: vnde ſcriptum eſt, Alligabit quiſ-
B piam ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta eius non
comburet: aut ambulabit quiſquam ſuper carbo
oes igois, & pedes eius non ardebunt: ita non e-
rit ionocens qui mulierem tetigerit. Quòd ſi pro
ſponſa ſua ſeipſum tradidit dominus, vt eam ſan-
ctificaret mundans aquæ lauacro & exbiberet ip
ſe ſibi eam glorioſam non habentem maculam
aut rugam, aut aliquid buiuſmodi, ſed vt eſſet ſan
cta corpore & ſpiritu, ſolicitè curare debet virgo
quomodo placeat dño, vt ſit ſãcta corpore & ſpi
ritu oeq; ita alia cauere debet, vt alia licitè præſu
mere ſe arbitretur, ſed omnes penitus occaſiones
quæ illam maculare ſeu fuſcare poſſiot, à ſe lon-
gè cobibere, vt ſit ſancta corpore, dum ex eo ad
animam nihil inquinationis importat: & ſpiritu
dom nulla bunc mala cogitatione perturbat. Nõ
ſolum enim à corpore ad animam perturbatio-
nes tranſeunt, verum ab anima iocipientes corpo
C ribus ioterdum etiam exhauſtis, oeque ſubmini-
ſtrare valentibus imagioaliter perinde ac per cor
pus fiant, in mente coofumantur. Sicut enim qui
aquam permiſcẽt oleo, vtriuſque gratiam crebra
agitatiooe coofunduot, & olei quidem lucidam
ſpeciem limoſa aquæ proprietate perturbant, a-
quæ vero naturam olei admiſtione commaculãt
ita & qui animam corpori per vitia perturbatio-
néſque commiſcent, vtrinque quod babet vtile
& ad vitam oeceſſarium demoliuntur, animám-
que lucidam ac nitidam carnalium voluptatum li
mo perturbant, & corporis munditiam atque ni-
torem hac ratiooe miſcentes, ioutile hoc ad vitæ
officia oſtendunt: verum ſicuti confuſa illa ad in-
uicẽ atque turbata vim gratiæ naturalis amittuot,

γνώμην cõ-firmat ſimi-le.

Collatio ad modum ele-gans ex cõ-trariis.

ea vero turbatione ſedata, vt quieuerint à ſe diri-
muntur, & vnumquodque in ſuam naturam ſe ad
ſeipſum colligens redit, atque oleum quidem pu
rum ac nitidum ſuperoatat aquæ: aqua vero per
lucidum illi vehiculum præbet: ita & anima &
corpus cum perturbatiooibus ex ſe naſcentibus
inuicem miſcentur, ex ea agitatione mutua vtriuſ
que oatura cõfuſa violatur, vbi vero in propriam
naturã diſiuncta reoieãrunt, anima aurigę io mo-
rem, illuſtrem ſpeciem ſuam ſupernè micantem
inſiouat corpori: corpus autem vt per naturam
graue merito illius, digoitatiq́; ſubiectum vehicu
lum illi ad vitæ vſus neceſſarios præbet. Si quid igi
tur huiuſmodi in ſe contingere virgo peruiderit,
D neque paſſionibus carnis animæ turbabit lucem:
neque his quæ ab anima initium ſumpſere, con-
fundi decorem ſuum patietur: verum vtrunque
ſuo in loco & ordine & vſu per quietem cuſtodi-
ens, pacem partibus ſapienter impertiet, tranquil
léq; & animam & corpus ſecundum naturam a-
gere aſſuefaciens coostantem, ex vtriſque con-
gruam concinoamq́; ſpeciem puriſſimam præfe-
ret, animæq; quidem candidam lucem à fluctibus
omnibus atque turbioibus quietã tegitet ſeruans
& corpori ſpeciem omni voluptatum cœno pu-
ram perpetua exercitatiooe cuſtodiens: corpus
nanque gulam & ebrietatem euaporans, volupta
teſq́; cõcubitus aduerſus animæ ſpeciem profert,
at contra anima æmulationem, & iram, & ſimu-
latiooem, & inimicitias aduerſum corpus ioſipi-
enter agitata producit, & fit plerunque vt cum vi
tiorum carnaliũ metu, ieiuoiis ac vigiliis, & reli-
E qua vitæ auſteritate corpora ad paſſiones ſuas e-
mortua reddiderimus, animæ tamen perturbatio
oes in corpore mortuo circunferamus: vt inde
iam quantum à perfectione remoti ſimus appa-
teat. Alterum quippe ſine altero ſi impleatur, im-
perfectum ad virtutem veram opus arguitur. Ne
que enim ſi corporis vitia per ieiunia, vigiliasq́;
abſciderimus: animam vero motibus propriis ex
zelo & hypocriſi & perturbatiooibus cæteris a-
gitatam negligamus, cõferre ad virtutem aliquid
corporis exercitationem arbitramur. Neque itẽ
anima ſuis purgata vitiis, ſi corpori ad voluptates
ventris reliquaſque delitias liberas babenas per-
mittamus: remota etiam fornicatioois immundi-
tia, perfectam ad virtutem vitam noſtram proba
re poterimus. Verum enim qui virtutis curſum
omoi vitiorum labe purum feſtinat oſtendere, is
neceſſe eſt animæ virtutibus adiiciat, & corporis
bona & bis quę per corpus aſſiduæ exercitationis
F labore peragit, virtutes animæ concordes oſten-
dat. Neqne enim verax & ſine ſimulationis fuco
vita eſſe poteſt, niſi animæ & corporis membra
congruentiam adinuicem & coocordiam babe-
ant: fieri enim equidem non poſſe puto, vt
aut aoimæ adipiſcamur bona, niſi abſint vitia cor
poris, aut corporis bona conſequamur, niſi virtu
tes animæ ante præcedant. Oportet autem aoi-
mam ipſam ſibimet conſentientem, cooſonum ſi
bi aptumq́; corpus accipere, atque ita demum v-
triſque anima ſcilicet & corpore ad vnum curſũ
æquabiliter ſe obtẽperãtérque mouẽtibus, perfe-
cta monſtrabitur beata vita. Virgo igitur quaſi a-
quæ oleum puram animã corpori ſemper inſidẽ-
tẽ habeat, eiuſq́; lumine ſubiectum regẽs corpus,
nihil

γνώμη.

I erſtat in priore meta phora ſi-militudine aquæ & ani.

nibil ex carnalium vitiorum, ferè nihil ex voluptate turbidum puriſſimo decori animæ admiſceat: ieiuniiſque ac ſpiritali exercitio feruores ex eo emanantes ſalubriter cohibẽs, luti eius plurimam partem continentiæ operibus exhaurire feſtinet. Ita nihil ex animæ vitiis, nihil ex zelo & hypocriſi, nihil ex inſipientia turbidum corpori communicabit, ſed animum indignatione omni & omni iracundia omníque vitioſa concupiſcentia liberũ lucidum ac limpidum in vita præfert. Porrò ſi à perturbationibus remotum ac tranquillum præ ſe ferre debet humanum inſtrumentum quòd ex anima conſtat & corpore, & vtrunque in ſua ſer-A uare natura quietum, ſuum perficiẽs munus, operæpretium eſt vt quemadmodum fluentes in corpus per vẽtrem turbidos excluſit riuos, ita & eos qui in animam influũt obſeruet atque auerſetur. Sic denique durabit vtrunque in ſua natura quietum & imperturbatum, alioquin dum vitia cõfundunt animum, virgineum decus intemeratum, ſicut oportet, exitere non poterit. Imò præter id, quòd nihil ex corporali exercitatione proficiet, fœditatis plurimum in anima ex perturbatione vitioſa apparebit: licet enim carnalium paſſionũ limum à corpore in animam euaporantem ſpiritalis exercitij ſtudio ad naturæ neceſſitatem veluti ad regulam & libram reſtringat & contrahat: ſi tamen animæ perturbatur vitiis, nihil ei carnis munditia proderit, cum in ea ſponſus ob perturbationum ſtrepitum & tumultum accumbere, ac requieſcere non poſſit. Imò & ſibi plurimum quę eſt huiuſmodi nocuit, quid ſponſo cœleſti placeat B ignorare conuicta, & inueſtigare diſſimulans: atque ita ex rationis inopia cogitationúmque peruerſitate corporalium quoque exercitiorũ ac laborũ mercede ſe priuat: nam ſi vt ſeruetur inuiolata pulchritudo animæ integrum corpus caſtúmque ſeruamus, ſuperflua iam erit & inutilis integritas carnis anima per vitia innumera corrupta atque pereunte. Quorum enim corpus peccati

γυώμη καὶ ἐναντίωσις.

inſtrumentum diabolus accipit, per id ipſorum animabus inſidias & necem parat: quorum vero carnem inuadere per continentiam & vitæ maximam auſteritatem non permittitur, horum ſæpe nudam ſine corpore animam nactus, per eas quas in illa gignit, perturbationes, ſua deſideria perficit. Eiuſmodi profectò ſunt quæcunque vigiliis, ieiuniis, chamæuniis, & reliqua corporis vehementi exercitatione ipſum à carne ſua effugantes

Chamæunia humicubatio.

iræ & ſimulationis, & indignationis, & zeli ac liuoris agitatæ turbinibus illum in animæ ſinibus fouent. Quanto autem corpus inferius eſt dignitate quàm anima, tãto minus eſt vitium quod per corpus admittitur, quàm quòd per nudam perpetratur animam: nam ibi quidem neceſſarius & na-C turalis cibus atque appetitus ad gulam ſeu fornicationẽ per adiunctas ſibi voluptates corpus omne titillat, hic abſque vlla corporali voluptate ſola peruerſione voluntatis vitia in animam influunt. Enimuero ſi ſoli animi vitiis corrumpi virginem conſtitit, cauenda illi omnino eſt omnis perturbatio & furor, & contentio, & cætera quæ dixit Apoſtolus: ſed inuidia in primis. Quiddam enim ſimilimum & qui amat, & qui inuidet, patitur. Nam ſicuti amantis cum ſua concupiſcentia fruſtratur, & animam & corpus conſumit amore, ita inuidentis quoque & animam & corpus liquefacit inuidia. Eadem enim ratione & qui amant cum ſuo fraudantur deſiderio præ amore: & inuidi quoque dum ſua concupiſcentia inanes remanent, præ inuidia, & corpore ſimul & animo tabeſcunt. Nec ſecus planè quàm ceręę patiuntur imagines, quæ noctu à cerariis effictæ igneis poſtea ſolis radiis liquefactæ ſoluuntur: illæ enim quàm diu eas nocturnæ, continent tenebrę compactam in vmbra atque ad nocturnas auras figuram ſicuti effictæ erant, ſuperficie tenus ſolidam ac fortem interim præferunt. At vero iam rutilã-D te ſole, itineriſque ſui curſum peragente, quando cętera illius virtute nutriuntur, lucéque fruuntur, liquefactæ illæ & formas vnà & figuras & habitus, illúdque ſuperficiale robur amittunt: confuſiſque omnibus vaneſcũt: ita ferè & inuidi, quam diu ſub diaboli tenebris veluti in nocte ad inuidiæ conſuliant opera, ſolidas interim cogitationes & figuras ac formas ſicut ab inuidia formatę ſunt ſibi inuicem videntur oſtendere: vbi vero ſtudioſus quiſque & induſtrius ad virtutis opera ſolis inſtar matutinus effulſerit, cæteri quidem virtutum vitam, deóque placitam, & gratam conuerſationem admirantur, atque ad amoris intimè agnitionem ab eo illuſtrati virtutis nutriunt ſemina: qui vero inuidia tabeſcũt, illum in modum ſolis inuictum, deóque chariſſimum ac virtutibus clarum cernentes, & magis magiſque conſpicuum tanquam cerei (vt dixi) & corporum formis & animis inuidiæ plenis repente liqueſcũt atque deficiunt. Serenum igitur oportet eſſe virginis animum ac diuinis cogitationibus, veluti ex quodam puriſſimo fonte ſtagnantem, tranquillum, E pacificúmque durare, vt neque inuectis extrinſecus per aures verbis agitentur, neque irruentibus per oculos formis à ſtatu illo ſuæ quietis fluctuãs deuiet: ita veluti in lucidiſſimo ſpeculo & ſuam ſpeciem & ſponſi pulchritudinem intuens, illius amore carius ac germanius exatiabitur. Quocirca neceſſe eſt virginem in hoc aquæ ſpeculo nullam aliam intendere faciem, ne illam quæ prius inerat, ipſa continuo ſubrepens deleat. Non, inquam, vel ira vel triſtitia, vel quibuſlibet perturbationibus aliis eam omnino iactari decet, ne alienas imagines ineſſe animo ex ea agitatione demõſtret. Sed eodem ſemper modo diuino placidiſſimè perfuſa gaudio, tranquillã ſe ab omnibus paſſionum fluctibus ſeruet, nulliúſque in ſe niſi ſpõſi ſolius præferat ſpeciem, vt ſolus ille in ea propriam cernat imaginem, ſolámque anima ipſius formam in ſpeculo ſuo habeat lucentem, eiúſque pulchritudine ornari iugiter appetat. Idcirco præmuniẽs ipſius animam deus, ſacro illam eloquio inſtruit, dicens: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcẽderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, ne ſcilicet aſcendente poteſtatiua cogitatione, imago illa veluti nacta locum in ſpeculo, obſiſtente ne-F mine, peccati ei inſinuet ſpeciẽ, impleatur Chriſti facie tota virginis anima: nullúſque omnino in ea locus vacet quo aſcendens otioſa cogitatio inueniat vbi ſua & ſeipſam ſpeculetur. Nullius igitur (vt breuiter dixerim) abſentis, nullius præſentis hominis ſpeculum ſit virginis anima, niſi ſancti ſponſi ſui: nulla prorſus in eo alia quã ſponſi inſpiciatur forma. Nullam aliam ob rem ſpeculum

Collatio amantis & inuidi.

A ſimili ſeſpaſiouis

Metaphora.

culum animæ ſtudioſè ipſa detergat, niſi vt ille
huic ſuæ pulchritudinis irradians ſpeciem, illam
beatiſſimam faciat. Nam ſi mortalium quiſquam
huic inhæreat ſpeculo: neceſſario iā omnino cir-
ca huius occupata formam, ſponſi facie ſenſim ſe
abducente atque dilabente illum nuſquam intue
bitur. Sicut autem qui adhæret meretrici, vnum
corpus eſt: ita & qui adhæret domino, vnus ſpiri-
tus eſt: dum & corporis purgatur vitiis, & animā
in diuinæ imaginis excellentiam trāsfert. Neque
ſanè ſi virginem ad veram integritatem prouocā
tes, mortalis interim ſponſi vtamur exemplis, vl-
lam ei nuptiarum carnalium cogitationem iniice
re intendimus: verum ex carnalis connubij copu
A la, coniunctionem rationalis animæ cum deo dei
verbo ſapienter oſtendimus. Sicut enim corpora
communione coniugij, voluptate, affectibus, cor
ruptione concubitus per conſpirationem ad actū
vnum fiunt: ita & rationalis anima maritali con-
ſortio ad deum verbum virtute & incorruptione
& vera tranquillitate perfruetur: vt his freta mu-
neribus, per veracem conſenſum, quo ad ſanctifi
cationem ex eo verbo ſibi prouenientem nititur,
puriſſima fiat. Quocirca quæ Chriſto per virgini
tatis profeſſionem copulata eſt, tanquam ſapien-
tiæ ac verbi dei ſponſa, ſapiens ac prudens ſit ne-
ceſſe eſt, vt omni ſtultitiæ & inſipientiæ nota iugi
diuinarum rerum meditatione longius exploſa,
ſapientiæ cui coniuncta eſt, ornetur pulchritudi-
ne. Cum enim cæteris qui beati eſſe ſtudent, tum
ſponſæ Chriſti in primis conuenit operationes a-
nimæ quæ per ſenſus fiunt, ab exterioribus ad in-
teriora conuertere, ac ſponſo in intimis thalamis
B vt deo dei verbo perpetua dilectione ſociari, cū
eo colloqui & in eius die noctúque lege medita-
ri, & his quidem quæ ad ſponſum ducunt, Lege
ſcilicet & Euangelio: & ſi qua his conſona ſponſi
decorem exponunt oblectari: ſanctiſque intelli-
gentiarum fœtibus, ſapientem ac rationalem ma-
gis ac magis ſemper euadere, donec æternam ſa-
pientiam ſibi penitus iungat, vnúmque cum eo
cui inhęſit effecta ex corruptibili fiat incorrupti-
bilis: ex imperita prudens ac ſapientiſſima tan-
quam verbi cui inhęſit coſta, atque (vt breuiter di
cam) ex homine mortali immortalis deus, ſicut il
le cui coniuncta eſt omnibus manifeſtetur. Sicut
enim ſponſus eius, thronos & dominationes de-
ſerens, illi rationi mortalitatis adhæſit, vt vnum
cum illa miſericorditer factus, ſua illam gloria &
immortalitate donaret. ita & ipſa ei qui ſui gratia
exuit principatus ac poteſtates & ſeipſum a for-
ma dei ad ſerui formam per nimiam amoris vim
C exinaniuit: immortalitatis ratione inhærere de-
bet, vt in cœleſtem quoque thalamum ad patrem
aſcendenti coaſcendat. Propter hoc enim, inquit
relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhę
rebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod
exponens qui ad incorruptionem vitæ ſponſam
Chriſto præaptare cupiebat: ſacramētum, inquit.
hoc magnum eſt, dico autem in Chriſto & in ec-
cleſia: neque enim ideo deſcendit Chriſtus vt in-
hærendo ſponſæ remaneret in terris, ſed vt aſſu-
mens eam atque in meliora commutans, è terris
ad cœlos & ad regna æterna reueheret. Nempe
quæ Chriſto deſponſa eſt, nō modo ad ſponſalia
lauacra Ioanne vtitur miniſtro, ſed angelos etiam

Collatio ex Apoſtolo.

Explicat inductam collationē.

Collatio ſponſi & ſponſæ.

habet, qui aſcendenti ad patris ſoliū epithalamiū
canant: non modo igitur virgo vnione qua incor
ruptibili verbo coniungitur, incorrupta perdurat
verum illa quoque integritas poſtquam fuerit v-
nita perficitur. Non enim in morem carnalis ſpō
ſi qui integram virginem carnali coniugio violat
& mulierem facit, animarum quoque noſtrarum
ſponſus incorruptam animam ſua communione
commaculat: ſed inquinatā potius à diabolo per
voluptates corporis nactus, eam ex muliere pol-
luta immaculatam virginem efficit: hāc denique
myſticam deſponſationis rationem ipſe nos per
prophetā edocet, cum ad ſponſam ſuam dicit: Nū D
quid vt domum me vocaſti & autorem virginita
tis tuæ? Quaſi diceret, & autorem incorruptionis
tuæ. Sicut enim autor ac princeps vxoris corrum
pendæ eſt vir, ita incorruptionis cuiuſque noſtrū
autor eſt dominus, qui cum noſtræ inuiolatæ pu-
ritatis ratione ſit dominus, ipſam à principio no-
bis indulſit, quem etiam incorruptionis noſtræ
dominū oportet recognoſcere, in eo ſcilicet ma-
nēdo & inhabitādo. In ipſo quippe viuimus, mo-
uemur & ſumus, vt eum quaſi totius virtutis & in
tegritatis domum ſemper incolentes, nō excida-
mus eo quòd in ipſo eſt illibatæ ſanctitatis domi-
cilio. Sicut enim in his qui digni ſunt, inhabitat &
inābulat, ita rurſus qui digni ſunt in ipſo habitāt.
Idcirco etiam poſtquam nos à ſeculi negociis cu
riſque ſuſcepit. Ingreſſos iam in illū & in ipſo ha-
bitantes, ne ab eo excidamus: prouidè admonuit,
dicens: Manete in me, & ego in vobis: ita cum in-
ter cætera magnum quiddam atque ſplendidiſſi-
mum virginitas intelligatur: regenerationis etiā
atque incorruptibilis vitæ ſemen eſſe quoddam E
puriſſimum cernitur. Si enim in reſurrectione ne
que nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut ange-
li, efficiuntur filij dei. Et hi profectò qui virginita
tem ſeruāt, angeli ſunt: qui viuentes in carne cor
ruptibili mortalium vitam illuſtrando tuētur: an-
gelique ſunt, non obſcuri aliqui, ſed ſanè illuſtres
atque nobiliſſimi. Illi enim carneis nexibus libe-
ri, integritatem ſuam in cœlis ſeruant & loco & na
tura inuiolabiles & apud ſummum regem omni-
um deum conſtituti. At vero iſti in terra carnis il
lecebris & voluptatibus diu reluctantes, ac dia-
boli tentamenta perpetua exercitatione vincen-
tes, incorruptionem angelicæ puritati parem vir-
tute præcipua ante creatoris oculos cuſtodierūt.
Qua in re virginum pulcherrimum ſtatum meri-
tò quiſq; admirabitur, quo fœmineo veſtitæ cor-
pore, mollitiem ſexus animíque laſciuiam iugi e-
xercitio virtutis repulerūt, viriſque pares ſicut etiā
animo pares conditæ ſunt, per virtutem euaſerūt: F
& ſicut illi per ſacri certaminis labores ex viris
in angelorum ordinem tranſeunt: ita & ipſe paris
certaminis gratia ex mulieribus ad eandem dig-
nitatem angelorum transferuntur. Quæ igitur in
hoc ſeculo pares maribus animo ſunt: & ſi per a-
mictum fœminei corporis ad eam æqualitatem
non adſpirant, eas in futuro ſeculo per omnia æ-
quales angelis virtutis merito inueniri certū eſt.
Si enim quando non nubent, neque nubentur, an
gelis æquales declarantur quæ in hac vita ſtudio
id & labore conſecutæ ſunt: iam nūc profectò an
gelis pares ſe cunctis comprobarunt, dum maris
ac fœminæ proprietates ad carnis copulam ſua-

pte

pre naturæ tendentes, virtute absciderunt, animabúſque nudis & expeditis cum hominibus in terra commoratæ ſunt. Nempe enim niſi in fœmineo corpore per conſenſũ voluptatis anima formetur ad vitia, non eſt iam maſculus & fœmina, non eſt voluptas & perturbatio: ſed omnia in omnibus Chriſtus. Mortificatis quippe corporibus, edomitaque voluptate quæ per naturam ineſt vtrique ſexui ad ſe mutuo concupiſcendum, ſola iam anima in eis viuere per incorruptionis meritum cernitur. Et ſanè quæ huiuſmodi eſt, ſponſi ſa mulum tangere tuto licebit: quandoquidem in eius carne fœminea non viuit voluptas, humaniter
A item ac ſyncerè ſuſcipiet fratrem, pedes eius iuxta præceptum domini lauans, alitúmque rerum indigentem cura refouens, è mortuíſque corporis manibus mortuum, quantum in ſe eſt contrectans corpus. Quia enim mortificauit membra, quæ ſunt ſuper terram, viuítque iam non ipſa: viuit vero Chriſtus in ea. Et quod nunc viuit in carne, in fide viuit, peragat ſanè virtutis opera Chriſto ſolo in ſe viuente, & quæ ſua ſunt in ea operãte, cum Chriſto vnà crucifixum ac mortuum circunferens corpus: ſic inquam ſponſi mãdata exequẽs, per omnem actum clariorem refert animæ ſpeciem. Quando enim tangente corpore nullo affectu anima ad maſculi commouetur imaginẽ, ſed illud quodammodo inſenſibiliter tangit, voluptas in eo mortua permanet, cum nõ poſſit qui illam exterius tangit ad propriam eam excitare libidinem. Ita enim & cum ferueret perſecutionis immanitas: electæ virgines propter ſponſi fidem ad illudendum impiis hominibus traditæ corporibus inuiolatæ durarunt, eo ſcilicet cuius gratia id perferebant, impiorum conatus in earum car-
B ne irritos arguente, & integra earum corpora nõ ſine prodigio & virtute diuina iugiter cuſtodiente, aut ſi quæ etiam vim paſſæ ſunt, non conſentiẽte ad voluptatẽ anima, quia mortua corpora violari barbarica feritate putabant: integram atque incorruptam animam, nec alienæ libidini conſentientem ſponſo ſuo & fide & virginitate inclytam mainte cũ gloria & laude obtulerunt: voluit profectò dominus dignanter oſtendere, eas cum ipſius nominis confeſſione præſenti corporis honeſtati prętuliſſent, nec animas per negationẽ fuiſſe violatas, & corpore non conſentiendo voluptati integras omnino euaſiſſe. Niſi fortè qui per ſummam veſaniam iugulatam virginem violare pergit, cum quia mortuam quoque eo cõcubitu violaſſe fateatur, poſſet ille quidem eam cædere, ſed nulla poſſet ratione corrumpere. Se quippe ipſe corrumpit, ipſéque corrũpitur: virgo abſente anima, inuiolata perdurat. Similes profectò ſũt, quæ cum inter perſecutiones caſúſque omnes illuderentur à viris, quidlibet quomodolibet paſſæ, ex ea mortificatione carnis integrę atque incorruptæ perſtiterunt. Præteritæ quippe exercitationis tempus eas aduerſus huiuſmodi pericula ſatis in-
C ſtruxit, cum viuentes in carne non ſecundum carnem militarent. Idcirco & reliquas ad eiuſdem virtutis imitationem prouocantes, aiunt, ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Oſtendant, inquam, quæ ſunt eiuſmodi per benignam ſuſceptionem ſtudium fraternitatis. Nam & Maria pedes domini deoſculans, non vt viri, ſed tanquam domini oſculabatur pedes, lacbrymis quidem antiquam flagrantis concupiſcentiæ voluptatem in ſe prudenter extinguens & conſeneſcere faciens, affectúque egregio in dominum & ſanctis oſculis ſpiritum animæ vehementer accẽdens. Viuebat itaque ſpiritu, cum & ſpiritu ambularet, & erga ſponſum pro peccatis ſuis omnia cũ prudẽtia gereret. Cæterùm peccato erat mortua, quæ maris & fœminæ cogitationem in tactu pedum oſculíſque corporeis prorſus extinxerat. Tãgat, inquam, quę huiuſmodi eſt, ſi qua tamen talis eſt, mandatúmque domini compleat. Et ea tamẽ quæ talis eſt tangens, vbique prudenter ac vigilãter attendat ne fortè dum iugiter tangit, paulatim D
in eam voluptas ex carne clam ſubrepat: ſicque huiuſmodi infecta veneno & ipſa (quod abſit) dicere habeat. Veniente autem voluptate, peccatũ reuixit: ego autem mortua ſum, & inuentum eſt mandatum charitatis, quod ad vitam eſt ipſum, mihi in mortem. Si enim angeli quoque corruerunt: multo magis qui angelis parea euaſere lapſum timere debent, ne fortè poſt parilitatem illã angelorum, quam virginitatis ſibi exercitationem quæſierant, videntes filias hominum quia pulchræ ſunt, ad ipſas carnalis concupiſcentiæ inſtinctu deuoluantur, dicátque eis: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes: Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Itaque multo melius eſt virginem ſecuritati ſuæ & intuentium ſcandalo cautè proſpicere, ac prudenter conſortia quæque vitare, atque interim inhumanitatis elogio apud pleroſque notari, quam ad voluptatem detrimentúmque cuiuſquã obtentu humanitatis & officij locum latenti ſubreptioni dare. Reliqua igitur aſpernetur & negli-
gat, & ſoli domino ſemper intenta, angelicæ puri E
tati parem caſtitatis pulchritudinem à præſenti ſeculo ad futuram regenerationis vitam hinc iã integram, illibatámque præmittat. Virginitas enim vitam noſtram de corruptione ad ſanctitatis gloriam colligit. Nam priores illi quidem homines ex paucis (vt dixi) ſeminibus fœderatis nuptiis orbem terrarum humanitatis fruge impleuerunt, hæc autem ſata iam toto orbe per voluptatem connubij grana intra cœlorum horrea congregat. Hanc nempe ſatorum in caſtimonię glorioſam tranſlationem ſignificans dominus dicebat: Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia iam albæ ſũt ad meſſem. Per totum enim orbem prius inhabitabilem poſt habitari cœptum, plurimam ſegetem grauéſque humani generis frugibus culmos, & flaueſcentes ariſtas per omnes terrarum tractus intuens dominus, eiuſce ſpicas colligendi tempus iam iam inſtare, atque adeſſe probauit, ideo virginitas ſciens quia ſicuti naturalem ad mortalis vitæ progeniem per voluptatem coniugij humanitatis iacta fuerant ſemina, ita ad ſuiu- F
cam vitã hinc iam vitæ noſtrę ſemina oportet per caſtitatis mũditiam ferere, ipſa per ſe pura, ſanctę integritatis ſemina ad incorruptibilem vitam agricolæ pręparat: reſecans validiore incorruptionis manu fœmineorum corporum ad maſculina congreſſum, virtutéque inuiolabili clariorem ſpeciem ſuam regenerationis ſeculo parans. Præoccuparunt denique virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationẽ, quæ

Quales Tecla, Agnes, Agatha, Lucia.

Argu. à maiore.

Metaphora Euangelica.

quæ in reſurrectione cootinget, in ipſis dei virtute perſiciendum eſt: hic enim aogelurum inſtar, neque nubunt, neque nubentur, verum & virtute animæ & corporis integritate angelis æquales ſunt. Porrò quòd incorruptibilis vitæ ſemẽ è terris ad cœlum transferendum ſingulari gloria, virginitatem dominus noſter eſſe voluerit, & incorruptionis honeſtati per integerrimam caſtitatem corpora noſtra conſueſcere, ex eo in primis conſtat, quòd cum legi in omnibus obtemperauit ſolum coniugium reouit. Oportebat enim vt qui A ex intemerata virgine incorruptus etiam ſecundum carnem natus erat, ne coniugij quidem corpoream experiretur corruptionem. Cæterum à corruptis per iugalem copulam naturali integritati noſtræ incrementa ſuppeditans, quemadmodum Adam præſeotis vitæ ſemeo per coniugij voluptatem fuerat: ita & ipſe ſemen futuri ſeculi per virgiuitatis fieret integritatem, vt ſicut illum per matrimonium ſerẽtem humanum genus, hominem in terrena vita ſecuti ſumus: ita & dominum per virgioalem puritatem futurum ſeculum ſerentem, prudenter ſequeremur. Quòd ſi non otioſè paradiſum, primiq; Adam in eo conſpicias vitam, inuenies profectò illum adhuc in paradiſo cõſtitutũ opus non habuiſſe cognoſcere vxorem ſuam. Poſt præuaricatinnem vero, mortiſq; ſenteotiam, poſt paradiſi amiſsinnem tunc iam vxorem cognnuit ſuam, vt vitæ poſtea murtalitatem prolis ſucceſsione ſularetur. At contra virgo eum qui ad paradiſum reuehit ſequens in illo, & cum illo iam inter paradiſi delitias æterna amœnitate incorrupta lætatur, maledictum illud effugiens B quo extra paradiſum conſtitutæ mulieri dictum eſt: In doloribus paries filios, & cætera. Neque iam illic intelligere valet quomodo cognouerit Adam vxorem ſuam. Nec enim cum in paradiſo eſſet. Sed poſtquam inde fuerat eiectus, hoc dictum eſt. Neque vero nos idcirco iſta dicimus, vt quaſi virginitatem humano generi præcipiamus: ſed his, quæ pretioſiſsimam illius margaritam emere inſtituunt, eius ex omni parte munditiam inſinuamus. De virginibus autem præceptũ domini non haben, cõſilium autem do, quaſi miſericordiam conſequutus à domino. Non enim humano generi dominus per legem aut Euangelium virginitatis ſtatuit leges. Nam qui vtrique ſexui maris & fœminæ eum quem antè monſtraoimus ob matrimonij neceſsitatẽ ad ſe inuicem habitum molitus eſt: eiſq; qui mortales ex immortalibus effecti fuerant, aliam, ferè dixerim, C Immortalitatem per ſucceſſionem generis parauit, quique idcirco dixerat: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: qua tunc ratione de virginitate leges ponere debuit, cum vel ad ſupplementum eorum, qui in bellis mortem opperirent, gignendorum multitudioem eſſe neceſſariã cerneret. Nempe enim in lege quam per Moſem dedit, liberorum procreatio benedictione quoque digna cenſebatur. Poſtea vero quàm ſuis vbique fructibus floruit mundus: tantáque multitudine hominum referta terra eſt, vt neque naſcentium iam numerum capiat: adéſtque illud quod in aduentu domini fore prædictum eſt: cum hi ſcilicet qui eius monitis prudenter obtemperãt, coocidunt gladios ſuos in aratra, & lanceas in falces. Neque ſumit iam gens contra gentem gladiũ neque vltra bellare diſcunt. Iuſtiſſima ratiooe virgioitas contrà atque hi, qui corrumpuntur per corpus ex corporibus veriſſimam integritatem germinat. Nec tamen (vt dixi) de virginitate tulit per Moſen dominus legem, vtrunque ſexum intuens, hominumque naturam. Neque hanc in Euãgelio pręcipit, ſed aſſumpta Moſi lege, quòd illi ad perfectionis meritum deerat, edocet, dicens, dictum eſt: Non fornicaberis. Ego autem dico tibi, non concupiſces, & cætera: ſedénsque in monte à beatitudinibus incœpit aperire os. Percurrens quoque Moſi leges, & eas ad verè virtutis prouehens culmen, cum ea quæ ad ſalutem conferunt, mandata docuiſſet, impleto doctrinæ D cœleſtis mioiſterio, de monte deſcẽdit: nuſquam virginitatem inter veteris vel noui teſtamẽti mãdata conſtituens. Voluit quippe eximiæ virtutis meritum non iuſſionis neceſſitati obnoxium fieri: ſed egregij ac ſingularis animi ſpecimen atque indicium eſſe, dum ſponte ſua nulla imperij neceſſitate cogente quod mandata omnia excellit, & ſupra humanæ naturæ modum eſt deſiderio affectúque virtutis efficeret. Cõiugium quippe naturale eſt, vbi etiam lex conuenientia naturæ diſponit. Virginitas vero ſupergreſſa naturam legis vioculis oon tenetur adſtricta, quæ incorruptionis excellentem virtutem creatori & autori legis iure pretioſi muneris offert. Idcirco dominus quidem (rurſus enim id repetam) nuſquam de virginitate leges tulit. Permiſit tamen vt ſicut ab incorruptione ad corruptionem præter naturã immoderata poteſtate vtens, homo defluxerat: ita E rurſus à corruptione ad incorruptionem naturã ſuam præſtantiori voluntate vim ſibi inferendo proueheret. Non, inquam, iubet, neque imperat hanc rem: excellens quiddam & ſupra naturam, ſupráque legem ac virtutis ſtudio deditæ aoimæ propriam eſſe oon ignorans. Cum enim audiſſet dicentem ſibi: Non expedit oubere, volens illius excellentiam pandere: Non omnes, inquit, capiunt. Quem & diuus Apoſtolus ſequens, ea quidẽ quę ſunt ad vitam neceſſaria, in epiſtolis mandat, Eccleſiámque ſingulis ordinibus quaſi vnum corpus à capite (vt ita dixerim) vſque ad extremos vngues componit atque ornat. Cęterum de virginibus nihil ipſe decernit, ſed cum inde ioterrogaretur, imitatus eſt dominum, dicens: De virginibus autem præceptum domini non habeo, nuſquam enim inuenio, neque per legem, neque per Euangelium hoc eximium ſanctæ & ſingularis animæ meritum à domino fuiſſe imperatum. Porrò ſi- F cut rogatus dominus his qui ſe interrogabant: Non omnes capiunt, reſpondit, neque tamen magnitudinem ac dignitatem rei, modúmque quo virgioitatem quiſpiam aſſequeretur, tacuit. Sed inter eos trinam eunuchorum ſpeciem, oſtendit: ita & ego, & ſi præceptum domini non habeo, conſilium tamen do. Quia enim ſupra naturam ea res futura eſt: meritò ab ea ſeruilis omnis iuſſio explodi debet: liberóque potius conſilio agẽdum ac docendum, quo pacto poſſit is qui liber imperio, & ſua ſponte præſtantior effectus eſt, naturæ ſuæ ad conſequendam inuiolabilem integritatem vim inferre. Quemadmodum igitur dominus virginalis abſciſionis modos rogatus aperuit,

Collatio.

Metaphora.

Collatio coniugij & virginitatis.

Virginitas quiddã eſt eximiũ & ſupra naturã legẽ.

De virginitate non præceptum ſed conſiliũ datur.

ruit, & diſcipulus virginitatis intulit conſilium, dicens: De virginibus autem præceptum domini nõ habeo: conſilium autem do, quaſi miſericordiam conſequutus à domino vt ſim fidelis. Arbitror autem hoc bonum eſſe, propter inſtantem neceſſitatem quia bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori, atque hoc vinculo antequam merita virginitatis agnoſceres constrictus, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem. Quaſi dicat: Ne ligari quæras hoc vinculo. Si autem & vxorem ducas, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccat. Tribulationem autẽ carnis habebunt huiuſmodi, aperientes ſibi per coniugij copulam dolorum officinam. Ego autem vo-

A biſ parco. Hoc autem dico fratres: Tempus iam breue eſt. Regiones enim albæ ſunt, & iam iã ad meſſem flaueſcunt, vt & qui habent vxores, quaſi non habentes ſint: non autem qui non habẽt, ſint quaſi habentes. Sicuti profectò quidam faciunt, qui cum ex virginitatis voto vxoribus careant, ac ſi eas habeant ſe agentes virginitati contumeliam faciunt. Et qui flent, ſint tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes: & qui emũt, quaſi non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mũdo, quaſi non vtantur. Præterit enim figura huius mũdi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt domini, quomodo placeat domino. Qui vero vxorem habet, ſolicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat vxori. Et diuiſa eſt mulier quæ nupta eſt, & virgo: quæ innupta eſt, ſolicita eſt quæ ſunt domini vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu: quæ autẽ nupſit, ſolicita eſt quæ mũdi ſunt, quomodo placeat

B viro. Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire domino abſque vlla diſtractione. Si quis autem indecorum virgini ſuæ putat, ſi prætereat nubendi tempus, & ita fieri debet: quod vult, faciat, non peccat, nubat. Sciat tamen quia magis mortali viro & mundo placere, quàm domino fruendæ voluptatis gratia elegit. Qui autem ſtatuit in corde ſuo firmus, nõ habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, bene facit. Igitur qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit. Melius eſt enim nubere, quàm vri. Et qui non iungit, melius facit, hãc domino mortalis viri vice deſpondens. At vero dominus his qui coniugij moleſtiã didicerant, & quod ſolui facilè non poſſit, vxoris vinculum ægrè ferebant, dixerántque: Non expedit nubere. Non omnes, inquit, capiunt verbũ

C hoc: ſed quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones, qui ex vtero matris ita nati ſunt: quicunque ſcilicet naturę beneficio ad concubitus illecebras abſciſi connubia reſpuunt & aſpernantur. Et ſunt eunuchi, qui ab hominibus facti ſunt, doctrina, diligentiáque cuſtodia ad virginitatis obſeruantiã inducti: ſicut & illa, quæ à patre virgo ſeruatur, de quo dictum eſt: Qui autem iudicauerit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Et ſunt ſpadones, qui ſeipſos abſciderũt propter regnum cœlorum: qui etiam cæteris præſtantiores ſunt, quia cum neque naturæ ad caſtitatem tuendam nitantur auxilio, neque ab hominibus, quorum ſub ditione ſunt, ſpe præmij alliciantur, ipſi ſemet

εὐνοῦχοι. Primi caſti natura procreati. Secundi ſpadones. Tertij propter regnũ dei.

propter regna cœlorum ad virginitatis præclarũ certamẽ exercent, coniugiúmque & ſimul omne ſeculũ eius ſeruandæ cauſſa contemnunt, regnúmque cœleſte cum ſudore, glorioſiſque laboribus capeſſunt. Nam qui ex vtero matris eunuchus eſt vt per naturam caſtus, nihil operis proprij poteſt in ſpecie ſanctæ virginitatis oſtendere, naturæ (vt dixi) bonitate non caſtitatis affectu, aut ſtudio cõnubium renuens. Ita & qui abſciſſus ab hominibus eſt, dum obſeruatione iugi virginitatem ſeruare compellitur, huiuſce ſanctitatis gratiam nõ eſſe ſui meriti, verum ſe obſeruantium indicat.
At vero qui ſeipſum inſtinctu gratiæ ſpiritalis ab- D
ſcidit, præcipuúmque ac ſingulare opus per continentiam, & ardẽs ad cuncta exercitium munus ſuum fecit, hic ſuis non alienis rectè factis in cœleſti regno honeſtus & clarus eſt. Illud prętereà notandum, quòd verbum domini ad eunuchos apud Eſaiam reſumens ſpadonum differentiam dominus tradit, nihil à doctrinæ ſuæ more deuiãdo. Sicut enim per Moſen non mœchandum, ſimpliciter iubetur: in Euangelio autem quomodo non ſit mœchandum, quique ſeruandus modus dominus explicat: ita & per Eſaiam eunuchos fieri: in euangelio, quo pacto fieri oporteat, nec vnam, ſed trinam eſſe eunuchorum ſpeciem intelligendam, veritas docuit: vt illic generaliter eunuchus, hic etiam diſtinctè, & per ſpecies nobis deſignetur. Nec ſanè repugnãt ſuperiùs expoſitis quæ modò dicimus, neq; enim de ſpadonibus in Eſaia leges tulit, aut imperauit eiuſmodi abſciſſionem, ſed quibus digni ſint præmiis præclari & optimi eunuchi, prædicauit. Iuuat autem verba ipſa diligenter inſpicere: *Hæc dicit dominus eunu-* E
chis. Qui cuſtodiunt ſabbata mea, & eligunt quæ ego volo, & retinent teſtamentum meum, dabo eis in domo mea, & intra muros meos locum nominatũ meliorem filiis, & filiabus: nomen æternum dabo eis, & non deficiet. Non ergo his, qui caſu aliquo ſimpliciter eunuchi ſunt, huiuſmodi promiſſio ſit: ſed qui cuſtodiunt, inquit, ſabbata mea, & eligunt quæ ego volo. Sabbatum vero nõ in opere, ſed in operis ceſſatione intelligitur. Vult itaq; ſabbatizare virginem, vti ne virginitatem operando cuſtodiat, ſed abſque motu operis integritatem inuiolabilem ſeruet. Quaſi dei ſimulachrum, inquit, ex anima & corpore virgo in terra formata eſt. Myſticè ergo ſabbatizet, non pedem, non manum, non oculum, non aliud quodlibet mẽbrorum, ſed ne animum quidem ad corrumpendam naturalem pulchritudinem moueat ſed perſiſtat vt præclara diuinæ maieſtatis effigies ſolida, atque immobilis ad omnem imaginem F
ad omnem tactum, ſemper ac iugiter in petra ſtãs ne quis ſiue per oculos, ſiue per aures, ſiue per alium quemlibet ſenſus ſubrepens, aut animæ inditas moueat figuras dei, aut confuſis primitiuis formis, ſuas ipſi peſſimè ac licenter inſculpat: ſicque corrupta & obliterata animæ ſpecie, corpus iam luteum ac materiale per illicitos tactus vbique probris & maculis repleat. Stet igitur immobile, ſtet fixum ac ſolidum ſimulachrum domini, perpetuò ſabbatizans vt neque ſui ipſius vitio motum vſpiam nutet, aut in ipſo motu dum fortè rnitatur, aliquid naturalium lineamentorũ collidet ac violet, neque ad externa manu agita-

Eſa. 56. b

שבת quod requies ceſſatio.

Vel hinc colligitur ſententia Baſilij.

tum ſutto florem naturalis decotis amittat. Fortaſſis hoc ſabbariſmo quo pacto etiam virginitas acquiri poſſit naturaliter ſimul ac mirabiliter ſignat. Sicut enim exponens ſalutis noſtræ commercium: Ne inquit, dixeris in corde tuo: quis aſcendet in cœlum? hoc eſt Chriſtum inde deducere: aut quis deſcẽdet in abyſſum? id eſt, Chriſtum ex inferno, mortuíſque reducere, Sed quid? Prope eſt, inquit, verbum in ore tuo & in corde tuo, neque opus habes quæ à te adeo remota ſunt, cœlos ſcilicet aut abyſſos perſcrutati, ſed eo quòd prope eſt, & tu vtere prompto adiutorio: ſi enim confeſſus fueris in ore tuo dominũ Ieſum, & cre-

A dideris in corde tuo quia deus ipſum excitauit à mortuis, ſaluus eris: ita fermè & de virginitate ait: Ne dixeris, quomodo aſcendam in cœlum, virginitatis meæ integritatem inde deducere: aut quomodo deſcendã in abyſſum, vt eam dudum à diabolo corruptam mihi ipſi recuperem. Sed quid? Prope te eſt, inquit, & per naturam tecũ nata virginitas. Neque igitur maria transfretare vt eã acquiras tibi opus eſt, neque vaſtum & infinitũ peruolare aërem, neque terrarum tractus hanc veſtigãdo circuire, aut è terris euolare, cœlúmque pro ea inuenienda luſtrare, ſed omiſſa (vt dixi) cura ſuperflua huiuſce locorum ſpatia, & interualla peragrandi, te ipſam vt te habeas, diligentius inſpice, atque hanc in te per naturam opertam abditamq́; reperies. Quam ſi tecum & apud te permanere inuiolabilem cupis, perpetuum ſabbarum celebra, hoc eſt, mane quod nata es. Ne manum moueas ad tangendum virum, neque plices explicita, ne-

Non ita interpretatur Ne dixeris in corde tuo

B que ſoluta colligas, neque inuiolata membra alterius generis membris iungendo corrumpas, ſed permane quòd es in cubiculo cordis, nihilque amplius inquiras. Apud teipſam ſabbatiza, nihil operans quo id ſoluatur, quod in te per naturam eſt. Non te muros atque parietes, vt virginitatem reperias, tranſilire neceſſe eſt. Iſta quippe ſi egeris, fortaſſis & virgo eſſe deſiſtes. Porro in cubili, ſi hunc ſabbatum celebres: integram te puriſſimámque cuſtodies, ſicq́ue facilè inquam virginitatem rem omnium pretioſiſſimam, ampliſſimúmque patrimonium habitura es. Non enim impendens aliquid vel noui quippiam gerens, hanc tibi vindicare & acquirere poteris, ſed immaculata virgo quòd nata es, permanẽs optima ſemper omnibus clariſſimáque videberis. Cæterum ſi hoc amittas, patrimonium integerrimæ caſtitatis, quanuis illa omnia facias quæ dixi, cœlúmque ac terras & maria & abyſſos, immenſúmque aërem peruagata fueris: nulla hoc omnino ratione recuperare iam poteris. Quo enim pacto quod corruptum ſemel eſt, iam incorruptũ fiet? Qua ratione quæ cognouit virum, quaſi quæ nõ agnouerit exiſtimabitur?

C Quomodo quod penitus concupiſcentia & voluptate & perturbatione vulneratum eſt, quaſi alienum iam erit à vulnere cum ſigna corruptionis in anima, & corpore impreſſa iugiter maneant? Pœnitẽtia quidem peccatum relaxari certum eſt, verum quæ corrupta eſt, quaſi ea inuiolata perſtiterit, redintegrari omnino non valens, dum viuit, lugebit. Quocirca quoniam hæc pretioſiſſima omnium eſt, maximáque poſſeſſio, hiſque qui hãc fuerint adepti, repoſita ſũt glorioſiſſima pręmia, doctrinæ domini obtemperantes, ea ratione ſabbatizare ſtudeamus: quam à principio ſermonis noſtri ad finem vſque ſuggeſſimus, impollutámque, & ab omni macula intactam aſsiduè naturalem diuinæ effigiei ſeruemus pulchritudinem.

Virginitas ſemel non redintegratur.

Sabbatizandũ quo pacto ſit virgini.

Nõ ſolum autem, inquit, ſabbatizet virgo, verum & ea eligat, quę volo. Quid autem æquè, ac incorruptionẽ deus velle putetur. Quam profectò ex collatione corruptelæ iugalis huiuſmodi ſabbati celebratione, ſancta virgo eligens atque ſeruanda mandata teſtamẽtum domini tenens, accipiet ab ipſo, atque intra muros eius locum nominatũ meliorem filiis & filiabus. Non ſolum enim ſab- D bata mea cuſtodientibus eunuchis & eligentibus quæ ego volo, verum & teſtamentum meum tenentibus ea dabo, quæ dicta ſunt, Meminiſſe itaque teſtamenti ſponſi ſui die noctúque virgo debet, ꝙ ille pro ea, & pro eius integritate moriens edidit, ipſi vſque teſtamẽti & mortis, quam ipſius gratia ſuſcepit: ſeipſum enim pro illa tradidit, vt eam ſanctificaret, memoriam aſsidua ſecum meditatione voluens, teſtamentum ipſius iugiter teneat, id eſt deleri, aut irritam, inanémque fieri, nõ ſinat conſummatã in ipſius morte ſalutis ſuę cauſſa diſpenſationem, qua ſcilicet proſpiciens ipſius libertati, eam ſuo redemit ſanguine, redemptámque non modo libertate honorauit, verum ſponſam quoque ſibi aptans reginam facere, pręcipua gratia & excellenti pietate dignatus eſt. Ideo teneat ipſius teſtamentum, hoc eſt (vt planius dicã) dotale quoddam ipſius erga ſe teſtamenti cõſcripti legitimè, conſtantíſque cõiugij iugiter teneat *ad ſtipulationes, fœderáque coniunctius ſeſe illi immaculatam in omnibus exhibens, vt dignè pro E ſponſi merito hic viuens, illic etiam bonis ab ipſo ſibi præparatis perfruatur. Cuſtodiẽtibus quippe ſabbata mea (rurſus enim id repetam) & eligẽtibus, quæ ego volo, inquit, ac tenentibus teſtamẽtum meum: dabo in domo mea, & intra muros meos locum nominatum meliorem filiis & filiabus. Ne enim videantur vt ſteriles & infœcundi abiecti eſſe & ignobiles, ita, inquit, familiares & amici mei erunt, vt in domo mea & intra muros meos maneant. Præterea tanto apud me honore digni habebuntur, vt quæuis filiorum ingenuitas non poſsit cum illis de dignitate contendere: dabo enim eis, inquit, locum, non ſolum habitationis, ſed promotionis etiam ac dignitatis, vt omnibus perſpicuum ſit, ipſos vltra ſucceſsionem liberorum, dignitatis excellentia nobilitari. Et quid amplius de myſticis aut eunuchis dicam? Nomen æternum dabo eis, quod ſupra nepotum illis progeniem ſufficiet, nec vnquam deficiet. Hi enim carnales filij parentum ſubeuntes nomen, ſicuti vitam illorum extinctam ſenectute ſuccedendo rediuiuam reddunt, ita nomẽ quoque, quod morientibus parentibus deficiebat, in ſeipſis exſuſcitant, qui cum hoc modo præcedentium vitam ac nomen aliquandiu ſuffectione prolis inſtaurauerint, & ipſi tamen conditione mortali proceſſu tẽporis omnino deficient, ſine nomine genus relinquentes. Quod autem à me præter locorum priuilegia datur eunuchis nomen, pro omni ſucceſſione generis (dicam rurſus) illis perpetuò ſufficiet vt & ipſi, & omnes intuentes, ab euentu & exitu rei nominis excellentiam confiteãtur, quod ſit profectò melius filiis ac filiabus, quorum vitio F ſæpe

**τὰ ἔγγραφα.*

Alii præmium eunuchis myſticis.

ſæpe cootiogit, vt execrabilis ſit tota progenies, & confuſionis loco, & peccati nomine. Pro homano enim, inquit, nomine angelorũ immortalium eis nomen dabo, quod non deficiet, vt cœlũ & cœli pulcherrimam partem babeant ad immorandum, atqoe in cœli pulcberrima ſede, hoc eſt, in domo mea intra ſepta habitantes, non angelorum iam naturam tãtum, ac dignitatem perpetuæ ſucceſsionis accipiant, ipſi ſibi in æterna vita pro ſucceſsione generis ſufficientes, verum & locum ioter angeloa habeant illoſtrem, atque inſigniſsimum, ooménqoe pro eximiæ virtutis ſplendore A indelebile: Muniantur ergo vndeque virgines, ac ſe obſeruent ſumma diligentia, oe ſicut à terra & homioibus in cœleſtem, angelicámque dignitatẽ aſcenderuot: ita è contra ab angelis & cœlis io terram peſsima ruina delabantur. Vidi enim ait, com qui aliquãdo io cœlis coroſcabat, vt fulgur de cœlo cadentem. Cuius, rei gratia, modis ſe omnibus ſeruare debent. Talibus itaque præmiis digni inueniẽtur in regno, ſacri ac ſpiritales eiuſmodi eunucbi. Eiſdem vero muneribus ne illi quidẽ ſtaudabuntor, qui in ætate puerili tyrãnica manu violenter abſciſi ſunt, ſi in ea quam in corpore non ſponte pertulerunt, conſtitoti volũtaria poſtmodum ſeipſos abſciſione caſtrauerint, vt ſabbatizẽt ab omni omnino vitio, & ea eligãt, quę deus vult & maodatorum eius teſtameotum teneãt. Quippe animi virtute nequaquam inuenti infœcondi locum habituri ſont in domo domini, meliorem filiis & filiabus. Neque vltra lignum aridum pro infœcunditate carnis exiſtimaodi ſunt: ſed vt virentia arboſta plutimis iuſtitiæ fructibus omni B ex parte redimiri. Plantari enim, inquit, in domo domini videbontur, in atriis dei noſtri florebunt. Non itaqoe (dicam enim iterum) leges de virginitate dominus tulit. Sed eam rem liberi arbitrij ac volũtatis munus eſſe volens: quibus præmiis donãdi eſſent, qui naturam hoc myſticè abſciſionis modo tranſcenderent, oſtendit. At vero qui non intellexetont quod dictum eſt: Et ſunt euouchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, ſeipſos nimis improbè mutilauerunt ipſo ſuo opere impudicitiæ ſe ac laſciuiæ ex obliquo inſimulantes. Nam qui carnalis arma voluptatis, ne munus ſuum exequerentur abiecit, per ipſam ſuam iocontinentiam iodicat, ſe quidem ad concubitum, ardorémque libidinis eſſe procliuem. Abiectis autem armis illis iam non quia noluot, ſed quia non poſſuot impudici eſſe, virginitatem ſetoant. Enimuero diuina lex non actum modo, C ſed voluntatis ſententiam damnat. Omnis enim non qui opere admiſit adulterium: ſed qui vidit ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt. Porro membrorum genitalium abſciſio maiorem in oculis, ita abſciſi, adolterinæ concupiſcentiæ flammam ineſſe criminatur, quòd is diffidens à libidine ſe poſſe continere, id abſcidit, cuius miniſterio flagrãtem cupidinem in opus producturus erat. Immo cum ſciret eo nonamoto ſe impudicitiæ daturum maous, ea quidem abſciſione inſtrumẽtum libidinis ſuſtulit, ne laſciuire per corpus videretur. Cæterom impudicitiæ non abſtulit flammam, ſed animo, deſiderióque luxurians, incontinenter per omnem concopiſcentiam aſsiduéque mœcbatur. Accuſat quippe ipſius incontinẽtiam conatus improbus. Idcirco huiuſmodi poſt abſciſiooem impudiciores meritò quiſque appellauerit. Cum enim ſe cootinere non poſſiot, metu ne deprcheodantur in opere nefario, vtqoe liceoter iam ſua prout volunt libidioe exãtientur ſerui, quippe voluptatis oolunt effectum operis ad habitum ſibi & perpetuum voluptatis vſum impedimento eſſe, quo mious in poſterum & ſemper voluptate fruantor, præciſo fœdæ actionis argumeoto liberè iam ad coitus, petulantérque laſciuiunt. Sicut eoim qui diſtricto gladio thorace inſtructum qoempiam impetit, etſi thorax fruſtretur ictum, homicidiúmque prohibeat, homicidæ tamen ſupplicio teoetor oboozius: quique in oudum gladio fertor, etſi quouis caſu gladius illi ex D cotiatur de manu, homicidij reus iure iudicatur. Neque enim opus tantum, ſed & voluotatem iudicat lex: ita profectò, & qui armatus genitali mẽbro fidei lorica inſtructam adoritur, & ſi fruſtra conatus illam vt cupit, violare nõ poſſit, quaſi tamen violaoerit dignus ſupplicio cenſetur. Et qui nudam itidem nactus, voluntate in opus fertur: quanuis abſciſiooe genitalium amiſſis armis eam violare noo poſſit, quaſi tamen corruptionis autor reus ſceleris iure iudicatur. Qua in re & illa non iniuria impudicitiæ ſimul rea deprehẽditur, & probro ſubiici verà meretur. Nam quo pacto repulſuram credimus immineotem ſibi ab impudico & incæſto plagam, com ſine armis fidei ſit: vbi enim aduerſus illũ, qui oaturalibus armis inſtroctus eſt, pudicitiæ tuendæ cauſſa fortiſſimè repugnat, caſtitatis certamen in aperto eſt: Vbi vero armis deſtitutus eſt vir, illáque liberior affectione vitioſa videndam ſe illi & alloquẽdam largius E præſtat, cunctiſque voluptatis fluit illècebris, incerta qoidem eius pudicitia eſt: complures tamẽ ab omnibos aduerſum ſe impodicitiæ ſententias refert. Verum iſta quidem de his qoi voà cum teſtibus genitalia quoque abſciderunt. Nam qui ad virilitatis annos cum genitalibus iam per ætatem ad coitum idoneis peruecti, ſolos poſtea teſtes abſcindunt, eos aiunt acrius atque ardentius inflammari libidine, & ad concubitum impatientiſsimè ferri. Neque id ſolum, verum tutò iam, vt ſibi videtur violare quaſcunque potuerint. Aiunt enim abſciſsis inferius teſtibus, qui à lumbis ac renibus reliquo genitali membro ſemen adminiſtrant, opilari ſtatim ſuperiores poros: feruẽte vero in renĩbus obſcœna libidine, atque ita ſemen exſpumante, inflammari quidem ad id emittendum virum, cúmque feruens in intimis id effundere oequeat, eo quod ſibi ad concumbendum reſeruauit armari, atque ad actum proſilire nefarium. F Ita abſciſsionem teſtium illecebram ad fallendam mulierem aſtutè machinatus impudicius illi iam flagitioſiúſqoe miſcetur. Nam is quidem, qui naturalia integra habet inſtrumenta concubitus, excipientibus ſupernè partis teſtibus ſemen, illúdq; fundentibus emiſſo, iam ſemioe alleuiatus, concupiſcentiæ flagraotis remittit ardorem. Is autem qui nou habet vnde quod intrinſecus prurit euacuet, vix extinguit libidinis æſtum, quoad (vt ferunt) huioſce rabiem fatigatio ſoluat. Atteſtãtur his quæ dicimus non ſolum naturæ ratio, verum & plurima ætatis noſtræ documeota ſicuti quodam ſummæ reoerentiæ viro, caniciéque ac vitæ

Quod virgines verum dum.

De illis, qui ſeipſos caſtrauerunt.

Non opus modò lex damnat nõ ſolum, ſed voluntatẽ quoque.

Aſpaſione à ſimili ducta.

Quod naturaliſ... videmus fateatur aſſtruit teſtimonio fidelis.

meritis ornato referente didicimos. Aiebat enim confeſſam ſibi eſſe mulierem, eunuchum cui illa à domino ſiue à viro ſuo credita fuerat, quaſi virũ impudicè ſibi commiſceri ſolitum. Præſumebátque, vt ait, actum turpitudinis ipſa ſua infœcuodi tate ac ſemiuis priuatiooe ſecutus. Neque hic ſolum ſed alius quoque oobis vnanimis haud quaquam facile meotiri ſolitus, retulit virginem quãdam Eccleſiæ canonicam ſibi cum eiulatu nuntiaſſe, quòd in cubiculo ipſius eunuchus fuerit, qui illam vitioſo complecteretur affectu, totúſq; toti affuſus cum non haberet quo poſſet coocupiſceotiæ ſuæ ſatisfacere dentibus vtebatur, ardẽ-A tem in caroe concubitus rabiem morſibus indicans. Atque ob eam quam diximus abſciſſioois illecebram, quòd ignata & imprudens rei eſſet, tẽtatione implicitam virgioem. Vbi vero eius nephatios cooatus animaduerterat, execratam eſſe hominem. Neque eam huic ſolum, ſed & aliis plurimis ioquinatiſſimam illius aduerſum ſe coocupiſcentiam cum lamentatione prodidiſſe certum eſt. Duorúmque hominum teſtimonium verũ eſt ne & alios plurimos citãtes teſtes io re præſertim iograta proliziores ſimus. Danda tamen oobis (vt teor) venia, qui iſta non tantum præmuniẽdæ virgioeæ ioregritatis gratia diximus: ſed vt plurimos eiuſmodi eunuchos qui nomen illuſtræ cõſecuti ſunt io Eccleſia, coërceremus. Cõſtat enim profectò dæmonis artem & inuẽtionem id opus eſſe. Nam quos prior ætas apud gentiles prodidit eos modo apud oos quoque prodiiſſe monſtratũ eſt, caſtitatiſque nomen & tunc apud illos & modo apud nos huiuſmodi abſciſiooe contra naturæ iura inueniſſe. Eſt enim vehemẽter aſtutus is, qui fidem ooſtram in dominum circumuenire & fal-B lere nititur, & ſub honeſti ſpecie vitia inſerere maligniſſimè quærit: quod ipſum ex præteritis animaduertere io prõptu eſt. Sicut enim per quæ putabant ſe deum cognoſcere per ea maximè gẽtiles eum ignorare fecit (mundus enim opificis ſui iudex propoſitus cum ſit, illi à viſibilium ſpecie non vt decebat ad conditorem ſeſe erexerũt, neque eius pulchritudinem glorificaoerunt: ſed coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius, quàm creatori) & ſicut vnde oportebat Chriſtũ agnoſcere: inde in primis illum ignorari, molitus eſt de ſcripturis ſcilicet prædicantibus Chriſtum ignorationem eius hæreticis intelligentiis callidus ingerens, ſicuti idem Chriſti fide vbique conſpicua. Incredulitatem ac negationem eius malignè inſerere nititur, ita & ſub myſticæ abſciſionis nomine, caſtitatiſque velamine impudicos atque impuros efficit. Neque his igitur paſſim, ac liberè congredi virginem decet. Nam ſi fœminæ fœminas dum in eodem cubili amanter amplexentur, feruente in intimis cupiditate ſępe ex mutuo contactu corporum ad ea corpora, quæ vt appeterent in ſuæ conditionis acceperunt, memoriam iritãt atque inflammant (ſolet enim qui peccati legem in noſtris membris poſuit, melius latenter irrepe-C re, atque ex amica fœminarum ad inuicem grataque voluptate, caroalem maculam impudenter elicere) quanto magis maſculina corpora licet illa eunuchorum ſint: cautè vitanda ſunt virgini. Sit enim ille licet eunuchus: vir tamen per naturã eſt. Sicut enim cornutus bos & ſi illi præcidantur cornua: non tamen ſublatis cornibus equos efficitur, ſed abſint licet cornua, bos tamen eſt: ita & maſculus abſciſſis genitalibus omnibus, ea tamẽ mutilatione ſua, mulier effectus non eſt: ſed maſculus, vt eſt à natura conditus permanet ac ſicuti bos reciſis cornibus ſic, quoque furore cornupetit (ceruicem quippe incuruans, & caput ad feriẽdi impetum formans, gaudet iotentare minas) ac ſæpius ea parte capitis ferit, qua cornibus antea fuerat armatus, ſatisfacitque furori per actus imaginem (ita enim afficitur correptus iræ impetu: non vt caſſo feriens vulnere, ſed vt prius ictu cornuum ſciodens ac diuidens) ita & maſculus: quanuis abſciſus genitalia, vitioſa tamen concupiſcentia maſculus eſt. Quocirca & ipſe ſe ad actum fœ- D ditatis ſimiliter formans, amorem ſpirat iocredibilémque veſaniam: immo & ad coitum feruens, etſi ea parte noo violet fœminæ turbulentus incumbeos, ipſe tamen ac ſi corruperit, ſatisfecerit que cupidini, ita ſceleris imagioe affectus eſt. Eã vero ad peccatum vehementius iritans, totum quidem corrumpit animum, corpúſque ad corruptionis actum inclementer inſtigat. Quapropter prudens virgo ſi intimam virginitatem ſuam ſeruare inuiolabilem cupit, huiuſmodi contubernia atque colloquia (ſunt quippe homines) oon paſſim admittat. Nam etſi adinonitionem Sirach vt integritati virgioıs proſpicientẽ ſuſcipimos: quaſi eunuchus, inquit, amplectens virginem & ingemiſcens. Nimirum quia quod vult agere, non valet, & concupiſcentia eunuchi eſt virginitatem adoleſcentulæ auferre. Etſi enim matrem, inquit, ob infœcuoditatem noo facit: cupit tameo illi florem virginitatis adimere. Neque igitur pudicitię tatione laudate conuenit huiuſmodi abſciſſos, quia neque equos quòd cornu non impetant, lao- E damus: ſed hos quidem, niſi calcitrent laudamus, boues vero non cornupetas, maoſuetudinis gratia ſuſcipimus. Non enim quo quiſque nõ poteſt, ſed quo cum poſſit non ad iniuriam vtitur, admirationi habetur. Quòd ſi putant abſciſſionem genitalium aliquid ad pudicitiam atque innocentiã animæ conferre poſſe: eruant & oculos, plurima præter rationẽ ſalutis intuentes. Præcidant ſimul & manus & pedes, & aures penitus obſtruant, ne quid horom peccati inſtrumentum fiat. At id quidem ſtultum & irrationabile eſt, & inſanię furoríſque pleniſſimum, peccati cauſam non aliter auferri poſſe arbitrari, niſi vndique circuncidantur membra omoia ea ratione qua diximus, truncique in morem inutile omnino iaceat corpus, quãdo ſic etiam ex præcedeotibus imaginibus deluſa mens peccet. Permittentes itaque corpus ita manere vt effectum eſt, membra omnia caſtiſſimæ rationi moderanda iuxta quod ſuperius diximus ac regenda tradamus, bonúmque opus noſtrum non neceſſitatis, ſed voluntatis munus faciamus. F Non aotẽ de omnibus ſimpliciter eunochis quæ præmiſſa ſunt, diximus: ſed de his qui vt ſibi facultas fieret mulieribus licenter ac liberè, quantum vellent congredi, ſeipſos libidinis impatientes abſciderunt, ac de omnibus omnino qui fœminarum familiaritates perſequuntur, eáſque ſibi ſummo ſtudio conciliare pergunt. Scimus enim quia ſicut ſancti viri caſtè atque innocenter mulieres tangunt, ita & ſpadones, qui poſt abſciſionem illam,

Att quãta tetigine vel eunuchi prurant.

Eunuchiſmus quando commentum eſt diaboli.

Simili confirmat typo.

Eunuchus ſit licet: vir tamen natura per ſimile.

Eunuchiſmum damnat, qui fit tantum caſtitatis gratia. Simili confirmat.

Simile quod sumptum legimus de Origene

lam, quam in corpore inuiti pertulerant, voluntariè iam ſe ac flagrantiſſimo puritatis amore caſtrauor, cum mulieribus purè atque innocenter conuerſantur. Cæterum diligentiæ ſimul integritatiſque ſeruandæ gratia conteſtamur, quia ſicut viri qui mulierum familiaritatibus gaudent: meritò ſuſpicionem aduerſum ſe turpitudinis concitant: ita & eunuchi qui cum mulieribus aſſiduè morantur, idque præcipuè ſtudent, vt ab eis nunquã diuellantur, contra ſeipſos ſuſpicioni locũ præbẽt. Nam qui fœminis non quomodolibet indifferẽter, ſed auidè congrediuntur, non ſine ratione cũ ſit cogitatio humani cordis ſēper in deterius prona: plus quam viri iudicio quorumcunque ſugillá-
A tur. Quippe cum illis præſto ſit operis nefarij facultas, effectum ſceleris antè oculos pingens, eos ruinæ metus à voluntatis peccato coercet, his autem cum non adſit ius implendi quod volunt: ipſa ſua impotentia audaciores ad fruendum concupiſcentia effecti peccatum voluntatis in ſe magis ac magis exaggerant. Nemo autem reprehendat, cur alloquentes virginem pluſquam conuenire fortaſſis videretur virgineo pudori, in ſpeculatione ac diſcuſſione maſculini ſexus aliquanto diutius immorati ſumus. Primo quidem, quia nulla tam æui rudis virgo eſt, quæ ſenſu vigeat corporis, quæ aliquid eius ſexus ignoret, cuius e nulla de latere eſt. Nam quam diu quidem inualida atque immatura ſunt ad naturalem actum corporis mẽbra: lex quoque peccati feriata eſt, & ignorãtiam fortaſſe dixerit quiſpiã naturalis operis ineſſe interim membris, & ſi quàm maximè ſua ſponte natura ad munus proprium currit, ſicut in mutis ani-
B mantibus cernimus, quæ duce atque inſtigãte natura protinus feruntur ad coitũ: infantéſque pueri in ipſa imbecillitate membrorum virilem imitari concubitum ſæpe deprehenſi ſunt. At vero vbi pubeſcere cœperint, atque ad id munus ad quod facta ſunt, eſſe per ætatem idonea, peccati lex cõtinuò ſubrepit, membris ſingulis ſua officia ſuggerens, & legis membra contra legẽ mentis inſtructa in aciem proferens, & vnumquenque hominem per membra peccati lege captiuãs. Nullúmque prorſus membrum eſt, quod cum lege magiſtra nitatur, ignorantiam eius ad quod effectũ eſt peccati poſſit obtendere. Verum & labia norunt ad quid amãtibus accommodata ſint, & ad quem vſum inſtituta. Et membra ſingula, ſexus quoque alterius membra non minus quàm ſe ipſa per naturam norunt. Nam ſi naturam illorum vſúmque ignorarent, ne actum quidem ipſorum & officiũ profectò concupiſcerent. Itaque non ſumus rei
C criminis, ſi quod erat virginibus cognitum, licet ſilentio id premeretur neceſſario tempore admoniti diſcuſſimus atque aperuimus. Deinde etſi illę ignorabunt ingenium maſculi, ne ipſa eis ignoratio peccati eſſet illecebra, non ſine ratione illarũ ſecuritati conſtantiæque proſpicientes vt ſe per naturam habeant, inſpeximus & explicuimus, vt quemadmodum ſimplices ſicut columbę ſunt, ita etiam ſerpentis imitatæ prudentiam omnem, ſuæ integritatis iniuriam, omniáque pericula propellant, atque ex his quæ diximus cautiores ad obſeruandum ſeipſas diligentioréſque reddantur. Præterea quoniam hoc opere noſtro virginitatis mũditiam in commune tuendam, inſtruendámque

ſuſcepimus, ſicuti virginibus beneuolentiæ, ita & maribus officij debitores ſumus, eàque ratione quemadmodum illis quid ſit noxium, quid vtile oſtendimus, & iſtis itidem neceſſario oſtendendum arbitrati ſumus, ne abſciſionis illius quã ſuprà diſcuſſimus illecti nomine contra quam monſtrentur efficerent: verum quid ſceleris ex improba genitalium abſciſione ſequeretur agnoſcentéſque à domino ſuſcipi mereatur eunuchus, non ignorantes & ex vera illa abſciſione proficerẽt animo. Et qui eiuſce carnali abſciſioni vel dederãt vel daturi videbãtur manus, hoc ſermone noſtro cohibiti, inde ſe prudenter auertant. Vera igitur D
virgo ſi tanta cum diligentia quantã premiſimus, ſe obſeruauerit, ab omni quidem conatu maſculi mundam iugi ſe obſeruatione cuſtodiet, ſed & cũ fœminis dormiẽs, ſecum ſemper commorabitur, fixúmque animũ habebit in cœlo, & illum à corpore totum penitus remouens: ipſa quoque cum Apoſtolo dicet: Scio me ipſã ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit, quia rapta ſum in paradiſum, & audiui verba arcana. Omnino enim vigilantiſſimũ eius in ſe amorem ſupernè de cœlis intuens ſponſus, vtque ex tenebris nõ occaſionem ſceleris, ſed ſacrum otium vberioríſque ad eum familiaritatis & amoris materiam ſumit. Id lucrata ex nocturnis tenebris quod ſenſus nulla extrinſecus agitatione turbatur, ſponſique intus illuſtrata lumine illius lampadem per totã noctem in occulto cõponit: ipſam meritò rapiet vſque ad tertium cœlum & in paradiſum dei, & ea ſibi loquetur verba, quæ adhuc in corpore viuentibus eſſe dicũtur ineffabilia: ſed illi planè quę ad id profecit vt neſciat vtrũ in corpore an vero ex- E
tra corpus habeant vitam, effabilia myſteria fiẽt: quo ſanè in ſtatu omnem virginum chorum inuenire cupiens & orans, atque obſecrans ad ea præcauenda quæ virginitatis pulchritudinem inquinant, iſta proſecutus ſum, non vt ex eorum inſpectione diſcamus quomodo oporteat ad ea quæ ſunt noxia prolabi, ſed vt lubrici mundo percepto diſcamus quo pacto inde reſilire cõueniat: neque enim eis qui medicinæ ſtudent venena & noxia quæque ac morbida, ideo diſcenda proponũt magiſtri, vt eos his vti hortentur, neque vt notione nocentium mentem ad malitiam acuant, ac pro medicinis peſtis atque pernicies humanę vitæ innoteſcant, ſed vt quænam ſint quæ naturalem virtutem noſtram perimant, ſcientes ea obiectis cõtrariis viribus præcaueant, & incidentia forte corporibus arte ac diſciplina tollant. Tres igitur viæ cum ſint ſecundum trinæ illius abſciſionis ſiue eIectionis rationem, quas ad virginitatem ducen- F
tes dominus nobis oſtendit: Qui poteſt, inquiẽs, capere capiat, quam vult quiſque eligat grata quidem & accepta deo, eſt & quæ per vnam ex duabus prioribus incedit, ſed illa profecto beatior quæ per præſtantiorem currit: omnes tamen quacunque tandem via ad hanc properent, id ęqua ratione curent: vt ſint immaculatæ in via, vt omni labe omnique macula purã ſponſam ſponſo coaptãtes, largioribus ipſius gratiis glorioſius in cœlo perfruantur. Iſta tibi ſi ſacrũ caput ad conſiderandam veræ virginitatis honeſtatem pro tempore ſetipſi, non tantũ ex diuinis libris, ſed iuxta ſanctiſsimum Paulum, qui nos omnem intellectũ

Quem doctrina Baſilij ſcopũ obſeruarit, ſimilis dicetur.

Collatio.

captiuare vult in obedientiam: Chriſti ex geotilium etiam literis, omnes Chriſti diſcipulos ad cõtinentiam hortari, atque inducere cupiens. Nam & gentium ſapientes cum variam voluptatis ſpeciem atque aduerſus eam pugnam noſtram fabuloſa nobis fictione ſignarent, hydram vniuerſam in carne voluptatem, ſerpentem ferum ac multiplicem, qui in palude moraretur naturæ rationea perſcrutãdo finxere, eiúſque quod ſimpliciter abſcinderetur caput, tria pro vno efferre tradiderũt quod vero cauterio præciſum eſſet, occidi peoitus, nec plura pro eo pullulare ſapienter docuerunt. Voluptate nanque vniuerſa in carnis limo, A à materialique natura veluti in paluſtri loco, inſtar horrendi illius ſerpentis ſemper incubante, ac per vnum quenque ſenſum quaſi vnum quoddam, caput ex infimis ſingularem ſcilicet, aut viſus aut guſtus, reliquorúmque voluptatem profeſête, multipliciter ſi ad ſatietatem ſuauitate illius perfruendo vnumquodque capnt velimus abſcidere, non magis quod videbatur, abſcidimus, quã pro vno plurima per hunc abſciſionis modũ pullulare facimus. Sin vero continentia veluti cauterio elatum caput exciderimus, id prorſus ita perimemus vt vltra germinare nõ poſſit. Qui enim voluptatem guſtus aut eius ſuauitatem ſaturitate cupit extinguere, non tam illam interimit, quàm fruendo cupitis intemperatiorem ſemper ad id ꝙ malè cupit, efficit. At vero, qui mortiferæ ſuauitati non indulgendo, continentia non ſecus atque igne hanc excruciare pergit, eam fraudando cupitis inefficacem & inualidam, atque igne conſumB ptam omnino patefecit. Enimuero illa ratio & futilis atque inanis eſt, immo verò & iniurioſa, & continẽtiæ vitanda ſtudioſis, quæ prorſus definit, quod promptum ac paratũ & in poteſtate ſit, ad id concupiſcẽtiam lentius irritari. Nam iacet quidem (vt ſic loquar) guſtus voluptas ad illud, cuius fruendi habet poteſtatem. Cæterum intemperanter poteſtate eorum quibus frui vult, vti ſemper edocta inſatiabilis ea poteſtate ſua ad concupita omnia multimodis agitur. Quamobrem non ita præcidere vnũquodque voluptatis caput, ſed ſuauitati eius non indulgere per abſtinentiam cõuenit. Sed enim diuina lex vitulum pro ſacerdotio apud ſapientiſſimum Moſen immolari mandans per membra hoſtiæ quæ incendebantur, factæ exercitationis modum naturali ratione ſubindicat, quæ fibram iecoris non iecur totum & adipẽ qui ventrem operiret, non ventrem ipſum: renum vero non ſolum adipem, verum ipſos quoque cum adipe renes incendi in holocauſtum iubet. Iecoris quippe quod concupiſcentiæ inſtrumentũ eſt, iuxta quod & de eo, qui concupiſcentiæ fuerat te lo percuſſus, dicitur: et is quaſi ceruus ſpiculo per C cuſſus in iecore, veluti fibram, ſingularem ſcilicet peccati concupiſcentiam, in qua & fel inuenitur incendere: reliqua vero ſelle ac peſſima cupiditate liberam ac puram ad appetenda bona quæque & honeſta ſeruare ſecundum naturam integram conuenit. Porrò ventris quod ſuperfluum eſt, vnde pinguiore & hebetiore euadimus ſenſu, auferre decet, ſolúmque quod eſt neceſſarium ſeruare. In renibus vero non adipem ſolum ingentem ob ſcœni liquoris copiam exſpumantẽ ad libidinem verum & renes ipſos expiare ac ſanctificare naturaliter omnino iubemur. Significat profectò per hæc ſermo diuinus, & neceſſarium victum nobis eſſe amplectendum. Et concupiſcentiam ſtudioſius ad meliora transferendam, & caſtitatis munditiam tota intentione ſectandã. Quia enim poſſibile non erat abſque cibo viuere, eſcarum receptaculum ventrẽ ſcilicet nudum abſque vllo omnino gulæ vitio relinqueos obſidentem illum adipem rectiſſimè tollit. Rurſus quia itidem erat impoſſibile, boni nos aliquid habere, niſi naturalem concupiſcentiæ vim ad illud ambiendum haberemus, improbam cupidinis ſpeciem quaſi fibram D iecoris cum felle præcidens, probabile concupiſcendi genus ad virtutes appetendas purum innocuúmque reliquit. At vero in renibus, quia neq; ad vitæ neceſſaria vt venter, neque ad concupiſcẽdum vt iecur neceſſarij ſunt, ſolámque & vnicam concubitus concupiſcentiam capiunt, nõ horum ſolum adipem, ſed ipſos quoque ignibus tradit. Nempe enim ſine renibus, id eſt, ſine coniugio in terris viui poteſt: virginitatíſque vita, nullo inferior angelis ad perpetuam gloriam hinc iam exerceri. Quibus profectò omnibus id nobiſcũ agitur, vt omni ſapientia eruditi & inſtructi aduerſus voluptatem totam quaſi contra multorum capitum hydram ſapiẽter ſtemus, neque ſub ſpecie excidendi energẽtia aſſiduè per ſenſus capita ad pullulationem plurimorum ea ſemper iteremus. Verùm ſumma tolerantia laboris atque continẽtia præcipua fortiter illa incẽdamus, corporáque noſtra hoſtiam ſanctam placentem deo, tãquam vitulũ pro ſacerdotio ſtudioſè offeramus, & modo quidem prauam concupiſcentiam veluti fibrã E iecoris, modo ſuperfluitatem cibi, quaſi adipem, quo venter operitur, modo totam ſimul cõcupiſcentiam coitus, veluti renes vnà cum adipe ſemẽ illis miniſtrante diuino continentiæ igne conſumamus, vt iuxta propoſitam virginitatis deſtinationem omni praua ac turpi concupiſcentia, omnique voluptate ſuperiores euadentes, per continentiæ ſacra certamina propoſito certãtibus præmio, immortalitatíſq; corona digni inueniamur, per Ieſum Chriſtum, per quem eſt patri gloria cũ ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum, Amen.

Gentiũ fabula de hydra paluſtri & interpret.

Continẽtia cauterium.

à Mariprinis hac.

Hepar ſiue iecur concupiſcentiæ organum.

τὸν ὑπὸ... ἱδρῶτ.

HOMILIA B. BASILII, QVA docetur, quo pacto amittimus, quomodò vt recuperemus imaginem dei, & de vera virginitate, Raphaele Volaterrano interprete.

HOmo quum ad imaginem dei creatus ſemel extiterit, ab ea tamen per peccatum decidit, pulchritudinem ac præſtantiam ſuam inquinauit, animam demum per prauas cupiditates peſſundedit. F Nam quum deus noſter hominum vera ſit vita: quiſquis dei ſimilitudinem deſtruxit, vitæ vtique perdidit familiaritatem, & vſum. Enimuero qui extra deum agit, in beata vita degere non poteſt. Igitur in priſtinam gratiam ac plane in imaginem diuinam à qua per peccatum alienati ſumus, rurſus per pœnitentiæ redintegrationem facile redimus.

Qui

Qui enim nullum patitur delictum, ſeque perſe- uerantem in rebus aduerſis, & nullis cedentem tentationibus inconcuſſa mente oſtendit: hic demum in anima ſua dei ſimilitudinem recipit: ex quo vitæ beatæ particeps efficitur. Talis nanque ſtudij adiutrix eſt virginitas iis qui ſecūdum proportionem huius participes ſunt virtutis. Non enim virginitatis ſeu caſtitatis gratia ſolum à gignendis liberis abſtinere: ſed vita omnis, Chriſtianæ modeſtiæ accommadata virginitatem habere videtur. Nam & ſermone laſciuire, & oculo licentiore vagari, & auditu inhoneſto labefactari, & corde per cogitationem prauam contaminari, & præter modum in cibo, potúque ſe inuitare: à propria pudicitia & temperantia excidere fuerit. Qui enim ſeſe in omnibus vitæ partibus incorruptum continentémque cuſtodierit: is verè perfectum virginitatis munus eſt adeptus. Vt autem id adipiſcamur, omni ſtudio ad dei reditæ ſimilitudinem conandum, ac nobis continuò attendendum, ne promiſſione ac ſpe tanta indignum aliquid admittamus, ne in Ananiæ crimen incidamus. Ei nanq; ab initio, poſſeſſionem ſuam retinere licebat: ſemel autem conceſſa, in propoſito conſiſtere debuerat, nec ad dolos ac fraudem confugere. Ex quo pœnas ſubitò dedit, ac talem domini cōtra ſe indignationem mouit, cuius miniſter Petrus erat, adeo vt ne pœnitentiæ locum inueniret. Igitur cuique ab initio quod vitæ genus cupiat modò conceſſum, hoc inire ac optare licet: ſiue in matrimonio, ſeu cœlibem agere. Quando verò ſe deo ſemel autorauit per vitæ continentiam ac perpetuam caſtitatem, hoc detrectare nō licet: nec aliter quàm aliquod munus, aut hoſtiam deo ſacram ſeſe illi cuſtodire, ne reos ſacrilegij nos dominus decernat iudicio: ſi dicatum ei corpus rurſus rebus prophanis, & cōmunis vitæ miniſterio ſordidauerimus. Dico autem hanc animi conſtantiam, & hoc propoſitum non ſolum in ipſo caſtitatis & abſtinentiæ voto firmum, ac perpetuum erga deum eſſe oportere, ſed in omni quoque prauo inordinatóque affectu: quum ſemel vitam cœpimus ſpiritualē, protinus obſeruādum, vt & cæteris debilibus exemplo ſimus, & ne inconſtantiæ, leuitatiſque accuſemur. Melius enim viam veritatis & iuſtitiæ non cognouiſſe fuit, quàm ab ea itinere * medio per Intemperantiam auerti. Ira nanque & inuidia, & iniuriarum memoria, & mendacium, & ſuperbia, mentis euagatio, aliena ab honeſtate locutio, in orando deo oſcitatio, ſomnúſque ac vana deſideria, in obſeruandis mandatis negligentia, veſtium ornatus exquiſitior, oris ſpendor & cultus, ſodalitates, deniq; geſtus omnis præter officium & decorem hæc omnia vſque adeo cauenda ſunt iis, qui deo virginitatem, hoc eſt fidem, animam, vitam, factáque omnia ſua dicarunt, vt vnum ex iis neglectum reliquorum gratiam ſit aptum magnopere lædere. Omnia nanque ex priuata libidine ac cupiditate admiſſa animæ puritatem inquinant, & ad beatam vitam iter impediunt. Hęc itaque ſpectare oportet in primis eum, qui ſe ad aliquem vitæ perfectæ formulam reducere quærit, vt nullo modo vas inutile ac affectibus propriis obnoxium ſe præbeat. Nam quicunque vitæ ſpirituali addictus aliquantulum ſe ab humo leuauit, ac humanis ſe poſteà vitiis contaminauerit: ſimilis erit pelli pardaleæ: cuius pilus inter album ac nigrum vtriuſq; coloris ſtigmata commixta retinet. Viam nanque veritatis ignoraſſe præſtat, quàm ſub ea ſemel arrepta per inconſtantiam deficere.

Margin notes: *Virginitas vera.* — A — *Confirmat τῷ παραδείγματι.* — *Votum professionis exemplo confirmatur.* — B — *Act. hæc Lutheranis & Zuinglianis.* — * *al. deuio* — C — *Collatio impiorum.*

DIVI BASILII MAGNI

Epiſtola ad virginem elapſam.

D

NVNC eſt tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū? & deplorabo contritionem filiæ populi mei. Nam etiā ſi hos profundum ſilētium tegit, & iacent ſemel malo ſtupefacti, & ex lætali plaga etiam ipſo afflictionis ſenſu iam priuati, tamen non oportet nos hunc caſum citra lachrymas prætermittere. Si enim Hieremias eos quorum corpora in bello percuſſa erant, infinitis lachrymis dignos iudicauit, quid nam dixerit quis ad tantam animarum calamitatem? Vulnerati tui, inquit, non ſunt vulnerati gladio, & mortui tui non ſunt mortui in bello. ſed aculeum veræ mortis graue peccatum deploro, & ignita maligni illius ſpicula, quæ animas ſimul cum corporibus barbaricè ac crudeliter combuſſerunt: Equidem arbitror dei leges magna ſuſpiria duxiſſe, dum tātum ſcelus in terra conſpexerunt. quæ ſanè interdicentes ſemper ac clamantes, olim quidem, non E concupiſces vxorem proximi tui: per ſacra vero euangelia, Omnis qui videt mulierem ad hoc vt concupiſcat ipſam, iam adulterium cōmiſit cum ipſa in corde ſuo, Nunc vidēt ipſam domini ſponſam impudenter adulteria exercentem. Suſpiria vero duxerunt etiam ipſi ſanctorum ſpiritus: Phinees quidem zelotes & ex feruenti ſpiritu æmulator, quod non etiam nunc licet ipſi haſtam in manus ſumere, & corporaliter ſcelus hoc vlciſci: Ioannes vero Baptiſta, quod non poteſt relictis ſupernis conuerſationibus, quemadmodum tunc ſolitudine, ad redarguendam iniquitatem percurrere, & ſi quid pati oporteret, caput potius quàm dicēdi libertatem amittere. Immo ad beati Abel ſimilitudinem, etiam ipſe mortuus adhuc loquitur, clamat, ac nunc altius quàm de Herodiade vociferatur, illud, Non licet tibi habere ipſam. Nam corpus quidem Ioannis iuxta neceſſitatem naturæ, diuinum terminum accepit, atq; etiamſi lingua ſilet, ſermo tamen dei ligatus non eſt. Qui enim dum conſerui nuptiæ reprobarentur, vſque ad mortem dicendi libertatem perduxit, quid nam faceret ſi tantam contumeliam inſpiceret circa ſanctas domini nuptias? At tu à di- F uinæ illius ſocietatis iugo abrupta, & ab impollutis veri regis nuptiis fugitiua, ad ignominioſam vero ac impiam corruptionem hanc turpiter delapſa, quando non habes quomodo amaram hanc accuſationem effugias, & neque modum noſti neque artem, quo malum ipſum contegas, iurare per temeritatem gaudes. Et quia impius in profundum collapſus, mala de cætero contemnit, etiam ipſa abnegas ad verum ſponſum pacta,

Neque eſſe virgo, oeque vnquam promiſiſſe clamans, quæ & ſuſcepiſti multa, & oſtendiſti multa
virgioitatis ſigna. Reuoca in memoriam honeſtā
profeſsionē quam profeſſa es corā deo & angelis
ac hominibus. Reuoca in memoriā venerandam
congregationem, & ſacrū virginum chorum, &
concilium domini, & eccleſiæ ſanctorum, ac aniculæ in Chriſto auiæ, iuueneſceotis recēs aut tūc,
& virtute vigentis, & matris in domino ad illam
decertantis, ac oouis quibuſdam ac veris labori-
A bus, conſuetudinis robur diſſoluere contendentis, & ſimiliter ſororis, partim illas imitantis, partim etiam ſuperare enitentis, & virginalibus prærogatiuis progenitorum recte facta ſuperantis, &
te adeo ſororem, velut putabar, ad ſimilium certamen, & ſermone & vita induſtriè prouocantis.
Reuoca hæc in memoriam, & angelicum circa
dominum cum illis tripudium, & ſpiritualem in
carne vitam, & cœleſtem in terra cōuerſationē.
Recordare dierum carentiū tumultu, & noctium
illumioatarum, & cantilenarū ſpiritualiū, & pſalmodiæ ſonoræ, & orationum ſanctarum, & cubiculi caſti, & virginei progreſſus, & menſæ temperantis. Vbi eſt reuerendus ille tuus habitus? Vbi
boneſti mores & veſtis frugalis virginem decēs?
& hoeſtus ex pudore rubor? & decorus ex continentia ac vigiliis afflореſcens pallor, omni coloris bonitate gratioſior eluceſcens? Quoties in
orationibus pro cōſeruanda virginitate impolluta lachrymas effudiſti? Quot literas ad ſanctos ſæpe exaraſti? per quas pro te orare petiiſti, non vt
nuptias humanas, imò ignominioſam hanc cor-
B ruptiooem aſſequereris, ſed vt à domino Ieſu nō
excideres. Quot vero munera à ſponſo accepiſti?
quid opus eſt dicere honores propter illū ab his
qui illius ſunt ſuſceptos? cōuictus cum viginibus?
progreſſus cum iiſdem? exceptiones à virginibus?
encomia ob virginitatē? virgineas benedictiones?
literas velut ad virginē ſcriptas? At nunc modica
aura aërij ſpiritus, qui nunc in filiis inobedientiæ
operatur, ſuſcepta, omnia illa abnegaſti, & venerandam illam & quæ pugna imperi ſolet poſſeſſionem, cum breui voluptate permutaſti. quæ ad
tempus guttur tuum pingue facit, poſtea tamen
felle amariorē comperies. Ob hæc quis nō luctu
commotus dixerit? Quomodo facta eſt meretrix
ciuitas fidelis Sion? Quomodo autē non ipſe dominus ad aliquem ex his qui nunc in ſpiritu Hieremiæ obambulant dixerit? Vidiſti quę fecit mihi
virgo Iſraël? Ego deſpondi ipſam mihiipſi in fide.
& integritate, in iuſtitia & io iudicio, & in miſericordia ac miſerationibus, quemadmodum per
Oſeam prophetā ipſi promiſi. Ipſa autem dilexit
alienos, & viuēte me viro immortali, adultera appellatur, & non timet alteri viro cōmiſceri. Quid
C vero pronubus ille diuious ac beatus Paulus, vetus ille & nouus hic, ſub quo mediatore ac doctore, relicta materna domo, domino coniuncta
es, Num ſanè tantum malum perpeſſus dixerit?
Vterq; timor quem timui acceſſit mihi, & quem
timui obuiam venit mihi. Ego enim te coniuoxi
voi viro virginem caſtam vt aſſiſteres Chriſto, &
timui ſemper ne forte velut ſerpens Euam decepit per verſutiā ſuam, ita corrumparis meote tua.
Quapropter innumeris ſpiritualibus incantationibus conatus ſum ſemper cōprimere affectuum
tumultum, iofinitis cuſtodiis cooſeruare Chriſti
ſponſam. Et vitā eius quæ virū non habet recenſui, Quod ſola ea quæ virū nō habet curat ea quæ
domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Et dignitatem virgioitatis expoſui, & templum dei te
appellans, velut alas addidi prōptitudini tuæ, quæ
te ad Ieſum leuarent, & per timorē mali, ad hoc
vt oon caderes auxilium tuli, Si quis templū dei
corrumpit dicens, hunc corrumpet deus. Sed &
ex orationibus meis ſecuritatē tibi addidi, ſi quo- D
modo integrum tibi corpus, & anima & ſpiritus
citra reprehenſionem, in aduentu domini Ieſu
Chriſti conuerſari poſsit. Verumenimuero fruſtra hæc omnia erga te elaboraui, & mihi amarus
finis dulcium illorum laborum euenit. Et neceſſe
eſt rurſus ſuſpirare ob eam, ob quam oportebat
me gaudere. Ecce enim decepta es à ſerpēte amarulentius quàm Eua. Corrupta eſt autem non ſolum mens tua, ſed etiam cum illa corpus tuum. Et
horrendum illud, quod etiam dicere cūctor, &
tacere non poſſum, eſt enim velut ignis ardens in
oſsibus meis, & reſoluor vndique, & non poſſum
ferre: Sublatis membris Chriſti feciſti membra
meretricis. Hoc ſolum inter omnia malum etiam
nihil habet cui comparari poſsit. Hoc oouum eſt
in vita facinus. Tranſite inquit, ad inſulas Chettiim, & videte, & in Cedar mittite, & conſiderate
vehemēter an facta ſint talia, an permutarint gētes deos ſuos, & hi non ſunt dei. Virgo autē mutauit gloriam in turpitudine ſua. Obſtupuit cœlum ob hoc, & inhorruit terra amplius vehementer. Dicit omoino etiam ounc dominus, duo mala perpetrauit virgo. Me dereliquit verū ſanctarum animarum ſanctum ſponſum, & aufugit ad
impium & iniquū animæ ſimul ac corporis cor- E
ruptorē. Deſecit à deo ſeruatore ſuo, & exhibuit
membra ſua mancipia immundiciei & iniquitati
ad iniquitatem. Mei oblita eſt dicit dominus, &
ad amatorē ſuum tranſiuit. Expediret ipſi vt mola
aſinaria circa collum ipſius appenſa eſſet, & io
mare proiectus eſſet, potius quàm virginē vitiaſſet. Quis ſeruus cōtumax ad tantā inſaniam deuenit, vt herili cubili ſeipſum iniiceret? Quis prædo
ad tantā dementiam perductus eſt, vt ipſa dei donaria cōtingeret? noo ſuppellectilē inanimatam,
ſed corpora viuentia, & animā inhabitantem habentia factam ad imaginem dei. Quis ab æterno
auditus eſt in mediā ciuitate, & ſerena meridie,
imagini regiæ formas immūdorū porcorū inſcribere auſus eſſe. Si quis humanas nuptias ignominia affecit, citra miſerationem coram duobos aut
tribus teſtibus moritur. Quaoto peiore ſupplicio
dignus cenſebitur, qui filium dei conculcauit, &
deſponſatam ipſi ſponſam adulterio contaminauit, & ſpiritum virginitatis contumelia affecit. At
volebat, inquit, illa, & non inuitam violaui. Equi- F
dem regina illa libidinoſa Aegyptia, amore formoſi ac honeſti Ioſeph inſaniebat. Verùm proteruæ illius inſania virturem caſti ac temperantis
non ſuperauit, & neque manibus ipſis vim inferentis ac cogentis ad iniquitatem, ille victus eſt.
At decreuerat illa hoc, inquit, & non amplius erat virgo, & ſi ego non voluiſſem, ab alio corrupta fuiſſet. Equidem & filium hominis oportebat tradi, ſed væ illi per quem traditus eſt. & ſcandalorum offendicula venire neceſſe eſt, ſed vę illi

per quem

per quem neceſſitas venit. Ad hæc omnia, num qui cadit non reſurgit, aut qui ſe auertit, non conuertitur? Cur auertit ſe virgo auerſione impudẽti, & quidem quum audierit Chriſtum ſponſum per Hieremiam dicẽtem. Et dixi poſtquam ſcortata fuit ipſa hæc omnia, conuertere ad me, & nõ eſt conuerſa. Nunquid reſina noo eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? Cur non coorigit ſanatio filiæ populi mei? Et multa ſanè reperias in diuina ſcriptura mali auxilia, multa item ex interitu ad ſalutem medicamenta, de morte & reſurrectione myſteria, de iudicio horrendo ac æterno
A verba, de pœnitentia & remiſſiooe peccatorum dogmata. Innumera illa conuerſionis eaempla, drachmam, ouiculam, filium qui conſumpſerat res ſuas cum ſcortis, perditum & repertum, mortuum & qui reuixit. His vtamur mali auxiliis, per hæc animam noſtram curemus. Aſſume in meditationem eatremum diem (non enim ſola tu ſeculum æternum viues) & anxietatem, & ſuffocatiooem, & mortis horam, & ſententiam dei vrgentem, & angelos feſtinantes, & animam in his grauiter conturbatam, quæ à peccatrice cõſcientia amare flagellatur, & ad ea quæ hic ſunt miſerabiliter ſe cõuertit: & ineuitabilem longæ illius peregrinationis oeceſſitatem. Deſcribe mihi in mente tua, vltimam communis vitæ ſubuerſionem, quum veniet filius dei in gloria ſua cum angelis ſuis: Veniet enim & ooo cunctabitur: quum veoiet ad iudicandum viuos ac mortuos, & reddendum vnicuique iuxta opus ſuum. quum tuba illa magno & horrendo ſono edito eacitabit eos
B qui à condito ſeculo dormierunt, & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala fecerunt, in reſurrectionem iudicij. Reuoca in memoriam diuinam Daoielis viſionem, quomodo nobis iudicium ob oculos ponit. Videbam inquit, donec throni poſiti ſuot, & antiquus dierum ſedebat, & indumeotum eius candidum velut nia, & capillus capitis eius velut lana pura. Thronus ipſius flamma ignis. Rotæ eius ignis ardẽs. Fluuius ignis decurrebat ante ipſum, mille millia miniſtrabant ipſi, ceotena millia adſtabant ipſi, iudicij locum cõſtituit, & libri aperti ſunt. Bona, mala, manifeſta, occulta, res, verba, cogitatus, omnia aceruatim vt ab omnibus aogelis ac hominibus eaaudiri poſſint manifeſte reuelabuntur. Ad hæc quales neceſſe eſt eſſe eos qui male viaeruot? Vbi itaque aoima illa mergetur, que in tot ſpectatorum conſpectu derepente turpitudine plena viſa eſt? Quali vero corpore infinita illa & intolerabilia flagella ſufferet? vbi ignis inextinguibilis & vermis indeſinenter caſtigans, & fundum ioferni tenebricoſum ac horrendum, & eiulatus amari, & vlulatus indecorus, & ploratus & ſtridor dentium, & finem oon habent mala. Ab his ono contingit liberatio poſt mortẽ, neque eſt aliqua induſtria, neque ars effugiendi amara illa ſupplicia. Hæc ou ne effugere licet, donec licet ooſipſos à caſu eripiamus, neque deſperemus de nobiſipſis, ſi à malis diſceſſerimus. Ieſus Chriſtus venit in mundum vt ſeruaret peccatores. Venite adoremus & procidamus ante ipſum, & ploremus coram ipſo. Nos ad pœnitẽtiam vocans diuini verbi doctrina clamat ac vociferatur. Eſt via ſalutis ſi velimus. Deglutiuit mors robu- D
ſtior facta. Verum probe ſcito, quod deus rurſus detraxit omnem lachrymam ab omni facie pœnitentium. Fidelis dominus in omnibus ſermonibus ſuis, oon mentitur, dixit: Si fueriot peccata veſtra velut pannus puniceus, velut oiuem inalbabo, Si vero fuerint velut coccinũ, velut lanam inalbabo. Paratus eſt magnus ille animarum medicus ſanare affectionem tuam. Illius verba ſunt. Illius dulce ac ſalutare os dixit. Noo opus habent valentes medico, ſed male habentes. Non veni ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Vult dominus purgare te à plaga maligni. Quærit te paſtor bonus, relictis ouibus non errantibus. Si commiſeris ipſi teipſam, non cuoctabitur neque dedignabitur ille hominum amator, te ſuper humeros proprios portare, gaudẽs quod reperit ouem ſuam deperditam. Stat ille pater & eapectat tuum ab errore reditum, ſolummodo reuertere, & dum adhuc longe abes accurrẽs irruet in collum tuum, & amicis ampleaibus com- E
plectetur te à pœnitentia iam purgatam, & veſtem ioduet primariam, animam exutam veterem homioem cum operibus ſuis, & addet anulum manibus quæ mortis ſanguinem abluerunt, & calceameotum addet pedibus, qui auerterunt ſe à via mala, ad curſum euangelij pacis. Et lætitiæ ac gaudij diem annuciabit ſuis tum angelis tum hominibus, & omnino ſpendido epulo celebrabit tuam ſalutem. Inquit enim, Amen dico vobis quod gaudium eſt in cœlo coram deo, ob vnum peccatorem pœnitentem. Et ſi vitio verterit quis ex his qui ſtare ſibi videntur, quod cito aſſumpta es, ipſe ille bonus pater pro te reſpondebit dicens. Lætari oportet & gaudere, quia hæc filia mea mortua erat, & reuixit, & deperdita erat, & inuenta eſt.

EPIST.

EPISTOLAE SANCTORVM

PATRIS BASILII MAGNI, GREGORII ITEM NAZIANZENI COGNOMENTO THEOLOGI, ac vtriuſque ad alios aliquammultos, quatenus exemplari Græcè excuſo perpetua ſerie reſpondent, omnes ſolerti collatione ac propenſiore ſtudio recognitæ per Godefridum Tilmannum.

A D

EPISTOLA MAGNI BASILII AD SANctum Gregorium Theologum, de vita in ſolitudine agenda, Gulielmo Budæo interprete.

EPISTOLA I.

Orditur epiſtolã ab homœoſi.

SIC tuam epiſtolam agnoui, vt ij facere ſolẽt, qui amicorum liberos ex ſimilitudine in ipſis cõſpicua agnoſcunt. Nam quod exiſtimare te ais, magnopere non referre, habitum ſtructurámque loci, ad ciendum in animo tuo deſiderium vitæ nobiſcum agendæ, antequã cõpertum quidpiam habeas de modo & ratione vitæ noſtræ, tuus hic eſt profectò animique tui ſenſus, qui huius mundi bona prorſus nihili eſſe ducas, præut eſt beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationibus habemus. Equidem ſcribere ad te non ſuſtineo præ pudore, qui in hoc

Nihil vita hac, praut eſt repoſita nobis beatitudo.

B extremorum finium receſſu interdiu noctúque agito: tametſi enim vrbicas occupationes pro derelicto habui, vt ſexcẽtorum malorum cauſas, me tamen nondum ipſum etiam habere pro derelicto quiui. Similitérque illis affectus ſum, qui nauigandi inſolentes, nauſea perditè affligantur. Namque illi magnitudine nauigij offenſi, tanquam vehementius ſuccutientis, in lembum aut nauiculam cum tranſilierint, ſic quoque non ſecius à nauſea laborant, nimirum moleſtia ipſos ac bile quò tranſierint cúmq; comitantibus. Huiuſmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domeſticas perturbationes quoquò circunferentes gentium, vbique locorum periode verſamur in tumultu, quare non magnopere adiuti ſumus ab hac ſolitudine. At verò quæ facta à nobis oportuit, vndeq; auſpicandum fuit ei, qui veſtigiis hærere voluit, eius qui nobis ſalutis viam præiuit (ſi quis, inquit,ponè me venire vult, abiuret ſemetipſum, & tollat ſuam ipſe crucẽ, & ſequatur me)

Confirmat elegante τῇ ὁμοιώσει.

C hæc ferè ſunt. Iam primum mentem pacatam habere conueniebat. Vt enim oculus continuo circumactu verſatus, & nunc horſum illorſúmque deflexus, nunc ſurſum deorſúmque erectus viciſſim ac depreſſus, exactè cernere nequit, ſed obtutu incumbere in rem viſam eum oportet, ſi quidem conſpectũ rei perſpicuum facturus eſt: hunc in modum mentem humanam ſexcentis mundi curis diſtractam, euidẽter cernere veritatem vix eſt vt euenire poſſit. Atque ei quidem, qui nondum coniugalibus vinculis adſtrictus eſt, rabidæ cupidines, & impetus effrenes, amoréſque inceſſunt perditiſſimi. Coniugio autem mancipatũ curarum agmen excipit, in orbitate deſideriũ prolis, vxoris cuſtodia, domeſtica procuratio, ſeruilium officiorũ conſtitutio, damna ciuilibus in cõtractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenſes cõcertationes, negociationis alea, agriculturæ labores, vna quæq; dies ſuã adfert animo caligine. Iam verò noctes diurnas curas excipiẽtes, per eaſdẽ rerũ ſpecies impoſturã menti factitant. Quarum rerum vna demum cautio eſt, ſi ab omni ſe mundo abdicauerit, qui hanc vitare moleſtiam inſtituerit. Eſt verò receſſus à mundo, non extra mundũ eſſe corpore, cęterùm à cõſenſu corporis, mutuáq; affectione animũ abrumpere, non ciuẽ eſſe, non domũ poſſidere, non familiũ, nihil proprium habere, non ſodalitatis officia, non amicitiæ

ἀναμνήσει ex collatione.

colere, prædia nulla, nullas facultates habere, negociis vacare, iuriſgentiũ cõtractus humanáſq; diſciplinas nõ noſſe. Ita ſe cõparare, cor vt humanũ aptũ ſit admittere diſciplinã ex diuinis monumẽtis informatã. Eſt autẽ huiuſcemodi cordis comparatio, cum ex doctrinæ dediſcuntur, quæ praua conſuetudine ſedem in ipſo occupauerunt. Nam neq; in tabulis cereis ſcribere poſſis, niſi prius literas induxeris quæ antè ſcriptæ fuerũt, neq; animæ prius diuina placita accõmodaris, quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris. Ad id autẽ aſſequendũ ſolitudo grande operæprecium adfert, vt pote quæ perturbationes animi conſopire ſolita ſit, ſpaciúmq; deinde indulgere, vi ratiocinationis ipſas ſtirpitus ex anima elidendi. Vt autẽ feræ beſtiæ blanda manu permulſæ, leni certamine ſuperantur, ita libidines, iręq;, pauores, mœrores, animę venefica mala, cõſuetudine cõſopita, nec perpetuo irritamẽto efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiũt. Eſto igitur locus aliquis huiuſcemodi, qualis hic noſter, ita ab hominũ cõgreſſu liber, vt à nullo extraneorũ irrũpẽte aſſidua interpelletur meditatio. Pietatis enim meditatio animã diuinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quàm hominẽ in terra cõcentũ angelorũ imitari? ineunte ſtatim die in orationes ire? in hymnis & cãticis creatorẽ venerari? Ex inde ſole iam diluceſcente conuerti ad opera, nuſquã ſine oratione? denique canticis tanquàm ſale cõdire actiones? ſiquidem

E

F

hilarem

Hymnorũ vis quã effi- ciat.

hilarem alacrémque animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta cõferunt. Quietus igitur ſtatus animę expiationis auſpicatus eſt, cum nec lingua loquitur, quæ ad homines pertinẽt, nec oculi colorum nitores circunſpiciunt in corporibus, nec concinnè accommodatas membrorum proportiones, cum nec aures animæ intentionẽ elãgueſcere faciunt, auſcultandis ipſæ modulamẽtis diſtentæ, ad voluptatem ciendam accommodatis, nec facetorum hominum ridiculis aut ſcurrilibus dictis, quæ res maximè comparata eſt frangendæ animæ intentioni. Quippe mens nec extrorſus diſſipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa, ad ſeſe ipſa redit, moxque ſuopte nutu ad dei notionẽ euadit. Quo fit, vt illo decore illuſtratus vndique intellectus, atque supernè illuminatus, naturæ quoque ipſius obliuione capiatur, nec ad cibi iam curam demittat animam, nec ad amictus anxietatem. Quippe qui à terrenarũ rerum cura immunis & feriatus, omne ſuum ſtudiũ ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur id enim aſſequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis temperantiæque impleat, quo iuſtitiam, prudentiam, cæteráſq; virtutes abſolutè excolat, aliáſque inſuper, quæ ſub hæc genera diſtributæ, virum ſtudioſum commonefaciunt, vt cuncta officioſe exequatur ad vitam rectè atque ordine inſtituendam. Maxima porrò viarũ ad veri inueſtigationem ferentiũ meditatio eſt ſcripturarũ diuinitus inſpiratarũ. Quandoquidem in his quum rerum agendarũ præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ ac perſcriptæ, tanquàm ſimulachra quædã animata propoſita ſunt vitæ ad normam diuinam iuſtitiæ, iis quidem qui bonorum operũ exemplaria imitari cupiunt. Proinde in qua re quiſq; noſtrũ ſenſerit ſe eo quod oportet defici, in illo aſſiduè incumbens, tãquam ab officina quadã medicinæ, appoſitũ ſuæ infirmitati medicamentũ inuenire poterit. Ac temperãtiæ quidem homo cupidus, hiſtoriam Ioſephi aſsidua lectione euoluat: ab ea enim edidicerit actiones tẽperantiæ plenas, cùm cõpererit eum ad habitũ virtutis prouectũ eſſe, nedum voluptariis in rebus cõtinentia prẹditum. At verò in fortitudine inſtituetur lector ex hiſtoria Iobi, qui vita in contrarium ipſi cedẽte, ac prorſus immutata, egens ex beato, orbus ex pulchræ prolis parente, vnius dieculæ momento factus, non idẽ modo ſuique ſimilimus manſit, celſos animi ſpiritus ad extremum vſque retinens, ſed ne amicis quidem eius qui ad conſolandum eum venerant, tandem ipſi inſultantibus, dolores eius exacerbando, iracundè irritatus eſt. Rurſus aliquis reputans quomodo magnanimus idem & clemẽs eſſe poſsit, ita vt animo quidem obfirmato aduerſus peccatum, clementia verò vtatur erga homines: illic Dauidem inueniet generoſum in bellicis facinoribus, clementem & placidum in inimicis vlciſcendis. Talis erat Moſes, ingenti ille quidem ira in illos inſurgens, qui in deum peccauerant, ſed miti animo perferens illos, qui ſibi obtrectauerant. Quemadmodum autẽ pictores, cùm imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem reſpectantes, lineamenta eius transferre conantur magno ſtudio ad ſuum opificium: ita qui ſeſe mediatur omnibus numeris virtutis abſolutum reddere, veluti ſimulachra quædam ſpirantia & actuoſa, ſanctorum vitas reſpicere oportet, probáque opera illorũ ſua imitando facere. Iam vero orationes lectionibus ſuccedentes, recentiorem animam vegetioremq; accipiunt, vt pote deſiderio dei iam flagrãtem. Atqui eſt oratio illa bona, quæ compertam dei notionẽ in animo ingenerat. Eſt verò dei inhabitatio, inſidentẽ intus deum memoria complecti. Hacq; nos ratione tẽplum dei efficimur, quãdo nec terrenis curis perpetuus tenor memorię interpellatur, nec improuiſis perturbationibus intellectus tumultuatur: ſed hæc omnia effugiens vir amore dei præditus, ad deum ipſe ſecedit, tum affectus foras quatiẽs, qui ad intemperantiam prouocant, tum in iis ſtudiis libẽter verſans, quæ ad virtutem ducunt. Atq; imprimis quidem magno ſtudio id comparandum habemus, ſcitè vt ſermocinari poſsimus, vt nec contentioſius percunctemur, nec affectantius reſpõdeamus, vt diſſerẽti non obloquamur, nec interfari atque interpellare geſtiamus abſurda oſtentatione, factumque præ ſe ferente, vt modum teneamus & ſermocinandi & auſcultandi. Neque verò ad diſcendum verecũdum eſſe oportet, nec ad docendum malignum, quod ab alio iure didiceris, nequaquam clam habendũ, cuiuſmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex aliis ipſæ quæſitos liberos viris ſuis tollẽdos ſubiiciunt, patrem ementientes: autorem verò ipſum prodere grata cõmemoratione decet, verúmq; ipſius ſciẽtiæ parentem. Vocis porrò intentio mediocritate temperãda eſt, vt nec exilior fallat aures, nec cõtentior odioſa radat offenſione. Expẽdendũ prius quid dicturus ſis, atque ita demum edendum & prouulgandũ. At vero in cõgreſsibus comiter appellare oportet, atque in conſuetudine ſuauem ſe præbere, non etiã voluptatem facetoſis ſermonibus aucupari: adhortationum vero benignitate, clemẽtiæ ac manſuetudinis opinio colligẽda eſt. Nuſquã acerbum ſe præbere conuenit, etiãſi obiurgatione opus ſit. Plærunque verò cõducibilis nobis erit ea increpãdi ratio, quam propheta ſecutus eſt, qui peccati reo Dauidi non à ſe metipſo impegit dãnationis modũ, ſed accerſita perſona vtẽs, iudicẽ illum ipſum in proprio crimine æſtimando conſtituit. adeò præiudicio in ſeſe facto, nihil ille deinde habuit, quod ſuccenſeret increpanti. Et conſectaneus quidẽ fuerit ſummiſsis atque abiectis animis, triſtis oculus atq; deorſum vergens, habitus neglectus, ſqualida coma, veſtis ſordida, adeò quæ lugẽtes cõſulto meditatóq; faciunt, ea ſuapte animi ſpõte in nobis, & veluti habitu temerario, extitiſſe videri debẽt. Tunica cinctu appreſſa ſit corpori & adſtricta. cinctus neq; muliebrem in modum ilia exuperet, neq; prælaxus fluxam tunicam efficiat. Inceſſus eſto nec ſegnis, ne animum diſſolutum declaret, nec rurſus vehemens inſolentérque incitatus, ne conſternatos impetus animi ſignificet. Vnum modò ſit veſtitus propoſitum, operimentũ vt exiſtat, ab æſtus frigoriſque iniuria corpus aſſerere aptum & idoneum. Colorum amœnitates ne exquirantur, nec opificiorum deliciæ prætenues ac molliculæ. Etenim in veſte pigmentorum lauticias conſectari, perinde eſt, atque ſi muliebrem comptum nobis accommodamus, quem magno illæ ſtudio ſibi aptare

Marginal notes (left): *Sedata & nõ-fracta mẽte quid accedit cõmoda.* — *ἀγωνίζεσθαι ... Bude.* — *Hieronymi Sperl.* — *ἀ... ἐφόλκων.* — *πλημμελῶς.* — *Argum. à exemplo Ioseph cõtinentia exemplar. Iob fortitudinis.* — *A ſimili ἰδέαν. πλημμελῶς.*

Marginal notes (right): *γνώμη.* — *Similé in collatione.* — *γνώμη.* — *Propheta Nathan. 2. Reg. 12.* — *γνώμη ... βλακικὴν.* — *Collatio.*

aptare ſolent, accerſitis lenociniis crines maláſque inficientes. Tunica ſit euſque craſſa, vt alio opus non ſit integumento, ad calefaciẽdum corpus ea contectum. Calciarium eſto precio quidẽ illud vili, ſed quod vicem ſuam implere poſſit. Et vt ſemel omnia vno verbo cõplectar, vt in veſte comparanda, rationem imprimis conſtare oportet vtilitatis: ita in cibo panis vſus expleuerit, id quo opus eſt ad alimentum: aquæ potus ſedauerit ſitim homini integræ valetudinis, quibus acce-
A dent ea pulmenta, quę ex leguminibus ad vſus tãtum neceſſarios facta, tuendæ ſunt integræ corporis firmitati. Inter epulandum hoc cauere conuenit, ne belluantium ſpeciem præbeamus, ſed & conſtantiam, & manſuetudinem vbique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æquabilem continentiam, ne tum quidem porrò ita animis eſſe feriatis nos oportet, vt commentatione rerum diuinarum vacemus. Quippe qui alimentorum naturam, corporíſque aliti opificium, argumẽtum habeamus, diuinas laudes exordiendi, vtique cum in mẽtem nobis venit, quomodo varia cibi genera corporum qualitati accommodata, ab eo ſint, inuẽta, qui omnia moderatur & regit. Porrò autem orationes antequam cibum ſumimus, pro dignitate diuinæ benignitatis ineundæ ſunt, cum earum quæ in præſenti nobis diuinitus conferuntur, tum verò earum quæ in poſterum eiſdem reconditæ ſunt. Iam à corporum curatione rurſus orationes, gratiarũ actionem exequantur, iam acceptorum ergo, atque eò amplius eorũ flagitationẽ, quæ deus nobis pollicitus eſt.

Hora vna ac præſcripta ſit ſumenda alimonia.

B Denique cibi ſumendi hora ſit vnica & conſtituta, eadémque ſemper per abitum reuertens, vix hæc vt curando corpori deſtinata, vna ſit hæc è quatuor & viginti, quam temporis intercapedinẽ complectitur diei noctiſque viciſſitudo. Reliquas autem horas mens commentando occupata ſit, hominis quidem certè, qui menti exercendæ in ſolitudine ſe addixerit. Somni leues ſunto, eiúſque modi qui excuti facilè poſsint, ex naturæ vtique præſcripto, ad victúſque rationem appoſiti: id verò interim accurandum ſtudióque aſſequendum eſt, vt commentandis rebus arduis ipſi paſcantur ſomni. Nam altiore correptum eſſe ſopore, ſicque eſſe veterno diſſoluta hominis contemplatoris membra, vt interim pateat aditus viſis abſurdis obrepentibus, id certè inſtar eſt quotidianæ mortis. Atqui quod aliis diluculũ, id nox iis dimidiata eſt, qui ſe colendæ pietatis ſtudio deuouerint. Tum enim præcipuè otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neq; oculi aſpectus importunos, neq; aures auditus obturbatores intro ad cor admittunt. Cæterum mens ſola ſecum, cum deóque negocium habens, tum
C peccatorum ſuorum recordatione ſeſe corrigẽs, fines ipſa ſibi præſcribit ad vitia auerſanda, opem etiam diuinitus implorans ad ea adipiſcenda, ad quæ magno ſtudio incitata eſt.

Eiuſdem Baſilij ad eundem.

x i.

NVnquam, quandocunque prudẽtiæ tuæ ſcripſi: clam me fuit, quancunque theologicam vocem talem eſſe, vt impar ſit ad exprimendam mentem dicentis, & minor quàm quæ deſiderio quærentis ſatisfacere queat. vnde fit, quòd ſermo imbecillior admodum eſſe ſolet, quàm qui cogitationibus exprimẽdis ſufficiat. Si ergo mens noſtra infirma eſt: & mentem æquare nequit lingua, quid tandem nobis ſpem in his quæ dicuntur, reponere conueniebat, & non magis dicendi penuriam incuſare? Verum licet hoc ita habeat, non tamen potui quod quæritur ſilentio præteri- D
re. Proditionis enim periculum & notam habet, ſi non promptum dederis de deo reſponſum iis qui dominum diligũt. Itaque quod ad ea quæ rogantur attinet, an ſufficienter inſtituta ſint, vel exactiore aliqua additione opus habeant: neceſſarium fuerit ad illorum inſtitutionem & correctionem certum quoddam tempus decernere. Quòd vero in præſentiarũ admonẽdus es: obſecramus quod & iam aliquoties fecimus: vt omnibus modis ipſe veritatis patrocinio & qui menti tuæ diuinitus inditi ſunt, motibus ad commendationem & cõſtitutionem boni vtare: iiſque contentus nihil à nobis amplius quæras, qui quoniã multo minores ſumus hominis opinione, veritatis ſermonẽ noſtra imbecillitate magis lædimus quàm aliquid roboris veritati noſtro patrocinio adiicimus.

Eidem.

x i i.

VEnerunt mihi iam paulo antè abs te literæ, omnino tuæ, non tam propter manus characterem, quam propter ipſius Epiſtolæ idioma. verborum enim habent modicum, ſententiæ E
plurimum. Ad quas quidem non ſtatim reſpondimus: propterea quòd peregrè abfuimus, & grãmatophorus, cum vni familiariũ epiſtolam reddidiſſet, properè migrauit. Sed nunc tandem per Petrum te alloquimur: ſimul & ſalutationis debitum reddentes & denuò ſcribendi occaſionem & materiam exhibentes. Nullus autem planè labor eſt Epiſtolæ Laconicæ, quales ferè ſunt omnes tuæ quotquot ad nos perueniunt.

Baſilij Magni ad Gregorium epiſtola, Iacobo Mycræo interprete.

x i i i.

VNde mihi alas columbæ modo, adſciſcam? aut quo pacto ſenium meum iuueneſcet? vt ad vos me, viri charisſimi, queam recipere, & flagrans meum erga vos deſiderium exatiem, animique mei triſtes curas apud vos deponam: & à vobis tribulationum ſolatium aliquod con- F
ſequar? Siquidem propter beati Euſebij Epiſcopi obitũ timor nos inuaſit haud mediocris, ne forſan qui olim Metropoli noſtræ eccleſiæ præfuerunt, velint ipſam accepta occaſione zizaniis Hæreticorum inficere, & pietatẽ magno labore hominum mentibus inſeminatam, prauis ſuis diſciplinis eradicare, eiúſque vnanimitatem in diuerſa diuidere. Quod etiam in pleriſque eccleſiis factitarunt. Poſtquam vero Cleri literæ ad nos venerunt, ad hortantes ne hoc tẽpore parum ſimus attenti:

atteoti: circunſpiciēs vndiquaque, veſtræ, ô dilecti, tum rectæ fidei, tum zeli, quo erga dei eccleſias affecti eſtis, memini. Atque hac de cauſa miſi dilectū verbi cooperatorem meum Euſtathium qui grauitatem veſtram incitet, vt ſtrenue omnibus pro eccleſia laboribus occurratis, & præſentem aggrediamini, meúmq; ſecum ſocietate refocilletis, & vere eccleſiæ decantatam pietatem inſtauretis, dantes ipſi nobiſcum, ſi bonum opus
A vnà capeſſere dignati fueritis, paſtorem ex volūtate dei, qui populum ipſius recte queat gubernare. Habemus enim ante oculos virum vobis non incognitum. Quem ſi dignemur nobis acquirere, magnam indubie liberiatem erga deum poſſidebimus, & vocanti nos populo ſummum beneficium præſtiterimus. Sed adhortor iterum & ſæpe, vt omni mentis ſegnitie depoſita, tempeſtatis periculum anteuertamus, anticipemúſque.

Baſilij Magni Euſebio Samoſatorum epiſcopo, Iacobo Mycræo interprete.

V.

QVomodo ſilentium in te præſenti queam agere? quin potius cum id ſuſtinere non valeam, orationem quandam factis dignam inuenero, vt vox noſtra non aſſimiletur ſuſpirio, ſed fletui, qui mali grauitatem abunde exprimat. Periit nobis & Tarſus ciuitas: atque non hoc ſolum graue eſt, etſi intolerabile. Nam multo hoc grauius eſt, tantam ciuitatem, tam feliciter agentem, vt Iſauros, Cilicas, Cappadocas, & Syros ſua opera in concordiam perduxerit, vnius aut duorum hominum exitiali ſocordia peſſum iri, dum
B nos cunctamur, conſultamúſq;, & nos mutuo reſpicimus. Optimum igitur fuerit, iuxta medicorū ſententiam, nimis autē multa mihi copia eſt eiuſmodi exemplorum ex imbecillitate domeſtica. Medici, vbi doloris magnitudo excelluerit, ſtuporem ægrotanti conciliant. ita precandū, vt non animæ noſtræ cum intolerabili dolore mali indolentiam experiantur. Quanquam miſeri licet ſimus, vno ſolatio vti viſum eſt, nempe ad tuam manſuetudinem oculos figere, & ex tui notione & memoria animi dolorem mitigare. Quemadmodum enim oculi vbi conſtanter ſplendida inſpexerint, facilitatem quandam per hoc quod ad ceruleos viridéſque colores contuendos ſe recipiūt naneiſcuntur: ita quoque animis noſtris ceu blanda quædam contrectatio dolorem tollit etiā memoria tuæ manſuetudinis & diligentiæ, potiſſimúmq; poſtquam conſiderauerimus pro viribus tuis omnia te abſoluiſſe: ex quibus abunde etiam nobis, ſi res integre velimus iudicare, nihil tua
C culpa periiſſe oſtendiſti, ac apud deum malorum prouidētiæ magnam tibi mercedem paraſti. Cæterum te dominus nobis & ſuis eccleſiis ſua ſolius gratia donet, in vitæ auxilium, & animarum noſtrarum emendationem, dignetúrque nos rurſus tuæ conuerſationis auxilio refocillare.

Eidem. VI.

CVm iam gratia dei, ac precum tuarum ſubſidio, paululum ex morbo conualuiſſe viréſq; colegiſſe viſus ſim: in foribus adeſt hyemis inclementia domi nos cohibens, & ne loco quidem moueri permittens. Nam etiamſi illa ſolito contigerit tolerabilior, mihi tamen ſatis impedimēti attulit: vt non ſolum per me ipſum iter ingredi: ſed ex ipſo quoque domicilio proſpicere nequeā. Eſt autem neque hoc mihi modici momēti, quòd datur per literas cum pietate tua colloqui, & ſpe reſponſionum iam nonnihil recreationis percipere. Si vero & occaſio fuerit, & vitę nos tempus D
non defecerit: nec peſtis minus peruium iter reddiderit, potiemur forſan votorum tuorū deſiderio, téq; intra ædes tuas cōplexi quicquid otij dabitur huc cōuertemus, vt eius quæ in te eſt ſapiētiæ præclaris theſauris abundè ſaturemur.

Baſilius Magnus Gregorio Theologo ſalutem, Iacobo Mycræo interprete.

VII.

SI omnes ordine cauſas ſcriberem, quibus in hunc vſque diem fuerim detentus, quantumuis etiam vehemēter cupierim tuā erga deum pietatem interuiſere, infinitum hiſtoriæ campum explerem, morbos quidem alios aliis ſuccedentes, hyemis odium, negotiorum continuitatem prætermitto dicere, vt quæ cognita tibi ſint, & iam pridem ſignificata. Nunc autē quod vnicum habebam vitæ ſolatium, matrem, etiam hāc propter mea peccata amiſi. tu ne me derideas, qui in hac ętate orbitatem deflere ſoleam, ſed hoc ſcias me animæ ſeceſſum nequaquam ægre ferre, cui quid in reliquis dignitate reſpondeat, non inuenio. Rurſus igitur in morbum incidi, iterúmq; in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuās, E
& propemodum in vnaquaq; hora neceſſarium vitæ finem expectans. Porrò eccleſiæ ferè vt corpus meum affectæ ſunt, nulla quidē ſpe bona affulgente, verum in deteriora rebus ſemper delabentibus. olim Neocæſaria & Ancyra viſæ ſunt habere ſucceſſores eorum qui abierant, & hactenus conquieſcunt. Sed neque ij qui nobis inſidiātur, facere aliquid ira & ſæuitia dignum hucuſque ſunt permiſſi. Atq; huius rei cauſa tuis pro eccleſiis legationibus palam id nos adſcribimus. Quare ne defatigeris pro eccleſiis deprecari, & deū recōciliare, & eos qui tuæ ſanctitati ſubminiſtrare dignati ſunt, frequenter adhortare. Vale.

Baſil. Mag. ad Euſebium Samoſatorum Epiſcopum. Iacob Mycræo interprete.

VIII. F

QVo tandē animo fuiſſe me putas, cum tuas, ô vir pie, accepi literas? ſi enim ſenſum illarum reſpiciebā, cum impetu volui rectà ad vos volare. ſi vero ad corporis imbecillitatem, qua ligatus decumbebam, non ſolum ſenſi me non volare, ſed ne in lecto quidem conuolui poſſe. Nam quinquaginta his diebus æger decubui, quibus mihi ſedulo adſuit dilectus & omniū ſtudioſiſſimus frater noſter & cooperator Elpidius. Multum enim febre conſumptus, penuria nutrientis materiæ, arida hac carne, ceu lucerna-

rum papyro circuodatus, marcida loogáq; ægri-
tudine laboraui. Antiquum vulnus huic accedés,
à cibis me abſtraxit, oculis ſomnum ademit, tan-
dem morti & vitæ conſinem me effecit, tantum
viuere permittens, quanto ad dolorem ſentien-
dum opus eſt. Itaque & aquis vſus ſum natura ca-
lidis, & quaſdam medicorum curationes ample-
xus ſum. omnia arguit iuueoile efficaxq; hoc ma-
lum. vere iam præſente aliud acceſſit, ſubito autẽ
inuadés. Nullus adeo adamantinus qui ferre poſ-
ſit: à quo diu vexatus, nuoquã ſic conualui vt nũc.
Cohibuit hacteous quo minus ad congreſſum
A complexumq; tuæ ſyncere dilectionis venerim.
Quali ſiquidẽ animi delectatione caruerim, noui
& ipſe, & ſi ſummo digito dulciſſimo veſtræ ec-
cleſiæ melle ſim fruitus. Sed ego aliarum quoque
neceſſariarum rerum gratia deſideraui te conue-
nire, déque multis tecum communicare, & mul-
ta diſcere. Noo etenim veram hic & integrã ami-
citiam aſſequi licet: aut ſi amicum ioneneris, non
poteſt ſimiliter tuæ perfectæ prudẽtiæ, experiẽ-
tiæque, quam ex multis eccleſiæ laboribus con-
ciliaſti, de re propoſita ferre ſentẽtiam. Alia por-
rò oon licet ſcribere. Quæ itaque tuto licet pro-
mere, hæc ſunt. Senior Euagrius filius Pampiani
Antiochenſis, qui quondam migrauit verſus oc-
ἀυλολίξα. caſum cum diuo Euſebio, redit nunc à Roma,
petens à nobis literas eadem illorum ſcripta ad
verbum continentes. viciſſim retulit, quæ noſtra
non probantur à doctoribus qui illic ſunt, & le-
gationẽ quandã per viros fide dignos iam ador-
nare, vt coram occaſio ſit nos inſpiciẽdi. Qui no-
B ſtram doctrinam profitentur Sebaſtini, Euſtathij
improbatæ doctrinæ vlcus retegeotes purulen-
tum, petunt à oobis quaodam eccleſiaſticam pro-
curatiooem. Iconium ciuitas in Piſidia, iam olim
poſt maximam prima, nunc vero & ipſa præſidet
parti, tanquam ex diuerſis ſegmentis collectam
propiæ prouinciæ diſpenſatiooem ſuſcepit. Ipſa
enim nos vocat vt eos inuiſamus, epiſcopũ crean-
di gratia. Nam Fauſtinus fato functus eſt. an igi-
tur oportet non detrectare peregrinam curatio-
nem, & qualem oporret dare iis qui dignitate
pollent, reſponſionem, & quomodo ad Euagrij
ſeoteotias me gerere, cupiebam præſeos abs te
doceri, quod non licuit per valetudinem. Porrò
ſi nactus fueris aliquem breui ad nos venturum,
dignare rerum omoium nobis ſcribere reſpon-
ſiones. Sin autem minus, ora mihi in mentem ve-
nire, id quod gratum deo fuerit. In Synodo meo-
tionẽ noſtri fac, & tu quoq; ora pro nobis, & po-
pulũ aſſume, vt reliquos vitæ dies & horas eouſq;
digniſſimus deo, vt illi gratum fuerit inſeruire.

Ad euodem. IX.

C ET in nobis quoq; declarauit dominus quàm
non deſerat ſanctos ſuos, dum magna & po-
teoti manu ſua ſanctitatis tuæ vitam vndiq; pro-
texit. Nam propè ſimile hoc arbitramur: ei, quòd
ſanctus ille in veotre ceti illæſus permanſit: &
quòd in igne adeò vehementi ſioe aliquo nocu-
mento timentes dei viuere potuerunt: quod &
pietatem tuam nobis vndique, vt audio, bellico
tumultu circumfuſam, iocolumen conſeruauit,
& in poſterum conſeruabit: qui hoc poteſt præ-
ſtare deus: nobis, ſi vixerimus, peroptabilẽ iſtam
faciem: aut aliis ſaltem, qui reditum tuom oon ſe-
cus expectant quàm propriam ipſorum ſalutem.
Perſuaſus nanque ſum: quòd propter lacrymas
Eccleſiarum & gemitus illos quibus poſt te inge-
miſcunt omnes in vita te hominum amator deus
conſeruaturus ſit, donec gratiam ſuam impertiat
iis qui noctes atque dies opem ipſios implorant.
Quæ quidem vſque ad dilecti fratris noſtri Liba-
nij Syndiaconi aduẽtum aduerſum oos acta ſunt:
per ipſum in tranſitu ſufficienter edocti ſumus,
quæ vero ab illo tempore geſta ſunt opus habe-
mus cognoſcere. Interea nanq; & maiores & gra D
uiores illis locis adflictiones inferri audimus, de
quibos ſiquidem poſſibile eſt velociter: ſin mi-
nus, per religioſiſſimum fratrem Paulum Sym-
presbyterum ad nos reuertentẽ, vt petimus, edo-
ceamur, quòd illæſa & incolumis vita veſtra co-
ſtodiatur. Quoniã vero audimus vniuerſum iter
plenum eſſe latronibus & excurſoribus: metui-
mus ne ſi in illorum manus incidat frater, illi nos
cauſſa mortis ſimus. Quod ſi mediocrem tran-
quillitatem dederit dominus, quemadmodum de
exercitus tranſitu audiuius, curabimus & noſtro-
rum aliquem mitti qui vos inuiſat, & ſingula quæ
iſthic geruotur annuotiet.

Ad Gregorium Theologum Epiſtola, Iacobo
Myciæo ioteipiete.

X.

OBtulit nobis etiam nunc dominus occaſio- E
nem, quò liceat te literis per deſiderabilem
fratrem noſtrum ſocium tuum Antiochum allo-
qui, téq; adhortari, vt ea quæ facere ſoles, facias,
tum pro nobis deum preceris. Cæterũ ſolatium
quoddam longi diſceſſus, ex literarũ tuarum col-
loquio accipiamus. Id primum & maximum ad-
hortamur, vt ſi quis dominum deprecetur, petat
vt à peruerſis ſceleratiſq; homioibus liberemur,
qui adeo populum deuicerunt, vt nil aliud quàm
Iudaicæ captiuitatis res nobis repræſeotẽt. Quã- O ambitio nem.
to enim impotentiores redduntur eccleſiæ, tan-
to magis dominandi libido in hominibus auge-
ſcit. Et hac tempeſtate epiſcopatus nomen ad in-
felices homines vernatũ filios deuenit, cum nul-
lus ex dei famulis ſeipſum velit contra ipſos in-
troducere, vel ex deploratis, quales ſunt quos nũc
miſit Anyſius Euipij alumnus, & Editius Parnaſ-
ſenus, quem malum futuræ vitæ viaticum ſibiipſi
adſciuit Eccleſiarum præfectus. Hi nuoc fratrem Gregorii Nyſſeni
meum ex Nyſa abegerunt, & eius loco virum in-
troduxerunt, imò potius mancipium triobolare.
hanc perniciem fidei ordinibus certatim proba-
ruot. Et Doaris oppidum peſtilentem homioem,
orphanorum famulum ſcilicer, qui quidẽ à pro-
prius dominis auſugerit, ſed per allentatiooẽ im-
piæ mulierculæ, quæ prius ad animi ſui libidioem
Georgio abuſa eſt, nunc autem hunc habet, ſuc-
ceſſorem illius miſeruot, miſerandum epiſcopa-
tus nomen contumelia afficientes. Quis autem
res Nicopolitarum, miſeri Phortani dignis ſuſpi-
riis quear proſequi? qui prius veritatis patroci-
nium quoddam repræſeotabat, tãdem vero & fi-
dem & ſeipſum turpiter prodidit, proditionis au-
tem

tem mercedem, nempe ignominiæ nomen adeptus. Nam ad epiſcopatus faſtigium, vt putat, per ipſos euectus eſt. Sed deo gratia, cõmunis totius Armeniæ execratio factus eſt. Præter quòd nec ſibiipſis timidum aliquid fingant, neque dignis cooperatoribus ipſis indigeãt. Cæterum reliquas Syriæ res exactius & nouit & recenſebit frater noſter Antiochus. Occidẽtis autẽ ſtatũ ipſe prius accepiſti, cui Dorotheus frater omnia commemorauit: cui diſcedenti qualeſcunque dandæ ſunt

A rurſus epiſtolę: fortaſſe communicabit viam cum Probo Sacteſimo, qui magno ſtudio orientem obambulat, & à ſingulis viris illuſtribus ſubſcriptiones & epiſtolas apportat. Quæ igitur per ipſos literis nunciare cõueniat, vel quomodo ſcribentibus reſpondere, ipſe plane dubito. Si offendes breui eos qui ad nos veniũt, dignare nos certiores facere. Mihi ſiquidem illud Diomedis ſubit dicere, Ne preceris, quoniam, inquit, vir eſt improbus. Nam proculdubio, cum lenius tractãtur elati animi, ſolito inſolentiores plerunq; fieri ſolent. Etenim ſi dominus ſit nobis propitius, quali adminiculo indigemus? Sin autem ira dei permanſerit, quale nobis auxilium ab occidentalium ſupercilio & faſtu aderit? qui veritatem neque norunt, neque diſcere ſuſtinent, verum falſis opinionibus prępediti, illa nũc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt: nempe cum iis qui veritatem ipſis annunciant, contendentes, hæreſim autem per ſeipſos ſtabilientes. Ego ſanè ipſe abſque communi literarum figura volebam ad eorũ antesignanum ſcribere. De eccleſiaſticis quidẽ nihil,

B niſi per ænigmata: quoniam nec intelligunt noſtratium veritatem, neque viam qua poſſunt addiſcere, amplectuntur. In vniuerſum, hoc literis volebam ſignificare, non per afflictiones oppreſſis humiliatiſque pœnam eſſe irrogandam, neque dignitatem æſtimandam ſuperbiam: quod etiam ſolum peccatũ deum inimicum reddere ſufficit.

Apophthegma.

Euſebio ſodali. XI.

CVm ſtatim poſt diſceſſum tuum ad ciuitatẽ veniſſem quantum deſperatione tui animo deiectus fuerim, quid attinet dicere, ad virum, qui non habet opus verbis inſtrui, ſed per experientiam ſimilia perpeti nouit? Quanti enim mihi putas momenti erat omnium optimum videre circumplectiq; Euſebium, & memoriæ beneficio iterum ad iuuẽtutem redire, atq; in mentem reuocare dies illos, quibus & domiciliũ nobis vnum, & focus vnus, pædagogus quoq; idem, ſimul & recreatio, & ſtudium, & delitiæ, & indigentia, & omnia inter nos ex æquo communia erant. Quanti me putas æſtimaturum fuiſſe, ſi per

C tuam præſentiam licuiſſet his omnibus rememorando potiri, grauique hoc ſenio excuſſo iterum ex ſene iuuenẽ factum eſſe videri? At horum me copia quidem fugit: per literas vero prudentiam tuam videre, ac quantum datur vel hoc modo me ipſum ſolari, non eſt ademptum, propter præſentiam venerandiſſimi Cyriaci ſympresbyteri, quẽ pudoris gratia vereor commendare, propriúmq; tibi facere per meipſum, ne forſan ſuperfluum ac curioſum aliquid erga te committam, ſi tibi quæ ſunt propria & peculiaria reconciliem. Verum id

Alt. epiſtolarũ miſſionem commoditatẽ.

facio quoniam me veritatis eſſe teſtem oportet, & iis qui ſpiritualiter iuncti ſunt, quàm maximè pro viribus gratificari. Quam inoffenſe vir iſte, quod ad ſacerdotium attinet, verſatus ſit, arbitror & tibi manifeſtũ eſſe. Confirmo & ego cum nullam prorſus illius in ſacerdotium offenſionẽ inter eos cognoſcam, qui nemini non manus iniiciunt, dominum non formidantes. Quanquam etiamſi quid ab ipſis deſignatum eſt, neque ſic tamen reiiciẽdus erat hic vir. Inimici vero dei gra- D dus eorum quos impugnant magis confirmant, tam abeſt vt de gratia ſpiritus quam habent, quicquam illis detrahant. Veruntamẽ, vt dixi, neq; excogitari quicquã de hoc viro potuit. Itaq; vt presbyterum innoxium, nobiſq; cõiunctum, ac nulla non reuerẽtia dignũ, tuo cõſpectu dignare. Quòd ſi teipſum curaueris, nobis ſimul gratificaberis.

male, apud eos.

Gregorij Theologi ad Nicobulum,

XII.

ET ſemper honoris gratia mihi Magnum Baſilium præpoſui, licet illi contrariũ videatur, & nunc quoque præpono, non minus veritatis quàm amicitiæ gratia. Quapropter præmiſsis illius Epiſtolis, meas ſubiicio. Cupio enim nos vbique alterum alteri coniungi, vt ſimul typum quoq; aliis modeſtiæ ac ſubmiſsionis exhibeam.

Hinc apparet hunc epiſtolarũ librũ editũ eſſe à Gregorio Nazianzeno, poſt mortẽ Baſilij.

Theologi ad eundem. XIII.

Laconiſmus

LAconicè ſcribere nõ hoc eſt quod putas, paucas videlicet ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis rebus paucas. Ita ego Homerum quoque breuiloquum dico, & multiloquum Antimachum. E
Quomodo? Ex rebus ſcilicet non literis prolixitatem iudicans.

Ad Celeuſium principem, Iacobo Mycræo interprete.

XIIII.

QVoniam mihi ſilẽtium & ruſticitatem obiicis, ô vir honeſte & vrbane, age tibi etiam fabulam nihil à muſis abhorrentem recenſebo, ſi quo modo hac te queam dehortari vt in poſterum à nugis abſtineas. Hirundines cõuiriabantur Cygnis, quòd nollẽt cum hominibus cõuerſari, neque Muſicen publicare, ſed circa paludes degerent, & fluuios, ſolitudinémque amplecterentur: ad hæc, paucula quædam canerent, & ea quidem intra ſeipſos, quaſi muſices puderet. Noſtræ autem, dixerunt, vrbes, hominéſq; & penates: hominibus loquimur, & noſtra ipſis percenſemus. Hæc vtique, hæc vetera & Attica, Pan- F dionem, Athenas, Terea, Thraciam, peregrinationem, gloriam, ignominiã, linguæ exciſionem, literas, atque ad hæc omnia Ityn. Atque hoc pacto ex hominibus factę ſumus aues. Illi vero, olores videlicet, vix ſermone quidem ipſas dignati, garrulitatis oſores, hunc in modum reſponderũt. Nos quidem, ô hirundines, ſi quis ad ſolitudinem venerit muſices audiendæ gratia, cum alas Zephyro permittimus, dulce quid & concinnum ſpirare videmur. Quare ſi non multa, & in multis

Simile apud Athenæum & Aeſopũ mythologum.

canimus, certe id ipſum pulcherrimum eſt in no-
bis, quòd menſura cantum moderamur, nec Mu-
ſicen ſtrepitibus permiſcemus. Vos autem etiam
inhabitantes homines ægre ferunt, & canentes
auerſantur, & maxime accuſant. Præterea ne pri-
uatæ quidem lingua ſilentium agere poteſtis, ſed
ipſæ taciturnitatem deploratis, & affectum ve-
ſtrum. Deinde loquaciores eſtis quodam non fe-
lici lingua prædito & Muſico. Intelligis quid ve-
A lim, vt ait Pindarus, nempe vel optimam meam
taciturnitatem tua præſtare eloquentia. Deſine
igitur nugis ſilentium mihi obiicere, aut tibi ad-
feram parœmiam veriſſimam quidem illam, ſed
Paroemia. maxime compendioſam, nempe quòd tunc Olo-
res canunt cum ſilent graculi.

Theologi ad Nectarium.

XV.

RES noſtræ vtcunque ſuo more habent. Sine
bello & negotiis quieti ſumus, ſecuram per
ſilentium ſenectutem præ omnibus complexi.
Quanquam & miſericordia dei per imbecillita-
tem quam ſatis magnam perferimus, ex quiete
hanc lucrifacimus commoditatem. Tu vero pro-
ſpere procede ac regna, quemadmodum diuinus
Dauid dicit. Et ſacerdotium tuum ſimul dirigat,
qui te iſto honore decorauit deus, ſacerdotium
iſtud quamuis calumniam ſuperans largitus. Vt
vero declaremus qua ſumus mutua prædiù fidu-
tia, neque humanum quid patiamur coram deo
B agentes, egoquidem iſta apud te ago & expeto:
tu vero mihi alacriter annue. Pancratij, qui veſter
ſumme germanus filius eſt, curam, agimus, multis
de cauſis hoc neceſſario facientes. Hunc & ad-
mittere velis benignè, & commendare amicis,
quos ſui ſtudioſiores habet, vt ad deſtinatum ſco-
pum pertingere queat. Is autem eſt illius ſcopus,
vt citra moleſtiam exercitum compellare poſſit,
quandoquidem, vt & ipſe noſti, nullum vitæ ge-
nus malis hominibus inoffenſum eſt.

Theologi ad eundem. XVI.

QVid nam faceres, ſi mihi ipſi coram obeun-
dum eſſet negotium? An non manifeſtum,
quod omnem diligentiam impenderes, quo mo-
leſtia liberarer? Siquidem quid opus eſt indiciis
inſtrui, illis, qui cognitione ſua quæ diſcenda ſunt
præuenerunt? Hoc itaque beneficij nobis & nunc
largire per honeſtiſsimam conſobrinam noſtrã,
quæ tibi per nos ſuppliciter aduoluitur, venera-
tus ætatem ſupplicantis, veneratus mores & pie-
tatem, quam non apud multas mulieres inuenies,
veneratus præterea & tranquillam illam mulie-
C ris innocentiam, & quod illi nunc cum domeſti-
cis eſt negotium, ante omnia vero veneratus &
Augetgratiã celeritas impetrata gratia. noſtram obſecrationem. Augmentum erit gra-
tiæ, ſi petitum beneficiũ cito præſtes, viduæ nan-
que humanitatem iniuſtus etiam ille in euange-
lio iudex exhibuit: at poſt diuturnam ſupplicatio-
nem & aſsiduitatem. Verum. Sed apud nos ſit ce-
leritas, ne diu curis, & moleſtiis, quæ vt extraneæ
accidere poſſunt adfligatur. Quãquam ſatis ſcio,
quod illi pietas tua peregrinationem iſtam ſit in
domeſticam quaſi familiaritatem commutatura.

Theologi ad Helladium.

XVII.

DElectatus ſum literis tuis. Quomodo vero
nihil, præ ſe tulerunt, memoriam tibi eſſe
mortuorum? Præſentium vero & ad feſtiuitatem
conferentium potior eſt gratia. Sed tu adhæreto D
illis quibus des quæ ipſe petas. Precare verò pro
nobis. Siquidem prodeſt iterum nos admoneri
pariter & admonere feſtiuitatis. Si vero minus
trãsferri ad ea quæ futuræ ſunt vitæ, & veram fe-
ſtiuitatem apprehendere vel contueri, vbi omniũ
lætantium eſt habitatio. Strophis enim huius vi-
tæ exaturati ſumus.

Theologi ad eundem. XVIII.

E Longinquo aſpicere ad ea quæ ſperãtur edo-
cti. (Vtar enim tuo proœmio) & de iis quæ
iam adſunt lætamur. Sacrum enim Paſchæ diem,
quem apprehendimus, cœleſtium bonorum my-
ſticam ſignificationem eſſe noui: eò quòd ſit fe-
ſtiuitas tranſitoria. Rectè autem feciſti quod &
ipſe nos per ea quæ ſcripta miſiſti, bonum admo-
nuiſti. Ego vero iam pluries iſtam feſtiuitatem
Paſchæ pertranſiui, & vel hoc ex prolixiore hac
vita lucrifeci. Nunc vero purius paſcha deſidero,
vt Aegyptum iſtam præſentis vitę moleſtam ac te-
nebricoſam egreſſus, & à luto lateritioque labo-
re cui obſtricti ſumus, liberatus ad promiſsionis E
terram tranſmigrem. Hanc nobis precator, ſi tibi
curæ eſt quàm maximo nos afficere beneficio.
Tibi vero cui ſpes affulget vitæ longioris contin-
gat cum eccleſia communia feſta ſubinde cele-
brare. Si verò mihi cõceſſeritis ſenectutem iſtam
cum honeſtate abſoluere, & huic eccleſię epiſco-
pum dederitis, quem deſignabit ſpiritus ſanctus,
opus bonum feceritis, &, vt ita dicam, paternis
benedictionibus dignum.

Baſilij Magni Archiepiſcopi Cæſareæ Cappa-
dociæ, ad Sanctum Gregorium Theologum
Epiſtola. XIX.

EGo, ſcribẽte mihi fratre Gregorio quod iam
olim cupiat te nobiſcum agere, imo addente,
id tibi iam ipſi quoque certum eſſe, illud quidem
ægrè credo, propterea quod toties decipior: iſtud
vero & negotiis diſtractus expectare non potui.
In Pontum vt redeam aliquando, vel præſens co-
git neceſsitas, cui loco redditus deo bene volen-
te, vagari deſinam. Vix nanque deſperatis ſpebus
hiſce vanis, quas de te mihi olim cõceperam, imò
magis ſomnij, ſi verius quid dicendum eſt, (laudo F
enim eum qui ſpes vigilantium eſſe ſomnia dixit)
vt vitæ conſulerem, in Pontum abiui, vbi locum
mihi deus moribus meis apprimè conuenientem
oſtendit, ita vt qualem ſæpenumero per otium &
iocum animo fingere ſolebamus, talẽ iam re ipſa
videre liceat. Mons enim eſt ſublimis, grandi ac
tenebricoſa ſylua tectus, gelidis ac pellucidis vn-
dis ſeptentrionem verſus irriguus. Huius gradi-
bus vbi aſcenditur planicies reſupina ſubſtrata
eſt, quæ

eſt, quæ montanis humoribus iugiter fœcundatur. Illam vero ſylua ſpõte ſua diſtinctis & omnifariis arboribus circunquaque complexa propè valli ac ſepti loco, cingit, ita vt illi collata etiam inſula Calypſus quam præ omnibus pulchritudinis gratia Homerus celebraſſe videtur, modica ſit. Etenim non multum illi deeſt ad hoc, vt inſula ſit, propterea quod vndique veluti munitionibus quibuſdam elaborata & ornata eſt. Profũdæ

A ſiquidem valles duabus illam partibus circũſcindunt. Ex lateris vero præcipicio fluuius decurrẽs, & ipſe cõtinui & haud facile ſuperabilis muri vice eſt. Ex altero vero latere mons apertus & expanſus, per cubitos ad Lunæ formam incuruatos, vallibus imminens, eam partem lateris qua aſcẽditur veluti muro quodam concludit. Eſt autem ingreſſus illuc vnus quem in noſtra poteſtate habemus. Ipſam habitationem alia quædam ceruix ſublime quoddam extrema ſui parte collum extendens recipit, ita vt ipſa planicies conſpectui ſit aperta & expoſita, & è ſublimi circunlabentem fluuium deſpicere liceat, qui mihi videtur nõ minus delectationis exhibere, quam Amphipolitanis Strymonis cognitus amnis. Nam is quidem tranquilliore tractu circunſtagnans, parum deeſt quin propter ſilentium & tranquillitatem fluuij nomẽ amiſerit, hic vero fluuiorum, qui mihi noti ſunt, velociſſimus, ad vicinam petram parumper aſperior eſt, ab illa refuſus in vorticem quendam profundum aufertur, omniúmq; iucundiſſimum mihi ſpectaculum ipſo conſpectu, & ſufficientiſſimum incolis vſum exhibet: ſimul etiam ineffabilem piſcium multitudinem in vorticibus alens. Quid dicã de telluris exhalationibus? aut ex ipſo fluuio aſcendente aura? florum copiam, aut etiam

B canentium auicularum alius quiſquam forſan admiraretur. Mihi vero animum iſtis aduertere non vacat. Quod autem potiſſimum de hoc loco referre poſſumus, hoc eſt, quod cum ad omne genus fructuum ſit, propter ſitus cõmoditatem appoſitus: omnium mihi iucundiſſimum fructum quietem ac trãquillitatem alit: non ſolũ propterea quod ab vrbanis perturbationibus alienus eſt: ſed quòd ne viatorem quidem aliquem admittit, præter eos qui venationis gratia nobis ſubinde iunguntur. Nam præter ea quæ recenſuimus, feras etiam, non vrſos, aut lupos quales apud vos ſunt, abſit, ſed ceruorum & capreorum agreſtium greges ac lepores, & ſi quæ aliæ ſunt eiuſmodi nutrit. Num igitur cogitas quãtum periculi demens accerſere voluerim, qui talem locum cum Tiberina quæ barathrum eſt orbis, commutare contenderim? Ad hunc iam properanti ignoſces. Nam protſus neque Alcmæon, poſteaquam echinades reperit, errorem amplius ferre ſuſtinuit.

C

Gregorij Theologi ad Baſilium Magnum.

XX.

Vt iuſſui tuo obtemperetur, partim quidem in nobis, partim vero, &, vt puto, plus aliquãto in pietate tua ſitum eſt. In nobis eſt, quod ad animi votum & alacritatem attinet. Neque enim vnquam conuictum tuum fugimus, ſed ſemper perſequuti ſumus & nunc amplius deſideramus. In ſanctitate vero tua eſt, vt quæ nos impediunt dirigas ac diſponas. Aſsidemus enim domine matri multum iam temporis ex infirmitate laboranti: & niſi cũctaremur illam in ambiguo deſerere, præſentiæ tuę fructum, quod probè ſcias, non negligeremus. Precibus tantum, matri ad ſanitatem, nobis ad iter obeundum, ſuccurre.

Eidem. XXI.

D

PRomiſsionis quidem, fateor, haud ſteti, vt tecum eſſem vnaque philoſopharer, conſtanter adhuc amicitiam illam, & cognationẽ cum Athenis cœptam, tum illic quoq; ſeruatam profeſſus. Non enim habeo quod iſtis familiarius dici poſſet. Feſelli autem non liberè, ſed lege per legem deuicta lege amicitiæ & mutuę conſuetudinis ſuperata, per legem quæ præcipit vt parentes honoremus. Non tamen omnino fallã ſi hoc ipſum promiſſum receperis. Partim quidem nos tecum futuri ſumus: partim vero ipſe nobiſcum eſſe voles, vt ſint omnia communia, & amicitiam pari vtrinque honore præditam habeamus. Ita enim futurum eſt, vt parentes mœſtitia non afficiam, & copiam tui obtineam.

Eidem. XXII.

NOn fero mihi Tiberinã opprobrari, & quæ hic ſunt prominentes & in ſublime porrectas rupes ac tempeſtates, ô admodũ expers luti, ſublimis incedens, & tabularia pedibus calcans peonate, excelſe, & Abaridis iaculo compõendę pernicitate corporis, vt cũ Cappadox ſis Cappadociam fugias. An iniuriam inferimus, quod vos quidem palleſcitis atq; ægrè reſpiratis ipſũmque ſolem tranſcenditis: nos vero ſaginamur ac ſaturamur, & circunſcripti non ſumus? Sed iſta vobis ſunt. Delitiamini verò & diteſcitis ac in foro verſamini. Hoc non laudo. Aut igitur ceſſa lutea nobis exprobrare (neque enim tu ciuitatem condidiſti, neque nos tempeſtatem) aut & nos tibi obiiciemus pro luteis cauponas, & quæcunque reliqua ciuitates incommoda fuerunt. E

Ad eundem. XXIII.

TV quidem quæ noſtra ſunt dicteriis & ſalibus impetito & conuellito. Siue ioco id facias ſiue ſtudio, nihil iſtud retulerit. Riſu modò & puerilem in modum exatiare, & amicitia noſtra fruere. Omnia tua nobis ſunt iucunda, qualiacunque ſint & quomodocunque habeant. Etenim & quæ hic ſunt mihi cauillari videris, non vt cauilleris, ſed vt ad teipſum trahas (niſi ego tu F rum nihil intelligo) quemadmodum ſolent qui fluenta obturant vt alio transferant. Talia ſunt perpetuo quæ tua ſunt. Ego vero Pontum tuum, & Ponticam iſtam caliginis procreationem, ac refugis & exulibus dignam, & qui capiti imminẽt tumulos pariter & feras, fidem noſtram probantes, ſubiectámque ſolitudinẽ celebrabo. Murium caterùm honeſtis nominibus phrontiſterij, monaſterij, ac ſcholæ ornabo. Syluas illas agreſtium plantarum montiúmq; profundè præcipitum coronam qua tamen non coronamini,

καλλιστεύ ... | Strymon. | Echinades | Att. pietate Gregorij. | τὰ πάντα κοινὰ καὶ φίλων ... | Tota fratres feſtiuis metaphoris | A ſimili ...

ſed conclodimini: aërem quoq; temperatum, ac ſolem deſideratum laudabo quem tanquam per fumum aſpicitis, ô Pontici Cimmerij Soléq; priuati, & non ſemeſtri tantum nocte, quod quidam dicunt, damnati. Sed ne aliquam quidē vitæ partem ooo vmbratilem: vnaui vero noctem diutioam per omnem vitam ac vere mortis vmbram, vt ex ſcriptura aliquid proferam, babentes. Laudabo etiam arctam illam ac ſtrictam vitam, neſcio an ad regnum vel ad infernum ducentem: tui vero gratia ad regnū ducat. Ipſam io medio planiciem quid vis vocem? An mentieodo vocabo
A eam ædem, ac fontem io quatuor principia diuiſum: vnde & ipſe orbis irrigatur? An vocabo eam aridam ac ſiticuloſam ſoliudioem, quam Moſes quiſquam ex petra per baculū excuſſo fonte mitiorem habitabilemque fecerit? Nam vbi petras quidem declioaui, tibi mox hiatus: vbi hiatus ibi ſpineta: ſupra ſpinas vero præcipitium: ſupra præcipitiuoi via præceps & vtrinque prętupta, viatocum meotem cogens & ad ſolicitam cautiooem exercens: Fluuius vero infernè reſonat. Is tibi pro Amphipolitano Strymone eſt, ac placidus, & nō magis piſcibus quàm lapidibus fœcundus, neque in ſtagnum aliquod refuſus, ſed io profundū vorticem præcipitatus, O ſublime loquēs oouorúmque nomioum fictor. Eſt enim magnus iſte fluuius & terribilis, & ſupernè pſalmodias reſooās. Hic oullius æſtimantur cataractæ inferoiq; ſtrepitus, tantum videlicet ſonitus noctes atque dies auribus veſtris ſuggerit. Aſper quidē eſt, ſed tranſitum oegans: turbidus quoque, ſed quem potare
B nequeas cui hoc tantū humanitatis eſt quod māſiunculam veſtram hiatibus ac procellis iritatus noo ad ima ſecum deturbat. Iſta igitur nos beatorum inſulis conferimus. Hæc veſtra ſunt qui adeo felices eſtis. Tu vero admirari noli cubitos illos lunares qui gradus montis aſcendendi io arctum magis cōſtringunt atq; intercluduot quàm communiunt, neque collum illud, quod ſupra verticem oritur, quod Tantali vobis vitam efficit, neque delicatam ac mollem auram, tellurisque exhalatiooes quæ vos animo deficientes recreaot, ſed neque canentes volucres, quæ quidē canuot, ſed famem: & circumuolitant, ſed ſolitudioem. Accedit vos nemo, inquis, niſi qui venationis gratia accedūt. Adde, & vt mortuos vos inuiſant. Iſta modum forſan excedunt epiſtolæ, verum ad comœdiā baud ſufficiuot. Tu ſi modeſtè ludū iſtum tuleris, rectè feceris: ſin minus, plura addemus.

[Left margin notes: Διατ[illegible] per alluſione ad עדן hortum [illegible] liciarum. — τὰ βάσιμα [illegible]. — [illegible]]

Tbeologi ad Baſilium Magnum.

XXIIII.

IAm quando videris moderatè ferre lodum noſtrum, addemus & ſequentia. Sit autem ex Ho-
C mero proœmium. Eia age, tranſgredere binc, internos concioe cantus, babitationem tecto carentem & foribus, focuoi frigidum & ſine fumo, parietes igne ſiccatos ne luti ſtillulis conſpergamur, iotus Taotalici quidam & coodemoati, in mediis vndis ſitientes, & ad menſam illam miſeram vnde nemo cibatur, licet omoium ciborum genere inſtructa ſit, anbelantes: ad quam ex Cappadocia, non tanquam ad lotopbagorum penuriam, ſed velut ad Alcinoi menſam, recens naufragi & calamitoſi vocati ſumus. Recordor enim panuoi illorum ac iuſculoruio (oam ita nominabantur) quin & ipſi dentes in memoriā redeunt quomodo morſibus illapſi ſtatim emergebant, ſurſumque veluti ex cœno quodam retrahebantur. Hęc ipſe ſublimius declamabis, cui ex cognatis affectibus datur magnificè loqui: ex quibus niſi oos vere magna ac pauperum altrix (matrem tuam dico) tanquam portus quidam tempeſtate iactatis opportunè comparens, liberaſſet, iam olim mortui eſſemus, Ponticæ fidei non tam laudi quàm miſerationi futuri. Quomodo tranſeo D hortos illos ooo hortos & ad holera mious idoneos, deinde & Augeæ fimum, domo expurgatum, quo illos replebamus, quando luto vebēdo deputatum plauſtrum, ego inſtar botryuoculi, tu contra lamyrus audacter iſtis ceruicibus & manibus, quæ laborum adbuc veſtigia retinent (ô terra, & ſol, vir ac virtus declamabo eoim parumper) non vt Helleſpōtum iungeremus, ſed vt præcipitium complanaremus. Illis ſi nihil grauaris eum dicuntur, omnino neque nos: ſi vero grauatis, quantum, quæſo, cum fiunt? Nos etiam plura omittemus, alios reueriti, quorum & quidem multorum voluptate capti ſumus.

[Right margin notes: ἐκ τῶν οἰκείων τόπων. — Collatio elegans.]

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXV.

QVæ hactenus de Pontica cōuerſatiooe ſcripſimus, ludicra fuere oon ſeria. Quæ vero iā E ſcribo vehementer ſeria ſunt. Quis mihi dabit, vt priſtinorum dierum adflictiunem in quibus tecum iucundiſſimè vixi, vel meo ſem voum ferre liceat? Quoniam res triſtes, quæ ſpoote feruntur, coactis delitiis potiores babentur. Quis dabit mihi pſalmodias illas, & vigilias, & ad precandum ſeceſſus, vitámque iſtam quaſi ſpiritualē & incorporalem? Quis fratrum, qui abs te in pietate inſtituuntur & in ſublime eriguntur, vnanimitatem & cōcordiam? Quis virtutis certameo & acumen quod præſcriptis modis ac canonibus ſtabiliebamus? Quis diuiootum oraculorū execcitiū, inq; illis eum ſpiritus moderamine inueniā lucem? Aut, vt minora & leuiora dicam, quis dabit quotidianas illas ac manuarias operas? Quis ligootum fiodendorum ac componendorum laborem? Quis latomias? Quis cōſitiones & irrigationes plantarum? Quis platanum auream illam & ea quę Xerxis erat pretioſiorē, ſub qua ſedebat non rex delicatus, ſed monachus ex labore defatigatus? quā ego plaotaui, Apollos, hoc eſt, digoitas tua, rigauit: deus vero incremeotum hooori noſtri gratia dedit, vt videlicet ſeruaretur apud F vos exercitij & induſtrię noſtrę memoria, quemadmodū in arca virga illa Aaronis quæ floruerat, ſeruata dicitur ac creditur. Iſta optari quidē facilè poſſunt, apprebēdi vero nō ita facilè. Sed to mibi adeſto, & virtutē precibus tuis aſpira, ac cooperare, & quem aliquando fructum collegimus cōſerua, ne paulatim vmbræ inſtar inchoante iam die euaneſcamus: quemadmodū ego te ſpiro magis quàm ipſum aërē, & hoc tantū viuo quod tecū viuo, ſiue præſens, ſiue imagioationibus abſens.

[Right margin notes: γνώμη — ἄϋλον ζωὴν καὶ ἀσώματον. — Collatio]

Tbeologi

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXVI.

QVomodo nobis poſtremo loco ſunt, & botryunculi inſtar habeotur, quæ tua ſunt, ô diuinum ac ſacrum caput? Quod verbum dentium tuorum ſepiom tranſiliuit? Aut quomodo auſus es hoc dicere? (vt & ipſe modica quadam confidẽtia vtar.) Quomodo animus ad hoc impulit? Aut atramentum ſcripſit? vel charta excepit? ô literarũ ſtudia, & Athenæ, & virtutum ſtudiorúmque labores. (Nam me ſcriptis tuis propè tragœdum ſa-

Hemiſtichium ex Homero.

A cis.) An vel nos vel teipſum non agnoſcis, cum oculus ſis orbis, magnifica vox ac tuba, regiúſque dicendi ſpleodor. Súntne tua modica Gregorio? Eſt oe quiſquam, qui aliquid eorum quæ in terra ſunt vſpiam ita admiretur, vt te Gregorius? Anni tempeſtates vere vno & aſtra ſole vno decorãtur: cœlum vnum complectitur omnia: ita vox tua omnes vna ſuperat. (Siquidem aliqua mihi eſt talia iudicandi facultas: nec, quod nõ puto, vis amoris imponit.) Quod ſi hoc accuſas, quòd te non ſatis pro dignitate admirer, quin accuſas vniuerſos mortales? Neque enim alius quiſquam dignè ſatis admiratus eſt aut admiratur, niſi tu tuáque magniloquentia. (Siquidem fas eſt vt ſeipſum quis laudet, & hoc nobis ſtudiorum ratio permiſit.) Si verò propterea accuſamur, quod te contemnamus, cur non eadem opera inſaniæ prius arguimur? Sed id ægrè fers, quod philoſophamur? Da vt hoc ſolũ liceat dicere, quod & ſtudiis tuis præſtantius eſt.

Baſilij ly-...

Gregorij Theologi ad Baſilium Magnum.

B

XXVII.

LAudo prooemium epiſtolæ tuæ. Sed quid tuorum non laudabile? Et tu captus es, quemadmodum & nos circumſcripti, poſtquam ad presbyterij gradum coacti ſumus. Quanquam ne ad hoc quidem vel ſtudio incubuiſſemus. (Sumus enim inuicem alter alteri, fide digni teſtes, quòd quaſi pedeſtrem & humi repẽtem philoſophiam amplexi ſimus.) Verum ſatius forſan fuerat iſtud non fieri. Aut nõ intelligo quod dico, donec quid ſua moderatione diſponat ſpiritus, intelligam. At cum ita factum ſit, ferre neceſſe eſt, vt mihi quidem apparet, idque maximè propter præſentem tempeſtatem, quæ multas nobis hæreticorum obtrectatrices linguas inducit. Nec pudore ſuffundenda eſt vel eorum ſpes, qui nobis hoc muneris concrediderunt vel ipſa vita noſtra.

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXVIII.

C TEmpus hoc & boni conſilij prudentiam exigit, & continentiam, vtque nobis nemo conſpiciatur animoſior, neque multorũ ſudorum ac ne laborum opus in breui velit quis abſoluere. Quamobrẽ iſta ſcribo, & vnde? deo dilectiſſimus Epiſcopus noſter Euſebius (ad hũc enim modum de illo iam & ſentiendum) admodum ſe nobis amicè accommodat, & velut ferrum igni, iſta ſucceſſu temporis emollitur. Et puto literas quoque illius ad te venturas quibus te ſit & conſolaturus & vocaturus, quemadmodũ & mihi ſignificauit, multique nobis fidem faciunt, quibus cogitationes illius probè cognitæ ſunt. Præueniemus eum ſiue præſentes ſiue per literas. Imo primò ſcribemus, deinde præſentes agemus, ne pudore ſuffundamur, ſi tandem victi fuerimus, cum liceat obtinere vt bene & philoſophicè minores habeamur quod & multi à nobis petunt. Facta eſt itaque reuera mihi fides, tã huius gratia, quàm propter occaſionem temporis: quoniam hæreticorum coniuratio eccleſiam peruagatur: partim eorum qui iam adſunt & turbas dant: partim eorum, qui, vt fertur, futuri ſunt. Eſt autem periculũ ne diſſipaturi ſint ſermonem veritatis niſi velociſſimè exciretur ſpiritus ille Beſeleel ſapientis artificis ſermonum ac dogmatum. Quod ſi videbitur operæpretium, vt ipſe adſim & coram iſta peragam, & ſimul proficiſcar, ne hoc quidem detrectabimus. D

Ipudoum

Theologi ad Euſebium Epiſcopum Cæſariæ.

XXIX.

QVoniam ad virum loquor, qui & mẽdacium deteſtatur, & ad deprehendendum illud in aliis etiamſi aſtutiſſimis ac variis labyrinthis intricetur, omnium acutiſſimus eſt, & præterea neque ipſe artificio delector (dicendum enim eſt etiamſi importunius ſit) ita quaſi natura comparatus, deinde & per doctrinam formatus, hac de cauſa quæ in mentem abſque vlla præmeditatione veniunt ſcribo. Fiduciam hanc meam placidè ſuſcipias, aut certè iniuria me afficies, ſi libertatẽ E iſtam ademeris, mœſtitiæque dolorem in meipſo velut morbidum quid ſupputridum & carcinoma vix eluctabile, cõtinere coëgeris. Gaudeo quidem quod abs te honore afficior (homo ſiquidẽ ſum, vt quidam etiam ante me dixit) & ad concilium ſynodóſque ſpiritales vocor: contumeliam vero honeſtiſſimo fratri Baſilio illatam, & qua etiamnum à pietate tua afficitur, non fero. Nam illum & vitæ & doctrinæ ſupremæque philoſophiæ ſocium ab initio elegi, & nunc quoque habeo: neque meipſum reprehendo in iſto meo de illo iudicio (modeſtius enim arbitror ad hunc modum loqui, ne dum quæ illius ſunt celebro, meipſum laudare videar) Tu vero mihi videris, dum illum vilipendis, idem facere, atque ſi quiſquam vnius viri altera, quidem manu caput demulceat altera vero maxillam feriat, aut ſi fundamentis domus concuſſis parietes depingat, & quæ exteriora ſunt exornet. Itaque ſi mihi quicquam habes fidei, hoc facias. Peto autem vt mihi credas. Iuſtum eſt enim. F Si illum pro meritis colueris, viciſſim & ab ipſo coleris: quod vero nos puſillos & ad pacem paratiores concernit, id illi coniunctum eſt velut corpori vmbra. Neque enim ita miſerè habemus, vt in reliquis quidem philoſophari, & potiorem partem ſectari: iuxta vero id, quod in doctrina noſtra caput eſt, videlicet, dilectionem, contemnere velimus, præſertim erga virum & ſacerdotem & tantum, quem cùm vita tum

Collatione

γνώμη

doctrina canicie quoque, omnium quos cognouimus optimum eſſe ſcimus. vt veritatis cauſa cõtriſteris, nihil hinc mious reddêre celebrior.

Epiſtola Theologi quam ad Cæſarieoſes velut ex patris ſui perſona ſcripſit.

x x x.

Gratia ſpiritus non per tenuitatem officij minuitur.

SVm quidem exigui momeoti paſtor, & gregi exiguo præfectus, minimusq; inter miniſtros ſpiritus: gratia vero nõ eſt in arctum coacta, oec A locis circunſcripta. Quapropter & puſillis data eſt loquendi fidutia, præſertim cum & de publicis ac tantis rebus ſit habendus ſermo, & iis qui tanta canicie præditi conſuluntur, quæ fortè quiddam multis aliis prudentius habet. Conſulitis nõ de leuibus aut vulgaribus rebus, ſed talibus, quæ ſi vel bene vel male habeant, oeceſſe ſit & publicum ſtatum vel iſto vel illo modo habere. Eſt enim nobis ſermo de eccleſia, pro qua mortuus eſt Chriſtus: deq; eo, qui illam ſit deo, adminiſtraturus & adducturus. Nam corporis quidem lycbnus eſt oculus, quemadmodum audiuimus, non is tantum qui corporaliter videt & videtur: ſed & qui ſpiritualiter conſiderat & conſideratur eccleſiæ vero lychnus eſt epiſcopus, quod vobis clarum eſt, etiamſi nos illud oon ſcribamus. Neceſſe eſt igitur, vt, quemadmodum rectè agitur corpus ſi oculus ſit purus: & peruerſe, ſi ſit impurus: ita cum eccleſiæ præfecto, vtrolibet modo diſpoſito, omnino ſimul vel periclitetur vel ſeruetur eccleſia. Igitur cuiuſlibet quidem eccleſiæ, tã-B quam corporis Chriſti, habeoda eſt ratio, maximè vero noſtræ, quæ propè mater omnium eccleſiarum & fuit ab initio & nunc quoque eſt & nominatur: quam Chriſtiana reſpublica velut ceorrum ſuum circulus, vndique obſeruat: non ſolum propter orthodoxam doctrinam vbique ab initio prædicatam: ſed & propter coospicuam illam coocordiæ gratiam, quam dininitus accepit. Quoniam igitur nos quoque ad iſtam de futuro epiſcopo conſultationem rectè ac canooicè vocaſtis: detinemur vero & ſenectute & corporis infirmitate, ſiquidem & nos ſpiritu corroborati adfuturi ſumus (nihil enim iocredibile credentibus) id & quibuſuis melius & nobis iucundius erit, vt & nobis noonihil conferamus, & ipſi beoedictionis conſortes reddamur. Si vero ſuperante infirmitate abeſſe cogemur, quaorum poſſibile eſt ab ſeotibus conſeremus. Crediderim quidem & a-C lios eſſe, qui vt eccleſiæ apud vos præficiantur digni ſint, vtpote ex vrbe tanta, tam ſanctè & à talibus viris iam iode ab initio Inſtituta: oequeo tamen qnenquam eorum qui apud vos ſuſpiciuntur, vni piiſſimo filio noſtro Baſilio presbytero præferre (loquor autem ranquam coram deo teſte) viro & vita & doctrina ſyncero, & qui ſolus omoium maximè, quod ad vtranq; attinet, præſẽti tempeſtati atque iovaleſcentibus bæreticorum nugis obſiſtere poterit. Iſta & ſacerdotibus ſcribo & mooachis, atque illis quoque qui ex ordioe ſunt magiſtratus ac ſenatorio, ſimulq; populo omni. Quod ſi hoc complacuerit, ſenientiaq; mea obtinuerit, quæ ita integrè ac rectè habet, vt coram deo prolata, & adſum ſpiritaliter atque adero, imò iam quoque manom iſti negotio booa ſpiritus fiducia prędicus admoui. Si vero oon boc ſed aliud quid placuerit, iuxtaq; cootubernia aut ſectas & cognaiiones decretum fuerit, turbulentaque iterum maous ac vis quod iuſtum eſt peruerterit, facite quod vobis ipſis viſum fuerit, nos quieſcemus.

Collatio.

γνώμη.

Theologi ad Epiſcopos Cæſariæ, velut ex perſona patris ſui.

x x x i.

Ironia.

QVam iucundi vos, & humani, excellentique dilectione præditi eſtis? vocaſtis nos ad metropolim, ſuper Epiſcopo creando, vt puto, cooſulturi. (Iſtud enim inter vos agi ſentio) neque D tamen quod comparendum ſit, neque quid tractãdũ, ne tũ quidẽ indicaſtis, cũ tumultuariè cõpellatis nobis proruiſtis, tãquã qui nec honorare nec præſeotes oos habere ſed magis negligere decreueritis, vt ne ad iouitos quidem quicquam huius negotij deueniat. Veſtrum itaque inſtitutum tale quidem eſt, quod & nos feremus contempti: noſtrum vero quomodo habeat indicabimus. Alij alios deſignabunt? iuxta ſuos quiſque mores ac quæſtum id quod in huiuſmodi cauſis plerunque contingere ſolet. Nos vero neminem honeſtiſſimo filio noſtro Baſilio ſympreſbytero præferre poſſumus. Neque enim fas eſſet. Quem nanque inueniemus, eorum quos oouimus, vel vita probatiorem, vel doctrina potentiorem & vndique ad virtutis honeſtatem æquè inſtructum? Si verò viri huius infirmitas prætexitur, ooo athletam, ſed doctorem deſignaturi eſtis. Et præterea quoque E poſſibile eſt vt infirmos ipſe, ſi qui fuerint tales, & conforter ac corroboret. Si ſimul ſententiam hãc noſtram acceptaueritis, adero & operã meam impendam, ſiue ſpiritu ſiue corpore. Si vero cauſam hanc ex præhabitis conuentis & pactionibus egeritis futurumq; eſt vt contra iuſtum & æquum obtineat ſeditio, gratum erit quod cootemnimur, veſtrum ioterim ſir hoc opus, pro oobis item orate.

In epiſcopo deſignando non athletica vires exiguntur, ſed doctore digna virtus.

Theologi ad Baſilium Magnum.

x x x i i.

EGo te & præceptorem vitæ & dogmatum doctorem, & quicquid booorum quiſquam proferre poterit, æſtimaui, & ab initio, & ounc quoque æſtimo: & ſi quis alius tua celebrat vel mecum hoc facit, vel in eo me ſequutus eſt. Vſque adeo ſcilicet à pietate tua vincor, atque ita ſyocere tuus ſum. Neque mirum hoc videri de- F ber. Vbi nanque plus eſt conuictus & familiaritatis, ibi plus eſt & experientiæ: vbi vero plus eſt experientiæ, ibi & perfectius teſtimonium dari poteſt: & ſi qua eſt alia mihi viuendi vtilitas illã amicitiæ tuæ & conuictui deputo. Sũ itaque in iſtis buoc io modum affectus, & porrò talis ero. Quæ iam vero ſcribo, inuitus quidem ſcribo attamen ſcribo. Tu vero iſtud in me haud ægreferes, alioqui & ipſe admodum ægrelaturus ſum, ſi fidem tibi oon ſecero, quod animo iſta beneuolo ad te dico & ſcribo. Sũt qui nos arguant quãplurimi, quod in fide fortes nõ ſimus quotquot ſcilicet (neq; id immeritò) noſtra cõmnia nobis faciunt. Et alij impietatẽ manifeſtè opprobrant:

Calumnia aduerſus Ba. & Gregorium concinnata

probrant: alij ignauam timiditatem. Impietatem, qui nos nihil rectè dicere credunt: timiditatē vero, qui fugam ac ſubtractiuncem obijciunt. Quæ alij accuſent, quid attinet dicere? Quod nuper accidit narrabo. Conuiuium erat. In illo aderant nō pauci ex illuſtribus viris nobiſque amicis. Inter illos vero aderat & vir quiſquam & nomen & habitum religionis indutus. Nondum bibebatur, & ſermo iam miſcebatur de nobis (id quod in conuiuijs euenire ſolet, atque fabulæ cuiuſdam loco proponebamur. Cum omnes tua admirarentur, nóſque tibi coniungerent, vtpote qui eiuſdē philoſophiæ ſtudio teneamur, déque amicitia noſtra
A & Athenis denique quàm in omnibus vnanimes ſimus & concordes, dicerent: rem malam philoſophus ille inferebat. Et quæ nam illa, inquis? Magno & feruenti clamore prorūpens, heus aiebat, quàm eſtis vehementer mendaces & aſſentatores, In reliquis quidem laudentur iſti viri, ſi videtur, neque ipſe contradico: quod maximum vero eſt, illis non concedo. Quod ad orthodoxiam attinet, vanè laudatur Baſilius, vanè & Gregorius. Ille propterea quod fidem per ea quæ diſputat prodidit, iſte, quod illam ſimul prodidit, dum illius diſputationes tolerat. vnde hoc, aiebam, ô vane & propter arrogantiam recens quidam Dathā & Abiron? Vnde nobis appares dogmatiſtes? Quomodo teipſum tantorum virorum iudicem cōſtituis? Ex Synodo eupſychi, inquit, iam primum eius quod dixi teſtis aduenio (atque id ita verum erat) vbi Baſilium magnum diſſerentem audiui de patre quidem & filio optimè ac perfectiſſimè,
B atque ita, vt non facilè alius quiſquam ad eū modum dicturus ſit: ſpiritum veru male tractantem. Et adiecit ſimilitudinē perinde, inquit, atque fluuiorum quidam ſaxa prætercurrentes, ſabuloſam terram excauant. Quamobrem aiebam, præclare vir? Tu quidem, ad me reſpiciens, aiebat, apertè iā diuinitatem ſpiritui adſcribis. Et quanam occaſione, inquam, hoc dicis vel de me vel de meis ſumpta, vt qui in Synodo magna hominum frequētia referta ſpiritui diuinitatem diſſerendo tribuerim poſtea vero diuulgatū hoc intra me ſuccinuerim nempe, vſquequo ſub modio lucernam abſcōdemus? Tum ille ſermonem tuum deliniabat, obſcurè quidem & quaſi per vmbram: veritatem verò nō liberè proloquebatur, ciuilius magis quàm religioſius auditorem inuoluens, dicendique facultate verſutiam obtegens, quod ego ſcilicet obſcuro loco degens, ac multis incognitus, ita vt nō ſolum quid doceam ſed & an doceam pleroſque lateat, ſine periculo philoſopher: alterius vero maior ſit ratio, vtpote celebrioris & apud ſe, & apud eccleſiam, & quicquid is dicat publicè ad populū
C dicatur: deinde quod plurima ſit ipſius nomine contentio, quærētibus hæreticis nudæ voci ipſius quoque Baſilij adhærere: quod is quidē ex eccleſia ſit eiectus, qui ſolus propè reliqua ſit veritatis ſcintilla, & viuida quædam omnium circunquaq; reſiduorum virtus & facultas: malum vero in vrbe radicetur, vnde & quaſi ex carcere quodam eccleſiæ in vniuerſum orbem excurrat. Melius igitur eſt domi veritatem adminiſtrare dum nubilo iſto tempore parum ſuſpicimur, quàm manifeſta illam & publica prædicatione ſubuertere. Nobis quidem nihil eſt etiam ab alijs dictionibus periculi, quibus hoc colligitur & adſertur, quod ſpiritus deus agnoſcatur. (Non enim in ſono verborum magis quàm mente & ſententia ſita eſt veritas) eccleſiæ vero plurimum adſertur detrimenti, quod per vnum virum propulſatur veritas. Inſtructionem meam tanquam vanam, & qua luderentur, non recipiebant, qui aderant: ſed reclamabant etiam nobis, vt qui timiditatem magis quā veritatis doctrinam profiteamur. Multo nanque ſatius nobis quod noſtrum eſt per veritatem cuſtodire, quàm & illud inutiliter amittere, & alienum non aſſequi, ſi veritatis diſpenſationē ſimu- D laremus. Verum ſingula quæ & illi dixerint & ego audierim, quámque indignatus ſim contrà nitentibus, idque præter menſuram & conſuetudinem meam, longum fuerit ſi nunc recenſere vellem, & fortè non neceſſarium. Ad finem vero ſermonis, illos, quidem ita repuli. Tu vero, ô diuinū ac ſacrum caput, doce nos, quouſque progrediundum nobis ſit in adſcribēda ſpiritui diuinitate, & quibus vtēdum vocibus, & quouſque iſta doctrina ſit adminiſtranda vt habeamus iſta contra aduerſarios. Ego enim ſi haberem opus ex te nunc hoc diſcere, qui & te & quæ tua ſunt omniū maximè cognoui, déque illis iam ſæpenumero ſatisfactionem & dedi & accepi, omnium vtique eſſem inductiſſimus ſimul & miſerrimus.

Baſilij Magni ad Theologum.

XXXIII.

Literas pietatis tuæ accepi, per venerandiſſimū fratrem Helleuium, quem & quæ ipſe ſignificaſti eadem apertè narrantem quomodo cum audirem affectus fuerim, omnino nihil addubitas. E Attamen quoniam dilectionem eam, qua erga te ſum, decreui quouis dolore ſuperiorem reddere: accepi iſta quoque vt conueniebat: atque oro ſanctum deum, vt reliquos dies & horas in eo erga te affectu conſeruet, quo retrò lapſo tempore prędi tus ſui, in quo nihil nobis ſiue parum ſiue multū ab illo defeciſſe conſcij ſumus. Quod vero ille de quo ſcripſiſti, qui nuper vitam Chriſtianorum tātopere inſpicere contendebat, denique nonnihil autoritatis ex eo ſperabat, ſi me contereret, & quæ non audiuit aſſerit: & quæ non intellexit diſputat: nihil eſt quod mireris. Quin hoc admiratu dignum & paradoxon fuerit, quod ad iſta auditores habet germaniſſimos mihi eorum qui apud vos ſunt fratres: & non ſolum auditores ſed &, vt apparet, diſcipulos quoque. Quanquam & præſertim paradoxon cum ſit, quod talis docendi munus vſurpat, & quod tales auditores illum ſuſtinent, quódque ego conuellor ac diſcerpor, veruntamen ipſa temporum iſtorum cataſtrophe nos ita inſtituit, vt nihil eorum quę accidunt moleſtè feramus. Iam olim enim igno- F minioſiora nobis, promerentibus ita peccatis noſtris, accidere conſueuerunt. Ego igitur, ſiquidem nullumdum fratribus iſtius, ſententiæ meæ de deo experimentum dedi, neque iam neceſſe habeo vt aliquid reſpondeam. Quibos enim prolixitas temporis non ſatisfecit: quomodo breuis aliqua epiſtola ſatisfaciet? Si vero illa ad ſatisfactionem ſatis erit, pro nugis babenda ſunt,

quę

Baſilius, ſcintilla veritatis.

γνώμη.

πληροφορίας

quæ calumniatores effingunt: veruntamen quoniam permiſimus, vt ora infrenata, cordáque tudia de quibuſcunque volunt loquantur, & aures ad ſuſcipiendum quiduis paratas habemus, fit vt non ſolum quæ aliorum ſunt nos, ſed & alij quæ noſtra ſunt ſuſcipiát. Horum hæc eſt cauſa, quam olim deprecabar, ne fieret: nunc verò defatigatus ſileo, videlicet, quòd vnà non conuenimus. Si enã que cum ſecundum antiqua ſtatuta, tum ſecũdum eam, quam iam eccleſiis debemus, curam & ſolicitudinem, ſæpius per annum conueniſſemus, ianuam certè calumniatoribus non aperuiſſemus. Tu vero, ſi videtur, vale iſtis dicto, huc te prouocari ſinas, vt in præſenti mecum certamine laboA res, mecúmque ſis aduerſus eum qui nos impugnat. Si enim vel viſus duntaxat fueris, confeſtim impetum illius, & qui cum eo ad peruertẽdas res patriæ conſpirant diſſolues ac perfundabis: oſtendéſque illis quod ipſe conuentus noſtri per gratiam dei autor ſis, obturatuſúſque omne os iniquum eorum qui loquuntur aduerſus deum iniquitatem. Quod ſi ita feceris, res ipſa declarabit, quis te ad ea quæ recta ſunt ſubſequatur, & quis nam is ſit, qui claudicet & per metum doctrinam veritatis prodat. Erit autem mihi perfacilis argumenti, ad res eccleſiaſticæ producæ ſint, inſtruere verbis eos qui tantam tui rationem habent, vtut ſoptetio ſunt iſti homines, qui nondum ſeipſos metiri ac moderari didicerunt. Propediem enim ipſa rerum geſtarum demonſtratio Sycophantias iſtas euidenter coarguet, atque in lucem producet. Quapropter expectamus etiam futurum forſan, vt pro veritatis doctrina plus aliquid tribulaB tionis ferendum ſit: ſin minus vel hoc omnino vt & eccleſiis & patriis ſedibus eiiciamur. Si vero nihil eorum quæ ſperamus euenerit, non procul abeſt tribunal Chriſti. Ita ſi propter eccleſias conuenire nos voles, paratus ſum quocunque vocaueris accurrere. Si vero vt Sycophantias diſſoluã ac refutem, iam de illis reſpondere non vacat.

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXIIII.

HOc ipſum ſcilicet erat, quod quidem alius quiſquam prudentiorum ſuſpicatus fuiſſet: ego vero vehementer ſtolidus ac demens, cum ad te ſcriberem nihil ſum veritus. Contriſtarunt te literæ meæ. At, quemadmodum ego aſſero, nõ rectè, neque iuſtè: ſed admodum vanè ac fruſtra. C Et mœſtitiam diſſimulaſti quidem: occuluiſti autem (quanquam iſtud ſapienter feciſti) triſtem vultum pudore, quemadmodum facies larua quadam obtegi ſolent. Ego vero, ſi quæ ſcripſi, doloſè & animo maligno ſcripſi, non plus per mœſtitiam tuam nocumenti accipiam, quàm per ipſam veritatem. Si vero animo ſimplici & ex familiari beneuolentia hoc feci, peccatis meis hanc triſtitiam tuam, non affectui tuo adſcribam. Veruntamen ſatius fuerat iſta corrigere, quàm bene conſulentibus ſuccenſere. Itaque res tuas ipſe curabis, qui & aliis eadem conſulere potes. Me vero paratum, ſi deus dederit, ac præſentem vnáque decertantem & pro viribus adiuuantem habebis.

Quis enim imbecillis erit? quis non fiducialiter aget, ſub te & vnà tecum de veritate dicturus ac certaturus?

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXV.

NOn ceſſas maledictis nos impetere, tãquam imperitos, rudes, ad amicitiam ineptos, & ne vita quidem dignos: propterea quod commemorare auſi ſimus quæ perpeſſi ſumus. Nõ enim D aliud quicquã eſt, quo te laudamus (ipſe alioqui proferres) neque cõſcij nobis ſumus quòd te malo, ſiue parum ſiue multum, affecerimus. Neque nobis ignoſceretur. Niſi hoc tãtum cognouimus quòd ſeducti ſumus, ſero quidem valde, cognouimus tamen, ac ſedi epiſcopali accepium ferimus, vt quæ te ſubito ſublimiorem nobis reddiderit. Et iam laboramus ex eo quòd cauſa tua nobis opprobratur, illamque apud eos ſuſtinemus, quibus res noſtræ priſcæ & iam præſentes notæ ſunt. Hoc enim eorum quæ patimur ſummè ridiculum eſt, aut maximè miſerandum, quod iidem & iniuria afficiuntur & culpantur, id quod iam nobis quoque vſuuenit. Culpant quidem alij aliud, & quiſque quodlibet pro ſua ſententia vel iuxta ꝙ nobis iraſcitur: qui vero humaniſſimi ſunt, illi obiiciunt faſtum & contemptum, & quod poſteaquam vſui ſuimus abiicimur, tanquam ignobiliſſima quædam vaſa, quorum iam nulla eſt reputatio, aut fulcra illa quibus imponũtur curuæ teſtudines ædium, quæ poſteaquam illæ ſtabilitæ ſunt, E tolluntur & contemnuntur. Iſtos quidem valere ſinemus, & dicere, quicquid tandem dicant, Licentiam iſtam ac libidinem linguæ nemo cohibebit. Et tu mihi mercedem obiice, beatas illas ac vanas ſpes, quas cõtra maledicos excogitas, quaſi mercedis gratia nos vituperent, leues & ad talia paratos. Ego vero quod ſentio aperiam. Nihil autem mihi indignaberis. Dicam enim, quæ & ſtatim citra animi perturbationem breuitum ſentẽtia cõplectebar, nõ vſq; adeò vel ita feruidus, vel eo quod factũ eſt perculſus, vt exciderit quid ſenſerim, aut ignorem quid dixerim. Neque armaturam mihi comparabo, neque militaria diſcam, quæ ãtea cum opportunius eſſet: propterea quod paſſim omnes & armabantur & inſaniebant, non didici. Nôſti imbecillium ægrotationes. Neque Martium illum Anthimum, quanquam intempeſtiuum & immaturum bellatorem, nudus, imbelF lis, & ad vulnera exhibitior ſuſtinebo: ſed illum ipſe, ſi ita lubet, impugnato: (Etenim plerunque fit vt etiam imbecilles vſus reddat bellatores) vel quære eos, qui aliquando pugnãtuot. Siquando mulos tuos apprehenderit, is qui anguſta viarum obſidet, quemadmodum & Amalech Iſraëlem impediendo faciebat. Nobis vero pro omnibus detur quies. Quid enim opus fuerit pugnare, propter lactentes adhuc, & auiculas, idq; peregrinas, quaſi periculum ſit animarum & ipſorum canonum? Quid neceſſe eſt etiam illuſtribus Saſimis priuare Metropolim. Aut denudare ac reuelare cõſilij arcanũ quod erat cõtegẽdũ? Attamẽ tu viriliter agito & cõfortator, atq; omnia

Collatio.

De hoc Anthimo in Monodia Greg.

Ironia.

nia ad opinionem tuam trahito: quemadmodum fluuij ad ſe recipiunt torrentes, neque amicitiam neque conſuetudinem honeſtati ac pietati præferens: neque curans qualiſnam ex illo inſtituto tuo videaris, ſed vnius ſpiritus ductui obſequens. *Metaphora.* Nos vero hoc ſolum eſt amicitia tua lucrifacimus, quòd iam amicis fidem non habemus, neq; quicquam deo præferimus.

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXVI.

A ARguis nos otij ac ſocordiæ, quod Saſimorũ tuorum præſulatum non occupauimus, neq; vt addecet epiſcopum permouemur: neque quaſi ſi in medium canum ſit proiectus cibus quiſquã, alius aduerſus alium armamur. Mihi verò maximum negotium eſt ipſum otium. *[illegible]* Et vt aliquid cõmodorum meorum cognoſcas, vſque adeò ad otioſam hanc tranquillitatem contendo, quaſi omnibus lex quædam de iſta magnanimitate lata putetur. Quod ſi nos nemo non fuiſſet imitatus, neque eccleſiis iam vllum eſſet negotium, neque fides diuulſa propriarum quibuſuis contentionum quaſi quædam armatura exiſteret.

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXVII.

QVam calidum & equeſtre proſilis in literis? At nihil eſt, quod admiremur te, quippe qui velis recens guſtata gloria, oſtentare nobis, quam ſis gloriam nactus, vt hoc te pacto grauiorẽ reddas: quemadmodum ſolẽt pictores qui anni tem- B *Simile ex collatione.* peſtates depingũt. Mihi vero ſi res epiſcoporum narrandæ ſint, & quæ cõtinuerit epiſtola, ob quã idignaris, vnde cœperimus, quò progreſſi ſimus, & in quid deſierimus, prolixius videtur quã quod competat epiſtolæ, & non magis apologiæ quàm hiſtoriæ opus futurum. Vt vero breuiter declarẽtur iſta, venit ad nos generoſiſſimus ille Anthimus, quibuſdam epiſcopis concomitatus, ſiue iam quam parentem meum inuiſurus. (Nam & hoc præ ſe ferebat,) ſiue vt satageret quæ ſatagebat. *Noua metropolis erat Tyana vrbs, cuius Anthimus erat epũs.* Multa vero déque multis experiundi gratia venabatur, de parœciis, de Saſimis paludibus, de noſtra electione ac manuum impoſitione, indulgẽs poſtulans, minitans, in ius vocans, improbãs, laudans, ambitus quoſdam ſibi ipſi circũducens, quaſi oporteret nos ipſum ſuſpicere ſolum, deinde & nouam metropolim obiiciebat eſſe maiorem. Quid vrbem noſtram, aiebam, circunſcribendo coarctas: cum nos illam & eccleſiam, vt re vera eſt, eccleſiarum ab initio quoque matrem faciamus? Tandem re infecta abiuit, plurimum minarum ſpirans, & Baſiliſmum nobis tanquam Philippiſmum quendam opprobrans. Num hac in C re iniurij tibi videmur? Non puto. Conſidera & reliquam epiſtolæ partem, num quid habeat in quo nos tibi iniurij fuerimus. Conuocationẽ Synodicam obiiciebat ac depingebat nobis. Cũ autem ego contradicerem, aſſererémque rem iſtam contumelioſam eſſe, is ſecundo petebat, vt ego vos aduocarem de his rebus conſulturos. Atque iſtud pollicitus ſum, ne quod primum vrgebat fieret, totum in veſtrum arbitrium collocans, an velitis ipſos in vnum cogi, idq́ue vbi, & quando, q́ ſanè honorantis eſt non cõtemnentis. Quoniam vero neque hic iniuriam intulimus, dicatur reliquum. Si hoc vobis per me diſcendum eſt, ipſam vobis Anthimi epiſtolam legam, quam cum in ſtagnum cõiecta eſſet, nóſque renuiſſemus interminatique eſſemus, ad nos ſcripſit, vituperans ac maledicens, & velut epinicion quoddam tanquã victis occinens. Iam quid rationis habet, quod cũ illi renitar propter vos, vobis diſpliceo, quaſi illi obſequutus ſim? At iſta oportebat primùm, ô ſuſpiciendæ vir diſcere, & poſtea non vituperare D nos, ſi nihil aliud ſaltem vt presbyteros. Si vero vehementer oſtentabundè & cõtentioſè animatus es, atque glorioſè & cum faſtu nobiſcum diſputare volueris, tanquam Metropolitanus micropolitanis, vel ex otioſibus quoque, eſt & nobis ſupercilium quod in tempore opponemus. Eſt enim hoc cuiuis facillimum, & forſan conſentaneum propius rationi.

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXVIII.

POſtquam te ſublimi throno impoſitũ cognoui, & ſpiritus obtinuit, vt lychnus candelabro publicè imponeretur, licet iam quoque antea nõ obſcurè ipſe ſplendeſceret, gauiſus ſum, fateor. *Simile euangelicum.* Quid autem facturus non eram, cum rempublicam eccleſiæ male habentem, talem aliquam epiſcopi electionem efflagitare viderem? Accurrimus autem non ſtatim, neque accurremus. Nec tu ipſe hoc expetes. Primùm quidem vt autorita- E tem tibi conſeruem, & ne tui ſtudioſos per inſolentiam, & temeritatem congregare videaris, cuius te calumniatores furſan inſimularent. Alterũ vt mihi ipſi ſtabilitatem quandam ac vitam ab inuidentia liberam procurem. Quando igitur, inquies forſan, aduenies? & quouſque tergiuerſaberis? Donec ſcilicet, diuinitus iuſſus fuero, prætereantq́ue vmbræ eorum qui iam irruunt, inuidiæq́ue zelo accenſi indignantur. *Metaph.* Neque enim obtinebunt amplius euidenter ſcio, leproſi illi, qui Dauidem Hieroſolymis excludebant. *In prouerbium abiit.*

Theologi ad Baſilium Magnum.

XXXIX.

AVdio te perturbari propter nouam illam rerum immutationem, negotiúmque tibi fieri per fraudem ac conſuetam curioſitatem eorum qui rerum potiuntur. Nihil eſt autem quod admirer. *Cauſa erat Cappadociæ in duas Metropoles diſſectæ.* Neque enim ignorabam iſtam inuidiam: & F quod multi eorum qui circa te ſunt, quæ ſua ſunt ipſorum, per re curant, ac puſillanimitatis huius ſcintillã accendunt. Itaque illud quidem nõ ſum veritus, ne quid alienum, à philoſophia, vel quod te aut nobis indignum ſit in hiſce rebus triſtibus deſignares. Sed arbitror me nunc potiſſimum Baſilium meum cogniturum, illúmque quam philoſophiam mecum ſemper amplexus eſt, declaraturum iã, inſultúſq; iſtos velut altos quoſdã fluctus ſuperatu-

ſuperaturum, ac reliquis perturbatis immotè per ſtatutum eſſe. Si vero videtur, & ipſe adero, & cõ ſilij quicquam fortè communicabo. (Quanquam ſi pelagus aquam, & tu conſultorem deſideras.) Omnino autem vtilitatem aliquã & philoſophię noſtræ profectum præſens accipiam, videlicet, ꝙ vnà tecum contumeliis afficiar.

Paroemia veteris.

Theologi ad Baſilium Magnum. XL.

Nihil mirere, ſi quid dicere videbor præter tuam votus opinionem, ne id tamen cuiquã à me indicatum prius. Videris tu quidem mihi apud omnes obtinuiſſe hactenus viri exiſtimationem qui eo promouerit, vt ſuis ipſe rebus ſolerter nouerit proſpicere, ſolidique ſit & conſtantis animi: attamen non pauca admodum & deſtinas animo & opere perficis ſimplicius, quàm cautius. Animus ſiquidem quò purior eſt malitiæ ac liberior, hoc minus liberum illi eſt, ſuſpicionibus vt ſe accommodet & acquieſcat. Tale quid cenſeri poteſt, quod vel nũc ſe offert. Ad Metropolin vocaſti nos. Quũmque articulus inſtaret ineundæ de eligendo epiſcopo conſultationis, ibi tu ad id quod decorum maximè loquẽdi exigebat, ac rei tantæ perſuaſionem, mihi viſus es ſatis ſcienti eile ac prælanguido corpore ſpiritũ ducere extremaque verba profari, & noſtri tum tangebare deſiderio. Cur id fieret, non ſatis perſpectum habui, aut quid ei negotio præſentes collaturi eſſemus. Properabam vero, ob eam rem admodum anxius ac triſtis. (Quid enim mihi vita tua ſublimius eſt? Et quid extorri profectione viciſſim moleſtius?) & lacrymarum fontem profundebam, plorabamque ac ſentiebam tum primùm me haud philoſophicè animatum. Ecquid enim eorum quæ ad funebralem luctum pertinent non abſolui? Poſtquã vero ſenſi ad vrbem concurrere epiſcopos, cohibui impetum aduolandi: admiratus vero ſum, primum an neſcires & ipſe decorum, compluriumque linguas, quas cauere oportebat quæ omnium velociſſimè ſyncerioribus calumniam ſtruunt. Deinde, an non arbitreris eadem & nobis & tibi competere, quibus & vita & doctrinæ ſtudium, atque omnia communia ſunt: ad hũc modum ab initio diuinitus coniunctis. Tertiũ (dicatur enim & hoc) & ſi putaueris eos qui religioſiores ſunt ita animatos eſſe, vt prætendant hic & coniiciant, id quod res eſt, non tamen idem facient, qui potiores ſunt, & multitudini familiares. Hac itaque ratione puppim cohibui, atque moram iam necto. Tibi vero & ipſi, ſi videtur cõſilium hoc meũ approbatum ſit, videlicet, vt turbas illas quæ iam palam verſatur, prauáſque ſuſpiciones effugiam. Pietatem vero tuam tunc videbo, quando & res tuas pacatiores reddideris, opportunúmque erit, vt & plura & grauiora obiiciam.

A B C

τὸ ἐπιτάφιον. ... (margin: τὸ ἐντεχ- μον.)

πρύμναν ἀνακρούομαι.

Baſilij Magni ad Maximum Philoſophum.

XLI.

Animorum imagines reuera per ſermones exprimuntur. Cognoſcimus itaque te per literas, quantum, vt aiunt, per vngues Leonem: gauiſique ſumus, quod te circa primaria & maxime bona dilectionem videlicet erga deum & proximum haud orioſè affectum inuenimus. Indicium autem accipimus: iſtius quidem dilectionis, quòd tot nos adeò humanus es & comis: illius vero, quod cognoſcẽdæ veritatis ſtudio teneris. Quod autem in his duobus ſita ſit vniuerſa pietas, cuiuis Chriſti diſcipulo notum eſt. Quæ de rebus Dionyſij ſciſcitaris, venerunt quidem ad nos admodum illius multa: libri ... nõdum adſunt: atque ideo nihil dum miſimus. ... autem hæc noſtra de illo ſententia. Non omnia viri huius laudamus. Sunt, quæ prorſus etiam damnamus. Ipſe propemodum, quantum nobis liquet, primus hominibus impietatis iſtius Anomianæ quæ iam paſſim obſtrepit, ſeminaria præbuit. Cauſam verò huius non puto animi maliciam eſſe, ſed quòd vehemẽter cupit obluctari Sabellio. Soleo itaque illum ſimilem æſtimare plantatori cuipiam, qui recentis plantæ correcturus auerſionem ita immoderatè illam retorquet, vt à medio aberret, & ad contrarium latus ramulum abducat. Tale quid & ab hoc viro factum deprehẽdimus. Hic nempe dum impietati Libyanæ ſe opponit acriore impetu, minus prudenter ibi proſpiciens in malum huic oppoſitum præceps abiit, & quidem nimio contendendi ſtudio: ſatis enim huic fuit, ſi argumẽtis dncerer patrem & filiũ non idem eſſe ſubiectõ perſonali, ac palmarium præſumptæ victoriæ ex hoſte blaſphemo, nimirum Sabellio reportaret. Atqui is Dionyſius quod vnum expetebat, perſpicuè admodum obtinuit, ſed ex ſuperfluo. Nam nõ ſolùm diuerſitatem τῶν ὑποστάσεων, hoc eſt perſonarum, ſed & τῆς οὐσίας, eſſentiæ differentiam cõſtituit, potentiam filij imminuit, & ipſius gloriã immutat ac maieſtatem. Hinc adeò contigit, vt malũ permutarit malo atque aberrarit à ſcopo rectiſſimæ & ſynceriorіs doctrinæ. Quò factum eſt, vt varius ſit deprehenſus & inconſtans in conſcriptionibus ſuis, & quidem tollit nunc τὸ ὁμοούσιον, coëſſentiale per ea quibus in recta conſtitutione τῶν ὑποστάσεων perſonarum ſcilicet, minus rectè vſus eſt: nunc contrà, admittit, dum reſpondet homooymo. Nec his contentus, & de ſpiritu ſancto voces edidit, quæ nulla prorſus ſui parte competũt. S. ſpiritui diuinam illi atque adorandam adimens maieſtatem & eundem ad hæc inferiora deuexũ creaturæ adnumerat ac ſeruili naturę. Vir igitur hic talis eſt. Ego contrà, ſi quid ipſe ſentiam, dicendũ eſt, illud ὅμοιον κατ' οὐσίαν. ſimile ſecundum eſſentiã, ſiquidem huic dicto adiũctum fuerit, ἀπαραλλάκτως prorſus citra vllam ipſius eſſentiæ variationem, eam ego amplector probóque vocem, vt quæ idẽ ſignificet, quod τὸ ὁμοούσιον, id eſt coëſſentiale, iuxta ſcilicet ſanam acceptionem τοῦ ὁμοουσίου, coëſſentialis, quod & Niceni concilij patres dixerunt, lumen de lumine, deum verum de deo vero, & quę ſimilia ſunt, quibus vnigenitum appellarunt, ac conſequenter illud ὁμοούσιον induxerunt. Neque igitur aliqua vnquam variatio inter lumen & lumẽ, neque inter veritatem & veritatem, nec inter vnigeniti eſſentiam & eam quæ eſt patris, excogitari poteſt. Si quiſquam ita vt dixi acceperit, illius vocem approbo. Si verò quis ab ὁμοίου ſignificatione, ἀπαράλλακτον abſtulerit, quod Conſtantinopolitani fecerunt, ſuſpectam habeo dictionẽ illam, vt pote quæ gloriam vnigeniti diminuat. Nam & de obſcuris

D E F

Baſilius indicium de Dionyſio ... ex collatione.

Sub Marcellum.

ſcuris ſæpenumero ſimilibus, & plurimum ab Archetypis diſtantibus, ὁμωνυμως illud intelligere conſueuimus. Quoniam igitur dictionem ὁμωνύμως minus habere fraudis puto, ad eum modum & ipſe adſtipulor. Sed cur non accedit nos, optime virorum, vt præſentes de biſce rebus mutua colloquutione diſſeramus: & non neceſſe ſit inanimatis literis fidem habere, qui alioqui noſtra non admodũ publico adaptare nouimus? Ne vero Diogenis illud ad Alexandrum & ipſe nobis obiicias, quod tantundem ſpatij ſit huc à vobis, atque hinc ad vos. Nos quidem propter infirmitatem fermè ad morem plantarum eodem perpetuo loco detinemur, & quoniam in obſcuro viximus,

Diog. Cynicus apud Laert. Metaph.

A in primariis bonis verſamur. Tu vero qui & inualeſcis, vt fertur, & ſimul ciuem orbis te conſtituiſti, iuſtè feceris, ſi & huc ad nos, tanquam ad partem aliquam ipſius orbis tui conceſſeris. Licet enim & populi practicis vobis competant & vrbes, quibus virtutum exercitium ipſis actibus oſtenditis: ad contemplationem tamen & mentis energiam, per quam deo coniungimur, commodè cooperatur ſilentij tranquillitas: quam ſatis multam & abundantem in ſolitudine velut agricolę nobis cum ipſius gratia colimus ac metimus. Si vero omnino circa potentatus verſandum eſt, contemnendique nos videmur humi iacentes, tuum erit vt alia ſcribas, atque hac via iucundior fueris.

Alluſio.

Baſilij Magni ad eundem.

XLII.

B

PEr honeſtum ac bonum Theotecnum quę circa venerationem tuam agantur accepi. Is mihi præſentiæ tuæ deſiderium indidit, ita clarè videlicet animi tui characterem ſermone depinxit: & vſque adeo amoris erga te mei vim inflammauit, vt niſi & ſenio grauatus eſſem, & conſueta infirmitate detentus, innumeriſque eccleſiæ curis impeditus, nulla re prorſus cohiberer, quo minus ipſe coram te præſens comparerem. Neque enim certè parum vtilitatis habet, eum qui ex ampla familia & illuſtri genere ad angelicam vitam tranſiuit, rationis moderamine quaſi freno quodam cohibere iuuentam, & carnis affectus in ſeruitutem redigere rationis: adhæc & animi humilitatem vſurpare, quæ adeſſe debet Chriſtiano, de ſe ipſo quæ decent, ſentienti. Nimirum intelligenti vnde prognatus ſit & quò denique abibit. Naturæ enim perſpecta cognitio reprimit quidem ani-

χαρακτῆρα.

A bonis animæ & corporis cõmĕdat Maximum, γνώμη.

C mi tumorem: eadem verò omnem iactantiam & contumaciam prorſus exterminat, in ſumma diſcipulum Chriſti conſtituit, qui dixit, Diſcite à me quoniam mitis ſum & humilis corde. Reuera nanque, amiciſsime fili, ſolum hoc bonum maximopere expetendum eſt ac laudabile, quod & perpetuo eſt duraturum. Hoc verò eſt, in precio & honore eſſe apud deum. Iſta quippe humana, vmbra ſunt obſcuriora, & ſomniis fallaciora. Etenim iuuenta vernis floribus citius defluit. Et corporis venuſtas aut morbo aut tempore flaceſcit, & diuitiæ ſunt incertæ. Honoris ſplendor facile immutatur. Artium ſtudia & labores, vita cũ hoc tempore finiuntur. Quin & ipſa eloquentia, cuius ſtudio paſſim omnes tenentur, gratiam habet ſed ſolo aurium iudicio & illici iucunditate. Virtutis autem ſtudium, precioſa quidem ſe habenti poſſeſſio eſt: iucundiſſimum verò ſpectaculum illis exhibet, quibus cum congreditur familiariter. Horum ſi cura teneberis, dignum teipſum bonis illis conſtitues, quæ in promiſſis diuinis recondita habentur. Illud vero, quonam pacto ad acquiſitionem bonorum iſtorum peruenias, & quomodo acquiſita conſerues, prolixius eſt, quàm quod præſentis ſermonis inſtituto competat. Venerat autem & huius in mentem, de illis tecum commentari, quæ ex fratre Theotecno audiui, quem D ſemper quidem opto verum dicere, maximè verò quando de te loquitur: vt eo amplius in te glorificetur dominus, qui ex aliena radice quum prodieris, iam præclaris pietatis fructibus ornatus exuberat.

Collatio.

Baſilij Magni ad Gregorium fratrem Epiſcopum Nyſſenum de differentia οὐσίας καὶ ὑποςάσεως.

XLIII.

CVm in myſticis dogmatibus enarrandis plerique ſint, qui quòd nullo diſcerniculo diſtinguunt nomen cõmunius quidem τῆς οὐσίας, id eſt, Eſſentiæ à ſignificatiua ratione τῶν ὑποςάσεων, in illiuſmodi abeunt ſuſpectas piis cogitationes, vt nihilo differre arbitrentur, dicantne οὐσίαν eſſentiã, an ὑπόςασιν ſubſiſtentiam ſiue perſonam, factum hinc eſt, vt non admodum paucis qui vtranque hanc voculam nullo delectu admittunt & inexpẽſe, viſum ſit: quòd quemadmodum vnam οὐσίαν, iiE dem & vnam ὑπόςασιν aſtruere liceat. E diuerſo, qui tres admittunt τὰς ὑποςάσεις, iidem trium τῶν οὐσιῶν diſtinctionem ex eo conſenſu cõfeſſionéque ὑποςάσεων ad eundem numerum cenſent oportere profiteri. Quocirca, vt ne quippiam eiuſmodi cõtingat adire te abſurditatis, hac de re commentarium adornaui tibi verborum compendio cõprehenſum. vt igitur ipſam rem velut ob oculos ponam atque repræſentem, eorum quę mihi dicuntur eſt hæc intelligentia. Omnium nominũ quædam ſanè ſunt, quæ de pluribus quidem prædicantur & iiſdem numero inter ſe diſiunctis ac differẽtibus, & hæc generaliorem obtinent ſignificationem, qualem habet homo. Iſtius enim prolatione nominis, communis hominum natura declaratur, nõ itẽ vnus aliquis præciditur, qui per hoc nominis peculiariter internoſci queat. Neque enim ob id magis Petrus homo eſt, quàm Andreas, Ioãnes aut Iacobus. quare iſtius ſignificatæ rei F communio, quum ad ſingulos nominis huius appellatione comprehenſos vno eodémque cõplexu pertineat, diſtinctionem nullam requirit aut ſubdiuiſionem, qua quidem fiat, vt non in genere hominem quemuis, ſed aut Petrum peculiariter, aut Ioãnem internoſcamus. Nominum item alia peculiarem quandam ac magis propriam indicãt ſignificationem, per quam non commune naturę conſortium in re ſignificata perpenditur, ſed pręciſæ ac circunſcriptæ rei cuiuſpiã finitio, quę nullam obtineat communionem erga eos qui eiuſdem naturæ ſunt, iuxta ſuam proprietatem, ceu Paulus, vel Timotheus. Nondum enim talis vox

Οὐσία eſſentia vox communior. ὑπόςασις contractior natura ſubſiſtens, perſona.

κοινόν. τὸ

ἀκοινώνητον

tranſit ad inſinuandam auditori naturæ commu-
oitatem, ſed compræhenſiuam quandam ac ſtatam ſignificationem io ſe complexa, rerum quarundam circumſcriptarum quidem expreſſiuam delineationem, prolatione iſtiuſmodi nominum repręſentat. Si quando igitur duo pluréſve vnum in locum concesſerint, puta Paulus, Siluanus atque Timotheus, quorum de eſſentia oborta quęſtio fuerit, ratióve: non aliam quis eſſentiæ rationem coosignet io Paulo, quàm quæ in Siluano & Timotheo: ſed verbis quibus Pauli finitur eſſentia, iiſdem apriſſimè alij deſcribuntur, quando qui inter ſe ὁμοούσιοι conſubſtantiales ſunt, eadem

τὸ ὁμοούσιον.

A prorſus definiuntur eſſentiæ ratione: contra fit, quom quis communi intellecto, contemplationem mentémque ad proprietatem indiuidui detorſerit, qua quidem peculiari notione res vna ab altera diſparatur, non iam ratio qua vnáquæque res internoſcitur, cum ea ratione quæ de alio aliquo redditur per omnia conſentiet, etiamſi aliqua ex parte compererur communionem habere. Sanè quod dicimus, hoc eſt: id nimirum aſtruimus ſignificari verbo τῆς ὑποστάσεως, quod à nobis præciſè aut peculiariter enunciatur. Quiſquis enim dictionem hanc, homo profert, quid hic aliud facit, quàm quòd per iodiuiſam indefinitámque iſtius voculæ ſignificationem auditui noſtro inculcat confuſaneam & in varia diductam intelligentiam: adeò vt natura quidem omnium hominum communis ipſo nomine declaretur, at res ſubſiſtens aut particularis rei notificatio, neutiquam propriè exprimitur. Qui verò Pau
B lum protulit, ex dictionis huius ſignificato rem ei naturæ ſubiectam oſtendit. Hoc igitur eſt ὑπόστασις, non indefinita illa τῆς οὐσίας animi cōceptio, quæ nullam nanciſcitur fixæ cogitationis ſtationem per communicationem ſignificati, ſed quod in re aliqua commune & indeterminatū eſt per proprietatum declarationem agnoſcendum offert & deſcribit. Quemadmodum & ab ipſa ſacra ſcriptura fieri ſolent vt & pleriſque in locis & in hiſtoria Iob videre eſt, Quoniam enim de rebus illius dictura erat, poſtquam commune memorauerat ac dicto illo, homo erat, mox illum per proprij declarationem in eo quod adiicit quis fuerit, à reliquis hominibus diuidit. Deſcriptionem verò οὐσίας, tanquam ad propoſitum ſermonis ſcopum nihil conferentem ſilentio preſsit. Quis autem is fuerit propriis illius notionibus deſignat, & cum locum motúmque iodicia dicit, & ſimul quæcunque externè acceſſerant adiungit, ſtudio illum à communi hominis ſignificatione ſeparat ac ſeiungit, vt prorſus dilucida ſit eius, cuius geſta memoriæ conſecrabantur, deſcriptio, vtpote ex ipſo homine, ex loco, ex animi illius proprietati-
C bus, ex iis, quæ externè in illo conſideranda proponuntur. Si vero eſſentiæ rationem dediſſet ſcriptura, nulla prorſus eorum quæ dicta ſunt, in naturæ expoſitione facta fuiſſet mentio. Eadem vtique illius ſe ratio obtuliſſet in Iob, quæ & in Baldad Sanchitu, & Sophar Menæu, & in quolibet eorum hominum, qui in iſta hiſtoria commemorantur. Si quam igitur dictionem noſti quæ in rebus humanis τῆς οὐσίας & ὑποστάσεως diſcrimen exprimat, eam ſi ad diuina quoque dogmata transferas, nihil aberraueris. De eſſentia patris, quo-

Vſia notio indefinita eſt, vt hō: at hypoſtaſis cuiuſque peculiaris vt Petrus, Paulus. Comprobat τῷ παραδείγματι ex ſcripturis.

τὰς ἰδιότητας

modo illa habeat, quicquid ſuggerit tibi mens (nequit enim hac in re mentis acumen ad certam quandam ac ſtatam cogitationem confirmari: propterea quod omnem illius perſuaſio intelligentiam ſuperat) hoc idem & de filio cogitabis, & ſimili modo de ſpiritu quoque ſancto. Quod enim increatus & incompræhenſibilis dicitur deus, vnus & idem hic ſermo eſt æquè & patri & filio & ſpiritui ſancto competens. Non enim illo magis increatus & incomprehenſibilis: iſte verò minus eſt. Quoniam verò neceſſarium eſt, vt per proprias quaſdam notiones inconfuſa habeatur D
io triade comparatio, id quod communiter conſideratur, vt cùm dico, Increatum, aut omnem cō prehenſionem excellens, aut ſi quid aliud eſt eiuſ modi, ad proprietatis determinationem non vſurpabimus: ſed hoc ſolum inquiremus, per quæ ſingularum perſonarum intellectus liquido & ſine commixtione à communi conſideratione ſeparetur. Commodum itaque mihi videtur, vt iſta ad hunc modum inueſtigetur ratio. Quicquid bonorum ex diuina ad nos virtute pertingit, omnia in omnibus operantis gratiæ efficacem operationem eſſe dicimus, quemadmodum Apoſtolus loquit, Quoniam hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus vnicuique peculiaria diuidens ſicut vult. Quærentes verò, an ita dignis adſit bonorum ſuppeditatio, vt quæ ex ſolo ſpiritu ſancto ſumat initium, iterum per ſcripturam ducimur & inſtruimur, vt ſuppeditationis eorum bonorum, quę ſpiritus ſanctus in nobis operatur, autorem & cauſam vnigenitum deum eſſe credamus. Per ſacram enim ſcripturam edocti ſumus, per ipſum facta E
eſſe, & in ipſo conſiſtere omnia. Quando igitur ad illam cogitationem ſubuehimur, iterum diuinitus inſpiratæ ſcripturæ velut manuductione introducti perdocemur: quod per illam quidem potentiam, ex eo quod non eſt ad hoc vt ſint producantur omnia: non tamen ne ex illa quidem, abſque initio producantur: ſed quod ſit potentia quædam ingenita & ſine principio abſiſtens, quæ cauſa ſit ei cauſæ per quam omnia facta ſunt. Ex patre nanque eſt filius per quem ſunt omnia, cum quo ſimul ſpiritus ſanctus ſemper indiuulſè conſideratur ac coniungitur. Non enim fieri poteſt vt de filio quiſquam ſecum cogitet, quem nō antea illuſtrauerit ſpiritus. Quoniam igitur ſpiritus, à quo omnis velut ex fonte ad creaturas promanat bonorum ſuppeditatio, à filio quidem dependet: quo cum vna ſine vlla diſtantia concipitur mente: cauſæ verò patris inſertam habet eſſentiam vnde & progreditur, hanc notionem ac cognobile ſignum eius, quæ ſecundum ὑπόστασιν eſt, proprietatis habet, quo cum filio ſimul & ipſe ſe facit internoſci, & quo ex patre ſubſiſtit: filios vero, qui ex patre progredientem ſpiritum per ſeipſum & cum ſeipſo notum facit, ſolus vnigenitus ex ingenito lumine reluxit, nullámque F
prorſus notionum communicationem ſecūdum proprietatem ſuam tam cum patre quam cum ſpiritu ſancto habet: ſed ex dictis iam ſignis ſolus agnoſcitur: Pater vero, qui ſuper omnia deus eſt, peculiarem ὑποστάσεως ſuæ notionem ſolus habet, quòd pater eſt, & quòd ex nulla omnino cauſa ſubſiſtit, atque iſto iterum indicio & ipſe propriè ac ſeparatim agnoſcitur. Huius gratia in communicatione

τελειωθὲν καὶ ἄμικτον.

ἀγέννητος καὶ ἄναρχος.

ἀνάρχως καὶ ἀναιτίως γεννήτωρ.

nicatione τῆς οὐσίας nullam dicimus habere conuenientiam aut communionem notiones iſtas in trinitate conſideratas: quarum proprietas exprimitur, ſi vnaquaque earum perſonarum, quæ nobis in fide traduntur, propriis notionibus diſcriminatim apprehendatur & agnoſcatur: ita vt per dicta iam iudicia ſeparatio ac differentia τῶν ὑποστάσεων perſonarum inueniatur. Iuxta illa vero infinitum eſſe & incomprehenſibilem; & increatum, & nullo loco circumſcriptum, & quicquid huiuſmodi eſt, nulla eſt variatio in natura illa viuifica, in patre, inquam, & filio & ſpiritu ſancto,
A ſed continua quædam in illis & indiuulſa communicatio intelligitur. Et quibuſcunque ſanè cogitationibus maieſtatem quiſquam vnius earum quæ in trinitate creduntur, perſonæ contemplabitur: per eaſdem ad contemplandam ſine omni variatione & patris quoque & filij & ſpiritus ſancti gloriam accedet: ita vt nullo interſtitio inter patrem & filium & ſpiritum ſanctum poſito, cogitatio quaſi per inane incedat: propterea quod nulla eſt interſecans per medium ipſorum tranſitio: neque res aliqua ſubſiſtens, (præterquam diuina natura) quæ illam alieni cuiuſquam acceſſione à ſeipſa diuidere ac ſecernere poſſit: neque interſtitij cuiuſpiam haud ſubſiſtentis inanitas, quæ diuinæ οὐσίας ad ſeſe harmoniam per interſectionem vacui, quod continuum eſt diſſoluentis, fatiſcere faciat: ſed qui patrem intellexit, & ipſum in ſeipſo intellexit, & filium ſimul ea intelligentia complexus eſt. Qui vero hunc loquitur, ſpiritum à filio non diuiſit: ſed iuxta ordinem quidem perſonarum conſequenter, iuxta verò naturam coniunctim, trium perſonarum fidem eadem ratione
B contemperatã in ſeipſo expreſſit. Et qui de ſpiritu ſolo loquitur, ſimul iſta confeſſione & eam quæ illũ concernit cuius ſpiritus eſt, coniunxit. Et quoniã is Chriſti ſpiritus, & teſte Paulo, ex deo eſt, fit, vt quemadmodum in cathena qui vnius annuli ſummitatem apprehendit, hoc ipſo ſimul & alterum inſertum attrahit: ita & hic qui ſpiritum trahit, vt propheta inquit, per ipſum & filium & patrem vnà ſimul attraxerit. Et ſi quis verè filium apprehẽderit, habebit & ipſum vtrinque, hinc patrem illius, illinc ſpiritum ſanctum vnà compactum. Neque enim à patre abſcindi poterit qui ſemper eſt in patre: neque à proprio ſpiritu ſeiungetur vnquam qui in ipſo operatur omnia. Conſimiliter & qui patrem aſſequutus fuerit, & filium vnà cum illo & ſpiritum ſanctum eadem virtute aſſequutus eſt. Non enim poteſt aliqua vllo pacto excogita-
C ri vel ſectio vel diuiſio, vt ſiue filius abſque patre cogitari, ſiue ſpiritus à filio ſeiungi queat, ſed ineffabilis quædam in iſtis & quæ nulla cogitatione apprehendi poterit tam communio quàm diſcretio deprehenditur, qua neque per differentiam τῶν ὑποστάσεων cõtinuatio naturæ diſſipatur: neque per eam quæ ſecundum οὐσίαν eſt communionem proprietas notionum cõfunditur. Ne mireris verò rem, quod eandem & coniunctam diſcretionẽ & diſcretam coniunctionem eſſe dicimus, & tanquam in ænigmate nouam quandam & inſolitè coniunctam diſcretionẽ & diſcretam cõiunctionem conſtruimus. Niſi enim cõtentioſè quiſquã animóque calumniãdi doctrinam iſtam audierit, poterit tale quid & in rebus ſenſibilibus offendere. Verbum quidem hoc meum accipite quaſi rudem delineationem ac vmbram veritatis, non itẽ vt veritatem ipſam rerũ. Nequit enim fieri, vt per omnia quod in exemplaribus conſideratur, eis rebus adaptetur, ad quarum deſcriptionem exẽplarium vſus aſſumitur. Vnde igitur dicimus quod in trinitate diſcretum eſt: & quod cognatum: ex iis veluti ſimilibus repræſentari, quæ iuxta ſenſum nobis in rebus terrenis iam antea conſpicua ſunt? Si quando per vnam tempeſtatem, cõtemplatus in nube es interſtincti arcus ſplẽdorem: Illum dico arcum quem communis lingua irin vocare cõſueuit. Hunc, qui hiſce in rebus periti ſunt, tunc produci & concreſcere dicunt, ſi quando humiditas quædam in aëre ſuſpenſa & immixta, & quod in D
exhalationibus humidum eſt & craſſum mox atque nebuloſum iam effectum eſt ventorum vi in pluuiam reſolutum & expreſſum fuerit. Concreſcere vero illum dicunt ad hũc modum. Quando radius Solaris per obliquũ incurſum quod in obnubilatione addenſatum eſt & obſcurum retorquet: deinde recta nubi cuidam circulum ſuũ imprimit, tanquam flexura quædam & recurſus lucis, ad ſe ipſam redditur fulgore illius retrorſum ab humida & lucida iam nube reſplendente. Etenim ea eſt flammeis fulgoribus natura, vt ſi in læuem aliquam ſuperficiem inciderint in ſeipſos refringantur. Circularis autem illius figura per radium ſolarem ei quod in aëre humidum eſt ac læue impreſſa facit, vt neceſſariò iuxta ſolaris circuli formam & ipſe aër, qui nubi coniũctus eſt, per relucentem fulgorem circumſcribatur. Ipſe itaq; fulgor & cõtinuus eſt ad ſeipſum & diuiſus. Mul- E
ticolor enim cum ſit ac multiformis inconſpicuè variis tincturæ floribus ſibiipſi attemperatur ac permiſcetur, mutuam illorum aliter colorantium inter ſe commiſturam, ex oculis noſtris nullo percipiente ſe ſubducit: ita ſanè vt diſcerni nequeat intermedius inter cæruleum & rutilum locus qui per ſe ſeipſum commiſcet, rurſúmque ſeparat colorum alterationem: neque rurſus color ad purpureum, nec ille ad electrinum. Omniũ enim horum colorum fulgores ſimul conuiſuntur ac ſplẽdicant, & mutuæ iuncturæ ſigna celantes cognitionem effugiunt, vt impoſſibile ſit deprehẽdere, quouſque ſteterit quod igniũ in illis apparet, aut ſmaragdinus viror illius pellucentiæ, & vnde incipiat, cum nondum tale ſit quale in ſplendore illo cernitur. Quemadmodum igitur in propoſito exemplo arcus huius & colorũ diſcrimina clarè cognoſcimus, & tamẽ alterius ad alterum diſſidium ſenſu percipi nequit: ita cogita mihi & de diuinis F
dogmatis ratiocinari poſſe, vt proprietates quidẽ τῶν ὑποστάσεων, perinde ac flos quidam eorum colorum qui in Iride viſuntur, in ſingulis perſonis quę in ſancta trinitate creduntur, ſeparatim relucẽat: eius verò proprietatis quæ ſecũdum naturam eſt, nulla alterius perſonæ ad alteram differentia excogitari queat: ſed in communione τῆς οὐσίας notiones propriæ in vnaquaque communiter reſplẽdeant. Nam & in Iridis exemplo, quæ multicolorem illum fulgorem illuſtrat, vna quidẽ eſt οὐσία, per Solarem radium reuerberata ac refracta: floridus verò color qui viſitur, multiformis eſt: qua in re per creaturam inſtruimur, ne inani curioſitate turbemur in examinandis dogmatis noſtri

rationibus, ſi quando inciderimus in ea quorum difficilis eſt contemplatio, & in eorum quæ dicũtur approbatione conſenſionéve quaſi vertiginẽ paſſi æſtuauerimus. Perinde enim atq; in illis quæ oculis conſpicua ſunt, potior viſa eſt experientia quàm rationis reditio: ita & in ſuperexcellentibus fidei noſtræ dogmatis potior eſt fides quarũuis ratiocinationum complexione, quæ & diſtinctionem in hypoſtaſi docet, & in vſia coniunctionem. Quoniam igitur partim commune quid in ſacra trinitate, partim proprium quid doctrina ſacra contemplata eſt, quod ad communionem quidem attinet, ad eſſentiam refertur: ὑπόστασις vero proprium cuiuſque ſignum eſt. Sed opinabitur fortan quiſquam redditam iſtam rationem nõ conuenire cum intellectu ac mente Apoſtolicæ ſcripturæ, qua de domino, inquit. Quoniam ſplẽdor eſt gloriç ipſius, & figura ſubſtantiæ.

Ex collatione.

A

τῆς ὑποστάσεως.

Si enim ὑπόστασιν expoſuimus concordem concurſum conſenſionémve eſſe proprietatum, quatenus ſingulis perſonis ſingulæ conueniant: confeſſum verò eſt, quod quemadmodum in patre quiddam eſt, quod ſeparatim in illo conſideratur per quod ſolus agnoſcitur: ad eundem modum & de vnigenito peræquè credatur quomodo hic τῆς ὑποστάσεως nomen ſoli patri ſcripturç teſtimonio adſcribitur: filium verò formam eſſe dicit τῆς ὑποστάσεως, non in propriis ſed in patris indiciis ac notionibus deſignatum? Si enim ὑπόστασις propria cuiuſque ſubſtantiæ nota eſt: patris autẽ propriũ eſſe liquet, quod ingenitus eſt: formatus verò filius eſt per patris proprietates: igitur quod patri peculiare eſt, videlicet, ingenitũ eſſe, ſoli filio remanet. Siquidem per propriã patris notam vnigeniti quoque ſubſtantia deſignatur. Verũ ad iſta nos hoc dicimus, quod hic ſermo ad alium ſcopũ Apoſtolo dirigatur, ad quem intentus iſtis ille vocibus vſus eſt, cum gloriæ ſplẽdorem & ὑποστάσεως characterem Chriſtum eſſe dixit: quem quidem ſi diligenter quis cognouerit, nihil illum iis quæ à nobis dicta ſũt repugnare, ſed ad ſingularem ac ſeparatum quendam intellectum adtemperatum eſſe Apoſtoli ſermonem deprehender. Nõ enim hoc agit Apoſtolicus ſermo, vt doceat quomodo inter ὑποστάσεις per apparentia ſigna diſcriminetur ſed quomodo legitimus, indiuulſus & coadunatus filij ad patrem habitus agnoſcatur. Non enim hunc in modum dixit, Qui cum ſit gloria patris (quanquam veritas ita habeat) ſed relicto illo tanquam confeſſo, vt non aliud quoddam gloriç genus in patre & aliud in filio cogitandum eſſe doceat, ipſum paternæ gloriæ ſplendorem vnigeniti gloriam eſſe definit, ex lucis exemplo filium patri indiuulſè vnitum intelligendum eſſe demonſtrãs. Quemadmodum enim ex flamma quidem ſplendor, non tamen poſterior flamma ſplendor eſt: ſed ſimul atque flamma relucet, vnà reſplẽdet & collucet & lux: ita vult & ex patre filium intelligi quidem: non tamen ita vt putetur interuallari vllo interſtitio à patris ſubſtantia diſtingui & dirimi, ſed vt ſemper vnà cum ipſa cauſa qua ex patre eſt, ſimul eſſe credatur. Ad eundem igitur modum vt præinductam ſententiam expoſuit: ita & ὑποστάσεως characterem, Chriſtũ eſſe dixit, per corporalia nos exempla ad inuiſibilium cognitionẽ quaſi manuducens. Non enim omnino in figura

ὑπάρξεως.

B

ἀπαύγασμα.

C

corpus eſt, ſed alia quidẽ figuræ alia vero corporis eſt ratio: nec putandũ eſt ſi quis alterutrius horum modum expoſuerit, ſimul cum illo & alterius modum finitionémque inferri. Veruntamen etiamſi ratione figuram à corpore diſcreueris, natura tamen diſcriminationem non admittit: ſed coniunctim alterum cum altero intelligitur. Ita putat conuenire Apoſtolus, etiamſi inconfuſa fidei doctrina ſeparatam doceat τῶν ὑποστάσεων differentiam: oportet tamen & continuam & velut cõnaturalem habitudinem vnigeniti ad patrem per iam dicta demonſtrari, non quaſi in ὑποστάσει non ſit & vnigenitus: ſed quod nullam vnionis interſtitem medietatem inter ſeipſum & patrẽ admittat, ita vt qui in characterẽ vnigeniti mentis oculos intenderit, ex patris ὑποστάσει in cogitationẽ veniat paternæ ſubſtantiæ nec permutata nec commixta quæ in ipſis conſideratur, proprietate, quaſi vel patri genitum, vel filio ingenitum eſſe quis affingat: ſed quod fieri nequeat, vt qui alterum alteri ademerit, quod reliquum eſt in ipſo ſolo intelligat. Neque enim poſſibile eſt vt de patre nõ cogitet qui filium nominat, cum per illam appellationem naturali habitudine ſimul referatur & pater. Quoniam itaque & patrem videt qui filiũ videt, quemadmodum in euangeliis dominus loquitur, hac ratione vnigenitum Apoſtolus characterem paternæ ὑποστάσεως eſſe dixit. Et vt iſta ſententia planius apprehendatur, & alias Apoſtoli voces ad iſtam ſententiam applicemus, in quibus Chriſtum imaginem dei inuiſibilis, ac rurſus bonitatis ipſius imaginem eſſe dixit. Nõ ideo quod ab archetypo differat imago, iuxta quod inuiſibilis eſt pater ac bonus: ſed vt oſtenderetur, quod idem ſit cum prototypo, etiam ſi aliud ſit. Non enim cõſiſtere poterit imaginis ratio, niſi per omnia ad archetypum expreſſa ſuis omnibus numeris ſit nihilque variet. Igitur qui imaginis pulchritudinem conſiderauerit, & de archetypo quoque cogitabit: & qui filij quaſi formam mente conceperit, paternæ quoque ὑποστάσεως characterem animo impreſſit ſuo, per iſtum & illum videns. Non quod, ingenitũ eſſe, quod patris eſt, in illius imagine videat (Nam alioqui prorſus idem eſſet & non aliud) ſed quod ingenitam pulchritudinem patris in illius genito intueatur. Perinde atque in ſpeculo quodam puro qui impreſſam illi formã conſiderat, euidentem habet imaginati vultus cognitionẽ: ita & qui filium agnouit, paternæ ſimul ὑποστάσεως characterem per filij cognitionẽ in corde ſuo iam ſuſcepit. Quæcunque enim patris ſunt in filio peruidentur: & omnia filij, patris quoque ſunt. Quoniam & totus filius in patre manet, & totum viciſſim in ſeipſo & patrem habet: ita vt ὑπόστασις filij inſtar formæ ac faciei ſit paternæ cognitionis: & contra patris ὑπόστασις in forma filij cognoſcatur, manente quæ in ipſis conſideratur vtriuſque proprietate, ad hoc, vt euidens ſit τῶν ὑποστάσεων, hoc eſt perſonarum diſcreta acceptio.

ἀσίαστο mathematicum.

D

E

τύπον.

Collatio.

F

Baſilij Magni ad eundem. XLIII.

QVomodo tecum literis decertarem? Quomodo dignè tuam hanc circa quæuis bonitatem perſtringerem? Quis in eoſdem caſſes, dic, quæſo, tertio decidet? Quis tertio eodem laqueo tenebi-

[illegible]

tenebitur? Neque beſtiis ſanè hoc facilè acciderit. Vnam mihi epiſtolam contexuiſti, ac tãquam à cum primis venerando & communi noſtro patruo ſcriptam attuliſti, fallens me: cuius gratia, ignoro. Accepi illam tãquam ab epiſcopo communíque patre per te allatam. Quid enim non credidiſſem? Oſtendi illam quamplurimis amicorum præ gaudio, egíque deo gratias. Deprehenſum eſt figmẽtum, ipſo epiſcopo epiſtolam à te ſcriptam propria voce pernegãte. Erubui ſuper hac epiſtola optauimus terram nobis dehiſcere, quòd fallaciæ, mẽdacij, ac ſeductionis probro expoſiti eſſemus. Alteram denuò mihi tanquam ab ipſo epiſcopo miſſam, per domeſticũ tuum Aſterũ reddidiſti. Neque illam verè miſerat epiſcopus, vt & venerabilis admodum frater Anthimus nobis indicauit. Rurſus tertiam Adamantius ad nos veniens attulit. Quomodo oportebat me illam per te ac tuos miſſam accipere? Optabã enim mihi cor eſſe lapideum, ne vel præteritorum recordarer, vel præſentia ſentirem: vt poſſemus more pecudũ ad terram decuſſi omnem hanc perferre plagam. Sed quid paterer contra meam ipſius ſententiam quæ certè poſt vnam & alteram experientiam nihil poteſt non examinatum admittere? Iſta ſcripſi vt ſimplicitatem hanc tuam reprehenderem, quã nec alioqui Chriſtianis congruam præſenti tempori video non competere: vt poſthac & teipſum cuſtodias, & mihi parcas: quandoquidem harum rerum (eſt enim mihi ad te fiducialiter loquẽdũ) non admodum fide dignus adminiſter es. Attamen quicunque fuerint qui ſcripſerunt, reſpondimus ipſis vt conueniebat. Siue igitur ipſe experimentum mei per inſidias capere volueris, ſiue te vera ab epiſcopis acceptam epiſtolam miſeris, habes reſponſa. Te vero decebat alia in præſenti tẽpore curare, cum & frater ſis, & naturæ nondum oblitus, nóſque haud videas quæ inimici ſint agere: poſteaquam vitam apprehendimus, quæ corpus noſtrũ adfligat pariter & animum, ſupra quã vires noſtræ ferre valeant. Verũtamen quoniam ita depugnaui, oportet te iam huius gratia adeſſe, inque diſponendis negotiis communem operam adferre. Fratres enim, inquit, in neceſſitatibus vſui ſint. Si autem verè cõgreſſum noſtrũ admiſſuri ſunt maximè venerandi epiſcopi, & locum nobis determinatum & tempus decernant, pérque noſtros homines accerſant. Quemadmodũ enim ipſe vſque ad patruum meum occurrere non dedignabor: ita ſi non cum decenti forma vocatus fuero, non feram.

Conſule vitam S. Baſilij.

C Baſilij Magni ad Gregorium patruum.

XLV.

ET prius cupidè vidi fratrem meum. (Quid enim non facerem, cum & frater meus ſit, & talis?) & nunc quoque eodem illum affectu complexus ſum peregrè quum adueniſſet, nihil quod ad amorem attinet immutatus. Abſit enim vt tale quid in mentem veniat, quod me & naturæ obliuiſci & domeſticis inimicum faciat: imò magis præſentiam viri, & corporalium ægrotationum, & aliarum animi mœſtitiarum ſolamen eſſe putaui. Simul & dignitatis tuæ literis quas ſecum attulit, ſupra modum delectatus ſum, quas etiam iam ex multo tempore cupide expectaui: nulla alia ratione quàm ne & nos ipſi vitam noſtram triſti hac fama oneraremus: quaſi etiam familiariſſimi inter ſe mutuo diſſideant: vnde inimicis quidem gaudium, amicis vero calamitas adferatur, irriteturque deus: qui in perfecta dilectione diſcipulorum ſuorum characterem eſſe voluit. Quocirca & neceſſariò reluctor obſecrans vt pro nobis ores, & quę reliqua nos concernunt tanquam familiarium cures. Rationem vero eorum quæ facta ſunt, quoniam propter ruditatem intelligere nequimus, eum decreuimus veracem inſtructorem æſtimare quem ipſe nobis deſignare dignatus fueris. D Neceſſarium vero fuerit, vt & reliqua per prudentiam tuam determinentur, vtpote, cõgreſſus noſter, tempus accommodum, ac locus idoneus. Itaque ſi omnino hoc moleſtiæ ſubibit dignitas tua vt ad humilitatem noſtram deſcendat, noſtrıq; aliquam rationem habeat, ſiue cum aliis, ſiue ſeorſum per teipſum conuenire nos volueris, obtemperabimus. Quandoquidem hoc conſilij ſemel apud nos ſtatuimus, vt ſeruiamus tibi in charitate, faciamusque quouis modo quæ nobis ad gloriam dei faciendã pietas tua præſcripſerit. Venerãdiſſimum fratrem nihil coëgimus, vt ore tenus nobis indicaret: quandoquidem neque prius ſatis ea ipſis operibus certum ac conſtantem ſermonem habuit.

Baſilij Magni ad eundem.

XLVI.

E

SIlui. Num & ſemper ſilebo, & feram, vt intolerabiliſſimum iſtud ſilentij damnum contra meipſum amplius dominetur & obtineat, dum nec ipſe ſcribo, nec alloquentem audio? Ego quidem hactenus in triſti iſto dogmate meipſum cõtinui, arbitrorq; & mihi cum propheta non immerito dicendum, quoniam ſilui, ſicut parturiens loquar. Semper quidem vel congreſſum vel cauſæ tractationem deſideraui: ſemper vero ita promerentibus peccatis meis voto fruſtratus ſum. Non enim poſſum aliam factorum excogitare rationem, quàm quòd perſuaſus ſum veterum delictorum me, in iſta dilectionis tuæ ſeparatione, luere pœnas: ſi tamen iure vocari io te debeat ſeparatio, à quocunque tandem te ſegreges, nedum à nobis, quibus ab initio patris loco fuiſti. Sed peccatum meum, quaſi denſa quædam nubes, occupato mihi omnium illorum ignorantiam indidit. F Quando enim conſidero, nullum alium ex iſta mihi ſeparatione allatum eſſe fructum, præter dolorem quem attulit, quomodo præſentia non merito peccatis meis adſcribam? Verum ſiue peccata cauſæ ſunt eorum quæ acciderunt, hic mihi moleſtiarum iſtarum finis eſto: ſiue diſpenſatione quid factum eſt, adimpletum eſto prorſus quod quærebatur. Non enim modici tẽporis damnum perpeſſi ſumus. Quocirca amplius non ferens, primus in vocem prorupi, obſecrans vt & noſtri rationem habeas & tui ipſius qui maiorem, per omnem vitam, noſtri curam oſtendiſti quàm ipſa cognatio exigebat, & ciuitatem iam noſtri gratia diligas: non propter noſtro

à ciuitate abalienes. Si qua igitur cõſolatio eſt in Chriſto. Si qua communio ſpiritus: ſi qua viſcera ac miſerationes, comple votum meum: diſſolue hic quæ moleſta ſunt. Initium quoddam exhibe ſyncerioribus, vt te ſequantur, qui & aliis ad optima præceptores, & ad illicita neminem ſequeris. Neque enim cuiuſquã corporis proprius ita character quiſquam reputatus eſt, vt animi tui pacis illud & placiditatis ſtudium. Competit itaque tali viro, vt reliquos ad te pertrahas, ac quouis appropinquantibus tibi pretioſi cuiuſdam vnguenti fragrãtia, morum tuorum comitate adimpleas. Nam etiamſi iam contrarium aliquid in medio A eſt, breui tamen poſt, & ipſum pacis bonum agnoſcetur. Donec autem quæ ex diſſidio ſunt calumniæ locum habent, occaſiatiõ ſuſpiciones in peius augmẽtãtur. Eſt itaque neque illis quidem decorum quod nos negligunt: multo vero amplius dignitati tuæ. Etſi namque nonnihil delinquimus, meliores tamen erimus, ſi fuerimus admoniti. Hoc vero ſine mutuo congreſſu & alloquio fieri non poteſt. Si vero nihil iniuriæ vobis inſerimus, quamobrem odio habemur? Iſta igitur meam ipſius quidem tanquam bicornem rationẽ prætẽdo: quę vero ab eccleſiis ipſis dici poſſent, quæ nihil vilitatis ex noſtro diſſidio tulerũt ſilere præſtat. Non enim ad hoc te alloquor vt mœrore afficiam, ſed vt res triſtes conſopiam.

At prudentiam tuam prorſus nihil fugit: ſed multo maiora ac perfectiora quàm nos cogitamus, ipſe intellectus acumine aſſequeris, aliiſque declaras: qui & ante nos quæ eccleſiis accidunt vi-B diſti: & doles etiam plus quàm nos, iam olim antea edoctus à domino etiam eorum qui minimi ſunt contẽnere neminem. Iam vero peſtis iſta nõ vnum & alterum occupat, ſed integræ vrbes ac populi calamitatum noſtrarum participes ſunt. De fama nãque rerum noſtrarum apud extorres quid attinet dicere, quæ de nobis illi dicturi ſint? Decet itaque iſtam animi tui dexteritatem, contentionem quidem aliis permittere (imò & illorum animis eã quoad fieri poterit eximere) ipſam vero quæ triſtia ſunt per patiẽtiam vincere. Nam vlciſci velle, omnino eſt animi iracundi. Iram vero vincere, hoc demum tuum eſt ſolius, & ſi quis alius tibi virtute ſimilis fuerit. Hoc autem non dicam, quòd qui nobis moleſtus eſt, irã ſuam in immeritos effundit. Siue igitur apud nos coram, ſiue per literas, ſiue vt ad te vocemur, aut quouis alio modo placuerit, animum noſtrum aliqua conſolatione dignare. Optaremus quidem, vt coram eccleſia pietas tua compareret, & nos pariter & populum cum ipſo conſpectu tum gratiæ tuæ ſermonibus curares. Quod ſi iſtuc fieri poterit, erit optimum, ſi vero aliud quid videbitur, & illud am-C plectemur, duntaxat ſolidè nobis ſignificetur ꝙ prudentiæ tuæ ad conſolandum nos viſum fuerit opportunum.

Fu citrarus.

γνώμη.

Baſilij Magni Athanaſio Magno. XLVII.

INcidi in ſanctitatis tuæ literas, in quibus aduerſus Libyæ præfectum virum infamem ingemuiſti. Deploramus quidem patriam noſtrã quod talium malorum & mater eſt ac nutrix: deploramus vero & Libyam finitimam, quòd malorum noſtrorum particeps facta, feriniſque viri huius moribus tradita eſt, qui à pueris crudelitati pariter & laſciuiæ aſſueuit. Hoc ſcilicet erat quod ſapienter dixit Eccleſiaſtes, vę tibi ciuitas, cuius rex iunior eſt, & cuius principes non comedunt cito, ſed in ipſo meridie laſciuiũt, poſt alienos thoros pluſquam irrationales beſtiæ inſanientes. Itaque illum quidem flagella manẽt apud iuſtum iudicem, ad eandem menſuram commenſurata, iuxta quam ipſa iã antea ſanctos ipſius adfligere prę-ſumpſit. Innotuit autem & eccleſiæ noſtræ ex literis pietatis tuæ, atque auerſãdum & execrabilem D illum arbitrabũtur omnes, itã vt nec ignis nec aquæ nec tecti communionem cum illo ſint habituri. Siquidem prodeſt vt violenti iſti tyranni cõmuni & vnanimi iudicio condemnẽtur. Sufficiet autem ipſi damnationis titulus, & ipſæ ſententiæ quibus vndique condemnabitur. Neque enim omittemus, quo minus condemnationem iſtam omnibus ipſius & familiaribus & amicis atque ad uenis oſtendamus. Quod ſi vero nõ ſtatim illum iſtæ reprehẽſiones, quemadmodũ & Pharaonem permouebunt, attamen poſtremum aliquando & grauem illi ac triſtem retributionem adferet.

Baſilij Magni ad eundem Athanaſium.

XLVIII.

NEminem ita puto de præſenti eccleſiarum ſtatu dolere, atque tuam dignitatem, quę dũ præſentia cum priſcis confert quantum iſta ab illis degenerauerint, expendit, & intelligit, ſi ad iſtum modum res eccleſiaſticæ ad peiora ſint facto impetu delapſuræ, nihil fore quod prohibeat E quo minus breui tempore in aliam quandam formam prorſus immutentur eccleſiæ. Iſta ſæpenumero mihi redditus expendi, cogitauique, quod ſi nobis miſerabilis ita apparet eccleſiarum corruptio, quomodo credibile eſt affici iſtis in rebus eum qui veteris eccleſiarum dei circa fidem conſtantiæ & concordiæ experimentum capit. Verũ quemadmodum multa integritatem tuam mœſtitia occupat: ita arbitramur & prudentiæ tuæ cõ petere vt excellentem de conſeruandis eccleſiis ſolicitudinem adiunctam habeat. Olim noui & ipſe, ſecundum admenſuratam mihi rerum gerẽdarum cognitionem, vnam ſciebam acquirendi auxilij viam, quæ res eccleſiis noſtris com Occidentalibus epiſcopis conſpirat & coniungit. Si nãque voluerint illi eundem zelum, quo contra vnũ & alterum qui in occidente diffamabantur, vſi ſunt, & pro noſtratum partium incolatu ſoliciti demonſtrare: forte fiet aliquid quod proderit cõ muniter omnibus. vnde & qui rerum potiuntur multitudinis autoritate permoueantur, & populi quaquauerſum illos ſine contradictione ſequantur. Quis autem ad iſta perficienda prudentiam tuam excellet? Quis acutius quid faciendũ ſit ex-F peditet? Quis ad vtilium energiam efficacior? Quis ad conſiderandam fratrum neceſſitatẽ condolentis affectu magis præditus? Quis vniuerſo Occidenti honorabili caniciẽ tua venerabilior? Relinq; mnemoſynon aliquod iſta conuerſationis tuæ vita dignũ colendiſſime pater, innumeros illos quos pro pietate tuliſti labores vno iſto opere confirma. Viros aliquos eccleſiæ tuæ potentes in doctrina

τρώσας

luculenta mihi ipſi tuit.

in doctrina ſana, Ad Occidẽtales epiſcopos mitte, qui quibus calamitatibus occupemur ac premamur illis exponãt. Inſtrue illos forma narrãdi qua vtantur. Eſto Samuel eccleſiis. Particeps eſto adflictionũ laborantiũ populorũ. Offer pacificas preces. Pete gratiã à domino. Mnemoſyoon aliquod pacis infer ac relinque eccleſiis. Scio quàm langueant epiſtolæ ad conferendã operam tanto oegotio. Verum neq; ipſe aliorum ſolatio & adA iumento opus habes, non magis quàm athletarũ dexterrimi acclamatione puerorũ: neq; nos ignorantem docemus, ſed ſedulo ac ſatagenti impetum conandi indidimus. Ad reliquas quidẽ Oriẽtis res opus forſan habebis & plurium cooperatione, & neſſãriũ fuerit expectare eos qui ex Occidente venturi ſunt. Antiocheoæ ſanè eccleſiæ ſtatus manifeſte à pietate tua pendet, vt alios quidem ædifices, alios vero cõpeſcas ac quietos reddas, atq; eccleſiæ vires per vnanimem conſenſum reſtituas. Quod enim iuxta eos qui medicorũ ſapientiſſimi ſunt, curandi initium ab illis ſumere debeas qui periculoſiſsimè laborãt, nemo eſt qui te melius intelligat. Quid autẽ poterit totius orbis eccleſiis, ea quæ apud Antiochiam eſt, letalius eſſe? Quam ſi cõtigerit ad concordiã redire, nihil probibebit quo minus vniuerſo corpori, tanquã eorroboratũ caput, ſanitatem ſuppeditet. Reuera autem ſapiẽtia tua & euangelica ſympathia vrbis illius ægritudines opus habent: quæ non ab hæreticis ſolum ſciſſa eſt: ſed & ab illis, qui idem ſeotire dicuntor, diſcerpitur. Iſta vero compooere & in vnius corporis barmonian reducere, illius eſt, B qui & ſiccis oſsibus, vt ad neruos & carnem iterũ reſtituerentur ineffabili ſua virtute largitus eſt. Magna vero omnioo dominus per ſanctos ſuos operatur. Et hic igitur rurſus excellentiam tuam talium adminiſtrationem decere ſperamus, vt populi turbatio quidem proſteroatur ac tollatur: factioſæ vero ac ſectariæ prælaturæ ceſſent: atque omnes inuicem alter alteri io mutua dilectione ſubiiciantur, verúſque robur eccleſiæ reſtituatur.

Baſilij Magni ad eundem. XLIX.

QVãto eccleſiarũ languores auctiores euaſerunt, tanto vniuerſi ad tuã cõuertimur integritatẽ, voã nobis malorũ conſolatiooẽ in tua tutela relictã eſſe credentes, qui & precũ virtute, & ſcientia rerũ gerendarũ, qua quid optimũ factu ſit admooere potes, ex borribili iſta tẽpeſtate cõſeruare nos ab omnibus, qui aliquãtulum integritatem tuam vel auditu vel experiẽtia cognouerũt, crederis. Quocirca ne ceſſes orare pro animabus noſtris, excitaréq; literis, quarum ſi agnoſcis quãtus ſit vſus, nullã vnquã, ſi qua dabitur, ſcribẽdi ad oos occaſionem negligas. Si vero digoi habemur adiutorio precũ tuarũ, vt & videamus te, & bonis quæ in te ſunt perfruamur, & ad biſtoriã vitæ ooC ſtrę, cõgreſſum cũ magna verè & Apoſtolica mẽte rna adiecerimus, omnino & ex æquo reſpõdẽtem totius vitæ noſtræ adflictiooibus cõſolationẽ oos dei ſolita benignitate accepiſſe reputabimus.

Baſilij Magni ad eundem. L.

MIhi quidem ſuperioribus ad dignitatem tuã literis ſufficerę videbatur, ſi tantũ oſtenderem, quod populi ſanctæ Antiochenæ eccleſiæ circa fidem robur ad vnã oporteat cõcordiam & vnitatẽ cõciliari, vt declaretur ꝙ pientiſsimo epiſcopo Meletio opus ſit, quæ iam in plures partes diſſecta ſunt coadunare. Quoniã vero ipſe hic dilectus ſyndiaconus noſter Dorotheus dilucidiorem de rebus iſtis ſibi memoriã quæſiuit, neceſſariò ſubſcribimus: quoniã & vniuerſo Orienti per preces id agitur, & nobis qui quouis modo illi cõiuncti ſumus, vt deſiderabilem hunc virũ eccleſia videat, adhærentẽ domino, & fide irreprebenſibilem & vita, cui & reliqui nulla ratione cõparari queant: & vt vniuerſo, vt ita dicã, eccleſię corpori D ipſe præſit. Reliqua vero ſunt tanquã deſectę partiunculæ. igitur vndiq; & neceſſariũ pariter eſt & frugiferũ illi viro, vt reliqui, perinde atq; magnis fluuiis minores, cõciliẽtur. De aliis vero inſtituẽda eſt œconomia quædam, quæ & illis cõueniat, & populũ pacatũ reddat, prudentiæq; tuæ ac illuſtri ſolertiæ & diligentiæ competat. Prorſus autẽ immenſa prudentia tua nouit, quid concordibus in Occidente eadem placuerint, ſicut indicant literæ quæ nobis per beatum Siluanum allatæ ſunt.

Baſilij Magni ad eundem. LI.

QVando ad res ipſas quidẽ reſpicimus, & difficultates expẽdimus, à quibus omnis boni efficax operatio quaſi qoodã retinaculo impedita diſtinetur, eo relabimur, vt prorſus de nobiſipſis deſperemus. Quãdo vero ad honeſtã illã grauitatem tuã cõuertimur, ac cogitamus quod te eccleſiaſticarũ infirmitatũ dominus noſter medicũ cõſtituerit, animos reſumimus & ex deſperationis lapſu ad ſpẽ rerũ meliorũ erigimur. Diſſoluta eſt omnis eccleſia, quemadmodũ neq; prudentia tua ignorat. Vides enim omnino quaſi ex quadã cõtemplationis tuæ ſpecula, quæ vbiq; gerãtur: quo- E modo, perinde atq; cum in mari, multis ſimul nauigantibus violẽtia procellarũ pariter omnes nauiculæ inter ſe colliduntur, fitq; oaufragiũ: partim quòd externa aliqua cauſa mare violenter perturbet: partim quòd ipſi nauigãtes cõfuſe inter ſe inuicem occurrant, & in ſeipſos impellantur. Satis fuerit in iſta imagine depictũ eccleſiæ malũ, vt in illa liceat terminare ſermonẽ, cum & ſapiẽtia tua nõ requirat plura, neq; præſens ſtatus eam indulgeat nobis loquẽdi libertatẽ. Et ad iſta quis ſufficiẽs gubernator? Quis tãtæ fidei, vt credatur excitaturus dominũ, qui & vẽtum increpet & mare? Quis alius quàm qui à puero in pietatis agonibus decertauit? Quoniã igitur iam quicunq; inter nos ſani ſunt circa fidem, ad eorũ qui eiuſdẽ doctrinæ ſunt cõcordiã & vnitatẽ iam dextrè accedũt, bona fiducia ad cõſolationẽ tuæ clemẽtiæ venimus, vt omnibus nobis vnica ſcribas epiſtola quæ quid agendũ ſit admoneat. Nã ita volũt, vt abs te initiũ ipſis fiat quid cõmuniter dicendũ tenẽdúmq; ſit. Quoniã vero tibi propter memoriã præteritorũ ſuſpecti forſan & inimici vidẽtur, hoc facito piẽtiſsime pater: epiſtolas ad epiſcopos ſcriptas mihi, trãſmitte, ſiue per aliquẽ eorũ quos illic babes F fideles, ſiue etiã per fratrẽ noſtrũ & Syndiaconũ Dorotheũ, quas acceptas noo prius ad eos dabo, niſi reſpõſa ab ipſis accepero. Quod ſi ita nõ fecero, peccator ero in te omnibus diebus vitæ meæ. Omnino aũt nõ eſt maiori timori obnoxiũ iſtud, ei qui ab initio ad patrẽ loquutus eſt, ꝙ mihi nunc eſt, quod ad te ſpiritualẽ patrẽ loquor? Si vero hoc apud te planè deſperatũ eſt, nobis permittito vt hãc cauſam iuſtineamus, qui ſine dolo ac ſimplici ani-

 mo, deſi-

mo deſiderio pacis, & mutuæ vnionis inter nos
idē in iis quæ domini ſunt ſentientes, prædíti, ad
iſtam legationem & meditatiooem accedemus.

Baſilij Magoi ad eundem. L I I.

QVam de digoitate tua iam olim concepimus
opinionem, iſtam ſemper ipſe tēporis pro-
greſſus corroborat, immo & adauget acceſ-
ſionibus eorū que per partes cootigerunt. Quo-
niam aliorum quàm plurimis ſatis habetur, ſi ſibi
A ipſi quiſq; circumſpiciat: at tibi iſtud haud ſatisfa-
cit: ſed tantā geris omniū eccleſiarū curam, quan-
tam eius quæ tibi peculiariter à domino noſtro
concredita eſt: ita vt nullo non tempore de ſacris
ediſſeras, admoneas, ſcribas, frequeoterq; mittas
aliquos qui vndelibet quid optimū ſit, admoneāt.
Et iam quoq; è ſacro cleri tui cœtu miſſum vene-
randiſſimum fratrem Petrum multo cum gaudio
excepimus, bonúmq; peregrinationis ipſius la-
borem probauimus, quē iuxta dignitatis tuæ mā-
data exequutū eſſe ſe oſtendit, conciliris quæ erāt
contraria, ac cōiunctis quę erant diuulſa. Vnde &
nos ad rerum iſtarum ſtudium nonnihil cōferre
quum voluiſſemus, accommodiſſimū rebus iſtis
initiū fore arbitrati ſumus, ſi veluti ad omniū no-
ſtrum verticē ad tuam integritatē refugiamus tēq;
& conſultore & rerum gerendarū duce ac prin-
cipe vtamur. Hac de cauſa & fratrē noſtrum Do-
rotheum eius eccleſiæ quæ ſub colendiſſimo epi-
ſcopo Melerio eſt, diaconū, booo circa rectam fi-
dem zelo vſum, cupientémq; & ipſum eccleſiarū
videre pacem, ad pietatē tuam remiſi, vt conſiliis
B tuis obſequentē (quæ in illo & tempore & rerum
experientia & quod ſpiritu conſilij reliquos ex-
cellis, certiora reddere poteſt) ita rebus ageodis
ac proſequendis admoueas, quem & abſq; dubio
ſuſcipies, oculiſque pacificis aſpicies, confortans
ipſum precū tuarū auxilio, inſtituenſq; in literis,
imò & quibuſdā illic tuorū ſtudioſis adiunctū, ad
propoſitū duces. Viſum eſt autē mihi conſenta-
neum, vt ſcribatur epiſcopo Romę, vt quę hic ge-
ruotur cōſideret, détq; conſiliū, & quoniā diffici-
le eſt vt cōmuni ac Synodico decreto aliqui illinc
mittantur, ipſe ſua autoritate in iſta cauſa vſus, vi-
ros eligat, ad ferēdas quidē itioeris moleſtias ido-
deos: verū iuxta ad hoc quoq; accōmodos, vt mā-
ſuetudine & facilitate ingenij eos qui diſtorti &
obliqui apud nos ſunt corrigant, aptè ac diſpenſa-
torie ſermonē attemperantes omniáq; ſecum ha-
bentes, quæ in Arimino ad neceſſariā ſolutionem
geſtorum illic, facta ſunt. Et hoc, nemine ſciente,
abſq; ſtrepitu tacite, per mare ad eos qui hic ſunt,
vadāt, ne qui pacis ſunt inimici aduentū ipſorum
præſentiſcant. Quæritur autē & hoc à nonnullis
illic, vt & nobis ipſis videtur, oeceſſariò, vt Mar-
C celli hæreſim illi cum venerint, taoquam malam
ac nociuam, & à ſana fide alienam exterminent.
Ρυσώτερον Quoniā ad hunc vſq; diem in omoibus quas ſcri-
bunt literis, peſſimè audientem quidem Arium
ſurſum ac deorſum verſantes anathematizare at-
que ex eccleſiis eliminare non ceſſant, Marcel-
lum vero qui ex diametro reſpondētem Ario im-
pietatem attulit, atque contra eandem vnigeniti
diuinitatiſque eſſentiam impiè egit, verbíque ap-
pellatinoem malè vſurpauit, ne ſemel quidē ac-
cuſare videntur, qui verbum quidem vnigenitum
vocari tradit, ratione miniſterij ac diſpēſationis,
& quatenus in tempore oatus prodiit: cæterum
ad eum vnde egreſſus erat reuerſum, nec ante e-
greſſum fuiſſe, nec poſt regreſſum ſubſiſtere. Et
huius experimentum ac demonſtrationē recor-
diti apud me iniquæ illius ſyngraphæ libri conti-
nent. Attamen iſtum nequaquam reprobare viſi
ſunt, & per hæc culpandi veniunt, vt qui ab initio
illum per ignorantiam veritatis, in eccleſiaſticam
etiā cōmunionem receperint. Igitur & illius de- D
center fieri mentionem præſentia negotia expo-
ſcunt. Itaque ne occaſionem habeant qui occa-
ſionem quærunt ex eo quod ſanctitati tuæ con-
iunguntur qui fide ſani ſunt, manifeſtandi ſunt
omnibus qui ad veram fidē claudicant, & vt poſt-
hac agooſcamus conſentientes, & non perinde
atque in nocturna pugna inter amicos & ioimi-
cos ſine diſcrimine verſemur. Tantum adhorta-
re, vt mox cum prima quaque nauigatiooe prędi-
ctus diaconus mittatur, vt ſequenti anno fieri
queant, quorum & ipſe videlicet curam habes. Et
cum, qui mittendi ſunt, volente deo, aduenerint,
non inferant eccleſiis ſchiſmata: ſed magis idem
ſentientes quouis modo ad vnitatem pertrahaot:
etiamſi quoſdam inuenerint, qui peculiaria quæ-
dam diſſidij inter ſe argumenta præferant: oe po-
pulum orthodoxom à præpoſitis ſuis ſeparent,
inq; multas partes diuidant. Curandum eſt eoim,
vt paci poſt habeantur omnia: & cum primis An-
tiochenę eccleſię medeatur: ne in illa ſyncera pars
imbecillis facta perſonarum reſpectu ſcindatur.
Tu vero hæc omoia tandem magis ipſe quàm nos
curabis: quandoquidem, quod & auxiliante deo
precor, iotelligis omnes tibi quæ eccleſiarum ſta-
tum concernunt, permittere ac commendare. E

Baſilius Athanaſio epiſcopo Ancyræ.

L I I I.

NVnciarunt mihi quidam qui ex Aocyra, ad
nos venerunt & hi adeò multi vt non facilè
eos adnumeres, idq; concordi relatiooe, te charū
nobis caput, quod cum laude tua dixerim, oō ad-
modum iucundam facere noſtri mentionem, ne-
que ſecundum ingenij tui conſuetudinē. Me vero
nihil rerum humanarum ſcire id te velim, perter-
refacit, neque inopina mihi contingit, quotquot
vbilibet ſunt, eiuſmodi immutatio, qui iam olim
naturæ imbecillitatem & ad contraria inuertēdi
procliuitatem perdidici. Vnde fit, vt neq; ſiquid
rerum noſtrarum degenerauerit, & ex honore,
quo antea potitus ſum, probra aduerſum nos &
vituperia fiaot, admodū curemus. Sed illud mihi
iocredibile ac præter genium tuum vt veriſsimè
dicam viſum eſt te eum eſſe, qui ita afficiare erga
nos, vt iraſcatis nobis moleſtúſque ſis, imò iam F
n oooihil mineris quoq;, ſicut referunt, qui id ex
te audiuerunt. Ad minas quidē (hoc enim vel his
auribus hauſi) admodum riſi. Certè adorodum
puer eſſem, ſi eiuſmodi terriculamenta metuerē.
Hoc vero formidabile multáq; cura dignum vi-
ſum eſt quod integritas illa tua, quā, io ſumma,
& rectitudinis fulcimentū & veteris veræq; cha-
ritatis ſeminariū, ad conſolationē eccleſiarū, con-
ſeruare credidimus, vſq; adeò præſens ſtatus cor-
ruptelæ particeps eſt, vt quorumuis vel vulgariū
calumnias

calumnias pluris faciat quàm longam noſtri experientiam, & ad prauas ſuſpiciones ſine certis iudiciis permoueatur. Quanquam, quid dico ſuſpiciones? Quod enim Indignatus es, &, vt ferunt, minitatus, non ſuſpicantis iam ſed manifeſtè ac indubitatò perſuaſi videtur vtlibet irā oſtendiſſe. Sed, vt disi, maliciæ temporum iſtorum cauſam huius deputamus. Alioqui quanti, quæſo, laboris erat ô præclare, breui epiſtola de quibus voluiſſes tanquam ſolum cum ſolo colloqui? Aut ſi literis literas viciſſim concredere ooluiſſes, vel ad teipſum nos vocaſſes. Si vero prorſus & iſtud A faciendum non erat, & præ indignationis indomito æſtu tempus opportunum expectare noluiſti, at vel aliquo tuorum qui ad obtegendas res huiuſmodi idonei aſſuetiq; ſint, poteras certe ad ea quę ſignificare voluiſſes vti adminiſtro. Nunc vero cuiuſnam auribus non obſtrepit, eorū qui negotiorum quorundam gratia quandoq; vos accedunt, quaſi • noxia quædam ſcripſerimus, aut ſcribentibus aliis ſubſcripſerimus. Nam iſto te verbo vſum eſſe ferunt, qui tua ad verbum referunt. Me ſanè, quæ mentem meam multis ac variis cogitationibus diſtrahunt, nihil magis quàm ſtupidum relinquunt. Itaque & tale quid ſuſpicari cœpi, ne forſan hæreticorum quiſquam nomē meum cōmentationibus ſuis ſubdolè adſcripſerit, atque ita rectitudinem tuam cōtriſtarit, & ad iſtam vocem emittendam induxerit. Non enim ſcriptis noſtris quibus eos impugnamus qui filium ac deum auſi ſunt aſſerere non eſſe, quod ad eſſentiam attinet, deo & patri ſimilem, aut eos, qui blaſphemè do- B cuerunt ſpiritum ſanctum eſſe creaturam, iſtam ſanè contumeliam inferre ſuſtinuiſſes, qui magna illa & præclara pro tuēda fidei rectitudine certamina decertaſti. Liberabis autē nos ab hoc ſtupore ſi quibus de cauſis ad iſtam aduerſum nos iniuriam permotus ſis, apertè ſignificare volueris.

Baſilius Athanaſio, Athanaſij epiſcopi Ancyræ patri.

LIIII.

QVod quidem vita hominis calumniis non ſit obnoxia, difficillimum eſſe, ne dicam impoſsibile, & ipſe perſuaſus ſum, & bonitatē tuam arbitror nō ambigere. Nullam vero calumniandi occaſionem dare, neque iis qui actiones noſtras ſtudio obſeruant: neque qui calumniæ gratia lapſibus noſtris inſidiantur, id demum & poſſibile eſt & proprium virorū prudentium, & vitam ſuam ad pietatis ſcopum attemperantium. Nos vero noli ita leues ac credulos putare, vt quorumuis maledictis & condemnationi temerè aſſentiamur. Memores enim ſumus ſpiritualis præcepti, quo iubemur non admittere eum qui C diffamia aliqua proximum notat. Veruntamen, quoniam vosipſi, qui dicendi arte polletis, quæ manifeſta ſunt, dicitis non apparentium eſſe ſigna, hoc ipſum petimus. Et ne moleſtum ſit, ſi quicquam à nobis veluti in ſpeciem ac formulam vos inſtruendi dicetur. Nam infirma mūdi & abiecta elegit deus, & per illos ſæpenumero eorum qui ſaluandi ſunt ſalutem diſpenſat. Porrò quod dico & admoneo hoc eſt. Quod omnis quidem ſermo, & quælibet competens actio, circunſpectè peragenda, & ſecundum Apoſtolicum præceptum nulla aliqua in re danda ſit offenſio. Eum nanque virum, qui ſcientiarum diſciplinæ plurimum operæ nauauit, gentiumq; & vrbium principatus gubernauit, & ad magnam progenitorū virtutem zelo quodam fertur, etiam quod ad vitam attinet, exemplum virtutis proponi puto. Affectum quidē erga liberos, ſermone iam non debes oſtendere, quem olim declaraſti, ex quo pater factus es, non ſolum naturali amore quo & bruta animantia fœtus ſuos proſequuntur: ſed maiore etiam vſus, vt & ipſe dixiſti, & ipſa expe- D rientia demonſtrat, ſed tanto latius ex animi videlicet promptitudine intendere dilectionem, quanto magis ſtatum eccleſiæ talem eſſe vides, qui paternas preces efflagitet. Itaque non fuerit opus vt iſtis nos fidem faciamus. Nam quæ gerūtur ſatis adferunt teſtimonij. Illud vero non importunè veritatis gratia adiiciam, quod frater Timotheus chorepiſcopus nō is eſt, qui quæ diuulgata ſunt ad nos detulerit. Neque enim præſenti colloquio, neque literis aliquid ſiue modicū ſiue magnum, quod calumniā habeat, de te loquutus deprehenditur. Audiuiſſe quidem non negamus: negamus vero Timotheum eſſe qui calumnias in te fabricauerit. Cum autem omnino audiuerimus, ſi nihil aliud, vel illud Alexandri ſaltem dicemus, alteram auriculam delato ſiue calumniam perpeſſo ſynceram & integram conſeruamus.

Baſilij Magni ad Ambroſium epiſcopum Mediolanenſem. E

LV.

MAgna ſemper & multa quidem ſunt domini noſtri dona, quorum neque magnitudo menſurabilis, neque multitudo numerabilis eſt: vnum vero, quod inter maxima reputari poteſt ab iis, qui non difficili beneficiorum dei in ſe collatorum ſenſu tāguntur, & præſens, hoc eſt, quod quàm longiſsime propter locorum diſtātiam ſeiunctis per literarū alloquium mutuo coaleſcere dedit. Largitus eſt autem duplicem cognoſcendi modum. Vnum per præſentem conuictū & congreſſum. Alterum per cōſuetudinem literariam. Quoniam igitur te per ea quæ locutus es cognouimus: cognouimus vero non ex eo quòd nota quædam corporis tui menti noſtræ impreſſa ſit: ſed quod interioris hominis tui pulchritudinem veluti ex variegata ſermonum pictura cognouimus. Nam quiſque noſtrum ex abundātia cordis loquitur. Glorificauimus autem deum noſtrum, qui ex quauis mortalium generatione eos qui ſibi F placuerint deligit. Qui olim quidem ex paſtoribus ouium populo ſuo principem excitauit, & Amos de grege caprarum ſumptum ſpiritu ſuo inſtruxit, & ad propheticam dignitatem extulit: nunc vero virū ex vrbe regia, cui totius gētis principatus concreditus erat, ſapientia ſublimē, generis claritate, vitæ ſplendore, orandi facultate, & rebus ſecularibus illuſtrē, ad gregum Chriſti paſturam traxit, qui proiectis huius vitę opibus vniuerſis proq; dāno habitis, vt Chriſtū lucrifaceret,

commiſſa

commiſſa ſibi magni ac præclari nauigij, eccleſiæ videlicet dei, in fide Chriſti, gubernacula accepit. Agè igitur ô homo dei, quadoquidem non ab hominibus accepiſti aut doctus es Euangelium Chriſti, ſed ipſe te dominus è medio iudicũ terræ deſumptum ad præſidentiam Apoſtolicam tranſtulit: certa bonum certamen, corrige ac moderare infirmitatem populi, ſi qua Arianæ veſaniæ labe tactus eſt: renoua priſca patrum veſtigia: & A quod dilectionis erga nos fundamentũ iecisti in ipſam ſtructurã aſſiduitate mutui noſtri alloquij excitare ac prouehere ſtode. Nã hoc pacto ſpiritu poterimus cõiuncti eſſe, licet terreſtri habitatione quã longiſſimè alter ab altero diſſiti ſimus.

Baſilij Magni ad Meletium epiſcopum.

L V I.

SI quo pacto pietati tuæ notum fuiſſet, quàm magno nos quotieſcunque ſcribis gaudio afficias, nunquam, ſanè ſcio, oblatam ſcribendi occaſionem neglexiſſes: ſed ſtudio quoque multas ſemper ad nos epiſtolas dediſſes: vt qui ſcias adflictorum recreationi apud diuinam benignitatẽ reconditam eſſe mercedem. Nam omnia hic dolore plena ſunt, & ſola nobis malorũ auerſio eſt ſanctitatis tuæ cogitatio, quam nobis euidentiorem indit, rerum tuarum quæ omni ſapientia & gratia abundant, commemoratio. Itaque ſi quando epiſtolam tuam in manus ſumimus, primum qua ſit menſura inſpicimus, illámq; tantum diligimus, quantum verſuum multitudine abundat. Deinde dum illam legendo percurrimus, perpetuò quidẽ donec ſermoni illius immoramur gau- B demus: vbi vero fini epiſtolæ appropinquare cœpimus, dolemus. Ita ſcilicet quodcunque bonum dixeris literis tuis cõtinetur. Quod enim ex corde bono promanat, bonũ eſt. Si vero precum tuarum interuentu donec in terra iſta ſumus, & præſenti ad ipſum conſpectum alloquio digni haberemur, & ab ipſa viua voce ſalutarem doctrinam aut cum ad præſens tum futurum ſeculum commeatus accipere promereremur, iſtuc vtique maximum bonum iudicaremus, & prœmium nobis ipſis diuinæ beneuolentiæ arbitraremur. Iam quoque iſto deſiderio correpti ſumus, ſicut germaniſſimi & omnino fraterno amore prędit nos confirmarunt: quorum ne literis propoſitum publicem, fratri Theophraſto vt ſingula integritati tuæ ſignificet, expoſui & commendaui.

γνώμ.

Baſilij Magni ad eundem. L V I I.

C HActenos quidem apud nos religioſiſſimum fratrem Dorotheum ſyndiaconum detiuere voluimus, vt ſub finem rerum præſentiũ dimiſſus ſingulas res geſtas dignitati tuę ſignificaret. Quoniam vero dum diem ex die ducimus in longum tempus, & ſimul ab ipſis rebus propoſitis differimur, miſimus prædictum hunc virum, vt & ſanctitati veſtræ loquatur, & per ipſum ſingula referantur, & quid nos ſuggeramus oſtendat, vt ſi cogitationes noſtræ commodæ & vtiles videantur apud integritatem veſtram, hoc ſtudij impendatur, vt opere perficiantur. Vt vero ſummatim ac breuiter dicam. Decretum eſt, vt hic ipſe frater noſter Dorotheus Romam vſq; proficiſcatur, & permoueat quoſdã ex Italia, vt nos inuiſant, idq; per mare, quò eos effugiant à quibus poſſent impediri. Intellexi enim eos qui apud rerum dominos potentes ſunt, nihil neq; velle illis neq; poſſe de cauſſa eiectorum ſuggerere, ſed hoc lucro deputare, ſi nihil in eccleſiis peius geri videatur. Igitur ſi & prudentiæ tuæ conſiliũ noſtrum vtile viſum fuerit, dignabere & epiſtolas formare, & D monita dare, de quibus oporteat ipſum narrare, & ad quos, & quando, vt fidẽ & autoritatẽ habeãt literæ: cõprehendes ſimul non admodũ conſentientes, etiamſi non adſint. Quæ vero hic geruntur in obſcuro ſunt: propterea quod Euippius quidem adoenit, nihil arduum definiuit. Minantur ſanè etiam eorum quos ex Armenia tetrapoli, & Cilicia conſentientes habent futurũ concurſum.

Baſilij Magni ad eundem. L V I I I.

LIteras accepi à pientiſsimo epiſcopo Euſebio quibus mandatur vt Occidẽtalibus iterum de quibuſdã eccleſiaſticis ſcribatur. Et voluit quidẽ vt à nobis ſcribatur epiſtola: ab omnibus vero cõſentientibus ſubſcribatur. Quoniã igitur non inueni quomodo de quibus ille præcepit, vt ſcriberem cõmentarium pietati tuæ miſi, vt & illo potius, & ſimul iis quæ à deſideratiſsimo ſympreſbytero Sactesimo referentur, intus ipſe de his rebus, iuxta quod menti tuæ ſuggeſtũ fuerit, ſcribere digneris. Nos parati ſumus cum illo paſciſci, & facere vt literas propere ad cõſentientes deportet, vt omnium habitis ſubſcriptionibus proficiſcatur auolaturus hinc ad epiſcopos Occidentales. Quod ſanctitati tuæ in mentẽ venerit velociter nobis ſignificari, iubeas, ne quæ tibi viſa fuerint ignoremus. De iis quæ Antiochiæ aduerſum nos aguntur, vel iam etiã inſidioſe finguntur, idẽ ipſe tibi frater aperiet niſi ipſa fama geſtorũ illũ præueniens manifeſta faciat quæ acta ſint. E vicino ſpes eſt, vt quæ minitantur tandẽ exitũ ſortiãtur. Volo autem pietatem tuam ſcire, quòd frater Anthimus Fauſtum cum Papa agentem epiſcopũ ordinauit neglectis iuſtis ſuffragiis, venerandiſsimi fratris Cyri, quem tu ordinaſti, ita vt Armeniam ſeditione repleuerit. Vide igitur ne mendaciis nos opprimant, neque ipſi ſed vt conſtanter quæ fiunt ſuſtineamus iſta grauitati tuæ ſignificauit. Dignaberis autem abſque dubio & ipſe reliquis ea manifeſtare. Adultos enim iſtam rerum confuſionem mœſtitia affecturam puto.

Baſilij Magni ad eundem. L I X.

SCiebam integritatis tuæ auribus inſolentẽ fo- F re expoſtulationem, quæ iam incumbit: propterea quòd omnia dixeris leui ac futili Apollinario. Etenim neqoe ipſe huius ante id temporis gnarus erã, ſed iam Sebaſteni alicunde illud perſcrutari, in medium attulerunt ac circumferunt volumen: ex quo potiſsimum & nos condemnant, vt qui eadem ſentiamus: quòd & tales habet loquutiones, ita vt illas vbique coniunctim, imò alternis vnire neceſſariũ ſit intelligere, dum primam identitatem & ſecũdam & tertiam eandem eſſe dicũt. Quod enim primo loco pater eſt, hoc eſt

Opus de Spiritu ſancto ex his colligitur eſſe Baſil.

hoc eſt ſecundo & filius, & tertio ſpiritus: rurſus quod primo ſpiritus eſt, hoc ſecundo filiũ dicunt, quatenus ſpiritus eſt deus. Et vt violentius arcanũ ſignificetur, patrẽ paternè filiũ, filium vero * filij more patrẽ eſſe. Et eodẽ modo de ſpiritu dicunt iuxta quod vnus deus eſt trinitas. Iſta ſunt inuulgata, quæ nunquã credere poſſumus eorũ eſſe figmenta, à quibus proferuntur: tametſi iſtorũ aduerſus nos calumniatrix delatio nihil nõ auſit aut

A moliatur, meo quidẽ arbitratu. * Cum enim aduerſariorum ſententias ſcripſiſſent, non contenti etiã calumniã contra nos ſubiecerũt: iſta quidem hæreticorũ verba nominaremus exprimẽtes: autorẽ vero cõmentarij celãtes, vt pleriſq; videatur nos eſſe * ſcriptores. Verũtamen, vt mihi ipſi perſuadeo, nondũ eo vſq; proceſſit ipſorũ techna, vt verba concinnẽt. Hinc eſt, quod coacti ſumus viri mentionẽ facere, vt qui ad Sabellij impietatẽ accedat, adhoc, vt calumniã illã quæ aduerſum nos inualuit depellamus, cõſpicuũq; faciamus omnibus, nihil nobis cũ illis eſſe cõmercij, qui ad eum modum loquuntur. Et tantũ de iſtis. Venit autem nuntius quidã ex caſtris, ſub primam Imperatoris motionem, ad quam illum impulerunt qui calũnias aduerſum nos effuderunt, retulitq; alterum quoddã captum eſſe conſiliũ, ita vt accuſatoribus nõ demum expoſiti, neq; volũtati illius tradamur, quod ab initio decretũ erat: ſed vt interea quædã cauſæ prorogatio ac dilatio fiat. Siue igitur iſta ita maneant, ſiue aliud quid iſtis humanius decernetur, pietati tuæ ſignificabimus. Si vero priora obtinebũt, ne hoc quidẽ celaberis. Sacteſimus ſanè

B frater prorſus iã diu apud nos eſt, & quid requirat integritati tuę innotuit. Itaq; ſi videtur epiſtola ad Occidentales neceſſarium quid complecti, poſtquã eam fide dignam ſcripſeris ad nos tranſmitte, & curemus ab omnibus conſentientibus ſubſcribi, & charta quã efformaris, locum habeat ſubſcriptionibus accõmodum quam coniungere poſſumus ei quæ à fratre ſympresbytero circunfertur. Ego ſiquidẽ, quoniã cauſæ ſummã in cõmẽtario inueni, nõ habui qua de re ſcriberẽ Occidentalibus. Nam quæ neceſſaria videntur, iam anticipata ſunt, & ſuperflua ſcribere omnino vanum. De iiſdẽ verò moleſtũ eſſe, nunquid ridiculum etiã fuerit. Illud vero mihi * argumentũ velut intactũ adhuc eſſe, locũmq; dare ſcribendi viſum eſt, admonere illos, ne ſine diſcrimine quorũuis cõmunionem ex Oriente venientiũ accipiãt, ſed vna ſemel electa parte, reliquos ex conſentientiũ teſtimonio admittant, & non cuiuis ſub prætextu orthodoxæ doctrinæ, fidei formulæ ſcribẽdi aſtipulentur. Nam iſto pacto deprehendentur, cum aduerſariis faciẽtes, qui eadẽ ſæpenumero verba prætexunt quidẽ, inter ſe vero pugnãt, vt qui plurimum diuiſi diſſidentéſque fuere. Ne igitur am-

C plius hæreſis eorum qui inter ſe mutuo diſſident, per ipſorum ſcripta quæ prætexere & obiicere ſolent, incautos ſeducat, admonendi ſunt, vt arcanas accedentium communiones, & ſcriptis iuxta formam eccleſiaſticam comprehenſas faciant.

Baſilij Magni eccleſiæ Anthiochenæ. L X.

QVis dabit mihi alas inſtar columbæ? & volabo ad vos, explebóq; deſiderium quo ad dilectionis veſtræ congreſſum aſpiro. Nunc vero non ſolum alis deſtituor, ſed ipſo quoq; corpore, quod & longa iamdudum ægrotatione cõfectũ, & nunc continuis tribulationibus prorſus attritum eſt. Quis enim vſque adeo animo eſt adamantino? quis ita planè omnis commiſerationis expers & immitis, qui cum audiat quomodo vndique nos gemitus ac luctus veluti ex triſti quodam choro communi quadam ac conſona lamẽ-

D tatione applorante imperat, non condoleat animo, in terram præ luctu deflectatur, & immenſis iſtis curis omnino tabeſiat? Sed poteſt ſanctus deus aliquam ab immenſis ac deploratis curis dare relaxationem, & à diuturnis laboribus quandam largiri reſpirationem. Itaque & vos oro, vt eandem conſolationẽ amplectamini, ac ſpe conſolationis cum gaudio præſentem tribulationum luctum toleremus. Siue nãque peccatorum pœnas damus, valebunt ad hoc flagella, vt poſthac iram dei, quæ imminebat, auertant: ſiue in certaminibus quæ pietatis gratia decertamus, per tribulationes corroboramur, iuſtus eſt is qui nos ad tolerandos agones præmiis inuitat vt non ſinat nos tentari ſupra id quod ferre poſſumus: ſed pro toleratis iam laboribus, patientiæ nobis & ſpei in ipſum coronam reddat. Ne igitur ad decertãdos pietatis agones defatigemur neque per deſperationẽ quæ iam decerta ſunt amittamus. Nõ enim vno actu fortitudinis, neque modico quodam labore cõſtantis animi ſpecimen datur, ſed qui corda noſtra probat, longa nos ac prorogata probatione vult iuſtitiæ coronam adeptos demonſtra-

E re. Duntaxat conſtans ac fidelis ſeruetur animus noſter, fidei noſtræ in Chriſtum robur cuſtodiatur immotum, & breui ac velociter veniet auxiliator, veniet & non tardabit. Amplectẽda enim tribulatio ſuper tribulationem, ſpes ſuper ſpem, adhuc modicum, adhuc modicum. Ad illum modum alumnos ſuos ſpiritus ſanctus futurorũ promiſsione recreare nouit. Poſt tribulationes enim ſequitur ſpes. Quæ vero ſperantur è vicino ſubſequuntur. Nam etiamſi vniuerſam hominũ vitam quis obiecerit: breuiſsimũ tamen eſt illius ſpatiũ, reſpectu infiniti ſeculi quod in ſpe noſtra reconditum eſt. Fidem autem nos neque recentiorem ab aliis conſcriptam accepimus: neque ipſi mẽtis noſtræ fœtus aliis obtrudere audemus: ne humana putentur pietatis verba, ſed quæ à ſanctis patribus edocti ſumus, ea rogantibus nos annuntiamus. Eſt itaq; eccleſiæ noſtræ à patribus adminiſtratæ etiã à ſanctis patribus, qui Nicææ conuenẽre, conſcripta fides, quam tametſi arbitramur ore tenus & pud vos in vſu haberi, non tamẽ detrectabimus, ne deſidiei crimine notemur, ipſa quoque verba literis annotare. Sunt autem illa. Credimus in vnum deum patrem omnipotentẽ, viſibilium omnium & inuiſibilium factorem. Et

F in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium dei, genitum ex patre vnigenitum, hoc eſt, ex patris eſſentia, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, genitum non factum, coeſſentialẽ patri per quẽ omnia facta ſunt & quæ in cælo ſunt & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit è cœlis, incarnatus eſt, homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, venturus ad iudicandum viuos ac mor-

* ἰδιαζόντως. (margin)

* locum deſidium habet. (margin)

* λογογράφοι. (margin)

* ἀθλητικῶς. (margin)

* γνώμη (margin)

* ἐπίσκεψις ἄγραφος. (margin)

Hæc agite, vos ô Lutherani, Zwingliani, Anabaptiſtæ, ac reliqua Chriſtiani orbis peſtes. Symbolum Nicenum ὁμοούσιον τῷ πατρί. (margin)

ac mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. Eós vero qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequam gigneretur non erat, & quod ex non exiſtentibus factus ſit, aut ex alia ſubſtantia ſiue eſſentia eſſe, vel vertibilem aut alterabilem filium dei dicunt, anathemate Catholica & Apoſtolica eccleſia condemnat. Secundum hæc Eccleſiaſticæ fidei adhæreſcimus. Quoniam vero doctrina de ſpiritu ſancto indefinita eſt, propterea quòd nondum comparerent bellum contra ſpiritum A gereotes, an condemnandi ſiot qui ſpiritum ſanctum creatæ ac ſeruilis eſſe naturæ dicunt, in ea ſynodo nulla facta eſt mentio. Nihil enim prorſus creatum eſt in diuina & beata trinitate.

ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας. πνευματομάχοι.

Epiſcopis & fratribus qui ſunt in occidente, Baſi. Mag. Epi. Iacobo Mycræo interprete.

L X I.

BOnus ille deus, qui afflictionibus ſemper ſolatium adiungit, dedit etiam nunc nobis inter varios dolores modicam quandam conſolationem ex literis quas à vobis acceptas chariſſimus pater noſter Athanaſius epiſcopus nobis tradidit, ſanæ fidei teſtimoniũ, & inoffenſæ vnanimitatis & conſpirationis demonſtrationem referentes, vt & paſtores oſtenderet patrum inſiſtere veſtigiis, populum domini cum ſcientia paſcentes. Hæc omnia me tantum exhilararunt, vt mœrorem noſtrũ omnino diſcuſſerint, & riſum quẽdam exiguum animis noſtris intulerint à tetrico B hoc rerum ſtatu, in quo nunc agimus. Auxit autem nobis ſolatium dominus per apprimè religioſum filium coadiutorem noſtrum Sabinum, relatione eorum quæ apud vos honeſte aguntur, animos noſtros pauit. Cæterum noſtra experimento percepta euidẽter vobis nunciabit, vt primum aſſidua ſtudioſáque oratione ad deum nobiſcum certetis: deinde ená ſolatium, quod præſtare poſſitis, laborantibus eccleſiis adferre non recuſetis. Etenim laborat hic, fratres chariſſimi, & defatigata eſt frequenti aduerſariorum inſultu eccleſia, quemadmodum nauigiũ in medio mari altis poſt alios vndarum fluctibus agitatur, niſi citò dominus pro ſua bonitate nos reſpexerit. Sicut igitur nos proprium bonũ ducimus veſtram mutuo conſpirationem, vnitatémq;, ita male afficimur diſſenſionibus. Verum, non quòd ſitu locorum diſſiti ſimus, diſcordare inter nos conuenit: ſed cum ſpiritus communione vnimur, in vnius corporis conſpirationem nos recipere debemus. Porro tribulationes noſtræ vel nobis tacentibus vobis ſunt cognitæ, vt quæ in totum orbem ſint diuulgatæ. Patrum dogmata contemC nuntur, apoſtolicæ traditiones annihilantur, recentiorum hominum inuenta eccleſiis inferuntur. Homines in poſterum de artibus, non de deo diſſerunt. Mundi ſapientia primas tenet, crucis gloriam abominans. Paſtores abiguntur. lupi graues introducuntur, qui Chriſti gregem diſcerpunt. Domus oratoriæ deſeruntur à cœtu, ſolitudines referta ſunt plorantibus. Seniores ingemiſcunt, dum vetera præſentibus comparant. Iuuenes miſerabiliores, qui non vident qualibus priuati ſint. Hæc ſanè mouere eos qui Chriſti dilectionem docti ſunt, ad condolentiam poterunt. cæterum ſi oratio rerum veritati conferatur, multum ab ipſius dignitate abeſt. Quare ſi aliqua dilectionis conſolatio, ſi quædam ſpiritus communio, ſi qua viſcerum miſeratio, commoueamini ad noſtrum auxilium. Arripite pietatis zelum, eripite nos ex hac tempeſtate. Proferatur etiam apud vos cum fiducia bonum illud patrum præconium, quod infamen Arij hæreſim euertat, & eccleſias in ſana doctrina confirmet, in qua filius D conſubſtantialis patri prædicatur, & ſpiritus ſanctus æqualiter connumeratur & colitur: vt quam vobis dominus pro veritate fiduciam dedit, & ob confeſſionem veritatis, & ſalutaris Trinitatis glorificationem, hanc & nobis per veſtras preces veſtrámque cooperationem largiatur. Cæterum ſingula prædictus ille cooperator vobis nunciabit. omnia autem quæ à vobis exactè ſynceréque geſta ſunt, comperta habemus, Apoſtolicum veſtrũ zelum pro recta doctrina amplexati. Valete.

Collatio afflictæ eccleſiæ.

Nũ igitur tragœdia Lutherãa nouum eſt.

Eccleſiæ Neocæſarienſi conſolatoria Baſilij Magni.

L X I I.

EFflagitabant quidem quæ acciderunt vt præſentes ipſi coram eſſemus, & vnà vobiſcum debitum beato honorem perſolueremus, & in triſti ita calamitate ipſo aſpectu mœrentibus vobis coniungeremur, ſimúlque in neceſſariis conſilia communicaremus. Quoniam vero multa ſunt quæ corporalem noſtri coniunctionem prohibent, reliquum erat vel literis vobis in rebus iſtis præſentibus communicare. At viri huius virtutes, E in quarum potiſſimum priuatione intolerabili nos affectos eſſe damno reputamus, tantæ ſunt, vt epiſtolæ menſuram excedant. Et alioqui intempeſtiuum fuerit de multitudine eorum quæ vir iſte probè ac fortiter geſſit ſermonem iam inſtituere: cum animus noſter admodum ſit ex mœrore deiectus. Quid enim illius tale eſt, quod vel memoriæ noſtræ excidere, vel ſilentio obtegi mereatur? Iam omnia ſummarim ac ſemel dicere, impoſſibile fuerit: particulatim vero ſi voluero, vereor ne non ſim impar futurus veritati. Mortuus eſt vir, omnium lucidiſſimè eos quos iuxta ſe habebat omnibus ſimul humanis bonis excellens, fulcimentum patriæ, eccleſiarum decus, columna & firmamentum veritatis, robur eius quæ in Chriſtum eſt, fidei, ſuorum munimentum, aduerſariis nullis prorſus expugnabilis machinis, cuſtos rituum paternorum, inimicus nouandarum rerum ſtudio, qui in ſeipſo viſendam præbuit priſcam eccleſiæ formam, velut ad ſacram quandam veteris ſtatus imaginem eccleſiæ ſibi commiſſæ faciem F effingens: ita vt ſubditi illius cum illis vixiſſe videantur, qui ante ducentos annos, & vltra, inſtar luminarium reſplenduerunt: ita nihil de ſuo, nihil quod nouæ alicuius cogitationis inuentum reſiperet, in medium attulit hic vir: ſed iuxta benedictionem Moyſi ex ipſis arcanis cordis ſui ac bonis theſauris vetera veterum, & quæ ante faciem iuniorum vetera eſſent, proferre nouit. Hac ſiquidem ratione & in ipſis conſortium ac coæqualium cõſiliis primo honore potitus eſt, nõ propter ætatis prærogaprærogatiua

prærogatiuam:ſed quoniam omnes ſapientiæ ve-
tuſtate ſuperabat, cõmuni conſenſu & condona-
tione primas obtinuit. Quãtum vero lucri dede-
rit talis inſtitutio, nemo quæſierit, is modò ad vos
reſpexerit. Nam ſoli inter eos quos nouimus vel
admodum cum paucis in tanta rerum tempeſtate
ac turbine tranquillam per illius gubernationem
vitam egiſtis. Noo enim apprebendit vos hæreti-
corum ſpirituum procella quæ mẽtibus leuiuſcu-
A lis & ſeductioni facile expoſitis, ſubuerſiones ad-
fert & naufragia. Neq; vero vnquam appreben-
dat, precor ô domioator omniũ, qui famulo tuo
Gregorio, qui crepidam eccleſiæ ab ioitio bene
commiſſam accepit, conſtantis trãquillitatis gra-
tiam dediſti. Hanc oolite vos præſenti tempeſta-
te amittere, oeque lamentorum immodeſtia, &
rebus triſtibus vos ipſos exponendo, opportuni-
tatem neceſſaria curandi inſidiatoribus prodere:
ſed ſi omnino lugendum eſt, quod noo dico, oe
ſimiles ſimus hac in re illis qui ſpem non habeot:
ſi videtur, ordinato vobiſipſis corypbæo, aliquo
deceoter & cõcordi fletu cum illo plorare. Quã-
quam etiamſi ad extremam ſenectam vir iſte non
peruenit: at certè quod ad tempus attinet ad præ-
ſidendum vobis ſatis vitæ babuit: & corporis vi-
tibus tantum potitus eſt, quantum ad declarandã
animi tolerantiam io rebus mœſtis opus babuit.
Cogitabit autem forſan aliquis veſtrum quod &
tempus, compaſſioois augmentum, & amoris ac-
ceſſio, ad ſatietatẽ iis qui experti ſunt non faciũt:
ita vt quanto prolixiore tempore beneficium ex-
perti eſtis, tãto amplius amiſſionẽ illius ſentiatis:
corporis vero iuſti vel vmbram apud pios quouis
honore dignam eſſe. Et ſit quidem, quod multi
veſtrum boc animo præditi ſitis. Neq; enim ipſe
B quoque virum iſtum negligendum eſſe dico, ſed
vt quod triſte accidit bumano more feratur con-
ſulo. Quandoquidẽ & me ipſum baud fugit, quæ-
nam ab illis dici poſſint, qui damnom acceptum
deplorãt. Silet quidem lingua, aliàs inſtar fluuio-
rum ad aures alluẽs: cordis vero profundum, ne-
mini cõprehenſibile, ſomniis imbecillius (quan-
tum ad homines attinet) auolauit. Quis acutius
illo futura præuidit? Quis tam ſtabili ac ſolido in-
genio idque fulmine citius ad occurreodũ immi-
nentibus cauſis ſuffecerit? O ciuitas multis quidẽ
iam occupata perturbationibus, à nulla tamen il-
larum ad iſtum modũ letali damno affecta. Ob-
tigit nunc quidem pulcherrima tibi venuſtas: ec-
cleſia vero lamentatur, ſolennes coouentus lu-
gent: ſacer ſeniorum conſeſſus corypbæum ali-
quem deſiderat: ſermooes myſtici interpretem
ſuum expectant: adoleſcentes patrẽ, ſenes æqua-
lem, qui in magiſtratu ſunt principem, populus
præſidentem, alimonia deſtituti nutritorem, pro-
C priiſsimis omnes illum nominibus implorantes,
iuxta propriam quiſque affectiooem propriis &
accommodis quoque vocibus ipſum deplorant.
Sed quò mibi ſermo præ lacrymarum voluptate
rapitur? An ſobrietati non reſtituemur? Noo red-
demur oobiſipſis? Nõ reſpiciemus ad commonẽ
dominum, qui poſtquam vnumquenque ſancto-
rum ſuæ ætati ſeruire permiſit, competenti tem-
pore illos iterum ad ſe reuocauit? Iam in iſta tem-
peſtate commodum quæ ille dixit ad memoriam
reuocare, qui cum vobis concionaretur perpetuò
reprimebat ac denuntiabat dicens, cauete canes,
cauete malos operarios. Multi ſunt canes. Quid
dico canes? Imò lupi graues, qui ſub prætextu oui-
cularum fraudem tegẽtes, Vbique terrarum gre-
gem Cbriſti diſsipant, qui vobis præſidio vigilã-
tis cuiuſdam paſtoris cauendi ſunt. Hunc animis
ab omni cõtentione & ambitione repurgatis pe-
tere veſtrũ eſt: domini vero deſignare, qui à tem-
pore magni præſidis eccleſiæ veſtræ Gregorij vſ- *Cæſarien. et Neocæſarien.*
que ad beatũ iſtum, alium poſt aliũ ſemper, quaſi D
ex quadã pretioſorũ lapidum ſerie, depromptos
adiiciens & adaptans admirabilẽ eccleſiæ veſtræ
pulcbritudinem largitus eſt. Itaq; neque deinceps
de futuris deſperandũ eſt. Nouit enim dominus
ſuos, & io medium eos plerunq; producit, de qui-
bus apud oos forſan nihil tale expectatur iã olim
ſermonem terminare volentẽ, dolor cordis non
permittit, quin obteſter vos per patres, per rectã
fidem, per beatũ iſtũ, vt vigili mente quiſq; veſtrũ
quid ſibiipſi quærat, expendat: & quocunq; res,
ſiue benè, ſiue malè cadãt, ſe cum primis illarum
participem fore putet: oeque publicarum rerum
curam, quod multi aſſolent, in proximũ reiiciat:
ne poſtea dum eodem ſinguli animo res agendas
negligitis, antequam animaduertatis, proprium
ſibi quiſq; malum per incuriã accerſatis. Iſta, ſiue
tanquam ex vicinorum commiſeratione, ſiue ex
eadẽ ſententiũ cõmunicatione dicta, aut etiam,
quod verius eſt, tanquã ab iis, qui legi dilectionis
obediunt, & periculum quod ſilentibus timendũ
eſſet, fugiunt, cum omoi beneuolentia accipietis,
perſuaſi quòd gloria noſtra ſitis, quemadmodũ &
nos veſtra, in diem domini, & quod propter pa-
ſtorẽ qui vobis dabitur, futurũ ſit, vt vel amplius
& arctius dilectionis vinculo vniamur, vel pror-
ſus diſiungamur, quod abſit oro, nec fiet, per gra- E
tiam dei. Neque ipſe iam ſanè quicquam maledi-
cti dixerim in quenquam. Hoc autem ſcire vos
volumus, quod etiamſi beatũ iſtum ad cõſeruan-
dam eccleſiarũ pacem coniunctũ nobis non ba-
bemus, propter quaſdã, vt ipſe vobis aſſeruit, an-
ticipationes: at certe ab eo quod eadẽ ſentiremus
cũ ipſo, & ad certandũ aduerſus hæreticos, perpe-
tuò cõiũgeremur, teſte deo, & bominibus illis qui
noſtri experientiã ceperunt, nuoquã defecimus.

Clericis eccleſiæ Neocæſarienſis epiſtola
Baſilij Magni. LXIII.

QVod concordi nos odio proſequimini, & ad
vnum quiſq; omnes ei adbæretis, qui belli, *Apologetica eſt.*
quod aduerſum nos geritur, dux eſt, vt erga
omnes vos pariter ſilẽtio hactenus ſtuduerimus,
& neque amicis vos literis, neque aliquo prouo-
cauerimus alloquio, ſed dolorem noſtrum ſilen- F
tio contiouerimus, cauſam dedit. Quooiam vero
ad calumnias tacendum non eſt, vt contradicen-
do nos ipſos vlciſcamur, ſed ne mendacio inof-
fenſum progreſſum permittamus, aut eos qui ſe-
ducti ſunt damno quo afficiuotur iohærere ſina-
mus, neceſſarium mihi viſum eſt & boc omnibus
proponere, veſtræque prudentiæ ſcribere, licet
& paulo ante cum omnibus presbyteris ſcribe-
remus, nullo nos reſponſo dignati ſitis. Nolite aſ-
ſentari fratres, iis qui prauas adferunt animis ve-
ſtris opiniones: neque populum dei impiis do-

Sabellij libyes & Marcelli impietas.

ctrinis ſubuerſum propter veſtram velitis ſcien-
tiam contemnere. Sabellius Libys, & Marcellus
Galates ſoli ex omnibus iſta & docere auſi ſunt
& ſcribere, quæ nunc apud vos veluti propria eſ-
ſent ipſorum inuenta in medium adferre conan-
tur: qui populum inſtituunt, lingua perſtrepẽtes,
& ne ad veriſimilem quidẽ probationem ſophiſ-
mata iſta & paralogiſmos deducere valentes. Hi
ſunt, qui fanda atque neſanda publicis aduerſum
nos concionibus eiaculantur, noſtrumq; ſummo
ſtudio congreſſum declinant. Quamobrem? An
nõ ideo quod ſe de prauis ſuis doctrinis coarguẽ-
A dos ſuſpicantur? Iſti tantam contra nos impuden-
tiam induerunt, vt & ſomnia quædã in nos com-
miniſcantur, doctrinam noſtram tanquam noci-
uam traducẽtes: qui tamen, etiamſi capitibus ſuis
vniuerſa eorum mentium quibus arborum folia
ſternuntur phantaſmata complecterentur, nullã
nobis prorſus poterunt aſpergere calumniã: quã-
doquidem plurimos habent ſingulæ eccleſiæ, qui
veritati teſtimonium ferunt. Si quandoque cau-
ſam indicti iſtius & irreconciliabilis belli rogan-
tur, pſalmos cauſantur & modum melodiæ, quo
ſit vetus apud nos immutata canendi cõſuetudo,
& huiuſmodi quædam alia: de quorum illos præ-
textu pudere debebat. Accuſamur vero & huius,
quod homines habeamus monachos pietatis ſtu-
dioſos, qui mũdo renuntiarint, & vniuerſis ſeculi
iſtius curis, quas dominus comparat ſpinis ferti-
litatẽ verbi impedientibus. Qui huiuſmodi ſunt,
mortificationem Ieſu corpore circumferunt, ac
cruce quiſque ſua accepta deum ſequuntur. Ego
B vero omnem vitam meam impenderem vt mihi
poſſent iſta impingi delicta, haberemq; apud me
viros, qui me doctore hoc pietatis ſtudium am-
plexi hactenus fuerint. Nunc autem in Aegypto
quidem audio talem eſſe virorum quorundã vir-
tutem, & forſan in Palæſtina quoque ſunt, qui ad
Euangelij normam vitæ ſuæ cõuerſationem per-
fectam reddant. Audio & in Meſopotamia viros
eſſe perfectos ac beatos. Nos vero perfectis col-
lati, pueri ſumus. Sunt autem & fœminæ Euange-
licam vitam amplexæ: quæ virginitatem quidem
nuptiis præferunt: ſenium vero carnis ſeruituti
ſubiiciunt: & beato luctui immorãtes beatæ ſunt
ex propoſito, vbicunque terrarum degant. Apud

Att. Baſilij modeſtiam.

nos vero iſta, qui primis adhuc elementis ad pie-
tatẽ inſtituimur & initiamur: minuta ſunt ac ru-
dia. Quòd ſi qui dedecoris & indignitatis aliquid
mulierum vitæ ac ſtatui inferunt: non eſt quod il-
los ego defendere velim. Illud vero vobis aſſero
& confirmo: quòd quæ hactenus pater mendacij
Satanas non eſt auſus dicere: ea temeraria corda
iam & nullo retenta moderationis freno ora in-
deſinenter & cum ſumma licẽtia loquuntur. Sci-
re autem vos, volo, quòd optamus nobis & viro-
rum & mulierum cœtus dari, quorum conuerſa-
C tio in cœlis ſit: qui carnem ſuam cum affectioni-
bus ac concupiſcentiis crucifixerint: quique nec
de cibis, nec de indumẽtis ſoliciti ſint: ſed immo-
biles & aſſidui apud dominũ noctes ac dies pre-
cationibus immorentur: quorum os non loqua-
tur opera hominum, ſed hymnum concinat deo
noſtro: quique ſedulo propriis manibus operen-
tur: quò poſſint impartiri illis qui opus habent.
Ad id vero quod propter pſalmodias accuſamur:
quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt:
qui nos traducunt: hoc habeo quod dicam: quod
videlicet qui iam obtinuerunt ritus omnibus Ec-
cleſiis dei concordes ſunt & conſoni. De nocte

Vigiliæ.

ſiquidem populus conſurgens antelucano tem-
pore domum precationis petit: inque labore &
tribulatione ac lacrymis indeſinentibus facta ad
deum confeſſione, tandem ab oratione ſurgen-
tes ad pſalmodiam inſtituuntur. Et nunc quidem

Pſalmodia.

in duas partes diuiſi alternis ſuccinẽtes pſallunt:
atq; ex eo ſimul eloquiorum dei exercitationem
ac meditationem corroborant: & cordibus ſuis
attentionẽ, & reiectis vanis cogitationibus men- D
tis ſoliditatem ſuppeditãt: deinde vni ex ipſis hoc
muneris dato vt quod canẽdum eſt prior ordia-
tur: reliqui ſuccinunt: atque ita pſalmodiæ varie-
tate precibúſque ſubinde interſertis noctem ſu-
perant. Illuceſcente iam die pariter omnes velut
ore vno ac corde vno confeſſionis pſalmum do-

Pſalmus confeſſionis.

mino offerunt, ac ſuis quiſque verbis reſipiſcen-
tiam profitentur. Horum gratia ſi nos fugitis: fu-
gietis ſimul & Aegyptios: fugietis Libyam vtran-
que, Thebæos, Palæſtinos, Arabes, Phœnicas, Sy-
ros, & qui ad Euphratem habitant: & vt ſemel
dicam, omnes, apud quos vigiliæ ac preces com-
munéſque pſalmodiæ in pretio ſunt. Sed iſta di-
citis tempore Gregorij magni non fuiſſe: verum,

Gregorij ætate neque Neocæſareæ, Litaniæ.

neque Litaniæ, quas vos iam in vſu habetis, illius
tempore fuerunt. Quòd non reprehendendi gra-
tia dixerim. Optarim enim vos omnes in lacry-
mis & iugi pœnitentia viuere, quandoquidem &
nos nihil aliud facimus, quàm quòd pro peccato-
rum noſtrorũ remiſſione ſupplicamus, dempto E
eo, quod non humanis verbis, quemadmodum
vos ſoletis: ſed oraculis ſpiritus deum noſtrũ pla-
camus. Quòd autem ea quæ facimus ſub præcla-

Miraculum.

ro Gregorio in vſu non fuerint, quibus teſtimo-
niis euincere poteritis? Nihil eorum quæ ille in
vſu habuit: ad hunc vſque diem illibatum ſeruã-
ſtis. Gregorius in oratione conſtitutus tecto ca-

Synodus Gregorij Neoc.

pite non fuit. Quamobrem? Germanus erat di-
ſcipulus Apoſtoli dicentis: Omnis vir orans aut
prophetans tecto capite, dehoneſtat caput ſuum.
Et vir non debet velare caput ſuum, cum ſit ima-
go & gloria dei. A iuramẽtis abſtinuit munda il-
la anima, ac digna ſpiritus ſancti communione,
cui propter mandatum domini dicentis, Ego ve-
ro dico vobis, ne iuretis omnino, ſatis erat etiam
& non. Non eſt auſus ille fratrem ſuum vocare
fatuum comminationẽ domini veritus, Tumor,
& ira, & amarulentia ex ore illius non proceſſe-
runt. Conuicium odio proſequutus eſt: vt quod
in regnum cœlorum haud inducat. Inuidia & ar-
rogantia à ſyncero illo animo procul abfuerunt.
Altare non acceſſit, niſi fratri reconciliatus: fal- F
ſum ſermonem & artificioſum, & ad detractio-
nem concinnatum ita abominatus eſt, vt qui ſci-
ret mendacium ex diabolo prognatum eſſe, Do-
minumque omnes eos qui mendaciũ loquuntur,
perditurum. Horũ ſi nihil in vobis eſt: ſed mundi
eſtis ab his omnibus, verè diſcipuli eſtis eius, qui
præceptorum domini diſcipulus fuit. Si vero ſe-
cus, videte ne culicem excoletis dum in pſalmo-
diis de ſonitu vocis diſceptãtes, quæ maxima ſunt
præceptorum dei diſſoluitis. Ad hæc me verba
defenſionis adegit neceſsitas, vt diſcatis trabem
primum

primum ex veſtris oculis eiicere, & tum demum ſtipulas euellere alienas. Veruntameo omnia cōdooamus: licet nihil ſit extra diuinam examinationē, duntaxat quæ principalia ſunt ſalua ſiot: & nouationes iſtas circa fidem compeſcatis, hypoſtaſes diuinas ooo irritetis, nomen Chriſti ooo abnegetis, Gregorij voces ſiniſtrè noo interpretemioi. Quòd ſi ſecus egeritis, donec ſpirandi loquendíque facultas erit, ad taotá animarum peroiciem ounquam ſilere poterimus.

A

Prudentioribus ac doctioribus eccleſiæ Neocæſatianæ Baſilius.

LXIIII.

PLaoe oihil opus erat, vt animi mei vobis ſenteotiam patefacerē, aut cauſas referrem, propter quas iſtis iam in locis agam. Etenim oeque alioqui ex illuſtriū ego ſum numero: neq; res iſta tantis teſtibus digna eſt. Verum vt puto, noo quæ oos volumus, ſed ad quæ nos præceptores noſtri vocant, facimus. Nam mihi magis hactenus quæritur, vt prorſus hominum memoriæ ſubducar quàm iis qui gloriæ ſtudent, vt ſint illuſtres. Quia vero omnium, qui io vrbe veſtra morátur, aures, iſto repletos eſſe rumore intelligo, & oō deſunt, qui nugas & mendacia coofingant ad hoc ipſum mercede cooducti: vt res meas vobis exponant: nō putaui vos malo aoimo pollutáq; voce inſtructos, negligēdus: ſed opus eſſe, vt ipſe de ſtatu rerum mearum referam. Ego, cum propter loci hu- B ius conſuetudinem, qua illi à puero aſſueui (Hic enim à nutrice mea educatus ſum) tum propterea quòd poſtea quoque ſæpenumero io hoc loco verſatus ſum: quem cum vrbanos tumultus fugerem, & propter ſolitudinis ſileotium, illum ad philoſophiæ ſtudium cōmodum eſſe iciтem: cōplures continuos annos incolui, & propter iam inhabitantium ſecuritatē breuem aliquam à oegotiis quibus diſtinebamur reſpirationē adeptus, cum gaudio ſolitudinē hanc acceſſi: non vt aliis hioc quicquā oegotij faceſſerem, ſed vt deſiderio meo morē gererē. Quid igitur opus eſt ad inania ſomnia confugere, & ſomniorū cōiectores iſtos cooducere, nōſq; publicis conuiuiis temulentorū inter pocula fabulā facere? Ego vero, etiā ſi apud oonnullos alios locum habuiſſeot iſtæ calumniæ, vos tamen aoimi ac ſeotentiæ meæ teſtes aduocâſſem. Nunc igitur quemq; veſtrum oro, vt veterum actorum illorū recordemini quæ geſta ſuot, cum oos vrbs veſtra vocaret: mitteretúrque legatio virorum, qui Magiſtratu apud vos funguntur, deiode quomodo paſſim oobis populus omnis circumfuſus ſit. Hic quid non dabát omnes? Quid C non pollicebátur? Et tamen obtinere oos oequibant. Quomodo igitur qui tum cum vocabar oō obediui: nunc citra vocationem meipſum intrudere cooatus eſſem? Quomodo cōſectarer & ambirem iam calumniantes: cum aliquando laudantes me & celebrantes fugerim? Ne credatis hoc optimi viri. Non vſq; adeo noſtra flocciſacimus. Neque enim prudēs quiſquam nauigium gubernatore deſtitutum ingredietur: neque Eccleſiam temerè accedet: in qua qui ad clauum ſedēt tempeſtatem ac turbinem ipſi excitant. Vode nanque tumultu referta eſt vrbs? Ex eo videlicet, quod aliis, cum oemo perſequeretur, fugientibus, aliis cum oemo immineret, vrbem clanculum egredientibus, diuinatores ac ſomoiatores neminem ooo perterrefecerunt. Vode iſta ſunt oiſi ex hac cauſa? An non puero cuiuis manifeſtum eſt quod vitio eorum hæc ita habēt: qui in populo primores ſunt: quorum me quidem crimioa proferre non decet: vobis autem illa intelligere perfacile eſt. Quando eoim amarulētia & diſſidium nullo D pacto à ſæuitia cohiberi poſſunt, & culpæ expoſitio iotolerabilis prorſus habetur & ridicula, coōſpicuum eſt magnam eſſe animi ægritudinē, quæ alienis quidem bonis ioſidiatur: domeſticum vero, idque, cum primis, malum ei eſt à quo poſſidetur. Huic hominum geoeri & aliud quiddam pulchrè accidit. Poſtquàm eoim in profundum malorum detracti, animíque mœſtitia occupati ſunt, acceptum damnum fateri ac conqueri præ pudore oon ſinuntur. Iſta animi illorum affectio noo ſolum ex iis quæ aduerſum nos acta ſunt: ſed & ex reliqua vita conſpicua eſt. Si vero ignota eſſet, nōo admodum multum rebus Eccleſiæ noceret. Certiſſimam vero cauſam, ob quam noſtrum fugiendum eſſe putant coogreſſum, quoniam ea complures forſan ex vobis latet, ego docebo: vos audite. Hoc ſtudioſe agitur apud vos, vt fides ſubuertatur, idque ſubuerſiooe apoſtolicis & euangelicis doctrinis inimica: ioimica quoq; traditioni magni reuera Gregorij, & eorum qui illum ex ordine ſubſequuti ſunt ad beatū vſq; Muſoniumt cuius etiamoum dogmata quaotū apud nos celebritatis obtineant, manifeſtum eſt. Sabellij nanque peſtem, olim quidem motā, traditiooe vero magni Gregorij conſopitam, reonuare conantur: E qui ne deprehendantur & conuincantur, iſta cōtra nos ſomoia confinxerunt. Vos itaq; valedicto temulentis hiſce capitibus, quibus ſuffuoigatio illa crapulæ furſum inæſtuās phantaſmata gignit: veſtrum damnum ab iis percipite, qui & vigilantes ſunt, & propter timorē dei tacere oequeunt. Iudaiſmus eſt, Sabelliſmus iſte, ſub prętextu Chriſtianiſmi in euangelicam prædicationē ſubinuectus. Qui enim tres illas patris, & filij, & ſpiritus ſancti perſooas rem dixit eſſe vnam, vnamq; triū poſuit hypoſtaſim, quid aliud fecit? An ooo ſempiteroam, quæ ante ſecula fuit, vnigeniti eſſentiā negat? Negat ſimul & per diſpenſationem illius ad homines aduentum, deſcenſumq; ad inferos, reſurrectionem & iudicium. Negat autē & proprias ac diſcretas ſpiritus operatiooes. Apud vos vero iam eſſe audio, qui etiā ioconſideratiora audeant, quàm ineptus auſus eſt Sabellius. Dicunt enim, qui id audierunt: eos qui apud vos ſapiētes ſunt contendere ac dicere, nomen vnigeniti noo eſſe traditum: eſſe vero nomen oppoſiti, atque in F iſto taoquam proprio ipſorum inuento plurimū gloriari ac ſuperbire. Dictum eſt enim, ioquiunt, Ego veni, in nomine patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius in oomine ſuo venerit, illum accipiētis. Et quia dictum eſt: Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, manifeſtum eſt, inquiunt, vnum eſſe nomen. Non enim dictum eſt in nominibus, ſed in nomine. Hæc vobis cum rubore ſcripſi: quoniam de noſtro ſunt ſanguine quidam, qui iſtis ſuot

Admirabilis Baſilij modeſtia

Vide Monodiā Gregorij Nazanzeni.

Baſilij apologia à ſomnijs.

Sabellij hæreſis.

obnoxij, & contra meum ipſius animum ingemiſco: quoniam periode atq; ſolẽt quibus cum duobus pugnandum eſt, vtraſq; falſæ doctrinæ exorbitationes repellendo & ſternendo, cõpetens veritati robur aſſerere cogor. Hinc enim nos vellicat Anomœus: illinc, vt apparet, Sabellius. Sed obſecro vos, vt execrandis iſtis & neminẽ ſubuertere valẽtibus ſophiſmatis animũ non aduertatis, ſed ſciatis, nomen Chriſti eſſe ſuper omne nomẽ, A hoc ipſum ſcilicet nomen, quo filius dei vocatur & iuxta Petri ſermonẽ, nõ eſt aliud ſub cœlo nomen datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ad illud autẽ, quod Chriſtus dixit. Ego veni in nomine Patris mei, hoc ſcire oportet, quod hoc ideo dixerit, vt principiũ ac cauſam ſui patrẽ eſſe demonſtraret. Ex eo vero quod dictum eſt: Euntes baptizate in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, non eſt putandũ vnum duntaxat traditum eſſe nomen. Quemadmodũ enim qui Paulum & Siluanum & Timotheũ nominat, tria quidem nomina dicit: per ſyllabam tamen, & illa inter ſe coniungit: ita & qui patris & filij & ſpiritus ſancti nomen dicit: cum tria dicat coniunctione illa complexus: vnicuiq; nomini propriũ ſubeſſe ſignificatum docet. Quapropter & rerum in ſe ſignificationem habent nomina, res vero diſcretã & abſolutam habere eſſentiam nemo eorum qui vel ſenſu præditi ſunt, ambigit. Patris enim & filij & ſpiritus ſancti natura quidẽ eadem eſt & diuinitas vna: nomina vero diſcreta, determinatas nobis & abſolutas intelligẽtias offerunt. Impoſſibile nanq; eſt, mentẽ vniuſcuiuſq; nominis propriæ B ſignificationi intentam, non poſſe ſeparatam & patri, & filio, & ſpiritui ſancto glorificationẽ aſſignare & offerre. Itaq; ſi negant ſe iſta dicere, aut ad hunc modum docere, correcta ſunt quæ ſalua volumus. Quanquam difficilem illis negationem video: propterea quòd complures habemus ſermonum iſtorum teſtes. Veruntamen nullam habebimus præteritorum rationem, modò præſentia ſanentur. Si vero in iſtis perſeuerauerint: cogemur & ad alias eccleſias acceptũ damnum proclamare, efficereq; vt à pluribus ad vos epiſcopis mittãtur literæ, quibus impij huius figmenti magnitudo deſtruatur. Aut enim ad diligentiam & cautionem nonnihil proderit præſens iſta conteſtatio: aut nos in iudició à culpa liberos reddet: imo iam libris ſuis has nugas proſtrarunt: quas primum illi & Meletio epiſcopo homini dei miſerunt: & ab illo cõdigno accepto reſponſo, perinde atq; propter naturæ mutilationem pudefieri ſolent quę monſtra peperũt: ita & ipſi turpes ſuos fœtus competentibus abditos tenebris lactant ac nutriunt. Dederunt autẽ experimentum aliquod per epiſtolam etiam ad eiuſdẽ nobiſcum ſententiæ Anthimum Thyanorũ epiſcopũ de eo, quod C Gregorius in expoſitione fidei dixerit: patrem & filium iuxta mentis quidem conſiderationẽ duos eſſe, hypoſtaſi vero vnum. Hoc autẽ non dogmaticè ſed contentioſè in diſputatione aduerſus Aelianum dictum eſſe, intelligere nequiuerunt: qui propter intelligendi ſubtilitatem beatos ſeſe reputant: in qua concertatione multi ſunt eorum quæ deſcripta ſunt, lapſus: quemadmodũ, ſi deus volet, ex ipſis verbis oſtendemus. Quandoquidẽ ſanè qui Gentilem ad credendum perſuadere nititur, is non putat ſibi circa verba exactius diſceptandum eſſe: ſed alicubi cõſuetudini eius quem ad fidem inducit, nonnihil condonat: dummodo principalibus ac neceſſariis non reluctetur. Quapropter & multas inuenias illic voces, quæ tam hęreticis plurimũ addãt roboris, vtpote creatura, & factura, & ſi quid aliud eiuſmodi eſt. Inuenias etiã multa quæ ad hominis cõiunctionẽ pertinẽt: quæ ad diuinitatis rationem referunt: qui præter eruditionẽ quæ ſcripta ſunt audiũt: quale & hoc D ipſum eſt quod ab iſtis circunfertur. Eſt nanque & hoc probè tenendum, quod quemadmodũ in errorem multorum deorum incidit, qui eſſentiæ diuinæ cõmunionem negat: ita Iudaiſmo obnoxius redditur: qui proprietatem ac diſcretionem ſubſiſtentiarũ non admittit. Oportet enim mentem noſtram, quaſi ſubiecto cuidam fundamento innitentem, characteréſque illi euidenter impreſſos: in certa eius quod quæritur intelligentia & comprehenſione fundare. Niſi enim paternitatem intellexerimus, proprietatemque illius in eo quo ſeparata eſt conſiderauerimus: quomodo poterimus competentem de deo cogitationẽ accipere? Non enim ſatis eſt perſonarum numerare differentias, ſed fatendum eſt vnamquãque perſonam in vera eſſe ac certa ſubſiſtẽtia. Alioqui figmentũ illud perſonarũ quæ non habeant ſingulæ ſuam peculiarem hypoſtaſim, neq; ipſe Sabellius reprobaſſet: cum diceret eundẽ deum, in ſubiecto quidem vnum exiſtentem: ad res tamen neceſſarias quotidie ac paſſim incidentes transformatum, aliquando patrem, aliquãdo filium, nonnunquam ſpiritum ſanctum dici. Errorem hunc E iam olim ſopitũ infandæ iſtius hæreſis inuentores nunc renouant: qui dum ſubſiſtentias perſonarum irritant, ſimul nomen filij dei pernegant: quos niſi aduerſus deum iniquitatem loqui deſtiterint: cum negatoribus Chriſti deplorare oportebit. Hæc vobis neceſſariò ſcripſimus: ad hoc, vt peruerſarum doctrinarum peſtes obſeruetis. Siquidem enim pernicioſis pharmacis aſſimilandæ ſunt prauæ doctrinæ, quemadmodum ſomniatores quoque veſtri dicũt: cicuta reueta ſunt & aconitum, iſta figmenta: aut ſi quod aliud eſt letale venenum. Nõ noſtri ſermones, ſed hæc ſunt animarum venena, quæ temulentæ illæ vociferãtur, innumeris propter affectionum varietatem phãtaſiis refertæ, quibus hoc erat, ſi ſaperent, agnoſcendum, quod impolluras & ab omni macula puras animas donum prophetiæ illuſtrat. Neque enim ſpeculum, ſi pollutum ſit: imaginum poterit impreſſiones recipere: neque anima ſecularibus occupata curis & carnalis ſenſus affectionibus obtenebrata illuminationis ſpiritus ſancti capax eſſe valebit. Non enim mox quodcunque ſomnium prophetia eſt, dicente Zacharia. Dominus F phantaſiam fecit, & pluuiã imbriferam: quapropter diuinatores loquuti moleſtias, & ſomnia vana protulerunt. Iſti autẽ qui ſecundũ Eſaiam ſomniantes, in cubilibus oſcitare dormitaréq; gaudẽt, & hoc ignorant, quod plerunq; propter filios inobedientiæ operatio mittitur erroris, & ſpiritus mendax eſt, qui cum in pſeudoprophetis eſſet, Achab Regẽ decepit. Iſta ſciẽtes oportebat non vſque adeo ſuperbire, vt ſibiipſis prophetiæ donum adſcriberent: qui & auguris Balaam cautionem

Coloss.

Zacha. 10.

nem non aſſequi probantur. Is enim cum à Rege
Moabitarum magnis eſſet muneribus aduocatus,
auſus non eſt aliquam præter voluntatem dei vo-
cem emittere, aut Iſraëli maledicere, cui non ma-
ledicebat dominus. Itaque ſi phantaſiæ quas iſti
in ſomniis habent, cum præceptis domini cócor-
dant, cótenti ſint euangeliis, quibus non eſt opus
vt aliquo ſomniorũ auxilio fide digna reddantur.
Si vero pacem ſuam nobis reliquit dominus, no-
A uumq; dedit mãdatum, vt nos diligamus mutuo,
ſomnia vero iſta pugnã ac diſſidium dilectioniſq;
extinctionem docent, non dent occaſionem ac
locum diabolo per ſomnium mentes ipſorum in-
uadendi, neque maioris phantaſmata ſua faciant
autoritatis quàm ſalutarem doctrinam.

In Sozopoli agentibus Magni Baſilij epiſto-
la, Iacobo Mycræo interprete.

LXV.

ACcepi literas, fratres chariſſimi, quas de rerũ
veſtrarum ſtatu ad me ſcripſiſtis. quod nos
curarum participes facitis ad neceſſaria vobis &
ſtudio digna obeunda, gratiam domino egimus.
Porrò indoluimus, vbi nũciatum nobis fuit, præ-
ter Arianorum tumultũ graſſantem in eccleſiis,
& confuſionem quam illi de fidei verbis excita-
runt, aliam adhuc nouam cótentionem eſſe apud
vos obortam, quæ in magnam anxietatem fratres
perducat. Nam ſcripſiſtis nobis hominum noua
dogmata, & auribus fidelium inſueta, tanquam
ex ſcripturarum videlicet diſciplina introducen-
tium. Cæterum poſuiſtis eſſe quoſdã iſtic, qui ſa-
lutarem Ieſu Chriſti diſpenſationem diſſoluunt,
B quantum ad eam non attinet: & magni myſterij
gratiã ſpernentes, quod à ſeculis tacitum eſt, ſuo
autem tempore manifeſtũ. Cum dominus omnia
neceſſaria generi humano eſſet proſecutus, aduẽ-
tum proprium nobis in omnibus gratificatus eſt.
Iuuit enim ſuam ipſius creaturã, primum per Pa-
triachas, quorũ vitæ exempla & regulæ erant illis
propoſitæ, qui Saluatoris volebant inſequi veſti-
gia, & iuxta ſimilem illis zelum peruenire ad bo-
norum operum perfectioné. Deinde legem dedit
in auxilium per angelos ipſam ſtatuens in manu
Moſis. Poſtea prophetas qui annunciarent ſaluté
futuram. Iudices, Reges iuſtos, qui poteſtatem in
manu occulta ederent. Poſt hoc omnes in diebus
extremis ipſe apparuit in carne, natus ex muliere,
natus ſub lege, vt legi ſubditos redimat, vt ado-
ptioné reciperemus. Si igitur nõ eueniſſet domi-
ni in carne aduentus, non dediſſet redemptor pro
nobis pœnam morte, non diſſipaſſet mortis re-
gnum per ipſam. Si enim aliud eſſet cui mors do-
C minaretur, aliud à domino aſſumptum eſſet, non
ceſſaret mors quæ ipſius ſunt peragere: non no-
ſtrum lucrum facti fuiſſent carnis deum geſtantis
cruciatus: non occidiſſet peccatum in carne: non
viuificati eſſemus in Chriſto, qui in Adã eramus
mortui. Non recreatum quod cecidit: nõ inſtau-
ratum quod corruptum: non placatũ deo quod
per imposturam ſerpentis erat abalienatum. Hæc
enim omnia tolluntur ab iis, qui cœleſte corpus
habentem dicunt dominum aduenisſe. Quis vſus
ſanctæ virginis, ſi nõ ex maſſa Adam Chriſti gera

caro erat aſſumenda? Verum quis tam audax, vt
Valentini dogma iam olim ſuppreſſum, ſophiſti-
cis verbis, ſcripturarúmq; teſtimonio denuo nũc
excitet, renouétq;? Non enim recentior opinio-
nis impietas eſt, ſed olim ab inſulſo ſtolidóq; Va-
lẽtino incepit, qui paucas Apoſtoli dictiones di-
lacerans, impium ſibiipſi figmẽtum parauit, for-
mam dicẽs ſerui, & non ipſum ſeruum aſſumpſiſ-
ſe: & in figura dominum natum eſſe affirmãs, ſed
non ipſum hominẽ ab eo aſſumptum. His ſimili- D
ma ſolent iſti effutire, quos deplorare conuenit,
nouos nobis introducentes tumultus. Quod autẽ
dicunt in ipſa deitatẽ humanos affectus incidere,
eorum eſt qui parum compotes mentis exiſtunt,
neq; ſciunt alios carnis affectus, alios carnis ani-
mæ quæ corpore vſa eſt. Carnis igitur proprium,
ſecari, imminui, diſſolui. Ecótrario carnis anima-
tæ, fatigari, dolere, eſurire, ſitire, ſopore detineri.
Animæ corpore vtentis, triſtitiæ, infelicitates, cu-
ræ, & id genus alia. quorũ aliqua naturalia & ne-
ceſſaria ſunt animanti, aliqua ex voluntate pra-
ua, quæ propter vitæ intemperantiam, & neglo-
ctum virtutis vſum inuehuntur. vnde apparet do-
minum alios naturales affectus ad veritatis con-
firmationem ſuſcepiſſe, nõ iuxta imaginationem
aſſumptę humanitatis. Prauas autem affectiones,
quæ puritatem vitæ noſtræ inquinant, eas tanquã
immaculata deitate indignas, abieciſſe creditur,
ob hoc enim dictus eſt, in ſimilitudine natus car-
nis peccati. Non enim in ſimilitudine carnis, vt
his videtur, ſed in ſimilitudine carnis peccati.
Quapropter carnẽ noſtrã cum naturalibus ipſius
affectibus induit. Peccatum autem non fecit. Sed
Quemadmodũ mors in carne per Adam ad nos
tranſmiſſa, à diuinitate abſorpta eſt, ſic & peccatũ
inſumptum iuſtitia Ieſu Chriſti. Quare nos in re- E
ſurrectione carnem ſumemus neq; morti ſubdi-
tam, neque peccato obnoxiam. Hæc ſunt, fratres,
Eccleſiæ myſteria. Hæ patrum traditiones. Præ-
dicimus cuilibet dominum timenti, & dei iudi-
cium expectanti, ne variis perperam commouea-
mini diſciplinis. Siquis aliter docet, nec credi ſa-
nis fidei ſermonibus, ſed ſpiritus oracula cótem-
nens, propriam doctrinam euangelica potiorem
ſtatuit, talem vitetis. Sed dominus poteſtatẽ ali-
quando præbeat, vt vnà liceat eſſe, & quæ ſermo-
ni noſtro deſunt, ea præſentes impleamus. Ex
multis ſiquidem pauca vobis nunciamus, vt qui
noluerimus epiſtolę menſuram excedere, habea-
múſque perſuaſum etiam breuiuſculam admoni-
tionem iis qui timent dominum ſufficere. Vale.

In Photinianos & Valentinianos in Quæ...

Collatio Adæ ad Christum

Nicopolitanis Baſilius Magnus.

LXVI. F

QVando malum proſpero ſucceſſu augeri, ve-
ſtram vero pietatem languere animúmque
vos propter irremiſſas calamitates deſpõdere vi-
deo, mœſtitia repleor. Quando verò contrà ma-
gnificam dei conſidero manum, quomodo is no-
uerit eos qui confracti ſunt, in priſtinum gradum
reſtituere, iuſtos diligere, ſuperbos conterere, &
deponere potentes de ſede, mutata iterum ſen-
tentia ſpei beneficio alacrior fio. Noui autem,
quòd orationibus veſtris motus, velocem nobis

dominus conceſſurus ſit tranquillitatem: duntaxat ab oratione nō deficiatis, ſed quæ verbis alios docetis, horum præſenti tempeſtate omnibus ipſo opere euidentia ſtudeatis proponere exēpla.

Ad eccleſiam Ancyræ Baſilij Magni conſolatoria. LXVII.

IAm aliquandiu nobis ſilētium incuſſit conſternatio illa quam acerbitas intulit mali, quod vobis accidiſſe nuntiatum eſt. Poſtquam vero à ſtupore linguæ quem quaſi grandi tonitruo aures percuſſi paſſi ſumus, parumper reſpirare datum eſt: neceſſariò iam ſuper eo quod accidit ingemuimus: iſtamq; vobis interea dum lugemus miſimus epiſtolam: non vt vos conſolaremur: (quis enim ſermo excogitari poterit, qui tantæ calamitati medeatur) ſed vt dolorem cordis noſtri quātum fieri poteſt hac vobis lugubri voce ſignificaremus. Opus nunc haberē illis Hieremiæ lamentationibus, & ſi quis alius beatorum virorum calamitatis alicuius magnitudinem affectibus percitus lamentatus eſt. Mortuus eſt vir qui columna erat & ſtabilimentū eccleſiæ. Imò magis ad beatam vitam ſublatus à nobis abſceſsit. Haud parū autem periculi eſt ne ſubtracto hoc fundamento ſimul cum illo multi decidant: & quæ in nonnullis ſunt putrida ac marcida manifeſta fiant. Clauſum eſt os, quod hactenus & competenti fiducia, & ſermonibus gratiæ ad fraternitatis ædificationem, ſcaturiuit. Ablata ſunt conſilia mentis, quæ reuera diuinitus agitabatur. O quoties animum meum (accuſabo enim meipſum) nonnihil contra hunc virum indignationis ſubijt: quòd totus hoc deſiderio tenebatur, vt diſſolueretur & eſſet cum Chriſto: nec hoc pluris faciebat, vt diutius propter nos in carne maneret. Cuinam deinceps eccleſiarum curam imponemus? Quem in rebus hiſce triſtibus accipiemus conſortem? Quem habebimus modeſtiæ ac temperantiæ diſpenſatorem? O grandem prorſus ac triſtem deſolationē. Quàm planè pelecano ſolitudinem incolenti ſimiles facti ſumus? Attamen ſi coniuncta eccleſiæ membra, & ab illius prudentia, tanquam anima quadam in vnam ſympathiam iuſtamq; ſint communionem coaptata, ſolidè conſeruantur ad ſpiritualem concentum per vinculum pacis, conſeruabuntúrque in ſempiternum, largiente deo, vt firma & immota maneat beatæ illius animæ opera, quibus pro eccleſiis dei decertauit. Alioqui haud exiguum certamen ſupereſt, ne contentiones & ſeditiones, dum eligendus eſt præſul, renaſcentes, omnem ſimul laborem, ſi contigerit diſsidium, ſubuertant.

Senatoi Tyanorum Baſilij Magni epiſtola. Iacobo Mycræo interprete. LXVIII.

PRofunda detegens, & cordium conſilia perſcutans dominus, dedit etiam humilibus prudentiam difficilium, vt nonnulli exiſtimant, machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neq; ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neq; videmus neq; audimus quippiā aliud, quàm dei pacem, & quæ ad ipſam maxime ſpectant. Si enim alij potentes, atque magni, ſuiſque viribus cōfiſi: certe nos, qui nihil ſumus, & paruæ autoritatis, nunquam nos attollemus vt in ſolitudine poſitmus rebus ſupereſſe: cum exactè ſciamus nos magis vniuſcuiuſq; fratrum auxilio indigere, quàm altera manus alterius. Porro quòd in ipſa corporis ſtructura communio eſt neceſſaria, dominus nos docuit. Quum enim hæc ipſa noſtra membra reſpicimus, quòd vnum non ſibiipſi ad functionem ſatis eſt, quomodo cenſebo meipſum mihi ſufficere ad vitæ negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit altero non ſubleuante. Neque oculus ſane viderit, niſi alterū habeat ſocium, & cum eo vnanimiter viſibilibus ſe obiiciat. Iam auditus exactior eſt, qui per vtroſque meatus vocem recipit. Et multo validior apprehenſio digitorum communione. Adhæc, nihil eorum vel quæ à natura, vel quæ ex inſtituto rectè peraguntur, ſine conſortis cōſpiratione perfici videmus: cum etiā deprecatio ipſa conſonantes nō habēs, multo eſt inualidior. Ac dominus dixit, cum duo aut tres vnanimes ipſum inuocāt, in medio ſe illorū fore. Inſuper diſpenſationē ipſam dominus ſuſcepit, vt per ſanguinem crucis ipſius, ſiue terreſtria, ſiue cœleſtia pacificaret. Quare ob hæc omnia in pace manere vitæ noſtræ reliduos dies precamur. in pace eſſe dormitionē noſtram optamus. Pro hac neq; laborem effugere qualemcunq; decreui, nō humile quid ſonare vel facere, nō itineris longitudinem abhorrere, nō aliud quid moleſtum detrectare, vt ex præmiis pacificationem conſequamur. Et ſi quis nos hæc docētes ſequatur, hic optimus etiā precationis terminus exiſtit. Sin antè in diuerſum trahatur, ego quidem neq; ſic à meo iudicio recedam: ſinguli autem ipſimet ſuorū operum fructus in die retributionis agnoſcēt. Vale.

Italis & Gallis, deo dilectiſsimis & ſanctiſsimis fratribus, & coadiutoribus in Italia & Gallia vnanimis & concordibus epiſcopis Meletius, Euſebius, Baſilius in domino Salutem. Iacobo Mycræo interprete.

LXIX.

SÆpe etiam ſuſpirium ex alta cordis editum, ſolatium aliquod animis indoleſcentibus adfert, atque lachrymæ erumpentes afflictionis copiam diſcutiunt. Nobis autem, quòd affectus noſtros vobis aperimus, non tantum ſolatij experimur, quantum gemitus & lachrymæ exhibent, verum quædam nos ſpes etiam melior fouet. Nam forſan ſi vobis ea quæ moleſtant nunciemus, incitabimus vos ad noſtrum auxilium, quod iamdudum à vobis pro orientalibus eccleſiis expectauimus, ſed nondum ſumus aſſequuti, deo plane noſtra gubernante ſecundum inuiſibilia eius iudicia, qui nos longiori tempore his infeſtari tentationibus voluit. Non enim ignoratis noſtra negotia fratres honore præcipuo digni vt quę extremi orbis fines auditu perceperint. Neq; omnino alienos ab affectu fratrū vnanimū vos autumo, cū ſitis diſcipuli Apoſtoli docētis cōplementū legis eſſe proximi dilectionē: ſed verum quod diximus iuſtum dei iudiciū, impetū veſtrum cohibuit, qui pro peccatis æquā afflictionem inſtituerit. Atqui nunc vos adhortamur, vt veritatis zelo incūbatis, & noſtrum

& noſtrum condolentiæ, vbi didiceritis etiã quæ antehac vos latuerunt, à pio fratre noſtro Sabino coadiutore: qui vobis poterit etiam quæ in epiſtola non comprehẽſa ſunt, commentorate: per quẽ inquam, vitum adhortamur vos, vt viſcera miſerationis induatis, omniq́; ſepoſita ſegnitie dilectionis ſtudium recipiatis, neque viæ longitudinem, neque domus negotia, neque aliud quid humanum cauſemini, neque enim vna eccleſia, neque duæ vel tres in grauem hanc tempeſtatem illapſæ periclitantur, ſed à finibus Illyrici ad Thebaidem vſque hæreſeos malum depaſcitur, cuius praua ſemina prius quidem inauſpicatus Arius ſparſit, ra A dicitus autem fixa à multis in medio votis impietatem ſtudioſè colentibus nunc pernicioſos fructus generarunt. Euerſæ ſunt pietatis doctrinæ, confuſa ſolutáque pietatis vincula: dominandi libido eorum qui non timent dominum, præfecturas inuaſit, & ex propatulo præmium impietatis præfectura propoſita eſt. Qui in grauiorem blaſphemiam relapſus eſt, in populi epiſcopatum præ aliis eligitur. Perit grauitas pontificum, paſtores cum ſcientia gregem domini reliquerunt, dũ præfecti diſtributiones pauperum in proprios vſus donaque ſemper ſumunt. Canonum exacta obſeruatio peſſum iuit, multa peccandi libertas patet. Nam qui fauore humano ad imperium deuenerunt, eodem ipſo fauoris gratiam implent. Iuſtum iudicium periit, quiſque cordis ſui deſiderio ambulat, malitia immodica, populi immorigeri, præfecti non liberè loquuntur. Nam qui per homines ſibiipſis poteſtatẽ acquiſiuerunt, ſerui ſunt eorum quorum fauore adiuti ſunt. Iam etiam arma belli inuicem, vitio videlicet ſanæ doctrinæ, excogitantur: & priuatas inimicitias occultantes, B pro pietate odium gerere aſſimulãt. Alij vero ob turpiſſima reprehenſionem à ſe declinantes, populum in contentionem accẽdunt, vt communibus malis ſua vitia adũbrẽt, abſcondantque. Quare etiam bellum hoc praua operantium, irritum eſt, dum communem pacem, tanquam occultam ipſorum ignominiam detegentem, fugiũt ob hoc rideot infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo eſt, ignorantia animis obfunditur, quod adulterantes verbum in malitia veritatem videantur imitari. Tacẽt enim impiorũ ora omnis blaſphema lingua diſſoluta eſt, prophanata ſũt ſacra. ex populo qui ſanæ mẽtis ſunt, deprecatorias domus ſiue oratoria fugiunt, tanquã impietatis ſcholas. In ſolitudinem vero ad cœleſtem dominum cũ ſuſpiriis & lacbrymis manus attollunt. Ceterum, ad nos quoque venerunt quæ in plurimis ciuitatibus geſta ſunt. Populus cum mulieribus & pueris ipſiſq́; ſenibus ante portas effuſus, ſub dio preces fundunt, omnes aëris iniurias cum magno animo ſuſtinentes, & auxilium à domino expectantes. Quæ deploratio his calamitatibus digna aut par eſſe poſſit? quales lacrymarũ fontes his malis ſufficient? Quandiu igitur ſtare quidem adhuc videntur, tandiu adhuc veſtigiũ veteris ſtatus perſeuaC tur, priuſquam cõſummatum eccleſiis naufragiũ eueniat. Præſens inſtat iam vobis, inſtat inquam, integerrimi fratres: porrigite manus, in genua inclinate. Commoueantur in vobis fraterna veſtra viſcera, profundatis lacrymas condolentiæ, & nõ negligite dimidium orbis ab erroribus abſorptũ. non ſinite extinguẽ fidem, apud quos primum illuxit. Quid igitur facientes, rebus occurretis & quomodo erga oppreſſos condolentiam oſtẽdetis, id à nobis nequaquam vos diſcere oportebit, ſed ſpiritus ipſe ſanctus vobis ſuppeditabit, nimirum vt cito auxilium præſtetis, quo comprehẽſos ſeruetis incolumes, & qui adſunt fratres complures. Nam peregrinantes ſynodi exiſtunt ſupplementum, vt non ſolum ex legatorum grauitate, ſed etiam proprio numero, ad inſtaurationem fidei fiduciam habeãt: qui etiam in Nicæa ſcriptam à patribus veſtris fidem renouabunt, & hæreſim funditus extirpabũt, & eccleſiis pacifica prædicabunt: eos qui non idem ſentiunt, in concordiam ducentes. Hoc enim nimirum omnium miſerrimum eſt, quod & pars quæ ſanioris doctrinæ eſſe videtur, inuicẽ diuiſa eſt: & circunſtant nos perſimiles afflictiones iis ſanè quę in Veſpaſiani obſidione vrbi Hieruſalem acciderunt, huius ſiquidẽ populus ſimul extraneo bello occupabatur, ſimul & inteſtina ſeditione eiuſdem tribus conſumebatur. Nobis autem præter apertum hæreticnrũ bellum, adhuc etiam ille qui ab vnanimis doctrinã exiſtimatis diſſidet, ad extremam imbecillitatem eccleſias deduxit: propter quæ potiſſimũ à vobis præſidium deſideramus, vt qui apoſtolicam fidẽ profitẽtur, ſchiſmatis quæ nouerint diſſolutis, deinceps authoritati eccleſiæ ſubiiciantur, vt ſanum Chriſti corpus fiant, omnibus mẽbris ad integritatem redactis. Ac non ſolum aliorũ bona laudibus extollamus, quod nunc facimus, ſed noſtras quoque ipſorum eccleſias inſpiciamus, veterẽ integræ doctrinę gloriã adeptas. Indubie enim ſum ma laude dignũ iudico, quòd vobis à domino cõceſſum eſt, vt fucatum à probato puróque diſcernatis: patrum autem fidem ſine vlla pręuaricatio- E ne prædicetis, quam & nos ſuſcepimus, cognouimúſque ex Apoſtolicis characteribus formatam, coniuncti quoque ipſi & omnibus quæ ſynodi ſcriptura regulariter & legitime ſunt inſtituta.

Eadem regerminat noſtra ætas.

Hæc oculis appellate veſtros Eccleſiæ Chriſti præſules.

[illegible]

Verè pientiſſimis ac deſideratiſſimis fratribus, concordibúſque comminiſtris Galliæ & Italiæ Epiſcopis Baſilius Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus. LXX.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus quoniam omnem eccleſiam dei ſuum ipſius corpus nominari ſuſtinuit, & vnumquenque noſtrum alterius eſſe mẽbrum declarauit: dedit quoque nobis, vt erga omnes iuxta membrorum cõſenſum, amicè ſimus affecti. Quapropter etiamſi habitationibus ſumus alter ab altero quã longiſſimè diſtiti ac direpti: ratione tamen coniunctionis huius, propinqui ſumus inuicem. Quoniam igitur pedibus caput dicere non poteſt: nõ eſtis mihi neceſſarij: planè neque vos amicitiam nobis renunciare ſuſtinebitis: ſed tantũ vos ad cõmiſerationem permoue F buot adflictiones noſtræ, quibus propter peccata noſtra traditi ſumus, quantum nobis congratulationis adfert, quod in pace quã vobis largitus eſt dominus celebres eſtis. Hac itaque ratione & nũc & aliàs dilectionem veſtram voce lugubri opplorauimus: vt noſtræ miſerię condoleatis ac ſuccurratis. Verum planè prohibiti eſtis: ne ad iuuãdum nos excitaremini: propterea quod vitio diuina qua caſtigandi eramus, nondum eſſet impleta.

Collatio eccleſiæ ad corpus.

Nam hnc potiſſimnm eſt, quod requirimus, vt ip
ſi quoque Imperatori per veſtram pietatem inno-
teſcat: orbis noſtri perturbatio confuſióque. Hoc
ſi factu difficile fuerit, vt vel aliqui veſtrum ad vi
ſendum & conſolandum afflictos veniant: qui ip-
ſis oculis conſpiciant, calamitatem. Orientis quæ
auditu percipi nequit: propterea quòd nullo vo-
bis ſermone res noſtras dilucidè exprimere poſ-
ſumus. Perſeqnutio nos apprehendit, fratres colē-
diſſimi, perſequutionum omnium grauiſſima. A-
biguntur enim paſtores, vt greges diſpergantur.

Catalogus perſecutionum per Conſtantiū Valentem, & Arianos

A Et quod omnium eſt duriſſimum, neque qui affli
guntur, per martyrij certitudinē illatas paſſiones
tolerāt: neque plebs martyrū loco athletas habet
ac veneratur: propterea quòd Chriſtianorū nomi
ne tecti ſunt perſequutores. Vnum iam crimē eſt
quòd vehementer punitur: ſi paternas quis tradi-
tiones diligēter obſeruet. Ob hanc cauſam pater-
nis ſedibus abigūtur pij, & ad ſolitudines migrare
cogūtur. Nulla eſt apud iudices iniquos cani ca-
pitis reuerētia non tā vlla cōſpicitur religioſæ pie
tatis exercitatio, nulla cōuerſationis initur ratio,
quæ ad euāgelij normā ab adoleſcētia ad ſenectā
vſque legitimè perfictatur: ſed cū nemo ſcelerat⁹
ſine certis indiciis cōdēnetur: epiſcopi ſola inter-
cedēte calūnia dānantur: & nulla euidenti proba-
tione aſſertis ac corroboratis criminationib⁹, ſup
pliciis tradūtur. Nōnulli ne nouerūt quidē accuſa
tores ſuos, neque tribunalia viderunt: neq; delati
ſunt primū, ſed nocte intēpeſta abrepti, in exiliū
fugati ſunt: ſolitudinis calamitatibus ad mortē vſ-
que traditi. Quæ vero iſta cōcomitētur neminem
latet: etiā ſi nos ſileamus. Exilia presbyterorū, exi

κλήρων λεηλασία.

B lia diaconorū, totiúſq; cleri depopulationes. Ne-
ceſſe enī eſt vel adorare imaginē, vel ſæuç flagro-
rū flāmæ tradi. Gemitus plebis, lacrymæ cōtinuæ
& per ſingulas domos & publicè omnib⁹ quæ pa
tiūtur inter ſe complorātibus. Nemo enim corde
eſt adeò vſque lapideo, vt patre priuatus placidè
ferat orphaniā. Sonitus lamētantiū in ciuitate, ſo
nitus in agris, in viis, in ſolitudinib⁹. Vox vna om-
niū miſeranda ac triſtia loquētiū. Sublatū eſt gau
diū, & lætitia ſpiritualis, in luctū mutatæ ſūt feſti-
uitates nnſtræ. Domus precationū clauſæ ſunt. Al
taria cultu ſpirituali vacant. Nulli amplius Chri-
ſtianorū cœtus, nulla amplius doctorū præſidētia
ceſſarūt doctrinæ ſalutares: ceſſarūt panegyres ac
feſtini conuentus publicique, hymnodiæ noctur-
næ non habentur: neque ſupereſt beata illa exul-
tatio, qua domino credētium animæ in Synaxi ac
communione ſpiritalium chariſmatum exhilarā-
C tur. Nobis iam dicere licet, quod in hoc tempore
ſit neque princeps neque propheta, neq; præſes,
neque oblatio, neque incenſum, neque locus vbi
coram domino poſſit offerri ſacrificiū ac miſeri-
cordia acquiri. Hæc ſcientibus ſcribimus: propter
ea quod nulla orbis pars eſt, quæ calamitates no-
ſtras ignoret. Quare non putabitis: quod iſta vo-
bis docēdi, vel admonēdæ diligētiæ veſtræ gratia
loquamur. Nouimus enim, quod noſtri nūquam
ſitis obliti: non minus quā mater filiorū vteri ſui.
Sed, quemadmodū qui dolore aliquo occupātur,
per gemitus ſolēt releuare mœrorē: ita & nos faci
mus: vt mœſtitiæ grauitatem nōnihil refellamus:
multiformes noſtras calamitates veſtræ dilectio-
ni narramus, ſi quo pacto ad precandū pro nobis

Collationes exprimun-dis calamitatibus accommoda.

aliquāto feruētius permoti, impetretis à domino,
vt nobis placatus cōcilietur. Quòd ſi hæ tribula-
tiones nos ſolos preſſiſſēt, viſū nobis vtiq; fuiſſet
& ſilētio illas obtegere, & de adflictionibus pro
Chriſto illatis gloriari: quoniā præſētis temporis
adflictiones non ſunt pares ad gloriā quæ futura
eſt vt reueletur in nobis. Nūc autē metuimus, ne
quādoque malū hoc acceptis virib⁹, inſtar flāmæ
per accenſam & ardentē materiā ſerpētis ſeſéque
effundētis, ſi quæ vicina ſunt corripuerit & abſū-
pſerit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreſe-
os malū cūcta depaſcitur, & periculū eſt, ne vaſta-
tis noſtris eccleſiis, & ad ſanā incolatus veſtri par
tē ſerpat. Nos enim forſan primi quidē ꝓpter ex-
D uperans peccatū noſtrū crudis iſtis hoſtiū Chriſti
dētibus vt abſumamur, ſumus obiecti: fortaſſis an
tē, ꝙ vero propius eſt, quoniā à noſtris locis exor
tū euangeliū regni, in totū orbē egreſſum eſt: hac
ratione cōmunis animarū noſtrarum hoſtis deſe
ctionis quoque ſeminaria, quæ in eiſdē noſtris lo-
cis initiū ceperunt: in vniuerſum orbē trāſmittere
contēdit. Nam quibus illuxit cognitionis Chriſti
lumē, ſuper eoſdē & impietatis tenebras inducere
cogitat. Adflictiones itaque noſtras, veſtras repu
tate: tanquā germani domini diſcipuli. Nō impu
gnamur propter pecunias, nō propter gloriæ ſplē
dorē, non propter aliquid aliud rerū tēporalium:
ſed propter cōmunē theſaurū, propter hæreditatē
paternam, propter ſanā fidem in certaminis pro-
cinctu cōſiſtimus arrecti. Lugete nobiſcum o fra
trum amantes. Occluſa nāque ſunt apud nos pio-
rum ora: reſerata vero eſt quælibet audax blaſphe
E māque lingua, eorum qui aduerſus deum loquun
tur iniuſtitiam. Columnæ & ſtabilimentum veri-
tatis diſſipantur. Nos, qui tenuitatis gratia deſpi-
cimur: fiducia loquendi deſtituti ſumus. Ipſi quæ-
ſo & pro hiſce populis decertatote, & non veſtra
tantum ſpectate: quoniā ad portus appuliſtis trā-
quillos, per gratiam dei, quæ vos à turbine malo-
rū ſpirituū protegit: ſed & eccleſiis illis quæ per tē
peſtatem iactantur, manus porrigite: nequando
omni prorſus deſtitutæ auxilio fidei naufragium
patiātur. Ingemiſcite noſtri gratia. Nam vnigeni-
tus blaſphematur, & nemo eſt, qui cōtradicat: ſpi-
ritus ſanctus debneſtatur, & qui reprehendere
poſſet fugatur. Error multorum deorū obtinuit.
Magnus apud illos deus eſt & paruus: filius, non
naturæ nomē, ſed honoris appellatio reputatur:
Spiritus ſanctus nec ad ſanctæ trinitatis cōplemē
tū pertinere, nec diuinæ beatæq; naturæ conſors:
F ſed ex creaturarū numero temerè & vtcūque pa-
tri & filio adiectus eſſe docetur. Quis dabit capi-
ti meo aquā, & palpebris meis fōtem lacrymarū,
& deplorabo cōplures dies populū peruerſis iſtis
doctrinis ad perditionē adactū? In tranſuerſum ra
piuntur ſimpliciorū aures, ac deinceps in conſue
tudinē tranſeūt hæreticæ impietatis. In iſtiuſmo-
di ſermonibus doctrinæ pluſquā impiæ educātur
eccleſiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient?
Baptiſmata ſunt apud hæreticos. Illi deducūt per
egrè quouis progrediētes: inuiſunt infirmos, ſo-
lantur mœſtos, adiuuant laborantes & preſſos, o-
mnis generis opem adferūt: myſteriorū cōmunio
nem adminiſtrant. Quòd omnia per illos diſpen-
ſantur ac perficiuntur: quaſi retinaculū quoddam
eſt plebi quo ad illorū concordiam aſtringuntur,
ita vt

In Arium & Macedonium.

ita vt breui temporis decurſu, etiam ſi reſtituatur aliqua libertas, nulla tamen ſpes reliqua futura ſit ad veritatis iterum agnitionem reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hæreticis obſtricti ſunt. Quapropter complures ex nobis oportebat ad grauitatem veſtram accurrere, & vnumquenque rerum ſuarum expoſitorem fieri. Iam vero & hoc ipſum, documentum vobis ſit adflictionis eius in qua vitam viuimus planè miſerabilẽ, quod ne ad vos quidem detur viam capeſſere & proficiſci. Nam ſi quiſquam eccleſiam ſuam vel breuiſſimo momento deſeruerit, plebem cõfeſtim inſidiatoribus expoſitam relinquet. Verum per gra-
A tiam dei vnum miſimus pro multis, pientiſſimum hunc & dilectum fratrem noſtrum Dorotheum Sympresbyterum, qui & quæcunque literis noſtris non ſatis exprimuntur, ſuaipſius poterit narratione adimplere: qui & cuncta diligenter perueſtigauit: & zelo rectæ fidei ducitur, quem vbi pacificæ ſuſceperitis properè ad nos bona nobis ſtudij veſtri, quoad iuuandum fraternitatem prædicti eſtis, nuntia referentem remittite.

Alexandrinis Baſilius Magnus.

LXXI.

DE perſequutionibus apud Alexãdriam & reliquam Ægyptum iamdudum ad nos fama peruenit, animoſque noſtros affecit vt par erat. Expendimus enim aſtutiam belli diabolici, quomodo is vbi eccleſiam ex perſequutione ab ini-
B micis illata, multiplicari magiſque florere vidit, inſidias ſuas mutauerit: vt iam nos non ex aperto oppugnet, ſed occultas inſidias ſtruat, conſilium ſuum per nomen Chriſtianũ quod hæretici prætexunt, obtegens, vt & eadem cum patribus noſtris patiamur, & tamen haud videamur pro Chriſto pati: propterea quòd & ipſi perſequutores noſtri Chriſtianorum nomine cenſentur. Iſta conſiderãtes, plurimum temporis ex eorum quæ apud vos geſta nuntiata fuerant animos noſtros ſtupore impleuerunt ac perculerunt. Reuera nanque inſonuerunt vtræque noſtræ aures, vbi cognouimus impudentem, & humano generi inimicã hæreſim eorum qui vos perſequuti ſunt: quomodo nec aliquam venerati ſint ætatem, nec moleſtias caniciei, nec plebis dilectionem, ſed corpora verberarunt & dehoneſtarunt, inque exilia eiecerũt ac bona diripuerunt, quæcũque acquirere potuerunt: neque humanam veriti condemnationẽ, neque terribilem iuſti iudicis retributionem prouidentes iſta nos ſtupefecerunt, & ipſo propè ſenſu deſtituerunt. Acceſſit autem ad haſce animi mei
C diſceptationes, & iſta cogitatio: An eccleſias ſuas prorſus reliquit dominus? An nouiſſima hora eſt, & hoc pacto initium ſumit defectio, vt iam deinceps reueletur iniquus ille filius perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra omnem qui dicitur deus, aut numen? Attamẽ ſiue temporaria eſt iſta tentatio, ferte eã vt boni Chriſti athletæ: ſiue omnimodæ res noſtræ traditæ ſũt corruptioni, ne ſocordes ſimus ad ea quæ accidunt, ſed reuelationẽ è cœlis & apparitionem magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti expectemus. Si nanque vniuerſa creatura ſoluetur, & tranſmutabitur figura huius mundi, quid fuerit inſolentiæ, ſi & nos, qui creaturæ portio quædam ſumus, communes adflictiones tulerimus, tribulationibúſque traditi fuerimus: quas pro menſura potentiæ ſuæ ſuper nos iuſtus inducit iudex, qui nos tentari non ſinet ſupra quàm ferre poterimus, ſed & cum tentatione exitum dabit, vt ferre queamus. Expectãt vos fratres martyrum coronæ. Parati ſunt confeſſorum chori vt manus vobis porrigãt, inque numerum ſuum vos recipiãt. Memores eſtote veterum ſanctorum, quàm nemo ſit illorum delitiis & aſſentationibus patientiæ coronis dignus effectus: ſed D
omnes per magnas tribulationes ingreſſi, experimentum ſui dederint. Alij enim illuſionibus & flagellis explorati ſunt: alij tentati ſunt, diſſecti ſunt occiſione gladij occubuerunt. Hæc ſunt, vnde decorantur ſancti. Beatus eſt, qui dignus habetur vt pro Chriſto patiatur. Beatior is eſt qui abundantiores adflictiones tulit. Quocirca afflictiones præſentis temporis pares nõ ſunt ad gloriam quę futura eſt, vt reueletur in nobis. Quòd ſi ipſe ad vos venire potuiſſem, congreſſu veſtro nihil fuiſſet charius, vt & athletas Chriſti viderem & complecterer, ac precum donorúmque ſpiritualiũ quę vobis data ſunt, conſortio potirer. Quoniam vero corpus habeo diuturno morbo confectum, ita vt ne lecto quidem deſcendere queam, & multi ſunt, qui inſtar luporum rapacium nobis inſidiantur: occaſionem venantes, an quo pacto ouiculas Chriſti aliquando rapere poſſint: neceſſario per literas inuiſere vos inſtitui, obſecrãs cum primis quidem, vt continuè pro nobis precemini, quò reliquos dies, aut etiam horas, domino ſecundum euangelium regni ſeruire merear: deinde vero vt E
& imperitiæ meæ & literarum tarditati ignoſcatis. Nam ægrè nobis eius hominis copia facta eſt qui deſiderio noſtro ſeruire queat. Dico autem de Eugenio monacho filio noſtro, per quem vos obſecro, vt pro nobis & vniuerſa eccleſia oretis, déque rebus veſtris reſcribatis vt cognitis illis alacriores reddamur.

Ad. quam varius attentis ac probati ſuerint ſancti omnes.

Euaiſenis Baſilij Magni hortatoria epiſt.

LXXII.

LIcet quamplurimis adobruamur negotiis, & innumeris animus noſter diſtineatur curis, nunquam tamen ſolicitudinem eam, quam erga dilectionem veſtram gerimus memoriæ noſtræ excidere paſſi ſumus, precantes deum noſtrum vt in fide perſeueretis, in qua ſtatis & exultatis in ſpe gloriæ dei. Reuera nanque inſolens iam eſt ac vehementer rarum Eccleſiam videre ſynceram quæ nihil ſit à malitia temporum iſtorum læſa, ſed integram & inoffenſam ſeruet Apoſtolicam doctrinam, qualem præſentibus temporibus veſtram oſtendit: qui ſingulis generationibus eos qui vo- F
catione ſua digni ſunt, manifeſtat. Det vobis dominus cœleſtis Ieruſalem bona, pro eo, quod falſas cõtra nos calumnias in capita vaniloquorum reieciſtis: nec permiſiſtis vt cordibus veſtris ſeſe inſinuarent. Noui autem & perſuaſum habeo in domino, quòd merces veſtra multa, etiam ob hanc cauſam, ſit in cœlis. Sapienter enim hoc apud vos ipſos conſideraſtis, quod & verum eſt, quod

Et in hac tempora ip ſi reuoluemur.

quòd qui mala mihi reddiderunt pro bonis, & odium pro dilectione mea, qua eos proſequutus ſum, iam me calumniantur, eorum gratia, quæ ipſi deprehenduntur ſcripto æditis confeſſionibus approbaſſe. Et non ſolum hac ſibiipſis contrarietate repugnant, ſcripto nos traducentes, ſed quod & ab Epiſcopis illis qui Conſtantinopoli conuenerant communi decreto ab Epiſcopali functione depoſiti, depoſitionem non agnouerunt, Synodum eam appellantes Synodum reproborum nec paſſi quidem eos vocari Epiſcopos, ne cõtra ſe prolatam ſententiam firmarent. Et cauſam adiecerunt, ob quam illi non ſint Epiſcopi: quoniã vt inquiũt, præſunt hæreſi. Hęc vero ante annos, A nondum plene exactos, decem & ſeptem facta ſunt. Erant autem ductores eorũ à quibus iſti depoſiti ſunt: Eudoxius, Euippius, Georgius, Acacius, & reliqui nobis ignoti. Qui vero iam eccleſiis dominantur, illis ſucceſſerunt: alij in illorum epiſcopatus ordinati: alij ab illis ipſis ad præſidẽtiam euecti. Dicant igitur nunc, qui hanc nobis infamiam intentant, quomodo hæretici fuerint illi, quorum depoſitionis ſententiam nõ agnouerũt: & quomodo iam orthodoxi ſint, qui & ab illis ad epiſcopatus euecti ſunt, & eandem ſententiam cum maioribus ſuis tuentur. Si enim Orthodoxus eſt Euippius, quomodo non Laicus eſt Euſtathius, qui ab Euippio eſt epiſcopatu depoſitus? Si vero hæreticus eſt Euippius, quomodo ab Euſtathio in communionẽ receptus eſt is, qui per manum Euippij ordinatus eſt? Sed hi ſunt iſtorum ludi, quibus eccleſiis dei pro ipſorum commodo illudunt: qui & calumniantur homines, & rurſus cõ- B mendare conantur. Baſilidis Paphlagonici altaria, cum Paphlagoniam tranſiret ſubuertit Euſtathius, & proprijs menſis miſſæ munus perfecit: & iam Baſilidi ſupplex eſt, rogans vt ſe ſuſcipiat. Elpidium pientiſſimum fratrem, propterea quòd Amaſenis coniunctus eſſet excommunicauit: & nunc Amaſenis quoque ſupplex factus eſt petens illis coniungi. Quæ contra Euippium prędicauit, ſcitis vos ipſi, quàm fuerint horrenda. Et nunc eos qui cum Euippio ſentiunt tanquam rectè docentes commendat ac celebrat, duntaxat ad confirmandum ipſius ſtudium & conatum cooperentur. Nos vero traducimur: non ideo quòd iniqui quicquam deſignemus: ſed quòd hoc ſibi putauerit apud Antiochenos profuturum. Quos autem anno præterito ex Galatia acceſſiuerunt, vt per ipſos autoritatem & confidentiam epiſcopatus accipere poſſent, tales ſunt, quales eos nouerunt quidem qui cum illis vel pauliſper vixêre.

C Mihi vero nondum tantum concedit otij dominus, vt acta illorum recenſeam: veruntamen multo ſtipati ſatellitio, ſuiſq; ſymmyſtis comitati totam ipſorum regionem tranſiuerunt, epiſcoporum habentes obſequia & famulatus. Introducti autem in ciuitatem magnificè cum autoritate cõcionati ſunt. Traditus eſt enim illis populus, traditum altare. Hi poſteaquam ad Nicopolim vſque progreſſi nihil eorum potuerunt quæ polliciti fuerant ad effectum perducere, quomodo reuerſi ſunt? Et quales in reuerſione viſi ſint, ſciunt qui præſentes fuerunt. Ita perpetuò omnia ſuo ipſorum commodo metiri deprehenduntur. Si vero dicunt, quòd reſipuerint, oſtendant ſcripto ſuã reſipiſcẽtiam ſimulq; execrationem à fide per ſynodum Conſtantinopolitanam, ſeparationemq; ab hæreticis, nec ſimpliciores ſeducãt. Talia ſunt quæ iſti agunt. Nos vero, fratres dilecti modici quidem momenti ſumus & humiles, ſemper tamen in eodem, per gratiam dei, conſtantes nunquam ad rerum innouationem conſenſimus: fides apud nos non alia in Seleucia, alia Conſtantinopoli, in Zelis alia, & in Lampaſco alia, & alia Romæ. Et quod nunc circunfertur fidei ſymbolũ, nõ eſt, à prioribus diuerſũ, ſed vnũ & idẽ. Sicut enim à dño accepimus, ita baptizamur, ſicut baptizamur ita credimus: quẽadmodum credimus, D ita glorificamus, neque à patre & filio ſpiritum ſanctum ſeparantes, neque patri præponẽtes, aut filio antiquiorem eſſe ſpiritum ſanctum dicẽtes: quemadmodum blaſphemantiũ linguæ aſtruunt. (Quis enim vſque adeò temerarius fuerit, vt audeat dominica reprobata conſtitutione nominibus patris ac filij & ſpiritus ſancti ſuo figmento alium excogitare ordinem?) Sed neque creatum dicimus ſpiritum, qui patri & filio coniũctus eſt: neque ſeruilem audemus dicere eum qui præſidet. Vos autem obſecramus, vt dominicæ cõminationis memores qua dixit omne peccatum ac blaſphemiam hominibus remitti, blaſphemiam vero in ſpiritum ſanctum non remitti, neque in iſto ſeculo neque in futuro, vobis ipſis à peſtiferis contra ſpiritum doctrinis caueatis. State in fide. Ipſum orbem inſpicite, & videte quàm modica ſit ea portio quæ hoc morbo laborat, reliqua vero vniuerſa eccleſia, quę ab orbis finibus vſque ad fines euangelium recepit, ſanàm hanc & rectã doctrinam ſectetur, à cuius cõmunione vt ne ex- E cidatis, petimus, ſimúlque precamur, vt partẽ nobiſcum percipere mereamini in die domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſta illa, in qua venturus eſt ad dandum vnicuique iuxta facta ſua.

Baſilius Magnus monachis ſuis.

LXXIII.

POteſt quidem ſanctus deus etiam eam animi iucunditatem quæ ſit ex mutuo congreſſu & conuictu largiri nobis, qui ſemper & videre vos, & de rebus veſtris audire cupimus, propterea quòd nulla alia in re animi recreationem habemus, quam in veſtro profectu, & abſoluta præceptorum Chriſti obſeruantia. Interea vero, dum hoc negatur, neceſſarium arbitramur, vt per germaniſſimos dominique timentes fratres noſtros vos inuiſamus, ac literis dilectionem veſtram al- F loquamur. Huius itaque gratia miſimus religioſiſſimum ac germaniſſimum fratrem noſtrum, cooperatoremque euangelij Miletium ſympreſbyterum, qui vobis deſiderium noſtrum quo erga vos afficimur, ſolicitudinemque & curam animarum exponat. Nam noctes atque dies dominum precamur vt probati habeamini, quo & nobis fiducia ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti per veſtram ſalutem, & vos clari ſitis in ſplendore ſãctorũ, opuſq; noſtrũ iuſto dei iudicio probetur. Simul vero multam nobis ſolicitudinẽ obtinẽtis iam rerũ ſtatus moleſtia generat: in quo omnes eccleſiæ turbatæ ſunt omnes animæ cõcutiuntur.

Nam temerè nonnulli ora ſua aduerſus cõſeruos reſerarunt. Mendacium ſine timore effutitur, veritas obſcurata eſt. Et qui quidem accuſãtur: mox ſine iudicio condemnantur: qui vero accuſant ſine omni examinatione fidem inueniunt. Vnde & ego vbi complures percepi contra me circumferri epiſtolas, quibus perſtringamur ac notemur, ꝓpter que ſcripta quædam accuſemur, quorum tutelarem defenſionem habemus coram veritatis tribunali paratam: cogitaui quidem ſilendum eſſe, quod & feci. (Nam tertius iã annus hic eſt ex quo à calũniatoribus notatus accuſationis flagella ſuſtinere cœpi, hoc vno contentus quòd dominum
A habeo ſecretorum cognitorem ac calumnię iſtius teſtem) Quoniam vero multos iam ſilentium noſtrum eo rapuiſſe video, vt ex illo intentatas calũnias confirmarint: nóſque non lenitatis ac patientiæ gratia, ſed quod ad exprimendam veritatem os aperire neutiquam auſim, eóque ſilere me arbitrentur: ob eam vobis cauſam ſcribere conatus ſũ obſecrans veſtram in Chriſto dilectionem, vt calumnias quas vna pars obiicit, non mox vt prorſus veras admittatis: propterea quòd vt ſcriptum eſt, neminem iudica. lex, niſi primum audiat & cognoſcat, quid ſtatuat. Quanquam æquo iudici ad veritatis declarationem ipſa rerum cognitio ſatis eſt. Itaque poteſtis vos ipſi, etiã ſi nos ſileamus ea quæ fiũt obſeruare. Qui enim errorum nos inſimulant, conſpicuè deprehẽſi ſunt hæreticorum fauere parti. Qui nos propter aliena quædam volumina condẽnant: propriis confeſſionibus, quas ſcripto nobis expoſuerunt: contrarij inueniuntur. Obſeruate conſuetudinem eorum, qui talia temerè audent. Solent perpetuo ad pręualentem deficere partem, & imbecillibus proculcatis ami
B cis, colere potentes. Qui enim diuulgarunt illas epiſtolas aduerſus Eudoxium, totámque illorum partem conſcripſerunt, ac omni fraternitati tranſmiſerunt: conteſtatíque ſunt vt communionem illorum, tanquam animarum peſtem fugerent: & huius gratia prolatas de ipſorum depoſitione ſententias non receperunt, eo quòd eſſent ab hęreticis deciſæ: ſicut nobis tum perſuadebant: hi iam omnium obliti, hæreticis illis coniuncti ſunt, nec vllo pacto negare poſſunt. Animi nanque ſui ſententiam manifeſtè declararunt in eo quòd Ancyræ per ſingulas domos communiones illorum ſalutarunt, quandoquidem ad conſortium ab ipſia ad hunc modum ſuſcepti ſunt. Itaque interrogate eos: Si iam orthodoxus eſt Baſilides illius Ecdicæi complex & conſcius, quam ob rem cum Dardania redirent altaria ipſius in agro Gãgrenorum ſubuerterint, menſaſque ſuas ſubſtituerint: qua ratione etiamnum eccleſias Amaſiæ ac Zelorum inuadant, ſuáque ipſorum autoritate conſtituant presbyteros ac diaconos. Nam ſi cum illis tanquã orthodoxis communicant, qua de cauſa eccleſias ipſorum velut hæreticorum inuadunt? Si vero hæreticos eſſe arbitrati ſunt, quomodo de com-
C munione ipſorum haud pudefiunt? At iſta, colendiſſimi fratres, non ſunt ita manifeſta vt à quouis puero intelligantur, quòd perpetuo propriũ ſpectantes commodum, vel traducere quos volunt, vel commendare conantur. A nobis itaque defecerunt: nec præmiſſis querelis (Nam hoc eſt, in quo ſe potiſſimum exacerbatos eſſe dicunt) nec ideo, quòd Chorepiſcopos quos ſe miſiſſe dicunt non ſuſcepimus. Quanquam reddent domino rationem, qui hoc ſubornarunt. Vnus enim Euſtathius ad nos miſſus cum literas apparitoribus Icarij dediſſet, tribus expletis in ciuitate diebus, cũ ad ſua redire vellet, multo iam veſperi, cum dormirẽ, ædibus noſtris appropinquare narrabatur. Vbi vero me dormire audierat, poſtridie, cum diſcederet, denuò me non acceſſit: ſed ad hunc modum perfunctoriè quod nobiſcum agere debebat exequutus, ad ſuos reuerſus eſt. Atque hoc eſt crimen illud, quod commiſimus nos, & patientes iſti ac lenes homines iſti delicto non contulerunt ſeruitutem eam quã ipſis antea in dilectione exhibuimus: ſed huius erroris ac caſus gratia vſque D
adeo grauiter nobis ſuccenſuerunt, vt ab omnibus nos totius orbis eccleſiis quãtum in ipſis fuit, excommunicari fecerint. At non eſt iſta in veritate diſſidij huius cauſa, ſed quoniã putarint ſe gratificaturos tum Euzoio, ſi ſeſe à nobis abalienarent iſtos ſibiipſis prætextus commenti ſunt, vt hoſtes nobis facti aliquo vſque ſeſe iſtis commendatos redderent. Cæterum & Nicænam fidem calumniantur, nóſque homuuſiaſtas ſiue homoouſianos probroſè vocant: propterea quòd in ea fide filium dei vnigenitum cum deo ac patre homouſion, hoc eſt, eiuſdem eſſentiæ confitemur. Non q̀ ſit ex vna eſſentia in duas partes diuiſa, fratres, abſit. Non enim hoc cogitauit ſancta illa ac deo dilecta ſynodus, ſed quod idem intelligi ſecundũ eſſentiam debet filius, quod pater eſt ſecundum eſſentiam. Sic enim nobis illi ipſi patres expoſuerunt, dicentes: Lumen ex lumine. Eſt autem Nicæna fides quam Occidentales attulerunt, Tyanenſiq; ſynodo tradiderunt: à qua & ſuſcepti ſũt. Sed habent aſtutum quoddam dogma, ad eiuſmo E
di ſuas mutationes paratum. Nam verbis fidei more medicorum vtuntur, pro commoditate aliter atque aliter ſeſe ad affectionum rationem ac varietatem attemperantes. Marcidum vero iſtud ſophiſma, non cõuenit vt ego redarguam, ſed vobis obſeruandum eſt (dabit enim vobis intellectum dominus vt cognoſcatis) quæ recta ac plana ſit ſententia, quæ obliqua & peruerſa. Si enim alias licet atque alias fidei confeſſiones conſcribere, & pro temporum varietate mutare, falſa eſt ſententia eius qui dixit: vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. *Ephe. 4.* Si vero hæc vera ſunt, nemo vobis inanibus iſtis ſermonibus imponat. Traducũt nos, quaſi inſolens ac nouum quiddam de ſpiritu ſancto doceamus. Rogate igitur ipſos, quæ ſit illa noſtra inſolẽtia. Nos enim, q̀ & accepimus, paracletũ patri ac filio coniũctũ non creaturæ connumeratũ eſſe cõfitemur. In patrẽ nãque, & filiũ, ac ſpiritũ ſãctũ credimus, denique in nomine patris ac filij & ſpiritus ſancti baptizamur. Quapropter nunquam à coniunctione patris ac filij paracletũ F
ſeparamus. Mens enim noſtra à ſpiritu ſancto illuſtrata ad filium reſpicit: & in illo, veluti imagine, patrem contemplatur. Neque igitur nomina ex nobis ipſis comminiſcimur: ſed ſpiritum-ſanctũ paracletum quoque nominamus, neque debitam illi gloriam caſſari ſuſtinemus. Hæc ſunt noſtra illa cum omni veritate cõiuncta. Si quiſquam nos horum gratia accuſat, accuſet: ſi quis nos perſequitur, perſequatur: ſi calumniis quiſquam nobis inten-

intentatis fidem habet, paratus ſit ad iudicium. Dominus è vicino eſt, nulla in re ſoliciti ſimus. Quòd ſi in Syria quiſquam aliquid conſcribit, noſtra nihil intereſt. Nam ex verbis tuis, inquit, iuſtificaberis, & ex verbia tuis cõdemnaberis. Mea me verba iudicent: propter alienos vero errores nemo nos cõdemnet: neque epiſtolas quiſquam quas ante annos viginti ſcripſimus, probationis vice obiiciat: quod iam cum illis faciam qui illa conſcripſerunt. Nos etiam cum ante eiuſmodi cõſcriptiones laici eſſemus, ad laicos ſcripſimus, ni-
A hil de fidei cauſa, neque qualia nunc ad noſtram calumniam circunferunt iſti, ſed vt amicos ſalutaremus, ſimpliciter eos per literas cũpellauimus. Pariter enim nos & eos qui Sabelli morbo infecti ſunt, & qui Arij dogmata tuẽtur, vt impios fugimus & anathematizamus. Si quis eũdem & patrem & filium ac ſpiritum ſanctum dicit: & qui tẽ quidem vnam eſſe ſupponit, quæ ſic multis nominibus appelletur: vnamque hypoſtaſim tribus appellationibus nominatam putat, talem nos Iudæorum parti cõiungimus. Simili ratione ſi quiſquã filium patri, quod ad eſſẽtiam attinet, diſſimilem eſſe dicit, aut ad creaturã deiecit ſpiritum ſanctũ, & hunc anathematizamus: & gentili errori vicinum eſſe iudicamus. At impoſſibile eſt, vt literis noſtris accuſãtium nos ora cohibeamus: imò credibilius eſt noſtris illos apologiis iritari quoque, vt maiora ac peiora contra nos machinentur. Interea tamen veſtraa communite aures non eſt difficile. Itaque quod veſtrum eſt facietis. Syncerũ nobis, & quod nullis ſit calumniis corruptum cõſeruabitis pectus, & ſi quid criminis nobis obiicitur, illius à nobis rationem exigetis: & vbi verita-
B tem apud nos deprehenderitis, nõ dabitis locum mendacio. Si vero nos in reddenda ratione deficere ſenſeritis, tum demum accuſatoribus noſtris tanquam veracibus fidem habebitis. Vigilant illi in hoc vt nobis noceant. Hoc à vobis non requirimus. Nundinariam vitam exercentes, quæſtuariam ſibi reddunt, quam nobis intentant calumniam. Vos vero obſecramus, vt domi maneatis: honeſtéque viuatis, opus domini cũ ſilentio perficientes. Congreſſus ſanè illorum, ſubdolos & ad ſubuerſionem audientium inſtructos declinetis, vt & dilectionem erga nos ſynceram cuſtodiatis, patrúmque fidem infractam ac ſanam ſeruetis: & apud dominum tanquam veritatis amici probati deprehendamini.

Qui error Sabellij libys fuit. πολυώνυμον.

Ad Occidentales epiſcopos de Euſtathio, Apolli-
C nario & Paulino, déque vnius iſtorum cuiuſque hæreſi, Baſilius Magnus.

LXXXIII I.

TAntum cuique veſtrum, dominus deus noſter in quem ſperauimus largiatur gratiæ, vt propoſita ſpe potiamini, quanto ipſi gaudio pectora noſtra repleſtis, cum per literas quas nobis per deſideratiſſimos ſympresbyteros noſtros ſcripſiſtis: tum ex eo quòd calamitatibus noſtris tanquam viſcera miſerationis induti condoletis: quẽadmodum nobis prædicti fratres indicarunt. Nã etiamſi vulnera noſtra eodem modo perſeuerãt, nónihil tamen inde releuamur: quòd paratos habemus medicos qui velocem ac maturã poſſunt, ſi detur opportunitas, doloribus noſtris adferre medelam. Quapropter iã denuo vos per dilectós hoſce fratres compellamus & obſecramus, ne, ſi dederit vobis dominus copiam ac ſecuritatem accedẽdi, inuiſere nos detrectetis. Maximum enim domini mandatum eſt, infirmorum viſitatio. Si vero optimus deus ac ſapiens vitæ noſtræ moderator hãc gratiam in aliud tempus reiecit, ſaltem ſcribite nobis, quæ vos cum ad conſolationem afflictorum, tum ad erectionem confractorum ſcribere decet. Plurimum enim iam confracta eſt eccleſia, cuius nomine & nos multum in modũ triſtamur. Non eſt autem quòd alicunde opem ex- D
pectemus, niſi per vos dominus, à quibus ſyncerè colitur, curationem miſerit. Improba quidem & impudens Arianorum hæreſis manifeſtè ab eccleſiæ corpore diuulſa proprio immoratur errori, parumq; nos lædit: propterea quòd illius impietas omnibus nota eſt: qui vero ouinam pellem induti, mãſuetudinem ac placiditatem externè quidem ſimulant, internè vero gregem Chriſti crudeliter lacerant: & hoc nomine, quod ex noſtro gremio progrediuntur, ſimpliciores facile lædũt ij ſunt pernicioſi illi & qui non ita facile caueri poſſunt, quos per veſtram diligentiam omnibus Orientis eccleſiis publicari ac manifeſtari petimus, vt vel recta ingredientes ſyncere nobis coniuncti ſint, vel ſi peruerſi eſſe perrexerint, peſtem ſuam ſibiipſis ſolis contineant, ne poſthac per incautam communionem morbum ſuum vicinioribus affricare poſſint. Neceſſarium vero eſt, vt mẽ E
tionem iſtorum nominatim faciam, vt & ipſi cognoſcatis eos qui nos conturbant & offendicula gignunt: illóſque eccleſiis veſtris manifeſtos, vt vitari poſſint, faciatis. Quæ nos enim loquimur multis ſuſpecta ſunt, quaſi propter priuatas quaſdam contentiones metum ac puſillanimitatem illis incutere velimus. Vos vero, quanto, ab illis habitatione remotiores eſtis, tanto plus apud plebẽ habetis fidei, ad quod & hoc accedit, quod ad curandos oppreſſos adiumento vobis eſt gratia dei. Quòd ſi plures quoque vnanimes eadem decreueritis, manifeſtũ eſt quòd multitudo eadem decernentium indubitatam omnibus efficiet dogmatis ſuſceptionem. Eſt itaque vnus ex illis qui plurimum excitãt turbarum, Euſtathius ex Sebaſtia minoris Armeniæ. Hic olim inſtitutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens, impias aduerſus vnigenitum dei blaſphemias strueret, ſectator illius & inter ſelectiſſimos diſcipulos connumera- F
tus fuit. Poſteaquam vero ad ſuos reuerſus à beatiſſimo Hermogene Cæſariæ epiſcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confeſſionem illi obtulit ſanæ fidei, atque ita manus impoſitionem ab ipſo obtinuit. Vbi vero dormitionẽ accepit Hermogenes, mox ad Euſebium Conſtãtinopolitanum ſeſe contulit: qui & ipſe nihilo minus impium Arij dogma tuetur. Inde poſt quibuſdam de cauſis pulſus, ad patriam ſeſe recepit: illique denuo erroris purgationem obtulit: ſed ita vt celata & obtecta mentis impietate quandam exhiberet verborum rectitudinem. Mox vero vbi vtcunque adeptus eſſet epiſcopatum, anathematiſmum contra homouſion in ſynodo Ancyræ hs

bita

bita ſcripſiſſe deprehēditur. Ex illa ad Seleuciam
Euſtathius episcopus Armenus ex Arij ſectatore. profectus cum illis quos eiuſdem habet opinio-
nis ea geſſit quæ omnes norunt. Conſtantinopo-
li vero iterum ad ea quæ ab hæreticis propoſita
ſunt, conſenſit. Atque ita epiſcopatu eiectus, pro-
pterea quod iam in Melitina ſynodo depoſitus eſ-
ſet, viam ſibiipſi per quam reſtitueretur excogita
uit, eam videlicet, vt ad vos proficiſceretur. Quę
vero ſint illi à beatiſſimo epiſcopo Liberio propo
ſita, & ad quæ conſenſerit, nobis clàm eſt: niſi quòd
epiſtolam attulit, per quam reſtitueretur: eam vbi
Tyanæ ſynodo exhibuit, in ſuum locum reſtitu-
tus eſt. Iſte itaque iam fidem eam in quam recep-
tus eſt depopulatur, cúmque illis facit qui homou
A ſion anathemate percellunt. Deinde & hæreſi pa-
trocinatur eorum qui ſpiritum ſanctum ſpoliant
diuinitate. Quoniam igitur iſthinc vires accepit
πνευματόμαχοι. lædendi eccleſias, ac publicandæ ſuæ impietatis
fiducia quam vos dediſtis ad ſubuerſionē multo-
rum vſus eſt, neceſſe eſt vt iſthinc quoque veniat
malorum iſtorum correctio, ſcribatúrque eccle-
ſiis, quibus quidem conditionibus ad communio
nem ſuſceptus ſit: ſimul vero adiiciatur, quomodo
iam immutata ſententia gratiam à patribus qui tū
erant, acceptam irritam reddat. Alter ex illis, de
Apollinarius. quibus vos admonemus, eſt Apollinarius, haud
parum & ipſe eccleſias contriſtans: facilitati nan-
que ſcribendi, qua per occaſionem ad quoſuis ir-
repit, coniunctam habens ſufficientem linguæ fa
cultatem orbem libris ſuis repleuit: contēpto ec-
cleſiaſte qui cauendum eſſe dicit ne multi fiant li
bri. In multitudine autem certum eſt quòd multa
delinquantur. Nam quomodo poteſt in multilo-
B quio vitari peccatum? Sunt vero quę ſcribit, etiam
ad theologiam pertinentia: non ex ſcripturę pro-
bationibus, ſed ex humanis argumentis aſtructio
nem habentia. Scripſit & de reſurrectione quæ-
dam fabuloſè imò Iudaicè compoſita: in quibus
dicit nos iterum ad cultum à lege præſcriptum re
uerſuros, ita vt iterum & circuncidamur, & Sab-
batū obſeruemus, & à cibis in lege prohibitis ab-
ſtineamus, ſacrificiáque deo offeramus, & in tem-
plo Ieroſolymis adoremus, atq; prorſus ex Chri-
ſtianis Iudæi reddamur, quibus quid nam poterit
ridiculum magis Imò alienius ab euangelico dog
mate dici? Deinde & de incarnatione tantam mo
uit fratribus perturbationem, vt pauci eorum qui
bus colloquij cum illo nonnihil interceſſit, priſ-
cum pietatis characterem conſeruent: multi vero
rerum nouationi attendentes ad quæſtiones &
contentioſas inutilium verborum hæreſes auerſi
Paulinus. ſint. Paulinus vero, an qua in re, quòd manus im-
C poſitionem conceruit, reprehenſibilis ſit, vos ipſi
dicetis. Nos ſanè contriſtat quòd Marcelli dog-
matibus fidem habet, & ſectatores illius ſine diſ-
crimine ad communionem admittit. Scitis colen
diſſimi fratres, quàm omnem ſpem noſtram irri-
tam faciat dogma Marcelli, quòd neque filiū pro
pria ac diſcreta hypoſtaſi præditum cōfitetur, ſed
productum, & in eum ipſum iterum conuerſum
ex quo venerat tradit: neque paracletum propriā
habere hypoſtaſim concedit: ita vt non aberret ſi
quiſquam hanc hæreſim prorſus alienam eſſe à
Chriſtianiſmo determinet, ac corruptum quen-
dam Iudaiſmum appellet. Horum curam à vobis
requirimus. Eam adhibebitis, ſi vniuerſis orientis
eccleſiis ſcribere dignabimini, vt eos qui verita-
tis doctrinam ad hunc modum adulterarūt, tum
demum ad communionem admittant, ſi quando
errata correxerint, ſi vero contentioſè rerum no-
uationi immorari voluerint, ab illis ſecedant. Cę
terum haud ignoramus & ipſi, quòd oportuerat
nos veſtræ prudentiæ aſſeſſores, communi de his
rebus conſideratione tractare: verum quoniam
nec temporis id ratio permittit, & dilatio perni-
cioſa eſt, propterea quòd hominum iſtorum pe-
ſtis radices altius infixit, neceſſitati adacti fratres
hoſce miſimus, vt ſimul quæcunque literas fu-
giunt, de ſuo vos perdocentes pietatem veſtram D
eo inuitent vt quæſitum eccleſiis dei auxilium ex
hibeatis.

Ad Neocæſarianos Baſilius Magnus.

LXXV.

IAm diu inter nos nihil interceſſit mutui allo-
quij fratres colendiſſimi ac deſideratiſſimi, nō
ſecus atque qui animis ſunt ira ſuccenſis. At quis
vſque adeo acceptæ iniuriæ memor eſt, & irrecō- *προσφιλο...*
ciliabilis erga eum à quo læſus eſt, vt per totam
ferè hominis ætatem, conceptam odij ac iræ com
motionem protendat? Id quod in nobis factum
eſſe apparet, cum nulla ſit iuſta ratio, ob quam ſe
parari, quantum nos ſcimus, imò contrà multæ
ſint & magnæ cauſæ propter quas ſumma ipſe ſta
tim initio inter nos amicitia & vnitate coniungi
debueramus. Prima eſt, quod vnicum ac prima-
rium eſt maximi domini noſtri pręceptum lucu-
lenter dicentis, In hoc cognoſcent omnes quòd E
diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem habueritis inter
vos mutuam. Et Apoſtolus quoque manifeſtè no
bis dilectionis bonum commēdat: cum quòd de- *1.Cor.13.*
cernit conſummationem legis eſſe dilectionem,
tum quòd dilectionis bonum omnibus reliquis
vtut magnis præponit, vbi dicit. Si linguis loquar
& hominum & angelorum, charitatem vero non
habeam, factus ſum æs reſonans, vel cymbalū tin
niens. Etſi habeam prophetiam, & nouerim om-
nia myſteria, & omnem ſcientiam, & ſi habeam
omnem fidem, ita vt montes transferam, charita-
tem verò non habeam, nihil ſum. Et ſi impendam
in alimoniam omnes facultates meas & corpus
meum tradam, vt comburatur, charitatem autem
non habeam, nihil inde lucri capiam. Non quòd
quicquam eorum quæ cōnumerata ſunt, vnquam
ſine charitate præſtari poſſit: ſed quòd ſanctus A-
poſtolus, vt & ipſe dixit, hyperbolico modo vo-
luerit excellentiam omnia ſuperantem iſti adſcri F
bere pręcepto. Altera cauſa eſt, quòd ſi quid aliud *καθ' ὑπερβολήν.*
certè & hoc ad concordiam plurimum confert: ſi
datur iiſdem vti doctoribus. Sunt autem iidem &
nobis & vobis doctores myſteriorum dei & ſpi-
ritales patres, qui veſtram ab initio fundarunt ec-
cleſiam: Gregorium dico priſcum illum, & quot-
quot poſt ipſum epiſcopalem apud vos ſedē ſuſ- *Vide Euſeb. Cæſarien.*
ceperunt: qui ordine ſuccedaneo inſtar aſtrorum
exorti iiſdem ingreſſi ſunt veſtigiis: ita vt haud fa
cile ſit volentibus conuerſationis ipſorum indicia
deſerere. Si vero & corporalis familiaritas haud
aſpernanda eſt, ſed ipſa quoque multum ad ſoli- *φιλοσοφία.*
dam amicitiam vitæque communionem condu-

cit: & ea vobis erga nos non deeſt occaſio. Cuius itaque gratia, ô vrbiũ ornatiſſima (per vos enim vniuerſæ ciuitati loquor) non iſthinc veniunt literæ veſtræ, non quæ amicitiam exorat ac declaret vox veſtra, ſed apertæ ſunt aures veſtræ & expoſitæ calumniari conantibus. Itaque tanto altius ingemiſcere debeo, quanto magis quod illi ſategerunt effectum eſſe video. Quandoquidem delationis opus, manifeſtum habet magiſtrum ac doctorẽ, qui cum ex multis ſit malefactis notus, ab iſta tamen deferendi malitia deſignatur: ita vt ex hoc peccato nomen inuenerit: vos vero mihi permittite, vt liberè loquar, vtraſque aures delatori-

Diabolus vnde dictus ſit.

A bus noſtris reſeraſtis, ac quicquid illi ad vos deferunt, ſine omni examinatione admittitis, nemine exiſtẽte qui falſum à vero diſcernat. Quis vnquã in accuſandis vitiis nemine contradicente defecit? Quis deferendo mendacij conuictus eſt, non coram cõſtituto eo quem falſo detulit? Quidnam dici poteſt, quod credibile non ſit auſcultantibus ſi dum criminator ita vt aſſerit habere contendit: criminis accuſatus nec adeſt, nec calũnias audit? Neque ipſa vos vitæ huius conſuetudo hiſce in rebus erudit ac docet: quòd qui futurus ſit æquus ac nulli parti addictus iudex, non debeat ſe totum præoccupanti permittere, ſed & defenſionem expectare eius qui defertur, vt ex collatione eorum quæ ab vtriſque partibus dicuntur veritas eluceſcat. Iuſtum iudicium iudicate, vnum hoc eſt ex præceptis ad ſalutem neceſſariis. Et iſta dico, non oblitus verborũ Apoſtoii, quibus ille relictis humanis iudiciis vniuerſam vitã ſuam eius tribuna-

B lis examini reſeruauit: quòd falli nequit, vbi dicit, Mihi vero pro minimo eſt vt à vobis diiudicer, aut ab humano die. Veruntamen quoniam aures veſtras falſæ delationes præoccupatas detinent, delatáque eſt & calumniis impetita cum vita noſtra, tum & fides quam habemus erga deum, ſciẽs delatorem tribus perſonis mali huius noxam aſpergere. Lędit enim & eum quem falſò defert, & eos quibus loquitur, & ſeipſum. Quàm ego lædar ſcitis ipſi, etiam ſi ego ſileam) non contẽnens veſtram de me exiſtimationem (quomodo enim cõtemnerem, qui ne illam incurram, iſta ſcribo, & huius iam gratia certo) ſed videns me eſſe in tribus iſtis perſonis, qui læduntur, ego quàm minimum lædar. Nam ego quidem amicitia veſtra deſtituor: vos autẽ veritate vltro ſpoliamini. Et qui huius cauſam dedit, me quidem à vobis ſeparat, ſeipſum vero alienum à domino reddit: propterea quòd nemo reproborum ac nefandorum hominum cum deo cõmercium habere poteſt. Propter vos itaque magis quàm propter me, & vt diſpendio vos haud ferendo eximam, iſta ſcribo.

C Quod enim maius malum cuiquam accidere poterit, quàm vt rem omnium pretioſiſſimam, veritatem videlicet amittat? Quid igitur dico fratres? Non quòd ego ignorem me obnoxium peccatis, neque quòd vita mea, non referta ſit innumeris delictis. Noui enim meipſum, nec ceſſo lacrymas profũdere propter peccata mea, ſi quo pacto mihi deum placare, ac futuri ſupplicij comminationem effugere queam. Sed hoc dico: Si is qui noſtra iudicat, mundum ſe confirmet habere oculũ, auferat ex noſtro oculo feſtucam. fatemur enim nos multa eorum qui probè valent opus habere curandi diligentia. Si vero hoc nõ facilè dicet, & tanto minus dicet quanto magis fuerit mundus, propterea quod perfectorum hoc eſt proprium, vt ſeipſos non extollant (alioqui arrogantiæ phariſaicæ obnoxij eſſent, qui ſeipſum iuſtificans condemnauit publicanum) neque mihi quærat medicum, nec iudicet ante tempus, donec veniat dominus, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Memor ſit eius qui dixit, nolite iudicare, ne iudicemini, neque condemnare ne condemnemini. In ſumma fratres, ſi curabilia ſunt noſtra delicta, quare non obeditis docto- D ri eccleſiarum, dicenti, argue, increpa, obſecra? Si vero ſcelus noſtrum ita habet, vt ſit immedicabile, quamobrem non in faciẽ nobis reſiſtit aduerſarius, vt patefactis ſceleribus noſtris, eccleſias ab ea pernicie liberet, qua per nos illæ perduntur? Itaque ne feratis conuicium illud quod ſub dẽtibus aduerſarij clanculũ aduerſum nos immurmuratur: ferendum enim non eſt, etiam ſi id ancilla faciat ex piſtrino, aut vnus aliquis ſupra modũ nebulo ex iſtis circumforaneis, cui hominum generi hoc vitij eſt, vt linguas in omnis generis conuicia acutas habeant. Iam ſunt epiſcopi, vocentur illi vt cauſam cognoſcant. Eſt clerus in vnaquaque dei parœcia. Congregentur ſelectiores ac probatiores. Dicat cum fiducia ac liberè qui volet, vt examen ſit quod agitur non conuicium. In conſpectum ac publicum producat, ſi qua ſunt malitiæ meæ occulta facinora. Odio vero me, ne tum quidẽ proſequatur, ſed admoneat vt fratrem. Si peccatores ſumus, commiſerandi potius ſumus apud viros beatos & innoxios, quàm acerbè & odioſè tractandi. Si vero erroris circa fidem culpamur, B oſtendatur nobis Syngrapha. Deinde iudicium detur ęquum & neutri parti ſeparatim addictum. Legatur obiectum delictum, Probetur natura ſui condemnatum eſſe ſcriptum quod obiicitur magis quàm quod ex ignorantia accuſatoris culpandum eſſe videatur. Sunt nanque multa bona, quæ non exacto mentis iudicio præditis talia non apparent. Neque enim quæ eiuſdem ſunt ponderis paria eſſe videntur: niſi æquilibres ſint inter ſe lãces. Iam mel male morbo quopiam affectis apparet guſtu amaricatius per corruptelam organi? Quin & oculus vitiatus multa non videt eorum quæ ſunt, & multa ſuſpicatur quæ non ſunt. Idem & in iudicanda ſermonum virtute ſæpenumero fieri video: quando eorũ qui conſcripſerunt mentem habitúmve non aſſequitur iudex. Oportet enim vt eadem propè ſint animi induſtria præditi: & qui aliorum ſcripta iudicaturus eſt, & qui illa conſcripſit. An cum de agriculturæ operibus iudicare non poterit, qui non ipſe eſt agricola: & qui muſices ſcientiam non tenet, nec conſonantiam nec diſſonantiam in muſicis rythmis cognoſcat: ſermonum iudex mox erit quicunque volet: qui E neque præceptorem ſuum, neque tempus in quo didicerit, aſſignare valet: nec prorſus quicquã eorum quæ ad ſermones iudicandos attinent: ſiue multũ ſiue parum intelligit? Ego vero noui quòd quę in oraculis ſpiritus dicũtur, haud cuiuis liceat proprio ſubiicere examini, ſed ei qui ſpiritum habet diſcretionis, quemadmodum nos Apoſtolus in diuiſionibus chariſmatum docuit dicens. Huic nanque per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ, alij ſer-

mo ſcientiæ ſecundum eũdem ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij operationes virtutum, alij prophetia, alij diſcretiones ſpirituũ. Itaque ſi noſtra ſpiritalia ſunt, oſtendat ſe donum habere diſcernendorũ ſpiritalium, qui noſtra iudicare præſumit: ſi vero, quemadmodum ipſe cõijciatur, ex ſapientia ſunt mundi huius, declaret ſe mundanæ ſapientiæ experientiam habere, & tum demũ ipſi iudicandi calculos permittemus. Nemo autẽ putet iſta nos adhoc excogitare, vt cauſæ examen fugiamus. Vobis enim, fratres deſideratiſſimi, permitto, vt inter vos ipſos eorum de quibus incuſa-
A mur examẽ faciatis. An vſque adeò tardo eſtis ingenio, vt ad veri cognitionem omnium opus habeatis patrocinio? Quòd ſi noſtra vobis indubitata videntur, curate vt omnem contentionem abijciant contentioſi illi nugatores. Si vero ambiguum quid illis ineſſe videtur, rogate nos, per intermediatores, qui noſtra vobis fideliter referre & exponere queant. Vel ſi videbitur, ſcripto comprehenſas probationes exigite. Omnino quouis modo curate, vt iſta quæ nobis obiiciuntur inexcuſſa non relinquantur: fidei vero noſtræ quę poterit eſſe euidentior probatio, quàm quòd à nutrice beata fœmina, quæ ex veſtro gremio progreſſa eſt, (Macrinam dico, illuſtrem illam) educati ſumus: à qua & beatiſſimi Gregorij verba, quæ memoriæ beneficio ad illius vſque ætatem ſeruata ipſa retinuit, edocti ſumus, quibus illa nos adhuc infantes, tanquam pietatis dogmatibus finxit ac formauit. Poſteaquam vero & nos, completa per ætatẽ rationis maturitate, intelligendi facultatẽ accepimus, multum telluris ac pelagi emenſi ſumus an aliquos inueniremus iuxta traditum nobis pie-
B tatis canonem ambulãtes: & eos quos inuenimus patrum loco complexi ſumus, & pro animarũ noſtrarum ad deum proficiſcendi ducibus reputauimus. Et ad hanc vſque horam gratia eius qui ſancta nos vocatione ad cognitionẽ ſui vocauit, nullius ſententiæ conſcij ſumus, quam ſanæ doctrinæ cõtrariam & inimicã cordi noſtro admiſerimus. Neque mentem noſtram vnquam execranda Arianorum blaſphemia polluimus: ſed ſi nõnullos aliquando Arij diſcipulos ad communionẽ aſſumpſimus, ita illos admiſimus, vt morbum ſuum quã intimè celãtes pietatis verba loquerentur: vel certè doctrinæ noſtræ nihil obluctarentur. Et hac in re non noſtro ipſorum erga tales vſi ſumus iudicio, ſed magis decreta patrum noſtrorum, quibus illi de talibus iam olim quid faciendum ſit ſtatuerunt, ſectati ſumus. Ego enim cũ accepiſſem beatiſſimi patris Athanaſij Alexandrini epiſcopi literas, quas etiamnum in manibus habeo, & requirẽ-
C tibus legendas obiicio, quibus ille manifeſtè edixit, quòd ſi quiſquam ex Arianorum hęreſi ad nos tranſire voluerit, admittendum eſſe, nec quicquã in illo aſſumendo hæſitari debere, ſi Niceni cõcilij fidem confiteatur, & dogmatis huius conſortes: ille mihi omnes cum Macedonię tum Achaię epiſcopos allegaſſet, neceſſarium arbitratus ſum vt tãto viro propter fide dignam autoritatem eorũ qui id decreuerant obſequerer, ſimúlque præmium pacis ſtudioſis deſtinatum adipiſci cupiens eos qui fidem iſtam confitebantur communicantium parti adſcripſi. Fuerat autem iuſtius res noſtras æſtimare non ex vno aut altero eorum qui ad veritatem haud recto pede ingrediuntur, ſed ex multitudine totius orbis epiſcoporum, qui gratia Chriſti coniuncti nobis ſunt. Requirantur vero Piſidæ, Lycaones, Iſauri, Phryges, & qui vtriuſque ſunt Armeniæ, quotquot vicini vobis ſũt Macedones, Achæi, Illyrij, Galli, Hiſpani, tota ſimul Italia, Siculi, Aphri, & qui in Ægypto adhuc ſani ſunt, & quæ reliqua portio eſt Syriæ, qui quidem literas ad nos mittunt & viciſſim à nobis recipiũt ex quibus cum quæ illinc ad nos ferũtur, tum quæ vice verſa iſthinc ad ipſos mittuntur cognoſcere poteſtis, quod vnanimes omnes eodẽmque ſenſu præditi ſumus. Itaque ſi quiſquam communionẽ noſtram fugit, ne prudentiam veſtram lateat, ab vniuerſa illum eccleſia ſeſe diuulſiſſe. Attẽdite igi- D
tur fratres cum quibus communicetis. Poſtquam à nobis excludimini, quis deinceps vos ſit agniturus. Nolite nos in eam neceſſitatem conſtituere, vt de dilectiſſima nobis eccleſia triſte quid ac durum ſtatuamus. Ne detis occaſionem vt quæ iam in corde primo apud meipſum gemens temporiſque malitiam deplorans, quod ſine omni ratione maximæ eccleſiarum, & quæ iam olim fraterna inter ſe amicitia coniunctæ fuerunt, nunc inter ſe diſſident, ne detis, inquam, occaſionem, vt iſta ad vniuerſos communionis noſtræ conſortes deplorem. Ne cogatis me vt proloquar quæ hactenus rationis freno cohibitus apud meipſum occulta premo. Melius eſt vt nobis è medio ſublatis, eccleſiæ inter ſe conſentiant, quàm vt propter pueſilem eiuſmodi noſtram puſillanimitatem tãtum malum populis dei inferatur. Interrogate patres veſtros & annuntiabunt vobis, quod etiam ſi loci E
ſitu diuiſæ inter ſe viſæ ſint parœciæ, tamen veluti coronamento quodam vnitæ, vnáque ſentẽtia gubernatæ fuerunt. Aſſidua quidem fuit populi inter ſe commixtio: ipſi vero paſtores tanta præditi fuerunt mutua charitate, vt alius alio in negotiis domini pro præceptore ac duce vſi ſint.

Ad epiſcopos curæ ſuæ commiſſos, ne pecuniæ gratia manus cuiquam imponant, Baſilius Magnus.

LXXVI.

ABſurditas rei, de qua ſcribo, animum quidẽ meum mœſtitia repleuit: propterea quòd omnino in ſuſpicionem abiit & rumore percrebuit, hactenus tamen res mihi neutiquam credibilis viſa eſt. Quod igitur de illa ſcribo, medicinæ loco ſit, ſi quiſquam ſibi malè conſcius eſt. Qui ſibi ve- F
ro nihil huius eſt conſcius, ei ſit vice amuleti quo ſe præmuniat à vitio. Si quis autem hanc rem ſuſque déque ferat, id quod in vobis deprehendi nolim, illi ſit pro conteſtatione. Quid eſt autẽ quod dico? Feruntur quidam ex vobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniam, idque quod peius eſt pietatis nomine palliare. Duplo nanque puniendus venit, qui prætextu boni quod malum eſt facit, cum quòd operatur quod bonum nõ eſt, tum quòd ad perficiendum peccatum bono, vt dicitur vtitur cooperario. Hæc ſi ita habeant, poſthac non fiant ſed emendentur. Alioqui neceſſariò dicetur ad accipientem pecunias, quod ab Apoſtolis ad eum dictum eſt, qui pecuniam dare volebat, vt cõ-

municatiooem emeret ſpiritus ſancti videlicet, ar
gentum tuum tecum ſit ad perditionem. Leuius
enim deliquit, qui propter inexperientiam eme-
re volebat, quàm qui iam donum dei vendit. Au-
ctio nanque eſt. Etſi, quod gratis accepiſti, vendi.
deris. Tanquam Satanæ venũdatus, dei gratia pri-
uaberis. Cauponis enim ritu quæſtum rebus ſpiri
talibus infers, & eccleſiæ, vbi corpus nobis & ſan
guinem Chriſti concreditum habemus. Iſta ad
hunc modum fieri non debent. Quæ vero ſit hic
impoſtura dicam. Putãt ſe nihil deliquere, quod
oon ante, ſed poſt manuum impoſitionem pecu-
niam accipiunt. At pecuniam accipere, accipere
A eſt quaudocũque fiat. Hortor itaque vt quæſtum
hunc, imò tranſitum ad gehẽnam, declinetis: nec
manus tali lucro polluẽtes indignos voſipſos ad
tractandum ſancta myſteria conſtituatis. Ignoſci-
te autem mihi: Primum quidem rumori iſti fidẽ
non dedi: poſtea vero tanquam perſuaſus iotermi
nor. Si quis poſt hanc epiſtolam meam tale quid
deſignauerit, cum noſtris hic altaribus nihil habe
bit commune, ſed quæret vbi dooum dei coẽmp-
tum denuò vendere queat. Nos enim & eccleſiæ
dei talem conſuetudinem noo habemus. Ceſſa-
bo, ſi adhuc vnum adiecero. Propter auaritiam i-
ſta fiunt. Auaritia vero, malorum omnium radix
eſt, & idololatria vocatur. Ne velitis igitur modi-
cæ pecuniæ gratia idola Chriſto præferre, neque
Iudam ſectantes, queſtus gratia ſecundo illũ pro-
dere, qui ſemel pro nobis cruci eſt affixus. Alio-
qui & ipſi agri, & manus eorũ qui hoſce fructus
metunt, aceldama vocabuntur.

Animaduerſio in Simoniacos Baſilio prorſus digna.

Simoniaci Iudæ aſſeclæ.

Ager ſanguinis, Syrà ...

Traoſmarinis epiſcopis Baſilius Magnus.

B LXXVII.

MAgno deſiderio congreſſum veſtrum expe
tenti, ſemper impedimenti aliquid accidit,
vnde prohibeor ne voti compos euadam. Aut e-
nim corporis imbecillitate impedior, quam pla-
nè haud ignoratis, quanta mihi ſit à prima ætate
ad iſtam vſque ſenectam, vna mecum educata, ne
que iuxta iuſtum dei iudicium qui omnia ſapiẽter
diſponit, caſtigans & erudiens, aut ſolicitudo nos
eccleſiarum, vel certamina quibus reſiſtendũ eſt,
veritatis ſermonem impugnantibus, remorantur.
Quo circa in hunc vſque diem in multa triſtitia &
mœſtitia dego, ſciens quòd ope veſtra deſtituor.
Ego enim quoniã audiui à deo, qui ob id per car-
nem nos acceſſit, vt & factorum ſuorum exem-
plis vitam noſtram inſtrueret, & voce ſua euange
liũ regni nobis annuntiaret, quod dixerit, In hoc
cognoſcẽt omnes meos vos eſſe diſcipulos, ſi mu
tuam inter vos charitatem habueritis, & quòd pa
cem ſuam, veluti extremum munus, diſcipulis ſuis
cum iam diſpenſationem quam in carne obibat
abſoluturus eſſet, reliquerit dicens. Pacem relin-
quo vobis, pacem meã do vobis, non poſſum mi-
hi ipſi perſuadere, quod ſine mutua charitate, &
C niſi quãtum in me eſt paci erga quoſuis ſtudeam,
ſeruus Ieſu Chriſti dignè vocari queam. Multum
iam temporis expectaui an aliquando & à veſtra
dilectione aliqua noſtri habeatur ratio. Nõ enim
clam vobis eſt, quod publicè quibuſuis expoſiti,
velut eminentes maris ſcopuli furias hæreticorũ
fluctuum excipimus, qui vbi nobis illiſi infringũ-
tur, quæ retro nos ſunt haudquaquam redundant
aut alluunt. Quando vero de nobis dico, non ad
humanas vires refero, ſed ad gratiam dei, qui in
mortalium imbecillitate potentiam ſuam decla-
rat, quemadmodum propheta ſub perſona domi
ni loquitur, dicens. An me non timebitis, qui are
nam mari terminum poſui? Arena nanque, re om
nium infirmiſſima, & nullius momenti, amplitu-
dinem ac magnam molem maris cohibuit potẽs
deus. Cum itaque ad hunc modũ habeant res no
ſtræ, debebant cõtinuè à veſtra dilectione ex ſyn
ceris fratribus aliqui mitti, qui nos adflictos & op
preſſos inuiſerẽt, & multo crebrius amicæ ad nos
veſtræ deſtinari literæ, quibus vel in propoſito D
confirmaremur: vel ſi qua in re offendimus, cor-
rigeremur. Non enim negamus innumeris nos
erroribus obnoxios eſſe, cum homines ſimus &
in carne viuamus. Verum quoniam ſuperiori tẽ-
pore fratres colendiſſimi vel quia quid ex deco-
ro faciendum fuerit ignoraſtis, debita oobis ob-
ſequia exhibita non ſunt: vel quia quorundam
malitia factum eſt, vt in calumnias quibus tradu-
cimur abrepti & præoccupati iodignos nos ami-
ca viſitatione iudicaueritis: ecce iam literis vos i-
pſi prouocamus, & cauſas huius quæ nobis adſcri
buntur fatemur, parati veſtram hac in re inſtitu-
tionem amplecti: hoc tantum orantes, vt ſi quos
admiſeritis qui nos traducant ac vituperent, in
conſpectum noſtrum coram veſtra pietate con-
ſtituantur. Nos enim ſi conuincamur, peccatum
noſtrum agnoſcemus, & vobis poſt eam repre-
henſioneoi, à domino non imputabitur, ſi com-
munionem noſtram tanquam peccatorum decli
naueritis, deinde, & præmium habebitis, ſi nos re
prehenderitis, vt qui occultam noſtram malitiam E
patefeceritis. Si vero antequam communicamur
nos condemnaueritis, nos quidem nihil inde di-
ſpẽdij accipiemus: propterea quòd omnium pre-
tioſiſſimum bonum noſtrum charitas videlicet,
qua erga vos præditi ſumus, lædi nequit: vos au-
tẽ, & hoc ipſum nobis amiſſis patiemini, & euan-
gelio repugnare videbimini, dicenti: Nũ lex no-
ſtra iudicat hominem, niſi primum audierit cog-
noueritque quid faciat? Qui vero calumoias no-
bis quidem offundit, non autem quæ dicit certo
probat, videbitur ſibiipſi mali nominis accerſere
appellationem, ex eo, quod verbis iniquè & ab-
ſurdè vtitur. Quo nãque alio nomine delatorem,
vocare conueniet, quàm ea appellatione quam
ex re ipſa cui ſtudet, ſibi ipſe imponit? Neque igi-
tur qui nos vituperat, diabolus ſit, ſed accuſator:
imò neque accuſatoris nomen accipiat, ſed frater
ſit, in dilectione nos admonens, & ad emenda-
tionem reprehenſionem noſtri inducẽs, nec vos,
auditores ſitis conuiciorum, ſed redargutionum
probatores, & examinatores, neque nos ſine re- F
medio relinquamur, nondum patefacto nobis
quid deliquerimus. Nolim enim vos hac teneri
cogitatione, qua dicatis. Quoniam loca tranſma-
rina inhabitamus, extra periculum ſumus earum
adflictionum quæ complures occupant: neque
opus habemus aliorum auxilio. Itaque quid pro-
derit nobis vt cum alijs communicemus: Nam in
ſulas quidem dominus à continenti per maris in-
terſtitium diuiſit: inſulanos vero cum his qui tel-
lurem

Diabolus, id eſt dilator.

lucem continentem & firmam inhabitāt per charitatem coniunxit. Nihil nos, fratres, ſeparat, niſi animi propoſito ſeparationi cauſas robúrque demus. Vnus nobis eſt dominus, vna fides, ſpes eadem. Siue caput voſipſos vniuerſalis eccleſiæ reputatis, non poteſt pedibus dicere caput, non eſt mihi opus vobis: ſiue in reliquum vos eccleſiaſticorum membrorum ordinem locatis, non poteſtis nobis dicere, qui in eodem vobiſcum corpore conſtituti ſumus, non eſtis nobis neceſſarij. Nam & manus mutuam inter ſe operam neceſſariam habent, & pedes mutuo ſeſe firmant, & oculi per concordiam habent, quod obiecta clarè ac dilucidè apprehendunt. Nos quidem noſtram ip-

A ſorum imbecillitatem agnoſcimus & veſtram auide cōcordiam requirimus. Nouimus enim quòd etiam ſi corpore non adfueritis, precum tamē auxilio, magnum nobis grauiſſimis iſtis temporib' emolumentum adferre poteritis: vobis vero nec coram hominibus decorum erit, nec coram deo gratiæ quicquam conciliabit, ſi talibus volueritis vti vocibus quibus nec gentes, quæ deum nō nouerunt, vſæ hactenus ſunt. Nam & illas audimus, etiam vbi pro omni ſufficientia agrorum fructus demetunt, propter futurorum incertitudinē mutuum obſequium amica inuicem ſalutatione offerre, & mutuum commercium inter ſe, tanquam rem vtilem, ſectari. Nos vero, cum ſimus ea illis patribus, qui vel modicis indiciis conſortij ſymbola de terræ finibus ad fines vſque circumferenda, & quoſuis eiuſdem fidei pro ciuibus & familiaribus habendos eſſe putarunt, iam nos ipſos à reliquo orbe ſeparamus, & neque de ſingularita-

B te erubeſcimus, nec damni quicquam concordiæ diruptionem adferre putamus, neque horremus, quod in nobis formidanda domini prophetia adimpletur, qua dixit, quod propter iniquitatis abūdantiam refrigeſcet charitas multorum. Nolite fratres colendiſſimi, nolite hoc perpeti: ſed cum propter præcedentia nos literis pacificis conſolemini, & amicis ſalutationibus, veluti miti quadā ac blanda contrectatione pectoris noſtri hulcus quod ipſi nobis præterita noſtri negligentia inflixiſtis, mitigare, tum ſiue volueritis ad nos proficiſci, & per voſipſos infirma noſtra ſcrutari, an verè ita habeant vt auditis, vel ex falſis adiectionibus grauiora de nobis ſint ad vos relata delicta, fiat & hoc. Parati nanque ſumus obuiis manibus veſtrum excipere aduentum, nóſque ipſos diligēti ſiſtere examini, duntaxat in iis quæ fiunt ſuperiores habeat charitas. Siue veſtro iudicio locum quēdam deſignare placuerit, in quo & quod nos

C concernit viſitationis debitum implebimus, & quantum fieri poteſt noſtri experientiam offeremus, vt & præterita curentur, & nullus deinceps calumniæ locus relinquatur, per nos licebit vt & hoc fiat. Nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem, tamen donec ſpirare datur, noſtri eſt officij vt nihil omittamus eorum quæ ad eccleſiarum Chriſti ædificationem pertinent. Ne velitis igitur aſtutis nos rationibus hac quam petim' conſolatione fraudare, ne in eam nos neceſſitatē conſtituatis vt & aliis noſtrum reuelare dolorem cogamur. Nam hactenus, vt ſcitis, fratres mœſtitiam noſtram in nobis ipſis contegimus, pudore prohibiti, quo minus conſortibus noſtris procul diſſitis veſtram erga nos abalienationem ſignificemus, ne & illos tribulemus, & iis qui nos odio proſequuntur gaudendi occaſionem demus. Hęc ſolus quidem iam, attamen ex omnium Cappadociæ fratrum ſententia ſcripſi, qui me & hoc rogarunt ne quouis tabellione ad vos vtar, ſed virum mittam, qui quæcunque per epiſtolam aſſequuti non ſumus, veriti ne vltra competentem menſuram, ſermonem extendamus, ſua prudētia, quam ex gratia dei habet, ipſe ſufficiēter exequi valeat. Dicimus autem deſiderariſſimum ac religioſiſſimum fratrem & ſympresbyterum noſtrum Petrum, quem & in charitate complectemini, & cū pace ad nos, vt rerum ſecundarum ſit nuntius, ante veſtrum aduentum præmittere dignabimini. D

Exemplar fidei quam Baſilius Magnus prædicauit, cui Euſtathius epiſcopus Sebaſtiæ ſubſcripſit.

LXXVIII.

TAm illi, qui alia hactenus fidei confeſſione præoccupati, ad orthodoxorum iam vnitatē tranſire volunt, quàm qui nunc primum ad veritatis doctrinam & inſtructionem aſſumi deſiderāt, eam fidem docendi ſunt, quę in ſynodo Niceæ olim collecta à beatis patribus conſcripta eſt. Fuerit enim hoc vtile, aduerſus eos quoque, de quibus ſuſpicio eſt quod aduerſus ſanam doctrinam E contrario ſenſu afficiantur, & tamen malæ opinionis mentem ſpecioſis effugiis adumbrent. Nā & iſtis ſufficiet ſi ad hanc fidem vrgeantur. Aut enim emendabunt morbum quem in occulto habent: aut ſi profundius ipſum celauerint, ipſi quidem fraudis condemnabuntur: nobis vero facilē in diem iudicij parabunt defenſionem, quando reuelabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Conuenit igitur vt ſuſcipiantur, ſi ſe iuxta verba, quæ à patribus noſtris in Nicea ſunt expoſita, & iuxta intellectum qui ſane per verba illa ſignificatur, credere confiteantur. Sunt enim quidam qui in hac fide ſermonem veritatis dolo inuertant, & ad ſuam ipſorum ſententiam intellectum ac mentem verborū torqueant. Quandoquidem & Marcellus, impiè ſentiens cōtra perſonam domini noſtri Ieſu Chriſti, ac nudum illum eſſe verbum exponens, illinc auſus eſt ſe impietatis huius cauſas ſumpſiſſe prætexere, malè videlicet τῦ ὁμοουσίου coëſſentialis intel- F lectu expoſito. Et nōnulli ex illis qui impietatem Sabellij Libyci ſectātur, hypoſtaſin & vſiao idem eſſe arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blaſphemiam ſuam trahunt, quòd in ea fide ita ſcriptum eſt: Si vero quiſquam ex alia eſſentia, vel ſubſiſtentia filium eſſe dixerit, hunc anathemate ferit catholica & Apoſtolica eccleſia. Non enim idem eſſe dixerunt patres illi eſſentiam & ſubſiſtē tiam. Si enim voces iſtæ vnam ac eandem ſignificationem haberēt, quid alterutram ponere opus fuiſſet? Sed liquet ideo poſitas, quod alij quidem filium eſſe ex patris eſſentia negabant: alij vero &

ipſi non eſſe ex patris eſſentia filium dicebant: adiiciebant autem ex alia quoque eſſe ſubſiſtentia quadam, atque ita vtramque opinionem tanquam alienam à ſenſu eccleſiaſtico à ſanctis patribus reiectam eſſe. Alioqui vbi mentem ſuam ſimpliciter declararunt, ex patris eſſentia filium eſſe dixerunt, nec adiecerũt, & ex illius hypoſtaſi. Itaque Illud quidem ad reprobandum malũ ſenſum poſitum eſt: hoc vero declarationem habet ſalutaris dogmatis. Confitendum igitur eſt homouſion eſſe patri filium, quemadmodum in ſymbolo ſcriptum eſt: iuxta tamen & hoc confitendum eſt, quod in propria hypoſtaſi, id eſt perſona ſit pater
A in propria filius, in propria ſpiritus ſanctus, quẽadmodum & ipſi patres manifeſtè expoſuerunt. Satis enim hoc, & clarè oſtenderunt, vbi dixerũt, lumen de lumine. Nam aliud eſt lumen gignens, aliud quod gignitur. Lumen tamẽ & lumen vtrinque, ita vt vnum ſit & idem eſſentiæ verbum. Inſeramus vero fidem ipſam, quæ Niceæ conſcripta eſt. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, omnium tam viſibilium quàm inuiſibiliũ factorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, vnigenitum, ex patre vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum verum ex deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, cum quæ in cœlo, tum quæ in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, homo factus, & paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcẽdit ad cœlos, venturus ad iudicandum viuos ac mortuos.
B Et in ſpiritum ſanctum. Eos vero qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequam naſceretur non erat, & quoniam ex non exiſtentibus factus eſt, aut ex alia hypoſtaſi, aut ſubſtantia eſſe dicunt, vel mutabilem aut alterabilem, filium dei tales anathemate percutit catholica & Apoſtolica eccleſia. Quoniam igitur in hac fide reliqua quidem ſatis diligenter determinata ſunt: alia ad correctionem noxiorum, alia ad pręmunitionem contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt: ſentẽtia vero de ſpiritu ſancto in tranſcurſu ſine omni diligentia poſita eſt, propterea quòd nondum mota eſſet iſta quæſtio, ſed adhuc credentium mentibus ſecurus ac nullis obiectus inſidiis, ineſſet de ſpiritu ſancto intellectus: paulatim vero perverſa impietatis ſemina ſeſe exeruerunt: quæ primum quidem ab Ario hæreſis autore ſeminata, poſtea vero ab illis, qui impia Arij commenta ſuſceperunt ad perniciem eccleſiarum nutrita ſunt, & ipſa impietatis ſeries ac ratio, ad blaſphemiam contra ſpiritum ſanctum reſpexit, neceſſarium eſt, vt aduerſum eos qui ſibi ipſis non parcunt, nec ineuitabiles minas proſpiciunt, quas in blaſphema-
C tores ſpiritus ſancti dominus vibrauit, hoc cautionis protendatur, vt anathematizẽt ipſi eos qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt, etiam eos qui id cogitant, & qui non confitentur illum natura ſanctum eſſe, ſicut natura ſanctus eſt pater & natura ſanctus eſt filius, ſed alienum illum à diuina & beata natura faciunt. Eſt autem declaratio recti ſenſus in eo, ſi à patre & filio non ſeparetur. Oportet enim baptizari nos, iuxta quod à domino accepimus, & credere ſicut baptizamur: glorificare vero patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quemadmodum credidimus. Et poſteaquam hac in re conuenit, oportet ſimul communionem eorum fugere qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt, tanquam apertè illum blaſphemantium. Eſt enim neceſſaria ſubſignatio propter calumniatores, quę hoc habeat, quod neque ingenitum ſpiritum ſanctum, vnum enim nouimus ingenitum, & vnum, eorum quæ ſunt, principium, patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, neque genitum dicimus, vnum enim eſſe vnigenitum in fidei traditione didicimus: ſpiritum veritatis autem, ex patre procedere edocti, ex deo ſine creatione eſſe D confitemur. Anathematizare vero oportet & eos qui ſpiritum ſanctum adminiſtratorium & ſeruilem ſpiritum eſſe dicunt: ita vt per eam vocem illum in ordinem creaturarum deiiciant. Adminiſtratorios nanque ſpiritus creaturas eſſe ſcriptura nobis tradidit, dicens, quòd omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. Propter eos autem qui omnia confundũt, nec doctrinam euangelij cuſtodiunt, neceſſarium eſt & hoc nominatim aſtipulari vt fugiatur, & ij qui ordinem à Chriſto datum inuertunt, tanquam apertè veritati repugnantes, & filium patri, ſpiritum ſanctũ vero filio præponunt. Immotum enim & intactũ cõſeruare conuenit perſonarum ordinem, quem ex ipſa domini voce accepimus, qui dixit, profecti, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Euſtathius epiſcopus tibi Baſilio. Legi, agnoui, & probaui hæc præſcripta. Subſcripſi autem cum his qui mihi aderant fratribus, Phorrone & chorepiſcopo Seuero atque alijs nonnullis clericis. E

Margin notes: *τὸν ἐκ τοῦ ὄντος λόγον.* *Symbolum Nicæ.* *ὁμοούσιον.* *Nota Arianiſmum.* *Ante Nicenam Synodum de ſpi. ſancto nondum exorta hæreſis.* [illegible] *Λειτουργικόν.* *Eccle. 3.*

Euſtathio epiſcopo Sebaſtiæ Baſilius Magnus.

LXXIX.

TEmpus eſſe tacendi & tempus loquendi, ſermo eſt Eccleſiaſtæ. Et nunc igitur, quoniam abundè ſat ſilentij hactenus præceſſit, opportunũ deinceps erit vt ad patefactionem eorum quę ignorantur os noſtrum aperiamus. Quandoquidẽ & magnus ille Iob multo quidem tempore calamitates ſuas cum ſilentio tulit, hoc ipſo animi fortitudinem declarans: quod in moleſtiſſimis adflictionibus conſtans perdurauit: iam quando ſufficienti cum ſilentio agonem illum admirabilem pertulerat, inq; imo pectore dolorem perſeuerãter preſſerat, tum tandem ore aperto ea loquutus eſt quæ omnibus nota ſunt. Et nobis igitur iam in tertium vſque ſilentij annum imitabilis viſa eſt prophetæ gloriatio illa, qua dicit, Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris F noſtri dolorem quem nobis incuſſit calumnia incluſum tenuimus. Vere nanque calumnia virum humiliat, calumnia pauperem conturbat.
Si ergo tantum eſt calumniæ malum, vt & perfectum iam (perfectum enim appellatione viri ſignificat iſta parœmia) è ſublimi deiiciat cõturbẽtque pauperẽ, hoc eſt, qui magnorum adhuc dogmatum indigus eſt, quemadmodum & prophetę

videtur

videtur dicenti, forſan pauperes ſunt, & propterea non audiunt. Ibo ad optimates, vbi pauperes vocat intelligentia carentes: vnde liquet quòd eos, qui iuxta internum hominem nondum abſoluti nec perfectæ ætatis menſuram aſſequuti ſunt, conturbari & iactari parœmia dicat. Attamen ſilentio res triſtes ferendas eſſe putaui, fore ratus vt ipſis aliquando operibus veritatem edocentibus nonnihil corrigantur. Neque enim ex mali-
A tia aliqua ſed per ignorantiam talia contra nos dici arbitrabar. Quoniam vero inimicitiam vnà cum ipſo tempore magis inualeſcere video, & aduerſarios meos ab iis quæ initio ſparſerũt nihil immutari, nec aliquam impendere curam, quo præteritis medeatur, ſed magis illa repetendo obfirmare, & ad ſcopum quem ſibi ipſis initio præfixerunt, compoſito greſſu contendere, vt & vitam noſtram adfligant, & nominis noſtri opinionem apud fratres callido commento polluãt, iam mihi non videtur tutum vt ſilentio me cohibeam amplius: ſed ſubit animum meum illud Eſaiæ dicentis. Silui, num ſemper ſilebo, & feram: patiens fui vt parturiens loquar. Vtinam autem & mercedem ſilentij aſſequamur, & potentiam quandam redarguendi recipiamus, vt dum eos qui nos vituperant redarguimus, acerbum illum adobruentis nos mendacij torrentem exiccemus, quò & nobis dicere liceat, torrentem pertranſiuit anima noſtra. & illud, Niſi dominus fuiſſet in nobis, cum inſurgerent homines in nos, vtique viuos abſorbuiſſent nos. Ego ſanè, poſteaquam multum temporis vanitati impendiſſem,
B & omnem propè iuuentutem inani ſtudio attriuiſſem quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à deo ſapientiæ diſciplinis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex graui ſomno expergefactus, ad euangelicæ veritatis admirabile lumen reſpexi, agnouique inutilitatem ſapientiæ principum huius ſeculi, qui abolentur, deplorata plurimum in miſerabili mea vita, ductorem mihi dari optabam qui ad pietatis me dogmata introduceret. Et cum primis hoc mihi curæ, vt morum correctionem aliquam inſtituerẽ, quos per diuturnam conſuetudinem, cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque euangelio, animaduerſoque illic, quòd plurimum occaſionis & momenti adferat ad perfectionis ſtudium, ſi quis bona ſua vẽdat, deque illis egenis fratribus communicet, & prorſus nulla teneatur vitæ iſtius cura, nec patiatur mentem ſuam aliqua rerum præſentium affectione turbari, optabam dari aliquem ex fratribus, cui iſtud vitæ genus arrideret, quo vnà cum profundum vitæ huius pelagus ſuperare liceret. Inueni ſanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Aegyptum, deinde & alios in Palæſtina, & in Cœloſyria &
C Meſopotamia, quorum admiratus ſum cum in ſeruanda diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obſtupui precandi vigorem & conſtantiam, cum obſeruarem quo pacto nec ſomno victi, nec aliqua alia naturæ neceſſitate deflexi, ſublimem ſemper & inuictum animi ſenſum in fame & ſiti, in frigore ac nuditate ſeruarent, nec corporis rationem habentes ipſi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi ſuſtinentes: ſed quaſi in aliena carne degerent, ipſo opere oſtendentes, quid ſit in rebus huius vitæ peregrinum eſſe, & conuerſationem in cœlo habere. Cum illa admirarer, vitamque virorum illorum ob id beatam iudicarem, quòd ipſo opere ſe mortificationem Ieſu circumferre declararent: cupiebam & ipſe, quantum mihi poſſibile eſſet, illos æmulari. Huius itaque gratia vbi videbam quoſdam in patria mea illorum inſtitutum ſectari cœpiſſe, commoditatem aliquam reperiſſe me ratus, inuiſibilium animi affectuum in D
iis quæ videri poſſunt experimentum cœpi. Quoniam igitur quæ in vnoquoque noſtrum occulta ſunt, cognoſci nequeunt, ſatis indicij ad declarandam animi humilitatem eſſe putaui, ſi humi veſte induerer, ſufficeréque mihi ad faciendam eius rei fidem, craſſum & rude pallium, & zonã: & è rudi corio calceamenta. Et licet multa eſſent, quæ me ab illorum conſuetudine auocarent, non acquieſcebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ laborum tolerantem præferre: ſed magis propter conuerſationis admirabilem & inuictam rationem zelotypia quadam erga illos tenebar, vnde & cum dogmatum gratia accuſarentur, delationes haud admittebam: quamuis multi illos non rectas habere de deo opiniones, ſed autoris hæreſis eius quæ nunc eſt diſciplinæ ſubditos, illius clanculum ſpargere dogmata, aſſererent: quæ quia ipſe nunquam ex illis audieram, pro calumniatoribus habebam qui ea referebant. Poſteaquam vero ad gubernandam eccleſiam vocati ſumus, qui nobis quaſi prætextu adiutorij & communionis agapen concernentis, additi ſunt cuſtodes & ſpeculatores, tacebo: vt ne videar vel me- E
ipſum traducere, quaſi qui nullam fidem habiturã pronuntiem: aut certè ſi perſuaderem inhumanitatis cauſam dare credẽtibus, quod & mihi ipſi propè accidiſſet, niſi me properè miſerationes dei præſeruaſſent. Nam parum aberat, quin erga quoſuis in id ſuſpicionis incidiſſem, vt putaſſem nihil in quoquam eſſe fidei: propterea quod animus meus ſubdolis quorundam actionibus perculſus erat. Attamen videbatur interea nobis aliquis eſſe prætextus eius neceſſitudinis, quã cum illis habebam. Contulimus vero ſemel atque iterum de dogmatibus: nec putauimus fugiendos eſſe vnà nobiſcum cõſentientes. Nam deprehendi nos vtrinque idem loqui de fide in deum, quod illi perpetuò ex nobis audierant. Licet enim reliqua vita noſtra digna ſit cuius gratia ingemiſcamus: de hoc tamẽ vno in domino gloriari auſim, quod nunquã falſas opiniones habuerim de deo: neque aliter ſentiendo animi poſtea iudiciũ mutauerim: ſed quàm à puero ſententiam de deo, à beata matre deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam iuſtis incrementis auctam & adultam in meipſo conſeruauerim. Non enim alias poſt alias matureſcẽte ratione aſſũpſi: ſed tradita ab F
ipſis principia abſolui, & ad perfectionẽ deduxi. Quemadmodum enim ſemen dum creſcit, maius quidem è modico redditur, idem tamen eſt quod antea non immutatum genere, ſed perfectum ex incremẽto: ita & mihi eandẽ ſententiam quidem ſuis auctam profectibus, non autẽ quæ nũc eſt, ei quæ ab initio erat, aduerſam eſſe arbitror. Expendat ergo ſuam ipſorũ quiſq; conſcientiã, memores ſint tribunalis Chriſti, an aliud vnquã ex nobis

audierint prꝗterquam quod iam dicimus, qui malæ nunc opinionis rumorem de nobis inuulgarunt, ſamoſiſque epiſtolis, contra nos ſcriptis omnium vbique auribus ingeſſerunt: vnde & nos ad iſtam apologiæ huius neceſsitatem adacti ſumus. Accuſamur enim blaſphemiæ in deum, neq; ſyngrapha aliqua, quã dederimus, nec per ea quæ ſine ſcripto oretenus publicè in eccleſiis dei diſputauimus conuicti. Sed neque teſtis aliquis inuentus eſt, qui ſe dicat impium quid ex nobis audiuiſſe, quod vel in obſcuro aliquo loco dixerimus. Vnde igitur condemnamur, cum neq; impij quicquam conſcripſerimus, neque dogma noxiũ ipſi concionati ſimus, nec domeſticis colloquiis eos qui nos conueniunt, peruertamus? O inanis fabulæ figmentum. In Syria, inquiunt, nonnulla quidam haud piè ſcripſit: tu verò ad illũ ante annos viginti & plures etiam, literas dediſti. Socius igitur es hominis: & quæ in illo reprehenduntur, tua quoq; ſint crimina. At ô homo veritatis amice, qui mendacium diaboli fœtum eſſe edoctus es, quomodo ſcis epiſtolam illam eſſe meam? Neque enim miſiſti vt cognoſceres: neque percontatus es, nec de me quidem qui tibi quod verum eſt aperire poſſum, veritatẽ edoctus es. Et ſi meæ eſſent literæ, vnde liquet volumen hoc quod nũc in manus tuas incidit, contemporaneum eſſe literis meis? Quis tibi retulit volumen illud eſſe annorum vigīti? Vnde & hoc clarum eſt, quod hominis illius ſit hoc volumen, ad quem hæc mea miſſa ſit epiſtola? Sit vero ille qui volumen hoc ſcripſerit, & miſerim ego ad illum literas meas, cõueniat & literis meis & illius volumini in ipſo quoque tempore: vnde probatur, quòd illud approbauerim, & in ſenſu cum illo mihi cõueniat? Percõtare teipſum. Sæpenumero nos vbi ad fluuium Iridem degebamus inuiſiſti. Cum mecum eſſet deo dilectiſſimus frater Gregorius, & ad eundem mecum vitæ ſcopum contẽderet, an audiſti tale quicquam, vel ſignificationẽ huius aliquam ſiue modicam ſiue magnam accepiſti? Aliquandiu in villa quæ vltra fluuij ripam eſt, apud matrem meam, inſtar amicorũ mutuò inter nos conuerſati ſumus, ac noctes atque dies colloquia miſcuimus: An hic deprehenſi ſumus cognatum aliquid cum hæreſi habere in animo? Cum beatum Siluanum pariter inuiſeremus, an non illo itinere de his rebus commentabamur? Enſinoæ vero, quãdo me Lampſacum cum pluribus compreſſuri epiſcopi aduocaſtis, non de fide erãt noſtri ſermones? Non per omne id temporis diſputanti mihi contra hæreſim præſto erant actuarij tui? Non mecum erant toto illo tempore germaniſsimi tui diſcipuli? Cum fratrũ contubernia inuiſerem, vnáque cum illis in precationibus pernoctatem abſque vlla contentione aſſiduè dicens & audiens quæ ad deum pertinent, an non euidentes illic animi cogitationúmque mearum notas & indicia exhibui? Qui fit ergo quod tanti temporis experientia, marcida adeò & imbecilli ſuſpicione minor eſſe videtur? Quem vero oportebat me animi mei præ te teſtem habere, quæ in Chalcedone nobis de fide dicta ſunt, & quæ ſæpenumero Heracliæ, & quæ antea in ſuburbio Cæſariæ, an non omnia conſona nobis, & omnia inter ſe concordantia fuerint? Niſi, vt dixi, quod in his quæ à nobis dicta ſunt, ex intelligẽtiæ profectu acceſſio quædam obſeruari poteſt, quæ certè non eſt immutatio ab eo quod peius, ad id quod melius ſit, ſed adimpletio defectus per additionem ſcientiæ. Quomodo neque hoc cogitas, quod in patrem non cadit peccatum filij, nec in filium peccatum patris, ſed quiſq; in ſuo ipſius peccato morietur? Mihi vero is, qui apud te accuſatur, nec pater eſt nec filius. Neque enim præceptor mihi fuit, neque diſcipulus. Quod ſi peccata eorum qui genuerunt, filiis imputanda ſunt: multo iuſtius eſt, vt Arij peccata diſcipulis ipſius imputentur. Et ſiquis Aetium hæreticum genuit, vt in caput illius filij quem genuit delicta redundent. Si vero iniuſtum eſt, vt illorum gratia quiſquam culpetur, multo profectò iuſtius eſt, nullam à nobis rationem exigi eorum quæ qui ad nos nihil attinent dixerunt, etiam ſi omnino peccauerunt, etiamſi quid ab illis ſcriptum eſt condemnatione dignum. ignoſcendum enim mihi eſt, quod fidem illis quæ de ipſis dicũtur non habeo. Quandoquidem certa de me experientia eorum qui nos accuſant calumniandi procliuitatem prodit & conuincit. Nam etiamſi ſeducti arbitratique me eiuſdem cum illis eſſe ſentẽtiæ qui verba illa Sabellij, quæ ipſi circumferunt, conſcripſerunt, in iſtam contra me calumnioſam detractionem deueniſſent: neque ſic tamen venia digni eſſent, abſq; euidentibus experimentis mox calumniis impetentes ac vulnerantes, eos qui neque conuerſationis aliquid cum ipſis habuerunt, ne dicam, & eos quoque quibus ſumma fuerunt amicitia deuincti, & quod hinc certò probatur, quàm non ducantur ſpiritu ſancto, qood falſas intra ſe ſuſpiciones alunt. Multa cura ac ſolicitudine opus eſt, multarúmque noctium perferẽdæ vigiliæ, ac multis lacbrymis quoque quærenda à deo veritas, ei qui fratris velit amicitiam abiicere. Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum aliquem morti ſunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & experti ſſimos quoſque ad cauſę tractationem aduocant, multúmque temporis inſumunt, nunc legis rigorem cõtuentes, nunc naturæ communionẽ ſuſpicientes, multúmque ingemiſcentes ad iudicandi neceſſitatem deplorantes, nemini non manifeſtum faciunt, quod non ex propria libidine ſed ex neceſſario legis miniſterio condemnationis inferant ſententiam: quanto oportebat maiore diligentia, cura, pluriúmque cõſultatione dignum reputari, ſi quis ſeſe à fratrum amicitia, iam longo tempore confirmata auellere conetur? Iam vna epiſtola, eáque ambigua (Neq; enim dices te illam ex certis ſubſcriptionis notis cognouiſſe, quum non eam quæ primũ ſcripta, ſed quæ poſtea transſcripta eſt in manus acceperis) ex vnis, inquam, literis, iiſque vetuſtis periclitatur inter nos amicitia. viginti nanque anni ab eo quod ad hunc virum aliquid ſcriptum eſt fluxere. Interea vero temporis neminem talem habeo propoſiti vitæq; meæ teſtem, atq; eos ipſos qui me nunc accuſando opprimunt. Verum epiſtola iſta nõ eſt ſeparationis huius cauſa. Alia eſt iſtius occaſio diſsidij, quã me quidem proferre pudet, quamq; perpetuò ſilẽtio preſsiſſem, niſi quæ iam acta ſunt neceſſariã mihi ad multorũ vtilitatem, propoſiti ipſorum patefactionem

ctionem feciſſent. Putarunt ſuaues iſti homines impedimento ſibi ad acquirendum potentatum noſtram fore communionem. & quoniam quadam fidei ſubſcriptione præoccupati ſunt quam nos illis protulimus, non quòd ipſi de illorũ ſententia hæſitaremus (fateor enim) ſed quod ſuſpicionibus, quibus apud complures fratres nobiſcum concordes laborabant, mederi cuperemus, ne quid ipſis ex ea confeſſione impedimenti ad hoc, vt ab iis qui nunc dominantur ſuſciperentur, videretur occurrere, communionem nobis denegarunt. Et pro ſeparationis huius cauſa litera- A rum iſtarum prætextum commenti ſunt. Euidentiſſimum vero eorũ quæ dico indicium eſt, quòd cum à nobis deficerent, accuſationéſque quas volebant contra nos fingerẽt, literas circunquaque ad omnes antequam ad nos, miſerunt. Septem nanque dies priuſquam in noſtras manus veniret, viſa eſt illorum epiſtola, & qui illam ab aliis receperant ad alios quoq; illam miſſuri erant. Nam ita inſtituerant, vt alius alij illam traderet, quo protinus in vniuerſam regionem diſtribueretur. Atque iſta mihi iam tum narrata ſunt ab iis, qui inſtitutum illorum manifeſtiſſimè nobis indicarunt. Decreuimus autem ſilendum eſſe, donec qui profunda reuelat, clariſſimis & irrefragabilibus indiciis conſilia illorum publicet.

Euſtathio medico Baſilius.

LXXX.

B EST quidem omnium veſtrum officium ſtudiúmque in benigno erga homines affectu repoſitum, quotquot artem medendi exercetis. Et quidem quiſquis artis iſtius veſtræ cognitionem cæteris prætulit ſtudiis quæ ad tuẽdam præſentem vitam faciunt, is mihi videtur decorum aſſecutus ſolertis iudicij, nec à decentis ſententiæ ſcopo aberraſſe longius. Siquidem, quę pretioſiſſima omnium eſt, vita, fugienda eſt ac doloroſa, niſi illam cum ſanitate cõiunctam habere liceat. Sanitatem vero ars veſtra ſuppeditat. At tibi maximè ambidextra eſt iſta ſcientia, latioréſque tibi ipſi benignitatis erga homines terminos conſtituis: dum non medendis duntaxat corporibus ſcientiæ iſtius gratiam adſtringis, ſed & de animarum languentium reſtitutione cogitas. Hæc dixerim, non ſolũ rumorem quem plurimi ſparſerunt ſequutus: ſed & ipſa experientia edoctus, quam ipſe cum ex multis aliis, tum præcipuè iam ex inenarrabili hoſtium noſtrorum malitia cœpi, quam inſtar fluenti contra vitam noſtrã exundantem præter opinionem diſpuliſti, moleſtámque hanc pectoris noſtri inflammationem larga conſolatoriæ diſputationis infuſione diſtraxiſti. Ego ſanè ad crebros & varios hoſtium noſtro- C rum aduerſum nos conatus reſpiciens, ſilendum eſſe & quæ inferuntur animo quieto toleranda putaui, nec reſiſtendum illis, qui mendacio muniti ſunt, peſſima ſcilicet armatura, quæ ſæpenumero per veritatis quoque occaſionem aciem ſuam impellit. Tu vero rectè feciſti, iubens ne veritatem prodam ſed redarguam calumniatores, ne dum aduerſum veritatem ſucceſſu potitur mendacium, quamplurimi perdantur. Videtur itaque mihi qui odium hoc inexcuſabile contra nos induerunt, haud diſsimile ab eo facere, quod habet Aeſopica fabula. Quẽadmodũ enim illa Lupum culpas quaſdã aduerſus agnũ producere facit, quaſi is turpe ſibi ac dedecoroſum fore putet, ſi præter iuſtam rationem interimat agnum, à quo nihil ſit læſus, vt tamen, licet omnẽ quæ ex adornata calumnia intenditur, accuſationem agnus placide diluat, nihilo magis lupum ab impetu ſibi temperare, ſed etiamſi iuſtis rationibus vincatur, dentibus tamen victorem peruincere: ita & qui odio noſtri non ſecus atq; rei honeſtæ ſtudent, turpe forſan putantes, ſi abſque ra- D tione nos odio perſequi videantur, cauſas odij contra nos & crimina fingunt. Nihil autem eorũ quæ contra nos feruntur conſtanter tuentur, ſed nunc hanc paulo pòſt aliam, & rurſus quoque aliam inimicitiæ cauſam aſsignant, atque ita nulla in re malicia illorum ſolidè conſiſtit: ſed mox atque ab hac intentata culpa reſiliunt, alij incumbunt, & rurſus illa neglecta, aliam apprehendũt, & ſi omnia de quibus me accuſant diluero, ab odio tamen haud recedunt. Tres deos prædicari à nobis cauſantur, iſtóque figmento multorum aures circunſonãt, nec ceſſant donec calumniam hanc credibilem faciãt. At pugnat pro nobis ipſa veritas, cum in genere aduerſus omnes: tum ſeparatim eos qui nos priuatim adoriuntur, dum oſtẽdimus, anathemate à nobis damnatum, quiſquis tres eſſe deos dixerit, nec pro Chriſtiano habendum eſſe iudicari. Sed vbi hoc andiũt, ad manum illis eſt contra nos Sabellius, & huius morbus in noſtro iactatur deprehendi ſermone. Et E aduerſum hanc iterum calumniam, conſuetum telum nempe veritatem obiicimus, oſtendentes nos talem hæreſim nihil minus atque Iudaiſmum auerſari. Quid ergo? An poſt tantos conatus fruſtra tentatos defatigati quieſcunt? Nequaquam. Sed nouandi ſtudium nobis obiiciunt, accuſationem contra nos texentes, ex eo quod tres confitemur hypoſtaſes. Hic cauſantur nos dicere, vnã eſſe bonitatem, & vnam potentiam, & vnam diuinitatem. Atque hoc extra veritatem non dicũt. Nam id dicimus. Verum culpandi gratia hoc dicunt, quod ſit cõtra ipſorum conſuetudinem, & ſcriptura non aſtipuletur. Quid ergo ad hoc dicimus? Non putamus æquum eſſe, vt quæ apud ipſos obtinuit loquendi conſuetudo, pro lege ac canone habeatur rectæ doctrinæ. Si enim ad probandam doctrinam rectam valet conſuetudo, licet & nobis omnino hac in re illos imitari. Stemus itaque arbitratu inſpiratæ à deo ſcripturæ, & apud quos inueniũtur dogmata diuinis oraculis conſona, illis omnino veritatis adiudicetur ſententia. Quid igitur habet iſta accuſatio? Duo F pariter in iſta ſunt aduerſum nos accuſatione obtecta. Vnum, quod diuidimus hypoſtaſes: alterum quod nullum eorum nominũ, quæ diuinam referunt maieſtatem, pluraliter numeramus, ſed vnam, ſicut dictum eſt, bonitatem & potentiam, & diuinitatem, & quæ talia ſunt omnia ſingulariter proferamus. Igitur ab hypoſtáſεων diuiſione alieni ſanè non erunt, qui perſonarũ ſubſiſtentiũ alterationem in diuina natura tradunt. Nõ enim veriſimile eſt, quod qui tres ſubſtãtias eſſe dicũt, non etiam tres dicant eſſe hypoſtaſeis. Hoc itaq; tantum

Aeſopi fabula nõ intempeſtiuè tracta...

Hinc aduerſus triũ deorũ profeſſores ſcripſit.

ἰουδαϊσμῷ.

Tres hypoſtaſes, Latinis tres pſonæ ſunt.

Cõſuetudo non præiudicat ſcripturæ.

Ἔγκλημα duplex Baſilij.

tantum ineſt iſti accuſationi, quod competentia diuinæ naturæ nomina ſingulariter prununtiamus. Verum paratam habemus ad hoc & manifeſtam rationem. Quiſquis enim vnam docentes diuinitatem condemnat, neceſſariò multas, vel protſus nullam tradenti aſtipulabitur. Impoſſibile nanque eſt, vt præter ea aliud quid excogitetur. At vt multas dicamus, diuinæ inſpirationis doctrina non admittit. Siquidem vbi diuinitatis meminit, ſingulariter mentionem illius facit dicens. A Quoniam in ipſo habitat ominis plenitudo diuinitatis. Et alibi. Inuiſibilia nanque illius à creatione mundi ex operibus intellecta peruidentur, ipſaque æterna eius virtus & diuinitas. Cùm ergo numerum diuinitatum ad multitudinem extendere, eorum rãtum ſit, qui errore multorum deorum ægreſcunt, ac laborant: prorſus verò in vniuerſum negare diuitatem eorum ſit qui nullum cenſent eſſe deum, vt impij: quamobrem nos traducimur, ob id quod vnam confitemur diuinitatem? Verum manifeſtius aperiunt ſermonis huius ſcopum. Nam in patre quidem ſerendum, vt deus eſſe dicãtur, & filiũ ſimiliter diuinitatis nomine honorandum eſſe, conſentiunt: ſpiritum vero & patri & filio connumeratum per diuinitatis vocabulum vnà cum patre & filio intelligẽdum & complectendum nolunt: ſed à patre ad filium vſque diuinitatis potentiam terminãdam, naturámque ſpiritus à gloria diuina ſegregandam eſſe contendunt. Reſpondendum itaq; nobis eſt & ad iſtam ſententiam quàm poterimus breuiſsimè. Quæ eſt ergo noſtra ratio? Cum ſalutarem fidem diſcipulis ſuis quos ſermone inſtruebat cõmendaret dominus patri ac filio, coniunxit ſpiritum ſanctum. Quod autem ſemel coniunctũ eſt, B perpetuò coniunctum eſſe dicimus. Non enim poterit in reliquis ſeparari, quod in aliquo coniunctum eſt. In potentia autem viuificandi, per quam ex corruptibili hac vita ad immortalitatem natura noſtra tranſmutatur, vna cum patre & filio potentia comprehenditur & ſpiritus ſancti: quemadmodũ & in aliis multis, vtpote vbi deus vocatur bonus, ſanctus, æternus, ſapiens, rectus, princeps, potens, & in aliis omnibus vbique vnde clarum eſt quod in omnibus nominibus illis quæ quod potius eſt concernunt, inſeperabilem habeat coniunctionem. Arbitramur itaque meritò quia in tantis tamque ſublimibus & quæ dei maieſtatem addecent, notionibus ſiue notificatiuis nomenclaturis, nihil quod patri ac filio cõiunctũ eſt, vlla in re ſeparari debere. Neq; enim ſcimus aliquam eorum nominum quæ de diuina natura intelliguntur, quod ad potius vel minus attineat, differentiam, ita vt execrandum ducamus, quòd qui inferiorum nominum communicationẽ ſpi- C ritui ſancto concedunt, ſublimioribus indignum iudicãt. Omnia nanque deo competẽtia tam cogitata quàm nomina, eiuſdem inter ſe ſunt conditionis, eo quòd circa ſubiecti ſignificationem nihil habent diſcriminis. Non enim mentis cogitationem ad aliud ſubiectum ducit appellatio boni, & ad aliud, ſapientis, potentis, & iuſti: ſed quæcunque huiuſmodi nomina protuleris, vnum eſt perpetuò, quod ſignificatur. Etſi deum dixeris, eundem ſignificaſti quem & in reliquis omnibus cogitaſti. Si vero omnia ea nomina quæ de diuina dicuntur natura, eiuſdẽ inter ſe ſunt potentiæ: propterea quòd ſecundum ſubiecti demonſtrationem, licet ſecundum aliam atque aliã ſignificationem inter ſe varient, ad idem tamen mentis noſtræ cogitationem ducunt, quæ eſt illa ratio, propter quam, cum in aliis nominibus cõmunicationem ſpiritui ſancto cum patre ac filio concedamus, in ſola illum diuinitate ſegregare debeamus? Omnimoda nanque neceſsitas hoc vrget, vt vel in iſta communionem illi demus, vel D in reliquis quoque denegemus. Si enim in illis communione dignus eſt, planè neque in iſta indignus haberi debet. Si vero minor eſt ſpiritus ſanctus, vt iſti putant, quàm vt in diuinitate illi cum patre & filio concedenda ſit communio, neque reliquorum cuiuſquam nominum deo competentium participatione dignus erit. Nam ſi expendantur huiuſmodi nomina, & inter ſe conſiderata cuiuſque ſignificatione conferantur, nihil ab appellatione dei minus habere differréq; deprehendentur. Argumentum huius eſt, quòd appellatione dei multa ex inferioribus quoque cognominantur. Imò non veretur diuina ſcriptura æquiuocationem iſtam abſimilibus ac diſſentaneis rebus attribuere, quando idola appellatione dei denominat. Dij enim, inquit, qui cœlum ac terram non fecerunt tollantur, & ſub terram abiiciantur. Et omnes dij gentium, inquit, dæmonia ſunt. Et mulier illa Pytonica quæ Saülem ab inferis incantationibus ſuis euocauit, cum videret animas, quæ requirebantur, deos ſe videre dicebat. Quin & ipſe Balaam augur cum eſſet ac diuinator, pérque manum vaticinia ferret, vt ſcriptura refert, ac dæmoniacam ſibi doctrinam per augurandi curioſitatem ac ſuperſtitionem comparaſſet: deum tamen conſuluiſſe à ſcriptura traditur. E Et multa huiuſmodi ex diuinis collecta ſcripturis produci poſſunt: vnde probatur, nomen dei præ reliquis appellationibus ad deum pertinentibus nihil habere præcipui, quod &, vt diſi, de diſſentaneis æquiuocè dici deprehendimus. Sancti vero & incorrupti, & recti, boníque nomina, nuſquam illis quibus haud oportet, communicari per ſcripturam edocti ſumus. Itaque ſi in iis quæ de ſola præcipuè diuina natura piè dicuntur, patri ac filio conſortem eſſe ſpiritum ſanctum haud contradicunt, quanam ratione aſtruere nituntur, in eo ſolo illum non eſſe conſortem, cuius communio declarata eſt iuxta quandam æquiuocationis rationem & dæmonibus eſſe & idolis? Sed dicunt appellationem dei hoc habere, vt naturam dei exprimat. Spiritus ſancti vero naturam cum patre ac filio cõmunicare non poſſe: atq; hac ratione illi neque nominis huius conſortium cõpetere. Oſtendant igitur quibus argu- F mentis naturæ differentiam agnouerint. Si enim in ſeipſa diuinam contemplari naturam poſsibile fuiſſet, quid illi videlicet propriũ, quid alienũ ſit, non opus eſſet omnino ex apparentibus, ſiue verbis ſiue aliis indiciis eius quod quæritur cognoſcere veritatẽ. Quoniam autẽ illa cõtemplatione quidẽ eorum quæ inquirũtur ſublimior eſt: ex indiciis verò quibuſdã, de noſtrã fugientibus recordationẽ iudicamus, planè neceſſarium eſt, vt per operationes ad ſcrutandũ diuinã naturam veluti manuducamur. Itaq; ſi viderimus inter ſe differre

patris

patris & filij & ſpiritus ſancti operationes, naturas quoque operantes ex operationum alteratione inter ſe differentes eſſe coniiciemus. Nequit enim fieri, vt ſecundum naturæ ratione diſſidentia in forma ac ſimilitudine operationum inter ſe concordent. (Neque refrigerat ignis neq; calefacit cryſtallus) ſed propter naturarum differentiam diuerſæ ſunt inter ſe & quæ ab illis fiũt operationes. Patris vero & filij & ſpiritus ſancti cum

A nulla in re differens quid aut diuerſum babeant operationes, neceſſe eſt vt propter operationis ſimilitudinem naturæ colligatur vnitas. Sanctificat, viuificat, illuminat, conſolatur, & omnia huiuſmodi ſimiliter operatur, & pater & filius, & ſpiritus ſanctus. Et nemo peculiariter poteſtatem ſanctificandi tribuat ſpiritui ſancto, cũ audiat ſeruatorem in euangelio de diſcipulis ad patrem dicẽtem, Pater ſanctifica eos in nomine tuo. Similiter & reliqua omnia æquè in iis qui digni ſunt, fiunt à patre & filio & ſpiritu ſancto: Omnis gratia & virtus, moderatio, vita, cõſolatio, ad immortalitatem tranſmutatio, in libertatem tranſlatio, & ſi quod aliud eſt bonum, quod ad nos vſq; pertingit. Quæ vero circa nos eſt rerum moderatrix diſpenſatio, tã in intelligibili ſiue ſpirituali quàm ſenſibili creatura, ſi quid de excellentibus per ea coniiciendum eſt, quæ in noſtram cadunt notitiã: neque ipſa extra operationem & pontentiam & ſanctiſsimi ſpiritus, vnde quiſque iuxta ſuam dignitatẽ & vſum neceſſariũ participat. Licet enim ſenſibus noſtris obſcura ſit eorum quæ noſtram exuperant naturam tractatio ac diſpoſitio: ex or-

B dine tamen ac ſerie rerum veriſimilius quiſquam per ea quæ nobis nota ſunt, & in illis efficacem ſpiritusſancti potentiam quàm ab excellentiũ rerum œconomia abalienatam eſſe animaduerterit. Nam ſi quis hoc dixerit, nudam & apertam blaſphemiam & nulla ratione tectam vel cõcinnatam abſurditatem incurret. Qui vero animaduertit & conſentit, quod & ea quę ſupra nos ſunt, ſimul cum patre & filio ſpiritus ſancti quoq; potentia diſponantur, luculento indicio, obſeruatis quæ in propria ipſius vita geruntur, de iſtis etiam affirmat. Operationis itaque ſimilitudo in patre & filio & ſpiritu ſancto, manifeſtè per omnia ſimilem & eandem illis eſſe naturã declarat. Quapropter diuinitatis nomen etiamſi naturæ ſignificationem haberet, & ſpiritui ſancto iſtam propriè competere appellationem ipſa probaret eſſentiæ commnnio. At ignoro quo pacto ad naturæ ſignificationem vocabulnm dei trabant, qui omnia ſic aſtruunt, quaſi à ſcriptura non audiuerint, quod in naturam electio non cadat. Moſes autem in deum Aegyptiorum electus ac conſtitutus eſt: ita ad illũ dicente diuino oraculo. Quoniam deum te dedi Pharaoni. Poteſtatis itaque a-

Moſes, Pharaoni datus in deum.

C licuius ſiue ſacrorum ſiue adminiſtrationis mundanæ ſignificationẽ vocabulum hoc adfert. Natura vero diuina vt in ſeipſa eſt, nullis nominibus, quæcunque excogitari poſſunt, exprimitur: ſed, vt nos arbitramur, ignota & abſcondita manet. Quod enim beneficus dicitur deus, & iudex & bonus, ac iuſtus, & quæcunque alia huiuſmodi de illo didicimus, his omnibus operationum illius differentiam edocti ſumus. Operantis autem naturam haud quaquam per operationum conſiderationem cognoſcere poſſumus. Nam ſi quando ratio cuiuſuis iſtorum reddenda eſt nominum, deinde & naturæ, quæ per iſta nomina exprimitur, non eadem poterit vtriuſque ratio aſsignari. Nam quorum ratio non eſt eadem, horum & natura differens eſt. Aliud igitur eſt ipſa ſubſtantia ad cuius ita ſignificationem exprimendam verbum aliquod inuentum eſt: alia vero nominum ipſam propter operationem aliquam vel dignitatem cõcernentium. Ex nominum itaque com- D municatione nullam prorſus operationibus ineſſe differentiam inuenimus. Et diuerſæ naturæ nullam, vt dictum eſt, deprehendimus, euidentem demonſtrationem, ob id quod ex operationum ſimilitudine, naturæ quoque communicatio & vnitas intelligenda datur. Siue igitur diuinitas operationis nomen eſt, vt vnam dicimus eſſe patris & filij & ſpiritus ſancti operationem: ita vnam quoque dicimus eſſe diuinitatem, ſiue iuxta multorum opinionem, naturam ipſam exprimit diuinitatis nomen: quoniam nulla in natura deprehenditur diuerſitas, non immerito vnius & eiuſdem diuinitatis ſanctam definimus eſſe trinitatem.

Ad eundem Baſilius Magnus.

LXXXI.

SI quid vtilitatis habent literæ noſtræ, nullo non tempore nobis ſcribas, noſque ad ſcribẽdum excites. Nos enim cum primis alacrio- E res ac ſuauiores reddimur, vbi virorum prudentum ac dominum diligentiũ epiſtolas adepti fuerimus. An vero & ipſi aliquid apud nos quod operæpretium ſit inuenturi ſitis, veſtrum eſt ſcire, qui literis noſtris potimini. Itaque niſi multitudine negotiorum auocati eſſemus à lætitia quam ſcribendi perperiſſet aſsiduitas, vtique non abſtinuiſſemus. Vos vero quibus minus eſt curarum, quoties fieri poteſt, literis nos obuallate. Nam & puteos aiunt ſi crebrò exhauriãtur meliores reddi. Videntur autem admonitiones tuæ ex arte medendi productæ in ſuperuacaneum vſum abire: propterea quòd nos ferrum haud admittimus: ſed à nobis ipſis excidimus vt quæ inferuntur vitemus. Eſt ergo Stoici quidem ſermo, quo dicit, Quoniam non fiunt quæ volumus, quæ fiunt volimus: ego vero animum iis quæ fiunt apponere ac conformare non ſuſtineo. Quòd autem præter animi ſententiam quidam aliquid eorum quæ neceſsitas extorquet faciunt, haud reprobo. Neque enim animus veſter eſt, qui medicandi artem exercetis, vt vel adurатis ægrotum, vel aliquid aliâs doloris inferatis: attamen tale quid ſæpenumero morbi malitia inducti admittitis. Neque F qui in mari nauigant ſponte quæ vehunt eiiciunt: ſed hoc ideo faciunt, vt naufragium caueant. Iacturam ferunt, malentes in rerum viuere penuria, quàm mortis ſubire periculum. Ad hunc itaque modum & nos puta cum dolore quidem ac innumeris lamentis ferre ſeparationem eorum qui ſeſe alienant à nobis, & tamen ferre: proptereà quòd veritatis amicis, deo, & quæ in illum eſt ſpe, nihil eſt charius,

Ex conſuetudine malorum conſolatio.

Patrop-

Patrophilo epiſcopo Baſilius.

LXXXII.

Innocentiā declarat ac tuetur ſuā Baſilius.

Legi literas tuas, quas per fratrem noſtrū Stra-
tegium ſympresbyterum miſiſti. Legi autem
illas libenter. Quomodo enim non libenter le-
giſſem, quæ & à viro prudente & ex pectore dile-
ctionem erga omnes ex præcepto dominico ſer-
uare edocto ſcriptæ ſunt. Et propè cognoui quæ
A ſit cauſa ſeruati præterito tempore ſilentij. Vide-
ris enim hæſitaſſe, num Baſilius ille qui tam ſtre-
nuè homini illi à puero ſeruiuit, qui hæc & hæc
certis temporibus fecit, qui propter vnius homi-
nis amicitiam innumerorum inimicitiam ſuſce-
pit: hic ipſe nunc alius ex alio factus ſit: & amici-
tiam in inimicitiā mutauerit, & quæ alia ſcripſi-
ſti: ſatis oſtendēs, quàm ex inopina rerum muta-
tione animo fueris perculſus ac ſtupefactus. Et ſi
quid rerum noſtrarum reprehenderis, non tamē
illud moleſtè tuli. Non enim adeo duro ac perti-
naci ſum ingenio vt amicas fratrū correptiones
ægrè ferā. Tam enim abeſt vt iis quæ ſcripta ſunt
offenſus ſim, vt propè cum legerem riſerim, quod
cum tanta ſint ac talia quæ mutuā inter nos ami-
citiam hactenus cōfirmare viſa ſunt, propter tan-
tillas querimonias ad te vſque delatas tantum te
perpeſſum eſſe ſtuporem ſcripſeris. Ergo & tibi
accidit, quod multis vſuuenire ſolet, qui neglecta
rerum natura, quam inquirere debebant, ho-
mines ipſos attendunt de quibus rumor aliquid
ſparſit, atque ita fiunt non veritatis inquiſitores,
B ſed differentiæ perſonarū æſtimatores, obliti ad-
monitionis, qua dicitur, quod perſonam in iudi-
cio agnoſcere non deceat. Verum quoniam per-
ſonam deus in iudicio hominis non accipit, apo-
logiam illam quam mihi ad magnum Chriſti tri-
bunal paraui, & tibi notam facere haud detrecta-
bo. Quod videlicet ab initio cauſę huius nihil oc-
caſionis à nobis iſti diſſidio, ſiue parum ſiue mul-
tum, datū eſt: ſed homines illi qui nos odio pro-
ſequuntur (quam ob cauſam norunt ipſi, neque
enim opus eſt vt aliquid hac de re dicam) aſſiduis
nos calumniis grauarunt. Purgauimus quidē nos
ſemel atque iterum. Cum vero cauſa hæc euade-
ret in infinitum, nec aliquid prodeſſet ſi perpetuo
nos defenderemus: propterea quòd nobis procul
diſſitis, mēdacibus noſtris detractoribus in prō-
ptu eſſet cor inexercitatum, & haud edoctum al-
teram auriculam abſenti illibatam ſeruandā eſſe,
è vicino ſuis aduerſum nos vulnerare delationi-
bus: & Nicopolitæ quandam peterent fidei no-
ſtræ certificationem, quod & vos prorſus haud
ignoraſtis, viſum eſt nobis ſuſcipiendum hoc eſſe
literarum obſequium. Putauimus enim nos per
C illud, duo conſequuturos commoda, vt & Nico-
politanis ſuaderemus, ne ſiniſtri quicquā de hoc
viro ſentirent, & obtrectantium nobis ora obtu-
raremus dum fidei conſonantia ſycophātię vtrin-
que excluderentur. Continuò itaque conſcripta
eſt fides, oblataque à nobis, ac deſcripta: & vt de-
ſcripta erat, deſignatus eſt quoque alteri ſynodo
locus, & tempus aliud, vt & externi & peregrini
fratres conuenire vnirique inter ſe poſſent, & ger-
mana deinceps eſſet ac ſyncera communio. Itaque
nos quidem iuxta prēſcriptum accurrimus, & qui
nobiſcum erant fratres, alij aderant, alij aduola-
bant, læti omnes atque alacres, tanquam ad pacē
properantes. Et literæ à nobis ac tabellarij miſſi
ſunt qui nos adeſſe ſignificarent: locus enim ad
ſuſceptionem conuenientium deſignatus, noſter
erat. Ex altera vero parte nemo erat qui vel præ-
curreret, vel aduentum eorum, qui expectaban-
tur annuntiaret: & qui à nobis fuerant reuerte-
bantur, plurimum triſtitiæ ac murmuris apud ad-
uerſarios eſſe commemorantes: ob id quod noua D
quædam eſſet à nobis ad ipſos miſſa & exhibita
fides, dicebanturque decreuiſſe prorſus, ne lice-
ret ad nos ipſorum proficiſci epiſcopo. Venit au-
tem quidam ab ipſis miſſus, & literas adferēs re-
cuſatrices, & nullam faciens eorum de quibus in-
ter nos antea conuenerat mentionem. Veneran-
diſſimus vero & colendiſsimus frater Theophi-
lus, miſſo eorū quos ſecum habebat aliquó, nun-
nulla patefecit quæ putabat & ſibi vt diceret, &
nobis vt audiremus competere. Scribere nanque
dedignatus eſt, non quòd reprehenſionem ex li-
teris tantum metueret, quantum cauebat omnes
epiſcopi vocabulo ſalutare & appellare neceſſe
eſſet. Attamen certè, quoniam vehementia erant
verba, & ex pectore admodū calido prolata, ani-
mo ita excuſsi, confuſique & deiecti concidimus,
vt non haberemus quod rogantibus reſpondere-
mus. Haud verò multū temporis interceſsit, con-
feſtim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, mox
literæ adſunt, communionem nobis denegantes.
Abruptionis autem huius ac receſſus cauſam aſsi-
gnarunt, quòd Apollinario ſcripſerimus, & quod
ſympresbyterum noſtrum Diodorum habeamus
conſortem. Ego vero Apollinarium quidem nū-
quam putaui inimicum eſſe, imò ſunt quædā quo- E
rum gratia virum veneror etiam. At me homini
non ita coniunxi, vt ipſius velim in me recipere
crimina, cum & ipſe quædam habeam, quę in illo
reprehendo, propter nonnullos ipſius codices
quos legi. De ſpiritu vero ſancto nō noui me vel
petiiſſe ab ipſo, vel vltro miſſum accepiſſe librū.
Audio tamen ipſum omnium eorum qui libros
conſcribūt eſſe verboſiſsimum. Legi autem pau-
cos illius cōmentarios. Non enim mihi quę eiuſ-
modi ſunt ſcrutari vacat. Et alioqui eo ſum inge-
nio, vt haud facilè neoterica admittā. Quemad-
modum & corporis mei imbecillitas haud pati-
tur, vt vel diuinis ſcripturis cum diligentia, & vt
dignum eſt, immorer. Quid ergo mea intereſt ſi
quiſquam aliquid conſcripſit quod cuipiam di-
ſplicet? Quanquam ſi ita fieri oportet, vt alius pro
alio rationem reddat qui me propter Apollina-
rium culpat, rationē nobis reddat pro Ario præ-
ceptore ſuo, & pro diſcipulo ſuo Aëtio. Nos au-
tem, neque præceptoris neque diſcipuli loco vn-
quam fuimus iſti viro, cuius in nos vitia contor- F
quent ac renoluunt. Porrò Diodorum, tanquam
beati Siluani alumnum primum ſuſcepimus, nūc
vero diligimus & complectimur propter ſermo-
nis quam habet gratiam, per quam multi eorum,
qui virum audiunt, meliores redduntur. Ad haſce
itaque literas animatus, vt par erat & ad tam ino-
pinam ac ſubitam immutationem animo percul-
ſus non reſpondere quidem poteram: palpitabat
enim mihi cor, lingua me deſtituebat, manus ſtu-
pebat: & planè pauebat, quod animo ſolet parū
forti

Hic de Alexandrino qui eū miſiſſe videtur Chryſoſt.

In Apollinario quæ laudaret & quæ improbaret Baſilius.

fotti accidere. Dicendum enim quod verum eſt,
& ıamen venia dignum. Deinde patum aberat,
quin odium erga humaoum genus exorbitaſſem,
ſuſpectique mihı fuiſſent omnes hominum mo-
res, arbitranti in natura humana non eſſe charita-
tis bonum: ſed verba quædam plauſibilia ad or-
natum & cultum eorum quibus vti velis coofiĉta:
affectum vero illorum ſecundum veritateoı non
ıneſſe cordi humano. Si enim qui à puero ad grā-
A dæuām vſque ſenectam vitam ſuam accurate ac
diligēter inſtituiſſe videtur, talibus de cauſis ram
remere exaſperatus eſt, vt nullam babuerit rerum
ooſtrarum ratiooem, nec præteriti temporis ex-
perientiam tam inani delatione certiorem ac po-
tiorem duxerit: ſed inſtar pulli indomiti, nondū
ad commodè ferendum aſcenſorem edocti, pro-
pter modicam ſuſpicionem propulſauit excuſſit
& ad terram proiecit eos de quibus iam primum
gloriabatur: quid de aliis ſentieodum eſt, qui oe-
que nobiſcum tautum contraxerunt amicitiæ: oe-
que morum inſtituēdorum tale de ſe dedère ſpe-
cimen. Iſta cum animo mecum reuoluerem, &
corde indeſinenter verſarem, imo ab ipſis potius
verſarer ita me mordentibus ac jugi rememora-
tione turbantibus, nihil ad illas literas reſpoodi:
noo quod ex contemptu ſiluerimus (oe cogites
hoc frater. Non eoim hominibus ſatisfacimus,
ſed incōſpectu dei in Chriſto loquimur) ſed quòd
præ bæſitatiooe & mentis iiopia non habeba-
mus, donec ad hūc modum affecti eramus, quod
tanta mœſtitia dignum exprimeremus. Et præ-
terea affilixerunt nos & aliæ literæ, ad Dazizam
quendam in ſpeciem, re ipſa vero vniuerſis mor-
talibus ſcriptæ, cuius indicium eſt quòd tam fe-
ſtina diſtributione ſparſæ ſunt, vt paucis diebus
B totam Pontum & Galatiam peruagatæ ſint. Sunt
qui iſtos booarum rerum nuntios & Bythyniam
percurriſſe dicant atque ad ipſum pertigiſſe Hel-
leſpontum. Quæ vero contra nos ad Dazizam
perſcripta ſint omnino noſti. Non enim te vſque
adeo ab amicitia ſua alienū putant, vt ſolum bo-
noris illius expertem reliquerint. Si vero ad te li-
teræ iſtæ non peruenetuot, mittam ego illas, in
quibus deprehendes nos accuſari ac prædicari
ipſam fraudem & verſutiam, corruptionem ec-
cleſiarum, & animarum perniciem. Et quod o-
mnium eſt, vt ipſi putant, veriſſimum, quod in-
ſidioſum ipſis fidei præſcriptum compoſuerimus,
non vt Nicopolitis ſeruiremus, ſed vt iſto conſi-
lio confeſſionem ipſorum doloſe eliceremus.
Horum quidem iudex erit dominus. Quæ nanq;
poterit cogitationum cordis humani euideos eſſe
declaratio. Hoc vero in ipſis admiratus ſum. An
propterea quod exhibito à nobis libello ſcripſe-
runt, tanto diſſidendi ſtudio vſi, vt & exiſteotia
C & non exiſtentia commiſcuerint, quò delatori-
bus fidem facerent, oon cogitaot, quod Romæ
ſcriptum ipſorum; quo Nicænam fidem confeſſi
ſunt, reconditum habetur: oec quod è Roma ac-
ceptum libellum Tyanenſi ſynodo obtulerunt,
quin & apud nos eandem hanc fidem habens re-
poſitus eſt. Quin & propriæ orationis obliti ſunt,
qua cum in medium tum conſtituti eſſeot, de ſe-
ductiooe conquerebaotur, qua illecti conſenſiſ-
ſent volumini quod ab Eudoxij congregatione
compoſitū fuerat. Quocirca & erroris illius iſtam
excogitarunt defeoſionem, vt Romam abeuntes
patrum inde fidem acciperent, atque ita noxam
qua eccleſias ex mali conſortio læſerant, per me-
lioris inductionem corrigerēt. Sed qui tam lon-
ginquarum profectiooum laborem ſuſtinuerūt,
tamque ſapienter tum iſta concionati ſunt, nunc
coouiciantur, vt agnoſcas eos doloſe legatiooe
illa functos eſſe, & ſub prætextu charitatis inſi-
diantium fraudem occuliſſe. Et quæ iam circum-
feruotur manifeſtum faciunt, quod Nicænam fi- D
dem condemnauerint. Videruot enim Cyzicum
& mox mutata fide reuerſi ſunt. At quid de ver-
borum immutatione dico, cum in ipſis rebus fa-
ctam eſſe peruerſionē multo potioribus demon-
ſtrare queam argumentis. Qui enim quingeoro-
rum epiſcoporum cootra ſe promulgato decreto
noo obdieruot, nec ab eccleſiarum admioiſtra-
tione amoueri ſuſtinueruot, cum tot conſentien-
tium epiſcoporum ſententia ab officio depoſiti
eſſent: propterea quòd illi, vt aiebāt, ſpiritus ſan-
cti non erant participes, nec per gratiam dei ec-
cleſias gubernabant, ſed per humaoam potentiā
ex inanis gloriæ deſiderio eccleſiarum guberna-
tiooem rapuerant, hi nunc eos, qui ab illis ordi-
nati ſunt pro epiſcopis agnoſcunt. Quos meo no-
mine roges velim, an vniuerſos mortales cōtem-
nant, quaſi nec oculos habeant, nec aures, neque
cor ſenſu præditum, vt eorum quæ geruntur diſ-
coouenientiam conſiderare queant. Verſatur ta-
lis quædam in cordibus ipſorum cogitatio. Quo-
modo duo poſſunt eſſe epiſcopi, vnus qui ab Euip
pio depoſitus eſt epiſcopatu, alter qui ab illo eſt
ordinatus. Eiuſdem enim manus opus ſunt vter-
que. Niſi enim gratiam illam habuiſſet quæ Hie-
remiæ data fuerat, ad demoliendum ac reſtaurā-
dum, ad extirpandum & plantandum, vtique nec E
iſtum eradicaſſet, nec illum plantaſſet. Si vero v-
num iſtorum illi largiris, permittes ſimul & alte-
rū. Sed vnus illis ſcopus eſt, vt videre videor vbi-
que quæ ſua ſunt ipſorum quærant, & pro amico
habeāt, ſi qui deſideriis ipſorum cooperetur: ho-
ſtem vero ducant, nec ab vlla ſe aduerſus illum
calumnia cohibeant, ſi quiſquam deſideriis ipſo-
rum reſiſtat. Talia enim ſuot quæ iſti diſpenſant
nunc aduerſus eccleſiam, horroris quidem plena
propter ipſorum temeritatem, miſerabilia vero,
propter talia patieotium ſtupiditatem. Euippij fi-
lios, Euippij nepotes, honeſta ac fide digna miſſa
legatione extortes & exules ad Sebaſtiam voca-
runt, populóque præfeceruot. Illi vbi altari poti-
ti ſunt, fermentum facti ſunt eius quæ illic eſt ec-
cleſiæ. A quibus tāquam homouſiaſtæ perſequu-
tionem patimur, Euſtathius vero Sebaſteous, qui
Roma acceptum homouſion in Charta vſque ad
Tyanenſes attulerat, iam illis cooſeoſit, licet plu- F
rimum deſideratam ipſorum communionē ob-
tinere oequiuerit, ſiue quòd illi multitudinem
cootra ſe conſentientium metuerunt: ſiue quod
huius veriti ſint autoritatem. Qui nanque fue-
rint cum eligerentur, & quomodo quiſque ipſo-
rum ſit ordinatus, & ex qualiter ab initio ducta
vita ad iſtum potentatum peruenerint, mihi ſanè
nondum tantum datum eſt otij, vt iſta & quæ alia
ſunt illorum exponā. Didici nanque precari do-
minum, vt non loquatur os meum opera homi-
num. Tu vero illa, ſi ſcrutatus fueris, cognoſces.

Collatio.

ἀναλέξασ

ἱερώμενοι

Et ſi te latuerint, iudicem tamen haud vllo pacto latebunt. Quid vero mihi paſſionis acciderit, non grauabor dilectioni tuæ exponere. Anno præterito cum ex grauiſſima febre ægrotaſſem, & propè ad ipſas mortis portas deueniſſem, bonitate vero dei reuocatus eſſem, ægrè ferebã illam mei reſtitutionem, expendẽs ad quæ mala iterum reuerſus eſſem, cogitabámq; apud meipſum, quidnam eſſet in profunda dei ſapientia reconditum, cuius gratia mihi iterum datum eſſet dies iſtos in carne agere. Poſteaquam vero iſta cognoui, cogitabam ita voluiſſe dominum nos quietas videre A ecclesias ab ea turbatione quam hactenus paſſæ ſunt per ſeparationem eorum, qui propter confictam honeſtatis grauitatem omnia ſua autoritate obtinent. Aut forſan voluiſſe illum per intelligentiæ acceſſionem animum meum deinceps diligentiorem & attentiorem reddere, ne morer hominum iudicia, ſed per euangelica præcepta abſolutè inſtituar, quæ neque cum temporibus, neque humanarum rerum circumſtantiis mutantur, ſed eadem permanent, ita perdurantia, vt à veraci ac beato ore prolata ſunt. Homines vero ſimiles ſunt nubeculis, pro vẽtorum immutatione ad aliam atque aliam aëris partem iactatis. Et maximè iſti, de quibus loquimur, omnium eorũ, qui nobis innotuerunt, ſunt verſutiſſimi. Tales an & in reliquis ſint vitæ negotiis, dicant qui ipſorum fuere contubernales. Parem circa fidem inconſtantiam, quam in illis video, haud ſcio an in aliis ipſe viderim hactenus, aut ex aliis audiuerim. Arium primum ſequuti, poſtea ad Hermoge-B nem ſunt mutata ſententia conuerſi, qui ex diametro hoſtis erat Arij improbatæ opinionis, quemadmodum manifeſtum eſt ex fide, quæ primum ab illo viro Nicææ pronũtiata eſt. Poſt dormitionem Hermogenis, iterum immutati ad Euſebium defecerunt, virum, qui omnium eorum qui Arium ſectantur anteſignanus eſt, ſicut aſſerunt, qui experti ſunt. Inde elapſi, incertum quibus de cauſis, iterum ad patriam reuerſi, denuo Arianam ſententiam celarunt. Vbi epiſcopatum nacti ſunt, (vt quæ interea temporis geſta ſunt ab illis, omittam) quoties fidem exponendo nouarunt? Ancyræ dederunt aliam, Seleuciæ aliam, aliam Conſtantinopoli, diuulgatã illam, & aliam in Lampſaco, poſtea & quam dederunt in Nicæa Thraciæ, & iam aliam in Cyzico, de qua & ſi reliqua ignoro, hoc tamẽ audio, quod ſilẽtio omiſſa homouſij confeſsione, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον iam circunferant. Et præterea blaſphemias contra ſpiritum ſanctum cum Eunomio conſcribunt. Iſtæ autem fidei formulæ, quas recenſui, etiamſi non omnes ſibi ipſis inter ſe contrariæ ſunt, nihilominus ſententiæ produnt inconſtantiam: propterea quod nunquam iiſdem verbis contenti, ſtabiles perſiſtunt. Hæc vera ſunt, innumeris aliis ſi-C lentio preſsis. Quoniam vero & ad vos vſq; peruenerunt, rogamus, vt reſcribas, per eundem hũc virum, Strategium dico ſympresbyterum noſtrũ, an noſter adhuc eſſe conſtanter pergas, aut an ex illorum congreſſu & ipſe ſis abalienatus. Neque enim veriſimile eſt illos quieuiſſe: neque te, qui talia nobis ſcripſiſti, non & aduerſum illos fiducialiter egiſſe. Quòd ſi in noſtra perſeueras communione, optimum eſt, & ſummopere exoptandum. Si vero te ad ſuam ipſorum traxere ſententiam, triſte quidem eſt. (Quomodo enim tam dilecti fratris abalienatio triſtis non eſſet) Verum etſi nulla aliena in re, in ea tamen probè ſumus ab illis exercitati, vt didicerimus eiuſmodi patienter ferre diſpendia.

Collatio.

Similitudini quandã eſſentia.

Leontio Sophiſtæ Baſilius.

LXXXIII.

TArde quidem & à nobis literas accipis: attamen non tardius quàm nos abs te, idq; cum D habeas quàm plurimos qui ſedulo & frequenter à vobis ad nos veniant: quibus omnibus ſi literas ſingulatim impoſuiſſes, nihil impediuiſſet, quo minus præſentia tua ac conſuetudine veluti præſentes ipſi & coram frui videremur, tam fuit eorum qui nos acceſſerunt frequens multitudo. Quamobrem ergo nõ ſcribis quum non ſit aliud ſophiſtæ opus, quàm vt ſcribat, immò ſi otioſa manu vacas, ne opus quidem erit vt ſcribas. Poterit enim alius tibi hac in re ſeruire, vt lingua tantum ſit opus, quæ etſi nobis nolit loqui, vni ſaltem eorũ loquetur, qui præſto ſunt. Tametſi nemo adſit, ſecum ipſa diſputabit. Neque enim vllo pacto ſilebit, cum ſit Sophiſtica pariter & Attica, non minus quàm luſciniæ, veris tempore ad canendum excitatæ. Nobis quidem negotij in quo nunc ſumus difficultas, qualemcunque adferri excuſationem eius quod raro ſcribimos, & præterea quòd moleſta illa & crebra vulgariter dicendi conſuetudine dictio noſtra veluti polluta non- E nihil eſt, non immerito cunctatiores ad hoc facti ſumus, vt vos Sophiſtas alloquamur, qui niſi quod ſapientia veſtra dignum ſit audiatis, ægrè fertis, & haud facile admittitis. Te vero cõtrà veriſimile eſt ad omnem occaſionem & cauſam vocem tuam accommodatam habere, cum ſis omnium quos noui Græcorum ad dicendum appoſitiſsimus. (noui autem, vt puto, quoſuis inter vos nominatiſsimos) Itaq; nullam habes ſilentij tui excuſationẽ, maximè tam diutini. Miſi vero & quæ aduerſus Eunomium conſcripſi, quæ ſiue puerilem eruditionẽ vocare oporteat, ſiue inſtitutione puerili ſint paulo ſeriora, iudicio tuo permitto, quibus etiamſi, vt puto, non opus habes quod ad tuam ipſius attinet perſonam, ſpero tamen non ignauam tibi fore contra peruerſos, ſi in quos incideris, armaturam ac defenſionem. Non quod tantum tribuamus viribus ac robori voluminis huius: ſed quod probè ſciamus tãtum tibi eſſe induſtriæ, vt ex modicis argumentis multa queas eruere. Si vero imbecilliora tibi videbuntur, quàm rei neceſsitas exigat, ne tardes hoc arguere. F Nam hac in re potiſsimum ab adulatore differt amicus, quòd ille quæ iucunda ſunt dicit: iſte vero non veretur & triſtitia adferre.

Sophronio Magiſtro Baſilius.

LXXXIIII.

TEmporis incommoditate premitur etiã deo dilectiſsimus frater noſter Gregorius epiſcopus. Luget enim & ipſe cum omnibus aliis,

irremiſsis

irremiſsis contumeliis quaſi quibuſdam inſolentibus plagis percoſſus. Homines enim quidam timorem dei ooo habentes, vt magnitudine malorum vi agentes contumeliam illi inferunt quaſi pecunias Cæſarij ipſis ademerit. Illatum autem damoum non admodum curat. Iam olim enim pecuoias cootemoere didicit. Niſi quòd modica quædam ex bonis illius acceperunt, ad hoe vt domeſticis illius ſuppeteret victus. Quidã vero quæ pretioſiora fuerant multa cum temeritate hominibus
A non diſtribuerũt, & quæ minuta ſunt prorſus iſtis reſeruarunt. Que vbi iſti putauerunt nemini oppignerata eſſe, mox io egenos expeoderuot, cum propter ſuam ipſorum ſententiam, tum propter demortui mandatum. Mandaſſe nanque fertur ac dixiſſe cum moreretur. Quæ mea ſunt omnia pauperibus dari volo. Iſti itaque tanquam miniſtri domioi confeſtim illa diſpeoſarunt. Et nunc inſtat & vrget hioc Chriſtiani hominis pauperras, illinc vnius ex iſtis forenſibus rabulis improba curioſitas. Huius gratia placuit nobis boe omnia laudabili tuæ probitati patefacere, vt & propter viri bonorẽ cuius iam olim notitiam babes, & propter gloriam domini, qui quæ ſeruis ſuis fiunt, in ſeipſum trãsfert: ad hæc & noſtri gratia, qui ſerui tui ſumus, principi theſaurorum de illo quæ decora ſunt loquare, modúmque excogites pro magna tua prudentia, quo à cõtumelioſis iſtis & moleſtis turbationibus liberetur prorſus. nemo ita viri huius ignarus eſt, vt abſurdi aliquid de illo ſuſpicetur, quaſi pecuniæ addictus talia fingat. Io promptu nanque eſt liberalitatis il-
B lius experimeotum. Libenter ſubſtaotiæ ſuæ reliquias ærario tradit, vt accepta ipſius ſubſtantia ærarij miniſter & aduocatus reſpoodeat iis, à quibus impetitur, & probatiooes exigat ab illis: proptereà quòd nos ad huiuſmodi cauſas appoſiti oõ ſumus. Poteſt eoim placiditas tua facile hoc cognoſcere qood nemo, quoad eius fieri potuit, ab illo diſceſſerit voti oõ compos effectus. Sed quiſque quæſitum & optatum abſque vlla moleſtia reportauerit, ita vt multos pœniteret, quòd non plura ſtatim ab initio petieriot, quod & complures calumniatores reddidit. Nam ad exemplum eorum qui primi cœperunt reliqui reſpicientes alius alium calumniãdi improbitate ſubſequutus eſt. His itaque moleſtiis, obſecramus grauitas tua vt reſiſtat, & veluti irrueotem fluuium cohibeat, malorúmque ingruentiom freqoentiam amputet. Noſti probè, quo pacto ſit occurreodum, vt de auxilij ratiooe ac modo ooſtram tibi oon ſit neceſſe expectare inſtructiooem. Io rebus eoim ac oegotiis vitæ huius vſque adeo conſilij inopes ſumus vt & hoc ipſum ignoremus quomodo poſſibile ſit, vt liberemur. Conſultorem itaque te
C pariter & tutelarem patronum præbeas, perque præclaram tuàm prudentiam, ratiooem aliquam auxiliandi adinuenias.

Galatia.

Patrophilo epiſcopo Baſilius. LXXXV.

Vide Arianos Baſil. tradi to Luther, Zwinglianos vita.

SEro quidem accepi, quæ ad priores literas reſpoodiſti: accepi tamen, per deſideratiſsimum Strategium, & gratias egi domioo, quòd idẽ qui hactenus in charitate erga nos conſtanter perſeueras. Quæ vero iam de eadem cauſa ſcribere dignatus es, argumentum habent bonæ tuæ voluntatis: quòd quę hoeeſta ſunt ac neceſſaria ſentias, ac quæ vtilia conſulas. Attamen quandoquidem iterum video prolixum fututum ſermonem, ſi ad ſiogula quæ prudeotia tua ſcripſit reſpondere velim, tantum dico: Quod ſi pacis bonum in pacis duotaxat ſit oomine circumſcribeodum, ridiculum eſt ſi certos quidẽ aliquos delegerimus, cum quibus ſolis ſeruaoda coleodaq; ſit pax: reliquos vero innumeros communionis bono excluſeri- D
mus. Si vero cõmunio cum pernicioſis hominibus inita, hoc habet vt pacis prætextu ſuſceptores hoſtiliter lædat, cõſidera qui ſint, quibus ſeſe cõiunxerunt, quiodio nos proſequuti ſunt ioiquo. qui de parte ſunt nobiſcum oon communicantiũ, (nihil iam opus ſit illorum nominatim meminiſſe) hi ad Sebaſtiam ab ipſis ſunt vocati, vbi & eccleſiam acceperuot, & altaris miniſterium peregeruot, déq; ſuo paoe populo dederunt, epiſcopi appellati ab eccleſiæ illius clero, perque omnem eam regionem ab ipſis tanquam ſancti & eiuſdẽ cõmunionis cum honore deducti: quorũ ſi pars ſit eligenda ridiculum eſt ab vnguiculis ordiri, & non magis cum ipſis cõuenire capitibus. Si ergo nemo prorſus eſt pro hæretico habendus, oeque auerſaodus, cujus gratia dic, quæſo, teipſum ſeparas, ac quorũdam cõmuoiooem fugis? Si vero pro ſeruanda cautione fugiendi quidam ſunt, dicant nobis, qui in omoibus cauti videri volunt, cuius ſint partis, quos ex Galatia ad ſe traxerunt. Iſta ſi tibi mœſtitia digoa videntur ipſis impura ſeparationis huius cauſas. Si vero putas eſſe hęc citra vllum dilectum habeoda, ignoſce nobis, qui com- ἀδιάφορα.
mittere nequimus vt fermento aliena docentium cõmiſceamur. Itaque, ſi videtur, relictis ſermoni- E
bus iſtis plauſibilibus, cũ omoi fiducia argue eos, qui noo recto pede incedũt ad veritatẽ euangelij.

Boſporio epiſcopo Baſilius. LXXXVI.

QVo putas aoimum meum dolore affecit fama calumniæ illius, quam mihi offuderunt quidam noo metuẽtes iudicem perditurũ omnes loquentes mendacium? Tanto videlicet, vt propè totam noctem, propter dilectionis tuæ verba inſomnem duxerim, ita ipſa cordis mei penetralia coocepta mœſtitia occupauit. Reuera oanque, vt Salomon inquit, calumnia virum humiliat. Et oemo ita ſtupidus eſt qui animo oullam ſeotiat moleſtiam, & ad terram vſque non deiiciatur, ſi incidat in ora ad mentiendum procliuia. At neceſſe eſt, vt omoia feramus, omnia patienter tolleremus, vltionem ipſorum domioo committentes qui nõ deſpiciet nos. Nam qui calumniatur pauperem, factorẽ illius ad iracundiã prouocat. Qui
nouam haoc ioteutatæ nobis calumoiæ fabulam F ἐρῶμεν.
compoſuerunt, videntur prorſus nullam habere domino fidem: qui rationem nos in die iudicij de verbo otioſo reddituros eſſe pronuntiauit. Ego vero dic quæſo, beatiſsimũ Dianæum anathematizaui? (Hoc enim de nobis accuſandi gratia prædicauerunt) vbi? aut quando? Coram quibus? Quo Matth. 12.
prætextu? An nudis verbis vel ſcripto? An alios ſequutus, vel ex mea ipſius autoritate & audacia, primus illud tẽtaui? O impudeotiã hominũ nihil non temere loquentium. O cootemptũ iudiciorũ

dei. Non coorenti ſunt iſto figmento, oiſi & hoc tragico more adiiciaot, quod factus ſim aliquando ita demens, vt ipſa mea verba haud intellexerim. Donec ratioois cõpos fui nihil tale à me factum eſſe noui, nec vnquam tale quid volui: ſed contra huius mihi magis conſcius ſum, quòd ex prima ætate io amoris affectu erga ipſum enutritus, virum ſuſpexerim. Erat enim aſpectu admodum honeſto, præclaro, & veoerãda ac ſacra graA uitate prædito. Poſteaquam vero mihi & ratioois vſus acceſsit, tum illum & ex animi boois venerabilem agnoui, déque illius conuictu gauiſus ſum, apertos viri, egregios & ingenuos mores cognoſcens, & ſi qua reliqua erãt illi agnata ac propria, vt propria erant & peculiaria, animi placiditas & excellentia cum manſuetudine coniuncta, decẽs modeſtia, pectus iraſci neſcium, alacritas, & conueniendi facilitas, cum grauitate pulchrè temperata. His de cauſis illũ illuſtriſſimis ex virtute viris connumeratum habebam. Circa extrema quidem vitæ illius tempora (neq; enim celabo veritatem) intolerabili mœrore propter ipſum, cum aliis in patria, qui plurimi erãt, dominum timentibus, afficiebat: propterea quod fidei illi quã ex Conſtantinopoli reportauerant qui ad Georgiũ pertinebant, ſubſcripſerat. Vt vero erat ingenio manſueto & humano, omoibus ita ſatisfaciebat, vt paterno affectu toleraretur. Vbi vero decidit in ægrotationẽ, ex qua & mortuus eſt, conuocatis nobis dicebat, teſtem eſſe dominũ quòd ſimplici corde in ſcriptum Cõſtantinopolitanæ fidei conſenſerit quidem: verũ nulla in re irritam voluerit B eam fidem, quę Nicææ à ſanctis patribus expoſita eſt. Neque aliud in corde habuerit quàm quod ab initio traditum accepiſſet. Imò precati ſe quoq;, vt non ſepararetur à ſorte beatorum illorum epiſcoporum trecentorũ decem & octo, qui piam illã fidei prædicationẽ promulgauerint oibi: Atq; iſta ſatisfactiooe nos ita permouit, vt ſoluta omni cordium noſtrorum hæſitatione ad communionem illius acceſſerimus, & à cooceptо mœrore quieuerimus. Talia ſunt quæ nobis cum hoc viro interceſſerunt. Si vero quiſquam eſt qui nobis dicat infandam aliquam blaſphemiam io hunc virum cognitam eſſe, noo in occulto doloſe murmoret, ſed apertè & in faciem noſtram coram conſtitutus cum fiducia nos conuincat.

Ad Simpliciam hæreticam. LXXXVII.

INconſulta quædã temeritas hominũ eſt, quòd odio proſequuntur ſe meliores contrà amaot peiores. Quapropter & ipſe linguã cohibeo, conuitia in me congeſta, & dolorem animi ſupprimens ac veluti præfocans ſilentio. Expecto interea ſupremum iudicem, qui omnem malitiam tã- C dem cum tẽpus fuerit vlciſci nouit. Nam etiamſi pecunias quiſquam iſtar arenę profuodat, nihilominus animam lædit dum opprimit proculcatq; iuſtitiam. Perpetuò nanque deus ſacrificium non quaſi eo egeat, meo arbitratu quærit: magis verò ſacrificium illud admittit vt magnificum ac preCioſum, mentem videlicet quæ pietatis ac iuſtitiæ ſtudio nititur. Illius preces votáque communia cenſet & impura, qui ſuam ipſius ſalutem præuaricatione protriuit ac oihil ducit. Admoneas ergo

[illegible] pro hoc lego [illegible].

reipſam extremæ diei, & nos, ſi videtur, haud doceas. Scimus plura quàm tu ſcias, & internis ſpinis non vſque adeo ſuffocamur, nec modicis bonis decuplam malitiam immiſcemus. Excitaſti io nos lacertas ac ruhetas, quaſi vernas quidem beſtias, ſed immundas. At veniet è ſublimi volucris, quæ illas depaſcatur & conſumat. Mihi enim ſermo eſt, nõ vt tu putas, ſed vt iudicare nouit deus. Si verò & teſtibus opus erit, non ſiſteotur ſerui: oeq; ignominioſum illud ac modis omnibus per- D nicioſum eunuchorum genus, genus hoc, inquã, nec fœmineum, nec maſculinum, inſaniens io mulieres, inuidioſum, vilis pretij, animo feroci, effœminatum, veotri deditũ, auri cupidũ, ſæuum, inter cœnandum ploraos, iocooſtaos, illiberale, ſtabulariũ, inſatiabile, furioſum, & zelotypum, & quod amplius dicendum eſt, cum ipſa ſtatim geoeratione ferro damoatum. Quomodo ergo rectus eſſe poterit iſtorũ animus, quorum & pedes diſtorti ſunt? Iſti fruſtra quidem caſti maneat per ferrum: inſaniunt vero abſque fructu, propter ſuam turpitudinem. Hi non ſiſtentur io iudicio teſtes. Sed oculi iuſtorum, & facies virorum perfectorum, quotquot tunc oculis ceroent, ad quæ nunc mentis aſpiciunt intellectu.

[illegible]

Sanctæ memoriæ patris ooſtri Gregorij Theologi, ad eandem Simpliciam.

LXXXVIII.

LAudas ſanctum ac commuoem patrem ooſtrum, tanquam fidei fulcimen, veritatis ca- E nonem, eccleſiæ characterem, caniciem prudeotia refertam, & qui humanæ vitæ ac virtutis menſuram prætergreſſus ſit, fidum mioiſtrum, ſacerdotem magnum, mediatorem inter deum & hominem, & ſpiritus ſancti habitaculum. Hoc quidem rectè facis. Nam nullus ſermo par eſt, ad celebrandum ſanctam illam ac beatam aoimam: niſi me ſeducat vis amoris & pro ratione affectus ex deſiderio de viro hoc iudicat. Illud vero io te vehementer admiratus ſum, quomodo illum quidem celebres vt ſanctum, & hactenus, vt par eſt cohoneſtes, opus vero illius diſſoluere coneris, quaſi prophani ſint & vehementer coouiciis digni, qui illic vixerunt illóque migrarunt. Siquidem inſtar propij mancipij commuoẽ paſtorem tibi ipſi vendicas, & exiguum hoc lucrum perſequeris, rem facis admodũ magnanimitate tua indignam. Quomodo enim abſurdum non eſt, auro quidem & argeuro colere numen, & iis rebus quæ io creatura ſuperfluæ ſunt & inanes, vbi & magis oſtentatiooi forſan quàm pietati ſeruitur: ſacerdoti vero eccleſiam velle damno efficere, & quod ſaoctiſſimum eſt in templorũ donariis deprædari? Si vero moleſtè fers quòd poteſtate no- F ſtra vſi ſumus: oobilitatem vero tuam noo admonuimus, neque magnificentiæ locum dedimus, dixeris quidem iuſtum aliquid, & quod reſipiat affectum humanum, attamen humanum. Scito autem tanto maiorem iam eſſe tibi donandi occaſionem, quàm quæ tum erat: quanto magnificentius eſt accipiendi copiam permittere, quàm ſi ipſa dediſſes. Et illo modo ſoli deo quidem gratificari viſa fuiſſes: iſto vero & nobis, illius miniſtris,

[illegible] P. Baſil.

[illegible]

ſtris, & ad portandum ipſius nomen ex diuina dignatione ſelectis. Moleſta itaqoe nec illi ſis, nec nobis. Qui enim tyraunidem paſſus eſt, nulla in te læſit. Nos vero, quid mirũ, ſi bonitate tua confiſi, deinde ſimul publico totius regionis decreto fidẽ habentes, permoti ſumus, vt hoc faceremus? Quòd ſi quidam gratificandi gratia, vel ex dolo illuc decreuerunt, ipſi viderint, qui & deo rationem reddent. Noſtrum enim non eſt hoc cognoſcere, neque omnium animos penetrando ſcrutari. A Nos vero quomodo cauſam hanc neglexiſſemus? Aut quomodo ſpreuiſſemus tantas lacrymas tantamq; loci illius ſoliudinem, vſque adeo deſolati, vt nec miniſtrum haberet, nec paſtorem, nec aliquam ſpiritalem monſtrationem? Illud autem tibi, idque cum primis notum ſit, quòd qui tum conſentiebant, nunc vero negant, rem faciũt necpiam nec ingeouam. Et multo ſatius fuiſſet, ſi tum contradixiſſent, quàm quod nunc demum aſſentaotur, & quod ſemel ſtatuerunt, ruſus demoliuntur, hominéſq; metuunt magis, quòd deũ verentur. Hos puta iterum, ſi rogeotur excuſandi gratia, pro ipſorũ leuitate dicere, qnod metu indignationis tuæ ſententiam mutauerint. Et quod multo verius eſt, quoniam illis neceſſe eſt ſemper terreri, neceſſe iuxta eſt & falſas ac ſophiſticas defenſiones cõminiſci. Si verò iſta tibi rectè quidem dici videntur, publicæ tamen moderationis ratio exigitur (nam & hoc audio. in literis ſiquidẽ nihil huius poſtulaſti) iuſtè & humaniter repetatur, & oihil cooqueremur. Neq; enim nobis placet, vt dominorum lętatur manſuetudo & humanitas. quid iam reſtat? forte vt manus iniiciantur viro quaſi indigoo, & huius gratia mandetur ſeruanda publici ſtatus tranquillitas: hoc enim quodam modo decẽtius eſt, quàm criminari. B Ad illud verò apertè & facilè reſpundero. Nos nec alium quenquã eorũ qui accuſantur, ne ſi etiam maximè amicus generoſúſq; ſit, examinatione liberamus. Nihil enim deo ac canone venerabilius. Sed ſiquis habet quod accuſet, ſi quidẽ voles te præſente vnàq; iudicãte fiat: ſin minus vel coram nobis abſente te, examinetur. Quòd ſi inſons inuẽtus fuerit, abſoluatur, etiã ſi ſeruus ſit. Nam idẽ & ſeruorũm & dominorũ pater eſt ac deus: & iuſtitia nõ ſecundũ perſonarũ dignitates decernitur. Si verò reus quiſpiam deprehenſus fuerit, tum ſcilicet ex proprio peccato condemnabitur: atq; ita nec regula per ſynodũ deciſa vituperabitur, neq; ignominiam patietur, qui euaſerit. (Quod ad nos enim attinet, forſan nõ admodũ curandũ eſt, ac oullius momenti) & ipſa malam effugiens ſuſpicionem, quaſi iſta: propterea quòd erga nos & ſanam fidẽ aliena es, machinata ſis ſophiſticè magis quàm generoſe, & aliud quidẽ iudicaueris, ad aliud verò C reſpexeris: quod tibi, cõſulo, accidere ne patiare, tanquam quod nec pium nec decorũ eſt, neq; velis noſtris cõtemptis legibus ad externas confugere, neque nobiſcum contendere: ſed ignoſcere ſi quid ſimplicius & apertius pro libertate gratiæ egimus, & reputare ſatius eſſe bene vinci, quàm male reluctante ſpiritu vincere.

Margin: ἀξίωμα. — γνώμη.

Eudoxio Rhetori Theologi.

LXXXIX.

ROgas vt res noſtræ habeant? Vehementer acerbè. Baſilium non habeo: non habeo Cæſarium fratrem & ſpiritalem & carnalem. Pater meus & mater mea dereliquerũt me, vt cum Dauide loquar. Quæ corpus concernunt, male habent. Senectus ſuper caput meum, curarũ implicationes, incurſus negotiorum, fides amicorum incerta, eccleſia paſtoris cura deſtituta. Peſſum eunt quæ bona ſunt & honeſta: ſine pudore vigẽt quæ mala ſunt. Nauigatio eſt in nocte. fax ad lucendum nulla vſquam. Chriſtos dormit. quid putas accidet? Mors vna eſt, quæ me ab his ma- D lis abſoluet. Et quæ illinc futura ſunt, ex præſentibus mihi coniecturam facienti, terribilia ſunt.

Margin: γνώμη

Ad eundem Theologi.

XC.

CÆſarium non habeo. Dicam enim, etiam ſi philoſophica non ſit iſta affectio. Quæ Cæſarij ſunt amo. Et quicquid video quod inſigne ac ſpecimen habeat Cæſarij, mox cõplector & exoſculor, & quaſi ipſum videre, coramq; eſſe ac cõfabulari videor. Et tale quid mihi iam in literis tuis accidit. nam ſimul atque inſcriptionem epiſtolæ legi, mox rei ſuauitas quædã, & nomẽ illud quaſi qui ruris amantiſſimus ſit, atque omnia illa animum meum ſubierunt, quæ nobis olim iucunda fuere, ipſæ ciuitates, ipſæ conuerſationes, ipſa menſa, ipſa paupertas, iucundiq; conuictus, vt inquit Homerus, vel ludicra vel ſeria, ſtudiorum labores, cõmunes præceptores, conceptæ ſpei ſublimitas, & quicquid dici poteſt eorum quæ tum bona habebatur, quibus ego præcipuè etiam recordando delector. Vt itaque adhuc amplius iſtis tuo beneficio immoremur, excita in nobis illorum hiſtoriã, ac largire ſcribendi occaſionẽ. Nam E prorſus neqne hoc uobis liuiculũ erit, licet quod maximum eſſe poterat, cõuictum videlicet nobis abſtulerit liuor, erga res noſtras acerbè affectus.

Margin: φιλάργυροι

Ad eundem Theologi.

XCI.

QVomodo corpore habes? An epiſtolæ breuitas oſtendit quomodo habeas? De anima quomodo illa valeat, nõ rogabo. noui enim quod admodum rectè: quandoquidem præclarè in illis quæ corpus cõcernuot philoſopharis: vt qui quod accidit, pro virtutis experimento, non ipſius materiæ diſturbatione habeas, vt beatior ſis dũ male afficeris, quàm alij dum ſani ſunt. Et in eo quoq; philoſophiã abunde ſatis declaras, quod talia nobis ac de talibus, nos præcipis, quæ etiam ſi nos aliis præſcribere non dubitemus, iudicium tamẽ F tuum, ſi debeant experiri, veremur vt firma ſint futura: conabimur tamen non contradicere præcipienti.

Gregorio Niceno Theologi. XCII.

AEgreſers iſtum tuum circuitum, videriſq; tibi ipſi vagus, inſtar lignorum quæ pro aquarum impetu feruntur. Nequaquã ô præclare. Non ita habet. Nam ſunt quidam qui præter animi ſentẽtiam iactantur: tuus verò iſte circuitus ſecundum deum eſt. Et vt multis benefacias, fixum eſt, non

Margin: Collatio.

vagom, etiam ſi loco non ſis affixus. Niſi ſolem quis culpare velit, quòd dū radios ſuos effundit, & viuificat quæcunque calore ſuo penetrat, non certo cœli loco fixus eſt, ſed ambitū illius circunquaque percurrit: aut ſtellas fixas ita laudare, vt errantes vituperet, quarum & error cōcinnus eſt.

Ad eundem Theologi. XCIII.

NE feras admodū moleſtè res triſtes. Si enim minus triſtamur, & illæ minus ſunt triſtes. Nihil habet periculi quòd hæretici, vt ſcribis, re-
A floreſcunt, & è latebris prorepētes de verna temperie præſumunt. Haud diu cantillabunt, certo ſcio: poſt iterum occultabuntur, & ipſa veritate & tempore expugnati, idque hoc amplius, quo magis nos totam cauſam deo commiſerimus.

Metaphora.

Ad eundem Theologi. XCIIII.

DE quibus ſcripſiſti, ſic habemus. Neque moleſtè ferimus deſpecti, nec lætamur honore affecti. hoc enim nos quidem digni ſumus: illud verò noſtræ competit ambitioni. Precare pro nobis. Breuiloquio ignoſce. Nam omnino hæc etiā ſi modica, ſilentio tamen ſunt prolixiora.

Ad eundem Theologi. XCV.

ETiam hoc vitæ meæ alioqui ſatis adflictæ reſeruatum erat, vt audirem mortem Baſilij, & ſanctæ illius animæ profectionem, qua peregre à
B nobis profecta eſt, vt præſens ſit apud dominum, quam peregrinationē ille per omnem vitam meditatus eſt. Quin ſimul & hoc incommodi accedit, vt propter malam & valde periculoſam corporis mei valetudinem, ſacros cineres complecti, ac tibi, vt decet ac par eſt philoſophāri, adeſſe, communéſq; noſtros amicos cōſolari nequeam. Solitudinem enim iſtam eccleſiæ videre, quæ tali iam ſpoliata gloria, talique priuata eſt corona, nec aſpectu nec auditu, ſaltem iis qui mente præditi ſunt, tolerabile eſt. Tu verò mihi videris, licet multi ſunt amici, multáque ab illis conſolationis gratia dicantur, à nemine tamen ita conſolati atque à te ipſo, & illius memoria, qui & ambo reliquis omnibus exemplum facti eſtis philoſophiæ, & quaſi perpendiculum quoddam ſpirituale & amaſſis, tam modeſtiæ in proſperis, quàm conſtātiæ in aduerſis. Nam hæc duo philoſophia nouit, & rebus rectè habentibus modeſtè vti, & calamitatem honeſtè ferre. Hæc à nobis ad tuam dignitatē ſcribuntur. Me verò, qui iſta ſcribo, quod tempus, aut quis ſermo conſolabitur, niſi ipſe coram ſis, nóſque tuo alloquio recrees, quod vnum ex omnibus beatus nobis reliquit Baſilius, vt in te, tanquam mundo quodam ac dilucido ſpecu-
C lo, imaginem ipſius contemplantes, & ipſum nos præſentem habere putemus.

κάθετος ἀμυσσα. Duplex ex philoſophia commoditas. A ſimili cōfirmatio.

Theologi ad eundem. XCVI.

HEu me miſerum, quoniam incolatus meus prolōgatus eſt: & quod caput eſt malorum, in bello ac ſeditione ſumus, & pacē quam à ſanctis patribus accepimus, non ſeruauimus. Hanc tamen, ſcio, ipſe reſtaurabis, per potentiam ſpiritus qui téque tuáque gubernat. Nos verò nemo falſo incuſet, obſecro, neq; dominos epiſcopos, quaſi inuitis nobis alium declarauerint noſtræ eccleſiæ epiſcopum. Non enim illis ita abiecti reputamur, neq; adeo inimicè erga nos affecti ſunt, vt hoc facerent: ſed quoniam propter cadaueroſam hanc meam valetudinem in multis deficio: ſimulque molem eccleſiæ veritus ſum, ſi negligeretur, hāc ipſe ab illis gratiam petij, quæ & canonibus non derogat, & nos refocillat, vt eccleſiæ darent paſtorem, qui & tuis precibus datus eſt, veſtra pietate dignum, quem & tibi commendo, D
videlicet reuerendiſſimum. Eulalium deo charū epiſcopum, in cuius etiam manibus vtinam expirare detur. Si vero quiſquam eſt, qui putat non debere viuente adhuc epiſcopo, alium ordinari, ſciat hoc nobis ſuperſtitibus nihil habere periculi. Omnibus etiam manifeſtum eſt, quòd nō Nazeanzenæ ſed Saſimorum eccleſiæ præfecti ſumus: tametſi aliquandiu propter reuerentiam patris, & eorum qui hoc ſuppliciter petebant, tanquam aduenæ gubernationem illius ſuſcepimus.

Theologi ad eundem. XCVII.

NAturaliter mihi nonnihil ineſt dexteritatis. (Nam vnum quid ex multis & ipſe iactabo) Et tamen ſimul mihi ipſi ſuccenſeo, quòd etiam amicis non admodum iucunda conſulo. Quoniā vero amici ſunt inter ſe & cognati, quotquot ſecundum deum viuunt, eodémq; incedunt Euan- E
gelio: quamobrem non audirent à nobis cum fiducia dici, quæ omnes ſuſurrant? Non laudant ingloriam iſtam gloriam nominiſq; tui claritatem, (vt veſtro more loquar) nec clancularitū hoc furtum quod paulatim ad peiora ducit, neq; peſſimā dæmonum, quam Euripides vocat, æmulationem ſiue ambitionem. Quid tibi accidit virorum ſapientiſſime? Quanam ratione teipſum condemnando, ſacros libros, quos oportebat imbibere, cum illos olim populo prælegeris (neq; enim pudet iſtud audire) proieciſti, vel, vt hyemis tēpore clauis naualibus & ligonibus vſuuenit, fumo obnoxios reddidiſti, acerbos vero & impotabiles vſurpaſti, rhetórq; dici magis quàm Chriſtianus voluiſti? Nos verò Chriſtiani potius quàm rhetores haberi volumus. Deo ſit omnis gratia. Noli ad hūc modū animatus eſſe virorū optime, quemadmodū & olim non admodū hoc morbo laboraſti, ſed, licet ſero, reſipiſce, & ad te ipſum redi, ac fideliбus quidē, verū & deo, & altaribus ac myſteriis à quibus abalienatus es iuſta re ſatisfactione expurga. Nec regeras mihi arguta illa & rhetorica verba. Quid? An quia rhetoricæ operam de- F
di, Chriſtianiſmo excidi? Num cum inter adoleſcētes verſabar, fidelis non erā? Et fortè deum teſtem aduocabis. Nequaquā ô ſuſpiciende, nequaquam, vt par etat, etiā ſi ex parte aliquid dederimus. Quomodo verò non cogitas ex his quę iam facis lædi alios qui naturaliter ad hoc malū propendēt, oecaſionémq; dari cogitādi ac dicendi, ſit commentū. At eſt neceſſitas quædā. Nemo enim ſibiipſi tantū viuit, ſed & proximo, nec ſatis eſt, ſi tibi ipſi ſatisfacias, niſi ſatisfacias & aliis. Siue in publico

Quòd ipſe Nyſſenus erat à lectione Gentilium.

Parū conſ chriſtiano eſt ſe totum Gentilium lectioni addicere.

publico quenquã percutias, ſiue in maxillam ipſe
feriare, vel alium verberes in theatris, ſiue parum
honeſtè luctatus fueris, vel antagoniſtam excepe
ris, non erit ſapientis viri excuſatio, ſi dixeris ani-
mo te fuiſſe interea modeſto ac ſobrio. Hæc faci-
lè intelliguntur. Itaque ſiue inſtitutum vel iam tã-
dem mutaueris, gaudebo, vt Pythagoricorum
philoſophorum quiſquam amici cuiuſdam tuiοã
deplorans dixit, ſiue non mutaueris, philoſophus
quidem ille ſcripſit, mortuus es mihi: ego vero
illud tui gratia nondum dicam. Nam is cum ami-
cus fuiſſet, factus eſt inimicus. At amicus cum
ſim, inquit Tragœdia, lugebo tamen, (hoc enim
A modeſtius fuerit dicere) ſi neque ipſe quid te do
ceat, videris, quod primum munus eſt eorum qui
laudantur, neque alij bene monenti obſecunda-
ueris, quod alterum eſt. Tantum habeat admoni-
tio hæc. Tu vero mihi ignoſces amicitiæ gratia lu
genti, ac pariter cum propter te, tum vniuerſum
ſacerdotij ordinem, addam & propter omnes
chriſtianos inflãmato. Si vero opus habes vt pro
te precemur aut intercedamus, ſuccurrat infirmi
tati tuæ deus, qui & mortuos viuificat.

Ad Gregorium Principem Theologi.

XCVIII.

NOn laudo Heſiodum, quòd eiuſdem artis o-
pifices antitechnos vocauit, dicens, Et figu-
lus figulo, & faber inuidet fabro. Non enim æmu
latur magis quàm adiuuat & complectitur: vt ego
puto, & tanquam familiarem fouet. Philoſophus
vero hoc etiam amplius amplectitur philoſophũ,
quòd idem illis eſt ſapientiæ ſtudium. Hoc itaque
B & ipſe animo erga prudentiam tuam affectus, ſi
ea fuiſſem corporis valetudine vt animi motibus
obſequi potuiſſem, nemo me præcurrendo com-
plexandoq́; & proſperum nauis aſcenſum adpre-
cando præueniſſet. Verum vt ſolem obſcurat ob-
ducta nubes, ita me remoratur corporis imbecil
litas & inuida hæc caruncula quæ mihi carceris
loco eſt. Suſcipies ergo, loco præſentiæ hanc me-
am epiſtolam? Certè ſuſcipies, cum ſis prudens,
& animo erga nos beneuolo id quod probè ſcio
nec opus habeo, vt coniecturis ducar. Vt autem
intelligas quantum de animi tui probitate præſu-
mam, ecce precator apud te, intercedo pro te no
bis admodum neceſſaria, & per amicitiam tuam
abs te quæ amicorum ſunt expeto. Nicobolum
meum è manu mea dextra tibi cum fratribus cõ-
mendo, non daturum pœnas, ſed ſumpturum.
Commendoq́; ſimul & viduam neglectam illorũ
matrem, & domum, quæ aliquando ſplendida
fuit & illuſtris: cum aſſiduè nobiſcum verſaretur
Nicobolus, nunc vero ne lugere quidem permit-
C titur ea mala quæ partim acciderunt, partim ad-
huc expectantur, niſi tibi ſiſtatur, & tuo iudicio
aduerſus malum dæmona obfirmetur, quo fiet,
vt & nos cohoneſtemur & humanitatis ratio ac
reuerentia habeatur, ſplendidumq́; tibi ipſi tua in
nos beneficentia reddas principatum.

Ecebolio Theologi.

XCIX.

VOciferabor aliquid aduerſus meipſum. Sit
autem venia dolenti, ſi quæ dolentis ſunt lo-
quutus fuero. O carunculam prauam & malignã,
quibus me malis afficis? quæ mala perpetras? In
propinquo vir eſt, quem etſi procul abeſſet perſe-
qui neceſſariò debebam, cum propter principalẽ
virtutem qua præditus eſt, tum propter animi pla
ciditatem. Tu vero malè vales, & propè immobi-
lis es, ac parum curas quòd alij bono illo potiun-
tor, nos vero illo priuamur. Huiuſmodi ſunt qui-
bus meipſum incuſo. Quoniam autem ſatis non
eſt deplorare tantum quæ patior, ſed opus eſt, vt
& aliquo pharmaco medeatur vulneri, iſtud nũc
quærentes, hanc auſi ſumus ad te dare epiſtolam, D
& literis noſtram adumbrare præſentiam. Si ve-
ro cupiueris aliquo nos pro beneficentiæ tuę ſca-
turigine afficere beneficiolo, ecce deferimus ad
te, domum miſeram & humanitate tua dignam.
Viduam videlicet cum orphanis ex lachrymarũ
æſtu adhuc calentibus, ſororem dico meam cum
ipſius liberis, qui, cum prognati ſint patre hone-
ſto, & qui plurimum laboris regum gratia pertu-
lerit, in armis non obſcurus, ſed valde illuſtris,
deinde & vobis principibus multum ſeruierit (ſi
de quodã tibi Nicobulo innotuit,) extrema nunc
periclitantur. Nam poſt amicorum erogationem
& iuriſiurandi ſacramenta, quæ in quæſtione ob-
tulerunt, iam iterum calumniam conantur infer-
re orphanis.

Olympio Theologi. C.

ITerum occaſio demonſtrandæ humanitatis, ite
rum audax ego, qui tantæ rei patrocinium lite-
ris concredo. Verum me tempus quidem ala-
crem reddit: morbus vero ne progredi quidem E
permittit. Non enim vel tantum langueo, vt com
modè incedam. Quæ eſt igitur hæc noſtra inter-
ceſſio? Audi me hoc die humaniter. Triſte quidẽ
mors eſt etiam viri. Quomodo enim triſte non
eſſet, cum qui hodie eſt cras non ſore, etiam ſi pe
nes nos non moriatur? Multo vero triſtius ac gra
uius eſt, mori ciuitatẽ, quam & Rex ædificauit, &
tempus formauit, & qualiſcunque ordo ſeruauit.
Loquor autem de ciuitate Diocæſarea, quæ olim
ciuitas erat, nunc vero non eſt, niſi ipſe placidè
annuas. Hanc iam per nos pedibus tuis aduolui
putato. Loquatur ergo ipſa, & habitu ſit amicta lu
gubri, & tonſa comas, vt fieri ſolet in tragœdiis,
& ad hunc modum opem tuam imploret. Porri-
ge mihi manum humi iacenti, ſuccurre imbecilli
ne differas, neque diſperdas Perſarum reliqui-
as. Ciuitates te erigere decet magis quàm la-
borantes & afflictas ſubuertere. Eſto ciuitatum
tutor aut numerum earum quæ ſunt augendo,
aut eam quæ iam eſt conſeruando. Ne feras, vt
ad tuũ vſque principatũ ſit ciuitas, & poſt te nõ ſit F
neq; cõmittas vt poſteris tẽporibus detur occaſio
de tãtis malis narrãdi, ꝙ ciuitatẽ inter reliquas cõ
numeratã acceperis, & locũ deſolatũ reliqueris,
vbi oli fuerit ciuitas, quę nõ niſi ex collib⁹, præci-
pitiis ac ſyluis cognoſcatur. Hæc quidẽ agat & di-
cat apud humanitatẽ tuã ſimulata iſta ciuitas. No
ſtram vero admonitionẽ tanquã eam quæ amico
rum eſt ſuſcipe. Caſtigare quidem voles eos qui
aduerſus poteſtatis tuæ mandatum peccarunt.

Nam contra hoc nihil præſumimus. Quanquam temeratum eſſe dicunt non ex communi quadam conſpiratione, ſed ex inconſiderato quorundam adoleſcentum motu. Voles vero ſimul meritam pœnam maxima ex parte remittere, & maiori vti ratione. Dolore ſuper matre demortua correpti ſunt: non potuerunt ferre, vt cum cives vocentur ſint extorres. Inſanierunt, contra leges egerunt, de propria deſperarunt ſalute. Amentes eos reddidit quod in id calamitatis præter opinionem inciderunt. Num huius gratia committendum eſt,
A vt ne ciuitas quidem ſit quæ ciuitas eſt? Nequaquam ô ſuſpiciende. Ne velis hoc ſtatuere, ſed ali quo dignari honore cum ciues omnes, tum magiſtratus ac dignitate claros, qui tibi ſupplices ad uoluuntur. Vniuerſos enim iſta calamitate pariter tangi putare debes, tametſi propter poteſtatis tuæ amplitudinem ſubiiceant, & altum ingemiſcant. Deinde & noſtram caniciem venerare, quibus graue erit ſi cum aliquando magnificam habuerimus ciuitatem, nūc ne ciuitatem quidem habituri ſimus & templum hoc quod deo ſtatuimus & ſtudium hoc pietatis quo in illum præditi ſumus, poſt tuum principatum futurum eſt habitaculum beſtiarū. Neque enim hoc graue & horrendum fuerit, ſi ſtatuæ ſubuertātur, etiamſi alioqui graue eſſet, neque de iſtis nos loqui putabis, qui eorū quæ ſunt potiora curā gerimus, ſed ne vnà cum illis ſubuertatur ciuitas antiqua, & quæ ſplendoris nonnihil adepta erit ſi viuentibus ovibus, ac videntibus, abs te honorabimur & aliquid apud te poſſe putabimur. Sed tantum hac de re dixerim. Neque enim, etiāſi plura dixerimus, quicquam adferemus quod cogitationibus ac conſi-
B liis tuis prævalere poſſit, quibus tantus gubernatur populus, & gubernarentur etiam plures ac maiores, idq́; in maioribus principatibus. Illud vero neceſſarium eſt inſinuare magnanimitati tuæ de iis qui antea ceciderunt, quod prorſus miſeri ſunt, abiecti, & nullo diſtur bio illorum qui deliquerunt conſortes, quemadmodum nobis multi eorum qui tum præſentes fuerunt fidem huius faciunt. De iſtis itaque cōſulta, quid nam pro ſorte pietes & de gloria quam hinc feres, & de ſpe quam illinc decerpes. Tuis vt tribunalibus ſiſtamur, neceſſe erit, idq́; non ſine animi mœſtitia ſeremus, feremus tamen. Quid enim aliud agemus etiam? Si vero quę peiora ſunt obtinebunt, vnum hoc moleſtè feremus, priorique ciuitati illacrymabimur.

Ad eundem Theologi. C.

C NObis princeps es, etiam poſt principatum. Res enim iſtas longè aliter iudicamus quàm plerique ſolent. Omnem nanque principis virtutem in teipſo comprehenſam habes. Multi enim eorum qui ad principatus ſoliū euecti ſunt, meo iudicio inferiores ſunt, quoſcunque videlicet exercitus creat, humiles ac ſeruus ſubditorum. Rurſus multi mihi excelſi ſunt ac ſublimes, etiam ſi inferiora teneant, vtpote, quoſcunque euebit ipſa virtus, & dignos reddit, qui maioribus princi patibus præficiantur. Sed quid horum mihi bono cedit? Non eſt nobiſcum amplius magnus Olympius, nec rerum noſtrarum gubernacula poſſidet.

Laus principis integri ex alterius collatione.

Actum de nobis eſt, proditi ſumus. Iterum poſteriori Cappadocia facti ſumus quam tu primam ef feceras. Quæ aliorum ſunt, quid attinet dicere? Gregorij tui ſenectutem quis fouebit? Quis imbecillitatem ipſius curabit, maiorem bonore affi ciet eum, qui multis humanitatisque beneficentiā intercedendo impetrauit? Vos itaque nunc veſtrum quidem iter diſceſſuri præſtantiore comitatu ac pompa alacriore ingredimini, quam pluri mo nobis relicto fleto. Abitis autem molta à nobis diuitiarum copia cumulati, & qualem nō mul ti principum aſportarunt, bonam ſcilicet nominis exiſtimationem ac gloriam referentes, & quod omnium mentibus inſculpti eſtis tāquam quibuſ dam columnis ac ſtatuis haud cito mouendis. Si D vero nobis denuò cum maiore ac illuſtriore prin cipatu præficiendi eſtis (hoc enim animi noſtri deſiderium futurum vaticinatur) perfectioribus deo ſacrificiis prorſus gratias agemus.

Ad Procopium Theologi. CII.

ITa quidem animatus ſum (ſi quod verum eſt ſcribere oportet) vt quodcunque epiſcoporum concilium fugiam, propterea quod hactenus nul lius omnino ſynodi finem aliqua vtilitate præditum, & vnde res malè habētes non magis exacerbatæ quàm curatæ ſint, videre licuit. Ea enim illis eſt libido contendendi, & ambitio dominandi (at ne putes iſta me odioſe ad hūc modum & importunè ſcribere) ſuntq́, ita diſputando inſuperabiles, vt ſi iudicio quiſquam cum illis velit agere, citius alterius cuiuſdā malitiæ reus agatur quàm E quæ illorum eſt euincat ac diluat. Quapropter meipſum cohibui, inq́; ſola precum ſecuritate & communitione tranquillum ac quietum fore putaui. Nunc vero & corporis infirmitatem habeo, quæ ne condemner, ſit patrocinio ac tueatur. Nā perpetuo in ex extremis ferè ago, mihiq́; ipſi nul la in re vſui eſſe poſſum. Quocirca ignoſcat mihi tua prudentia. Perſuadeatur autem per te & piiſſi mus Rex ne ſocordiæ nos condemnare, ſed imbe cillitati ignoſcere velit, cuius gratia ſe, rogātibus nobis iſtum ſeceſſum, pro alio quod offerebat be neficio, conceſſiſſe meminit.

Hæc autem quod diu ruſ fuerit, ſi verſo Grego.

Ad Anyſium Theologi. CIII.

VT res noſtræ habeant rogas. Ex hiſtoria quadam reſpondemus, Legationem Athenienſes ad Lacedæmonios, cum illi imperio potirentur, miſiſſe dicuntur. Erat autem petitio vt humanitate ipſorum in re quapiam vti liceret. Legati F vero domum reuerſi, cum rogarentur, quomodo in nos affecti ſunt Lacedæmonij? reſpondiſſe feruntur, vt in ſeruos quidem, valdè benignè, vt in liberos verò, admodum contumelioſè. Hoc & ipſe nunc ſcribere poſſum. Agimus enim humanius quidem quàm quod deploratis: rurſus vero mole ſtius quàm quod conueniat iis qui deo ſunt curæ. Etiamnum enim nos & morbus cōtriſtat, & qui nos adfligunt amici nihil dolent, etiam vbi pro vi ribus nocuerunt. At precare deum, vt nobis ſit be neuolus, largiaturq́; è duobus alterutrum, vel vt moleſtias iſtas prorſus effugiamus, vel vt illas cō ſtanter toleremus. Etenim & hoc abundè ſatis ipſam imminuet calamitatem.

Nam ſer-uis, qui Nam ipſe ...

Ad

Ad eundem Theologi. cIIII.

SEntio de quibus me incuſes, etiamſi taceas. Dices fortè nuptias celebrauimus idq́ue aureæ ac tuæ Olympiadis, & adfuit epiſcoporum cœtus, tu verò cum his inter illos egregius ac præclarus, vel ex contemptu, vel ex torpore nobis defuiſti. Ex neutro, ô ſuſpiciende. Sed quoniam putaui fieri non poſſe, vt qui viuo miſerè ac tragicè, panegyrica celebrarem hilariter ac comicè. Et ſimul omnino intempeſtiuum & præter decorum nuptiarum forè ratus ſum, ſi dum ex pedibus ægrotantes inter ſalientium choraeas ridiculè circumagerentur (vt & pro more nuptiarum nonnihil tecum ludam.) Alioqui quod ad voluntatem attinet, & adſum, & nuptias vnà celebro, adoleſcétiúmque dexteras & mutuo inter ipſos & vtraſque dexteræ dei committo. Decet enim, vt quemadmodum omne reliquum bonum ita & coniugium tibi, cũ omnium optimo, & iuxta communes noſtras preces, ineatur.

Facetioſè in declamationibus τραγικῶς & κωμικῶς καὶ ἀλγεῖ.

A

Ad eundem Theologi. cV.

ECce iam alter tibi quoque gener accedit, & moleſtiam rei ſuauitas amolitur. Bene facis. Nos vero ſegnes, vt ipſe ſanè dices, vt aiunt, prouerbij veritas habet, infirmi otioſi non ſunt. Attamen rectè nobis habent quæ ex deo ſunt. Negotia nãque illa tumultuaria aliis permittemus: nos vero philoſophiæ fructum capiemus. Quoniam autem deum metuis, & ipſe planè ex eorũ es numero qui è ſupernis ſũt, nulli vinculo obnoxius.

ἀσθενοῦντες ἀργοί.

B Et nos iam iterum ad nuptias tuas ſiquidem id muneris contribuendum eſt, quod nobis optimũ videtur & honeſtiſſimum, preces noſtras conferimus.

Ad Amphilochium Theologi. cVI.

PAnes quidem abs te non peterem*, quoniam nec aquam ab illis qui Oſtracinam inhabitãt. Holera vero ſi petamus à viro Ozizaleno, cum illorum vobis ſit copia, nobis vero multa raritas, nihil eſt quod mireris, neque præter conſuetudinem videri debet. Dignare itaque holera nobis & plurima & optima mittere, vel certè quantum poteris. Quandoquidem pauperibus & modica magni æſtimantur. Habebimus enim apud nos magnum Baſilium, cuius vt ſaturi philoſophiam expertuses, ita eſurientis ac moleſti experiri nolis.

Ad eundem Theologi. cVII.

Tota ſolibus & diſtinctis aſpergitur χρυσολάχανα triplicis aureo coloris.

** ἄχιστον hīc ἄχαστον.*

C QVã parcè veniũt ad nos holera veſtra? Quid enĩ miſiſtis aliud præter Chryſolachana? cũ ſit vobis illic omnis abũdãtia, horti, fluuij, nemora & horti arborib* cõſiti. Et ipſa veſtra regio holerifera eſt, vt aliorũ aurifera. Et foliis pratẽſium herbarũ veſcimini, & frumentum vobis eſt, fabuloſa illa felicitas. Et panis? Ille qui dicitur panis angelorum, ita iucundus pariter,* & qui tamen guſtari nequeat. Aut igitur tradite nobis ex holeribus veſtris abũdãtius ac largius: aut aliud quidẽ nihil cõminabimur, frumẽtũ vero cohibebimus, ſciemusq́; an reuera ex ſolo rore viuant cicadæ.

Boſporio Coloniæ Theologi. cVIII.

PVrabam quidem à vobis & de præteritis mihi deberi apologiam, ita ſum imperitus ac ineptus. Quoniam vero non ceſſatis moleſti nobis eſſe, ſed perpetuo priora etiam ſuperare contenditis, & cõtumeliis cõtumelis, quas quotidie excogitatis nouas adiũgitis (ob quã cauſã, ignoro: ſiue id odio noſtri facitis, ſiue vt aliis per noſtrã ignominiã gratificemini, iſta nos deo cognoſcẽda & iudicãda permittemus, quẽ nihil eorũ quæ fiũt, latet (quod diuina ſcriptura teſtatur) etiamſi veritatis faciem, vt multis honeſti videamur, obſcurauerimus) veſtræ pietati nuntiamus, quòd victi ſumus &, * eccleſiæ pro viribus conſulere, ſi deus dederit, non grauabimur, quandoquidem hoc cõtenditis. Et maximè ipſo nos tempore vrgente, propter imminentem aduerſariorum incurſum, qui futurus, vt ipſe ſcribis, expectatur. ſed humile corpus hoc deo accommodabimus, donec illud durabit, nosq́; aliquid roboris habebimus, vt neque nos hac laboremus moleſtia, vt à vobis condemnemur, & ab vniuerſo clero incuſemur, qui nos omnigenis querelis adobrutos poterit, quod & eccleſiam videamus neglectam, & multos eſſe qui illam proſcindant, quaſi quæ eccleſiæ neceſſitas exigit contemnamus: neque vos prolixius laboretis nos ignominia afficiendo. Et hoc faciemus veſtris adiuti precibus, ſiquidem ipſe eccleſiæ gubernationem ſuſcipere detrectas, vt & ipſe aſſeris, & res ipſa declarat. Satius enim eſt illis immori curis quàm iſtis, cum omnino neceſſe ſit vt miſerè agamus, ita res noſtras deo diſponente.

D

** Locus hic difficilem habet in Græco.*

E

Ad eundem Theologi. cIX.

IAm ſecundo à vobis ſupplantatus ſum ac ſeductus. (Noſti quid dicam.) Quòd ſi hoc merito facitis, odoretur dominus odorem bonæ veſtræ fragrantiæ: ſi vero iniuſtè, ignoſcat dominus. Ita enim conſentaneum eſt vt de nobis loquar: quãdoquidem præceptum nobis eſt, vt iniuria adfecti patientes ſimus. Veruntamen, quemadmodũ vos veſtræ ſententiæ poteſtatem habetis, ita & ego meæ. Iam non amplius grauis vobis erit moleſtus ille Gregorius. Secedã ad deum, qui ſolus ſyncerus eſt & fraudis expers. Cohibebo meipſũ. Iſta meipſum admonui. Bis enim ad eundem offẽdere lapidem intellectu captis duntaxat animantibus prouerbium triuiale tribuit.

παροιμία.

Cæſario fratri Theologus.
cX.

NEque terrores inutiles ſunt iis qui ſano ſunt iudicio: imò vt ego ſentio vehementer etiã vtiles ac ſalutares. Licet enim illos deprecemur, perterriti tamen erudimur. Anima namque adflicta, deo vicina eſt (inquit Apoſtolus Petrus, vbi hac de re præclariſſimè diſſerit) & quiſquis periculum euaſit, familiarius ei adhæret, per quem ſeruatus eſt. Ne ſit igitur moleſtum ꝙ aliquãdo adflictionis participes fuimus, ſed gratias agamus ꝙ euaſimus, neque alij appareamus corã deo tẽpore periculoſo, & alij poſt pericula. Sed velimus, ſiue extorres ſim*, ſiue priuatè ſiue publicè agam*.

F

φόβοι ἐκ ἄχρηστοι.

Sic

Sic enim dicendum eſt) non deficere quo minus coniectemur eum qui nos ſeruauit, ſimusq́; partis illius, quę modica ſunt exiguorum ac humi repétium curantes, committamusq́;, vt habeant poſteri quod de nobis narrent, non quidem, vnde magoa ad nos redeat gloria, ſed vnde magna ad animam noſtram redeat vtilitas. Eſt autem iſta diſciplina multis vtiliſſima. * Melius enim eſt in periculis eſſe quàm ſecurè agere: & calamitate premi potius eſt quàm vti rebus ſecundis. Antè terrores ſiquidem mondi eramus, poſt terrores vero facti ſumus dei. Forſan tibi onerofi videmur, quòd toties eadem ſcribimus, & quę ſcribo putas non eſſe admonitionem ſed oſtentationem: qua-

A propter iſta quidem ſufficiant: nos vero ſcias eſſe promptos optateque, maximè quidem vt apud te conſtitutis ad ſalutem tuam aliquid conſerte deq́; his rebus perfectius diſputare. Sin minus, vel hic te quantocius excipere vnaq́; chariſteria celebrare liceret.

γνώμαι memorabiles. * [illegible] gratiarum actionem.

Ad eundem Theologi.

C X I.

PLurimum iam tui gratia pudefacti ſumus. Quod enim contriſtati ſumus, quid opus eſt ei ſcribere qui huius omnium eſt perſuaſiſſimus? Ne vero de nobis loquamur, nève dicamus quáta nos mœſtitia, imò & metu (permittes autem vt & hoc dicam) quæ de te ſparſa eſt fama repleuerit: cupiebam ſi quo pacto fieri poſſet, vt ipſe coràm audires quid alij, tam cognati quàm alieni & qui nobis quocunque modo noti ſunt, ſaltem Chriſtiani, non aliqui duntaxat, ſed ex ordine pa

B riter omnes, de te loquantur ac de nobis. In alienis nanque libentius ac ſtudioſiys philoſophantur homines. Abierút enim illis iſta in quandam declamatiooem, nūc quidem epiſcopi filium militiæ operam date: nunc vero externum affectare potentatum ac gloriam, nunc pecunias æquare non poſſe, quæ ſint cóſumptæ, quando publicum ærarium incendio conflagrauit, & homines quiſque vitæ ſuæ fugiendo rationem habuere. Imò nullam planè nec gloriam nec ſecuritatem neque proſperitatem ęſtimare, ſi ſtrenuè ſeſe rerum tempeſtati opponat, ſeque quàm longiſſimè ab omni ſcelere & immunditie abalienet. Quomodo decernent ac ſtatuent epiſcopi, ne alius quiſquam temporis curſu corrumpatur, aut idolis commiſceatur? Quomodo alios aliud quiduis delinquétes reprehendet, qui ipſe ne auſit quidem domeſticos & vernaculos corripere, fiducia deſtitutus? Iſta cum quotidie audiamus, imo multo grauiora

C quoque quibuſdam forſā propter amicitiam qua nobis iuocti ſunt talia dicentibus, quibuſdam vero ex odio oobis inſidiantibus quomodo putas affectos & quo eſſe aoimo eos homines, quibus propoſitum eſt ſeruire deo, & qui hoc ſolum arbitrantur eſſe bonum, vt ad ea quę ſutura ſperantur proſpiciant. Dominum itaque patrem ooſtrū rumorem huoc de te ſparſum ægerrimè ferétem deq́ue ipſa vita periclitantem quoquomodo ipſe quidem conſolor ac recteo, de animo tuo illi pro mittens fidemq́ue ſaciens, quòd oon ſis laturus vt poſthac nos denuò mœrore conficias, dominam vero matrem ſi quid illa eotum quæ cootra te dicuntur audiret (nam in hunc vſque diem illam omnia celamus, idq́; multis conſiliis) puta omnino nullam admiſſuram cóſolationem, propterea quod & mulier eſt animo puſillo, & alioqui propter vehemens religionis ſtudium, modum hiſce in rebus ſtatuere neſcit. Quapropter ſi aliqua cú tui tū noſtri cura teneris, delibera ac ſtatue, quod melius ſit & cautius ac ſecurius. Nam planè & hic apud nos abundè poteris liberam & ingenuam vitam inſtituere, niſi admodum ſis inſatiabilis, & præter omnem modum perpetuò plura concupiſcas. Imò non video quam temporis commoditatem expectare debeamus ad hoc, vt vitę conditionem aliquam amplectare, ſi præſentem negle- D
xerimus. Si vero eandem retinere volueris aoimi ſeoteotiam, omniaq́; conatibus tuis modica & exilia ducere, nihil quidem aliud quod moleſtum ſit dicam: hoc tamen præmoneo & conteſtor, quod è duobus neceſſarium erit alterutrum fieri, vt aut, ſi vetus permanſeris chriſtianus, ad ea depuleris quæ profeſſiooi tuæ ſiot ignominioſiſſima, viuasq́; ita, vt & tibi & ſpei de te cóceptæ oon conueniat: vel ſi nominis gloriam deſideraueris, letali damno afficiare, ſumiq́; certe, ſi nō & ipſius incendij, particeps reddare.

Ad Sophronium prouinciæ rectorem Theologi.

C X I I.

VIdes vt res noſtræ habeant, & vt viciſſitudo quædam rerum humanarum circumquaque vagetur, ita vt nunc illi, nunc iſti vel in flore ſint vel defloreſcant, & neq́; rerum nobis proſperitas neq́; inſœlicitas, vt aiunt, conſtans ſit, ſed quàm citiſſimè mutetur ac tranſeat vt veotis potius ſit fidendum, aut ſi quid vodis inſcribatur, quàm hu- E
manarum rerum proſperitati. Quamobrem? Mihi videtur ita diuioitus inſtitutum eſſe, vt conſpecta in rebus humanis inſtabilitate & inæqualitate maiore ſtudio ad deum accurramus, futuraq́; deſideremus, atque aliquam habeamus noſtri quoque iſtorum rationem, non admodum rerum pręſentium vmbras & ſomnia ſectantes. Verum vnde moti ſumus, vt iſta loquamur? Neq́; enim hæc fruſtra philoſophamur, aut vauè iactamus. Erat aliquando, & Cæſarius tuus inter eos connumeratus qui non obſcuri habentur, imò niſi fallor, vt fratribus vſuuenire ſolet, ex eorum numero erat, qui admodum illuſtres ſuſpiciuotur. Inſigni erat eruditione, & animi probitate multos excellebat. Præclarus item habebatur propter amicorum copiam, è quibus præcipuum te, tuamq́ue nobilitatem arbitratus eſt, idq́; nobis perſuaſit. Sunt quidem iſta iam antiquata, & tu interea plura ex te ipſo honorandi illius gratia amicitiæ mo- F
nnmeota adiéciſti, quemadmodum omnes natura comparti ſumus mortales, vt plus aliquanto largiamur mortuis quàm viuis: quę vero nunc dicturus ſum, ne velis ſiccis oculis audire, ſed illacrymando honeſtè tameo & vtiliter. Mortuus iacet, ſine amicis, deſertus, miſerabilis, modica myrrha honoratus, (ſi tamen vel illa data eſt) & modicis indumentis, quæ mortuis vtcunque dari ſolent. Multum ſanè eſt, ſi & illis ex miſericordia potitus eſt. Irruerūt autē, vt audimus, inimici, & alius aiio prætexto magoa cū poteſtate quę illius ſūt pars rapiūt, pars rapere conātur. (O impudentiā, ô crudelitatē) & oemo eſt qui prohibeat,

ſed

ſed qui bumaniſſimus eſt, ſeueritate legum veluti prætextu quodam, ſe tuetur, & ſi vno verbo dicendum eſt, fabula vel tragica facti ſumus, qui olim felices reputabamur. Hæc tibi non videantur ferenda, ſed cõdoleto potius & moleſtè nobiſcum ferto, & gratiam impartitor Cæſario mortuo, ne per ipſam amicitiam, per ea quæ tibi ſunt omniũ charisſima, pérque ſpem ipſam, quã tibi ipſi velis dextram ac fortem reddere, ſi fidus ac ſyncerus erga mortuum apparueris, vt & viuentibus hoc largiaris, benèque ſperare facias. Putas nos pecuniarum gratia mœſtos eſſe? Dedecus illud nobis intolerabilius eſt, ſi videbitur omnium ſolus Cæ-
A ſarius non habuiſſe amicos, qui tam multos habere reputatus eſt. Hac itaque petitione te, & de talibus interpello: ſiquidem tibi forſan non habemur intempeſtiui. Quam vero adferre debeas opem, & per quos, & quomodo, & res ipſæ admonebunt, & prudentia tua diſpiciet.

Ad eundem Theologi. CXIII.

COmmodi aliquid nobis adfert ſeceſſus, otiũ videlicet & trãquillitatem, verum nondum tantum commodi adfert quantum incommodi, vtpote quòd à veſtra ſuperamur amicitia & præſentia, re nobis admodum iucunda. Alij tua fertũtur prudentia, nobis vero multum eſt, ſi vel hoc dabitur, vt vmbram quandam mutui colloquij in literis viciſſim dandis & accipiendis obtineamus. An te videbimus iterum? An te complectemur aliquando lepidum noſtrum caput? An hoc dabitur reliquæ noſtræ vitæ? Quod ſi dabitur, omnis ſit gratia deo. Sin minus, maxima ex parte emortui ſumus. Tu verò memor eſto Gregorij tui, reſque
B noſtras aliis ipſe enarrato.

Ad eundem Gregorij Theologi. CXIIII.

OTioſè ac quietè philoſophamur. Vſque adeò ſcilicet læſerunt nos olores noſtri, vt optarim nos adhuc alia eiuſmodi affici iniuria, quò illos magis atque magis bene de nobis meritos agnoſcamus. Fit enim ſæpenumero vt qui lædi videntur beneficio afficiantur, & qui putantur beneficiis affici, lædantur. Igitur ad hunc modũ habent res noſtræ. Quòd ſi aliis hoc non perſuademus, te tamen illud loco omnium ſcire volumus, cui libenter rerum noſtrarũ rationem reddimus. Imò perſuaſi ſumus iſta te ſcire, ac ignorantibus perſuadere. Obſecro vero, vt cum omni ſtudio ac diligentia, ſi non antea, vel nunc tandem in hoc incumbatis, vt concilientur & in vnum coëant orbis ſectæ malè inter ſe diſſidentes, & maximè, ſi deprehenderitis illas non propter fidei doctrinã ſed propter priuatim conceptos animi dolores diſſidere, quod ego animaduerti. Hoc & vobis ſi poteritis lucroſum erit, & ſeceſſum noſtrum iucũdiorem reddet, ſi videbimur illi nos non fruſtra
C commiſiſſe, ſed ſponte noſipſos quaſi in pelagus quoddam ad exẽplum Ionæ illius, eius gratia abieciſſe, vt ſedaretur tempeſtas, & periculo erepti ſeruarentur, qui in mari illo procelloſo nauigabãt. Si vero nihil minus etiamnum tempeſtate iactantur, nos ſaltem quod noſtrum erat ad deſideratã tranquillitatem contulimus.

Ad Euſtochium Sophiſten. CXV.

OAſtute Vlyſſes, quàm vehementer me perſtrinxiſti Stagiritimum opprobrans, ſimúlq; nos accuratiſſimis ſophiſmatibus inuoluens? Laudo quidem confidentiam tuam quòd quæ ſubijcere pſiſti ſcribere ſis auſus. Melius enim eſt apertè proferre quod moleſtum eſt, quàm in diem ſuſpẽſos, vt ita dicam reddere rerum ignaros. Habeo tamen nonnihil quod incuſem. Vt autem iuridicialem agẽdi formam obſeruem primum me defendam, deinde accuſationes inferam: faciam autem vtrunque pari animi beneuolentia. Optimũ Stagirium acceſſit Nicobulus meus. Acceſſit autem non ex animi noſtri ſententia (ne ſuſpiceris
D hoc. Neque dum enim Athenarum oblitus ſum ego, neque amicitiæ ac neceſſitudinis tuæ) ſed à ſeipſo quidem ad hoc incitatus, & patre ita volente, illum acceſſit, à me vero per literas illi eſt commendatus ac traditus. Quid hoc habet ingratum aut inhumanum? Iam quoniam excuſationem meam habes, accipe etiam quid reprehẽdam. Nõ laudo figmenta tua & præſtigia quibus malè impetis æmulum (quandoquidem ita obtinuit, vt qui eiuſdem ſunt artis, æmuli inter ſe vocentur.) Quandiu iſta durabunt? Et quando modum ponemus ſophiſticæ calumniæ? Quouſque hæc fient? donec ſcilicet morte ab hac intercludamur verſutia. *Heſiodo.* Quòd ſi adoleſcens quiſquam æmulatione adactus, emolumentíque cuiuſdam ſpe motus iſta faceret, ignoſcendũ quandantenus eſſet (vt demoſtheniano more tui gratia nonnihil rhetoricer) in iſta vero ætate exiſtentem, atque ad hunc modum viuentem, captiunculis hiſce inſidioſis vel petere alios, vel ab aliis impeti, prorſus eſt & intempeſtiuum & contentioſum: non ſolum ob id quod indecorum eſt & omnino ſordidum: ſed E
& quòd quàm facillimum eſt vt inſtar recurrentis fluuij talia ipſe audias, qualia in alios dixeris, (iterum enim Homero vtar) & omnino in prõptu eſt. Vt eũ qui momordit, viciſſim remordeat laceſſitus. *Collatio.* Quæ ergo iſta ſapientia eſt, cum queas virtute ſuperior euadere, per maliciam vinci malle, aut etiam vincere, quod multo eſt peius? Imò & in iudicibus hoc reprehendo (dicendum enim quod verum eſt) quòd quæ iudicantes puniunt, ea audientes laudant. Et non ſolum ipſi hoc faciunt, ſed & multos habent collaudatores, & malitiæ inflammatores, quorum & portio quædã eſt, vt ſtudio hoc faciant. Oportebat, ſi ſuſpicio eſſet, non laudare: ſi vero fides haberetur, publicè iudicare, magis quàm ad hunc modum agere. Si falſa eſſet delatio, oportebat accuſatores arguere: ſi vera eos reprehendere, qui accuſantur & nõ ita rẽ maximã, nobiliũ videlicet virorũ opinionẽ tãta temeritate ludibrio exponere. Itaq; ſi me aliquouſque auditis (nam vtriſque loquor) conuicia hęc & vituperia, ſi nihil aliud; canitiem ſaltem F
reuereri velin rebus turpiſſimis tandem defatigati, abiicite. Statuetis autem ipſi, veterem illam in pretio habendam eſſe paræneſim, quæ tum virtutem exercere iubet, quando ætas ſuppetit, & vobis ipſis quidem inſidias non ſtruetis: ſtruetis vero expectationi adoleſcentum, qui graui omnino diſpendio afficientur, ſi conuiciis ac vituperiis aſſuefacti malitiã didicerint, idq; nõ ſine ſtipẽdio ac præceptore: quemadmodum non virtutis, ſed

ſed huius nos habent præceptores. Quòd ſi tibi durus videor iſta ſcribens, vltionem licebit de me æqua talione ſumas, ita vt rerum neceſſariarũ admonitum, vel morigerum laudes, vel repugnãtem incuſes.

Ad eundem Theologi. CXVI.

Scilicet ignoraui quàm vehementer improbũ & indoctum virum Sophiſtam admonuerim. O ſocordiam. Et neque vulgari prouerbio admonitus cognoui caluus cum ſim, non eſſe mihi cum ariete aduerſa fronte arietandum, neque crabrones contra meipſum irritandos, linguam videlicet ad maledicendum procliuem & inſtructam. At iſthuc non admodum moleſtè fero. Nam, vt intelligo, commune mihi hoc vſuuenit cum multis. Quod verò ad * beſtias illas attinet, etiã præ multis. Illud autem me peius habet, quòd tibi fidem non feci, hoc me animo facere amico. Cæterum bene valeas & corpore & animo, & linguã ſi poſſibile eſt cohibeas. Nos autem poſthac quod noſtrum eſt curabimus.

Ad Eudoxium rhetorem Theologi.

CXVII.

Vetus erat Athenienſium conſuetudo, atque ea meo iudicio pulcherrima. Poſtcaquam ad pubertatis annos venerant adoleſcentes, ducebãtur ad artificia. Ducebantur autem ad hunc modum. Proponebantur publicè cuiuſuis artificij inſtrumenta, atque ad illa ducebantur adoleſcentes. Quocunque tum quiſque delectabatur, & quod accurrebat, illius edocebatur artificium: propterea quòd quæ ad naturæ ductum fiunt plerunque benefuccedunt: quæ vero præter naturã præſumũtur, fruſtra tentantur. Ad quid iſta narro? Et tibi idem faciundum eſſe dico, vt philoſophiam non negligas: quandoquidem ingenio ad illam es appoſito: neque ad aliud quicquam eorum quæ tibi cognata non ſunt aſſueſcas magis, quàm iſtam amplectare, ad quam naturaliter es propenſior. Non hoc tãtum nomine quod optima eſt, ſed & ob id quod naturæ eſt aequatior. Curſum vero fluuij detorquendum non eſſe parœmia docet, & at tem equitandi edoctum ad cantandum admittere noluit poëſis. Quid timendum erat? Ne ſimul & in equitandi artem & cantandi delinqueres. Quæ autem hic ſpectanda eſt aptitudo? Vt mihi iſta conſideranti viſum eſt, principio ſpectãdum eſt ingenium morumq́; tranquillitas atque aperta ſimplicitas, & ad ſeculi huius aſtus ineptitudo, deinde & animi induſtria ac ſublimitas, & ad cõtemplandas res agilitas. Tertiò ad hoc vitæ inſtitutum accommoda eſt & infirmitatis ſubleuandæ ſolicitudo & corporis imbecillitas. Nam & iſta non parum commoditatis ad philoſophandũ adferre Platoni videtur. Et alioqui ea es ætate, vt affectuum vis iam inclinet. Et paupertate mihi videris non magis premi quàm ornari. Et præterea pudorem admittere noſti, quod non conuenit in ſtituto rhetorum. Sed neque vox tibi ſceleſta eſt, nec vitioſe clamas, neque in foro verſatus es, nec quicquam habes eorum (vt breuiter dicam) quibus forenſem Democritum ad concionandum finxit Ariſtophanes, ſed cũ rhetor vocetis omnia prius præſtare poteris, quàm vt moribus & ingenio inter rhetoras cenſeri queas. Velis igitur hoc minus abiicere philoſophiam, quo magis moribus illi accommodis reliquos antecedis, neque malis minores habere in minoribus, quàm primas in maximis. Si vero tibi primas quoque in terrenis dederimus, ne ſuſtineas inter graculos primas habere, cum aquila eſſe queas. Quouſque inflamur in minutis iſtis humiq; repẽtibus rebus? Quouſque ludimus in puerilibus hiſce nugis ac figmentis, & propter inanes applauſus extollimur? Tranſeamus hinc. Euadamus in viros. Proiiciamus ſomnia. Prætervolemus vmbras. Relinquamus aliis vitæ huius delitias imò magis mœſtitias. Alios fatigent, iactent, & irritent, inuidentia, ſeculi & euentuum curſus. Quod in rebus humanis quæ runtur eſſe inſtabile & inæquale, valeat, cuiuſmodi ſunt throni, potentatus, diuitiæ, ſplendor opum promotiones, ſubditorũ ſupplex prouolutio ioanis, ſcilicet, glorioſa & reſpuenda, qua magis ignominia afficitur quiſquam, ſi illam ignouerit, quàm ſi ſpreuerit. Magnæ huius ſceæ ludicra & inania ſpecta prætcribimus, locoque omnium deum eligemus, qui ſolus bonũ eſt per omnia ſufficiens, & noſtrum, vt & in hac vita inclareſcamus, qui adhuc puſilli ſumus, vitęque huius claritatem quærimus, vel certè futuræ vitæ claritatem apprehendamus, quandoquidem virtutis præmium deus eſt, & putiſſimæ lucis illuſtratio, quæ in trina illa vnitate conſpicitur, cuius in hac vita ſplendorem pro data menſura adepti ſumus. Adhæc certus progredere, mente aduola, apprehende vitam ęternam. Nequaquam in ſpe concepta quieſcas, donec deſideratum ac beatum cœleſtium bonorum verticem obtineas. Quòd ſi acquieueris, nos olim laudabis ſcio. Exigua quidem iam putantur, paulo verò poſt abundantia deprehendentur, vbi per te ipſum quæ nunc pollicemur, videris, inueneriſque iſta non inanem eſſe felicitatem, neque mentis noſtræ figmenta, ſed rerum veritatem.

Ad eundem Theologi. CXVIII.

Bene habet, quòd in afflictionibus philoſophatis, multiſque factus es exemplar tolerantiæ in rebus triſtibus, & quemadmodum ad optima quæuis corpore, cum rectè valebas, es vſus: ita & nunc illo dextrè vteris, quandoquidem imbecillis cum ſis, non es otioſe, vt ita dicam, otioſus. Philoſophatis enim, & quod Diogenem olim febricitantem inque febrili calore tolerantem dixiſſe ferunt, hoc & ipſe viſendum exhibes cum in corpore tum in animo. Decebat meminiſſe hũnc tam ruris amantem & agreſtis vitæ nec remolleſcere aut reſolui animo, non per afflictiones in varia diduci, ſed contemnere lutum hoc, permittereq́ne corpori, vt miſeriam ſuam ferat, cum omnino ſiue iam, ſiue poſt aliquando ex lege naturæ ſit reſoluendum (morietur enim vel morbo vel ſenio confectum) ipſum vero animum habere in ſubli me euectum & cogitationibus cum deo coniunctum: hoc quoque ſcite, quod abſurdum ſit, ſi extra pericula philoſophantes, in aduerſis, vbi opus eſt, de-

De philoſophia hac ... *Vide Eth. lib. 1. ca. 7.*

eſt, deprehédamur nihil minus quàm philoſophi: neq; ipſa doceamus noſtram hanc profeſſionem fruſtraneam & inanem. Omnia iam dilucidè animo perluſtraſti, cùm noſtra tum aliena, vtpote vir in vtriſque inſtructus & aliorum quoque præceptor, collegiſtique tibipſi ex omnibus paratū humanitatis pharmacum. Vt vero tecum & ego parumper, ſi id iubeas, philoſopher, non laudo diligentiam illam circa res minutas & negligentiã circa præcipua, in Ariſtotele, qui cum felicitatem nobis definiret, aliquouſque quidem rectè progreſſus eſt, definiens illam eſſe animi circa virtutem energiã, adiiciensq; in ætate perfecta: quod & ipſum valde clarè expreſſit, propter concisam A noſtram mutabilemq; naturam: illud vero non præclarè ſed admodum abiectè, quòd & mundanarum rerum, quæ extra hominem ſunt, facultatem & abundantiam adiecit, quaſi ſi pauper quiſquam fortè ſit, vel morbidus, aut ignobilis, vel exul, ob id felicitatis particeps eſſe nequeat. Laudo vero animi dexteritatem & præſtantiã in Stoicis: qui nihil eorum quę extra hominem ſunt à felicitate impedire dicūt, ſed felicem eſſe eum, qui virtutis ſtudio incumbit, etiamſi in Phalaridis tauro concremetur. Et huius gratia admiror quidem eos qui apud nos honeſti ac recti gratia pericliti ſunt, aut calamitatis aliquid fortiter tulerunt: admiror vero magis eos qui apud incredulos hac in re noſtros adæquatunt: vt pote Anaxarchum illum, Epictetum, & Socratem, vt multos reliquos taceam, quorum primus, cum in mortario manus ipſius, iuſſu tyranni contunderentur, follem Anaxarchi tondendo purgare iuſſit tortoribus. Quid B his verbis innuebat? ęrumnoſam videlicet noſtrã carnem. Significabat enim animam Anaxarchi philoſophi nō tundi. Ita nos vocamus externum & interuum hominem. Alter vero cum crure tenus diſtenderetur ac torqueretur, philoſophabatur non aliter quàm ſi in alieno corpore viueret: & citius videbatur fractionem cruris perferre, quam illatam cruciatus violentiam perſentiſcere. Socrates morti ab Athenienſibus adiudicatus, cū in carcere eſſet, vt noſti, de corpore ſuo quaſi de alio quodam carcere ad diſcipulos diſſeruit, & cū copia eſſet aufugiendi data, aufugere noluit. Vbi vero allatum eſſet venenum magna auiditate ſumpſit, periode ac ſi non ad mortem ſumeret, ſed ad beneuolentiæ amicam inuitationem præbiberet. Adiunxiſſem illis & Iob noſtrum, ni te ſcirem haud alienum ab illius paſſionibus, & eſſe iam & futurum cum deo. Hæc eadem videris mihi tibiip ſi ſoccinere, ô diuinum ac ſacrum caput, atque ita C teipſum curando conualeſcere, noſq; exhilarare præcones & amicos tuos, & neque per morbi violentiam animo deiici, neq; quod diuinus Dauid dicit, propter pacem peccatorum & rerum proſperitatem qua illi potiuntur in hac vita, offendi, ſed magis expurgari, ſi fas ſit illud de te dicere, & corporis ægrotationem materiam facere virtutis.

Phalaridis ... *A vtriſq; ...* *Anaxarchus. Epictetus.* *Socrates.*

A eundem Theologi.

C X I X.

Quod alter alterum conuenire nequit, idem vtrique impedimenti eſt. Vtitur enim te cor-pus tuum, vt aſſolet, ne quid amplius dicam. Me vero ſcias peſſimè habere. Alioqui non quicuiſſem quin ante omnes peregrè reuerſos, mihi crede, ad te aduolaſſem, complexuſq; & conſultore te de rebus propoſitis vſus eſſem, viro & amico & prudenti ioq; pietatis cauſa ſublimi. Quòd vero reliquum erat, videlicet, vt per literas inuicem alter alteri loquamur, hocipſe quidem præſtitiſti idq; rectè: faciemus autem idem & nos. De quibus ſcribis, non hi ſunt minuta, nec modici momenti. Vnde neque ipſi de illis obiter aut negligenter conſultàuimus, ſed magno ſtudio ad ipſorum inquiſitionem conuenimus. Defatigati ſu- D mus autem, certando contra inuidentiam, ſacroſque epiſcopos, qui publicam concordiam rumpunt: & fidei cauſam contentionibus ſuis priuatis poſtponunt, atque obiter ac perfunctoriè tractant. Quaptopter intelleximus puppim doctrinæ veritatis miſerè pulſari, atque ob eam cauſam nos ipſos cohibemus (quemadmodum & piſcem Nautilum factitare dicunt, ſi quãdo tempeſtatem ſenſerit) videmúſque procul quo pacto quidam proſternant, quidam proſternantur: ipſi vero interea ad futuram vitam ac portum tranſitum paramus. Si vero eccleſia periculis exponitur, vt ſcribis, dic quæ? Si noſtra, & ego hoc dico, & vos quoque rectè ſentitis. Si vero eccleſia ea ſit, quæ ad nos non pertinet, & quæ nobis delegata non eſt, nos extra culpam ſumus. Verum quoniam ad tempus aliquod curæ noſtræ commiſſa eſt hæc eccleſia, ad tēpus illi prætimus. Multi ſunt & alij, qui illi vtique præeſſent: nimirum, quibus extraneæ eccleſiæ commiſſæ ſunt. Et forſan lucroſum eſt, hoſce ferre labores: renuntiare tamen ac de- E trectare, culpabile non eſt. Non eſt itaque quòd huius gratia nobis quicquam metuas. Quin magis illud metuas, ne qua in re lędamur.

ναυτίλον ἰχθὺν.

Ad eundem Theologi. C X X.

Recordor adhuc præſentiæ tuæ, qua vna conueneramus paulo antè in Maraza mea (meæ enim ſi qua voco, tua intelligo) ſimul & philoſophiæ qua tu philoſophabatis, quam etiamnum ex recordatione ſtupeo. Ego quidem pſalmum tibi ſeptuageſimum ſecundum exponebam (nam id iubebas & mihi repugnare non licebat) in quo Dauid primum æſtuat & turbatur propter reproborum proſperitatem, poſt vero conuerſis ad futuri ſeculi iudicia & repoſitam cuiuis vitæ generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione quieſcit: mœroremq; ſolatur. Expoſitionem autem quantum fieri poterat, ad commouē- F dos affectus attemperabam: cum ex noſtris tum ex peregrinis eadem diſputans: cum ſcirem me vi ro docto ac tanto diſſerere, ſimúlque ſentirem ad hoc me diſſerendi genus impulſu ſpiritus rapi, & ad doloris affectus excitari. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundum reddit, atque ipſa animi paſſio: fluebat quodammodo ſermo noſter: tu vero interea dum loquebar, quaſi ſtimulis quibuſdam excitatus, manibus in cœlum extenſis vultúque quaſi ad orientem verſo (oriētem enim aſpicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi pater ô conditor hominum tuorū, quòd nos etiam inuitos rectè fingis, & per externum

γνώμη ...

hominem internum purgas,&per aduerſa ad beatum nos finem perducis:quæ verba ipſe noſti abs te prolata.Et quid opus eſt omnia recenſere,quæ cum ante nos tum vnà nobiſcum philoſophabaris,veluti exultans ex morbo,ita vt diſcipulum haberes quem volebas eſſe doctorem.At cuius gratia iſta commemoro? vt per te ad omnes illud vociferem ac pronuntiem: quòd ij nobis deplorandi magis ſunt,qui interno animæ morbo laborãt, quam illis nos qui corpore ægrotamus, ſiquidẽ ad huoc modum affecti fuerimus: & quod potior ſit morbus philoſophans,quàm terrenarũ rerum ſucceſſus indomitus.

A

Ad eundem Theologi. CXXI.

REprehendunt te nonnulli(id enim intelligo) quod rerum tuarum mundiciem voicè cures & in corporis tui ſtatu componendo cum ad húc modum habeat,operoſus ſis.Et nihil mirum. Nã facilius eſt in alienis quàm propriis philoſophari Ego vero ſi te vidiſſem hoc præter menſuram facere,aut nimium, vel vehementius iſti ſtudio & induſtriæ deditum eſſe, vtique reprehendiſſem, (dicendum enim quod verum eſt) nihil veritus vel amicitiam tuam vel eruditionem. Quoniam vero operoſus quidem hac in re es,modum tamẽ haud excidis: vteris autem ad naturæ neceſſitatẽ quibus id operæ impendis: & præterea morbum habes,qui tibi ſatis negotij curis ſuis pariat:vt credam corporis tui valetudinem excedere,quæ illius gratia curanda tibi veniunt, non poſſum non

B carpere accuſatores tuos,teq́; à culpa liberare.Ad hæc mihipſi perſuadeo quòd ad iudicandas res nemo te ſit præſtantior,quum te omnes, quiſque in ſuis ipſius rebus, priuatim pariter ac publicè præceptore vtantur & conſultore,& quòd nemo quæ animæ ſunt,philoſophicè magis curet.Si vero corporis valetudinem vel ſeruare vel recuperare ſolius eſt artis medicæ, quis ita temerarius fuerit,& diſciplinę huius expers,qui tibi de rebus medicis auſit præſcribere?Sunt itaque tibi quam plurimi iſtorum hominum negligendi,permittẽdumq́; vt ſint inſtar graculorum de aquilarum volatu iudicantium.Tu vero de morbo curando & quæ ad illum pertinent, tuiipſius ac dei conſilio vtere,& à recto non aberrabis.

Præpoſterũ iudicium κατ' ὁμοίωσιν

Ad eundem Theologi. CXXII.

HActenus quidem ipſe tibi ad morbi ſolamen conſolatoria ſcripſi.Eras enim animo perculſo.Nunc vero mihi videris ipſe nos cõſolari, propè eodem modo affectos.Oportuit enim nos cũ amici ſimus,ne hac quidem in re ſeparari. Imò iã antea nos hoc ipſo conſolatus es, quòd per tolerantiam tuam aduerſa toleranda eſſe admonuiſti.

Ad eundem Theologi. CXXIII.

LAboro ex morbo, gaudeóque, non quòd laboro,ſed quòd aliis tolerantiæ diſcendæ præceptor ſum. Quoniam enim nõ eſt datum,vt ſim expers paſſionum, vel hoc ſaltem ex afflictionibus lucrifacio: vt feram & gratias agam, quemadmodum in iucundis ita & in triſtibus:quandoquidem nihil horum credo non probabile eſſe animis ac ſententiæ noſtrorum, etiam ſi nobis ita videatur.

Ad eundem Theologi. CXXIIII.

QVæ tibi triſtia ſunt, omnino & nobis ſunt. Communia namque ducimus quæ amicorum ſunt omnia, ſiue proſpera, ſiue aduerſa, quemadmodum & amicitiæ affectus cõparatus eſt. Quãquam & de iſtis quid neceſſe eſt ad te philoſophari,ac quid deceat diſſerere? Quemadmodum igi- D tur & ipſa amicitiæ lex admonet, nolo te, neque honeſtum arbitror, cum gratiæ ſolicitudinis per quàm amans ſis,inque diuinis excellenter inſtructus,eodem modo affici cum reliqua mortalium multitudine, neque mox male affecto corpore conſternari, aut velut immedicabilem afflictionem deplorare, ſed in paſſione tolerãtem eſſe & mentem nunc maximè expurgare, ac victorẽ apparere vinculorum corporis, arbitratique morbum tibi diſciplinam & inſtitutionem quandam eſſe ad id quod vtile eſt: vt cõtempto corpore & quæ corporea ſunt, ſimúlque quicquid fluxũ turbulentum,ac perditum eſt,totus ad cœleſtiũ conſortium tranſeas,próque præſenti ſeculo viuas futuro, & præſentem hanc vitam, vt & Plato dixit, mortis cõſtituas meditationem,animámque ſitu à corpore,ſiue,vt illius verbis loquar,è ſepulchro pro viribus liberes. Quòd ſi iſta meditatus,itaq; comparatus fueris, & ipſe maximam lucrifacies vtilitatem,&nos tui gratia exhilarabis multóſque ad hoc inſtitues:vt in paſſionibus ſint tolerantes. Et præterea non mediocre lucrum accedet, ſi & E huius tibi aliquid curæ eſt, quod ab omnibus celebraberis. Cęterum libellorum,quos petiiſti,alterum quidẽ reperi & animo promptio ad te miſi,vt puta Demoſthenicum:alterum vero, videlicet Iliada,amiſi & hoc damni patior, quod illum vſui tuo dare nequeo. Etenim credas mihi volo, quòd iis me tantum potiri puto,& ſolum ea rectè poſſidere,quorũ ipſe mecum es particeps,& quibus non ſecus atque tuis ipſius rebus vteris.

Platon.

Ad Aphricanum Theologi. CXXV.

QVibus potiſſimum delectantur equi? Manifeſtum quòd equis delectentur. Aquilę quibus? Non aliis quàm aquilis. Graculum aſſidere graculo, vel ex prouerbio audis, ita ſanè & Atticum Attico, & probitatis ſtudioſum eo qui probitatem adamat ac tuetur, delectari puta. Hoc enim mihi videtur munus eſſe principis, vt opem ferat virtuti, malitiam vero impugnet: ſiue id incruento principatu, quemadmodum nos, ſiue cũ gladio ac vinculis faciat. Sanguinis enim effuſio- F nem neque tibi dabimus, quem ſcimus ex virtute principatum gerere, non violenta coactione vti, & metu magis caſtigare malos quàm opere, qui gubernandi modus optimi principatus eſt. Horũ gratia, ſummopere congreſſum ac colloquium tuum expetiui,& iam quoque expeto: cum vero illo propter corporis mei infirmitatem potiri nequeam: neceſſariò iſtum agendi modum apprehendi: vt,quod nũc videtur optimum te alloquar per virum hunc familiarem, amicum & cognatũ,

in

in omnibus mihi colendiſſimum Nicobulum, qui & nos apud te excuſabit, (Dignus eſt autem hic vir ſi quiſquam alius, quantum mihi liquet, cui fidem habeas) & per nos ſeipſum integritati tuæ reddet cognobilem.

Ad Aſterium Theologi. CXXVI.

QVid iuſtius deo? Et tamen cum omnium ſit conditor ac dominus, peculiarem ſibi facit ac nominat populum iſraëlem: nec veretur ne huius gratia iniuſtus vocetur. Quid itaque mirũ A ſi & nos, quibus omnium eorum qui ſub noſtra ſunt manu ac gubernatione, cura eſt commiſſa, plus aliquãto complectimur filium Nicobulum, quem & ſenectutis ac morbi noſtri curam gerere agnoſcimus, & cui quaſi fulcro ac baculo infirmitatis noſtræ incumbimus. Hunc tibi commendamus, & per te principi: vehementer abſurdum ac moleſtum putantes, ſi cum alij per nos liberentur, idq́ue in grauiſſimis cauſis, & ij quoque qui nunc cum primis nos acerbè incuſant, hunc ne à calumnia & violentia quidẽ liberare poterimus: & quem in alienorum cauſis honorem tulimus, eodem in noſtris ipſorum potiri non licuerit: ſed idem ferendum nobis ſit, quod oculis accidit, vt cum alia videant, ſeipſos non videant: aut quod fontibus in profundo poſitis vſuuenit, qui cum proxima ac contigua non irrigent procul diſſita irrigant. Eſto graue quid, aut etiam grauiſſimum, auſi ſint adoleſcentuli (quod tamen ne modicum quidem, haud deprehendetur: ſi per temporis anguſtiam inter examinandum à defenſione nõ in-B tercludemur.) quid tamen inde poterit imputari dominis qui nullo eorum quæ commiſſa ſunt: teneantur conſortio? Aut quæ eſt ratio, ob quam de alienis peccatis quiſquam ad ſupplicium vocetur, & publicam curam gerat, dum de priuatis dolere cogitur.

Simile.

Ad eundem Theologi. CXXVII.

DIces forſan, quid hoc rei eſt? Iterum nobis Gregorius? iterum epiſtolas mittit? Iterum aliquid petit? O animum hominis inexplebilem, quem nos ipſi prouocauimus. Nequaquam ô præclare, noli hoc eſſe in nos affectu. Quibus enim deputati ſunt portus, niſi tẽpeſtate iactatis? Quorum ſunt pharmaca, niſi ęgrotantium? Iſtis priuandi non ſumus, idq́ue tanto amplius, quanto nos apud te aliquid poſſe confidimus. Non enim iam petimus, ſed repetimus gratiam quæ nunquam non ſimili gratia prouocatur. Nicobulus vim pa-C titur: id quod idem eſt, ac ſi nos illam pati diceremus. Eſt enim is noſtra refocillatio. Et quomodo poſſibile eſt, vt hic quiſquam taceat, nec ſit moleſtus, etiam ſi ſit vehementer philoſophus? Porrigenmanum adflictis, vt & ipſe ope diuina potiare, qua, vt homo, opus habes, omníque amicitia & prudentia, deinde & potentia, cum voluntate dei, in rebus noſtris vtere. Neque enim ferrum ignitum ita multis opus habet: vt lapis, ad hoc, vt rodi tum ſibi ignem in lucem emittat: ſed mox atque percuſſum eſt, ſimul & latentis ignis ſcintillæ, fulguris inſtar proſiliunt: ita & ipſe nihil opus habes prolixiore precatione, idq́ue noſtri gratia, cumq́;

Reſponſio petita à ſimili.

Collatio ab igne.

talis ſit perſuaſor, & germanus adeò principatus ſocius ſemel ac ſummatim dicam: Alia quidem alij per nos beneficia conſequuti ſunt: iſto vero nos pro nobiſipſis opus habemus: quo potiſſimũ prudentia tua ad ſuccurrendũ promoueri debet.

Ad Poſthumianum de pace Theologi.

CXXVIII.

SVblimi es eruditione, idq́; vtralibet, & in quouis dicendi genere. Nominis tui celebritatem partim audiuimus (Expers enim ſum Romanæ linguæ, & ignarus rerum italicarum) partim experti ſumus ipſi, ita vt illam poſſimus & aliis pate-D facere, ſi qua nobis eſt talia iudicandi facultas, eſſe autem non pauci dicunt. in ſublime euectus es haud ita mediocrium principatuum gloria. Imò ipſe, ſi quod verius eſt dicendum eſt, haud modicos principatus ſublimes reddidiſti: ſupremã nactus es poteſtatem. Non eſt hoc fortunę munus, quemadmodum multi ſanè dicerent: ſed hanc poteſtatem tanquam virtutis premium adeptus es, vt & ipſa redderetur glorioſior, & Rex propter iudicij ſui de te ſententiam, laudem acquireret. Modica ſunt iſta, adiiciam aliquid de cauſa quoque Chriſtianæ religionis. Primum, baptiſmate initiatus es ad pietatem. Vtinam te è ſacro fonte leuaſſem. Recordor enim adhuc verborum tuorum: quæ quod mirum eſt, adhuc inſonãt auribus meis. Quòd ſi iſtis amicorum quoque recordationem coniunxeris (cõiunges autem ſcio: nam hoc ex præteritis indiciis colligo) amplius etiã te admirabimur. Hic eſt humanæ proſperitatis ſiue fe-E licitatis finis. illud vero vltra Gaddes, hominibus haud eſſe ſuperabile Pindaro philoſophanti credimus. Quoniam verò magna conſequutus magnorum quoque factus es debitor, & deus ſua beneficia primum te noſtræ religionis eſſe fecit: poſtea nobis etiam præfecit: ſimulque abſurdũ fuerit abs tanto viro non magna repetere, vt illud te admoneam. patere, videlicet, vt nihil ita principatum tuum decere putes: atque, quandoquidem iterum inſtituitur ſynodus epiſcoporum (qui quãobrem & quomodo congregentur haud noui) vt ſub te ac per te pacificẽtur eccleſiæ, & ſi opus fuerit acriter reprehendantur ſeditioſi. Si vero ineptus eſſe videor, quòd quum ipſum rerum admirationem diſſeruerim, non ſimul & curam illarum abiicio: hoc tibi ne mirum videatur. Non enim vt thronos ac dignitatis ſublimitatem ſic volentibus ceſſimus: ita & ipſam pietatem deſeremus: F ſed iam aliquanto amplius, quod & tibi videri puto, fide digni ſumus, quibus credatur: quòd non noſtra ſed quæ reipublicæ ſunt curemus.

ex Pindaro

Ad Saturninum de pace Eccleſiaſtica Theologi.

CXXIX.

EXigis, bene ſcio, quę ſunt amicitiæ, etiam ſi temerarium ſit aliter ſcribere. Nam exteris quidem das poteſtatem: nobis verò adſcribis loquendi fiduciam, tanquam bonus conſeruus ijs qui deo coniungi cupiunt. Quapropter etiam te

FFf 2 allo-

alloquimur, atque id deſideranti noſtra exponimus. Omnia nobis beneficio dei ſalua ſunt, vno dempto, quòd de eccleſiis ita turbatis ſolicitі ſumus. His ſi concordiam publicam adferre poteris, ne conteris illam cùm verbo tum opere conſtituere. Nam iterum ſynodus eſt epiſcoporum, & timẽdum denuo, ne etiamnum pudore afficiamur, ſi eundem & iſta ſortiatur finem, quem habuerunt præteritæ. Res verò noſtras deo omnia ſcienti & cognoſcendas & iudicandas permittemus: licet libenter inuidiæ eorum qui ita voluere ceſſerimus: non vt multis videtur, rem iucundam ſed valde periculoſam deſerentes: & velut è graui A ac ſæua tempeſtate in tranquillam quendam ac ſecurum nos portum recipientes.

Amazonio Theologi.

CXXX.

SI te quiſquam communium amicorum rogauerit (credo autem illos eſſe multos) vbi nunc eſt Gregorius? quid agit? confidenter reſponde: otioſè philoſophatur: & eos à quibus eſt iniuria affectus, non pluris facit, quàm ſi ne nati quidem eſſe ſcirentur: ita ſcilicet his rebus permoueri nequit. Si verò iſta rogans ſubiūxerit: at amicorum ſeparationem quo animo fert? iam non amplius confidenter dicas philoſophatur, ſed hic animo eſt admodum puſillo. Nam alius aliunde quidem ſuperatur: nos verò ab amicitia & amicis. Horum vnus quoque eſt præclarus Amazonius. Vna forſan tantùm hac re nos recreaueris, & erga te pacatiores reddideris, ſi noſtri fueris memor, & ꝙ hoc facias, literis tuis nobis perſuaſeris.

B

Coleuſio Theologus.

CXXXI.

COmplexus ſum te etiam interea dum taceo vt diſcas & ſilentij ſermonem inſtar mutæ picturæ loquentem eſſe. Loquar autem, quæ cum amicitiam noſtram decent, tum præſenti tempori conueniunt. Iniquè agis quòd iudex cum ſis, non amplecteris ſobrietatem. Et quomodo cuſtodies leges humanas, cum diuinas cõtemnas? Purga tribunal tuum ne ex his duobus alterutrum tibi contingat, vt malus vel fias, vel puteris. Turpẽ vitæ ſpeciem proponere nihil eſt aliud quàm ſeipſum ſpectaculo ac ludibrio exponere. Summa eius eſt quod dico: Scias te haberi pro iudice, & minus peccabis. Nihil iſtis habui potius, quod tibi proponerem.

Eidem. CXXXII.

C NE condemna me tacentem, neque ego te cõdemno loquentem, quod de cibis ſeruandũ Paulus ſancivit. Si verò condemnas, tuam ipſius linguam metue: ne contra te primum moueatur, ſi te dignum deprehenderit ſilentio.

Theologi ad Euſebium epiſcopum Samoſatenum in exilio agentem.

CXXXIII.

QVando pietas tua patriam noſtram pertranſibat, è domicilio noſtro ne proſpicere quidem poteram, in extrema conſtitutus infirmitate. Contriſtabat autem me non ita morbus, licet tantus, vt mortis induceret timorem, atque quòd ſacra & honeſta tua præſentia priuabar. Tanto teneor honorandam illam faciem tuã videndi deſiderio, quanto credibile eſt teneri eũ, qui ſpiritalium vulnerum medela opus habet, illamque ſe ab integritate tua conſequuturum ſperat. At vel nunc etiam ſi peccatis meis deputandũ eſt, quòd præſentia tua illa tempeſtate fruſtratus ſum: poſſibile eſt, vt aliqua mihi contingat per tuam bonitatem in rebus hiſce triſtibus refocillatio. Si nanque dignaberis etiam mei in precibus illis tuis coram deo acceptiſſimis aliquam facere mentionem, hoc mihi omnis diuinæ benedictionis acquirendę compendium erit: idq́ue cum in præſenti hac mea vita, tum in futuro ſeculo. D
Certus enim ſum, quòd vir tantus, tantopere in fidei euangelicæ cauſa decertans, taléſque illius nomine perſequutiones tolerans, ac tantam ſibiipſi per tribulationem patientiam apud iuſtiſſimum deum fiduciam comparans, ſi & nos precum ſuarum dignetur patrocinio, tantum poſſit apud deũ quantum nobis prodeſſet, ſi quiſquam è numero ſanctorum martyrum hoc faceret. Itaque obſecratus hoc pacto indeſinenter Gregorij tui memor eſto in precationibus tuis, in quibus memoria tua dignus haberi deſidero.

Eidem. CXXXIIII.

VNde ad celebrandum encomia tua ordiar? Et quo te nomine verè ac propriè appellabo? An columnam & ſtabilimentum Eccleſiæ vocabo? E
Aut luminare mũdi, vt Apoſtolico more loquar? Aut coronam gloriationis ſanæ Chriſtianorum partis? vel donum dei, vel patriæ fulcimentum? Siue regulam fidei? Aut legatum veritatis? vel ſimul omnia hæc, hiſque plura? Et laudum tuarum excellentiam ex geſtis tuis quæ conſpicua ſunt confirmabo. Quis imber ita tempeſtiuè ſiticuloſam tellurem irrigauit vnquam? Quænam fluenta in eremo comprehenſis ad hunc modum ex petra inundarunt? Quem talem angelorum panem mãducauit homo quiſquam? Quibuſnam diſcipulis ſuis Ieſus communis noſter dominus vndis prope immerſis & obrutis, ita in ipſo temporis articulo præſentem opem attulit vt & pelagus tranquillum reddiderit, & in periculo conſtitutos cõſeruarit, quemadmodum tu nobis laborantibus & anxijs, ac veluti iamiam naufragium facturis comparuiſti? Quid refert, quæ alij per te ſint adepti, recenſere? qua lætitia & animi iucunditate orthodoxorum mentes repleueris, & quàm multorum deſperationẽ abſtuleris? Eccleſia, mater noſtra, Cæſariam dico, nunc verè viduitatis ſuæ veſtes ad tuum conſpectum abiicit, & ſtolam lætitię reſumit: & iam aliquanto alacrior & illuſtrior erit, poſteaquam paſtorem nacta eſt & ſe & iis quos antea habuit, veſtriſque neceſſitatibus dignum. Noſtra enim vt habeant, ipſe vides: & quam præclara ac miranda effecerit zelus ac operoſus hic ſudor tuus, & quam erga deum habes fiducia. Senectus in iuuentam mutata eſt, & infirmitas vi- F

cta.

cta. Qui lecticis erant affixi, geſtientes ſubſultant & infirmi amiciuntur virtute. Iſtis & noſtra conſero, quæ mentibus noſtris contigerunt. Habes itaque patrem cum pro ſeipſo, tum & pro nobis. Vniuerſam actam vitam honeſtámque canitiem bono claudet fine, certamine videlicet quod eccleſiæ gratia ſuſtinuit: recipiemúſque illum, ſcio, beneficio precum veſtrarum, de quibus in omnibus bona fiducia bene ſperandum eſt, robuſtiorem ac validiorem. Si verò ex curarum moleſtia vitam hanc finierit, nihil damni fuerit talem mortem, inque talibus negotiis, obire. Mihi vero, precor, ignoſcite, ſi declinatis parumper malevolorum linguis tardius aliquanto accurrero, vóſ-

A que complexus fuero, & quęcunque id temporis ipſe præterierim, per meipſum coram compleuero mea vnius acclamatione.

Eidem. cxxxv.

CVm in omnibus nobis ſit venerandus, & inter germanos connumeratus amicos, obſeruandiſſimus frater noſter Eupraxius, hoc tamen nomine germanior viſus eſt, quòd erga te amicè eſt affectus. Qui etiamnũ ad tuam non ſecus properauit reuerentiam (vt illud Dauidis dicam) quã ceruus multa ſiti accenſus: quò intolerabilem ſitis moleſtiam potabili puróque fonte per tribulationum patientiam refrigeret. Hoc & nobis fieri dignate. Huius gratia beatus quidem eſt, qui hoc gratiæ adeptus eſt, qui afflictionibus & laboribus pro Chriſto veritatéque illius toleratis talẽ impoſuit coronidem, qualem perpauci ex iis qui

B deum timent, conſequuti ſunt. Virtutem enim nõ oſtendiſti talem, quæ nulla ſit examinatione probata: neque in ſolo tranquillitatis ac ſerenitatis tẽpore rectam tenuiſti nauigationem, mentéſque aliorum gubernaſti: ſed in moleſtiis tentationum talis comparuiſti, ſublimiórque ac victor perſequutorum factus es: vtpote quod forti animo patriam mutaſti. Alij quidem patrium ſolum obtinent, nos verò ciuitatem ſupernam. Alij ſedẽ noſtram habent, nos Chriſtum. O præclaram negotiationem. Pro rebus modicis, quas contempſimus, qualibus bonis ornati ſumus? Tranſiuimus per ignem & aquam, credo nos etiam ad refrigerium peruenturos. Non enim in finem vſque derelinquet nos dominus, neque negliget rectam doctrinam, quam reprobi perſequuntur: ſed pro multitudine dolorum noſtrorum exhilarabunt nos illius quoque conſolationes. Hoc igitur & credimus, & optamus. Tu verò pro humilitate

C noſtra preceris obſecro, & quoties oportunum fuerit, per literas nobis diſſerere, alacrioréſque nos reddere res tuas ſignificando, id quod iam facere dignatus es, ne graueris.

Olympio Theologus. cxxxvi.

HOc mihi ipſa infirmitate grauius eſt, quod ne credor quidem infirmus eſſe: ſed legatione ac peregrinatione adeò longinqua oneror, inque medios tumultus pellor: quorum fugam auidè complexus ſum: ipſíque corporis adflictioni ac morbo eius nomine prope gratiam habeo. Otioſa quippe vitæ tranquillitas negotiorum ſplendore pretioſior eſt. Hoc Paulo ante præclariſſimo quoque Icario ſcripſi: cum idem mandati accepiſſem: dignetur vero nunc etiam pro nobis ſcribere tua prudentia, quam fide dignum habemus infirmitatis noſtræ teſtem. Huius autem certum documentum & diſpẽdium hoc eſt, quo iam affecti ſumus: quòd neque accurrere téque corã frui potuimus: principe adeo commodo ac dextro, virtutiſque gratia ita præclaro, vt principatus tui initia pretioſiora ſint, quàm aliorum ſit poſt abſolutos principatus gloria.

Eidem. cxxxvii. D

ET ipſa quoque cana ſenectus nonnihil adhuc eruditur ac docetur: & non omnino, vt putatur, digna eſt, cui omnia prudentiæ gratia credantur. Ego quippe, cui pouſſimum nota eſt Apollinariſtarum ſentẽtia & impietas, cum animaduerterem intolerabilem illorum arrogantiam ac vecordiam, putabam illos per patientiam & lenitatem animi manſuefieri ac ſenſim emolliri poſſe, quemadmodum & ſpem iſtam aliquandiu proſequutus ſum: verum per ignorantiam illos hac lenitate peiores etiam, vt apparet, reddidi: & Eccleſiæ per intempeſtiuam philoſophiam nocui. Peruerſi namque nulla flectuntur æquitate ac manſuetudine. Et iam ſi mihi fuiſſet poſſibile vt iſta per meipſum coràm declararem, haud ſanè detrectaſſem: quin etiam præter vires meas animo excitatus ad reuerentiam tuam aduolaſſem. Quoniam vero infirmitas noſtra ita inualuit, vt Xanxaridis thermis opus habeamus, ita conſulentibus medicis, quod per meipſum facturus eram, id literis e- E
xequi viſum eſt. Auſi ſunt mali ac perditi homines pręter reliqua omnia etiam hoc facinus, vt cõuocatis epiſcopis illis, qui per totius orientis & occidentis ſynodum condemnati ſunt, & gradu deiecti, vel certè iis, qui aderant, abuſi (nequeo enim hoc pro comperto dicere) etiam omnibus regalibus conſtitutionibus veſtriſq; mandatis repugnantes, epiſcopi nomen impoſuerint vni eorum quos habent complices impius, & nemini vt arbitror, ita execrabiles, atque meæ mortificationi. Hoc enim confidenter dicendum eſt. Ita ſi ſunt tolerabilia, ferat ea tui conſtantia animi, feremus ea & nos, vt & ſæpenumero talia tolimus. Si vero ſunt grauia & neque pientiſſimis regibus ipſis tolerabilia, dignare quæ commiſſa ſunt in ius vocare & caſtigare, etiamſi hoc mitius fiat, quàm commiſſorum exigebat contumacia.

Eidem. cxxxviii. F

ITerum ſcribo, cum ipſe adeſſe deberem. Verũ iſta mihi abs te eſt indita confidentia ô & agendorum gubernator (vt quod primum eſt priore loco dicam) & rerumpublicarum reſtaurator, diuinoq; munere vtrunque, qui & hanc conſequutus es pietatis mercedem, vt iuxta animi ſententiam cedant quæcunque inſtituis: & quæ aliis nõ paruerũt: in tuam potius poteſtatem veniant. Principatum enim tuum moderantur cum prudentia, tum animi fortitudo, illa excogitans quid ſit agẽdum. iſta cogitata feliciter abſoluens, & quod maximum eſt, eam habes manus puritatẽ, vt illa di-

Marginal notes:

ὡς ἔλαφος ποθεῖ

breui coronide

ἱερεῖ.

πραείας

τῆς ἀκαίρου φιλοσοφίας

Peruerſi difficile corriguntur.

τῇ ἐμῇ νεκρώσει.

πραγμάτων κυβερνῆτα.

rigantur ac corrigantur omnia. Vbi tibi aurum illud iniuſtum, quo iudicia corrumpuntur? Ne fuit quidem vnquam. Statim initio principatus tui eliminatum, & veluti pernicioſus quidam tyrannus, condemnatum eſt. Vbi inimicitia? condemnata eſt: vbi gratia? Hic nonnibil inclinas (reprehendam enim te parumper) ſed diuinam imitatus benignitatem, quam etiam per nos iam implorat Aurelius miles tuus, quem profugum, inſipientem, ſupplicem vero prudentem voco: propterea quòd ſeſe fidei noſtrę commiſit, & per nos tuæ: canitiem noſtram inſtar regiæ cuiuſdam imaginis, & ſacerdotium quod ſæpenumero reuerendum eſſe confeſſus es, patrocinij loco obtendens.
A Ecce hunc tibi ſiſtit * ſacrificia iſta & incruenta manus, & quæ te multis encomiis celebrauit, celebrabitque ſcio adhuc pluribus, ſi nobis principatum hûc prorogauerit deus, tuum dico, & eius, qui in iſto tibi munere cooperarius eſt.

Nemeſio Theologi.

CXXXIX.

SI tibi moleſtus videor, quòd frequenter ſcribo, ne miteris. Quòd ſi te iuſtum iudicem conuiciis quoque impeterem, noui quòd me à crimine abſolueres. Huius mihi confidentiæ ipſe factus es autor: propterea quòd ad petendum me, largiendi promptitudine prouocas. Neque id mirum. Sunt enim multa quorum nomine nobis libenter gratificari debes, vtpote, ſenectus, infirmi-
B tas, communicatio ſtudiorum (ſiquidem & noſtrum nonnihil eſt in illorum diſciplinis) tuoi & deſiderium præſentiæ tuæ à qua tamen per infirmitatem prohibeor: tantóque commodo deſtituor. Sed quid eſt quod abs te peto? Quòd ſi iniquum aliquid peterem, tantum virum vtique reuererer. Si vero iuſta eſt petitio, promptè annuas oro. Iterum ad prudentiam tuam confugit venerandiſſimus filius noſter Theodoſius, meus pariter ac tuus. Ex vitæ propoſito meus, ſupplicatione vero tuus. Supplicaturus venit in cauſa miſerabili. Orphani periclitantur: &, vt res humanæ habent, in diſcrimine conſtitutus, incertus eſt, vbi tandem conſiſtat. Et patris tranſlationem veremur: qui multis modis orphaniam refocillauit. Vnam omnibus largire gratiam. Manum porrige calamitati, quam ipſe tibi declarauerit. Nullo quidem augmento gloriæ opus habet principatus tuus, vt neque ſplendore Lucifer. Si vero nonnihil augmenti ad gloriam tuam quæris, non poterit certò ſcio, iſta, cuius nunc offertur occaſio, maior & illuſtrior obtingere, qua fiet vt multi, quibus curæ eſt quæ vera ſunt dicere, humanitatẽ
C tuam prædicaturi ſint ac commendaturi.

Aetio & Alypio Theologus.

CXL.

QVemadmodum iuſtum ac ſanctum eſt, vt & de area & torculari, denique & liberis, ij qui verè liberorum ſunt amantes, primitias offerant deo: nam ab ipſo eſt cum quòd ipſi ſumus, tum quicquid poſſidemus, ita & in recentibus faciendum eſt hæreditatibus, vt dum prompto animo portionem aliquam bonorum noſtrorum deo damus, potiori parti ſecuritatem acquiramus. Nolite itaque veſtra cunctatione committere, vt demũ poſt omnes ad nos benignitatis veſtræ fructus, ſed potius ante omnes ad deum, & illius nomine ad omnes veniat, reiectiſque legibus externis, * noſtris ſeruire, hanc ipſi promptæ beneficentiæ fructum adferentes. Intempeſtiua nanque & neglectim oblata, recipiemus ab aliis: alacrem vero beneficentiam à vobis quibus deus pro iis quæ iam in nos confeceritis multo plura retribuere po-
D teſt, nõ ſolum in iſta temporaria ac fluxa vita ſed & in ſempiterna illa ac ſtabili, ad quam vnam reſpicere, inque illam ſpem noſtram dirigere ſecurum eſt. Cũ itaque talia ſit decreturus vobis deus, quales ipſi pauperibus vos exhibueritis: nolite puſillè ac parcè ſed liberaliter & alacriter voluntatem adimplere mortuæ, quàm præſentem vobis eſſe & quæ geruntur coram videre rati ope veſtra refocillate, vt non ſolum pecunias ab ipſa habeatis, ſed & benedictionem liberorum facultates corroborantem matri comparetis, cogitantes potiorem eſſe modicam hæreditatulam cum iuſtitia quemadmodum ſcriptum eſt, quàm ampliorem cum animi anxietate, nequid malignius dicam, & quod multi totas domos, quas poſſidebant ad eccleſiarum vſum deſtinari paſſi ſunt: alij vero vltrò quoque omnem ſuam attulere ſubſtantiam, atque optimam exercuere negotiationem, dũ propter cœleſtes diuitias pauperes facti ſunt. Ne ſemineris igitur parcè, vt abundè metatis, & cum vobis ipſis, tum iis qui vobis ſunt amiciſſimi, ſor-
E tem bonorum conferatis: nihil de legatis adimentes, ſed omnia cum gaudio & alacritate tradentes: imò tanquam propria dei reddentes, & veluti hoc ſolum lucrifacientes, ſi quid pro animabus veſtris impenderitis. Quid enim neceſſe eſt colligere prædonibus ac furibus, temporúmque mutationibus, quæ alioqui collecta ad alios dominos transferunt: & in ſtabilem opulentiam ventilant? Cur non magis in apothecas illas ſecuras, & ad quas nemo inſidiatorum adſpirare poterit, omnia reponimus? frugalitatem itaque circa reliqua demonſtrabitis & aliis (opto nanque vt potẽtes ſitis, ſed adiuncta beneficentia) nobis vero bonum certamen decertabitis: vt alius alium pietate antecedatis ex deo beneficiis animóque grato depromptis ſuperet. Reddite itaque vos certos, quod germanè Chriſtiani ſitis, imò ex bono tam que pio ac iuſto principatu initium ſumentes: ex illo & circa reliqua eodem ſitis animo, vt & ipſi inter vos mutuò & nos quoque veſtri gratia exhilaremur: ſiquidem & ad reliqua toti eccleſiæ commo-
F dum fueritis hac in re & dextrum benignitatis exemplum.

Ad Cæſarianos Apologia Baſilij Magni & archiepiſcopi pro ſua ab illis diſceſſione, & de fide.

CXLI.

Sæpenu-

SÆpenumero admiratus ſum, quidnã animos veſtros erga nos affecerit, & vnde ſit quòd tã-
topere à noſtra mediocritate tam modica & exili, nullàque in re amabili, ſuperamini: vt ſcriptis nos per amicitiæ ac patriæ commemorationem adhortemini: & vt profugos filios aſſolent parẽtes paternis ad vos viſceribus reuocare conemini. Ego quidem nos profugos eſſe ſactos fateor: neque negauerim: cauſam verò fugæ vel iam ipſi

A noſtis, ſiquidem cupitis. Ea vero potiſsima eſt, quòd tum cum eſſem apud vos ex inopinato perculſus quemadmodum ſi quiſquã repentinis motibus conſternetur, animi conſiderationes haud cohibui, ſed procul auſugio multúmq; temporis manſi ſeparatus à vobis. Poſtea verò ſubiit animum meum deſiderium quoddam diuinorũ dogmatum, & quæ circa illa verſatur, philoſophiæ. Quo enim alio pacto poſſem, quo, inquam, alio pacto poſſem ego vnà nobiſcum inhabitantẽ domare malitiam? O ſi mihi detur Laban quiſquam qui me liberet ab Eſau, ducátque ad cœleſtis vitæ philoſophiam. Nunc quoniã per gratiam dei voti noſtri pro viribus facti ſumus compotes, organũ benedictum, puteúmq; profundum adepti Gregoriũ os illud, Chriſti dico, parumper nobis obſecro, parumper hanc morulam indulgete, quam nõ ad hoc petimus, vt vrbium ſectemur delitias: neq; enim clàm nobis eſt quo pacto verſutus ille hoſtis noſter per illas imponat mortalibus, ſed vt frueremur ſanctorum conuictu, quem vtiliſsimũ eſſe iudicamus. Dum enim frequenter de diuinis dogmatis aliquid & dicitur & auditur, habitum

B quendam diuinarum contemplationum tenaciter inhærentem induimus. Ad hunc quidem modum habent res noſtræ, vos autem ô diuina & omnium mihi chariſsima capita, obſeruate Philiſtinorum paſtores, ne quiſquam illorum fontes veſtros clãculum obſtruat, puritatemque cognitionis quæ fidem Chriſti concernit, turbidã reddat. Hoc enim illis perpetuo ſtudio agitur, ne ex diuinis ſcripturis ſimpliciorũ animi ritè doceantur: ſed vt per extraneam philoſophiã veritas refellatur. Qui enim fidei noſtræ ingenitum & genitum inducit, & ſemper exiſtentem aliquando non extitiſſe, naturáq; ac ſemper patrem eſſe factum, & ſpiritum ſanctum ſempiternum non eſſe dogmate ſuo tradit: an iſte non palàm Philiſtæus eſt, ea in ouiculas patriarchæ noſtri laborans inuidentia, vt prohibeat illas quo minus ex pura aqua & in vitam æternam ſaliente bibant? Verum illi prophetæ oraculum ſibiipſis vindicant, nempe: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, ac foderunt ſibiipſis ciſternas dirutas, aquam continere non valentes. Confitẽdum ſanè eſt deum eſſe patrem, deum filium, deum ſpiritũ ſanctum, quemadmodũ diuinæ ſcripturæ, & qui ſublimiora con-

C templati ſunt docuere. Illis vero, qui nobis per calumniam trium deorum doctrinam ac fidem obiiciunt, reſpondeatur: nos deum non numero ſed natura vnum cõfiteri. Quicquid enim numero dicitur vnum, vnum reuera aut ſimplex, natura non eſt. Deum autem ſimplicem & incõpoſitum confitentur omnes. Non eſt itaque deus numero vnus. Quod autem dico tale eſt. Mundum numero vnum eſſe dicimus: at non natura vnum: ſed neque ſimplicem illum dicimus. Diuidimus enim illum in elementa ex quibus conſtat, in ignem, aquam, aërem ac terrã. Item homo numero vnus dicitur. Vnum enim hominem ſæpenumero dicimus. At ſimplex nõ eſt homo, ex corpore & anima conſtans. Similiter & angelum numero dicimus vnum: at neque natura vnum neque ſimplicem. Subſtantiam enim cum ſanctimonia angeli ſubſiſtentiam eſſe cogitamus. Itaque ſi quicquid numero vnum eſt, natura vnum non eſt, & quod natura vnum eſt ac ſimplex numero vnũ non eſt, D

nos autem deum natura vnum eſſe dicimus, quomodo iſti homines numerum nobis hic introducũt, cum nos illum prorſus è beata illa & intellectuali natura exterminemus. Numerus enim ad quotuplum pertinet. Quotuplum autem corporali coniunctum eſt naturæ. Eſt nanque numerus corporalis naturæ. Corporum verò conditorem dominum noſtrum eſſe credimus. Quapropter & omnis numerus ea ſignificat quæ materialem ac circunſcriptã naturam ſortita ſunt. Illa enim ſimpliciſſima ſolitudo atque vnitas ſingularis ſimplicem & incircunſcriptam ſignificãt eſſentiam. Igitur qui numerum aut creaturam cõfitetur filium dei, vel ſpiritum ſanctum materialem & circunſcriptam naturam, imprudenter inducit. Circunſcriptam autem dico non ſolum loco incluſam, ſed & talem, quam præſcientia ſua complexus ſit is qui illam non exiſtentem ad eſſentiam perducturus erat quæ & ſcientia comprehendi poſſit. Omne itaque ſanctum, quod circunſcriptam habet naturam, creatamque ſanctitatẽ, non eſt ſuapte natura incapax malitiæ. In filio vero & ſpiritu ſancto, ſons eſt ſanctimoniæ, vnde omnis ra- E

tione prædita creatura ſecundum virtutis analogiam ſanctificatur. Quanquam nos ſecundum veram rationem filium patri neque ſimilem neque diſſimilem eſſe dicimus: vtrumq; enim æquè impoſsibile eſt. Simile enim ac diſſimile ſecundum qualitatum rationem dicuntur. Numen autẽ qualitati obnoxium nõ eſt. Identitatem vero naturæ confitentes & homouſion complectimur: & cõpoſitionem fugimus eius qui ſecundum eſſentiã deus & pater, ſecundũ eſſentiã deum ac filium genuit. Nam ex eo declaratur homouſion. Deo nanq; ſecundum eſſentiam, deus ſecũdum eſſentiã homouſius eſt. Alioqui & homo deus dicitur: vt cum legitur, Ego dixi dij eſtis. Et dæmon deus dicitur, ſecundũ illud, dij gentium dæmonia ſunt. Sed illi quidẽ ſecundũ gratiam, iſti verò per mendacium dij nominantur. Deus autẽ ſolus ſecundũ eſſentiam deus eſt. Solum cum dico, eſſentiã dei ſanctam & increatam exprimo. Solius enim dictio, & de certo aliquo homine & ſimpliciter de vniuerſa natura humana dicitur. De certo quodã homine, vtpote ſi de Paulo dicatur quòd ſolus in tertium vſque cœlum ſit raptus, audieritque verba ineffabilia, quæ non liceat homini loqui. De F

ipſa vero vniuerſa hominũ natura, videlicet eum Dauid dicit, Homo ſicut fœnum dies eius. Hic enim non certum aliquem hominem, ſed totam naturam notat. Nam omnis homo tẽporarius eſt & mortalis. Ita & illa intelligimus de natura diuina dicta: vtpote, qui ſolus habet immortalitatem. Et ſoli ſapiẽti deo. Et illud: Nemo bonus niſi vnus deus. Nã hic vnitatis dictio idẽ ſignificat ac ſi dixiſſet: niſi ſolus deus. Et, Qui extendit cœlũ ſolus.

Collatio altera.

Alluſio ad Iacob fugã.

Arius notatur, Macedonius item & Eunomius.

Vere vnũ & ſimplex

Numeri ratio naturã inſinuat circumſcriptam.

Deus ſolus ſua eſſentia deus, homo gratia, dæmon mendacio.

Solus, vt variè accipitur.

Et iterum, Dominum deum tuum adorabis, & il-
lum ſolum coles. Et, Nō eſt deus præter me. Cum
enim deus in ſcriptura vnus ac ſolus dicitur, non
ad diſtinctionē filij aut ſpiritus ſancti dicitur, ſed
contra eos qui cum dij non ſint, falsò dij nomi-
nantur: vt eſt illud, Dominus ſolus duxit eos, &
non erat cum ipſis deus alienus. Et, abſtulit Iſraël
Baalim, & nemora Aſtaroth, & ſeruierunt domi-
no ſoli. Et iterum Paulus. Siquidē ſunt dij multi,
ac domini multi: nobis autē vnus eſt deus pater,
A ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus,
per quē ſunt omnia. At hic quærimus, quomodo
cum dixiſſet vnum eſſe deum, illo non fuerit cō-
tentus (Diximus enim, cum vnus ac ſolus dicitur
eſſe deus, diuinam exprimi naturam) ſed & patris
appellationem adiecerit, & Chriſti meminerit.
Suſpicor igitur, quòd hic non ſufficere putauerit
Paulus, organum illud electum, tantum prædica-
re deū filium, & deum ſpiritū ſanctum, id quod
ſignificauit dicens: vnus eſt deus, niſi & per adie-
ctionē patris eum exprimeret: ex quo ſunt omnia,
& per mentionem domini verbum ſignificaret:
per quod ſunt omnia. Et iterum per cōiunctionē
Ieſu Chriſti, hominis incarnati admoneret: & paſ
ſionem illius exprimeret, & reſurrectionem ma-
niſeſtaret. Commemoratio enim Ieſu Chriſti ta-
les nobis cogitationes inſinuat. Vnde & ante paſ-
ſionem ſuam dominus Ieſus Chriſtus ſe prędicari
detrectauit: interminatúſque diſcipulis eſt, ne cui
dicerent ſe Ieſum eſſe Chriſtum. Propoſitū enim
illi erat poſt abſolutam œconomiam, ac reſurre-
ctionem ex mortuis, inque cœlos aſſumptionem
B tum demū mandare illis vt prædicarent ſe domi-
num eſſe Chriſtum illum. Tale eſt & quod dixit,
vt cognoſcant te ſolum verū deum, & quem miſi-
ſti Ieſum Chriſtum. Et illud: Creditis in deum, &
in me credite: vbique mentes noſtras confirmat
ſpiritus ſanctus, vt nedum alteri acquieſcimus, ab
altero excidamus, hoc eſt, ne dum thèologiæ at-
tendimus, diſpenſationem Chriſti cōtemnamus,
& fiat vt dum ſublimitatē diuinæ naturæ, aſſequi
nequimus, incidamus in impietatem. Dicta vero
diuinæ ſcripturæ quæ aduerſarij vſurpata, & ad
ipſorum ſententiā, ad demolitionem gloriæ vni-
geniti peruerſa nobis proferunt & obiiciunt, iam
examinabimus, & quantum nobis poſſibile fue-
rit explicabimus. Et primū proponatur nobis il-
lud. Ego viuo propter patrē. Hoc enim vnum eſt
ex iaculis, quæ ab impiis hominibus vſurpata in
cœlum mittuntur. Dictum autem hoc, iſto loco,
vt arbitror, nō de ſempiterna vita loquitur. (Nam
quicquid aliunde vitam habet, per ſeipſum viue-
re, quemadmodum & quod aliunde incaluit, ex
ſeipſo calidum eſſe nequit. Chriſtus vero ac deus
noſter dixit: Ego ſum vita) ſed de ea quæ carnis
C eſt & in hoc tempore orta, quā vixit propter pa-
trem. Nam ex illius cōſilio in hac mortalium vi-
ta conuerſatus eſt. Et non dixit: Ego vixi propter
patrem, ſed ego viuo propter patrem, apertè prę-
ſens tempus ſignificans. Poteſt autē & vitam di-
cere eam, quam ipſe Chriſtus etiamnū viuit, ver-
bum dei habens in ſeipſo. Et quod hoc ipſum ſit
quod innuitur, ex eo quod ſubiungitur ſciemus,
vbi dixit: Et qui edit me, viuet propter me. Car-
nem nanq; ipſius edimus, ac ſanguinem bibimus,
conſortes ipſius effecti, per incarnationē & ſen-
ſibilem verbi ac ſapientiæ vitam. Carnē enim ac
ſanguinem, totam ſuam myſticam in carne con-
uerſationem vocauit, doctrinamque illam quæ
ex vita ipſius, actuali & naturali, & theologica
conſtat, maniſeſtauit, per quam nutritur anima,
& ad rerum cœleſtium cōtemplationem interea
exercetur & imbuitur. Et hoc fortaſſe eſt, quod
iſto dicto Chriſti innuitur. Deinde & illud obii-
ciunt. Pater maior me eſt. Abutuntur enim & iſto
D dicto Chriſti ingratæ illæ creaturæ, Satanæ pro-
genies. Ego vero ex hoc ipſo dicto, quòd filius pa
tri ſit homouſius, patefieri credo. Noui enim col-
lationes propriè ad ea pertinere, quæ eiuſdē ſunt
naturæ. Angelum nanq; angelo maiorem, & ho-
minem homine iuſtiorem, & volucrē volucri ve-
lociorem eſſe dicimus. Itaq; ſi collationes inter
ea fiunt quæ eiuſdem ſunt ſpeciei, pater vero per
collationem dictus eſt filio maior, cōſequitur fi-
lium patri eſſe homouſium. Ineſt autem & alius
quidam intellectus iſti dicto. Quid autem mirū,
ſi patrem ſe conſeſſus eſt eſſe maiorem, qui cum
verbum eſſet caro factus eſt, cum huius gratia &
angelis ſecundum gloriam & hominibus, ſecun-
dum ſpeciem, minor apparuerit? Imminuit enim
ipſum, inquit, modicū quid ab angelis. Et iterum:
Eum vero qui modicū quid ab angelis minoratus
eſt. Item: Et vidimus ipſum, & non habebat ſpe-
ciem neq; pulchritudinem, ſed ſpecies ipſius ab-
iectior erat vniuerſis hominibus. Hęc autē omnia
pertulit propter plurimā in figmentum ſuum be-
neuolentiam, vt perditam ouiculam ſeruaret, &
ſeruatam in angelorū choros referret & inſere-
ret, & eum qui ab Hieroſolymis Ierichunta de-
ſcenderat, & propterea in latrones inciderat, ad
propriam iterum patriam ſanitati reſtitutum re- E
duceret. An & præſepe Chriſto opprobras hære-
tice, per quod cum alienus eſſes, a verbo nutritus
es, & paupertatem obiicies quòd lectulum non
habuit, in quo caput reclinaret filius? Hac ratione
minor patre eſt filius, quòd tui gratia factus eſt
mortalis, vt te à mortalitate liberaret, & cœleſtis
vitæ participē redderet. Quemadmodum ſi quis
medicum reprehendat, ob id quòd ſuper ægrotā-
rium morbos incumbēs fœtoris illorū particeps
eſſet factus, vt decumbentes ægrotos reſtitueret.
Propter te & horā & diem iudicij ignorat. Quan-
quam nihil latet veram illam ſapientiā. Nam per
illam omnia ſunt condita. Nemo enim mortalis
vſquā eſt qui opus ſuum quod fecit ignoret. Ve-
rum id ita diſpenſat Chriſtus, propter tuam infir-
mitatem, ne vel ij qui deliquerunt, per anguſtiam
præſcripti temporis adigātur ad deſperationem,
tanquam non relicto reſipiſcentiæ tempore: vel
rurſus ij, qui in militia Chriſtiana decertant, per
temporis prolixitatem ad deſerendam aciem im-
pellantur, ſi viderint ſibi bellum eſſe cum diuti- F
na aduerſaria poteſtate. Itaque vtriſque per igno-
rantiæ prætextum conſulit, iſtis propter bonum
certamen tempus abbreuians: illis vero pro-
pter delicta diluenda reſipiſcentiæ tempus refer-
uans. Quanquam cum in euangeliis ſeipſum ad-
numeraret ignorantibus, propter multorum, vt
dixi, infirmitatem, in Actis vero Apoſtolorum,
tanquam perfectis, ſeorſum diſſerens, per ſui
ipſius exceptionem dicit, veſtrum non eſt ſci-
re tempora & articulos temporum, quos pater
in ſua ip-

Theologiæ nomine hic intellige filij diuinitatem, quæ æqualis patri eſt: œconomiā vero, diſpenſationem aſſumpta.

Ego viuo propter patrem.

Pater maior me eſt, vt hoc dicto abuſi ſint Ariani, Satanæ progenies.

Eſa. 53.

in ſuaipſius conſtituit poteſtate. Atque iſta ſecundum primam mentis concepnoncm ad obiecta dicta ſint craſſius. Iam vero ſublimior quidam dicti huius ſenſus expendendus eſt, pulſandæque ſcientiæ fores, ſi quo pacto patremfamilias excitare queam, qui ſpiritales panes petentibus ſe largitur, quandoquidẽ amici ſunt & fratres quos iſto conuiuio reficere ſtudemus. Sancti ſaluatoris noſtri diſcipuli, præſentis ſeculi curſum mentis contemplatione, quantum poſſibile eſt hominibus, tranſcendentes, verbóq; mundati, finem quærũt, atque extremam ſcire felicitatem geſtiunt, quam

ἀγνοεῖν εἶναι τῆς γνώσεως.

A ignorare & angelos & ſeipſum quoque dominus noſter pronũtiauit, per dies vniuerſam intelligẽs exactam conſiliorum dei cognitionem: per horá vero vnitatis ac monadis contemplationem, quarum ſcientiam ſoli patri tribuit. Suſpicor itaque, quòd hoc de ſeipſo ſcire deus dicatur, quod eſt: & hoc neſcire, quod nõ eſt. Iuſtitiam enim ac ſapientiam ſcire deus dicitur: ipſe & iuſtitia & ſapientia exiſtens, iniuſtitiã vero & malitiam ignorare, eò quòd non ſit iniuſtitia nec malitia qui cõdidit nos deus. Itaque ſi hoc de ſeipſo ſcire dicitur deus, quod ipſe eſt, & illud neſcire quod ipſe non eſt, non eſt autem dominus noſter ſecũdum iocarnatioois intelligentiã & craſſiorem doctrinam, extremum illud deſiderabile bonum, ignorauit ob eam cauſam ſaluator noſter finem extremámque felicitatem: imò ne angeli quidem nouerunt, inquit, Hoc eſt, neque ipſorum contemplatio, vel rationes miniſteriorum, ſunt extremũ illud deſiderabile bonum. Craſſa enim eſt & illo-

Ait Baſiꝗ tẽtẽ iuſtitiam ac ſcientẽ pronũciam.

B rum cognitio. Confert perſonam perſonæ. Solus autem pater, inquit, nouit. Ipſe nanque finis eſt & extrema illa felicitas. Quando enim deum iam non amplius tanquam in ſpeculo, neque per aliena adminicula cognoſcemus, ſed ad ipſum tanquã ſolum & vnum appropinquabimus, tunc & nos extremum finem ſciemus. Regnum enim Chriſti omnem illam materialem cognitionem eſſe dicunt: Dei vero patris immaterialem, & vt ita dicam, ipſius diuinitatis contemplationem. Eſt autem dominus noſter & ipſe finis extremáque felicitas ſecundum intelligentiam & rationem verbi. Quid enim in euangelio dicit? Et ego excitabo ipſum in nouiſſimo die, reſurrectionem illam intelligẽs quæ ex materiali cognitione ad immaterialem cœleſtemque contemplationem ducit: nouiſsimum vero diem eam ſciẽtiam poſt quam nulla eſt alia. Tunc enim mens noſtra exurget & ad beatam illam ſublimitatem excitabitur, quando vnitatẽ ac monada verbi contemplabitur: verum quoniam mens noſtra craſſa adhuc pulueri adhæret lutóque commiſcetur, ac nudæ contemplationi intendere nequit per cõpoſitiooem rerum, quæ corpori ſunt cognatæ, ſubducta opera conditoris conſiderat, eademque interea ex illo-

Regnum Chriſti & regnũ patris.

C rum effectibus cognoſcit, vt ita ſenſim accepto incremento, & ipſam aliquando diuinitatem cõtemplatura accedere valeat. Ad hunc ſenſum & illud quoque dictum eſſe puto. Pater maior me eſt, & hoc. Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre. Hoc enim eſt & Chriſtũ regnum dare deo ac patri, cum non ſit finis ſed primitiæ, iuxta craſsiorem, vt dixi, doctrinam, quæ quidem filium quantum in nobis eſt, oon vt in ſe eſt, con-

1. Cor. 15.

templatur. Quod autem iſta ad hunc modum habeant, iterũ cum rogaſſent in Actis Apoſtolorũ, diſcipuli, quãdo reſtitues regnum Iſraeli? reſpondit veſtrum nou eſt ſcire tempora temporúmque articulos, quos in ſua ipſius poteſtate conſtituit pater. Hoc eſt, regni huius ſciẽtia non eſt eorum qui carni adhuc & ſanguini obnoxij ſunt. Hanc enim cõtemplationem pater in propia poteſtate repoſuit, poteſtatem dicẽs, eos quos ille poteſtati ſuæ ſubditos habet: proprios vero quos rerum inferiorum non tenet ignorantia: tempora autem & temporum articulos nolis intelligere de illis, quæ ſenſibus noſtris comprehenduntur: Sed de D interuallis quibuſdã quæ Sol ille intelligibilis & ſpiritalis efficit. Oportet enim precationẽ illam duci vltra dominum noſtrum. Ieſus enim eſt qui precatur dicens: Da illis, vt & ipſi vnũ ſint in nobis, quemadmodum ego & tu pater vnum ſumus. Cũ enim vnus ſit deus, ſi in ſingulis fuerit, omnes coadunat, peritq; numerus, per inhabitationem monadis. Et ego quidẽ dictum hoc ad iſtum modum per ſecundariam argumentationem intellexi & expoſui. Si vero quiſquam eſt qui meliora adferat, aut noſtra piè corrigat, is & dicat, & corrigat, & dominus illi pro vobis retribuet. Nulla nanque ducimur inuidentia, quoniam neque per contentionem, neque per inanis gloriæ ſtudium, ad iſtam verborum domini expoſitionem acceſſimus: ſed vt fratribus prodeſſemus, ne teſtacea vaſcula theſaurum dei habentia à ſaxeis illis cordibus & incircũciſis hominibus, ſtulta huius mũdi ſapientia armatis fraudulenter ſupplantari videantur. Sed vt pergam, iterum per Salomonem E in prouerbiis creatus eſt. Nam dominus, inquit, creauit me. Et principium viarum euãgelicarum nominatur, quæ nos ad regnum cœlorum ducũt, cum non ſit creatura ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum diſpẽſationem ſit factus via noſtra. Natum enim eſſe & creatum, idem ſignificant. Vt náque via factus eſt: ita & ianua, & paſtor, & angelus, & ouis. Item, Summus ſacerdos & Apoſtolus, aliis alio intellectu poſitis nominibus. Quid hic iterũ dicet hæreticus de deo, qui nemini ſubditur: & de eo, qui noſtri gratia peccatum factus eſt. Scriptum nanque eſt, Quando ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui illi ſubiecit omnia. Ne te hæſitabundum reddat homo quòd deus ſubiectus nominatur. Vt enim te ſubiectum reddat, ipſe ſeſe ſubiicit: & vt ad virtutem te excitet, ſubiectum ſe nominat. Ita ſe aliquãdo perſequutionem quoque ferre dixit: Saule, inquit, Saule, quid me perſequeris? Hoc enim dixit cum ille ad Damaſcũ properãs propoſitum haberet lagãdi diſcipulos. Et iterũ nudum ſe vocat, ſi ex fratribus quiſquam nudus extiterit. F Nudus enim, inquit, eram, & operuiſtis me. Item alio in carcere exiſtẽte, ſeipſum incloſum eſſe dicit. Nam ipſe peccata noſtra tulit, & morbos noſtros portauit. Eſt autem & inter infirmitates connumeranda ſubiectio: ideò & illam portauit. Quapropter & adflictiones quæ nobis contingũt, proprias ſibi facit dominus: propterea quod ex conſortio quo nobis coniunctus eſt, paſsiones noſtras in ſe tranſtulit. Præterea & hoc iſti theomachæ, ad ſubuerſionem audientium vſurpant, quod à domioo dictum eſt, filius autẽ nõ poteſt à ſeipſo

Ait modeſtiã theologo dignã

Stultã hæreticorũ & philoſophorũ ſapientiam notat. ἐν καὶ ἐν ἑτέροις ἄλλοις

Pugnat contra aduerſũ Theomachos, qui in deum rebelles ſunt.

ſeipſo facere quicquam. Mihi vero & hoc dictum potiſſimum hoc indicat, quòd eiuſdem cum patre naturæ ſit filius. Si enim voaquæq; rationaliũ creaturarum aliquid poteſt ex ſeipſa facere, creatura noo eſt filius. Si vero creatura oõ eſt, eſt ergo homouſius patri. Rurſus: Nulla creatura, quodcuoq; vult, facere poteſt: filius vero cum in cœlo tum io terra quæcuoque voluit fecit. Noo eſt igitur creatura filius. Et iterum: Omnes creaturæ vel
A ex contrariis conſiſtuor, vel cõtrariorum ſunt capaces. Filius ipſe eſt iuſtitia & immaterialis. Creatura igitur ooo eſt. Si creatura non eſt, ergo cum patre homouſius eſt. Et iſtā poſitorum Christi dictorum pro ooſtris viribus facta examioatio, nobis eſt ſufficiens. Iam deinceps ſermooem & cõtra eos ſtriogemus, qui ſpiritui ſancto reſiſtuor, vt & ipſorum ſuperbiam & mentis arrogãtiam quæ contra ſcientiam dei extollitur, deturbemus. Spiritum ſanctum creaturam eſſe dicis. Omnis autẽ creatura ſui creatoris eſt mioiſtra. Omoia enim, inquit, ſeruiũt tibi. Si vero ſpiritus ſaoctus ſeruus eſt, habet vtique creatam quoque ſanctitatem, atque ideo & malitiæ incapax uon eſt. At ſpiritus ſanctus, ſecundum eſſentiã ſanctus exiſtens, fons prædicatur ſanctitatis. Nõ eſt igitur creatura ſpiritus ſanctus. Si vero creatura nõ eſt, homouſioo eſt deo. Quomodo, dic quęſo, ſeruum vocas eum, qui te per baptiſmum à ſeruitute liberauit. Lex naoque ſpiritus vitæ, inquit Apoſtolus, liberum me reddidit à lege peccati. Imò neq; mutabilem ipſius eſſentiam dicere audebis, ſi reſpicias contrariæ poteotiæ naturam, quæ quidem ſulguris inſtar de cœlo lapſa eſt, quæ vera vita excidit: propterea quòd crearam haberet ſanctitatem, prauúmque illius conſilium ſanctitatis quoque im-
B mutatio conſequuta ſit. Cum ergo excidiſſet ex Mooade, angelicamque abiecisſet digoitatem, ex ingenij prauitæ diaboli oomeo accepit, extincto primum priore illius beatóque habitu, deinde & aduerſaria iſta potentia accenſa. Ad hęc, qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicit, determinatam ipſius naturam ioducit. Quomodo ergo ſtabit illud: Spiritus domini repleuit orbẽ? Et illud: Quo ibo à ſpiritu tuo? Quio neque ſimplicem ipſum natura, vt apparet, confitetur aduerſarius. Dicit enim illum oumero vnum eſſe. Iam quicquid numero voum eſt, ſimplex, vt dixi, non eſt. Si vero ſimplex ooo eſt ſpiritus ſanctus, ex ſubſtantia & ſanctitate cõſtat. Quicquid vero tale eſt compoſitum eſt. Ecquis adeò ſtupidus eſt, vt compoſitum dicat ſpiritum ſanctum, & oon magis ſimplicem: & ſecundum ſimplicitatis ratiooem patri & filio homouſium? Quod ſi, ſermone progredieodum eſt, inſpicieodaque ſunt maiora: ex hoc ipſo potiſsimum diuiuam ſpiritus ſancti naturam cõ-
C templabimur. Tria creatiooum geoera in ſcripturis oominata deprehendimus. Vnum quidem ac primum eorum quæ ex nihilo cuoi noo eſſent, ad hoc vt eſſeot ſunt condita. Alterum eorum quæ ex priorihus ad meliora immutantur. Tertium, quòd eſt in reſurrectione mortuorum. Io iſtis omnibus inuenies ſpiritum ſanctum, patri & filio cooperatorem. Si reſpicias cœlorum ſubſiſtentiam: quid Dauid dicit? Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnis virtus ipſorum. Deinde, homo per baptiſmum creatur. Si qua enim, ioquit, in Chriſto noua creatura. Et quid ad diſcipulos ſaluator dicit? Euntes docete omoes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, ac ſpiritus ſancti. Vides & hic voà cum patre & filio cooiooctum eſſe & ſpiritum ſanctum? Quid autem & de reſurrectione mortuorũ dices? Moriemur oanque & ad puluerem noſtrum reuertemur. Terra eoim ſumus, & io terram abibimus. Et mittet ſpiritum ſanctum, & creabit nos, ac renouabit faciem terræ. Quam enim Paulus reſur- D
rectionem dixit, eam Dauid renouationem appellauit. Audiamus autem eum, qui ad tertium vſque cœlum raptus eſt. Quid dicit? Quoniã templum eſtis eius qui in vobis eſt ſpiritus ſancti. Omoe autem templum, dei templum eſt. Si vero templum ſumus ſpiritus ſanct. ergo deus eſt ſpiritus ſaoct. Dicitur quidem & templum aliquod templum Salomonis: ſed tanquam eius qui illud extruxit. Quòd ſi hoc modo templum ſumus ſpiritus ſan. & ſic deus eſt ſpiritus ſanctus. Qui enim omoia condidit, deus eſt. Si vero tãquam eius qui adoratur, & habitat in oobis, confitebimur vtique illum eſſe deum. Dictum eoim eſt: domioum deum tuum adorabis, & illum ſolum coles. Si vero dei appellationem repudiauerint, diſcant primum quid nomen illud ſignificet. Ab eo eoim quod omoia excitarit, aut certè peruideat omnia & cootempletur deus dicitur. Spiritus ſanctus autem omnia quæ dei ſunt cognoſcit, quemadmodũ & noſtra nouit ſpiritus qui in nobis eſt. Deus ergo eſt ſpiritusſanctus. Rurſus gladius ſpiritus ſancti eſt verbum dei. Deus ergo eſt ſpiritus ſan. Illius enim eſt gladius cuius & verbum eſſe dicitur. Nominatur & dextera patris. Nam dextera domioi, ioquit, operata eſt virtutem. Et dextera E
tua domine conquaſſauit inimicos. Item & digitus dei eſt ſpiritus ſaoctus. Secundum dictum illud Chriſti. Si ego io digito dei eiicio dæmooia, quod in alio Eoangelio ita ſcriptum eſt. Si ego in ſpiritu dei eiicio dæmonia. Eſt itaque & eiuſdem cum patre & filio naturæ ſpiritus ſaoctus. Et iſta quidem nobis de adoranda & ſancta trioitate in præſentiarum dicta ſint. Nuoc enim fieri oequit, vt latius ratiooem illius exquiramus. Vos vero accepto ab humilitate ooſtra ſemine, ſpicas vobis ipſi beoe maturas diligeoti agricultura excolite. Nam vſuram etiam, vt ſcitis, de iſtis exigemus. Confido autem deo, fructum vos allaturos eſſe, & trigecuplum, & ſexagecuplum, & ceotuplum, propter vitæ veſtræ puritatem. Beati oanque ſunt ij qui corde ſunt puro, quoniam ipſi deum videbunt. Nihil autem aliud fratres regnom cœlorum putabitis, quàm veram eorum quę ſunt cognitionem, quam & felicitatem vocant diuinæ ſcripturæ. Regnum enim cœlorum intra vos eſt. Circa F
verò ioteroum homioem nihil aliod quàm contemplatio conſiſtit. Relinquitur ergo cõtemplationem eſſe regnum cœlorũ. Quorum enim hic vmbras taoquam in ſpeculo quodã videmus, tandẽ à corpore iſto terreſtri liberati, iocorruptúmque & immortale induti, illorũ & archetypa ſpeculabimur. Speculabimur, inquam, ſiquidem vitam ooſtram ad rectum ſcopum direxerimus, rectæq; fidei ratiooẽ ac ſtudiũ prouidè tenuerimus, ſioe quibus oemo deum videbit. In animã enim malitioſam, inquit, non ingredietur ſapientia, oeque

Contra hoſtes ſpiritus ſ. nempe Macedonianos

θεὸς παρὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἢ θεᾶσθαι τὰ πάντα. Spũs ſan. gladium. Idem dextera & digitus.

Matthæi 13 dictum

Creationis genus triplex.

neque morabitur in corpore peccatis obnoxio. Nemo autem nobis obloquatur ac reſponſet dicens, cum ea quæ vulgaria ſint ac proſtrata nempe ad pedes expoſita ignores, de incorporali nobis & prorſus immateriali eſſentia philoſopharis? Abſurdū enim eſſe iudico quod cum ſenſus corporum noſtrorū congruēter propriis reficiamus materiis, mēs ſola à propria ſummouetur operatione: vt enim ſenſus rerum ſenſibiliū, ita & mens intelligibilium notionē & conceptum habet. Simul autem & hoc dicendum, quòd naturalem illam iudicandi vim nobis inſeuit ac fecit nihil indigā doctrinæ, qui nos cōdidit deus. Nemo enim eſt qui doceat colorum aut ſchematum aſpectus internoſcere, aut inter ſtrepitum & vocem, vel inter ea quæ malè & quę bene olent ſiue inter ſaporum aut alterius ſucci guſtus, vel inter mollia & dura, aut inter calentia & frigida diſcernere. Neq; mentē ſanè quiſquam docebit illis ſeſe applicare, quæ ſuut intelligibilia. Et quemadmodū ipſi ſenſus, ſi quid illis acciderit incommodi cura tantum opus habent, & propriā facilè operationem adimplēt: ita & mens carni alligata, & illius impleta phantaſiis, fide opus habet & recta vitæ cōuerſatione, quæ pedes ipſius inſtar cerui comparant & inſtituunt, ipſamq; in ſublimibus conſtituunt. Huius nos & Sapiens admonet, & nunc quidem pudoris expertem operariam formicam in medium adducit, pérq; illam viam agendorum deſcribit: nunc vero ſapientis apiculæ fingendis fauis deputatum organum, per quod nobis naturalem indicat contemplationem, in qua & de ſacra trinitate ratio quædam comprehenditur. Siquidem ex creaturarum pulchritudine cōgruenter & rerum omnium opifex conſideratur. Gratiis actis patri & filio & ſpiritui ſancto, finem imponemus his literis, quādoquidem optimum eſſe vbique rerum modum, & ipſa docet parœmia.

Collatio.

Baſilius Libanio. CXLII.

PVdore ſuffundor, quod quum tibi quoſuis adducam Cappadocas, non tamē omnibus, quibus id per ætatem liceret, perſuadeo, vt & diſciplinarum, & eruditionis ſtudio ſeſe dedant, téque exercitij huius vtantur præceptore. Verum quoniam impoſſibile eſt, vt ſimul omnia conſequamur quæ nobis ipſis conuenientia diligimus, eos ad te mitto, quibus frequenti admonitione perſuadeo, tantum illis gratiæ conferens, quantum ſitiētibus ij, qui ad fontes illis præduces ſunt. Qui verò te nunc accedit, paulo poſt, ſiquidē tibi coniunctus fuerit, pro ingenij ſui gratia tuo & aliorū fauore potietur. Nunc vero ex patre admodum nobilis eſt. Nam is apud nos multū nominis ſibi ipſi cum vitæ integritate, tum ciuili potentia peperit, qui & mihi ſumma eſt amicitia coniunctus, cui vt rependam, iſtam puero gratiā largior quòd illū ad tuā notitiā induco, quæ res maximis votis digna eſt apud eos, qui viri virtutē iudicare norūt.

Ex collatione.

Libanius Baſilio. CLXIII.

ALiquandiu eſt, quod ad nos venit adoleſcens ille Cappadox. Vna hæc eſt cōmoditas quòd Cappadox eſt. Sed & præterea Cappadox iſte ſplendidis eſt natalibus ortus. Altera ea commoditas eſt. Quin & literas nobis attulit admirabilis illius Baſilij. Hoc ſanè quilibet amplius quiddam eſſe dicet. Ego tamque, quem tui putas oblitum, iam olim te, cum adhuc adoleſcens eſſes, dilexi: propterea quod viderem temperantia ita præditum, vt cum ſenibus quoque decertares, idque in ea ciuitate quæ voluptatibus ſcatet, deinde & diſciplinarum iam magnam eſſe partem conſequutum. Quoniam vero operæpretium eſſe putabas: vt & Athenas videres, idque & Celſu perſuaſeras, congratulabar Celſo quòd amicitiæ tuæ eſſet coniunctus. Poſteaquam verò reuerſus eſſes & in patria conſtitutus, ad meipſum, quid nunc aiebam, molitur nobis Baſilius? & ad quod vitæ genus ſeſe contulit? An in Forenſibus actionibus verſatur, veteres illos rhetoras æmulatus? vel diuitum liberos in rhetorica inſtituit? Cum vero veniſſent quidem nuntiantes multò te potiorem viam ingreſſum eſſe, hócque ſpectare magis quomodo deo reddaris amicus, quàm quomodo diuitias colligas, & te felicem eſſe dicebam & Cappadocas. Te quidem, qui malueris talis eſſe, illos vero, qui talem potuerint exhibere ciuem. Phirminus vero ille, quàm vbique tibi conſtanter adhæreodo perdurauerit ſcio. Nam hinc illi eſt iſta eloquentiæ facultas. Cum autem multum ſit laudis adeptus, haud ſcio, an vnquam tantum laudis acquiſierit, quantum nunc ex literis tuis intellexi. Quòd enim tu es: qui dicas, neminem eſſe à quo illius obſcuretur gloria, quanti id illi debet eſſe encomium? Videris autem mihi & iſtos miſiſſe, priusquam Phirminū videtinr. Alioqui id ipſum non habuiſſent literæ. Et nunc quid rerum agit, aut quid meditatur Phirminus? An adhuc diſtinetur in conuiuiis nuptialibus? vel illa quidem iam dudum ceſſarunt, propoſiti vero grauitas & vniuerſa neceſſitas manet? vel eſt ſpes aliqua fore illum denuò ſtudiorum ſocium? Reſponde nobis aliquid, ſitque illud, vt velim quidem, commodum: Si vero nonnihil etiam perturbabit id quòd reſponſurus es, vel hoc commodi adferet quòd nos ab iſto aſſiduo ad portas reſpectu liberabit. Si vero Athenis iam agit Phirminus, quidnam egerunt Senatores veſtri: Num illius gratia Salaminiam miſerunt? Vides quòd à tuis duntaxat ciuibus contumeliam patior. Ego tamen interea non deſinam diligere ac laudare Cappadocas. Imò optauerim quoque meliores illos apud me fieri: ſi vero iidem permanſerint, & ſic feram. Phirminus autem tres menſes apud nos egit, & nullum diem otioſum duxit. Quantum autem ſit quod ſibi collegit, ipſe cognoſces, & forſan non reprehendes. Ad hoc vero vt huc redire valeat, cuiúſnam oportebit implorare operam? Etenim ſi bene ſentiunt Senatores, faciēt quòd decet homines doctos. Honorabunt vel poſterioribus, quoniam prioribus contriſtarunt.

Baſilius Libanio.

CXLIIII.

EN tibi & alter adeſt Cappadox, filius meus etiamnū hic: Nobis etenim vniuerſos conciliat ac veluti adoptiuos reddit formula modúſque, vitæ, in quo nunc ſumus. Habeatur itaque

hoc

hoc nomine frater eius, qui ante ipſum ad te venit, eadémque cura ac diligẽtia dignus, tam mihi vt patri, quàm tibi, vt præceptori. Siquidem quid poterunt amplius habere, qui à nobis ad te veniunt? Hoc autem non ideo dico, quòd prudentia tua priſcis nihil amplius largiatur amicis. Sed quòd candidè ſit omnibus operæ tuæ propoſita vtilitas. Suffecerit autem adoleſcentulo, ſi antequam iuſtam per ætatem attigerit rerum experientiam, in priuatis inſtitutus fuerit, quem ablegamus à nobis dignum & noſtra interceſsione, & tua gloria, quam eloquentia cõſequtus es. Adducit autẽ ſecum & coætaneum eadem erga ſtudia literarum præditum diligentia, generoſum & ipſum & nobis familiarem, quem nulla in re inferiorem fore credimus, etiam ſi reliquis minus habeat pecuniarum.

A

Libanius Baſilio. CXLV.

HOc ſæpenumero ſcribes, ſcio, en tibi & alter adeſt Cappadox. Multos quoque, vt puto, mittes, propterea quòd perpetuo & vbique tuis nos encomiis celebras: hoc ipſo & patres excitãs & pueros. Elegans autẽ non fuerit obticere, quid circa epiſtolam tuam elegantem illam contigerit. Aſſidebãt mihi eorum qui Magiſtratuum ſunt filij, cum alij non pauci, tum & optimus Alypius illius Hieroclei conſobrinus. Vt ergo epiſtolam reddiderunt qui illam attulerant, tacitè inſpectis omnibus ſubridẽnsq; & gaudẽs, victi ſumus, aiebam: Et quánam victoria, rogabant illi, victus es? Et quamobrem ſi victus es, non doles? In elegantium, inquam, epiſtolarum certamine victus quidem ſum: at Baſilius eſt, qui vicit. Is autem amicus noſter eſt, & eam ob rationem gaudeo. Cum hæc dicerem ex ipſis volebant literis iudicare de victoria, legítque Alypius, audientibus reliquis qui aderant. Lata vero ſententia eſt, me nihil eſſe mẽtitum. Et qui literas habebat ac legerat, ſecum illas auferebat, oſtenſurus puto & aliis, ægréque ablatas teſtituit. Scribe ergo ſimilia, & vince. Hoc enim eſt me vincere. Rectè & illud conie- ctas quòd ſtudia noſtra pecuniis non æſtimentur: ſed ſatis ſit non habenti quod det, ſi Conſuli ſibi permittat. Etenim ſi ſenſero quenquam in rerum penuria conſtitutum amare literarum ſtudia, is mihi diuitibus præferendus habetur. Quanquam tales præceptores nos, cum adoleſcẽtes eſſemus, non ſumus experti. At nihil prohibet eſſe quoſdã meliores. Nemo ergo pauper ad nos ſeſe recipere cunctetur, ſi hoc vnum duntaxat poſſederit, vt ſtudiorum ſciat perferre labores.

B

Baſilius Libanio. CXLVI.

C

QVid nõ dicet vir Sophiſta, & talis Sophiſta, cui in confeſſo eſt id artis eſſe proprium, vt ex magnis, quandocunque voluerit, faciat modica, & modica amplificet? id quòd & erga nos declaraſti. Etenim epiſtolam meam, ſordidam illam quicquid vos, qui in verborum elegantia delitiamini, dicatis, & quæ iſta, quam iam habes in manibus, nihilo tolerabilior eſt, ita deprædicaſti, vt quaſi ab illa vinci nobiſque in hoc ſcripti genere priores dare videaris: haud diſſimile faciens ab eo, quod parentes cum liberis ludendo ſolent, quando illis, de victoriis, quas ipſi peperere, gloriandi copiam largiuntur, & ſeipſos nullo damno afficientes, & liberorum conatum & æmulationem nutrientes. Habebat autem & inenarrabilẽ prorſus voluptatem id quod ad nos ludendi gratia ſcripſiſti. Quod tale eſt, ac ſi Polydamas aliquis, aut Milo, Pancratij vel luctæ certamen mecum inire detrectet. Perluſtratis enim ſingulis nullum deprehendi roboris exemplum, ita vt qui verborum ſectantur hyperbolas, tuam hic magis admirentur potẽtiam, qui ita teipſum per ludum ad nos vſque demittere potueris, quàm ſi barbarum aliquem hoſtem vltra Athon nauigãdo progreſſum repuleris. Nos quidem ô præclare vir eum Moſe, & Helia, ſimilibúſque beatis viris verſamur, qui nobis barbarica voce doctrinam ſuam tradunt, & nos quæ ab illis audimus loquimur, ſenſu quidem vera, verbis autem rudia, vt & hæc ipſa quæ ſcribimus indicant. Nam etiamſi aliquid conſequuti fuerimus, à vobis inſtructi, interea tamen temporis per obliuionem excidit. Tu vero nobis deinceps ita ſcribe, vt aliis epiſtolarum argumentis vtare, quæ & eloquentiam tuam oſtendant, & nos non arguãt. Filium Anyſium iam tibi adduxi, vt meum ipſius filium. Si vero meus eſt hic puer, patris quoq; eſt filiolus, pauper ex paupere. Quod autem dico ſatis clarum eſt viro & ſapienti & ſophiſtæ.

Ἀθλητῶν ὑπ' ... latum. D

Libanius Baſilio. CXLVII.

SI prolixa admodũ meditatione vſus eſſes, quomodo quàm elegantiſſimè literis noſtris quas de tuis ſcripſimus, reſpõderes, non eſſes hoc melius præſtitiſſe viſus, quàm talia ſcribendo qualia iam ſcripſiſti. Vocas me Sophiſtã. Sophiſtæ autẽ proprium eſſe vis, ex modicis magna, & ex magnis modica facere poſſe. Et epiſtolam meã oſtendere voluiſſe dicis, tuam eſſe elegantẽ, cum illa nec ſit elegans, nec ea, quam nunc miſeris elegantior. Prorſus autem nullam tibi eſſe dicendi facultatem. Huius cauſam eſſe libros, quos iam habeas in manibus: doctrinam vero & eruditionẽ, quam antea habueris, effluxiſſe. Et cum iſta perſuadere conatus ſis, ita eleganter ſtruxiſti & iſtam, quam malam dicis, epiſtolam, vt qui, cum illa legeretur, præſentes erant, non ſubſultare nequiuerint. Admiratus itaque ſum, quomodo cum poſteriore iſta priorem demoliri volueris, eo quòd illa viſa ſit iſti haud diſſimilis, iſta priorem magis ornaris. Oportebat igitur hoc volentem, poſteriorẽ hanc peiorẽ facere, vt ſic per illam detraheretur priori. At, vt opinor, tuum non erat, lædere veritatem. Læſa autem fuiſſet, ſi de induſtria ſcripſiſſes peiora, & facultate dicendi quam habes in promptu, vſus non fuiſſes. Sit itaque & hoc ſtudij tui, vt neque vituperes ea quæ laude ſunt digna, ne te res iſta in album Sophiſtarum abiiciat, dum quæ ſublimia ſunt, humilia facere conaris. Libros igitur, quorum peiorem dictionem, meliorem vero mentem ac ſententiam eſſe dicis, habeto, nemo prohibet: eorum vero, qui noſtri ſunt ſemper, tui iam olim, radices adhuc in ro manent, ac manebunt, donec in hac vita fueris, nec vllo tempore excidentur, etiamſi illas quam minimè rigaueris.

E

F

...

Libanius

Libanius Baſilio. CXLVIII.

NOndum mihi offenſam remiſiſti, adeóque inter ſcribendum tremo. Quod ſi remiſiſti, quamobrem non ſcribis, virorum optime? Si verò iilam adhuc contines, quod ab omni anima ratione prædita, & tua quoque alienum eſt, quomodo cum alis prædices ad occaſum vſque Solis non eſſe ſeruandam animi commotionem, tu
A illam iam Sole toties occidente ſeruaſti? An iſtam forſan de me pœnam ſumere, & hoc me pacto punire voluiſti, vt voce tua melle condita priuares. Non ita ô præclare, ſed animo ſis placido ac miti, largiaréque vt lingua tua, aurea illa fruar.

Baſilius Libanio. CXLIX.

QVi roſa delectantur, vt veriſimile eſt fieri ab illis, qui pulchritudinis & elegātiæ ſunt ſtudioſi, neque ſpinis ipſis, vnde flos ille prodit, moleſti ſunt. Et tale quid de roſis quendam ſiue ioco, ſiue ſerio referentem audiui, quòd roſarum amatoribus natura minutas illas ſpinas quaſi quædam amatoria illectaméta, iſti flori adfixerit, vt ſtimulis illis ægrè contactum admittentibus, ad maius deſiderium colligentes prouocet. Quid velim, quod literis iſtis roſam induco, nihil prorſus opus habes, vt inſtruare: ſiquidem epiſtolæ tuæ memor fueris, quæ quidem florem habet roſæ: ita vt toto nobis verno tempore eloquentiæ ſpirarit odorē: querelis vero & expoſtulationibus, quaſi quibuſdam aculeis contra nos armata eſt. Verum ſpinæ quoq; verborū tuorum voluptati mihi ſunt, quæ me ad maius amicitiæ deſiderium inflammant.

B Libanius Baſilio. CL.

SI iſta ſunt linguę illaboratæ, qualis eſſes ſi illam acueres? Ori tuo quidem inſunt eloquentiæ fontes, quorum riuuli quoſuis ſuperant latices: nobis vero, niſi quotidie irrigemur, ſilentium relinquetur.

Baſilius Libanio. CLI.

QVod ad eruditionē tuam haud aſſiduè ſcribo, in cauſa ſunt cum metus, tum imperitia. Quod tu vero conſtantiſsimè ſiles, quónam pacto poterit excuſari? Si vero quiſquam eſt, qui te, cum in verbis totus viuas, ad ſcribendum tardum eſſe putet, is te hoc ipſo condemnauerit, tanquam noſtri oblitum. Cui enim in promptu eſt, quod dicat, illi certè & ad ſcribendum non deeſt parata facultas. Qui vero ſilet, cum habet & dicendi & ſcribendi copiam, manifeſtum eſt, quòd
C hoc vel ex contemptu faciat, vel obliuione. Ego autem ſilentio tuo per ſalutationem rependam. Salue itaque colendiſsime, & ſcribe, ſi volueris: rurſus ne ſcribas, ſi id tibi ita placuerit.

Libanius Baſilio. CLII.

EXcuſatione ad te magis, opinor, hoc nomine opus habeo, quòd non olim tibi ſcribere cœpi, quàm vt nunc me excuſem quando id iam orſus ſum. Ego enim is ſum qui cum diſſereres accurrebam, & maxima cum voluptate aures tanquam ad riuulum quendam linguæ dicentis adbibebam gaudens, ægréque auelli ſuſtinens, ac dicens: hactenus hic vir elegantior eſt Acheloi filiabus, quatenus demulcet quidem quemadmodum & illæ, nō autem nocet vt illæ. Et parum eſt quòd non nocet, lucrum etiā adferunt illius cantica, ſi quis illis delectetur. Cum itaque ſic ſim affectus, putemque & amari me, ſi videar dicere: quod ſcribere nō auſim, extremæ hoc fuerit inertiæ, & ſimul hominis damno ſeſe afficientis. Certum tamque eſt quòd epiſtolæ meæ modicę ac vitioſæ eleganti tua & magna rependes, cauebiſq; ne denuo me lędas. Multi vero, puto, ad hoc quod dixi, ne me denuò lædas, vociferabūtur, & hac in te cum clamore inſtabunt, dicentes? Baſilius ne, vel modicum quid cuiquam intulit iniuriæ? Ergo Aeacus, & Minos, & huius frater. Ego quidē tibi permittam, vt in aliis viceris. Quis eſt autem qui te cognoſcat & non inuidiæ ſtimulis agitetur? Vnum vero tibi peccatū eſt aduerſum nos. Quòd ſi te huius admonuero, perſuade illis qui hoc moleſtè ferunt, ne vociferentur. Nemo te vnquam acceſsit, gratiam petens, modo eam facilè largiri potueris, quam non obtinuerit. Sum autem ex illis, qui gratiam poſtularunt quidem, ſed non acceperunt. Quid ergo abs te petij? Cum in prætorio vnà tecum eſſem, equidem non ſemel optaui, vt per iſtam tuam illuſtrem ſapientiā liceret pertingere ad Homericæ diuinationis altitudinem. Quòd ſi, totam conſequi, aiebam, poſsibile non eſt, tu vel in partem ſortis huius nos introducito. Partem autem eam cupiebam, in qua, cum Græci malè egiſſent, Agamemnō eum quē læſerat, muneribus placauit. Cum iſta dicerē, ridebas, negare quidem haud valēs, quaſi, ſi velles, non poſſes, interea tamen hac in re mihi gratificari nolēs. Num igitur tibi & iis qui mihi indignantur hoc ipſo iniurius eſſe videor, quod te iniuſtè agere dixi. D E

Libanius Baſilio. CLIII.

AN nonnihil eruditionis adoleſcentibus quos ad nos miſiſti, contulerimus, ipſe iudicabis. Spero autem illud, etiam ſi modicum fuerit, propter tuam erga nos amicitiam, magni profectus habiturum gloriam. Quod vero eruditioni temperantiam anteponis, & ne mentes ſuas prauis voluptatibus tradant admones, rem iſtam admodum diligenter curarunt, conuerſatique ſunt vt decebat eos qui à quo miſsi ſint meminere. Complectere tua pignora & lauda eos qui & me & te moribus & ingenio exornarunt. Quod ſi te ad opem illis ferendam hortari velim, idem fecero, ac ſi patrem adhorter, vt liberis ſuis opem ferat. F

Libanius Baſilio. CLIIII.

OMnis quidem epiſcopus talis eſt, vnde ægrè aliquid emolumenti emungatur: tu vero, quanto reliquos prudentia ſuperas, tanto plus mihi metus generas, ne quo pacto quod petiturus ſum conſtanter ſis denegaturus. Trabibus cōſtratoriis opus habeo, camacas, aut chatacas alius aliquis Sophiſta diceret: non ad neceſſarium vſum verba vſurpans. Sed verborum phaleras oſten-

oſtentans magis quàm neceſſitati ſeruiens. Ego vero niſi quod peto largiare, cœli iniuriæ ac tempeſtatibus obnoxius ero.

[illegible] *Phauorinus et Heſych.* [illegible] *Simile.*

Baſilius Libanio. CLV.

SI γρεύζειν illud, quo vſus es in literis tuis, idem eſt atque emolumenti quicquam alicunde auferre, & hanc ſignificationem habet iſta dictio, quam ex Platonis adytis Sophiſtice tua nobis deprompſit, conſidera quæſo præclare vir vtra pars eius ſit tenacitatis, vt ægrè ab illa aliquid queat
A emolumenti auferri. An nos, qui tenui iſta & in arctum reducta facultate obuallamur, an Sophiſtarum genus, quibus quæſtum ex verbis facere artis loco eſt? Quis epiſcoporum quæſtum ex verbis aucupatus eſt? Quis diſcipulos mercenarios conſtituit, niſi vos, qui lucrum ex verbis ſectamini, quemadmodum placentas mellitas, ij qui melle delectantur? Vides vt ſenem etiam ad reſultandum prouocaris? Ego vero tibi cum gloria in declamandi ſtudiis verſanti totidem trabes accommodato dari præcepi, quot in Thermopylis decertarunt milites, bene longas omnes, & iuxta Homerum tuum longam efficientes vmbram, quas Sacer Euſtathius reſtaurari præcepit.

[illegible]

Libanius Baſilio. CLVI.

NOn deſines Baſilij Sacrum hoc Muſarum domicilium refertum reddere Cappadocibus, quique ipſo ſtatim odoratu griten referant
B ac niues & quæ apud vos gignuntur bona? Propè autem & me Cappadocã reddiderunt, perpetuò occinentes illud [illegible]. Veruntamẽ eſt, Baſilio ita iubente. Scias igitur, quòd regionis quidem mores diligenter inueſtigo, ad generoſitatem vero mentis, & Calliopes meæ concinnitatem, viros immuto, vt vobis pro palumbis videantur facti columbæ.

[illegible] *Adoro te, adblãdior tibi.* [illegible]

Baſilius Libanio. CLVII.

REmiſit ſe animi tui rãcor. Sit enim iſtud epiſtolæ prœmium. Tu vero noſtra, ſiue ioco ſiue ſerio, cauillis petito & conuellito. Quid autem niuis aut etiam gritę mentionem feciſti: cum liceat cauillis noſtris abundè illudere? Ego vero Libani vt largum tibi riſum moueam, epiſtolam hanc ſub cortina niue tectus ſcripſi, quam vbi acceperis manibúſque preſſeris, ſenties quam ſit frigore horrida, ita vt & eum à quo miſſa eſt, latitantem iam, & haud è domicilio proſpicere valentem exprimat. Domos nanque habemus inſtar ſepulchrorum, donec vernum tẽpus nos apprehendat, & mortuos ad vitam denuò reducens, vt fimus, quod & plantis facit, largiatur.

[illegible] *Phauorino eſt* [illegible] *Heſych. ns habet* [illegible]

C

Baſilius Libanio. CLVIII.

MVlti eorum qui illinc ad nos veniunt, facultatem tuam quam in dicendo habes admirati ſunt ac celebrarunt. Narrarunt enim factam eſſe declarationem quandam illius valde illuſtrem, fuiſſeque certamen maximum, ita vt omnes accurrerint ac nemo in vrbe viſus ſit, præterquam ſolus Libanius dicendo certans, & quæ liberæ tas auſcultans. Neminem enim fuiſſe, qui certaminibus iſtis abeſſe voluerit, neque eum qui Magiſtratus honore præditus, neque qui delectu & catalogo militari clarus, nec qui artificiis vacant, quin & mulieres ad iſta certamina properaſſe. Quod autem certamen illud fuit? Aut quis ſermo quo frequentiſſimam excitaſti panegyrim? Nuntiarũt mihi moroſi hominis eſſe, ſi quiſquam velit ſermoni tuo reſiſtere. Velis igitur abſque vlla mora admirabilem iſtum ſermonem ad me mittere, vt & ego laudum tuarum ſim præco. Libanium nanque celebrare cupiens, licet D
operum tuorum ſim expers, quanti mihi non faciendum, ſi iam laudum tuarum adepturus ſim argumentum?

[illegible]

Libanius Baſilio. CLIX.

ECce miſi tibi orationem meam, abundè ſudore perfuſus. Quomodo nanque non anxiè ſudarem ei viro orationem meam mittens, cuius tanta eſt iudicandi facultas, vt & Platonis ſapientiam, & Demoſthenis in dicendo vehementiam, fruſtra iactatas eſſe conuincere queat. Sermo vero meus perinde eſt atque ſi culicem cõferas elephanti. Vnde & horreo & tremo diem illum cogitans, in quo ſermonem meum iudicaturus es. Quin parum abfuit, quin mentis ſim facultate deſtitutus.

Culicis.

Baſilius Libanio. CLX. E

LEgi quam miſiſti orationem, virorum ſapientiſſime, & ſupra modũ admiratus ſum. O musæ, ô diſciplinæ, & Athenæ quàm præclara largimini veſtris ſtudioſis! Quàm pręclaros ferunt fructus, qui vel modico tempore veſtro potiti ſunt conſortio? O fontem copioſiſſimum, quales exhibuit nobis, qui ex illo hauſerunt. In iſto nanque ſermone videre mihi viſus ſum vnum aliquem, qui cum muliercula quadam loquaciſſima ſit verſatus. Cum enim iſta ſcriberet Libanius, telluti ſermonem inſpirauit, qui ſolus eloquentiæ animam largitus eſt.

[illegible]

Libanius Baſilio. CLXI.

NVnc cognoui verum eſſe quòd dico. Baſilio nanque me laudante, aduerſum quoſuis victoriam obtinebo. Licebit iam incedere, poſteaquam tuos adeptus ſum calculos, magnifico quodam greſſu, inſtar iactabũdi cuiuſdam, & omnes præ ſe contemnentis. Quoniam ſermonem & tu contra ebrietatem elaboraſti, cupimus illo potiri. Interea tamen de illo nolo quicquam egregij dicere. Ipſe me ſermo vbi viſus fuerit, dicendi docebit artificium. F

Libanius Baſilio. CLXII.

AN non Athenis habitas Baſili, tẽque ipſum fallis? Haud enim iſta qui Cæſaream inhabitant, audire potuiſſent. Lingoa nanque illorum mihi haud eſt familiaris. Sed quaſi per præceps vocum nouitate prorumpens ac ſtupefaciens, & mihi

nihil dixit & patri, Pater tu iſta non docuiſti. Homerus hic vir eſt. Imo Plato, imò Ariſtoteles, quin Suſatio magis, qui nihil ignorabat. Et hæc quidem ipſa lingua. Te vero nos, ô Baſili, ad hunc modum laudare velim.

Baſilius Libanio. CLXIII.

GAudio quidem afficimur, vbi quæ ſcribis, accipimus: vbi vero viciſſim exigimur vt ad ſcri-
A pta tua reſcribamus, anxij ſumus. Quid enim habemus quod ad linguam tam vehementer Atticè loquentem reſpondeamus, niſi quòd piſcatorum me diſcipulum eſſe profiteor, & te complector?

Baſilius Andronico Præſidi. CLXIIII.

QVod ſi corpore ita valuiſſem, vt itineris facilè potuiſſem perferre labores, & hyemis tolerare moleſtias, vtique nõ ſcripſiſſem: ſed ipſe ad magnanimitatem tuam veniſſem, idq; duplici nomine. Primũ, vt quod olim pollicitus ſum præſtarem. Noui enim me aliquando Sebaſtiam venturum, atque illic integritate tua potiturum recepiſſe: quod quidem feci: verum præſentiã tuam non ſum aſſequutus: propterea quòd paulò poſt probitatem tuam inuiſi. Alterius vero legationẽ & cauſam per meipſum exequi volui, quem hactenus detrectaueram, tanti me non faciens qui talem mihi conciliarem gratiam. Cogitaui ſimul, quòd neque principi, neque idiotæ quiſquã quacunque in re ita per literas fidem facere poterit,
B atque ſi ipſe coram compareat, vt partim ſi quid criminis intentatum ſit diluere, partim ſupplicãdo flectere, & præterea ſi opus ſit veniam petere valeat, quorũ ſanè nihil per literas facilè fieri poterit. His omnibus te vnum, diuinũ caput, habens quod opponam, & quòd tibi ſatis eſſe credidi, ſi noſtram hac in re ſententiam declarauero, putãs quæ reliqua ſunt teipſum adiecturum vltro, cauſſam hanc non detrectaui, At ipſe vides quomodo vndique moras nectendo cuncter, ac verear cauſam eorum pro quibus intercedo clare proloqui. Domitianus iſte neceſſarius noſter eſt iam inde à genitoribus, ita vt planè nihil differat à fratre. Quamobrem enim quod verum eſt non dicam? Hunc, vbi cauſam cognoui, ob quam iſta perpeſſus eſt, dignum eſſe dixi, qui ad hunc modum afficiatur. Neque enim eſſe licet quenquam, qui ſi vel parum vel multum in te peccarit, ſupplicium effugiat. Verum, poſteaquam vidimus in metu & ignominia agentem, ſalutémq; ipſius in tua ſententia conſtitutam, ſatis illum pœnæ dediſſe iudicauimus, ſimulq; obſecramus vt & liberaliter & humaniter de illo cogites. Quod enim immori-
C geros ac rebelles coerces, dextri ac verè principis, proſtratos vero clementer ac benignè ſuſcipere, magnificentia pariter & clementia quoſuis ſuperantis eſt. Itaque licebit tibi ſi voles in eodẽ homine pro animi ſentẽtia declarare qua ſis cum ad vlciſcendum tum ad ſeruandum magnanimitate præditus. Petimus igitur, vt iſta ſupplicij mẽſura, in caſtigãdo Domitiano ſatis ſit: nempe metus eorum quæ expectat: & vt iis quæ meritum ipſe ſe optimè nouit, nihil ad vlciſcendum addatur. Illud nanq; tibi animaduertendũ fuerit, quòd

Iuſtitiam laudat, ſed quæ clemẽtia temperatur.

de iis qui deliquerant, multi quidem eorum qui ante nos vixerunt, ſuppliciũ ſumpſerunt, quorum iam apud poſteros nulla prorſus eſt ratio. Qui vero in philoſophia quampluimos excelluere, animi indignationem remiſerunt, quorum immortalis memoria per omnia ſecula durat. Addatur igitur & hoc præconiis tuis. Largire nobis nomẽ tuum celebrare cupientibus, vt humanitatis tuæ encomia hactenus deprædicata, nouis iſtis ſuperemus. Ad hunc modũ & Crœſus pueri occiſi
D vltionẽ remiſiſſe dicitur, cum is vltro ſeipſum ad ſupplicium ſiſteret, & magnus ille Cyrus amicus eſſe Crœſo poſt victoriam factus. Iſtis te adnumerabimus, & pro viribus hæc de te prædicabimus, niſi impares omnino iudicemur, qui tãti viri præcones ſimus. Hoc autẽ ante omnia neceſſariũ eſt vt dicã, quòd eos qui quacunq; in re deliquerunt, non eorum gratia quæ cõmiſſa iam ſunt (nequit enim fieri vt facta quæ ſunt, facta nõ ſint) ſed magis ob eam rationẽ punimus, vt vel ipſi deinceps emendentur, vel reliquis vt ſapiant, exemplo ſuo ſeruiant. Horum vero neutro impræſentiarũ iſti neceſſariũ eſſe dici poteſt. Nam & ipſe horũ quæ patitur poſt mortem quoq; memor erit, & reliquos formidine iam quam ex huius exemplo cõcipiũt, emori puto. Itaque quicquid iſti ſupplicio adiecerimus, irati animi noſtri affectum explere videbimur, quod procul abeſſe, vt de te vere dici poſſit, ego certè dixerim. Et ſanè haud facilè adductus fuiſſem, vt iſtis rationibus quicquam dicẽdo præferrem, niſi plus gratiæ dante quàm accipientibus ineſſe vidiſſem. Neq; enim paucis conſpicua & illuſtris erit ingenij tui liberalitas. Nam vniuerſa Cappadocia quid futurũ ſit obſeruat, cui hoc precor, vt reliquis tuis dotibus quas habes, E etiam iſtam liberalitatẽ & animi magnificentiam cõnumerare valeat. Hæſito, quomodo literas has finiã, veritus, ne non, ſi quid omiſero damni quicquam ſit laturũ. Tantum hoc adiungã, quòd cum hic noſter multorum habeat epiſtolas, qui ſupplicio exemptum cupiunt, noſtram tamen omnibus præſtantiorẽ arbitratus eſt, vnde is didicerit, neſcio, aliquam apud integritatem tuam noſtri iniri rationem. Itaq; ne & ipſe concepta ſpe fraudetur, quam de nobis habet, & vt nobis occaſio ſit honoris apud noſtros, patere, vt exoreris tãdem mi domine præcellens & eximie, vt petitioni noſtræ annuas. Omnino autem nihilo deterius, quàm qui vnquam philoſophati ſunt, res humanas conſideraueris. Et noſti quàm bonus ſit theſaurus omnibus iis qui operam ſuam egentibus ac ſupplicantibus impendunt, iam olim reconditus.

Iniuriarũ remiſsio immortalem fama eſt.

Ab exemplo Crœſi.

Baſilius Euſtathio Philoſopho. CLXV.

CVm iam defatigatus eſſem crebris illis offen- F ſaculis & incurſionibus fortunæ, quam vocant, à qua perpetuò ne præſentia tua frui liceat, impeditus ſum, mirũ in modum me ſacris recreaſti conſolatusq; es ſcripturis. Etenim neſcio quo pacto mecum ipſe reputabam, num veri aliquid haberet, quod à multis iactatur, videlicet, quòd fatalis quædã ſit neceſsitas, quæ res noſtras quaſlibet ſeu modici ſint, ſeu magni momenti, vi ſua impellat & agat, ita vt nos homines nulla ſimus arbitrij libertate præditi. Aut, ſi hoc non ſit, eſſe

quanquam fortunam, quæ omnino vitam humanam inſectetur. Et iſtis meis cogitationibus facilè ignoſces, vbi cognoueris, quibus de cauſis in illas inductus ſim. Reliqueram Athenas philoſophiæ tuæ celebritate permotus, contemptis, quæ illic magni æſtimantur. Ciuitate ea quæ eſt ad Helleſpontum, maiore cautione prætereita quam vllus vnquam Vlyſſes Sirenûm cantus declinauit. Aſiã quidem admirabar: ad Metropolim vero, bonorũ

Caue ſuſpi cere Baſil. negare libertatẽ arbitrijq́ quã tot aliis locis aſtruit

A eorum, quæ in illa ſunt, gratia, properabam. Ad patriã cum veniſſem, ibiq́; te, quem vt ingens lucrum quærebã, non inueniſſem, ex eo mihi deinceps multæ ſunt & variæ obortæ remoræ. Aut enim omnino cõfecto corpore ęgrotandũ, adeóque & deficiendum erat, aut Orientẽ petenti impoſsibile futurum, vt tibi itineris comes eſſe poſſem. Vbi vero ſero tandem multis laboribus Syriam veniſſem, fieri non poſſe, vt philoſopho poterer, ad Aegyptios profecto. Itaq; vltra prolixo & moleſto itinere petendã Aegyptum, & tũm ne hic quidem voti cõpotem futurum, verum adeò infelici amore præditus erã, vt vel ad Perſas eundum, vnáq; proficiſcendum mihi fuerit, etiam ad extremos vſq; barbaros (nam & ad illos abieras, tanta erat cõtentio aduerſæ fortunæ) aut hic reſidendũ, vel certè in ea quæ eſt Alexandri, id quod & contigit. Puto nanque mihi, niſi inſtar pecudis oſtenſum ramulculum fruſtra ſectantis, tandẽ defatigatus defeciſſem, extremum Indicum ſinum ſuperandũ: aut ſi quiſquã eſt orbis noſtri extremus locus, & in illo oberrandum fuiſſe. Et quid opus eſt multis? Imò ne iam quidem, poſtremo

Simile.

B cum in eadem ſis regione vnà eſſe licuit, propter prolixas ægrotationes quibus cõfectus ſum, quæ niſi mitiores poſthac reddantur, neq; ad futuram hyemem prudentiam tuã conuenire poterimus. Iſta non ſunt ex fato? dicas quæſo, non ſunt neceſſitatis? iſta non & poëtarum propè de Tantalo fabulas ſuperarũt? Aſt, vt dixi, melius ſentio ex ſcripturis, & iam non ſum amplius in illa fati ac fortunæ ſententia, ſed magis dico, danti deo quod bonum eſt, gratias eſſe agendas: differenti vero, non ſuccenſeodum. Itaque ſi largietur nobis, vt conuenire liceat, optimum ac iucundiſsimum putabimus: ſi vero hoc nondum largietur placido animo hoc damni feremus. Nam omnino prouidentia ſua res noſtras multo diſpenſat melius quàm nos optare poterimus.

Purgat ſe ab ea ſuſpitione.

Prouidentia ſubſternit omnia.

Baſilius Iuliano. CLXVI.

QVomodo Interea temporis corpore valuiſti? An integrè energiam manus recepiſti? Quomodo reliqua vitæ negotia habent? An cedũt tibi ex animi ſententia quemadmodum optamus, & propoſito tuo conuenit? Etenim quorum mens

C ad quiduis facilè permutatur: par eſt credere talium vitam nullo tenore certo & conſtanti conſtabilitam eſſe. Quibus vero animi ſententia eſt ſolida, ſemper conſtans ac eadem, cõſentaneum eſt iſtos & vitam agere animi propoſito congruentem. Naucleto quidẽ profectò non permittitur, vt tranquillum, vbi vellet, reddat pelagus: nobis contrà admodum facile eſt, vt vitam nobis ipſis reddamus tráquillam, ſi internos animi tumultus, qui ex affectionibus inordinatis aduerſum nos

ἐνέργειαν operatoriã vim & efficaciam.

inſurgunt, compeſcuerimus mentemq́; reddiderimus iis quę forinſecus contingunt, ſuperiorem. Neque enim facultatum diſpendia, neque morbi corporis, neque reliquæ vitæ moleſtiæ cautum ac ſtudioſum pietatis lædent, donec animo ita comparatus eſt, vt cum deo ambulet, & de futuris cogitet, eoſque fluctus, qui infernè excitantur, alacriter & expeditè ſuperet. Qui nanque curis huius vitæ admodũ ſunt occupati, inſtar auium carnoſarum ſunt, quæ fruſtra alatæ, humi cum pecu- D dibus detinẽtur. Porrò te non amplius per negotia videre licuit, quàm qui in mari alteri alteros nauigio prętereunt. Attamen quoniam vel ex vngue totum licet æſtimare leonem, arbitramur nos modico experimento ſufficientem tui cognitionem cepiſſe, vnde & plurimi facimus quòd rerum noſtrarum aliqua apud te eſt ratio, & animo tuo non abſumus, ſed præſentes tibi iugiter memoriæ beneficio ſumus. Eſt autem memoriæ indicium quòd ad nos ſcribis quod quò facies crebrius, hoc nobis amplius gratificaberis.

ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα.

Baſilius Diodoro, quo pacto ordinandi ſint libri. CLXVII.

ACcepi libros quos R. T. miſit, & altero quidem ſummopere delectatus ſum, non ſolum propter illius breuitatem, vt par erat vſu venire ei qui iam ad omnia ſegniter & ægrè affectus eſt, ſed & propterea quòd denſus eſt ſimul, & refertus ſententiis, ac cõtrariorum obiectiones & reſponſiones illis ſubiectas, haud confuſè ſed recto ordine digeſtas habet. Et præterea dictionis inaffectata & incompoſita ſimplicitas, decora mihi videbatur & conueniens profeſſioni Chriſtiani hominis, cuius eſt non ad oſtentationem magis ſcribere quàm ad publicam vtilitatem. Prius verò volumen eandẽ quidem in rebus facultatem habens, dictione verò inſtructiore & figuris dicendi variis ac dialogica feſtiuitate ornatius, multum mihi videbatur cum temporis ad perlegendum, tum laboris ad intelligendum poſcere, ad hoc, vt ſenſus & colligantur, & memoriæ mãdentur. Calumniæ nanque aduerſariorum & conſenſiones noſtrorum interſertę, licet dialecticam quandam ſuauitatem commentario adſerre videantur, eo tamen quòd tantum generant morarum, mentis intentionem cõfundunt ac conuellunt, & ſermonis quoque ſtrenui vigorem remiſſum reddunt. Illud enim omnino prudentiæ tuæ notũ eſt, quod & inter externæ philoſophiæ profeſſores, qui dialogos conſcripſere, Ariſtoteles quidem & Theophraſtus mox rectam tractationẽ rerum aggreſſi ſunt, quòd ſibi conſcij eſſent penuriæ cuiuſdã dicendi, deſtituti copia & ſuauitate Platonica. Plato verò ſermonis facultate præditus, dogmatis quidem decertat, ſimul vero indoctas perſonas Comico more perſtringit. In Thraſimacho audaciam ac temeritatem, in Hippio animum leuem ac remiſſum, in Protagora arrogantiam ac faſtum traducens. Vbi verò indefinitas perſonas dialogis ſuis inducit, interloquutoribus vtitur, diſtinctionis gratia. Ex perſonis verò nihil prætereà argumentis quæ tractat annectit, quod in legibus fecit. Quapropter & nobis, qui non inanis glorię gratia, ſed ob id ad ſcribendum accingimur, vt fratri-

Plato 12. legũ libro.

fratribus vtilium ac ſalubrium ſermonum monimenta relinquamus, ſi perſonam quandam, quæ propter morum peruicaciam omnibus iam antea & nota ſit & proclamata induxerimus, & de qualitate illius ſermoni quædam ſint attexenda, ſiquidem omnino nobis, relictis ipſis rebus tales perſtringere homines conuenit. Si vero indefinitum ſit de quo loquimur, contentiones illæ perſonales connexionem quidẽ ſermonis interrumpunt, nihil vero vtilitatis tandem adferunt. Iſta ſcribo, vt declaretur, quàm non in adulatoris manum labores tuos miſeris, ſed fratri germaniſſimo communicaueris. Et hæc quidem dixi, non ad correctionem eorum quæ ſcripta ſunt, ſed ad cuſtodiam & cautionem futurorum. Prorſus enim qui tantum habitus & ſtudij ad ſcribendum impendit, & in poſterum non deſinet ſcribere, quãdoquidem nec illi deſinunt, qui argumenta ſcribendi exhibeant. Nobis vero ſuffecerit quidem vt quæ vos ſcribitis legamus, vt autem ſcribere poſſimus, non minus ea in re impares ſumus, quàm, propè dixerim, in ipſa corporis valetudine, aut in eo, vt vel mediocriter ocium ab occupationibus agere liceat. Remiſi tibi iam perlecto rem maius ac primum volumen, quod quantum licuit percurri: alterum vero detinui, curare cupiens vt tranſſcriberetur, verum nondum datus eſt quiſquam eorum qui ſcribendi facultate valent. In tantam enim rerum penuriam abiit parca Cappadocum egeſtas.

Perſtringũ de perſona quarum deplorata eſt natura.

A

Baſilius Eunomio. CLXVIII.

QVi ea quæ ſunt, ſcrutatu facilia eſſe dicit, omnino viam quandam ac rationem ex eorũ quæ ſunt cognitione, mente ſua complexus eſt, & in iis quæ comprehenſibilia ſunt & minutiora exercitatus, per huiuſmodi cognitionem & incõprehenſibilem phantaſiã vltra omnem cogitationem promouit. Itaq; qui ſe exiſtentium ſciẽtiam aſſecutum eſſe gloriatur, exponat nobis quomodo quod minimum eſt eorum quæ in lucem prodierunt, natura habeat, & quæ formicæ ſit natura, dicat, An ſpiritu vel anhelitu vita ipſius contineatur, an corpus habeat oſſium diſtinctione cõcinnatum ac diſcretum. Neruiſne ac nodulis cõiuncturarũ roborata ſit. An muſculorũ & glandularum complexu neruorũ natura vndiquáq; conſeruetur. An è ſincipite per dorſuales nodos ad caudam vſq; medulla prorogetur. Vtrum ex neruoſæ pelliculæ complexione motis membris ſit progrediẽdi facultas. Habeátne hepar, an ſub hepate ſit flauæ bilis folliculus, vtrũ renes habeat, & cor, & arterias, & venas, & mẽbranas, & diaphragmata. Nudáne ſit vel crinita. At* vnius tantũ generis aut multifariis vtatur pedibus. Quandiu viuat. Et quæ ſit illis propagandæ poſteritatis ratio. Quotuplo fœtu dum generat fœcũdetur. Et quomodo nec pedeſtres oẽs ſint formicæ, nec alatæ oẽs, ſed aliæ humi repant, aliæ vero per aëra volitent. Dicat itaq; formicarũ nobis naturã, qui eorum quæ in natura ſunt, ſcientiã cum faſtu ſe prædicat aſſecutum, atque ita demum de potentia illa omnẽ intellectũ ſuperãte diſputet. Si vero ſciẽtia minutiſſimæ formicæ nondum es aſſecutus naturam, quomodo incõprehenſibilem dei potẽtiam imaginationem tua comprehẽſam eſſe gloriaris?

B

Eunomij in tali re tam arrogantiã ad aſſerens tanneat.

De formica

* *Vtrum geminis.*

C

Perſtrat in Eunomij temeritatem.

Baſilius Olympio. CLXIX.

QVænam ô mihi ſuſpiciende iſthæc ſunt, quæ facit? Tun' paupertatem quam ſic amanter complector, vt pote philoſophiæ altricem abuſq; finibus ſuis exiges, profligabis, depelles? Crediderim equidem te peragi poſſe reum, qui hanc poſſeſsione ſua excluſeris, dum te ab eiuſdẽ cõgreſſu ſubmoues ac proripis longiſſimè, ſi modo huic adeſſet ſermonis patrocinium. diceret enim: Vt quid iſti viro cohabitare volui, nunc Zenonem laudanti, qui cum in naufragio omnia abiiceret, nihil non virile loquebatur, ſed euge dicebat ô fortuna, coniicis nos in veſtem attritam ac laceram, nunc vero Cleanthen, qui mercenariã operam ſuã locauit hauriendis fontibus, vnde & ipſe ſibi victum comparabat, & mercedem præceptoribus reddebat. Quin & Diogenem nunquã nõn celebranti, qui iis rebus tantum viuere ac contentus eſſe conatus eſt, quæ eſſent ex ipſa natura, ita vt & paſtorale poculum abiecerit, cum à puero quodam concauis manibus deflexo capite bibere didiciſſet. De iſtis ac talibus te domeſtica noſtra paupertas incuſare poſſet, munificentia tua nunc domo excluſa. Adiiciet autem & nonnihil minarum, quòd ſi te denuo hic prehendero, efficiam vt priora Siculas aut Italicas delitias fuiſſe dicas, atque ita per meipſam probè vltionem de te mihi ſumam. At de iſtis hactenus. Gauiſus ſum autem vbi audiui te iam medendi finem aſſequutum, & opto, vt proſit medicina. Conuenit enim ſacræ illi animæ tuæ corporis obſequium quod alacre ſit ac nihil habens moleſtiæ.

D *Argumẽta cõgerit, ab exẽplo.*

Eidem. CLXX. E

ET literas R. T. aſſequutus, meipſo factus ſum hilarior & alacrior, & filiorum tuorum nactus colloquium, teipſum corã videre viſus ſum. Illi animum meum admodũ afflictum ita recrearũt & affecerũt vt oblitus ſim veneni illius, quod coniectores apud vos & ſomniorum caupones in gratiam eorum quibus veluti ſtipendio accepto obnoxij ſunt, aduerſum nos circumferunt. Epiſtolas, alias quidem miſi, alias vero tandem, ſi voles, dabimus, modo ſit aliqua illarum vtilitas accipientibus.

Eidem. CLXXI.

PRimum nobis pauca ſcripſiſti, nunc vero ne pauca quidem, & viſa eſt breuiloquentia illa temporis progreſſu omnino muta facta. Redi igitur ad inſtitutum. Deinceps enim non incuſabimus amplius Laconicè ad nos ſcribentem, ſed & modicas literas ſymbola exiſtentes magnifici tui affectus plurimi faciemus, modo ſcribas nobis. F

Eidem. CLXXII.

QVemadmodum maturitas rerum ita habet, vt quæque ſuis temporibus colligantur, vere flores, æſtate ſpice, autumno póma, ita & hyemis fructus ſunt literæ.

Collatio.

Alia CLXXVII.

VNum vitæ iudicium eſt ſermo. Quomodo autem tu reputaberis adhuc ſuperſtes eſſe, cum nunquam loquare? Pelle itaque ſilentium hoc tuum ſcribens nobis, indiciúmque præbés quod viuas.

Notario. CLXXVIII.

SErmones naturam habent volucrem. Quapropter literarum notis vtuntur homines, vt ſermonum auolantium velocitatem qui ſcribit prę- [illegible] A
hendat. Tu igitur puer notas literarum perfectas ducito, formaſque recto ordine collocato. Modicus nanque error ſcribentis, plurimum de ſermone deterit. Diligentia vero ſcribentis quod dictũ eſt integrè perficitur & abſoluitur.

Præſidi. CLXXIX.

MAximum & primarium eſſe D.T. ſtudium, vt quouis modo iuſtitiæ gratificeris, probè noui. Alterum, vt & amicis benefacias: & ad patrocinium magnanimitatis tuæ confugientes tuearis. In præſenti itaque negotio prorſus nobis cõuenit. Iuſta nanque eſt cauſa, cuius nomine obeũdam ſuſcepimus legationem, & in qua gratificari potes nobis, quos amicorum tuorum albo adnumerare dignatus es, & vtilis illis qui ſeueritatem tuam, pro auxilio contra iniurias acceptas implorant. Frumentum nanque quod ſolum ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem deſideratiſſimus frater Dorothæus habuit, nonnulli eorum qui magiſtratu in Beriſis funguntur, rapuerunt, ſiue ſuapte ſpõte iſtam violentiam, ſiue aliis conſentientibus exercentes. Verum nullo pacto hoc illis ad excuſationem faciat. Quid enim minus lædit, qui ſuapte malitia lædit, quàm qui aliorum improbitate adiuuatur. Idem damni redit ad eum qui læditur. Petimus igitur, vt frater hic quod amiſit ab illis recipiat, qui abſtulerunt, nec liceat illis culpam eorum quæ auſi ſunt committere, in alios reucere. Quantum autem commodi habet, ſicubi rei frumentariæ penuriam effugere datur, tãti faciemus iſtam beneficentiam magnanimitatis tuæ, ſi illa nos dignatus fueris.

Baſilius librario. CLXXX. D

REctè ſcribito, verſúſque rectos ducito, & neque ſurſum manus, neque infra feratur ad præceps, neque cogas calamum per obliquum, inſtar cancri Æſopici, ingredi, ſed rectè incedat, tanquam ad amuſſim artificum. Sane vbique æqualitatem ſerues, & quicquid inæquale eſt amputes. Quod enim obliquum eſt, indecorum eſt: rectũ vero, iucundum eſt videntibus, non ſinens ad morem gnomon legentium oculos ſúſque déque ferri, quod mihi vſuuenit ſcripta tua legenti. Verſuũ enim gradus, vbi de alio ad alium tranſeundũ eſt ad finem ſubſequentis rectus eſſe debebat. Vbi cum nullus ad ſequentia patebat ordo, recurrendum erat, requirendaque ſeries ordinis per retrogradum inhærẽdo ſulco, perinde atque Theſeum filo Ariadnes inhæſiſſe ferunt. Scribe itaque rectè, nec mentem legentis tranſuertis & obliquis ſcriptis in errores abducito. γνώμων.

B E

D. BASILII CAESAREAE
CAPPADOCIÆ EPISCOPI ADMONITIO AD FILIVM SPIRITVALEM
incerto interprete.

AVdi fili admonitionem patris tui, & inclina aurem tuã ad verba mea: & accommoda mihi libenter auditum tuum, & corde credulo cuncta quæ dicuntur auſculta. Cupio enim te inſtruere, quę ſit ſpiritualis militia, & quibus modis regi tuo militare debeas. Intentiſſime ergo audiat ſenſus tuus, & animam tuam nullus prę grauet ſomnus, ſed ad vigilandum excita eam & ad ſtudium intelligẽdi ſermonem meum. Verba
C enim iſta ſunt ex me, ſed prolata ex diuinis fontibus. Neque enim noua doctrina inſtruam te, ſed ea quam didici à patribus meis. Hanc enim ſi immiſeris in cor tuum, in pace dirigẽtur itinera tua, nec ad proximabit ad te vllum malum, ſed procul abſcedet à te omnis aduerſitas animæ. Si ergo cupis fili militare deo, illi ſoli militabis. Sicut enim qui militant regi terreno, omnibus iuſſis eius obediũt: ſic & qui militant regi cœleſti, debent cœleſtia cuſtodire præcepta. Miles terrenus quocunque loco mittitur, paratus ac promptus eſt, neque ſe vxoris vel liberorum gratia excuſare audebit. Multo magis miles Chriſti ſine aliquo impedimento regis ſui debet imperio obedire. Miles terrenus contra hoſtem viſibilem pergit ad bellum. Tecum verò hoſtis inuiſibilis quotidie præliando non deſinit. Illi contra carnem & ſanguinem eſt dimicatio, tibi vero aduerſus ſpiritualia vitia in cœleſtibus eſt luctatio. Ille contra carnalem hoſtem carnalibus armis vtitur: tu vero contra ſpiritualem hoſtem ſpiritualibus armis indiges *. Ille in prælio galeam ferream geſtat, ſed tua galea Chriſtus ſit **Viuis.* F
qui eſt caput tuum. Ille lorica ne vulneretur indutus eſt, ſed tu pro lorica ſis fide * Chriſti **charitate*
circundatus. Ille contra aduerſarium ſuum mittit lanceam & ſagittas, tu contra aduerſarium diuina eloquia iaculare, & percutiens eum verbis propheticis * dicito, Dominus mihi adiutor eſt, & ego deridebo inimicos meos. Ille **dominicis*
donec pugna geritur, arma à ſemetipſo non proiicit, ne ab aduerſario vulneretur: ita & tu nun-

quia debes eſſe ſecurus* quia tu* hoſtis hoſte illius eſt atrocior. Illius quidẽ hoſtis ad tẽpus dimicat, tuus vero hoſtis quandiu in ſtadio vitæ huius conſiſtis, tecum pugnare non ceſſat. Illius arma laborioſa & grauia ſunt ad portandum, tua vero arma volentibus portare ſuauia ac leuia ſunt. Ille cum ſuperauerit aduerſarium, ad domum coniugis ac liberorum reuertetur. Tu vero hoſte proſtrato in illud cœleſte regnum cum omnibus ſanctis intrabis. Ille pro labore terreno terrenum accipit donarium: tu vero pro ſpirituali labore cœleſte recipies præmium. Cœleſte enim donum

A expectet monachus, qui terrenos actus à ſemetipſo proijcit, ne implicet ſe negotiis ſecularibus militans deo. Difficile nanque eſt ſeruire duobus dominis, nec poteſt quiſquam ſeruiens mammonę ſpiritualia arma portare, ſed iugum Chriſti ſuaue ac leue à ſemetipſo repellit & proijcit & quicquid graue & onEroſũ eſt animæ ſuæ, hoc ei videtur ſuaue ac leue. Iſtiuſmodi vir à propriis armis vulneratur & cum diligit periculum, incidit in mortem. Tu autem conſidera cui regi te ad militandum probaſti, & quanto ſuperius eſt rege terreno imperium cœleſte, tanto præcellentior eſt gradus excellentiæ tuæ terreno milite. Turrim excelſam conſtruere cogitas. Præpara ergo tibi ſumptus ad ſtructuram vt cœptum ædificium ad perfectum deducas, nequando prætereuntibus venias in riſum, & gratulentur de te inimici tui.

Hæc turris non ex lapidibus conſtruitur, ſed ex virtutibus animæ: nec auri, nec argenti, indiget ſumptibus, ſed conuerſatione fideli, nam terrenę opes plurimum ad ædificãdum impediunt. Vnus

B profectus ſit tibi fili, ſi domino vni ſeruire deſideras: ne alicui in vita tua placere oneris, niſi illi ſoli nec occupes in diuerſis rebus* animum tuum, ſed abſcide à te carnalem amorem, ne à te dei timorem excludat. Omne vitium expelle ab anima tua vt virtutes animę conquirere poſſis. Audi igitur quæ ſit virtus animæ & quam maximum ei cõferat lucrum. Virtus animæ eſt diligere dominũ & odiſſe illa quæ non diligit deus. Virtus animæ eſt patientiam ſectari & ab impatientia declinare. Virtus animæ eſt caſtitatẽ tam corporis quàm animæ cuſtodire. Virtus animæ eſt vanam gloriã contemnere, & omnia caduca calcare. Virtus animæ eſt humilitati ſtudere, & tumorem ſuperbię abominari. Virtus eſt animæ veritatem amplecti, & omne mendacium fugere. Virtus eſt animæ iram cohibere, & furorem reprimere. Virtus eſt animæ pacem diligere, & inuidiam execrari. Virtus animæ eſt ab omni ſtultitia declinare & ſapiẽtiam diuinam amplecti. Virtus animę eſt omnem

C voluptatem carnis ſubiicere menti. Virtus animę eſt auaritiam ſpernere & voluntariam aſſumere paupertatẽ. Has igitur virtutes facile poteris obtinere, ſi ſæcularium rerum curas neglexeris, & caducis ac terrenis rebus cœleſtia propoſueris: & ſi voluntas tua in laudibus dei fuerit occupata, & iudicia eius die ac nocte impenſius meditatus eris: eris autem tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & omnis fructus ſpirituales orientur ex te & ex ſeruo amicus vocaberis dei. Ex tota igitur virtute tua dilige dominum vt in omnibus actibus tuis placeas illi. Si enim qui coniugium contraxerit, feſtinat placere vxori ſuæ, multo magis monachus omnibus modis debet placere Chriſto. Qui diligit dominum, eius præcepta cuſtodit. Deus enim non ſe vult verbis tantummodo diligi, ſed ex corde puro & operibus iuſtis. Qui enim dicit diligo deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Huiuſmodi enim vir fallit ſemetipſum & à ſemetipſo ſeducitur. Deus enim non verborum ſed cordis inſpector, & diligit eos qui in ſimplicitate cordis ſeruiunt ei. Si terrenos parentes cum tali affectu diligimus qui in tam paruo tempore pro nobis ſuſtinuerunt laborem, nonne magis nobis cœleſtis amandus eſt? Nam & circa nos quod fuit eorum obſequium, Chriſti eſt beneficium, qui omnium diſpenſator optimus eſt. Nam ante-

D quam naſceremur in hoc ſeculo parentes nobis ſua prouidentia antea præparauit, quorum obſequio nutriremur. Sed & matris vbera tunc lacte mundi replentur, quando infans fuerit natus: ergo magis omnibus diligamus deum, qui & nos & propinquos noſtros propriis manibus finxit, & cuncta bona quæ erga nos geruntur, quotidie eius beneficiis adſcribamus. Nam & parentes noſtros quaſi propria viſcera diligamus, ſi accedere nos ad ſeruitium Chriſti non prohibent.

Si autem prohibent nec ſepultura illis à nobis debetur. Chriſtus diligendus eſt ſuper parentes, quia nõ tribuunt nobis parentes ea quæ Chriſtus tribuit. Et quis beneficia eius congruenter enarret, vel quantum nobis tribuit & quotidie prebẽdo non deſinit. Videns enim deus innumeris peccatis nos obnoxios, non deſpexit ſed liberauit, nec cum alienati ab eo in diuerſis erroribus

E vagaremur in præcipitium mortis, ad vitam perpetuam reuocauit. Et cum ingrati beneficiorum eius fugeremus ab eo, vt pater clementiſſimus exquiſiuit nos, & cum in ſede ſublimi ſederet noſtri gratia deſcendit ad terras & in tanta humilitate venit vt ſeruilem formam aſſumeret: & qui in pugillo ſuo continet orbem terrarum, pannis in præſepio inuolutus eſt. Et qui cœlum palma metitur, non habuit vbi caput reclinaret.

Cum eſſet diues pauper eſt factus vt nos ditaremur in illo: & qui in nubibus venturus eſt ad iudicandos viuos & mortuos, iudicium hominis pertulit & cum ſitientibus ſit fons æternalis, cum ſitiſſet poſtulauit aquam à Samaritana muliere.

Et qui in carne propria noſtram eſuriem ſaturauit, eſuriuit cum tentaretur in eremo. Et cui miniſtratur cum patre ab angelis, hominibus miniſtrare dignatur, & manus eius per quas virtutes plurimas operatus eſt, pro nobis confixæ ſunt F

clauis, & ori eius per quod ſalutarem doctrinam annunciauit hominibus, pro cibo ſel dederunt & qui nullũ lęſit vel nocuit cæſus & opprobria pertulit, & cuius nutu omnes mortui reſuſcitati ſunt voluntate ſua mortẽ crucis ſuſtinuit. Et ideo hæc omnia paſſus, vt nobis vitam æternam donaret.

Et cùm nobis immenſa beneficia præſtet, nihil exigit à nobis, niſi vt templa noſtra impoluta ei ſeruemus, vt ſemper in nobis habitet & nos per maneamus in illo. Non poſtulat à nobis aurum aut argentũ, vel quicquid huiuſmodi. Nã & ſi fuerint nobis iſta, diſpertiri egẽnibus præcipit. Nos ipſos quęrit, nos deſiderat, in nobis requieſcere cupit. Accedamus ergo ad eũ & copulemur in affectu

* inimicis.

* occaſionibus.

affectu eius, & noſipſos amemus & proximos. Qui diligit (inquit) proximum, filius dei vocatur. Qui autem è contrario odit, filius diaboli nuncupatur. Qui diligit fratrem ſuum in tranquillitate eſt cor eius: fratrem vero odiens tempeſtate maxima circundatus eſt. Vir benignus etiam ſi patitur iniuriam, pro nihilo ducit. Iniquus etiam proximi actus contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus eſt, ſereniſſimo vultu procedit. Vir autē odiu plenus ambulat iracundus. Tu autem fili benignitati ſtude in vita tua, & proximum tuum habeto tanquam vnum ex membris tuis. Omnē hominem iudica fratrem tuum. Memento quod vnus artifex ac verus eſt qui condidit nos, non moueas cuiquam ſcandalum in vita, & non quod tibi vile eſt ſed illi facito. Quod tibi accidere non vis, nec ei cupias euenire. Si eum videris in bonis actibus conuerſantem congratulare ei, & illius gaudium tuum dicito, & ſi aliquid patiatur aduerſum, compatere ei, & illius triſtitiam, tuam deputa. Omnem malitiam expelle ab anima tua, & odiorum flammæ non comburent cor tuum. Contra impotentem aut ſubiectum tibi noli iracundia commoueri, ſed tanquam tuum membrum proprium eum habeto, in omnibus. Ne diligas fratrem tuum ſimulato corde, nec eum labiis oſculans ex alia parte inſidias facias ei. Doloſus enim vir pacifica verba profert ex ore, & in abdito mentis ſupplantare proximum ſuum meditatur. In his ergo operibus ad iracundiam prouocatur deus. Puritas enim quæ placet in conſpectu domini, reſpuit omne quicquid ſimulato corde efficitur. Tu autem omnem ſimulationem longe facito, & ne cupias ſupplantare proximum tuum, neque mordere aut laniare membrum tuum. Quod etſi quandoque vt homo iratus fueris vltra ſolis terminum non producas iracundiam tuam, ſed & reconciliare ad pacem & deprime omnem furorem ab anima tua. Qui enim amplectitur pacem in mentis ſuæ hoſpitio manſionem præparat Chriſto, quia Chriſtus pax eſt, & in pace requieſcere cupit. Vir autem inuidus omnibus modis execratur. Vir pacificus in tranquillitate eſt ſemper cor eius. Inuidus autem ſimilis naui cum iactatur à fluctibus maris. Homo pacificus ſecuram poſſidet mentem. Inuidus autem in perturbatione eſt ſemper, qui autem ſectatur pacem tutus eſt ſemper vndique ac munitus. Nam inuidus vt lupus rapax inſanit inaniter. Pacificus eſt vt vinea honeſta abundans fructu copioſo. Inuidi autem opus indigentia ac miſeria detinetur, & quantum pacificus gaudens in domino delectatur, tantum inuidus tabeſcens ad nihilum redigitur. Ex abundantia lætitiæ pacificus homo dinoſcitur. Ex vultu marcido & furore pleno inuidus demonſtratur, pacificus homo conſortium angelorum merebitur, Inuidus homo particeps dæmoniorum efficitur, & ſicut pax ſecreta mentis illuminat: ita inuidia occulta cordis obcæcat. Pax enim effugat & perturbat omnem diſcordiam. Inuidia autem iracundiam cumulat, à ſplendore autem pacis effugatur omnis caligo, & vbi obſederit inuidia, ibi obſcuritas & exteriores tenebræ. Sectare ergo fili deſiderabile nomen pacis, vt fructus pacis poſſis acquirere, & execrare inuidiam ne malorum fructibus repleatis. Rationabile nanque animal creauit te deus vt poſſis diſcernere inter bonum & malum, vt quæ ſint optima eligas & inutilia reſpuas, omnia examines, quæ ſint bona teneas, ab omni ſpecie mala abſtineas. Fili patientiam arripe, quia maxima virtus animæ, vt velociter ad ſublimitatem perfectionis poſſis aſcendere. Retributionem patientiæ tuæ ne quæras ab homine, vt in futuro poſſis accipere ab æterno domino æternam retributionem. Patientia grandis eſt medela animæ. Impatientia autem eſt pernicies cordis. Per patientiam enim expectatur futurorum bonorum ſpes, & quod non videtur, quaſi quod videtur amplectitur. Aſtute in omnibus reſerua fili, vt videas dominum in gloria conſiſtentem. Ab omni pollutione mundum ſit cor tuum: & ne des inimico aditum eundi ad te. Ab aſpectu nephando auerte oculos tuos: & ne delecteris pulchrarum vultibus fœminarum, ne per talem oblectationem vltima exoluas ſupplicia. Memento cui dedicaſti membra tua, & ne commiſceas illa meretricibus. Reflecte amorem ab amore mulieris, neque ab amore domini te amor excludat. Noli minima contemnere, ne paulatim diffluas in malo. Noli te ſimules ſimpliciter accedere ad virginum domus, nec velis cum eis vti longis & otioſiſſimis fabulis, ne per plurimas ſermocinationes, vtrorumque mens polluatur. Noli fili grauiter ferre ſermones meos: nec ſtultum arbitreris eloquium meum: ſed crede mihi & gratanter accipe verba mea. Si ad fœminarum domus importunè acceſſerit clericus, vel monachus: & virgo patiatur huiuſmodi introire ad ſe, ſtatim immutant priſtinam dignitatem: & quod domino polliciti ſunt, ſua voluntate amittunt. Nec enim poterunt huiuſmodi manſionem in ſe domino præparare: ſed deſolabuntur vt lignum aridum. Nunquid virginitatem Dominus extorquet inuitè? Hoc enim munus voluntariè Chriſto offertur in propria voluntate, nec enim licitum eſt profanari aliquid quod domino promiſſum. Non peccabis homo ſi non voueris votum, ſi enim vouiſti, iam ne facias moram reddere illud, quod dominus quaſi ſuum requirit illud à te, nec pollutione vult miſceri membra tua, quæ ſibi iam dedicata ſunt. Vide ergo ne te ſeducat corporis pulchritudo, & decorem animæ tuæ amittas. Ne improbo oculo tuo intuearis ſpeciem mulieris, ne intret mors per feneſtras tuas. Non aperias aures tuas ad perficienda verba earum: nec concupiſcas nequitiam in anima tua. Mulieris carnem non velis tangere, ne per tactum eius inflammetur cor tuum, & ſpiritu tuo laboris in perditionem. Sicut enim fœnum proximans igni comburitur: ita qui tangit mulieris carnem, non euadit ſine damno animæ ſuæ, & licet corpore caſtus euaſerit, mente tamen & corde corruptus abſcedit. Dic mihi quæſo fili, quid ſunt profectus animæ? amare carnis pulchritudinem? Nonne ſicut fœnum cùm à feruore æſtatis percuſſum fuerit, areſcit, & paulatim priſtinum decorem amittit? Similis eſt etiam ſpecies humanæ naturæ, ſuccedente ſibi ſenectute omnis decor priſtinus deperit: & quos in amorem ſui anteà concitabat, poſtmodū odio eorum efficietur. Nam cùm interuenerit mors,

tunc

tunc penitus omnis pulchritudo delebitur, & tūc
cognoſces quia vanitas, quod antè inaniter dilige
bas. Cùm videris totum corpus in putorem &
fœtorem eſſe conuerſum, nonne totuens maxi-
mo horrore concuteris? Nonne claudis nares tu-
as, non ſuſtinens fœtorem duriſſimum? Vbi eſt
poſtmodum omnis illa oblectatio? Require ſi eſt
aliquod priſtini decoris veſtigium. Vbi eſt ſuaui-
tas luxuriç & conuiuiorum opulentia? Vbi ſunt
blandimentorum verba, quç corda ſimplicia mol-
liebant. Vbi ſunt ſermones dulces qui amaritudi-
nem amantibus infundebant? Vbi eſt immode-
ratus riſus & otioſus? Vbi eſt ineffrenata & inuti-
lis omnis lætitia? Velut fluxus aquæ tranſiens nuſ-
A quàm comparuerunt. Hic eſt finis carnis pulchri-
tudinis, quam amabas. Hic oblectationis terminus
nus corporis. Reflecte igitur animum tuum ab
his obſcœnis amoribus, & omnem amorem con-
uerte ad ſplendidiſſimam pulchritudinem Chri-
ſti, vt radij fulgoris eius illuſtrent cor tuum, & o-
mnis obſcuritas caliginis expelletur à te. Hęc pul
chritudo diligenda eſt fili, quæ lætitiam ſpiritua-
lem amantibus conſueuit infundere. Hic decor
omnibus modis amplectendus eſt vnde nobis ſe-
renitas tranquillitatis adquiritur. Deuitemus per
nicioſas pulchritudines, ne omnium malorum ge
nera in nos irrugentur. Multi enim admirantes
mulierum ſpecies à veritatis via naufragauerunt.
Plerique ornamētis earum oblectati, perniciem
animarum ſuarum perpeſſi ſunt, & à perfectionis
faſtigio in profundum inferni demerſi ſunt. Ca-
ueto ergo fili ſpecies per quas plurimos cernis
periſſe, quæſo ne bibas poculum vnde multos per
B ſpicis interiſſe. Ne percipias cibum quem edi in
aliorum perniciem videris. Ne incedas iterum,
quo naufragium perpeſſi ſunt plurimi. Deuita la
queos, per quos captos cæteros cenſeris. Poſtula
tibi à domino cor prudens & peruigilem ſenſum,
vt non ignores fraudes & aſtutias inimici, & in re
tia eius non incidat pes tuus. Sapiens non corpo
ris decorem deſiderat, ſed animæ. Inſipiēs homo
ſpeciem in carnalibus ornamentis amplectitur,
ſapiens vir comptam mulierem reſpuit. Stultus
vero concupiſcens eam miſerabiliter ſupplanta-
bitur. Vir prudens ab impudente fœmina auer-
rit oculos ſuos. Luxurioſus autem vir intuēs eam
ſoluetur vt cera à facie ignis. Tu autem caue omni
bus modis ſpecies pernicioſas ac falſas pulchritu
dines, quia deturpatur anima ſi earum decorem
attendas. Chriſtus non in corporis decore, ſed in
animæ delectatur. Illa ergo dilige fili, in quibus
delectatur Chriſtus: & ne pecuniarum cupiditati
C te ſubiicias. Ab omni auaritia declina cor tuum,
vt non condēneris ſicut adulter & idolorum cul-
tor. Noli amare mammona, ne offendas ei cui
membra tua & mentem pariter dedicaſti. Ne pe
tas ea quæ te auocant & ſeparant à domino. No-
li diligere opes terrenas, ne amittas cœleſtes.
Multi cupientes aliena, & à ſuis priuati ſunt. Alie-
natæ ſunt à nobis ſeculi huius facultates: noſtra
autem poſſeſſio, regnum cœlorum eſt. Noli ap-
petere aliena, ne à tuis fias extraneus. Quotidia-
num victū ſufficere tibi contentus eſto: quicquid
ſuperfluum eſt proiice abs te tanquam propoſiti
tui impedimentum. Ne cupias fieri locuples, ne
in tentationes incidas, & in laqueos diaboli. Ca-
ueto auaritiam, quia radix omnium malorum ab
Apoſtolo nominata eſt. Pecuniarum cupid⁹ iam
animam ſuam venalem habet. Si enim inuenerit
tempus pro nihilo perpetrabit homicidium: & ſi-
cut qui effundit aquam ſuper terram, ita eſt ei ef-
fundere ſanguinem proximi ſui. Plerique per aua
ritiæ ardorem in mortis periculum inciderunt.
Propter auaritiam Saül alienus à domino effect⁹
eſt, & ad extremum de culmine regali expulſus
eſt, & ab inimicis ſuis perēptus eſt. Et Achab pro
pter auaritiam inuaſit vineam Naboth: & huius
rei gratia in prælio vulneratus defunctus eſt. Do-
minus noſter & ſaluator à corde Phariſæorū vo- D
lebat pecuniarum amorem excludere: ſed quia il
li erant cupidiſſimi, ſalutaria eius monita deride-
bant. Nam & illum diuitem cùm dominus vocās
ad regna cœlorum facultates ſuas vendere præce
piſſet, auiditas intrare nō permiſit. Et Iudç pectus
auaritiæ ardore exarſit, vt dominum largitorem
ſibi cunctorum bonorum in manus traderet im-
piorū. Auarus enim vir inferno ſimilis eſt. Infer-
nus igitur quantoſcunque deuorauerit, non dicit
ſatis eſt: ſic etſi omnes theſauri terrę confluxerint
in auarum, nō ſatiabitur. Alienum te facito fili ab
hoc vitio & voluntariam paupertatē libenter aſ-
ſume. Noli eſſe deſidioſus & piger, ſed labora ma
nibus tuis, vt habeas vnde tribuas indigenti. Secū
dum puſillanimitatem tuam mediocriter porri-
ge. Tantum enim expetitur à te, quantum tibi fue
rit creditum. Nemo enim exigit à te, quod ipſe
minimè poſſides. Eleemoſyna cum iniquitate ac
quiſita abominatio eſt coram Chriſto, ſed accep-
tum eſt illi quod fuerit fideliter acquiſitum. Fili
non habet hanc artem miſericordiæ bonum. Sūt E
enim nonnulli qui diripientes aliena, præſtare ſe
eleemoſynam ſimulāt. Et cùm alios premūt, aliis
miſereri ſe fingunt. Sed dominus non delectatur
in operibus eorum, & ſimulationem cordis eorū
execratur ac reſpuit. Tu autem licet exiguum de
tuis laboribus porrigas, hoc gratum eſt & accep-
tum corā domino. Nec te velis iactare, cùm por-
rigis eleemoſynam indigenti, & illi cui fœneras,
ne te arbitreris eſſe meliorem. Sed in omnibus
tuis operibus humilia te coram domino: quia nō
erit gratum Deo, quicquid efficitur cum ſuper-
bia. Quod autem fit humiliter, acceptum eſt ei.
Fili præ omnibus humilitati ſtude, quod eſt om-
ni virtute ſublimius, vt ad perfectionis faſtigium
poſſis conſcendere. Cùm iuſtæ inſtitutiones non
aliter niſi per humilitatem impleantur, & multo-
rum temporum labores per ſuperbiam in nihilū
deputantur. Vir humilis, Deo eſt ſimilis, & in
templo pectoris ſui geſtat eum. Superbus autem F
cùm ſit Deo odibilis, diabolo ſimilis eſt. Humi-
lis verò licet in habitu videatur viliſſimus, glo-
rioſus eſt in virtutibus. Superbus autem homo,
& ſi decorus videatur aſpectu eſt clarus, ſed ta-
men inutilem eum manifeſtant opera ipſius &
per hos inceſſus & motus dignoſcitur eius ſuper-
bia, & ex verbis eius publicabitur leuitas ipſius.
Cupit ſemper laudari ab hominibus, & virtuti-
bus quibus alienus ſe prædicare geſtit. Non ſepa
ratur cuiquam eſſe ſubiectum, ſed ſemper prima-
tum cupit, & ad maiorem gradum ſe conatur im-
mergere. Et quod ex meritis obtinere non po-
teſt, ambiendo feſtinat.

Ambolat

Ambulat ſemper tumēs, vt vter vacuus & inanis. Et ſicut nauis abſque gubernatore cùm iactatur à fluctibus, ita & is circumfertur inter omnes actus tuos. Humilis è contrario reſpuit omnem honorem terrenum, & vltimum ſe eſſe iudicat omnibus hominibus. Nam etſi mediocris appareat in vultu eminens apud dominum inuenitur. Cùm conſummauerit omnia mandata domini, nihil ſe ſeciſſe teſtatur, & omnes virtutes animæ ſuæ celare feſtinat. Sed diuulgat dominus omnia opera ipſius, & profert in medium & mirificat geſta ipſius, & exaltabit & clarum faciet eum, & in tempore precum ſuarum quod poſtulat impetrabit.

A Et tu fili cùm acceſſeris ad precandum dominum, proſterne te humiliter in conſpectu eius, ne poſtules quicquam quaſi ex gratia meritorum tuorum, & ſi eſt tibi etiam conſcientia boni operis aliqua, cela illam, vt te ſilente multiplicitet & reſtituatur à Deo, & peccata tua citò produc in medium, vt deleat dominus illa, cùm confeſſus fueris ea. Nec te velis iuſtificare, cùm ad orandū acceſſeris, ne ſicut Pharisæus ille exeas condemnatus. Memento Publicani vel qualiter pro ſe orauerit, & æmulare eum, vt veniam peccatorū tuorum inuenias. Non clamore vociferaberis eum qui occultorum eſt cognitor, ſed clamor cordis tui pulſet aures eius. Nec longitudinem verborum protrahas ante eum, quia non in multiloquio, ſed ex mente puriſſima placabitur dominus. In tempore orationis omnem malitiam cordis proiice abs te, & remitte ſi quid habes aduerſus proximū tuum. Eſt denique quoddā genus ſerpentis, quod cùm vadit ad bibendum aquam antequam accedat ad fōtem euomit venenum. Imitare ergo huius ſerpētis aſtutiam & omne venenum amaritiæ

B tudinis proiice ab anima tua. Remitte cōſeruo tuo centum denarios vt tibi dimittatur debitum, decem millium talentorum. Et qualem cupis erga te eſſe dominum, talis eſto ipſe erga conſeruum tuum. Quodcunque opus inchoaueris, primò inuoca dominum & ne deſinas gratias agere cùm perfeceris illud. Quære dominum & inuenies eū nec dimittas cùm tenueris, vt copuletur mēs tua in amore eius. Hoc ſtude in vita tua vt orationem puram offeras Deo. Cogitationes non conturbent cor tuum, nec in diuerſis locis vel rebus rapiatur mens tua. Memento enim te fili ſub domini cōſpectibus ſtare, qui occulta cordis proſpicit & abdita mentium nouit. Vigilanter ergo adſiſte in conſpectu domini in tēpore orationis vel pſalmorum, ne te opprimat ſomnoſa animæ tuæ, & ne diſſonans ſit ſenſus & lingua, ſed cōſonantia ſint, & vtraque proferant verba. Sicut impoſſibile eſt ſeruire duobus dominis, ita nec duplex oratio poterit aſcendere ad dominum, nec tibi vllum tempus ſit otioſum vel vacuum trāſeat tam in diebus

C quàm in noctibus vigilare te conuenit, vt eminētem tentationem facilius effugere poſſis. Si enim cogitationes ſordidæ cōturbauerint cor tuum, & ſi te coarctauerint, quod eſt illicitum perpetrare, per orationes ac vigilias depelluntur ab anima tua. Oratio munimentum grande eſt animæ. Per orationes puriſſimas omnia nobis quæ ſunt vtilia tribuuntur à domino: & cuncta quæ noxia ſunt, proculdubio effugantur. In tempore pſalmodiæ ſapienter pſalle fili, & ſpirituales cantus vigilanter cane coram domino, vt virtutem pſalmorum facilius poſſis acquirere. Omnis namque duritia cordis, eorum dulcedine mollitur, tunc dulces habens fauces, gaudénſque cantabis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine, ſuper mel & fauum ori meo. Sed non poteris ſentire hanc dulcedinem, niſi cum ſumma vigilantia ac ſapientia cantaueris. Fauces enim (inquit) eſcam guſtabunt, ſenſus autem verba diſcernit. Sicut enim ex carnalibus eſcis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior homo paſcitur ac nutritur. Sed in his omnibus vigiliis ſanctis indiges fili. Hæ ſunt namque vigiliæ inutiles, per quas læditur, & deperit anima, cùm vigilauerit quis circa cogitationes turpiſſimas, vel ad gerendum cōtrarium aliquid vel D ad perpetrādum facinus. Sed tu talibus iniſte vigiliis, vt poſſis effici ſanctus in omnibus actibus & moribus tuis. Conuenit te vigilare, nequando oppreſſus ſomno placere hominibus geſtias. Præter quàm domino ſoli ne ſtudeas placere alteri. In omne opus quod cogitas facere, cogita dominum primum: & ſi ſecundum dominum eſt, quod cogitas, diligenter examina. Et ſi eſt rectum corā deo, perfice illud. Si verò aduerſum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua. Quotidie actus tuos diſcute curioſius & ſi te peccatis obnoxium cenſeris ad pœnitentiam cito confuge. Nolo vt protrahas peccatum tuum de die in diem: ſed ſi quid cogitaueris male, in deo pœnitentiam age & velociter de corde tuo ſeca illud. Ne velis dicere non eſt grande hoc facinus quod cogitaui tantummodo, quia in conſpectu domini manifeſta & aperta ſunt omnia. Ne vt ſpinas ac tribulos in te crescere ſinas cogitationes malas, neque tanquam minima negligas ea, qui enim ſpernit minima, paulatim defluet. Noli ſpernere morſum ſerpentis, ne venenum eius conſpergatur in cor tuum. Abſcide virgulta ſpinarum de agro cordis tui, ne defingant in te altas radices. E

Scito quod cor tuum ager eſt domini, excole eum cœleſtibus diſciplinis, & non ſinas zizania ſeminari. Si igitur taliter vigilaueris, facile poteris aſcendere ad perfectionem. Ad vigilandum autem multum ieiunium prodeſt. Sicut enim miles plurimo onere prægrauatus præpeditur, ita monachus ad vigilias cum eſcarum largitate torpeſcit. Non enim poſſumus vigilare cum fuerit dapibus venter onuſtus, ſed oppreſſi ſomno, vigiliarum fructus amittimus, & maximum detrimentum animæ noſtræ acquirimus. Vigiliis ergo copula ieiunium, vt cunctis animæ virtutibus florere poſſis, & caro tua ſubiecta ſit animę tuæ, & ancilla tua famuletur dominæ ſuæ. Ne præbeas vires corpori tuo, ne bellum aduerſus ſpiritum exerceat, ſed ſemper ſubiecta ſit caro ſpiritui, & obtemperet iuſſis ſpiritus. Noli incraſſare ancillam tuam, ne contemptui habeat F dominam ſuam, ſed & in omnibus eius obiequiis mancipetur. Sicut enim equis ſunt frena impoſita, ita ieiuniorum frena imponamus corpori noſtro. Nam quemadmodum auriga ſi equorum frena laxauerit, rapidiſſimo curſu eum in præcipitia deferuntur, ita & anima ſi corpori ſuo non impoſuerit frenum, vterque ad inferni præcipitia deuoluuntur. Eſto peritiſſimus

mus auriga corpori tuo, vt per tramitem rectam puſſis pergere viam. Eſcæ enim plurimæ non ſolum animam, ſed & corpus noſtrum plurimum lædunt. Sępe enim per ciborũ auiditatem ſtomachi franguntur vires, necnon abundantiã ſanguinis & choleratum ægritudines plurimas per eſcatum largitatem perpetimur. Sicut enim iſta animæ & corpori contraria, ita medelæ ſunt vtriuſque temperata ieiunia. Quantum vero poſſumus mundi delitias & ciborum opulentiam fugiamus ne quando cruciati in flamma guttam aquæ quæramus, nec refrigerium conſequamur. Fugiamus
A ebrietatem, ne in retia luxuriæ incurramus. Vinũ enim nobis dominus ad lætitiam cordis non ad ebrietatem creauit, non quantum gula exigit, ſed quantum naturæ imbecillitas poſtulat. Et apoſtolus Timotheo modico præcipit vti vino: & hoc propter dolorem ſtomachi & propter eius frequentiſſimas infirmitates. Ne igitur nos quod ad medelam corporis noſtri tributum eſt, ad perniciem deputemus. Plurimi nanque maximam per vinum debilitatem contraxerunt, nec potuerunt conſequi priſtinam dignitatem qui primum gulę non temperauerũt ardorem. Plerique per vinum homicidium perpetrauerunt, nec ipſi mortem recuſauerunt. Alij per vinũ à dæmonibus capti ſunt nec eſt aliud ebrietas quàm manifeſtiſſimus dæmon. Ebrioſus putat ſe boni aliquid agere cũ per præcipitia deuolutus fuerit. Per vinolentiam armatur os ad maledicta, & conuitia proximorum & immutatur mens, & lingua balbutit. Quæſo quid minus habeatur quàm dę monium? huiuſmodi enim vir cũ ſe putat bibere, bibitur. Sicut enim piſcis cùm auidis faucibus properat vt glutiat eſ-
B cam, & repente hamum inter fauces reperit hoſtem: vel ſicut aues cum per eſcam capiũtur in retibus, ita ebrioſus intra ſe vinum ſuſcipit inimicũ quod intra eum morãs impellit ſe ad omne opus fœdiſſimum. Homo rationabilis ab irrationabili beſtia capitur: tu autem in omnibus exhibe te ſobrium, vt te ſobrietas in omnibus caſtũ exhibeat. Sed caueto hoc fili, ne per ciborum abſtinẽtiam mergaris in ſuperbiam, & ne inſectis aduerſus eos qui ieiunij tui menſuram non valent obtinere, ne quando videaris eſcis carnalibus abſtinere, & vitiis pectus tuum replere. Grandis nanque eſt cõfuſio animę, quæ cum ſibi ſubiecerit carnem, ipſa fit ſubiecta vitiis. Quid prodeſt ventrem ab eſcis vacare, & animam paſſionibus obruere, vel carnis amorem vincere, & in corde liuoris ſtimulos machinari. Verus enim continens tam à corporis quàm animæ ſe paſſionibus abſtinet, quia in vtriſque ſubſtantiis homo conſtare videtur. Nulla eſt
C enim perfectio in vna parte eſſe ſublimem, in alia eſſe proſtratum: in vna parte fulgere, & in alia vitiorum caligine occupari. Qui enim caſtus cupit eſſe corpore, caſtus debet perſeuerare & ſpiritu: quia nihil proderit caſtum eſſe corpore & mente corruptum. Ciuitas ſi fuerit forti compage ſolidata in ſe, ex alia vero deſtructa, aditum ad ſe hoſti præbebit. Et nauis ſi fuerit forti compage ſolidata, & vnam in ſe tabulam habuerit perforatam, repleta aquarum fluctibus mergetur in profũdum. Verus enim continens, cũcta quæ vana ſunt ſpernit nec vllam gloriam ſectatur humanam: furorẽ iracundiæ reprimit, exercitationem deſpicit, potius ſuſtinet detrimentum, quàm diſſoluat vinculum charitatis. Non detrahit cito proximo, nec libenter audit detrahentem. Cupit ſemper declinare à vitiis, & ad virtutes animæ ſemetipſum inſtigat. Talem te & tu exhibe fili cùm velis exercere ieiunium, & cùm te abſtinueris, abſtine & linguã tuam ab illicitis verbis. Omnem blaſphemiam lõge fac à te, nec ſuperflui ſermones procedant de ore tuo: quia & pro otioſis verbis in die iudicij reddituri ſumus rationem. Nec ad maledicẽdum quempiam aſueſcas linguam tuam, quæ ad benedicendum & ad laudandum dominum creata eſt. De quibus ignoras rebus in cõuentu noli proferre ſermonem, ſed opportuna verba procedant à te, cùm opportunum tempus inueneris, vt te au- D
dientibus cunctis gratiam præbeant. Ab omni vaniloquio tempera linguam tuam, ne quando qui audiant, horreſcentes obturent aures ſuas, & ſit tibi confuſio coram omnibus. De quibus moleſtiam non pateris, noli contendere acriter, nec te conſueſcas conſuetudine peſſima, quia mos qui longo vſu fuerit confirmatus non paruo labore vitatur. Noli diſſolutis labiis riſum proferre: amẽtia nanque eſt cum ſtrepitu ridere, ſed ſubridendo tantummodo mentis lætitiã indica, nec in modum paruuli iocari velis aſſiduè: quia non conuenit ei qui ad perfectionem nititur iocari vt paruulus. Eſto in malitia paruulus, & vir perfectus in ſẽſu. In quibuſdam te exhibe ſenem, & in quibuſdã te exhibe paruulum. Paruuli nanque eſt ludere, perfecti vero viri lugere: ſed præſens luctus lætitiam generat ſempiternam. Iocus autẽ remiſſam efficit animam, & neglıgẽtem erga dei præcepta, E
nec delicta ſua poteſt ad memoriam reuocare. Sed obliuiſcens ea non ſe inſtigat ad pœnitentiã, & ita paulatim ab omnib᷒ bonis priuabitur. Nullum enim habet acceſſum cordis compunctio, vbi fuerit immoderatus riſus ac iocus. Vbi vero fuerint lachrymæ, ibi ſpiritualis ignis accenditur qui ſecreta mentis illuminat, & vitia cuncta exurit. Tunc auiditate cœleſti anima flagrans, Chriſti amori copulatur, cum in terris degens de cœleſtibus & ſupernis iugiter meditatur calcat ſæculi voluptates, & ad pręmia ſe futura extendit, nec vlla ſeculi cura ab amore eam ſegregat Chriſti, ſed vt figura quædam inter homines verſari videtur, & tota eius conuerſatio de cœleſtibus intelligitur. Mors illi præſens tanquam vita ipſa eſt dulcis. Cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quem in carne viuens intra ſuum portauerit templum. Vide ergo quantum lucrũ adferant fletus & lachrymæ, & quantam perniciem præbet riſus ac iocus. F
Qui enim ridere hic delectatur, poſtmodum flebit amare: qui autem hic lugere voluerit, gaudebit in poſterum. Nam & ſaluator noſter beatos appellat lugentes, & qui nunc lætantur, flere eos dicit in nouiſſimo. Non te ergo delectet puerilis iocus, ſed lectio hymnorum ſpiritualium cantus. Non te ſoluant in riſum verba inania, ſed proferant ex te gaudij riſum perfectorum virorum virtutes, vt ad eorum ſpectaculum vitam tuam moréſque componas. Perfectus enim ille dicitur non qui in ætate, ſed qui in ſenſu ſemper perfectus non enim tibi obeſt puerilis ætas, ſi fueris mente perfectus: nec ſenilis tibi proderit ætas, ſi fueris puer ſenſibus. Nam & Dauid cum puer eſſer, & perfectum

cor

cor haberet in domino, in regem electus eſt. Et
Saul cum ſenili ætate eſſet perfectus, quia in ſe
malitiam perfectam habuit, de culmine regali
expulſus eſt. Vetuſtiſsimi iam erant preſbyteri,
qui Suſannam violare conati ſunt: quos Daniel
adhuc paruulus detecto eorum ſcelere condem-
nauit: Et dominus noſter ingreſſus Hieroſoly-
mam à paruulis collaudatur. Nam & arbor licet
ſit multorum annorum, ſi fuerit infructuoſa ab-
ſciditur: ſi autem nouella fuerit fertilis, colitur
vt magis proferat fructus. Perfectorum verò vi-
rorum conſortio fruere, & contubernio abſti-
A nentium delectetur anima tua, & à colloquiis
eorum ne auertas aurem tuam, verba enim vitæ
ſunt verba eorum: & incolumitas animæ iis qui
ea libenter attendunt. Sicut enim ſol oriens ef-
fugat caliginem, ita ſanctorum doctrina à ſenſi-
bus tuis expellit tenebras. Talium virorum quæ-
ſo ne deuites conſortia, vt eorum monitionibus
mens tua erigatur ad cœlum & fluxam ſeculi glo
riam pro nihilo poſsis deſpicere, & virtutes ani-
mæ haurient ſenſus tui. Deuita viros, quos erga
mandata dei vides negligentes quia mortui ſunt
virtutibus, & videntur viuere paſsionibus, quia
lætantur in propriis voluntatibus, & gaudio ca-
rent diuino. Cum huiuſmodi viris nec ſit tibi
vlla commixtio, nec velis cum eis ſermocinari
aſsidue, niſi poteris ſolummodo ab erroris iti-
nere reuocare eos. Cæterum ſi non vales, deui-
ta vt publicum hoſtem, ſæpe enim per vnam o-
B uem morbidam grex totus polluitur, & modica
pars ſellis magnam dulcedinem in amaritudinē
vertit. A tali enim ſermone dominus tibi atten-
dere præcipit. Fermentum hoc doctrina nequiſ-
ſimorum hominum doctrina intelligitur: nam
etſi in habitu quis videatur eſſe clarus & nobilis,
non tantum ex verbis, ſed ex fructibus homo cō-
probatur. Denique quia plurimi callide vitia ſua
cælare feſtinant & apud quoſdam videntur eſſe
mirabiles, ſed floribus amiſsis fructus qualis eſt
oſtenditur. Cum verò intra ſinum ſuum ſerpen-
tem ſeruauerunt, à tactu morſu eius intumeſcūt,
& palam omnibus veniet, quia nihil occultum
eſt, quod non reuelabitur. Si quis tibi intulerit
mala, ne velis iraſci ei, aut retribuere illi, etiam ſi
poſsis: ſed dole potius pro eo quia dominus iraſ-
citur ei. Qui enim patienter pertulerit mala in
futuro coronabitur, qui vero intulerit mala in
die mala vt reus damnabitur, nec pro carnalibus
damnis frangatur animus tuus, nec vigorem pa-
C tientiæ tuæ res emolliāt caducæ, ſed time potius
damnum, ſi à propoſito tuo retardaueris & quā-
do te peccatis obnoxium ſenſeris, ad pœnitentiā
cito conuerti ne confundaris, qui enim hic pœ-
nituerit, in nouiſsimo non pœnitebit. Clemen-
ter enim dominus ad pœnitentiam confugientes
ſuſcipit. Et ne miſericordia domini fretus pec-
catis peccata adiicias. Ne velis dicere, donec vi-
get ætas mea, carnis concupiſcentiam exercebo,
& poſtremo in ſenectute malorū meorum pœ-
nitentiam geram, pius namque eſt dominus &
multum miſericors, nec vltra facinorum meorū
memorabitur. Noli taliter fili cogitare quia ſum-
ma ſtultitia eſt, hoc in mente apud dominum cō-
cipere, cum & impium ſit talem licentiam à deo
expectare quempiam. Noli inquam ſic cogitare
cum neſcis qua die moriturus ſis, quis enim no-
uit hominum diem exitus ſui, non enim omnes
in ſenectute priuabuntur hac luce: ſed in diuer-
ſis ætatibus de hoc mundo migrabunt, & in qui-
bus actibus vocabitur homo, in iiſdem neceſſe
eſt reddere rationem: nemo enim in inferno cō-
fitebitur domino. Sed nec tu cuncteris ad pœni-
tentiam conuerti. Semper ante oculos tuos ver-
ſetur vltimus dies, cū enim diluculo ſurrexeris,
ad veſperum te ambigas peruenire, & cum in le- D
ctulum ad quieſcendum membra tua poſueris,
noli confidere de lucis aduentu, vt facilius te poſ
ſis refrenare ab omnibus vitiis. Semper cor tuū
promiſſa cœleſtia meditetur, vt ipſa te ad virtutis
viam prouocēt. Eſto natura talis in operibus bo-
nis qualis es futurus poſt modum. Omnia terre-
na quæ poſsides in cœleſtes manſiones transfer,
vt cum illuc fueris profectus fruaris bonis cœ-
leſtibus Bonorum operum ſumptus tibi in itine-
re præpara, vt incunctanter libentérque cùm vo-
catus fueris, pergas ad dominum tunc cùm car-
nis vinculo anima tua abſoluta fuerit, mox in oc-
curſum tuum angelorum chorus occurret. Om-
ne ſanctorum agmen in tuis miſcebitur comple-
xibus, & te ad adorandum verum iudicem per-
ducent. Tunc tibi fit pax per gyrum & ſumma ſe-
curitas, nec timebis vltra iacula ignita diaboli.
Non tibi terrorem incutiet barbarorum imma-
nitas, nec formidabis hoſtes ferociſsimos, qui
cupiunt animas iaculari non corpora, non ferrū,
non ignem, non faciem truculentam tortorum, E
non famem, non ſitim, nec vllam ægritudinem
carnis, nec metues inuidiam hominum, nec inſi-
dias, malignorum, nec verba venenata mulierū
luparum, nec vltro aduerſabitur caro contra ſpi-
ritum tuum, non timebis periculum maris nec
vllos caſus aduerſos: ſed hæc omnia ſedabuntur.
Cum anima tua abiecerit ſarcinam carnis, tunc
ſpiritus ſanctus tribuet tibi in cœleſtibus man-
ſionem, cui paulo antè intra corporis tui hoſpi-
tium feceras manſionē, & lætus gaudénſque ex-
pectabis diem iudicij futuri, in quo ſingulorum
animæ recipient merita pro ſuis operibus, & fru
ſtra tunc peccatores & impij pœnitebunt, forni-
catores & adulteri vlulabunt, nec vllam requiem
poterunt æternam inuenire. Rapaces & auari fle
bunt amariter, nec malorū ſuorum veniam con-
ſequētur, in luctu maximo detinebūtur. Omnes
qui carnis ſuæ voluntates cōſecuti ſunt, in mœro-
re & fletu maximo in ſempiternum erunt. Quia F
vitiis & paſsionibus ſeruierunt. Et cum hi om-
nes pro ſuis criminibus gehennæ ignibus man-
cipentur, iuſtis ſempiterna præmia tribuentur à
domino, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit do-
minus diligentibus ſe.

FINIS.

*Εὔχεσθε, orate, propiùs conueniat loco præſenti Mat. 24.

*OPTATE ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Aduertendum eſt Deum non feciſſe hyemem aut ſabbatum reprehenſibile, cum ſcriptum ſit, Aeſtatem & ver, tu finxiſti ea. Verũ in hyeme ſumus quoties carnis affectus imperium optinent in nobis. Itaque ſic intelligendum eſt dictum illud Euangelicum, ne nobis tum incidat fuga, cum deteriora in nobis dominantur, aut cum per inertiam vitam noſtram traducimus. Nam id nobis ſignificat per ſabbatum, vt benedictionẽ illam conſequamur. Beatus ſeruus ille, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, foſitan ob id, quòd prudenter ac ſapienter abſtergat ſenectutem. Etenim vbi iam pellem exuere parat, in locum anguſtum, quíque vndique corpus obſtringat, immittit ſeipſam, atque ad eum modum tranſmittens ſeſe, ſenectam exuit. Forſan igitur & nos vult hic ſermo per arctam & aſperam viam ingredientes, exuere veterem hominem, ac nouum induere vt noſtra quoque velut aquilæ iuuenta renouetur. Magna quidem atque adeo prima dos, quæque animam ſummè purgatam requirat, diuini afflatus eſſe capacem ad prophetandum myſteria Dei. Proxima verò ſecundum illam vt ipſa quidem mediocrem aut vulgarem curam deſiderans audite, quid ſibi velint ea quæ dicuntur à ſpiritu, vti ne perperam coniectes ſententiam verborum, ſed recta ad illã ducaris via, duce ſpiritu, quo autore ſcripta eſt prophetia. Et gubernatur intellectus eorum, qui cognitionis donum acceperũt. Vnde & dominus addidit dicens. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Præterea propheta quoque Iohel: Quis ſapiẽs, inquit, & intelliget hæc? Intelligẽs & cognoſcet ea? Et apoſtolus eo loco quo de chariſmatibus loquitur, quoddam eſſe donum ait prophetiam: quoddam diſcretionem ſpirituum. Nam qui ſeſe dignum exhibet inſtrumentum, per quod ſpiritus operetur, is propheta eſt. Porrò qui vim eorum quæ denunciantur prudenter percipit, is donum habet diſcernendorum ſpiritum. Quapropter & Corinthiis præſcribens: Prophetæ, inquit, duo tréſve loquantur; ac reliqui diiudicent. Eſt autem donum hoc à Deo magnum, vt dominus comminetur ſeſe ablaturum è Iudæa prophetam, & coniectorem, & admirandum conſultorem, & auditorem intelligentem. Nobis verò precandum vt accipiamus ſapientiæ ac ſcientiæ, neque non doctrinæ donum, vt omnia ſimul in principali animi parte concurrentia, imprimant formam omnis veritatis, quæ prophetia continetur. Eſt autem huius quidem vti ſermone ſcientiæ, vt contempletur arcana ſpiritus. Huius autem ſermone ſapientiæ, ad apparanda, & excolenda ea, quæ inuolutè ac paucis ſunt prolata. Siquidem ſapientiæ proprium eſt producere ſermonem. Ait enim: Produxi ſermonem & non attendiſtis. Præterea doctrinæ donum, ad ædificationem audientium. Itaque neceſſe eſt vt qui ſit prophetaturus, huius animus antè ſit idoneus redditus, ſedatis affectuum, qui in nobis ſunt cõmotionibus, vti verbum illud quod eſt in omnibus, magis compoſitos deligens animos, in quibus nec exiguus affectuum

affectuum motus diſſonat cum ratione iuxta portionem præcedentis aptitudinis, diuini ſpiritus inducat efficaciam. Neque verò ſolum requiritur affectuum ſedatio ad dignè ſuſcipiendum ſpiritum, verumetiam moderatus fidei habitus vtilitáſque, tum huius qui gratiam accipit, tum illorum qui in tempore audiunt, aut eorum etiam, ad quos in poſterum prophetiæ vtilitas ſit peruentura. Datur enim, inquit, vnicuique manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem ac rurſum iuxta portionem fidei. Itaque ſupra naturæ humanæ vires eſt, pronuntiare rationem modúmque diuerſæ operationis, quæ à ſpiritu diuino accidit in his qui merentur. Iuxta quam huic prophetia committitur, & id quidem ad certum modum, alius accipit dona ſanationum, atque ea rurſum, ad certam menſuram. Alius operationes virtutum, maiorum aut minorum. Quando ſolus iſta nouit is, qui cuiuſque dignitatem penitus intuetur, & inuiſibilibus iuſtitiæ menſuris diuidit vnicuique iuxta dignitatem. Quemadmodum prophetarunt puræ ac pellucidæ animæ, veluti ſpecula factæ diuinæ operationis. Imaginem integram & inconfuſam, nulláque ex parte turbatam carnis affectibus, repræſentabant. Nam omnibus quidem adeſt ſanctus ſpiritus. Verum in iis, qui puri ſunt, affectibus peculiarem vim oſtendit. Cæterum qui gubernatricē animæ partem confuſam habent peccati ſordibus, his non adeſt. Oportet autem præter puritatem, & recti ſtatus æqualitatem exhibere. Neque enim qui inæqualiter eſt affectus, temperantia, purus eſt, ſed qui carnis prudentiam ſubiecit ſpiritui. Quemadmodum enim vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, ſed in iis duntaxat quæ læuorem & pellucentiam quandam habent. Ita non in quibuſlibet mentibus operatio ſpiritus, ſed iis quæ nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verùm imaginem intuentum non reddit, propterea quòd inæqualis eſt, è concreta ſpuma conſtans. Lac album, at non exhibet imagines, eò quòd exiguæ quæpiam ſint bullulæ. Contrà, aqua, tametſi ſit nigra ſpecie, tamen repræſentat ob læuorem. Ita videlicet, vitæ inæqualitas nequaquam idonea eſt, ad recipiendam diuinam operationem. Ergo cùm anima, omni virtutis ſtudio dedita vehementi in Deum amore, perpetuo Dei memoriam ſibi impreſſam ſeruat, atque hac reprimùm apparat ſeſe, vt Deum habeat velut inhabitantem, ex vehementiſſima in Deum intentione & arcano amore, numine afflata, digna prophetiæ dono redditur, Deo diuinam virtutem impartiente, animíque oculos aperiente, ad intelligendas, quas velit, ſpeculationes. Quapropter & prophetæ, à fronte videntes vocabantur, propterea quòd futura, perinde quaſi præſentia fuiſſent, proſpicerent. Sed magis inducimur ad intelligendum propheticum afflatum ex viſis, quæ in ſomnis accidunt. Quemadmodum enim viſis, principali animi parti impreſſis, vrbes aut regiones variæ magnitudinis ac pulchritudinis, aut animalia ſupra naturam videre incipimus, aut etiā verborum aliquorum memoriā, quæ auribus hauſta ſint, obtinemus. Cúmque tam multa, támque noua ſpectemus in nobis & audiamus, haud iam vere corporeo ſenſu videmus, neque audimus. Itidem & diuinorū ac beatorū virorū mens, aliquando reuera, aliquādo per ſomniū impreſſis imaginibus, diuinis ſermonibus ac viſis impletur, cum neque per oculos imagines eorū

Collatione elegants confirmat

ſibus. Quemadmodum illud communiter receptum eſt, vt diuinam naturã, bonam, inirafcibilem, ac iuſtam eſſe confiteamur. Quare ſi ſcriptura deum iraſci, aut pœnitere, aut aliquid præter dignitatem agere dixerit, quid ſibi velint verba quærendum eſt, ac ſolicitè cogitandum, quomodo in verum ſenſum reſtitui poſſimus. Non autem oportebit veras de deo opiniones ſubuertere. Atque eum ad modum citra offenſam in ſcripturis verſabimur, dum & ex iis, quæ facilè percipi poſſunt, adiuuabimur, & ab iis quæ ſunt intellectu difficiliora, non offendemur. Quod ſi quis illud diuinæ ſcripturæ vitio vertat, quòd non doceat, neque impartiat, ea quæ prodeſſe poſſint, is perpendat vniuerſam rerum mortalium ordinationem, non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in inferioribus, atque in communis vitæ negociis, conſiderétque eam vim, quæ gubernat vniuerſa, mutis animantibus facilem ad vitam tuendam, occaſionem tribuiſſe, alimentum vltro præſens, operimentum ſponte agnatum, è pilis aut*teſtis indumenta: hominum au- *ὁπλῶν, aliàs ſunt
tem ſolum, nudum producens, rationem omniũ illorum vice dedit, per quã artes repertæ ſunt, quibus illa ſibi ſuppeditet, puta, architectura, textoria, agricultura, æraria, fabrica, animo rationis copia ſupplente, quod deerat corporibus. Quemadmodum igitur in his opifex noſter haudquaquam inuidẽs nobis, vitæ commoditates non paſſus eſt eodem modo naſci quo bruta, ſed rerum neceſſariarum inopiam, data opera, addidit nobis. Velut ingenii exercitamentũ, itidem & in ſcripturis, ſtudio voluit eſſe obſcuritatem, ad vtilitatem mentis humanæ, ſuam ipſius indicans virtutem atque efficaciam. Primum quidem, vt his occupata, à deterioribus auocetur. Deinde, quod quæ labore parata ſunt, ea, neſcio quo pacto, magis amantur, quæque longo tempore contingunt, conſtantiùs permanent. Porrò quæ facilè parantur, his nõ perinde auidè fruimur. Negligitur enim rerum obuiarum copia, neque vlla cuſtodia dignas ducit, qui poſſidet. Quapropter & ſomniorum obſcura & inuoluta eſt ratio, ita vt non mediocrem deſideret animi intentionem, habéntque inſomniorum ænigmata plurimum affinitatis cum iis, quæ in ſcriptura ſub inuolucro ſignificantur. Vnde & Ioſeph, & Daniel, per prophetiæ donum ſomnia dignoſcebant, quandoquidem ipſa per ſe cogitationis vis, non ſatis valet ad veri veſtigationem. Denique accedit huc quòd vitæ quoque puritas requiritur, vt ad moralis virtutis exercitationem pertineat, quod in ſcripturis obuolutum eſt, diiudicare. Requiritur autem præter vitæ puritatem, aſſidua in ſcripturis exercitatio, vt maieſtas, atque arcanum diuinorum verborum, perpetua meditatione animo imprimatur. Cæterùm ad diuinorum verborum, exercitationem, totã vitam impendi oportere, Moyſi vita demonſtrat, qui quidem primis quadraginta annis Aegyptiis diſciplinis inſtitutus eſt. Alteris autem annis quadraginta, hoc prætextu, tanquã paſturus oues in ſolitudines ſeceſſit, ibíque cõtemplationi rerũ operam dedit. Atque ita deinceps poſt quadraginta annos dei viſione dignus habitus, inuitus per dei in homines ſtudium, ad hominum curam reuocatus eſt. Quanquam ne tum quidem aſſiduè in negotiali vita perſeuerauit, virum ſubinde ad contemplatiuã reuertebatur. Vnde & ad Aegyptiacum idolorũ cultũ vniuerſa inducta eſt multitudo, viro illo ſancto in mõte cum deo col-

 loquente.

loquente. Huiuſmodi fuit & Helias, humanorum negotiorum tumultum fugiens,& in deſertis verſari gaudens. Quare ſi ſancti cum omni principalis animæ partis tranquillitate, ad veſtigandum veritatem elaborarunt, an non abſurdum eſt, innumerabilium laborum fructus,nullo negotio velle acquirere? Etenim Heliam obſerua,poſt quantos ſeceſſus,quantam quietem,quãtos ſudores,promeruit videre Deum. Argumentum huius libri patet, atque ex ipſo libro percipitur. Quoniam propheta iis temporibus viuebat,quibus exuperabant vitia magnitudinem malorum, quæ illos manerent,exponit ac diuinæ iræ cauſam proponit,vt eos prouocet ad pœnitentiam. Exorditur autem primùm ab iis ſermonibus,qui ad Iudæam pertinebant. Quãdoquidem iuxta Petri dictum,tempus erat,vt inciperet iudicium à domo dei. Nam naturà maxime domeſticis maxime ſuccẽſemus,quãdo in nos peccauerint,& in Ezechiele,dominus proponens punire,qui deliquerant, A ſanctis,inquit, meis incipite. Eóque ab loco deo delecto cœpit, atque ab ea ciuitate,in qua templum erat,denuncians quæ inpenderent. Deinde de Babylone,poſtea de tribu Moabitica,Deinde de Damaſco. Quinto loco,de Aegypto, deinde de deſerto,deinde de Idumæa, deinde de valle Sion,deinde de Tyro,deinde de quadrupedibus. Sub hæc ſequũtur ea,quæ acciderũt anno decimoquarto Ezechiæ regis, poſt quæ prohetiæ ſunt, abſque vllo titulo, prænunciãtes mala Hieruſalem,& Iudææ. Tũ de iis,quæ in diſperſione eſſent euẽtura, déque illorum reditu, poſtea quàm expleta eſſet vindicta. Præterea quæ Chriſto acciderunt, ſparſim in vniuerſa prophetia interiecta. Atque vnum quodque horum,&iuxta hiſtoriam dicitur,& myſticum ſenſum habet annexum.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac Domino, D. Ioanni Epiſcopo Roffenſi, D. Eraſmus Roterodamus. S. D.

*TAntis & officiis & beneficiis,toties à te prouocatus, præſulũ integerrime, idémque doctiſsime, ne ſimpliciter ingratus viderer, cœpi tandem circunſpicere,ſi quod munus literariũ parare poſſem, tua dignum amplitudine,hoc eſt,pium iuxtà atque eruditum: & commodum è Grocini bibliotheca mecum aduexeram diui Baſilij commentarios in Eſaiam,hoc eſt eloquentiſsimi theologi,in eloquentiſsimum prophetam. Hunc aggreſſus, Latinum facere inſtitui,ſed quo altiùs,deſcendo in operis penetralia, hoc minùs mihi viſum eſt,diuinam illam Baſilij phraſim ſapere. Tametſi mox in ipſo libri veſtibulo,titulus nonnullam animo ſuſpicionem iniecerat,ita teſtans ab ipſo quidem Baſilio deſcriptũ opus,cæterùm ab illius obitu,ab alio quodam presbytero euulgatum. Auxit ſuſpicionem, quòd ne apud ſcriptores quidẽ,qui Baſilij recenſent lucubrationes, huius voluminis vlla fiat mentio. Proinde ſum in hac propemodum ſententia,libros hos,aut alterius cuiuſpiã eſſe Baſilii,vt ſunt eius nominis plures, nõ illius Ceſarienſis epiſcopi,cui frater fuit Gregorius * Nazianzenus,aut titulum ſtudio additum, quo magis commendarentur lectori. Quod ni tu prorſus à me diſſentis,mihi non ſatis idoneum videtur,vel quod dicetur nomini,vel in quo nos tantum ponamus operæ. Guſtum interea damus,tuum in cæteris iudicium,non ſecus atque oraculum ſecuturi. Bene vale. E Cantabrigia tua anno M. D. X.*

* Nicen', non Nazianzenus.

OPTIMO CVIQVE LECTORI ET EIDEM SCRIPTVRÆ SACRÆ CANdidato Godefridus Tilmannus Cartuſ. εὐπράττειν.

IN hodiernum vſque diem ſententia hæc perſeuerat celebriter decantata & omnium ore conſono detrita, adeò vt vicem adagionis obtinuerit *: Sciens ac prudens in flammam mitto manum. Quam aptè in nos quadret, paucis aperiã. Ante annos plus minùs viginti defunctus recognitione operum Ioannis Chryſoſtomi, viri vtique incomparabilis cùm peritia ſcripturæ ſanctæ, tum virtute ſingulari inſignis, & ipſo in tempore admonitus, vt me accingerem vertendæ Paraphraſi Georgii Pachymeræ Hieromnemonis in diuinas prorſus lucubrationes Dionyſii Areopagitæ, ceſſi amicorum votis moriger, exorſus ab ea parte quæ minùs vitiata erat & eroſa à blattis ac tineis, nimirum ab epiſtolis, verſurus reliquã texturam paraphráſeως ſi modò per eum licuiſſet à quo precarium vſum exemplaris corrogaram ſimul & impetraram. Siquidem is quàm ſperaſſem, feſtinantius iuſſit reddi, quum alioqui nonnihil progreſſus vertiſſem ex vtraque Hierarchia, iámque ad intima penetrarẽ. Eam igitur quæ in epiſtolas erat, tralationem dum paro in apertam lucem per prælum emittere, rurſus admoneor, vt conciſam & perbreuem Apologiam conſcriberem ac præſtituerem Paraphraſi aduerſus calumnioſas ſuſpiciones trium virum, verius trium Aloidum, Laurentij Vallæ, Martini Lutheri noſtræ iſtius ætatis peſtilentiſſimi hæreſiarchæ, ac magni opinatoris Deſyd. Eraſmi. Aſſerebant enim amici periculũ fore, ne doctrina Areopagitæ Galliarum Apoſtoli per omnem modum ſalutaris, ab iſtis plagiariis petulantiſſimè oppugnata opprimeretur & intercideret. Prouinciam hanc in me nihil inuitus recepi tuendæ veritatis gratia, vtque eadem opera ſatisfieret iuſtæ efflagitationi amicorum. Ipſam Paraphraſi coimpreſſam nuncupatim conſecraui Reuerendo in Chriſto Patri D. Roberto Senali, Arboricenſi Epiſcopo, inſigni Theologo, mihique cum primis venerando præceptori. Quis porrò recenſeat, ob eam qualemcunque editionem, quàm fuerim malè multatus, quàm procaciter profeciſſus linguis iſtorum qui Eraſmianæ eloquentiæ, quàm veritati propugnandæ erant addictiores? Et ecce rurſus eodem reuoluor, vt comprobetur & ſanciatur veritas præſcriptæ ſententiæ: Sciens ac prudens in flammam mitto manum. Obiiciet naſutulus quiſpiam, Quid te eò neceſſitatis adigit? Ad hoc ego, Exemplaria duorum, omnium qui inter Græcos ſacræ ſcripturæ interpretes præluxerunt, maximè inſignium in Eſaiam anno ſuperiore verti. Ioannes Chryſoſtomus ad finem vſque ſeptimi capitis exiit prælo commiſſus: Baſilius ille, ille inquam magnus (velit nolit Eraſmus) Cæſarienſis Archiepiſcopus, per excuſionem ad finem decimi ſexti capituli in eundem Prophetam petit publicum, ob cuius tralationem ſimul & emiſſionem ſat ſcio me nihilominus inclementer ab iſtis plagiariis multandum, quàm fuerim pro Areopagita. Sed ſpe bona confirmor me adiutum iri ab eo qui via, veritas & vita eſt, quando hic agon mihi proponitur pro veritate exantlandus. Iſtos tenebriones illici lenocinio Eraſmianæ eloquentiæ delinitos, & per eam auerſos à luce veritatis nihil moror. Obiicient, Quid igitur eſt? Damnas eloquentiam? Abſit. Non damno gratuitum hoc & amabile Dei donum, modo ne is cui Dei munere obtingit, abutatur in ſuperbiam, ad lites & contentiones, ad contemptum proximorũ, ac cæteras peſtes, indiuiduas (ni adſit timor Dei) ſuperbiæ comites. Sed de his ſatis ſupérque. Ad epiſtolam excutiendam en accingor. Eraſmus igitur in ea epiſtola qua prooemium noſtri huius Baſilij à ſe verſum Cantabrigiæ, dicauit reuerendo patri ac Do. Ioanni Epiſcopo Roffenſi, ſuſpicionibus planè calumnioſis adductus, ſcribit ſuo more hoſce commentarios non reſipere diuinam illam phraſin Baſilij eloquentiſſimi Theologi in eloquentiſſimum Prophetam. In ea permulta mouet aduerſus legitimum authorem operis planè diuini, nihil interim probat. Itaque viſum eſt opem ferre oppugnatæ veritati, hóſque commentarios à turpi plagio vindicatos ſuo authori aſſerere. Proinde ne quis vociferetur me vel tantillum affinxiſſe veris, iuſſimus excudi epiſtolam vnà cum prooemis, cui epiſtolæ tot ſcatenti ſuſpicionibus (aſtricta licet ſit cõpendio verborum) reſpondemus per Apologiam, ſuo autori id eſt Baſilio Magno partum legitimum aſſerentes. Occurrit primùm id, quo fatetur è Grocini bibliotheca ſe aduexiſſe ſecum commentarios diui Baſilij. Hos par eſt credere integros fuiſſe, aliàs fuerat dicturus in quot ſe extenderent capita. Iam quando propheta hic vocaliſſimus, & dignior qui Euangeliſta vocetur, ſuæ prophetiæ oracula fuſiùs multò exporrexit, nempe in ſexaginta ſex capita. Si quidẽ votis proficis poſſit, optarim eam commẽtationem ad manus noſtras venire, ſed partibus ſuis omnibus

* γνώμη.

 conſtan-

conſtantem & abſolutam. Portio enim eorum quæ damus nunc, quota eſt, ſi cum integris enarrationibus conferatur? Sed enim quando quod vis, non potes: id ſaltim velis, quod poßis. Inuitamentum erit hoc, & qualiſcunque guſtus quem tu lector optime boni & æqui conſulito. Ne tibi ſim oneri, ad ſuſpiciones accedo reſponſurus (tametſi indignæ ſine vlla reſponſione) mox ſubiiciam elogia teſtium fidei prorſus indelibatæ, vt conuictæ falſi elidantur ac peſſum eant. Suſpicio prima eſt hæc: Quò altiùs deſcendo in operis penetralia, hoc minùs mihi viſum eſt diuinã illam Baſilii phraſim ſapere. *Ad hoc aſylum verius* χρησοφύγετον *conſueuerat pro more ſuo transfugere. Quoties pagellis vix duabus perlectis non arridebat ſtilus, reiecto libro ſcribebat, Nõ ſapit phraſin, non ſaliuam, ne pilum quidem retinet. Hic illi perpetuus fuit ludus in cenſendis authorum lucubrationibus, quàmlibet piæ fuerint & eruditæ. Teſtes præter cæteros eſſe poſſunt Hieronymus & Auguſtinus, quos conſimilibus ſcribendi formulis quàm pulchrè adornarit, hoc prætextu adempta illis bona parte ſuarum vigiliarum, tu eſto per me arbiter honorarius, modò pius. Lubens ab eo (ſuperſtes ſi eſſet) ſciſciter, num commentarios in pſalterium Dauidicum, qui circũferuntur nomine Auguſtini, ipſius Auguſtini eſſe cenſeat. Certè negare non auſit germanum eſſe fœtum Auguſtini doctoris Eccleſiæ. Rurſus, rogarem, quémnam authorem eſſe cenſeret librorum Ciuitatis diuinæ. Vtique reſpõderet genuinum eſſe partum eiuſdem Doctoris. Ad hoc ego, Quum phraſis commentariorum à phraſi ciuitatis diuinæ immenſo propè interuallo diſsideat, quî fit vt vtriuſque operis eundem iudices eſſe authorem? Paucis diluam propoſitam quæſtionem Sapientiſsimi & iidem modeſtiſsimi illi patres pro re nata, pro ſumpta argumentorum diuerſitate, pro qualitate perſonarum ad quas ſcribebant, nunc attollebant ſtilum, nunc demittebant, ſuúmque ſcribendi characterem attemperabant auditorum captui, vti vides perſpicuè feciſſe hunc verè propter Chriſtum, humilem, & omnis cenodoxiæ liberrimum doctorem. Valeant igitur cenſuræ tuæ à ſuperciliosa & arroganti ſuperbia profectæ. Sed quid attinet ſingula commemorare, quando tam multa ſunt? Hoc commẽto ſubnixus, quo non tandem eſt prouectus erroris ac temeritatis? Regulam ab Auguſtino in gratiam fratrum deſcriptam, cui obſeruandæ ſe obſtrinxerat ſolenni voto, eam detraxit Auguſtino. Nemo vel mediocriter pius qui non intelligat cauſam & prætextum hunc. Tot adeò myriades piè Deum colentium militarũt militiam regulæ longè optimam, vt ad brauiũ vitæ illius ter beatæ pertingerent, ad quod tandem pertigerunt: & tu leuiſsime perfuga poſteritatem tuam tandem auocas à rectitudine ſalutaris viæ ad pertritam illam quæ animas in abyſſum demergit æternæ damnationis? Quid enim? An non triſhagium illum hymnum & Seraphicum, Te Deum laudamus, quem vniuerſa hactenus Eccleſia concinit feſtis diebus & impetrata à Deo aduerſum hoſtes victoria melico concentu emodulamur, quare &* ἐπινίκιος *dictus eſt, negauit (reclamantibus omnium ſuffragiis) eſſe Ambroſii & Auguſtini? Quocirca lector, quoties ad iſtius impoſtoris doctrinam acceſſeris legendam, fac imitere probati trapezitæ ſolertem prudentiam. Caue, ſinas te intercipi ſplendore blandiloquæ dictionis, ſi modo eſſe velis & dici pius. Reliquum eſt, vt ad dirimendam eiuſmodi controuerſiam & iſtius ſuſpiciones non meo vnius teſtimonio (quũ ne Catoni quidem credatur, ſi ſolus eſt) ſed elogiis comprobem & conteſter virorum quatuor fidei prorſus intemeratæ. Sunt autem hi, Simeon, Antonius, Maximus, ac Ioan. Damaſcenus. Quod ad primum attinet, nempe Simeonem, duplicẽ inſcriptionem ſuo operi collectaneo præſcripſit Simeon Metaphraſtes, qui &* λογοθέτης, *quódque ludum literarium adaperuiſſet Conſtantinopoli, dictus eſt & magiſter. Prior inſcriptio titulis ſummariis viginti quatuor capitum præfixa hæc habet:* τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, τοῦ μεγάλου, λόγος ά περὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ κακίας, *&c. Hoc eſt, Sancti patris noſtri Baſilii Archiepiſcopi Cæſariæ Cappadociæ, cognomine Magni, ſermo ſiue Homilia prima, De Virtute & malitia. Poſterior ſub initiũ operis totius hæc habet:* Ἐκλογὴ ἐκτεθεῖσα παρὰ Σιμεὼν Μαγίστρου τοῦ λογοθέτου, ἤγουν τοῦ μεταφραστοῦ, ἀπὸ τῶν ὅλων βιβλίων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, διὰ λόγων εἰκοσιτεσσάρων κατὰ τὰς ὑποτεταγμένας ὑποθέσεις. *Hoc eſt, Eclogæ, ſelectio ſcilicet edita a Simeone Magiſtro qui & Logothetes ſiue metaphraſtes, ex omnibus libris ſancti Patris noſtri Baſilii Archiepiſcopi Cæſariæ Cappadociæ deprompta, & in ſermones ſiue homilias quatuor & viginti digeſta, iuxta ſubiectam quanque materiã. Hinc igitur elicis primùm lector, quia Simeon ille Baſilii Magni ſtudioſiſsimus quum eſſet, ſelegit locos grauiores & in faſcem concinno ordine digeſsit. Eum ipſum habeo verſurus ſi quando exorabilis benignitas Domini donauerit & præſenti lucubratione (in qua totus ſum) in Georgium Alexandriæ Patriarcham defungar. Baſilius hic & eius contubernalis Gregorius Nazianzenus non frater, communi opera eclogen, hoc eſt, ſelectionem locorum inſignium ex Origenis operibus nihilo huic diſsimilem velut in epitomen contraxerunt, quam ipſe legi beneficio ſpectabilis viri iuxta ac lingua vtraque docti D. Ioannis*

Pici

Pici à libellis ſupplicum Præſidis bene meriti, Equidem arbitror Eraſmum non eo vſque impudẽtiæ deſcendiſſe, vt negare voluerit Hexaëmeron eſſe Baſilii, præſertim quum id in abſolutum à morte fratris Gregorius Nyſſenus Epiſcopus ſuppleuerit. Id operis prius quidem à Dionyſio exiguo Romano conuerſum, ſed colluxatum & mutilum ante annos aliquam multos natiuæ integritati reſtituimus. Excurrit exemplar Græcum in cap. 30. typis Aldinis. Simeon igitur ab Hexaëmero noſtri Baſilii locos aliquam multos mutuatus congeſſit in ſuam Eclogen. Occurrit ille primus de ſectione artium in poëticas, factitias ſcilicet practicas, actiuas, & theoreticas, contemplatiuas. En habes apud Baſ. homilia 1. Apud eundem in quintum caput Eſaiæ pag. 698. e noſtræ huius editionis. De Ciconiarum pietate erga parentes, habes hac homilia octaua Hexaëmeri: Ἡ δὲ περὶ τοὺς γηράσαντας τῶν πελαργῶν πρόνοια ἐξήρκει τοὺς παῖδας ἡμῶν, εἰ προσέχειν ἐβούλοντο, φιλοπάτορας κατασῆσαι, πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐλλείπων κατὰ τὴν φρόνησιν, ὡς μὴ αἰσχύνης ἄξιον κρίνειν, τῶν ἀλογωτάτων ὀρνίθων ὑστερίζειν κατ᾽ ἀρετήν. ἐκεῖνοι τὸν πατέρα ὑπὸ τοῦ γήρως πτερορρυήσαντα περιστάντες ἐν κύκλῳ τοῖς οἰκείοις πτεροῖς διαθάλπουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ πτήσει παρέχονται βοήθειαν, ἠρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν. καὶ οὕτω τοῦτο παρὰ πᾶσι διαβεβόηται, ὥστε ἤδη τινὲς τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν ἀντιπελάργωσιν ὀνομάζουσι: Hoc eſt, Ciconiarum prouidentia erga ſuos ſenio confectos parentes abundè poteſt (ſi modò velint attendere) liberos noſtros reddere amantiores parentum. Nemo enim prorſus eſt qui prudentia vſque adeò deſtituatur, vt non iudicet infamia dignũ qui ſe ſinat ab auibus totius rationis expertibus anteuerti, quod ad rationem attinet. Illæ enim patrem per ſenium implumem in orbem circunſtant, penniſque ſuis confouent, pabulum abundè ſuggerunt, volatu ſuo ſuppetias pro virium portione ferunt, ſenſimque ac molliter ſuiſmet alis vtrinque alleuant. Id adeò in vulgus abiit, vt beneficii accepti retributionem nemo non nominet ἀντιπελάργωσιν. Sententiam hanc habes apud Antonium monachum cap. 11. ſecundæ partis ſuæ Meliſſæ, & eam ipſam ipſiſſimis verbis apud Simeonẽ Logotheten habes initio ſermonis vigeſimi quarti ſuæ Ecloges ex operibus Baſilii Magni. Eraſmus ſuperſtes ſi eſſet, non negaret (puto) homiliam quæ eſt in principium Prouerbiorum eſſe Baſilii noſtri, hoc eſt Magni. Atqui ab initio paulò prouectus docet quo diſcerniculo verus rex aut Princeps differat à tyranno hiſce verbis. Εἰ γὰρ βασιλεία ἐστὶν ἔννομος ἐπιστασία, δῆλον, ὅτι παρὰ βασιλέως διδόμεναι ὑποθῆκαι, τοῦ γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξίου, πολὺ τὸ νόμιμον ἔχουσι, τὸ κοινῇ πᾶσι λυσιτελὲς σκοποῦσι, καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς ἰδίας ὠφελείας συντεταγμέναι. τοῦτο γὰρ διαφέρει τύραννος βασιλέως. ὅτι ὁ μὲν, τὸ ἑαυτοῦ πανταχόθεν σκοπεῖ, ὁ δὲ τὸ τοῖς ἀρχομένοις ὠφέλιμον ἐκπορίζει. Hoc eſt, Si enim regnum eſt legitima poteſtas, liquet conſtitutiones à rege hoc nomine digno profectas & editas multum quidem obtinere legitimæ authoritatis apud eos qui obſeruant boni communis vtilitatem. Neque enim coordinatæ ſunt hæ præceptiones ad priuata regum commoda. Hoc enim differt tyrannus à rege, quia ille quidem ſua vnius commoda omni ex parte ſpectat & attendit: contrà, rex vtilitati ſubditorum nihil non ſuppeditat & conſulit. Sententiam hanc ipſiſſimã habet Antonius hinc decerptam primo ſermone libri ſecundi ſuæ Meliſſæ, hoc eſt, apiculæ, apud item Simeonem ἐν τῷ περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Et apud Maximum in opere collectaneo. Deficeret me dies in exprimendis ſententiis quas hi nobiles * Gnomologi ſelegerũt è lucubrationibus Baſilii verè Magni. Tantùm ſupereſt vt fidelibus elogiis eorundem quatuor teſtium comprobem hoſce commentarios aſſeri oportere legitimo ſuo authori, Baſilio Magno, non alteri vni Baſiliorum, vti ſuſpicatus eſt Deſyd. Eraſmus. Pericopen, inciſionem ſcilicet quæ ſe offert primo loco in hac editione, habes pag. 648. a in illud, Quid vltra percutiemini? Τοῖς μὲν οὖν ἰάσιμα ἁμαρτάνουσιν ἀπειλεῖ ὁ λόγος ἐπισκέψεσθαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιγι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Τοῖς δὲ ἀνιάτως ἔχουσι λέγει: τί ἔτι πληγῆτε, διεξεληλυθότες τὰς πληγὰς πᾶσαν καταφρονήσαντι τῶν ἐπιπεμπομένων μαστίγων σύντριμμα ὑμᾶς μέλλει. Nos locum interpretati ſumus hunc in modum, Interminatur quidem ſcriptura ſe, &c. Prætercurſis tribus lineolis ſubnectit Simeon. Τῶν δὲ περιστατικῶς συμβαινόντων τινὰ μὲν ἁμαρτημάτων ἕνεκα γίνεται. Τινὰ δὲ εἰς διόρθωσιν τοῦ ἤθους τῶν πειραζομένων. ἄλλα δὲ εἰς τριβὴν τοὺς πειραζομένους, ὡς ἐπὶ Φαραώ. Earum proinde afflictionum quæ contingere creduntur fortuito caſu, nonnullæ quidem irrogantur propter peccata, &c. Habes apud Simeonem Homilia ſeptima. Locos conſimiles ex hiſce commentariis decerptos conſignaui ad numerum viginti octo. Singuli quique habent adſcriptam hanc appendiculã margini, Ἐκ τῆς τοῦ Ἡσαΐου ἑρμηνείας. Atqui duplex præcedens Ecloges inſcriptio docuit è quo authore deprompta ſit vnaquæque ſententia, nẽpe è Baſilio Magno. Alter locus in noſtra editione pag. 656. c. Ἐκ τῆς παχείας τροφῆς, οἷον αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι νεφέλης δίκην πυκνῆς τὰς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐγγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσι. Ita vertimus, Ex copioſo & opimiore alimento, fuliginoſæ quodammodo exhalationes, denſæ nubis inſtar egeruntur, quæ intercipiunt illuſtrationem cœleſtis doctri-

† Sententiarii.

na

næ natam inſeri mentibus noſtris infuſione ſpiritus ſancti. Eam Simeon repoſuit homilia 5. περὶ νηστείας, de ieiunio. Temperantem verò ſiue caſtum dicimus, nõ eum in quo per ſenium morbum, aut alio quouis caſu emarcuerunt appetitus intemperantis laſciuiæ. Simeon ſic homilia 8. ex Baſilio, in cap. 1. Eſa. pag. 657. a Σώφρονα δὲ λέγομεν, οὐχ ὧ ἀπεμαράνθησαν ὑπὸ γήρως ἢ νόσου, ἢ ἀπὸ ἄλλου τινὸς συμπτώματος αἱ τῆς ἀκολασίας ὀρέξεις. Idem Simeon homilia ſuæ Ecloges 2. περὶ εὐχῆς, de oratione deſumpſit quod ſequitur ex Baſilio noſtro in illud Eſaiæ: Et ſi multiplicaueritis orationem, Οἱ δὲ ἐν τῷ βίῳ μὲν μηδὲν κατορθοῦντες, ἐν δὲ τῇ παρατάσει τῆς προσευχῆς νομίζοντες δικαιοῦσθαι, τούτων ἀκουέτωσαν τῶν ῥημάτων. Quem locum reddidimus: Qui in hac quidem vita nihil conficiunt operis quod virtutis nomine dignum ſit, ſola autem prolixitudine orationis exiſtimant ſe iuſtificari, verba hæc attentis auribus audiant. Sententiam hanc è Baſilio deſumptam retulit Simeon in ſermonẽ ſecũdum, περὶ εὐχῆς, de oratione. Duabus poſt hæc lineolis vterque ſubnectit: Ἐπεὶ καὶ ὁ φαρισαῖος ἐδόκει πληθύνειν τὴν δέησιν. ἀλλὰ τί φησιν ὁ λόγος; σταθεὶς δὲ ὁ φαρισαῖος ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν ηὔχετο, οὐχὶ πρὸς θεόν. Ἐπανήρχετο γὰρ πρὸς ἑαυτόν, ἐπείπερ ἐν ἁμαρτίᾳ ὑπερηφανείας ἐγένετο. καὶ τὰ ἑξῆς. Nos ita: Quandoquidem & Phariſæus ille deprecationes in ſpeciem multiplicabat. Sed quid ait ſcriptura? Stans autem Phariſæus hæc apud ſe orabat, non apud Deum. Ad ſui enim exiſtimationem redierat ſiquidem in peccato ſuperbiæ verſabatur. Et quæ ſequuntur. Quod ſequitur deſumptum eſt ex Baſ. in Eſa. En habes pag. 662. a Antonius in cap. 1. ſuæ Meliſſæ repoſuit, paucis immutatis: Πρὸς τὸ τοῦ ἄρχοντος ἦθος πλάττεσθαι πεφυκέν, ὡς τὰ πολλὰ τὸ ἀρχόμενον, ὥστε ὁποῖοι ποτὲ οἱ ἄρχοντες, τοιοῦτοι ἀνάγκη καὶ τὸν ἀναγόμενον εἶναι. Nos locum ita vertimus ex Baſilio: Vt plurimùm ſubiectus populus ſe ſolet conformare eorum moribus qui potentia prævalent: ita vt quales aliquando fuerint qui præſtant viæ ducatum, talis vt ſit neceſſe eſt qui in viam deducitur. Sententiam ſequentem tranſſumpſit Simeon ex Baſ. in Eſa. En habes pag. 662. f. eam repoſuit initio homiliæ 9. pro, principis mutauit τοῦ χριστιανοῦ. Sic enim habet: Μέγιστον κατηγόρημα χριστιανοῦ, πρόχειρον εἶναι εἰς πρὸς ἄμυναν καὶ παντὶ τρόπῳ ἐπινοεῖν κατὰ τῶν λελυπηκότων τὴν ὁμοίαν ἀνταπόδοσιν. πῶς γὰρ διδάξεις ἕτερον μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδοῦναι, ὁ πάντα ποιῶν εἰς τὸ ἀμύνεσθαι καὶ ἀντιλαπτῆσαι τὸν βλάψαντα, μὴ μιμούμενος τὴν πραότητα Δαβὶδ τοῦ λέγοντος, Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Nos ad exemplar Baſily ad hunc vertimus modũ: Quæ vel maxime intenditur in principem obiectio, eſt hæc. Si propenſior ſit ad expetendam vltionem, ſi modis omnibus animum eò intendat, vt vice conſimili retaliet eos qui ſe quapiam moleſtia affecerunt. Qua enim ratione is alterum edocebit exequi illud, Nemini malum pro malo reddentes, qui nihil non facit ad exigendam de inimico vindictam, & ei à quo læſus eſt, ſtudet vicẽ rependere mœroris. Talis peruerſè imitatur manſuetudinem Dauid, dicentis. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam vtique ab inimicis meis inanis. Is Simeon eadem Homilia infert ex ſuperiore loco Baſil. in Eſaiam. Οἷον γὰρ θέαμα, πῶς σεμνὸν καὶ θαυμαστόν, καὶ τὴν φύσιν ἐκβαῖνον τὴν ἀνθρωπίνην, δεῖ ἄνθρωπον πολλὰ λοιδορηθέντα, καὶ που πληγὴν δεξάμενον ἐπὶ κόρρης καὶ ἄλλα μυρία παθόντα τῶν καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀτιμίαν φερόντων μὴ ὑπερζέσαι τῷ θυμῷ, μηδὲ διαναστῆναι πρὸς ἄμυναν, ἀλλὰ πρᾴως καὶ ἀοργήτως προσεύξασθαι ὑπὲρ τοῦ ὑβριστοῦ, ὥστε καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς φθάσασιν ἁμαρτίαν συγχωρηθῆναι αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς τῆς πρεπούσης παρὰ θεοῦ ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι. νῦν δὲ ἡμεῖς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν, καὶ τούτῳ μάλιστα ἁμαρτάνομεν, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐδὲ τῷ ἴσῳ μέτρῳ ἀντιδιδόντες, ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἀμυνόμενοι. οὐκ ἐὰν ὑβρισθῶμεν μόνον, ἀλλ' ἐὰν μὴ καὶ τιμηθῶμεν παροξυνόμενοι, καὶ τοὺς ἔλαττον ἡμᾶς τιμῶντας ὧν ἀξίους ἑαυτοὺς ὑπειλήφαμεν, ὡς ἐχθροὺς λογιζόμενοι. Nos ex Baſil. vtique Magno in Eſaiam locum ita vertimus: Quale enim ſpectaculum? Quánam ratione religioſum dici queat & admiratione dignum? Non parum abeſt tale quid ab hominum natura. Aequum fuerat vt vel multis affectus contumelus ac fortè accepta plaga in capite aut maxilla, alus inſuper afflictionibus innumeris appetitus, his etiamnum malis obſeſſus quæ & opere & ſermone eum ad extremam perducerẽt ignominiam, ne ſic quidem præter modum efferueſceret indignatione, non ſaltim ad vindictam cooriretur, ſed manſuetè & animo ab ira vacuo ſe erigere debuerat ad preces fundendas pro ſuo conuitiatore, vt ei peccatum condonaretur, per ea quæ illum præoccuparant, ac deinceps efficeretur dignus decenti erga ſe Dei prouidentia. Nunc autem nos eccleſiæ principes (vt alia ſupprimam mala) hac etiam parte vel maximè peccamus, nimirùm perſequimur retaliationem. At ne quidem nobis ſatis ſit par pars in vicem referre, ſed & præter modum nos ipſos vlciſcimur. Nec modò ſi quapiam contumelia fuerimus affecti: ſed ſi non præueniamur honore, continuò exaſperamur animis. Eos ducimus inimicos, qui nobis minus honoris tribuerint, eo quo nos ipſos exiſtimamus eſſe dignos. Proinde locus occurrit non inelegans in hoc noſtro Baſil. de facultatibus iniuſtè quæſitis. Habes eum initio pag. 723. b. apud hunc Baſil. quem contulit in homiliam 15. περὶ πλεονεξίας, de auaritia aut immodica cupiditate ipſe Simeon. Ἐκ πλεονεξίας

ξίας σοι καταλέλοιπεν ὁ πατὴρ χρήματα, ἀπόδος τῷ ἠδικημένῳ. μὴ ὡς ἴδιον ἀξιώσῃς, ἁμαρτίας ἐστὶ κληρονομία. Ἀδίκως καταδυναστεύσας ὁ πατὴρ ἀφῆκέ σοι δοῦλον. δὸς αὐτῷ σὺ τὴν ἐλευθερίαν, ἵνα κἀκείνῳ κουφοτέραν ποιήσῃς τὴν βάσανον, καὶ σεαυτῷ τὴν ἐλευθερίαν παρασκευάσῃς. μὴ προφασίζου τοὺς παῖδας. παῖδές σοι, θησαύριζε αὐτοῖς θησαυρὸν αἰώνιον ἢ πλοῦτον πολύν. πάντας, &c. *Immodicáne cupiditate partas opes reliquit tibi pater? in eas fac vt conſignes & reſtituas ei qui fraudem & iniuriam paſſus eſt. Caue eas ceu tuas tibi vendices. Hæreditaria enim eſt ſucceſſio peccati. Planè tuus pater per iniquitatem dolo malo ſubiectam ad te tranſmiſit. Tu eam fac emancipes & liberam redde paſſo iniuriam, & cruciatum patri reddes leniorem, tibique ipſi veram conciliabis libertatem. Ne mihi tu prætextum cauſa opponas liberos. Tibi ſunt liberi? Tu eis theſauriza theſaurū æternum potius quàm diuitias multas. Eſt & memorabilis locus in hiſce commentariis. Habes pag. 684. a. Antonius tranſtulit in ſermonem 20. partis primæ ſuæ Meliſſæ:* Κατὰ γὰρ τὸν ὠσηὲ, κυκλώσει ἕκαστον τὰ διαβούλια αὐτοῦ. Ὀψόμεθα γὰρ ἅμα πάντα ὥσπερ παρεστῶτα ἡμῖν τὰ ἔργα καὶ φαινόμενα ἀντιπρόσωπα τῇ διανοίᾳ ἡμῶν, μετὰ τῶν ἰδίων τύπων, ὡς ἕκαστον πέπρακται ἢ ὡς λέλεκται, οὐ μὴν χρόνους γε προσδοκητέον καταναλωθήσεσθαι, εἰς τὸ ἕκαστον ἰδεῖν ἑαυτὸν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ πράξεων καὶ τὴν κρίσιν, καὶ τὰ ἀκόλουθα τῷ θείῳ δικαστηρίῳ. Ἀφάτῳ δυνάμει ἐν ῥοπῇ καιροῦ φαντασιωθήσεται ὁ νοῦς, καὶ πάντα ἀναζωγραφοῦντος ἑαυτῷ, καὶ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἡγεμονικῷ ἐνορῶντος τοὺς τύπους τῶν πεπραγμένων. *Noſtra traductio habet, Iuxta enim Oſeë* † *Circundederunt vnumquemque cogitationes & conſilia eius. Videbimus enim ſimul omnia vel in proſpectu adſiſtentia nobis quæ ipſi geſſimus & conſpicua erunt ex aduerſa facie mentis noſtræ cum propriis formis, quemadmodum vnumquodque à nobis eſt geſtum & prolatum. Alioqui præter decorum feceris, ſi arbitrere permultum temporis conſumptum iri interim dum ſinguli quique ſeipſos cum ſuis actionibus contemplentur ac ſpectent ſimul & iudicem cum his quæ diuinum illud ſequutura ſunt iudicium. Vi enim quadam indicibili, mēs momento temporis imaginabitur, ſibique opponet omnia velut delineamenta picturæ, & perinde ac in ſpeculo inſpiciet omnia in facultate animæ præcipua eorum figuras quæ à ſe geſta fuerint. Se offert & alius locus apud Simeonem homilia 20.* περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, *de principatu & poteſtate: excriptus è Baſ. in cap. 3.* Ὁ γὰρ ἀληθὴς ἄρχων οὐκ ἐκ τῶν ἔξωθεν συμβόλων γνωρίζεται, οἷον πορφύρας, χλαμίδος καὶ διαδήματος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν ἀρετὴν ἀρχικήν. ὁ δὲ ἀρχόμενος ὑπὸ τῶν ἡδονῶν καὶ ἀγόμενος ἐπιθυμίαις πολλάκις δοῦλος ὢν τῆς ἁμαρτίας, ἀνεπιτήδειος πρὸς τὸ ἄρχειν καθίσταται. *En habes pag. 680. f in hac verſione: Verus princeps non per hæc externa inſignia internoſcitur, cuiuſmodi ſunt purpura, torques ſiue amiculum prætenue & diadema, ſed per id quia virtutem obtinet principe dignam. Qui enim miſerabili iugo voluptatum premitur, ac ſeruit variis ac multiplicibus concupiſcentiis, ſeruus quum ſit peccati, ineidoneus eſt nec accommodus obeundo principatui. Succedit & loco huic alter apud Simeonem homilia 21.* περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας, *de proſperiore fortuna & infortunio.* Βασιλέως μὲν γὰρ ἴδιον ἐπιτάσσειν τοῖς ἀρχομένοις. Συμβούλου δὲ πείθειν ὑπὲρ τῶν συμφερόντων τοὺς βουλομένους. *Sententiam hanc ex Baſilio in Eſaiam habes pag. 664. a. Regis enim peculiare munus eſt imperio vrgere ſubiectos: conſiliarii autem perſuadere cupientibus noſſe quæ conducant. Hoc idem habes apud Antonium 2. libro ſuæ Meliſſæ, & apud Maximum ſermone 9. Quod in Simeone præcedit prolatam ſententiam, in verſione noſtra ſubſequitur:* Ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτάρκης ἕκαστος ἀφ᾽ ἑαυτοῦ εὑρίσκειν τὸ δέον, διὰ τοῦτο εὐεργετῶν ἡμᾶς ὁ θεὸς συμβούλους, ἀλλ᾽ οὐχὶ † ἐξεταστὰς δίδωσι, &c. *Nos ita: Neque enim ſufficiat per ſe aſſequi vnuſquiſque ac deprehendere quid ex officio ſit ac deceat, quapropter beneficus deus conſiliarios præſtituit, non item qui pro poteſtate imperent, pollicetur ſe eſſe daturum, vt ne ſinguli quique noſtrum ſecum reputent ſe veluti eſſe principes, ſed quaſi conſiliarios à Domino datos in populi ſalutem, cuiuſmodi erat Paulus conſiliarius & adminiſter noui teſtamenti, dicens: Conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à domino. Et quæ hæc conſequuntur in verſione Baſilii Magni habes apud Simeonem, homil. 21. Idem Simeon homil. 8.* Διὰ τοῦτο πᾶσα γυνὴ κακῶς κεχρημένη τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἐσθῆτος προσδοκάσθω αὐτῶν τὴν ἀφαίρεσιν. Ἐπειδὴ γὰρ πορεύονται ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, ὡς μὴ χρώμεναι τῷ ἱματισμῷ, ἀλλὰ παραχρώμεναι, κελεύονται γυμνωθῆναι τῆς δόξης τοῦ ἱματισμοῦ. Ἀφαιρεῖται μὲν τοι καὶ ἀφ᾽ ἡμῶν τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ ὁ κύριος, ἐὰν ἀναξίως κεχρημένοι φανῶμεν, καταπατοῦντες αὐτὸν καὶ τῶν σαρκικῶν μολυσμάτων ἀναπιμπλάντες. Τίς δὲ ὁ τοιοῦτος ἱματισμός; † φησὶν ὁ παῦλος. Ὅσοι εἰς χριστὸν ἐβαπτίσθητε, χριστὸν ἐνεδύσασθε, ὃν ἀφαιρεῖ κύριος ἀπὸ τῶν δι᾽ ἁμαρτιῶν τὸ σῶμα καταπατούντων, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγουμένων. *Sententiam hanc liquet eſſe tralatam à Simeone è Baſilio noſtro, qui quidem ob eximiam virtutem ac præſignem doctrinā Magni nomen emeruit, verè φερώνυμος, & idem Cæſariæ & Cappadociæ Archiepiſcopus, Gregorii Nyſſeni frater, Gregorii verò Nazianzeni contubernalis. Locum hunc habes in hac noſtra tralatione pag. 685. f. Propter hoc omnis mulier ſuo abuſa veſtitu, certò præſtoletur ſe eo ſpoliandam. Nam quia ambulabant*

† κυκλώσει *circundabit habet Antonius.*

† *Aliàs,* ἡγουμένους.

† *Deeſt quiddam.*

labant veſtes ſuas ſimul trahentes, ac ſi vſum veſtitus non requirerent, ſed contemptim & faſtidienter abuterentur, eò ſunt permiſſæ ſui veſtitus gloria ſpoliari. A nobis etiamnum auferet Dominus noſtri amictus gloriam, ſi quidem ipſo deprehẽdemur indignè vſi, eum veluti calcibus proterentes & carnalibus inquinamentis complentes. Quis porrò iſte eſt noſter veſtitus? Ait Paulus: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, quem auferet dominus ab his qui per peccata corpus ipſius proculcant, & ſanguinem teſtamenti communem eſſe ducunt. Videri poßim (ni fallor) abundè ſatisfeciſſe diluendis ſuſpicionibus Deſid. Eraſmi aduerſus hoſce commentarios D. Baſilii Magni, ſi modò trium teſtium elogiis, Simonis, Antonii & Maximi, attexuero Ioannem Damaſcenum. Hic vir vt inſigni pietate præcellens, ita nec doctrina ſpirituali inferior præter cætera monumenta ſcripturæ quæ ad poſteros tranſmiſit, tres libellos ſcripſit pro tuenda veneratione ſanctarum imaginũ. Hos abuſque Roma allatos nobiſque exhibitos opera reuerendi P. D. Ioannis Tilii Briocenſis Epiſcopi anno ſuperiore vertimus, & per prælum emiſimus. In horum tertio locos duos producit nomine Baſilii ex hac noſtra editione. Poſterior ſic habet: ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλικὴν εἰκόνα καθυβρίσας, ὡς εἰς αὐτὸν τὸν βασιλέα ἐξαμαρτήσας κρίνεται, οὕτω δηλονότι ὑπόδικος ἐστι τῇ ἁμαρτίᾳ, ὁ τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγεννημένον καθυβρίζων. *Hoc eſt, Quemadmodum enim regiam imaginem qui vllo dedecore aut contumelia aſperſit, perinde reus peragitur ac ſi in ipſum regem fuiſſet contumelioſus. Sic ſanè obnoxium ſe reddit peccato qui ad imaginem Dei genitum contumelioſè tractat. Vitam huius beati duo inſignes admodum & vitæ ſanctimonia & doctrina ſingulari ad poſteros ſcriptis tranſmiſerunt Amphilochius Iconii Epiſcopus & Helladius beati Baſilii diſcipulus, demum à funere* διάδοχος, *quippe qui ad Archiepiſcopatum Cæſarienſem illi ſucceßit. Hos ſi contigiſſet legere, de tota hac controuerſia forſan vt cumulatiora, ita & certiora daremus. Fragmenta quædam Amphilochii extant, ſed ſic corrupta vt videri poßint in media barbarie edita. Librorum quos ſcripſit S. hic (quod ſciam) non meminit. Helladii liber aut totus intercidit, aut in ſua Græcia rixatur cum tineis & blattis ac deliteſcit. De vtroque legito Nicephorum, Calliſtum, & alios aliquot veteris monetæ biographos. Interim horum quatuor fidelibus elogiis perſuaſus ſinito valere iſtos Pyrrhones, qui ad Eraſmi exemplum inſtaurãt quotidie collapſæ veteris academiæ* τὴν ἐποχήν, *& docent nihil ſcire, opinari tantum. Aſſenſum ſemper ſuum ſuſpẽdunt maximi opinatores. Tametſi decidenda quæſtio in clariſsima ac meridiana luce verſetur, ei tamen controuertunt. Mihi crede lector, multò præſtiterit iuuentutem ad hoc inſtrui, vt condiſcat admoliri manum ſtiuæ, paſtino refodere vineas, aut aliud quoduis genus vulgarium diſciplinarũ, quam vt à teneris annis tali imbuatur eloquentia (quanta quanta fuerit) erroneis ſcaturiente opinionibus, & à patrum inſtitutis abhorrente. Adoleſcens enim (ait Salomon) iuxta viam ſuam ambulat: etiam quum ſenuerit, non recedet ab ea. Vinum quò meraciùs ſumitur, hoc omni cũ dulcore ingreditur blandius. Semel illapſum intemperantiùs, mordet vt coluber. Hoſce igitur commẽtarios eloquentiſsimi interpretis, nempe Baſilii Magni, Cæſariæ Cappadociæ Preuerendi Archiepiſcopi in eloquentiſsimum Prophetam, ipſius nomine amplectere, ſuſcipe, venerare, hiſque præmonitus animæ tuæ ſaluti conſulito, ac fœliciter vale. E gurguſtiolo cellulæ noſtræ Cartuſiæ Pariſienſis, Tertio Nonas Martias, anno ab intemeratæ Dei matris ac perpetuæ virginis quinquageſimo ſexto ſupra ſeſqui milleſimum.*

Vide Laertium Dogmon.

SANCTI

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII CÆSARIÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI, ENARRATIO IN ESAIAM

Prophetam, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Pariſienſis monacho, interprete.

VISIO PRIMA.

A VIſio quam vidit Eſaias filius Amos, quam vidit aduerſus Iudæam, & aduerſus Hieruſalem in diebus Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda:* Inter ſenſuum noſtrorum organa, vnum illud eorum quę ſenſui ſubiacent, * euidentiſſimam obtinet cognitionem & intelligentiam, nempe viſus. Quę enim formidabilia ſunt, nequaquã poſſit quis auditu internoſſe perinde ac viſu. Adde quòd alia vis nulla peræquè apprehendit quid potiſſimum expetere debeas, vt viſu. Hinc factum, vt eorum quæ veritate nituntur, ſpeculatio, viſio appellata ſit, ob euidentiam ac ratam certitudinem. Eam ob rem vocabatur Propheta, Videns, ſimul & præuidens, aut à fronte videns. Lectione enim Amos ipſi didicimus dixiſſe Amaſiam: Videns vade, abito in B terrã Iuda, & illic prophetabis. Proinde Samuel in Regnorũ libro dictus eſt ὁ προορῶν, antè Videns, vel Præuidens. Ait enim ſcriptura: Vocabatur Antè cernens, vel Præuidẽs. Quòd enim perſpicaciter cernerent quid eſſet futurum ob id appellabantur Præuidentes, ſiue à fronte Videntes: Quia verò Dei ſententiam decretúmve obſeruabant, nuncupati ſunt Videntes. Porrò noſtra omnium interfuerit, nec parui, curare ſedulò, vt mẽs cõſentaneis ſibi exercitiis ad perfectionem inſtituta perſpicaci luce circunſundatur. Sanè Dei donum eſt, quum * ſpiritus ſanctus mẽtem noſtram luce illuſtrat cognitionis ad intelligenda Dei myſteria. Sed & viſione priore loco ſtatuta, expoſitionẽ verborũ ſubtexuit, vt perſpicuè doceret ſe nequaquam ea auditu percepiſſe, imò quia enunciaret eam verborum ſententiã menti ſuæ inſculptam atque inſertam. Vt enim animo conceptas meditationes aliis prodamus, vtique vſu eſt opus C vocalis organi. Deus verò eorũ qui ſe dignos reddiderunt, * principem animæ facultatem apprehendens, ſententiæ ſuæ ſuique conſilij cognitionem ipſis inſerit, Patris nomen qua ex cauſa attexuit? vt oſtenderet donum propheticalis gratiæ patri prærogatum ad ſe etiamnum velut per manus perueniſſe. *Quam vidit aduerſus Iudæam.* Iteratio hæc quid tibi vult? vt per id quidem quod priore ſtatuit loco, vſum communem exprimeret viſionis: per id verò quod poſteriore, quiddam peculiare deſignat, nimirum quæ ſit viſio hæc, qualis & quo diſcrepet ab aliis. Itaque ſunt ſermones iſti, quos Propheta vidit, ſpectabiles, hoc eſt mente cerni queunt, ad quam loquendi formulam dictum eſt in Exodo: quia omnis populus videbat vocem. Nec ſecus præfati ſunt & alij Prophetæ, puta viſio Abdiæ, Hæc dicit dominus Idumeæ. Auditionem audiui à domino, & munitionem emiſit in gentes. In Naum quoque: * Aſſumptio Niniuæ, liber viſionis Naum Helceſæi. In * Habacuc inſuper, Aſſumptio quam vidit Habacuc Propheta. Malachias quoque tranſmittens nomẽ claruram viſionis, aſſumptionem dixit, hunc in modum loquutus, Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael, in manu * angeli eius. Nomine aſſumptionis innuere voluiſſe videntur non à ſe eſſe ſortitos vim propheticæ gratiæ operantiam, ſed quia acceperint. Itaque aſſumptio eiuſmodi tantidem eſt, ac ſi dicas, donum hoc à Deo profectum. Porrò quidem hi libros ſuos nomine viſionis nuncupant: cæteri verò ſuos ſermones profitẽtur ſe audiiſſe à Deo. Ait enim ille, Verbum domini quod factum eſt ad Oſeë filium Beëri, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & in die- E bus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael. Initium ſermonis domini ad Oſeë. In Amos verò, Verba Amos quæ facta ſunt ei in * Akkarim ex thecue, quæ vidit in Hieruſalem in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam regis Iſrael, ante annos duos terræ motus. Ordo iſtorum præ eo qui apud Eſaiam conſeruatur, præpoſterus eſt. Illic enim præſtituitur viſio, mox ſermones ſubtexuntur. *Audi cælum.* Hic ſermonibus priore loco poſitis, viſio ipſa ſubſequitur. Verba enim Amos, nõ item viſio Amos: non quæ audiuit, ſed quæ vidit. Proinde in Michæa: Et factus eſt ſermo domini ad Michæam Moraſthiten in diebus Ioatham, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, ſuper his quæ vidit de Samaria & Hieruſalem. Et, Sermo domini, qui factus eſt ad Ioel filium Bathuel. Et, Fact⁹ eſt ſermo domini ad Ionam. Et, Sermo domini qui factus eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ, filij Ammoriæ, filij Ezechiæ, in diebus Ioſiæ F filij Amos Regis Iuda. Peculiari quadam ratione apud Aggæum & tempus deſignatur, & prophetici ſermonis depromitur acceptio. Ait enim: In ſecundo anno Darij regis, menſe ſexto, vna menſis factus eſt ſermo domini in manu Aggæi Prophetæ. Dictum hoc, In manu, meo quidem arbitratu, tantidem eſt, & equipollet dictioni illi, quæ aliorum monimentis inſcripta eſt, nẽpe λῆμμα aſſumptio. Quin & in Zacharia: Octauo menſe anni ſecundi Darij, factus eſt ſermo domini ad Zachariã filium Barachiæ, filij Addo, prophetam in diebus Oziæ & Ioatham & Achaz & Ezechiæ. Temporum obſeruatio non mediocre adfert lectori ope-

 ræpte-

* Pro ἐμφανέστατον, legi & interpretor ἐναργεστάτην.
1. Reg. 9.
* τὸ πνεῦμα.
* Mentem ſoluit.
* λῆμμα, vide Hieron.
* חבקוק
* Sine nomine.
* Lege Hieron. in Amos. pro quo Complutenſis habet ἐν Ἀκκαρεὶμ
Cap. 1. a
Intelligendis Prophetis temporũ obſeruatio neceſſaria.

tæpretium. Per eam enim dignoſcitur & eluceſ-
cit, ante quantum temporis prędicta poſt quantú
temporis eueneriot. Et quia quú abundaſſet mor
bus, ſuperabundauit & Dei prouidentia. Plurimi
enim eodem propemodum tempore inter ſe con
Oſee. currerunt. Oſeë in diebus Oziæ, & in diebus Hie
Michaas. roboam. Michæas in diebus Ioatham & Achaz.
Sophonias in diebus Ioſiæ filij Amos. Reliquorú
proinde nonnulli quidem minimè adſcripſerunt
ſuis propheriis tempora. Alij autem Barbarorum
regna obſignarunt, tanquam comperrinta, quòd
ea tempeſtate latiſſimè rerum potirentur, ſuúm-
que fuſiſſimè propagaſſent imperium. Aggæus,
A Zacharias, Abdias, Naum, Abbacuc, Ionas & Ma-
lachias mentionem temporum ſuppreſſerunt. At
qui plures patrum memioere. Et fortè illi quidé
acceptiores reddi eò potuere, quod ex illuſtri ge
nere maiorum prodiiſſent. Quo enim quiſque eſt
ſanguine clarior, hoc apud pleroſque omoes ma-
iorem impetrat fidem. Contrà, qui ex obſcuro &
iguobili prognati ſunt, ferè tranſmittuntur ſilen-
tio. Amos tamen quem allectum habemus in claſ
ſem Prophetarum duodecim, non is eſt pater E-
ſaiæ. Non enim eadem eſt vtriuſque pronuncia-
tio, nec idem quod ab vtraque voce prodit, ſigni-
ficatum *. Illud enim denſiore ſpiritu pronuncia-
tur: hoc* magis tenui. Quin & ſignificatum alte-
rutrius differt ab altero. Nomen * enim patris E-
ſaiæ, iuxta linguæ proprietatem, ſubindicat: ςερέω-
σις, δύναμις καὶ ἰσχὺς, hoc eſt, firmamétum, virtutem
& fortitudinem. * Illius autem Prophetæ dictio
exprimit ſermonem durum. Prophetia Oſeë vi-
B detur prior fuiſſe, quàm quæ Eſaiæ eſt: quòd ab il
lo dictum ſit, Principium verbi domini ad Oſeë.
De hoc Ozia habes. 2. Par. 26. qui idem dictus eſt Azarias. 4. Re. 15. Sciendum tamen, quia Ozias hic idem eſt qui &
Azarias dictus eſt. In priore enim Paralipomenó
libro, Ozias eſt dictus: in ſecundo autem Regno-
rum, Azarias. Patris tamen matriſque* nomina
comperta ſunt. Eius enim mater * Chalia: pater
autem Amaſias. Prophetauit verò Eſaias anno re
gni Oziæ quinquageſimo ſecundo. Oſeë item &
Amos. Sed quia principium verbi domini ad O-
ſeë, videndum an fortè hic primus prophetare ſit
exorſus, quándoquidem & Amos ante duos annos
terræ motus atteodédum num ante viſionem E-
ſaiæ, in qua ait: Et eleuatum eſt ſuperliminare.
* ἐν τῷ πρωτέρῳ vero rius ſuperſtitiore. * Pro Chalia l. ge Ierubala.
*Audi Cœlum, & auribus percipe terra, quia domi-
nus loquutus eſt.* Quandoquidem prophetia hæc
edita eſt tempore illius reprobæ generationis,
nec in hominibus haberet Eſaias qui ſe exhiberet
attentum eius auditorem, ipſam cum cœlo terrá-
que diſertè loquens, ediſſerit. Eſt enim data lex
iiſdem teſtibus, dicente Moſe: Conteſtor vobis
hodie cœlum & terram. Rurſus, Attende cœlum
& audi terra verba ex ore meo. Vtique quo tem
C pore lex primùm data eſt, conueniebat hoſce aſ-
ſumptos teſtes in argumentum & probationem
accerſiri ad coarguendam ipſius legis præuaricatio-
Deut. 31. & nem. Ait enim. Aduocate ad me tribuum veſtra-
* γραμματεῖς, literarum eruditores. rum principes, ſeniores veſtros, iudices & * ma-
giſtros, vt loquar in auribus eorum, & conteſter
eis cœlum & terram. Obſeruatum autem eſt, quia
ſermo hic ad canticú collatus quiddam habet cō-
trarium. Illic enim, Attéde cœlum, aut iuxta alias
editiones, Auribus percipe cœlum, & audito ter-
ra. Hìc verò, audi cœlum & auribus percipe ter-
ra. Nam cum ſublimia depromat voce, nec ſit mo
tius à deo abſit, cœlum tanquam è vicino conſi-
ſtens in teſtem aſciſcit & vt hoſce ſuos ſermones
inſerat auribus, adhortatur. Hunc enim ſenſum
indicat illud: Auribus percipe. Elongatus verò à
cœleſtibus, cum cœlo ipſo tanquam longius exi-
ſtente confert ſermones, dicés: Audi cœlum. De
terra idem protſus ſentiédum. Ob hoc & Moſes
quidem quaſi in vicino habés cœlum, ad promo-
tionem populi ait: Attende cœlum ſiue auribus
percipe, vt & alij habent interpretes. Eſaias auté
populo in peccatis conſiſtente & niſi terrena reſi D
piente, quaſi in propinquo conſiſtentem terram
iubet auribus excipere ſermones. Hunc enim ſen
ſum indicat illud: Auribus percipe, aut * metony-
micè, vt cœlum tranſſumimus pro incolis cœli,
quemadmodum & ciuitatem pro his exponimus
qui incolunt ciuitatem, & terram pro omnibus * μετωνυμικῶς.
qui in ea verſantur. Hoc eo dixerim, vt nequi ve-
ſtrum ſinant ſe hinc pertrahi in fraudem erroris,
vt arbitrentur cœlum ac terram animata eſſe. Hac
enim ratione cœlum prędicatur thronus eſſe ſiue
ſedes dei, quòd cœleſtes illę virtutes in ſe retineát
ſtabiliter inſidétem dei cognitionem. Terra item
ſcabellum pedum dicitur, quòd homines in terra
degentes vix tandem poſſint capere quæ vel ex-
trema de deo celebrantur. Secundum hoc dictú
eſt, vir aſtutus, ſedes eſt ſenſus: ſedes autem igno-
miniæ, mulier odio habens quæ iuſta ſunt. Quem
admodum enim ſe habet ſedes ſenſus qui ſeoſat*
eſt, cordatus ac prudens: ita & qui intellexit quæ
ſuprema ſunt enarrationis de Deo: *Quia dominus
loquutus eſt.* Neglectim tranſmittere nec velle au E
dire ſermones domini, res eſt protſus plena for-
midinis & expaueſcenda. *Filios genui & exaltaui
ipſi autem ſpreuerunt me.* O dei erga nos clemen-
tia. Cum iſtis expoſtulat dominus ius allegans ſu- * ὁ ἀφρὼν ...
um & cauſificans, vt vel luculentis argumentis cō
uictos plectat pro cuiuſque merito: *Filios genui
& exaltaui,* Subſiſtit homo anima & corpore cō-
ditus. Caro è terra: * anima cœleſtis. Quum igi- * Locus ...
tur inter vtrunque congener quædam intercedat
cognatio, ea coarguit peccatum quòd in tanta fa-
miliaritate confœderatis deprehenditur: *Filios
genui, & exaltaui.* Generationis duæ ſunt nobis
ſpecies. Vna eſt qua conformamur Deo, quę ope
ribus perficitur & dogmatum ſuſceptione, quem
admodum Paulus per Euangelium gignebat re-
fingens eos qui fide exciderant & veluti parturi-
gine laborás reformabat ad pietatem. Eſt autem
& altera quædam, nempe introitus ad hác vitam,
vt eſt illud: Hic liber generationis cœli & terræ.
Sed enim vtranque hanc obiicit & opprobrat Iu-
dæis, quòd ex nihilo conditi, ad imaginem ſu-
per dei facti ſint. Hoc enim eſt & genitos eſſe &
exaltatos. At ne ſic quidem gratias egiſtis tanquá
creatori, neque vt aſſimilaremini ceu patri veſtro
pro virili contendiſtis. Veriùs iſti per ſubdolam
tergiuerſationem contempto deo, diabolum ſibi
aſciuerunt in patrem, iuxta eam dicendi formu-
lam: Qui facit peccatum, ex diabolo genitus eſt.
Dominus item illis malignantibus ait: Vos ex pa
tre veſtro diabolo eſtis. Magnis vtique æſtiman-
da eſt iſthæc inſimulatio, quòd qui filius eſt &
corporali generatione perfruitur, erga ſuum ge-
nitorem ingratum ſe exhibet. Planè intolerabili
eſt

eſt odio dignus, qui ad id honoris faſtigium prouectus eſt, vt conſors fieret cœleſtium bonorum, & ne ſic quidem perſeuerat in charitate erga tanti beneficij autorem. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus me non intellexit.* Boui & Aſino confertur dei contemptor. Neque enim quum in honore eſſet, intellexit: quare comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt eis. Equidem tales ſunt qui non recta ratione ſed pro affectionum impetu ſuam inſtituunt vi-
A tam, à vacuitate rationis tranſuerſim abrepti ad pecuniam & brutalem vitam. Ad exprimendam verò ſimilitudinē, ea aſſumpſit animalia quæ nobiſcum educantur & vernacula conſuetudine notiora ſunt, vt vel ſuppudeſcamus iſtis deprehendi inſipientiores & ad ea collati minus obtinere beneuolentię, quam refundamus in poſſeſſorem noſtrum. Bos ſiquidem nobis mancipatus eſt ad agricolationem vt cooperetur, qui & ſui paſtoris vocem intelligit, eúmque agnoſcit qui pro conſuetudine ſibi porrigit pabulum. Aſinus vel non iuſſus rectà contendit ad conſueta ſtabuli ſui loca. Quòd ſi iſtis vtique rationis expertibus tanta ineſt familiaritas erga ſuum prouiſorem: quantam dilectionis menſuram erga deum, par eſt repoſci à rationali creatura? Obſerua autem, quia teſtimonio iſtius ſcripturæ probatur bos præ Aſino pleniorem obtinere intelligentiam. Bos enim ſuum nouit poſſeſſorem: Aſinus autem præſepe, idque ſolùm docente ſcriptura, quò animal ſit ſuffarcinando ventri deditiſſimum, eóque locum agnoſcit & ſolùm ſuæ voluptati deſtinatum. Bos ve-
B rò nōnullam habet & eam vtilem intelligentiam propriæ honeſtatis ac boni. Hinc factum, vt cum animalia ſint nullam inter ſe habentia familiarē conſuetudinem vetitum ſit in Deuteronomio arare in Boue & Aſino, in vnum: hoc eſt, eum qui ſit expromptus animo & laborum toleranti connectere, ei qui ſit voluptatum amantior & captiuus tenetur affectibus. Non enim de bubus cura eſt deo: ſed id noſtri cauſa ſcriptum prorſus eſt. Contrà autem, alio loco copulātur: Beatus enim qui ſeminat ſuper omnem aquam, vbi Bos & Aſinus calcant: hoc eſt, qui ſermone ad docendum appoſito, exuſcitat vim animę generoſam ac laborum patientem, nec eius obſequitur voluptatibus. Quemadmodum enim Aſinus, animal geſtandis oneribus natum: ſic & concupiſcibilis portio animæ onere peccatorum prægrauata peſſum it ac præcipitatur. Equidem Bos ſuum nouit poſſeſſorem: Iſraël autem me nō nouit ſuum creatorem. Et Aſinus præſepe agnouit ſui domini: Iſraël au-
C tem me non intellexit. Et præſepia quidem multa ſunt, at certè Aſinus nuſquam aberrat à præſepi ſe poſſidentis. Deus autem quum ſit vnus, populus perfidus & immemor beneficiorum poſt eos hallucinatur & deerrat qui nihil minus ſunt, quàm dij. *Me non intellexit*. Qui cœlo enarrante innoteſco, qui terra marique me exhibeo cognobilem, qui per ſolem, lunam, aſtra, denique per omnem creaturam nulli non palàm ſignificor. Peculiari quidem ſimilitudine bouis expreſſus eſt Iſraël: Aſini autem ſimulacro ſimplex ac rudis popellus. Quantò enim differt Bos ab Aſino, tantidem eſt diſcriminis, ſi Iſraël (qui* videns deū interpretatur) cum vulgo componatur qui populus appellatur abſolutè. *Ve genti peccatrici, populo pleno peccatis, ſemini nequam, filiis ſceleratis.* Gens & populus plerunque dicūtur coniunctim ſicuti eſt illud: In multa gente, gloria regis: in minoratione autem populi, contritio præfecti. Illud item. Vt quid fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania? Nunc autem exorſus eſt ab eo quòd gens ipſa peccatrix ſit, grauitatem exaggerans ipſo progreſſu ſententiæ: Plenus enim peccatis redditur populus. Et quòd ab eo profluit ſemen nequam, filij efficiuntur iniqui. Quemadmodum enim promotio ad virtutem à minoribus ſuum ſortitur incrementum, vt ad id proue-
batur quod præſtantius eſt: ita & malitiæ ſcaturi- D
go latius ſe effundens ſumpto initio ab iis quæ minora ſunt, ad id tādem fertur quod immedicabile eſt. Conſentaneum proinde eſt & valde ſecundum naturam, ſemen referri ad filios. A ſemine enim ad hoc progreditur natura, vt generētur filij. Nec id modo ſecundum generationes corporum: ſed & iuxta animæ promotionem per doctrinæ ſemina, ſicut auditores ſuſceptis doctrinia eo vſque promouentur, vt morum ſimilitudine ſuos exprimant doctores, quare & filij appellantur, ſiue filij regni cum exceptis ſalutaris doctrinæ ſeminibus, ſecundum ea degentes perficiuntur, aut gehennæ filij ſi quidem per peruerſam & improbatam doctrinam ſibi ipſis concilient perditionem. Peractis hæc eſt obiurgatio, quòd tota gens nuncupetur peccatrix, ac ſi ne vnus quidem in tota gente quidpiam recti operis cum laude conficiat. Populus inſuper plenus peccatis, quaſi E
nullum non genus iniquitatis & flagitij ab ipſo exerceatur. Sed & quòd obiectiones malitiæ aduerſus eam ciuitatem deprehenderentur, ceu dictum eſt: *Plenos omni iniquitate*. Et illud: Nondū enim completa ſunt peccata Amorrhæorum. Quódque ab ipſo ſaluatore dictum eſt: Implete & vos menſuram patrum veſtrorum. *Semini nequam*, hoc ſcilicet quòd ab inimico homine, nempe zizanium puro frumēto interſertum eſt & inſperſum, quod vt primùm adoleuit & maturuit, in filium euaſit iniquitatis, filium inquam perditionis & gehennæ. Ob hoc digni ſunt qui deplorentur & quos proſequamur luctu qui pro eo quòd filij eſſent altiſſimi, filij facti ſunt exleges & iniqui. Pro eo quod non perſeuerāt in diuiniore ſua regeneratione, ſemen fiunt nequam, niſi quòd cōſueta eorum malitia in primis noxia eſt poſſidentibus eam. Exitus enim malitiæ eſt, quòd ſecum
diſſidet. *Dereliquiſtis dominum, & prouocaſtis ſan-* F
ctum Iſrael. Quod dari poteſt maius argumentū malitiæ, quàm ab eo deficere qui verè bonus eſt? Quæ vſquam grauior exuperantia malignitatis, quam eum exaſperare, quo nihil melius ac placidius? Eadem & apud Hieremiam coarguuntur: Me enim dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Pro modo ac quantitate iſtius derelictionis, ſinguli quique ſibiipſis theſaurizant menſuram iræ in die retributionis. *Abalienati ſunt retrorſum.* Hoc ex editione Theodotionis appoſitum eſt, velut interpretantis illud: *Dereliquiſtis*, hoc eſt, abalienaſtis vos à deo, quod prolapſi ſitis in peius. Quemadmodum enim is qui ad perfectionem contendit, in anteriora extendit ſe: ita & peccator in id

Deut. 22 b

Eſa. 32.

Pro [illegible] lego [illegible]

* [illegible] Hanc interpretationem vocat Hieronymus violentam. Reliqui omnes dei, vel à dilectione dei dicuntur.

quod ponè eſt, rettocedit ſe elongans à domino, quamobrem & diſperit, dicente ſcriptura. Ecce qui elongant ſe à te, peribunt. Ad hunc igitur modum vitam noſtram inſtituamus, vt quæ præterierunt, nunquam præſtantiora eſſe cenſeamus ſuturis aut præſentibus. Hoc enim facto interdicit Eccleſiaſtes dicens: Ne dixeris, quoniã dies priores boni erant præ his: quia non in ſapientia interrogaſti de hoc. Si enim qui præceſſerunt dies, meliores fuiſſent: meritò nobis diceretur: Tanta paſſi eſtis fruſtrà, bonis veſtris operibus ad nihilum redactis, quòd quæ tandem ſutura erant, neglexiſtis præuidere. Ait enim Ezechiel: Iuſtus

Ezech. 33. c

A ſi auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem iuxta omnes iniquitates quas fecit iniquus, omnes iuſtitię eius non ampliùs erunt in memoria In peccato ſuo in quod * prolapſus eſt, & in peccatis ſuis quibus peccauit, in ipſis morietur: *Quid vltra percutiemini, addentes legis præuaricationem?* Quod dicitur, tale eſt: Pro peccatis veſtris eruditionis gratia vos flagellis cædebam. Ne ſic quidem illos pœnitebat malè commiſſorum, vt etiam ampliùs delinquerent. Vrgebam ſemper & prioribus vehementiore cum acrimonia flagella admouebam, ſic vt nulla non pars corporis admonitionis gratia oppreſſa eſſet diris verberibus. Interminatur quidem ſcriptura ſe viſitaturam in virga ipſorum præuaricationes & in verberibus iniuſtitias eorum qui emendabilia commiſiſſent peccata. Sed enim his qui immedicabiliter peccaſſent, dicit: Quid vltra percutiemini? Percurſis omnibus plagis, omnes contempſiſtis, nihili duxiſtis flagra quę ad conuerſionem veſtram facere debuerant. Prorſus vos manet vna confractio.

Hæc vox animi eſt nõ habentis in promptu quid

B ſtatuat ac deſperantis correctionem, quemadmodum & in Ezechiele: Zelus meus recedet à te & non iraſcar aduerſum te. Earum proinde afflictionum quæ contingere creduntur fortuito caſu, nõ nullæ quidem irrogantur propter peccata, quædã autem ad correctionem morum eorum qui tentantur, aliæ verò pro extirpandis & è terra delendis his quorum ſpes correctionis deplorata eſt, vt in Pharaone. Talibus igitur non iam vllam ſpẽ promittentibus futuræ emendationis, interminatur ſententia hæc ſublationem è medio: *Omne caput ad * dolorẽ, & omne cor ad triſtitiã.* Cur vltrà percutiemini vos, quorum & corpora & animæ flagris dirè conciſa ſunt, neque hinc vlla ſequuta emendatio eſt? Caput omne miſerè cruciatur, cor omne mœrore contabeſcit. Nullum omnino peculiare corporis membrum inſinuat nomine capitis. Ac ſi diceret ipſam diutinam immorationem confirmati doloris: ſed, omne caput pro eo ac ſi dicat, ipſi ad vnum vſque homines, iuxta ſcripturæ conſuetudinem. Accipite enim primitias

C ab omni ſynagoga ſiue cœtu filiorum Iſraël per cognationem, per populos, per domos familiarum, per numerum, ex nomine ipſorum, per caput ipſorum. Gens ſiquidem quum tota peccatrix ſit, populúſque omnis plenus peccatis: ob id ad omnes peruenit ſupplicium. *Et omne cor mærens.* Refertur hæc particula ad populum propter peccata in captiuitatem abductum: *A pedibus vſque ad caput non eſt in eo ſanitas, neque vulnus, neque cicatrix, neque plaga tumens.* Illud, caput pro toto accepit homine. A pedibus abuſque caput, nõ eſt in eo ſanitas: neque vulnus, neque vibex ſiue cicatrix, neque plaga tumens, hæc eò adiecta quòd ob vnumquodque peccatum inuecta ſint flagella ab eo qui ipſorum obibibat prouidam curam. Ad hæc dicendum, quia vulnus ſolutio eſt contiguæ continuationis corporis, idque interciſa contiguitate ſecundum exiguam partem quandam. Vibex ſiue cicatrix veſtigium eſt incuſſæ plagæ ſubcruẽtũ & ſugillatum, colliſo corpore per repercuſſionem eius qui cecidit. Idque veſtigium ſe colligit circa quandam portionem corporis. Phlegmone tumor ſcilicet ignitus calloſa eſt & feruens collectio humorum ad partem infirmam confluentium & portionem morbo laborantem in naturali feruore inflammantium. Quid innuit ſententia hæc? Nimirum in genere omnes ad vnum infirmitate eſſe detentos. Neque enim (ait) vt vulnus, non quaſi vibex, non item velut tumens plaga vos ita apprehendit hæc ægritudo: ſed ad vnum omnes continentes inuaſit malum hoc, adeò vt omnia hæc, vulnus, vibex, & plaga permiſtim confuſanea ſint: *Non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.* Quandoquidem iſthæc languens ægritudo ſuperior euaſerat vulnere, vibice & plaga per inflammationem intumeſcente, nõ iam integrum eſt imponere malagma, quemadmodum fieri ſolet ad plagam, neque oleum vt ad vulnera. Ait ergo, Nullum iam operæpretium, nihil auxilij expectandum ab hiſce fomentis.

Vulnus quid. Vibex ſiue cicatrix. Phlegmone.

D

Quæ enim contigerunt, ſuperant medelam: quippe quæ grauiora ſunt, quàm vt his venia condonetur. Porrò quidẽ vulnera ſunt in eccleſia ſchiſmata, hoc eſt ſciſſuræ ſiue ſectæ: vibicea autem corda ſunt, quæ licet obduxerint cicatricem, ſubter tamen purulentia & ſanie redundant. Phlegmone verò, tumor ſcilicet & collectio feruidi humoris eſt elatio animæ per falſam ſui exiſtimationem intumeſcentis & per hoc ſe eleuantis aduerſus ſcientiam Chriſti. Atqui malagma, hoc eſt fomentum ſermo eſt cum manſuetudine & æquabili moderatione omnem ſtultè conceptam elationem ad humilitatem reuocans. Oleum verò ſermo eſt, qui commiſerando & conſentiente affectu mitigat ac detergit fraudulentam doloſitatem, ſupputulentiam & aſperitatem eorum qui in hypocriſi loquuntur mendacium. Denique alligatura ſermo eſt ea contemperans & coniungens, quæ ſolicitabant ad promouendam ſeditionem. *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igni ſuccenſæ: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant eam. Et deſolata eſt, ſubuerſa à populis alienis.* Simul atque decidit à ſpe futuræ correctionis, cladem extremam interminatur quæ quidem nequaquam contigit temporibus Eſaiæ: At certè conſuetudo hæc prophetiæ eſt peculiaris, vt quæ in futurum euentura ſunt, enarret quaſi iam facta, ſicuti eſt illud: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Vt enim certo certius perſuaderet et ſuper exitu rerum quas prędixerat citra controuerſiam euenturas, id quod futurum erat accommodauit præterito. Porrò hæc contigerunt, quo tempore in Babilonem abducti ſunt captiui, & terra ſuis exhauſta eſt habitatoribus. Ciuitates incendio conflagrarunt, & ab iis qui ex Media miſſi erant, colonis eorum regio

Vulnera. E Vibices. Phlegmone. Malagma. Oleum. Pſal.

deuorata

deuorata eſt, cernentibus ipſis qui fuerant derelicti, quo etiamnum tempore ipſorum regio omnis ſubuerſa eſt ab alieois populis. Iuxta verò ſublimiorem intelligentiam quæ iam olim facta ſunt, nobis ipſis accommodemus. Si quando ipſi deſciuerimus à deo oostro, manúſque noſtras expanderimus ad deum alienum, tūc trademur manibus alienigenatum qui nos ad extremam redigant vaſtitatem, déorque peſſum. Quæcunque enim mala illi populo peccanti inteniata ſunt, licuerit & in nobis ipſis perſpicere: *Terra veſtra deſerta.* Pleriſque locis ſcriptura terram vocat animam quæ ſuſcipit ſemina verbi, vti ſumus educti in Euangelio per dominicam parabolam, quia quædam quidem ſemina ceciderūt in terram bonam doctrinæ diuinæ capacem & apprimè accōmodam fructificationi. E diuerſo deſerta quæ ſapientiam non habens, neque ſermones ſapientiæ talis vitam ſuam minimè inſtituit ad rectitudinem iuſtitiæ, neque in veritate ambulat: *Ciuitates veſtræ igni ſuccenſæ.* Ciuitas cœtus eſt hominum ea diuerſis exercitiis atque inſtitutis conſpirantium ad commuoem vitæ ſocietatem, id quod multam in ſe cootinet vanitatem, ligna, fœnum & ſtipulam: quare die iudicij ea urenda ſunt, & cœtus impiorum ſuccendentur igni. *Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* Quum merito vitæ prioris & conuerſationis bonæ anima exuberarit fructibus Spiritus ſancti, nimirum Charitate, gaudio, pace, longanimitate, benignitate, ſecundum hæc, ſi cogitatiooes à ratione abhorrentes in eam animam impreſſione facta abſumpſerint ante actæ vitæ ſudores, adde, & ſi in operatione quæ per vitam animæ negotioſam ſiue actiuam tranſigitur, nos ipſos dedamus impuris dæmoniis, terra noſtra euertitur ab alienigenis & peſſum it. Siquidem dei agricolatio, dei ædificatio ſumus. Tantiſper enim dum manemus palmites in vite, Chriſto fructus edentes qui nos deceant: deum obtinemus agricolam. Quòd ſi deſciuerimus à viuificāte nos radice fidei qua in Chriſtum tendimus, vtique perarefacti extra vineam proiiciemur illo igne conflagraturi. Et quidem ædificatio noſtra, ſi à doctrina pependerit nobis minus conuenienter vitam hanc exigentibus, ſubuertetur. Niſi enim * in fundamento Apoſtolorum perſeueremus ædificantes precioſa & honore digna, quaſi nullo ſubnixi fundamento, cum impetu præcipites ibimus, fiétque ruina nobis non exigua. Quaſi enim temperantiam ac ſobrietatem deuorat incontinentia & luxus vitæ profuſior: ſimplicem animi candorem in diſpertiendo ſua caedit cupiditas cōgerendæ pecuniæ vim efficacem diligendi abſumit ſtudium accendendæ inimicitiæ. Spectaculum igitur miſerabile eſt cernere animam præfertili fructificatione bonorum operum exuberantem dedi in deuorationem inimicis qui de noſtra quidem deſolatione vnquam exatiantur, donec ad extremam perniciem nos deduxerint. Subuerſio eiuſmodi fit per improbata documenta, periode ſi anima ſolo tenus allidatur malignitate à fide aberrantium. Deſolatio autem ſiue vaſtitas fit quom anima priuatur iis quibuſcum conuerſari ritè conſueuit. Fit hoc per quàm facilè circa humanam animam. * Vide enim mihi tu iuuenem quempiam à puero in ſplendida byſſo intra ædes educatum, alacriter & ſtudioſe ad orationes prodeuntem, nullum tranſmittentem beneficentiæ officium, æterni illius iudicij memorem, iugiter acquieſcentem ſermoni doctrinæ, talem denique mihi conſidera in fornicationem prolapſum. Quonam pacto poſt abolitionem prioris continentiæ, poſt deſolationem tantorum fructuum, deinceps miſerabilem illum è proximo conſequitur omnimoda euerſio priorum laborum? Iſthæc conſcientia admiſſi facinoris non iam eum comitatur, vt ſe conferat ad orationis locum, quòd nequaquam perſtitit in officio ordinéque fidelium. Excidit enim. D
Non item in tractu conſiſtit eorum qui in arcano receſſu deflent. Illum enim ſuppudet. Fit hinc ad orationem cunctatior. His qui cauſam exquirunt commentitias nectit excuſationes. Reſpondet vrgeri ſe ab vno aliquo, quare non iam opperior hntam communionis, & ob hoc ante orationem fidelium ſe ſubducit, vt ne deprehendatur eius ſimulatio. Deinde ſenſim contracta conſuetudine illius mentiſe inſerit meditatio, vt ab arrepto propoſito deficiat, denique ad omnimodam perditionem per varios errorum anfractus adducitur. In genere autem iſtis malignis poteſtatibus ac reprobis peculiare eſt hoc, nunquam ſecedere ab his quos oſtenderint ſemel eſſe deſtitutos fructibus iuſtitiæ, priùs quàm implicuerint eos erroribus circa cognitionem veritatis: *Derelinquetur filia Sion ſicut vmbraculum in vinea: & ſicut tugurium in cucumerario.* Iuſti Dei iudicij argumentum exhibet ſimilium retributio. Dereliquit Dominum, eam ob cauſam derelinquetur filia Sion, nihilominus ſuam adhuc tuetur ac retinet erga illam, benignitatem. Filiam nominat, priore illa agnominatione eam reuocās quam obtinuit priùs quàm ſe abalienaſſet: *Derelinquetur ſicut vmbraculum in vinea.* Ad cuſtodiam fructificantis vineæ, vmbracula ſiue tabernacula deſignantur. Sanè quidem quum præfertili copia fructuum exuberatit vinea, tunc inſtruitur vmbraculum, omníque diligentia digna habetur, vt qui cuſtodiæ præficitur, vndequaque obſeruet, ne fortè qui prætergrediuntur viam, eam vindemient. Quòd ſi contingat eam infrugi eſſe, eiuſmodi cuſtodiæ neglectim prorſus tranſmittuntur. Ob hoc Iſraëlitico populo intentat derelectionem, quòd minus atque conueniebat, fructificarit. Ipſi igitur formidemus ac vereamur, ne deprehendamur fuiſſe infructuoſi, vt ne viſitatione Dei deſtituamur. Qui nos obſeruat ac tuetur, ſpiritus ſanctus eſt. Sanè quidem anima quum vberes ex ſe fructus ediderit, planè dignos qui in æterna illa apotheca recondantur, perſeuerat & fœtus ſeruat incolumes longéque abarcet ac deterret inſidioſam molitionem illius * feri agreſtis, ſi quando ſua agricolatione profert vuam fellis, & botrum amaritudinis, eam infrugi animam ille ſpiritus in medio deſerit diſcrimine, tum ab omni efferata & beſtiali cogitatione proculcatur, ab omni proteritur concupiſcentia prorſus vacua rationis. Scriptura multis adeò locis figuratè populum Iſraëliticum inſinuat nomine vineæ, ceu illud eſt: Vineam ex Ægypto tranſtuliſti. Et, Vinea facta eſt dilecto. Et, Ego autem plantaui te vineam fructiferam, omnem veram. Quòd ſi Iſraël, vinea: vineæ porrò

* ὀπωροφυλάκιον, pomorum cuſtodia. E

* τοῦ μονιοῦ τοῦ ἀγρίου, porci qui & ſingularis feri. F

iſtios vmbraculom ſine tentorium fortè domus eſt templi. Dicebatur enim tabernaculum ſiue tentorium gloriæ. Et, Tabernaculum, vbi habitauit in hominibus. Equidem vinea illa quandiu vberes edebat ex ſe fructus, tandiu ad eius tutelarem cuſtodiam conſtiterat tabernaculum illud. Poſtquam autem is qui ipſam plantauit, expectabat vt faceret vuam, protulit autem ſpinas, quibus Dominum coronarunt, eàque omnis conuerſa eſt in amaritudinem. Fecit autem vuam fellis & botrum amaritudinis, proinde in eſcam dederunt Domino fel. Eam ob rem, in extremo diſcrimine, vineæ iſtius tabernaculum auxiliari ope deſtitutum eſt.

A Ecce enim (ait Dominus) derelinquetur vobis domus veſtra deſerta. Tunc iſtius oraculi comminatio plenius conſummata eſt. Siquidem in mediis conſiſtens periculis derelicta eſt ſicut tabernaculum in vinea. Ex illo tum tempore mandatum eſt nubibus, ne deinceps pluant ſuper eam vineam imbrem. Quocirca apud eos, non amplius prophetæ, non iam eos gratiæ cœleſtis: ſed conculcatio facti ſunt in terram incultam & vaſtæ ſolitudinis. Sepes enim ac maceriæ populi illius ſublatæ ſunt & ſolo coæquatę, ablata nimirum eſt ſanctarum virtutum ſubſidiaria protectio vt hodie ritus quoſdam exequantur olim lege interdictos, hoc ipſum illis cedit in perditionem. *Et ſicut tugurium in cucumerario.* Inſtante autũno ad cuſtodiam fructuum molliorum, puta cucumerum, quædam extrui ſolent munimenta. σικυήλατον. igitur cucumeratium, locus eſt fructuũ momento & breui tempore fugacium, plus aliquanto

B oblectationis, quàm vtilitatis exhibentium. Talis nimirum lex illa fuit, vſum obtinens temporis exigui. Eius enim obſeruatio ac ſeruitus temporaria quum eſſet & exiguo floruiſſet tẽpore, dein formulam inſtituendæ vitæ contradidit vero ac ſolidiori cibo, ad præſcriptum videlicet doctrinæ Euangelicæ. Itaque derelinquetur Sion & tanquam ὀπωροφυλάκιον, hoc eſt, quaſi cuſtodia teneriorum fructuum. Mollis enim & teneri corticis fructus vtique non ſolidus eſt, nec diu conſiſtens cibus: ſed molliculus ac temporarius. Talis autem lex. Imitatur ſiquidem latriam Deo debitam, non item ipſam veritatem latriæ obtinet, eóque eſt exemplar & vmbra cœleſtiũ. Iam quando vniuſcuiuſque anima conſertor vineæ, vti in Pſalmo: Vxor tua ſicut vitis abondans, ait & dominus: Ego vitis, vos palmites. Verẽdum nobis, ne quando nos anteuertant apprehendere iſtæ comminationes, non redditis fructibus quos conueniebat rependere. Forſan enim & hoc quidem tabernaculum corpus eſt quod inhabitat ſpiritus ſanctus. Num nam neſcitis, quia corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti? Vinea enim

C anima eſt, à qua repoſcitur copioſa vbertas fructuum, planè digna primigenia plantatione & agricolatione Dei. * Verè enim plantata eſt, ad imaginem veri Dei creata: per vices autem ac ſenſim multiformi prouidentia colitur ſui conditoris qui fructus vberes proferentem expurgat, vt cumulatiores edat fructus. Si enim nos addixerimos parandæ mundiciæ vitæ: ad expurgandas animæ perturbationes Deus ipſe ſoppetias feret, cõplectens ſtudioſam alacritatem perfectorum ad conſectandam bonitatem feſtinantiom. Sanè quemadmodum putator vitis quę prohibetur per pampinorum ſuperfluitatem ne vberes fructus proferat: ſic & anima circuncidens & amputans conſuetum ſtudium circa res euanidas ac futiles, vim omnem ſuam diſpenſat & exercet ad bonorum operum fructificationem, ne fortè in mũdo hoc oſtentationis & iactantiæ præcupido, inutili materia ſyluеſcat & eluxuriet, omnémque ſuam facultatem exhauriat, perinde atque vinea circa folia, clauiculos & capreolos (quæ figura ſunt mundi) occupata. Anima inſuper circunfoditur,

D quò liberius cuncta adiacentia ſibi vendicet ad propriam alimoniam & ita probè ſe adornat ad excipiendam multiplicem doctrinam ſpiritus ſancti. Quemadmodum enim vitis per fodicationẽ non expirans, facilè euaneſcit, neque capax ſit vtilitatis quæ illi prouenirſſet ex infuſione aquæ, propter denſitatem terrę ei adiacentis: pari ratione anima minus ritè ſe componẽs circa hæc corporalia, quorum oppreſſa pondere ne reſpirare quidem poteſt, ſed permanet infœcunda, referta graui onere materialium. quo fit, vt anima nullũ ex ſe proferens fructum, nullius iam fit particeps cœleſtis auxilij. Porrò ab anima infœcunda ille quidem ſpiritus ſanctus ſe ſubmouet ac retrocedit. Maceriæ interim ſiue ſepes concidunt, nempe angelorum ſubſidia. Ad hæc peregrini ac barbari obiter tranſeuntes in nos irruunt, nimirum poteſtates illæ effectrices peccatorum quę admittuntur per ſuperfluam ſcientiam, ſimul & vitioſæ affectiones & à ratione prorſus abhorrentes ſeſe volutantes in putido fœtore ſuis inſtar in volutabrum irruentis, quæ præoccupatãq; eam animam,

E eandem corrumpunt. Tunc apud talem animam impletur illud: Derelinquetur filia Sion, ſicut vmbraculum in vinea: ſed & ſicut tugurium vel pomorum cuſtodia in cucumerario. Et hi fructus proferunt apothecis diuinis indignos, nimirum deciduos & corruptelæ mundi huius obnoxios, & horum gratia ſibi applaudunt, qui in diuinis ſpem ſuam collocant, qui ob explendeſcentem gloriam inſoleſcunt, qui de ſe magna concipiunt ob progenitorum generoſitatem aut certè * temperatam habitudinem corporis, aſſimiles mihi videntur hi cucumerario, fructum dum colunt neutiquam idoneum alendæ animæ ampulloſo flatu ſuperbiæ complentur, ad hoc componentes animam vt inani tumore ſuperbiæ turgeſcat ac prætee modum inflетur. Horum cucumerum deſyderio inardeſcens præcupidus ille populus qui & in eremo nutritus eſt. Flebant enim (ait ſcriptura) memores cucumerum & peponum, eduliorum Ægyptiacorum quod vtique cibi genus neutiquam eſitat Iſraëlites qui cœleſti pane, nimirum Manna enutritur, cuius contemptores ceparum deſyderio tum tene-

F bantur, quæ ne nos contingat pati, voluptariam ac genialem vitam præferentes ei quæ præducem ſequitur rationem? Reuera enim voluptates corporeæ aſſimiles ſunt Cepis & Alliis. Multum enim pungitiuæ acrimoniæ & irritamenti ſuggerunt: inamœnam verò graueolentiam & vix eluibilem immittunt iis quorum voragini ſe ſemel ingeſſerint. Plurimum lachrymarum conſiliant ſuis affectatoribus.

Inter

Inter autem comminationes illas eſt, quia in medio diſcrimine eſſent derelinquendi, quemadmodum & ciuitas quæ vallari obſidione cingitur & expugnatur. Nos quoq; hoſtes circunſident, noſtram obſeruantes à bono opere ceſſationem, ex improuiſo vt nos imprudẽtes adoriantur. Quemadmodum igitur expugnata ciuitate, mox vt diuitiæ quæ in ea reconditæ erant, vndiquaq; fuerint diſperſæ, non iam obſerantur eius portæ, non etiã

[illegible]

A cuſtodes deſignantur qui ad mœnia excubent: ſic anima quum exhauſta fuerit theſauris, Dei munere obtentis, deinceps quaſi indigna quæ perfruatur cuſtodia Dei, deſpectim præteritur. Ob hoc dictum illud eſt: Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Ad hoc igitur piis votis contendimus deprehendi peruigiles, ſobrij & attenti, vt ipſi ſedulò aduigilantes noſtræ cuſtodiæ efflagitemus, ne obdormiſcat, neque dormiet qui cuſtodit Iſraël. Niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra *vigilat, qui cuſtodit eam. Si quando autem ſua nos deſtituerit cuſtodia, oh inopiam & vacuitatem bonorũ operum: tunc exponimur hoſtibus ipſis, vt accincti ad direptionem, captiuitatem & abductionem. *Et niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus: & quaſi Gomorrha aſſimilati eſſemus.* Gens tota ſi peccatrix eſt, ſi vniuerſus populus redundat iniquitatibus, omnéſque filij exleges & iniqui: cuiuſmodi tandem ſemen inſertum eſt ipſi Iſraëli, quo intercedente non ſuſtiouerint afflictiones Sodomorũ & Gomorrhæorum? Nam quod ipſi Iſraëli inerat ſemen, ſemen erat nequã, indignum ſalute & per-

* [illegible], vigilans.

* צבאות militia, exercitus, fortitudines.

B ditionis operatorium. Quale erat hoc? Numnam id de quo in promiſſionibus Abrahæ dictum eſt: Tibi dabo & ſemini tuo? Ait enim Paulus, Nõ dixit, & ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hoc itaque ſemen eos, qui quadantenus pro merito geſtorum dum viuerent, ſupplicia Sodomorum pati debuerant, nimirum igne ac ſulphure exteri, ob ipſorum nequitiam qua ad menſuram pertigerant Sodomitarum, ne eadem paterentur, ſuo vnius ad ipſos aduentu prohibuit. Sed enim poſt illud in Chriſtum inexpiabile facinus admiſſum, reliquiæ quidem ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt: cæteri autem excæcati ſunt & obdurati qui quidem traditi ſunt ſubuerſioni, quemadmodum ait Amos, Subuerti enim vos, ſicut ſubuertit dominus Sodoma & Gomorrham: & ne ſic quidem rediiſtis ad me, dicit Dominus. Quanuis ſubinde fuerit interminatus plagas, licet plerunque pepercerit: ad extremum tamen quòd cor eorum neſcium pœnitere, non emollitetur ad pœnitentiam, calamitates inuexit illorum operibus nihil indignas. In alio enim quodam propheta, propter iniquitatem populi proſilit concitus ad ex-

Amos. 4.

C petendam de eis vindictam: cunctatur tamen & tempus extrahit propter ſuam erga illos benignitatem. Quid ſtatuam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Quaſi Adama ponã te & ſicut Seboim. Vtraque ad Sodomiticam pentapolin pertinet. Deinde per exuperantiam clementiæ ſuæ ſubnectit: Conuerſum eſt cor meum in ipſo. Conturbata eſt pœnitẽtia mea. Nequaquam faciam iuxta iram furoris mei. At certè vbi ad extremam illam præuaricationem delapſus eſt populus, tem-

Oſee 11.
* pro Adã lege Adama, quæ eſt ex pẽtapoli

plum quidem igni conflagrauit, ciuitas autem tota exhauſta eſt incendio, Illi verò * fame, peſte, ſeditione inter ſe motoria ac mutuis inſidiis conſumpti ſunt, præterquàm ea pars ſoſpes & incolumis euaſit quæ fidẽ Chriſti complexa ex omni Iſraël inuenta eſt per electionem in exiguo numero, quæ quidem parua portio inter gentes facta perinde ac fermentum omnes ad ſuæ ſimilitudinis pertraxit proprietatem: ita vt quiſquis ex gentibus per eas reliquias Iſraël in Dominum D credidiſſet, appellaretur populus Domini, & in occulto Iudæus, hæréſque ſpiritualium promiſſionum. Iam quando Sodoma ſua interpretatione [illegible] declinationem ſonat, Gomorrha autem [illegible] rebellionem, ſeditionem & horum nominum interpretatio ſenſum quẽdam talem nobis explicat, quia niſi veniſſet ſemen quod promiſſum erat, nihil vetuiſſet quò minùs decidiſſemus in omnimodam perditionem, quippe qui declinaueramus à Deo. Et niſi pax nobis ab alto affulſiſſet quæ exuperat omnem ſenſum, ſinguli quique à propria rebellione & hoſte ſe inhabitante conſumpti fuiſſemus. Noxæ enim & calamitates ex peccato prodeuntes, omnéſque commotiones per earum abſurditatem conſueuerunt ingignere animabus noſtris tumultus obſtreperos ac rebellionem irreconciliabilem. Eccleſia igitur probè intelligens quantum reſilijt emolumenti è ſaluatoris aduentu qui velut ſemen perexiguum noſtræ huic vitæ incidit per carnis humanæ aſſumptionem, in ſpeciem gratiarũ actionis, hæc dicit: *Audite ſermonem domini principes Sodomorum, attendite legem Dei populus Gomorrhæ.* E Vt rationem exponeret, quia ſemen illud derelictum à Domino Sabaoth ipſi eccleſiæ factum ſit origo & princeps cauſa ſalutis, quum hi eſſent quadantenus obnoxij calamitatibus quæ oppreſſerũt Sodomitas. Hinc ipſos principes Sodomorum & populũ Gomorrhæ appellat, quippe qui exuperaſſent illorum principum flagitioſam nequitiam, ob hoc quaſi Sodoma metropolis quidẽ fuiſſet illius nequitiæ: huius autem principes euaſiſſent ſuperiores exuperantia commiſſi facinoris. Vt quid autem principes vocat Sodomorũ? An quia quemadmodũ illi à ſe recellebant & auerſabantur Lot, iudicio quæ iuſta eſſent, decernentem, quum admitteretur eorũ manibus eximere à ſe hoſpitio exceptos, quum illi dicerent: Ingreſſus es vt aduena: num etiam vt iudicio decernas? Ita iſti à ſe reiiciebãt & aſpernabantur iuſtum iudicẽ, clamãtes: Crucifige, crucifige. Tolle hunc. Improbandũ hoc facinus tantò eſt illorum flagitiis grauiùs. Etenim illi quidẽ in hoſpites nihil de ſe malè cõmeritos quærebant ſuã exercere flagitioſam libidinẽ: hi autẽ coorti ſunt aduerſus eum à quo præter omnem modũ fuerant beneficiis affecti. Et illi in peregrinos, hi verò in eũ qui F in propria venit, ſuere cõtumelioſi. Illi quidẽ iniurij fuerũt in Angelos, hi verò in Deũ. Quare ſuo merito principes Sodomitarũ ſunt nuncupati. Ac tamen quũ tales eſſent, beneficio afficit Deus, dũ eos inuitat & adhortatur, vt ſermones per quos vtiles exaudiant: populũ autem ipſum, principum iugo ſubiectum & propter improbatæ doctrinæ dogmata appellatũ Gomorrhæ populum, ad attentam legis cognitionem reuocat. Eis quidẽ qui

* [illegible]

סדם [illegible]

עמרה [illegible] rebellio.

Niſi reliquiſſet nobis ſemen.

Quæſtio, Solutio.

ſolertiores ſunt, præcipiens, vt audiant: his verò nempe inſipiētibus qui nimirum alienis ſe tradiderunt & externis diſciplinis, attenti vt ſint & auribus percipiant. Proinde quanta eſt ſermonis ad legem collati differentia, tanto diſcrimine diſſidet auditio ad intelligentiam relata quæ percipitur auribus. Eſt enim lex, regula iuſtorum & iniuſtorum, ea quidem imperās quæ agenda ſunt, his contrà interdicens quæ non veniunt facienda, ad cuius cuſtodiam qui attentus eſt, celeber euadit: A etiā ſi ignoret quid vtilitatis ex eius obſeruatione dependeat. Sermo autem etiam cauſam aſſignat, cuius gratia quidem vt fiant, conſtituta ſunt: vel maximè qui ſecundū nos eſt, ſermo, legem ipſam ſublimi enarrans ac ſpirituali ſenſu. Porrò ſenſus hic ad animam relatus tantò eſt ea obſeruatione dignior quæ fit ad præſcriptam literam. Quo tandem diſcrepat perceptio quæ auribus hauritur ab ipſa auditione? Quia auditio quidem intelligentiæ eſt, ceu indicat Dominus, dum extimulat auditorem, vt intelligenter excipiat dictorum ſententiam. Qui habet (inquit) aures audiendi, audiat. Illud verò, auribus quiduis percipere, fit quum ſonus quidam gracilis auribus inditur. Eóq; populus in Exodo ait, Omnia quæcunque dixerit Deus, faciemus & audiemus. Tametſi conſentaneum magis fuerat, vt diceret: Audiemus & faciemus. Atqui ſic legis ſenſum explere, vel craſſiſſimi cuiuſuis eſt: ceu ſunt, ſabbatū obſeruare iuxta corporalem ſenſum, ab edulijs lege prohibitis abſtinere, die octauo circumcidi, vtq; ter in anno, in templo apparerent. Horum autem rationibus B dignoſcendis ſpiritualiter incubuiſſe, viri eſt iam perfecti & eius qui per vitæ curriculum in eiuſmodi rerum cognitione ſit plurimū verſatus. Tenet proinde fama hanc ſententiæ particulam præſtitiſſe cauſam iis qui ea ætate erant, cōciendæ aduerſus prophetam inſidioſæ illius molitionis, nimirum, Principes Sodomorum. Et quidem priùs ſic appellati quòd in flagitioſis principatum obtinuiſſent, aut quia ipſi etiamnum improbatæ eſſent vitæ. Poteſt enim vnus aliquis in improbos principatum obtinēs ad malitiam deflectere ſibi ſubditorum. Quòd ſi de populo quidē ſubticuiſſet, forſan locum hic poſſet habere ſermonis ambiguitas. Nunc autem ipſe populus à populo Gomorrhæ mutuatus eſt nomen, quòd minùs vituperabile erat collatū ad eius populi principes, ſcriptura liquidò rem exhibente, quòd Sodomorum ciuitas Pentapoli præſideret, primáſque occuparet partes totius nefandæ illius nequitiæ, eóque dignior quæ in tolerandis omnibus malis cæteras antecederet. Sed enim hiſtoria non prodidit memoriæ principes Sodomorum. Tantum eſt, deuictorum regum commeminit. Atqui propter C ingenuam iſtam libertatem increpandi iniquè agētes, de hoc Eſaia ait Apoſtolus, Audet & dicit. Porrò nonnunquam vti licuerit hac coarguendi fiducia, ſed ei qui in dogmatibus ſanis ſit verſatus, & vita perfruitur irreprehenſibili, aduerſus eccleſiarum principes trangreſſores legis ac flagitioſè viuentes, aduerſus item populum à rectitudine declinantem, nec vllo cum fructu conuerſantem. *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit dominus.* Inter ea quæ & à principibus audiri debent & conſeruari à populo, eſt & hoc: Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Siquidem, victimæ impiorum, abominatio apud Dominum. Qua, quæſo, fiducia nixi per victimas, quas quidem numeroſè offertis, ſperatis vos aſſequuturos vllam redemptionem animarū veſtrarum ſine condigna ac rationabili pœnitentia? Non enim ſanguine animalium, nō item mactationibus pecorum aræ impoſitis: ſed corde contrito repropitiatur Deus & exorabilis fit. Victima enim Deo non ingrata, ſpiritus eſt contribolatus. D Illud autem, Nolo, dici conuenit in eos qui ad inſumendas expenſas profuſiores quidem ſunt, non item ipſos iniquè geſtorum pœnitet, quamobrem ſcriptura, non vſquequaque reprobat aut deprecatur victimas, ſed eas reiicit quæ Iudaico ritu offeruntur. Quò mihi (ait) multitudinem victimarum veſtrarum? Repudiata tali multitudine, vnam requirit hoſtiam, nimirum vt quiſque ſe concilier & offerat Deo, ſeipſum ſiſtens Deo in hoſtiam viuentem, Deo beneplacentem, per rationale obſequium immolans Deo ſacrificium laudationis: quandoquidem multitudo illarum legalium victimarum expleta eſt, quippe nulli iam futura vſui, vna in hoc ſeculorum fine approbata eſt ſemel oblata in abolitionem peccati. Agnus enim Dei abſtulit peccatum mundi, ſeipſum offerens oblationem & hoſtiam in odorem ſuauitatis. *Plenus ſum.* Conſentaneum rationi eſt lectionem hanc certo hoc fine circunſcribi ſuámq; originem duxiſſe ab alio principio eorum quæ ordine ſequuntur. Deum enim vel maximè addecet, plenus vt ſit ſuamet beatitudine, nec præter ſe egeat cuiuſquā alienæ opis. Aſſerere autem eum plenum eſſe nidore holocauſtorum & ſanguine iugulatarū pecudum, indignum prorſus Deo eſt. E Equidem plenus eſt, de cuius plenitudine accepimus omnes nos, is nimirum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dæmonibus enim quòd appetitiores ſint voluptatum, ſuiſque peſſimis tangantur affectibus: iſtiuſmodi victimæ nonnihil adferunt voluptatis & commodæ vtilitatis ſuo, dum incendatur, ſuffitu & exhalatione adulti ſanguinis, ſicque per ſubtilem eiuſmodi extenuationem adſumitur ab eis* ad ſui conſiſtentiam. Omnino enim vaporibus aluntur, non quòd eos ſubigant dentibus aut in ventrem tranſmittant: ſed quemadmodum pili animalium, vngues & quæcunque iſtiuſmodi ſunt, excipiunt alimentum ad abſolutam conſtitutionem ſuæ eſſentiæ. Eam ob rem multa cum ingluuie diuagantur ac decertant circa nidores & aruinæ euaporationem, fumúmque velut exporrecta manu captant ex ſuffumigatione thuris, periode ac ſibipſis accomodum ad alimonium. Fortè nonnulla cognatio brutis animantibus familiaris intercedit cum corporibus aſſumptis à dæmonibus quòd ad eorum priuam qualitatem pertinet. F Qui enim de iſtis ſuam ſententiam deprompſerunt, tale aliquid in medium proferunt, quaſi id propiùs conueniat hiſce nutricandis. Atqui quæ deceat Deum vox, hæc eſt: Plenus ſum. Quum penes me ſint omnia, meique iuris: nihil à quoquam expeto. (Bonum enim illud eſt quod omnia appetunt. Reuera bonus eſt Deus.) Fons ego totius plenitudinis. Nunc cœlum & terram

Leu quid.

τὸ ἀκούειν καὶ τὸ ἐνωτίζεσθαι.

*εἰς τὴν οὐσίαν ἑαυτῶν. Non habentur

ram ego impleo? dicit Dominns. Et, Domini eſt terra & plenitudo eius. Quocirca nullius ſum alienę opis indigus: his autem quibus propiùs me adiunxero, inducam plenitudinē. Per me implentur ſancti. Stephanus plenus fide & virtute faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Et Paulus excepta primū agnitione fidei plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt in Hieruſalem. Huius plenitudinis meritò Abrabam quoq; erat ſenior & plenus dierum. Et in * conuerſo populo dies pleni inueniētur. *Holocauſta arietum, Et adipem agnorum, & ſanguinem taurorum & bircorum nolo.* Nunc
A audita ſententia ſimul & lex attenta aure debent excipi. Obſerua enim, num quæ dicuntur, reclamēt legiſlationi & his aduerſentur quæ promulgatione Moſaicæ legis ſancita ſunt. Siquidem lex ea repoſcit: hîc cōtrà eadem auerſatur & faſtîdit. Et quum ne vnum quidem Iota vnquā præterear de lege, donec omnia fiant: cōſydera an fortè ſermo bic indicet banc legis particulam non prętermittendam, quin ea exponi debeat ſpirituali quadam & ſublimiore intelligentià. Non enim animal ipſum, nempe arietē (ait) quoquomodo expetiui: ſed mentem, nimirum præcipuam facultatem animæ indiſtractam nec vlla terrenarum rerum ſolicitudine diſpertitam, ac veluti ignē candenti perpurgatam & quæ ſe declararit probam eſſe. Hanc ego totam ad me depoſco remitti. Neque efflagito, vt adeps agnorum in ſegmenta ac minutim conciſa torreatur igni, inque fumum ac nidorem redigatur: ſed vt mihi conſecretur candor ſimplicitaſque morum ab innocente anima
B proficiſcens. Non etiam poſtulo, vt ad baſin altaris, ſanguis effundatur taurorum & hircorum: ſed vt facultates animæ ad concupiſcentiam & indignationem propenſiores, per operoſam ac ſtrenuè effuſam deprecationem, pérque iugem perſeuerantiam in ſanctis locis conſumantur. Cæterum obſerua eum non dixiſſe ſe nolle omnem omnino ſanguinē: ſed eum repudiat qui ex eiuſmodi quibuſdā animalibus effunditur. Nam qui in boc ſeculorum fine, in remiſsionem peccatorum eſt effuſus, melius loquens quàm Abel, hunc habet gratiſſimū. Quin & baſce victimas ad ſpirituale transfert ſacrificium, quandoquidem erat futura tranſlatio ſacerdotij. Quum enim ſacrificia corporalia abroget & reiiciat, ipſum quoque pontificem qui iuxta legis ſanctionem conſecrabatur, omnino ſpoliat dignitate. Quò fit, vt ſuperfluè pōtifices iſti legales poſthac manus ſuas tinient immolato in bolocauſtum ariete, & nequicquam manus ſuperponunt oblatæ hoſtiæ. Superuacaneè inſuper ſe aſperſerint immolatitio ſanguine qui deinceps nulla ſunt aſpergine eiuſmodi ſanguinis expiandi, Hoc ſanè pacto ſe habet vtraque lex, Moſaica & introductio * melioris. Qui igitur ex ſemine Aaronis conſecrabantur, excluſi ſunt: vt iſtis ſuccederet ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Non iam illud iuge ſacrificiū aut victimæ cōtinuò repetitæ. Non ampliùs quotidianæ hoſtiæ placationis, neque poſthac cinis vitulæ ad immundorum purificationē. Vna enim hoſtia, Chriſtus, & quæ pro eius confeſſione celebratur ſanctorum mortificatio. Vna aſperſio, nempe lauacrum regenerationis. Vna expiatio peccati, nimirum ſanguis ille pro ſa. ute mundi effuſus. Ob hoc abrogat ac reiicit prima, vt ſecunda ſtatuat. *Neque veneritis vt appareatis mihi.* A communi enarrat illud: Nolo. Non enim intelligit de ſacrificiis ſolùm: ſed & de eo, quia oportebat omne maſculinum ter apparere in conſpectu Domini. Itaque ex quo propter ſuas iniquitates à priore ſtatu demutati eſſent, & conſilia inierant à rectitudine exorbitātia, eiecit eos ab oculis ſuis. Oculi enim Domini ſuper iuſtos. Et, Aequitates vidit vultus eius. Per iram autem hanc in famulos Domini ſubindicat auferri ab iiſdem liberam fiduciam interpellandi. Quòd verò ter in medium producitur maſculus ſpectandus Deo, exprimit D
agnitionem ſermonis de diuina Tritūtate diſſerentis. Ob hoc ſanè mares prætulit, tanquam dignos qui ſiſtantur Dei oculis ſpectandi, oſtendēs quia animas requirit vehemēter ſtudioſas & quæ ſtabiliter ac toto nixu ſua dogmata expleant, non item expetit verbum illud ſibi offerri molliculas, ad lapſum procliues & effœminatas. Quapropter ait: Ter in anno apparebit omne maſculinum coram me, id quod etiamnum corporaliter adductū offerebatur ab ipſo carnali Iſraële: *Quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris?* Quæ ſint hæc legis corporalia, expreſſit: ceu ſunt Aries, qui totus in bolocauſtum conſumebatur, Adeps agnorum, Sanguis item taurorum & bircorum, quódque etiamnum greſsibus corporis ſe in templum cōferrent, * quaſi verò diuini illius numinis oculi opus haberent illorum propinquo occurſu, nec ſecùs aſſequi acie oculorū illos poſſet Deus longiùs diſsitos. Ait igitur, Hæc abiecta adeò & terrena quis expetiuit de manibus veſtris? Vides, E
quantam peccatorum eluuiem ſimul & intentatam calamitatem inducat, vt mentem legis ſpirituali interpretetur ſenſu? Si quis enim verba hæc legis confitetur data eſſe à Deo, ea autem quæ nunc temporis fiunt, non requirit Deus, in confeſſo eſt & citra controuerſiam, quia ratio nos eò adigit vt mentem noſtram ſuſtollamus ad ſpiritualem eius contemplationem, tantum non clamans & palā cōteſtans: Miſericordiā volo & non ſacrificium: & ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum. Et, Annūtiabo tibi homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirit à te, niſi facere iudicium & diligere miſericordiam, & paratum eſſe, vt ambules cum Domino Deo tuo? Et, Immola Deo ſacrificium * laudis. Scriptura omnis quæ de ſacrificiis eſt & holocauſtomatibus, conſentanea ei videtur ac ſimilis quæ in ſe complectitur miſericordiam & dilectionem, quoniam lex tota ac veluti ſumma colligitur: Diliges proximum tuū, ſicut teipſum. Quinetiam de feſtorum celebritate ſubnectetur locus eadem formula expoſitionis diſſerendus, vt ne nos etiam celebremus Pa- F
ſcha in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, immolata ad veſperum. boc eſt in conſummatione ſeculi, vera illa oue, nempe Chriſto, cuius caro verus eſt cibus, vtq; habitemus in tabernaculis non ſtato dierum numero, ſed omni tempore incolatus noſtri, interim opperientes verā illam patriā, cuius artifex & conditor eſt Deus, vt inſuper Pentecoſten celebriter agamus expletis ſeptem hebdomadibus dierū. hoc eſt, Tātiſper dum extremum vale dicamus vitæ buic. *Calcare atrii meum non adiicietis.*

Commi-

* ἀπουσία,

* αἰνέσεως, laudationis

Comminatio hæc plena eſt terroris, ſed his qui eius ſenſu tãguntur. Sunt etenim nonnulli ex eccleſiæ filiis qui ad eiuſmodi comminatoriam aſflictionem ſenſibus occalluerunt. Et quidẽ quum poſſent venienti occurrere morbo, eam impendentem iacturam ſarcire per ignauiam negligũt. Alij autem quorum vita iudicio omnium reproba eſt ob peccatorum numeroſam multitudinẽ, comminationes ſúſque déque ferunt. Atqui ſer-
A mo hic velut ob oculos ponit eorum qui coarguuntur, in templum inſolentem ingreſſum & quaſi qui ſummo veſtigio proculcent ſancta. Sanè qui perfectus eſt, adúſque ſancta ſanctorum penetrat intra velamen. hoc eſt, vbi corporalia tranſcenderit, licebit cum nuda contemplatione diuinarum ſententiarum congredi familiariter. Qui verò in domo Dei eſt inferior, quæ obſequium corporale concernunt, obeat ſedulus miniſter & contrectet. Rurſum qui recens ad excolendam pietatem introducitur, indulgetur huic pro manſione, templi atrium. Denique ab atrio excluſus, alienus cenſetur à locis veræ pietati deſtinatis. Quantum igitur nobis impendet periculi, quando & id quod quis habere videtur, aufertur ab eo? Sed enim quiſquis ſanctè & ex affectu amat Deum, quicquid eximium & inſigne eſt, ad Dei honorem faciens, tuetur ac ſeruat dicens: Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Planè enim nouit is non poſſe ſe in flores erumpere ac ne vllum quidem germen primigenium excipere ad proferendos fructus, niſi verſetur in atriis Domini. Equidem hos Deus non mediocri afficit beneficio, dum eliminat aditu atrij Iudaici, vt profugere cogantur ad ouile ouiũ Chriſti, & fiat vnum ouile & vnus paſtor. *Si ob-*

πίλινον, ταιμόν. B *tuleritis mihi ſiliginem, vanum: incenſum, abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras & Sabbata veſtra & diem magnum non* * *fero. Ieiunium &* * ἀνέχομαι *ocium & neomenias veſtras odit anima mea.* Corporalem illam legis interpretationem perſpicuè abrogat & reiicit, promiſſa lege Dei, & ad eius attentam auditionem cum peracri obiurgatione principes populúmque extimulans nihil quidem ſuopte ingenio excogitatum denuntiat, præſcribit tantùm antiqua, ea profeſſus eſſe legem Dei, vt nihil deinceps fieret eorum quæ in eum vſque diem perficiebatur. *Si obtuleritis mihi ſimilaginem, vanum.* In ſacrificiis identidem vtitur ſimilagine. Aliquando quidem inconditè citráque apparatum vllum, ſola infuſione olei. Interdum abſque oleo, vt in ſacrificio Zelotypiæ. Siligine nonnunquam conficiebantur Lagana, hoc eſt placentæ. Eadem interim & azymi fiebant panes. Nonnunquam ſolam farinam ſimilaginis conſpergebant oleo. Atqui nunc iſtiuſmodi vſum
C profeſſus fruſtraneum eſſe ac vanũ, interim plurimam partem ſacrificiorum deſcripſit. Quid igitur his dictis inſinuat? Nimirum quia quum ſcriptura longè alia intelligat ſub inuolucro ſermonis, vos omiſſo conſilio ac mente legiſlatoris, ſtudium omne veſtrum ac laborem declaratis circa rerum corporalium vanitatem. Conueniebat enim frumentum hoc transferre ad inſinuandum Dei verbum quod ſemina vitæ inſerit animabus veſtris, vt denudata omni prorſus de mundo hoc cogitatione, ipſo per ſe vteremini in immateriali ac ſyncero Dei cultu. Id proinde frumentum illa eſt ſimilago ſpiritualis, verbum ſcilicet Dei à corporalium rerum conceptione & intelligentia diſparatum. Itaque ſimilago hæc iuxta ſenſum corporalem intellecta oblatáque pro more Iudaicæ gentis, vana prorſus ſuperſtitio eſt. Thymiama illud prius, iam eſt faſtidio & abominationi apud Dominum. Reuera enim execrabile eſt aſſerere Deum præcepiſſe confici pigmentariam compoſitionẽ Thymiamatis, vt per nares captaret aſpi- D
rantem voluptatis illecebrã, ac non magis vt ipſi intelligamus incenſum iſtud eſſe corporis ſanctimoniam quæ in anima perficitur per temperantiam & ſobrietatem, ſic vt corpus ſe habeat æquis viribus & citra rebellionem erga alias facultates animæ. Ait enim, Accipe tibi odoramenta ſuaue fragrãtia, Stacten, Onycha, Galbanum odoriferum & Thus pellucidũ. Quatuor hæc ad quatuor referuntur elementa, ob eam quam obtinent ſimilitudinem ad ea quibus & corpora conſtant. Stacte quidem ad aquam refertur, Onyx ad terram, ob retorridam ariditatem. Galbanum ad ignem, propter calorem præferuidum. Thus verò aërem repręſentat, quòd tranſparentis ſit & dilucidæ perſpicuitatis. Aequi põderis erunt: hoc eſt, acres impetus ex intemperie ſubitò coorientes & in abſurdas concupiſcentias erumpentes caſtigans, ad æquabilem temperaturam reuocabis. Et contundes hæc minutim vt fiat inſubtile: hoc eſt, ſedulò curabis, vt efficias ſpirituale, exterminans ab anima quod craſſum eſt & affixum materiæ carnis, ſicq; apparatum pones coram tabernaculo teſtimonij, vnde* innoteſcam tibi illinc. Simul enim atque æquabilis & exacta horum coniunctio euenerit & ad ſubtiliationẽ perducta fuerit permiſtio: tunc dignus is cenſebitur qui inferatur E
in ſancta, & viciniùs propinquet diuinæ cognitioni. Ait enim: Pones ea corã tabernaculo teſtimonij, vbi innoteſcã tibi. Cauit proinde lex, ne quis ſibiipſi cõficeret tale vnguentũ ad perfruendum eo: hoc eſt, ne ſibi ipſi adſcriberet quæcunque geſſiſſet digna laude: ſed ad Deum potiùs tranſcriberet id omne, bonorum authorem. Tale erat Thymiama & Paulus, quum diceret: Chriſti bonus odor ſumus. Rurſus, Gratia autem Deo qui nos ſemper triumphat, & odorẽ cognitionis ſuæ manifeſtat in nobis. Corporale hoc Thymiama cuius odor ſubit meatus narium, ſenſoriúmq; organum olfactus concit, iure optimo exiſtimatum eſt abominationi eſſe ei qui eſt incorporeus. Neomenias autem, hoc eſt nouilunia, primos ſcilicet menſium dies ſiue kalendas quæ decenter aptantur dimenſionibus annorum ſeculariũ, ſcriptura intelligi vult ab his qui intellectu præditi ſunt, nõ eam in integrũ Lunæ reſtitutionem quæ F
per dierum triginta curriculum fit & præuerit aſſequitúrque Solem, & rurſus ſe ab eo ſubmouet: ſed quando ſtultus vt luna mutatur, ſignat reditũ eius ad lucẽ à qua inſipiens defecerat, & per pœnitentiã ad priſtinum gradum redintegrationem cenſet ſcriptura feſtũ diem eſſe ei qui amator eſt fratrũ & eorũ calamitatibus ex animo cõdoleſcit, ac ſi dicat Neomeniã eſſe principiũ vitę in luce exoriẽtis quãdoquidẽ lux defecerat per mutationẽ in peius: rurſus per cõuerſionẽ ſe ad priſtinã lucẽ recepit. Secũdũ hãc acceptionẽ licuerit dicere de

ſabbatis

* γνώσομαι.

ſabbatis odio habitis: vt eſt, Noli tollere ſarcinā: Et, Ne quis exeat à loco ſuo. Et, Ne accenderent ignē in omni incolatu ſuo. Hæc quom per ſe ſubindiceot quiddā impoſsibile obſeruatu & exacta cuſtodia, vtique eum qui legem corporeo ſenſu percipit, cōſtituunt maledictioni obnoxium. Eſt enim numiſquā arduum ac difficile non emoueri loco. Proinde quicquid in ſublime tollitur, quanlibet id leue fuerit, βάσταγμα dicitur geſtamen, ſarcina, onus, putà veſtimentum aut panis, ſeu quiduis ad vitam tranſigendam neceſſariorum. Quinetiam iubet, vt ne ignem accenderent: Hoc eſt, ne quis ſinat ſe exuri incēdio carnalium affectionum. Non tollere autem ſarcinam ſiue onus: hoc eſt, vt ne vllo peccati pondere degraueris, néve dimouearis à perenni perſeuerantia in Deo, in fide firmus & immobilis. Qui ſic ſabbata perficiunt, non vt ſibi temperent ab improbis operibus, ſed vt abſtineant ab his ad quæ ex officio tenentur, hos meritò auerſatur Deus ac faſtidit, nec is ſe auocat ab iſtis tanquam à mendaciis. Talia enim ſunt ſabbata quæ vt miſera à propheta defleantur dicente: Væ qui propinquant & complectuntur mēdacia ac vana ſabbata. Vera enim ſabbata requiem inſinuant populo Dei repoſitā quæ quòd vera ſint, grata habet Deus. Quinetiam prętergreſſus eſt ſabbata requietionis, apud quem & mundus hic crucifixus eſt, nimirum quiſquis à ſolicitudinibus mundanæ vitæ deſciuit & ad peculiarem locum ſpirituali quieti deſtinatū ſe recepit, in quibus ſabbatis tantiſper dum verſabitur, non iam dimouebitur à priuato & peculiari loco

*De vero & mendacibus Sabbatis vide Hieronym.

B deſtinatæ ſibi quietis & tranquillitatis circa eum vitæ ſtatum conſiſtentis, nec accendet ignem cohabitando ſeculari vitæ. Ob hoc ne inferat materiam accendendo igni idoneam, ligna, fœnum, ſtipulam. Nec tollet onus ſiue ſarcinam: is nimirū qui nulla ſibi impendente ſarcina peccati prægrauatur, reuera talis tranquilla per ocia tranſiget ſabbatum * delicatum. Sed enim pro magno dic reliqui interpretes reddiderūt κλητὴν vocatam ſiue accerſitam. Theodotion autem * ἐπίκλητον denominatam, Symmachus verò ἐπίκλητον ἢ ἐπίσημον denominationem diei non ſeram, quare non exiſtimamus diem hunc magnum dictum eſſe vt præcipuum & eximiæ cuiuſdā celebritatis: ſed omnē omnino diem ſic vocatum eſſe, nempe κλητήν. Ait enim de diebus azymis: Prima denominata, quia ſancta erit. Et dies ſeptima vocata ſancta erit vobis. Et dies ſeptima nouorum, quando offeretis hoſtiam hebdomadarum, denominata ſancta erit vobis. Rurſus, Decima menſis huius ſeptimi, denominata ſancta erit vobis. Apparet igitur vo hac ſententia multos abrogare dies ſuo denominatos nomine, ac propemodum reiicere omnes qui ſanctione legis fuerint inſigniter celebres &

*Sabbatū delicatum.

* Forſan ἔνδοξον, laudatam, celebrem.

Leui. 23. b

C feſti. Itaque hiſce abrogatis, vnam inſinuat quam nulla excipiet nox, de qua dictum eſt: Diem Domini magnum, quam vtique non hic ſenſibilis Sol, ſed exoriens Sol iuſtitiæ ſuo ſplendore illuſtrabit, quæ quidem vna erit & eadem perpes atque continua, nullam noctem quæ eam excipiat, habitura eſt, inque omne æuum ſe exporrectura. Reuera enim illa dies magna: Iudæus autem corpori affixus hic illum exquirit diem, magnum, quum de præſentis ſeculi diebus pronuntiarit Iacob, quia parui & mali ſunt. Sabbatorum autem commemoratorum differentiæ quatuor ſunt. Sunt quæ ritu Iudaïco obſeruantur, & hæc quidem vana. Sunt autem & abominatione digna. Sunt & quædam indigna toleratu. Sunt denique quarto loco inuiſa & odio proſequenda, in quibus numeratur ieiunium Iudaïcum. Quemadmodum igitur declaratum eſt ineſſe alus quiddam, quod reiectitium ſit & repudiandum, quiddam è diuerſo quod Deo acceptum ſit: ita & in

Sabbatorū differentia quatuor.

D ieiunio. Abſtinentiam quidem ab eſculentis quæ ad oſtentationem ſit, hanc Domini anima odio proſequitur. Inter quæ ſunt: Ne tetigeris, ne guſtaueris, ne contrectaueris. Quæ autem aſſumitur ad elationem carnis in ſeruitutem redigendam, hanc diligit Deus quòd per carnis macerationem rectā prouehat ad ſanctimoniam. Atqui ieiunium iſtud commendabile vt quis ritè perficiat, non ſatis virium per ſe habet abſtinentia ab eſcis: ſed oportet & reliquam adeſſe inſtituendæ vitæ diſciplinam, in ſermonibus, in genere conuerſandi, in familiari congreſſu cum his qui vſui eſſe poſſunt, ita vt hæc aſſectatio diſciplinæ quæ ſit per abſtinentiam à cibis, tranſeat in ſpiritualem mentis exercitationem. Eſt functio hæc ſanequā peculiaris ſtudioſo homini multa mēte complecti: & qui ſtrenuam nauat operam indagandę veritati, rarius deſcendit ad prouidentiam carnis. Vt is primùm quæ neceſſaria ſunt corpori citra negotium vllum & vt de ſe vltro offerunt, ſubminiſtrauit: toto nixu reſiliit ab occupatione rerum inutilium & ad præſtitutum initiò ſibi genus vitæ recurrit. Occaſionem omnem per quam elatio

E carnis coaleſcit ac oritur, ratio talis vite è medio tollit: adeò vt non deinceps caro tyrānidem exerceat aduerſus ſpiritum, neque eadem expleat iam opera naturæ ſuæ peculiaria, fornicationem, immundiciam, concitatum ac vitioſum affectum, concupiſcentiam malam. Mortificātes igitur noſtra ipſorum membra quæ ſunt ſuper terram, pérque ſermones increpatorios ſupprimentes omnem animi turbulentiam interioremque & per eduliorum abſtinentiam ieiunemus ieiunium, hoſtiam planè acceptam ac beneplacentem Domino. Abſtinentia enim à cibis coërcet immoderatam ventris appetentiam & eorum quæ ſub ventre ſita ſunt. Qui tolerandis laboribus ſtrenuus eſt, is bis ſe vtiliter exercebit, in exemplum ſibi proponens vitam Heliæ, Moyſi, Daniēlis, Ioannis & reliquorum id genus ſanctorum, quibus dignus non erat mundus, qui circuiērunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti. Atqui non ſtatim in abſtinentia ciborum, vis tota animi qua ad perfectionem contendimus, per ſe ſufficiens, niſi ſe anima ſtabiliter conſtituat in omnimoda abſtinentia eorum quæ alunt malitiam. Quemadmodum enim

F homo duplex, nimirum anima conſtat & corpore: ita & cibi duplices quum ſint vtriuſque alendæ ſubſtantiæ accommodi, iidem quod alimentum accipit, reddunt efficacius atque robuſtius ad obeundas actiones ſibi peculiariter congruentes. Quemadmodum enim in arte gymnaſtica, cibi athletici qui pro congrua proportione exercitiorum adhibentur alendis corporibus, quantò inualeſcunt vi nutrimentorum,

Confirmat ſimile.

rum, tantò excitant ac promouent corpus ad præſtantius robur temperaturámque vegetiorem. Proinde non mediocris acceſsio virium inditur corpori, per hoc quod ad ſuffulciendam eius ſubſtantiam congruenti cibo refouetur. Conſimilis ratio obſeruatur & in exercitatione ad excolendam pietatem. Dogmata enim fidei, ſermones itẽ ad mores rectè formandos cõtinenter oblati animæ, eámque ſenſim & quotidianis incrementis adaugentes, robuſtiorem reddunt & ſubeundis

A laboribus magis idoneam efficiunt, ad apprehendendam præſtantiorem & perfectiorem quæ in fidei dogmatibus repoſita eſt, doctrinam. Nobis igitur magnopere defugiendum eſt ieiunium hypocriticum, hoc eſt, ſimulatitium quod & Dominus iuſto ſuo iudicio prædicatur odio proſequi, de quo & Propheta contemptim & per execrationem ait: Non interficiet Dominus animam iuſtam fame. Non enim hîc loquitur de fame corporis. (vtique enim dixiſſet de corporibus iuſtorum) ſed de inedia animarum. Non enim fame interficiet animas iuſtorum, quanquam Paulus quidem inter afflictiones quibus de gloriatur, enumerat & hoc: In ieiuniis ſæpe. Et illud, In fame & ſiti. Famem prætereà apprecatur iuſtis. Atqui præſtiterit ſingula hæc quæ de inopia dicuntur, interpretari iuxta ſublimiorem ſenſum. Tale eſt & hoc: Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemẽ eius quærens * panes. Meminimus enim Heliæ panem à Sidonide petẽtis. Quin & ſemen Iacob iuſti conceſsit in Aegyptum, quæſiturum panes. Quòd ſi ſeruauerimus humilem intelligẽtiam, eadem

B opera diſſoluetur abſurditas quæ in contradictione apparet. Iſtiuſmodi igitur ieiunia ieiunabant Iudæi fame enecantes interiorem ſuum hominem, quòd ipſos præoccupaſſet comminatio illa quæ dicit: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & inducam ſuper terram hanc, famem: non famem panis, neque ſitim aquæ: ſed famem audiendi verba Domini. Eiuſmodi igitur ieiunia ſe odiſſe proteſtatur Dominus. Et hi quidem mentem ſuam quum ad maciem tabẽmque perducant penuria ſaluiferæ ac viuificantis doctrinæ, alij è diuerſo præter omnem modum ſtudent opimando corpori, vtque ſecundum exteriorem hominem euadant carnulenti, indulgent ſaginæ. Etenim * quemadmodum momentum ſtateræ quãdo grauitate oneris deorſum vergit, pars altera ei obuerſa propendet & attollitur. Contingit enim iſtis carnulentis mentem quodammodo reddi infirmiorem. Ex contrario, qui intellectu præditi ſunt incolumi & firmo, plerumque carnem obtinent gracilentiorem minúſque obeſam. Siquidem hoc eſt quod ait Apoſtolus, quia quanto homo exterior corrumpitur, tantò interior renoua-

C tur. Et illud, Quando infirmor, tunc potens ſum. Ex copioſo enim & opimiore alimento * fuliginoſæ quędã exhalationes denſæ nubis inſtar egeruntur quæ intercipiunt illuſtrationem cœleſtis doctrinæ natam inſeri mentibus noſtris infuſione Spiritus ſancti. Ob hoc Moſes vt mẽte Deum contemplaretur conſcenſo monte, diebus quadraginta perſeuerauit cibo potúq; impaſtus ac ieiunus, ſecum ita conſtituens, vt princeps animæ ſuæ facultas, mens perſiſteret ſeiuncta ab omni turbulenta intemperie. Nec ſecus Helias Deum quæſiturus pari temporis intercapedine, neglectim tranſmiſit alimenta, ne qua menti eius obumbraret caligo epularum. Sed enim ipſe Dominus abiit ab his diuerſus. A reſurrectione enim ex mortuis inque cœlos rediturus guſtauit cibum, fidem vt faceret ſe naturam reſumpſiſſe exciſati corporis: condeſcenſione autem ſe attemperans hominibus, ieiunabat, per hoc declarans neceſſariam eſſe ieiunij exercitationem ei qui ſe exuturus eſſet ad fortiter ſuſtinendos agones tentatio-

D num. Corporis enim maceratio eſt veluti quędã exercitatio ad reportandam ex hoſte victoriam. Non eſt alioqui ſic * vtendũ carne, vt per alimenti penuriam, natiuum eius tenorẽ ac robur eneruet, neque mens ſic opprimenda immodico labore, vt nihil poſsit conficere iuſti operis aut eorum quæ concomitãtur. Iam quando iuſsi ſumus ne ſponſo preſente obſeruemus ieiunium, ieiunium inquam quod à ſermone pendet, quemadmodum illi qui nutriebantur pane è cœlis deſcendente & faſtidienter auerſabantur cibum carnis Domini quæ author erat vitæ. Tale ieiunium ſe odiſſe profitetur Dominus. Inter ea quoque quæ odio proſequitur Dominus, vnum hoc eſt ſegne & iners ocium nimirum ceſſatio ab his quæ nos ex officio attinet facere. Proinde ocium eiuſmodi in ſpeciem videtur conſequi ex celebratione feſti omnis, quòd ab operibus feriatio annexa ſit feſtis diebus. Nam, Omne opus ſeruile nõ facietis. Quódque iſti vacantes inerti ocio ab his quæ præſentem concernunt vitam diebus feſtis, nihil interim non perficiebant abſurdæ improbitatis, meritò prædicabantur vacare odibili ocio. Quomodo enim non odio proſequendũ ocium, quod formica & api peiorem efficit hominem qui vti-

E que initio ſuæ conditionis poſitus in paradiſo eſt, vt operaretur & cuſtodiret eum? Primum igitur & maximè proprium humanæ conditioni ſtudiũ eſt, vt operetur, ita vt iners ocium ſit propemodũ præter hominis naturã. id quod aſſerit ſe Dominus odiſſe. Cæterum quónam genere ocij nos feriari vult? Nimirum, vt ne operemur cibum qui perit, ne ad vllam vanitatem ſuſtollamus oculos, ne inanes fabellas & rumuſculos excipiamus auribus, manus vt excutiamur ab omni munere, ne veloces habeamus pedes ad effundẽdum ſanguinem. Vtque uno ſermone cõcludam, ne omnem curam capiamus, in deſideriis illius corporis. Non *ampliùs remittam peccata veſtra*. Defeſsi eſt hæc vox * aduerſus eos qui tot cumulati beneficiis continenter recurrunt ad priſtinam malitiã: Non ampliùs dimittam. Ad complexum pœnitẽtiæ vos crebrò inuitaui. Viſi eſtis obtemperare, ſubinde ad priſtinam recurriſtis improbitatem. Spe igitur abiecta propter impœnitens cor ve-

F ſtrum, non iam remittam vobis debitam cõdemnationem. Non enim qui dixit, peccaui: mox ſi relapſus in eodem peccato perdurat, talis verè confitetur: ſed qui depræhenſo peccato ſuo iuxta pſalmi adhortationem, etiam illud odio inſenſè perſequitur. Quid enim emolumenti adfert ægroto cura medici, quando is qui aduerſa valetudine conflictatur, ſuæ vitæ exitialia conquirit? Sic ex culpis condonatis nihil accedit vtilitatis ei qui ad iniquitates & offendicula redit, ex remiſsis intẽperantiæ flagitiis nihil lucri ineum

reſilit

Marginal notes: * ἄρτους. — * λόγου. — 2.Cor.4.d — * Aliàs, ſitam ... ſpeciem. — Otium ... — Quidam hoc deſiderant.

reſilit qui adhuc in iiſdem verſatur laſciuiæ vitiis. Quo igitur pacto anima à peccatis abſoluitur? Quum in ipſa virtus inualuerit, ſuiſque ſermonibus eam integrè & ſolidè confirmarit ac traduxerit ad affectum oppoſitum malitiæ: ita vt oblata ei occaſione aliena extorquēdi, vltro ſe animus cōcitet ad obtinēdum ſui æqualis honorem, tametſi facilè ſit illi iniuriam irrogare proximo, etiamſi nullius teſtimonio illata iniuria probari poſſit,
A vitát tamen peccatum tanquam maximum malum, huic ſic affecto in ſe, per virtutis habitudinē poſsibile eſt condonari priùs admiſſas iniquitates. Sanè aſſuefactione talium operum, & acceptis in anima habitu & ſtabili perſeuerantia, à ſe propellit omnem petulantiſsimam libidinem. Temperantem verò ſiue caſtum eum dicimus nō in quo per ſenium aut morbum alio quopiam caſu emarcuerunt appetitus intemperātis laſciuiæ. Tali enim ineſt quidem nequitia ipſa, licet actio præpediatur per organorum infirmitatem. Quare temperantia ea demum vera eſt ſi facultas cognitionis vi prædita in anima altius ſuas impreſſit radices, abolens quæ priùs inerāt, veſtigia obſcœnatum motionum. Ad hunc modum quiſquis ſibi medelam adhibuerit, reſumendo virtutis habitudinem prorſus contrariam vitæ priùs ad peccata propendenti, huic conferetur perquàm vtilis veniæ gratia. Præſens verò ſententia interminatur à Deo repudiandos ex toto qui quidem in varia flagitia ſubinde prolapſi per clementiam illos velut manu deducentem ſe aliquando erexerūt, dein ad extremum multiformi infirmitate deuicti relapſi ſunt. Præſenti loco illud: οὐκ ἔτι. Non iam, tacitam ſignificationem nobis exhibet aliquantò priùs ſæpenumero condonatæ illis indul-
B gentiæ ob conſimilia flagitia. Supra enim humanas vires eſt, vt quis ſe totum dedat vitæ ſecundū virtutem inſtituendæ, citra remiſsionem peccatorum à Deo profluentem. Quare ſapienter diſpenſat ac moderatur eum qui ſolerter diſcuſſam vitam in peccatis exactam reſarcire eam inſtituit, dein idem pollicetur ſeſe recepturum ad ſaniorē viuendi formulam, vult quidem à fine ſententiā ſtatuere de priùs commiſsis, exordium autem ſumere à commiſsis peccatis, quaſi per pœnitentiā non reuiuiſcant. Porrò eum qui hæc continenter pollicetur & idem iugiter in eadem reſilit, velut ſpe abiecta deploratum à ſua prorſus ſecludit clementia: *Quum extenderitis manus, auertam oculos meos à vobis.* Qui ſpecie tenus & ſimulatè orant, manus quidem expandunt, non item attendunt Dei oculos ad eorum orationem intētos ac reſpectantes. Ex contrario autem hunc corporis geſtum & habitum orandi fuiſſe ſanctis familiarem didicimus, dicente Dauid: Epandi ad te ma-
C nus meas. Et, Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum. Pugnam conſerente cum hoſtibus Iſraële Moſes ad ſolis vſque occubitū manus retinebat exporrectas. Huc facit ſententia Apoſtoli dicentis: Volo ergo viros orare in omni
I. Tim. 2. loco, leuantes puras manus. Fortè autem præſens ſententia quiddam innuit altioris ſenſus. Nam qui eximia quædam cœleſtia ac ſublimia operatur, actiuam & efficacem vim retinet necnon in ſublime erectam, atque ob id dicitur in ſublime manus tollere: qui autē abiecta ac terrena & quæ corruptelæ ſubiacent, efficit, hic manus propendentes habet & deiectas. Quinetiam nos hoc admonet hiſtoria Moſaica, quia qui in via Dei promouent, non ſemper ſuas exæquant actiones: ſed aliquando quidem melius viuunt, nonnunquam per imbecillitatem contingit eos elanguescere & exolui infirmiúſque operari pro humana conditione. Quæ tum fiebant, figuræ erant futuri ſtatus. Moſe enim exporrigente manus, inualeſcebat viribus Iſraël: contrà, eodem manus demit- D
tente, præualebat Amalec: Hoc eſt, noſtra hæc operatoria & actiua facultas ſiquando fatiſcet ac proſternetur, aduerſum nos præualent aduerſariæ poteſtates. E diuerſo, quum manus fuerit in ſublimè expaſſa per diſcretam operum diſtinctionem, tunc mentis noſtræ perſpicacitas acriores reſumit vires, id quod Iſraël dicitur. Proinde obſerua hîc non eſſe dictum, quum eleuaueritis manus veſtras: ſed quum extēderitis. Siquidem eleuat, qui cœleſtia quærit: extendit autem & qui indigens eſt corporalis ſubſidij. Quum igitur extenſio manuum identidem fiat ab ipſis infantibus per affectum erga nutrices aut matres, hiſce verbis declarat vim affectiuam eorum qui preces effundebant. Non dixit, Quum extenderitis ad me, ſed abſolutè ait: Quando extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos, ſubnectit cauſam: Quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. *Et ſi multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Qui in hac quidem vita nihil conficiunt operis quod virtutis nomine dignum ſit, ſola autem prolixitudine orationis exiſtimant ſe iuſtos, verba hæc attentis auribus audiant. Non enim vtcunque effuſæ preces adiumento ſunt: ſed ſi cum ſeria & alacri affectione depromantur. Quandoquidem Phariſæus ille deprecationes in ſpeciem multi- E
plicabat. Sed quid ait ſcriptura? Stans autem Phariſæus hæc apud ſe orabat, non item apud Deum. Ad ſui enim exiſtimationem redierat: ſiquidem in peccato ſuperbiæ verſabatur. Ob hoc & Saluator ait: Orantes autem nolite multum loqui ſicut Ethnici faciunt. Putant enim quia in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſsimilari eis. Et illud: Ex multiloquio non effugiet quis peccatum. Oportet igitur quærere regnum Dei & iuſtitiam: quæ autem corporalia ſunt & terrena, non tantopere efflagitanda veniunt, quum dicat Pſalmus: Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt in habitē in domo Domini. *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Planè hæc cauſa eſt quare Deus oculos ſuos deflexit ab iſtis, quum alioqui manus ſuas extenderint, quòd ſigna depromendæ ſupplicationi accommoda verterint in occaſionē exaſperandæ iræ Dei, veluti ſi quiſpiam filium alicuius vnicè dilectum neci tradiderit, iſq; manus filij ſan- F
guine eatenus cruentatas ſupplex exporrigat ad patrem vehemēter illi infenſum, dexteram amicitiæ indicem efflagitans, vtq; apud ipſum veniæ locum inueniat. An non reſponderemus filij ſanguinem in manu * filij cidæ ad iram tantò acriùs exacerbare patrem tali iniuria affectum? Equidē Iudæorum preces ſic ſe habēt, ad quas quum ora-nus extenderint, Deo & Patri memoriam renouant piaculi in vnigenitum filium admiſſi, pérq; ſingulas extenſiones, manus ſuas oſtentant ſanguine Chriſti plenas. Hi enim tantiſper dum in

Marginal notes: * עמלק Populum lambens, vel percutiens. — Mat. 6. — Cur non exaudiat Iudæos. — Confirmat simili. — * [illegible]

pertinaci excæcatione perſiſtũt, hæredes ſunt paternæ occidionis. Dixit enim ille populus: Sanguis eius ſuper nos & filios noſtros. *Lauamini, mundi eſtote.* Quod ad hanc ſententiam attinet, ſenſus ſcripturæ videtur nonnihil in ſe complecti contrarietatis ac propemodum Deum coarguere vaniloquij. Dixit enim, Non ampliùs dimittam peccata veſtra. Adiecit & illud: Si multiplicaueritis deprecationẽ, non exaudiam vos. Nũc quaſi ſanabiles ſint, ait: Lauamini, mundi eſtote. In ſuperioribus equidem verbis demonſtratur impoſſibile eſſe ad ſalutem prouehi his qui volunt ſe-
A cundum legem viuere: in his autẽ, alia longè via præmonſtratur ad promerendam ſalutem. Et illa quidẽ ſuperior ſcriptura reprobat ſenſibilem eam cõuerſationem quam obſeruant iuxta præſcriptũ legis Moſaycæ: è diuerſo hæc inſtantis euangelicæ vitæ præmonſtrat exordia. *Si obtuleritis ſimilaginem, vanum: incenſum, abominatio: adipem agnorum & ſanguinem taurorum nolo.* Quid igitur reliquũ ſit, vt faciamus? Quid oblaturi ſimus? An forte eò hoc dicitur, quòd deinceps repudiet illam multiformem culturam concretiori materiæ affixam, vt tranſcendamus ad feſtos dies quorum obſeruatione latriam exhibeamus? *Neomenias veſtras & ſabbata & diem magnum non fero.* An non ieiunabimus? Sed ieiunia veſtra odit anima mea. Reliquum ne ſit, vt vel Iudaico ritu ſupplicemus Deo, precẽſque iuxta legem effundamus? *Sed & ſi multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos: & ſi extenderitis manus.* Nõ ipſam auerſor ſupplicationem, ſed ob effuſum ſangui-
B nem incandeſco & exaſperor ira. Quid igitur nobis faciendum relinquis? Quo tandem pacto te nobis repropitiabimus? Qua quæſo ratione iniuſtam ſanguinis fuſionẽ abſtergemus? *Lauamini, mundi eſtote.* Certè (hi dixerint) commeminimus quid de lauacbro dixerit Moſes, nempe hoc: Qui tetigerit quidpiam eorum quæ immunda ſunt, ſimulatq; intellexerit, Lauabit veſtimenta & lauabitur corpus aqua & mundus erit. Atqui non dixit: Lauamini ob vnam quamque immundiciam, ſed lauamini. Vnum enim baptiſma, vna expiatio. Illic, lauabit veſtimenta & lauabitur corpus aqua: hic, Auferte malitias, non qualemcunque eluuiem: ab animabus, non à veſtimentis. Deinceps ne curioſiùs ſatagas pro oblatione Thuris, Galbani, Onychos & Stactes. Non iam requirito vitulam exactè ruſeſcentem, ſic vt nihil vllius alterius in ſe permiſti coloris habeat, quas vix *tres tulit vniuerſum legalis culturæ tempus. Ne ieiunetis Iudaico ritu. Ne te implices per feſtorum dierum ferias, inerti ocio. Vniuſtãtum rei & quidem compendiariæ curam habeto, cuius authoritas penes vos eſt. Quid tandem eſt hoc? *Diſcite bonum facere.* Præcepto huic nunc omnino non obtemperatis, nimirum eius rudes & imperiti.
C Sanè id bonum, quum ſit doctrice diſciplina cõparabile: lex autẽ non dilucidè illud docuit, eius enim cognitio excluſa eſt ab ea quippe quæ documenta non vſquequaq; bona dedit: quare omnino neceſſe fuit cõfugere ad domicilium euangelicæ diſciplinæ. Aduertas velim compendiariam rationem diſpenſationis verbi per euidentem & expreſſam ſimilitudinẽ. Sit vnus quiſpiam ex eorum claſſe qui ad oſtentandam magnificentiam, ſuas opes profundunt & affluunt diuitiis, qui ad ſuam viuendi conſuetudinem obtineat multiformes ac diſtinctas ſpecies epularum appoſitè inſtructas. Quod autem ad cætera attinet, ſit is implacidus ac miſerè afficiatur: ad vnum illud & ſolum ſe habeat ſatis cõmodè. Ad hæc, ab vnoquoque ei *occurrẽtium reiectus, eò neceſſitatis adigat famulos, vt ad illud perueniant quod arcanis quidem deſideriis & ſecundum naturam expetebatur. Ad eundem modum nunc denique omnibus repudiatis legalibus neceſſariè excipitur inſtitutio euangelicæ legis. *Lauamini.* Ecquid hinc lucri? vt mundi ſitis. In quẽ quæſo vſum iſthæc mũ- D
dicia? Vt Deũ videatis. Statiſne fuerit me à prioribus flagitiis eſſe ablutum & accepta eorum cõdonatione, inerti otio terere vitam? Eſtne opus vlla alia re? *Auferte malitias ab animabus veſtris coram oculis meis.* Expurgatio quæ per lauachrũ fit, vtique dependet à Domini erga nos benignitate: nequitiæ autem ſubmotio à nobis ipſis requirit accuratam operum exercitationẽ. Etenim ne ſpem totam collocantes in ſola quæ ex regenerationis lauachro profluit, gratia, inefficaces & ab obſeruatione mandatorum vacui deſideamus: Eam ob cauſam connectit omnẽ moderandæ vitæ collationem, dicens: Auferte malitias à cordibus veſtris. Ac ſi dicat: Ab radice malitioſas cogitationes reuellite à mente veſtra, vt ne vllum ſermonem, non item quiduis operis progerminet eorum quæ vitioſa ſunt & improba. *A conſpectu oculorum meorum.* Quandoquidem multa occurrunt eorum quæ ab externis & à fide alienis exercentur ſtudio vitæ ſecundum virtutem inſtituen- E
dæ, ceu ſunt, Abſtinentia à concubitu & epularũ voluptate, cõſtans morum ſtabilitas & tranquillitas vitæ minimè turbulenta, nõ ſatis fuit dicere: Auferte malitias, ſed attexuit illud: A conſpectu oculorum meorum. quaſi nulla poſſit actio decẽter perfici, niſi exerceatur cum pietate erga Chriſtum. Aut ex quo Pater videt in abſconſo, adiecit hoc: A conſpectu oculorũ meorum, à locis vtiq; quæ & Deus videt, vt ne illi adimamus ſolum ab actionibus ſuam prouidentiam, ſed ne quidem à mutuis confabulationibus. De Deo planè cõceptio hęc cõſeruatur incolumis per perfectã charitatẽ, eo quòd charitas non cogitat malum, iuxta Paulum: *Diſcite bonum facere.* Moralis enim ſermo haudquaquã innoteſcit omnibus, nec ſuapte natura eſt vniuerſis expoſitus, etiã ſi præduce doctrina eum aſſequi poſſis, vt quæ bona ſunt, efficias. Ait enim ſcriptura: Iuſtè quod iuſtũ eſt, perſequẽris. Hoc eſt, Cum ſermonibus qui de iuſtitia ſunt, iuſtã perficies actionẽ. Licuerit enim quiddã operis moliri quod ad artem pertineat medicam, nec id tamẽ ad canonem medicæ diſciplinæ. Ra- F
tione conſimili liceat quiddam quod iuſtum ſit, aggredi, nec alioqui iuſtè. Verbi gratia, Ipſe herbarum vſus medicum quidem concernit. Exigit item ratio, vt iuxta præſcriptum medicinæ nouerit perſpectè quàm ſit efficax vis herbæ, propriã quoq; morbi naturam, quo tempore adhibenda ſit medela, quo item modo ac menſura, ea utendum ſit. Quod autem attinet ad ſcientiam, differt ab eo quod fortuito contingit caſu. Nam qui iuxta canonem medicæ artis operatur, eadẽ ſemper efficiet, quia præducem rationem ſequitur: qui autem

* ἀετρῶν.
* ἰνδάλματα.
* ἀπάντων.

autem temere, non is ſemper & conſentaneè aſſequetur quæ proſint, ſed quæ vel hodie ſalutifera ſuot vnicuipiam, interdum ad perniciē & corruptelam eundem perducunt. Ad euodem modum rei laudabilis ac honæ tractatio ſecuodum reoorē ſcientiæ effecta, æquabiliter redditur per æquè ac ſi ipſa artis ratio inhabitans vnicuiq; eorum quæ fiuot adſiſtat. Declarat & alibi locis ſcriptura, quàm ſit oeceſſaria & vtilis diſciplina rerū agendarum, dum dixit: Omnis qui noo didicit iu-
A ſtitiam, oec veritatē vnquam perficier ſuper terram. Dauid proinde timorem Dei collocat inter ea quæ præduce doctrioa parari ſoleot, dum dicit: Veoite filij, audite me, Timorem Domini docebo vos. *Exquirite iudicium*. Chriſti videlicet, ſecundum quod de nobis fert ſententiam, ſingulis quibuſq; noſtrûm promeritorum qualitate repeodeos mercedem: qood quidem niſi obſeruemus, niſi præ oculis babeamus: ne poſſimus quidem petiſtere in vllo opere booo. Attenta eoim cogitatio arcanorum oobiſq; formidabilium quę in tremendo iudicio ſe offerent, pedagogus eſt ad exerceodam pietatem: aut quia nihil ooo examinatum & ad perpendiculum iudicij libratum erit, oullo eorum quæ geſſimus, indicta cauſa & vt aliàs ferè contingit, relicta, diceote ſcriptura: Innouabit eoim omnia. Et, Cogitationes iuſtorum, iudicia. Itaque oporter tanquam iudicē ſibi præſtituere ratiooem quæ ſupremam regionem, oempe meotem ooſtram velut ſortitò cooſcendeos ſingula quæque diiudicet & exploret quæ acceptanda ſiot, quæue minùs & mutua rerum
B facta collatione & peracri animi arbitrio vnà cū exacta diſcretiooe mandet effectui. Hoc enim eſt quod dicit Paulus: Si enim nos ipſos iudicaremus, nō vtique iudicaremur. *Liberate iniuria oppreſſum*. Quum duplex ſit io proximos ioiuria (Aut enim iniuria afficiuntur quoad corporalia attinet, puta io pecuniis & reliquis id geous externis. Aut certè iniuria infligitur animæ) citra vllam diſtinctiooem iubemur eripere iniuria oppreſſum. Sciendum alioqui, quia plenius ſtudium his liberaodis adhibere debemus qui letaliter læduntur & tyrannide diaboli opprimuntur, omni inſuper conatu eximere captiuitati quos detinet captiuos diabolus, eorúmque meotes & animi conceptos dirigere ad obedientiam Chriſti. Proinde tētandum eſt, vt & ab iniuriis in corpora proximorum louectis ooſtra opera ſubducantur qui inferiores nobis ſunt, ſiquando per rapinā inciderint io manus violentorum & ab eis tanquam vi torrētis miſerè tractentur. An oon quæſo, ſufficieotes nos qui inter tot perplexas & graues moleſtias loborantibus, ad tolerantiam verba ſaltem cooſolatoria adornemus, à nulla qui-
C dem re temperaotes eorum quæ penes nos ſunt, vt ne de ſpe decidamus eorum quæ iotendimus aſſequi? Per mutoam igitur fratrum dilectionem cōdoleſcamus alienæ calamitati: *Iudicate pupillo*. Nimirum quòd tenella hæc ætas facilè cootemptui pareat, nec admodum procliue ſit orphanis ad iudicium prouocare in ſe iniutios. Iudicium igitur pronuntiate ſecuodum pupillos, qui tuedæ cauſæ ſuæ patronis deſtituti ſunt, quòd ſibiipſis deſit per ætatē, vos ipſi ſupplete, ſic vt cum beato Iob gloriemini: Ego eram * pater impotentium.

* *inop. debilium.*

Haud eqoidem ſcio, an conueniat ſenſum iſtius ſeotentiolæ ſpiritualiùs ediſſerere, quando & eorum qui io Chriſtum crediderunt, quique conuerſationem complexi ſunt iuxta tenorem euangelicæ prædicationis, pater dicitur Deus. Si quis enim per præuaricationem legis * ſe ſubduxerit à Deo, hic quodammodo ipſius prouidentia orbatus eſt, iuſto quidem iudicio & certa ſcientia. Hic vt ad priſtinam cum Deo familiaritatem inſtauretur, haud ſegnem det operam, non equidē D
citra iudicij æquitatem ſibi indulgens, non item aduerſum ſe inclemeoti ſeueritate vſus. Cæterùm tali æquum iudicium pronuntiate, nempe vtilem & accommodum pœnitentiæ tenorem ſuggerētes. Iam quādo omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt: ſi quis pro libertate arbitrij ſe ab illa affinitate maligni patris vltroneus ſubmouerit, ſeque adiunxerit doctrinæ ad pietatem prouocenti, ita vt in Chriſto Ieſu regeneretur per Euangelium, quàm fœliciter eſt hic orbatus ſuo patre? Talis promeretur competente cura perfrui his quæ à diſpenſatoribus eccleſiæ in communem vſum depromuntur. Nam quòd quędam orbitas ſit vtilis admodum, perſpicuè docet Pſalmus, dum votis apprecatur filiis Iudæ * ſterilitatem orbitatis quæ à maligno proficiſcitur. Hunc enim ſenſum rationi conſentaneū cooſtoete videtur ſcriptura, dum dicit: Fiant filij eius orphani, vt ne habeat malignum ſceleratæ vitæ doctorem, nempe morbum impotentis auaritiæ, denique excepturi opprobria furis & proditoris. *Et iuſtificate viduam*. Hæc etiamnū perſona in multis eorum quæ ad vitam hanc exiguntur, propter ſexus infirmitatē detrimenta accipit. Patet enim & expoſita eſt cuiuis illam voleoti inceſſere ioiuriis, quare opus omnino eſt, vt ſint qui exporrecta auxiliari manu iubeant ei reſtitui ius debitū, idque maxime ſi prorſus vidua fuerit deſtituta omni humano patrocinio. Spem verò ſuā omnē in Deum cooiicieos aſſiduè perſeueret io deprecationibus, vt ab omoi contagione peccati in puritate cordis degat per ſanctam exercitatiooem. Iam quaodo deus io pleriſque locis ſcripturæ de hominis anima, tanquam ſponſa ſua ediſſerit, ſi qoidē vidua fuerit & à Chriſto defecerit per idololatriā, ſpirituali foroicatione cooſtuprata, ſpoliata autē affinitate quam cum ſponſo verbo contraxerat, hanc oportet iuſtificari per pœnitentiā iuſto iodicio caſtigatam. Si qoando * Iſraël ſecundum caroem, eccleſia vidua eſt liberata à ſeruili legis iugo, ita vt non iam nuncupetur adultera viro alteri copulata, nempe Chriſto accommodātē eam ſibi ad ſalutem, & hanc oportet nos profiteri eſſe iuſtificatam quæ per Chriſti euangelium cōdiſcit opera iuſtitiæ. *Et venite, & diſceptemus, dicit dominus. Et ſi fuerint peccata veſtra quaſi* F
phœniceum, tanquam niuem dealbabo: ſi verò fuerint tanquam coccinum, quaſi lanam dealbabo. Multis adeò ſcripturæ locis, tales nobis ſe offeruor dicendi formulæ, qoaſi Deus ſe demittat ad hominum iudicium. Tale enim eſt illud: Ipſe domious veniet ad iudicium cum ſenioribus populi ſui & cum principibus ſuis. Illud item in Michæa ſic habet: Aodite, quæſo, ſermonem Domioi. Dominus dixit: Exurge iudicare iuxta mōtes, quia iudicium Domino aduerſus populum

* *Legi intelligit Euangelicā.*

* *Iuda proditoris Domini.* *Pſal. 107.*

* *Hic quid dam deſi. forſan abrogatum eſt.*

Mich. 6.

ſuum, & cum populo ſuo diſceptabit. Popule meus quid feci tibi? Aut qua in re contriſtaui te? Aut in quo moleſtus fui tibi? Reſponde mihi. Siquidem decet Dei iudicum nihil habere conſioe tyranoidi: ſed iudicum more qui iotet homines familiarem ineuot communicationem: qua fit, vt locum exhibeant ſui purgandi his qui ad cauſam diceodam ſiſtuotur iudicio, vt videos vnus aliquis ſeotentiam in reum dilucidè pro- A nuntiataio, aſſentiatur iocooirouerſis Dei iudiciis & inflictam pœnam comprobet, aſtipulans ioquam iudiciis iuxta omnem iuſtitiæ formulam ſibi productis, vt denique contempletur eorum quæ ſibi coodonata ſunt, remiſſionem erga ſe factam ſermone & oidine. Atqui ſcriptura repræſentat hæc per proſopopeiam, oon quòd aduerſus vnumquenque noſtrûm interrogatiooes producendæ tint, & teſponſiones futuri iudicis inducendæ aduerſus eum qui iudicium ſubiturus eſt: ſed vt anxiam ſolicitudinem oobis ingerat, ne inerti otio deſidentes negligamus nos expurgare. Veriſimile enim, quia indicibili quadam virtute, momento temporis omoes quas io hac geſsimus vita, actiones veluti in tabula quapiam, in memotatiua animæ noſtræ potentia impreſſæ pateſceot. Sicque illud audiemus: Circundederunt eos ounc praua ipſurum conſilia. Et, Coram facie mea poſita ſunt. Porrò in Daniele libri allati quid aliud indicant, quàm quòd Dominus in hominum memotatiua virtute excitaturus eſt formas eorum quæ geſsit, vt ſuorum quiſque meminerit factorum, vt ipſi ceroamus quorum cau- B ſa plectamur? Poſt lotiooem verò & expurgatam eluuiem peccatorum, poſt ablationem nequitiæ ab anima à conſpectu oculorum Dei & toterquietionem à malitiis, poſt aſſumptam ſcieotiam bonorum operum, & exquiſitum iudicium, poſt liberatum vi oppreſſum & iudiciũ orphano exhibitum atque iuſtificatam viduam: tunc demum ad diſceptandum & argumentis reuincendum vocatur is cui promittitur, quòd ſit velut oix aut ſicut lana dealbandus. Nec vſque adeò per ſe ſufficiens eſt ipſum regenerationis lauachrum, vt lotum promoueat ad alborem niuis aut lanæ: ſed & opera reqoiruntur, oec perfunctoria aut qualicunque diligentia eſt opus ad hoc vt lauachrum quidem ſit effectiuum puritatis & expurgationis à ſordibos: ſed & ſententia iudicialis ſecundum orphanum requiritur & iuſtificatio viduæ qnod vtruoq; conciliat albedinem niui ac lanæ oihilo diſparem. Poteſt enim quod puoicei eſt coloris, purum quidem eſſe, ſic tameo vt non ex æquo reſpondeat candori. Ex quo enim phœniceos color dilutioris eſt ruboris: coccioeus autem altius inſerit & ad ſatietatem vſque, ruborem ſuum. Illud quidem refertur ad niuem: hoc autem cen- C ſetur ſuam habere proportionem ad albam lanam. Rubro quidem colori peccata noſtra cooferuntur, quòd ſiot [illegible]. id eſt, elephàrici morbi, aut lepræ animarum. Et quemadmodum in tincturis, quod repetitis vicibus ac multo cum labore intinctum eſt, tinctoram excipit preſsiùs inhęreicentem nec ita facilè euaneſcentem: contrà, quod ſuperficie teous & vt occaſio tulit, coloribus iofectum eſt, tincturam bibit facilè mobilem & reiectitiam. Ad euodem ſe habet modum anima ſanè peccatorum ſupputata & in habitudine conſtituta malitiæ. Ita enim mali aſſuetudo vix ac multo negotio elui poteſt, & quodammodo iouſtam impreſſit animæ maculam cootagione peccatorum contractam. Ad minus autem ac veluti in ſuperficie magis cooſpicuum verſatur malum, quòd dilutiùs colotatum eſt & ſorde peccati cooſpurcatum, pro peccatorum proportione plus aut minus ſuperueniente colore. Qua taodem ratione inter alba, nix laoàque D ad hanc exprimendam ſimilitudinem aſſumptæ ſuot? Quòd lana ſuapte natura alba quum ſit, ſolerti tamen diligentia tractata, redditur quàm per ſe erat, albior. Sanè etiamnum humaoæ vitæ ratio per aſſiduam exercitationem perficiens naturæ ſubſidia, adauctiorem ae multo cumulatiorem virtutem progredi poteſt & pertingere. Atqui nix quum ſuo ſubiecto ſit aqua aëre accedente inalbeſcit, quando violenta aſpiratiooe ventorom liquidus humor qui in nubibus diffriogitur per vehementem motum in ſpumam intumeſcit, refugiente autem aëre addenſatur & concreſcit, acceptàque ea concretiooe ſimul & grauitate, ſuopte naturali inſtinctu deorſum fertur. Ad eundem modum anima ſe habet. Simul vt propria exercitatione & ope ſuboixa Spiritus ſancti, præſidia naturæ beneficio ſibi indulta adauxit, digna efficitur gratia Dei io illius iuſto iudicio, quum dederit Deus ſuis ſanctis ſplendorem: *Et ſi volueritis & exaudieritis me, bona terræ comedetis: ſi autem nolueritis, neque exaudieritis me, gladius vos deuorabit.* Hoc maximè loco velut ob oculos exhibet libertatem arbitrij E humanæ naturæ indultam. Superiùs enim poſitis ſententiis omnibus arbitramur accommodari poſſe hanc verbotum iuductionem. Ait enim, Si à cultura ſeo ſeruitute quæ eſt ſecundum literam occidentem deſciueritis, ſi loti fueritis & mundi: reliquum ſuerit, vt deinceps opere exhibeatis expoſitã vobis viuendi formulam, venieris ad iudicium in tanta & tanta bonorum exuberantia conſtituemini ac deliciis perfruemini vòbis promiſsis. Nequaquam eritis io deuorationem punitiui & exitialis gladij. Et illis quidem deiectè & quæ exigua ſuot, audientibus proponuntur dandæ terreoæ promiſsiooes in obedientiæ mercedem: eis autem qui iuxta ſpiritualem ſenſum aures accommodant ſcripturæ conſiliis, terræ illius ſpiritualiter intellectæ bona repoſita dicuntur, quam vtique terram manſueti ſiue mites qui & hinc beati pronuntiantur, dicuntor hæreditate poſſeſſuri. Ratione conſimili gladius eſt animatus & intellectualis, de quo dictum eſt, quia ioebriatus eſt ſanguine vulneratorum, & in * cœlo carnes comedet. *Os enim domini loquutum eſt hæc.* Forſan ipſe ſpiritus ſanctus qui hæc fecit ſcripturæ tradi, nunc dictus eſt, Os Domini, F quandoquidem aſtruitur proceſsiſſe ex ore Dei. Itaque oe tu cootemptim exaudias haſce comminationes. Sermo enim Domioi abuodè nobis reddidit teſtimonium quia os illud quod hæc loquutum eſt, minimè nouit mentiri, oeque ſefellit vnquam. Quis autem vſque adeò abiectus & mente carneus, vt exiſtimet epulas illas à Deo bono repoſitas hominibos in compenſationem fœliciſsimæ illius iucunditatis eſſe fructus per

De eo intelligit qui adultus baptizatur.

[illegible]

* Libera arbitrij [illegible]

* [illegible]

corrup-

corruptelam deciduos, quibus plerunque abutimur? Quin potius palam eſt iuxta Euangelicam parabolam, quod in terram bonam cecidit ſemẽ, ea terra eſt probum cor ac bonum audiens verbũ illudque continens & fructum adferens in patiẽtia. Res planè digna promiſsione Dei, perfruitio illa eſt ſuauiſſimorum fructuum cordis: fructus autem cordis ipſa eſt iucũdiſsima oblectatio quæ verſatur in contemplatione diuinæ pulchritudinis.
A Et hi quidem fructus ex ſatione excoluntur per ſpiritum ſanctum, demeſsi in vitam æternam, quorum manipulos qui colligit in exultatione ſe oblectat in Domino ab eodem accipiens ſuas petitiones. Atqui priùs oportet quidem, vt velis, & tunc exaudias, vt quod in noſtra ſitum eſt poteſtate, nullis viribus à nobis extorqueri queat. E diuerſo: *Si nolueritis, neque exaudieritis me.* Ex eo quòd noluerunt, conſequutum quia nec exaudierunt. Ad eundem modum beatitudo omnis & quæ in ſupplicio, quæue inter moleſtias traducitur vita, vtrunque à noſtra pendet voluntate.

Libera facultatis ſit et voluntatis aſſertio.

Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicij? Iuſtitia requieuit in ea, nunc autẽ homicidæ. Admirabilis hæc addubitatio plusquàm pro illorũ opinione & expectatione ſubindicat quod eis horrorẽ incuteret, quum ea de re dicit, quemadmodum fidelis ciuitas & plena iudicij in qua iuſtitia conquieuerat, eam facta ſit meretrix & homicidarum domicilium. Quo enim pacto non permoleſtum ac triſti admiratione dignum, eam totam ciuitatem degenerasſe à mundicia quæ in fide conſiſtit, ad immundiciam meretriciæ fornicationis? Quod vtique fit, cùm anima quæpiam à ſoliditate fidei præter aliorũ opinionem, vario circunductu percellitur in infide-
B litatis fornicationem. Aliquando quidem ob hæc coarguuntur videlicet quum generatio praua & adultera effecta iuſtitiam è cœlo deſpectátem in terras & in ea ciuitate cõquieſcentem iuſtitiam, nempe Chriſtum & Dominum noſtrum atroci morte peremerunt, & * manus extenderunt in eum, quod eſt admiratione dignum & eò maius reddit quòd nunquam aliàs auditum. Si quando aderat iuſtitia, tantò tunc exuberabat magis iniuſtitia. Et hæc faciebat ea gens nihil alioqui ignorans ſanos ſermones iudicij. Hoc enim indicat: Plena iudicij. Annotandũ autem venit, quia iſtius mater fornicationis eſt infidelitas. Quis enim indubia fide ſibi perſuadens Deum vbique eſſe locorum, bis etiamnum adeſſe quæ vſquam geruntur, vnicuiq; actioni proximè adſiſtere, introſpicere conſilia cordium, is ne malignam cogitationem approbaret? Talis ne opus prauum ad finem vſque promoueret? Sed nunquid tales non ſeotiunt ſe à Deo inſpici, aut non futurum exiſtimãt
C iudicem à ſe geſtorum? Ita toti proſiliunt & concitantur ad impias actiones. De eccleſia autem aliquando dicitur (quod abſit vt dicatur de hac noſtra) illud: Quomodo facta eſt meretrix, ciuitas fidelis Sion? Idque ob repudiatum fidei verbum cui ab exordio iuxta patrum traditionem ſponſalitio iure copulata eſt qui eam exhibuerũt vni viro virginem caſtam. Multa admittit & verſicoloria femina verbi eccleſia, ab iſtis ſubindocta qui puritatem ſacramentorum contaminant & dogmata impietatis diſſeminant ad extremam

Deſi ma ſum. [*Deſit manum.*]

Quid hodie diſtinctum ſuerat à S. Baſilio

animarum perniciem & corruptelam. De tali eccleſia meritò dici poteſt hoc: Quomodo facta eſt meretrix, ciuitas fidelis Sion? Angeli enim ſancti quorum ſolertiæ curæ concredita eſt eccleſiarum præfectura, qui quæ ſunt, priſca teſtant, qui & proſpiciunt obſeruantque præſentia, multa cum admiratione aduerſum hos conſurgent pronuntiaturi illud: Quomodo facta eſt meretrix, ciuitas fidelis? Quippe quæ per eam fornicationem in vnum cœtum aggregauit homicidas. Homici- D
das non modò corporum: ſed & animarum qui dolo & impoſturis fraudulentæ viæ ademerunt ſimplicioribus, periode ac gladio ſermone quopiam ſapientia mũdiali exacuentes quo per probabilem veriſimilitudinem exitialia vulnera inferunt animabus. Ad hæc cauſam reddit per quam effecta meretrix eſt quæ priùs fuerat fidelis: *Argentum veſtrum reprobum.* Hoc eſt, Sermo fidei veſtræ quaſi moneta adulterina, reprobus eſt nec retinet exactam & incolumem figuram regiæ imaginis. Quod enim ad hanc ſermonis obſcuritatem attinet, quare argentum nominet verbum fidei, ex aliis pleriſque locis demonſtratum eſt, maximè per hunc: Eloquia domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum. Arcanos igitur receſſus & conclauia cordium veſtrorum ſolerti indagine perſcrutemini. Omnia mihi circũſpicite in retruſis & abditis apothecis, ne qua for ſan drachma adulterina ſit, hoc eſt, necubi dogma ementitum ſit, quaſi à ſpiritu ſancto inſignitum propriis characteribus veritatis, quos per Prophetas & apoſtolos nobis gratuitò dilargitus eſt: ſed per viros infidoſos qui ſuamet adinuentione clàm offendicula ponunt difficilia deprehenſu, qui aſcititiam monetam circunferen- E
tem formam inimici theſauris regalibus ſuperinducentes corruperunt opes eximias, multiſque de ſua electione fidem dubiam iniecerunt: Pauci enim probi * trapezitæ. Rari admodum ſunt qui cuncta que ant explorare, & bona quidem penes ſe nouerint retinere, ab omni autem ſpecie mala ſibi temperare. *Caupones tui miſcent vinum aqua.* Audite nudum quidem & exile verbum qui vinum venale proponitis. Ne dolo hanc vitietis creaturam. Res enim eiuſmodi ludus non eſt: ſed malitia peracri digna reprehenſione. Atqui ſcriptura ipſa nos vrget ad ſpiritualem ſenſum. Eſt ſiquidem vinum lætificans cor hominis: hoc eſt, intellectum & præcipuam animæ facultatem, nimirum mentem exhilarant documẽta ſcripturarum, per ſanctos apoſtolos & prophetas vinum id ſuggerente nobis ſpiritu ſancto ad percipiendam iucunditatem æternam, quæ quidem documenta peruicace adulterant & cauponantur. Scri- F
pturam ipſam in aquam conuertunt, petroiſcentes quæ ſuo ipſorum intellectu excogitarunt, in extremam perniciem auditorum. Dum enim ſtudio adnituntur, vt indulgendo eorum voluptatibus, demercẽtur ipſorum gratiam, per blandiloquia & ſuaues ſermones alléctãdo alunt illorum vitia in perditionem, per hæc eneruantes auſteritatem & vigorem ſcripturarum vitioſos vtilitet perſtringentem, ad auditorum ſubuerſionẽ enarrantes multimodam erga homines benignitatem planè ineruditam, condonationex item peccato-

Menſarij, monetarij.

rum nullo diſcretionis ſale conditas & talia quædam ad captandam multorũ gratiam quibus maximopere effœminant animas ſtudio conſectantium voluptates: *Principes tui non obediunt*. Nos propolæ illi & caupones, nos principes qui quòd minimè paremus edicto legis, nec incóncuſſa fide nitimur: primi ipſi ſumus qui procuramus, vt ciuitates priùs fideles abiurata fide demutentur in fornicarias. Vt plurimum enim ſubiectus populus ſe ſolet conformare eorũ moribus qui potentia præualent: ita vt quales aliquando fuerint qui præſtãt viæ ducatum, talis vt ſit, neceſſe eſt qui in
A viam deducitur. Ciuitas igitur hæc quum olim fidelis fuiſſet, principes autem poſteri, infideles, non obſecundantes legi, denique ciuitas ſe eis aſſimilem reddidit. Fide enim à ſe exploſa per quã dicebatur fidelis, prolapſa eſt in publicam proſtitutioné. Ne efficiamur nos refractarij & inobedientes, vt ne perfidia dominetur noſtri. *Principes veſtri * non obediunt*. Nimirum Deo non obtemperant, ab ipſo deflectẽtes, nec in his quæ fieri iuſſit, permanent. Inter ea autem præcepta erat illud, vt manus ſuas excuterent à muneribus: inſuper ne mutua conſenſione concurrerent furibus. Hi è diuerſo, ſtudio coaceruandæ pecuniæ fiebãt participes furũ, turpis lucri gratiã. An non omnino hoſce * marſupicidas ſentiendũ eſt eſſe fures? An potius quàm qui in balneis ſe lotuтos ſpoliãt indumentis? Quinetiam fures cenſendi ſunt, quibus ductandi exercitus demandata eſt prouincia, aut certè ij qui aſſumpto principatu ciuitatum & gentium clanculùm quidem ſuppilant, quæ autẽ
B ad rempublicam attinent, extorquent vi. Quin & is qui putatur præſidere eccleſiæ, à talibus accipit munera, videlicet ad ſuam vnius oblectationem & vſum obtento interim prætextu honoris iſtius ſe contingentis, ratione præſidẽtiæ aut quòd in ire rationem debeat concreditæ ſibi diſpenſationis in vſus pauperum eccleſiæ, is planè furti eſt particeps, quòd is qui iſtos ſuppilatores coarguere debuerat, admonere & ab ea iniquitate auocare: idem ſic facilè manum ſupponit accipiendo muneri. Quin & eum prædicat beatum, quem conueniebat odio proſequi, quantò hic maiora munera hoc genere furti percipit. Proinde qui talem ſic cõmendaret ſatellitio dignatus, cum laude proſequens, circa fores illi cohabitans, manúſq; apprehendens quibus cuncta hæc priuata ac publica furto compilauit, iure talis ſocius furum nominatur. Sanè cõuenit nos iſtas mundi totius diſpares ſalebras proterere calcibus & de mundo conceptas imaginationes nihili ducere, quum videamus fures rei alicuius exiguæ exhibitos tribunalibus plecti à magnis iſtis furibus. Et quidem domeſticos famulos ob qualiacunque furta odio proſequimur: iſtos autem ſuſpicimus. Auerſamur quidem vernaculos quòd fures vtcunque ſint: il-
C los autẽ iudices quòd per furta euaſerint opulentiores, attoniti demiramur. Quánam alia cauſa coarguuntur hîc principes? *Diligentes munera*. Sanequàm dictum exactè eſt hoc: diligentes munera, non item accipientes munera ſiue dona. Sic enim calumniis traducerentur quibus per hanc vitæ ſocietatẽ pro exhibito officio decenter conferuntur munera. Sed dictum eſt, Diligentes munera: hoc eſt, qui immodica cupiditate accipiendi

Quid ad hæc reſpondeat pars maxima præſidentium eccleſiæ Dei

In iudices muneribus corruptos.

intabeſcunt. Coarguuntur autẽ principes qui ſanctam dilectioné totam effundunt circa hæc euanida & terreſtria: quãdo neceſſe eſt diligere Dominum Deum, tota ea virtute quæ nobis ineſt ad diligendũ. Proximus inſuper diligendus eſt: ſed & inimici diligendi, vt perfecti ſimus imitando benignitatem Patris noſtri qui in cœlis eſt, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper malos & bonos. Porrò vim ſuæ dilectionis in alia ſuperfluè & perperam conſumere nemini permittitur. Quòd ſi malum eſt præter iam dicta, diligere quiduis aliud, qui argentum prorſus diligit, quemadmodum debet diligere Dominum Deum, nimirum ex tota mẽ- D
te ſua, vtiq; talis ſeruiture qua ſeruire debuit Domino, miſer ſeruit mammonę, dum is debitã Deo ſuæ charitatis menſurã in argenteã maſſam transfert. Sanè ob id iſta redundans acquirendi cupiditas efficitur idololatria, mox vbi quis oblata Deo munera in terrena tranſtulerit. Iuſſi igitur ſumus non diligere munera, ſic vt horũ cauſa non ſinamus pleraque fieri ab adeuntibus nos, ex iis quæ lege interdicta ſunt. In vniuerſum enim eiuſmodi munera non permittit nobis ſcriptura diligere, neque circa hæc indulgere affectibus: ſed vt tanquam vtilem ac neceſſariam * Deo debitã ſeruitutem complectatur quis. Illud enim: Ex toto corde, diſpartiri in aliud quiduis nequit. Quemadmodum enim in vaſculo liquore quopiam pleno, quantum ex eo foras deflux erit, tantũ neceſſe eſt vt deſit ad complementum: conſimili ratione & in anima. Quantum ex charitate ſibi detraxerit per ea quæ non conueniebat diligere, tantidem neceſſe eſt vt indiga ſit ad dilectionem Dei. E
Qui autem ſemel animum appulerit, vt diligat argentum, omnem ſuam illò trãſmouerit dilectionem. Qui enim diligit pecuniam, non implebitur pecunia: *Perſequentes retributionem*. Quæ vel maximè intenditur obiectio in principem, eſt hæc: Si propenſior ſit ad expetẽdam vltionem: ſi modis omnibus animum eò intendat, vt vice conſimili retalier eos qui ſe quapiam moleſtia affecerunt. Qua enim ratione is alterum edocebit exequi illud, Nemini malum pro malo redentes, qui nihil non facit ad exigendam de inimico vindictam, & ei à quo læſus eſt, ſtudet vicem repẽdere mœroris? Talis peruerſè imitatur manſuetudiné Dauid dicentis: Si reddidi retribuentibus mihi mala. At neque is commeminit Hieremiæ dicentis: Bonum viro, quum portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Sedebit in ſolitudine & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. Quid porrò dicant ij de Domini doctrina, quam quidem opere ipſo contemptim negligunt, cõſectando retributionem, dicente Domino: Si quis dederit tibi alapam in F
dextera maxilla, obuerte ei & aliam. Nulli enim non homini probro datur, ita perſequi retributionem: idque vel maximè, vbi quis molitur efficere per principalem qua fungitur, poteſtatẽ. Conueniebat enim talem per tolerãtiam afflictionum, operibus ipſis docere populos ſuæ fidei concreditos. Quale enim ſpectaculum? Quánam ratione religioſum dici queat & admiratione dignum? Parum abeſt tale quid ab hominum natura, Aequum fuerat vt vel multis affectus cõuitiis ac fortè accepta plaga in capite aut genis, aliis inſuper

afflict-

afflictionibus innumeris appetit*, his etiamnum malis obſeſſus quæ & ſermone & opere eum ad extremam perducerent ignominiam, ne ſic quidem præter modum efferueſceret indignatione, non ſaltem ad vindictam coörireτur, ſed manſuetè & animo ab ira vacuo ſe erigere debuerat ad preces fundendas pro ſuo conuitiatore, vt ei peccatum condonaretur ob ea quæ illum præoccuparant ac deinceps dignus efficeretur decenti erga ſe Dei prouidentia, ita vt ab omni procacis viæ incontinentia ſibi temperaret. Nunc autem, nunc nos Eccleſiæ principes (vt alia ſupprimam mala) hac parte vel maximè peccamus, nimirum perſe-
A quimur retaliationem. At ne quidem ſatis ſit par pari in vicem referre: ſed & præter modum nos ipſos vlciſcimur. Nec modo ſi quapiam contumelia fuerimus affecti: ſed ſi non præueniamur honore, cōtinuo exaſperamur animis. Eos ducimus inimicos, qui nobis min⁹ honoris tribuerint quo nos ipſos exiſtimamus eſſe dignos. *Orphano non iudicantes, & iudicium viduæ non attendentes.* Quæ de pupillis & vidua relinquebamur dicēda, in ſuperioribus dicta ſunt. Hic autem per hanc particulam, Non attendentes, ſubindicat quantus fuerit faſtus, quanta arrogantia principis, id quod eundem coarguit fuiſſe agreſtiorē iudice illo iniquitatis. Siquidem hic iudex tametſi nulla tāgeretur commiſeratione, at certè propter importunā viduæ interpellationem ſe attentum exhibuit iudicio, quòd ab ea videret ſe tanto grauioribus circūſiſti moleſtiis. De his autem principibus dictum eſt, quemadmodum in genere nemo eorum ſuſtinebat attendere animū iudicio viduæ: *Propter hoc, hæc dicit dominator dominus Sabaoth, Væ qui potentes eſtis Iſrael.* Inſita eſt hæc proprietas ſcri-
B pturæ, vt ad eum modum figuret loquutionem. Pro eo quod eſt, Væ potentibus, dixit, Væ qui potentes, eloquutionem reiectitiam hanc accommodando moleſtiſſimis & vix vlli ferendis laboribus, dum de his loquitur quæ paulo pòſt euentura ſunt potentibus Iſrael, in illo vix vlli tolerando examine. Nec id pronuntiauit propheta, cōiectura aſſequutus: ſed ſecundum ſententiam ab ore profectam quod nullatenus nouit mentiri. Potētes autem, ſentiendum eſt eos inſinuari qui in populo principem obtinent locum, qui quòd detrectarent Dei imperium, diligerent munera, perſequerentur retributionem, & reliqua de quibus infimulantur, & eo: Væ potentibus nec obedientibus. Infirmioribus enim parabilis eſt venia. Minimo enim miſericordia conceditur: potentes autē potenter * examinabuntur ſiue tormenta patientur. Et, Cui plus cōmiſſum eſt, plus ab eo exigent. Eóque & diuitibus Væ, quia quum præualeant ſubleuare inopiam pauperum, indultarum ſibi opū potentia non ſunt vſi ad quod acceperunt eas.
C Si quis acrimonia ingenij eſt altero ſolertior, ne ea facultate naturæ beneficio ſibi indulta abutatur ad indaginem diuinorum. Alioqui huic etiā væ, quum opus ab eo repetetur pro proportione donorum. Si qui obtentam eccleſiæ præſidentiā, non adornarint conuerſatione quæ deceniet reſpondeat ſuæ pollicitationi, his etiamnū Væ: *Non ceſſabit enim furor meus contra aduerſarios.* Inimici ſiue aduerſarij ſunt Deo qui eius mandatis obluctantur ac reclamant, qui quidem tantiſper

Sapien.6.a
*prætoriani.

dum perſiſtunt hoſtes, non conquieſcet Dei furor aduerſus eos. Quoad enim immoramur noſtris nequitiis, aduerſum nos ipſos Dei incendimus furorem, ac ſi materiam igni, peccata noſtra imponentes iuxta illud dictum: Ignis ſuccēſus eſt in furore meo. Vt primum à peccatis conquieuimus, * *Iudicium de inimicis meis faciam.* Ait ſcriptura: Qui credit in me, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt. Iuxta igitur recitatā ſententiam, qui authores ſunt iudicij, ſunt inimici. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ, incredulitatis & contumaciæ. Iam quando dixit, quia non ceſſabit meus furor aduerſus inimicos, vt ne exiſtimemus iram Dei aduerſum
D ſuos irritatores nullo diſcerni iudicio, ad hunc loquitur modum: Etiamſi ira incandeſco, nec tamē citra formulam diſcreti iudicij in eos animaduertam: ſed pro cuiuſque merito ac menſura eorum quæ iniquè geſſerunt, pœnas infligam æquabili iudicio libratas: hoc eſt, iudiciū de inimicis meis faciā. Vtique Deo ſunt inimici, qui iniqua perpetrant. Inimica eſt illi ſummo bono malignitas: inimica eſt iuſto illi iniuſtitia, * ſancto immunditia, veritati mendacium. Ob hæc igitur non conquieſcet furor meus, tantiſper dum fuerint inimici. Aſſeruit ſe ſupplicium eis irrogaturum cū diſcretione iudicij: *Et inducam manum meam in te, & igne examinabo te ad purum.* Mihi vide, quàm felicem exitum ſortiatur iuſtum iudicium ac ſupplicia ad rectitudinem iudicij innecta. Non conquieſcet furor meus. Iudicium faciam. Inducam manum. Igne examinabo, vt purum denique exhibeā. Sic peccatoribus indignatur Deus, vt eos beneficentia ſua afficiat. Neque enim ad extremā vſque exinanitionem eos plectit: ſed caſtigat ad
E morum correctionem. Infert autem ignem hunc vt ad nihilum perducat quod malum per ignita diaboli iacula inſertum eſt animæ non habenti fidei clypeum, quæ quidem fides immiſſiones iaculationum à maligno impreſſas animæ extinguit. Hinc accēditur diuinus ignis alterius improbādi luſtratiuus qui nos incēdere ſolet ad abſurdas, ve ſaniētes & noxias cupiditates. Ob hoc ait ipſe Dominus: Ingreditur quaſi ignis conflatorij, & quaſi herba lauātiū. Et ſedebit conflās & emūdās quaſi argētū & quaſi aurum. Ecquid hinc emolumenti? Erunt, ait, Deo offerētes ſacrificium in iuſtitia: *Et auferam omnes iniquos abs te.* Ingens beneficium cōfertur animæ quæ per occaſionē peruerſē præſidentiū, deſciuit à Deo, ſi quando ab ea auferūtur iniqui præſides. Ob hoc & ſigna quædā circū eccleſiā ſtatuūtur quę deprehēſos in interdictis peccatis abarcēt ingreſſu & ſegregāt à reliquo corpore eccleſiæ, vt ne vel tantillum fermenti totā cōſperſionem dolo circumueniat ac vitiet. Itaque ad Dei bonitatē ſpectat è medio populi tollere ini-
F quos. Neque enim iniqui vnà cum ſanctis ingrediuntur ſancta, quia ventilabrum eſt in manu Domini. Sed enim qui nunc vi iniqui ſegregantur à populo, quę geruntur cuncta ſuſque déque ferūt, non intelligentes quia iſtæ delineationes ſeparationis ea ſubindicant quæ in tremendo fient Dei iudicio. Porrò quantum noxæ reſiliat ex eo quòd non è medio auferuntur iniqui, vt ne permiſtim ſe interſerant ſanctis Chriſti membris, perſpicuè docuit Apoſtolus increpans Corinthios, quòd

Deeſt hic quiddam, forſan deeſt furor Dei.

* τῷ ἁγίῳ forſan ἁγνῷ, mundo

Mala.3.a

Ant. priſci mores eccleſiæ.

 luctum

luctum non emiſiſſent, vt tolletur è medio eorum qui eiuſmodi malitiam eſſet operatus. *Et inſtituā iudices tuos ſicut priùs.* Cur tranſmiſſis regibus, commeminit iudicum, etiamſi inter reges nonnulli principatū populi obtinuerint cum laude? An quia Reipublicæ adminiſtratio per iudices liberior fuerit, ipſorum naturæ correſpondens, quòd populus ſuis legibus degens ſolum Deum agnoſcebat regem? Tandem regum inſtitutio, propria illorum temeritate & conſilij prudentis inopia ſucceſſit. Equidem quum tot beneficiis cumularentur, oportebat eos reuocari ad priſtinam

A illam & beatam viuendi conſtitutionem. Quare denuo reges, ſed iudices ſe inſtituturum eſt pollicitus, cupiens & hac parte eis gratificari libertatem vitæ. Non enim erat rex in Iſraël: ſed vnuſquiſque quod placebat oculis ſuis, hoc faciebat. Aut certè, ex quo non iam opus ſerie vlla regum erat, poſt aduentum veri regis qui pollicitus eſt ſe iudices exhibiturum prioribus nihilo diſpares, idque dictum propter diſcipulos Domini, de quibus dictum eſt, quia ſedebitis ſuper duodecim thronos iudicātes duodecim tribus Iſraël: *Et conſiliarios tuos ſicut ab initio.* Hic rurſus pollicetur ſe eis præbiturum non qui pro poteſtate imperet, ſed qui conſiliū det, vt incolumē ſeruet proprij arbitrij libertatē. Regis enī peculiare munus eſt imperio vrgere ſubiectos: conſiliarij autem perſuadere cupientibus noſſe quę conducāt. Neque enim ſufficiat per ſe aſſequi vnuſquiſque ac deprehendere quid ex officio ſit & deceat, quapropter munificos Deus conſiliarios præſtituit, non item qui pro poteſtate imperent, ſe eſſe daturum. Ne ergo* vnuſquiſque noſtrûm ſeipſum e-

B xiſtimet, quaſi princeps ſit: ſed quaſi conſiliarius à Domino ſit datus in populi ſalutem. Conſiliarij igitur fuere prophetæ omnes qui conſulebant quæ eſſent populo conducibilia. Et præ omnibus Moſes. His igitur qui ab initio fuerunt, aſſimiles ſe excitaturum beneficus Dominus populo ſuo repromittit, nempe Apoſtolos & euangeliſtas, cuiuſmodi erat Paulus, conſiliarius & adminiſter noui teſtamenti dicens: Conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino.

Planè non exigui momenti beneficium eſt quod à prudente & beneuolo conſule emanat conſiliū quippe qui ſuo aduentu ſupplet quod deſit prudētiæ conſilium de re quapiam captantibus. Proinde quantum emolumenti obueniat ex accepto cōſilio, declarat vel maximè Moſes qui omni ſapiētia Aegyptiorū eruditus, qui familiari colloquio cum Deo congrediebatur, perinde atque ſi quis amicus cum ſuo loquatur amico. Hic tantus con-

C ſilium ſibi redditum à Iothor ſocero ſuo accepit, nimirum vt tribunos millenarios conſtitueret, centuriones & decanos qui cauſas iudiciáque populi decernerent. Dauid inſuper conſiliario eſt vſus Chuſi per quem diſſipauit militare cōſilium Achitophel. Vtque in genere dicam, ſacra quædā res eſt conſilium, voluntatum vnio, fructus dilectionis, humilitatis inſigne. E diuerſo, intolerabilis eſt ſuperbiæ argumentum exiſtimare ſe nullius egere conſilio: ſed ſibi vni attentum eſſe, quaſi ſolus poſſit ſibi conſilio decernere quæ optima ſunt. Atqui nos cunctamur nos ipſos exhibere eorum conſiliis qui conſulant & exhortentur ad honeſta. Quin ipſi ſuppudeſcimus illos confiteri ſuo videndi genere nobis eſſe haud prudentiores. Iam verò qui præſtolatur & ſuſtinet conſiliarium, ſuiſque ratiocinationibus gerendæ rei opportunitatem adhibet tempore pleniori cum examine & attentione perueſtigans quid ſe deceat ex officio*. *Et poſt hæc vocaberis ciuitas iuſtitiæ, metropolis fidelis Sion.* Plane docuit in quem exitum deſitura eſſent beneficia in eos paulatim collata. Pro eo enim quòd tum eſſet ea ciuitas domicilium homicidarū, futura erat ciuitas iuſtitiæ. Pro eo quòd meretrix erat ciuitas, futura erat metropolis: hoc eſt aliis prælata & prædux ad continentiam. Rurſus, fidelis innuit priùs fuiſſe opere meretricio contaminatā. D

Nunquid igitur adornata eſt decenti ornatu, nimirum conſiliariis & iudicibus? Aut certè quæ in Chriſto eſt, eccleſia appellata eſt metropolis, ac ſi ex ſeipſa quaquauerſum emittat * colonias quaſdam vitæ ſecundum Deum inſtituendæ. *Cum iudicio enim ſaluabitur captiuitas eius & cum miſericordia.* De externis hoſtibus qui ſenſu ipſo tales percipiuntur, déque in captiuitatem abductis nihil dum in ſuperioribus dixit. Reſtitutionem autem in priſtinum ſtatum ex ea captiuitate vocans remiſſionem, ſuggerit menti noſtræ, vt intelligamus quia quandiu vnuſquiſque noſtrûm ſub iugo peccati verſatur, quum noſtri dominetur inimicus, efficimur velut vincula peccati quibus abripiamur à maligno, vt exhibeamus membra noſtra ad ſeruiendum iniquitati ad iniquitatem. Quocirca iudices ſalutem conciliarunt populo, ſicut Barac, Sampſon, Gedeon & Iephte propugnatores populi, quem ex hoſtium manibus eripuerunt. Eam ob rem conſiliarij dicti ſunt, quòd quæ ad ſalutem pertinerent, ſuggerebant, & hortabantur vt captiuitas eorum promereretur ad ſalutem prouehi. Hunc enim ſenſum indicat: Cum iudicio ſalutem conſequi, hoc eſt, iudicata & examinata cauſa. At interim, ſiquando iniquitates obſeruaueris Domine, nemo ſuſtinebit, eóque coniecit miſericordiam iudicio, vt exactam iudicij ſeueritatem mitigaret temperamento miſericordiæ. E

Siquidem per æquitatem iudicij captiuitati traditus eſt populus: per miſericordiam verò reuocatus eſt. *Et conterentur iniqui & peccatores ſimul.* Poſtquam dixit dignos eſſe qui cum iudicio & miſericordia, accepta ſalute in priſtinum reſtituatur ſtatum: nunc addit, quia prorſus iniqui, quique pertinaciter acquieſcunt ſuis peccatis, cōterentur ſimul. Et quidem illi quia euanuerunt F in cogitationibus ſuis, hi verò quòd per legis tranſgreſſionem, Deum nullo dignantur honore. Sunt autem ἄνομοι iniqui & exleges, qui ſcita legis diuinę omnino non audierunt, aut qui à lege defecerunt, aut certè qui in principium quidem aggreſſi ſunt, vt opere expleant.

Peccatores autem qui ſuapte malitia & vltronei peccant, poſt acceptā cognitionē veritatis. Fortè autem & quos affecit ſua beneficētia Deus volēs eos in nouitate vitę ābulare, cōterit ipſorū veterē hominē, q; ſacrificiū ſit Deo ſpiritus cōtritus ſiue cōtribulat*. Spiritus enī qui mūdi eſt, de comiſſo peccato cōteritur, vt gratioſus & acceptabilis ſit & renouetur in viſceribus & cōteratur brachium peccato-

Left margin notes:
1.Cor.5.a
Et Conſtitues eos principes ſuper omnē terram.
* De eccleſiæ prælatis loquitur.
* Ietbro, veriùs Iethro nam יתרו quo & Raguel Exod. 2.

Right margin notes:
* [illegible]
* [illegible]
[illegible]

peccatoris: hoc eſt actiua & efficax vis ad peccandum, vt quæratur peccatum eius nec inueniatur. Tale eſt & illud: Ego occidam & viuere faciam. Occidet enim flagitioſè viuentem, vt expurgata eius vita improbiore, nouam ei gratuitò conferat viuendi rationem, *Eam ob cauſam conterentur ini qui & peccatores ſimul.* Vt inobedientes & qui ne audire quidem legem Dei volunt, conquieſcant ab hac intemperie. *Et qui dereliquerunt dominum, ad conſummationem perducentur.* Quaſi verò derelinquere Dominum nō poſthac ſit peccatum, vt etiam beneficio afficiatur. Tale eſt & illud Pſalmi dicentis: Conſummetur iam nequitia peccatorum, * Sanè ad eundem ſeoſum, vt ſi quis adhortetur medicum & interpellet, vt finem imponat morbis languentium, aut ſolerti artis io duſtria prohibeat hulcos morticinæ putrilaginis depaſci carnem ac ſerpere latius. Eiuſmodi conſummatio non omnino ſignificatiua eſt omnimodæ abolitionis: ſed prohibitiua actionis eorum quæ fiūt iuxta aliquid. Etenim Paulus de filio perditionis prophetico afflatus ſpiritu ait Theſſaloni cenſibus: Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Si enī captiuitas eſſet omnimoda exinanitio, qui poſſetis qui non iam ſupereſt, deſtrui & aboleri: Atqui palàm eſt mendacium quod in iniquo eſt & ignaro legis, exinaniri ſpiritu oris veritatis. Et ſic ille deſtruetur illuſtratione aduentus Chriſti. Sæpenumero enim obſeruauimus, quia malitiæ obliterantur, non item ipſa malorum ſubſtantia, quibus cōtigit eſſe malos quemadmodum in illo

B Viam peccatorum diſperdet. Et, Via impiorum peribit: *Quare, confundentur ab idolis ſuis quæ ipſi voluerunt.* Ingens beneficium confundi ob rem priuſquam fieret, denuntiatam ne per vacuitatem ſenſus & ſtupiditatem nequeat intelligere quid in eo facto indecorum ſit, quin in confuſione ſui operis etiam glorietur. Confundi igitur ab idolis, ſit hoc cauſa boni eorum qui ſic confunduntur, quod non ſecùs fieret, quàm vt qui eatenus coluit idola, ad veri Dei pertingeret cognitionem. Tunc enim is præ pudore * manum admouet ori, mox vbi prouectus eſt ad conſcientiā rei ſic abſurdę, quippe qui deprecatus ſit inanima ta quaſi poſſint ſuos precatores ſaluos reddere. Porrò omnis voluptatum affectator, cuicunque tandem ſeculerit eorum quæ interdicta ſunt fieri, hoc ſibi Deum faciens, veluti idolum quoddam, retinet illud in templo pectoris, in corde nimi rum ſuo feſſitans, ſemper cum eo per imaginatio nem præſens & ſimilitudinem tei concupitæ ſecum circunferens. Verbi gratia, Auidus congerendarum opum, vbi theſaurus eius eſt, eò intendit cor, vt latriam exhibeat idolo ſuæ inexplebilis

C auaritiæ præſidi. Helluo ventri deditus quum ſer uiat concupiſcentiæ epularum, Deum ſibi præſti tuit ventrem. Proinde maledictus homo quicunque fecerit ſculptile aut conflatile, abominationem Domino. E diuerſo beati qui iuxta conſiliū Iacob excuſſis à ſe diis alienis & immutatis ſtolis aſcendunt in * Bethel. hoc eſt, in domum Dei, vt illic erigāt altare Deo. A nobis igitur excutiamus idola à Deo abhorrentia & innouatis ſtolis eatenus induti veterem hominem & inanores quæ adhuc ab auribus pendebant, deponamus. hoc eſt, priſcas diſciplinas quibus mirè nobis placebamus. Hæ enim doctrinę idola fuit, quarum gratia confundentur ab idolis ſuis, quæ ipſi voluerunt. Neque enim quiſquam niſi volens penes ſe retinet idola priùs ſibi reddita, eòque per vitioſam concupiſcentiam nobis ipſis ſic ea deificamus. *Et erubeſcent ſuper hortis ſuis quos concupierunt.* Hanc horti appellationem ad vtranque partem acceptam eſſe deprehendimus, ſicut in Geneſi quidem iuxta Akilam. Et plantauit Dominus hortum in Eden. E diuerſo terra Aegypti notam incurrit infamiæ, dum dicitur hortus oleribus con- D ſitus. Rurſum ſub vituperatione cadit horti memoria, quum Achab patrimonium Naboth Iſraëlitæ concupiſceret, vt illud cōuerteret in hortum olerum. Eccleſiaſtes contrà commemiorit laudabilis horti dicens: Feci mihi hortos & paradiſos. Proinde bene dicitur hortus in quo monumentū eſt, quod temporariam excepit diſpenſationem mortis in corpore Domini. Vice verſa hic in malum traducitur, quaſi conciliās confuſionem obſcœnis affectionibus. Equidem id nominis videtur ionuere lucos ſyluoſos ac nemota idolis ad ornatum conſecrata & circunquaque conſita plantis, per quæ intelligi oportet exercitationes erroris plenas & externarum formarum effigiationes quarum obtentu vitia noſtra obumbrare ſolemus, veluti ſi quis inter voluptatum illecebras aſſiduè verſatus, fucatam nihilominus præferat ſanctimoniam ſeque ad grauitatem componat. Etſi quis ſeruili cupiditate pecuniarum oppreſſus ſtudioſè affectet videri magnanimus, ob eiuſmodi quæ iſti concupiuerunt, confundentur & erubeſcent, quum conſilia cordium, noſtrorum reuo E labuntur: *Erant enim quaſi Terebinthus decidentibus folijs & ſicut * hortus aquam non habens.* Quòd attinet ad hanc ſententiam, videtur de hortis dicere qui iſtis idolorum cultoribus concupiſcibiles erant, quia futuri eſſent inamœniores Terebintho ſuis ſpoliata folijs, & horto penuria aquæ exiccato. Vt autem ad moralem ſeoſum deflectamus, ſciendum quòd qui externa quadam ſimulatione, & per fucum gloriam aucupantur ab hominibus, poſt occultorum manifeſtationem, quum fuerint omnia nuda & aperta, necuā vlla in obſcuro delituerit creatura, præbebuntur tales deformiſſimum ſpectaculum, euaneſcente quę nunc circa eos verſatur, fallaci impoſtura, ita vt per ſe meritò comparentur quercui. Sic enim expoſuerunt Terebinthum alij interpretes quum & in Geneſi eandem eſſe didicimus & quercum & Terebinthum. Erunt igitur Terebintho ſiue quercui depoſita foliorum coma aſſimiles, vt palam exhibeat conſpicua quæ ſub folijs quadantenus delitefcebāt. Dum enim com pactiore foliorum coma adornata eſt, ſit vt elegantem & peramœnum præ ſe ferat colorem, F ramorum ſcabriciem obombrantibus folijs. Ait ergo, Erunt inamœniores quercu orbata folijs, poſt eorum demonſtrationem quæ in viuis geſſerūt. *Et ſicut hortus aquā nō habens.* Talis vti que fuit Iſraël, folia quidē habēs perinquè ac quercus, nimirum vmbram legis, quam à ſe excuſſit in plenitudine temporum. Et quaſi hortus plantis cōſitus à Domino à principio cōditæ creaturę, Deinque arefactus eſt, quòd vitalē ſeſū in ſuis dogmatibus

Marginalia: Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀφανισμόν. 2. Theſ. 2. a. בית־אל quæ & Luza, in tribu Beniamin. * ἀνέλαβε quem A- quilam dicimus, vnus fuit interpretum. * עדן Eden delicia, voluptas. * Στὸ παρά- δεισος. Gene. 35. a

gmatibus enarrandis diſperdiderit. Toto igitur nixu contendendum eſt vt verè in Chriſtum credamus, quò ſpiritualia flumina de ventre noſtro fluant, neque ſinamus nos inamœnos effici, neque infrugi. *Et erit fortitudo eorum, vt ſtipula ſtupæ: & opera eorum, quaſi ſcintillæ ignis.* Vel hinc liquet ſua cuique opera cauſam ſuppeditatura eſſe moleſtiarum quę in ſupplicio illo erunt, dum nos ipſos reddimus futuræ conflagrationi idoneos, & animæ perturbationes, tanquam ſcintillas ignis ad incenſionem gehennalis flammæ aſciſcimus, quemadmodum diues ille in flamma pręſiccitate eetorridus à prioribus ſuis voluptatibus exurebatur. Etenim pro proportione miſſilium iaculo

A rum maligni conſenſu noſtro admiſſorum plus aut minus, illius incendij cogemur percipere. *Et ſuccendentur iniqui & peccatores ſimul, & non erit qui extinguat.* Iam ſecundò per prophetam, veluti mutuo nexu attexti ſunt iniqui & peccatores Priùs quidem, Simul conterentur iniqui & peccatores, hic, Et ſuccendētur. Nemo ſibi imponat, nemo ſe ſeducat verbis ineruditis ineſcatus, quia etiam ſi peccator, at certè Chriſtianus ſum. Non igitur in gehennæ ſupplicium incidam, quò loci præcipitatur idololatræ. Quālibet fuerim Chriſti mandata tranſgreſſus, non defuerit mihi auxilio nomenclatura Chriſtiani. Audi enim tu, quia iniqui & peccatores exurentur ſimul. Ambobus intentantur quæ ſunt exuſtionis, in ābobus ſtipula ſtupæ deflagrabit: hoc eſt, ratio prioris vitæ accenſu facilis & ſuſceptiua flammæ. Scintilla * iu- D
ſtorum animam & huic illi incendit. Nunc quidem cinere obtecta, tantiſper dum tegumentis carneis obuelatur: incendetur autem diuino iudicio in die vltricis vindictę argumentis diuentilata & accenſa.

B A S I L I I M A G N I
ENARRATIO IN SECVNDVM
CAPVT ESAIAE.

VERBVM, *quod factum eſt ad Eſaiam filium Amos, de Iudæa & de Hieruſalem.* Abſoluta deſcriptione prioris viſionis, verbum hoc factum eſt ad Eſaiam filium Amos. Quanam ratione illic quidem viſio, hic autem

Quæſtio. ** ſcilicet domum prophetæ.* *Reſponſio.*

B verbum? Quia vis hæc * efficax à Deo confertur ſanctis per infuſionem gratiæ ſpiritus ſancti. Vna enim eſt cognitio rerum quę ignorabantur, inſerta ſanctorum cordibus per reuelationem & affulgentiam diuinæ illuſtrationis. Sed enim pro rerū differentia, circa quas verſatur ſcientia ſiue cognitio eius: quod reuelatur, aut viſio dicitur, aut certè verbum. Illic quidem præſentia declarantur, ceu ſunt, malitia populi, abalienatio à Deo, ingratitudo erga benefactorem. Hic verò quòd euenturum eſt, prænuntiatur, ob id Verbum ſiue ſermo. *Quia erit in nouiſſimis diebus.* Atqui illic neque oculis proponitur ſpectanda viſio, neque hic auribus hauritur cognitio: ſed illuſtris adfulgentia à ſpiritu ſancto profluens ſe inſerit cordi, aut præſentia exhibente, aut prænuntiante quod futurum eſt. Rurſum, quod hîc ait, De Iudæa & de Hieruſalem, quum ſit alioqui & de gentibus aliis oracula redditurus. Non enim Iudæorum tā-

ad Roma.

C tùm eſt Deus, ſed & gentium. Quandoquidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem, ſed primo loco & ordine priore commeminit huiuſce particulæ. Quę-

Quæſtio.

res proinde, quod ad intelligentiam viſionis ſcilicet ac verbi attinet, num examinatione vlla ſit opus? Alicubi quidem verbo adiicitur illud, Domini, alibi verò citra vllam eius appendicem, ſcilicet, ceu eſt verbum Domini, quod factum eſt ad Oſeë filium Beëri: Hîc item, Verbum quod factum eſt ad Eſaiam. De viſione quidem, apud Ezechielem, Aperti ſunt cœli & vidit viſionem Dei. Rurſus apud Eſaiam, Viſio quam vidit Eſaias. Et apud Hieremiam, Verbum quod factum eſt ad Hieremiam. Nam quando erant concionem habituri ad populum imperſuaſibilem, contradicentem, & qui prorſus à Dei deſciuerat cultu, ſilentio premebant nomē Domini, ſuum ſermonem hac temperie moderantes, vt commodiùs ab eis exciperetur. Quapropter ex perſona Domini concionabantur apud eos, ſicuti Hieremias indicat, dicens: Tota die perſeueraui ſubſannatus. *Quia erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini, &* E
domus Dei in ſummitatibus montium.

Nouiſſimi hi dies propinqui dicuntur futuræ conſummationi huius temporis. Vtique cum hoc deciduo & corruptibili mundo præterfluentis temporis natura acceptura eſt finem. Accommodam enim habet & affinem conuenientiā his quæ cernūtur. Et quidē vnà cū his quę ſubiacent corruptioni, pariter autem his quæ fiunt, cedit idque peſſum. Simul verò & præſtolatur & ſpe præcipit quæ futura ſunt. Iam ex quo dies, noctes, menſes & anni dimenſiones temporum natiuam originem ſortiuntur à Sole, Luna & latione firmamenti, neceſſe eſt hiſce labefactatis & corruptis, ſubſequi & temporis finem. Propinquante igitur mundi huius conſummatione, inclareſcet manifeſtus mons ille Domini, & domus Dei in verticibus montium. Qui ſoli quidem non acquieſcit dictioni, nec nudæ ac ſimplici literæ fixiùs immoratur: huic ne- F
ceſſe erit, vt ne etiam diutiùs his mente adhæreſcat, quæ ſenſu percipiuntur.

Quomodo enim tunc eniteſcet aut manifeſtabitur mons Domini? Quo item pacto domus Dei in præcelſo vertice montium collocabitur? Neque enim Iſraël carnali literæ affixus creationem expectat alterius montis: neque affuturam præſtolatur ſecundæ domus fabricam ſuper alias domos. Mons autem Sion, templum quoque etiam num per tempora prophetātis Eſaiæ in omnium erant proſpectu. Itaque quid inſinuat ſententia hæc? Non quòd conſpicua futura hæc ſint in nouiſſimis diebus: ſed quia admirabilis quædam & apertа

aperta omnibus Dei diſpenſatio apparebit erga hominum ſalutem in nouiſſimis diebus, ad profligationem peccati. Arcanum hoc myſterium & à ſeculorum conditione abſconditum, in conſummata plenitudine temporum palam omnibus eſt exhibitum. Dei autem in terram deſcenſus aſſimilatur monti, quòd mons ſit terra in ſublime ſubleuata. Caro item Domini terra eſt iuxta communem naturam, per vnionem qua ad Deum vſque profecta eſt. Domus inſuper Dei in ſublimi vertice montium collocata, eccleſia eſt iuxta Pauli ſententiam, dicentis: Videte, quomodo oporteat vos conuerſari in domo Dei, quæ eſt eccleſia

Caro Domini mons. Eccleſia domus Dei. Pſal. 86.

A Dei viuentis, cuius fundamenta in montibus ſanctis: Eſt enim ædificata in Apoſtolis & Prophetis, qui eius fundamenta iecerunt,* quorum vnus erat Petrus, ſuper quam petram pollicitus fuerat ſuam ſe ædificaturum eccleſiam. Intellectus enim in ſublime erecti, à terrenis iſtis diſparati ſupráque hæc ſuſtollentes ſe, iure optimo montes appellãtur. Anima autem beati Petri nominata merito eſt petra ſublimis, quod in fide radices ſolidè defixerit, & aduerſus plagas per tentationes illatas* ſtabiliter nec perfunctoriè ſe geſſerit. Quicunque capaces ſunt diuinæ cognitionis, propter celſitudinem intelligentiæ & earum actionum, quæ per eius intelligentiæ perficiuntur ſublimitatem, hi ob vitæ integritatem vertices ſunt montium in quibus exædificatur domus Dei. *Et eleuabitur ſuper colles.* Colles vtique tumuli ſunt quidem in aliquantam altitudinem à terra & exiguo ambitu circunſcribilem inſurgentes, humilioribus quidẽ locis ſupereminentes, altiſſimis verò inferiores ſunt, puta montibus. Itaque præcellens & incomparabilis prærogatiua Domini iuxta aſſumptam

** ſυμπῶς καὶ ἀνυποſτατῶς.*

B humanitatem, quum ſupra omnes, qui ſimul adiũcti tandem quibuſdam virtutum ornamentis enituerunt, demonſtrata ſit præeminuiſſe, eam ob rẽ ſupra colles futurus fuerat cõſpicuus ac perluſtris mons Domini. Amplioris enim gloriæ præ Moſe dignus eſt habitus, quantò ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit eam. Quantò rurſus præſtantior ipſo eſt Abraham? Abraham exultauit, vt videret diẽ aſſumptæ humanitatis: & vidit, & gauiſus eſt. Et Abraham quidem decimas dedit Melchiſedech. Melchiſedech autem præſignabat Dominum. Et hæc quidem dicta ſint, vt excellentiã repræſentemus dominici corporis. Abſit enim vt nos diuinam eius naturam glorificemus collatione habita eminentis excellentiæ ad vllam ſeruilem creaturam. Ipſa enim diſpenſatio iuxta etiã conditionem aſſumptæ carnis, ſuperior his fuit, quotquot inter homines iuſtitia excelluerunt. Solus enim ipſe nullum admiſit peccatum: maieſtas autem & magnificentia diuinæ eius naturæ ſupra cœlos eleuata eſt: *Et venient ad eum omnes gẽtes.*

C Sermo præcedens apertiùs prophetiam ipſam exprimit, ſubindicans gentes ad agnitionem Chriſti concurſuras. Venient enim gentes vniuerſæ per prædicationem accitæ & inuitatæ ad complexum fidei. Euangelium enim hoc in mundo prædicabitur. Siquidem euangelica vox ſiue ſonus apoſtolorum in omnem terram exiuit. *Et ibunt gẽtes multæ.* Ne tu perfunctoriè & citra examẽ prætercurras exactam ſententiæ huius intelligẽtiam, nimirum qua ratione illic ſit quidem dictum, venient omnes gentes. hîc verò, Ibunt, non iam omnes, ſed multæ. Eam ob rem illic quidem, venient omnes, ordine poſitum refertur ad fidem. Hîc verò ire, ad conuerſationem, quandoquidem fidem ipſam vno ore confitemur omnes, non item omnes ambulamus ad præſcriptam nobis formulam mandatorum: ob hoc quidẽ dicitur, Venient quidem omnes gentes, ambulabunt verò multæ gentes. Nam quòd ire aut ambulare ſumatur pro vitã deducere ad præſcriptum legis, ſcriptura confirmat hoc dicto: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Sed enim, qua ratione dixit Dominus, quia pauci ſunt, qui inueniunt viã? Nos ex oppoſito dicimus multas gentes per viam ituras. Quia facilè quis gentes omnes enumerauerit

Quæſtio.

Solutio.

Pſal. 118.

Quæſtio.

D *Solutio.*

iuxta propriam cuique genti recenſionem:* in gentibus autem homines multi. Hic igitur ſcriptura ait multas gentes victuras iuxta tenorem euangelicæ legis, multas quidem, non etiam omnes. Etiam ſi omnes à Chriſti nomine ſibiipſis aſſcigent nomen, at non (quum tam multæ numerentur gentes) quicunque homines communi appellatione gentis comprehenſi continuò iſti numero recta ingredientium reſpondent aut obſequuntur. Equidem poſſunt gentes enumerari, ceu Cappadocum, Galatharum, Armeniorũ, Syrorum aut Ægyptiorum, ſic vt dici poſſit, Tot tãtæque gentes ambulant in lege Domini.* Haud tamen verè dixeris homines (quos vndique cõplectitur vnaquæque gens) concordibus animis excipere idem conuerſationis propoſitũ. Et quidem gentes quia numero recenſentur ſeptuaginta duæ, aut certè quotquot tandem ſunt per vniuerſum terrarum orbem, ex eis non paucæ gradiuntur per viam vitæ. Quòd autem attinet ad in

** Poſterior hæc particula pendet*

** Iuxta Poſſidonium ἀνθρώπων μύριοι καὶ μὴ μία πᾶσιν ἀγωγή. Et, μυρία τοῖς νίκαις ἐστι.*

E tegrum numerum in terra viuentium, admodum pauci ſunt, qui pertingant ad portum ſalutis. Ita rem ſe habere conteſtatur Euangelium, nec ei repugnat prophetia hęc: Omnes gentes ſeruient ei. Nam ex multis admodum pauci, qui eum ritè adorent. Omnes, ait, reges terræ. Et Sophonias: Venient, vt ſeruiant ei * ſub iugo vno. *Et dicent: venite & aſcendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob.* Qui in ſcientia & rerum cognitione progreſſum faciũt, quaſi qui ſuperiora præoccuparint, ad conſimilem ſibiipſis aſcenſum eos inuitant, quos delectat adhuc immorari iſtis infimis aut verſari circa humiles & abiectas rerum commentationes. Qui cum Chriſto reſurrexit & quæ ſurſum ſunt, quærit: eos ad ſe aduocet qui terrena ſapiunt, eorúmque ſenſus ac animi conceptiones velut manuducat ad ſupernorum contemplationem. Corporalis habitudo ad montem duplex quædam quum ſit, nunc quidem eorum qui ab infima eius parte ad verticem aſcendunt, nunc verò eorum qui ab eius vertice deſcendunt ad

** ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. Deſiderabunt, & adorabunt eum omnes.*

F imam ac decliuem partem, iuxta corporis diuerſam habitudinem, próque diuerſitate actionis quam ipſi abſoluimus, ne quis fortè duplicem hanc conſyderationem accommodet etiam diſpenſationi humanæ naturæ à verbo aſſumptæ, ita vt ipſi imaginemur montem innuere aſſumptam humanitatem, nunc quidem carnis propter vnionem ad Deum, in cœlum eleuatæ: nunc verò diuinitatis, quod per communionem erga humanam naturam ſic ſe demiſerit.

Vtique

Venite & aſcendamus. Ad ſublimitatem Theologiæ progrediamur, ſumpto exordio à repreſſione perturbationum animi. Et, *Ad domum dei iacob*. Superiùs domus quidem hæc ſimpliciter dicta eſt Dei, hic autem, domus Dei Iacob. Quæ igitur cauſa? Aut enim deſit illic & deſideratur quiddá, aut certè hîc ſuperfluit. Atqui nihil otioſum eſt in ſcripturis ſpiritus ſancti. Oſtendit enim ſcriptura hæc, quia * primæ aſſenſiones illæ verſantur circa communes prç notiones de Deo, perficiũtur autem per exactam diſcuſſionem fidei, explanata prius fide in cordibus eorum qui proficiunt in A cognitione ſempiternæ Dei naturæ. Ob hoc, his quidem qui introducuntur primùm ad eam cognitionem dictum vtrunque eſt: Domus Dei, eis verò qui deinceps iam ſunt eruditi de Deo, adijcitur nomen hoc, Iacob, qui gratioſus fuit Deo & apprimè familiaris. Ait enim: Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob. Hoc mihi nomen eſt æternum. Vt enim hoſce ſanctos honore afficeret perpetuo memorabili, eorundem ſeruorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit: vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur nomina. Itaque eis qui priùs ad Dei cognitionem acceſſiſſent, hanc velut inſignem notam de Deo adiecit, dicens: Et ad domum Dei Iacob, quandoquidem Iacob, nomenclatura eſt adhuc ſupplantantis & athletæ. Iacob * enim ſupplantator vocatur, ob fortem luctam cõtra inflictas aduerſitates. Denique is obtenta victoria recepit præmium, nomen reportans Iſraëlis, qui etiamnum proficiens quadãtenus edocetur quæ ſit domus Dei Iacob, nimirũ B ediſcit quæ inferioris notæ ſunt, ſibique comprehenſibilia. Demum is aliquando plenius inſtruetur de Deo Iſraëlis, quum ratione & ordine traditiones de ipſo Deo abſolutius ei fuerint diſpenſatæ: *Et annunciabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ea*. Niſi aſcendamus in montem, nobis vtique non annuntiabit viam ſuam. Quòd ſi non annũtiet nobis, quonam pacto ambulabimus? Hoc eſt, Qua ratione vitam noſtram inſtituemus ad tenorem euangelij, niſi id exceperimus? Qui autem deſiderio magnopere tenentur diſcendi viá, conſtat eos nondum noſſe ipſam. Quomodo aſcendemus in montem, viæ ignari? Aut certè particula hæc, Venite & aſcendamus, ſubindicat propoſitum & propenſam alacritatem recens aduenientium: nondum tamen repræſentat eos eſſe aſſequutos plenam fidem, licet eius cognoſcendę deſiderio teneantur. Quoſdam enim eorum qui nunc primùm ad fidem accedunt, arbitramur ſeſe mutuo alloquio adhortari hiſce ſermonibus, C Agite dum, auocemus animos ab iſtarum rerum cupiditate * quæ repunt humi, nec multi ſunt momenti: agite, quæ cœleſtia ſunt, ſapiamus. Ingrediamur domum dei. Illic docebimur viam eius, per quam incedentes, ad metam pertingere poterimus vniuerſis in commune propoſitam per vitæ integritatem. *Ex Sion enim exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem*. Ex homine circunciſo ſciſcitaror, ex Iudęo inquam ſecundum carnẽ, de qua hoc commemorat lege, de quo item verbo. Num de ea, quæ per Moſen data eſt? Atqui, quánam ratione oſtẽdi poſſit, quòd prodierit ex Sion? Neque enim Moſes terram promiſſæ hęreditatis ingreſſus eſt. Porrò Sion in Iudęa regione ſitus eſt mons. Itaque iuxta horum interpretationem, ſcriptura hæc falſa eſt & erronea, quum aliud profiteatur pro altero nomine. Etenim pro Sina ſiue Horeb * protulit Sion. Imò de ſancta lege dicit hoc, quæ promulgata tum eſt, vbi & ſcripta. *Et verbum Domini de Hieruſalem*. hoc propheticum eſſe apertè denuntiat. Sed enim nullo non loco hæc in Iudæa facta eſſe exprimit, non modò in Hieruſalem, etiam ſecundum ipſum Iſraëlem. Quinetiam in ipſa captiuitate, in Niniue, & adeò in pleriſque terræ locis. Iſtis ergo à veritate pręfocetur gula, aut certè nobiſcum excipiát legem à Domino ſancitam & à * ſpecula exortá, D à carne quæ geſtauit Deum, per quam hominem geſta perſpicienter obſeruat: *Et verbum domini de Hieruſalem*. Prædicatio enim verbi ducto illinc initio in omnem diſperſa eſt mundum. *Et iudicabit inter gentes*. Deus enim in ſynagoga ſtans deorum deos diiudicat: in gentibus verò quũ ſteterit, iudicabit inter gentes. Etenim ſanctis congruit diſcreta illa diiudicatio, vt quique nouerint quid ſint promeriti: iudicium autem his conueniet, qui vitam ſuam nulla vtili fruge exornarint. Proinde nunnam potius hinc exprimitur diuerſum fore ſupplicium, quo in gentes animaduertetur à pietate & Dei culto alienas? At ne vna quidẽ & ipſa differentia. Quatenus enim à Dei cognitione exciderunt, tormentis digni ſunt ac pœnis omnes: in quantum verò diuerſa comperietur fuiſſe illis viuendi ratio, inque paſſionibus ignominiæ, ſimul & in molitionibus malignè excogitatis aduerſus proximos, opus erit iudicio aduerſus gentes, quo de his diſceptabitur, quæ iniquè E geſſerunt in vicinos. *Et arguet populum multum*. Vt oſtenderet nobis æquitatem (cui nemo contradicat) iuſti iudicij, intulit: Et arguet populum multum. Ait enim ſcriptura: Arguam te, & ſtatuá contra faciem tuam. Sanè quidem accuſator teſtes adhibet hic, vt eum qui coarguitur, conuincat obiectorum criminum. In foro autem illo iudiciali de occultis, ea quæ geſſerimus, in medium proponentur, ipſo eodem habitu ac forma peccati præſentabuntur quibus peccauimus. Illic quidem argumentum aſſumitur ad comprobandam iudicij æquitatem: hîc verò ad eorum correctionem, de quibus repræhẽditur quis. Quamobrem & Apoſtolus Timotheũ admonet, vt eadem formula correptionis vtatur. Siquidem reprehenſio omnis palàm attingens eum qui reprehenditur, ipſius animum peracri dolore excruciat, ob oculos ponens turpitudinem peccati, ita vt non me- F diocri beneficio videatur affeciſſe eum qui nullo ſenſu ſuorum peccatorum tangebatur, reuocans eum ad conſcientiam malè commiſſorum & ad ſuſcipiendam peracrem pœnitentiam perdocẽs. Quod enim vulnus corpori inflictum, ſic pungitiuum dolorem inducit, cuiuſmodi anxietatem ac mœrorem ingerit animæ ſermo mordicus eam perſtringens, attingens eorum conſcientiam, qui ſe intelligunt eſſe obnoxios probro & dedecori ob ea quæ flagitioſè geſſerunt. *Et concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces*. Inciſio hæc docet finem his accommodum fore & vtilem, qui reprehenduntur: per hoc, quòd qui eatenus fuerant bellandi appetentiores ac mirè turbulenti

Margin notes: * τρῶται ἐννοιαι δὲ ... προλήψεις — * יעקב πτερνιστής. — * χαμαιπετῶν. — * ציון Sion ſpecula. Dauid. 1. Reg. 46.

bulenti, demutandi eſſent & conuertendi ad ſta-
tum tranquilliorem ac pacatum. Cuiuis autē ma-
nifeſtum eſt, quia lex & ſermo Chriſti quum ea
complectantur quæ ad ineundā pacem, mutuám
que concordiam pertinent, pacem ipſam prædi-
cauit his qui longe erant, & his qui propè: ita vt
Iudæi & qui ex gentibus erant, belligerandi ſtu-
dia deponerent. Quæ ad confligendum è proxi-
mo faciunt in certaminibus ſtatariis & cominus
obeundis, ea quidem vocauit propheta μαχαίρας, *Machæra.*
gladios: quæ verò ſpectant ad ſui tuitionem è lun
ginquo inſtructa arma, ea vocat haſtas & lanceas.
Porrò ferramenta hæc verbum quod egreſſurum **[illegible], lancea.*
erat de Hieruſalem, aſtruit immutatum ſe eſſe
A in inſtrumenta agricolationi accommoda: adeò
vt gladius ille internectiuus vitalium ſeminū quæ
animabus ratione præditis inſerūtur per verbum
ſapientiæ, conuertendus eſſet in aratrum ad emol
liendaquæ obduruerant, ad auellendas ab radice
ſpinas, Vtque fieret efficax tutela conſeruandæ
cœleſti gratiæ. Lancea autem ſiue iaculum ferro
præacuminatum emious ſua cuſpide perfodiens
& io id verſum quod vim habeat ea congregandi
quæ in proximo adiacēt, vim inſuper aſtrictiuam
communionis. Tales enim ſūt * falces, ſiquidem **[illegible].*
in vnum cogunt diſperſa & io vnum eundémque
maoipulum adſtringuor ſpicas. Meſſis igitur quę-
dam eſt vſu prædita ratioois, cui conficiundæ op-
portuois opus ſit & accommodis inſtrumētis, de
qua dictum: Leuate oculos veſtros & videte, quia
regiones albæ ſuot ad meſſem. Nemo igitur bel-
la promouens, idoneus eſt & accommodus meſſi
huic. Quin etiam ſuos diſcipulos ad hanc confi-
B ciendam meſſem emiſit, de quibus ait: Meſſis qui
dem multa, operarij autem pauci. Itaque iſtiuſmo
di meſſoribus, quòd io cordibus ſuis oullum reti-
neaor conciendi belli inſtrumeotum, poteſtatem
dedit inſerendi pacem domibus quas eſſent in-
greſſuri. *Et non accipiet gens contra gentem gla-
dium.* Quandiu enim ſermo mundialis ſapientię
cum feruore exercebatur, gentes mutuò cootie-
bantur, ac bella ciebant, gladium diſtringētes ad-
uerſum ſe immaoiter* exacutum, iugi meditatio- **Pro ἀ[illegible] lego ἀκονῶσι.*
ne & probabili perſuaſione ſeroionis coruſcan-
tem. Sed coim ſimul atque adueoit pax & annun-
tiata eſt gloria io altiſſimis Deo, & in terra pax,
explendeſcente veritate, vniuerſum ſimul mēda-
cium ſuppreſſum ſilenio eſt: quemadmodum A- **[illegible] à ſimili*
quila alicunde aduolante ac deſuper cōſpecta, fu-
tili garrulitati loquacium auium quàm ocyſſimè
ſilentium indicitur. Noo enim iam aduerſum ſe
eiuſmodi ſermonum nugas effundūt, ille quidem
C vllam omnino negans eſſe rerum prouidentiam: **Debis vide fuſius apud Laertium Diog.*
ille cootrà, ipſam aſtruit eſſe, ſed ad Lunam vſque
pertingere rantùm. Non etiā de aoima inter iſtos
conueniebat. Ille quidem aſſerebat morti obno-
xiam: è diuerſo illi pronuntiabant immortalem.
Et quæ de fato erant digladiationes. Ille quidem
contendebat ipſum ditione rerum omnium po-
titi, alius ne eſſe quidem dicebat aut vſpiam ſub-
ſiſtere fatum peroegabat. Porrò ſtultitia prædica
tionis vt aduenit primùm & gloria celebratus eſt
crucifixus, ſimul & reſurrectio creditur & iudi-
cium: gentes diſſolutis in vicem bellis, tranquil-
lam agunt quietem. Sed enim magnopere vere-
or, oe deinceps gentiles ipſi fiant ſpectatores cō-
flati inter nos belli. Iam quando vniuerſam prio-
rem vitam in euanida & inani ſermonum diſci-
plina conſumpſerunt, ſicuti eſt bellatrix dialecti-
ca quæ dialogiſmo conſtat. (* id eſt, conflictatio-
ne interrogantis & reſpondentis) nequaquam,
ait, diſcent in poſterum inter ſeſe bella conſerere
ac ſi diceret, non iam verſabuntur cum his qui do
cent contentioſis & velitatibus verbis digladia-
ri. *Et nunc domus Iacob, venite & ambulemus in
lumine domini.* Secunda malorum abrogatio ſiue
liberatio beneficiis affectos inuitat & adhortatur
ad cooſectanda perfectiora. Vt enim quis aſcen-
dit in montem Domini, iſtis quoque terreſtri- D
bus euaſit ſuperior: huic conceditur velut iā par-
ticipi purioris radij, diuinum aſſequi lumen, ocu-
los animę illuſtrans ad intelligentiam beatarum,
intellectualium ac diuinarum cōtemplationum.
Huic aſſimile eſt & illud apud egregium Pſaltem:
Accedite ad eum & illuminamini: & facies non
confundentur. Non, inquam, confundeotur ſu-
per quos ſignatum fuerit lumen vultus Domini.
Qui autem mala agit, odit lucem. Cæterum quā-
do domus Iacob ſibi ſufficiens excepit lumen, do
ctrinam nimirum à legis cognitione profectam
qua & cæcos recta deduceret, qua item luce præ-
uia ignorātiam eorum corrigeret qui io teoebris
ſedent, ſe tameo ſiuit io errores abduci, gentium
nomine hinc propheticus ſermo ait: Venite &
ambulemus, non in prophetico, non item in le-
gali, ſed in lumine Domini Etenim ſuot etiam v-
ſui nobis lucernæ, ſed ante Solis exortum: oculos
mirè afficit aſpectus ſtellarum, ſed noctu relucen
tium. Quòd ſi ridiculus ſcurra ac delirus cenſetur
qui lucernam illuſtrem ſibi præfert explendeſcē- E
te ſole, tanto magis habendus pro detidiculo eſt
qui prædicato Euangelio, pertinacius acquieſcit
legali vmbræ. *Dimiſit enim populum ſuum, do-
mum Iſrael.* Nulla atrocior pœna, cæteras omnes
vincit calamitates hæc, deſeri à Deo, perinde ac
à forti detentione manuum per digitorum rela-
xationem quibus vndique detinebatur quis, ſiue-
rit eum elabi à propria conſeruatione: ita ſermo
hic ſubindicat nō iam populum vndiquaque cin-
gi ac retineri à Deo. Quibus autem ex cauſis vous
aliquis ſinitur excidere reteotione manuum Dei,
ſequentia edocent. *Quia repleta eſt, vt ab initio re
gio eorum auguriis, vt & alienigenarum.* Vidéſne
quantum mali importet auguratio? Qui huic in- *Aduerſus hominatores & haruſpices.*
cumbit, ſtudiúmque adhibet: Dei prouidentia ac
ſolicitudioe deſtituitur. Plerique autem Chriſtia
norum ſúſque déque habent talibus commentis
aures accommodare & illinc aucupari famam,
nec pudet iſti ominoſæ ſuperſtitioni ac ſignis at- F
tentos eſſe. Quid hoc innuit ſermooe? Nimirum
tale aliquid deſignat: Me aliquis à tergo renoca-
uit: hinc etiam id impedimenti incidit. Pes impe-
git egredientis. Veſtimentum diſciſſum eſt. Tum
quidam qui è cœlo præſtolentur ac ſibi promit- *O ſuperſtitionem.*
tant affore iudicem de rebus compertiſſimis. In
hæc tam noxia iſti ad extremum nullo delectu re
uoluuntur. Sed enim audi tu, quia abiectus eſt po
pulus talia futiliter & curioſè operatus. Olim ſi-
quidem Moſaica lege, iſtiuſmodi auguria, diuina-
tiones, ominationes atque auſpicia, infamia no-
tabantur tanquam inuenta dæmonum. Ait enim
ſcriptura: Non hariolabimini, neque captabitis

auguria. Hæc enim gentes faciunt. Hæc enim filius Dei qui & Deus diſperdet à facie ſua. Hi diui nationes & vaticinia * exaudient. Tibi autem nõ ſic dedit Dominus Deus tuus. A morum probitate eſt alienum proſſus eum qui penes ſe habet cõſultationem de Dei iuſtificationibus, ad decernẽdum de rebus agendis, ſibi in conſiliarios adhibere brutas animantes, immo ne his quidem vti tanquam conſiliariis, ſed vt doctoribus & legum latoribus. Quando ipſa auis periculum ſibi ob oculos impendens non nouit: quanam ratione hæc tibi quod futurum eſt, prædicet? Equidem ipſa è nido auolans alicunde paratura alimoniam nutri-

* [illegible]. In gentiles Deuteron. 18. & 1 Machab. 70.

A candis pullis, plerũque regreſſa eſt re infecta nec vſpiam conquiſito cibo. Et hæc tibi facta eſt minime fallax oraculum: eiúſque vana motio reuelatio eſſe poſſit rei futuræ? Quòd ſi operatione dæmonum circumuolant ad te circumueniendum fraude, ne tu inhians talibus impoſturis mihi acquieſcito. Atqui ne quæſo te dedas & eloces iſtius mundi diabolicis operibus. Diabolus enim mox vt animam ſic ductilem & abreptu proclinatam acceperit ad perditionem, modis omnibus abutens ea, nihil illi indulget, nec remittit impetum: ſed & corui illi vociferantes, de quorum clamore dicitur: Et decrrantes ac mœſti præ inopia venationis intemperie cordis contrahuntur. Tanta proinde eſt, tamque petulãs inimici aduerſus hominem proteruia, vt vel in felis aut muſtelę figura ſe oſtentet, nonnunquam vt canis ſe diſcerpẽs, ſub hominis etiam forma diluculo conſpicitur, vt is fuerit ex maximè beneuolis. Adde quia ocu-

In ſuperſtitioſos augures & hariolos.

B lum aut dexterum crus oblæſus apparens reſiliit ac deflexit de via, plerunque etiam oculos obtexit. Quid hoc genere viuendi eſt vſquam infelicius? Nihil non ſuſpectum habet, ad omnia pertimeſcens. Tali illuditur ab omnibus. Operæprecium fuerit vndequaque animam eius reducere ad Deum. Quum igitur videris aues aëra prætervolantes, caue explores curioſius volatus earum modum & figuram, vtrum in orbicularem formam ſupra caput ſuos volatus circunſcribant, an in obuerſam faciem ferãtur: vtrum ne à tergo aduolent, an in obliquum deflectant volatum. His omiſſis, demirator ac ſuſpice potiùs in eis ſapientiam & diſpoſitionem conditoris quo pacto tanta moles queat per aërem ferri, quanam ratione mollis ac ſubtilior natura aëris pennæ alatæ ſit vehiculum, quomodo aërem tranent paſſis alis, cauda verò quaſi clauo nautico volatum ſuum adæquant & regunt. Qua item ratione quæcunque inutiliter & incommodè incedũt pedibus, vicem pedum ſupplent alarum remigio, quæcunque natilia quæcunque item viuunt rapto, fabricam corporis ſortita ſunt parandæ ſibi vitæ conuenien-

C tem. Et quidem rapacibus indulſit natura accommoda rapinæ inſtrumenta, ceu ſunt vngues: natatilibus autem ſuppetunt pro corporis quantitate, remi. Qui verò placidioris ſunt naturæ, pedes habent: vt latitudine plantarum ſiue pedum aqua per motoriam agitationem facilius propulſetur. Nihil vſquam eſt non plenum ſapientia Dei. Siquidem omnia in ſapientia fecit. Qui verò anguſti eſt & illiberalis animi, nihílque ſapiens, niſi ſordida & abiecta, eiuſmodi motiones brutarum animantium ſuo vnius ſcopo dum molitur accõmodare, Deo interim relicto, perfidis dæmonibus & inuidenſis vltrò ſeipſum deuouit. Qui porrò intelligunt & imaginantur aues hac ratione occupare aërem, hac item cauſa & ſic ſe circumagere: errore proſſus incurabili tenentur eorum qui mente capti ſunt & parum cordati. Hæc vt ſunt diffuſius & velut per digreſſionem dicta: non alinqui ab re nec incommodè, arrepta occaſione ex præinducta ſententia ſermo hic incidit ad medelam iſtorum impendẽtium. Adnotandum proinde venit ſcripturam tradere vaticinandi ſiue diuinandi artem eſſe Philiſtæis, hoc eſt, Paleſtinis D peculiare exercitium. Mos enim ſcripturæ eſt hoſce & ſolos nominare ἀλλοφύλους, hoc eſt, exoticos externæ gentis ſiue nationis, alienigenas. Quemadmodum enim Chaldæi fatidicam diuinationem ex hominis natiuitate, Ægyptij veneficia & incantamenta, Cretes augurationem & auſpicia: ita & Allophyli ſiue Philiſtæi diuinandi artem ſibi peculiariter vendicarunt. Ad ſuas igitur improbandas artes regreſſa eſt regio, effecta tandem, ſicuti initio erat. *Et filii multi alienigenæ nati ſunt in ea.* Iudæi quum * multas gentes & improbatis moribus aſſuetas excepiſſent, elegerunt ſecundum eas vitam inſtituere, quaſi verò lex illis eſſent quæ ſui maiores iniquè geſſerãt, & mox ab ipſa natiuitate alienigenæ efficiuntur filij per improbam viuendi inſtitutionem, alienari à populo Dei. Iam quando locis adeò multis dicuntur filij fructus * animæ, dicere poſſit vnus aliquis eum qui præter ſenſum diuinæ ſcripturæ corraſit ſermones minimè ſanos ab alienis à pietate & cultu Dei, eóſque approbauit & excepit, quia E talis genuit filios Allophylos, id eſt alienigenas.

* [illegible]

* ψυχῆς, [illegible]

Et impleta eſt regio eorum argento & auro, & non erat numerus theſaurorum eorum. Quàm ſit graue peccatum, ſtudium impendere congerendis diuitiis, argumento eſt, quia tot tantorúmque flagitiorum catalogo allegitur. Etenim cum auguriis & alienigenis filiis qui per fornicationem generati in numeroſam multitudinem excreuerant fortè Iſraëlitico populo annumerati erant. Et impleta erat terra argento & auro. Animæ quidem Deum piè colenti occaſionem ſuppeditant diuitiæ bene merendi de proximis, per diſtributiuam communicationem: eædem verò voluptatum ſectatori ac ſtudioſo curandi corporis, compendium ſunt ad genialem vitam & intemperantem luxum. Paupertas etenim pædagogus eſt ad colendam pietatem: contrà, diuitiæ anſam præbent ad contumeliam & irrogandam iniuriam. Quòd ſi cum vniuerſa gente expoſtulatur & intenditur crimen ob immodicam opulentiam & copiam facultatum: qui toti incumbunt cumulandis opibus, ſecum velim reputent iſti diuites, quam pro ſuis poſſint reddere rationem. Si quis verò exiF ſtimet cupiditatem diuitiarum nõ eſſe peccatum, adductus vno aliquo prætextu qui in ſpeciem videatur rationabilis, meminerit is euãgelici illius mandati liquido interdicentis iſta auiditate congerendi opes. Nolite, ait, theſaurizare vobis ipſis in terra. *Et repleta eſt terra equis, & non erat numerus curruum eorum.* Nullo non loco ſcripturæ obſeruauimus ſanctos deuitaſſe vſum equorum, quin & de his qui in procinctu inſtruũtur ad bellum, inque reliquis iſtius vitæ indigentiis * de-

quęſti

Intelligendus eſt dānare non vſum, ſed ſuperfluum numerum.

quæſti ſunt, eóque etiam hîc cæteris criminationibus accenſetur numeroſitas equorum. Quia enim volebat Deus, vt toti penderent à ſuo præſidio & ſuccurſu, non item illi in medio conflictu conſiſtentes ſpem ſuam reponerent in ſuo militari apparatu, & ob hoc vetuerat id fieri*: Nequando multiplicaueris tibi equum, qui tandem reprehenſi ſunt, quòd ſibi tantam comparaſſent equorum multitudinem, adeò vt numerum ſupergrederetur. Hoc autem ſiue hyperbolicè accipiamus, hoc eſt, ſupra fidem & per exceſſum, aut

A certè quòd in ſcriptura, quæ ignaua ſunt & maximè ingeneroſa, non veniant in numerum, eò dici non eſſe numerum curruum eorum arbitramur. Sanè obiectua non accenſeri numero mulierem, quòd infirmioris ſexus ſit: non puerulum, quòd facilè contemptui pateat, exceptis primogenitis & Leuiticis: non ſeruum propter ſeruilem & abiectam conditionem: non miſcellaneum & promiſcui ſeminis, quòd ſit is alienus. Ad hunc igitur modum intelligimus eximi numero quæ malè parta ſunt. *Et repleta eſt terra abominationibus operum manuum eorum.* Ritus viuendi inſtitutáve gentilium quæ cepere originem à diuinationibus eos qui per auaritiam & erga equos ſtudium impotens in ea impegerunt ac deuoluti ſunt, pertraxerunt ad idololatriam. Quòd enim deſerto Dei conſilio, attenti incubuerint vaticiniis nec in Deo ſpem ſuam collocarint, ſed in incerto diuitiarum, ob hęc fallaces illis fuere equi ad ſalutem. Neque enim inniti voluerunt ei qui potens eſt conterere bella. Hinc conſentaneè euenit, vt ſuis abominationibus compleuerint terram. Omnis

B vtique operatio quæ efficitur præter rectitudinem ſcripturæ, apud Deum execrabilis eſt abominatio. Quemadmodum enim qui ex ſtomacho & eius ſubuerſione laborant, faſtidio ſunt ac vitantur ceu ſpectaculo indigni, quaſi excrementitiæ eruptiones ac ſuperfluitatum & hulcera graueolentia & ſigna ſimilia: ſic & impuræ & obſcœnæ actiones Sancto illi deteſtabilis abominatio ſunt. Sanè quando apud ſcripturam iam inoleuit mos, vt Idola vocentur abominatio, omnes vitioſæ imaginationes iuxta cuioſque deſcriptioné in anima conformatæ, aliud nihil quàm abominatio ſunt implentes regionem. Hoc eſt, omnem amplam capacitatem rationis animæ. *Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum.* Exuperantis inſaniæ eſt exiſtimare Deum eſſe quod ipſe feceris, nec intelligere rei geſtæ abſurditatem. Etenim ſi materiam demiraris, quid tandem? Vtique æs aut lapidem (informia ſi ſunt) non adoras. Quòd ſi id facis propter ſolertem artis induſtriam, tuas ip-

C ſius manus adora quæ iſti materiæ adiecerũt formam, aut certè inſtrumenta quibus eam formam ſolerter abſoluiſti. Sed enim quantum ſtoliditatis & dementiæ habet, tantum detriuiſſe temporis in exculpenda ſiue conflanda hac ſtatua, nec interim intellexiſſe quid factum ſit? Senſum enim hunc ſubindicat illud. Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum. Iam verò huc neceſſitatis adigetur talis, vt alterum è duobus eligat. Aut quia priùs non habuerit Deum, quàm ſua vniua opera informi materiæ adhibuerit formam: aut quia ei opus fuerit altero, quòd is qui illi priùs fuerat Deus, defecerit ſenio confectus. Quare maledictus homo omnis, quicunque faciet ſculptile aut conflatile opus manuum artificis. *Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir.* Hæc per commiſerationem dicta eſſe puto, vtique ab eo, cui dolebat homines ſic miſere collapſos à dignitate ſuæ conditionis. Homo (ait) incuruauit ſe idolo, vt adoret. Homo inquam, animal in terra honore digniſſimum quod ſecundum angelos, ordini viuentium ratione allectum eſt. Homo inquam, imagine Dei cohoneſtatus, qui varias artes vi rationis excogitauit, eorum quæ in terra ſunt tenet ſcientiam, plãtarum, radicum ac fructuum facultates nouit, mare auſus eſt permetiri, aëris naturam, originem ventorum, aſtrorum poſitu-

ram, horum motiones, interualla, concurſus, terũ D
terreſtrium ratam diſtinctionem, ciuitates, leges, præfecturas ductandorum exercituum, artes nouit ad vitam fulciẽdam neceſſarias, tum denique adornamentum & oſtentationem ſubſeruientes. Et hic tantus procidit idolo, quaſi pro ſalute ſubſidium deprecaturus homo anima informatus, ab eo qui inanimis eſt ratione præditus, ab eo imploraturus ſalutem qui ſenſus omnis eſt expers, qui manui ſuæ ſubſtratas beſtias accepit, is cui ad ſeruiendum cũcta bruta in ordinem redacta ſunt ſubiectionis, in eius gratiam nempe Dei qui ſubiecit nobis omnia, qui & ad imaginem ſuam in huc cùm condidit, vt aquatilibus dominetur ſimul & terreſtribus? Hic ne vni quidem brutarum animantium, quæ viribus præualent,* conferendus venit, ſed imitatione bruti animalis ſiue mulieris cuiuſpiam deformis aut certè turpiſſimi viri ne auſit quidem ſe ex æquo præſentem exhi-

bere: ſed timore correptus vultúque in terram de- E
iecto indignus ſit qui in cœlum attollat oculos quippe qui peccauit in cœlum. *Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir.* Exaggeratio eſt malitię, quòd vir qui longe erat princeps dono intelligentiæ & idem præualebat in digerendis operibus ſuis, & is propriæ dignitatis oblitus ſe eo deiecerit vt adorauerit idola. Is inquam, qui imago eſt & gloria Dei, Chriſtum habens ſupra ſe caput, infra idolum ſe ſubſtrauit. His adde, quia vir. Hoc omnem vincit calamitatem. Si enim puſio aliquis, ſi mulier: nonnulla vtique affulgere poterat veniæ ſpes. Et quidem puellulo, quod per immaturam ætatem deliquiſſet, mulieri verò ſuccurriſſet ingenita ſexui infirmitas. Nunc verò vir vltroneus ſimulachro ſe ſubiecit, id quod planè omnem ſupergreditur exuperantiam ignominiæ ac dedecoris. *Nequaquam dimittam eis.* O terrifi-

cam comminationem! Ad inſinuandum ſuppli- F
cium æternum dictãne hæc ſunt? Nequaquam dimittam eis? Etenim quouſque auguria conſulebant & vaticinabantur, quandiu apud eos ipſos multiplicabantur filij alieni, vſque dum geſtiebant ſtudio congerendi argenti, tantiſper dum cæqueſtri curæ incumbebant, ſpes qualiſcunque alluceebat remiſſionis. Quando autem ſiuerunt ſe præcipites deuolui in idololatriam quod extremum eſt malorum, nec animaduerſa propria dignitate, parem Deo honorem attribuerunt ſimulachro, nequaquam ait, eis dimittam. Hoc ipſum beneficij loco efficit benignus & clemens. Nam remiſſio quum ſit petulantiæ ac libidinis fons, non remittam eis, ait: vt vel ſaltem afflictio

cogeret meminiſſe Dei. Comminatio igitur mini me eſt noxia. Quòd enim comminatur ooo dimiſſum iri, diſciplina eſt ſalutaris & adhortatio. Non enim (ait) te dimittam, oeque aliquaodo te deſetam. *Et nunc ingredimini in petras, & abſcondimini in terra à facie formidinis domini, & à gloria fortitudinis eius, quum ſurrexerit percutere terram.* Altera adhortatio hęc eſt ad domum Iacob, ad id excitans quod conducibile illis fuerat futurum. Quemadmodum eoim dixerat, Veoite & aſcendamus ad montem Domini. Et, Venite & ambulemus io lumine Domioi: ita etiam nuoc, ingredimioi in petras & abſcoodioini io terra à fa-

A cie timoris Domioi. Vſquam oe eſt aliquis adeò calumoiatoſ ſcripturę, vt putet eam conſolere ioeuodam fugam à facie timoris Domini, vtque ſe abſcondant io deuexis petrarum concauitatibus? Quin potius ait. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es. Et Dominus rurſum, ſi abſconditi fuerint in Carmelo, illioc * aſſumam eos. Si fugerint in mare, illic mandabo Draconi & mordebit eos. Qua igitur ratione coosuluit quætere protectiooem ac tutelam à facie timoris Domini, oempe petram? An non fortè vnam illam innuit malorum liberationem, eorum quęcunque in ſuperioribus enumerata ſunt, vt ingrediantur integumentum Petræ, hoc eſt, ſe ſubſternant ſolido firmameoto fidei qua in Chriſtum credimus, vbi & poſitus eſt Moſes vt videret Deum. Illo, ait, iotrone. *Et abſcondimini in terra.* Hoc eſt, Vos ipſos ſepelite. Cur id? Vt conſepulti Chriſto per baptiſmum & commortui in nouitate vitæ ambuletis, mortui peccato. Quæ de petra bac in ſcriptora occurrũt, in vnum colligite, vt euadat locus hic explana-

B tior. In petra exaltaſti me. Et, De petra bibit populus. Quin & de petra babebar mel. Ait Pſaltes, Petra refugium * erioaciis ſiue leporibus, ei inquam, qui putus eſt oppottunum ſuffugiom. Petra proinde ſolida illa iuxta Moſi caoticum ſuggerebat oleum quo reges ioungebantur. In petram igitur banc ſi introieritis, vtique poteritis declinare à * timore Domini, quum ſurrexerit percutere terram, quum terrenorum ſolicitudioem exinaoierit, quaodo vitam banc terreſtrem & puluerulentam ad nibilum perduxerit, ne ſit impedimeoto bomini vitæ ſpiritualis. Adootandum igitur nobis vt cum gloria & fortitudioe ipſius aſſequamor futuram reſurrectionem, tali viuendi formula curam ooſtri ipſorum gerentes.

Oculi enim domini ſublimes, bomo autem bumilis. Vt ne tecum reputares eum perſuadere tibi voluiſſe receſſum queodam eſſe imperuium Deo & impenetrabilem, adiecit iſtud: Oculi Domini ſublimes: bomo autem bumilis. Nihil eorum quæ infrà geruntur, latet eum qui è ſublimi deſpectat,

C quum eius oculis ſubiecta ſint omnia, nec vlla caligo interpolet aut obſcuret ipſius aſpectum. Homo autem humilis eſt. Aut eom ioouit qui ſe nihili reputat eſſe collatiooe diuinæ maieſtatis, aut certè eum qui iotelligit per peccatum ſe à primigeoiæ conditionis celſitudioe eſſe deiectum.

Et humiliabitur altitudo hominum. Superiore loco, reprebeoſiooe digous horoo erat, quippe qui à celſitudine ſuæ dignitatis ſe deiecerat. Prooo enim in terram vultu ſe incuruauit idolo & bumiliatus eſt vir: hîc verò humilitas apprimè commoda eſt & perutilis. Depoſitio enim vani ſenſus qui ab elatione, à ſublimitate item arrogantiæ ac vanæ de ſe exiſtimationis proficiſcitur, reditum patefacit ad priſtinam proptiamque digoitatem. Humilitas hæc laudabilis eſt, eorom ſcilicet qui ſuffugiuot ad petram, ſuúmque corpus collocant io ſpe futuræ reſurrectionis adueniente Chriſto. Altitudo eoim omnis, ratioois inopia coocidit, præcépſqoe ruit vaoa de ſe pręſumptio: vera autem teſtificatio celſitodinis Deo ſoli refertur ab ipſis creaturis. *Et exaltabitur Dominus ſolus in die illa.* Ad diem compertam & quæ omnibus in confeſſo eſt, ſermo nos remittit. *In die illa.*

D Nempe dierum omoium vltima quam oeque nox intercidet, non extrudet tempus aut definiet non corporea lux eſt ei præbitura principium & fioem: ſed vna eſt futura ſui ſimilis, immobilis, veſpere caritura, perpes oec ſuccedaoea. Die igitur illa exaltabitur Domious ſolus, qoia celſitudo ac faſtus ſuperborum concidet, ſplendor autem omnis beatarum virtutum è conſpectu auferetur per exoperantiam tantæ claritatis illius gloriæ, fuerit licet quis Propbeta, vt fuerit Apoſtolus, etiam ſi fuerint ſanctæ & ſupermundanæ virtutes, mox vt explenduerit vera illa celſitudo, reliqua omnia parui duceotur. Mibi ounc cogita quaoam ſimilitudine doceri queat quod dicitur iuxta vitæ iſtius rationem. Sit voa quæpiam ciuitas quam incolaot manuarij opifices ſibi vix neceſſaria parantes exigendæ huic vitæ diurois operis. In ea ioſuper ſint nonnulli tantò pauperibus iſtis opulentiores, vt præ iſtis mendicis quadantenus videri poſſint beati ac ſpectabiles. Sub hac rex quiſpiam alicunde veniat in haoc ciuitatem.

E Sit hic regum omnium opuleotiſſimus, auri quidem multum, multum item argenti habeat, permultos item immenſi precij lapides & eos quideoi intextos regali ornamento & ad oſtentationem ſpectantium oculis obiectos. Percipiat vnus aliquis ioexplicabilem eſſe illam pulchritudinem, domeſticorum ac haſtatorum ſatellitum turbam intelligat numerum ſupergredieotem, profuſam & indicibilem impenſam, numeroſam multitudinem Camelorum & Mulorum (res dici non poteſt) diuitias ſarcináſque portantium. Habeat equos auro ſtragulíſque purpureis exornatos. Miniſtros quidem & qui comitentur & deducant pompæ io morem prægredientes. Viſo tali ſpectaculo, quo affectu tangi putas illum ioopem populum? Nonne ratione habita ſuæ ioopię confundi ac pudore ſuffundi? An oon omnes paroi facere, eorum inita collatione ad id quod pręeminet vniuerſis, gloriam inſuper & diuitias ſoli ei aſcribit conteſtatus qui verè diues eſt? Ad eundem modum, tantiſper dum in arcano manet ac

F deliteſcit ſublimitas & magnitudo ſapientiæ virtutíſque Dei, Multa quæ ſublimia eſſe videntur ac magna apud conſtitutos in extrema ioopia, ſimul atque io omnium oculis quod prorſus ſapiens eſt ac verè poteos, explenduerit: oemo in creaturis cenſebitur ſapiens aut potens. Ita & Moyſea quondam quum inaudiſſet Deum fealloqueorem confitebatur ſuæ vocis gracilitatem ac tardiloquentiam. Et Abraham quo tempore Deum vidit, ſe profitebatur terram eſſe ac cinerem.

Amos. 9. a
* Λήψομαι
λαγωοῖς.
* ſeruili.
Humilitas duplex.

rem. Nemo igitur dignus habitus qui videat Dei bonitatem ac ſapientiam, poterit ſibi aut alij cuiuis ſuo teſtimonio vendicare ſapientiam ac virtutem. Sancti igitur omnes ſunt lux lucernæ conſtanti meridie ad Solis radioſum iubar ſe exerens ac ſplendeſcens. Ob hoc ſuperexaltabitur Dominus ſolus in die illa. *Dies enim domini Sabaoth ſuper omnem * contumelioſum & ſuperbum.*

Collatio à minori ad confirmationem hypodigmatis praeceptio.

Forſan primum illud peccatum contumelia fuit ac ſuperbia. Siquidem diabolus elatus ſuperbia pro expletione bonorum quibus cumulatiſſimè affluebat, defecit à Deo, ſecúmque ad defectionem ſolicitauit & abduxit aduerſarias poteſtates dicens: Super aſtra ponam ſolium meum: ſedeA bo in monte præcelſo, ſuper montes excelſos qui ſunt ad Aquilonem. Aſcendam ſuper nubes: ero ſimilis altiſſimo. Eam ob rem cœpit illinc vindicta vltrix ſuperbiæ. Si quis porrò excæcatus in iudicium inciderit diaboli, cum eo principe & quaſi opifice ſuperbiæ condemnabitur. Dominus enim ſuperbis reſiſtit. Videtur quodam modo * contumelia origo eſſe elationis & ſuperbiæ. Qui enim alios deſpuit, nihili eos ducens, ſed mendicos quidem hos appellat, illis autem opprobrat generis ignobilitatem, alios verò ceoſet inſcios & indociles, vt verbis hiſce contumelioſis ſolus exiſtimetur eſſe ſapiens, intelligẽtia præditus, generoſus, diues, potens. Suum principatum opponit, vt ſupra cæteros conſpiciatur: anxiè contendit, vt ſupereminear multis. Hoc autem dum molitur perficere, proximum quidem pro nihilo habet, ſe verò venditat & ad grauitatem componit. Eſt igitur contumelia ſiue in B proximum iniuria fons & origo ſuperbiæ: & ſuperbia, malum vtique ex arroganti contumelia in proximos * oriundum. Ob hoc intenditur vindicta in omnem contumelioſum & ſuperbum. Porrò nos miſeri totos dies in hiſce verſantes malis non intelligimus, cuiuſmodi mala admittimus. * Maledici ſiue conuiciatores regnum Dei non hæreditabunt. Et nos conuitiamur & iniurij ſumus in proximos, dúmque illis conuitiamur, non animaduertimus, quia verba hæc conuitiatoria quæ nunc detorquemus in proximos, illa die Domini ex aduerſo nobis obluctabuntur, noſtrámque interſepient viam, perinde ac paries ſiue murus qui tranſiliri non queat. Quis noſtrum non ſe putat ſuperiorem? Quis non faſtidienter deſpuit proximum? Equidem * cõtumelia plenius quiddam obtinet quam conuitium. Conuitium enim ſola voce ignominiam & probrum intendit. Contumelia verò C pudendam & ignominiæ plenam habet animi conceptionem adiunctam operibus in eos quos contumelioſè laceſſit. Atqui poſſet quidem contingere ei qui hodie in ſublimi vult conſiſtere loco, vt ad abiectorum vilitatem deſcendat: & è diuerſo, ei qui nunc quidem humilis eſt, impendet periculum ne degeneret & tranſmutetur ad ſuperborum elationem. Ipſum enim hoc quòd ſe credit ad apicem pertigiſſe veræ humilitatis, elati animi argumentum eſt, quódque præter modum efferri videatur aduerſus peccatorem. Planè grauis erat ſuperbia quam paſſus eſt Pharizæus aduerſus publicanum inſoleſcens. *Et ſuper omnem excelſum & animo ſublimem.* Ad idem

Contumelia fons & origo ſuperbiæ.

vitium referuntur & * excelſus & qui animo ſublimi eſt. Vterque collatus ad contumelioſum & ſuperbum ſolo differt habitu. Etenim * excelſus aduerſus vtrunque vtitur & contumelia & ſuperbia. * Animo autem inſoleſcenti & elato ſingularis quod degat ac ſolitarius ſeipſum apud ſe ſuſtollit & vanitate ſenſus in ſublime effert, gloriatur atque erigit. Velim animum mihi aduertas & exactè intelligas, quis ſit μετέωρος elata mente & animo ſublimi. Teipſum ad mentem reuoca, qualis ipſe in vanitate adoleſcentiæ tuæ conſiſtens fueris. An fortè qualis tu conuerſatus, multiuariam cogitationem paſſus es inſtituendæ D vitæ & exercitiorum, quonam pacto per imaginationem intellectus tui à principatu in principatum incurriſti, à dominatu in dominatum reſiliſti, diuitias comparaſti, ædes exædificaſti, aurum & argentum repoſuiſti, accumulaſti ad parandas tibi facultates, tot tantáque talenta comportaſti, famulos habebas innumeros artes qui exercerent omniuarias è quibus corraderes annuos prouentus, armenta equorum, ouilia, armenta boum è quibus pecunias conflares, vxorem haberes ac liberos & ex iis multiuariam ſobolem. Amicos liberali beneficentia affeciſſes: vltionem de inimicis experiuiſſes. Principatum obtinuiſſes ciuitatum, deinde & gentium. Denique regali ſceptro fuiſſes potitus. Vides, quanta leuitate agitetur mens excelſi & ſublimis viri? Nuſquam conſtat ſecum, nulla in re conſtabilitur: ſed impoſſibilia exuperat, præceps fertur ſupra naturæ conditionem. Itaque ſic elatis ſpiritu interminatur, quæ die illa euenient, formidabilia. Nam quòd talis * elatio animi peccatum ſit, audito Dominum di- E centem. Et ne eleuemini. Et beatus Dauid inter opera virtutum & laude digna enumerat, ſi quis ſe in ſublime non eleuet, neque exaltet. Ait enim, Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque * elati ſunt oculi mei. Eſt alioqui locus, quando cum laude exaltatur quis, vt ne animum deiiciat, nec iſta vilia anxiè curet: veriùs vt excitatus ſit & alacri ſpiritu, pérque animi celſitudinem ac ſenſus magnitudinem ornatus pertingat ad apicem virtutis. Talis animi elatio commendatur, qua fit vt inter mundi preſſuras nihil deiicias animum, his quæ in terra ſunt ſuperior euadas ſenſu. Qui eiuſmodi eſt, in cœlis conuerſatur & gaudio cordis perfunditur ob theſauros illic ſibi reconditos.

Hæc animi celſitudo quiddam habere videtur differentiæ, collata cum ſuperbiæ tumore. Etenim iuſta corporis habitudo cum eruptione carnis enata ex vitio intercutaneo ſi componatur, intumeſcit quidem ac turget corpus, ſed & ſuppu- F rulentum fit & languore tentatur. *Et ſuper omnem cedrum Libani * excelſarum & ſublimium.* Dixerit quiſpiam. Quæ malitia ineſt Cedro, quòd in præcelſam altitudinem ſe attollit? Id quod ſuapte natura ei adiacet, in quæſtionem ne adducitur? Rurſus quam ob rem ſententia hæc diem illam interminatur Cedris quæ in Libano ſuccreuerunt? Nemo contradixerit, quia de anima informatis hominibus ſententia hæc loquebatur qui faſtu turgebant, quique vacui quum eſſent omni ſenſu, nihilominus ſe efferebant arroganter. Sed enim cur Cedri? quam ob cauſam Cedri Libani? Cedri plantæ ſunt infrugi, æſti-

Peſtilentiæ à ſimili ducta.

matlonis alioqui non cõtemnendæ, in proceram altitudinem & amplißimam excreſcentes, próque temporis progreſſu ſemper ſe in ſublime ſuſtollit ea arbor. Cedrus non facilè ſentit ſenium, neque putrilaginem. Proinde Libanus mons erat iam olim idololatriæ dicatus. Itaque vt nobis oſtenderet (quæ ex eo loco prodierunt) exitiales ac pernicioſas poteſtates, altitudines nequitiæ ſe attollentes aduerſus ſcientiam Dei nominauit Cedros Libani, de quibus ait Pſalmus: Et conteret Dominus Cedros Libani. Proinde mores hominum citra cauſam vllam rationi conſentaneam nihil non ſibi arrogantium & faſtu turgentium

Libanus.

A innui poſſunt per eas Cedros. In tumore enim iſtius ſuperbiæ cauſa quædam ſe inſerit animo probabilis & idonea, vt ſe eleuet, aut nulla prorſus nitens ratione: puta dum de ſeipſo ſentit aliquis quiddam ſe eſſe propter continentiam, ſapit propter ſobrietatem, aut certè exiſtimationẽ de ſe concipit propter conſtantem perſeuerantiam in orationibus. Planè quòd de ſe ita ſentiat ob eas virtutes, perperam agit. Ea tamen animi elatio quiddam obtinet ex quo conſequatur. Talis, planta quidem eſt in aërem elata, ſed & fructuum copia exuberat. Qui autem citra ſuffragium vllius bonæ actionis ſe extollit in ſublime, puta propter diuitias, aut generis ſplendorem, aut certè corporis robur, • Cedrus eſt per infrugi vitam & imprudentem, ſe in altum tollens & exultans. Sed enim cur adiunctum eſt Libani? Plantæ ſiquidem in montibus enatæ quòd ſint campeſtribus compactiores, naturæ vſu aſcititi-

κέδρο:, lege κάδρο.

B am ſibi comparant ſublimitatem. Pari ratione & qui obtendunt diuitias, robur aut progenitorum gloriam quibus indecorè abutuntur ad præ textum occaſionémve elationis. Veruntamen ſunt & quædam Cedri commendabiles: Saturabuntur ligna Domini, Cedri Libani quas plantauit. Hæ enim ad Dei gloriam aſſumuntur: Ligna fructifera & omnes Cedri, idq́ue vt declaretur nihil ſuapte natura eſſe malum, aut alienatum à Deo, ſed pro vniuſcuiuſque cauſa ſingula quæque aut deſciſcunt à Deo, aut eius beneuolentiam ſibi cõciliant, ſéque in ipſius clientelam dedunt. Ob hoc Cedri apparatæ ad conſummandam fabricam templi erant delatæ è monte Libano, ceu indicat hiſtoria. Neque enim impoßibile eſt, vt quis ab idolorum cultura demutetur & tranſeat ad vitæ ſanctificationem. Quocirca nõnunquam Cedrus quidem • confringitur, quum à Libano nequit diſparari: aliquando autem vetuſtos mores quum relinquit, vt digna efficiatur ſanctificatione. In genere tamẽ, ſcripturæ iuxta animalium mores ſpeciéſque plantarum, pro varietate propoſiti & intentionis hominum multifidam ad-

• ſiue contecitur.

C mittunt interpretationem: *Et ſuper omnem arborem glandis Baſan.* Alterius plantæ mentio fit, ad exhibendum ſpecimen, quàm caduca ſit ac labilis hominum vita ac interim comminantis ſubiectum iri iudicio. Mores enim inhumanos nec cuiquam cedentes ac aliorum diſſimiles, quique ex aduerſo omnibus reclamant & velut itinere contrario diſponuntur, conſuetudinem inſuper viuendi nouitate excogitatam confert quercui. Profert autem ea arbor fructum, ſed qui cedit in porcorum alimoniam, ob hoc nominauit arborem ignominiæ ac dedecoris. Baſan enim interpretantur ignominiam. Quorum igitur gloria parit ignominiæ fructum, etiam aduerſus hos exorietur dies Domini. Alicubi autem deprehendimus idololatriam dici ignominiam, vt in tertio • Regnorum Elias ad Achab, Et nunc mittito & congregato ad me omnem Iſraëlem, in montem Carmelum & Prophetas • ignominiæ & Prophetas lucorum quadringentos viros qui veſcuntur de menſa Iezabel. Ex quo igitur arbor omnis non faciens fructum bonum, exciditur & in ignẽ

D mittitur: Domini diem etiam arboribus ignominiæ, vt horrendam & formidabilem intermina-tur ſcriptura. Quare & qui rex erat Baſanitidis, appellatur • Og. Og ſua interpretatione ſonat obthurationem, interſeptionem, oppilationem, quòd opera ignominiæ viam nobis intercipiant adeũdæ ſalutis. Fornicatores enim, adulteri, molles, maſculorum concubitores, omnes denique operarij ignominiæ ſub iugo ſunt regis Og qui moliuntur præciſionem & diremptionem à Deo, quem conterit Dominus, vt ab eius iugo emancipentur oppreſſi. Confitemini enim Domino quia bonus. Qui percuſſit reges magnos, & occidit reges fortes, Seon & Og. *Et ſuper omnem montem, & ſuper omnem collem, & ſuper omnem turrim excelſam.* Quemadmodum montes ad colles collati ſola proportione magnitudinis à ſe diſſident, reliqua habitudine inter ſe conſentiunt: ita & contrariæ poteſtates, propoſito & intentione ſibiipſis conſimiles videntur, tantùm à ſe diſcrepant magnitudine maleficiorum. Meritò igitur aduerſum eos, dies illa Domini Sabbaoth cõ-

E uertetur. Quid porrò ſibi vult hoc: Et ſuper omnem turrim? Turris ſpecula eſt eminens ad tuendam propugnandámque ciuitatem, & ad cognitionem excurſionum hoſtilium accommodata. Mens ſiue intellectus ad vtranque hanc functionem nobis indultus eſt, vt obſeruemus bona, vt impendentes inſidias præuidendo vitemus. Huic minimè congruit, vt ſuam in ſeipſo fiduciam collocet, neque vt per hæc terrena negotia aſcenſum moliatur ad cœlum. Ad eum enim qui per mentis elationem fuerat infra ſemet collapſus, Dominus deſcendit: vtq́ue beneficium impartiretur ac ſalutem, pactum diremit & conſpirationem ad malum. De huius ædificij fabrica iubet nos Dominus, vt ſedentes rationem ineamus ſumptuum, an ſat habeamus ad inſtituti operis perfectionem, cui manifeſtè conſentit cõſilium euangelicum. Mentem igitur altiora de ſe ſentientem ac tumore ſuperbiæ redundantem & ei qui præ ſe omnia faſtidienter extenuat, ſe interim beatum prædicans, decernit ſententia hæc, vt diem illum Domini vereatur ac formidet. *Et*

F *ſuper omnem murum excelſum.* Rurſum, murus ſeptum eſt ac munimen in hoc conditum, vt tueatur & propugnet ciuitates & hoſtium impreßiones propellantur. Sic & ſermones nonnulli ſunt nobis ab ipſa veritate accommodati ad conſeruandam inexpugnabilem vim ſalutarium dogmatũ: Sunt item alij externæ inuentionis ad corroborandum mendacium & tuendam vanitatem accurata diligentia conquiſiti. Artis enim Dialecticæ facultas murus eſt propugnandis ſuis dogmatibus apprimè opportunus, non ſinẽs ea in diuerſam par-

tem

rem facilè abripi aut in totum intercipi ab his qui
controuertere volunt mendacio. Ob hoc quidem
muri Hieruſalē manibus Domini deſcripti ſunt:
muri verò Hiericontinæ ciuitatis euerſi ſunt du-
ctore Ieſu Naue, ſola acclamatione vocnm diſſo-
luti. Sanè quidem ſuperiùs ea & ſola mœnia in
redargutionem venerunt quæ per ſe ſunt ſubli-
mia: hîc verò acriter reprehendnntur & quæ ob-
tinent præſtantiam virium celſitudini coniunctā,
A nempe argumenta in ſpeciem probabilis diſci-
plinæ demonſtratiuæ quæ tum plurimùm inua-
luerant viribus ſeq; in altum extulerant, prophe-
ta quidem profitente ὑψηλὰ ea eſſe murum ex-
celſum, ſed & eodem aſſeuerante ipſum euerſum
iri & exinaniendum Domini die. *Et ſuper omnem
nauem maris* Aenigmata ſunt hi ſermones in me-
dium deprompti, vt mens noſtra exerceatur, ne
oſcitanter audiamus ſacram ſcripturam, nóve
mentem in terram defigamus. Simul enim atque
dixit de intellectu ſe altiora ſentiente, nec con-
ſentiente humilibus aut obſequundante, iuxta te-
norem dicendi conſentaneum, in eadem perſe-
uerans formula ſermonis obſcuri de corporibus
etiam ediſſerit. Non enim dies illa Domini ina-
nimatis nauibus futura eſt formidabilis & expa-
neſcenda: ſed iis qui per hæc corpora iactantur
Tropus declaratur collatione. in ſalſuginoſæ vitæ huius fluctuatione. Quemad-
modum enim naues onere immodico degraua-
tæ ad portum multo cum negocio prouehuntur
ac facilè ſubeunt naufragium: pari ratione, cor-
pora quæcunq; tandem multa ac redundanti ali-
monia ad obeſam carnulentiam deuergunt per
B voluptatum illecebras in imam voraginem per-
ditionis natando immerguntur. Et eiuſmodi cor-
pora dicuntur naues maris. Sunt tamen & laude
digne naues in miniſterium his qui deſcendunt
in mare, vt faciant operationem in aquis multis,
Pſal.102.c quarum mentio fit in Pſalmo diuinę glorificatio-
nis & de iiſdem dictum eſt, quia illic naues per-
tranſibunt. Quæ mare permeant naues, non item
moram trahunt in eo, neque immerguntur vnda-
rum æſtu, vtique commendabiles ſunt, & qui in
carne quidem degunt, non etiam militantes ſe-
cundum carnem, calcantes æſtuoſos huius vitæ
fluctus & vndis ipſis ſuperiores effecti faciūt ope
rationem in aquis multis. Quicunque condeſcen
dunt eiuſmodi vitæ, nonnullos lucrifaciant ex his
qui ſe immerſerunt gurgiti deliciarum. Ob hoc
ipſi nouerunt opera Domini, mercedem ſcilicet
ſuæ operationis, ſuntque conſequuti intelligen-
tiam operum Domini & mirabilium eius in pro-
fundo gurgite. *Et ſuper omnem aſpectum pulchri-
tudinis nauium.* Hæc attenti audiant qui toti affi-
guntur ſtudio exornandi corporis, qui ambitio-
ſiùs & redundanti opera, talium ſpectaculis im-
morati ſunt. Neque enim nauium aſpectus ipſe
C noxam vllam affert: ſed attenta cogitatio circa
corporis concupiſcentiam. Erit igitur dies Do-
mioi ſuper omnem aſpectum pulchritudinis na-
uium: quo fit, vt qui inſpexerit mulierem ad con-
cupiſcendum eam in corde ſuo, iam mœchatus
eſt. Sed & mulier in hoc ſe compoſitiùs ador-
nans, vt concupiſcentiam proliciat in ſe laſciuo-
rum hominum, iam mœchata eſt in corde ſuo.
Et humiliabitur omnis homo. Hiſce verbis ſcriptu-
ra declarauit præcedentia omnia de homine di-
cta eſſe per ænigma quidem & adumbratè. Poſt
enim * contumelioſum & ſuperbum, poſt excel- * ὑβριστὴν
ſum ac ſublimem, poſt omnem Cedrum Libani,
poſt omnem arborem glandis Baſan, poſt om-
nem turrim excelſam, poſt omnem murum ex-
celſum, poſt omne ſpectaculum pulchritudinis
nauium: tum demum ſubnectit, Et humiliabitur
omnis homo. Hoc eſt, forma omnis, omnis ſpe-
cies malorum in hominibus deperibit & conci-
det. In hunc enim mundum, perinde atq; in com- D
mune domicilium eruditionis & doctrinæ nos
homines ſumus introducti, acceptóque intelle-
ctu & oculos habentes ad rerum cognitioné iuſſi
ſumus dignoſcere Deum per diſpenſationem &
diſpoſitionem vniuerſi, velut per literas quaſ-
dam, vt nihil inuiti verſemur circa indaginem
veritatis. E quibus nonnulli abundè inſtructi tot
acceptis ſubſidiis, vt digni eſſent perſpicua ſpe-
culatione eorum (quæ pulchrè in quæſtionem
fuerant poſita) quàm iſti longiùs à veritate præ-
teruecti, & ob id digni qui ab ipſa veritate con-
funderentur ob mendacium? Quandoquidem
Deum quum cognouiſſent, non ſicut Deum glo-
rificauerunt aut gratias egerunt. Mens enim ſan-
ctorum non videt modo, ſed & audit creaturam,
quæ de gloria Dei ſunt, ediſſerentem. Ait enim
ſcriptura, Cœli enarrant gloriam Dei. Sed enim
iſti nihil intelligentes præter hæc ob oculos ex-
poſita, ſtulti facti ſunt & cultum atque latriam
creaturæ obtulerunt potiùs quàm creatori. *Et
exaltabitur Dominus ſolus in die illa.* Lux vt ap- ἀφαίρεσις
paret primùm, è medio tolluntur tenebræ ac diſ- à collectione
parent. Sanitas ſimul atque adeſt, conquieſcunt E ne ſimiliū.
morbi moleſtię. Veritate argumentis rationéque
exhibita, coarguitur natura mendacij. Quum is
qui verè eſt excelſus, innotuerit & apprehenſa
fuerit omnis vera ſpeculatiô: tunc quæ priùs ex-
celſa cenſebantur & ſublimia, parui videbuntur
eſſe momenti. Deo igitur ſoli, quæ vera eſt celſi-
tudo veráque magnitudo, teſtimonio totius ra-
tionalis naturæ aſſignabitur, ſingulis quibuſque
(qui in fraudem erroréſque abducti fuerāt) à ſe
excutientibus falſitatis dogmata. *Et manufacta
omnia abſcondent, inferentes ea in ſpeluncas &
ſciſſuras petrarum & in foramina terræ, à facie
timoris domini & à gloria fortitudinis eius, quum
ſurrexerit percutere terram.* Quandoquidē ſcri-
ptura multis adeò locis ediſſerit de Chriſti in car-
nem aduentu, déque eo quoad iudicium ventu-
rus eſt. Nonnunquam de vtroq; ſuperficie tenus
denuntiat. Quæ autem nunc occurrunt, arbitra-
mur dicta eſſe de aſſumpta humanitate, etiamſi
eorum quæ proponuntur, ſenſus nequaquā aſti-
puletur in ſpeciem his quæ futura ſperantur. Stu-
dium enim illud quod manufactis idolis adhibe-
batur, poſt aduentū Chriſti, in nihilum abiit. Nō
iā ſignifices & ſtatuarij æquè ac priùs ſuo incum- F
bebant opificio: non etiam quæcunque iam olim
erant veneratiooi, pari ſtudio perfruuntur: ſed in
ſpelæa, cauernas & abſtruſiſſima quęque loca de-
iecta ſunt. Vt enim lux explenduit primùm, vide-
runt gentes quæ eatenus delituerant in ignoran-
tiæ tenebris & agnouerunt lignum tanquam li-
gnum, & lapidem vt lapidem, nō iam ſinunt, ſe in
fraudē erroréınve impelli per effigiationem eis
circumpoſitam ligno vel lapidi: ſed ex ſubſtantie

B. BASILII MAGNI
IN TERTIVM
CAPVT ESAIAE.

A **E**Cce etiam *dominator dominus exercituum auferet à Iudaea & ab Hieruſalem fortem & validam.* Iudaicus ille populus ſimul ac malitioſum iniuit conſilium aduerſus Dominum, ipſe quidem infirmitate carnis eſt ab eis appenſus cruci: vixit autem virtute Dei patris, Infirmitatē illis reliquit. Peccatis enim ooſtris mortuus eſt, reſte ſcriptura: nobis autē gratuitò cōtulit, vt poſſimus reſurgere. Qui enim credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Siquidem infideles fatiſcunt viribus & infirmātur ſua erga crucem incredulitate: iuſti autē cum fiducia dicūt, omnia poſſum in eo qui me cōfortat, Chriſto. Qui enim Chriſtum non habet: Dei virtutem, nec robur vllum habet. Quare auferet Dominus ab Hieruſalem & ab Iuda fortē & validam, Cuiuſmodi erat Sara, robuſta planè & princeps tanti viri Abrahę iuxta præceptū Domini dicentis: Omnia quęcunque dicet tibi Sara, audi eam. Qualis erat Rebecca, quæ ſtudio hoſpitalitatis mirè* effloruit & inualuit virtute. Debora, dux exercitus. Iahel, aduerſus hoſtē admirabilis conſtantię. Anna cuius preces exauditæ ſunt. Elizabeth propheteſſa. Nō iam B ſuppetunt robuſti, non ſic validæ. Iſtius infirmitatis cauſa ſuperius inducta eſt, qua factum eſt vt iam apud Iudæos non ſuperſit robur panis & robur aquæ. Quemadmodum enim corpora noſtra conualeſcunt ac firmantur ſubalterna ſumptione congruentium alimentorum: ita quiddam eſt quod conſentaneè paſcit animā, eiq; ſuggerit vegetas vires ad bonitatē conſectādam. Quid illud tandem eſt? Nimirum quod dixit Dominus, Quia caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Quibus autē non ſuppetunt hæc, iis vtique deſit cobur panis & cobur aquę. Vbi antē infirmę dapes, ibi neceſſe eſt tales effici qui iſtis enutriūtur. Cæterùm nolim, cōtingat eccleſiā miſerè affici peccatis Hieruſalem, vt ne ab ea auferatur qui potēs ſit in omni opere bono & ſermone ad propugnandā veritatem, qui potens ſit in tolerandis ieiuniis, potens in orationibus, fortis in tentationibus, fortis in obediētia, in deiectione ſui & humilitate, in ipſa mandatorum ſumma, nimirum in charitate. Pari ratione abſit, vt ab eccleſia eā auferat quæ incorruptione præualet, quæ fortis eſt morum grauitate, eleēmoſynarum largitione, aſſiduitate orandi, defatigatione vigiliarum. Abſit inquam, auferatur robur panis & aquæ, ſubſidiū C videlicet & facultas efficacis ſermonis maximè efficax, accommoda alendis animabus: quemadmodum & Iudæos deſtituit vis efficax prophetici ſpiritus. Hinc ſiti malè premūtur verbi Dei, ad illud anhelantes, nec datur aſſequi poſſe. Abſtulit enim eis Dominus robur panis & robur aquæ. Eſt apud nos nutrimentum quoddam non robur quidem inſerens: at neq; permittēs emori, cuiuſmodi cibum Paulus Corinthiis adhuc in Chriſto patuulis cōcinnat & inſtituit. Sunt enim hortenſes herbæ ceu olera alimentum infirmātibus accommodum. Eſt & perfectis ſuus & familiaris cibus, nēpe ſolidus iis qui habitu & aſſiduitate exercitatos habent ſenſus ad diſcretionē boni ac mali. Quòd ſi eccleſia nōnunquam laboret penuria eorum qui tradere prævalent fortia dogmata ſo- D lidæ eruditionis ac plena ſenſu diuino, hoc ſigno collige robur panis eſſe ablatū. Eſt in aqua robur, eſt & infirmitas, iuxta Domini verbū dicētis, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterū: qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Quemadmodū enim ſecundum ſententiam ſermonis pręcedentis, offerimus ſolidum cibum, adhibemus verò & liquidum ſiue mollē, vt temperata quædam permiſtio fiat ei qui ſiccitate exaruit, ac velut manuducat ipſum ad concoctionem, diſtribuátq; in totū corpus: ſic & in alimonia animæ diſpertiēda. Primum enim & maximè conſentaneum animæ alimentum, mens eſt ſiue intellectus. Sermo autem ſua efficaci operatione viam præmunit excipiēdis dogmatibus, cuius recreatione inſtaurātur animæ vires. Proinde aperiendi ſunt & oculi, vt pane iſto nos expleamus ſimul & aqua, ſcriptura dicente, Adaperi oculos tuos & exatia te panibus. In Geneſi inſuper, Aperti ſunt oculi Agar & vidit aquam. *Gigantem &* E *potentem, & hominem bellatorem, & iudicem.* Gigantis appellationem deprehendimus hîc in bonam partem & ordinem cooptari, & ſicubi inueniatur, in raro eſt vſu, vt illud eſt: Exultabit vt gigas ad currendā viam. Auferet igitur Gigantem. Arbitramur eos gigantes dici qui naturæ beneficio vnam aliquam obtinēt prærogatiuam, carnalis ſtaturæ procerioris, aut certè antecellunt multos ad excipiendā ſcientiā ſiue exercitium virtutis: hos inquā gigantas dici putamus. Potentes autem eos interpretamur, qui ſuomet ſtudio & cōmērātione iugi: qui dexteritatem naturæ ad perfectionē perduxerunt. Bellatores proinde nulli iā apud Iudæos. Neq; enim vlli ampliùs delectui militiæ adnumerantur. Sed neq; iudex vllus. Iudicum enim manibus traditi ſunt qui eos redegerūt in captiuitatē, quòd ex tribu Iudæ exoleuerint principes. Quæcunq; prætera in illos intentatæ ſunt afflictiones ob ſuam in Dominū perfidiam, eaſdem & in nos ingeri poſsibile eſt, ſi quidē deprehendētur fuiſſe increduli. Etenim deſeruerūt nos bellatores, qui arrepta vniuerſa Domini armatura generosè conſiſtebant aduerſum inſidias F Diaboli, quū nos opprimeret infidelitas & aduerſariorū manibus eſſemus contraditi. Cæterū Dominum obſecremus, ne à nobis vir bellator tollatur lorica fidei cōmunitus, galeam ſalutis indutus, quæ partes eius letales propugnet ac tueatur, pedes inſuper habēs præmunitos in præparatione euāgelij, gladiū autem diſtrictum ad promptè vlciſcendum omnem inobediētiam, vtq; in ſumma, ſicut adderet ſtrenuum militem Chriſti concurrentem euangelio, minimè implicantem ſe

vitæ

שרה· Domina. Geneſ. 17.
רבקה· impingata. Geneſ. 22.
* [illegible]
דבורה· apis.
יעל· capra, damula.
חנה· gratioſa.
אלישבע· Dei iuramenti.

vitę iſtius negotiis, vt ei ſe probet & placeat à quo eſt allectus militiæ. Habet eccleſia & iudices qui poſſint fratrem conciliare fratri, à quibus mundus hic iudicatur, quin & iidem angelos iudicabunt. Si quando igitur inualuerint numero vaniloqui mentiúmque ſeductores, docentes quæ nõ oportet, euertentes vniuerſas domos, turpis lucri gratia, nec interim adfuerit qui talibus obturet os in eccleſia, neque ſynceriter ſupprimat eorum
A elatam celſitudinem aduerſus ſcientiã Dei, noſſe conuenit eam eſſe hac parte diſtitutam ob multiplicem eius inobedientiam. Si nemo adſuerit, qui ſapientia ſua poſſit inter fratrem & fratrem ſentẽtiam ferre, ſed inopia ſanctorum lites ab infidelibus dirimi neceſſe ſit. Hoc planè argumentum eſt deſertionis. Abſtulit enim Dominus etiã iudicem, *& prophetam, & coniectorem*. Ad Ioannem vſque prophetia omnis penes Iudæos ſtetit. At legis iuxta ſpiritualem intelligentiã accipiendæ coniector aut interpres diuini conſilij nullus apud eos ſupereſt, ob cæcitatem quæ contigit ipſi Iſraël. Verum in eccleſia primatum obtinent apoſtoli ſecundum ordinem prophetæ. Si quãdo igitur introierint infideles & idiotæ, neq; coarguantur, non item examinati fuerint, per hoc ſpecimẽ collige derelictionis. Ait enim Paulus, ſi prophetetis, introierit autem infidelis aliquis aut idiota, arguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta cordis eius manifeſta fiũt. Propheta igitur eſt qui per ſpiritus ſancti reuelationem quod futurum eſt, prænuntiat: coniector autem ſiue interpres is eſt qui ſagaci vſus prudentia, & collatione ſimilium per diuturnam experientiam præteritorum obſeruat rem futuram. Putà ſi quidem is dicat: ſi fecerimus flagitia Sodomitarum, con-
B ſimili pœna atque illi, plectemur. Aut certè, ſi nos exemplo Niniuitarum, pœnituerit malè commiſſorum: perinde atque illi miſericordiam conſequemur. *Et* * *ſeniorem*. Inter ea quæ cõminatur Dominus, eſt & ablatio presbyteri ſiue ſenioris, quòd ex ſenioris præſentia non mediocre emolumentum in alios reſiliat. Quiſquis igitur præſidẽtia cathedræ dignus cenſetur, iamq; aſcriptus eſt ordini presbyteratus, qui talis eſt presbyter aut circunfert characterem presbyterij, par eſt eum vel maximè eſſe irreprehenſibilis vitæ & expertẽ vxoris. Quòd ſi forſan iuxta * Domini legẽ, vnius ſit vxoris vir, filios habeat fideles, non in accuſatione luxuriæ aut non ſubditos, ne ſit contumax, non iracundus, non violentus, non turpis lucri cupidus, ſed hoſpitalis, erga probos benignus, modeſtus ac prudens, ſanctus, iuſtus, continens, amplectens eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari doctrina ſana & eos qui contradicunt, arguere. Talis eſt
C presbyter, quem aufert Dominus à delinquente populo, quemadmodum fortem & validam, ſicut robur panis & robur aquæ, vt bellatorem, vt iudicem, ita & presbyterum. Atqui quum videris nonnullos quidem dignos qui in ordinem preſbyterorum cooptentur, & iidem deliteſcunt aut neglectim tranſmittuntur, præque his deſignantur indigni, ſcito quia Dominus ab eiuſmodi populo aufert presbyterum. Sanè trapezita opus eſt & eo admirabili, vt ne eum fugiat, quid in his diiudicandis probandum ſit: * quod indicauit Dominus eximio illi ſamulo ſuo Moyſi, permiſſo illius fidei talium delectu. Ait enim, Cõgrega mihi ſeptuaginta viros * de ſenioribus Iſrael, quos tu ipſe noſti, quia ipſi ſunt ſeniores populi, ſimúlq; adduces eos ad tabernaculum teſtimonij, & ſtabunt illic tecum, & auferam de ſpiritu qui in te eſt, & reponam ſuper eos, erúntque tibi auxilio ad ſuſtinendum impetũ populi huius. & non portabis eos tu ſolus. Equidem tales oportet eſſe matura ætate prouectos & qui temporis prolixitu- D
dine euaſerint multarum rerum cognitione periti, quique ab ipſa primùm efflorenſcente canicie exhibuerint morum conſtantiam. Gloria enim ſeniorum, canicies. Sicubi tandem comperietur ſenilis ſenſus & prudentia in ætate iuuenili, donum hoc haudquaquam aſpernabile: imò fidea habenda eſt ei qui dicit: Canicies autem eſt prudentia in hominibus. Ea enim ſenectus prudentiæ ac ſenſuum laudem promeretur ampliorem tãtò præ eo qui ad crinium alborem per ſenilem conſiſtẽtiam peruenit. Forraſſe hoc inſinuat ſcriptura. A vultu cano conſurges. Et, Honorabis faciem presbyteri. Si quis fuerit ad exemplum ſapientis illius Danielis, corpore quidem iuuenculus, canus verò ſenſu, vtique iuſtius præferendus venit iſtis qui in propoſito flagitioſæ ac petulantis vitæ conſeneſcentes, caniciem oſtentant corporis quemadmodum ſeniores illi in Babylone, inueterati dierum malorum: quare & ad Danielem adhuc puerulum, qui per ſenſibilem ætatem erat quidem iunior, at intellectili prudentia canus, tranſierat donum presbyterij. Non enim mentiti ſunt qui dicebant: Veni, ſede in medio noſtrûm, quia dedit tibi Deus honorem presbyterij. Ad hunc modum nonnunquam con-
tingit inueniri adoleſcentes honoris gratia anteponendos iſtis ſenioribus qui per oſcitantiam & neglectim vitam traducunt. Presbyteri igitur illi apud Iudæos ementito nomine ſic vocabantur. Abſtulit enim Deus vt bellatorem & prophetam: ita & presbyterum à Iudæorum populo. Oret proinde eccleſia, ne à ſe auferatur presbyter qui ea ſit dignus appellatione. Quanti id æſtimari debeat, didicimus in Abrahamo. In ſuperioribus ſiquidem generationibus plerique alij longè eo diuturniores in viuis conſeruati ſunt, Vixit enim Adam nongẽtis triginta annis. Et vixit Mathuſalem nongentis & * ſeptuaginta annis, & mortuus eſt. Et vixit Noë nongentis annis, quo vnò deinceps nemo ſenior vixit. Sed & Abraham teſtimonio Sarrhæ dictus eſt πρεσβύτερος, ſenior. Equidem ita contigit in hanc vſque ætatem. Dominus autem meus ſenior. Planè ſenior erat, quòd eius anima incanuiſſet virtute. *Et quinquagenarium principem*. Dominus exercituum inter- F
minatur ſe à Iudæis cum reliquis ablaturũ & quinquagenarium principẽ. Qua de cauſa hoc dicit? Quod omnem ſineret circa eos diſpenſationem reique publicæ adminiſtrationem decenti priùs ordine conſtitutam permiſceri & confundi, à parte ſummam totius inſinuans. Moſes enim iuxta conſiliũ Iethro cõſtituit tribunos millenarios, centuriones, quinquagenarios ac decanos, vt ipſi pondus adminiſtrandi populi ſuſtinerent, minoráque iudicia in ſe reciperent eorum quibus opus eſſet. Hunc reipublicæ ordinem comminatur ſe eis abla-

Propheta functio & cõiectoris.
* πρεσβύτερον.
1. Tim. 3. ad Tit. 1.
* Pro νόμου, lege.
Epilogus per collationem.
τραπεζίτου, nummularij.
* Deſit articulus ὁ.
* Num. 11.
Dan. 13.
Gen. 5.
Gen. 18.

eis ablaturum, Ob hoc inquam, ſe ſubtracturum ab eis intermioatur quinquagenarium principē, bellatorem, iudicem, coniectorem ſiue interpretem, prophetam ac presbyterum. *Et admirabilem conſiliarium.* Ad inſtituendam hominum vitam non parum frugis boox & vtilitatis reſilit ex conſilio, quòd nemo vous par ſit moderandis omnibus: ſed opus eſt ad delectum eorum quæ conducibilia ſunt, in commune decernant plu-

Simile.

A res, ſiue ad corporales iſtas actiones. Itaque homo inconſultus nauis eſt ſuo deſtituta gubernatore, temeréque expoſita agitatiooibus ventorum. Quòd ſi ad decideodas quęſtiones ſeu diſceptationes quæ de rebus fortuitis oboriūtur, aſciſcimus nobis conſiliarios: quando conſilium inimus de animæ ſalute, & his quæ ad eam parandam cooducunt, quomodo non etiam nobis exquirimus eos qui admiratione digni conſiliarij ſint? Itaque Iudæi ex quo malignum agitauerunt conſilium, quonam pacto in manus præſidis traderent Dominum: ab eis Dominus ipſe admirabilem cooſiliarium abſtulit, cuius quidem conſilia omnibus fuerant admirationi. Super doctrina enim eius, incredibili admiratione fuerāt perculſi: ſed ne ſic quidem admonitionibus attentas aures commodabant. Quomodo enim non is admirabilis conſiliarius, qui pro eruto oculo conſulit, vt alterū offeras: & ei qui in maxillam dexteram incuſſerit colaphum, obuertas & ſiniſtrā? Qui conſulit, vt ne iraſcaris, oe iudicio contendas cum aduerſario, quæ obſcœna ſunt & indecentia, ne concupiſcas, ne quem exiſtimes tibi inimi-

B cum, quin potius vult vt eum qui te oderit, complectaris charitate & de his quæ obooxia ſuot corruptioni ne anxius ſis aut plus æquo ſolicitus, ne eleuéris mente, à Deo parua hęc ne anxiè quęras, cor quum habeas in cœlo. Eum enim qui illò tranſmittit ſuos theſauros æquum eſt, vt intelligat ſe eſſe debere fratrum amatorem, alienæ calamitati condoleſcentem, ea quæ poſſidet, libenter in communem vſum diſpertientem. In ſumēdis eduliis ne ſit ſpurcus aut fœdus: * ſed cordi ſuo ac mentis deſtinationi imprimat: quia Dominus eum qui talia, támque diuina & omni digna admiratione conſulebat, ab eis abſtulit, quod ſe non acceperint. Noo igitur in poſterum apud iſtos admirabilis comperietur conſiliarius. Cæterùm ipſi deprecemur, ne eccleſia hæc cooſiliatio deſtituatur ſic admirabili, vt quando vnum aliquem apprehenderit articulus captaodi conſilij pro neceſſariis, ad hanc profectus domum, commune animarum conſilium, inueoiat verbū conſolatorium, quaſi lucernam quaodam ad eorum conſecutionem quæ conducant animabus. Qui autem quum ad manum habeat opportunum cōſilium, pergit nihilominus poſt paruam volun-

** Multa eſt hæc par mina.*

C tatem ſui cordis vani, conferendus venit ipſi Roboam qui ſpreto ſalutari ſeniorum conſilio, aſſenſus eſt & morem geſſit iunioribus ſecum à puero genialiter educatis, quapropter regia maieſtate à decem tribubus excidit. *Et ſapientem architectum.* Submota à Iudæis commoda vtilitate admirabilis conſiliarij, qui declaratus eſt eſſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ab iiſdem quoque ablatus eſt & ſapiens architectus, Apoſtolus inſuper factus eſt gentium, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus, ſeruus factus Ieſu Chriſti, quem perſecutus fuerat. Quódnam argumentum eſt ſciētiæ iſtius Architectonicæ? Ipſo ſiquidem de ſe ait, Vt ſapiens Architectus fuodamentum poſui. Atqui puto, quia ſpiritus ſanctus iſti præſidet architecturæ ad fabricam Eccleſiæ Dei, teſtimonio ipſius Pauli dicentis: Coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu, idque per diſtributionē ſpiritus ſancti coædificamini & creſcite in templum ſanctum in Domino. Itaque eos D qui hunc reiecerunt admirabilem conſiliatium, nempe Deum Verbum, deſtituit etiam ſapiente architecto, ſpiritu ſcilicet ſancto, vt iam non habeant à quo in vnam & eandē ſabricam coaptentur, quique in vnam compagem eos connectat. Diſſoluti quum ſint, & à ſemuicē interciſi ac diſſecti, nō iam poſſunt per ſpiritualem ſubſtructionem, effici Dei templum. Atqui oremus nos quoque vt ſpiritus ſanctus eccleſiæ ſubminiſtret gratiam abundè per quam doceat nos qui ſint ſpiritales architecti, cuiuſmodi erat Beſeelel, quem impleuit Deus ſpiritu diuino, ſpiritu intellectus & ſcientiæ, vt affabrè faceret quæcunque opera ex arte ſabrili. *Et prudentem auditorem.* Si iuxta Solomonem, ſermo precioſus ad aurē exaudientem, vtique vbi ſermo non eſt, nec aure opus eſt. Quum igitur ſublatus è medio eſt admirabilis ille conſiliarius, conſequitur & ſimul ablatū prudeorem eſſe auditorem. Vbi enim deſit argentū, ars trapezitæ feriatur & ſuperfluit. Res parū læta apparet, quoties ſermo fuerit plenus intelligētiæ ac ſententiarum, déque reipublicæ negotiis tra-

Confirmatio ex collatione.

ctat, qui autem ea percipiat cum ſolerti pruden- E tia, nemo adſit adapertas habens aures animæ, quas Dominus requirebat ad ſermonum ſuorum auſcultationem, diceos. Qui habet aures audiendi, audiat. *Et inſtituam iuuenes principes eorum, & illuſores dominabuntur eis.* Vltio intētatur duplex, quòd bona auferēda illis eſſent, & quia tradendi in manus peiorum. Poſtquam enim Dominator Dominus abſtulit ab Iudæa & ab Hieruſalem robur panis & robur aquæ, gigantem & potentem, hominem bellatorem, iudicem & coniectorem, quinquagenarium, admirabilem cōſiliarium, ſapientem architectum, & prudentē auditorem, tunc adiecit ſermo immiſſurum ſe eſſe eis inſuper principes qui ſint adoleſcentuli. Planè enim oouetat eiuſmodi pœnam fore grauiſſimā, ſi ea ciuitas ſub principatu adoleſcentulorum eſſet & ab eis adminiſtraretur. Eſt eoim adoleſcentia perquā leuis & ad flagitia quæq; apprimè mobilis, ceu ſunt indomitæ & effrenes cōcupiſcentiæ, beluinæ & immanes iræ, linguæ incontinentia, contumeliæ, arrogantia, faſtus ex animi elatione, reliquæ item affectiones iuuentuti vernaculæ & coalumnæ, inuidię ob exuperantem alterius eminentiam, ſuſpitiones propter cōtractam familia- F ritatem. Examina enim innumerabiliū vitiorum ſe agglomerant & adiungunt iuuentuti, quorum omniū conſortes vt ſint ſubditi, neceſſe eſt, quare flagitioſa vita principū calamitates inferunt ſubditis. *Inſtituam * iuuenes principes eorum.* Bona quidē expreſſit ſingulatiter, puta fortem, validā, bellatorē, iudicem, prophetam, coniectorē, quinquagenariū principem, admirabilem conſiliariū, ſapientem architectum, prudentē ſiue intelligentem

Adoleſcentia in qua vitia præcipua ſit.

** Vel adoleſcentulos, ...*

tem

tem auditorem. Malorum autẽ comminatio excreuit in numeroſam multitudinem, ceu ſunt iuuenes principes, & illuſores dominabuntur * vobis. Non is qui per ætatem eſt iuuenis, ſugillatur: ſed qui moribus præfert adoleſcentiã. Non enim per defectum ætatis vllus venit culpãdus: ſed qui vitiosè viuit, cuiuſmodi erat Roboam, de quo ſcriptũ eſt, Et Roboam erat νεώτερος iunior, & corde pauido: quare & Eccleſiaſtes: Væ tibi ciuitas, cuius rex iunior, & principes tui mane comedũt.

* ὑμῶν.

3. Reg. 12.

A Non enim qui ætate iuuenis: ſed quia ſecundum animam eſt imperfectus nec moribus integer, hoc etiam loco dicitur νεώτερος iunior. Nam quòd tenellus flos ætatis nihil adferat impedimenti ei qui velit vitam inſtituere iuxta tenorem virtutis, docuit ipſe Dominus ſuis ad Hieremiam reſponſis. Noli dicere quia νεώτερος iunior ſum. Neque enim negauit eſſe iuniorem: ſed aſtruxit ipſam iuuenilem ætatem nihil illi adferre impedimenti, quod attinet ad perfectionem animæ. Quia ad omnes ad quoſcunque te miſero, ibis. Videns enim vidi morum grauitatem * in arcana canicie quæ & ſenili ſenſu prædita eſt. *Illuſores dominabuntur eis.* Quòd ſe declaraſſent vilia eſſe mancipia peccati. Communis enim inimicus ſi quidem aduerſum eos auctoritate præualuit, non quaſi propriis mancipiis vſus eſt, ſed tanquam alienis abuſus. Communis enim ille hoſtis noſter ac perduellis, triumphi in morem circunducit & oſtentat eum quem irretiuit peccato, inſultans ſeque efferens inſolenter, nec modò aduerſum nos, ſed & aduerſus Dominum noſtrum, à quo nos elon-

* ἐν τῷ κρυπτῷ πολιᾷ.

B gauit: & palàm traducens noſtram * inopiam, nec conquieſcit triumphum agere de nobis in captiuitatem abreptis & quaſi vilibus mancipiis illudit, quandoquidẽ is factus eſt ad illudendum, dicente ſcriptura: Hoc enim factum eſt principium * formationis Domini, vt illuderetur ab angelis eius. Et Pſalmus, Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Nos enim ſimul atque in peccata induxit, ob ea quæ pati debuerat, noſtri inſuper dominatur ſuis illuſionibus: quare & Dauid in ſe ſentiens id per peccatũ admiſſum inſtigante diabolo, ait: Quoniam * lumbi ſiue renes mei impleti ſunt illuſionibus, ac penè vitio fornicationis effectus prȩda alienigenis ad Samſonis exemplũ, qui & ab eis excæcatus in medium productus eſt, vt colluderet pueris. Sic ab externis illuditur, quemcunq; excæcauerit peccatum. At non iſtus illuſores ſe inſtituturum eſſe comminatur Dominus, tanquam adoleſcentulos principes: ſed ipſos pronuntiat eſſe dominaturos ſuamet auctoritate, per quæ ſinguli ſibi poſſint adſciſcere ſuiſmet factis & ab eis arripere poteſtatem Dominandi. Fortè quidem quòd ante crucem illuſerint Do-

* Pro ἀρχηγμούμενον, lego ἀκλημούμενον.

* πλάσματος.

Pſal. 103.

Pſal. 37.

* ψόαι. nõ ψῦαι grauis odor.

* שמשון Sol eius. Iudic. 14.

C mino, traditi ſunt recẽs inſtituto principatui Romanorum. Siquidem in eos dominati ſunt illuſores, quum iam penes ſe nullam vitæ retinuiſſent veritatem. Et ſi quidem videris eccleſiam regi ab his qui ſuis impoſturis adulterant verbum, quiq; in hypocriſi loquuntur mendacium: ſcito, quia in eam dominabuntur illuſores qui blandiloquis & perſuaſibilibus verbis decipiunt innocentes ac * ſimpliciores. *Et corruet populus, homo ad hominem, & homo ad proximum ſuum.* Dubio procul enarrat propheta ac luculenter ediſſerit quæ facta ſunt ante extremam expugnationem & captiuitatem Hieroſolymorum, poſt quam in diſperſionem ſunt traditi, non iam deducẽs ſermonem per ænigmata prophetica: ſed nudè & perſpicuè res enarrãs geſtas, quo tempore inter ſeſe colliſi ſunt & corruerũt, ſeditione inſuper ac mutuis cædibus impleuerunt ciuitatem, nullo interim timore hoſtium eos circunquaque obſidentium compulſi ad ineundam perutilem concor-

Rom. 16.

* ἀκεραιοτέρους.

D diam: ſed pro extrema clade ciuitatis mox expugnandæ, ſibi malè metuentes, muris in humum disiectis, hoſtibus infuſis vrbi per ambitioſam cupiditatem obtinendi principatus, pérque primatus amorẽ ſe mutuis cædibus collidebant & adoriebantur. Hæc quidem patiebantur, quòd abſtuliſſet ab eis Dominum Prophetam & coniectorem, presbyterum & admirabilem conſiliarium: inſtituerat autem eis principes adoleſcentulos, & qui in eos dominarẽtur, permiſerat illuſores. Et * *offendet puer aduerſus ſenem, ignobilis contra nobilem.* Exordium huius prophetiæ ſumit à proprietatibus cõfuſionis reipublicæ. Motoriæ enim ſeditioni proprium eſt, nihil dignoſcere, nihil diſcernere: ſed vt puer quoque erga ſenem ſe implacabilem ac moroſum exhibeat, eiúſque doctrinã collidat ac violet. Ignobilis inſuper quòd ob improperium ignobilitatis videat ſe cõtumelia affici & ignominia, volet ſeipſum haberi honoratiorem eo qui ingenuus eſt ac nobilis. Metuo, ne mala hæc ad nos vſq; perueniant, vel etiã adſint nunc temporis: vt in nobis hæ compleantur prophetiæ, quo tempore pueri quidem ætate adoleſcentes, moribus autem iuniores, presbyteros offendant eccleſiæ, minimè agnoſcentes eorum facta, nec obſeruantes decorum ordinem

* προσκόψει, vnde impinget, incumbet.

E eccleſiæ: quúmque iſti flagitioſè vixerint, etiam bellum inferant iis qui probè hactenus ac ſtrenuè ſe geſſerint, & ita ignobiles irruptionem faciant aduerſum nobiles. Quid enim? An non ipſi quotidie cernimus viros vix ab ebrietate & ingluuie experrectos, à viliſſimis ſcortis exurgẽtes, de Deo etiam auſos diſſerere, ac ſententiam ferre aduerſus nobiles populi? *Quia apprehendet homo fratrem ſuum, & propinquum patris ſui dicens: Veſtimentum habes, princeps eſto noſter, & cibus meus ſub te ſit.* Et hæc perſpicuè refert ad tempus captiuitatis Iudaïcæ: quando fame & inedia ad tabem vſque macerati ita vt ad extremam redacti famem, ſeipſos inuicem manducarent, eos qui opulentiores videbãtur implorantes, ſibi vt præſiderent: *Veſtimentum habes, princeps eſto noſter.* Verus princeps non per hæc externa inſignia internoſcitur, cuiuſmodi ſunt, purpura, torques ſeu amiculum prætenue ac molliculum, & diadema: ſed per id quia in primis virtutem obtinet princi-

F cipe dignam. Qui enim miſerabili iugo voluptatum premitur, ac ſeruit variis, ac multiplicibus concupiſcentiis, ſeruus quum ſit peccati, inidoneus eſt nec accommodus obeundo principatui. Præſenti quidem loco argumentum quod poſſit gerere principatum, ſumitur non ex eo quòd animam expoliuerit, ſed ab ambitu & cultu veſtimẽtorum. Atqui oremus & nos, vt qui præſunt eccleſiis, quique duces ſunt populi non quidem teſtificationem reportent ab externo cultu, aut ſuperinuecto corpori decoro habitu, ſed ab ipſa

veritate,

vetiiate, ita vt dicere poſſimus: Non quia externus homo tuus deceoter adoroatus eſt & idoneè ſimulachrum hoc pietatis eſt à te abſolutũ: quin potius, quia animam tuam iodoit Deus veſtimento ſalutari & conueſtiuit tunica lætitiæ, omnique opum exuberãtia magnificauit, iis de cauſis princeps eſto noſter, vt per opulentiam penes te recoditam, tum in ſermone & ſapientia, tum io operibus bonis, tua vnius adminiſtratione ipſi aſ- A ſequamur abundantem copiam ſpiritualium deliciarum, proinde & cibus noſter ſub tuo ſit imperio. *Et reſpondens in die illa, dicet: Non ero princeps. Non enim eſt in domo mea panis, neque veſtimentum.* Ea quæ per motoriam illam ſeditionem geſta ſunt, veluti per hiſtoriam deinceps inſinnat ſermo propheticus, ſub exitum enarrans extremã populi ruinam. Ac ſi diceret veſtimentum quidẽ ne ad vnum vſque relictum iri, etiam his qui exuberanti opulentia facultatum pollebant ioter eos à quibus rapiebantur ad præfecturam. Proinde docet omoes iotemperiem hanc turbuleotam reipublicæ concitaſſe, noo vt eum deligerent qui præeſſe poſſet commuoi conſenſu & concordi animorum cõſpiratione: ſed quia paſſim ſibi obuios apprehenderent. Non item eum eligereot, qui eſſet dignus: ſed domeſticum & familiarem. Neque qui ſalutaris eſſe poſſet reipublicę, ſed qui io ſua gente ac familia vi facultatum prępolleret. Apprehendet enim (ait) homo fratrem ſuum & domeſticum patris ſui. Id quod abſit, vt contingat in creatione ac delectu præſidum eccleſię, ita vt vnus aliquis è grege ac plebeius æquè vilẽ apprehendat, nimirum qui iodigus ſit nuptialis iodumenti, qui priuetur decenti cultu, qui vndeuis emendicare cogatur ſpirituales epulas, & ne io B domo ei ſuppetant, hoc eſt, in arcano ſeceſſu cordis ſui non habeat panem verum ac viuentem, qui confirmare poſsit cor hominis. Nuoc autem malè metuo, ne vt olim io illa quidem Iudaica ſeditione erant quidem qui indignos ſe planè ooncrant excipiendo in alios principatu, propter cooſcientiam in ſe exiſtẽtis inopiæ: ita & io præſentibus adſint etiam nonnulli, qui nondum induti ſint Chriſtum, neque iuxta Apoſtolum viſcera miſerationis, quaouis alios apprehendant. Intruduntur enim multi, multi item ſunt, qui ambitioſiùs affectent principatũ, multi ſuamet auctoritate creati, dum ſplendorem gloriæ præſentis ſtudent aſſequi, nec futurum illud iudicium præuideot. Atqui Moſes non talis fuit, qui quum per omoia moriger & ab omnibus hoc nomine optimè aodiret, quando ad populum illum emittebatur, dicebat: Obſecro Domine, elige alium, quẽ mittas. Quò factũ eſt, vt quadantenus videri poſſit ſe eò comparaſſe, vt cootentioſiùs reclamaret, C dum cooſeſsione propriæ imbecillitatis excuſat & deprecatur eam legatiooem docens iodignum ſe eſſe qui præſideret. Quam ob rem bene habet admooitio illa: Ne quæras fieri iudex: ne fortè, noo præualeas auferre iniqoitates. Attameo propheticus ſermo oon vtique excuſationem eorum qui vt principatum ſumerẽt, inuitabantor, aſtruit in genere foiſſe promotam à ſeditioſis. Nõ enim abſolutè ait: Non ero dux populi huius, cauſam ſubiunxit: *Quia * diſſoluta eſt Hieruſalem, & Iudæa concidit: & lingua eorum cum iniquitate, quæ Domini ſunt negligunt, nec obſequuntur.* Hieruſalem hactenus conſeruata auxiliari ioanu Domini, nempe vinculo copulæ & affinitatis, nunc demum diſſolota & repudiata eſt. Et Iudæa concidit. Nimirum ſublatis è medio quibus ſuffulciebatur, firmamentis. Nec * tales quidem inflictæ ſunt calamitates. Ad repropitiandum enim ſibi Deum nonnullam adhibuere diligentiam & ad pœnitentiam, ſtudium: ita vt hinc ſpes illis affulgeret finem impoſitum iri intentatis malis. Atqui D linguæ eorum negligunt quæ ſunt Domini, mandata. Non vtcunque dixit, Non credunt ſiue obſequũtur: ſed adiecit, Cum iniquitate. Ac ſi diceret, Corde abalienati ſunt à Deo, nequeunt in ordinẽ cogi vt pareant legi diuinæ. Quum enim cõueniſſet, vt meditarentur nocte ac die legem Domini, lingua eorum cootradicebat, & detrectabat imperium. A quonam igitur ſumam exordium? Ab Hieruſalẽ? Sed repudiata eſt, & diſſoluta elanguit. Ab Iudæa ne? Sed & hęc minimè iam perſtitit io rectitudine. Concidit enim. Ab his, quos pœnitet malè commiſſorum? Sed & ij ſuis contumacibus linguis legem reiiciunt. Quòd ſi forſan propter gloriam, qua prius excellucrant, iſtis religioſum videbatur ac præclarum principatum inter omnes retinere ait. *Humiliata eſt gloria eorum, & confuſio vultus eorum reſtitit eis.* Hoc eſt, nulla illis relinquitur fiducia oculos ſuſtollendi ad Deum, quòd peccatum eorum non qualecunque ſit, ſed tale, vt meritò comparetur Sodomitis, quod quidem noo clam omnibus aut ſuppudeſcentes perpetrarunt, immo propemodum operatione iſtiuſmodi flagitiorum ſibi applaudentes & gloriabuodi, ea palam omnibus fecerunt ac prodiderunt, quemadmodum & illi Sodomitæ animom intendebãt ad captandas voluptates le- E ge naturæ prohibitas non verbis modò in ſpeciem plauſibilibus, ſuam petulantem laſciuiam noo occultarunt. Ait enim ſcriptura, Vbi ſunt viri, qui ingreſsi ſunt ad te? Educ eos ad nos, vt cum eis * coëamus. Iudæi imitati ſunt peccatum, ſcelus enim ſuom Sodomitatũ exemplo euulgarunt ac prodiderunt. Quiſquis inciderit io hiſtoriam enarrantem eas afflictiones quæ præierunt ſubuerſionem Hieruſalem, ſtupore & admiratione corripietur ad iſtius euidentiam prophetiæ. Duplex nanque cauſa excuſationis conſentaneæ rationi ſuppetebat iis qui inuiti inuitabantur, vt præſiderent populo, nimirum imbecillitas propria ac reipublicæ adminiſtrandæ difficultas, quando populares iſti difficilè corriguntur ob nimiam * diffuſiooem peccatorum, qood vtrumque preſens continet ſermo. De propria quidem infirmitate eius qui eiurauit priocipatum ac repudiauit, quando dicit: Non eſt panis F in domo mea, oeque veſtimentum. Altera eſt ratio populi ægrè ferentis, quòd reſponderit: Non ero prioceps populi huius, quia corruit Hieruſalem & Iudæa concidit, & linguæ eorum cum iniqoitate, non his obtemperant, quæ Domioi ſunt, mandatis. Iniquitatem enim ſuam quaſi Sodomitæ, euulgarunt ac prodideruot. Neque enim tandem ſeruari ad vitam poterant Sodomitæ, quòd decem vt minimum, deſiderarentur iuſti, qui reos eximerent impendenti ſupplicio. *Væ animæ eorum, quia inierunt conſilium malum*

Quod hodie dicunt S. Baſil?

* λύτα.

* Deſi hic quiddam.

Gene. 19. b
συγγνῶμεν.

* Pro σχέσιν, lege χύσιν.

lum contra ſe, dicentes: Alligemus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis. Itaque fructus operum ſuorum comedent. Et quidem propheta deinceps ſimul atque perpeodit populum, ad exemplum Sodomorum, omni à ſe excuſſo pudore ferri præcipitem in id flagitij, ita vt ne vllo quidem velamine & iotegumeoto operti ſcelus admitterent, ſed & impudeoter, omni cum libertate quioetiam ex obſcœnis eiuſmodi flagitiis laudem captabant, quarè querulis lameotis deplorans ait: Væ animæ eorum, quia ioierunt conſilium maligoum aduerſum ſe dicentes. Alligemus iu-
A ſtum, quia inutilis nobis eſt. Coosilia eoim aduerſus iuſtos inita in capita malignè coosultantium reiorqueotur, quemadmodum & tela quæ ſemel inciderint in * corpus ſolidum, neccedens ſed repercuſſiuum, in ſuos iaculatores reſiliunt. Eam ob rem ait: ioierunt coosilium aduerſum ſe, dicentes: Alligemus iuſtum, quia inutilis nobis eſt. Et quidem Iudæi adueniente domino hæc faciebant. Eum enim loris aſtrictum deduxerunt ad Caipham. Ligabant illi manus per quas tot tantiſque cumulati fuerant beneficiis, præſentiam non ferentes iuſtitiæ, quòd malitiam omnem aboleat & exterminet. Iniuſtis enim importuna videtur & inutilis iuſtitia: quemadmodum oculis lippientibus ac malè affectis ſol. Eóque addit: fructus operum ſuorum comedent. Illorum autem operum fœtus ſuot captiuitas, diſperſio, templi euerſio, delapſus à priore gloria, confuſio vultus eorum, non ſinens eos ſuſtollere ad Deum aciem meotis, ob impiuoi facinus
B io voigenitum Dei commiſſum. Itaque priorem illam ad Deum fiduciam perdidere, quod ooo iam babeant propbetas, nec veoerabilem latriam. Alligarunt enim verbum, adſtrinxerunt veritatem, inuexerunt lumen, iuſtitiam, ſaluatorem, medicum, denique vinculis bis inueoerunt generis humaoi aſſertorem, quæ videlicet cuncta faciunt ad multiſormem illam contra ſemet coosultationem & molitiones. Quare priuati lumine ſuot, ſpoliati ſunt veritate, deſtituti ſunt verbo prædicationis. Cum iniquitate verſantur ac viuuot. Inſaoabiliter ægrotant. Planè hi ſunt fructus, quibus paſcuntur, ſéque oblectant. *Væ iniquo. Mala iuxta opera manuum eius contingent ei.* Hæc quidem de iudicio diuino dicta eſſe aſſerimus, quo die pro cuiuſque meritis digna retributio fiet. Quòd ſi ob hoc, væ iniquo, quia mala iuxta opera ipſius contingent ei: cuius malitia ad opus vſque non proceſſit, ſed in arcano taotùm cordis receſſu coosummata eſt, huic ne etiam infligetur ſupplicium, ita vt ipſi quadret hoc etiam, Væ? Ao fortè quod ad abſolutiooem attioet, reliquit tibi deioceps aoimo agitaodum & excutieodum iuxta peccati proportiooem? Dimidia eoim mali pars ſe ſtitit iotra peccatum in ipſo
C peracti voluntatis affectu. Qui igitur vel ſola cogitatione peccat, oon vſquequaque euadet impunis, ſed quateous à malitia deficit, eateous ei de pœnis detrahetur. Væ igitur iniquo, quia mala euenieot ei ſecuodum ioiqoitates & ſecuodum opera manuum eius, eò quòd manus organa ſuot expleodæ cogitationis. Vtcuoque eoim præuia cogitatio mouerit, ita mouetur affiicax orgaoum. *Popule meus exactores veſtri deuorant vos, & exactores dominantur veſtri.* Vox hæc eſt adhortantis populum & eius qui malè affectis condoleſcit. Populus inquam meus, priuſquam alligaſſent iuſtum, priuſquam eſſent deprecati & reieciſſent vtilem eius præſentiam. Quid modò paſſi eſtis? Multis nuoc debitis eſtis oppignerati. Idcirco traditi eſtis io manos exigentium à vobis debita, qui non ioueoris apud vos manipulis ſpicilegis, oon item copioſa vbertate fructuum, * demetunt qualeſcunque culmos ac viles & confractos fructus animarum veſtrarum colligunt. Tales proinde ſumus, qui puſillanimes in agenda pœoitentia, abiectè & ſine fructo deſidemus. D
Quod eoim ſemioat homo, hoc & metet. Quiſquis igitur cum digna & laudabili pœoitentia, eleëmoſynam opuleoter, oon ſordidè ſeminat in ſpiritu, viſcera item pietatis, obſecrationem, iuſtitiam, lachrymarum aſſiduitatem: ſic ſeminans in lachrymis, in exultatione metet, ſecum auferens * manipulos pœoitentiæ, ita vt ſuo exactori vniuerſum exoluat debitū. Ille verò quem pœnitet malè priùs commiſſorum, ſi exigua quędam ſemioat in eleëmoſyna, io oratiooe is ou- triens vacuam fructu ſtipulam, ne hanc quidem retioere permittetur ab exactore. Portò quis iſte ſit exactor, doceri poſsimus per euangelicam admooitionem, dicente Domioo. Quando enim vadis cum aduerſario tuo ad principem, io via da operam, vt libereris ab eo, ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori & exactor mittat te io carcerem. In his verbis recogites velim & intelligito quis ille ſit aduerſarius, quæ item via: ad hæc, quis princeps aduer- E
ſario noſtro præfectus. Via etenim noſtra eſt hæc vita: aduerſarius autem, vis quædam ſiue poteotia nobis obluctaos, & concomitaos per huius vitæ curriculum, ſe eò comparans omni molitione & ex inſidiis, vt nos abducat à via ad Deum nos rectà deducente. Princeps verò is qui mundi huius cognominatur princeps, de quo Dominus dixit, Nunc venit princeps muodi huius, & in me * non inueoiet quicquam. Saoè in Domino quidem nihil inuenit, quòd is oullum admiſit peccatum, neque dolus inuentus eſt in ore eius, qui & tentatus eſt per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato. Is igitur quando io nobis multa inueoerit, (quippe qui nos ipſos multis obſtrioximus peccatorum * vinculis) ſic ad ſe ſtrictim attractos tradet iudici. Iudex autem (cui iodicium omne dedit Pater) quum oos deprehenderit ob non pauca crimioa coargutos ab ioimico & peccatorum vindice, tradet tortori exigendis pœois præſtituto, qui nos mittat in carcerem: hoc eſt, in locum luendis ſuppliciis attributum, immaniſsimis flagris à nobis repoſcens & vltiooem F
exigeos eorum omnium quæ iniquè geſsimus, ad minimas vſque minutias, idque cum cootemptu. Quocirca conſulit & Domious, tantiſper dum io via ſimus, demus operam cum aduerſario, vt ab eius iugo eximamur. hoc eſt, ea operemur quibus promereamur ab inimico emancipari, nec eò inducamur, vt expectemus extremam illam horam, qua oobis imminens ille princeps exquiret & perſcrutabitur nos, qui ſi multa deprehenderit nos io hac vita admiſiſſe quæ ſua ipſius ſint, tradet nos iudici, coarguens nos, nec vllam

Confirmat collatione.

Via, vita præſens. Aduerſarius.

Princeps.

vllam admittens negationem, ſuggerens etiam
memoriæ locum, in quo tale admiſimus pecca-
tum etiamſi vt peccaremus, * cooperatus eſt,
quod quidem malum ipſi conſuetudine & habi-
tu quo cum deliquimus. Itaque tantiſper, dum
penes nos ſitum eſt operari, pro virili adnita-
mur, vt accepti & expenſi ratio inter nos conue-
niat cum aduerſario, nóſque ab eo liberemur.
Et exactores * dominabuntur vobis. Siquando ij
qui victum quæritant ſuo labore, pauperes, ſuc-
A cumbunt oneri debitorum: exactores retrahunt
eos ſub iugum ſeruitutis. Bonum itaque fuerit
nulli obnoxium ſe reddere debito. Huic proxi-
mum eſt nulla re vt egeas, ad diſſoluendum de-
bitum. Quod ſi ne id quidem ſuccedat, prorſus
neceſſe fuerit, vt in eorum redigaris ſeruitutem
qui abs te repoſcunt debita. Eam ob rem dici-
tur: Exactores veſtri ad culmum vſque deme-
tunt vos (ſiue deuorant): & exactores domina-
buntur vobis: *Popule meus, qui beatificant vos
decipiunt vos, & ſemitam pedum veſtrorum con-
turbant.* Qui adoleſcentulis ſubiiciuntur, qui iu-
go premuntur illuſorum & ab exactoribus ad
* vltimum vſque culmum exiguntur, qui penu-
riam rerum quibus exoluant debita, in ſeruitu-
tem redacti ſūt, libertatem inſuper * per immodi-
cam paupertatem perdidere, digniores vtique
ſunt quorum miſereantur exactores, quàm vt
eos beatificent. Tales igitur qui beatos prædi-
cat, opus profectò exercet blandiloqui aſſenta-
toris, præter decorum ad captandam gratiam lo-
quens. Fallit, nec mediocriter nocet, ſenſum qui
B debuit ſentiri ob commiſſa peccata, adimens,
prætérque meritum eos prædicans beatos quos
eludit ac decipit. *Et ſemitas pedum tuorum con-
turbant.* Eo quòd tribulationes quidem ad hu-
miliationem prouocant, beatificatio autem ela-
tionem inſerit animæ. Nec tamen ſinguli quique
è populo ſic abiectè & humiliter diſponuntur,
vt in enumeratis priùs vitiis iaceant. quando no-
men hoc, Populus cœtum indicat hominum ex
differentibus exercitiis collectitium, quíque ſint
ætate & inſtituto vitæ diuerſi, quare ſub eandem
& vnam beatificationem, parili conditione ho-
noris cadere non poteſt populus. Vnumquen-
que enim aliæ & ex propriæ calamitates aliter
diuexant. Hunc affligunt incommoda ſenectæ,
iſtum autem angit intoleranda ſeruitus, alium
verò penuria viatici. Rurſus alios premit amiſ-
ſio ſiue iactura ædium, alios diſcruciant morbi.
Quomodo igitur eiuſmodi beatificatio populo
omni attributa, ſucata non eſt & captioſa? Sed
enim Dominus etiamſi numerum multitudinis
repræſentet nomine beatitudinis, dicens: Beati
pauperes ſpiritu. Et, Beati, qui eſuriunt. Et, Bea-
C ti miſericordes: at certè dum is in præſentes in-
tendit reprehenſionem, indicat facilè numerari
poſſe eorum paucitatem qui beatitudinem pro-
merentur. Perſpicuum enim eſt de diſcipulis hæc
dixiſſe, quos prædocuerat amplecti commenda-
bilem humilitatis virtutem, vtque ſibi aſsimiles
eos redderet & conformes qui noſtri cauſa ele-
git eſſe pauper. Exceperant enim illi in volunta-
te & affectu paupertatem. Ob hoc ait, Quia ve-
ſtrum eſt regnum cœlorum. Et illud, Beati qui
eſuriunt nunc, quia ipſi ſaturabuntur. Quòd ſi
anguſta eſt via, & pauci qui inueniunt eam: quo-
nam poſſunt tam multi eſſe beati? Itaque quiſ-
quis vniuerſum populum prædicat beatum, ſe-
ducit eundem prorſus & conturbat, non ſinens
pacificè ingredi viam ſuam. Facile enim eſt ho-
mines qui parum attenti ſint, capi affectione lau-
dum, quòd ſinguli quique * immodico amore
ſui ex facili perpelluntur in errorem deliniti frau-
dulentis aſſentationibus. * Viri autem vtilis &
D commodi eſt non deiici aut ſuccumbere ob quo-
rundam reprehenſiones, non item ob hoc ani-
mo contrahi, neque de facili commendatione
laudum intumeſcere & inflari eorum ignoratio-
ne quæ ſe concernunt. Iam quando ſemita, via
eſt frequenti itinere præcedentium protrita &
traiecta, quiſquis non ſinit eos qui defecerunt à
zelo præceſſorum, viam * ingredi quæ ſenſu ipſo
inamœna eſt & triſtitiam parit: ſed delinquen-
tes quaſi recta agentes deprædicat beatos, hic ſe-
mitam pedum eorum conturbat: *Sed nunc con-
ſtituetur ad iudicium* Dominus, *& ſtatuet ad iudi-
cium populum ſuum.* Vnicuique pro ſuo merito
diſtribuuntur omnia diuino iudicio & intelligen-
tia, iuxta inenarrabilem eius ſapientiam, cùm ea
quæ nunc temporis inferuntur, tum quæ reſer-
uantur in ſeculum futurum. Quando igitur ait,
talia iniquè admiſit populus, talia item ei irroga-
uit ſupplicia Dominus, propter hoc ceu dictum
eſt, quaſi debuiſſet declarare quod ad Dei iuſti-
tiam attinet, quia nequaquam prætergreſſus eſt
menſuram iniquitatum in ea multitudine infli-
ctæ vltionis. *Sed nunc conſtituetur ad iudicium
dominus.* Vt hæc particula, Nunc, diſtinguatur à
futuro ſeculo: aut ne fortè quod apud nos qui-
dem eſt, Nunc: particulam ſanè temporis mo- E
mentaneam, perbreuem & indiuiduam ſignat: in
Deo autem iuxta ſenſum dictionis, Nunc, omnia
illi adiacent & adſunt. Nihil enim loci habent
apud eum præteritum & futurum. Siquidem illi
inſtantia ſunt omnia: quæ item à nobis futura
porrò ſperantur, velut iam præſentia diuinæ præ-
ſcientiæ oculis ſubiecta ſunt & conſpicua, ita vt
dictio, Nunc, de Deo prædicata futurum com-
plectatur ſeculum. Quando igitur definitum iu-
dicij tempus, nō longe abeſt, quippe apud Deum,
ideo particulam, Nunc, interpretati ſumus re-
ferendo eam ad vniuerſale iudicium. *Conſti-
tuetur ad iudicium.* Explanando verba iuſtitiæ
diuinæ, quemadmodum operibus ipſis iuſtam
rependerit vicariam retributionē eiuſmodi ſup-
pliciorum, & adeò iuſtam, vt qui ſubeunt ſen-
tentiam damnationis, aſſentiantur iudicio ad-
uerſum ſe pronuntiato, tanquam iuſtiſſimo. *Et
ſtatuet ad iudicium populum ſuum.* Iſraëliticum.
Quanticunque enim ſub legis iugo continebantur
& eam præuaricati ſunt: per ipſam legem iu- F
dicabuntur. Nec parem ſententiam prolaturus
eſt in reliquos populos. Quò fit, vt quicunque
* ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt.
Et, Impij non reſurgent in iudicio, ſed in con-
demnatione. Omni enim legiſlatori iudicium eſt
in eos qui per legem à ſe ſcriptam iudicandi ve-
niunt, conſtituta altrinſecus collatione & actio-
nis & voluntatis eius qui ſanxit legem, eóque ait
Dominus: Sermo quem loquutus ſum vobis,
ipſos vos iudicabit. Nam cogitationes aduerſum ſe

inuicem conſtituuntur, vbi quis à Domino admonetur & vt peccato repugnet, inuitatur. Iuxta
Cap. 7. enim Oſeë, Circundederunt vnumquenque cogitationes & conſilia eius. Videbimus enim ſimul omnia vel in proſpectu adſiſtentia nobis quę ipſi geſſimus, memoria ea ſuggerente & conſpicua erunt ex aduerſa facie mentis noſtræ cum propriis formis, quemadmodum vnumquodque à nobis geſtum eſt & prolatum. Poſtquam enim
A oſtenderit palàm quæ quiſque per ſe geſſerit citra defectum omnia quorum ob cauſam Dominus ipſe in ſe recepit, prouidam curam gentium, dicetur illud: Vt viucas, quum gratia nuſtri iudicaris. Alioqui præter decorum rationis feceris, ſi arbitrere permultum temporis conſumptũ iri interim dum ſinguli quique ſeipſos cum ſuis actionibus contemplentur ac ſpectent ſimul & iudicem cum his quæ diuinum illud ſequutura ſunt iudicium. Vi enim quadam indicibili, mens momento temporis imaginabitur ſibique opponet omnia velut delineamenta picturæ: quin & perinde ac in ſpeculo, in facultate præcipua animæ contuebitur quæ à ſe geſta fuerint. *Ipſe Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi, & cum principibus ſuis.* Quánam ratione ſermo hic acriorem perſonarum collationem ſubindicat, dicens: Ipſe Dominus ad iudicium veniet? De populo quidem dictum eſt, Conſtituetur ad iudicium Dominus, & ſiſtet ad iudicium populum ſuum. De ſenioribus autem & principibus eſt illud: Ipſe Dominus ad iudicium veniet, cum ſenioribus & principibus. Primum quidem, vt
B ducamur, quia iudicandi ſumus in ſuo ſinguli quique noſtrûm ordine, populus, ſeniores, principes. Etenim minimo conceditur miſericordia: potentes autem potenter * tormenta patientur. Liquet ſanè, quia ad iudicium veniens, non vtique veniet, vt iudicet: ſed vt alios ab aliis ſecernat & diſgreget. Non enim intereſt iudicis cum iam præiudicatis venire ad iudicium, vt inter ſe obuij ſint iudici. Simul enim atque venerit ad iudicium cum iſtis acriter & argutè crimina intendet, dicens. *Vos autem, vt quid incendiſtis vineam meam? & rapina pauperis in domibus veſtris. Vt quid etiam iniuria afficitis populum meum?* Nos ſeniores ac principes populi adhibito maturè conſilio apud nos conſtituamus, quid debeamus reſpondere iudici in ius nos vocanti: quin potiùs ipſi deprecemur, ne talia admiſiſſe deprehendamur quæ peracri animaduerſione digna ſint.

* Aliàs, examinabuntur, ἐξετασθήσονται. Sapiẽ. 6. a

Enimuerò perſpicuum eſt in nos intendi ſermonem hunc, qui quidem in presbyterij ordinem cooptati ſumus, inque eos qui autoritate præpollent apud populum. Veſtræ fidei concredidi vineam præſertilem, omnem veram, vt veſtra communi agricolatione fructus ederet labori
C veſtro conſentaneos: vos autem tam abfuit, vt eam excoleretis, vt etiam in vepres redactam incendio abſumpſeritis. Fit interim hoc, dum docemus quæ non conueniunt. Præterea fit, ſi quando in animum admiſerimus incendium ex impietate obortum, quaſi flammam quandam quaquauerſum graſſantem & perpetuò quaſque contiguas partes vineæ apprehendentem. Ad hæc etiam & palmites eatenus fœliciter germinantes & copioſo fructu exuberantes, ſi demum contingat nos exhibere eoſdem aridos, inducentes ac fructu vacuos, quique per ignita iacula diaboli inſita populo vitia non extinxerimus, quin potius exemplo vitæ huius noſtræ ſolutioris ſinimus permulta admitti præter decorum, ipſi tunc incendimus vineam. Adde etiam his, Qui exemplo ſuæ immodicæ cupiditatis multos inuitat ad concupiſcendum quæ alieni ſunt iuris, is profectò incendit vineam. In hunc igitur quadrat & hoc: Et * rapina pauperis in domibus veſtris. Ita- D
que qui iniuſtam corradunt poſſeſſionem ac peculium raptò, aut per vim extorquent, congerúntve, cauſam vtique præbent incendendæ vineæ, dum peruerſo exemplo quod exhibetur per præſides, ad conſectandam auaritiam eruditus omnis populus, inter ſeſe colliditur. Presbyteri igitur nos ac principes, qui per ſanam doctrinam, pérque exempla probæ & laudabilis vitæ noſtræ non excolimus vineam: pro his acerrimè expoſtulabimus. Iure quidem optimo audiemus & illud in nos intendi: Rapina pauperis in domibus veſtris. Quæ enim collata ſunt refocillandis pauperibus & ſubleuandæ eorum inopiæ, ſi in ædibus penes nos retinuerimus, vtique inopes ſuis ſpoliamus bonis. *Cur vos iniuria afficitis populum meum, & faciem pauperum * confunditis?* Apud iſtos qui iniuriis afficiunt, aliorum item bona compilant & interuertunt fraude, hic mos inoleuit, vt ſi quando in ius vocentur ab iis qui malè affecti per eos ſunt, contumeliis ac probris pudorem eis ingerant, ipſos vilipendentes, intentantes plagas, eóſque traducentes quaſi qui iuſto cupidiùs aliis negotia faceſſant. Itaque non E
ſolùm ait, iniuria afficitis pauperem qui peruius eſt rapinæ, veſtriſque inſidiis pater alieno deſtitutus auxilio: ſed & quia confunditis facies pauperum. Confuſionem quam vobis ingeri conueniebat, hanc per veſtram tyrannidem conuertitis in pauperes, ſubornatis ad hoc & corruptis teſtibus, quouſque tandem ſupra alteram iniuriam, confuſionem etiam ex calumnia erumpentem ingeratis pauperibus. In eoſdem inſuper iniuria à nobis committitur meritò in ius vocanda, vt quum in propriis eorum peccatis ipſos acriter attingimus & palàm traducimus, à nullo probri genere nobis temperantes, zelum quidem Dei in pauperes acriùs oſtendentes, & proinde vultus inopum confundentes. Nam quãdo nonnulli ſunt pauperes verè beati, qui ardore tuendæ religioſæ pietatis, omnia contempſerunt, & ſpe illecti diuinæ illius opulentiæ mũdialem affluentiam nihili duxerunt: ſi qui in iòs rectè præſunt populo, ſic pauperes pro eo vt beatos deprædicare deberent, palàm traducunt, exinaniunt & commẽdabilem eorum humilitatem extenuant, meritò tales veniunt obiurgandi, idque præſertim hi ſi presbyteri aut principes fuerint, quippe F
qui facies ſanctorum pauperum aſpergunt confuſione, cuiuſmodi erat pauper ille Ioannes domum nullam poſſidens, non famulum, non bouem in quo araret, non agellum, non lectum, non menſam, non panem. cuiuſmodi & Helias. cuiuſmodi fuerunt ſinguli quique ſanctorum illorum qui circuierunt in * melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, dolore malè affecti. *Hæc autem dicit dominus. Pro eo, quòd exaltatæ fuit*

* ἁρπαγὴ, ἅρπαγμα.

Quòd, quæ ſunt Epiſc. ſunt dicionis de eius bonis noſtra oſtenſiuis

* καταισχύνετε.

* μηλωταῖς, ouilis pellis.

ſuat filiæ Sion, & ambulauerunt excelſo collo, & nutibus oculorum, & inceſſu pedum ſimul trahentes tunicas, & pedibus ſimul ludentes, & humiliabit deus dominatrices filias Sion. Tametſi ſermo præcedens acriora quædam inſinuet, continet tamen quiddam perutile numeroſæ multitudini per ſe & morum * correctioni accommodum quæ hîc dicuntur. Vitam enim procacium mulierum ad moderationem reuocant, quę

A ipſo habitu, aſpectu, inceſſu, ſtoláque ad talos demiſſa ſuam oſtentabant procliuitatem ad libidinem explendam. Quum enim hæ ſupra cæteras inſolentiùs efferrent ſeipſas ob formæ decus & elegantiam corporis ſibi maximopere placentes, perque abuſum turgentes inani faſtu, ob rem inſuper fortuitam & celeriter euaneſcentem ſe venditantes: ad hæc collum in ſublime arrectum geſtiabant quidem quò ſuos vultus palàm ſpectandos omnium oculis exhiberent. Nam quæ pudica eſt mulier & bene morata, præ pudore incedit oculis in terram deiectis, faciémque demittit terram verſus. Quæ autem in animo conſtituit captare multos ac venari laqueo ſuæ elegantis formæ, collo incedit in ſublime porrecto. Et in nutibus item oculorum, probatio redditur mulieris fornicariæ & procacis ad opera ipſa anhelantis faſcino ac noxio aſpectu. Ipſo enim contuitu, obſcœnam denuntiat animæ impuritatem. Dum enim ſuauiter & blandis arridet ocellis, prolicit ad explendam libidinem. Iactu enim oculorum, ſagittam planè exitialem emittit, cuiuſmodi tandem obtinet rumor de Baſiliſci natura quem dicunt, ſolo aſpectu corrumpere ſuos ſpectatores. Iuſtè igitur ſermo diuinus exaſperatur aduerſum eas quæ ingrediuntur extento col-

B lo, hoc eſt, inuerecunda & impudenti facie, & in nutibus oculorum. Colli enim erectio in ſublime indicat eam nolle ſubiici iugo continentię & caſtitatis. Rurſus quòd nimiu plus ſibi placeat ac delicietur indulgentiùs, argumento eſt iſte mollis inceſſus veſte per terram attracta, inceſſus inquam non ſecundum naturæ tenorem, immò qui exerceatur ſolutiùs iuxta modulationem quãdam ab naturæ præſcripto diſcrepantem. Pro his igitur humiliabit Deus dominatrices filias Sion. Nam quando non ſua ſponte elegerunt humilitatem, ſed ambulauerunt extento collo: iuxta ſcripturam, humiliabit ipſas principes filias Sion. Quin & in hodiernum vſque diem identidem videre liceat Iudæas ſuis quaſque pedibus ludentes, ne tantilli quidem reueritas ſententiam prophetæ. An non filiæ etiam eccleſiæ ob eadem in ius vocatæ ſunt? Pleræque enim earum, tanquam in numeroſa multitudine, diebus feſtis dum adueniunt audituræ verbum Dei per inſcitiam læti-

C tiæ ſpiritualis, ſe dedunt inhoneſtis diſciplinis, in crapula & ebrietate volutãtur, nec obſeruant illam admonitionem ſapientis, Oculi tui recta videant. Hæ autem in obliquum detorquent oculos & deflectunt, vtique hoc argumento prodentes malitioſam animi voluntatem. Nec rarò iſtis oculorum nutibus ſuam ipſarum nequitiam vel vulgo traducendam expoſuerunt, quemadmodum & in Prouerbiis obſeruatum eſt de homine nequam, Ipſe enim annuit quidem oculo, ſignum autem dat pede. Rurſus, Qui annuit oculo cum dolo, congregat viris triſtitias. Eodem conſpirat illud, Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quin & viros nonnunquam præoccupant flagitia eiuſmodi, eos quidem qui ſuperbo faſtu inferiores quoſque contemptim abiiciunt & proculcant, qui ipſo geſtu corporis & ſuperciliorum nictatione ſuperbiam oſtentantes, viuunt genialiter & deliciis affluunt, greſſu inſuper tumorem præferente & ad numerum compoſito obambulant, ſuam venditantes inſolentiam pal- D lio ad talos vſque demiſſo. Et hos quidem qui ſe licet dediderint immoderatis diſciplinarum ſtudiis, manet intentata ruina, à celſitudine ad humilitatem eos deiectura. *Et dominus reuelabit habitum earum.* Habitum hunc qui ſit apparatu magnificentiore & profuſiore luxu pertexius, omnem inſuper impudicam cognitionem cordis earum quæ inconſultè operatæ ſunt, reuelabit Dominus, quo die arcana quæque manifeſtaturus eſt. Et quidem ademptis à carne integumentis, anima ſeorſim nuda, vnà cum obſcœnæ turpitudinis operibus quæ admiſit, ludibrio exponetur. Fit tamen in hoc etiam ſeculo reuelatio habitus ad eorum vtilitatem qui iniquè ſe geſſerunt: ita vt denudatis quæ eatenus multos latuerant, & ad multorum cognitionem perueniente confuſione eorum qui deliquerant, qui eatenus perſiſtebant in malo, quòd ſibi perſuaſiſſent neminem ſcire ſuas nequitias, vel tandem verecundia aſperſi conuertantur ac reſipiſcant. Quod igitur eſt opus Domini? Reuelare habitum qui fucatus eſt & ſimulatitius. Itaque inter nos ſi qui honore afficiantur hoc prætextu, quòd indecentis vitæ flagitia tegere nouerint, metuant tales ſubire eius iudicium qui in tempore reuelaturus eſt habitum noſtrum, & manifeſtaturus E conſilia cordium noſtrorũ, ita vt in medium proponantur ſpectãdæ omnibus peruerſæ quas quiſque noſtrûm concepit animo, cogitationes. Circundabunt enim vnumquenque noſtrûm cogitationes noſtræ. Sed & actiones ipſæ nos circunſiſtent, propriis inſignitæ notis, confuſionem & æternum ingerentes opprobrium, quum coarguentur ipſo opere contradixiſſe ſuo ſermoni, quemadmodum qui prædicat non furandum, & is deprehenditur furti reus: qui dicit non mœchandum, & is comperitur cum adulteris portionem ſuam ſtatuere: qui abominatur idola, & idem non ſibi temperat à ſacrilegio. Nihil enim occultum, quod non in lucem aliquando veniat: neque tam occultum ac velatum, quod non * reueletur. *In die illa auferet dominus gloriam veſtimenti earum.* Quandoquidem mulieres veſtimentis ſibi ad vſum indultis, præterquam decebat, vtebantur: idcirco ait Dominum ab eis abla- F turum gloriam ac ſplendorem veſtituræ, qua quidem amiciebantur in ſuummet malum & eorum, quibuſcum familiariter congrediebantur. Itaque mulier omnis ſuo abutens veſtitu, hac comminatione eò venit ſpolianda. Quia enim (ait) ambulabant, veſtes ſuas ſimul trahentes, ac ſi vſum earum non requirerent: ſed contemptim & faſtidienter abuterentur, eóque permiſſæ ſunt ſpoliari ſui veſtitus gloria. A nobis etiamnum auferetur noſtri amictus gloria, ſi ipſo quidem deprehendemur indignè vſi, ipſum veluti

Margin notes: * Pro τρόπων, lege [illegible] (beside "morum * correctioni"); Attende Baſiliſci naturam [illegible] (beside "Baſiliſci natura"); Quid hodie [illegible] Baſil. (beside "Quin & in hodiernum"); Prouerb. 6. Prouerb. ibid. (beside "in Prouerbiis"); Oſea. 7. (beside "Circundabunt enim"); * Pro καλυφθήσεται, lege ἀποκαλυφθήσεται. (beside "quod non * reueletur")

calcibus proterentes & carnalibus inquinamentis complentes. Quis pntrò iſte eſt noſter veſtitus? Aut certè quod ſanctntum indumentum? Vtique Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Quanticunque enim in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, quem ab bis aufert Dominus, qui per peccatum fœdè proculcant ipſius corpus & ipſum ſanguinem teſtamenti communem eſſe ducunt & immundum. Veſtituram banc ſignatè innuebant veſtes illæ Iſraëlitici populi, nulla parte ſuî detritæ, ſicut in Deuteronomio ſcriptum eſt. Quia, veſtimenta veſtra non ſunt de- A trita, & calceamenta in pedibus veſtris non ſunt vetuſtate conſumpta. Enimuerò eiuſmodi calceamenta figuratè adumbrabant præparationem Euangelij pacis. Quod enim teſtamentum tradidit Chriſtus Ieſus, perſeuerat nouum, nulla vnquam vetuſtate deterendum. Qnantò enim en plus vtimur ſimul & calceamẽtis, tantò vtrunque fit recentiùs, inualeſcente iugiter in nobis recenti ac noua præparatione Euangelij, in hoc, vt fides qua in Chriſtum tendimus, promoueatur. *Et veſtes fimbriatas.* Per prophetam Dominus interminatur ſe à mulieribus eſſe ablaturum eum, qno immodicè gloriabantur, ornatum. Dictio autem κόσυμβοι koſymbus, veſtis fimbriata ſcilicet, non vſquequaque eſt familiaris Græcis: quò fit, vt eius intelligentia nnn admodum perſpicua ſit. Tantùm ipſi deprehendimus in apparatu textili pontificiæ veſtis χιτῶνα κοσυμβωτόν, tunicam fimbriatam, quæ haberet * mala granata aurea tintinnabula, quaſdam inſuper faſciolas B fimbriis aſſutas deprehendimus dici κοσυμβωτούς, id eſt, veſtes fimbriatas cum appendentibus tintinnabulis aureis ac malis granatis ab extremitate veſtimenti, quæ ſingula per exuberantem ſuam mnlliciem filiæ Sion imitabantur in ambitu ſuî veſtimenti, quibus factis contumeliam irrogabant peculiari prærogatiuæ ſacerdotalium veſtium, circunferentes amicula fimbriata cnloris melini, byacintho coccóque diſtincta. *Et * lunulas, & monile demiſſum ad pectus ſiue torquem, & ornatum faciei earum.* Hac ſermonis inciſione ſpeciatim perſequitur mundum muliebrem, illarum mordicus inſectans ſuperfluum cultum. Auferet enim Dominus & lunulas & tnrquem à collo demiſſum. Alter quidam dilucidiùs tradidit dicens pro lunulis μανιάκας torques, & prn τὰ καθέματα, pro monili χαλαστὰ expnſnit, catenulas ſe inuicem complectentes. μηνίσκος igitur, muliebris eſt mundus & is aureus, ambiens collum & in fnrmulam nrbicularem effectus, quem ſibi circumponunt mulieres, dum ſedulò accurant palàm oſtentare cnlli nuditatem & pro inde ipſum denndant, quod vtique pro decnro conueniebat obuelare. κάθεμα mundus eſt quidam muliebris, & ipſe demiſſus & In pectus de- C ſcendens, laxatis ac mollibus catenulis propendens, qui vt omnibus ſit conſpicuus, neceſſe prnrſus eſt, vt quæ circa pectus ſunt, particulæ indecorè denudentur. *Et ornatum faciei earum.* Sunt & colores quidam, quos magno ſtudio conquirunt mulieres & ambitioſius affectant exornandæ faciei, albus nimirum, rutilus ſiue ruber, alius item concilians nigriciem. Et is quidem ſuo fuco ementitur alborem corpori, alter autem nempe rubidus in ipſis effloreſcit genis. Qui verò nigredinem cnnciliat cuti, aſſimilis lunæ in cornua inflexæ ſupercilia ſuo ambitu circum oculos amplectitur, quem etiamnum colorem ademptnrum ſe eſſe comminatur Dominus. Id eò dicit, ne quo pacto circunueniatur continentia virorum, néve eiuſmodi picturis corripiantur miſerabiles oculi adoleſcentum. Aut certè bæc è medio tunc auferentur, quando nuda omnia circunſiſtent iudicem, quum concident ſupercilia, gena præ timore ſe terram verſus demittens cnlorem contrabet liuidum. Auferet igitur Dominns mundum etiam muliebrem. *Et compoſitionem* D *ornatus gloriæ.* Vniuerſam propè materiam ad cultum mulierum facientem, ipſam quoque colntum temperiem ſolerti artificio exenguatam interminatur ſe ablaturum. Et quando nulli noſtrum licet ſupra ſe efferri vſque adeò, nec prn ſeipſn inflari, ſimul autem atque nobis omnibus in vnum cnactis innaſcitur ſuperba quædam & ſui oſtentatrix vis intelligentiæ, ipſe etiamnum Dominus comminatur ſe à oobis ablaturũ iſtiuſmodi ornatus compoſitionem. Cuiuſmodi tandem ornatus commendatur? Nimirum talis, qui & pro ipſn eſt gloria. Corporis enim ornatus haud dubiè inanis eſt & euanidus. Gloria nanque nb ipſius ornatum, cnrruptelæ obnoxia eſt, nec per ſe ſubſiſtere poteſt. *Et dextrocheria & reticulum aureum & armillas.* Totus quidem ad numerum relatus muliebris mundus, exercitatio eſt & accurata diligentia geniali mollitiæ diffluẽtis, boc eſt, inter delicias degentis, ſeque luxu voluptatum profuſiore diffundentis. Potiſſimum E enim χλιδῶνες, dextrocheria ſiue βραχιόνια brachialia ſcilicet ornandis mulierum brachiis auro gemmiſque confectæ, quòd ea dictio mutuetur denominatinnem à deliciis, nempe ἀπὸ τοῦ χλιδᾶν deliciari. Forſan (ceu dixi) quòd brachiis circumpnnantur. ψέλλια autem ſunt, quæ in manuum ſummitate, omnibus vt ſpectari queant, proponimus. Eſt tamen alicubi inuenire locum quo in bonam partem accipiantur, ceu ille eſt, quum ſanctam Rebeccam famulus ſenior domus Abrahæ pſelliis, hoc eſt, armillis aureis. Eam enim, quæ vſura erat familiari contubernio patriarchæ & cohabitatura, conueniebat ęrudiri prius actiuam animæ functionem, ab eo qui eam expetebat domino ſuo in vxorem. Ad hoc innuendum, * armillis aureis cnndecorabat manus virgunculæ. hoc eſt, pretioſis & honeſtis actionibus. Decem verò aureorum erat earum põdus, quòd decem ſummariis pręceptis, legis obſeruatio omnis concluditur, & inaures ſingulas drachmas appendentes pnndere. Cõſentaneum enim eſt rationi, vt obedientia adornetur fide qua in vnum tendimns Deum. Hoc tamen lnco adimuntur mulieri- F bus ſuæ armillæ, quòd earum nrnatu cohoneſtatę ſe geſſerint inſolentiùs. Sermo pręſens docet nos in genere eas derelinqui à continente ſe Dei viſitatione, quæ arroganter ac ſuperbè ſe gerunt ob ornatum & præſtantinrem habitum. Porrò illud, ἐμπλόκιον videtur innuere genus quoddam textile & implexum, complicandis capillis accommodum, vt præſtantia coloris capillorum excitaret colorem. Et nemini quidem parum decora hæc videantur. Nos enim non ſumus ſpiritu ſancto pudicio-

ἐν τούτῳ.

χιτῶνα κοσυμβωτόν.

* Pro ὀψίσκους, lege ῥοΐσκους.

μηνίσκους καὶ καθέματα.

* κάθεμα torques.

* χλιδῶνας

* ψέλλια

Gen. 14. c. b.

ψελλίοις χρυσοῖς.

pudiciores, vt indignum cenſeamus in ſacra ſcriptura dictiones etiam ipſas multa cum ſedulitate perſcrutari.* In Cāticis enim ſponſæ cum primis commendatæ didicimus ipſum etiam ſἐμπλόκιον poſitum eſſe ad commendationem grauitatis eius ac pudicitiæ. Ait enim, Caput tuum, ſicut Carmelus & diſcriminale capillorum capitis tui, vt purpura. *Et inaures & annulos.* Vſum vtique inaurium approbatum, nec laude indignum fuiſſe edocti ſumus in deſponſatione Rebeccæ. Quæ nimirum præſignabāt fore, quia in Abrahę familia tradendæ eſſent doctrinæ de veritate rerum ſpiritualiū. Sæpenumero tamen deprehendimus eas fuiſſe
A dignas reprehenſione. Primùm quidem, aſcenſuræ vxores Iacob cum liberis in Bethel, iuſſæ ſunt, à ſe vt ablegarēt exoticas ſcilicet diſciplinas, vnà cum exterarum gentium diis, quod ex idololatria pariter & vſu pugnantium dogmatum impedimentum oboriretur, ne aſcenderēt in domum Domini. Siquidem* Bethel interpretatur Domus Dei. Iam verò adactus Aaron populi ſeditione, vt illis conflaret idolum, teſte Exodo, inaures delegit conflando idolo, (quod lege prohibebatur) valde tamen accommodam materiam. Ait enim ſcriptura, Abſtulerunt enim omnis populus inaures eas, quæ in auribus eorum erant: & attulerunt ad Aaron, & ex eis formauerunt vitulum conflatilem. Quin & Gedeon ex ſpoliis Iſmaëlitarū acceptis à populo inauribus fecit ex eis * Ephod, & conſtituit illud in ciuitate, & exfornicatus eſt omnis Iſraël poſt eum illic. Et factum eſt Gedeoni & domui eius in ſcandalum. Etiamnum loco præſeoti inaures nota infamię ſugillantur, quòd filię Siō eis ſint abuſæ ad faſtum ac ſuperbiam, *Et veſtes purpura circuntextas, ac * media ex parte prætex-*
B *tatas.* Ornatum mulierum quo gloriam captant & aucupantur à veſtium ſplendore ac pretio, tanquam ſuperfluum perſtringit. Et quidem illæ ſummitati veſtium attexebant purpuram, nonnūquā autem eam inſerebant parti mediæ. Purpura verò notam præ ſe fert imposturæ ac doli, vt quæ ſupernè quidem tegit natiuum colorem, intimū verò ac proprium florem iis ſpectandū præfert qui in ſpeciem ſunt exporrecta fronte alacres, in intimo autem cordis receſſu conceptam obumbrant nequitiam, quod quidem vtrunque ſummopere fugiendum eſt, ſiue ſummitatem * occupet vitæ, ſiue medium. Quare ſcriptura non admittit, ſed à ſe abdicat veſtes quæ ſint purpura circuntextę. *Et * veſtimenta per domum, & pellucida Laconica.* Per hoc quod dicit ſcriptura, veſtimenta eſſe diſiecta per domum, redundantem copiam tenuit luxus profuſioris ac deliciarum: dicēs autem διαφανῆ pellucida, tranſparentia, immodicam inſinuat eorum ſubtilitatem. Sūptus enim iſte profuſior ad oſtentationem faciens, huoc ſibi præſtituit ſcopū
C nimirum fauorem captat ab hominibus & gratiam. Siquidem nemo videt vnum aliquē ſenſim & priuatam degentem vitam veſtes luculētas circumiicere per ædes. Hæc enim nobis declarant exceſſum omnem quo iſtæ abutebātur iis quæ ad commoditatem & vſum conceſſa erant, ita vt auerſatæ vernacula indumenta, ceu rem indecorā, imitarentur veſtituram laconicarum. Hæ enim extima veſte ſe denudant palam omnibus ad geſticulatoriam ſaltationem, induię tantùm lineam veſtem, eámque eximia ſubtilitate confectam, per quam ſpectanda proponebantur quæ minimè conueniebat virorum aſpectum contueri. *Et byßina & Hiacinthina, & byſſum cum auro & hyacintho ſubtextam.* Dictum paulo priùs eſt, quia filiæ Sion minùs quidem decenter viuentes & veluti temulentæ per exuberātiam deliciarum inſultantes ſanctis circumferebant veſtem extimam ad imitationem ſimilitudinem veſtis pontificiæ. *Byßina & hyacinthina.* Eiuſmodi veſtimentis indutæ quæ ſuis coloribus repræſentarent elemēta, quibus conſtitit creatura omnis. * Sacerdotes per ſe introibant ſancta pro mundo ſupplicaturi. Et quidem Byſſus pro terra ponitur, Hyacinthus D
autem pro aëre. Et hæ abierunt non contentæ tali ornatu niſi & ſubtexerent aurum ad commendationem veſtimenti verſicoloris & oſtentationem plenioris magnificentiæ. *Et theriſtra clauſa.* Theriſtrum veſtis eſſe videtur ſuperior, quam ſibi per æſtatem circumponebant ne immoderato æſtu grauarentur: quemadmodum in Geneſi didicimus Rebeccam fuiſſe indutam Theriſtro, quū pergeret in occurſum Iſaac. Theriſtra autem quę nunc vitio vertit ſcriptura, ſunt quæ inſternebant lecticis, vt molliuſculè diſcumberent, propter exuperantiam deliciarum. Iam verò dictionem, κατάκλιτα reliqui interpretes nequaquam literis prodiderunt, quare vetu iugulata eſt & obliterata, quòd nullum inſinuet ſenſum. *Et erit pro ſuaui odore, * puluis, & pro zona, funiculo cingeris: & pro ornatu capitis aureo, caluitium habebis propter opera tua.* Pars deliciarum eſt voluptas, ac ſuaueſragrantia ex odoribus, quos vnguentarij in aëra excitant, incenſis & euaporantibus vnguentis, ſuauémque ſibi halitum ſoleter cōciliant ac moliuntur. Iſtis igitur quæ nimia voluptate ſe diffun E
debant, ſuauémque odorem ſuis naribus arte concinnabant, ab eo qui & comminatus eſt, retribuetur puluis. Eſt autem puluis, ſubtilis terra, quę vel aſpiratione venti tollitur in aërem, ſua oppilatione moleſtam difficultatem inducens circa orificium anhelitus, multúmque tædij & anxietatis. Sed enim anima vnguentis exhilareſcit & ſuffitu odoramentorum: ſed his quæ ſpiritualia ſunt, cuiuſmodi erat anima eius qui dicebat, Chriſti bonus odor ſumus. Et, Gratia autem Deo, qui manifeſtat odorem notitiæ ſuæ, in omni 2. Cor. 2. d
loco. Talem ſanè Iſaac pater Iacob ſenſu percipiebat odorem ex filio ſpirantem, quum diceret, Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. In cantico item, iuuenculæ adoratu percipientes cœleſtem fragrantiam, nempe * miſericordiam Verbi Dei, In odorem vnguentorum tuorum curremus. Sed & chriſma illud quo inungebatur pontifex, vnguentum erat & commendatione dignum & perquàm iucundè oblectans animam, F
dignum planè quod vniendæ fratrum concordiæ comparaterur. Talis vnguenti compoſitio pigmentariæ artis perito opus habet, vt qui à Deo acceperit peritiam artis conficiendi vnguenta, nempe Chriſma illud ſanctum, quod nequaquam aſcendere debuerat in carnem hominis. Si quando igitur compoſitio iſtius ſuauis fragrantiæ impenſiore ſtudio exerceatur, ad petulantiam vitæ & luxum, tunc meatus ip-

Exod. 32. a

* Nota hoc deſu.

ſe ſeorſum ſeruiens oppilatur puluere, diſpenſante hæc Domino qui in illos beneficia contulerat. Fortaſſe enim poſtquam in templo eſſe cœperũt voluptuoſæ fragrantiæ odoris, tunc vnguentorum ſacræ vnctionis & thymiama compoſitionis * eſſe deſierunt. In terram enim diiectum eſt templum, & euerſum nunc in puluere ac deorſum iacet. Pro ſuauè fragranti odore, quo olim iuxta legalem latriam perfruebatur, nunc puluis eſt. Collo enim animæ in ſublime erecto & * intractabili ambulauerunt, quibus & dictum eſt. Ecce dimittitur vobis domus veſtra deſerta. Atqui iiſdẽ

A licuiſſet (ſiquidem voluiſſent) à ſe excuſſo puluere, complecti odoratiſſima Chriſti redolentia, ſecundum eius admonitionem qui dicit: Excute puluerem tuum, & ſurge Hieruſalem, & induere gloriam brachij tui. *Et pro Zona funiculo cingeris.* Et quidem in veritate lumbum accingit, qui ſecundum Deum cingitur, cuiuſmodi erat Petrus, quum manibus expaſſis accingeretur ad bellum pro Chriſto ubeundum, ad exhibendum teſtimonium pro veritate, ab his qui ipſum prouocabant ad certamen vſque ad mortem. Sanctus etenim circumcingitur virtute. Ait enim ſcriptura, Deus qui circumcingit me virtute. Qui autem zonam hanc perdidit, vinculo cingitur ſuorum peccatorum, quòd ſinguli quique vinculis ſuorum peccatorum conſtringuntur, quorum ſymbolum illud erat flagellum è funiculis contextum, quo ex æde ſacra expulſi ſunt ſancta prophanantes, Domino per hoc declarante, quia vnicuique flagella fiunt nexus & plicaturæ peccatorum, & ſuis quiſque peccatorum funiculis ſe circumplectentibus flagellatur. *Pro ornatu verò capitis aureo, caluitium*

B *habebis propter opera tua.* Quemadmodum illæ quadam curioſitate ſuperflua illectæ requirebant quæ minus exigebat naturæ neceſſitas: quod ad odoratum attinet: etiam ab his exciderunt, quæ erant ſecundum naturam. Neque enim contentæ fuerunt aſpiratione rari aëris noſtri, niſi & ipſum inficerent coloribus vnguentorum ac thymiamatum, quare demum contigit, vt ne aërem purum expirare poſſent: ſed eum exhalarent qui puluere eſſet permixtus. Cõſimili ratione in natiuo ornatu capillorum non permanſerunt, ſed aureis quibuſdam reticulis capillos, (qui mulieribus dati ſunt pro velamine) complicantes, ſeipſas ad faſtidium vſque adornabant, denique etiam natiuo hoc ornatu ſpoliatæ ſunt, & factæ hominibus ipſa depulſione capillorum, ſpectaculum præter omnem modum deforme, quòd ab ipſa natura ornatus hic crinium proprius fuerit eis & congener. Si enim turpe mulieri eſt tonderi & raſitari:

1. Cor. 11. b

C quantò certè turpius eſſe recaluaſtram? Rem facit magnopere conducibilem, inducens deformitatem eis, quæ tam malè afficiebãtur naturali ſua pulchritudine. *Pro tunica autem prætextata purpura, circumcingeris ſacco.* Dominus etiam hoc diſponens ad id quod nonnihil emolumenti adferret iſtis oſtentatricibus ſuæ pulchritudinis, iubet fieri vicariam hanc rerum permutationem: propterea quòd veſtis quidem purpurea occaſionem ſuggerebat iſtis capiandæ molliciei ſimul & oſtentationis: ſaccus autem ſiue cilicium præbet non mediocre compendium ad parandam contritionem & ſui humiliationem. Equidem qui amiculo circumtegitur purpureo, cunctatur ſe in terram demittere & procidendo adorare Deum, ſuo parcens ornatui, ne floridus ille veſtis color emarceſcat. Ex diuerſo, qui ſacco induitur, locum omnem ſibi præſtituit accommodum ad procidendum Deo. *Et filius tuus pulcherrimus, quem * dilexiſti gladio cadet.* Conducibilius multò erat iſtis, qui educandi fuerãt inter mores obſcœnos, præripi morte ante meſſoriam falcem: quàm vt amplius peruerſa viuẽdi ratione à parentibus im- D

buerentur. Filium igitur quem habebas ſiue elegantia corporis pulcherrimum, aut certè qui maternis oculis appareret apprimè gratioſus, hic in ipſo ætatis flore interficietur. Amplificatio mali inſinuat eam mortem minimè fortuitam fore aut naturæ impulſu: ſed affuturam violenta impreſſione hoſtilis manus & ictu gladij ſauciandum. *Et fortes veſtri gladio cadent.* Et hæc quidem paſſa, nihil virium habitura eſt ad expetendam de inimicis vltionem, ſéque tuendam. Conſolatio enim nonnulla eſt in malis, vltionem ſumere de interfectis & è medio ſublatis: & æqualibus malis implicuiſſe eos qui tibi inflixerunt mœrorem. At ne hoc quidem ſuppetet tibi. Siquidem qui conſiſtunt nunc in vigore ætatis, morituri in bello ſunt ad vnum omnes, ita vt nulli vſui occupaſſe videantur ſuæ robur ætatis, aut certè quia auxilio deſtituti, ſint non admodum difficiles ad toleran- E

da omnia, quæ illis ingerere viſum fuerit hoſtibus. *Et humiliabuntur, & lugebunt thecæ ornatus veſtri.* Thecæ auri & argenti, ſplendidæ veſtis & lapidum precioſorum promptuaria ſunt. Sanè quandiu habet quis theſauros, dignos quidẽ cenſet qui multo aſſeruentur ſtudio ac diligentia, quíque in tutiſſima ædium parte ſeponantur, locis nimirum ſublimioribus. Omnia inſuper adhibet, quæ excogitantur ad fidelem tutelam & cuſtodiam, cen ſunt vectes ſiue repagula, claues, ſignacula, denique cuſtodes. Quum autem exinanitæ theſauris thecæ, fuerint: eas ne aſpicere quidem dignatur dominus, ſed neglectim ac faſtidiẽter tranſmittit. Atqui nobis etiamnum hæc vſui eſſe poſſunt. Animæ enim excepto diuini verbi dono, apothecæ factæ ſunt dignæ prorſum, in quibus recondantur, quæque ſunt in diuinis theſauris pretioſiſſima. Si quando autem oſtendi contigerit exhauſtas eſſe diuinis ornamentis, humilia- F

buntur tunc abiectę, nec vlli iam futuræ vſui, ſed damnatæ. Ob hoc ait ſcriptura Iechoniam, tanquam vas fuiſſe, cuius nullus fuerit vſus. Vt igitur perſeueremus in regalibus apothecis, ne prodamus iſtis clanculariis furibus prænobile & tanti pretij margaritum, quod fidei noſtræ concreditum eſt.

B. Baſilij

* Deſit enim hic quid ſimile * [illegible], lege [illegible].

Vtique Linum legit Græce Baſilius, de martyrio Petro & Paulo.

* [illegible], lege [illegible].

* [illegible].

[illegible] ſorſan clauata purpura.

B. BASILII MAGNI
ENARRATIO IN QVARTVM
CAPVT ESAIAE.

*ET apprehendent ſeptem mulieres hominem vnum, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris induemur, tantum nomen tuum inuocetur ſuper nos, aufer opprobrium à * nobis.* Vt colligitur ex hac ſententia, A videtur ſermo hic raritatem virorum ſignificare orbatam per bella morbóſve ita Dei deſæuiente in populum. Ergo ne quis infœcundus eſſet aut ſterilis vlla maneret (quando vtrunque malum apud veteres æſtimatum eſt ſubiacere maledicto) pudorem verecundiámque excludit à mulieribus, dum plures mulieres apprehendunt virũ vnum, proinde velle ſe leuare & conſolari * ſuam orbitatem dicunt ſimul plures. *Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris induemur.* Omiſſa igitur neceſſaria & anxia ſolicitudine pro parandis vitæ alimentis, dicunt: Nomen tuum* inuocetur ſuper nos, vt effugiamus opprobrium nobis impendẽs ob inopiam ſucceſſionis. Planè hæc eſt ad verbũ ſententia. Senſus alioquin allegoricus mentem noſtram inuitat, vt maius aliquid perſcrutemur.

*ἐξ ἡμῶν.

*Pro ἀγαπῶ... [illegible]

Ac ſi planè in loco verſemur non admodum ſpectabili quémque denſa obſcuritas obumbret: talis interim quædam ſe offert nobis intelligentia, B de his ſeptem mulieribus. Quia enim & vita hæc & Iſraël ſecundum carnem degens plerũque ſub ſeptenario numero comprehendũtur. Et quidem tempus ſiue vita adimpletur: ideo ſeptem diebus ſuo ambitu reuolutis circum ea quę facta legũtur in Geneſi: vnde & æternitas ſeculi hanc mũdi cõſtitutionem ſequutura in ſcripturis dicta eſt Octaua. Hinc Pſalmi pro Octaua, ac ſi dicas: pro ſeculo quod ſuccedet momentis temporum. Plerunque autem qui in manifeſto ſunt Iudæi, quíque ad illorum conuerſationem ſuam inſtituũt vitam, intelliguntur per ſeptenarium numerum. Da (inquit) partem his qui ſeptem & his qui octo. Quaſi teſtamentum vetus pariter & nouum debeant teſtimonium aliquod accipere à Deo de eius aduentu vt ad vnam inter ſeſe perducantur concordiam. Septem igitur mulieres adumbrant vetus teſtamentum. Hę apprehendent hominem vnum, népe Dominum, qui vnus non eſt multarũ, ſed quia vnus eſt, dicunt: quia panem noſtrũ comedemus, hoc eſt, Manebimus in menſura noſtræ ſubſiſtentis naturæ. Vmbra enim erimus futurorũ & imagines C ſupercœleſtium. Tantum eſt, nomen Chriſti inuocetur ſuper vetus teſtamentum, vt infœcũdæ inutilitatis opprobrium auferatur. Intelligi etiamnũ poteſt ſynagoga Iſraëlitici populi, è mortua quæ continebatur lege, donata iã libertate ad hoc, cui vult nupta, vt non vocetur adultera, dum ad ſponſum ſuum Verbum accedit, & vt propè dicam, amabili complexu ipſi adhæreſcit, dicẽs: *Nomen tuum inuocetur ſuper nos.* Dictũ ſanè eſt, quia ſeptem mulieres, ſeptẽ ſunt ſpiritus, quos aliquanto poſterius enumeraturus eſt hic propheta, veluti requieturos ſuper eum qui ex radice Ieſſe, ceu flos erat erupturus: Spiritum inquam ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, ſpiritum quoque timoris Dei. Qui ſanè ſpiritus, *quòd omnes declinaſſent à rectitudine, ſimúlque inutiles eſſẽt facti, quum D iam nihil loci haberent, vbi requieſcerent pro voto & amabiliter, hominem hunc ſecundum Deũ apprehenderunt. Huc faciunt, quæ ſunt ſcripturis prodita. A bono enim opere vacat ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, quo tempore nõ ſuppetit qui velit intelligere, non eſt qui requirat Deum: & quaſi cõtumelia atroci percellũtur virtutes, quum nemo adſit qui eas complectatur, ipſiſque fixiùs adhæreſcat. Sed & viduatæ quaſi ſunt, laborantes inopia animæ quæ eas excipiat. Nemo enim poteſt eas propria aſſequi bonitate, ſed in ſolitudine permanet, etiãſi videatur eas apprehendere. Qui autem in ſeipſo fuerat declaraturus omnem virtutis ſpeciem iuxta ſummã & abſolutam perfectionẽ, hic aufert ab eis opprobriũ. Iam quando ab ignorantibus Deum ſtudioſè coli videntur & exerceri ſcientia & intellectus, conſilium & fortitudo, ſapientia & pietas: reliquum eſt, vt efflagitent ſuper ſe inuocari nomen Chriſti. *In die autem illa ſplendeſcet dominus in cõſilio cum gloria ſuper terram, vt exaltet & glorificet quod relictũ fuerit de Iſrael.* E Concinnũt hęc ſuperius traditis. Non enim ſeptẽ illæ mulieres apprehẽderunt eũ, tanquã virũ. Hic nãque effulgebit quaſi Dominus. Ex quo enim efflagitarũt ſuper ſe inuocari nomẽ ipſius, earũ alacrẽ propẽſionem cõprobãs Deus, illuceſcet ipſis & affulgebit in cõſilio, cũ gloria ſuper terrã, hoc eſt, cum iudicio & conſilio, bonitatẽ, illis gratuitò conferens quæ ex certo iudicio proueniat, non item ex peruerſo conſilio aut confuſaneo. Dies autem ipſa eſt, in qua inclareſcet Deus in conſilio, cum gloria, eadem quam facit ſplendeſcere ſol iuſtitiæ Dominus noſter qui & de ſeipſo docet, quã diu eſt in mundo, lux eſt mundi, quocirca admonebat, vt operarentur, donec dies eſt. Signatè verò adnotandum eſt iuxta aliam & aliam conſiderationem, diem dici pręſentem vitam: & noctem iudicij diem. Itémque præſẽs ſtatus, nox quidem eſt: dies verò, quod ſperatur futurum ſeculum. Et quidem illud, quo nos admonet, vt operemur tãtiſper, dum dies eſt, perſpicuũ quia refert ad hanc vitam quæ cognitione Chriſti illuſtrata eſt. Illud verò, venit nox, de futuro ſeculo dictum eſt, propter inamœnam obſcuritatẽ & permoleſtam affli F ctionem quæ deprehenſos in peccatis apprehenſurę ſunt, ea vtique appellatione dignos, quemadmodum & propheta ad eos qui in operibus quidem flagitioſis verſabantur, diem nihilominus retributionis expetebãt, ait: Vt quid vobis dies Domini? Et ipſa eſt tenebræ, & nõ lux. E diuerſo ipſe apoſtolus, noctem hãc quidem vitam aſtruit eſſe quòd in ea nihil non turbulentum & confuſaneum conſpiciatur, ſe vltrò inſerẽs intellectui, tum à carne, tum à ſolicitudinibus iſtius vitæ mundialis,

*Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Non eſt intelligens, non eſt requirens Deum.

dialis, adeò vt multam offundant menti noſtræ
caliginem. Diem verò reſurrectionis tempus,
quãdo dicit: Nox præceſſit, dies autem appropin-
quauit. Itaque ſiquidem volueris excipere lucem
magis conſpicuam & illuſtriorem, illuceſcet De⁹
in conſilio, cum gloria, ſuper terram. Ex quo igi-
tur illuxit Deus in conſilio cum gloria ſuper ter-
ram, nos ipſos dignè adornemus vt ab ipſo ple-
nius illuſtremur: vt & diuini ſplendoris affulgen-
tiam ſingulis noſtrum ſua gratia diſpertiens pro
cuiuſque proportione accommodatæ habitudi-
nis, maiori cum alacritate animæ præſtantiora ac
perfectiora & quæ ab ipſo profluunt, dona ſub-
miniſtret. *Vt exaltet & glorificet quod reliquum*
A *fuerit Iſraelis*. Hoc eſt, Quod reliquum fuerit ex
Iſraelitico populo ſecundum electionem efficiet
ſuperius iſtis mundi curis & ad incorporearum
virtutum contemplationem prouehet. Quòd ſi
tangeris deſiderio intelligendi iuxta ſcripturæ
placitum, gloriam qua glorificandi ſunt ſancti,
mihi cogita ſacrum ac decorum ordinem eorum
qui mente eximia illa ac diuina contemplantur,
cuiuſmodi referuntur de Moſe, quando dignus
habitus eſt qui Deum ſpectaret. Quum igitur af-
fulſerit Deus in conſilio cum gloria: ad hæc duo,
duplici vſus eſt illatione, nimirùm, vt exaltet, vt-
que glorificet, vt intelligas ipſam exaltationem
opus quidem eſſe conſilij, ad gloriam verò perti-
nere glorificationem. *Et erit, quod relictum fuerit
in Sion & quod reſiduum fuerit in Hieruſalẽ, San-
cti vocabuntur omnes ad vitam in Hieruſalem.* Re
liquiæ Iſraëlis ſecundum electionem, ſancti voca
buntur & conſcribentur ad vitam in Hieruſalem,
B illuſtrati claritate aduentus Dei, pérque eius glo-
riam in ſublime euecti. Hi ſancti vocabũtur, quos
ſibiipſi reliquit Deus ad imaginem & morũ imi-
tationem, qui non curuauerunt genu ante Baal.
Porrò qua ratione hi quidem in Sion, alij autem
in Hieruſalem? Eorum ſiquidem qui ad ſalutem
pertingunt, diſcrimen eſt, quando ſinguli quique
in ſuo ordine participes futuri ſunt fruitionis eo-
rum quæ à Deo parata ſunt, bonorum. Nã ex quo
pauci ſunt, qui ſalutem aſſequuntur, non multitu-
dinis numero, ſed ſingulari ſcriptura reddidit ſen
ſum. Non enim dixit τὸ καταλειφθὲν, relicti: ſed
τὸ καταλειφθὲν, quod relictum fuerit. Quod quidẽ
in Sion relictum eſt, videtur inferioris eſſe ordi-
nis, quaſi primum extimulentur ab his qui ſtudio
ſe extendunt in anteriora. Porrò perfectius eſt,
quod pro bonorum operum merito domicilium
habere quis promereatur in ipſa Hieruſalẽ. Dif-
ferentiam autem ordinum nobis ſuggerit hiſto-
C ria, de Sion quidem, quòd antiqua fuerit ciuitas
& minoris tum amplitudinis: Hieruſalem verò
fuiſſe regali magnificentia ſuperiorem, in qua &
ſanctificatio. Omnes equidem tales ſcribentur ad
vitam in Hieruſalem. Beatus planè, quiſquis com
perietur dignus ea conſcriptione in Hieruſalem.
In ſuperna enim Hieruſalem credibile eſt eſſe li-
brum viuentium, in quo conſcripti ſunt Chriſti
diſcipuli. Gaudete enim, ait, quia nomina veſtra
ſcripta ſunt in cœlis. Quum autem particulę huic,
Qui ſcripti ſunt in Hieruſalem, illa præponitur,
ad vitam: neceſſarium ſit ſcire vti ómne ſint qui-
dam qui ſcribantur quidem, non item ad vitam
ſed iuxta ſententiam, Hieremiæ dicentis: Rece-
dentes à te ſiue deſertores, in terra ſcribentur.
Iuxta igitur ſenſum hunc duæ intelligi debent de
ſcriptiones. Vna quidem eorum eſt, qui ad vitam:
altera autem eorum, qui ſcribuntur ad perditio-
nem. Plerunque tamen cõtingit permutationem
ſcripturæ fieri, vt quum à virtute dilapſi ad mali-
tiam exciderimus. Nanque dictum hoc: Delean-
tur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcriban-
tur. Illud item, Dele & me de libro, de his dicitur
qui dignos ſe exhibuerint priùs, vt in libro Dei
conſcriberentur. *Quia ablaet Dominus ſordem fi-
liorum & filiarum Siõ, & ſanguinem Hieruſalem
expurgabit de medio eius, in ſpiritu iudicij, & ſpiri* D
tu ardoris. Perſpicuè atteſtantur hæc prædicta eſ-
ſe Ioanni dicenti de Domino, Quia ipſe eſt, qui
vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne: de ſeipſo
autem, Ego quidem vos baptizo in aqua ad pœni
tentiam. Et illud, De ſpiritu in regenerationem.
Quinetiam tacitè innuit duas eſſe ſpecies baptiſ-
matis, nequando ad ternionem vſque progredia-
tur baptiſma. Illud quidem expurgatio fuit ſor-
dium: hoc autem ipſa eſt regeneratio per ſpiritũ
ſanctum, idq́ue examen fit per ignem iudicij. Ita-
que ablutio quidem illa pro tali depoſitione pec-
cati accipitur: hoc autem in ſpiritu iudicij & ſpi-
ritu ardoris, ad eam refertur probationem ſiue
examen quod per ignem fiet, in ſeculo futuro. E-
quidem peccata per ignorantiam admiſſa vtrique
cùm ſint veluti ſordes quædam, quæ animæ ſplen
dorem exterminant, & natiuo eius decori offici-
unt, egent purgatione per lotionem. Quæ verò
ad mortem ducunt peccata, eorum nempe qui
poſt acceptam cognitionem, certa animi deſtina
tione flagitia committunt, ſanguis vocantur. Et E *Amplius laua me de mun.*
hæc quidem plecti neceſſe eſt ardore ſeu exæſtua
tione iudicij. Itaque quiſquis confitetur, ſéque a-
blui orat & emundari, ſuam quidem iniquitatem
fatetur egere ablutione & peccatum emundatio-
ne, dũ dicit: Ampliùs laua me ab iniquitate mea,
& à peccato meo munda me. Illi quidem rudes
prorſus & inſcij diuinorum dogmatum, qui priuſ
quam eruditi eſſent Dei verbum, peccarunt, tan
quam eluuie quadam inquinati opus habent aſ-
pergine aquæ, vt eluantur. Qui verò poſt acceptá
vitæ notitiam, conſulto ac ſtudio ſeipſos réd-
dunt obnoxios ſanguini, vtique tales opus eſt
purgari per ignem. Equidem licuerit & hunc
locum interpretari ſimplicius. Siquidem pec-
cata quæ ſuperficie tenus admittuntur & exter-
nè apparent, ſúntque leuia, ſordi cuipiam aſ-
ſimilia videntur: quæ autem altiùs impreſſa ex
affectu eorum qui delinquunt ad nequitiam pro-
pendenti, errata & malignè commiſſa, con- F
ferri ſolent ſanguini, quare qui ſanguis dicun-
tur, ex eorum medio ſubmoti qui per erro-
rem deliquerunt, expurgandi ſunt ſpiritu ardo-
ris ſiue exæſtuationis. *Et veniet, & erit om-
nis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu
eius obumbrabit nubes per diem, & ſicut fumi, &
quaſi lucis ignis ardẽtis per noctẽ. Omni gloria pro
tegetur, & erit in vmbrã ab æſtu, & in protectionẽ
& abſcõſionẽ à * duritie & pluuia.* Poſt expiatio-
nẽ quæ per lauacrũ regenerationis fit, & eã expur ** ἀσιέστω πίνξω.*
gationẽ quæ fit per pœnitentiã, veniet tẽpus (ait)
quãdo locus omnis conſpicietur mõti Siõ. Hoc eſt,
ſublimis erit & excelſus, dignus quippe efficiemr

qui

qui cōtépletur cœleſtia, ſimul atque apprehendetur * ſeptem mulieres, & explendeſcet Dominus cum gloria in concilio, vt exaltet & glorificet reliquias Iſraëlis, quuio ſaocti quoque vocati fuerint, abluta prius ſorde filiarum Sioo, & earuodē expiato ſanguine è medio eius. Tūc oubes obumbrabit per diem loca circuncirca Hieruſalem, ita vt vmbram ſuppeditet ad coërcendum æſtum, & protegat à duritie & pluuia, vſque noctem cohibeat accenſa lux, ſit etiam gloria, quaſi vapor ſuffumigans & apprehendens omnia. Arbitramur porrò hæc promitti dignis reqnie & refocillatione, quandoquidē in domo patris manſiones mul-

A tæ ſunt, & diuerſæ diſtributiones repoſitæ in terra illius fœliciſſimæ hæreditatis, quam ſortitò ſūt aſſequuturi * mites. Hoc eſt, nonnulli quidē Dei aduentum hilariter præſtolantur, qnidam autem refouebuntur & conquieſceor ſub tegmioe cœleſtium virtutum, alij vero in gloria quæ ab eo lumine explendeſcet, quaſi ab amœno vapore occulētur. Fortè ipſi quidem monti Sion ea lux affulgebit: quæ autem in eius ſunt circuitu, ſuo ſpleodore cuncta illuſtrabit per diem oubes, Et hæc quidem non aliunde ſortitura ortum ſuum, quā ab eo lumine. Quemadmodum & fumus ab igne, ita & nubes à lumine ſuam mutuatur ſubſiſteotiā, ſub cuius obumbratione genialiter verſantes inſigni gloria perfruuntur, quippe qui ſpleodore circunfunduntur à nube ipſa promanante, quę in æſtu quidem ſe expandit ſupra capita eorum, ſuauē & peramœnam refocillationem ſuggerens per eam obumbrationem. Eadem verò, imbre aſperiore & cū impetu decidente, vicem ſupplet vmbraculi addenſati ac ſolidi, & abundè protegit eos qui opus habeot quopiam latibulo, ob vehementiam pluuiæ, & ſua met denſitate coërcet oculos. Eiuſmodi erat nubes lucida diſcipulos vndique cingens, quo tempore transfiguratus eſt Dominus. Quum autem perſeuerans ſtat & quaſi concretio quædam compactæ nubis fit, ſignum eſt ſequuturæ ſerenitatis. Eam enim trāquillitatem futuri illius ordinis ac ſtatus præmonſtrat per operimentum ac velamē. Proinde vt explanatius ſeo ſum percipias, quid illud indicat: ἐν ἀποκρύφῳ φωνῇ... io abſcondito ſiue in abſcōſionem protectionis? D

Ad id igitur tali paradigmate promouemur. Sit vous aliquis, qui ab hoſtibus quidem quæritur, à domeſticis verò & familiariter notis in quapiam domuncula alicubi obſeruatur & cuſtoditur in loco perquàm difficili inuentu. Equidem tale aliquid intelligendū eſt fieri à nube illa diuinæ protectionis circa ſanctum, vt ne facilè intercipiatur hoſtium manibus. Tāta ad hoc ſcripta ſunt, vt dilucidi * intelligeretur auxilium eſſe eis exhibitum qui verſantur in circuitu montis Sion, in hoc vt interdiu quidem obumbraret eos nubes, qua ab æſtu protegerētur, nocte verò illuſtraret eos lux accenſi ignis, vt & vtroque in tempore tuti eſſe poſſent ab inſidiantium manibus.

Septem ſ... [illegible] ſpiritus ſancti.

** Beati mi tes.*

** παρά-δειγμα.*

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN QVINTVM CAPVT ESAIAE.

B E

AGedum, cantabo dilecto canticum * dilecti mei, vineæ meæ. Cantica omnia videntur in ſe complecti alacriorem rerum geſtarum ſtatum & ordioem. Quod in Exodo ſcribitur canticum, triumphale eſt, nempe pro impetrata victoria: Cantemus Domino: glorioſè enim * magnificatus eſt. Canticum canticorum nuptiale eſt carmen, dramatico opere pertextum. Pręſens autem ſermo comminatiooem continet aduerſus vineam iuſto Dei iudicio allatam. Porrò an terribilia hæc quæ intentantur populo, referantur ad exitum ſuauem & placidum, decenti admodum ordine inſerta ſunt hiſce canticis. Quæ autem cantionem hanc pronūtiat perſona, Spiritus ſanctus eſt, qui quidem canticum emodolatur vineæ ſibi dilectæ. Eſt autem & hoc canticum vnicè dilecti.

C Quis verò ipſi natura chariſſimus, ſi non vnigenitus, qui & bonum illud per ſe expetendum eſt, quod appetunt omoia? cuius amabilis dilectio mentibus omnium qui ſint ratione prædíti, inexplicabili quadam vi naturæ inſerta eſt & inſtillata? Quando igitur iuxta vocem Domini paracletus ab vnigenito accipit omnia & annuntiat oobis, & canticum aſtruit eſſe ſibi chariſſimi, tanquam ab eo acceperit, vtique cantio ipſa canticū eſt ſibi dilectæ pœnitentiam agenti vineæ: in peccato autem perſiſteoti lugubre fit lamentum & væ, quemadmodum in Ezechiele didicimus in eius libro ſcriptum carmen & lamentum & væ. Sermo autem Domini ad vitam æternam inuitās & ad cœleſtium bonorum fruitionem aduocans, melos erat animas expergefaciēs ad numeroſam concinnāmve & moderatè compoſitam motionem, necnon extimulans ad efficacem virtutum actionem. Ioannis denique prædicatio qua perfidos illos & malignè obſequentes attentos reddebat, vt eos pœniteret malè commiſſorum, lamentatio erat impœnitentem conficiens mœrore ac triſtitia ad ſalutem. Iudæi tandē per calluſam cæcitatem cordis deprehenſi ſunt nulla benignitate ſermonis perſuaderi potuiſſe ad vitam, neque ad excipiendam pœnitentiam aſperiore acrimonia verborum vrgeri. Atque adeò canticum quod in manibus eſt, laudem cootinet priſcæ illius generoſitatis idque aſſiduè: coarguit inſuper præſentem malitiam, minaſque intendit malorum qui- F bus diſcrutiandi erant. At ne ſic illa populum inobſequentem ac malè morigerum reuocarunt ad expendendam propriæ dignitatis vocationem: neque hæc eorum inſolentiam compeſcere potuerunt & meliores reddere. A laudibus ſumit exordium illius priſcæ generoſitatis. *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco, vberi.* Vineam dicit populum Iſraëliticum. Vineam enim ex Ægypto trāſtuliſti. Et in Hieremia probrū obiicitur populo, per

** ἠγαπη-μένου, amabilis dilectiſſimi Hierony.*

Exo.15.a

** ἐνδόξως, glorificatus eſt.*

Eze.2.d

per eandem ſimilitudinem. Ego plantaui te vineã fructiferam, totam, veram. Quomodo conuerſa es in amaritudinem vitis aliena? *In cornu, in loco vberi*. De terra dicit ab Iſraëlitico populo occupata, data patribus eorum, iuxta Dei promiſſionem. *In cornu in loco vberi*. Eximia laus paucis cõprehenſa verbis. Cornu reliqua omni corporis parte eſt eminentius ac ſolidius: ſimul quidem ornamentum adfert capiti, ſimul verò præſens armatura eſt ad propulſandas iniurias. Quinetiam ſua ſiccitate eſt retorridum, quippe quod humore omni caret: eòque corrugata animalia non ad
A cornu matris impetu feruntur, ſed ouillo licet docente eius mammam requirunt, locum planè humidum & pinguem. Declarans igitur ſermo, quia Iudæorum regio eſſet ex ſe ad vtraque ſufficiens, quæ eos tueretur & protegeret ab excurſione hoſtili, ſimul & capax eſſet eorum qui eam incolere vellent ac morari, hinc coniunxit vtrámque particulam, in cornu & in loco præ fertili ſiue vliginoſo: hoc eſt, in terra ſolida & corpori alẽdo per oportuna. Iam verò particulam ſermonis huius in expoſitione huius ſententiæ profundius quidam attingunt. Quemadmodum enim cornutorum animalium caput principio ſuæ natiuitatis erumpit ſéque terram verſus inclinat, tandem verò plene abſoluitur & prodit. Nonnunquam & ſerius proprium recuperant ornatum per incrementa emergentium cornuum. Ad eundem modum Iſraël. Primus gentium omnium ad familiarem Dei beneuolentiam accitus eſt, dicente ſcriptura: factus eſt populus Domini, pars eius: funiculus hæreditatis eius Iſraël. Poſt enim accepta incrementa omnia dignus cenſebitur qui omnibus
B ſuis perficiatur numeris. Quum enim plenitudo gentium introierit: tunc omnis Iſraël ſaluus fiet. Obtinuit fama quædam, in eccleſia memoriam conſeruans non quidem ſcripto proditam, quæ & talis eſt, quòd prima vtique Iudæa hominem habebat incolam, nimirum Adam ſimul atque excidit delitiis paradiſi in hac terra collocatum, ad mitigandam iacturam bonorũ quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui & illic eam cui addictus erat, ſententiam condemnationis plene eſt exequutus. Itaque inſolẽs eſſe ac nouum videbatur illius ætatis hominibus ſpectaculum, Os capitis defluẽte carne nudum. At illi recondentes cranium, loco illi nomẽ indidere [illegible], id eſt, Caluariam. Probabili ratione potuit Noë non ignoraſſe ſepulchrum principis huius & mortalium omnium primigenii: ſiquidem hac de re fama à diluuio mox per orbem propagata eſt ab ipſo & dimanauit, eóque Domi-
C nus excuſſa origine humanæ mortis, in loco qui [illegible] dicitur, id eſt, Caluaria paſſus eſt, vt quo in loco corruptio ſiue mors hominum initium acceperat, illic vita regni ſuum ſumeret exordium. Et quemadmodum mors inualuit in Adam: ita & in Chriſti morte inefficax redderetur & peſſum iret. Ob hoc, in cornu, tanquam aduerſus inimicũ habente arma tutelaria, nempe Crucem Chriſti & pingui, tanquam ſitus regionis poſt paradiſum, principem laudem fœcũditatis auferat inter omnes quæ ſub cœlo ſunt. *Et ſepem circumpoſui, & vallo circundedi, & plantaui vineam* Sorec: *& ædificaui turrim in medio eius, & torcular fodi in ea*. Series tenórve ſententiæ iſtius non vſquequaque reſpondet naturæ rerum. Priùs enim plantatur vinea quàm alligetur palis aut pedamentis. Si quidem ſtaumina ſiue pedamenta auxilio ſunt vineæ ad ſuffulciendos fructus eius atque à terra erigendos. Aut nunquid agricola ſolers qui ſit ac prouidus, ad primum apparatum, vbi omnia adornauit, demum aggreditur plantationem? Ob hoc in primis hic ſæpe ambit locum, dein vallis ſiue ſtaminibus communit, ad hæc plantat vineam non qualencũque, ſed שורק Sorec, id eſt pulchritudine & fructu præſtantem, quam Symmachus interpretatus eſt [illegible] electam. Quid igitur ſepes hæc innuit aliud, quàm nimirũ præcepta quæ dedit populo, priuſquam eos induceret in terrã
D promiſſionis? A Deo poſtea prærogatæ ſunt vires quibus præualerent aduerſus hoſtes & gẽtes quæ eam priùs incolebant regionem & ad internecionem perducerent, id quod vallos ad ſuffulciendã vineam dixit, vt fructus ederent in ſublime erectos & ſpectabiles, à lapſu ſubleuantes eos, ne ab omni parte paterent prædæ hoſtium. Secundum hoc ſequitur plãtatio electorum, quippe qui prodierunt ex ſemine Abraham, Iſaac & Iacob electorum Dei. Turris autem in medio vineæ ædificata, profectò templum eſt in medio Iudææ collocatum: torcular verò, ipſa eſt Synagoga Iudęorum, quandoquidem prælum ſiue trabes exprimendo vino accommodæ eccleſiam Dei propriè inſinuant ex omni gentium natione adornatam, cuius gratia Regius Pſaltes cantica concinuit epilenia, id eſt pro torcularibus, dum videlicet exprimerẽtur vuæ. Quinetiam torcular præparatio eſt
E per legis obſeruationem, & præmeditatio excolens animum ad pietatem. Et quidem prælũ quadantenus promouet ad vnitatem: torcular verò aliqua etiam ex parte pręparat ac prouehit ad perfectiora. *Expectaui vt faceret vuam: fecit autem ſpinam*. Conueniebat iſti electæ plantationi, tanta & tam ſolerti cura excultę, vt dulces ederet fructus. Ab his enim qui ſe profitẽtur filios Abrahæ, repetuntur & Abrahæ opera. Atqui pro expectata vua ſpinas edidit, hoc eſt, pro eo vt exhilararet & recrearet, totum ſe comparauit, vt ſtimulis perurgeret, lancinaret & ex quibuſque proximis exugeret ſanguinem. Iuxta enim euangelicam parabolam: Quemnam prophetarum non occiderũt? Nec arbitror illos ſpinarum nomine ſugillari ob id ſolùm, quòd natura fuerint ſanguinaria ac cædium appetentiores: ſed quòd Dei minùs amãtes amantiores fuerint voluptatum, & anxiis ſollicitudinibus iſtius vitæ, tanquam ſpinis adſtricti mente. Quemadmodum enim ſpina non profert vuã:
F ita nec ſarmentitius malleolus ſpinam aliquando producet. Eam ob rem ait Dominus, Nunquid colligũt de ſpinis vuas? Atqui ſpinas pro vuis proferunt Iudæi. *Et nunc homo Iuda & inhabitantes Hieruſalem, iudicate inter me & inter vineã meã*. Si vinea Domini domus Iſraël eſt & homo Iuda plantula dilecta: quánam ratione pro vinea lis intenditur aduerſus vineam? An quòd ſcriptura vult propter incontrouerſam argumentorum euidentiam, vt iudices ipſi aduerſum ſe pronuncient ſententiam? fecit & hoc Nathan aduerſum Dauid, quando eum conſtituens propriæ iniquitatis iudicem, excellentem oſtendit magnitudinem ſuæ

benigni-

Confirmat collatione.

שרק

שורק

benignitatis, quod attinet ad æquabilitatem iudicij quo ſe demittit Deus ſuis condeſcendens famulis. Simul etiam inſigne quoddam præfert iuſti iudicij, vt qui ſententiam ſubeunt condemnationis nihil poſſint contradicere executioni iudicij. Hinc ait, *Iudicate inter me & vineam meam.* Et dicite quid non factum ſit eorum quæ conferunt ad proferendos fructus? Quid enim (ait) facere debueram vineæ meæ, & non feci? Quid enim nó ſedulò ac diligenter exhibui ipſi, eorum quæ officij erant mei? Locus nónne præfertilis & opimus, idémque munitiſſimus? Nónne ſepes ambit ipſã? Num & ſuffulciendæ viti adſunt valli? Nũ vſquequaque generoſa plãtatio? nónne turris? Nũquid
A torcular? Num aliud aliquid dicat quis? Cæterùm quæ hoc ſermone dicuntur, putandum eſt eadem dici aduerſum nos, qui ad hoc acciti ſumus, vt fructus iuſtitiæ proferamus: & ecce per immodicam cupiditatem congerendarum opum in tentationem & laqueum incidimus, inque concupiſcentias abſurdas prorſus & noxias deuoluimur, quæ quidem homines demergunt in abyſſum interitus ac perditionis. *Expectaui vt faceret vuam, fecit autem ſpinas.* Sententiæ eiuſdem repetitio quiddam in ſe continet quod ad rem exprimẽdam ſit vſui. Etenim qui ſuperiore loco pronuntiabat cãticum, dicebat: Expectaui, vt faceret vuam. Hîc autem cum eis texit ſermones quorum gratia in diſceptationem iudicij deſcendit: Iudicate inter me & inter vineam meam. Hoc ad illud reſpicit, Expectaui, vt faceret vuam, fecit autem ſpinas. *Nunc autem annunciabo vobis quid faciam vineæ meæ.* Clemẽtiæ Dei erga homines peculiare, hoc
B eſt, non clàm aut ſilenter ingerit ſupplicia: ſed intendens comminationes ea prædicit affore, per hoc peccatores inuitãs ad pœnitentiam, id quod fecit Niniuitis, Iona præcone. Iſraëli item quum deliquiſſet, neutiquam tacitè extremam inuexit perniciem: ſed famulo ſuo excitato ad ſupplicandum pro populi peccatis, pœnas prænũtiabat, dicens: Et nunc dimitte me, & delebo populũ hũc. Simile quiddam ex euangelio edocti ſumus à ficu ſumpta parabola, dicente Domino agricolæ:
Luc. 13. Ecce triennium eſt, ex quo venio ad hanc ficum quærens fructum in ea, nec inueniens. Succide eam. Vt quid etiam terram occupat? Sanè hoc dicebat, agricolam quidem excitans, vt eam diligẽtius excoleret, ſterilem verò animam promouẽs ad proferendos fructus ſe dignos. Quod autem dicimus, licuerit manifeſtius deprehendere apud Hieremiam: Ecce enim (ait) ſicut lutum figuli, ſic
Hier. 18. eſtis vos in manibus meis, domus Iſraël, dicit Do-
C minus. Ad ſummam loquar aduerſus regnum, vt auferam eos & diſperdam. Et ſi ſe conuerterit gẽs illa à malis ſuis: & agam ego pœnitentiam ſuper malis quæ cogitaui, vt facerem eis. Et ad ſummã loquar aduerſus gentem & regnum, vt reędificetur & plantetur, & facient mala in cõſpectu meo, ne audiãt vocem meam, & agam ego pœnitentiã ſuper bonis quę loquutus ſum, vt facerem eis. Ad eundem igitur ſenſum etiam hîc accipimus hanc dubitationem ſiue ſuſpenſionem, nó certam ſententiæ pronuntiationem, quòd omnino id ſit euẽturum, ſed cõminationem qua à peccato quis cõuertatur. Quid igitur eſt, quod intermina tur? *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem: & deſtruam murum eius, & erit in conculcationem: & dimittam vineam meam, & non putabitur, neque fodietur, & aſcendent ſuper eam, ſicut ſuper incultam terram, vepres: & nubibus mandabo, ne pluãt ſuper eam imbrem. Nam vinea domini Sabaoth, domus Iſrael eſt: & homo Iuda, nouella plantatio dilecta. Expectaui, vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem: & non iuſtitiam, ſed clamorem.* Reſũptis & ſingulis quibúſque comminationibus diligenter expenſis, ſenſúque earum ſolerter explorato, excutiemus ipſi nihilne eorum quæ dicũtur nos ipſos attingat? *Auferam (ait) ſepem eius.* Se- Prima comminatio.
pem hanc congruit vt interpretemur præcepta le- D
galia, ſiue Iſraël, ex ea quæ ad Epheſios eſt, Pauli Epheſ. 2.c
Epiſtola dicentis: Quia is eſt qui medium parietẽ ſepimenti aut maceriæ ſoluit, legem mãdatorum decretis euacuans. Hoc enim credebatur eſſe tutelare præſidiũ & cuſtodia Iſraëlitici populi, quo & arcebatur à permiſtione & vnione populorum qui propter graue legis iugum, ſuapte alioqui ignauia detrectabant ſermonem diuini cultus excipere. Qui igitur in dogmatibus ſiue decretis, hoc eſt carneam & humilem legalis literæ obſeruationem, initiauit ſublimi ſua contemplatione, idẽ medium parietem maceriæ ſoluit, ſuum quidem populum non ſinẽs eſſe immunitum, ſed circumplectens eum & introcludens vno eodémque ouili, vt fiat vnus grex & vnus paſtor. Nunc igitur verbum ſepem hoc maceriam comminatur ſe eſſe demoliturum, hoc eſt, inſinuat ſe ſublaturũ ab Iſraëlitico populo præſidium omne præſeruatorium. Cæterùm ne quando etiam vnuſquiſque noſtrum (quum habeamus ſanctum angelum qui ſe interponit in circuitu timentium Dominum) ſtri- E
cto examine deprehenſus in peccatis, intentatæ huic plagæ reddatur obnoxius & ſanctarum virtutum muro tutelari ſpolietur qui quidem quanto adſueti ni tempore, eos conſeruant inexpugnabiles quos ſua dignãtur protectione. Anima autem omnis tutiſſimo hoc præſidio deſtituta, in direptionem exponitur hoſtibus, hoc eſt, virtutibus quæ ex contrario nobis obluctantur: & in conculcationem illius gloriabundi qui dicit: Obambulata terra en adſum. Tale quiddam & Pſalmus de vinea dicit, Vt quid deſtruxiſti ſepem ſiue maceriam eius? Et, Exterminauit eã aper de ſylua. Qui enim ſepti non ſunt vi rationis ſimul & angelica virtute, hi vtique expoſiti ſunt perturbationibus animi abſurdis prorſum, pérque redundantem in eis grauedinem peccati exponuntur deprædantium manibus, vt tanto amplius ſe volutẽt ac verſentur in cœno peccati, ſéque penitius vili luto contegant. Huic ſimile eſt quod ait Apoſtolus: Et F
ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, Rom. 1.d
tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ, vt faciant ea quæ non conueniunt. Hoc eſt, à ſe excutientes fidelem animæ cuſtodiam quæ proficiſcitur ex inſtinctu rationis, expoſiti ſũt pecuinis cogitationibus, & improbandæ culturæ dæmoniorum quæ ad omnem immondiciam efficacia ſũt. Et quidem comminatio hæc incubuit Iſraëli, quã do ob peccatum aduerſus Dominum traditi gentibus, in direptionem abierunt & cõculcationem hoſtium. Deinde ait. *Et deſtruam murum eius, & erit in conculcationem.* In ſuperioribus enarrans multiplex à ſe collatum in populum beneficium,

Non ait:

ait: Sepem circũpoſui & ædificaui turrim: hic autem, Auferam ſepem eius & auferam murum, pro turri, vti arbitror, dicens murum, quando & turris quatuor conſtat muris, angulis inter ſe conſertis, ita vt etiam illic intelligamus turrim fuiſſe poſitam ſublimi ambitu murorum circumuallátem vineam, vt ad eam inacceſſus eſſet aditus, nec manibus exponeretur inimicorum. Quin & nobis adimuntur molitiones murorum, quum per ſocordiam & torporẽ nos indignos reddiderimus tutela diuinorum dogmatum. Equidem iuſto Deus turris eſt à facie inimici: à peccatore autem tanquam derelicto cuſtodia omnis auferetur, totiúſque fortitudinis munitione ac propugnaculo

A priuabitur. *Et dimittam vineam meam, & non putabitur, & non fodietur.* Quòd à Deo deſerantur peccatores, fit per eorum ignauiam, vt vel hinc liquet. Ait enim ſcriptura de his quorum ſaluti cõſulit. Non te deſeram, nec vnquam te derelinquam de quorum autem ſalute prorſus deſperat, tales ſinit abire ad explendas voluntates carnis & cogitationum ſuarum, quando eiuſmodi inſtitutio vitæ eis ceſſura ſit in perniciem. Itaque ait: Dimittã vineam. Quódque ei id contingat deſerente eam Domino, ſubnectit. *Nequaquam putabitur, neque amplius fodietur.* Quemadmodum enim qui vineam putant, adſtringunt eius vires & internè continent, vt maiore cum temperamento procedat ad proferendos vtiles fructus. Ad eundem modũ contingit animæ aſſiduitate aſſlictionum propendenti & incuruatæ. Quodammodo in ſe contrahitur, ſéque vtiliter demittit atque hu

B miliat & ad ſui diligentiorem cuſtodiam retrahitur, in rebus peragendis id eligens quod neceſſarium ſibi cenſet & vſui futurum. E diuerſo, anima quæ indulgenter ac remiſſè viuere ſinitur, perinde atque vinea quæpiam neglecta, eluxuriat & ſyluescit ſarmentis, ſéque effundens circa incommoda nec vllam adferentia frugem, natiuo ſucco exhauritur, in hoc inſtituens omnem ſuorum operum oſtentationem, vt multos in errorem pelliciat. Qui opera exercet corruptioni obnoxia, vtique aſſimilis eſt vineæ ligna, folia, clauiculos ſiue capreolos enutrienti: vinum autem * deſipientiæ effectiuum producet quod nequaquam recondi poſſit in regalibus apothecis. Vinea igitur neglecta ſiue dimiſſa grauia duo hæc patitur. Ait enim, neque putatur, neque foditur. Dictum eſt, quid ſit non putari vineam, hoc eſt, nullis circumſiſtentibus obſiſtentiis obledi & obtundi, id quod ad eorum vtilitatem qui tribulantur, diſpenſatur. Non foditur autem, dum docetur ad ſe omnẽ attipere circunſtantem materiam ad propriam vtilitatem, cuiuſmodi diues non paſtinatus nec defoſ

C ſus eſt qui animam habet graui onere expreſſam terrenarum opum, ad quem neque delabitur cœleſtis pluuia. Non enim per multam vanitatem in anima congeſtam poteſt ad radicem vſque pertingere is imber. Attamen qui edoctus compunctiuo ſermone ſe eo comparat, vt turbam rerum terrenarum & corruptibilium excutiat à ſe, & quidẽ vt reſpiret ab ea ſolicitudine, arcana animæ denudet, cuipiam radices verò amaritudinis & euertere conetur & areſacere paſtino pœnitentiæ: talis planè vinea eſt probè effoſſa, qua fodicatione fit, vt ab ea arceatur veprium renouatio: hoc eſt, vt lo cum non habeant vllum anxiæ iſtæ ſolicitudines vitæ huius per eam terrenorum ſubuerſionem. Adde his, nec iam opus ſit, vt putetur. Ego enim ſum vitis vera, Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Et eum qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Ignauus autem ille diſpenſator ait, fodere non valeo: qui autem ſtrenuus eſt diſpenſator ac prudens, vineam ſuam paſtino circumfodiet ſcitè admodum: hoc eſt, quæ ſua ipſius ſunt, diſcutiet omnia & accommodabit ſuæ primordiali vitæ, oſtendens: quia ſicut quę ab radice

D quadantenus recedit terra, alimentum fit plantæ: quæ autem radici adiacet proximè, eam comprimit & degrauat. Sic & ambitus opum, ſi quando diteſcere cupientibus ingruerit: animas quidẽ eorum in imum tartari demergit, alienata autem ea ſubſtantia à ſuis detentoribus, & diſtributa in indigentium vſum tũc eorum propria fit poſſeſſio. Vinea enim, ſi quando non putatur, non item foditur: ſuapte natura ſpina aſcendit ſuper eam incultam terram. Siquidem Saluator noſter eos qui ſe totos implicãt iſtius vitæ ſolicitudinibus ait eſſe terram erumpentem in ſpinas. Fructum quidẽ diuini verbi excipientem, ſed quæ ſpinarum aculeis ſuffocetur. In animam etenim diligenti agricolatione deſtitutam confluit multitudo copioſa anxiæ ſolicitudinis. Ob hoc ait propheta: Aſcendent ſuper eam quaſi ſuper terram inaratam, vepres vel ſpinæ. Proinde obſerua eum dixiſſe ſuperius. Expectaui, vt faceret vuam: fecit autem ſpinas. Præſenti loco adiecit particulam: Aſcendent ſiue accreſcent. Planè ſermo hic ſubindicat magnitudinem quandam malitiæ ac diſſolutionem vi

E tæ iuſto immoderatiorem, per ſpinarũ aſcenſum. Dein quando vineæ iſtius germina improbanda veniunt, ab ea tollitur pluuia: quandoquidem auxiliari gratia Dei ſibi prærogata non vt conueniebat, via eſt. Itaque etiam nos ſi quando deprehendemur minùs rectè vſi occaſione rei bene gerendæ indulta nobis à Deo, tunc nobis adimitur cœleſte præſidium. Porrò vinea hæc, Iſraeliticus populus inaratus manet & incultus, quòd fructus quos edere debuerat, non reddiderit Domino: quin potiùs, ſeruos quidem ad ſe pręmiſſos flagris concidit, obruit lapidibus & occidit. Denique in filium ipſum Domini vineæ manus intotſit violẽtas ad necem vſque. Iſtiuſmodi flagitioſę actiones omnes & iniuſtæ ſpinarum nomine præſignatæ ſunt, quòd hæ ſint aliud nihil quàm genimina terræ maledictæ. Meritò igitur pręſcribitur nubibus ne pluant ſuper vineam talia producentẽ. Ecquæ tandem hæ nubes, ecquis hic ſit imber, ad dictorum intelligentiã vt pertingamus, tentemus noſſe ratione phyſica ſiue naturali quæ de nubibus

F eſt. Eſt igitur * nubes aër craſſus ex humecta exhalatione circa terram compactus & conſiſtens, dein ventorum aſpiratione in ſublime eleuatus. Ea nebula ſi quando ab ipſis vaporibus acceperit iuſtam collectionem, pondúſque acceſſerit ſufficiens ex inſperſa humiditate iſtius exhalationis: tunc in terrã demittit ſtillas. Hæc quidem eſt natura imbrium ſuam è terra trahentium originem, quique rurſus ab aëre in terram delabuntur. His aſſimiles erant & prophetæ. Ex communi quidẽ conditione naturæ ducebant originem: ob tamẽ

mundiciam

Ioſue. 1.
Rom. 13.

Confirmatio ex collatione.

* τῶν ἀφροσύνων.

Collatio...

Ariſtot. de mundo.
* ſiue nebula.

mundiciam animæ, virtute ſancti ſpiritus mainré in modum eleuati ſtillas vitalium verborum animabus auditorum inſtillabant qui probatę eſſent vitæ & ad proferendam frugem idoneæ. Talis erat Moſes, quum diceret: Expectetur vt pluuia eloquium meum. Rurſus. Quaſi imber ſuper gramen: & quaſi nix vehemens ſuper fœnum ſiue herbam. Itaque cœleſtes iſtæ virtutes mandatum accipiunt, ne pluant ſuper vineam ſpiniferá, quæ Dominum meum propriis coronauit ſpinis. Quare intra ſynagogam illam etiam hodie conticeſcit verbum Dei, nec eſt iam propheta, non princeps
A non item dux: ſed intoleranda ſiccitas aëris nec quidquam habens cœleſtis nebulæ, atque adeò ſententia veteris illius maledicti aduerſus eã pronuntiata, confirmatur. Nimirum hæc, Et erit tibi cœlum quod ſupereminet capiti tuo, æneum: & terra quæ ſubter pedes tuos eſt, ferrea. Rurſus, Det Dominus pluuiam terræ tuæ, puluerem: & puluis ſiue terra diffluens, è cœlo deſcendet ſuper te, donec exterat te, non in poſterum ſtillabunt nebulæ ſpirituales. Non enim amplius propheta. Quod ſi pluere dicantur, nihilo tamen minùs qui pluit, Dominus eſt. Non eſt enim (ait) propheta qui pluat, ſicut tu. Et rurſus ex perſona Dei dictũ eſt: Et pluam ſuper vnam ciuitatem: ſuper autem ciuitatem vnam non pluam. Pars vna complouetur & pars ſuper quam non pluero, exiccabitur. Diſpenſante quàm optimi Dei clementia pars deteriorum nullo perfunditur humore, vt in ea areſiant germina totius malitiæ. Perſpicuè ſenſum exhibuit dicti huius, nimirum quia nomine vineæ domum intelligit Iſraël, aduerſus quam euentu-
B ras promiſit quæ prænuntiatæ & prædictę ſunt cõminationes. *Et homo Iuda, nouella plantatio dilecta.* Appellatio Iacob diſſecta eſt in Iſraëlem & Iudam, priùs quidem quum defuncto Saule regnaret Dauid, partito populo in filium Saulis & ipſum Dauid: denique ſub Roboam, quo tempore Hieroboam filius Nabat ademit regno tribus decem, qui peccare fecit Iſraël, ob hoc etiam nũc duplicem ſortitur appellationem. Ex quarto autem Regnorum libro videtur Iſraël amplius peccaſſe, quamobrem prę Iuda in captiuitatem citius eſt abductus. Et in Ezechiele pro peccatis Iſraël, nonaginta tres dies numerantur: pro Iudæ autem peccatis, quadraginta: quare etiam præſenti loco domus quidem Iſraël redditur nomine vitis ſpiniferæ: homo autem Iuda non etiam vinea, ſed nouella plantatio, non quæ in veptes redacta ſit, ſed dilecta. Proinde quis nam homo ex Iuda exortus cuius vita adoleuerit in ætatem integram & verè idem fuerit dilectus: non admodum difficile fue-
C rit noſſe ei, qui ſciat talia contemplari, nempe, expectaui, vt faceret iudicium: fecit autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorẽ. Quoniam iuxta Salomonem, cogitationes iuſtorum, iudicia: à nobis exigitur, vt cum iudicio faciamus omnia, nihil proinde per indiſcretionẽ. Etenim multiplex legis trãſgreſſio vitam comitari ſolet indiſcretam nec iuſto examine diſcuſſam. Nam qui minimè conſectatur ductum rectæ rationis, nec diſcernit quid ſibi ſit agendum, is vtique iniquitatem facit, non ambulans ad legis canonem ſibi præſtitutũ, nec operatur iuſtitiam, ſed clamorem, eſtque tumultus author & confuſionis, idcirco quies eorũ in quos fertur ſententia, legitimis conuenit & iuſtis iudiciis: vt quæ per iudices deciſa ſunt, excipiant citra ſeditionem. Ex iniuſtis autẽ iudiciis clamor erumpit ac tumultus ſeditionis cietur ab eo qui ſuccenſet & indignatur propter iniuſtitiam. Admonet Apoſtolus hunc nobis vitandum clamorem, dicens: Omnis clamor & tumultus tollatur à vobis, cum omni malitia. Eſt autẽ & clamor quidam honeſtus, nec improbandus, cuiuſmodi fuit, quo Dominus quum ſtaret in templo clamauit, quo item Dauid vſus eſt, quando dicit: Voce mea ad Dominum clamaui. Quòd id nominis ordinatum ſit ad ſudicandam inter ſe pugnantia, nihil mirabile. Equidem ſignificat nunc quiddam turbulentum & faſtuoſæ arrogantiæ plenũ: nunc D
verò inſinuat præſtantiam vocis & naturæ cœleſtium dogmatum. Verùm in præſenti ſententia clamor affinis eſt ei qui à Sodomis & Gomorrha ad Deum aſcendit.

Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrum agro propius accumulant: vt à propinquo auferant quiduis. Nũquid habitabitis ſoli ſuper terram? Audita enim ſunt hæc in auribus Domini Sabaoth. Si fuerint domus multæ, in deſertum erunt, magnæ & pulchræ, & non erunt qui habitent in eis. Vbi enim operantur decem iuga boum, facient laguunculam vnam. Et qui ſeminat artabas ſex, faciet menſuras tres. Miſerum in modum lugent nunc, qui exarſerunt immodica cupiditate plus iuſto poſſidendi, minutim accidentes quæ eſſent proximorum, neque cõtenti propriis domiciliis quæ in agris poſſidebant, non item acquieſcentes ſuis poſſeſſionibus: ſed in dimetiendis agris qui exarati eſſent, li-
mites tranſgrediebãtur proximorũ, pérque ſuam E
inexplebilem auaritiam, domunculas vicinorum vndequaque circumſepiebãt, vt in anguſtum eos contraherent, nec ſuſtinebãt intra proprios fines habitare: ſed hoc prætextu in ſpeciem rationabili abutentes, dum ad exatiandam intemperantem ſuam cupiditatem quæ ſibi contigua ſunt & coniuncta vicinorum prædia ſui cenſent eſſe iuris, aduerſum quos argutiſſimè occurrit ſcriptura hęc dicens: Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram? Si enim propterea iuſtum eſt extorquere à vicino tuo terram quam colit, quòd tibi ſit contigua, nimirùm hoc eiecto, apparebit rurſus alter tibi vicinus eſſe, idque denuò cot plus iuſto appetens alieni tibi ſuggeret, vt quiduis propones aduerſus illum, veriſimili quapiam ratione ſubindicãs fore tibi, ſiquidem eam finitimam terram acquiſieris. Mox is vbi emigrarit poſſeſſiuncula ſua nu-
datus, accedet & tertij ager in partem poſſeſſio- F
nis tuæ. Denique alius quiſpiam vicinus: iam curę aliæ ſuccedunt, vt & illum à te propellas, tibíque vendices ſubſtantiam quę erat quarti vicini. Quis tandem futurus tibi finis eſt immodicæ iſtius cupiditatis? Planè liquet cor ſic auidum vſurpandi aliena aſſimile eſſe igni per accenſam ſemel materiam euaganti. Hæc quidem depaſcitur & corrumpit: in alia verò inuolat & inſilit violentus. Profectò ſicut inopia materiæ incendium extinguit: ita & cor immodica cupiditate acquirendi flagrans & oculum inexhauſtæ auiditatis, nulla arte alia coërcere potueris, quàm ſi definieris tecũ nihil omnino poſſidere. Itaque ſcriptura hæc è longinquo mederi cupiens morbo huic propè graſ-

ſanti iam & inualeſcenti hæc proponit animæ alienis inhianti opibus. *Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram*? Si quæ ſunt vicini, cõcupiſcis, ipſe autem nihil omnino abs te accipiet: prorſus neceſſe fuerit, vt ad extrema pertingas tãdem terræ huius noſtræ habitabilis. Id verò perarduum quum ſit, & factu vix poſſibile: tuum ipſius impetũ hunc ad perniciem animæ propendentem reuoca ô homo, finémque impoſito primę cogitationi his cõtentus quæ accepiſti, perdurans in his quę habes. Præſertim quum noueris magnificam iſtam fabricam ædium quæ ſumptibus per iniuſtitiã quæſitis conſtiterunt, deſtituẽdas eſſe habitatoribus.

A Proinde non ſemel declaratum eſt totam aliquã do regionem ſterilitate fructuum laboraſſe, propter inexplebilem auaritiã. Plerunque enim Dei iuſtitia futurum illud anticipat iudicium, & ædes prius numeroſa hominum turba cultas, ſuccedente licet luculento annonæ prouentu, eo tamẽ adducit: vt deſtituat habitatoribus, quòd ex ædificatæ ſint ſumptibus per iniuſtitiam comparatis. Ipſi quidẽ nouimus nec rarò vniuerſas familias prorſus ad internecionem eſſe deductas: ſic vt per inopiam ſucceſſorum, magnificæ ac ſublimes ædificiorum ſtructuræ ad terram defluerent. Quinetiã qui quantiue ſuarum poſſeſſionum limites propagarunt præter æquitatem, nẽpe vſurpando quæ proximorum erant, vt cumulatiores cenſus congererent, nec ſine ſuſpiriis eorum qui in fraudem inciderant. Atqui tales demonſtrati tandem ſunt excidiſſe à Dei benedictione: ita vt vbi iuga boũ decem opus confeciſſent, vix lagunculam vnam vindemiatione ſua implerent, & vbi ſex * artabæ eſſent per ſationẽ diſſeminatæ, fructus enati menſuræ vix tres collectæ ſint, quę perpuſilla eſt portio eorum quæ iacta ſunt, ſeminum. Et hæc quidẽ ſententia ex ſe multum habet vtilitatis. Non difficilè poteſt quiuis ſtudij laborisve patiens ex hac prophetia iuxta Anagogen enarrata ampliorem elicere vtilitatẽ. Domus enim vniuſcuiuſque nomine intelligi poſſunt dogmata atque operationes propter compactilem & addenſatam obſcuritatem coniunctam compoſitioni quæ in ſententiis deliteſcit, de vnoquoque dogmate, ob id quemadmodum fundamentum in domo reliquæ ſtructuræ ſubſternitur: ita & in conſtituendis dogmatibus quædam ſupponuntur ceu ſunt prima principia, quibus innixi ſua dogmata explicant, cõſentaneè & coniunctim primis ſimul ſubiungentes principiis. Quot quotiue tandem fidei dogma (quod pro fundamento & principio habet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum) conſeruot & coaptant dogmatibus alienis & abortiuis à cultu Dei? Hi ſunt, quos deplorat & luctu proſequitur hæc ſcriptura, quòd rem admittant vehementer indecoram, domum coaptando domui.

De artaba vide Herony & Herodot.

Memorabilis ſententia

C Nam quòd dogmata quæ conſentanea ſunt cultui diuino, nomine domus intelligantur: ipſe Dominus per parabolam nos edocuit dicens: Quia omnis qui audit meos ſermones & facit eos, aſſimilabitur viro prudenti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Quin etiam Paulus in priore ad Corinthios epiſtola ſimile quiddam nos edocet, dicens quia vnuſquiſque eorum qui in Chriſtum crediderunt, ſibi domum ædificat. Fundamẽtum enim (ait) aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus. Si quis autem ſuperędificat ſuper fundamẽtum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam. Iam quando inter eos qui adnotant ſua dogmata, hi quidem riſu & ſubſannatione digna ſentientes, rem ædificant ludicram & deridiculam: alij autem honeſtiores res magiſque ſerias nec indignas laude componunt. Michæas conatus demoliri & euertere iſtiuſmodi deriſorum faſtus pomparicos, ait: Qui in Geth, ne magnificemini: & qui in Accaron, ne reædificetis de domo irriſionis veſtræ. Rurſus idem acriorem plagam inferens improbandis iſtis doctoribus, ait: Audite igitur hæc duces domus Iacob, & reliqui domus Iſraël, qui abominamini iudicium, & omnia quæ recta ſunt, peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus: & Hieruſalem in iniuſtitiis. Quiſquis aliena dogmata inſtruit, ædificat Sion, hoc eſt, ſuam ipſius obſeruationem ſiue ſpeculam, in ſanguinibus: & qui conſtituit eccleſiam malignãtium, ædificat Hieruſalem in iniuſtitiis. Si igitur ſpecies ædificandi duæ, vna quidem commendatur, qua quis ædificat ſupra petram & fundamentum, nempe Chriſtum, altera improbanda venit, quippe quæ exponit ſe deriſui & eſt perditione digna, non ab re ſcriptura tales fatetur eſſe miſeros qui amplas & magnificas ædes extruunt & adaptant vni cuipiam viliori, qui quadantenus inſynceris erroribus impermixta conſerunt. Animum autem aduertes, num forte omnes homines, quanticunque de veritate tradiderunt ſua dogmata, ſanis quibuſdam ac veris, fuerint præoccupati, an iuxta communem intelligentiam, & in his quæ diſſeminata ſunt ab opifice, pulchram habeat domum, quum iſti qui à linea veritatis exorbitant, alienam ſoleant ſuperinducere à doctrina B Dei, idque fit per impoſturam externæ diſciplinæ, ac ſi domui magnificæ eam coaptent quæ eſt deterior. Et hæc quidem dicta ſunto ad ſermonem qui de domo eſt. Iam quando ſanctus, Dei quidem non ſolũm eſt ædificatio, ſed & agricolatio, iuxta beati Pauli ſententiam: & ipſa anima fundata eſt, vti domus, & radicem altius egit ceu planta (* in charitate enim radicati) agedum, de ipſa agri vicinitate nonnihil diſſeramus, quem cõtemptim excolentes & perditè, ſeipſos reddunt inſtanti condemnationi obnoxios. Quæcunque tandem de agricolatione ſunt dicta, vtpote his cõfinia quæ ad manum ſunt, ſimul excutiamus. Sanè iuxta dictum Salomonis, ciuilis quædam eſt, nec improbanda plantatio. Plantaui (ait) mihi vineam: feci mihi hortos & pomaria, & plantaui in eis lignum omnigeni fructus. Eſt & huic oppoſita ſpecies plantandi, quam non plantauit Pater cœleſtis, quæ & ab radice conuellitur iuxta Domini comminationem. Equidem plantatio hæc vineam habet ex planta traduce Sodomorum, & malleolum ex Gomorrha, & vuam fellis colit racemúmque amaritudinis profert ſuis poſſeſſoribus. Furor Draconum eſt vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis. Qui igitur menti ſuæ poſtquam inſeuerit genus omne ſpiritualis fructificationis, radice inſita naturæ beneficio ad exhibitionem fructuum iuſtitiæ à conditore, manum admouerit operibus maligni agricolæ, hic eſt qui ob interdictam vicinitatem agri ad agrum, à ſcriptura

Ὁμοίως 1. Cor. 3.

Mich. 1. c

Mich. 3. c

ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι

κῆπον καὶ παράδεισον

Deut. 32

prura miſer prædicatur. Eam ob rem interminatur ipſi frugum ſterilitatem, vt ne documenti ſpecimen ipſi doctrinæ ex æquo reſpondeat. Vbi enim operantur decem iuga boum, faciet lagunculam vnam. Hæc quidem dicendi formula innuit conſuetudinem genti Phœnicum vernaculam, qui iunctis ad aratrum bobus vineam colunt. Porrò ſcriptura eos indicat qui in vtramlibet propendent partem, contraria complectuntur dogmata & eadem vnum alteri connectunt, quorum animæ ſunt infrugiferæ ac ſteriles. *Væ qui conſurgitis mane, & ſiceram ſectamini, qui manetis vſque ad veſperam. Vinum enim comburet eos. Cum cythara enim & pſalterio & tympanis & tibiis*
A *vinum bibunt: opera verò Domini non reſpiciunt, & opera manuum eius non conſiderant.* Præſens hæc prophetiæ particula enarrationem complectitur Apoſtolicæ ſententiæ. Ait enim Apoſtolus quoniam ebrij regnum Dei non hæreditabunt: hic verò oſtenditur, quòd diluculo experrecti ſtudioſè experunt & conſectâtur ebrietatem. Apud Hebræos enim inualuit conſuetudo, vt potio omnis potens inducere ebrietatem, nominetur Sicera. Iuxta igitur parœmiam, qui mox adueniente die ad calices & phialas elocant ſuos oculos, & circumſpectant vbi compotationes fiant, tabernæ & cauponæ: & ad conniuia ſe mutuò innitantes, omnémque animæ anxiam ſolicitudinem circa eiuſmodi curam conſumentes, tales lugubri cõploratione proſequitur propheta qui nullam quidem portionem temporis ſibiipſis retinẽt ad cognitionem mirabilium Dei operum, neque oculos ſinunt interquieſcere ac feriati vt ſuſpiciant
B cœlum & contemplentur eorum quę in ipſo ſunt incredibilem pulchritudinem, atque ita per contemplationem ratæ diſtinctionis eorum poſſent agnoſcere authorem totius generationis. Quin potiùs ſua adornant conuiuia taperiis verſicoloribus & cortinis floribus interſtinctis: ſuperuacaneum item ſtudium & inanem prorſus diligentiam oſtentant in parandis poculis. ceu ſunt vaſa refrigerando vino accommoda, vaſa cornuta, phialæ, paſtorale vas, & crateres, nomina & ſignatas excogitantes parandę ebrietati, ita vt vaſculorum differẽtia ſenſim inducat ſatietatem, ipſa poculorum ſubalterna permutatio ac diuerſitas idoneam ad bibendum eis inducit exercitationem. Deinde ſibi inuicem propinantes ad ſubeundum certamen bibendi ſe componunt, quem redundantem exceſſum iſti ad poſteros tranſmittunt ad ſuam ignominiam, tam victi, quàm victores. Ad vnum omnes temulenti redduntur. Sunt au-
C tem qui & præſint iſtis conuiuiis, ſunt & principes pincernarum, ſunt item præfecti tricliniis & inſtituendis conuiuiis, & ordo quidam in re ſic inordinata & confuſanea deprehenditur: & in te prorſus incondita habitus ac diſpóſitid. Ipſi mini ſtri temulenti fiunt, Riſu & ebrietate complentur omnia. Chriſtianorum oculis dignum commiſeratione ſe offert tale ſpectaculum. Ad hæc tamen, vt præfecturis iſtis à Chriſtiana frugalitate abhorrentibus nonnihil accreſcat honeſtatis, ita ipſam ebrietatem quaſi reginam circunſiſtentes veneratione quadam dignantur, quod planè vituperandum eſt. Præter hæc enim ob exceſſum talis induſtriæ coronis exornant. Cõuiuium ipſum floribus circumfundunt, vnguentis, thymiamatis & innumeris quibuſdam, e longinquo petitis & excogitatis ad oblectandos animos cõepulantiũ. Occupationem adhibent his peritutis iuſto ampliorem, quando per præſentem hilaritatem ſibi comparant æternum ſupplicium. At interim non longius à præcedente ioco, tibiæ ſubnectuntur, citharæ, tympana & ea quæ iuxta veritatem lugent pereuntes, ſecundum autem inſtitutum vitæ iſtorum ebriacorũ, vt melico concentu in ſe extimulent omnes animæ voluptates, quaſi vinum natiuo ſuo calore non ſufficiat ad excitandum in infœlici anima bibuli immenſum agmen concupiſ D
centiarum. Cæterùm hæc eo fiunt, vt in ipſis ſenſus omnes præſtigiis voluptatum ludificati detineantur. Aures quidem tibiarum concentu demulcentur, ipſi autem olfactus ſuffimentis & odoramentis complentur. Os ſubſeruit ingredienti vino: oculi quæ fiunt, perſpiciunt, verùs à ſe auerſi per ebrietatem obliquo aſpectu obtuentur. ob quæ dictum eſt illud. *Væ qui conſurgitis mane, & ſiceram conſectamini, & expectatis veſperam.* Et qui totos dies in his verſamini & perſiſtis, ita vt nihil temporis vobis ſuperſit ad perſpiciẽdum opera Domini & ad intelligendum opera manuum eius. Qua enim temporis parte iſti poſſent quiduis de Deo edoceri? Mane? Sed confeſtim vt ſomno à ſe excuſſo ſurrexerunt, conſectantur Siceram. Media die? Sed tum vel maximè augeſcit in iſtis ſumitque incrementum libido bibendi. Veſperéne? Sed & tum bibunt. Et quidem illos deſtituit dies, non item eos deſeruit ebrietas: ſed maximè etiam noctu non ſe ſinunt auelli à compotationibus, quaſi nox priuato quodam iu- E
re ad noctem pertineat. Væ igitur qui conſurgitis mane, ad ſectandam ſiceram ſiue ebrietatem, & manetis vſque ad veſperam. Dein cauſam ſubnectit Prophetatam diuturnæ durationis in conuiuio, dicens: Vinum enim comburet eos. Cauſam dicit, qua fit interim, vt inexplebili prouocentur libidine bibendi. Nam quando multus vini liquor, merus maximè nec dilutus, infuſus corpori fuerit: tunc per ampliorem iuſto vaporum ingeſtionem, humor qui bibenti eſt connaturalis, deutitur & torreſit. Ipſe ad hæc opinor, quia vinum quod ante capitur, fit ſibiipſi incendij fomes, & ita ſuo ingreſſu dilatat ſpatium & reddit capacius. Quemadmodum enim torrentes influente quidem humore pleni eſſe videntur: mox autem vt præterlapſus eſt & effluxit, pro derelictis habentur ſicci, glareoſi & ſiticuloſi: ad eundem modum & temulentorum corpora excauata & effoſſa conſpiciuntur per immoderantiam vini, hu- F
morem inſuper naturalem ad ſe trahunt qui totum diem immanent exhauriendis calicibus vſque ad veſperam. Ob hoc ait: Manent vſque ad veſperum. Vinum enim eos comburet. Ignis enim hic ex vino proſiliens, ſemel inditus carni accendit ignita iacula inimici. Mentis enim rationem & intellectum opprimit vinum ac ſuffocat: deſideria autem & voluptates, perinde atque oleum flammam ſolet, accendit. Dictum itaque hoc, quia vinum eos comburet, non accipimus ſolùm pro bibendi auiditate: ſed & pro reliqua corporis inflammatione. Deinde adaugens rei iſtius abſurditatem ſcriptura

Probat vero à ſimili.

Confirmat collatione.

ad id progreditur: *Cum cithara & pſalterio & tympanis & tibiis vinum bibunt.* Citothariſtæ enim quidam iuuenculi ad mala prolapſi qui ſe inebriant impudico aſpectu, & tibicinæ & fidicinæ quæ tempus floridæ ætatis per flagitia traducunt, chori inſuper & cantilenæ in commune depromptæ per improbos, quæ virilitatem corporum ſuis eneruant lenociniis, animáſque deliniêtes illo publico concentu perſtringunt & ad complexum obſcœnæ omnis & illegitimæ voluptatis ebrios extimulant. Porrò per eiuſmodi nequitiam, quid tandem contingit? *Et opera domini non reſpiciunt, & opera manuum eius non conſiderant.*

A Verbum quidem ἐμβλέπειν aſpicere, intueri, ſubiiciat eam apprehenſionem rerum inuiſibilium, quam aſſequimur contuitu oculorum: κατανοεῖν verò, intelligere, conſiderare, repræſentat contemplationem inuiſibilium quæ nuda mente fit. Quando igitur inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: qui opera quidem non ſuſpicit, neque item deducitur mentis oculo ad cognitionem inuiſibilium. Quid itaque eſt, quod dicitur? Nimirum, quia ebrietas origo eſt totius impietatis & deſertionis Dei, quum ſit intellectiuæ virtutis obtenebratio per quam maximè ſolet Deus agnoſci opera item manuum eius, quæ inſuper futura ſperatur bonorum malorúmque retributio, ignis ille & qui in inferno paratus eſt cruciatus, lingua ſiccitate retorrida quæ expetit paruæ aſperginis aut ſtillulæ qualemcunque conſolationem, circuncirca flamma graſſa-

Rom. 1. a

B tur, nec ſinens per aëris reſpirationem vllo refrigerio recreari æſtum illum in viſcera deſæuiêtem. Quamobrem tibicines manet ſuſpirium ac gemitus: pro immoderata ebrietate, tangitur quis auiditate ſtillulæ ebriacus, cuius caro torretur in frixorio camini infernalis: pro impudicis ſpectaculis, profundæ ſe offerunt tenebræ: pro irrequieta & inſomni libidine, vermis illic ſuccedit peruigil nec vnquam obdormiſcês. Qui igitur ebrietatis explendæ ſtudio, altius demerſerunt ſuæ mentis aciem, ne hæc opera manuum Dei poſſent conſiderare, aut qui ſe manerent cruciatus, præuidere: non ab re hos ſcriptura lamentis proſequitur, quaſi hiſce malis iam opprimerentur. Audiant hæc, qui vice euangeliorum in ædibus ſuis citharas retinent ac lyras: quia ſicut qui dudum perierant: ita & ipſorum perditionem lugens Propheta, iterum atque iterum reuocat & hortatur, eorum malis condoleſcens affectu dilectionis: Ait enim,

κιθάρας καὶ λύρας.

Væ qui cum cithara & tibiis & tympanis & pſalmis vinum bibunt. Atqui apud te iacet lyra auro dentéque elephantino interſtincta & variega-

C ta, affixa velut ſublimi cuipiam altari, ſtatua & idolum dæmoniacum: & mulier quædam miſera pro eo vt edoceretur admouere manus penſili fuſo, propter ſeruilis conditionis neceſſitatem, edocta abs te eſt, fortè à mercenario, forſan ab eo qui eam lenæ cuipiam mulieri aut proſtitutæ tradiderit, mox vbi in proprio corpore omnem expleuit libidinem, præſidet adoleſcentulis ſimiliũ doctrix operum. Quamobrem die iudicij, pœna duplex tibi occurret, nimirum ob ea quæ ebrius flagitia committis, propter item doctrinam improbam qua à Deo abalienaſti animam infœlicem. Ad hæc, nudus cubitus (res aſpectu ipſo impudens) adſiſtit lyræ, manúſque depromendis ſonis admouet. Denique amoto omni conuiuio, oculi omnium eo diriguntur, ſubticeſcunt aures, & eas accommodant modulatæ pulſationi citharæ. Tumultus quidem ibi cohibetur: qui autem recitaturus eſt, iubet fauere linguis. Fit mox concertatio verborum impudicitię, & petulantis laſciuiæ, eorum porrò omnium qui quietem agunt in domo, aures capiuntur melico concentu, ſed qui ad flagitioſam lubricitatem extimulet. Is itidē D in eccleſia Dei non ſilet, neque ſubticeſcit, dum euangelij ſententiæ depromuntur. Nec ab re. Qui enim illic imperat ſilentium, inimicus eſt: idem quoque hic ſuggerit, vt tumultuetur & interſtrepat. Caſtis & bene moratis oculis quam miſerabile ſpectaculum, mulierem non telam ordiri aut deducere penſum, ſed cantillare ad lyram: nõ à proprio viro cognoſci, ſed ab aliis publicam inſpectari meretricem: non modulari pſalmum confeſſionis, ſed cantica concinere ad libidinem prolicientia: non ſupplicare Deo, ſed vltro properare ad gehennam: non ad eccleſiam Dei ſtudioſè cõtendere, ſed & ſecum alios inde auocare. Huic inuiſæ ſunt lanæ: deducere verò ſtamen renuit, neque nouit tramma, ſubtegmen ſiue filum intorquere, ſed neque ſi ſciat, vult. Cum temulentis eſt eius conuerſatio, quorum ſtudia ſedulò affectatur & colit. Reuera iſti telam ordiuntur araneã Quaſi ad ſtamen quoddã ſedeant, ſic manus ſuas fidibus citharæ in ordinem redactis admouent.

Gehenna [illegible] Syriace ſonat infernum.

Et centrum citharæ, quaſi radium textoris huc illuc crebriùs transferendo, ne lineam quidem demùm oſtendunt rectæ actionis. Artium etenim E quæcunque ad vitam hanc traducendam ſunt neceſſariæ, finis ipſe ſpectandus exponitur oculis mortalium: vt artis lignariæ, ſedes, ſcamnum ſiue ſubſellium: architectonices ſiue ſtructoriæ, domus & ædificium: artis compingendarum nauium, ipſa nauis: textoriæ, veſtis, toga, ſtragulum ærariæ aut ferrariæ, gladius. Earum autem artium quæ pendent à ſtudio vanitatis, ceu ſunt citharistica, ſaltatoria, ars inflandi tibias & aliæ eiuſmodi, mox vt deſiit actio, ipſum ſe declarat opus, idque prorſus iuxta apoſtolicam ſententiam, quorum finis interitus & perditio. Hæc ſanè dicta ſunto aduerſum eos qui per immodicam molliciem, totos ſe dedunt deliciis præter ientaculum, prandium & cœnam, ſiue continuè: aut certè in eos qui diebus hilaritatis & lætitiæ, puta nuptiarum aut conuiuiorum accuratius conquirunt & adhibent tibias, citharas & tripudia ſaltationéſque, quando nihil horum à nobis requiſitum eſt: quippe qui diuina nos docente ſcriptura didicimus indignationem promotam F eſſe aduerſus iſtiuſmodi ſtudia & vitæ conuerſationem. Timore igitur impendentium malorum, flagitioſam hanc vitæ veſtræ conſuetudinem deinceps permutate in melius. Sed & ſi qui indolem dictorum atque intelligentiam diligentiùs excutiant iuxta aliam acceptionem, vtique licebit aliud quiddam elicere, quod magnopere iuuet animas noſtras. *Ait enim, Væ qui conſurgunt mane, & perſequuntur ſiceram, expectantes veſperam.*

Hæc [illegible] habes apud [illegible]

[illegible] apud priſcos [illegible]

Hoc eſt,

Hoc eſt, Væ his, qui ad excutiendas ignorantiæ ſuæ tenebras per introductionem ad Dei cognitionem, exorto eis ſole iuſtitiæ, vice priorum iniquitatum ac totius impietatis nuncupantur religioſi & eccleſiæ Dei adnumerantur: & iſti ſinunt ſe opprimi vitiis carnis ſic, vt videantur omnem rationis vſum à ſe excuſſiſſe & ab omni virtute prorſus defeciſſe, perinde atque hi quorum mens per ebrietatem obſcurata eſt. Tales planè vt mi-
A ſeros deflet ſcriptura, qui poſt acceptam Dei doctrinam ſe dedunt ebrietati vitiorum omnium propagatrici. Nouit ſiquidem eſſe qui ſe abſque vino plerunque inebrient, quum dicat. Væ qui ebrij eſtis, abſque vino. Quemadmodum enim vinum ſi infuſum fuerit corpori pluſculum, quàm neceſſitas exigat aut ferat bibentis virtus, ſuapte natura conſueuit rationi offundere teoebricoſam obſcuritatem: ita & affectus concupiſcentiæ aut triſtitiæ, aut iracundiæ, expugnata ſemel ratione, efficiunt amentes quos occuparint. Miſeri igitur, imò ter miſeri qui non initio ſolùm ineuntis vitæ ſe immerſerunt voragini temulentiæ, ſed in ea perſiſtunt, aduſque veſperam, hoc eſt, vſque ad *retinacula vitæ, vltro ſeipſos dedentes improbis affectibus. Vno quidem veluti modo, illuminatio quæ ex cognitione Dei proficiſcitur, ſemel inſerta cordibus, dicitur mane ſiue matutina lux. Sed enim iuxta alterum modum, conſtituta iam & perfecta ratione, vitam ipſam auſpicamur rationalem. Secundum verò vtranque acceptionem, tenebræ & nox priorem vitam inſinuant, ſiue ratio nunquam perficiatur & anima immer-
B ſa imprudentiæ, ratione deſtituatur, ſeu quòd acies mentis profunda caligine obuelata ſe abalienarit à Deo. *Væ igitur, qui ſurgunt mane ad ſectandam ſiceram.* Hoc eſt, Qui paulò priùs ſtultitiam vitio adoleſcentiæ inuectam à ſe excuſſerant, pro eo quòd vſu iam vigente rationis præditi debuerant conſtanter luctando euincere vitioſas animi affectiones, ab eis euerti ſe ſinunt & eaſdem velut ebrietatem quandam conſectantur. Iſti planè miſerrimi, qui ineunte primum vita & eadem demum deſinente nullum imponunt finem iſtiuſmodi temulentiæ. Porrò non vna eſt iſtorum ebriacorum differẽtia. Et hi quidem deſierunt ab ebrietate, mox vt diluculaſcit: alij autem pauxillo minùs quum ad eam acceſſiſſent, finem fecerunt: alij verò diutiùs multò eam prorogarunt. Bonum igitur fuerit, vt à ſomno experrecti affectemus ſobriè viuere ac ſanctè: vt digni efficiamur qui ingrediamur ſancta, non vinum, non quicquid inebriare poteſt, bibentes. Scriptum quippe eſt, Et loquutus eſt Dominus ad
Leui. 10. Aaron dicens, Vinum & ſiceram non bibetis tu & filij tui tecum, quando ingreſſuri eſtis in tabernaculum teſtimonij. Naturæ enim humanæ per-
C moleſtum eſt, & difficile ad rectitudinem reuocare id quod per ſe immoderatum eſt: optimum iuxta parœmiam, *poſterior nauigatio, ab ebrietate exurgere, vbi primum diluxit dies. Eorum autem qui immorantur exhauriẽdis calicibus vini ac ſedulò inquirunt, vbinam celebrentur compotationes, horum inquam, mens ſic ſolicita circa horum ſciſcitationem, non poteſt inſpicere opera Domini, neque opera manuum eius contemplari: ſed ad modulationem citharæ & pſalterij totam ſe extendit ad ſectandam ebrietatem. Vtriuſque inuentor fuit Iubal, qui ex genealogia ſibi conuenienti, nempe ex Cain prognatus ſcribitur. Ait enim ſcriptura, Accepit enim Lamech ſibi vxores duas. Nomen vni Adda, & nomen alteri Sella, Et peperit Adda Iubel. Hic erat pater habitantium in tentoriis, * paſcentium iumenta. Et nomen fuit fratri eius Iubal. Hic auctor fuit pſalterij & citharæ. Iſtiuſmodi citharæ ac muſices fuit amantior Laban, qua cum optauerat dedu-
D cere & comitari honoris gratia generum ſuum Iacob. Si enim indicaſſes mihi, emiſiſſem te cum lætitia, cũ muſicis, tympanis & cithara. Sed enim patriarcha auerſatus eam muſicen, vt quæ impedimento ſibi futura eſſet ad inſpiciendum opera Domini & ad conſyderandum opera manuum eius. Quin etiam Nabuchodonozor regnante, in dedicatione imaginis, ad vocem reſonantium, tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalterij, ſymphoniæ, omniſq; generis muſicorum, populi quidem & tribus & linguæ in humum ſe demittebant: qui verò longiſſime erant, nec ſuſtinebant bibere vinum babylonicum, quique menſæ regalis delicias execrabantur, hi ne procidérunt quidem aut adorarunt imaginem, ſed contempto omni potentatu mortalium ipſam vim ignis diſsiparunt. Quòd ſi peccatum eſt, non inſpicere opera Domini, nec cõſyderare opera manuum eius: ſuſtollamus oculos noſtros & * libros qui de opificiis ſunt operũ Dei, déq; eximia pulchritudine creaturarũ, introſpiciamus contemplantes quàm aptè & concinnè reſpondeat à ſe conditis author vni-
E uerſæ generationis creaturarum. Quódque inuiſibilia Dei à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur, hæc fortaſſe ſenſilis creaturarum apprehenſio dicta eſt Viſio: intellectilis autem notio ſupra mundanorum ſpirituum appellata eſt intelligentia. Ob eam cauſam dicit ſcriptura eos opera Domini non aſpicere, hoc eſt, ne ad hæc quidem, quæ vel aſpectu ipſo ſentiuntur, oculos attollere. Et opera manuum eius, non cõſiderant, hoc eſt, arcana quadam vi intellectus nõ exquirunt: vt quæ inuiſibilia ſunt, apprehendant. Nomen τῆς πρωίας matutini diluculi, quo fiat illuſtrius nobis & explanatius: ſciendum, quia à tenebris regreſsio eſt, ſiue eius qui vitio adoleſcentiæ priuatur vſu rationis, aut certè πρωία dicitur eius qui ab ignoratione Dei reuocatæ animæ inditur primarius aditus ad cognitionem veritatis. Hæc ſubinde colligere poteris ex prophetis de mane ſiue matutino tempore aut diluculo quò præſens ſententia dilucidior fiat, cuiuſmodi eſt iſtud, Emitte mane prophetas. Et illud, Mane exaudies vocem meam. Illud item, Mane adſtabo tibi & aſpicies me. Et, De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus. Et, Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. Et illud, In matutino interficiebam omnes pecca- F
tores terræ. Et illud, Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Qua igitur ratione, beneficẽtiæ Dei erga homines exhibitæ cõueniebat, vt mane prophetæ mitterẽtur? Quia ſcriptura omnis quæ à Deo proficiſcitur ad nos, qui ipſius voluntatẽ exaudire poſſumus, vtiq; venit non ea exprobrãs quæ quis admiſerit per inſcitiã puerilem: ſed quæ nuper geſta ſint naturali prudẽtia & cognitione ad diſcretionem boni & mali. De his

igitur ſcriptura loquitur, quia ſimul vt ij velut obiter & per tranſennam ad intelligentiam aſpexerint rei propoſitæ & quadantenus oculos animæ extulerint à prioræ ignorantia, vt nonnihil irradiationis exciperet ac ſplendoris, verbum Dei ſimul oculos cordis ſubiret præſcribens eis quæ & agenda & commendatione eſſent digna. Intelligentiæ huic conſentanea ſunt quæ ex Pſalmo deprompſimus. Mane exaudies vocem meam. Et, Mane aſtabo. Nox enim quandiu obſiderat animam noſtram, niſi prius exoriatur ſol, non poteſt exaudiri à deo. Anima autem poſtquam repurgata fuerit ab ignorantia quæ de Deo eſt, poſtulationes ſuas offerat, in ſplendore iam conſiſtens rationalis diei & ſpiritualis, Deum enim habet à quo exaudiatur eius vox. Ob hoc ait: mane aſtabo tibi & videbis me. Nam ſi adſiſtere voles Deo: vide, ne cupiam rei malitioſæ interſis, ſed fac quæ Moſi præſcripta ſunt. Tu autem adſiſte coram me firmus, ſtabilis & inimotus ſide, adſiſtens ipſi, vt dignus habearis qui contemplére multiplicem veritatis ſpeculationem. Adſtabo tibi (ait) & videbis me. Quandiu enim quis contemplatiuus fuerit eius pulchritudinis quæ in iſtis viſibilibus conſpicitur, phyſicus appellatur & phyſiologus. hoc eſt, naturæ indagandæ ſtudioſus & iam cognitæ interpres. Verùm vbi quis ea mente tranſcendens, ipſi adſtiterit Deo, poſt perſpectam eius cognitionem: quodammodo, quæ ſunt omnia, ei videntur pulchra eſſe & valde bona, & à pulchritudine quæ in creaturis conſpicitur, ad illud quod modis omnibus pulchrum eſt & amabile, ſe mens ſurſum rapit, vbi viſio nata eſt conſpicuam ſe & ſpectandam exhibere ſolis animabus à contagione peccati expurgatis. Tunc animus vbi promouit ad ea vſque quę indaginem tranſcēdunt & cognitionem rerum naturalium, eóque à nonnullis vocantur μετάφυσικα, ſpectator talium effici poteſt. Quando igitur, ait: Tibi adſtabo, & ei quæ de te eſt, ſpeculationi viciniùs acceſſero: tunc in integrum reſtituat ac reſpirabo per contemplatiuam actionem illuſtratus lumine tuæ cognitionis. Sanè quod dictum eſt, concinit huic ſenſui: Cœli enarrant gloriam Dei, non quòd vocem edant ſenſorio organo aurium noſtrarum perceptibilem: ſed quia animus aſſuetus exercere ſe ſcripturis quæ de opificio ſunt & conditione mundi, vbi perſpectè cognouit vniuerſa aſpirare ad cœlum arcano quodam naturæ affectu, quaſi per hæc vocem edant, tum addiſcet magnificentiam gloriæ eius qui cœlos condidit. Ad hoc etiam promouet nos propheta & excitat dicens: Surſum aſpicite oculis veſtris & videte quis inſtituit hæc omnia τὸ ἀναβλέψαι, aſpectus ſurſum verſus innuit ſublimem & de ſublimibus contemplationem, & quòd mens per viſibilium ſubtilem animaduerſionem cognitioni propinquat rerum omnium opificis. Illud proinde de nocte & antelucano tempore ſurgere ad Deum, tale quiddam nobis inſinuat, vt quum nox præceſſerit, dies autem appropinquarit, ſicut in die etiam decenter & honeſtè ambulare incipiamus, à nobis excutientes opera tenebrarum, nempe multimodam ſpeciem comeſſationis & ebrietatis, cubilium & impudicitiæ, tunc enim dicere illud poſſumus: De nocte euigilat ſpiritus meus ad te Deus. Adhuc rem ipſam explanat illatione. Quid eſt, quod in eo creat antelucanum tempus aut diluculum? Quia, tantiſper dum terram incolimus, lux mandata tua ſunt. Lux planè ſiue lucerna mandata ſunt tenebras ignorantiæ diſcutientia. Etenim præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Quod autem in centeſimo Pſalmo dictum eſt, Quia in matutino interficiebam omnes peccatores terræ: id liquet prorſus dictum eſſe obſcuriùs, quod aliud ænigmate inſinuet. Non enim eò dictum eſt, quaſi vnoquoque diei initio manus ſuas contaminarit hominum ſanguine. Non hoc indicat ſcriptura. Id enim præterquam quod nulli non colliqueſcit, eſt etiam incredibile & abſurdum. Quo enim pacto vnus potuit ſingulo quoque diei diluculo, manu propria dedere neci omnes peccatores terræ? Neque enim vnus poterat ſimul omnibus euadere ſuperior, quando tam multi à rectitudine exorbitabant. Eſtne hoc veritati conſentaneum? Etiam ſi bello eos euiciſſet, num vno diluculo ad vnum omnes ſimul interemiſſet? Atqui non poterat vnus ſua manu, vnoquoque tempore antelucano ipſos perducere ad internecionem. Quid igitur innuit hoc: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem? Ipſi quiddam exaudiamus, quod intelligentiæ dictorum propiùs conueniat: vt ne videamus coarguere voluiſſe eloquia prophetarum, quod neutiquam fas eſt. Ciuitas Domini, cœtus eſt humanæ conditionis: peccatores autem eius nō alij aliqui ſunt, quàm ij de quibus ait ſaluator, quia ab intimis, nimirum à corde exeunt cogitationes malæ, inuidiæ, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, & his ſimilia. Qui tales ſunt, hos vocat peccatores terræ, quippe qui conſentiente terrena carne euadunt tales. Nobis proinde cōſulit propheta, vt quàm citiſsimè mutati conuertamur, noſque pœniteat prioris vitę, nec malis mala accumulemus. Quemadmodum enim qui funes nectunt aut plectunt iunceas ſtoreas, vt quod ſupereſt ex ſuo cœpto contorqueri, conſumatur, alterum ei annectunt & interſerunt, quò longior euadat & augeatur. Pari modo, qui in profundum malorum feſtināt ſe protrudere, priuſquam priori peccato ſit impoſitus finis, adoriuntur ſecundum. Rurſus huic alteri aliud continenter coaptant. Atque ita prorſus, vita quæ per peccatorum gradus progreditur, aſſimilis videtur funiculo cuipiam contexto & in longum protracto. quippe quæ & quod priùs cœperat connectere, retinet: & quod ſemper adeſt, coaptat & adiungit ad ſimilitudinem præcedentis: Ob hoc ait: Væ, qui attrahitis peccata, quaſi funiculo longo. Sententiæ iſtius intelligentiam mutuemur & * ab exemplo. Sit vnus aliquis propenſus & alacer ad peccatum explendæ ſuæ lubricitatis. Obſerua, quæſo, per quot quantáve aſciſcit ſibi & attrahit peccatum luxuriæ. Primum quidem, ſuum ipſius corpus ad eundem modum ſimulat & componit. Et crines quidem hoc modo ei circuntondentur, taliter verò veſte amicitur, & hac quidem non qualicumque, ſed quæ ſtudio quæſita ſit & faciat ad elegantiam, ad zonam vſq;, demiſſa vſque ad ſoleas. Per hæc

Collatio cirgæ.

παράδειγμα.

hæc oſtentat ambitioſam & ſuperfluam curam ac ſtudium ſuæ honeſtatis. Deinde ſuppeditat pecunias, vt vel earum pretio redimat fruitionem pulchritudinis iſtius ſcorti. Ad hæc, preſſiùs cogitat, quas ſibi pronubas conciliet, veriùs lenas. Verba adornat quæ faciant ad corruptelam, ex compoſito ſibi inſtruens ac parans occaſiones amatorij congreſſus, compotationes & conuiuia, prolixas confabulationes. Per tot tantóſque conatus quantiſcunque intermedij occurrunt, ſibi accerſit tandem flagitium proſtitutæ pudicitiæ. Hic eſt qui attrahit peccatum, quaſi funiculo longo. Deni-

A que vt ſemel dicam, malitia omnis quæ in proximum non fortuito quidem & obuio caſu perficitur, ſed conſultò & inſidioſè præcogitatis molitionibus è longinquo conſummatur, funiculus iſte eſt in in longum exporrectus, per quem homines ſibiipſis attrahunt peccata longiſſimè licet deſſita. Certè ad hunc modum hi funiculi quantalibet longitudine extendantur, perquàm difficiles ſunt ſolutu, ob vigorem peccatorum confirmatum conſuetudine peccandi, quiq; inuoluunt ſe vehementer peccatis crebriùs repetitis. Eam obrem addit, Et • tanquam iugi fune aut corrigia vitulæ. Vincula enim quibus iugum alligatur temoni, non facilè diſrumpuntur, licet à fortiſſimis iumentorum paribus attrahantur, multáque violentia ad ſe pertrahant non leuia onera. Scriptura proinde vim intendit ac robur addit acrimoniæ correptionis, dum infert lorum, reſtim ſeu funem iugi eſſe è vitula. Hoc eſt, à fortiſsimo animali, quod non cedit labori, neq; fatiſcit aut im-

B becilliùs redditur diuturnitate temporis. Væ igitur iſtis, qui molitiones quaſdam diutiùs præcogitatas ſtudio exercent ad peccandum & eaſdem obſtinatè ac fortiter perficiunt. Sed enim non incongruè adaptari poſſet Chriſto dicenti his qui in vinculis ſunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini. Vincti enim ſimul atque egreſsi fuerint domum carceris & tenebris exuti è portu pœnitentiæ oculos extulerint ad verum lumen, iam ſequuntur Chriſtum, confitẽtes quidem, ſed vincti manicis, quouſque permutatis operibus digni habeantur, qui ab ipſo eximantur manuum vinculis, quæ vincula eatenus creduntur nulli hominum vitari poſſe. Qui verò ad ſe attrahunt peccata, nec Dei iudicium verentur ſed contemnunt: plerumque ſua opinione feſtinantiùs properant quæ interminatur ſcriptura, quòd per eas ſe non ſinunt perſuaderi nec eis obſequuntur, ſed dicũt. *Citò appropinquent quæ faciet, vt videamus: & veniat conſilium ſancti Iſraël, vt ſciamus.* Sed enim funiculus hic in longum porrectus, peccatum ad ſe attrahit procul licet diſparatum & diſſitum. Liquet enim eos talia dicere, qui de venturo ſeculo fidem à ſe reiecerunt, & comminationes per ſcripturam intentatas aſpernantur. Qui

C enim horrendum illud Chriſti tribunal reformidat, & ad memoriam reuocat quæ à iuuentute admiſit peccata, qua fronte is ſic contemptim audebit properare ad iudicium? Res hæc in contrarium abit. Tempus etenim efflagitat per gratiam ſibi præſtitui aliquãto diuturniùs, ad hoc, vt ſuam animam expurgare poſsit & abſtergere ab omni eluuie peccati. Nam quòd iſti nulla perpenſa ratione ad futura illa feſtinent, argumento ſunt Achitophel & Iudas, qui quòd iudicarent præſentia mala his quæ ſuccedent eſſe atrociora, & opprobrium hominũ intolerabilius cruciatu gehennæ, maluerunt vltroneam mortem ſibi conſciſcere laqueo. Neque enim ſi acquieuiſſent integræ fidei de futuro illo ſeculo, vitam ſuſpendio finiſſent. Quinimo licet etiam vitæ iſtius calamitates tuliſſent impacidiùs iuſto, decernentes tamen apud ſe futura ſupplicia præſentibus longè eſſe formidabiliora, his vtiq; malis quæ patiebantur, adiecisſent, qualis erat & Iob, quum diceret: Vtinam meipſum poſſem • manu conficere aut deprecatus alterum qui mihi faceret hoc. Hiſce

D enim verbis oſtenditur, quàm eſſet intolerabilis plaga. Cæterùm timor & circumſpecta cautio aduerſus hoc ſuum conſilium, ipſum conſeruauit. Siquidem condemnatio debita homicidis, his impendet qui vt è vita emigrent, inferũt ſibi vim. Siquidem apud Paulum inuenimus dici ſolitum à quibuſdam illud: Faciamus mala, vt veniant bona. Porrò conſilium eiuſmodi ſtudio præcogitatum arbitramur funiculum eſſe grauis alicuius peccati attractiuum. Id enim in confeſſo eſt factũ eſſe per multam morum peruerſitatem & Iudæorum animos talis inceſsit ſententia. Nam quando inualeſcente peccatorũ multitudine expectabatur euentura ſtrages & internecio hominum, dicebant: Agedum, faciamus mala & menſuram iniquitatis quæ demum ſupereſt, adimpleamus: ita vt nulla ſuperſit præſentibus reconciliatio & vniuerſa in meliorem ſtatum redigantur. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: qui po-*

E *nitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponitis dulce amarum, & amarum dulce.* Sanè perfecti eſt viri, nimirum eius qui habet ſenſoria organa, diuturna aſſuefactione exercitata quibus diſcernere queat indolem atq; naturam boni ab eo quod malum eſt. Probati inſuper trapezitæ eſt, quod eſt bonum, id retinere: abſtinere autem ab omni ſpecie mala. Is verò qui habet facultatẽ animæ diſcretiuam & rerum æſtimatricem in corruptam, de vniuſcuiuſque meritis teſtimonia reddit inter ſe euariantia, id quod quibuſdã videtur eſſe multæ dexteritatis & agilitatis erga humanam naturam, ſic circa vnumquemque approbare quæ contraria ſunt veritati. Atque vtinam iſthæc diſſonantia ad eos ſolos perueniſſet, qui ſuis ſcriptis docent ſe eſſe à fide alienos, qui audent profiteri ſe eſſe pares ſcribendis de vnaquaque re libris omnèmque vim operatoriam (& hoc quantum ad ſe attinet) in dubium reuocant, ceu cum dicunt ſolem nigrum eſſe, quòd corpora obfuſcet & obducat nigredine, (quibus cùm ne diutiùs congrediare familiariter.) ſuúmque dogma de retentione aſſenſus per iſtiuſmodi inductiones mo-

F liuntur & confirmant, quibus fit, vt ſenſus iſtis paralogiſmis captus res ipſas non apprehendat, quales ſuapte natura ſunt: ſed oculis per ludificationem picturæ in fraudem inductis. In collo aurem columbæ nonnunquam Contrahunt etiam alios colores, vt vnum in locum id animal conneniat, viſu vnà permutante ſuas ſpecies & habitus ad coruſcantem radium. Eam ob rem, quum animum intendiſſent iſti cognitioni rerum quæ ipſo oculorum aſpectu apprehenditur, neque ſtatuunt diem eſſe, neque pro confeſſo admittunt noctem.

In Pyrrō[illegible] la- pidum.

[illegible] inuentor Pyrrho Vnde lauratum Do. Quã multos Pyrrhones habet noſtra hæc ætas?

noctem. Denique ex conſeqoeotia iſtius dogmatis ad impietatem prolabuntur. Neque enim ſi hæc rerum vniuerſitas Dei prouidentia gubernetur, an temere feratur: inter ſe certò conſtituunt. Videre præterea liceat multos eorum etiam qui fidem cõmodarunt ſcripturis & legalibus & propheticis, reclamantes huic coutentioni de Dei prouidentia erga vnumquemque, veriſimilitudine perſuaſos aduerſus efficacem Dei operationem: ita vt veritas in digerendis dogmatibus de-

A bilitetur ac fluctuet. Cæterùm iſti quidem credere ſe confitentur in Chriſtum Ieſum, deprehẽduntur tamen in ipſa ſcripturæ iotelligentia, inque eadem ſententia non vſquequaque perfecti: ſed ad diſſentaneas opiniones abripiuntur & fidei modis omnibus contrarias. Et hi quidem propter ſimplicitatem & vulgarem locutionem, alij rurſus nec pauci cupientes ſuam multis oſtentare ſcicotiam, per auiditatem cumulandæ pecuniæ, perque inanem gloriam, quaſi verò ſapientes iſti ſint alios præcellentes ſcicotia. Eam ob rem referta ſunt omnia ſententiis inter ſeſe pugnantibus & iis qui dogmata tradant reclamantia ſuiſmet authoribus. quando ſinguli quique ſuo dogmati tuendo obſtinatiùs inſiſtunt, & quæ diuerſæ partis ſunt placita, perrumpunt vi vt euertant & confutent acerrima verborũ velitatione. Optarem ſanè ego, vt qui inſolentius ſe venditant obſeruaſſe apoſtolicam doctrinam & velut per manus ab illis accepiſſe prædicationem Euangelij quaſi ſuccedaneam, id ipſum exhiberent per ſuorum dogmatum concordiam, quandoquidem iſti eccleſiam Chriſti quæ vna eſt, in partes ſcindunt. Nec ſolùm ad ſcientiam rerũmque notionem iſthæc turbela peruẽnit, ſed & vſque ad opera. Si-

Attẽdite Lutherani & videte hæc.

B quidem ſunt viæ viri quæ videntur rectæ eſſe: nouiſſima tamen earum reſpiciunt in profundum inferni. Et, Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua, & impius qui permanet in malitia ſua. Etenim ſi quid eſt quod difficilè ſpeculemur & perſpiciamus, in hoc genere fuerit vera iuſtitia. Eóque Salomon hæc eidem numero connectit ceu paria & eiuſdem ſortis, dicens: Animaduerte parabolas & obſcurum ſermonem, verbaque ſapientũ & ænigmata: Vt intelligas iuſtitiam veram, & dirigas atque adminiſtres iudicium. Vtique multi vt aliena corradant per rapinam, peruerſa & à linea rectitudinis exorbitantia pronuntiant iudicia, ante plenam cauſæ cognitionem (quæ ſufficienti ratiocinatione & diuturno examine peruestigata deprehenditur) de vnoquoque dogmate ſuum aſſenſum cum faſtu præbentes, citra iuſtã probationem ac temerè. Natiua indoles ac virtus artis Dialecticæ credita eſt hæc præſtare poſſe. Equidem naturas eorum quæ facta ſuot, diſtinctè

Eccleſ. 7. c

Prou. 1. a

C diuidit: quę congenera ſunt, facit vt dignoſcas: vtque diſcernas quæ ſunt contraria. Quamobrem is qui conſcius erat ſe tenere diuinam hanc dialecticen, dicebat illud: Oblectet te ſermocinatio mea. Iſtorum enim Dialecticæ, qui toti rixoſiùs incumbunt & veluti graſſantur conteotioſiùs ad rerum cognitionem, prorſus inamœna eſt & inſuauis, nimirum ad indignationem prouocans. Porrò tres quum ſiot rerum inter ſe compugnãtium coniugationes, lucis & tenebrarum boni & mali, amari & dulcis: hæc ne vnũ ſint in ſubiecta

Vera Dialectices ἐγκώμιον.

Sophiſtica dialectices ſugillatio.

materia, ac à ſe ſecundum cuiuſque genus diſparata: vt paucioribus expediam, liquet malum, cõſtitui nequitia & morum peruerſitate: quod autem honeſtum, definiunt eſſe bonum ac laudabile. Rurſus, Tenebræ aër eſt luce priuatus: è diuerſo, lux eſſentia eſt diſſolutiua tenebrarum. Adhuc, Dulcedo quidem placidus nitor eſt ac ſuauitas ſenſum virtute guſtandi præditũ demulcens & edulcans dulci quopiam humore aut ſucco: cõtrà, Amaritudo eſt quod guſtatum exacer- D

Malitia. Bonitas.

Tenebræ. Lux. Dulcedo. Amaritudo.

bat organum guſtandi. Sanè hæc iuxta ſimpliciorem intelligentiam vſque adeò à ſe diſparata ſunt & ſeiuncta. Quare igitur ſic deſipienter lucem ipſam nominatim dicis tenebras, perſiſtens in profunda noctis caligine? Et quum ipſe to oculos habeas circunfuſa caligine tenebrarum obſcuratos, ſic es animatus, quaſi lucis plenitudine illuſtréris? Quis autem guſtu rei amarulentæ malè affectus, tanquam exhilaratus dulci quapiam illecebra voluptatis, frontem exporrigit & lætitia perfunditur? Proinde ſenſilis hæc corporis pulchritudo cui non cogoobilis eſt & coospicua, is modò habeat * oculos? Ipſe enim elegans decor vltro ſe accommodat paſſim obuiis, fortuitò ablatus ac naturali quadam attractione, per partium corporis conſentaneam inter ſe proportionem, vnà cum emicante præſtantia coloris. Quinetiam ipſa turpitudo ſuapte natura à ſe auertit ſuos ſpectatores. Verum non videtur ſcriptura loqui de his quæ ſenſoriis organis percipiuntur. Quòd ſi præceptum Domini lucidum illuminaos oculos. Et, Lucerna pedibus iuſti eſt ſermo Dei: qui vitam ducit non ſecundum dictamẽ virtutis, hic ſi circunuolutus fuerit perturbationibus profectis à concretione corporalis mate-

** Neque enim cæcus [illegible] de coloribus.*

E riæ: profectò ille eſt, qui vitam malitiæ tenebris adopertam complectitur & chariſſimam habet, velut lucem, & idem eum qui iuxta præceptum Domini ſuam inſtituit vitam, auerſatur tanquam quaſdam tenebras. Quúmq; eloquia Dei dulcia ſint iuſti faucibus & ſuper mel ſuauia intellectuali eius guſtui, iſte ea faſtidit, quòd apud ſe iudicet obſeruationem mandatorum eſſe operoſiorem, ex animo autem acquieſcit parabili ac nitidæ voluptati: talis aſtruere poſſit quod amarum eſt, eſſe dulce: & quod dulce eſt, amarum. Sanè ſecũdum hæc liceat & de bono ſentire. Nam quod verè bonum eſt, idem in anima quæ ad paraodam virtutem afficitur, conueniẽtem habet & adæquatam proportionem. Virtus enim mediocritas quædã eſt & æquabilis proportio. Quæ autem vtraque ex parte excedunt virtutem ipſam, exceſſus & defectus dicuntur, nimietas ſiue redundãtia & turpitudo. Exempli gratia, Magnanimitas ſiue for-

Finitio virtutis.

F titudo mediocritas quædam eſt: exceſſus autem circa eam, eſt inconſulta temeritas: defectus verò huius, timiditas. Itaque pulchritudo quidem animæ eſt conſentanea eius proportio ſecundũ virtutem. Ipſius autem turpitudo, vitia per malitiã ei ingeſta citra modum ac temperiem. Tales igitur ſcriptura aſtruit eſſe miſeros qui malitiã conſectantur ac probaot vice bonitatis: à virtute verò profugiunt, tanquam ab improbitate. Proinde cauſa in quæſtionem ponenda eſt, & venit exquirendum cur in commemoratione boni adiectum eſt illud, λέγοντες dicentes: in commemora-

Quæſtio.

tione

tione lucis & dulcedinis, non item additum eſt, dicentes, ſed τιθέντες poneotes. Væ enim, qui dicũt bonum, malum: & væ qui ponunt tenebras, lucẽ: & væ qui ponunt dulce, amarum. An fortè ſcriptura declarat, quia per primam inſtituendæ vitæ optionem ſeu electionem, ſolo ſermone dëetramus & prolabimur in errorem: in ipſis autem cõſtituti nequitiæ operibns, quando edocti experieotia oon iam à malo abſtioemus, quaſi nobiſi-

A pſis præſtituimus metas quaſdam talium operũ, pooentes iſtius nequitię opera fore nobis immota. Qui enim à ſtudio cooſectandæ luxuriæ & voluptatis noo ſe tranſpooit ad temperantiam, vtiq; ſibi ponit quod amarum eſt, dulce. Qui item per euangelium qualemcunque guſtum vitæ delibat, certa autem deſtinatione eligit vitam prorſus pecuinam & totius expertem ratinnis, ſibiipſi teoebras ponit pro luce. Qui certè quidem iſtis patrocinatur & qunm indecoris operibus inuoluatur, de eis impudentem & licentioſum texit ſermooem: hic eſt qui & dicit quod bonum eſt, malum: iuxta Apoſtoli ſententiam rèprebendẽtis eos nõ ſolùm qui faciuot ea, ſed & acriter ſe iofenſum eſſe declarat his qui cõſeotinnt facientibus. Rurſus, pooit lucem, tenebras, qui lucemã ponit ſub modio, aut ſupellectilem domeſtico vſui neceſſariam recõdit ſub candelabro. Dum quis ſuaipſius tradit * dogmata, eáque pooit io commune pro conſuetudine operandi, vtique dicit quod bonũ eſt, malum. *Væ qui ſapientes eſtis apud voſipſos, & coram vobiſmet * ſcientes.* Sanè quadrant hęc non his modò qui per operationes exorbitant à

*Quæ improba ſunt intelligit. *

B rectitudine, ſed & conueoiunt eis qui incredulitate detineotur & ignoratione fidei quæ eſt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Qui eoim non credir io veram illam lucem, ſed ſeipſum cõſtituit diaboli filiũ, hic dicit lucem eſſe tenebras, & tenebras lncem. Quemadmodum igitur lux eſt Dominus: ita eſt & dulcedo ſuauitatẽ & oblectationem omni iucunditate animi reſertam prębens his qui excuſſa à ſe ignorãtia io ipſo ſuot renati. Quamobrẽ qui deguſtato eo expertus iam eſt dnlciſſimam eius & ſuauem fruitionem, dicit: Guſtate & videte, quia ſuauis eſt Dominus. Itaq; qui ooo credit in Domioum Ieſum, quod dulce eſt, dicit eſſe amarum. Qui autem non credit in Dominum, is nec aſſentitur natiuæ indoli veræ illius pnlcbritudinis, neque cootemplatiooẽ ipſius recipit. Noo enim in conciooa & apta membrorum proportione, noo item in excellenti quopiã colore qui emicans & efflorẽſceos in ſuperficie corporis ſpectantibus creët iucunditatem: ſed ſola mente & ea excellenter perpurgata, præcellẽs illa diuinæ oaturæ dicta propriè pulchritudo appreheoditur, iuxta Pſalmum dicentem: Specie tua & pulchritudine tua. Quiſquis igitur ſuæ mẽ-

C tis oculo non excipit coruſcos fulgores diuinæ illius pulchritudinis: talis dicit quod bonum eſt, eſſe malum. Nimirum oegatione huius, aſſentitur cootrario ipſius. Quia eoim Domious eſt lux, prorſus ſequitur eius aduerſarium eſſe renebras. Quia dulcis eſt veritatis natura, cooſtat meodacium eſſe amarum. Dum oegatur Deus, vtique aſſeoſus præbetur eius cootrario. Ex quo igitur participatio nulla eſt iuſtitæ ad iniuſtitiam, nulla communio luci ad teoebras, oulla cõſenſio Chri-

ἢ ἀσεβεῖ, impio.

ſti ad * Beliar: diſpeſcenda ſunt hæc & ſecernenda ab inuicem. Sanè magna opus eſt & exacta atteotione, vt ne dum putamus nos eſſe tanquam lucem, ipſi circunueniamur captioſis ratiocinationibus ab eo qui ſe transfigurat in angelum lucis: oeque opinionem de dulcedine conceptam, quæ in ſpeciem eſſe apparet in amaritudine nequitiæ, noſtro reſtimonio comprobemus, oeu aſtipoleotur voluptuoſæ & genialis vitæ cõſectatoribus, neque ſi anima eò redigatur, vt ſeruiat

** Pro βελίαρ lege בליעל: Belial, abſque iugo, peruerſus.*

D pulchritudini corporum, exiſtimemus, hac in re ſitam eſſe indolem veræ pulchritudinis. *Væ qui ſapientes eſtis inter vos ipſos & coram vobiſmet ſcientes.* De his qui tales ſibi videntur nempe intelligentes & ſcieotes, quum aliqui tales nou ſint, poſſuot hæc dici, quandn oec intelligentia præditi ſunt, nec rerum peritia. Poſſunt tameo & de his quidem iotelligi, qui re vera penes ſe obtinent gratuitum hoc donum intelligentiæ & ſcientiæ: atqui non depromunt in communem aliorum vſum. Sapientia enim occulta & theſaurus iouiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Qui igitur tales penes ſe recooditam detioent ſcientiam, oõ item eam exerunt in conſpectum aliorum, quaſi ſi quis apud ſe defoſſum talentum occuluit: imò ne in coóſpectu quidem Dei habetur rerum ſcieotia præditus, quando is ſcientiæ dooo abntitur, non ad gloriam Dei. Tertia inſuper poteſt ioduci acceptio iſtorum intelligentium & ſcientium ſe à Deo habere. Et hi quidem tales licet, norint ſe eam obtinere gratiam, Dei dnno: cauſam tamen iſtius beneficentiæ onn io Deum re-

Eccl. 20. d

E ferunt, dum iſti apud ſemet intelligentes & coram ſeipſis ſcientes, ſi qua laude digna geſſeriot, ſibiipſis aſcribunt, aduerſum quos nonnibil dicendum ſe offert. Et quidem, Quid habes, quod non accepiſti? Quod ſi accepiſti: quid glotiaris, quaſi noo acceperis? Et illud, Niſi Dnminus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Intelligentia eoim dicitur quaſi ſequax quædam dexteritas & pnmptitudo aoimæ è veſtigio cogeotis in voum res ipſas quas tacita cogitatione conceperit, quæ & nata eſt ceu feoiina, cogitationes noſtras in vnum contrahere ad iuſtam perfectionem. Intelligeotia eſt velox quidam ac ſolers mentis diſcurſus, ceu indiuidua comes cogitatione apprehendẽs quid cuique rei proprium ſit, deceatve. Scientia autem habitus eſt in ſeipſo ratam babeos certitudioem, nec vlla ratione mutabilis eſt. Sciens verò qui comprehenſionem ſpeculationum (quæ ad cooſequendam beatitudinem magnopere conducũt) quadantenus ad habitudioem vſque & iocoocuſſe iam in ſe contioet. Ait enim ſcriptura, ſapientiam eſſe ſcieotiam diuinarum & humanarum rerum & talium rationum. Iam quando Chriſtus,

Intelligentia finitio.

Altera.

Scientia finitio

Sciens in ſacris literis.

F ſuapte natura ſapiens eſt, hinc eum aſſerimus ſapientem qui ex participio Chriſti, in ſapieotia quadantenus promouit. Intelligens autem is eſſe noſcitur per abſolutam perfectionem ſeminum eius quæ in nobis eſt, intelligentiæ. Sciens verò qui vbi comprehendit commentationes cõtemplationi accommodas & mirè adiuuantes ad aſſequeodam beatitudinem, ſecundum boc pro habitudine iam & ſolidiùs io ſe eas contioet. Io Exodo autẽ iouenimus oraculum à Deo redditũ

Siue, ipſa ſubſtantialis ſapientia.

Sapiẽs quis

Intelligens

Sciens.

Exod. 11. a ſicut legitur apud 70 quos & ſequor.

pro

pro architectis: Impleui eum ſpiritu diuino ſapientiæ & intelligentiæ & ſcientiæ. Quamobrē, væ intenditur ei qui originem & cauſam indultæ ſibi intelligentiæ ac ſcientiæ non tranſcribit Deo. Nemo igitur ſibi vendicet tanta hæc, vt ſe ſcientem eſſe profiteatur aut dicat intelligētem, at neque ſapientem. Nam quando ſapientia, ſcientia eſt diuinarum humanarúmque rerum: eam ſi habes, acceptam refer originem cauſamque ſpiritui ſancto. Egredietur enim virga de radice Ieſſe, & A flos de radice aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, Spiritus ſapientiæ & intellectus, & quæ deinceps. *Væ qui potentes ſunt in vobis & bibunt vinum: & potentatus qui miſcent ſiceram.* Et lex quidem vſu vini & ſiceræ interdicit ſacerdotibus mox ingreſſuris ſancta, pariter & his qui vocantur Nazaræi, vt dictum eſt in Numerorum libro, ſub hac verborum ſerie: Et loquutus eſt Dominus ad Moſen dicens. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos. Vir ſiue mulier qui magno animo votum vouerit, vt ſanctificet ſanctificationem Domino: à vino & ſicera ſanctificabitur. Acetum ex vino & acetū ex ſicera non bibet. Et quæcunque fiunt ex vua, non bibet. Et vuam recentē, & vuam paſſam non comedet omnibus diebus voti ſui. Ex omnibus quæcunque fiunt ex vinea, vinum per expreſſionem vinaceorum vſque ad acinum nunquam comedet omnibus diebus voti ſanctificationis ſuæ. Salomon itē in Prouerbiis, Principes qui iracundi ſunt, vinum non bibant: vt ne poſtquam biberint, obliuiſcantur ſapientię. Adminiſtros enim verbi diuini decet, necnō eos B quorum fidei concredita eſt prouida hominum ſolicitudo, vt prorſus ſibi interdicant ab his quæ noxam adferunt præcipuæ facultati animæ nimirum menti. Siquando enim pluſculum vini meracioris nec diluti aqua corpus ſubierit: quaſi tyrannus quiſpiam, feſtino curſu contendit ad arcem & ab eo ſummo vertice ingerit animæ & excitat tumultus irrequietos, à nulla legitimi mandati tranſgreſſione ſibi temperans. Quin ipſam primùm omnium, rationem ſimul atque redegit in ordinem ancillarum, omnem denique diſtinctarum partium animæ ornatum atque ordinem eruditione comparatum confundit & permiſcet ſuiſque turbelis præcipitem dat. Riſus cōcit planè indecoros, vocem obſtreperam ac tumultuantem efficit, excitat iras temere conceptas, effrenes concupiſcentias exuſcitat, extimulat ad inſaniam vſque, & ad inconceſſam omnem atque illegitimam voluptatem. His de cauſis viderint magnates, vt ne vinum bibant, ſiue is cui principatus quiſpiam concreditus eſt, & reipublicæ moderatio, ſeu iſti qui per ætatis florem in vigore vegeto conſtituti ſunt corporis. Tales enim qui na- C tura ſunt, ad conſectandam voluptatum illecebrā propendent: ſi quando pluſculum vini acceperint * impetum, ceu flammam quandam excitant & in ſublime attollunt, materia ampliter ſuppetente iis qui vtuntur. Minimo nanque conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta ſiue * examen patientur. Eam ob rem, Væ eſt potentibus iſtis, quibus noxam vinum & ſicera ingerunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo repetitur. Tibi itaque credita quum ſit diſpenſatio ſacramentorum, ſermo ſapientię, ſcientiæ vis, tu autem errabundus per ora oculóſque mortalium circunfers animam vino immerſam, qua non iuſta ratione te lamentatur Propheta ac deplorat? Penes enim te quum ſit fortitudo ſpiritualis, tu eam iſta vini immoderantia imbecillem reddis. Et qualicunque tandem ſuccubuerit quis perturbationi animæ, videlicet per ebrietatem inductus in emotionem mentis vitioſo illo affectu innatam ipſi, talis vtique dicitur bibere vinum & temperare ſibi ſiceram, quod nomen D nouimus ſua interpretatione innuere τὴν μέθην ebrietatem. Ratio enim quum euicta fuerit ab affectu turbulentæ ebrietatis non periode eſt cōſequens ac ſi alia affectione ſe ingerat animæ à triſtitia, à timore, à voluptate & concupiſcentia. Nos itaque potentes, quorum fidei demandata eſt ſolicitudo, vt populo præſideamus, etiamſi quadantenus hoc vitio euadimus ſuperiores, videamúrque imperio rationis ab ebrietate nobis temperare, illi frenum iniicere vi rationis: ne ſic tamen à cæteris vitiis ſeiuncti ſumus extra omnē aleam miſeriæ. Ambitio enim & honoris & principatus, grauis eſt ebrietas: intoleranda ebrietas, inuidia. Hypocriſis, peruicax eſt temulentia. Detractio aduerſus proximum, vehemens eſt ebrietas. His affectibus inebriata ſemel anima obliuiſcitur ſapientiæ. Nihil enim ſic obturbat & confundit contemplationem ſapientiæ, vt hæc improbanda affectio, omniſque ſpecies peccati. Quo autem pacto qui ſapiens eſt, poteſt idem eſſe iracundus? Ait enim ſcriptura nondum immobilem eſſe circa tales animæ affectus: quin de eo ediſſerit, qui quadantenus iſtis & mediocriter tāgitur, quemadmodum & aliis in locis dicit, Inſipiens ipſo eodem die enuntiat iram: ſapiens au- E tem per partes conſeruat eam. Dicit igitur iram in futurum tempus recondendo, proferre tādem eam pro iudicio rationis, aurigæ in morem, paſſionem ipſam moderantis, quo ſenſu dictum eſt illud: Iraſcimini & nolite peccare. Dominus verò perfectiora conſtituens, dicit vt eam iræ perturbationem in totum excindamus, non item vt nos ipſi expectamus vindictam. *Væ, qui iuſtificatis impium, pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis.* Perſpicua eſt hæc ſententia eos condemnans qui pro tribunalibus conſidentes per amorem erga mammonam, labefactant quidem & peruertunt rectitudinem iudicij: in tuam autem ſententiam pedibus eunt, ô ſordida merces corruptrix iudiciorum. Et quidem impio nomen iuſti tribuentes, eum qui iuſtus eſt, condemnant iniuſtitiæ. Ratio enim præoccupata ſtudio cumulandæ pecuniæ, ſtatéra eſt iſtis ſuo pondere momentum lancis deprimēs eius qui peior eſt. Studio igitur propenſiore nobis ipſis attendamus, ne quem fortè impium aut hominem aut certè F doctrinam iuſtificemus, fauore erga nos, gratia aut munere quopiam demulcti, aſſentiendo talibus, nequando ſuccumbamus intentatæ iſtis & inſtanti miſeriæ. *Propter hoc quemadmodum comburetur ſtipula à carbone ignis & comburetur à flamma * effuſa, radix eorum perinde ac lanugo erit, & flos eorum quaſi puluis aſcendet. Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth: ſed eloquium ſancti Iſraël exacerbauerunt.* Sermo hic interminatur peccatorum radices eſſe conflagraturas & in

Eſai. 10. b & de Nazaræis Nume. 6. נזיר *ſeparatus, ſanctificatus. μεγάλως εὔξηται.*

Prou. 31. a

** ἵζαλμα, perinde ἔξαμμα, incendium.*
Sapien. 6.
** ἐταςήσονται.*

Mammona, diuitiæ pecunia. Syrum eſt pariter & punicum. δωροληψία

ἀνειθήσεται.
** ſiue reſoluta.*
** χνοῦς & κονιορτός*
צבאות *exercituum militarum.*

& in ſordem ſeu lanuginem extenuãdas, florémque ipſorum, quaſi puluerem in ſublime aſcenſurum. Quæ nunc inferuntur, expendamus conſentaneè ad præinducta. Quum enim ſuperiùs diſſeruiſſet de his qui immodico vino ſunt vſi, & aduerſus eos diſceptaſſet qui acceptione munerum peruertunt iudicia: nunc demum pronuntiat radices talium comburendas, perinde ac ſtipulam ſiue ſtramentum à carbone ignis. Siquidem calamus ſiue arundo planta eſt imbelli radice conſiſtens ac nitens, extima quidem ſuperficie glabra & gracilis, internè verò inanis eſt. Quòd autem inæquale habeat incrementum, qua parte ſe tollit in altum & adoleſcit, frequentibus intercipitur geniculis, quòd infirmæ virtutis ſit, adeò vt planta hæc non queat æquabili proceritate ſuccreſcere, ſed opus habeat intermedia quapiá refocillatione qua ſuffulciatur: ob hoc etiam geniculum tribuit illi natura, ſupplendo defectui virium. Mox enim vt aliquantum prono in terram capite & obliquato ſe inclinat, dein ſuſtollit ſe & ſtat, & ita ſi diuturna mora perſtiterit, efficit geniculum. Deinde rurſum vis eius confirmata vſu illius geniculi, quaſi certo gradu quopiá ac fundamento, iterum ſe terram verſus reclinat & deprimit. Et ad eum modum calamus ſiue arundo plantam hanc refocillatam geniculorum vi perficit. Tales ſunt qui per adminiſtrationem rerum mundi iſtius illuſtres euadunt & conſpicui. Ingredientes ſuper carioſum ac putre fundamentum & iuxta internum hominem vacui vitam traducunt ſuam vná cum inæquali prorſus diuerſitate negotiorum mundi huius. Propter hoc, quemadmodum comburetur ſtipula à carbone ignis: ſic & deurentur radices eorum à flamma effuſa ſiue

B diſſoluta. Carbo enim ignis originem ducens è terra, poſt tranſitum flammæ in craſſiore permanet materia. Qui igitur inter iſtas animæ commotiones viuunt, vtique peculiarem habent ſuarum perturbationum ignem, quemadmodum & diues ille intus habebat cauſam quæ illum deureret & ſiti prorſus areſaceret. Quamobrem vinum bibentibus perinde ac violentis interitum comminatur per exuſtionem. Iam quando iudices acceptis muneribus detorquent iuſtitiam, ait & radicem ipſorum combuſtum iri flamma diſſoluta, radicem videlicet vocans cupiditatem pecuniæ ſiue auaritiam, de qua & Apoſtolus ſententiam tulit, Quia radix omnium malorum eſt auaritia. Ab radice tali, cuiuſmodi florem conſentaneum eſt ſuo aſcenſu emergere? An qui compar ſit & aſſimilis pulueri ſuapte natura inſtabili, inque aërem euanescenti ac diſperſo? An non potiùs, vt quemadmodũ puluis excitatus ab obuiis qui & officit organo reſpirationis, vitæque noſtræ

C molitur inſidias: ad hunc modum ſe habet plus acquirendi cupiditas à qua erumpunt flores auaritiæ, ceu ſunt, violenta extorſio ſiue rapacitas, iniuſtitiæ, mendacium, calumniæ, alia inſuper quæcunque iſtius ſunt malignæ radicis germina, vtique exitialia vitæ noſtræ & ſpiritualem animæ mundiciam interpellantia? Quis eorum fuerit fructus, non admodum curauit dicere, ſed quis ipſorum flos. Malitiæ enim germina in ipſa germinatione imperfecta cócidunt. Siquidem mox vt erupit primus flos, euaneſcit pullulatio & intercipitur. Vidi enim impium ſuperexaltatum: & tranſiui, & ecce non erat. Atqui iuſtus tanquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, aſſiduo deflexu vitæ irrigatur: peccatoris autem radix comburetur, eiúſque flos, vt puluis aſcendet, propterea, quòd noluit obſeruare legem Domini Sabaoth. Quinetiam τὸ λόγιον reſponſum Dei ſiue oraculum & eloquium diuerſas exprimit appellationes Domini: eam ob rem Propheta de eiuſmodi oraculo tanquam animato ait: Oracu- D lum Domini exacerbauerunt. Lex enim, viua: & Verbũ Deus, nempe vnigenitus Deus, per quem facta ſunt omnia. *Et iratus eſt furore Dominus Sabaoth in populum ſuum, & iniecit manum ſuam ſuper eos, & percuſſit eos, & exacerbati ſunt montes & facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio viæ. Et in omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius excelſa.* Peccatum eorum qui pro poteſtate agebant, atque potentatuũ viam præſtituit iræ à Domino promotæ aduerſus populum. Ob hoc, priore loco dixit: Væ qui præpollent inter vos, quique ſunt potentes, deinde ſubnectit, Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuum, quippe qui imitatione præſidentium erat in peccatis conſtitutus & proinde dignus qui pateretur quas furor & ira Domini irrogaret, pœnas. Eſt autem θυμὸς, feruor ebullitióve ſanguinis circa cor, ab eo ferè nomen accipiens quòd veluti tumor laxus ac mollis circa cor concreuit ex euaporatione humorum. Ira verò appetitus eſt vindictæ. Itaque ſuperior quidem excandeſcentia animi peracrem habet & citam motionem perturbationis: Ira verò indicat fixius hærentem & prolixiùs extenſam expletionem cóceptæ triſtitiæ. Proinde religioſum ſit ac pium neutrũ ad- mittere dici propriè de Deo. Tropicæ enim ſunt E iſtæ locutiones. Non enim vlla eiuſmodi perturbatio in Deo eſt, aut vlla ratio accidens & aduentitia qualitas cadere poteſt in eius eſſentiam. Cæterùm actio quidem eiuſmodi quæ circa nos eſt, appellatur θυμὸς, furor ſiue indignatio. Forſan & ira hæc eruditio quædam eſt nobis ſiue caſtigatio perquàm operoſa & plurimùm exhibens negotij. Reprehenſio autem ſiue increpatio quæ cogitationibus noſtris turbelam tumultuantem ſolet ingerere, appellatur θυμὸς indignatio ſiue furor. Etenim Deus eorum mentem confundit ac turbat, quibus indignatur, nec vllo dignatur ſermone, iuxta dictum illud: Quia in furore ſuo conturbabit eos. Qui autem erudiuntur in ira, hi diſciplina cenſentur digni, iuxta quod dicitur. Quia tunc loquetur ad eos in ira ſua. Qui enim reprehenditur ob commiſſa à ſe peccata, is nondũ eruditus eſt: qui autẽ iam eruditus eſt, aliqua ex parte ſe declarat propinquare ſcientiæ. Si igitur eru- F dit quidem & caſtigat ira, obiurgat autem acriùs furor: habet vtique ira quiddam efficaciùs atque vtiliùs furore. Ob hoc & Hieremias: Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore. Non enim dixit. Et non in ira: præterquàm quòd correctio à rectitudine iudicij profecta clementior eſt & commodior ea quæ per furorem proſilit & iram. Correptus enim in iudicio, & ſermone illuſtratus plurimùm vtilitatis accipiet per arcanam meditationem iudiciorum Dei, in hoc vt nihil iam agat citra iudicium diſcretionis

θυμὸς; quod.

ὀργή.

Hier.10.A

ſed vt cuncta conſummet ad libellam ſani & incolumis iudicij, ita vt ij ipſi cogitationes habeant iudicio diſcretionis confirmatas, iuxta quod dicitur: Cogitationes iuſtorū, iudicia. Iudicij enim tempore, quando manum ſuam populo iniecerit & montes exacerbabuntur, declarante Verbo ipſo, quia creatura omnis concutietur ſimúlque irruet ad vltionem expetendam de peccatoribus. Quemadmodum enim & in plagis Aegyptiacis vndequaque eos adoriebatur bellum, ab aëre, à terra, ab aqua: ſic & modò quum iniecerit manum ſuam in populum Dominus, vt elidat & diſ-
A ſipet eum, & montes exaſperabuntur, morticina autem populi, vt ſterquilinium per ignominiam ac dedecus in medio viæ iacentia conculcabuntur. Mihi nūc rogites, velim & obſerues iſtos qui in peccatis conſtituti, toti immorantur negotioſis vitæ huius curis & interim ab aduerſariis poteſtatibus miſerè conculcantur, à quibus Domini ſermo ſe aſſerit non auerſurum indignationem propter cor impœnitens: ſed adhuc manere manum excelſam. Id eſt, ad expetendam de eis vltionem in ſublime porrectam. Manus nomine caſtigatoriam innuit & punitiuam poteſtatem, ſecundum illud B. Iob: Manus Domini tetigit me. Et in hoc eodē, diabolo dicente manum mittendam in Iob, quo tempore punitus eſt: Non etiam, ſed mitte manum tuam & tange oſſa eius. *Leuabit ergo ſignum in nationibus procul* * *& prope, & ſibilabit eis ab extremitate terræ. Et ecce citò velociter veniunt.* Iuxta quidem ſententiam hanc, videri poſſit ſermonis contextus prædicere Romanorum exercitum qui pòſt venit aduerſus Hieruſalem, extrema illa obſidione. In eo enim procinctu bellico, formulæ militares & delectus legionum complebantur ex gentibus tum è longinquo accitis, tum è vicino, nempe ex his quæ citra Syriam & Arabiam. Aliæ inſuper nationes quæcunque adiacent Iudææ, à Romanis ad militiam cōſcribebantur. Porrò quidē τὸ ἐν ἔθνεσι ſignū inquam illud ex compoſito in cōmune depromptum eleuatū eſt in nationibus, hoc eſt ſignū cru- D
cis* eius qui per eam declaratus eſt & deſignatus. Et quidem gentes ad fidem accitæ ſunt: Hieruſalem verò ſubuerſione eſt adæquata ſolo. Sanè illi ita citò ac velociter veniebant, tanta cum propenſione & alacritate ad id bellum proficiſcebantur, vt eis in obliuionem veniret ratio parandi commeatus, ne opperirentur quidē erogationē authoramenti ſeu teſſerā militarē, non item laxamentū vllum aut refocillationem deſiderabant, & nec ſe exuebant militari habitu. *Pedes equorum ipſorum quaſi ſolida petra reputati ſunt, rotæ curruum eorum quaſi impetus tēpeſtatis. Peracres ira ac dentibus frendēt vt leones: & adſtiterunt, vt catuli leonū. Et vociferabitur aduerſus eos die illa, ſicut eſt vox maris exæſtuātis. Et reſpiciet in cælum ſurſum & deorſum: & ecce tenebræ diræ in penuria eorū.*

Margin notes: * Aldus non habet ἐγγὺς, prope, nec Hebr. — Christi. — Ex Aldino exemplari & Complut. editione hoc ſenſu emendauimus. — * Vel carbunculum, ignitum calculum lapidis.

B

B. BASILII MAGNI

E

ENARRATIO IN SEXTVM

CAPVT ESAIAE.

Et factum eſt anno, quo mortuus eſt Ozias rex: vidi Dominum. Et miſſus eſt ad me vnus de Seraphim. A prima mundi cōſtitutione, ad ſanctos diuinæ illæ virtutes ſemper emiſſę ſunt, quę deciduā ac prolapſionem humanæ naturæ conſtituerent & inſtaurarent. Miſſus igitur eſt ad Eſaiam vnus qui ab eo auferret peccata & à ſordibus expiaret. Miſſus autem eſt, vbi Dominus eum audiuit lamētantem ſuas afflictiones & ærumnas, ſuúmq; peccatū tacito mentis cōceptu confitentē. Dixit enim: O me miſerum, quia compunctus ſum: quia homo quum ſim & immunda habeā labia, in medio populi immunda labia habentis, ego habito. Eadē dicebat & Paulus: Miſer ego homo, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Secundū hæc, quaſi iam conſequutus diuinum ſubſidiū infert: Gratias ago Deo, per Ieſum Chriſtum. Dixit autem illud: O me miſerū, quum
C perſpicuè ſubiiſſet eius intelligētiā regni Dei ſedentis ſuper ſolium excelſum & eleuatum, quiq; adimplet vaſtum hunc mundum gloria ſua. Non enim dixiſſe videtur hoc: O me miſerum priùs, quàm intellexiſſet eſſe Dominū. Sacris quippe literis proditum eſt, quia Abraham, quo tempore Deus ſe illi exhibuit cōſpicuum, dixerit hoc: Ego autem ſum terra & cinis. Ad eandem dicēdi formulam & Moſes eruditus omni ſapientia Aegyptiorum, & (vt par eſt credere) illos exuperans omnes dexteritate ingenij & perſpicacia intelligentiæ, non priùs percepit ſe linguæ eſſe impeditioris & tardiloquæ, quàm à Domino accepto oraculo, ſenſit primùm ſuam ineloquentiā & tardiloquentiam. *Et in manu ſua habebat* * *carbonem quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Qui iudaico ſenſu hanc ediſſerit ſentētiam, dicet vtiq; quia Dominus viſus ſit in loco ciuitati Hieruſalem finitimo, cōſidens in ſolio excelſo & eleuato, & in eius circuitu Seraphim ſtantes. Et quia ex Seraphim vnus ori prophetæ obtulit ignē deſumptum ex altari holocauſtomatum in expurgationem labiorum eius. Atqui nos, qui fidē Chriſti complexi ſumus, ea quæ per legem præſcripta ſunt, cenſemus exemplaria eſſe & vmbras cœleſtium. Domum quidem dicimus vniuerſam fabricam ac cœtum creaturæ, tum ſpiritualis, tum ſenſu perceptibilis. Solium autem eleuatum, Dei F
in omnem creaturam principatum & dominationem. Seraphim verò virtutes mundo ipſo ſuperiores. Quòd ſi (vt imaginaria quadam cōceptione quidam aſſeruerūt) duo cœli hemiſpheria aliqua ex parte apparentia ſuper terram & conſpicua, ſex partibus vtriuſque hemiſpherij, quaſi alis quibuſdam ad iuſtam motionem vtentibus: quo pacto mitti alter eorū potuit, aut ab altero diuelli, quando cœlum ſuapte natura contiguis partibus conflatum ſit & compactum? Atqui vt cœperam dicere, virtutes illæ mūdo ſuperiores, ob præcellentem

lentem ac ſummam puritatem habitæ ſunt dignæ quæ throno proxime adſiſterent. Ex harum collegio vna ad Prophetā venit. Vt enim Deus omnibus licet præſidens nō omnes dignos efficit quos peculiari prouidentia è cœlis deſpectet: at non • particulares illæ virtutes pro impertiendo hominibus beneficio ſuum abnegant miniſterium. Accepit igitur Seraph ille forcipe carbonem ab altari. Tecum reputa, quantæ fuerit amplitudinis altare illud, quod quidem vix adiri poterat, vt ne
A illud auderet Seraph manu attingere, ſed forcipe ignem in manum accepit. Quisnam ignis hic, qui peccata expurgat? An fortè illi congener, de quo dictum eſt, Quia ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne? Quandoquidem carbo ignis etiamnum eſt, ſed ex materia priùs craſſiore & magis terreſtri & in ea permanens. Carbones enim nominantur tunc, vbi floridus ille flammæ aſpectus pertranſiit, qui verſatur circa concretionem craſſioris materiæ & ignitæ. Fortè igitur figuratè innuit Chriſti aduentum in carnem. Ait enim Ioan. Verbum caro factum eſt. Et caro hæc excepta à natura per diuinitatis illuſtrationem, iuxta id quidem quod erat corporeum, ſenſibilis erat: ſecundum verò vnionem eius cum Deo, pellucida erat & radiis diuinitatis effulgens. Proinde illa caro tulit peccata mundi, & iniquitates noſtras perpurgauit, quam velut ænigmate nobis repræſentauit prophetia hæc. Equidem Nadab & Abiu concremati, quòd alieno igne eſſent vſi. Ille autē Seraph è ſancto igne qui erat in altari illo intellectuali veracium holocauſtomatum, accepit carbonem
B non per ſe, ſed protenſa forcipe. Porrò vt declararet ignem illum cœleſtem naturæ eſſe nequaquam exuſtiuæ, ſed expurgatoriæ, ſuſceptum manu ita admouit labiis prophetæ. Huic congener igni & affinis erat qui & in Rubo apparuit, quem vidit Moſes. Imminebat quidem plantæ, nec tamen exurebat Rubum. Forceps autem forſan inſinuat habitudinem & naturæ dexteritatem quæ vnicuiq; ineſt ad ſuſceptionem bonorum à Deo nobis indultorum, ſecundum proportionem propriæ habitudinis ſingulis quibuſq; inexiſtentis ad conciliandū ſibi honeſta opera. *Et audiui vocem Domini, Quem mittam? Ecquis ibit ad populum hunc?* Moſen quidem non interrogat: ſed quaſi eum haberet ad id iam accinctum, ait: Et nunc veni, mittam te ad Pharaonem regem Aegypti. Ad Eſaiam verò ait, Quem mittam? Ecquis ibit: Quæ vtriuſque cauſa eſt? Quia illic quidem mittebatur Moſes pro bono ac beneficio in populum cōferendo: huic autē miniſterium proponitur ad nunciandum res parum amœnas, immo permoleſtas. Quocirca illi quidem mandatū præſcribitur: huic autem famulatus obeundæ legationis in poteſta-
C te relinquitur, propterea quòd nos homines ſic natura comparati ſumus, vt quæ ſemel volentes exequēda propoſito elegerimus, quamlibet moleſta fuerint, tamen eam operoſam moleſtiā deuoramus ac perpetimur. Et hac gratia Dominus vltrò ſe offerentē Eſaiam vult in ſe recipere• functionem iſtius obeundæ legationis. Quódq; neceſſitas vrgeret mittendi, declarauit: tum verò ob propēſam animi alacritatem voluit, vt omnibus innoteſceret perſonam fuiſſe explendæ huic adminiſtrationi accōmodam. Quare Moſes quidē propter ſplendidum & illuſtre genus vitę, accitus eſt ad tanti populi præfecturā, quando deprecatus eſt: Quis ſum, vt pergam ad Pharaonem regem Aegypti, & educā populū de terra Aegypti? Rurſus, Obſecro Domine, inſufficiens nec ſatis idoneus ſum • ante heſternum & tertium diem, neq; ex quo cœpiſti loqui famulo tuo. Iterúmq;, Supplico Domine, delige alium, qui id præſtare poſſit, quem mittes. Eſaias autē tale aliquid quū nihil audiſſet, ſed ſolam edoctus neceſſitatem mittēdæ D legationis, nihil inuitus ſeipſum permiſit Deo, perq; exuperantem charitatem ſe iniecit mediū ſubeundis periculis, nihil ſecum reputans eorum quæ ſibi irroganda eſſent à populo mala. Obſerua autem & exactam diſciplinam & circunſpectā prudentiam dicendi, quæ veridicum prophetam addecet. Duobus enim propoſitis ſermonibus vnica ſatisfacit reſpōſione: Quem mittam, & quis ibit? Ecce ego ſum, Mitte me. Non iam adiecit, Et ego ibo. Siquidem ſuſceptio iſtius apoſtolicæ legationis, penes nos ſita eſt & à noſtro pendet arbitrio: confirmare autem ad profectionem, eius eſt qui infuſione gratiæ nos corroborat, Dei. Itaque Eſaias per id quod electiuæ & liberæ erat voluntatis, reſpōdit: Ecce ego ſum, mitte me. Quod autē erat gratiæ, reliquit Domino, vt qui propriæ conſcius infirmitatis nō eſt auſus polliceri ſe iturum. Audit verò vocem Domini, * non quidem quæ icerit aurem corporis: ſed qua Deus tantùm menti eorum per occultas adumbrationes imprimit conſilium ac decreuit, quibus id velit palam facere. Ineffabili enim virtute quadam informantur conceptione imaginaria, qui mentē habent indiſtractam ac puram externæ cogitationis, quaſi ſi verbum Dei in ſe percipiant ſonum edere, etiam B ſi an veſtigium quidem aut notam vocis excipiat aër, neq; in aurē vſq; transfundit. Deus enim animæ quaſi libro cuipiam ſuam inſcribit voluntatem, quam ob rem dixit Propheta: Ecce ſum ego, mitte me. Ad hoc verò quod continenter ſequitur, ſubticuit. Non enim ſubiecit, Ego ibo, Eiuſmodi enim pollicitatio maior erat & ipſius viribus ſuperior. Quod autem nō temere ſibi per ſe vendicauit, hoc ei Dominus gratuitò cōtulit. Dixit enim ei. *Vade, & dic populo huic.* Sed enim dicens: Ecce ſum ego, fiducia iam fretus, quaſi particeps illius eſſentiæ ſeipſum adnumerat his qui in conſortium venerant illius eſſentiæ. Id autem dixit, expurgatis priùs labiis. Qui autē in iniquitatibus iacet, necdum eius agnitione illuſtratus, qui eſt, non poteſt pro ſeipſo teſtimonium hoc reddere: Ecce ſum ego. Iam quando Deus ſtatuit quidem Apoſtolos primùm, ſecundò Prophetas, ob hoc etiam Eſaias primus apoſtolatus gratiam accepit. Moſes inſuper in Apoſtolis eſt. Veni enim (ait) mittam te ad Pharaonem regem Aegypti. F Exaudit & hanc vocem Hieremias, Ad omnia, ad quæ te miſero, ibis. *Vade, & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis. Incraſſatum enim eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos • oecluſerunt: ne fortè videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.* Sententiam hanc retulit in Actibus apoſtolorum Lucas. *Et miſſus eſt ad me vnus ex Seraphin.* Quòd virtus quædam mundo

Exod. 3.

Exod. 4.

• quiddam hic deſideratum in exemplari.

Exod. 3.

ἀπόστολος.

ſuperior ſit, iniquitatum purgatoria (cuius expiatiuuis adminiſtrandæ functio peculiariter concredita eſt ipſis Seraphin) ſcripturæ exprimũt. Miſſi quippe legũtur hi ſpiritus adminiſtratorij ad nos, qui hæreditatem ſumus conſequuturi ſalutis. Veniũt autem non ſuamet authoritate Seraphin, non item arbitrij ſui libertate nos interui ſunt. Et enim præcipua quidem vitæ functio, quę & ſecũdum naturam actio inſerta eſt eis, vt omni cum
A attentione contemplentur diuinæ bonitatis pulchritudinem, & perenni glorificatione concelebrent Deum. Quòd autem nonnunquam ſeruiãt hominum * conuerſioni ac prouidentiæ, hæc illis actio quædam eſt accidentaria & ex occaſione oblata. Quam ob rem ait: Miſſus eſt ad me vnus ex Seraphin. Non abſimile vero eſt prophetam tum deſcendiſſe ad conſcientiam propriæ impuritatis per labia contractę, quum vidiſſet functionem illam ſpirituum Seraphici ordinis aliud nihil eſſe, quàm vt Deum deprædicarent * ſanctũ. Fuerat enim is loquutus quæ humana ſunt, ſuámque linguam ſubinde inquinarat verbis mundi iſtius concernentibus euanidam vanitatem. Et ea conferens cum laudibus Seraphicis, compunctus eſt: tum quia aliud nihil loquuntur. Tantum eſt, ſanctificationem proclamant diuinæ maieſtatis. Ipſe autem ſæpenumero linguam ſuam occuparat adminiſtrãdis rebus humanis. Quam ob rem dixit: O miſerum me, quia compunctus ſum: quia homo quum ſim, & immunda labia habeam, in medio populi habito immunda labia habentis. Conſimilem in modum Moſes. Is enim etiamſi erudi-
B tus eſſet omni ſapientia Aegyptiorum & dexteritate ingenij ac ſolerti prudentia eos omnes tranſcendiſſet, eatenus tamen non intellexit ſe vocis eſſe gracilioris & tardiloquę, tantiſperdum exaudiuit oraculum Dei loquẽtis. Tunc enim primùm ſuam agnouit infirmitatem. Abraham quoq; quãdo Deus ſe ei exhibuit conſpicuum, tunc profeſſus ſe eſſe terrã & cinerem. His proximè & Eſaias accedit, qui quum vidiſſet ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, contemplatúſq; eſſet gloria ſua mundum habitabilem vniuerſum adimplẽtem, & ſpiritus Seraphicos illam ſanctificationis vocem multo cum tremore expromentes: tunc primùm ſe ærumnoſum ac miſerum appellauit, tunc labiis ſuis agnouit cohæſiſſe immundiciam, quare dignus tunc habitus qui vnius ex Seraphin manu repurgaretur. Obſerua proinde delicta huius nequaquam effudiſſe ſe per omnem improbam operationem & actionem: ſe labiorum ac ſermonum tenus ſolùm conſtitiſſe. *Et in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Quod ad ſententiam hanc attinet in ſpeciem videtur ſenſum præferre de altari templi. De quo Seraph accepit carbonem for-
C cipe in manum ſuam ab altari holocauſtorum. Re autem vera, quoniam ritus ille quo apud Iudæos Deus colebatur, ſubſeruiebat exẽplari & vmbræ cœleſtium, cœleſte quiddam inſinuare intelligẽdum eſt altare illud, nempe locum luſtrandis animabus accommodatum, è quo ignis ille purificatiuus per eas virtutes eximia ſanctitate præditas elicitur. Tali igne cor Cleopæ & * Simonis inardeſcebat, Domino eis adaperiente ſcripturas. Conſimili igne incaleſcit cor ſpiritu feruentium.

* Pro στροφῇ, lego ἐπιστροφῇ.

intelligit triſhagiũ.

Confirmat inductione exemplorũ.

* Pro Simone Ambr. ſcribit [illegible]

Eiuſmodi ignem accepit & Hieremias, quare & dicebat: factus eſt ignis in * viſceribus meis, & diſſolutus ſum vndique. Quòd Seraph ille manu propria contingere auſus non ſit altare, ſed forcipe ſit vſus, quaſi intermedio quopiam inſtrumẽto, præfert & hoc illum exhibuiſſe altari multum honoris ac reuerentiæ. Carbonem igitur ſentiamus eum innuere veridicum ſermonem, qui ad tollendum è medio mendaciũ, & ferueat ignis inſtar & ad reuincendum ſit inſtructus, ſiquidem D
vtrique adiuncta fuerit ex animo efficax virtus operis. Manũ enim illius Seraph intelligere conuenit eſſe facultatem bona exequendi. Eóque dixit. *Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua * perpurgabit.* Exiſtimandum eſt id dictũ eſſe non Eſaiæ ſoli, ſed & omnibus quos tãgit ignitum Dei ac verum eloquium, cuncta demoliens & abolens quæ committuntur præter legem Dei, vt è medio auferat quæ peccando iniquè geſsimus. Excipiamus & nos diuini verbi aduentum, vt ori noſtro iugiter velut aſſidens, nullúmque cedens locum mendacio, labia noſtra expurget, & auferat iniquitates noſtras. Proinde nihil abſurdum fuerit, carbonem hunc ad ſermonis naturam tranſſumere ac referre, iuxta teſtimonium Pſalmi dicentis: Ignitum eloquiũ tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. *Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam? Et quis ibit ad populum hunc? Et dixi, Ecce ſum ego. Mitte me.* Dignum planè eſt hoc, quod in quæſtionem reuocetur. Ecquid tandem eſt, quòd Moſes quidem miſſus deprecatur prouinciam legationis & ſubinde reclamat, eam apoſtolicam fun- E
ctionem obire abnuens: Eſaias autem tanta cum alacritate ſe vltroneus offert ac dedit? Siquidem Moſes nequaquam interrogatur, Quem mittam, ſed in ſe Deus palàm excipit mandatum. Ait enim Dominus, Et nunc veni mittam te ad Pharaonem in Aegyptum, & educes populum meum, filios Iſraël de terra Aegypti. Ex diuerſo Eſaias. Indeciſè, nec deſinito ſermone requirẽte Domino, quis foret idoneus adminiſtrandæ huic legationi, ei obeundæ functioni ſe ſubſternit. Quid igitur ad hæc dicimus? Affectus ſanctorum ſiquando inter ſe contradictorij videantur circa rem vnã & eandem, non tamen repugnant. Etenim Moſes quidem planè nouerat cauſam, cuius gratia mittebatur: quare & extrahebat tempus eratque cunctatior, reſpiciens ad pertinax & inexorabile cor Pharaonis, ſimul & ad contumacem populum, quámque difficilè educeretur. Experimentum enim cœperat Iudaicæ ingratitudinis ac perfidiæ: quando hi quidem ab ipſo beneficiis affecti, eum adegerunt ſibi fuga conſulere, quocirca non ferens eorum malitioſam ingratitudinem, ſecedẽs, ad otium deſerti ſe contulerat, arreptaque occaſione paſcendi greges, turbas ciuitatum fugitabat F
& hominum frequentiam. Eam ob rem ait. Quis ſum, vt vadam ad Pharaonem, & vt educam populum de terra Aegypti? Neque enim Pharao ſinet abire populum, niſi attritus acerrimis malis. Sed & populus eſt perquàm difficilis tractatu. Semper enim obluctatur ac repugnat his qui ſedulò conſulunt eius ſaluti. Sed & quæ deinceps ſequuntur, explanant mentem Moſi. Nam quando poſt vitulum conflatilem, impertiuit Deus famulo

* [illegible]

* [illegible]

mnlo ſuo gratiam, In remiſſinnem peccati illius populi, demnm ait. Vade & deduc in viam pnpulum hunc. Et angelum meum emittam ante te. Quid igitur Moſes? Obſecro Domine, niſi tu ipſe proficiſcaris nnbiſcum, nihil neceſſe nos emigrare hinc. Quę igitur mens & animi ſententia illius viri? Nimirum pnpulus ille ad peccandum erat prncliuior: quare eius præſentia egebat, quem penes eſt poteſtas dimittendi peccata, quod ex-A hibere nequaquam pnſſunt Angeli. De his quidem qui iniquè agunt, expetunt vltinnem Angeli, nnn item condonant delicta, Eam ob rem efflagitat Moſes aduentum Dei. Hunc indicat ſenſum, quod nunc ait: Delige alium, quem mittas. Hoc eſt, qui verus es legifer, ipſe venito, qui ſaluns facere nos potes, qui ſolus poteſtatem habes dimittendi peccata. Ex qun autem nondum aduenerat plenitudo tempnrum & ad aſſumendam à Deo verbn humanitatem, opnrtebat typicis figuris præſignari, ob eas cauſas prophetæ petitio minimè eſt exaudita. Sed enim Eſaias ſimul atque condnnatum eſt ei peccatum, quum dixiſſet, quia in medio populi egn habitn immunda labia habentis, audire promeruit: Quis ibit ad populum hunc. Arbitratus ſe quæri ad eam legationē nbeundam, vt & pnpulus cnnſimili afficeretur beneficin, immodica lætitia perfuſus ſe vltrò offert ac ſubdit, nimirùm vt & illis peccata relaxarentur. Ait enim: Ecce egn mitte me. Iuſta igitur ratinne Mnſes à ſe reiiciebat eam miſſionem, ſed & ſancti huius exprompta alacritas ſimul & reſpōſio ſanequàm tuta fuit & extra aleam periculi pnſita, quippe qui purgari priùs debebat cōtactu igniti carbonis. Quum enim dixiſſet Dominus. Quem mittā, & quis ibit, non iam ſubiecit, Qua-B re & quò ſnm iturus. Nonerat enim quia ad eam actionem opus eſſet Deo cooperante, quamobrē quod liberæ erat voluntatis & arbitrij, hoc Deo ſpnntaneus obtulit: quod autem * opus habebat cōſummatore operis, hoc ſuppreſſit ſilētio. Quo autem pacto exaudiat propheta vocem Domini, à me ſæpenumero dictnm eſt, quia vtique mens qnam tali dignatur gratia, vehementia quadam virtutis imaginatiuæ informantur ad percipiendum ſermonem Dei, virtute diuina his qui digni ſunt inſonante, auribus qnidem non corporeis: ſed qui eum perceptibilem ſonum præcipuæ facultati animę imprimat eorum qui puriore intellectu ſunt præditi, & veluti ſilentio inſcribit eis quos vult, animi conceptus, cuiuſmodi & ad nos tranſmittit auris ſonitu ſenſibili percuſſa ad percipiēdum. Vocem itaq; innatam cordi & quæ intellectu comprehendi poſſet, audiuit: id quod & inter ſomnum apparet fieri. Nonnunquam enim videmur loquentē vnum aliquem audire: ſed non C anditu ſenſitiuo qui per aërem delatus ſit ad auris meatus. Itaq; ad hunc modū loquitur Deus, ſicq; loquentem inaudiunt ſancti. *Vade, ait, & dic populo huic: Aure andietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos * compreſſerunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.* Sententiam hanc perſpicuè & citra controuerſiā Beatus Paulus referens ad tempora Dominici aduentus, recitabat, dum Rnmæ cum Iudæis diſputaret: Bene ſpiritus ſanctus lòquutus eſt per Eſaiam prnphetam ad patres * nnſtros, dicens: Vade ad pnpulū iſtum, & dic: Aure audietis, & nnn intelligetis, & quæ ex ordine ſequnntur. Hæc pntiſſimùm ſententia exprimit & cōfirmat prnphetam velut diuina inſpiratione, ſcitè ac breuiter eſſe lnquutū. Quandoquidē populus aure inaudiit ſermonem Ieſu, nnn item intellexit: videns quæ ab ipſn edebantur miracula, ne ſic quidem videbat quam eſ-D ſent prndigioſa ac ſtupēda. In fnturum enim tempus hæc ſententia quum inclinaret, viſa illis eſt ſubindicare ea quę prædicebantur, referenda eſſe in extrema tempora. Et per hnc declaratur diuini iudicij æquitas. Quum enim dixiſſet Eſaias immunda ſe habere labia, ſimúlque de populo attexuiſſet, Quia in medin populi habitn immunda labia habentis. Prophetę quidem indulta eſt gratia indulgētiæ, pérq; vnum è Seraphim labiorum expurgatin, pnpulo autem nihil ſimile cōceſſum eſt. Neq; enim cnnſimilis affectus tāgebat vtroſque, prnphetā & populum. Ille etenim vidit Dominum Sabanth ſedentem ſuper ſnlium, & his quæ cnntemplatus eſt, accnmmodauit fidem: illi cnntrà videntes adueniſſe Dnminum, increduli perſtiterunt. Ille audirn cnncentu Seraphim intellexit numinis eſſe glorificatinnem: iſti verba exaudientes ſaluatnris, ea non exceperunt. Illius cnr quidem cōpunctum, prnprium agnnuit peccatum, quare & dixit: O me miſerum, quia cnmpunctus ſum: illnrum autem cnr incraſſatum erat adeò, vt ne enrum quæ iniquè geſſerant, vllam in ſe reciperent cōſyderatinnem, neq; adirent eum qui ipſis peccata condonare poterat. Quare ille quidem expurgatus eſt: iſti autem in ſuis dereli-E cti ſunt peccatis, ſicut & ad eos verba faciens Dominus, ait: Quia, moriemini in peccatis veſtris. Forſan vnus aliquis altrinſecus nnbis ſe opponet negans populo illi dici hoc: Dic populo huic, non concedēs prædicta hæc eſſe de tempore ſaluatoris. Fuitne declaratiuum eius populi? Nemo equidem ex præoſtenſo popnlo fuerat vel auditurus ſaluatorem, vel ſpectaturus mirifica ipſius opera. Qua igitur ratione dictum oraculum accommodas ei populo, his inquam qui tantò fuerant futuri ipſo poſteriores propheta? Atqui nns ex aliorum prophetarum verbis facilem admodum excogitabimus ſolutionem tali prnblemati conquadrantem. Dictum enim eſt per vnum aliquem è dnodecim prophetis. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo te cōtriſtaui, aut certè in quo fui moleſtus tibi? Reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo ſeruitutis redemi te, & emiſi ante te Moſen & Aaron & Mariam. Quemadmodum enim qui tunc, ætate * prophe-F tæ erat populns, non vidit Aegyptum, aut deductus eſt per prędictum Moſen: at certè parilis nota infamiæ ei inuritur, quaſi qui ingratus fuerit his in ſe cnllatis beneficiis: ita & nunc congregatio populi qui tēpore prnphetæ huius erat, oſtenditur ingratus. Porrò quæ hic futura præcinuit, euenerunt per ætatem aduentus Domini. Conſuetudo enim ſuapte natura obtinuit in ſcriptura, vt vteretur hac formula dicendi quam nonnulli appellare conſueuerunt * alteraſcentem ſiue permutatoriā: quaſi animo concipiētes & imaginati

Pro ἐργο-ſω, ἐργο-ὑργεῖν.

Act. 28.

Michææ. 6.a.

* ſcilicet Michææ.

* τὸν λόγον ἀλλοιούμενον.

 chnrum

chorum eundem qui tot viris cõflatus ſit, deinde
vno illinc egreſſo clàm & alterò illius locũ ſup-
plente, iam chorus ipſe perſiſtere dicitur. Quòd
ſi ſecundus etiamnum ſe illinc ſubtraxerit, adde
& ſi tertius ſe ſubduxerit idq; crebriùs fit & vno-
quoq; egreſſo alter introductus eius ſuppleat vi-
cem, & hoc choro ſe paulatim ſubalternante. E-
quidem hi licet à ſe ſingulatim diſparati ſint, cho-
ro tamen eadem appellatio & incolumis aſſerua-
tur. Pari etiã ratione ciuitas eſſe dicitur, ipſe etiã-
num exercitus tantundem, ſic per vnumquenque
perſeuerat. Quin & collegio cuiq; appellatio ſua
A conſeruatur. Conſimili ratione nihil nunc prohi-
bet eum populum qui ſuperſtite Eſaia demõſtra-
tiuè conſpiciebatur, fuiſſe eundem qui & adue-
niente Domino, non quòd ſinguli quique perſe-
uerarint, ſed communi nuncupatura gentis. *Et di-
xi, Quouſque Domine? Et ait, Donec deſolentur ci-
uitates, vt non habitentur, & domus, vt non ſint
homines. Et terra derelinquetur deſerta. Et poſt
hæc, longè faciet Deus homines, & derelicti multi-
plicabuntur ſuper terram, & adhuc in ea eſt deci-
matio, & rurſus erit in deprædationem. ſicut Tere-
binthus, & ſicut glans, quando exciderit è theca
ſua. Semen ſanctum erit • erectio columnæ eius.*
τὸ ςήλω-μα. Quãdo quidẽ quæ à Domino expoſita ſunt Eſaiæ,
inamœna erant ac plena moleſtiæ, ſecum reputãs
hoc Dei iudicium inexorabile eſſe, nec poſſe vi-
tari, precatur ſe edoceri quãtum ex eo tunc abeſ-
ſet temporis, quo quidem eos condemnatio hæc
apprehenſura eſſet. Planè liquet hæc referri in
tempora Romani potentatus. Nam quando ſer-
B mones Domini nec exaudire voluerunt, nec be-
nignis oculis intueri quæ ab eodem ſupra huma-
nas vires edebantur, ſtupenda opera: in ſolitudi-
nem redactæ ſunt ciuitates eorũ, ita vt eſſent abſ-
que habitatore, & domus vt iam non eſſent ho-
λιμῷ. mines. Deniq; relicta eſt deſerta, habitatoribus
interfectis • fame, exiliis, captiuitate. Quod autẽ
infertur, quia poſt hæc longè faciet Deus homi-
nes, meo arbitratu refertur ad abalienationẽ Iu-
dæorum à Deo. Ex parte enim contigit cæcitas
pertinax & præfracta, vt plenitudo gentium ſub-
intraret. Ait inſuper. *Sed & qui derelicti fuerint,
multiplicabuntur.* Quinam hi ſunt? An ij de qui-
bus Apoſtolus loquitur: Quia reliquæ ſecundum Rom. 11.a
electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt? Et hi quidẽ mul
tiplicabuntur ſuper terrã: ad hoc, vt deinceps per
omnem terrã ædiſcatur Chriſti Euãgeliũ. Etenim
licet omnis Iſraël non ſit cõſequutus, quod quæ-
rebat, at certè ſecundũ electionem conſequutus
eſt per eos de quibus ait Heliæ, Reliqui mihi ſe- 3. Reg. 19. b. & Ro. 11.
ptem millia virorum, qui non curuauerũt genua
ſua ante Baal. Hi igitur ſunt, de quibus dictum eſt
hoc, Et adhuc in ea erit decimatio. Proinde illud,
Et rurſus erit in deprædationẽ, ſicut Terebinthus,
& ſicut glans, quum exciderit è theca ſua. Hoc di- D
cto (vt arbitror) indicat immutationẽ paulatim
ſucceſſuram à Iudaicis ritibus ad Euangelicã cõ-
uerſationẽ. Rurſus enim etiã iſti erunt ad depre-
dationẽ collecti, ſicut & Terebinthi fructus col-
ligitur, & ſicut præmatura glãs ad collectionem.
Tunc enim exoluitur à retinaculo thecæ ſuæ diu-
turnitate tẽporis percocta & ad maturitatẽ per-
ducta. Et hoc forſan quòd exciderint ab incolatu
Iudaicæ regionis, & ſint quaquauerſum diſperſi:
ob id aſſimilantur glandi è ſua theca decidenti.
Sed & illud, Semen ſanctum, • confirmatio ſiue
erectio columnæ eius, ex editione Theodotionis
adiicitur, nec vſquã eſt apud ſeptuaginta. Operæ-
pretium fuerit animaduertere, quàm ſint hæc cõ-
ſentanea antè traditis. Etenim colligũtur hi quaſi
Terebinthus, & ſicut glans, interea dum fiunt ſe-
men ſanctum in ſtabilitate & conſtantia ſui pro-
poſiti. Pro more autem ſcripturæ non raro hæc
ſibi reſpondent inuicem. Hic etiã oſtenditur vti-
lem eſſe & commodum eorũ finem qui beneficij E
loco plectuntur. Ait enim: Percutiam, & ego ſa-
nabo. Et ipſe mœrore cõficit: & recreat ac rurſus
emendat. Itaq; qui auditu audiunt priùs & intel-
ligunt, & quæ deinceps ſequuntur, perficiunt ad
eum vſq; locum, Donec non habitẽtur ciuitates:
& hi in diſperſionem ibunt, ita vt vix decima pars
populi tandem ſuperſtes ſit ac ſalua, hi quoque
multiplicabuntur iterum, rurſúſq; fructum pro-
ferent, perinde ac Terebinthus & Glans, ſemen
ſanctũ proferentes in hoc, vt perſeuerẽt ſtabiles
ac firmi & in charitate ſuas altiùs defigãt radices.

B. BASILII MAGNI
ENARRATIO IN SEPTIMVM
CAPVT ESAIAE.

*ET factum eſt in diebus Achaz
filij Ioatham, filij Oziæ regis Iu-
da, aſcendit Raſin rex Aram &
Phacee filius Romeliæ rex Iſrael,
in Hieruſalem ad bellandũ con-
tra eam, & nõ potuerunt debel-
C lare eam. Et annunciatum eſt in
domo Dauid à dicentibus, * Cõ-*
• συνεφώνησεν. *ſenſit Aram cum Ephraim, & ſtupore emota eſt anima
eius, & anima populi eius, ſicut in ſylua lignum à vento
mouetur.* Huius ſententiæ ſenſus talis eſt: Duo reges,
• רצין voluntas 4. Reg. 16 Vnus Syriæ, alter Iſraëlitici populi aſcenderũt ad
Hieruſalẽ pugnaturi aduerſus eam, nec potuerũt
• פקח apertens. expugnare eam. Nomẽ quidẽ illi regi Syriæ, Ra-
ſio: regi autẽ Iſraël, Phaceë. Venerũt verò & nun-
tij qui regali aulæ indicarẽt conſenſum regũ Syri
& Iſraël. * Syrus iuxta Hebraicæ linguæ proprie- • שר Syria .i., vel aſſurens
tatẽ vocatur Arã. Iſraël verò nominatur Ephraim,
quod ex ea tribu prodierit Hieroboam qui initio ſui F
regni defecit à Deo. Audito igitur hoc nũtio, ſtu- • ארם Armenia ſiue Syria.
pore vehementi perterritus eſt rex, ſed & audito
hoc rumore vniuerſus populus cõſternat' eſt ani-
mo: & ita terrore cõmotus atq; cõturbatus, vt vi-
deri potuerint aſſimiles lignis ſyluestribus quæ
vehemẽtiſsima aſpiratiõe vẽtorũ hinc illinc agi-
tantur. Sed enim enarratio hæc verborũ, nulli nõ
obuia eſt & aperta. Cæterùm ſiquis perget eandẽ
ſentẽtiã accuratiùs excurere, facilè deprehẽderit
ex his quæ hiſtoriis prodita ſunt, quiddã ad nos &
ad ædificationẽ eccleſiæ pertinere. Qui igitur re-
ges

ges iſti ſint, qui inter ſe conſpirarint: pro virili inquirendũ nobis eſt. Per Aram vtiq; exiſtimo eum quidem exprimere qui ſeculi huius ſapiẽtia inflatus, verbo impugnat ſcientiã Dei. Aram enim ſua interpretatione præfert τὸν ἐπηρμένον eleuatum, ſublimem, elatum. Talis eſt ſermo principum ſeculi huius. Totus aſtronomiæ acquieſcit, motionibúſque aſtrorum, coniunctionibus ac ſignis. Illinc cauſas humanarum rerum dependere aſſerit. Elatus autem eſt is per ſtultam exiſtimationẽ ſui & ſuperciliofam arrogantiam, quam ad nihilum ſolus deducere nouit qui ſanctus ſit ac virtute ſpiritus ſancti ſubnixus, idque ſermonibus veritatis

A elidens omnem altitudinem ſe extollentem aduerſus ſcientiam Dei. Arbitramur autem appellari nomine Ephraim, falſi nominis ſcientiam quæ cõflata eſt per ſuſceptionem ſacrarum literarum, ſed detortam à rectitudine veritatis. Quandoquidem Hieroboam ab ea tribu accepit originem qui primus à ſemine Dauid diſcidit tribus decem & olim Salomonis ſeruus transfuga factus abiit in Ægyptum, ſororémque • Thecemionas vxoris Pharaonis accepit vxorem. Hic vaccas aureas cõmentus eſt & effinxit, feſtóſque illis dies attribuit ex corde ſuo confictos. Quum igitur oratio cuiuſpiam gentilis magnum quiddam inclamans ſe implicuerit hæretico & à veritate aberranti per captioſas & dialecticas argumentationes, tunc Aram dicitur conſpirare cũ Ephraim, deſyderio habens demoliri ſubſtructiones domus Dauid & expugnare locum veriſſimæ Dei culturæ. Haud tamen compos fit præconcepti voti. Non poterit obſidione eam cingere, nec expugnare, quòd Dominus eam propugnet ac tueatur. Sed ne paciſci quidem inter ſe forſan poterunt hi, niſi ſi peccatum

B noſtrum inualuerit & copioſius exundet. Per hoc autem quòd iſti iuxta hiſtoriam in diebus Achaz conſpirarunt, planè oſtenderunt, hanc inter ſe iniiſſe ex compacto conſpirationem propter peccatum Achaz quippe qui nõ fecerit quod rectum erat in conſpectu Domini: ſed filium ſuum conſecrauit traduxitque per ignem. Et quidem immodica ſecuritas turbauit domum Dauid, ſenſúmque eripuit animabus populi eúmque cõpleuit ſtupore ac mentis exceſſu, ita vt infructuoſo ligno aſſimilis videretur ob emotionem eorum animis inſitam per eam turbationem. Talis eſt irruptio & conatus ſceleratè conſpirantium regum aduerſus eccleſias. Sed enim hominum amator Deus quò demulceret promotam turbationem, delegat propheticum ſermonem qui è cordibus populi eum expungeret pauorem, dum dicit: Ne timeas, neque anima tua conſternetur à duobus lignis fumigantium titionum iſtorum. Mihi nunc vide, ſi quam poſſis ex interpretatione nominum anſam vllam arripere, qua fiat, vt quæ loco huic

C congruunt, dilucidius perſpicias. Achaz enim interpretatur κατάσχεσις poſſeſſio ſiue detentio. Ioathan, perfectio ſiue conſummatio, Ioas, Domini ignis, Ozias autem fortitudo Domini. Aram verò (vti dictum eſt) elatus ob circuncìſionem. Sermo igitur ſublimis & elatione turgens pollicetur ſe è diuinis ſcripturis manifeſta prodire. Hunc enim ſenſum indicat • Phacee nomen quod ſua interpretatione ſonat adapertionem, quaſi verò promittat teſtimoniorum è ſcriptura inductorũ

פקח ad aperiens

ex ſe proditurum elucidationem. Quòd autem concors duorum regum conſpiratio initur aduerſus Hieruſalem, illius quidem qui ſapientiam mũdi recipit, huius verò qui promittit explanare ſe poſſe arcana & abſtruſa ſcripturæ loca, id vtique fit per dogmata cum ſenſu ſcripturæ compugnãtia ſermonéſque ſibi contrarios ab his qui ſpe præſumunt ſe poſſe eos intercipere & velut mancipia viliſſima reddere obnoxios ſibi qui ſemel eccleſiaſticam doctrinã ſunt edocti. Senſus hic per ſequentia declaratur. *Conſilium inierunt, conſilium vtique malum Ephraim & filius Romeliæ dicentes: Aſcendamus ad Iudæam & colloquentes eis reuocemus ipſos ad nos.* Sanè ſententia hęc perſpicuè docet, hos ſperaſſe, quia domum Dauid vel ſola perſuaſione & verborum lenocinio ad ſe auellerent. D

Quinetiam condicunt ſe in regem præfecturos filium • Tabeël. Tabeël autem bonus Deus interpretatur. Siquidem his qui inſidias moliuntur & incurſant eccleſias, peculiare eſt polliceri ſe traditurus quæ de filio Dei ſunt, ſyncera dogmata, taliique blandiloquentia ac comitate verborum imponunt ſimplicioribus & in fraudem erroréſque pelliciunt. Quòd hæc ſub tectorio hiſtoriæ ænigmata concernant ſtatum pręſentem eccleſiarum, quæ præceſſit ſententia, luculenter aperit, dicẽs: Niſi credideritis, non intelligetis. *Dixit Dominus ad Eſaiam, Egredere iam in occurſum Achaz tu & relictus Iaſub filius tuus ad natatoriam ſuperioris viæ agri fullonis, & dices ei, Obſerua, vt ſileas & ne metuito, neque anima tua conſternetur à duobus lignis titionum fumigantium iſtorum. Quum enim ira furoris mei facta fuerit, rurſum ſanabo. Et filius Aram & filius Romeliæ, quia conſilium inierunt, conſilium vtique malum Ephraim & filius Romeliæ, de te dicentes: Aſcendamus in Iudæam & cũ eis* E *loquuti auocemus eos ad nos & regem pręficiamus eis filiũ Tabeël. Hæc enim dicit Dominus Sabaoth, Non manebit conſilium hoc, neque erit: ſed caput Aram, Damaſcus, & caput Damaſci Raſin, ſed in ſexaginta & quinque annis deficiet regnum Ephraim à populo Samariæ & caput Samariæ filius Romeliæ. Et ſi non credideritis, neque intelligetis.* Equidem arbitror prophetas nequaquam percepiſſe verbum Dei ſenſili auditu per conformationem aëris: ſed quando animæ intellectu præditæ ſuæ ſuppetunt aures, quæ è ſupernis nunciabantur, citra vllam corporis vocem ad eorum pertingebant notitiam, idque fiebat ſplendore veræ lucis eorum principem animæ facultatem, nempe mentem præoccupante ac ſubſeruiente ad illuſtrationem intellectus prophetarum. Vice autem corporeæ iſtius vocis accipiebant, vt alieni fierent à ſenſoriis organis, perinde ac contenderent è corporeis vinculis emigrare. Etenim quando anima in diuinarum rerum contemplatione verſatur, contrahens ſeipſam ac recolligens ab implexa & multiformi ſo- F licitudine eorum quæ corpus hoc concernunt, dicitur emigraſſe è corpore. Ex diuerſo quum ſe occupat vacatve humanis negotiis aut per neceſſitatem obſequitur indulgentius corpori, aut certè quia nequit ſe amplius extendere ad ea quæ excellentiora ſunt, nimirum ab externorum commentatione ad eorum ſpeculationem quæ ſunt interna, peræquè ſe habet acſi ad do-

טבאל

Ooo 4 mici-

micillum quoddam aut ciuitatem ſe recipiens cõdoleſcat corpori. Ex quo igitur conueniebat prophetam audire Dei ſermones, dictum ei eſt ante omnia: Egredere tu & filij tui. Tale eſt hoc, cuiuſmodi illud & in Geneſi iuxta oraculum primò redditum Abrahæ, Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui. Egreſſio enim longe perfectiſſima aſcenſio eſt ab omnibus corporis voluptatibus quæ quidem nomine terræ explicantur. Sed & fuga à delectatione ſenſiliũ organorum nomine cognationis innuitur, vtque auerſaretur ac defugeret vitam criminibus priùs

A obnoxiam ſtudiis contrariis, quę paternæ domus nomine inſinuãtur. Paulò poſt ſubuectitur, quia de ea terra eduxit eum Deus. Perſpecta enim eius propenſa ad exitum alacritate, ipſe eum ad id quod perfectæ eſt actionis, direxit ac velut manu duxit. Neque enim is tantus erat ac talis qui ſuapte virtute tam arduum opus moliri ac conficere poſſet. Quare & in mandato ſi quidem exiiſſet, pro exitu patrię accipit fruitionis promiſſionem. Eductum proinde edocuit Deus ſuperna quærere, vbi Chriſtus eſt. Præterea Moſes quum ſe ab adminiſtratione humanarum rerum ſubmouiſſet tota mente ſe cõtulit ad diuinorum eloquiorum contemplationẽ, quàm longiſſimè à caſtris militaribus defixit ſuum tabernaculum. Hoc enim factum, vt quiſquis quærebat Dominum, ad tabernaculum egrederetur. Itaque quò quis ſuperior euaſit humanarum rerum anxiis & æternis ſolicitudinibus, hoc & in maiorem rapitur admirationẽ illius tabernaculi, ita vt illic vita ipſius perſeueret conſtabilita & inconcuſſa. Ob id etiam

B nunc vt egrediatur iubet Dominus ad ea prædicendum quæ futura ſunt & quæ à Deo edicuntur, ediſſerendum. Non is modò, ſed & relictus filius eius Iaſub. Quod ad hanc ſententiam attinet per eam inſinuatur vnum hunc filium è multis fuiſſe relictum, quem & ſcriptura nolebat deſtitui moribus paternis, ſed vt cum patre vnà egrederetur ob ea ad quæ prǽhortabatur eum Deus. Nam

וישב* quandò Iaſub interpretatur conuerſio ſiue* conuertens, declarat ſcriptura omnibus nobis qui per pœnitentiam volumus à carnis perpeſsionibus & illecebris exilire, id nos præſtare poſſe, ſi cum propheta recta ingrediamur ad exitum. Iubetur autem conſcendere ad ſupernam viam quà contenditur ad natatoriam piſcinam agri fullonis. Locus hic vtique per hiſtoriam cognobilis eſt & inſignis. Scriptũ quippe eſt, quia miſit rex Aſſyriorum Rapſacen è Lachis in Hieruſalem cũ numeroſo exercitu, ſtetitque hic in aquę ductu piſcinæ ſuperioris, in via agri fullonis. Locus iſti-

C us ſcripturæ forſan in ſe nonnihil complectitur quod nobis inſtruendis accommodum ſit ac faciat ad mores componendos, nimirum ſubindicans nos oportere ab his deſciſcere quæ per ſe vilia ſunt ac repunt humi & ad ſuperna toto nixu contendere, vbi nobis conſtitutis in expurgationem inuenietur aqua & ager fullonis peccatorũ ſordes extergentis, id quod nobis non parũ emolumenti adferet, iuxta illud Eccleſiaſtæ præceptũ dicentis: Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Quin & Dominus oraculo reſpondens Moſi iubet vt populus auditurus loquentem Deum lauet veſtimenta ſua: deſcendens (ait) conteſtare populum & ſanctifica eos hodie & cras & lauent veſtimenta ſua, ſintque parati in diem tertium. Qui autem eo vſque pertingere feſtinat, viderit is vt habeat veſtem nuptialem in procinctu apparatam, vt ne ligatis manibus ac pedibus iubeatur è ſponſi thalamo deiici in tenebras exteriores. Ait ergo. Dic Achaz, Obſerua, vt ſileas. Eſt & hoc nobis perquam conducibile & accommodum, vt cor noſtrum omni cuſtodia conſeruemus. Quum enim fortis cuſtodierit atrium ſuum peruigil & experrectus, in pace ſunt omnia quę poſſidet, qui ſi ſilere norit excuſſo à ſe tumultu, omnique tumultuaria intemperie ſubmota, nihil iam ſibi malè metuit eo timore qui proſilire ſolet è perpeſſionibus animi. Non is iam pauido eſt animo & im- D bellis, ſed ſpiritu fortitudinis obarmatur. Ne ergo tibi male metuas à duobus lignis titionũ iſtorum fumigantium. Indicitur nobis mãdatum hiſce verbis, ne quid malè nobis formidemus per animi lentorem à perſuaſibilibus gentilium verbis, à blaſphemiis ſectariorum, quod vtrunque aliud nihil, quàm ligna duo, verius duo titiones, qui quod in planta genitale erat & viuificum, perdiderunt quidem, ligníque totius robur necid ſolùm: ſed & ſplendorem ac illuſtre lumen ea igne prumanans extinxere facti titiones fumigantes, eos aſpergentes inſigni nigredine & labefactantes quos vel ſemel attigerint. Et iſti ſic ſuos ſermones adornant, vt oculos ſibi proximè adſiſtentium prouocent ad lachrymas. Quòd ſi noſſe vis quantum detrimenti, quanta pernicies à fumigãtibus iſtis titionibus ingignatur animis auditorũ, fac memineris Salomonis verborum dicentis: Si E ſicut vua acerba ſiue acetum nocet dentibus, & fumus oculis: ſic parabola vtentibus ea. Cenſeo quidem vuæ peracris nomine peccatum innui quod ab actionibus nequitiæ proficiſcitur: fumum autem eam interpretor dici noxam quæ ea falſi nominis ſciẽtia proſilit, perſpicacem & diſcretiuam vim animæ confundentem. Ait autem, Quum facta fuerit ita indignationis ſiue furoris mei, rurſus medebor. Hoc eſt, Poſt plagas conuerſionis gratia irrogandas, ſimul atque videro correctionem idoneè ſubſequi, non ſinam eos auſterioribus opprimi ſuppliciis. Hoc perinde ac ſi dicat medicus his qui atrocitate morborum laborant, non vt primùm ſecuero te, ſimul ac admouero cauterium, neque ſectionem tranſmittam, neque neglectim ſinam manere hulcera per vſturá cauterij expurgata. Perfunctus enim ea correctione (ob quam operoſæ & graues moleſtiæ admouẽtur,) tum demum quod reliquum eſt medelæ in- F ducens in integrum reſtituam ſanitati & inſtaurabo. *Et filius Aram & filius Romeliæ quia conſilium inierunt, conſilium malum dicentes: Aſcendamus ad Iudæam & colloquuti eis reuocemus eos ad nos, & regem cõſtituamus ſuper eos filium Tabeel. Hæc dicit Dominus Sabaoth, Non manebit conſiliũ hoc, neque erit.* Sentẽtiæ duæ aduerſantes veritati ſi quando mutua coitione paciſcuntur & conſpirant aduerſus Eccleſiam, tunc filius* Aram ſermo noſter nimirũ faſtu turgidus & elatus ſe erigit aduerſus ſcientiã Dei, & filius * Romeliæ, nẽpe ſermo ex ſuperciliosa & arroganti circũciſione profluens qui præterea in compacatæ ſcientiæ ſimul & oſtentatione doctrinæ de ſublimioribus rebus conſi-

Prouerb. 10.d *ἐπιβλαβής *pro quo Hebræus מחצל ... ſcriptum.*

Confirmat ſanis.

*ארם *... elatus.*

רמליהו *conſilium.*

conſiſteutis ſe diuellit & auocat à veritate eccle-
ſiæ, tunc hi conſilium inierunt, conſilium planè
maliciosum, ſimul alloquuti Iudæos, Hoc eſt, cõ-
fitentem animam. Siquidem confeſsio ſiue lau-
datio Dei• Iudæa denuminatur, quam equidem
nobis pollicemur ad nos ipſos auulſuros veriſi-
mili perſuaſione Dialecticæ argumentationis.
Nec alium quenquam ſe daturũ pollicetur in re-
gem niſi filium Tabeël: hoc eſt, boni Dei quem
profitentur Dei boni filium, ipſum alioqui non
nominant bonum, illa abuſi euangelica ſententia
ad contumeliam & eius iniuriam: Quid me dicis
bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Quando i-
A gitur videris diuerſæ opinionis ſectarius pollicẽ-
tes ſcientiam & ſe inſerre poſſe ſapientiam ex•gẽ
tilium libris hauſtam & eoſdem educentes ſuas
cupias aduerſus eccleſiam Dei: tecum reputa,
quia etiam nunc filius Aram & filius Romeliæ cõ
ſilium inierunt, conſilium inquam malignum &
improbum. Portò aduerſus malignum hoc conſi
lium filij Arã filiiſque Romeliæ (vti expreſsimus)
hæc ait Dominus, quia cõſilium quidem Dei ſta-
bile eſt ac permanens: eorum autem qui aduer-
ſus veritatem conflictantur & decertant, non ſta
bit, ſed cõcidet ac ſubuertetur. Propter hoc ait: *ca
put Arã Damaſcus: & caput Damaſci Raſin*. Hoc
eſt, Superborũ caput eſt execrabilis vir quidã ſã-
guinarius, ſiquidem • Damaſcus ſua interpreta-
tione ſonat ſanguinẽ ſacci. Sanè ſaccus, pœnitẽtiæ
ſymbolum eſt. Qui verò conſperſus eſt ſanguine
& maceratus, neutiquam eſt purus. Equidem acci
pi poteſt pro pœnitentia ſolenni & in more poſi
B ta quæ alioqui vera non ſit pœnitentia, quòd ab
iis fiat qui nequaquã verſantur in dogmatibus ſyn
céris. Caput autem Damaſci eius quæ pura non
eſt pœnitentia, quando macerata & conſperſa fer
mento peccatorum mortalium, ob id Raſin dici
tur, ſymbolum planè eorum penes quos nihil de-
prehenditur ſani & puri dogmatis. *Sed • adhuc ſe-
xaginta & quinque anni, ait, deficiet regnum Eph-
raim à populo, & caput Ephraim Samaria, & caput
Samariæ filius Romeliæ*. Eſt igitur regnũ Ephraim
potentatus quidam & poteſtas vnà cum ſectariis
diuerſæ opinionis, quòd ex ea tribu exortus ſit is
qui Iſraël diſſecuit à tribu Iudæ. Caput igitur
Ephraim • Someron. hoc Samaria. Eſt autem Sa-
maria regio inimicorum quorundam ſanum ſer-
monem depravantium, per hoc quod Samaritas
auocarunt à Iudaiſmo. Sanè quemadmodum Sy-
riæ caput Damaſcus, Damaſci autẽ Raſin: ita Sa-
maria quidem caput Ephraim, Samariæ verò ca-
put filius Romeliæ. Sunt hæc exaggerationes ma
lorum & peracres exceſſus qui verbis noſtris do-
cẽtur, adeò vt impoſſibile ſit concordem talium
conſpirationem præualere aut vllam obtinere ef
C ficacem vim aduerſus eos quibus moliuntur inſi-
dias. *Et ſi non credideritis, non intelligetis*. Opor-
tet certam fidem commodare ſacris literis, quia
Dei in ſe ſenſum mentémque complectuntur, &
ita progredi ad eorum intelligentiam quæ ſcripta
ſunt. Ante omnia enim typi ipſi ſiue eloquiorum
figuræ intelligendæ, ſic vt eorum quę expreſſa ſũt
aſſequare veritatem. Priùs enim ingenua ac ſim-
plici fide credere oportet ſcripturis, quòd à Deo
inſpiratæ ſint & perquam vtiles, Dein ſenſus qui
in eis deliteſcit, ſubtili mentis ſagacitate & ſoler-
ti indagine eſt peruestigãdus. *Et adiecit Dominus
loqui Achaz, dicens, Pete tibi ſignum à Domino
Deo tuo in profundum ſiue in excelſum*. In paulò
ſuperioribus ducetur quidem per Eſaiam, quæ cõ
ueniebat Achaz facere, nempe vt obſeruaret ſi-
lentium & ne ſibi malè metueret à duobus titio-
nibus fumum exhalantibus. Nunc autem, vt do-
ctrina prophetæ obſequẽter excepta diuinũ po-
ſtulet oraculũ. Adiecit Dñs loqui ipſi Achaz. Ipſi
fortaſſe hinc ducemur, quia vnus aliquis diſcipu-
lorum quid adminiſtrando Dei conſilio obſequi
oſẽ ſubſeruit, proficiens poterit tandem excipe- D
re ex ore Dei oracula. Etenim ſunt quidam qui
humana doctrina nequaquam edocti priùs, ſed
Dei reuelatione inſtructi, initio ſtatim tanquam
ſyncéræ mentis putuerint eſſe capaces arcana-
rum demonſtrationum ſpiritus ſancti, cuiuſmodi
erat Abraham & Moſes, Elias & Hieremias nec-
non alij qui illis fuerunt aſsimiles: *Et adiecit Do-
minus loqui*. Hæc appendix ſermonem connectit
præcedentibus. Ordinis enim conſequentia re-
quirebat, vt poſt redditam prophetiam de futura
defectione regni Ephraïm hoc eſt, poſt ſpolia-
tum regnum Iſraëliticum, prædiceret propheta
quemadmodum venturus eſſet Emmanuel per
intemeratam virginem. Quid igitur ſermo hic
ipſi præſcribit Achaz? Pete *ſibi ſignum à Domino
Deo tuo in profundum ſiue in excelſum*. Sanè li-
quet ſignum opus eſſe in ſeipſo retineos rei cuiu-
ſpiam arcanæ & reconditæ manifeſtationem, vt
fuit ſignum Ionæ. Præſignabat enim Chriſti ad in
feros deſcenſum. Ex diuerſo idem aſcenſum re-
præſentat ex mortuis his qui eorum quæ fiunt, in
terpretari valent & eruere myſticum ſermonem. E
Oportet autem ſemper ſignum quod adeſt etiam
ſecundum inſtans tempus animaduertere: rem
autem ipſam quæ per ſignum portenditur, ple-
rumque tribus diſpertiti temporum dimenſioni
bus. Sunt enim & præſentium rerum ſigna, ſicuti
eſt fumus è domo exiliens, ſiquidem index eſt
ignis in ea accenſi. Sunt & præſentia futurorum
euentuum argumenta, ſicut eſt nubium viſus con
curſus futurum prædicens imbrem & in terram
lapſurum. Sunt item præſentia ſigna præterito-
rum, ceu ſunt prunarum ſiue carbonum reliquiæ
indices ſunt incendium & ignem fuiſſe in domo.
Et quidem ſcriptura admirabilia & repræſenta-
tiua cuiuſdam myſtici ſermonis ſigna vocat.
Quid tandem poteſt vſquam admirabiliùs aut
diuiniùs audiri aut ſpectari natiuitate Dei no-
ſtri ex intemerata Virgine? Huiuſce rei gratia di-
citur, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, quòd
nemo alter poſsit exhibere ſignum in profun-
dum ſiue in excelſum. Sanè quiddam, quod ſua-
pte natura ſortitum eſt poſituram ac ſitum in in-
feriore mundi regione, ſicut eſt terra: eſt con- F
trà, quod ſupremum omnium quæ ſubiacent o-
culis, obtinet locum & conſtitutionem, vt eſt
• cœlum. Iam quando Verbum caro factum eſt,
prophetia hæc per hanc quidem particulam, in
profundum, ſignat terram, ipſamque carnem ex
virgine aſſumptam: per illam verò, in excelſum,
indicat verbum illud ſupercœleſte omni prin-
cipatu ac poteſtate ſuperius, eum inquam inſi-
nuat qui in principio erat apud Patrẽ & De• erat
verbum. Aut fortè profundũ iſtud infimas par-
tes

Marginal notes:

• יהודה confeſsio domini ſiue laudatio.

• Origenẽ intelligit, Arrium, Eunomiũ, & cæteros.

• דמשק

• שמרון

Signa tribus temporum dimenſionibus traduntur.

• de aëreo cœlo intelligit.

res inferni deſignat: Excelſum vero ſupercœleſtem regionem, vti nobis repręſentat. Apoſtolus, dicens: Ne dicas in corde tuo, Quis aſcendet in cęlum? hoc eſt Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? Hoc eſt Chriſtum ex mortuis adducere, quandoquidem qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit. Hoc itaque ſignum, In profundum & in excelſum dictum eſt de Domini deſcenſu qui idem vtique aſcendit ſuper omnes cælos. *Et dixit Achaz, Non petam * neque vnquam tentabo Dominum.* Dei quidem donum eximiè eſt opulentiæ, abunde prolixum & perquam liberale. Contra, Achaz vt qui nondum eſſet edoctus quęrere magna, hoc eſt cœleſtia, eóque renuit quærere ſignum, quod id foret humana natura ſuperius, aut ne prætergredi videretur mandatú quod dicit: Non tetabis Dominum deum tuum. Porro ſermones tantis de rebus neceſſariè & perquam vtiliter fiunt regi qui tum imperabat, vt per ipſum quæ futura dicebantur à propheta, in omnes diuulgarentur. Equidem Eſaias fortè nihil impetraſſet fidei per hominum aduerſum ſe inuidiam aut ob reliquam vitæ humilitatem, quaſi is neutiquam à Domino excepiſſet de aduentu Emmanuelis oraculum, ſed id commentitium ex corde proprio confinxiſſet. Achaz autẽ ſic excepit prophetiam futurorum, quemadmodum Laban, Abimelech, Nabuchodonozor, Pharao denique & Caiphas, & hi quidem non propter vitæ meritum, tantum propter auctoritatem ex dignitate ei adiacentem. Non enim reuerentia & religione vlla inductus Achaz deprecabatur ac renuebat petere ſignum. Neque enim principio Deus iuſsiſſet vt peteret ſignum, niſi futurum eſſet ei conducibile. Ob hoc & quæ inferuntur, repręhẽſionem continent aduerſus Achaz. Siquidem ab eo aduerſus ſermonem deflexit in Dauid, Ait enim. *Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum eſt vobis * moleſtiam exhibere hominibus: Et quomodo Domino exhibetis moleſtiam?* Hiſce verbis videri poſsit propheta ægerrimè tuliſſe immorigeram & inobſequentem contumaciam Achaz. Atqui ſententiam hanc explanatiùs exprimit altera editio dicens. Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis Deo? Quónam pacto homo vnus exhibere Deo poteſt agonem ſiue agoniam? Eſt ſiquidem agonia timor ob impendentem ruinam ſiue infortunium. Atqui propheta nullam profitetur in Deum cadere eiuſmudi perpeſsionem: ſed appellatione agonis exprimit habitudinem Dei eis eſſe contrariam qui eius mandatis explendis reclamant.

Propter hoc dabit Dominus vobis ipſe ſignum. Ait ergo, Et ne petentibus quidem dabit, etiam ſi neminem competiat à quo excipiatur, dignum, nihilo ſecius propter prædefinitam diſpenſationem natiuitas quę per carnem futura erat, inquit, quia ipſe Dominus Deus dabit ſignum. Conueniebat enim, vt Achaz intelligeret quæ humana ſunt, non excipere poſſe correctionem, niſi per ſolum Dei verbi ad nos aduentum. Hinc petere iubetur ſignum in profundum ſiue in excelſum. Nam ex quo is ſeipſum indignum petitione iudicabat nempe inexperientia laborans ac rudis inſignium & cœleſtium ſignorum, propter hoc ait, dabit Dominus ipſe vobis ſignũ, non per vnũ aliquem ſeruum, miniſtrum aut famulum dat ſed ſuo ipſius miniſterio, vt per hoc beneficij ſiue doni magnitudo declaretur. Etenim legem ordinauit per angelos in manu mediatoris Moſi, hoc verò ſignum dedit ipſe domui Dauid. Datum autem eſt non iam ipſi Achaz, ſed vniuerſæ domui Dauid. Hoc eſt, Dominus ſecundum carnem, quòd præminebat in vniuerſa cognatione Dauid, idque fauſtum fœlixque nuncium eſt de aduentu Chriſti. *Ecce virgo in vtero accipiet pariet filium & vocabis nomen eius Emmanuelem.* Hoc loco Iudæi reclamant editioni ſeptuaginta, dicentes non eſſe poſitum in Hebræo quod reſpondeat dictioni huic ἡ παρθένος, hæc virgo, ſed ἡ νεᾶνις hæc iuuencula, hæc puella ſiue adoleſcentula, quaſi verò νεᾶνις puella adoleſcens per ætatis florem non etiam poſsit expers eſſe nuptialis thalami. Aduerſus hos ex ſua ipſorum ſcriptura facile occurri poteſt. Signum vtique ſi eſt, demonſtratio eſt rei cuiuſpiam prodigioſæ, demutatæ & à communi cõſuetudine hominum omnino alienæ. Quid admiratione dignum cenſetis, ſi è tam multis vna aliqua mulier cohabitans viro, mater fiat puerulí? Quod ſi is natus fuerit ex voluntate carnis, quánam ratione promerebitur dici Emmanuel? Itaque ſi quod datum eſt, ſignum fuit, vtique oportuit admirabilem eſſe eiuſmodi natiuitatẽ. Quod ſi modus generandi iſtius puerulí fuit communis, ne quæſo dicatur ſignum, neque appelletur Emmanuël. Quòd ſi hæc puerpera non fuiſſet Virgo, quale id promereatur dici ſignum? Et niſi cæteris fuiſſet hæc natiuitas diuinior, quînam dici potuiſſet Emmanuëlem adueniſſe? Nam quod ἡ νεᾶνις puella ſiue iuuencula peculiari nomine dicatur de Virginibus, id per ea quę in Deuteronomio hiſce verbis dicta ſunt, colliqueſcit. Si autem in campo inuenerit puellam quæ deſponſa ſit, & qui vim intulit & cubuerit cum ea, interficite hominem ſolum, at puellæ nihil omnino facietis mali, quia non eſt in puella peccatum mortis. Quia quemadmodum ſiquis homo inſurgat aduerſus proximum ſuum & occidat eum, ſic & hoc factum eſt. In campo inuénit eam, clamauit puella, & nemo adfuit qui auxiliaretur. Itaque hæc quæ ante vim inuectæ corruptelæ clamauit, vtique virgo erat. Id enim vim habet perinde ac ſi dixiſſet: Clamauit Virgo & clamauit iuuencula. Sed & in tertio Regnorum libro * Sunamitis illa quę excalfaciebat Dauid, virgo quum eſſet & virilis congreſſus expers, νεᾶνις vocatur. Inuenerũt enim (ſcriptura ait) Abiſac & attulerunt eam ad regem & adoleſcentula pulchra erat valde & miniſtrabat regi, & rex non cognouit eam. Itaque Emmanuël ex ſancta Virgine exortus eſt quæ dixerat: Quomodo erit mihi hoc, quando virum non cognoſco? Cui angelus, Spiritus * ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Virgo hæc vtique legi purificationis nequaquam obnoxia erat. Scriptum enim eſt * in Deuteronomio, quia mulier quæ ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immũda erit ſeptem diebus. Ipſa autem quum citra copulam ſeminis facta ſit mater Emmanuëlis, puta vtique permanſit, ſancta & intemerata. Et quando primus Adam non ex viri ac fœminæ congreſſu proceſsit ad ortũ, ſed è terra formatus eſt: vltimus Adã, vt veteris illius cõ-

taginnem

Margin notes: [illegible] — * ἀγῶνα pro ἀγωνίαν, anxietatem mærorem. — Signum de futuro. — 3. Reg. 1. Quærant Domino noſtro regi νεᾶνιν παρθένον adoleſcentulam virginem Sunamitidem [illegible] שונמית — * ἀγῶνα Domino. Leuit. 12.

A B C D E F

regionem corruptelámque inſtauraret ſua nouitate, corpus aſſumpſit in virginali vtero formatū, vt per carnem in ſimilitudine eſſet peccati*. Vt autem admirabilis hæc generatio crederetur nihil in ſe continere quod ſuſpectæ eſſet fidei aut prorſus incredibile, etiam apud eos qui perperā affecti difficilè approbant quæ concernunt diuinam diſpenſationem, rerum opifex animalia quędam creauit quæ citra copulam cōplexúmve maſculi queant eniti ac partum edere per ſolam fœminam. Talia enim de vulturibus produnt memoriæ qui de animalium naturis ſcitè tractarunt. *Butyrum & mel comedet, prinſquam ſciat ipſe prępo-*

** absque peccato.*

Vt ſunt Ariſt. & Theophraſtus.

A *nere mala, eliget quod bonum* eſt. Emmanuel propter carnis teneritudinem vti voluit puerili alimento, nempe butyro & melle. Nihilominus in ſtatu adhuc infantili conſiſtens, per inhabitantem in ſe virtutem bonitatis, ante maturam perfectámque ætatem reprobabit quidem mala, eliget autem quod bonum eſt. Et quoniam noſtræ quidem naturæ inclinatio ad vtraque peræquè propendet, & quidem plerunque ad id quod malum eſt, deflectit, ſubinde autem & ad id deorgit quod bonum eſt, ceu cōtingit in ſtatera, nunc quidem anima ſe demittente ad ſuſcipiendas per turbationes affectionum, nunc autem ex diuerſo eadem à malo ſe auocat & conuertit ad id quod melius eſt. At nō etiam Dominus ſic, ſed id quod erat bonum, ſibi vendicabat familiariter etiam initio ſtatim & à primordio ſuæ natiuitatis id in ipſo inclaruit. Scriptum quippe eſt, quia Priùs quàm ſciat ipſe præponere mala, eliget quod bonum eſt. Recurrens ad ea quæ in Geneſi ſcripta ſunt de ligno ſcientiæ boni & mali, illinc deprehendes, quo in ſtatu vixerit Adam ante pecca-

B tum, & inuenies aſsimilem ei qui nunc deſcriptus eſt, quia nihil dum mali fuerat expertus, quare & Dominus quidem in habitu adhuc puerili conſiſtens imitari voluit ipſios Adæ intemeratam ſimplicitatem. Reprobando autem malitiam, prę uaricationem Adæ per inobedientiam commiſſam inſtaurauit & correxit. Ait ergo. *Sed adducet ſuper te Deus & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui dies, qui nondum venerunt ex qua die abſtulit Ephraim à Iuda, regem Aſſyriorum.* Sententia hæc inſinuare videtur dies poſtremos Iudææ à paſsione Domini, quibus obſidio Romanorum incubuit ciuitati Hieruſalem, poſt aduentum Emmanuelis. Induxit enim Dominus ſuper Achaz & populum eius & domum patris ipſius dies qui nondum venerant ex qua die diſſectus eſt in partes Ephraim à Iuda. Abductus quidem eſt in captiuitatem ab rege Aſſyriorum: deſciuit autem Ephraim ab Iuda diebus Hieroboam filij *Nabat, qui peccare fecit Iſraël, qui & prim* fuit autor apoſtaſiæ & defectionis, dicens: Non eſt

C nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Ieſſe. Ob hoc Ephraim auocauit regem Aſſyriorum ab obſidione terrę Iuda aduerſum ſe. Nam quum rex ipſe obambulaſſet Hieruſalem, non eſt permiſſus eam vehementius obſidere. *Et erit in die illa, ſibilabit Dominus muſcis quæ dominantur parti fluminis Aegypti, & api quæ eſt in regione Aſſyriorum, & venient & requieſcent omnes in vallibus regionis & in foraminibus petrarum, & intrà ſpeluncas, & intrà omnem fiſſuram, & in omni li-*

נבט aſpiciens בעם conductum aſpiciens populum.

gno. In Aegyptum, ait, deſcendit populus meus, vt colonus ſiue peregrinus eſſet ibi, & ad Aſſyrios vi abducti ſunt. Propter hoc Prophetiam texit de Emmanuelis natiuitate, ſiue quis in Aegypto fuerit, ſiue ad Aſſyrios abductus, eos ſe educturum prædicit, & vt in regione Iudææ conſtituti refocillarentur ſeque refouerent in regione ſuapte natura fructus edente, vt ſerenarentur ac requieſcerent in ſpelæis, & demiſsioribus locis. Ait proinde muſcas dominium habituras in partem fluminis Aegypti & apes in regione Aſſyriorum verſaturas. Et hæc quidem eo dicit, vt vtilitatem exprimat aduerſantium exercituum. Siquidem muſca, animalculum ſortitur à ſtercore ſuam originem. D

Id genus animantis & hominibus infeſtum eſt abominabile & impurum, vitáque eius turbulenta, necnon mors execrabilis. Tunc dominantur parti fluminis Aegypti muſcæ. A ſuperiore enim plaga Aethiopiæ Nilus ſuam ducit originem. Circum breuem eius portionem habet Aegyptum ſitam iuxta eruptiones maris, in quo quidem loco quadrupedia omnia, feræ & immanes belluæ, reptilia & volatilia pro diis habita coluntur. Haſce igitur muſcas, ninimū infirmam imbecillitatē aduerſarij exercitus vel ſibilo ſoloq; ſtridore* exinaniet Dominus, Hoc eſt: Spiritu oris ſui interficiet. *ἀφανίσει.*

Et in regione Aſſyriorum api. Eſt porro apis exigui admodum corpuſculi animalculum, imbelle, eo ipſo quo ſe vindicat ac tuetur, ſibi inferēs mortem, nempe aculeo. Vna enim cū exerto aculeo, inflictæ plagæ immoritur. Et quidē ſauciato nonnihil infert noxæ, ſibiipſi autem infixo non aculeo vitā adimit. Talis plane eſt natura hominum iſtorum qui ſuapte ingenio amaruleuti ſunt, qui aduerſus ſpiritum ſanctum digladiantur ac pugnant. Suamet enim malignitate tanto affligun- E tur atrocius, quam quicunque per eorum indignationem offenduntur. *Et in die illa radet Dominus in* nouacula inebriata trans flumen regis Aſſyriorum, caput & pilos, pedum, & barbam auferet.* Poſt Chriſti natiuitatem, poteſtate aduerſaria omni profligata, muſcis nimirum & api diſpulſis ſpiritu oris Domini, tunc in vnum cogentur filij Iſraël & requieſcent in abditis hoſpitiis, in vallibus & agris, in fiſſuris petrarum & eiuſmodi ſpelæis. Iam quod attinet ad illud. Radet Dominus in nouacula inebriata regis Aſſyriorum caput & pilos pedum, & barbam eius auferet, videtur ſententia hęc innuere exercitum quendam mercede conductum per nouaculam inebriatam ac indicare regnum Aſſyriorum fore imbecillum & quæ illius claritatem ac gloriam concernebant, ablatum iri. Hunc ſenſum inſinuat raſio pilorum capitis eius regni, ingentem & diffuſum ac confuſaneum populum Dominū eſſe aboliturum, quos vtique ſermo hic ſub vmbratilis figuræ tectorio tradidit ac docuit eſſe pilos pedum. Dein & ea F quæ illis erant precioſiſsima, quæve inſignia eximiæ fortitudinis, abſque barba fore dixit, pérque nouacula inebriatā circuncidenda & adimēda interminator. Quinetiā hiſtoriæ attenti, forſan deprehendent hæc quæ per Aſſyrios dicuntur eſſe gerenda, à Romano exercitu completa eſſe ſecūdum, natiuitatem noſtri Emmanuelis. *Et erit in die illa. Nutriet homo vitulam boum & duas oues, & erit eo quod faciet plurimum lactis,*

τῷ ξυρῷ τῷ μεμεθυσμένῳ.

comedet

*comedet Butyrum, Quia Butyrum & * mel comedet omnis relictus ſuper terram* Iſraël igitur excuſſo à ſe iugo captiuitatis, requieſcet: rex autem inſidiator aſpergetur ignominia per nouaculã inebriatam, barba & pilis denudatus. Tunc ait: Tanta per regionem exuperantia annui prouentus exorietur, tanta erit anni temperies, vt vacca vna ac duæ oues ſuo poſſeſſori abundè prolixum ac liberale lac ſuppeditent, vt ex eo eliciat affluentem Butyri copiam. Ob hoc quòd illius incolæ terræ Butyro ac melle nutriantur. Forſan præſtiterit magiſque decuerit ex eiuſmodi documento de anima-
A lib* excipere ſenſum ſublimiorem. Pro eo enim quòd dixit, quia ſinguli quique exaugebũt ac ſuffulcient id quod induſtriæ ſolertis eſt & operoſi laboris initiæ, necnon agricolationis. Ob id dixit vaccam, nempe animal operis noſtri comparticeps & cooperarium, & pro noſtra item mãſuetudine & liberali conſuetudine impertiendi, allegoricè nominatim adiecit oues, propterea quòd quemadmodum ab hoc animali materia nobis integumenti ſuppetit ita & ab amictu qui eſt ſecũdum virtutem, per eam vita ſtudioſorum exornari conſueuit. Tali igitur alimento educatus etiam ſpiritualiter adornatur. Ob hoc nutriet & vaccã & duas oues. Dicuntur autem butyrum & mel introductitiæ quædam diſciplinæ ad excipiendam diuinam doctrinam, quòd primùm ad alimoniam humanæ vitæ excogitata ſit confectio butyri & mellis. Homo autem mox vbi abundè ac ſatis liquidiore hac & elementari alimonia doctrinæ imbutus fuerit, tunc ſupergreſſus terrena, particeps fiet ſolidioris & grandioris alimenti quod & viros addeceat, totum ſe permit-
B tens ac tradens diſciplinis ſpiritualibus.

Et erit in die illa, omnis locus, vbi fuerint mille vites mille ſiclis, in ſolitudinem erunt & in ſpinam. Cum ſagitta & arcu ingredientur illuc, quia terra inarata & ſpina erit omnis terra, & omnis mons aratus arabitur. Nequaquam ſuperueniet illò timor. Erit enim à vaſtitate terra & ſpina in paſcua ouis & conculcationem bouis. Sanè quemadmodum his qui verſantur in locis viſum fallentibus & inuiſis contingit, ita & arbitramur nos non vſquequaque deprehendiſſe enarrationem ſententiæ iſtius in ſpeciem ſecum pugnantis. Vide igitur ſi quidem potes ex iam dictis ſenſum talem excipere & interpretari, quòd ſcilicet qui ex circunciſione erant, mille vites diſtraherent mille ſiclis. Vineam enim ex Ægypto tranſtulit & eiectis gẽtibus plantauit eam, quæ quidem quum priùs copioſo fructuum prouẽtu exuberaſſet, demum neglectim omiſſa conuerſa eſt in amaritudinem. Eius quidem maceria ac ſepes deſtructa eſt, & facta eſt in direptionem tranſeuntibus viam. Vineæ igitur illæ præfertiles in terram traoſiere deſertam & horrentem ſpinis, quando Iſraëlitas ho D
ſtis adortus eſt cum miſſilibus telis ac ſagittis, illata regioni vaſtitate. Montes autem proſcinduntur aratro, nimirùm animæ fidem Chriſti complexæ, priùs quidem deſertæ & agricolationis curatione deſtitutæ, quòd ante Chriſti aduẽtum redactæ eſſent in ſentes ac ſpinas. Sed enim ſimul atque is aduenit in ruinam & reſurrectionem multorum, vocauit quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, euacuaret. Propterea qui circunciſos quidem Iudæos ad internecionem perduxerunt, terram opima vligine florentem & vbertate fructuum prægnantem redegere in ſentes & ſpinas. E diuerſo, collectitius Gentium cœtus (qui mons etiamnum dictus eſt) pauore omni immunis ac liber & ab hoſtium timore ſubmotus aratro proſcinditur & colitur. Itaque mõs anima eſt per Chriſti doctrinam euecta in ſublime. Equidem per aduentum Domini, extruſus eſt Iſraël, eius item loco inſertæ ſunt & E
plantatæ Gentes, vt illorum ruina omnibus ſalus diſpenſaretur, & in hiſce montibus intrepido animo & oues & boues gramen paſcuum depaſcerẽtur, ſimul & exuberantem prorſus ex ſe exhiberent vtilitatem. Nimirùm oues, hoc eſt, morum facilitate benigniores ac cicures. Boues item qui ad tolerandos labores operoſioris culturæ pro neceſſariis comparandis alacriores & præ cæteris ſunt ſtrenui.

*In complut. μέλι mel non habetur, deest pro γάλα lac. Hebr. עמות ורבש butyrum & mel.

B. BASILII MAGNI
ENARRATIO IN OCTAVVM
CAPVT ESAIAE.

C ET dixit Dominus ad me, *Sume tibi * librum noui & magnum & ſcribe in eo ſtilo hominis, vt velociter deprædationem faciat ſpoliorum. Adeſt enim & teſtes mihi fac fideles homines, Vriam ſacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Et acceſſi ad propheteiſſam, & in vtero accepit, & peperit filium. Et dixit Dominus mihi, Voca nomen eius, Citò ſpolia detrahe, Velociter prædare, Quia antequam ſciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum.* Videri poterit propheta hic & aliud iuſſus Dei imperio vt faceret, & aliud feciſſe. Illud enim, Accipe tibi librum nouum & magnum, quid commune haber cum eo quod infertur, Et acceſſi ad propheteiſſam & in vtero accepit? Equidem dicere quis poſſit hanc illationem non eſſe * redditionem prægre- F
dientis ſententiæ, ſed circũſcripta ac finita illatio redditur ex proprio pendens principio. Etiamſi minimè additur, quia accepit librum nouum & grandem, ſubauditur ſiue ſubintelligitur feciſſe quod erat iuſſus. Illatio autem hæc: Et acceſſi ad propheteiſſam, ex altero intelligitur pendere principio. Si quidem imperio contradixiſſet propheta, vtique contradictio literis prodita fuiſſet, vt & in Ezechiele deprecante excuſantéque ne panem ſuum in humano ſterquilinio decoctum comederet. Illo enim loco negat ſe id facturum, dicens: Nequaquam Domine Deus cœli: Non enim anima mea contaminata eſt in immundicia, neque ingreſſa eſt os meum prophana caro omnis. Ob

hoc

* τόμον.

* [illegible]

hoc continenter reſponſū eſt, vt panes ſibi conficeret in bubulo ſtercore. Atqui hic quum nulla intercedat abiuratio, liquet conſenſum indicari vel ſola taciturnitate, etiamſi teſtatus non ſit ſe quod iuſſus fuerat, feciſſe. Quemadmodū Oſeæ. At enim, Vade & accipe tibi vxorem fornicationis, & fac filios fornicationis. Deinde teſtimonium illi reddens ſcriptura quaſi ei qui quod iuſſus fuerat fecerit, infert: Et abiit & accepit* Gomer filiā * Debelaim. Alicubi tamen inuenire poſſimus mandata quidem expreſſè quidem & nominatim pronunciata, opus alioqui ipſum minimè teſtimonio comprobatum, nihilominus vi intelligentiæ fuiſſe à nobis deprehenſum, per quæ non magno negotio, quæ ſubiecta ſunt, perſuadentur, vt in Ezechiele: Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrū. Et rurſus dormies ſuper latus tuum dexterū. Nuo enim illic reddita eſt illatio, quia ſcilicet dormierit ſuper latus dexterum aut ſiniſtrum, ſed ſilentio præteritur, Prophetæ verò obedientia à nobis intelligitur. Hic quoque ad conſimilem loquendi formulam de hoc quod in dubium vertitur, poteſt à nobis reſponderi: quod non aliud ſi iuſſus facere, aliud item fecerit, ſed ſibi delegatum munus ſtrenuè obierit, eſtque haud ſegniter exequutus. Quæ autem de propheti ſſa nobis edita ſunt, ex alio pendent principio. Fortaſſe tomus hic, nimirum volumen ſiue liber nouus & magnus adumbratio quædam eſt ac figura noui & magni teſtamenti ſtilo hominis deſcripti, quòd Euangelij verba humana loquutione ſiue charactere de ſcripta ſint, vt à quouis facilè exaudiātur & à multis ſcripta ſuot euāgelij verba, in quo quidem ſcriptum eſt, vt velox fieret deprædatio ſpoliorum.

B Sanè cita admodum ac præpes facta eſt. Euangelij ſiquidem doctrina fulgetra quauis pernicior ad extremos vſque limites terræ habitabilis peruigit, ſpolians principem ſeculi huius & ad obedientiam Chriſto redhibendam eos traducens quos ille prædo detinebat captiuos. Præda autem eſt ſpoliorum diſtributio. Angelis autem tanquā prouidis tutoribus humani generis curam demādauit Deus ad cuſtodiam & ſalutem hominum. Eam ob rem ſcriptum eſt, vt velociter deprædationem faciant ſpoliorum. Adeſt Euangeliū, hoc eſt fauſtum felixque nuntium. Quem enim priſci patres flagrantibus votis & ſpe certa credebant affore è cœlo, præſentem nobis denuntiat Euangelium. Teſtes autem eorum quæ in Euangelio ſcribuntur (ait) ſint fideles, Vrias & Zacharias. Erat autem Vrias ſacerdos, allegoricè deſignans legem à Moſe promulgatam. Zacharias propheta erat. Portò conſtat Euangelium mutuatum teſtimonia à lege & prophetis. * Vrias quidem ſua interpretatione ſonat illuſtrationem ſiue illuminationem Dei. Zacharias autem, memoriam Dei filios verò Barachiæ, id eſt τῆς εὐλογίας τῆς τοῦ θεοῦ, hoc eſt, benedictionis quæ à Deo eſt. Quos tandē decentius conueniat adhiberi teſtes, quàm homines eos qui probati ſint fideles? Si quis luce illuſtrat* eſt diuinæ cognitionis, iugēmque Dei apud ſe retinet memoriam. * Quid igitur inſinuat illud: Et acceſſi ad propheti ſſam? Hoc eſt, ē propinquo cum ſpiritu ſancto verſatus ſum & prænotione futurorum cum propheti ſſa. Apprehendi enim & propius acceſſi ad cognitionem prophe-

Hic margo: partim illegibilis.

ticæ prædictionis. Et perſpexi eius cōceptionem prophetæ, dono eo honeſtatus è longinquo oculis in eam priùs ac fixius attentis. Peperit filium, de quo dixit Dominus, quia vocabis nomen eius, Velociter detrahe ſpolia, citò prædare. Multa cū periculo ſpoliauit fortem ſuas ipſius poſſeſſiones peruigili cura cuſtodientem, eos nanque qui vinculati erant ſub peccato, detinebantúrque arctis vinculis horrendæ mortis. Spoliauit quidē illum: ſua tamen vnius poteſtate ab eodem prædam opimam retulit, ad tutelam cuſtodiam & præſidium aſſignans fidelibus angelos ſanctos, quorum commeminit, dicens: Quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Ipſe enim eſt qui quam velociſſimè prædā reportauit. Chriſtus: de quo & ſcriptum eſt, Aſcēdens in altum captiuam duxit captiuitatem, accepit dona in hominibus. Nam quod Maria prophetiſſa fuerit, ad quam proximè acceſſit Eſaias per prænotionem ſpiritus, nemo contradixerit, qui ſit memor verborum Mariæ quæ prophetico afflata ſpiritu eloquuta eſt: quid enim ait: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quòd ſi animum accommodatis voluerſis eius verbis, non vtique perdiſſidium negaueris eam fuiſſe propheti ſſam, quòd Domini ſpiritus in eam ſuperuenerit & virtus altiſſimi obumbrarit ei. Quod igitur iuſſus eſt propheta, vt ſcriberet in libro hoc, quum ſe propriùs adiunxiſſet propheti ſſæ, factum vtique vidit & in lucem editum. Illic ſiquidem dictum eſt. Scribe ſtilo hominis, vt deprædationem ſpoliorum velociter faciat: Hic autem poſtquam dictum eſt, quia in vtero accepit & peperit filium, ſecundum hoc ſcriptum eſt. Et dixit Dominus, Voca nomen eius, citò ſpolia detrahe, velociter prædare. Res ita que eadem diuerſis loquutionibus ac ſententiis commemoratur, per illud, Sume tibi librum, & per hoc, Acceſſi ad propheti ſſam, nibilque continet in ſe quod cum præcedēte diſſentaneum ſit aut diſſideat. Hic autem puſio accepit virtutē Damaſci qui ex propheti ſſa progenitus eſt, ſimul & ſpolia Samariæ. Virtus Damaſci, hi ſunt qui ex gentibus credunt, ſpolia autem Samariæ, qui ex circuncíſione complexi ſunt fidem: qui d Damaſcus quidem metropolis ſit Syriæ, Samaria verò Iſraël, niſi quòd mandata & fortiſſime geſta per filium propheti ſſæ, horum omnium vice quæ hic ei à Domino imponuntur, nomen hoc Ieſus ipſi Domino accommodatum eſt propter ſalutē nobis à Deo prærogatam. Ait enim ſcriptura. Vocabis nomē eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. *Et adiecit Dominus loqui mihi adhuc dicens. Eo quòd non vult populus iſte aquam Siloe quæ vadit cum ſilentio, ſed vult habere Raſin & filium Remeliæ regem ſuper vos, propter hoc ecce Dominus adducit ſuper vos aquam fluminis fortem & multam, regem Aſſyriorum & gloriam eius, & aſcendet ſuper omnem vallem veſtram & deambulabit ſuper omnem murum veſtrum, & auferet à Iudæa hominem qui poterit caput leuare aut poſſit perficere aliquid, & erunt caſtra eius, vt impleant latitudinem regionis tuæ.* Quānam ratione vniuerſorum Deus talia ſe irrogaturum populo interminatur, propter aquam Siloe

Ppp Quam

Quam ob cauſam non admittit, ſed recuſat populus aquam Siloë, quando memoriis proditum eſt eam nullum ingerere morbum, nihil exhibere detrimenti aut noxæ iis qui ipſa vtuntur? Dein quis tenor rationis, quæ conſequentia, vt qui nolit aquam Siloë, malit autem Raſin & filium Romeliæ? Quæ tandem communio inanimi aquę ad regem imperantem & in ſubiectos principatum tenentem? Sed enim iuxta doctrinam Euāgelicam, interpretatio dictionis * Siloë exponi vult allegoricè. Dicitur enim ἀπεσταλμένος miſſus. Sic enim in Euangelio ſecundum Ioannem interpretatur. Vade, lauate in Siloë, quod interpretatur miſſus.

* שלח

Ioan. 9. piſcina natatoria in Hieruſalē. Eſt & fons ad radi. ēs Sionis.

A Quis tandem ille miſſus, quique citra omnem ſtrepitum profluit? An non ille de quo id dictum eſt, Dominus miſit me & ſpiritus eius? Rurſus. Non cōtendet, neque clamabit, neque exaudietur vox eius in plateis. Hi igitur Chriſtum è cœlis miſſum minimè receperunt, eius manſuetudinem nihili ducentes & ad ſe aſciſcentes filium Romeliæ. Hoc eſt, ſermonem qui mendacem opinionem conuocat, pollicentem alioqui ſe ſuam opinionē doctorum eſſe iuxta diuinæ ſcripturæ mentem ac viſiunculo habuiſſe, qui & interpretatur, μετέωρος ſublimis ſiue excelſus Domini, & eum inſinuat qui quum alienus ſit à fide quæ diuinis nititur ſcripturis, in ſublime ſuum ſic prouehit auditorem, vt tumidum reddat & inflatum auocans eūdem à fundamento ſolidæ fidei. * Aram enim μετέωρος ſublimis & excelſus interpretatur. Eos ergo innuit qui contemptim tranſmittunt cōſtantem ac ſolidum ſermonē, nec ſtabiliter acquieſcentes veritati excipere dignantur tranquillam ſerenitatem doctrinæ, ſed dogmata per manus accepta ab alienis à fide, connectunt documentis è ſcriptura diuina depromptis.

* ארם

filius Sem à quo Arameus qui & Syri.

B Aduerſus hos locus hic ſcripturæ cōminatur inducturum ſe eſſe aquam permultam ac fortem, regem ſcilicet Aſſyriorum, hoc eſt, principem huius ſeculi. Etenim ſcriptura pleriſque in locis per Aſſyrium interpretatur aduerſarium noſtrum. Id eſſe verum per ſequentia luculenter eniteſcit in hoc eodem propheta. Ait enim, Et erit, quum conſummauerit Dominus omnia faciēs in monte Sion & in Hieruſalem, inducet intellectū magnum, principem Aſſyriorum & ſuper altitudinem gloriæ oculorum eius. Dixit enim, In fortitudine faciam & in ſapientia intelligentiæ auferam terminos gentium & fortitudinem earū deprædabor, & abſtraham ciuitates quæ habitantur & orbem terræ vniuerſum apprehendam manu quaſi pullum auis, & quaſi derelicta oua tollam. Et non eſt qui elabatur & effugiat me aut contradicat mihi. Talem etiam nunc videtur inſinuare principem Aſſyriorum qui fuerit vt aqua multa, *torrentis inſtar, vi & violenta eruptione ad ſe pertrahentis quoſuis ſibi obuios, vbi & qui fuerint

C dígni citra noxam vllam traiicere inundans flumen tentationum, dicere poſſunt: Torrentē pertranſiuit anima mea, aquam intolerabilem. Proinde etiam Euangelium in parabola eius qui ædificauit domum, aquę huius commeminit, dum auditorem ſermonum, ſed non factorem cum eo contulit homine qui ſine fundamento ædificauit domum ſuam, exūdans autem proluuies inualuit aduerſus eam & cecidit domus, & facta eſt ruina magna domus illius. Ait autem, Aqua hæc aſcendet ſuper omnem vallem veſtram. Valles autem concauitates ſunt terræ. Qua igitur ratione non dicitur aqua deſcendere, ſed aſcendere? Quia afflictio omnis & humiliatio quæ pro peccato infligitur, eminentius apparet in ducibus exercituum ac velut eſt princeps totius nequitiæ. Iam quando ſe inſinuauerint aduerſariis poteſtatibus, deſciſcunt per apoſtaſiam ad omnem murū, hoc eſt, ad omnia fortia dogmata & ad ſigna omnia quæ ſibi videntur tuta ad ſuam munitionem. Quòd verò defecerint per apoſtaſiam à * Siloë & acceſſi-

D uerint peſtilentes & pernicioſos reges, interminatur ſermo hic ab Iudæa ablatum iri omnem hominem qui poſſit attollere caput, & qui moliri queat ac perficere tantillum quid, hoc eſt, qui ad ſpeculandum, ſagaci ſit ac ſublimi intellectu præditus & per actiuæ virtutis aſſiduam exercitationem quæ mente tacitus agitarit, potenter exequatur atque expleat. Quin etiam ſtatiua habiturus eſt & caſtra metaturus per latitudinem eorum qui non exceptarunt Siloë. Pro eo enim quòd ſe vltrò addixerunt latiſſimæ & ſpacioſæ vię, dignos ſe conſtituerunt, quos caſtra occupent aduerſariæ poteſtatis, quum nulla vi adigerentur, ſed ſpontanea electione partem ſibi aſciuere deteriorem. Nam quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt facerent quæ non conueniebat facere. Nobiſcum Deus. Scitote gentes, & vincimini. Exaudite vſque ad extremum terræ. Particula hęc Nobiſcum Deus, vtique ad ſaluatorem refertur & eidem aſſignatur. Sic enim in ſuperioribus nominatus eſt è virgine prognatus iuxta Hebraicæ linguæ pro-

Rom. 1.

E prietatem, nempe * Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Scitote Gentes & vincimini. Vocem hanc crediderim proſiluiſſe & eſſe relatam ex prægeſtienti ac profuſiore gaudio eorum qui Chriſti quidem aduentū agnouiſſent, intellexiſſent verò quàm ſit Gentibus formidabilis & expaueſcenda virtus Sanctæ crucis. Eam ob cauſam ait: Scitote Gentes & vincimini, vt ſuccūbentes ſpecioſæ huic & conducibili vobis victoriæ, abducamini in captiuitatem ad obedientiam Chriſti, vt obſecundantes præceptis Chriſti, à lege peccati vos vendiceris & aſſeramini in libertatem. Quo tandem pacto vincuntur Gentes? Si quidem agnouerint Deum. Adueniente enim luce, tenebræ vincuntur, vincitur & morbus præſentia ſanitatis. Solam itaque Gentes agnoſcite veritatem & commodum vincemini magnoperè vobis ſalutari victoria. *Exaudite vſque ad extremum terræ.* Exaudite. Quænam? nimirum doctrinam euangelicam per apoſtolos denuntiatores. Ad vos enim miſſum eſt Euangelium. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Qui præualeris viribus, vincimi-

* עמנואל

F ni. Depoſita fortitudine corporis, carnis infirmitatem aſſumite, vt virtus Dei in infirmitate perficiatur. *Si enim iterum praualueritis, iterum vincemini.* Si quando aduerſum te conſitetur prudentia carnis téque inuaſerit, ſeria ac diligenti opera feſtinato illam in ſeruitutem redigere, adnitere pro virili vt è lucta reportes victoriæ brauium, eamque ſubiugum mittito ſpiritus. *Et quodcunque conſilium conſultaueritis, diſsipabit Dominus, & verbum quodcunque loquuti fueritis, nequaquam manebit in vobis,*

bis,quia nobiſcum Deus. Eo quòd perdet ſapientiam ſapientium & prudentiam prudentium reprobabit. Sanè eo oſilium humanum ille magni conſilij angelus irritum faciet & abolebit, ſermonémque hominum iam nũc improbat, nec agnoſcit Deus Verbum, de quibus nihil ad nos reſilit emolumẽti. Ait ergo, Nequaquam manebit: quia nobiſcum Deus. Nobis admodum conducibile fuerit & commodum, ſi tempore perſequutionis animo præſenti & intrepido dixerimus illud Gentibus. Si enim iterum præualueritis, iterum vincemini. Gentiles enim ſubinde dum Chriſti Eccle-
A ſiam oppugnarũt, peſſum iere. Quemadmodum enim acceſſione incenſæ ac flagrantis materię, flã ma in malus attollitur: ſic ſemper contingit, vt qui toto annisu ſtuduere demoliri eccleſiam violenta impreſſione tentationum, eam ad auguſtiorem & ampliorẽ gloriam ac potestatẽ extulerũt. *Sic dicit Dominus, forti manu receſſerunt ab itinere viæ populi huius dicentes. Ne fortè dicatis, Durum eſt. Quicquid enim dixerit populus iſte, durum eſt. Timorem autem eius ne timueritis, neque conturbemini. Dominum ipſum ſanctificate, & ipſe erit timor tuus. Quòd ſi in ipſo confiſus fueris, erit tibi in ſanctificationem, & non vt lapidi ſcandali occurratis, neque vt petræ ruinæ.* Simul atque ſermo Euangelicus palam denuntiatus eſt & promulgatus de aduentu noſtri Emmanuelis, & quodammodo pro victoria aduerſus Gentes vox illa emiſſa eſt: Scitote Gentes & vincimini, nobiſcum Deus. Sententia hæc condemnans Gentilitium errorem hoc dicit. Quia receſſerunt à manu forti. Manus enim fortis virtus eſt operatoria eorum quæ ſũt, per quam creatura omnis eorum

Modi duo agnoſcendi Deum.

B quæ oculis ſubiacent, & quæ viſibilia exuperant, conſtitere. Modi enim duo ſunt, quibus induci poſſimus ad agnitionem Dei & ad habendam de nobis ipſis ſedulitatem & curam. Aut enim vi intelligentiæ & conſiderationis natura nobis inſitæ per ea quæ videntur, aſcendimus ad cognitionem noſtri creatoris, aut certè per doctrinam legis nobis indultæ. Iſti autem videntur deſciuiſſe à forti manu. Hoc eſt, non inducti ad cognitionẽ ſui creatoris ſunt & promoti. Et ab itinere, hoc eſt, via. Via hæc eſt Dominus qui dixit, Ego ſum via. Ipſe quidem & manus eſt Dei & eius dextera. Ait enim ſcriptura, Dextera tua Domine * glorificata eſt in fortitudine. Et, Ego manu mea fundaui cœlos. Iure igitur inſimulãtur erroris ac perfidiæ, qui fidem non commodant Domino. Aut certè τρίβων, iter dicit nunc eam viam inſtituendæ vitæ iuxta nobis præſcriptam legis formulam.

** Idoſérai.*

Nam quod via dicatur doctrina, multis ex locis innoteſcit, quum Dominus doctores legis in me-
C dium producat vt cæcos viæ ductores. Et, In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum. Et, In via tua viuifica me. Et, Beati immaculati in via. Denique vt ſemel finiam, hac loquendi formula ſcriptura plena eſt, viam quandam denominans ipſam promotionem ſiue profectum quo per legis obſeruationem contendimus ad perfectionem animæ. Iſtius inſuper immorigeræ incredulitatis & inobedientiæ cauſam ſubtexuit. Ait enim. Non excipiunt mandata viæ, quibus vſa eſt ſcriptura, immorigeri ac rebelles detrectarunt imperium, eorũm quæ iuſti erant facere, aſperitatem non ferentes, ad exemplum Iudæorum qui minimè tolerantes Euangelicam Domini doctrinam, dicebant: Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt eum audire? Vtique ſcortatori ſiue puero meritorio & concubino prædura eſt continentia. Ebriaco homini quàm eſt auſterum ſibi temperare à vino? Quàm ſtrigoſum & aſperum conuitiatori, benedicere? Vtque in genere dicam, iugum legis auſterius apparet his omnibus qui libertatem vitæ concupiſcunt & à collo ſuo excutere volunt iugum domini. Ob hoc multi præcipites corruunt in abyſſum perditionis, propter * læuorem & latitudinem viæ: pauci autem, qui conſequendi regni gratia, ſuſtinent ſubire auſteram & operoſiorem vitam quæ rectà ad virtutem prouehit.

** Lata eſt via quæ ducit ad perditionem.*

Siquidem malitia nitido & illici læuore blandæ voluptatis ineſcat hominis mentem: contrà, virtus auſteritate diſciplinæ operoſiſque laboribus vitam exaſperat ſe in ea exercentium, iuxta prophetæ ſententiam, Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras. Vias duras dicit mandata inſtaurandis exornandíſque animabus noſtris indicta. Quid ſtrigoſius aut aſperius, quàm plaga in maxillam incuſſa obuertere percuſſori & alteram? quàm vt quapiam te ſpoliatus, eam ne repetat quidem, nec eum pertrahat ad tribunalia iudicum qui ſe exuerit vel tunica? vt benedicat conuitiatori? vt blaſphemum cohortetur & pro eo roget? vt neminem oderit? vt pro ſe perſequentibus deprecetur? Atqui iſtius auſterioris diſciplinæ obſeruatio nobis apparat & inſtruit præmollem ac delicatam prorſus requiem in ſinu patris noſtri Abrahæ. Beati enim, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Equidem omnis propemodum præſens afflictiua tribulatio nobis parturit futurum ſemen æternorum bonorum. Qua ex re ſcriptum eſt, Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Futurorum enim bonorum ſemen ſunt quę nunc temporis propter legem Dei irrogantur preſſuræ & anxietates. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Ab itinere igitur viæ Gentes minùs obtemperantes & immorigeræ receſſerunt à via populi dicentes. *Ne fortè * dicant, durum eſt. Omne enim quodcunque dixerit populus hic, durum eſt.* Percunctator tandem eos qui aſſiden idolorum culturę, quam ob rem accederę nolint ad doctrinam euangelicæ prædicationis. Qui inter illos præpollent ſimplicitate & æquiores ſunt, palàm fatentur ſe ferre non poſſe legis noſtræ auſteritatem. *Timorem autem eius ne timueritis.* Locus hic bifariam intelligitur. Aut enim Gẽtibus loquitur dicens, Ne timorem eius timueritis, quo nunc vobis timetis impetitè ac ruditer, malè metuentes ne vos dedatis propenſiori ſtudio præſtantioris vitæ. Perinde ac ſi diceret, Ne tibi formides à ſobrietate & temperãtia, ne quid tibi verearis à virili fortitudine, ne à pietate quicquam metuas, ne ab vlla virture perterreatis. Cicures enim & placidæ, acceſſu faciles ac peruiæ virtutes ſuppeditant bona & dilargiuntur, vitæ ſunt conciliatrices. Aut certè, ſermone in populum deflexo inuehitur & coarguit, quòd illi quidem de vobis talia ſuſpicati ſunt, non excepitantes per viam legis, vnionem dilectionis erga vos. Vos verò concinnatas à gentibus aduerſum

** Proiſtav- τι, lego λέγωσι.*

D

E

F

vos inſidias ne malè metuatis. Quin potiùs Dominum in animo verſantes & recolentes, ſanctificate ipſum, & ipſe erit tuus timor. Timor enim Dei maximum eſt argumentum his qui adiiuntur ad ſectandam perfectionem ſeruato tenore diſciplinæ, vt ne ad omnes euentus fortuitos conſternentur nec contrahātur animo, neu ad tumultuarium omnem ſtrepitum expaueſcant, ſeipſos dedentes licentioſæ ſecuritati. Vtrique hæc agnoſcebat Pſalmus, dum dicit: Illic timuerunt timore, vbi non erat timor. Dominum igitur ſanctum concelebrato, & ipſe erit tuus timor. Illius præſto late aduentum, illius formidabile tribunal fac, vt

A metuas. Terribilis ſiquidem futurus eſt qui vnicuique reddet iuxta opera ſua. Sanequam metuēdus qui cum ſanctis angelis venturus è cœlis eſt in voce tubæ. Tremendus planè, è cuius ſententia ſupplicium perpes pendet & æternum.

Quòd ſi in ipſo ſpem certam collocaris, erit tibi in ſanctificationem, & non vt lapidis offenſioni occurretis, neque vt petræ ruinæ. Sententia hęc perſpicuè adhortatur ad complectēdam fidem in Dominum noſtrum. De ipſo enim dictum eſt, Ecce pono in Sion lapidem offenſionis & petram ſcandali, Qui cæci ſūt, nec deorſum verſus inflectere poſſunt oculos, facilè impingunt & allidunt pedes lapidibus: & qui plantas pedum habent malè confirmatas, incurrentes in petras prolabuntur ac decidunt. Equidem quiſquis animam habet nulla perſpicientia ac diſcretione præditam, neque per ſcripturas agnouit aduentum Domini, oblucinatur ac deerrat circa prædicationem Euangelij, & verſatilis eſt circa fidem ac facilè ſubuertitur, vtique is ſcandalizatur in petra, quæ eſt Chriſtus. Tu autē (ait) populę ſi certa fiducia fretus, innixus fueris per-

B fecta fide ſuper Dominum, nequaquam occurres ſermoni qui de ipſo ſit, tanquam offenſioni lapidis, neque circa eum aberrabis quaſi ad offendiculum petræ. Forſan autem ſtultitia prædicationis Græcis iſtis * ſapientiam quærentibus eſt offendiculum, & Iudæis petra ſcandali vtique ſigna quærentibus. Sanè ob id dicebat Paulus, prædicationem eſſe quidem Iudæis ſcandalum Gentibus verò ſtultitiam. E diuerſo, his qui ſpectata fide nituntur ſuper Dominum, nec ſimplicitatem euangelicæ prædicationis logicis demonſtrationibus interpretantur, neque veritatem ipſam tentāt experimentis ſignorum periclitari, his Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia. *Tunc manifeſti erunt obſignantes legem, ne diſcant, & dicet, Expectabo Deum qui auertit faciem ſuam à domo Iacob, & confidens ero in eo.* Inter ea quæ præceſſerunt, dicta eſt ſententia hæc. Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Scitote Gentes & vincimini. Deinde ſermonem intendit ad-

C uerſus eos qui noſtri Emmanuelis denuntiatam legem non ſuſtinent, nec excipiunt: ſed quæ ab ipſo præſcripta ſunt mandata, defugiunt ac vitant. Ait enim, Tunc manifeſti erunt obſignantes legem, vt ne eam diſcant. Sermone enim * doctrinæ in omnes hominum nationes diſſeminato, alij quidem ſua ipſorum corda accingunt & inſtant, vt ritè ſemina diſciplinarum excipiant, ſiūntque terræ inſtar feracis ac frugiferæ, excepto ſermone altius defigentes radicem, non item eum

[* Mundi huius.]

[* Scilicet, Euāgelica]

ſentibus atque aculeatis ſpinis ſuffocantes, neque citra tutelam ac cuſtodiam poſſidentes, ne prædæ exponatur ſolicitante diabolo: ſed vt fructum proferant, vnum trigeſimum, alterum ſexageſimum, aliud centeſimum. E diuerſo, ſunt qui prorſus aures obturant animæ ſuæ, ne excipiant * ſermonem: immò ſeipſos obſtringunt perinde ac vinculis & obſignant, vt nequa ſermo veritatis inſinuet ſe & ſubingrediatur. Eos autem dicimus * obſignare qui ſuam ipſorum vitam inſtituunt ad aduerſarij noſtri formulam ac ſimilitudinem, nec ſuſtinent vt ſe conforment Chriſto, qui imaginem cœleſtis vitiant & corrumpūt, ſola autem ſe oblectant imagine terreni & ei acquieſcunt. D

Porrò lex obſignata eſt, nec facilè intelligi poteſt ab iſtis quibuſlibet & gregariis per * obſcuritatem, quare ad legis intelligentiam neceſſaria exercitatio eſt & peracris. Niſi enim quis totum ſe addicat meditationi & * commentationi, inſuper idem vehementi ſtudio concupiſcat abſolui ab ignorationis vinculo, is meritò dicetur obſignaſſe legem, quemadmodum manifeſtabitur in die * reuelationis. Manifeſti enim erunt qui obſignant legem, ne eam addiſcant. Quonam pacto ſuam conſignant legem Iudæi? De his quippe dictum eſt, Tuliſtis claues, & neque ipſi introitis, & eos qui poſſunt introire, prohibetis. Obſignat planè legem Iudæus, vt ne diſcat dum prætexit ſe ad literam eam obſeruare, interim non retegens quæ in eius intimo receſſu delitēſcunt, myſteria. Ecquid dicit? Obſerua num nam Iudaicæ voces palàm id indicent, Expectabo Deum qui auertit faciem ſuam à domo Iacob. Planè dicunt hæc Iudæi, Non credo in Deum, non admitto Emmanuëlem. Tametſi pro derelicto habear, expecto alioqui futuram Dei viſitationem qui auertit fa- E ciem ſuam à domo Iacob. *Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus. Et erunt ſigna & portenta in domo * Iacob à Domino Deo Sabaoth qui habitat in monte Sion.*

Conuictis contumacibus & incredulis, nunc deinceps Dominus ipſe in propria perſona ediſſerit ſermonem. Equidem ait, Illi receſſerunt forti manu ab itinere viæ populi huius, aſſimulantes ſe opperiri velle Dominum qui auertit faciem ſuam à domo Iacob. Ego autem complexos fidem erga me & recens regeneratos, à ſe excuſſo vetere homine & aſſumpto nouo, quaſi pueros nuper genitos, teneritudine morum præmolles, malitiæ omnis expertes, & deinceps à lacte primùm ſubmotos elementarium ſermonum, vt capaces perfectioris alimoniæ ſacramētorum eos aſciſcam mihi, quos & viſceribus miſericordiæ excalfaciens ac refouens offeram patri. Per me enim viam expedita eſt qua quis ipſum agnoſcat. Nam quòd verba hæc ex perſona Chriſti deprompta ſint, nemo cōtrouerterit qui meminerit epiſtolæ ad Hebræos dictis, Decebat enim eum propter quem E omnia, & per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari. Subnectit, Nam & qui ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Ruſus, Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus. Et erunt (ait) ſigna & portenta in domo Iacob. Ab his inquam pueris per Chriſtum regeneratis

[* Euangelicum.]

[* Legem.]

[* Myſteriorum.]

[* Scripturarum.]

[* ἀποκαλύψεως, legē ἀποκαλύψεως]

[* In Iacob compiſsion, idem habet Iſrael.]

[Heb. 1]

neratis ſigna & prodigia perfici poterunt in domo Iacob. Apoſtoli ſanè puerulι erant & infâtes, malitia vtique paruuli, qui quidem primùm nouerant linguæ plectro loqui, idiotæ quippe homines & Galilæi. Et iſti tales ſpiritus ſancti aduentum nulli non genti manifeſtum reddiderunt, ac ſuper ſe factam diſtributionem donorum, partitionémque linguarum. Ad hæc cognubile fuit ſignum illud quo claudus ad ſpecioſam portam ſeſ-

Act. 3.

ſitans per Petrum & Ioannem inuocato Chriſti nomine ad gradiendum eualuit confirmatis eius plantis, in quo ſigno completa eſt illa vetus prophetia. Tunc ſaliet vt ceruus, claudus. Signum & illud repræſentabat, nempe Dorcas à mortuis ex-

A citata. Signum itidem fuere ferreæ portæ carceris ſponte ſua adapertæ, vt ad exitum Petro paterent * catenis grauibus adſtricto. Alia inſuper quæcũque per apoſtulos palàm edita ſunt ad manifeſtandam omnibus diuinam vnigeniti maieſtatem. Porrò ſigna hæc omnia ac prodigia virtute Dei Sabaoth confecta ſunt, qui habitat in mõte Sion. Deum vtique Sabaoth congruit intelligere Deum eſſe exercituum. Quis autem alius exercituum Dominus, ſi non militiæ omnis dux & princeps virtutis Dei, qui & puerulis ſuis edenda ſigna gratuitò impertiuit? Nam quòd pueri vocentur qui in Chriſtum crediderunt, equidẽ colliqueſcit ex Domini ſententia qua pro his qui cõſonis laudibus ipſum celebrabãt ac dicebant, Hoſanna in altiſſimis, aduerſus Iudæos obiiciẽtes ei,

Mat. 21. a

Non audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit eis, Vtique, nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem? Vtique illic in-

B fantes dixit qui cædebant ramos palmarũ & ſternebant veſtimenta in via & clamabant, gloriáque eum proſequebãtur. Alio in loco idem dominus, Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Paruulos vtique dicit quos ſuo erudierat ſermone, dignóſque reddiderat per infuſionem ſpiritus ſancti, reuelatione myſteriorum. Itaque ſententia hæc, Ecce ego & pueri, indicat ipſos eſſe electos ſuos, nimirũ Dei qui ſtulta mundi elegit, vt confunderet ſapientes. Quiſquis igitur à ſe excuſſit veterem hominem per cõcupiſcentiam impoſturæ & erroris vitiatum, induit autem nouum qui renouatur ad imaginem ſui creatoris, is iuxta myſticum Chriſti ſermonẽ

ἐγγαστρι- μύθους ventriloquos.

puer eſt. *Et ſi dixerint vobis, Quærite * pythones ſiue hariolos, & eos qui de terra loquuntur & vana loquentes, & qui de ventre loquuntur. Nónne gens à Deo ſuo requiret? Quid requirunt de viuis mortuos? Legem enim in*

C *adiutorium dedit, vt dicant, Non ſicut verbum hoc, pro quo non eſt munera dare de ipſo. Et veniet ſuper vos dira fames, & erit quum eſurieritis, contriſtabimini, & malè dicetis principi & patria ritibus. Et ſuſpicient in cœlum ſurſum & in terram deorſum inſpicient, & ecce tenebræ, tribulatio & anguſtia, vt non videant vſque ad tempus.* Qui non excipiunt Euangelij verbum, iidem quaſi ſtultitiam nihili ducunt ipſius euangelij prædicationem & occaſione Crucis ſcandalum patiuntur. Si quando conſilium eis dederimus, vt ſe trãsferant ac recipiant ad agnitionem fidei, cummentitiam admonitionem ex proprio errore profluentem nobis opponunt, dicentes: Conſulite non quidem Dominum, ſed ἐγγαστριμύθους, hoc eſt qui in pythone futura prædicunt per ventrem obſeſſi ipſo ſpiritu loquente, qui & de terra loquuntur, inania quædam effutientes. Huic ſententiæ teſtimonium abundè reddit ipſa rerum experientia.

De ventriloquis, pythonibus, diuinis, & e lege Coelium Rod. alios eius.

Qui enim proximè aſtabant idolis, ſomniis, diuinationibus & vaticiniis dæmonum attenti, hi veritatem ipſam nihili faciebant, nobiſque iſti conſulunt, talia vt exquiramus. Quamobrem operationes erroris à dæmonibus excitantur ac fiunt ad eorum ſubuerſionem qui explorare talia & experiri voluerunt. Et quidem nunc imaginationes quaſdam circunfuſi circunſiſtentibus ingerunt in ter ſopotem carpendum, quæ aut contineant vi- D tioſam corporis affectioné, aut prænuntient quid futurum ſit. Siquidem dæmones tales euentus ſimul cernere poſſunt. Superiores quidem ſũt corporeis affectibus, quòd ſint proprietate materialium rerum longe perſpicaciores & qualitates herbarum ſedulò obſeruent & earum vim excitandis affectionibus obſcœnis congruentem norint. Plerunque verò & futura prædicunt, eorũ quæ priùs contigerunt collatione. Quòd autem intelligant ea ad noſtram nondum perueniſſe notitiam, nobis annuntiant quaſi futura. Exempli gratia: Si quis apud nos auditu cuiuſdam aduentu, renuntiet præſtolanti ipſum tãquam futurum & aduenturum, vt per fraudem & impoſturam credit* eſſe propheta, veneretur & captet gloriam.

Dæmones futurorum euentuum præſagi & diuiniloqui.

Ad eum modum & dæmones, quæ ſententia ac decreto Dei conſtituta erant, iámque palàm euulgata, ſæpenumero annuntiarunt his qui facilè in fraudem illiciuntur, ſicuti fuit pythonicus ille ſpiritus quem conſuluit Saul per diuinatricem, futuram ſtragem annuntiauit miniſterio dæmonum. E Erant enim dæmones qui ſtridentes ſeipſos transformarant in habitum & perſonam Samuelis, qui quòd audiſſent ſententiam condemnationis aduerſus Saulem prolatam, quæ à Deo prodierat, exponunt & promulgant, vti propriam, quòd vtique Gentes non rarò nos admittentur, vt à dæmonibus errores iſtos & impoſturas quæramus, dicentes. Sciſcitemini ab hariolis ſiue ventriloquis, eos interrogate qui de terra loquuntur. Neque enim auſint dicere ſua verba è cœlis deprompta eſſe, quemadmodum & illa vaticinatrix in Regnorum libris cum Saule loquens, dicebat? Video ego Deos aſcẽdentes de terra. Talis enim eſt iſtorum vatum de ventre loquentium machina & prænotio. Condicunt ac pollicentur animas vita hac defunctorum ad ſeculum ſe euocaturos ad eorum manifeſtationem quæ in quæſtionem vertuntur. Dein propheta ſuam ſubnectit ſententiam, in qua eſſet de iſtiuſmodi impoſturis ac pro F nuntiat impoſtores eſſe vaniloquos, dicens ac futiliter loquentes qui & per ventrem reſpondent, ſiue ſuamet voluntate loquuntur. Non enim talis aliunde edoctus, ſed ex proprio corde, confictο mendacio pro deſiderio eorum quæ videntur, peruerſam concipiens coniecturam, profitetur quæ profutura ſint ſibi ad pelliciendos in errorem parum cordatos ac dementes. Aut forſan de ventre loquuntur ij quorum Deus venter eſt qui nihil non faciunt gratia captandæ voluptatis ex cibo potúque proſilientis, adeò vt non aberrarit quis ſi dixerit eſſe ἐγγαστριμύθους, pythonicos & de ventre loquentes, eos qui ſuam adornant doctri-

Pro τῆς ... lege ...

 nam

nam pro exſatiando ventre, pietatis alioqui formam in ſpeciem ſibi vendicantes animo nequaquam pio ſuos depromant ſermones, hinc meritò vana loqui dicuntur. Qui enim non facit, docet aliuqui, quod minus explet opere, indignus quum ſit cuius verbis fides commodetur, nihil adſert emolumenti. Proinde illud: Nonne gens à Deo ſuo requiret? tale quid inſinuat: vnaquæque enim natio rem ambagioſam & quæſtionem de qua cupiebat edoceri, ſuo proponebat Deo diſſoluendam. Dúmque ſciſcitarentur, conueniebat exactè formare & exprimere quæſtionem ad eliciendam pleniorem ſententiæ elucidationem.

A Nonne Gens à Deo ſuo requiret? Ab his inquam quos ſupponebant eſſe Deos, quibus & offerebãt diluendas inquiſitiones ſuas. Quum enim Deos ſuos decernerent in fata conceſſiſſe, nihilominus ab eis percunctabantur de his quæ ad viuos pertinerent. Mortuos ſanè dicit, ſiue inanimata idola, puta lapides, ligna, æs & aurum. Aut mortuos commemorat, nempe eos qui à vera vita deſciuerunt per apoſtaſiam, aut forſan quia iſtorum qui ventriloqui dicuntur, commentatio omnis conatúſque verſatur circa monumenta, & buſta ſepulchralia atque illinc vim omnem magicę incantationis mutuantur. Adhuc propheticus ſermo illis idololatris vix vlli tolerandis inſenſus propter ſtoliditatem & amentiam reſpondet, Quid exquirent & interrogabunt pro viuis mortuos? Vt quid procidis ſupplex lapidi animę ac rationis impoti? Qui ratione præditus es, quam ob rem quęſtionem proponis muto ac ſurdo? Pro filij vti-

B que viuentis ſalute vitam ſupplex expoſcis ab eo, cui ne ſuppetit quidem vita? qui vita minimè fungitur? Qui ne ſpirare etiamnum poteſt, éſtque exanimis? Tametſi abieris ad requirendam diuinationem, quantalibet animi conceptione luſtrales illas expiationes excogitaris: ad mortuos abiſti, eóſque in conſilium adhibes quorum vita deſpetiit, ac tibi inuecturi ſunt ob inobedientiam, extremam vitæ perniciem. Legem dedit in adiutorium, vt dicant, non ſicut verbum hoc, pro quo non eſt munera date de ipſo. Ne plus iuſto anxius ſis aut ſuperfluò percunctere quid futurum ſit, Tantum eſt: quæ præſentia ſunt, ad tuam vnius vtilitatem conuerte ac diſpone. Quòd ſi prænoueris quid ſit futurum, quid tandem commodi ad te reſiliet ex ea prænotione? Quòd ſi boni quidpiam contingere debeat, etiam ſi ne prænoueris quidem, nihilo ſecius veniet. Sin illud triſte & inamœnum futurum ſit, quid ſperes lucri ad te rediturum, ſi te priùs mœrore conſumpſeris? Legem vtique accepiſti in adiutorium. Abundè quidem magnum fuerat, quòd naturę beneficio tibi

C inſita fuerit aptitudo quædam & dexteritas ad cõparandam bonitatem, ſed vt ad perfectionẽ iſtius natiuæ alacritatis rectà contẽderes, adiecit Deus legem velut manuductionem, viam tibi præmunientem. Vis certò perſuaderi quæ ſint futura? Prouide ſedulò, vt quæ tibi lex facienda præſcripſit, opere expleas diligenter, & certus opperitor iucundiſſimam fruitionem repoſitorum tibi bonorum. Honora patrem tuum & matrem, vt bene tibi ſit, & * eris longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Bonis perfrui ſiquidem deſideres, quæ præſcripta ſunt mandata

* ἵνα μακροχρόνιος.

opere exequitor. Pro inſtauranda ſanitate ne per cuncteris fatidicũ vatem: ſed pro ea aſſequenda quæ tibi ſuggeſſerit medicus, æquanimiter tolerato, ea inquam perfer quorũ tibi fuerit author. Quid præterea cupis edoceri? Nullus vates aut diuinus tibi confert immortalitatem. Nemo hariolorum te ad cœlum vſque prouehet. Te cum fiducia nemo ſiſtet tremendo iudici: ſed lex ipſa & eius exacta obſeruatio, quàm quiſquis ſedulo & accuratè obſeruat, quid ſibi euenturum ſit, nõ magnopere aut anxiè nimis inquirit, ſed ſuorum operum præſtolatur mercedem. Legem igitur de- D dit in adiutorium, vt dicant, non ſicut verbũ hoc, pro quo non eſt munera date de ipſo. Sanè iſta lex non ſe habet ventriloqui iſtius vatis inſtar. Non enim commentitia eſt & ad fraudem excogitata, vti verba hariolorum, quin potiùs doctrix eſt & magiſtra veritatis. Siquidem qui in errorem pelliciũtur ſuis impoſtoribus pecuniam pro mercede mendacij rependunt: verbum autẽ hoc, legis ſcilicet tale non eſt, vt pro eius promulgatione vllum munus donetur. Nemo enim Dei gratiam compenſare poſſit pretio quantolibet, ipſo dicente Domino, Gratis accepiſtis, gratis date. Perſpice, quàm acriter Petrus deſtomachatus ſit aduerſus * Simonem pro comparanda gratia ſpiritus ſancti pecuniam offerentem. Ait enim, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia putaſti donum Dei acquiri pecunia. Sermo vtique euangelicus nequaquam venalis eſt, ceu verba pythonum & hariolorum. Quam enim poſſit quis reponere compenſationem euangelio dignam? Audi hac de re Dauid pendentem animi ſimul & dicentem, Quid retribuam domino pro E omnibus quæ retribuit mihi? Nullo igitur pacto poſſit quis rependere munus gratiæ Dei æquiparandum. Vnum alioqui donum dignum eſſe competietur, ſi qui dat, peruigili cuſtodia conſeruetur. Qui tibi dilargitur theſaurum, nonne honorem abs te repetit? vtique. Sed ſolummodo per repoſcit & fidelem cuſtodiam impertito theſauro condignam. Ait proinde. Et veniet ſuper vos dura fames & erit, poſtquam eſurietis contriſtabimini, & maledicetis principi & * patriæ inſtitutis. Qui omnia diſpenſat ac moderatur Dominus ad procurandam hominum ſalutem, nonnunquam & famem inducit, vt eorum conſulat vtilitati qui primùm ad virtutem erudiuntur diſciplinis. Ait enim, Afflixi vos & fame ac penuria, quaſi angina affeci, vt bene tibi facerem. Præduram igitur famen dicit, nihil conſolatorium adferentem & peracerbam, inexcogitabilem atque impræuiſam. Inediæ enim ac famis ſpecies diuerſæ ſunt. Quædam enim contingunt inopia frumenti ac panis. Aliæ verò eorum penuria quæ edi poſſint. Por- F rò quam ſententia hæc inductam iri pollicetur & denuntiat famem quæ præacerba ſit & peracris, idque eo fit, vt per reliquorum edulio- rum inopiam in eis mœrore confectis operetur haud pœnitendam ſalutem. Quum autem mœrore intabuerint, ſéque macerarint triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, tunc maledicunt principi & patriis moribus ſiue conſuetudini patriæ. Quis iſte eſt princeps? Nimirum is in quem maledicta congeruntur ab iis qui ſalubriter ac bene con-

* Μάγον.

* τὰ πάτρια

ne contriſtantur, princeps ſcilicet mundi huius, cui maledicunt quos pœnitet malè actorum, quoties eò peruenerint, vt ſenſu ipſo perpendãt quãtam animæ perniciem ac letbalem noxam reportarint ab ipſo. Maledicunt item moribus patriis, hoc eſt: operibus diuturna conſuetudine inolitis. Patria enim vocat eorum occupationes ac ſtudia vitæ mundialis qui in peccatis verſantur, quibus * ambitioſi gloriæ omnes implicantur. Pa-

A tria, hoc eſt conſueti mores ſunt peccatori, opera carnis, adulterium, ſornicatio, immundicia, impudicitia, idololatria, obſcœnæ affectiones, concupiſcentia mala. Patria ſunt dolus, mendacium, inſidiæ, verſuta alacritas ad perpetrandũ quoduis facinus & omnis ſpecies hypocriſeos. Qui igitur elatis ſurſum oculis ex his ſemel emerſi, quaſi à quadam ebrietate negotiorum turbulenti iſtius mundi, maledicit quidẽ priori ſuo principi à quo edoctus fuerat ad obeunda perditionis opera. Quinetiã moribus patriis maledicit, quibus cum viuens non accepit legem nobis à Deo indultam in adiutorium. Non potes vero ſubeſſe regi, niſi priùs maledixeris malitioſo principi. Eam ob cauſam te edocuit eccleſia dicere. Renuntio tibi Satana. Hæc eſt principis iſtius maledictio. Quæ porrò eſt patriæ conſuetudinis renuntiatio? Renuntio & operibus tuis. Hi patriæ ritus ſunt vernaculi & familiares diabolo. Planè beatus qui rite huic maledixit principi. Siquidem is propiùs deinceps adiungit ſe vero principi & illuſtratur ſplendore veræ lucis. Beatus qui prorſus improbauit inueteratos malitiæ mores. Is enim pro pa-

B tria aſſequetur ſupernam illam Hieruſalem quæ mater eorum eſt qui ſe ad conſimilem formulam Beati Pauli conformant & componunt Peruerſi enim mores & vernaculi à maioribus nobis velut per manum traditi ſunt. Immodicáne cupiditate partas facultates reliquit tibi pater? tu eas fac vt conſignes & reſtituas ei qui fraudem & iniuriam paſſus eſt. Caue eas ceu proprias tibi vendices. Hæreditaria enim eſt ſucceſſio peccati. Planè per iniquitatem tuus pater dolo malo ſubiectam ad te tranſmiſit. Tu eam emancipes & liberã redde iniuriam paſſo, & cruciatum patri reddes leuiorem, tibique ipſi veram conciliabis libertatem. Sub hæc quid infert? *Et ſuſpicient in cælum ſurſum, & in terram deorſum inſpicient, & ecce tenebra, tribulatio & anguſtia ita vt non videant vſque ad tempus.* Hæc de iſtis infert qui anguſtia & tribulatione oppreſſi ad obeundam pœnitentiam ſe receperunt, quòd oculos ſurſum erecturi ſint in cœlum, qui priùs eos terram verſus deflectebant nec poterant ſublimitatem apprehendere diuinarum ſpeculationum. Iſti perinde ac vinculo quodam conſeoſus ad terrena negotia deuergentis abſo-

luti liberum mẽtis ſuæ oculum cœlum verſus circunferent, inuiſibiliom & abſtractarum mẽtium naturam contemplantes, & vi intelligentiæ locum apprehendentes, quo quidem loco recondi debeat theſaurus. His confectis oculos defigent in terram deorſum, nimirum quia naturæ ſuæ vilitatem agnoſcent per cognatam illis & inſitam proprietatem ad terrã, qui eatenus inſoleſcebãt, déque ſeipſis magnum quiddam animo conceperant. Multa cum circunſpectione nouis quodammodo dictionibus vtitur ſcriptura, enuntiatione excogitata vtrique elemento conſentanea & cõgruenti. Cœlum enim ſimul & terra nobis proponuntur ad contemplationem. Sanè quidem de cœlo dicit, Suſpicient in cœlum ſurſum: de terra autem, inſpicient in terram deorſum. Dein pro admirabili ſpectaculo tantę iſtios cognitionis inopes conſilij non ſuppetet illis quid dicant, & anxij admodum reddentur, menti inſuper eorum denſa ſe offundet caligo, præ conſternatione & ſtupore eorum quæ illos apprehenſura ſunt, qui quidem repentinus terror magnam illis incuſſurus eſt perturbationẽ. Ait enim ſcriptura, Quum cõſummauerit homo, tunc incipit: & quum quie- E

uerit, tunc * indigebit. Vtique nemo nouit, quãta exuperent ſuam vnius cognitionem, niſi guſtum qualemcunq; ceperit ſcientiæ, præterquam quòd bonus ipſe Dominus eis pollicetur multò commodiora. Ait enim, Qui fuerit in anguſtia, non indigebit vſque ad tempus. Neque enim abſolutè ignorantia detinebit genus humanum: ſed qui perquirit nunc accuratè veritatem, eiúſq; inuentionem parturit, perſpicuè aliquando contuebitur faciem, ipſiúſq; ſcientiæ abſolutam perfectionem vel tandem apprehendet, quum tempus inſtiterit quo ſimul omnia inſtaurabuntur. Hunc enim ſenſum indicat, vſque ad tempus.

* ἀπορηθήσεται. Eccleſiaſtici 18 4.

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN NONVM CAPVT ESAIAE.

C *HOc primum bibe, velociter * bibe. Regio Zabulõ & terra Nephthalim & reliqui qui maritimam vrbem inhabitatis, & trans Iordanem Galilæa gentium, & populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Qui habitatis in regione & vmbra mortis, lux ſplendeſcet ſuper vos. Plurimam partem populi deduxiſti in lætitia tua, & lætabuntur in conſpectu tuo; ſicut qui lætantur in meſſe, & quemadmodum qui diuidunt ſpolia: quia ablatũ eſt iugum quod ipſis erat ſuperpoſitum & virga de collo eorũ. Virgam enim exactorum diſſipauit ſicut in die Madian. Quia omnẽ ſtolã congregatam dolo & veſtimentum cum permutatione reſtituẽt, & volent igne eſſe cõbuſti, quia puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius principatus factus eſt ſuper * humerũ eius, & vocabitur nomẽ eius magni cõſilij an-* F *gelus. Adducã enim pacẽ inter principes, pacẽ & ſanitatẽ ipſi. Magnus erit principatus eius, & pacis eius non erit finis. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius, vt corrigat illud & auxilietur in iudicio & iuſtitia ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Zelus domini Sabaoth faciet hæc.* Quæ de Domini futura aſſumptione carnis erant, euangelizaturus ſermo hic, quaſi propoſitionem quandam lætitiæ ſpiritualis obtendens, ita eum qui euangelizatur, velut exporrecta manu dextera, perhumanè excipit. Hoc pri-

* Pro τὸ, 70. interpp. iuxta Heb. & Aldinum, fac. Complut. editio, Hoc primũ velociter bibe, velociter fac.

* Pro βόβλου, lege ὤμου.

 mũm

mùm bibe. Qui bibit, vtique intra ſeipſum potionem accipit & eam cum deſyderio acceptans exorbet. Tunc eoim vel maximè ab eodem conſueuit rependi gratia, quum ooo faſtidienter eam accipit, oec proiode erumpit in ſiogultus: ſed veſhementi ſiccitate torrefactus ipſam expetit potus conſolationem, ſéque irrorat & perfuodit latice aquæ lympidioris ſibi oblatæ. Ob hoc & qui nũc euangelizatur, tanquam populo ſitieoti multa cum ſpe expectatam gratiam, ait. *Hoc primùm bi-* A *be.* Beneuolè excipito affuturam animæ iucuoditatem. Inſerito illi ſalutare hoc dogma. Nolim arbitreris ſecundum ab alio expectandum: oeq; reputes aliud quiduis fore hoc vno antiquius, aut ei præferendum. Antegreditur omnia. Neque enim abs te aliud concipi mẽte poteſt quod præferatur tuo conditori, noo item quiduis ſuapte natura boooratbilius eo qui primogenitus eſt omnis creaturæ. *Primùm bibe.* Cõdiſce, quia in principio erat Verbum. Ante principium, oihil: nihil oo priùs, qui in principio erat. Ne mihi tu ſeculum præfuiſſe dixeris, non vllam prorſus dimeoſiooem, noo locum eſſentia filij deſtitutum, non tempus, oon vllum temporis momentum illi intercisum, oihil quod animæ inſerere ſe poſſit futili & euanida imaginatione. Hoc primùm citò bibe: oon molliter, non item perfunctoriè aut neglectim, neque ſolutiùs ad ſubeundum id operis accedito: ſed contentis viribus ac ſtudio properanti, cuiuſmodi erat Paulus qui ſimul atque poculum ſumpſit fidei oihil cuoctatus ad prædicationem proſiliuit, non acquieſcẽs carni & ſan- B guini, ſed quàm ocyſſimè perinde atque vnus aliquis viarum excurſor vt accepit primum ſibi ex compacto indictum curriculum, aduſque fioem feſtioè cootendit, ſecuodum propoſitam ſpem perſequens ad brauium ſupernæ vocationis. *Regio Zabulon.* Aduerſus eos inuehitur propheta, apud quos & Domious ſubinde moram traxit ac verſatus eſt, qui quidem priùs in tenebris ignorantiæ ambulantes, exoriente vera luce quæ illumioat oumem hominem venientem in mundum, videruot lucem magnam. Atqui nemo ſuſpicetur quæ à Matthæo inducta ſunt, diſſidere ab hac prophetæ ſeoteoria. Ille ſiquidem dixit, Qui ſedebat io tenebris: hic autem Eſaias dixiſſe videtur, Qui ambulabat io tenebris. Ambulare enim in tenebris parilem poteſt retinere ſenſum cum ſeſſione, quòd ambo ſibi diſpoſito fioe peræquè priuantur. Hic quidem dum non mouetur loco: ille autẽ deërrans temerè obambulat. Qui enim nullo deſtinato ſibi ſcopo incedit, ouſpiam loci certi péruenit: qui etiamnum inerti ocio edoctus eſt viuere, ounquam ad optatum prouehetur exitum. Populus igitur hic qui eatenus caliga- C rat tenebris adopertus igoorantiæ gentilium, vidit lucem, non cuiuſmodi ſplendeſcit ab igoe, non qualis ab aſtrorum iubare promicat aut à luna, Sole ſeu cuiuſmodi exilit è fulgetris radioſus fulgor, ſed lucem magnam, quæ iotellectu ac ſenſu præditis affulgere ſolet, quæ & Patri par coëxiſtit, & illuſtrat homines, angelos quoque iocredibili perfundit lætitia. Quùmque in omnia expaſſa abunde ſe diſpertiat, raotò magis redundat in ſeipſam. Io quali verò regiooe hic gentium populus habitabat? Nimirum obumbratus mortis caligine. Quaſi enim terra quædam & profundior oubes per idololatriã impeodebat eis tantiſper dum lux illa affulgens eam diſpeſcuit & intercidit caliginem, ipſos autem circumfudit ſplendor exortæ veritatis. Deinde tranſit ſcritura ad hoc quod ad Domini perſonam referatur dicẽs: *Plurimam partem populi deduxiſti in lætitia tua.* Non eoim omnes exceperuot ſalutare verbum: ſed plurimi conſequuti ſunt inuitaotem ad æternam lætitiam, qui quidem colletabuntur io cooſpectu D Dei, ſicut qui lætantur io meſſe. Quod eoiio ſinguli quique ſeminant, hoc & merent. Siquidem die illa futuræ retributioois, qui verbum fidei exceperuot, & fructus huberes ediderunt pro proportione eorum quæ hic prærogata ſunt, à iuſto iudice mercedem condignam recipientes admirabili iucuoditate perfruentur, vt qui in meſſe lætaotur primitiuqs lætitię fructus è laboribus propriis obtioeores. E diuerſo qui ſpoliis & occiſorum exuuiis diteſcunt, hi raros admodum commeatus recipiunt ex opibus ſic comparatis. Ob hoc vtraque dicens connexuit, & quæ ex retributiooe affutura eſſent bona, & quæ per eius gratiã qui ingentia dona elargitur, eſſeot proueniura. *Ablatum enim eſt iugum quod gentibus erat ſuperpoſitum.* Excuſſerunt a ſe iugum graue eius qui ipſos ſubiugarat & addixerat ſeruituti peccati, eorumque ceruicem iocuruarat virga impietatis, vt iacto in anima fundamento apoſtolicæ prædicatioois non iam ſuccumberent ſeruituti peccati. *Virgam enim exactorum diſſipauit, ſicut in die Madian.* Planè intolerandum & peracre iugum ille exactor iniecit humanæ, vitæ commuois ſcilicet omnium ooſtrûm inimicus virga cædens & extorquens à nobis, vt ſuam vnius voluntatem exple- E remus. Noſſeoe vis quas oobis plagas virga illa iouexerit? Audi dicentem: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Planè malitioſa hæc virga cicatrices pernicioſi ac terri odoris ingerit eis qui vel eſt cæſus. Mihi ounc ad mentem reuoca vnum aliquem qui variis teneatur deſideriis, & peracri cupiditate extimuletur perfruendi concupitis voluptatibus, quàm hic aſsimilis videri debet ei qui illa hoſtili virga pertunditur, & abducitur ad peccatum. An oon coocupiſcentiam ſuos exacuit ſtimulos atque etiam vrget, dolores inſerens iſti ſic intemperanti, vſque dum cicatricem peccati impreſſerit animæ, ingignẽs illi grauecleotem ac fœdum odorem, nempe immiſsionem obſcœnarum cogitationum? Hãc igitur virgam diſsipabit, quemadmodum diſsipauit principatum & poteotiam imperij Madianitarum. Horũ arbitror vos hiſtorias meminiſſe, aut eius eſſe memores quæ in Numeris recolitur, aut certè quæ & in Iudicum libro contioetur. Ereoim in Numeris ait: Et inſtructam aciem eduxerunt ad- F uerſus Madian, ſicut præcepit Domious Moſi, & occiderunt omne maſculinum, & reges Madiao occiderunt vnà cum vuloeratis eorum. In libro autem Iudicum, Et reuerſus eſt Gedeon in caſtra Iſraël, & dixit: Surgite, quia tradidit Dominus io manus ooſtras caſtra Madian. Portò quid innuit illud, Omoem ſtolam coogregatam dolo, & veſtimentum cum permutatiooe reſtituẽt? Reor id eò dici, quòd qui ſibi imponunt graue peccandi iugum, dum ſe virga atteruot, adigunt ſe ad

Galat. 1.

Num. 31. & Iudic. 7. & 8.

ſe ad peccandum propenſiùs, tales pro iode dolo coaceruatam ſtolam ac veſtimẽtum cum permutatione reſtituent. Qui enim homines ſuis ſpoliarint indumentis, eóſque dolo malo integumentis denudarint, cum permutatione rependeot vicem. Ille enim omnium noſtrûm in cõmune inimicus quum acceperit in nos poteſtatem, à nobis auferet veſtimenta quæ nobis deformibus qualecunque decus & honeſtatem circumponebaot. Sanè Chriſtianorum veſtimentũ obnubens peccati noſtri turpitudinem, fides eſt qua in Chriſtũ credimus. Quicunque enim in Chriſto baptizati
A eſtis, Chriſtum induiſtis. Ille enim inimicus noſter ante etiamnum fidem qua in Chriſtum credimus, humanam denudabat turpitudinem, ſenſus noſtros deſpolians & ſuffurans quibus vita hæc noſtra cohoneſtabatur, noſtrámque nuditatem publicè traducebat. Stolam igitur omnem dolo malo partam & coaceruatam quiſquis ſibi induerit, veſtimentum item cum permutatione reſtituet. Non enim ea modò referemus paria his quæ à nobis detrahuntur: ſed & cum acceſſione agnitionis in Chriſtum, multò reddemur meliores. Ait enim ſcriptura, Induit me veſtimento ſalutis & tunica iuſtitiæ. Siquidem omnem omnino ſtolam malo dolo partam & congregatam. Hoc eſt, clanculario furto compilatam cum permutatiooe reſoluent. *Quen & optabunt, vt ſint igne combuſti, quia puer natus eſt nobis.* Malignæ poteſtates poſt Domini aduentum clamabant: Quid nobis & tibi fili Dei? Veniſti * huc ante tempus perdere aut torquere nos? Tunc enim auferentur, vt
B vehemeotiori exurantur igne, aut certè ſententiam reportent damnatioois ſub ipſo Chriſti aduentu in carnem, quia puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius principatus factus eſt ſuper humerum eius. Et vocabitur nomen eius magni conſilij angelus. Quot nomina edocti ſimus ſcripturam indidiſſe Domino, ſuperiùs ipſi audiuimus. Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel. Hîc, vocabitur nomen eius, magni conſilij angelus. Hic planè qui magnum illud conſilium à ſeculorum conditione reconditum, nec aliis retro generationibus manifeſtatum annuntiauit, hic qui in lucẽ edidit ſuas imperueſtigabiles diuitias expoſitas eſſe gentibus, vt eædem gentes cohęredes ſibi ſint & concorporales ipſi, cuius principatus eſt ſuper humerum eius. Hoc eſt, regnum & poteſtas in ipſius cruce. In crucẽ enim exaltatus ad ſeipſum pertraxit omnia. *Adducam enim pacem inter principes, & ſanitatem ipſi. Magnus principatus ipſius, & pacis eius non eſt finis.* Hiice verbis perſpicuum euadit quæ hic dicuntur, exprimi ſub Patris perſona, quippe qui ipſum cooſtituit ſequeſtrum ac mediatorem ſanciendæ pacis per eius ſanguinẽ in cruce effuſum, ſiue ioter ea quę in terra ſunt,
C ſeu quæ in cœlis. Meo quidem arbitratu dictum eſt hoc. Adducam enim pacem inter principes, & ſanitatẽ ipſi, vt hoc argumento declararetur myſterium reſurrectionis ipſius. Nam quia crucifixus eſt ex infirmitate, uiuit autem ex virtute Dei, ob hoc dicitur ſanitas adduci ipſi propter infirmitatem carnis quam noſtri cauſa aſſumpſit. *Et pacis eius non eſt finis.* Ait enim: Pacẽ do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Neq; enim pax eius vllo clauditur fine, quum id doni mundo ſit ſuperius. Si enim è mundo eſſet, vtique vnà cum decidua concretione mũdi dirimeretur ac diſperiret. Nunc autẽ quiſquis ipſius pacẽ excepit, modò eam tueatur ac ſeruet continenter, perpetuo conuictu bonorum perfruetur quæ ab ipſa pace promanant. Salomonis pax præſcriptis annorum circulis finem accepit: quæ autem à Domino indulgetur pax, in omne coextenditur æuum, quod nullo circunſcribetur fine aut termino, Eius enim imperio cedet creatura omnis ac ſubſternetur: eius dominium agnoſcent omnia. Quúmq; fuerit Deus omnia in omnibus, tunc ſilentio indicto D
refugis poteſtatibus quæ nunc obſtrepunt atque tumultuantur, in pacifica concordia ſancti hymnos concinent Deo. *Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, vt * dirigat illud.* Quòd dictum fuiſſet non defuturum principem ex tribu Iuda & ducẽ de femoribus eius, donec veniat cui repoſita ſunt: hinc ad vnum penè omnes concorditer denuntiant Dominum ſecundum carnem fuiſſe proditurum ex ſemine Dauid. Super thronum igitur Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt moderetur illud & dirigat, vtq; * auxilietur ei in iudicio & iuſtitia. Dicit Pſaltes, Iudicia tua abyſſus multa. Et, Iuſtitia tua, ſicut montes Dei. Neque enim iudicia eius comprehendi queunt, neq; iuſtitia pro dignitate ſuæ celſitudinis vlla attingi contemplatione. *Et hæc faciet Zelus Domini Sabaoth.* Nos per ignorantiam Dei miſerè perditos zelatus Dominus, diſpenſationem carnis aſſumpſit, vt ſuum cœleſte regnum impartiretur & nobis vendicaret. Zelus igitur Domini Sabaoth: id eſt, Exercituum, cui virtus omnis ſubiecta eſt, hic ea faciet. E
* *Verbum miſit Dominus in Iacob, & venit in Iſraël, & ſciet omnis populus Ephraim & qui ſedent in Samaria in ſuperbia & ſublimi corde, dicentes: Lateres ceciderunt, ſed venite, poliamus lapides, & incidamus Sycomoros & Cedros & ædificabimus nobiſipſis turrim.* Appellatione Iacob & Iſraël ſententia hæc, mea quidem opinione, duarum rerum nobis ſuggerit intelligentiam, nimirùm & imperfectorum elementarem atq; primariam inſtitutionem & eorũ perfectionem qui ad apprehendendum apicem virtutis contendunt. Sanè ſenſum hunc innui nos ſubmonet * tropus ipſe trãſnominationis patriarchæ. Etenim in Geneſi, dictus legitur Iacob, quòd fratris plantam apprehenderit: poſt luctam autẽ, præmij vice tanquam victori indicta eſt * altera nomenclatura. Non enim iam vocabitur nomen tuum Iacob: ſed Iſraël erit nomen tunm. Miſſum igitur eſt verbum ad Iacob & venit io Iſraël. Itaque in primis per clementem miſericordiam cõdeſceodit ſcriptura infirmioribus: qui autem perſpicacioris intelligẽtiæ ſunt, ipſo ſenſu percipiũt, F
quantum reſiliat vtilitatis ex ſermone Dei, ita vt vi quodãmodo iniecta arripiant aſſumentes eum ad quos miſſns eſt citra vllam ſegnitiem nec perfunctoriè. Verbum igitur miſit Dominus ad Iacob. Noſti Verbum quod erat in principio, quod erat apud Deum. Hoc miſit Pater ad Iacob: notũ autem fecit ipſum verus Iſraël, nimirùm animæ perſpicaciore intelligentia præditæ, Et agnouit omnis populus Ephraim & qui prius ſedebant in Samaria, in ſuperbia & elato corde. Hic eſt Ephraim ex quo ſuppullulauit deſertor Dei Hieroboam

Margin notes:
* [illegible]
Esa.7.b. Mat.1.c.
* [illegible]
Gen. 49.
* Pro [illegible]
* Pro [illegible], habet Aldus [illegible]
* [illegible], quæ & hypallage.
* Nempe Iſraelis.

boam qui ad ſe auulſit tribus decem, commeotus etiam eſt ex auro buculas ſiue vaccas, vt populo perſuaderet ſecedere à cultura Dei & latriam exhiberent idolis Aegyptiorum ij qui io Samaria ſedebaut in ſuperbia & elato corde. Qui verò conſenſerunt veritati, ſuſceperunt verbum iuxta coarrationem actuum, Quia audierunt Apoſtoli Samariam recepiſſe verbum Dei. Sub hæc deſcribit propheta illorum contumacem ſuperbiam,
A quanta fuerit. Portiuoculam enim tribus Dauidicę nihili ducentes, tanquam quæ nullo negotio aboleri poſſet & opprimi, licet regiam obtineret dignitatem, miſerum in modum eam ſubſaonant dicentes illud: Lateres ceciderunt, ſed venite, læuigemus lapides. Lateres quidem nominabant ſubſtructionem regni filiorum Ieſſe: lapidem verò appellabant ſolidam firmitatem quæ connectebat potentiam ſcilicet mutua compagine cōſtabilitam ſimul & conſpirationem ad eadem viuendi præcepta. Ait ergo. *Et incidamus ſycomoros & cedros & ædificabimus nobis ipſis turrim.* Pro templo quod exædificauit Salomon Iudæ, iſti nomine turris excelſæ proponebāt ſe molituros quoddam non abſimile ædificium, per quod & * illi conabantur cœlum ſibi reddere peruium & acceſſibile. Etenim etiam miſerè clamabant: Venite, componamus oobis ipſis lateres & coquamus eos igni. Rurſus, Venite ædificemus nobis ipſis ciuitatem ac turrim, cuius vertex pertingat vſque ad cœlum. Sycaminus autem arbor eſt ſupra modum fructuum vbertate redundans, qui nullius qualitatis obtinent diſpoſitionem, niſi ſi quis eos fructus puncti in vellicando qualemcumque ſuccum ex ipſis exprimat qui guſtum ſuauitate oblectet. Vnde opinamur eam arborem ſymbolum
B præferre coogregatioois geotilium more degentis quæ quidem quum quotidie ſuccreſcat, infatuata tameo eſt & deſipit per aſſuefactionem ſtudiorum gentilium, quam congregationem ſi quis acrimonia verbi cōpungere potuerit, fœlici immutatione edulcata conuertitur ad reſoluendam Deo gratiarum actionem. Sed & Cedri nonnunquam accipiuntur ad exprimendam ſimilitudioem animarum eximiæ virtutis, habentium commendabilem eam ſublimitatem qua ſe poſſint attollere ad cognitionem & intelligentiam, ſimul & conuerſatione habere in cœlis, ſicuti nos Pſalmi edocuerunt Dauidis, nunc quidem eas Cedros aſſumentis ad laudem Dei, ac dicentis: Ligna fructifera & omnes Cedri. Rurſus, Saturabuntur ligna campi, Cedri Libani quas plantauit. Nonnunquam mores hominum præfractos & per contumaciam neſcios flecti quibus ſe attollunt aduerſus ſciētiam Dei, ipſi nouimus dici Cedros. Quamobrem, conterit Dominus Cedros Liba-
C ni. Quio etiam Cedri dicuntur ij, qui per falſi nominis ſcientiam inſoleſceotes & ſtultam ſui exiſtimationem putant ſe iam intelligentiam apprehendiſſe ſacramentorum Dei. Vidi enim impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut Cedros Libani. Horum perditio quàm celerrima eſt. Tranſiui enim, & ecce non erat. Iſti igitur Cedros eiuſmodi aſſumpſerunt ad molitionem & ſtructuram ſuæ turris, qui aote Verbi aduentum ſedebaot in Samaria ſubſannantes Iudaicum Dei cultum & lateres collapſos appellantes quæ in illorum dogmatibus reſederant, ædificia. *Et allidet Deus inſurgentes contra montem Sion & inimicos eius. Diſsipabit Syriam à Solis ortu, & Græcos à Solis occaſu, deuorantes Iſraelem toto ore.* Denuntiat ſe eos perrupturum, & à fundamentis deturbaturum omnes qui cooriuntur aduerſus montem Sion ſimul & impiam cōſpirationem aduerſus veritatem eſſe diſſipaturum. Inimici porrò montis Sion Syri & Græci. Illi quidem ad ortum Solis: hi verò ad So-
D lis occaſum ſuam obtineot regionem. Diſſipabuotur, quòd Iſraëlem toto ore deuorarint. Os præſenti loco vocat vim ſophiſticam captioſi ſermoois, qua quidem omni prorſus abutebantur ad adornandas inſidias aduerſus eos qui corde ſimplici crediderunt Deo. *In omnibus his non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus excelſa. Et populus non eſt conuerſus, donec percuſſus eſt, & Dominum exercituum non quaſiuit.* Quòd inimici Dei hiſce flagris concitii nondum compuncti ſint, noodum etiam auerſus èſt furor eius: ſed adhuc manus eius, facultas animaduertendi in facinoroſos erecta eſt & elata in eos quos oihil pœoitet malitiæ & malignitatis quas geſſerunt. Quia igitur populus hic non ſermone, ſed plagarum irrogatiooe ſanatur, ſcriptum eſt, Et omois populus nō eſt conuerſus, niſi plagis impoſitis: quò fit, vt talibus neceſſariæ ſint & vtiles plagæ. Nemo igitur ſe anxio labore torqueat in inquirendis cauſis afflictionum & moleſtiarum. putà, quàm ob cauſam terra ſqualeat ſiccitate, cur vis imbrium ac redundantis pluuiæ cœlo delabitur, vt quid plena terroris fulmina, qua ex cauſa ex aëre ſidūt grandines. Noſtri cauſa, hæc inuehuntur, qui retinemus cor impœnitēs, nec oiſi plagis priùs eruditi, coouertimur: *Et auferet Dominus ab Iſrael ca-*
E *put & caudam, magnum & paruum in vna die.* Simul atque ſermo miſſus ad eos peruenit, improbum omnem eorum ſtatum prædicat confuſum iri, & principes inſuper cum ſequacibus & pediſſequis adimēdos qui quòd pro poteſtate agebāt, nimiſquam inſoleſcebant, ſimul cum illis qui eorum iugo premebantur. Addit & præſidentiam ſeniorum inhonoratum iri, voà iis qui in iudicio accipiunt perſonas. Eos item cōmemorat ademptum iri, qui quum in populo nullius claſſis eſſe ceoſeantur, ſua tantùm auctoritate deſignati falſo ſibi arrogant propheticam gratiā, quum eam minimè exceperint iofuſiooe ſpiritus ſancti, docentes iniqua, cuiuſmodi erat ætate Hieremiæ, Ananias: & ſub Michæa pſeudoprophetæ, in quibus fuit ſpiritus mendax, qui & ſeduxit Achab, exortans ad ineundum bellum contra Syros. *Auferentur, * & qui in extrema ſunt populi parte. Sed & qui beatificant populum iſtum, erunt ſeducentes eos &*
F *per ſeductionem fructus decerpēt. Propter hoc, ſuper adoleſcentulis & * ætate vigentibus, in eis non lætabitur Dominus. Neque ſi quis pupillus in tali populo, neque ſi qua fuerit vidua, miſerebitur eorum.* Vtrique alioqui digni commiſeratione ſuot, quippe imbecilles & auxilio deſtituti. Præualere verò malitia & improbitate digoum auerſione eſt & odio. Deinde iofert, quia nondum furor eius auertitur: ſed adhuc manus eius excelſa impendet, propter & ſeduceotes populum & ſeductos, quòd iniqui omnes ſint ac flagitioſi & iniqua loquātur. Iſthæc commiſſatio nonnullam continet emphaſim &

* De quibus Geneſ. 11.

* συκάμινος, mores ſine moru. Theophra. 1. plant.

* Pro ἐξαρθήσονται, auferentur, Cōplut. habet ἀρθῶσι, abſtulit. * ἀνακόζοντα.

ſim & eam planè efficacem. *Et ſuccendetur iniquitas ſicut ignis.* Diuinæ erga homines illos beneficentiæ diſpẽſatione factum eſt, vt quæ in procinctu erat iniquitatis materia, à benigno Domino ad nihilum deduceretur, eóque ait. *Et ſicut gramen aridum deuorabitur ab igne: & exuretur in denſitatibus ſyluæ.* Anima tantiſper dum ſibi aggerem accumulat terrenarum perturbationum, vitioſæ aſſectiones quaſi gramen ipſæ latiùs ſe effundunt
A & erepunt per prudentiam carnis, quòd mutuam inter ſe quandam habeant & familiarem originem, quòd alia ex aliis inſuper progerminentur. Vt enim ἄγρωστις gramen præ cæteris herbis prolis eſt numeroſæ, nec vnquam intermoritur aut deſinit gignere ex ſe, ſed ſemper extremitas primitiuæ geniture origo fit ſuccedaneæ ſobolis. Peccatum natura ab eiuſmodi nihilo diſſidet. Peccatum, aliud ex ſe velut cõgener per gradus excipit, ceu fornicatio fornicationem, quin ipſa aſſuefactio mendacij mater fit mendacij: & qui mentem diu exercuit ad furandum, nullo iam negotio aggredietur eam iniquitatem. Quod enim præuertit illum occupare peccatum, illi fit occaſio peccati alterius. Si igitur per confeſſionem detexerimus peccatum, iam ſuccreſcens gramen areſecimus, dignum planè quod depaſcatur ac deuoret purgatorius ignis, idque exuritur in denſiſsimis ſyluis. Obſeruato, quanta in primo * Regnorum dicta ſint de luco, nemore ſeu condenſa ſylua. Oppugnatus populus ingreſſus eſt ſyluam & defecit quippe nullo paſtus eſculento. Quin etiam Abſalon oppugnatus ſyluam introiuit. Peccatum
B igitur noſtrũ niſi exiccetur ritu graminis & areſiat, non deuorabitur ab igne, neque incendio deflagrabit, non item condenſa ſyluæ concremabuntur. Suppurulentias ſuſpicionum quæ caliginem offundunt menti, numeroſam malorum turbam conſeruantes in arcano receſſu cordis noſtri vocat condenſa ſyluæ ſeu nemoris. Sub hæc infert. *Quia propter indignationem iræ Domini ſuccenſa eſt terra omnis.* Declarat in gratiam & beneficium animæ, terrena ipſi tradi depaſcenda igni punitiuo, quemadmodum & ipſe Dominus ſubindicat, dicens: Ignem veni mittere in terram. Ecquid volui, niſi vt accendatur? *Et erit populus ab igne deuſtus.* Non omnimodam internecionem & exterminium cõminatur, ſed innuit expurgationẽ, iuxta Apoſtoli ſententiam, quia ſi cuius opus exarſerit, damnum patietur: ipſe autẽ ſaluus fiet, ſic tamen per ignẽ. At interim diſpungit ac reprobat quæ in populo inualuerat, malitiam, ſimul & ſeditionem inter eos priùs coortam nec adhuc deſinentem, vt quæ quotidiano incremento prorſus eſſet immedicabilis, ait: *Homo fratris ſui non miſerabitur.* Sed accedentem propiùs, vt nonnihil auxilij ab eo promereatur accipere, declinabit ad dex- D
teram. Hoc eſt, dignus eſt qui declinetur. *Quia eſuriet & comedet à ſiniſtris eius.* Qui enim nõ operatur quæ è ſuo ſunt officio & dextera ac digna commẽdatione, hic exatiabitur iis quæ à ſiniſtris ſunt, & vetitis veſcetur. Ita enim interpretatur illud. Comedet à ſiniſtris ipſius, Ait. *Et non implebitur homo comedens carnes brachij ſui.* Ferinam ac beſtialem quandam animæ conſtitutionem ac ſtatũ ſubindicat eſſe mutuam fratrum deuorationem diſſerens, in ſeſe cæde immani incurrentium. *Comedet enim Manaſſes, Ephraim: & Ephraim Manaſſen.* Inmanes & ab omni humanitate alienos reddit hæc malitia, feris quoq; crudiuoris efficit aſsimiles, dum nulla ſatietate explentur carnibus veſcẽtes brachij alterius, quorum finis iuxta Apoſtoli dictum eſt abſoluta perditio: Quia qui vos inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem cõſumamini. Ad eundem modum iſti inter ſeſe hoſtiliter alioquin affecti, tamen in inſtruendis inſidiis aduerſus proximum mutua conſpiratione coorientur. Ait enim, Simul obſidebunt Iudam. Hoc eſt, Confitentes Deo, eóſque qui iugem illi exhibent venerabilem latriam. * Iudas enim ſua E
interpretatione ſonat ἐξομολόγησιν confeſsionem. Maximè tamen malitia quum aduerſus ſeipſam diſcrepet repugnãs virtuti, nonnihil interim concordiæ palàm indicat, cum contumax audacia & timiditas ſibi inuicẽ obluctantur. Audax enim temeritas eſt redundãtis exceſſus, timiditas autem defectum notat. Atqui ſi virilẽ ac ſtrenuam fortitudinem in medio conſtitueris, ſimul illæ ad pugnam conſpirabunt, vt vtrinque ipſam expugnẽt fortitudinem. Ad hoc innuendum Ephraim & Manaſſes dicuntur quidem ſuiſmet veſci carnibus, in mutuum tamen fœdus conſpirant, vt obſidione cingant & expugnent Iudam.

Lib. 2. Reg. 18.

* יהודה *laudatio, confeſsio.*

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN DECIMVM.

CAPVT ESAIAE.

C *VAe ſcribentibus iniquitatem: ſcribentes enim, iniquitatẽ ſcribunt, declinãtes iudicium pauperum, rapientes iudicia inopũ populi mei, ita vt eſſet ipſis vidua in rapinam, & pupillus in prædam. Ecquid facient in die viſitationis? Tribulatio enim veſtra de longe veniet. Ad cuius confugietis auxilium? Et vbi * relinquetis gloriam veſtram, vt ne incidatis in abductionem? Et ſub interfectis cadẽt. Et ſuper omnibus his non eſt furor eius, ſed manus adhuc excelſa.* Sunt nonnulli qui indignum cenſent ſuorum maiorum inſiſtere veſtigiis & quæ ab iiſdem tradita ſunt dogmata, conſectari turpe eſſe ducunt. Iſti ſunt, qui maximopere affectant videri authores excitandarum hæreſeon, quare nouas quaſdam doctrinæ F
molitiones cõminiſcuntur præter rectam ſcripturæ intelligentiã, ſuam ipſorum malitiã & impietatem prodẽtes ſcriptis. Aduerſus hos detorquetur ac peruenit hoc, væ, in hos inquam qui patres ſunt falſi nominis ſcientiæ ac ſcribæ impiorũ dogmatũ. Tales enim tranſuerſos agunt & ad ſe eos abripiũt qui laborãt inopia fidei, animáſq; viduatas veraci ſponſo ac planè theologo peruertunt. Quinetiam iſti ſi quẽ viderint deſtitutũ & orbatũ

* *Pro relinquetis, &c. legitur, relinquetis.*

* *Hoc omnium aduertite peſtilẽtes Lutheranus.*

Væ Lutheranis, Oecolãpadianis, &c.

Dei

Dei præſidio ob commiſſum quodpiam peccatũ, hunc etiam quaſi prædam deputaot ſibi deſtinaram, libetali ore promittentes omoem licentiam & impunitatem, vitámque geniali voluptate diffluentem in medium proferentes, ſi modò ſuis dogmatibus de impietate cootra Deum intelligant eos aſſentiri. Eiuſmodi nunc infœliciter ſuppullulauit hæreſis Anomœorum qui ſcortatoribus, adulteris, maſculorum concubitoribus, plagiariis ſiue mangonibus, petiuris & palàm men-

In Anomœos eleganter vt omnia Ioã. Chryſoſto. ſex homilias reliquit.

A dacibus facilem peccatorum condonationẽ promitunt, modò percipiant eos coarctari blaſphemia in vnigenitum Dei Patris. *Quid facient in die viſitationis?* Diem vocat aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti è cœlis qua die venturus in mundum eſt, ſingulis quibúſque condignam mercedẽ pro cuiuſque operum qualitate repẽſurus, io quo aduentu excipiẽt tribulationem è longinquo ſuper ſe veoientem, quaſi qui ſcripturæ tradiderint ſuã improbitatem. *Ad cuius autem confugietis auxilium?* Etenim aduerſus Deum ſcripſiſtis viuorũ ac mortuorum iudicem. Veſtris ipſorum ſcriptis coarguemini. Ad hæc ait. *Vbi relinquetis gloriã veſtram?* Qui cæteris præeminere præoptant, delatúmque ſibi honorem ab hominibus mordicus tuentur, & proinde eos inceſſit cupido, vt* nuncupari auctores ſectæ alicuius celebritatem nominis aſſequantur, atque ob id qui iniquitatem in excelſo loquuti eſtis, illa tum die iudicij quò loci relinquetis gloriam veſtram? Tales ait, in imam partẽ concident, iis ſubſternentur quorum animas interemerunt. Nunc quidem præſides iis quos in

ἀιρεσιάρχαι ἐπιδυμήσωσι.

B fraudem erroréмque pellexiſti. Iſti te ſuſpiciunt ac miraculi habẽt loco. Quòd doctoris & authoris ſectæ circunferas oomen, magnificè gloriaris & ab eis prædicaris beatus. E diuerſo tunc iis ipſis quorum animas interneciοni dediſti, futurus es abiectior. Mors enim animæ eſt ementitæ & falſæ opinionis receptio. Subter igitur hos cõcides. Eorum enim quos interfeciſti, graue pondus tibi vni incumbet. Et ex quo ſinguli quique noſtrûm per huius vitæ curriculum quodammodo chirographa oostra ſcribimus, formas rerum à nobis geſtarum conſignantes in memoratiua facultate, fortè etiam tales prædicat ſcriptura miſeros, quaſi qui ſuam ſcribant maliciam. Cor quidem iuſtorum deſcriptum eſt, non atramẽto, ſed ſpiritu Dei viui: cor autem iniquorum non ſpiritu Dei viuentis, ſed atramento quod congener eſt & affine tenebris luciſq; inimico. Nouerit vnuſquiſque quia aut pro ſeipſo conſcribit executione bonorum operum: aut aduerſum ſe adornãs chirographa, literis tranſcribit ac mandat ſuam malitiam. Eſt igitur chirographum quoddã aduerſum nos manibus noſtris ſubſcriptum, quum

Mors animæ.

C ipſi quæ deteriora ſuot, fecerimus. Eſt & pro nobis chirographũ, quum opere expleuerimus quæ ſunt meliora. Nonnulli autem in contractibus ex compacto inouodis ounnunquam vitiant & corrumpunt literas, & characteres literarum malo dolo adulterant in cenſibus agrorum, in teſtamẽtariis tabellis, in hypothecis & multiuatiis permutationibus, quæcuoque etiam pacta firmantur & conſtant demonſtratione literarum, ſcribentes & qui tales ſcribunt ſuam prauitarem detorquentes iuſtum iudicium in præiudicium pauperum ac decipientes quæ ſuot inopum populi, ita vt vidua ſit illis in deuotationem & pupillus tranſeat in quæſtum, * cuiuſmodi in prædationibus ac rapinis bellorum contingit fieri ab his qui viribus præualent, quorum commeminit ſcriptura, dicens: Quid facient io die viſitationis? Diem iudicij & retributionis diẽ vocauit viſitationis qua merces vnicuique pro merito reponetur, quam iſtis cõminatur. Quia tribulatio veſtra è longinquo veniet. Intelligamus ſanè cur ſic dicat, è lon-

** Hæc vocem prætextus Chriſtiani clementer reſcinderemus.*

D ginquo. Salus quippe veſtra non è longinquo, ſed e vicino vobis adeſt. Scriptum enim eſt, Appropinquans Deus ego ſum. Et rurſus, Mandatũ hoc, ait, quod præcepi tibi hodie, non eſt immenſum, neque longè abs te diſſitum, non in cœlo ſurſum eſt, vt dicas: Quis aſcendet in cœlum, & aſſumet illud ad nos? Neque trans mare poſitum, vt dicas: Quis traiecto mari aſſumet illud & ad nos deferet, & audientes ipſum faciemus? Prope te verbum eſt in ore tuo & in corde tuo. Siquidem Dominus noſter ait: Regnum Dei intra vos eſt. Nam quæ primas obtinent partes bonitatis nobíſque conciliant ſalutẽ, propè nos eſt & io intimis: quæ autem ſaluti ſunt contraria, è longinquo veniũt, & à nobis externa ſunt. Neque enim primæuæ illi noſtræ conditioni inſitum eſt peccatum: ſed poſteriùs incubuit hominum generi, ob quod vindicandum inuehitur & tribulatio pro malè commiſſis, quam è longinquo venturam interminatur propheta. *Væ Aſſyriis virga furoris mei & ira eſt in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquã immittam, & populo meo præcipiã, vt ſpoliet & prædetur & conculcet ciuitates & redigat eas in puluerem. Ipſe autem non ſic cogitauit, nec animo ſic ſecum reputauit: ſed diſcedet mens eius, vt diſperdat gentes non paucas. Et ſi*

E *dixerint, Ipſe tu ſolus es princeps, Dicet: Non accepi regionem quæ ſupra Babylonem eſt, & Chalanen, vbi turris ædificata eſt. Et tuli Arabiam & Damaſcum & Samariam. Quemadmodum & has cœpi, & omnes principatus capiam.* Propter multitudinem iniquitatum populi, ob quas in captiuitatem ipſum abducunt Syri non propter ſuam ipſorũ iuſtitiam, ſed propter redundantem populi flagitioſam iniquitatem: quamuis iſti minus rectè ſecum cogitarent, quia populo iſti diuinatum legum præuaricatori opus foret caſtigatorio flagello, ſed ſibiipſis eam adſcribebant victoriam, quódque inſoleſcerent quaſi qui cæteris anteſtarent viribus, hos deprædicat ſcriptura miſeros. Væ vobis Aſſyrij, qui virga eritis furoris mei. Inſtrumẽtum ſiquidem pœnæ inflictiuum nõ propria virtute irrogat pœnã: ſed iis qui promerẽtur conteri, ſupplicium iuſert operatoria virtute ſe mouentis, quare ait: *Et ira in manibus eorum.* Hoc loco iram perſpicuè nominat diſciplinam ſiue correctionẽ caſtigatoriã, quemadmodum ait Pſaltes. Neque in ira tua corripias

Pro Syri, lege Aſſi.

F me. Itaque correctionem Iſraëlis aſtruit concreditam eſſe manibus Aſſyriorum. Iram meam in gentem iniquam & exlegem immittam, grauiter animaduertam in eam, quòd non ſuſtinuerit vitam ſuam conformare iis quæ lege præſcribebãtur. *Et populo meo conſtituam, vt faciat ſpolia.* Clemẽtiſsimus Deus ſua vnius benignitate populum licet legis tranſgreſſorem non deſinit nominare ſibi peculiarem. Quòd enim iniquè ſe geſſerit aduerſus legem, iram: quia verò in gratiam progenitorum

genitorum quos ſemel ſibi delegerat peculiariter, ooo etiam illis denegar aut adimit ſuam familiaritatem. Ait igitur. *Conſtituo, vt faciat ſpolia & depradationem, & conculcet ciuitates, & redigat eas in puluerem.* Vt ſemel intelligamus omnia, ipſi nouerimus quia quicquid ioamœoū perpetimur & permoleſtum, id ſuſtinemus decreto diuinæ diſpoſitioois. Non enim ſinit totos nos dedi iſtis poteſtatibus maligois quæ de vooquoque pœnā
A exiguot, ſed ſolerti cootemplatione virium eorū quibus medicam vim adferunt, pœnis præſcribit modum. Sanè * ſpolia aut exuuiæ ſunt, quæ cadaueribus in bello proſtratorum circumpoſita deprehenduntur, ſiue arma fuerinr, ſiue veſtis aut ornatus quiuis alius. * Præda autem eſt diſtributio ſpoliorum pro cuiuſque victoris metito. Aſſyrij igitur iuſſi ſunt ſpolia detrahere ex Iſtaël, prædas agere, ipſiúſque proculcare ciuitates, denique eas io puluerem redigere. *Ipſe autem non ſic cogitauit, nec animo ſecum reputauit.* Sed ſupra modum elatus mēte eſt, quaſi populus noo eſſet eius manibus traditus ob commiſſa piacula, ſed & per animi elationem eacedens ſenſu mentis ſuæ, eaiſtimaret ſe eum eſſe qui poſſet oon paucas geotes ad extremam cladem perducere. Quúmque ſubditi aſſentando eius fauorem venaotes dicerent: Tu ſolus es princeps, ille veluti per itoniam reſpondet. *Non accepi regionem quæ ſupra Babylonem eſt, & Chalanem.* Ac ſi dicat: Necdum obtinui omoiū ditionem. Effugit regnum meum ea regio quæ ſupra Babylonem eſt, & Chalane, vbi turris ædificata eſt. Torrem ſanè illā dicit quæ à priſcæ ætatis hominibus ſubſtrui cœperat io cāpo Sennaar, dicentibus: Venite, ædificemus nobiſipſis ciuitatem & turtim priuſquam diſparemur ab inuicē,
B cuius vertea ſit vſque ad cœlum. Proinde * Chalaoes nomen non eſt vſu ſcripturæ detritum. Eam autem coniectamus ſitam eſſe quopiam in loco Babylooię finitimo, quaodo Babyloo agnominis eſt confuſioni lioguarum, quas Dominus illorum coïtiooem ad malum concordem ditimens, confudit. Ait enim ſcriptura: Vocatum eſt oomen loci illius confuſio ſiquidē dicta eſt Hebraicè * Babel, Ait autem, Accepi Arabiam & Damaſcum & Samariam: Quemadmodum & has cepi: & cæteros omoes priocipatus capiam. Ex quo igitur ſibi cepit, reliquas omoes, ſpe præſumit ſe poſſe ſub iugum ſuum eas pertrahere. Nec interim iſte Intelleait id confici nō poſſe humanis viribus: quādoquidem victoria hæc eius pendehar à diſpenſatione Dei peccatores erudieotis, quare ipſum ceu comploratiooe digoum decernit ſermo propheticus. *Vlulate ſculptilia in Hieruſalem & in Samaria. Quemadmodum enim feci Samaria & manufactis eius: ita faciam Hieruſalem & ſimulachris eius.*
C Sculptilia quum ligno, lapide aut alia quauis matetia conſteot, artifici tantùm ſolertia ea cooformante io imagines homioum aut animalium ratioois expertium, quadrupedum, volucrum aut reptilium, cuiuſmodi eraot ſtatuæ & ſimulachra Aegyptiorum, quónam pacto eiulatum edere poterant? Vlulatus * autem voa eſt ſooo quopiam inarticulato dolorem indicaos cordis. Quinam igitur vlulaot ſculptilia? Quòd idola quæ à gentilibus coluotur, ligna quidem ſunt, aut lapides ſiue ea hominum manibus formam acceperint, ſiue auro fabrefiāt & argento, aut ebore & quæcunque alia præcioſæ aut vilioris materiæ. Hiſce omnibus aſſideot dæmooes quidem ea abdito captantes fruitionem & illecebram voluptatis. Quemadoıodum enim cupedia & irritamenta gulæ canes inuitāt ad loca macellorum, & io quibus ſanguis eſt & cruor ad pus ſaniémque degenerans verſantur: ſic & iſta gulæ dedita dæmooia circum aras ſe inſiouant qualemcunque voluptarem ea ſangoinibus & nidore ſacrificiorum ve- D
nantia, circa etiam ſibi cōſecratas ſtatuas ſe prouoluunt. Fortè enim aliquot locis, aëria ipſorum corpora ſiue ignita fuerint aut ex vtroque elemeoto mediè temperata, nidore illo nutriuotur. Quio & hiſtoria regoorum declarat quaodam virtutem dæmooicam aſſidere ſibi celebriter dicatis ſimulachris. Ait enim: Acceperunt * Philiſtiim arcam Dei & introduxerunt eam in domum Dagon, & diluculò ſurreaeruot Azotij & ingreſſi ſunt poſtero die domum Dagon, Et ecce Dagon in faciem ſuam ſuper terram. Prolapſus igitur Dagon quidem ea erat quæ cernebatur, ſtatua: in faciem verò prolapſus erat ipſe dæmon à claritate gloriæ deuictus quæ circa arcam Dei eaplendeſcebat, manufactum autem à ſe decuſſit. Ob hoc & qui veſcuntur idolothytis, participes dicuntur menſæ dæmooiorum. Quum eoim victima idolo oblata diſpertita fuerit in aſſidentem hoſtiæ dæmonem, ex ſanguioe quidem eailiente, ea adipe verò ſuffumigaote & reliquis holocauſtis, dæmonio oonnullā partem arripiente, déque ipſius calice cuius delibatione icitur cum eo fœdus, qui bibit, calicem bibir dæmoniorum, quam ob rem vlulant ſculptilia, hoc eſt, dæmonia quæ ſuis cognomina ſuot ſculptilibus. Cúmque dicitur, quia veniet in Aegyptum Dominus, E
& collidentur manufacta Aegypti, & cor eorum ſuccumbet ac vincetur. Sententiam hanc ſic ediſſerimus: Dæmonia quæ in finiimo terræ loco diuerſantur, in exilium profligata concutientur, ínque ſibi peculiariter attributam abyſſum propellentur, adueniente Domino. Quare maledictus omnis, quiſquis fecerit ſculptile & cooflatile, opus manuum artificis, & ponet ipſum in occulto, quia per hoc malum ſibi aſciſcet theſaurum, oempe dæmooem ſe vltrò ſubſequentem, pérque hunc ſibi colliget maledictionem, infauſtam prorſus contubernalem. *Et erit, quum conſummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion & in Hieruſalem, inducet ſuper mentem magnam ſuper principem Aſſyriorum, & ſuper altitudinem gloria oculorum eius.* Indicto vlulatu ſculptilibus Hieruſalem & Samariæ, iotentata quoque eis comminatione, per quam videlicet eaputgaretur Hieruſalem, & idolorum ſpurcitiis liberaretur erudita plagis F
coërcitiuis quas ſuſtinebant ab Aſſyriis illatas, tum demum commioatur ſcriptura trāſlatum iri plagam in Aſſyriorum principem. Is enim quando ſenſu ſupra modum ſe extulit, nec ſecum reputauit illorum peccata cauſam ſuggeſsiſſe tantarum authorem calamitatum: ſed ſua voius ſolertia ac viribus eaiſtimauit ſe præualuiſſe aduerſus Hieruſalem. Ob hanc impotentem ſuperbiā, nec vlla nitentem ratione celſitudinem per elatiooem mentis, ait: Inducet ſuper mentem magnam ſuper principem Aſſyriotum & ſuper altitudinem

* כלנה

* בבל

Noui dictum.

1. Reg. 5.

tudinem gloriæ ocolorum eius. Eſt quidem vnus aliquis conditione naturæ, magnus: eſt & alter magnus per exuperantem de ſe exiſtimationem, quum oihil eorum quæ ſe addeceant, ritè perficiat. Mens deoique ea verè magna eſt quæ verè mirabilium Dei operum contemplatiooe poteſt ſe accommodare rationibus veſtigandis creaturarum & earum conſyderatione intelligere bonitatem ſapiẽtiæ tanti vniuerſorum artificis. Magnus proinde eſt qui præualet accommodare ſe inquirendæ diſpeoſationi rerum à Deo cooditarum & iocumbere prouideotiæ rerum vſque mi-
A nimarum moderatrici, horum inſuper ſedula obſeruatione ipſius cootemplari iudicia quàm ſint iuſta. Magna vtique mens quæ tacita cogitatione angelicarum virtutum, totiúſque claritatis circa ſupernas poteſtates explendeſcẽtes ſecum reputat ac meditatur regem gloriæ ac Domioum virtutum: iſtis omoibus ſupereminere. Vice verſa qui ſe deprædicat beatum & inſoleſcit, is ioſtiùs nominetur * captioſus artifex propriæ exiſtimationis ac mentis euaoidæ, quàm magna mẽte præditus, præterquam ſcripturæ cõſuetudo ea ioolevit, vt dicat eos qui multorum exiſtimatione vendicare ſibi contendunt celebrem nomeoclaturã ac vocet magnam mentem, non quidem amplitudini aut magnificentiæ naturæ aſtipulans & reddens teſtimonium, ſed deſignans id quod exiſtimatione hominum illi publico præconio tribuebatur. Eam ob rem ſuperbam elationem ſimul & humilium ſuorum plus æquo ſe efferentem prudentiam, inductutum vindictam profitetur ad-
B uerſus mentem (quæ magna erat) regis Aſſyriorum, interim coarguens infirmum & imbellem ſenſum *: ait, Et ſuper celſitudinem gloriæ oculorum eius inducet ſupplicium. Equidẽ δόξα gloria, vox quum ſit variæ ſignificationis, iuxta vnam aliquam earum definierunt nonoulli ipſam præſenti loco debilem eſſe & infirmam exiſtimationem ſiue nominis celebritatem. Poteſt & accipi mens magna & prudens pro verſuto & verſipelli ingenio, quemadmodum & ſerpens prudentior beſtiis quæ ſuper terram gradiuntur, & diſpenſator iniquitatis legitur prudenter feciſſe. Inſuper filij ſeculi huius prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. Interpretatus eſt autem & oobis Paulus πανουργίαν eſſe * φρονημάτων τοῦ ὕψους ſuperbam & inſoleſcentem animi cogitatiooẽ io epiſtola ad Coriothios. Timeo autem ne fortè ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſeoſus veſtri. Hiſce eoim verbis declarauit hiſtoriam ſuo teſtimonio tribuiſſe ſerpeoti vituperabilem prudentiam, quòd prudentiam ſibi natotã ioſitam verterit io captioſam & veteratoriam aſtutiam. Sic ſanè & mens magna non quòd pugnet aduerſus commendabilem prudentiam, vti ſubindicarunt qui apud Græcos vocum ſignifica-
C ta exactè in ordinem digeſſére, dicentes iotellectum ſiue meotem magnam eſſe prudentiam detortam ac peruerſam, ſed falſo nomine, aut qui in ſui ipſius admirationem rapitur, ſeque obſeruat quaſi aliquid magni momenti, mens magna eſt, aut certè ab aſſentatoribus ſic appellatus, per hãc ſcripturã nominatim recenſetur. Hic planè mens magna, dictus eſt prophetæ, quòd compertum haberet, quia oculus ſapieotis (qui verè ſapiens eſt) io capite eius. Hic verò in ſublime erectis oculis magna ſui exiſtimatione percellitur & prægeſtit, quaſi indignum ducat deorſum oculos demittere, nec contueri terrena hæc, ſed quæ ſublimia ſunt dogmata, ſuperfluo ſtudio conſectatur & inquirit, ac ſi in ſuperna illa conuerſatione commoretur, cuiuſmodi fuerunt apud Græcos ſapientes qui vitam qoidem hanc tranſegere maximè obſcœnis commotionibus carnis inuolutam: hi oihilo ſeciùs phyſicis rationibus commeotati de cœlo, aſtris, & æthereis déqoe * accidentibus aëris, nonnihil gloriæ & euanidæ exiſtimationis erectione oculorum ſibi vendicarũt. D
*Dixit enim, In fortitudine faciam & ſapientia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem earum deprædabor, & * perſuadendo pertraham ciuitates habitatas & habitatum orbem totum comprehendam manu, vt nidum, & ſicut derelicta oua tollam. Et non eſt qui fugiat me, aut reſiſtat mihi.* Qua ratiooe motus & in quem ſenſum, * regem ipſum dixerit magnam mentem, ioterpretatur & explicat luculenter, cur inſuper interminetur Deus irrogaturum ſe ſupplicia, nimirùm propter celſitudinẽ oculorum eius, neque non ob pompaticam iactantiam verborum ipſius qua aduerſus inferiores vſus eſt, omni cum amarulentia interminatus ſe eis illaturum omoifariam ſpeciem extremæ cladis & vaſtitatis, vires ſuas profeſſus inuictas eſſe & inexpugnabiles. Videri enim vult perinde ac Dominus ſit & omnino perfecturus quæ animo deſtinarat, dum hac verborum pompa vſqueadeò ioſoleſceret. Quandoquidem mihi ſuppetit robur plurimum equeſtris pedeſtriſque exercitus, E
& oemo qui reluctetur aut contradicat. Quúmque inacceſſa in promptu adſit ſapientia rei militaris, oecnon intellectus incomprehenſibilis, ob hoc ipſum (ait) * auferam terminos geotium & fortitudioem earũ deprędabor. Omnes enim ſimul gentes vi * adigam, vt ſe ſubmittant, capútque inclinent regno meo, vt omnium regoorum fines meo adiungam imperio. Siquidem in hanc vſque horam, certis limitibus ſingulæ quæque gentes ab alterutra diſcretæ ſunt & definitæ. Auferam igitur earum terminos, omoéſque fortitudine adigam, vt ſub meum vnius regni ſceptrum redigantur. Et fortitudinem earum deprędabor. Deprædatio dicitur partitio exouiarum ſiue manubiarum quæ fit ab his qui victoria ſunt potiti aduerſus hoſtes, de his qui intercepti ſunt & expugnati, dum corpora in captiuitatem abducuntur ſiue armentorum ſiot, ſeu alia quæuis ad vitam conſeruata quæ & victores ſortitò inter ſe diſpertiuotur. Eteoim ſinguli quique pro dignitate & exuperantia bellicæ virtutis qua excelloerunt, cenſentur digni partitione prædæ & ſpolio- F
rum, & ita ſecum auferunt è bello. Ait ergo, Et ounc ciuitates quantalibet firmitate cooſtabilitas concutiam, meáque vnius virtute conturbabo, orbem inſuper vniuerſum mea manu qoaſi nidum compreheodam. Quis enim labor fuerit pullos auium inuolucres adhuc & implumes, dum ab auibus ſe enutrientibus fouentur, in oido apprehendere manu, qui neque * remigio alarum, neque pedibus vel ad fugam queunt. Drin molta cum acrimonia coarguit eius contemptum erga homines, quódque ſui exercitus vires pręter omnem

*populi.

*Vide Laertiũ Diog. in vita Platonis, Ariſtot. & aliorum.

*Aſſyriorum.

omnem modum attollit. Ait enim, Orbem terræ ſe ablaturum, non quaſi nidum modò, ſed quaſi oua derelicta ſic apprehendam, nec eſt qui effugiat me, aut aduerſum me grunniat. Plane quod ad loquutionis ſtructuram attinet, ipſe Aſſyriorum princeps inducitur talia loquutus, maiorem in modum tumidus mente eſt ob ſucceſſum victoriæ partæ aduerſus Iudæam & Samariam. Ratus quoque ſe vnica excurſione gentes omnes ad ſe auulſurum, & neminem habiturum qui aduer-
A ſum ſe leuaret manus, ſed gentium diſtinctos limites ſua vnius virtute confuſaneè permiſceret, pérque orbem vniuerſum conciret turbas audito terrore ſui aduentus, exiſtimans inſuper ſe faciliùs manu comprehenſurum terram, quàm pullós auis, ac potentia ſui exercitus luſtrâtis & adorientis vniuerſum qui ſub Sole eſt, orbem, aut certè quaſi vnus aliquis interpretetur oua genitrice aui à qua fouebantur, eſſe deſtituta. Sed enim ex quo ſuperbia maior eſt, quàm vllum deceat hominem, exiſtimarunt nonnulli ea verba conſentanea eſſe ac rectè quadrantia illi ſuperbo * homini, qui ceruicem erexit aduerſus omnipotentem, nec vllius imperio voluit morem gerere refractarius & transfuga, qui ad conſectandam ſuã malitiam ſolicitauit ſimul & ad defectionem ſpiritus malignos, ſe vt ſequerentur. Ille enim exiſtimat ſe eſſe mentem magnam, imaginatus quæcunque ſunt ſublimia ſe circunluſtrare. Proinde pollicetur ſe orbẽ vniuerſum pertrahere poſſe ſub ſuam ditionẽ, qui & à Domino interrogatus vnde adeſſet, ne inficiatus quidem eſt dicere: Cir-
B cuiui quæ ſub Sole eſt, terram: & obambulaui ea quæ ſub cœlo eſt, regione, adſum. Hic auſu temerario præfidens ſuſtinuit oſtendere totius creaturæ Domino regna terræ, ac dicere: Hæc omnia mea ſunt. Nunc igitur, ſi procidens adoraueris me, hæc omnia tibi dabo. Forſan enim ſcriptura hæc ſub nomenclatura nominis regis Aſſyriorum tacitè innuit huiuſce ſeculi principem. Siquidem Dominus principem ſeculi huius nominatim vocat diabolum, dicens: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Poſt pauca, Non iam multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ex quo autem non pauci principes ac gentium præfecti ad tutelarem cuſtodiã & conſeruationem vniuſcuiuſq; gentis ſibi concreditæ conſtituti ſunt, quem admodum ait Moſes in Cantico: Quando * diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, cõſtituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei. Ait ruſum Apoſtolus, Sapientiam autem loquimur non ſeculi huius, ſed loquimur Dei ſapiẽtiam quam nemo principum ſeculi huius cognouit. Iterum. Dixit enim ad eum
C angelus. Et ego veni propter verba tua, & princeps regni Perſarum ſtetit ex aduerſo mihi. Et ecce Michaël vnus principum primorum venit, vt me adiuuet, & ipſum reliqui illic cum principe regni Perſarum. Et paulò poſt ait, Et ego egreſſus ſum, & princeps Græcorum veniebat. Equidem haud ſcio an ex perſona * diaboli dicta hæc ſint, quòd eius ſuperbia non aduerſus homines tum, ſed aduerſum intelligentias ſpirituales & abſtractas aut intellectuales quaſdam virtutes promota ſit: *Nunquid gloriabitur ſecuris ſine incidente per*

eam: aut exaltabitur ſerra ſine trahente eam? Pari ratione ſi quis leuauerit virgam vel lignum, exaltabitur lignum. Sententia vtique hæc increpatoria eſt aduerſus ſuperbiam principis Aſſyriorum. Quid ſupra teipſum eleuaris ſuperbia quaſi verò tu ſis qui concidas gentes & potentatus ciuitatum demoliaris? An tantopere gloriari debeat ſecuris & de ſe magni aliquid ſentire, quòd redundantia arborum cacumina in terram decutiat? Etiam ne runcina ſiue ſerra glorietur, quòd ipſa compactas & D
priùs vnitas moles lignorum diffindat & in fruſta partiatur? Sed enim, niſi adminiſtris manibus ſecuris quicquam diſſecet: neque ſerra ſi non aliquis eam attrahat, & ad eius vſum qui ſolerti artificio ligna conſcindit, ipſa quiduis ſecare poteſt. Commendatione alioqui dignus vterque eſt, ſi vtique ſecuri ille vtitur legitimè & hic ſcitè trahit runcinam. Conſimili ratione neque lignum quod ſceptri præfert figuram, ſed qui ſceptrum in manum ſumit in ſignũ poteſtatis penes ſe conſtitutæ. Sic ſanè &* ego te mihi aſciui ad plectendum populum hunc peccatorem, In ſecuti & ſerra, couſurus tua vnius immani crudelitati ad perficiundam caſtigationem ſanequam iuſtam populi pro eius vtilitate. Quemadmodum enim in conſiſtoriis & foris iudicum lictores ſunt & carnifices ordine quiſque ſuo conſtituti ad expetendam de maleficis vindicem pœnã, non item ſunt iſti authores aut arbitri irrogandæ pœnæ, neque ſuamet fortitudine aut priua poteſtate quiduis faciunt, ſed quę tenore & edicto legum ipſis permiſſa ſunt & demandata. Ad eandem dicẽdi formulam, Aſſyrij non quòd ea gens inſigni polleat robore, neq; quod ſuo ipſorum arbitrio hac parte quicquam poſſent: ſed iuxta menſuram virium B
ſibi conceſſam ab eo qui procurat & cõſulit emẽdationi peccatorum, iſtorum efficaci opera vſus eſt ad eorum affiictionem. *Non ſic, ſed mittet Dominus * exercituum in tuum honorem ignominiam, & in tuam gloriam ignem ardentem incendet, & erit lux Iſraël in ignem, & ſanctificabit eam in igne incenſi, & comedet quaſi fœnum ſyluam.* Retaliatio hæc & merces ſuperbiæ nulla iuſta ratione inſoleſcenti pulchrè reſpondet. Quia enim teipſum gloriabundus prædicabas, & excelſa erectione gloriæ oculorum tibi applaudens geſtiebas, ob id mittet dominus in honorem tuum ignominiã, ignem verò in gloriam tuam. Quòd enim interminatus ſis ablaturum te eſſe fines gentium, & habitatas ciuitates conquaſſaturum, comprehenſurum inſuper vniuerſum orbem habitatum quaſi nidum, & quaſi oua derelicta elaturum nemine prorſus effugiente, nec vllo contradicente, propterea ignis ardens ſuccendetur, & erit lumen Iſraël in ignẽ. Ait ergo, Rerum ſtatus & conditio in diuerſum
& præpoſterè abibit. Iſraël enim qui nunc pro depreſſo habetur ac vili, inque manus tuas traditus eſt, vt ex eis ſupplicium expeteres ob malè commiſſa, erit in ſplendore & claritate celebri. Illius igitur claritudo præcellens tibi cedet in extremam perniciem. Inquit enim, Erit lumen Iſraël in ignem. Cúmque operatoriæ vires ignis duæ ſint potiſſimùm, illuſtratiua & aduſtiua: prior quidem perquam ſuauis & amœna, ob id ſanè eſt & apprimè gratioſa, ſplendor ignis perſiſtet vt ipſum Iſraël illuſtret, ſuaque claritate circunfun- F

Qqq 2 dat,

* Nempe diabolo.

* [illegible], diſſeminauit, diſperſit. Deut. 32.

Dani. 10.

* Hæc pro [illegible] lege.

* Deum ſit eſt loquentem Regi Aſſyriorum.

* vel milhere צבאות

dat, amarulenta autem afflictio & ægritudo animi inuectæ ob ſuperbiam per partes ibunt peſſum, & incendet ipſum & per aduſtionem abſq; conſolatione afflictioni tradet, & ſanctificabit eum in igne flagranti, & comedet quaſi fœnum, ſyluam. Pandit hic naturã ignis. Quia luſtratiuus eſt & purgatorius, ſanctificabit ipſum quaſi in igne ardenti. Quomodo autem ſanctificat ignis, quia comeſturus eſt ſyluam, tanquam fœnum? Sa-

Quo diſcrimine à ſe diſſideant δόξα, κλέος καὶ τιμή.

A nè ex quo Deus noſter ignis conſumens eſt, nimirùm conſumet ſyluam, & vitia quæ à ſylua ſiue materia promanant, animæ quidem cohærentia non in ſpiritu, ſed in carne. Porrò ſciendum eſt eos qui exacto ſtudio verſantur circa vocũ ſignificationes, diſtinxerunt τὴν δόξαν gloriam, ἀπὸ τοῦ κλέος à laude, ſplendore nominis & honore. Dicunt enim δόξαν gloriam eſſe cum laude quæ conſono pluriũ ore celebratur: κλέος celebrem eam laudem ſiue preconium inſigne quòd à viris probatæ vitæ cuipiam redditur. Pari ratione τὴν τιμὴν diſſeparant dicentes honorem eſſe plauſibilem quãdam feſtiuitatem, cenſentque honorem præmij loco ac debitæ remunerationis etiam in ſtudioſos virtutis cadere. Et autẽ γέρας donum, præmium, ius honorarium, hoc eſt, ἆθλον ſiue ἔπαθλον pro obtẽta in certamine victoria merces & emolumentum, præmium ſcilicet comparatæ virtutis, ita iſti exponunt: honorem verò eſſe qui paſſim exhibetur à quibuſlibet & gregariis, mercedem, etiam his quorum mores non magnopere commendantur. *Die illa extinguentur montes & colles, & condenſi ſaltus & deuorabuntur ab anima*

γέρας. ἆθλον ſiue ἔπαθλον.

B *vſque ad carnes.* Illata à Domino Sabaoth & immiſſa ignominia in honorem principis Aſſyriorum, inque gloriam eius accenſo igne, poſtquam inſuper lumẽ affulſit Iſraëli, vt in ignẽ verteretur Aſſyrio, ne immodico eius luminis ſplẽdore ſanctificatus expiaretur per aduſtionem ignis operatoriam & efficacem expurgationis & obligurientem ſyluam omnem quæ ineſt peccatis, tanquam fœnum, tum deinceps ea conſumpta materia quę flammam redaccenderat caſtigatoriam, infert. *Conquieſcent montes incenſi, & colles & ſyluæ condenſæ, finémque accipiet ignis conflagrationis, qui depaſcebatur ea & exedat omnia.* Principium quidem ſumpſit ab anima, denique ad carnes vſque pertingens. Nulli non perſuaſum crediderim hanc eſſe ſcripturæ conſuetudinem, vt quæ præclatè ac feliciter geſta ſint & eos qui quadantenus quiddam obtinent plenius cæteris ad extruẽdam molem cuiuſpiam fabricæ, quòd ipſa conſueuerit appellare montes & colles: cæteros verò qui vitam tranſigunt infrugi & imperfectam ac tèmerè nullóque fructu inter ſeſe congregantur, quippe qui non è plantatione illa legitimi & veracis agricolæ prodierunt conſiti, hos nomine tenus nun-

Montes & colles qui in ſcriptura.

C cupat δρυμοὺς ſyluas ſiue condenſos ſaltus. Atqui hæc omnia apprehendit ignis ab anima origine accepta, deſinit tandem in carnes deflectens. Quæ enim peccata conſtitère cogitatione tenus, cuiuſmodi eſt, ſi quis in corde ſuo conſenſum præbuerit de committendo adulterio in anima eſt materia digna quæ ab igne deuoretur. Porrò eæ actiones quę cenſentur eſſe peccata & ad opus vſque proſilierunt, eas arbitror pertinere ad effectus quos parere ſolet & operari caro, & has

Sylua & ſaltus qui.

quidem propria eſſe peccata cenſeo, ab anima quidem ſuum ortum ducentia, in ipſo autẽ corde conquieſcentia, nec alioqui in ipſo finem accipiunt peruerſæ cogitationes, ſed erumpunt ſe exerentes per opera carnis & per carnem velut per clathros ſiue tranſennas tranſpiciunt ipſam penetrantes, inque publicum emicant. Si quis enim animo quidem tacitus cõceperit inuidiam, vt eam ad opus perduceret non alioqui eam expleuerit opere, nondum è corde prodiit. Qui vi- D derit mulierem ad concupiſcendum eam, non quidem corrupit templum Dei, neque fecit mẽbra Chriſti, membra meretricis, nimirùm is cor ſuum effecit confine eſſe eiuſmodi peccato. Quemadmodum à tali corde nondum ea flagitioſa cogitatio in publicum exiit, itidem liceat & de furto pronunciare, de idololatria, de veneficio & aliis id genus quibuſcunque peccatis, ſiquando per corpus retegentur, immo per ipſum, quaſi per vaſculum imbecille & fungoſum diffluens delabetur ad exteriorum curioſam & ſuperuacaneam operationem. *Et erit fugiens, quaſi qui fugit à flamma ardente, & derelicti ab eis erunt numerus, & puer paruus ſcribet eos.* Conſummata conflagratione quæ per ignem intentata eſt, vt in montes immitteretur, in colles & condenſos ſaltus ſiue nemoroſa loca, eorum qui ad vitam conſeruandi erant recenſionem & catalogum facilè fore numerabilem prædicat, & ita eorum multitudinem ad eum numerum confirmat redigendam, vt & à puero qui ne omnino quidem poſſit quiduis aut recenſere aut doctrice experientia perſcribere, queat tamen in tabulas eos referre. E Forſan iſte fugiens ab incendio, per pœnitentiam eſt vitans omnem vitæ improbitatem, pérque reſipiſcentiam & conuerſionem longiùs ſe ſubmouet à carnis illecebris eam macerando. Quiſquis enim, poſtquam intellexit ſe in peccatis deprehenſum ac proinde dignum in quem virga & ſcuticis animaduertatur, íſque fugit peccatum, quaſi materiam ſupplicij, vtique fugit quaſi à flamma incenſa, tunc etiam comprehenſi erunt numeri, non ob ſolam facilitatem numerandi, vti retulimus, ſed quòd deinceps digni ſint qui ad numerum reſumantur, quemadmodum & in Numerorum libro deprehendimus pueros, mulieres, & decrepitos quotquot per ætatem ad obeunda bella eſſent inutiles & promiſcuum vulgus, omnes hos quaſi alienos ab Iſraëlitico populo foris numerari iuſſos. Eos contrà qui poſſent ad bella procedere, legimus ad numerũ relatos à vigeſimo anno ętatis & ſuprà. Inſuper primogeniti Iſraël omnes à menſe & ſupra numerãtur. Conſimili ratione ipſi Leuitæ à menſe & ſuprà, ſacerdotes quoque qui deſeruiebant altari vſque ad quinquageſimum annum numerantur. Porrò quis hic puer, non vir, non itẽ grandæuus F aut ſenex, qui idoneus ſit deſcribendis ſic dignis? Vtique nemo contradixerit eos innui qui præſidẽt eccleſiæ, qui per hoc quòd inſontes perſeuerant, nec malitiæ vllius conſcij degunt, eis reuelantur arcana & quæ peccatores prorſus latent, quorum nemo teſtis eſſe poteſt, præter eum qui occulta cordium vniuſcuiuſq; ſcrutatur. Hic (inquam) ſcribet tales per peccatum alioqui obliteratos, ac denuo eos priori libro inſcribet quòd

incod-

incendium fugerint, ſeque expurgarint auſteritate pœnitentiæ, quam vltro exceperunt, quaſi igne malitiæ omnis in ſe exiſtentis conſumptiuum, tales, inquã ſcriptura ſua confirmat, Aut fortè quòd eos libro vitæ inſcribat, & cum iuſtis conſcribantur, vtpote digni qui dextera excelſiſſimi eorum numero aggregentur. Iuſtum planè eſt nos oſſe, quis iſte ſit ſcriba qui ad ſalutem prouehendis auxilietur, perinde ac iuſtis, inq; libro cœlorum A in ordinem digerit eorum nomina qui ſe à facinoroſis operibus auocant. Vtique ſcriba hic ait. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Poteſt ſiquidem is ſcribere moribus commẽdatos ac probos. An vero veriùs probat, quia dictum ſit: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Puſio ille eſt, quem Magi adorauerunt, ille puer, qui in Aegyptum deſcendit, & poſtliminio regreſſus eſt in terram Iſraël. Quum igitur multifariæ ſint notiones De Domino noſtro & Cruce Ieſu Chriſti, licuerit per ipſum intelligere, quia puer eſt qui aſcribit libro vitæ eos qui per pœnitentiam propiùs pertingunt ad cognitionem Dei. *Et erit in die illa non amplius adiiciet reſiduum Iſraël & qui ſaluati fuerint de Iacob, non amplius confidentes erunt ſuper affligentes eos iniuriis, ſed erunt confidentes ſuper Deum ſanctum Iſraël in veritate. Et erit reſiduum Iacob ſuper Deum fortem.* Liquidò conſtat referri hæc ad eos qui quum ſubmouiſſent ſe ab improbitate operationis malæ, ſuam ſpem tranſtulerunt ad Deum viuum. His inſuper B quoties peccamus, hoſtibus noſtris addicimur, fiduciam noſtram collocantes in eis qui magnopere nobis iniurij fuerũt. Vnus enim aliquis Dæmonum exercitus improbus maximè perluſtrat, & circumit qui quidem admotis illicibus lenociniis voluptatum animas noſtras expetit in ſuam redigere ſeruitutem, exemplo puerorum qui rerum rudes ac parũ cordati nihilominus ſuis impoſtoribus ac plagiariis plerunq; illudunt. Ita & dæmones ſubinde præmonſtratis quibuſdã puerilibus ludis nec rarò pueros in fraudem pellexerunt, & ita miſerè circunuentos à parentum oculis procul abduxerunt, pérq; leuem quandã oblectationem delinitos in amarulentam pertraxere ſeruitutem. Vt illi quidem aſſenſum præbent his à quibus iniuria afficiuntur, nos quoq; animum accommodantes illici & captioſæ voluptati nos ipſos quàm longiſſimè ſubducimus à Deo, nóſq; vltronei ſubſternimus perquam acerbæ tyrannidi inexorabilis & intolerandi dæmonis, qui quidem quum ſatis intelligat ſe addictum igni æterno, pertinaci ſtudio contendit quàmplurimos C habere qui eadem ſecum cẽſura damnentur. Itaque de his quos pœnitet malè actorum, ait: Non ampliùs adiicient qui relicti fuerint & ſalutem conſequuti, neque vnquam ſuam ſpem reponent in his à quibus ſunt iniuriis laceſſiti: ſed ſuam omnem fiduciam proiicient in Deum qui ſanctus eſt Iſraëlis in veritate. Planè beatus ille eſt, qui ſe ſubduxit ab omni ſpe potiundi rebus huiuſce mũdi, ſolámq; ſpem ſuam coniecit in Deum. Quemadmodum enim, Maledictus eſt homo qui ſpem ſuam reponit in homine, ita & benedictus qui ſolida ſpe innititur Domino. Ne verò tu perfunctoriè prætercurras hanc appendiculam ſententiæ qua ait. Erunt enim confidentes ſuper Deum ſanctum Iſraël in veritate. Spes enim qua ad Deũ feſtinamus, non ſinit nos in vtranuis fluctuare partem, nec ſuſtinet Dominus voluerum quod ex ſeipſo nobis ſuggerit, auxilium, nunc quidem vt quis ſpem ſuam ponat in congerẽdis pecuniis, gloria humana & potentia mundiali, modò autem ſpem ſuam oſtentet quaſi innitentẽ ipſi Deo: ſed opus eſt vt in ſolidum ac verè in Dei auxilio acquieſcas: Ait ergo. *Et erit reſiduum Iacob ſuper Deum fortem.* Hæc profitemur perſpicuè referenda D ad eam ſententiam quæ nominatim ab Apoſtolo deſcripta eſt, ceu ſequẽtia manifeſtè declarant. Reliquiæ ſecũdum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. *Et ſi fuerit populus Iſraël quaſi arena maris, reliquiæ eorum ſaluæ fient, Verbum enim conſummans & abbreuians in iuſtitia, quia verbum abbreuiatum faciet Dominator Dominus in orbe terræ vniuerſo.* (*Rom. 11. a*) Apoſtolus in ea quæ ad Romanos eſt, epiſtola, hac ſententia prophetę vſus eſt, paucis admodum dictionibus immutatis. Si quis verò cauſam exquirat, quare alia quidem prætermiſerit, alia verò immutarit Apoſtolus, illud nouerit primùm, quia is Hebræus quum eſſet, noluit ſeruiliter vti editionibus quibus * nos ad vnum vtimur: ſed ſenſum (*Græci nimirum.*) ſcripturæ, quemadmodum iacet interpretatus ita expoſuit. Siquidem Hebræi videntur propiùs accedere & conſentaneè magis Apoſtolicæ enarrationi. Eſt verò dicti huius ſenſus talis. Suprà dictum eſt, quia puer eos in ſcripturã eſſet relaturus qui conſeruandi erant à peccato. Hic autem inquit. Nemo obſtupeſcat, nemo miretur, ſi tantus numerus Iſraëlitici populi ad paucos redigatur. Ne tu mentem intendito iſti numeroſæ multitudini eorum qui nomine tenus dicuntur religioſi Deive cultores. Chriſti enim nomine multi admodùm inſigniuntur, perquàm pauci verò E qui veraci teſtimonio operum eam conſtabiliant & confirment nomenclaturam. Si igitur fuerit populus Iſraël quaſi arena maris, reliquiæ ipſorum ſaluæ erunt. De priore quidem populo dictum eſt, quia non in populari multitudine ſita eſt ſalus: ſed in reliquiis quæ per electionem gratiæ aſſequuntur ſalutem. Quæ formula eſt inſtituendæ vitæ, vt aſſequaris ſalutem? Reſponder, nimirùm ſi verbum opere conſummes & abbreuies in iuſtitia. Siquidem verbum id perbreui compendio Euangelij complexum eſt legalem dationem & propheticam ſanctionem, Quiſquis opere non perſunctorio exequitur exẽplum & documentum præmonſtrata ſibi à Domino, hic ſaluus erit: Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum ſicut teipſum, In his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent. Qui igitur ex vſu perficit verbum, ipſo cõplens opere, ipſúmque abbreuiat ac veluti in F ſummam colligit eius latitudinem quàm pauciſſimis mandatis comprehenſam, hic adſcribitur catalogo reliquiarum quæ ſalutem ſunt conſequuturæ. Ait Dominus, Omnia quæcunque volueritis, vt faciant vobis homines, & vos ſecundum hæc facite eis. Eſt enim hæc lex & prophetæ. Vides, vt in hac vna naturali conſyderatione ac ſententia verbum omne completum ſit & abbreuiatum in iuſtitia, quia Verbum abbreuiatum faciet Dominator Dominus exercituum in vniuerſo terrarum orbe. Apoſtolus quidem dixit,

faciet dominus ſuper terram, cui conſentaneè reſpondent Symmachus & Theodotion, nimirùm: In medio totius terræ. Supra modum difficile eſt obſeruatu legale illud mandatum: Ne tetigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris. Itidem & quæ de feſtis diebus erant conſtitutiones, de dierum obſeruatione, de holocauſtis, de expiatione, de propitiatione, placatione aut ſupplicatione. Iſthæc omnia contracta ſunt & velut in ſummam collecta atque abbreuiata & ſanè perbreuem, eòque obſeruatu perquàm facilem. Hoc ob id factum ne quis excuſationi locus relinqueretur iis qui minimè viuunt & conuerſantur iuxta Euangelicam doctrinam.

Coloſſ.2.d

B. BASILII MAGNI

A ENARRATIO IN ALIquot Inciſiones vndecimi D

CAPITIS ESAIAE.

ET erit in die illa radix & qui conſurgit, vt imperet gentibus. Fauſtum hoc ac fœlix nuntiū nobis ſententia hæc prænuntiat affore & proditurum ex ſemine Dauid. In die enim illa, Hoc eſt, iamptidem præfinito tempore ac diuina prouidentia prædeſtinato erit radix Ieſſe. Alio quidem loco dicit virgam de radice Ieſſe aſcēſuram, In principio quidem ſupponens Virgam, dein florem aſſumit enatum in præamabili & omnibus gratioſo atque iucundo eius aduentu. Et quia propediem eſſet collaturus ſuæ incarnationis gratiam, celerem ſiue velocem eius fore aduentum, facit ac ſi propemodum adueniendum accinxiſſet ſe. Præſenti autem loco aſſeuerat affore radicem Ieſſe. Animaduerte, quarè dixerit, Erit: non item, videbitur aut apparebit non videbitur eſſe: ſed iuxta veritatis tenorem, Erit. Non enim phantaſtica imaginatione aut exiſtimatione, ſed re ipſa carnem aſſumpſit. Erit igitur radix Ieſſe, hoc eſt, ſubibit ſiue ſuſcipiet conſperſionem carnis ſecundum veritatem ex Ieſſe. Et, Qui exurgit. Ipſe & radix & conſurgens eſt: Radix Ieſſe quidem, quòd ex legitima ſerie regiæ ſucceſſionis, Deifera caro aſſumpta ſit. Quod autem ſubnectitur, reſurgens vt imperet gentibus, propter illud: In ipſum gentes ſperabunt, ſicuti vel nunc per Eccleſiam Chriſti liquidò conſtat quæ inter gentes excitatur. Quum enim à mortuis reſurrexiſſet, deſerto prorſus ſanguinario & homicida populo, gentes aſciuit ſibi. Illis quidem mortem reliquit, gentibus gratuitam cōtulit reſurrectionem, quòd illi clamaſſent, Crucifigatur: &, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filos noſtros. Ex diuerſo qui crucifixum ſuſceperunt, precio ſuſi ſanguinis eius ſuot à morte redempti. *Et erit requies eius honor.* Equidem ipſa Chriſti requies in honorem vertitur eorum qui ipſum honorāt tanquam Dei Verbum, ſapientiam ac virtutem: Qui acquieſcit Chriſto & in ipſo pacem continet, vtique æqualem confitetur cum genitore eſſe filij maieſtatem atque honorem, ſaciam eſſe communionem dignitatis, naturam ſubſtantię Patri conſempiternam. E diuerſo qui ſuperfluo ſtudio ſecum cōminiſcuntur quonam perſcrutatione verborum excogitare poſſint ad inurendam Chriſto notam ignominiæ, vtique tales neutiquam ad ipſius tranquillam requiem loquuntur. Equidem poteſt requies ſiue reſpiratio non modò accipi pro ea refocillatione qua ipſe Dominus eos interquieſcere iubet à laboribus, per quos ipſius gloria celebratur: ſed & pro ipſa recreatione qua refouebit ſuos amatores, & in requieta pace conſeruabit, iuxta id quod ſcriptum eſt, quia ego * diligentes me glorificabo. Eſt enim illa requies qua refouebit ſuos amatores dominus, honor nimirùm is quem ſingulis diſpertietur ad æquilibrium iuſti iudicij Dei pro cuiuſque merito prout geſſit. Et hos quidem præſtantiori honore dignabitur, illos verò minore. Nam quando ſtella differt à ſtella in ſplendore & claritate, cúmque apud patrem manſiones multæ ſint: hos quidem in potiore ac ſublimiore ſtatu & manſione conſtituet, illos verò vtmorum præſtantia inferiores, in requie. Sunt alioqui omnes honorifica & tranquilla donandi requie. *Et erit in die illa, adiiciet dominus oſtendere manum ſuam.* Per ſingulas quaſque generationes multifariam multiſque modis manus domini ſuas exeruit ac declarauit vires, vt oſtenſa virtute admirabilium ſignorum caperent homines & comprehenderent quàm operatoria ſit manus eius & efficax. Priore enim tempore in Aegypto permulta edidit prodigia, dein in deſerto, ad hæc tempore Ieſu filij Naue, denique per Iudices & Prophetas, qui omnes eximia quædam adminiſtrarunt. Nunc autem manus domini prædicatur ſe declaraſſe per aduentum noſtri ſaluatoris morbum omnem, omnem languorem & infirmitatem curantis quo premebatur populus, quíque opere expleuit quæ in Euangelio prædicata leguntur. Hanc enim virtutem appoſuit oſtendere dominus, quòd præcedentia ſigna neutiquam viſa eſſent ſatis per ſe idonea ad inducendum populum inobſequentem & incredulum ad Dei plenam cognitionem. *Vt zelet eas quæ derelicta ſunt * reliquiæ populi.* Eam ob rem apponet, vt manum oſtendat ſuam, vt adigat reliquias populi ad zelum, quas quidem reliquias aſſerit tandem conſeruandas ab hoſtibus. Quinetiam numeroſa recenſetur multitudo Aſſyriorum qui conflicturi erant aduerſus Aegyptum, Babyloniam, Ethiopas & Elamitas, eos quoque oppugnaturi qui ſpectant Solis ortum & Arabas. Plena his eſt hiſtoria, dicens, quia egreſſus eſt Zaraï Aethiops cum exercitu in mille millibus, & in

B E C F

[illegible] (margin, beside "Deifera caro")

* [illegible] (margin, beside "diligentes me glorificabo")

* [illegible] non habet Copulam. Hic ſubeſt mendum in exemplari. 2. Paral. 14.c.

& in curribus trecentis, & egreſſus eſt Aza in occurſum ei, & clamauit Aza ad dominum, & dixit: Domine non impoſſibile eſt tibi ſaluare in multis & in paucis. Confirma nos domine Deus noſter, quoniam fiduciam omnem noſtram in te vnum proiecimus, & in nomine tuo venimus contra numeroſam multitudinē hanc. Domine Deus noſter, ne præualeat aduerſum te homo. Aſſyrij autem erant hi qui eos abripuerāt in captiuitatē, & Aegyptij qui ipſos ab initio vſque in ſeruilem & miſerrimam ſeruitutem redegerant, pati iugo miſerandæ ſeruitutis eoſdem ſubegerat Babyloniæ rex Nabuchodonoſor, Elamitæ gentem ſpe-

A ctant Parthicam, qui cum incolis Syriæ Meſopotamiæ ex cōpacto confœderati incurſarunt ſúntque inſidias moliti aduerſus Iſraëlem. His igitur omnibus aduerſus generoſū ſemen Iſraëlitici populi coorientibus, illi quidem ſuccubuere euictique ſunt, hi verò euaſere ſuperiores. Quoniā autem incolumes effugerint periculo vitę licet attriti multorum laborum exercitio, & hanc victoriæ acceſſionem, velut præmium quoddam acceperunt, vt mente contēplarentur oſtenſam Dei manum eóque ſtudioſi erunt * amabiles & imitatione digni, ſimul atque ſtrenuè laboribus toleratis fortiter & præclarè ſe geſſerint. Ait ergo. *Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit qui perierant ex Iſrael, & diſperſos Iuda congregabit à quatuor alis terræ.* Itaque radix Ieſſe, is qui inſurrexit, vt imperet gentibus, hic inquam leuabit ſignum in nationibus, vt in vnum aggregentur qui perierunt ex Iſraël. Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Sanè hoc ſignum eſt quod leuauit in gentibus, ſecundum id quod & in Euangeliis dicitur, Videbunt ſignum filij ho-

B minis. Hoc ipſum profiteri poſſis eſſe crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius gratia mundus iſte crucifixus eſt ſanctis & ipſi mundo, quo etiam loco aperit operatoriam vim eius ſigni. Quamobrē per Crucem diſpenſatio incarnationis adimpleta eſt? Vt qui ad ſalutem prouehendi eſſent, in vnum aggregarentur cœtum à quatuor terræ alis. Crucis enim partes quadrifariam diſpertiuntur, ita quòd vnaquæque ſuo annutu ſimul quatuor ſpectet mundi partes, ſiue tandem vt hac ſignificatione omnes mundi partitiones per eas ſanctæ Crucis partes ad ſalutem rectà diſpenſentur. Eam enim ob cauſam mors Domini per Crucem peculiari ac pręcipuo honore digna habetur, eáque antiqu' nihil ducitur, aut quòd ante ligneam iſtam Crucem altera quędam animo ac ratione intelligentiæ perceptibilis fuerit toti mundo repræſentās Crucis imaginem nimirum quatuor partibus vniuerſæ mundi machinę in medium coaptatis & conſertis, inque medio efficaci eius virtute ad fines vſque quatuor partium mundi ſe protenden-

C te. Signo igitur hoc in ſublime erecto, qui ex Iſraël diſperierant, in vnum gregem cogentur, & diſperſi Iuda è quatuor alis terræ agglomerabuntur. Leuato hoc ſigno virtutem obtinente abrogatiuam principatuum & poteſtatum de quibus palàm triumphum egit expolians eos in ligno ac veluti veſtimentum à ſe excutiens quod quidem ipſi nobis detexuerant. Expoliauit principatus & poteſtates & traduxit confidenter, de illis triumpho palàm celebrato, ligno crucis affixus. Hac in ductus ratione Paulus qui vnus fuerat ex perditis Iſraël, ac diſperſis Iuda, ſimul atque intellexit ſignum in nationes ab Ieſu eleuatum, ocyus ad complexum Crucis accurrit, dicens: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Conſentaneè elici ex his verbis poſſe videtur congregatum iri etiam & perditus Iſraël, qui ſub imperio erant Ephraim & diſperſos de tribu Iuda, qui quidem ſub regibus ex ſemine Dauid prognatis vitam tranſigebant, vt ne in poſterum zelus Ephraim excitetur aduerſus Iuda, ne qua in re deinceps inimicitias exerceant contra tribum Iu- *Coloſſ. 1. 8*

D da. Eleuato enim ſigno hoc, veri Iſraëlitæ in vnū confluxere cœtum qui perditi erant, quin & diſperſi ex Iuda in vnam conuenere eccleſiam.

Et auferetur Zelus Ephraim, & inimici Iuda diſperibūt. Perpendere, quia Iſraël quidem dicitur perditus, Iudas verò diſperſus. Cæterùm cōcordi pace iuxta Chriſti doctrinam qui ad pacē inſtaurauit quæ in terra ſunt, & quæ in cœlo & omnia conciliauit, is è medio ſuſtulit incommoda & offendicula quæ per contentioſam diremptionem priùs in mortalium vita inualuerant. Ob hoc igitur non iam zelum exercebit Ephraim aduerſus Iudam, neque Iudas deinceps atteret aut vrgebit Ephraim, quoniam inimicitiæ quæ inter eos aduerſum ſe inuicem fuerant exortæ, diſperibunt. Sanè zelus videtur inſinuare occaſionem inimicitias odiúmque exercendi inter multos. Neque enim præſenti loco indicat bonorum imitationem, ſed æmulationem & inuidiam quæ oboriri ſolet ob aliorum fœliciorem ſucceſſum, ſicque ſcripturæ huius teſtimonio confirmatur. Tunc igitur volabunt in nauigiis alienigenarum, mare ſimul deprædabuntur. Pulchrè nomine maris expreſſit pernici nauigatione permeantes æquoris vndo- E

ſum pelagus, citiſſimam eorum motionem conferens aliis auium, quoties pleno velo & adæquata proportione venti ad puppim aſpirantis quàm ocyſſimè emetiuntur maris planiciem. Deprædantur autem mare, Dracone ſuperiores effecti, & iis ſalutari bapriſmo initiatis, quos Apoſtoli ad agnitionem veritatis traduxere, vt meritò dici poſſint diripuiſſe mare qui eos ſua effecere quoquo modo ſpolia quæ in miſerandam captiuitatem præuerterat abducere violentus prædo, nimirum hominem miſerrimæ captiuitati addictum. Porrò maris nomine par eſt intelligi locum torturæ & afflictionis, quem alio ſcripturæ loco didicimus dici κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, concauam vallem plorationis & eiulatus. Sed enim naues alienigenarum forſan corpora noſtra deſignant, quòd minùs placidè ac familiariter admittant quæ plurimùm faciunt ad ædificationem animæ. Caro enim legi Dei non ſubiicitur, ſed concupiſcit aduerſus ſpiritum. Proinde hi dicuntur deprædari Idumæam, F

hoc eſt ſuperiores euaſiſſe turbellis terrenorum negotiorum, ſimul & in Moab inieciſſe manus. Moab ſua interpretatione ſonat, De patre. Iſtis igitur dixit Dominus, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſyderia patris veſtri vultis perficere. Hiſce manus ſuas iniiciunt, vt bonæ ſuæ actionis meritò eos ſibi reddant obnoxios. Dein filij Ammon primi parebunt, obſequundantes verbo prædicationis, quippe quos minor

obſtringit neqoitiæ operatio,ſiquidem conferao tur cum illis qui pleniorem obtinebant malitiam & ad ampliora flagitia effuſam. Ad hæc iufert. *Et deſolabit Dominus mare Ægypti.* Quemadmodũ Ezechiel Ægypti fluuios eſſe dicit quos inſoleſcens ille gloriatur ſe feciſſe:ita & Eſaias mare Ægypti nominatim perſtriogit,quod clemens De⁹ deſolaturus eſt. Quum enim tempore accepto de ſolatio ſiue vaſtitas ioſertur pro commiſſis operi bus flagitioſis, habenda eſt loco ingentis beneficij. Quomodo autem deſolabit Domious mare
A Ægypti & maous ioiiciet io fluuium, violentó ac vehemeoti ſpiritu:ſic & ſeptem valles Ægypti per cutiet,tunc calceatus quiuis permetietur & tranſmeabit Ægypti fluuium. Hiſce verbis inſinuat Ægyptum aquæ penutia laboraturam & aqua fluuiali deſtituendam. Tanta enim aquæ raritas aut etiam prorſus exareſcet,vt oe humor quidem vllus reliuquatur,cuius gratia oemo ad fluuij traiectiooem adigetur ſoluere calceamentum. Aut forſao Moſi & Ieſu dictum eſt: Solue calceamen tum pedis,quòd terra in qua conſtiterant,ſanctificata eſſet. Quòd autem Ægypti terra talis non eſſet,ſed prophana & flagitiis impura, hinc iubeotur calceati calcibus proculcare Ægypti fluuium, noo item depoſitis calceamentis. Fluuius iſte ſiccatur & conuertitur io aridam, violeoto Dei ſpiritu euictus. Eam ſanè ob cauſam ſolum Aegypti indignum eſt prorſus quod oudum excipiat veſtigium ſanctorum illac iter facieotium. Quare eſuri agoum Paſchalem iubebaotur calceamenta habere io pedibus. Vbi enim mordens ſerpẽs ſimul & ſcorpius, ſint & io pedibus & calceamenta ad præmuoieodos pedes quibus vndequaque accingantur. Nuoc verò vbi ad ſanctum vſque locum prouectus eſt, tum ſoluat calceamentum ad Apoſtolorum Chriſti exemplum, ceu eis dictum eſt, Neque calceamenta tollatis. *Et erit Iſraeli ſicut die illa quando egreſſus eſt de Ægypto.* Siquidem populus de terra Aegypti egreſſus eſt & Erythręũ ma- D re calceatis pedibus permenſus eſt. Actutũ enim vt is potens ioctepuit illud, exſiccatum eſt. Iordanem inſuper pede pertraoſieruot,quum nullo humore vuidum obſeruaſſent eſſe atque madefactum ſolum maris & eius fundamentũ, omoémque vaporem ſe ſubter ipſorum plantas clam ſub traxiſſe.

B. BASILII MAGNI
ENARRATIO IN XII.
CAPVT ESAIAE.

B *ET dicet populus in die illa, Benedicam tibi Domine,quoniam iratus es mihi,& auertiſti furorem tuum,& miſertus es mei.* Dimittitur quis oec raro,inque me dio diſcrimine deſeritur qui denique ſemel ſiuit ſe clàm pertrahi ad flagitioſa opera Aegyptiorum, deſiderio perſtruendi propria temeritate ac perueſo cooſilio per aliquantam tẽporis moram,vt demetat tandem quæ perperam conſeuerat ſemina: qui ſimul atq; intellexit ſe nõ vſquequaque ope Dei deſtitutũ, ſe noonihil cõſequutũ beneficij dicet hoc:Benedicã tibi Domine quooiã iratus es mihi,& auertiſti furorẽ tuũ &mi ſertus es mei. Sententia hæc aſſimilis eſt illi, Iram
Mich.7.b Domini portabo,qoia peccaui ei,tãtiſper dũ iuſtificet cauſam meã. Faciet iudiciũ meũ, & poſt hoc
* Pro ἰδίαν legi ἰδὲ φῶς educet me io* lucẽ. Videbo iuſtitiã eius,nõ eoim in finẽ iraſcetur, oeque io æternũ ſuccẽſebit. Dicẽs vtique, Beoedicã tibi Domine, quoniã iratus es mihi,& miſertus es mei, probè conſcius diuoi
C ergа ſe beneficij, pro eo accepto gloriabitur hiſce verbis, *Ecce Deus meus,Saluator meus, confidens ero in eo,& non timebo,quoniã gloria mea & laus mea, Dominus.* Qui ob oculos hominũ erogant eleemoſynã, oequaquã dicũt hæc, oeque hi qui à ſe mutuã captãt gloriã,nec eã quæ à ſolo Deo eſt, requirũt. Iu ſumma,quicũque prætergrediũtur maodatum eius,qui dicit:Nõ efficiamur inaois gloriæ cupidi, non etiã hæc auſint profiteri. Cumque Dominus polliceatur,quia ego glorificãtes me,glorificabo nimirũ quiſquis honorifica laude Deum dignatur & cõcelebrat,is ab ipſo vicẽ reportat propriæ glo rificationis. Sanè hoc pacto Moſes apparuit populo glorificata facie, quippe qui nouetat præclatè gloriã cõcinere Deo. Huic gloriæ cõcinit cõcors quæ eſt laus. Itaque Deũ qui celebri effert gloria, E ſanè is etiam laudẽ ipſi cõcioit ac modulatur id ꝙ nemo eorũ qui de Deo erroneas cõceperunt opi niones, exiſtimet ſe præſtare poſſe. Ad cor quidẽ ipſum ſpectat, vt glorificet Deũ obooxiẽ ac ſeruo iũ ritu, in Pſalmodiis cõcinat: laudẽ verò ſana mẽ te & vt dictat ratio. Iã ex quo reliquiæ populi quę in Aegypto verſabãtur, depromebãt illud, Beoedicam tibi Domine, quoniã iratus es mihi, auertiſti furorem tuũ. & miſertus es mei. Porrò iſti traiecta Aegypto dicũt hoc. *Non timebo,quoniam gloria mea & laus mea Dominus & factus es mihi in ſalutẽ.* Fac memineris eius Cantici quod io Exodo conſcriptũ cecinit populus Iſraëliticus iochoãte* Maria ac dicẽte: Cãtemus Domino, glorioſè enĩ glorificatus eſt. Itaque vetereẽ illã laudẽ ioſtaorãt qui dicũt nunc: Gloria mea & laus mea Dominus,& factus eſt mihi io ſalutẽ. Cõſentaneẽ autẽ per eam Domiui laudẽ haurit quis aquã cũ iucũditate & lę F titia de fontibus Saluatoris, ipſum cũ laude ac ſao ctè adotãs. Expoſtulatur cũ populo illo idololatra & actiooe cõuenitur hiſce verbis: Me dereliquerũt fontẽ aquę viuę. Profectò quiſquis io Deũ credit, ſuámque animam irrigat aquis ſalutarium è ſyncera fide profluentium dogmatũ, hic eſt qui aquam haurit cum lætitia de fontibus Saluatoris. Quantum autem lætitiæ hauriſe illinc cootingat dignis, vtique intelliges conſiderata ſimilitudine quam aſſumpſit Dauid. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fõtes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Exubetans iſtud deſideriũ his qui eam ſunt ſemel aſſequuti, inexplicabilẽ & immẽ ſam

δόξα καὶ αἶνος, ſic legi αἰνοῦ, quæ à ſe deſiderant vide Enarratio.

Quæ ſunt ſua Moſa.

ſam iucunditatem inſerit, his inquam, qui toto animo & ſtudio ad id contenderunt, & qui nocte ac die meditātur in lege Domini, de quibus dictum eſt, Os iuſti meditabitur ſapientiam, nimirùm is qui ſolerti indagine ſenſa ſcrutatur ſcripturarum. Hic per legitimam & rectam indaginem, Domini internactus præſentiam, lætitia diffuſus ob inuentionem, ſimul & intelligens mentem ſcripturarum eſſe ſpiritualem, hauriet aquam cum iucunditate. Quum igitur nos exatiauerimus potione fontium qui è doctrina Saluatoris ſcaturiunt, tūc ipſi etiamnum alios in noſtrum aſciſcemus ſodalitium, eos adhortantes, vt nobiſcum concinant.

A * *Hymnum cantate Domino, gloriam dicite nomini eius.* Clamor hic vox eſt multum amplitudinis & vehementiæ continens, quippe quæ poſſit ſe etiam exerere ad eos qui procul ſunt poſiti. Clamate igitur pro eo poſitum eſt, nihil de Deo ſentite quod exigui ſit momenti, ſed quæ eximia ſunt ac præcellenti amplitudine, de ipſo animo concipite. De Deo ſic ediſſerite, vt & ſermo veſter conditus perſpicuitate doctrinæ exaudiatur & intelligatur ab his qui longius abſunt à ſalute. Senſum hunc liquido exprimunt quæ ſequuntur: Ait enim, *Annuntiate inter gentes glorioſa eius,* * *dicite mirabilia eius.* Iſtis rudibus intelligētiæ & inexpertis palàm exhibetote, quænam ſit mundi iſtius conſtitutio, vt per dilectionem Deo concilientur qui vniuerſa condidit. *Hymnum dicite nomini eius, quoniam excelſa fecit.* Aut de his mirabilibus prodigiis quę in mundo hoc fecit, enarrate, quoniam præcelſæ ſunt & D auguſtiſſimæ magnitudinis, quorum ne initium quidem vlla poteſt iniri ratione, ſiue virtutum quæ in cœlis ſunt, illic enim excelſa ipſe condidit, ſeu de eius erga nos clementi benignitate. Eos ſiquidem qui ſe humiliant, exaltat: & contritos eorde in ſublime prouehit. Dominus enim ſubleuat iuſtos. Reddidit igitur præcelſum eum qui humiliatus erat peccati cauſa & ad gloriam ſublimiter exaltauit.

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN XIII. CAPVT ESAIAE.

Viſio contra Babylonem, quam vidit Eſaias filius Amos. Viſio hæc vtique non vllo exhibita eſt per ceptibilis ſenſus organo, non item oculis corporeis obſeruata, ſed ſola B animaduerſione mentis perſpecta, Deo eam illuſtrante & gratiam qua ipſum videret, ſubminiſtrante. Quæ hæc eſt Babylon? quænam tandem ei obuēturæ erant calamitates? Sanè perſpicuum eſt prophetas non eſſe loquutos per ecſtaſin, id eſt, emota ſiue alienata mēte. Siquidem ſpiritibus reprobis correpti & afflati vitiata mente perperam circunferuntur, ſibique dæmonum ſuggeſtione ingeſtas phantaſticas imaginationes, non quidem vident, ſed oblucinantur ceu aſſolent læuo dæmone agitati: Fluuios cernunt ac montes, belluas immanes quæ verſicolores nuſpiam ſuppetunt. Credunt nonnullos ſibi cominus adſiſtere. Imaginantur ſe obſeruare facies hominum ſiue amicorum ſeu eorum quos ne de facie quidem norint, & nec vſquam viſi ſint. Et hæc ſunt aliud nihil, quàm error & emotio mentis perturbationibus exagitatæ quæ ſua vi operatoria orbata eſt. Sed enim in ſanctis non ad eum modum ſe res hæc habet. Siquidem ait ipſe Deus: Ego viſiones multiplicaui. Porrò Dominus, ſi cui gratuitam confert viſionē, C menti eius quem ad ſuſceptionem gratiæ iſtius adornauit, adeò nullam infert cæcitatem, vt eam veriùs ſuo illuſtret ſplendore & irradiet, & aduētu ſpiritus ſancti & affulgentia ipſius reddat tanto illuſtriorem ac ſplēdidiuam. Eam enim ob cauſam appellati ſunt Prophetæ Videntes, quòd eorum menti quadantenus admota ſit viſio cæteris perſpicacior, idque per prǽſentiam ſancti ſpiritus eos ſua luce circunfundētis. Quis tandem eſt qui fecit videntem & cæcum? Videntem nimirū Prophetam, quòd is acumine mentis poſſit præuidere quid futurum ſit, eiúſque aciem in id preſſius infigere. Cęcum verò eum intelligit, quem ſua excæcauit malitia, vt prophani talium oculi à ſacris ſanctorum ſpectaculis abarceantur. Quare & Dominus, Ego (ait) in iudicium veni in hunc mundum: vt non videntes videant, & qui vident, cæci fiant. Quæ demum iſta Babylō, aduerſus quam viſio hæc præoſtenſa eſt? At certè iuxta hiſtoriam E videtur ipſa dicta eſſe Babylon, is locus in quo natiua linguæ proprietas confuſa eſt in his qui dicebant: Venite, ædificemus nobiſipſis ciuitatem & turrim, cuius faſtigium ſiue vertex pertingat cœlum. Eo vſque quum deſcendiſſet Deus, eorum confudit linguas, quocirca inditum illi eſt nomē * σύγχυσις, confuſio ſiue miſcellanea conſperſio. Locus igitur ædificatæ Babylonis ager eſt confuſionis, non modo natiuæ linguæ proprietate, ſed & dogmatum, ſententiarum & eius qui creditur intellectu præditus ea cernere. Hęc quidem viſio aduerſus Babylonem qualencunque conſolatoriam reſocillationē Iſraēlitico populo impreſſione Babyloniorum diuexato & miſerè afflicto attulit. Ne enim in puſillanimitatem prolaberētur ac de ſpe deciderent diuinæ prouidentiæ, quaſi eſſent Dei ope prorſus deſtituti, hoc mali præuertēs oraculo prophetico Eſaias ea ediſſerit quæ eſſent affutura inamœna & velut obuiam apprehenſura Babylonios, vt ne animis elangueſcerēt mœrore præſentium calamitatum contabeſcentes, ſed cōfidentiores fierent certa expectatione aduenientium bonorum. Etenim vltio de inimicis vindex F certò expectata & affutura breui non paruam adfert afflictis tranquillitatē. Propheticę huic adiicitur & Patris nomen, non quidē vt hoc ipſum nouerimus, nēpe patrem qui huius beati generationi adminiſter fuit, ſed quia ipſū edocuit propheticæ formulam. Quum enim ſedulo curaſſet eum inſigniore quodam ac peculiari ſupra cæteros, ſimul & ſanctiore pabulo doctrinæ educādū, vt tādē diſciplinā caſtiorē aſſequeretur, ob hoc * Amos iſte promeruit cōſors vnà cū filio fieri prophetię.

regia olim Nem rod. In hanc abducti ſunt captiui Iudæi, nunc Seleucia. Altera eſt in Aegypto iuxta Heliopoli.

Super

Super mõtem campeſtrem eleuate ſignum, exaltate vocem inter vos ipſos, applaudite manu, aperite principes. Ego præcipio & ego adduco eos. Hiſce verbis exprimit vt erat Babylon excidenda & coæquanda ſolo, ſimúlque eorum qui confuſanea opera exequebantur pro poteſtate agentes, captiuitas futura declaratur. Mox vbi quis montem conſcenderit non quidem præruptum, neque aſperis teſquis ſquaroſum, ſed campeſtrem & reſupinam planiciem terræ, ita vt non præcelſæ ſit altitudinis, ſic vt eius vertex & ſpacioſa ſublimitas ad aërẽ vſque à terra non eleuetur, tutelatem alioqui munitionem ac præſidium præbeat eo adnenientibus propter reſupinam montis planitiem. Quòd enim vndequa
A que & circum circa ambiatur rupibus, teſquis & petrarum diſſectionibus, planè hoc reddit tutiores iſtis qui eo vſque conſcendunt, ſtationes. Quare & de Deo magnifica ac ſublimia cogitate, & eadem ſecuri enarrate. Equidem gratia occupandæ celſitudinis, vnus aliquis in montem conſcendat: vt autem obtineat ſecuritatem, intrepidus perſeueret & neutrobi euarians. Igitur ſuper mõtem campeſtrem leuate ſignum & exaltate vocem. Exhortemini & applaudite manu. Qui hæc de Cruce prædicat excelſa ac præcellenti voce, iſte eſt qui ſuper mõtem campeſtrem eleuat ſignum: qui de dominica paſſione ediſſerere præualet magnanimiter, talis præceptum adimplet hoc propheticum non in concauis vallibus & ſpecubus præruptis commoratus, ſed conſcendens ad celſitudinem diuini ſermonis & ad ipſam vſque Dei ſapientiam pertingens, cum explanatione & perſpicua claritate promiſſæ fœlicitatis prædicatio-
B nem in lucem depromit. Quia verò iuxta alteram editionem legimus, Super montem * caliginoſum ſiue nebuloſum, nimirùm quia ſublimitatem altera ratione repræſẽtat. Nebuloſa enim caligo ſemper obumbrat & operit nubibus montis verticẽ. Tale autem quiddam eſt qui de ſe ſublimè ſentiens, ſe ſupra omnia exaltauit. Ait, Exaltate vocẽ, Hoc eſt, à vobis ipſis aſſumite ſublimem & excelſam vocem. Ad celebrandam Dei gloriam, occaſiones ſubſidiáve natura præduce vobis inſerta, vndelibet ſe offerant cogitationi, ea promouete & excitate. Ne deorſum verſus aciem mentis deiicite, neu terrena ſpectetis. Eorum enim nempe vaniloquorum vox qui de terra loquuntur, demiſſior fit & langueſcens. Qui præ puſillanimi mœrore ac timore à ſpe animum deiiciente loquitur, is vocem ſuam minimè exaltat. Quiſquis ſuccubuit deſyderiis carnis, ad annuntiãdum Dei verbum exilem habet & abiectam vocem, nec
C poteſt ad ſuperna ſuam exerere vocem. Qua igitur ratione attollitur in ſublime vox? Si magno ac præſtanti animo aduerſus turbulentas animæ affectiones contrate, nec te ſinas ſuccumbere tentationibus, quo tempore te adorientur, ſed tum maximè expromptam & alacrem conſerues animi conſtantiam, tum ſanè tuam exaltabis vocem. Proinde adhortatur & applaudit manu qui afflictione quapiam attritos ſolatur exhibitione bonorum operum, implétque eleemoſynam animo perquàm hilari. Si videris quẽpiam egeſtate oppreſſum, fac eum ſoleris liberali & erogatiua manu. Erogatio enim talis quæ opere fit, tantò poteſt amplius ſolari animam imbellem & deiectã, quàm adhortatio qua eum ſolo commones ſermone vt inopiam generoſo nec deiecto animo perferat. Et aperite (ait) principes. Cõſolatio quę manu fit, aſſecla eſt & indiuidua comes apertionis manuum, quæ quidem apertio pro more ſcripturæ accipitur pro communicatiua & efficaci diſtributione, ceu quum dicit: Aperiente autem te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Aperite igitur ædes veſtras, & theſauros veſtræ poſſeſſionis aperite hoſpitibus & egenis. Facultates quę vobis abundè ſuppetunt, eas ne comprimite manu, ſed eas diſpertite ad ſubleuandam inopiam afflictorum. Et hoc, hoc inquam, facite vel in pri- D
mis vos ô principes, vt veſtro hoc exemplo populum fidei veſtræ concreditum ad ſimilia prouocetis. Poteſt ſententia hæc etiamnum intelligi de adapertatione ſcripturarum, déque explanatione eorum locorum qui clauſi ſunt, & obſcuriores, per rationes atque exempla quæ eò fit, ne quis obnoxius ſit iudicio Phariſæorum & Scribarum. Hi enim claues quidem regni obtinent, quum non ingrediantur, eos quoque qui ingredi poſſint, prohibent. Itaque aduerſus eos principes & præſules ediſſerit qui cognitionis & ſcientiæ claues detinent. Cõformiter ad præſcriptam ſententiam dicebat Paulus. Os noſtrum patet ſiue apertum eſt ad vos ô Corinthij. Ego præcipio & ego adduco eos. Nos vtique oportet efficaciter operari, quantum ſinunt vires. Qui eos adducit, Dominus eſt, qui quidem iubet ſingulos quoſque perſiſtere in corpore Eccleſiæ pro indulta ſibi dignitate. *Gigantes veniunt ad implendum furorem meum, gaudentes ſimul & contumelius afficientes.* Sententia hæc interminatur aduenturos quoſdam planè E
reprobos & in Deum impios ad vltionem expetendam de bis qui miſſi erant aduerſum peccatores. Eam ob rem præſcius eorum quæ timebant, adducit quidem eos ad tutiorem & arduam montis verticem, recreat autem & conſtabilit ipſorum animos æquabili planitie montani verticis. Signúmque illis tutelare ac præſeruatorium impartit, per hoc interim ſubmonens per bona opera ſe vt adornent, conſolatorio inſuper ſermone ſubleuans eorum tribulationem idque manu, vt & os adaperiant erudiendis diſcipulis, vtque ſugiãt gigantum excurſionem. Gigantes enim vt plurimum, in ordinem & partem peiorem alleguntur. Forſan autem quos gigantes nominatim perſtrinxit, pſalmus ille dilucidius angelos malos vocat dicẽs. Emiſit enim in eos iram indignationis ſuæ, indignationẽ & iram & tribolationẽ, * immiſſionem per angelos malos. Ad plectendos enim eos qui atroci animaduerſione digna perpetrarũt, ea F
cogitati ſolẽt tales miniſtri, quòd hi quidem permultam crudelitatem nullo tanguntur affectu cõmiſerationis & condolentię erga eos qui ſic miſerè plectuntur. Neque enim poſſunt aſſumere viſcera miſerationis. Hi potius maiorem in modum congaudent noſtris verberibus, quin & ſic miſerè afflictis inſultant conuitiiſque inſectantur, capientes incredibilem voluptatem ex conciſorum laborioſa afflictione, dolore ac mœrore. *Vox gentiũ multarũ ſuper montes, ſimilis gentium multarũ. Vox regum & gentiũ congregatarum.* Forſan hæc gentium multarũ vox, eſt vox eccleſiæ. Ob id enim declarata eſt eſſe mons cãpeſtris, vt capacitatẽ loci amplioris

Iuxta Hebraicam vocem. נִשְׁפֶּה

* ἀποστολὴν

pliorís haberet ad complexum numeroſæ collectionis vodelibet aſcendentium ad præcelium apicem cognitionis Dei. Hic igitur præſaga mente contemplatus eſt numeroſam multitudinem vndeuis gentium congregatam & eiuſdem fidei vocem vnam depromentium. Hinc per Prophetam ait ſpiritus ſanctus. Vox geotium multarum ſuper montes, ſuper quos ſignum geotium in ſublimi leuatum eſt. Similis quidem gentium multarum: & vna vox per fidei conſonantem concordiam, numeroſis alioqui lingois videtur aſſimilis quòd igneæ illæ linguæ aſpirante ſpiritu ſancto fuerint diſpartitæ & 10 Apoſtolos effuſæ, qui per

A vniuerſum orbem fuerant ſemen euangelicæ doctrinæ diſperſuri gentibus. Vox regum, ait, & gētium congregatarum. Hiſce quidem verbis nos gentium nomine intelligi forſan oportet qui ad complexum & vocationem euangelicæ fidei concurrimus vndeuis geotium. Reges verò qui ad paſtorale regimen eccleſiæ eliguntur, quos etiamnum Dominus nominatim dixit filios eſſe regni, aut fortè numeroſam illam multitudinem gigantum inſinuat, quia vox gigantum vtique gentium multarum voci æquipollet. Nam quod in ordinē allecti ſint, vt indignationem exequantur Domini, ad id explendum miniſterium curſu feſtino prægeſtiunt & afflictos conuitiis inſectantur, eóque tumultuariam & obſtreperam multarum gētium vocem quadantenus iua exprimunt imitatione, & vocem * regum quorundam faſtu ſuperbo ſe efferentium, qui quidem prorſus neſcij ſunt, quia adminiſtri ſunt deſtinati ad infligendam punitionem. Siquidem tortores ſunt ad animaduertendum & feriendum in peccatores. Neque enim priua authoritate, non item vlla quæ illis ſuf

B fragetur & adſit, digoitate ſupplicia eiuſmodi carnifices irrogant ea commeritis. *Dominus Sabaoth mandauit gēti bellicoſæ, vt veniat de terra procul, à ſummitate fundamenti cæli Dominus & præliatores eius, vt diſperdat totum terræ orbem.* Dominus exercituum præcepit genti bellatrici. Ne timueris percuſſorem, quin potius eum qui pro poteſtate iubet hęc fieri, obteſtare ſupplex. Hiſce verbis erudiantur idololatræ profeſſi ſe dæmonibus reprobis offerre hoſtiam, vt eorum mitigent ac demulceant malitiam. Dominus illis præcepit. Siue enim eos demereri voles obſequiis, ſeu minùs: nihilo ſecius quod iuſſus eſt dæmon exequi, vtique faciet. Neque enim fas illi eſt ſibi præſcriptos fines prætergredi, non item vel tantillum amaritudinis à te poteſt auferre, neque ad præfinitam pœnam adiicere: ſed immanitèr ac ſeueriſſimè indicta ſibi menſura ſolet vti. Dominus igitur præcepit genti bellatrici. Habent & dæmones planè maligni arma ſua quorum procinctui ex aduerſo iuſti ſua apparant arma. Etenim iuſtus penes ſe retinet cly-

C peum fidei: illius verò reprobi clypeus infidelitas eſt. Iuſtus poſſidet gladium verbi: ille eoſem abſurdæ & à ratione abhorrentis dementiæ. Iuſtus ſe lorica iuſtitiæ præmuniuit: impurus ille ſe coo texit lorica iniuſtitiæ. Facinoroſi huius caput circunſtringit caſſis ſiue galea perditionis. Iuſtus pedes habet expromptus & accinctos ad promulgationem euangelij pacis: illius flagitioſi pedes præpropero curſu feſtinant ad depromendā malorum pollicitationem. Bellicoſæ igitur genti hiſce armis communitæ præcepit Dominus. Porrò hi à longinquiore terra denuntiantur venture ob id, vt noueris longe eſſe & externos à vita hac noſtra. Et quidem tales ſuo labore cooperantur noſtræ ſaluti, dum nobis accolunt ſiúntque vicini e propinquo ſuggerentes opem, ominum nuntij pacis. Ex diuerſo illi è longinquo aſciti adducuntur ad expetendam de peccatis noſtris vltionem, benignitate Dei erga nos abutente eorū immanitate ad animarum noſtrarum medelam, exemplo cuiuſpiam medicæ artis periti, dū is veneno è vipera deſumpto abutitur ſcitè ad ſubleuādam & medicandam ægrotantium imbecillitatem. Iſtis quidem ſic atrocibus ooo traditur ſpiritus, ſed caro in interitum, vt ſpiritus ſaluus fiat.

D Quamobrem à Paulo Phygellus & Hermogenes traditi ſunt Satanę non vt deperirent, magis vt ea caſtigatione erudirentur non blaſphemare. Qua igitur ratione geos iſta armis inſtructa ad pugnā è longinqua terra aduenit & à ſummo cœli cardine? A terra quidem, quia elegit locum qui terreſtris eſt & confunditur atque permiſcetur terrenatum rerum tenebris. A vertice verò cœli, quòd * ipſe initio ſtatim ſuæ conditionis illinc delapſus eſt. *Vlulate. Propè enim inſtat dies Domini, & contritio à Domino veniet. Propter hoc omnis manus diſſoluetur & omnis anima hominis timebit.* Iam ex quo interminatur Dominus ſe eſſe venturum ad diſperdendum vniuerſum orbem, eam ob rem ordine præſtituta ſunt vlulatus & lamentum, vt hoc vtroque velut ſequeſtri exoretur & placabilis fiat, ſéque auocet ab viſione inteorata in peccatores.

* Solet enim vtrunque hoc efficere clementiſſimus hominum amator, interminatur quæ terrorem incutiant, nec alioqui quæ ſe facturum fuerat comminatus, infligit his quos malè commiſ- E ſorum pœnitet. Fletos igitur edite & propria plāgite peccata, nequando prædictam internecionem contingat vos perpeti. An non requirebat Deus pœnitentiam peccatoris? Vt quid io Niniue prædicata eſt poſt * tres dies futura perditio ciuitatis, ſed mox viſa eorum contritione, à præcōcepta ira ſe contraxit miſericors, eámque velut nubem diſpulit. A Domino igitur contritio veniet, vtiliter conterente quæ perditione fuerant digna, quemadmodum contetit ſatanam ſub pedibus ſuis. Et bella quidem conterit. Dominus enim conterens bella, Dominus omneo ipſi glorioſos, ſuperbos & elatos aduerſus veritatem, appellans Cedros Libani. Contritio igitur quum à Domino veniat, neceſſe ſit vt ipſi præuertentes eius aduentum, noſtrum cor de ſe plus iuſto ſeotiens conteramus, vt eius humiliatio fiat hoſtia & ſacrificium. Itaque operoſiſſima manus omnis ac rebus agendis maximè idonea & efficaciſſima exoluetur quaſi ad Deum & eius opera, propter quod dicit. Quieſcite manos remiſſæ &

F genua diſſoluta. Nemo fiduciam in propriis collocet viribus ad expetendam de ſuperuenientibus bellicoſis vltinnem, nemo in pernicitate pedum ſpem reponat ſuam, quaſi præpete curſo poſſit euadere illum contritionis diem, quo venturi ſunt ad diſperdendam omnem terram. Omnis enim anima hominis expaueſcet & timore concutietur. Pulchrè additur dictio, Hominis. Neque enim angelorū anima ſubiacet pauori. Hac enim turbu-

Margin notes: * Reges barones ... * Hic in exemplari ... ſcriptum. * Nempe diabolus. * Sententia memorabilis. * Pro μετὰ τρεῖς. Cum plantinſis editio, τεσσαράκοντα, Hebraica veritas adhuc quadraginta.

turbulenta affectione longè eſt ſuperior. Neque item brutorum anima. Non enim illa tangit talis * pauor, quum ſit perpeſſio rationalis creaturæ & inopia ſiue defectus dogmatum quæ de magnanimitate & virili fortitudine traduntur. * Stupori quidem & timori hi maximè animantes ſubiacent: rationis autem capaces mox vbi non ſe digna perpeſſi timore perculſi fuerint, deficiente in eis continue quæ priùs viuidum robur conſtantiæ inſerebat animæ, ad grauiſſima quæque nihil grauatim toleranda, hac demum perpeſſione timiditatis intercipiuntur. Proinde ex quo die dictus eſt dies Domini appropinquare, multùm interceſſit temporis, eius propinquitatem conteſtantibus prophetis omnibus vt nemo à ſpe excideret, qua ſi ob diuturnam extractionem têporis poſſit deprehendi imparatus. Siquidem hæc conteſtatur * Sophonias, Trepidare à facie timoris Domini quia propè eſt dies Domini, quia præparauit Dominus victimam ſuam. Poſt pauca. Propè eſt dies Domini magnus, & iuata & velox nimis. Vox diei Domini amara & dura. Dies illa, dies tribulationis & neceſſitatis, dies * miſeriæ & perditionis, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ, dies tubæ & clamoris. Et ſi communis ille dies conſummationis totius mundi ſerius foret venturus, ſuus alioqui ſingulos quoſque noſtrum manet exitus qui quidem vniuſcuiuſque eſt conſummatio. Proinde hic è vicino adeſt, quem præ oculis habentes nos operæpretium fuerit ſedulò obſeruare quod hic ab Eſaia dicitur: Vlulate, propè eſt dies Domini. Fidem commodate ei qui dicit, Beati qui lugent. Et, beati qui flent. Non pauci verſantes circa vitæ iſtius peruloſa negotia, ea ſic grauatim ferunt, vt ſuum accelerent exitum, ipſamque adducent mortem, in quos meritò detorqueri poteſt illud prophetæ Amos, Væ his qui deſiderant diem Domini. Etenim ipſa tenebræ & non lux. Quemadmodum ſi quis hominum à conſpectu leonis fugiat, dein incidat in vrſum, iſque inſiliat in domum & manibus affixis parieti ſe ſuffulciat ac côſtimet preſſius, ad hæc morſum illi infigat ſerpens. An non hæc exprimunt tenebras aut diem Domini & nô lucem, nimirum caliginem è qua nihil emicet ſplêdoris? Sanè ſi quis in ſtructura ſuæ viuendi formulæ non ſuperædificarit ligna, fœnum aut ſtipulam: hic talis deſideret diem Domini, qua quidê vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Quòd nemo putus ſit ac liber eorum quæ interdicta ſunt, operum: vtique is timeat illum diem. Ait enim idem Apoſtolus. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

*Et turbabuntur legati, & dolores ipſos obtinebunt, ſicut mulieris parturientis * ſimúlque conſilia inibunt alter ad alterum, & ſtupore mentis percellentur & faciem ſuam ac ſi flamma eſſet, mutabunt.* Hi legati quinam erant turbelis exagitandi, ſimulátque ingruiſſet dies Domini? Nimirùm illi quos Dominus tacitè innuit inducta parabola quam recitauit propinquus ciuitati Hieruſalem, ipſis eam ediſſerês qui credebant propediem futurum, vt Domini regnum eniteſceret. Ait enim, Homo quidam nobilis profectus eſt in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti. Quo dicto adiecit & de decem * mnas quas diſpertitus eſt ſeruis decem, vt de eis negotiarentur. Intulit, Ciues autem oderant eum, quare poſt ad ipſum legatos deſtinarût qui dicerent. Nolumus te regnare ſuper nos. Generoſus quidem ille & nobilis homo, cum nemine alio communionem habet ſui generis, præterquam cum eo qui omnium eſt Deus. Quemadmodum enim generoſos dicimus eos qui è regali ſanguine prognati ſunt, ſic reuera præ nobilis & generoſus is qui ex eſſentia Patris * ſubſiſtit & homo gratia ſaluatoris dici poſſit nobilis. Dominus enim non ob ſolam diuinitatê agnoſci debet nobilis propter eam quâ in ſemetipſo poſſidet inæpte natura puritatem & ſynceritatem, nec vlla ex parte confuſaneam permixtionem: ſed & ſecundum humanum genus omnino generoſus eſt per aſſumptionem carnis ex ſemine Dauid. Sanè is proficiſcitur in regionem longinquam non tam loco diſparatam, quàm rerum ipſarum conditione. Etenim ipſe Deus vnicuique noſtrum adeſt è vicino, quoties nobis erga ipſum familiaritatem côciliarint actiones bonæ. E diuerſo, quoties nos ipſos ab eo elongauerimus, propinquamus perditioni. Hic planè generoſus quum obſeruaſſet mûdum ſub peccati imperio ægerrimè laborantem & tyrannidi hoſtis amarulentæ ſubſtratum, miſeratus ſe recepit hanc depoſituram rebellionem, vt regnaret. Oportet enim eum regnare, vſquequo ponat inimicos eius ſub pedibus ipſius. Ingreſſus igitur locum hûc terreſtrem, regionem vtique longius ſequeſtratam, & à Deo diſparatâ, vt gentibus imperaret, iuxta id quod dictum eſt in Pſalmo: Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam. In ordinem allecti ſub ſeculi huius principe non homines ſolùm, ſed & poteſtates tyranno iſti militantes regnum Chriſti ægerrimè tulerunt. Eo ſiquidem ſua edente præcepta ac requirente accuratius eorum operationem, poſt eum deſtinarunt legatos detrectantes eius imperium. Quinam tandê legati alij, quàm ij qui mortem conſciuerunt ſuis molitionibus ſaluatori, per crucis ignominiam arbitrati ſe poſſe regnum mûdi totius illi abrogare? Qui & Pilato dicebant: Noli ſcribere: Rex Iudæorum, ſed quia ille dixit, Rex ſum Iudæorum. Atqui tam impia malignitas prohibentium tituli inſcriptionem ipſis quidem irrogauit damnationis ſententiam, prouidente autem Dei diſpenſatione nihil interceſſit impedimenti. Potitus enim regno eſt, ſuáque bona in ſeruos diſpertiuit pro ſingulorum merito. Iuſſit vt quiſque eorum ore conſono dicerent quid confeciſſent operis in hoc, vt noſſet quantum reportaſſent lucri ex ſua negotiatione. Et primò quidem decem cotulit mnas ad negotiandum, et autem ſedulo operanti poteſtatem dedit ſupra decê ciuitates, Secundo mnas quinque cui quòd ſtrenuam & ſolertem nauaſſet operam pro acquiſitione lucri, ait Dominus, Eſto & tu ſuper quinque ciuitates. Ab eo autem qui mnam ſibi ad operationem concreditam ſudario illigarat, eam iuſſit vt inefficacem auferri. Quum autem ea in ordinem digeſſiſſet, quæ concernebant Iudæos (Têpus enim vt incipiat iudicium à domo Dei) tunc inimicos qui eius recuſarant imperium, in mediû adductos iuſſit iugulari. Equidem permulti ſunt qui in hac vita ſuper ſe nolût regnare Chriſtum. Qui enim ordine conſiſtunt ſub ſonticatinis iu-

Marginalia: * ἡ δειλία. * πλήσσει ἐκπλήττει. * Initio penè 1 cap. & ſub finê 1. eo. * Pro ἀωρίας, lege ταλαιπωρίας. Confirmat collatione. * Pro συμφράσουσι Complutensis editio habet συμφράσουσι, reddidit bunt. * λογγῖνος. * μνᾶ pendebat per pra-tio, 100. drachmas. Attica. * Ex ſubſtantiâ.

go, qui item ſe ſinunt vinci tyrannide indignationis, quique ſe dedunt in miſeram ſeruitutem auaritiæ, hi nolunt ſuper ſe regnare Dominũ, & quãtum attinet ad ipſorum inſtitutum, excuſant ac deprecantur ipſius regnum. De his dicit Eſaias, quia turbabuntur. In ſecundo enim Domini aduentu ſimul atque ipſum viderint qui in peccatis hanc transegerint vitam & euangelicam viuendi formulam nihili duxerint, nimirũ turbabuntur eóſque parturigines apprehendent in morem mulieris partu laborantis, acrimoniam vehementiſſimi doloris eorum cor lancinantis ac ſauciantis, extimulante conſcientia malè commiſſorum repræſentabit per tanti doloris parturiginem. Eſt
A enim *ὠδὶς* parturigo peracris ſcilicet dolor quidam qui tempore partus ſe inſerit partibus maximè periculoſis parturientium. *Et faciem ſuam, ſicut flamma mutabunt.* Qui pudore ſuffunduntur & in diſcrimen aliquod impingũt, & improuiſum, nec opinatum quidem, permutare aſſolent colorem, ſuperficietenus facie rubore perfuſa & internam animæ affectionem ſatis indicant apparente extrinſecus immutatione. *Ecce enim dies Domini * venit immedicabilis, & indignationis * furoris & iræ, vt ponat orbem terræ deſertum, & peccatores diſperdat ex ea.* Superius quidem dixit. Propè eſt dies Domini: hic autem, Dies Domini venit, vt ponat orbẽ terræ deſertum. Si quis exacta & ſolerti diligentia iam tradita obſeruet, vtique deprehendet * vtranque hanc inciſionem prophetiæ non de eodem die oportere enarrari. Prior enim illa de cõſummatione cuique noſtrum propria intelligenda venit, quæ è vicino adeſt. Hæc autem quæ ſe
B obuiis manibus offert explicandam, par eſt vt intelligatur de die vniuerſali. Ea enim dies ponet orbem terræ deſertum, propter quod infertur, Et ſtellæ cœli & Orion non dabunt lumen. Forſan dies illa peculiariter dicitur dies, propter continuam vnionem ſui ſtatus & perpetuæ tranquillitatis. Nulla enim intercipietur nocte: non veſpera vlla certo circunſcribet eam limite, quòd eo die, quæ eatenus delituerant occulta tenebrarum in apertam lucem depromentur. E quidem dies illa peculiari hac ratione deſignatur: nox autem, præſens hæc vita eſt, in qua deliteſcunt & occuluntur infamiæ & dedecoris opera. Eam ob rem ait Apoſtolus, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Hæc quidem dies appropinquauit: * illa verò immedicabilis, dies quum ſit indignationis furoris & iræ, qua quidem non iam locus relinquetur propitiando Domino, nõ item vlla opportunitas medendi ſemel illatis eo die dolori-
C bus. Tempus igitur confitendi quum ſit, ne in eũ diem extrahamus ipſam, magis verò reputemus nobiſcum, quanta ſit ſcripturæ huius diſpenſatoria moderatio nobis inſerere ac velut ingignere cupientis timorem Dei, ſimul & erudire futuros lectores, vt tantiſper operentur, donec dies eſt. Adueniet nox in qua nemo poteſt operari. Quiſquis in lumine mãdatorum Chriſti ambulat, verſatur in die. Qui iam æternis tenebris detẽtus eſt, in nocte erit, in qua non iam * opus, non item * confeſſio: ſed quidem vinctæ manus & pedes adſtricti funibus ſuorum cuiuſque peccatorum. Ligatis enim manibus ſimul & pedibus eiicitur miſer in tenebras exteriores. Denique, non iam

** Deeſt permiſtus ani[illegible] plani.*
** [illegible]*
** Nimirũ conſummationem.*
** [illegible] * In inferno non eſt qui confiteatur tibi.*

confeſſionem, non amplius laudem Dei loquetur, occupatior circa luctum & planctum quos illa dies inferet vi & acrimonia vehementiſſimi doloris. Ob hoc venit dies illa incurabilis. *Stellæ enim cœli & Orion & omnis ornatus cœli lumen non dabunt, & obtenebrabitur Sole exoriente, & luna non dabit lumen ſuum & mandabo orbi terræ vniuerſo, & impiis impietates * eorum.* Hiſce verbis Propheta ſeculi cõſummationem, totiúſque mundanæ molis in melius permutationem perſpicuè deſcribit. Solaris enim lux tum deficiet, luna item corpus erit ſolito ſplendore deſtitutum. Orion ſtellarum longè clariſſimus conſueta luce viduabitur. Non tunc D
lumen ſuum exerẽt ſtellæ cœli vnà cum Orione. Non quidem obtenebreſcẽt ob illuſtre iubar ab exortu Solis proſiliens. Hoc enim etiamnum hodierno die fit. Siquidem in confeſſo eſt omnibus qui apparentia in cœlo aſtra ſtelláſque ſolerti indagine obſeruarunt, ſtellas videlicet in medio cœleſtis ſphæræ poſitas ſupra terram minime extingui, ſed per radioſum Solis iubar immodico ſplẽdore coruſcantis obſcurari, idque contingere noctu, quo tempore luna plena eſt, lunari fulgore parte omni circumplectente ſtellas, nec ſinente earum lucidam claritatem explendeſcere. Itaque ſcriptura hæc nihil eorum quæ naturæ ductu contingunt, exprimit: ſed abſolutam ſtellarum obtenebrationem, & vniuerſæ mundialis machinæ inſtaurandam mutationem. Liquet ſcripturã Orionа dicere id ſidus quod duas & viginti ſtellas cõplectitur, à nonnullis * bootes nominatur. Nonnulli circa hæc ſtudia verſati, numeroſam hãc ſtellarum complexionem in partes diducunt, aſſerentes earum quidem quatuor eſſe tertiæ magnitudi E
nis, atque earum nouẽ, quartæ: reliquas verò nouem quintæ. Hic ſtellarum globus in boreali ſiue Aquilonari parte locatus eſt, qui vel teſte ſcriptura Orion nominatus eſt quòd in vnum corpus cõpactus ſit. Aſtra quidem dicunt eſſe, non item *ἀστέρας* ſtellas, quòd aſtri, hoc eſt, ſyderis nomen indicet congregationem ſtellarum ſiue multitudinem conflatam in vnũ, vox verò *ἀστὴρ*, id eſt, ſtellam ſingularem quamque inſinuat. Arcturi autẽ cõmeminit & ſcriptura, quem ipſi cernimus media in parte Orionis poſitum. Eſt verò ſtella colore ſubruſeſcenti. E vicino ei adiacet * *πλειὰς* vel ſcriptura teſte ſic nominata, ceu aſſolent qui externas literas affectant, putà, Hebræi qui iſthæc arcana naturæ anxio labore commentantur. Porrò in ipſa pleiade ſtellæ apparent ſeptem & eædẽ compactiles ſibíque inuicem addenſatæ, nõ item * ſex vt quidam ſunt arbitrati poſitæ autem in forma trianguli. Sicut igitur deprehendimus hic F
nomen Orionis, ita & numen Arcturi, nomen inſuper * *ἑσπέρου* veſperi. Pleiadis quoque in Iob, qui ait. Qui facit Pleiadem & Heſperum & Arcturũ & conditoria ſiue cellaria Auſtri, Qui numerat multitudines ſtellarũ & omnibus eis nomina vocat. Qui earum omnium numerum tenet & appellationes. Rarus eſt earum numerus quæ nominatim enuntiantur, quarum etiam nomenclaturæ vſu & more gentilium excogitatæ ſunt, & reliqua quæ ſuopte ingenio attexuerunt, innumeriſque nominibus appellant, ſtellas puta fixas & erraticas, eas quoque in partes diſtrahunt duodecim, quæ quidem continentur zodiaco, ſignifero

** Pro τῶν ἀσεβῶν exemplar [illegible].*
** Vide Arist. Arat. & Euclidem &c.*
** Et tardi ſacra boota Idem. [illegible] Aut. Viſa cuſtos.*
** De Pleiadibus ſiue Vergilias 7 in cauda Tauri Plinius li. 2. ca. 41.*
** Intelligit Procliũ.*
** Veſperus ſtella occidentalis qua & veſperugo & Venus. Eadem mane exoriens dicitur, Φωσφόρος Et matutinum phoſphorum reddidere.*
Pſal. 146.
** De his lege Procli ſphæram Aratum, Ariſt. in de mundo.*

ſcilicet circulo, per quem ſuum ſol conficit curſũ. Porrò eos orbes frigore concretos ac ſitos circa borealem & auſtrinam partem, quibus voluerũt, deſignarunt nomenclaturis. Ait ergo. *Et perdam ſuperbiam iniquorum & contumeliam ſuperborum humiliabo.* Opus Dei iuſtum eſt & apprime commẽdandum ſi quando vitioſa demolitur, vt ſuum opificium reſtauret reddátque purum omnis malitiæ, ſicque liberum ab omni languore & ægritudine ad natiuam ſimplicitatem velut poſtliminio reducat. Siquidem alio loco dicitur. Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo, nimirum quòd mundi iſtius ſapientia A ſuos acceptores norit pellicere in fraudem déque rectitudinis via deducere, & credita eſſe veritatis magiſtra inſerit mentibus ignorationẽ dogmatum quæ ad aſſequẽdam ſalutem perquam neceſſaria ſunt. Euaneſcit tandem ſapientia talis præualente vi veritatis euerſa, diſcuſſis ſophiſmatibus & illicibus mundanę ſapientiæ verbis, vt is qui ab ea præoccupatus eſt & in fraudem pertractus ad complexum falſæ eius opinionis ab ea liberetur. Equidem hæc animi ægritudo deperditur opera medici admolientis manus. Quemadmodum ſanè ſole exorto tenebræ euaneſcunt & diſperduntur, ita contumax ſuperbia iniquorum peſſum it: iuſtitia æquiſſimi Dei de ea vltionem exigente, & peruicax contumelia humiliatur, eóque Iacob dũ filiis benedictionem apprecatur, ait Simeoni & Leui: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & iracundia eorum, quia occalluit per vitioſum habitum, & eam feriendo maledictione abſumit, vt B quod in eis relictum erat, dignum fieret benedictione ſancti Patriarchæ. Eundem in modum & Noë vbi reſciuit quid ſibi feciſſet filius eius iunior, dixit: Maledictus • Cham. Atqui contriſtatus erat, attamen nequaquã ipſi maledicitur, ſed germini eius proptérque ipſius nefarium opus figuratè nominatur Chanaan, ac ſi dicas *σάλος*, id eſt cõcita commotio, quòd eam in patrem offenſam perfecerit commotione & calore concitatus, non etiam per habitum natura inſitum, eóque in Chã non recidit maledictio, id eſt, in calorem, ſed in Chanaam filium, & in opus per animi commotionem profectum. Humanæ enim naturæ arduum eſt & perquam difficile perpetuam in corde conſeruare puritatem. Omnino quidem quiſquis ad nihilum deducit contumacem ſuperborum contumeliam, non vnum modo malorum abſumit: ſed intelligere conuenit eatenſe ab vno hoc ſuperbiæ & contumeliæ peccato ſpecies malitiæ cęteras omnes diriuari. Etenim iniqui contumeliis quidem inceſſunt templum, conuitiis autem & proximos, inſoleſcunt verò ſuperbia & faſtu aduerſus eum qui ad imaginem ſui creatoris conditus C eſt, per cuius imaginem iniuria talis in creatorem redundat ac tranſit. Quemadmodum enim quiſquis regiam imaginem aſperſit contumeliis, perinde peragitur reus, ac ſi in regem ipſum fuiſſet contumelioſus & improbè egiſſet. Sic ſanè ſe conſtituit obnoxium peccato, qui contumelioſè tractat genitum, ſiue cõditum ad Dei imaginem. Præ omnibus verò ſeipſum iniuria afficit fornicator, corruptelam ſibi inferens. Mœchus ſe contaminat per obſcœnum & infame opus. Fur ſe afficit contumelia per vilem, fœdam & illiberalem actionem. Mendax ſibi iniurius eſt ob negatam veritatem. Qui peierat, indignis modis proteruit ſe abalienans à Deo. Itaque omne peccatum contumelioſa ſuperbia eſt, & inſoleſcentis contumeliæ germina ſunt eius qui omnium primus contumelioſè ſuperbiuit conuitiatúſque eſt. Humiliabit autem Deus contumelioſam proteruitatem ſuperborum, quòd ſuperbia & eminens faſtus ſoror ſit iniquitatis. Iniurius enim ſiue iniquus propter iuſtitiam inſoleſcit, etiãſi in eam alioqui præuaricetur. Lubricus & intemperans aduerſus ſobrietatem & pudicitiam loquitur, mox vt viderit D quempiam nulla non in re exactam diſciplinam obſeruantem, vſque adeò vt vel motionem oculorum modis omnibus moderetur. Qui perditæ eſt & profuſioris vitæ, eum aſpernatur qui continenter & moderatè viuit. Delirus ac demens ludibrio habet eos qui ſapientia excellunt & multo cum labore multi iugam eruditionem vndecũque colligunt. Itaque Dominus qui ſuperbis reſiſtit, & humiliat peccatores vſque ad terram, hic palam profitetur ſe contumelias & iniurias ſuperborum eſſe humiliaturum. Qui igitur ſic inſoleſcentes humiliat, idem etiamnum tuebitur humiles ac proteget ne aſſimiles ſint diabolo qui pater eſt ſuperbiæ. Sua verò adhortatione inducit diſcipulos ante omnia, dicens: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. *Et erunt relicti honorati magis quã aurum obrizum, & homo honorabilis erit magis quàm lapis qui ex Ophir.* Mox vbi irruit multiformem procellam tentationum & ad bellicoſos peruenit milites qui orbem terræ erant demolituri, poſt denique ſuperbiam omnem humiliatam, in- E uenti tum ſunt è multis nonnulli homines nulla in re oblæſi ſecundum animam propter cõtractã cum iniquis familiarem conſuetudinem, magis verò innumeris tentationibus ac documentis, ſui conſtantis propoſiti ſpecimen ediderunt. Hi * auro omni incocto erunt honorabiliores, omni inſuper precioſiſſimo lapide, eo inquam qui creditur in Ophir inueniri. Videtur eam commemorare regionem nomine Ophir quæ in Indorum gẽte ſita eſt, circa quam quadam vi naturæ lapides quàm precioſiſſimi gignuntur. Incoctum aurum eo dicitur quòd nullam in ſe contineat alienæ materiæ aut ambiguam permiſtionem, ſed ſimul atque ob oculos poſitum fuerit, quòd nihil habeat ſcoriæ, certam facit fidem vel ſolo aſpectu cernentibus, quia probum eſt & omni permiſtione vacuum æris aut alterius cuiuſuis confinis metalli permiſti. *Nam cœlum indignabitur & terra concutietur à fundamentis ſuis, propter furorem iræ Domini Sabaoth in die qua venerit furor eius.* Creatura omnis vnà cum Domino ciebitur ad vltionem expetendam de his qui aduerſus ipſum peccarũt. Quemadmodum enim cœlum dicitur cum ſtupore admirari & inhorreſcere ob inſperatas & inopinas populi præuaricationes, quòd Dominum dereliquiſſent: pari ratione quum peccata deficientium à Deo completa fuerint, tempúſque aduenerit rependendæ mercedis, tunc dicitur cœlum furore corripi & cum peracri Dei ira cooriri. Per cœli furorem indignationémve intelligere conuenit ea eſſe quæ ab eo in eos qui cruciantur, incidunt horrenda ſupplicia: putà, quum ſtellæ terra caligine circunfunduntur, Sol radioſo & præluſtri ſuo ſplendo-

Confirmat collatione.

• חם Calor, calidus. Aegyptos terra Chã.

• כנעני negotiator, filius Chã.

• γνώμη.

Elegans collatio.

ſplendore deſtituitur, Luna ſolitam lucem non iã eiaculatur, fulmina toto diſcurrunt aëre, tonitrua horrendo cum fragore & effracta nube decumbunt in terram, quum denique aër capiti imminẽs atram induerit caliginem, ita vt omni ex parte ſpectetur inamœnus, nihilque adferat conſolatorium iſtis quos Ira Dei addixit ſupplicio. Creatura enim ſuam operam ſtrenuè nauans creatori, totam ſe quidem exporrigit ad expetendam de iniquis vltionem: è diuerſo, ſinitur his impartiri beneficium qui fiduciam omnem proiecerunt in
A Deum. Porrò illæ calamitates inuehentur hominibus propter furorem iræ Domini. Mos ſcripturæ obtinuit, vt furorem vel indignationem iræ dicat deflagrantem æſtum & incandeſcentem inflãmationem ſupplicij irrogari in retributionem operum perperam commiſſorum. Terra autem cõcutietur à fundamẽtis ſuis. Declarat terræmotum illum non ſuperficietenus, neque vt aſſolet, aſforе tunc qui circa aduentum Domini fiet. Siquidẽ ipſam terram à fundamentis ſurſum deorſum euertet, & ea concuſſio nullam non terræ partem attinget. Fundamenta autem terræ humanæ natu-
Iob. 38. ræ ignota ſunt, vti per Iob didicimus, dicente Domino: Vbi eras, quando iaciebã fundamenta terræ? Nuntia tu mihi, ſi noſti & habes intelligentiã. Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? Aut quis induxit funiculum ſuper eam? Super quo annuli eius compacti ſunt? Quis autem eſt, qui iecit lapidem angularem ſuper eam? Quinetiam iuxta opinionem externæ diſciplinæ profeſſorum Dominus iecit fundamenta terræ in centro ſphæræ operoſam mundi molem circumplectẽtis, vt à cœlo æ-
B quali libramine nulla non ſui parte diſtans tutò deſcenderet & neutrobi deuergens ſolidè ac ſtabiliter ſuffulciretur. Quòd ſi tanta firmitate nititur & conſtabilita eſt, prorſus mota ſemel à fundamentis ab ipſo quo nunc nititur, transmouebitur fundamento. Iam incandeſcentia furoris & indignatio his competit qui ratione & anima præditi ſunt. Nonnulli olim imaginati ſunt cœlũ quoque eſſe anima informatum ac ratione vti, vt cũ ſuo Dominatore ſuccenſere poſſet & cooriri ad indignationem. Eiuſmodi imaginatio planè commentum eſt fabuloſum. Scriptura enim plerunque nomenclaturam hanc, cœlum μετωνυμικῶς, accipit pro cœleſtibus, vti apud nos conſuetudo inoleuit qua ſolemus dicere, Egreſſa eſt ciuitas omnis, ſanè hoc ciuitas petiuit à principe, ciuitatẽ dicentes pro eius incolis. Sic igitur cœlum inducitur ſuccenſere & indignari pro eo quod cœleſtes illæ poteſtates iuſtæ Dei iræ aſſentiuntur.

Quemadmodum enim gaudium fit in cœlis ſu-
C per vno peccatore pœnitentiam agente: ſic & per acris exaſperatio cietur aduerſum deſertores ſui conditoris per peccatum. *Et erunt relicti, quaſi Damula fugiens, & quaſi ouis deerrans. Et non erit qui congreget, ita vt homo in populum ſuum conuertatur, & homo in regionem ſuam impellatur. Quis enim captus fuerit, vincetur: & quicunque fuerint congregati, gladio cadent, & filios eorum allident coram ipſis, & domos eorũ diripient, & vxores ipſorum habebunt.* Per impreſſionem hoſtium qui in eorum manus venerint, in ipſo procinctu & acie cadent: qui verò fuga ſibi cõſuluerint, quaſi * Damula ſunt fugientes. Siquidẽ id animal pauidum eſt & ſtupore attonitum & ob natiuam pedum pernicitatem longo tractu fugitans vix vnquam gradum ſiſtit. Erunt igitur quaſi Damula & tanquam palabunda ouis. Siquidem ouis nullam habet peculiarem prudentiã, vt pergat ad inquirendas altiles paſcuas, vtque tutioribus in locis demoretur & ſibi conquirat potum, niſi ſi quis adfuerit paſtor qui viam ei præmuniat & præmonſtret ad hæc perquirenda. Erunt igitur qui tum tẽporis fuga quidem fuerint elapſi, quaſi Damæ: deſtituentur autem omnium auxiliari præſidio quaſi oues erraticæ, eo quod non adſit princeps, nec ſit qui congreget: ſed hi quidem diſpergentur à ſuis perſequutoribus: derelicti verò ab hoſtibus, ſuperabuntur, etiamſi potuiſſent ſubſi-
ſtere & in commune ſibi mutuò auxiliari. Sed e- D
nim gladio demum concident. Poſtea explanat miſerabilem & ærumnoſam afflictionem eorum qui erant in captiuitatem iam abducti, filios eorũ in parentum oculis allident, diripient ædes, pœneque probroſam contumeliam ac dedecus vxores eorum ad ſe traducent. *Ecce ſuſcitabo vobis Medos qui nihili ducunt argentum, auri nullam habent indigentiam. Arcus adoleſcentium conterent, & filiorum veſtrorum nequaquam miſerebuntur, neque ſuper filiis tuis parcent oculi eorum.* Vti prodidit hiſtorica traditio, longo temporũ tractu Medi Aſſyrios adorti bello, demum Babylonem in ſuam poteſtatem redegerunt & euerterunt. Equidem Prophetia Eſaiæ eſt de captiuitate Iſraelitici populi exporrecta in multas generationes. Rurſus poſt abductum Iſraëlem multis demum annis ſe conſpicuos exhibent Medi educto exercitu aduerſum Aſſyrios.
Qualiſcunque tandem conſolatio offertur capti- E
uis, quum certa ſpe opperiuntur vltionem de inimicis ſumendam quæ apprehenſura ſit populum qui indignis modis afflixerat Iſraël. Ait ergo, Suſcitabo vobis Medos qui non argento, non item auro perſuadebuntur. Neque ô Babylonij vlla quantalibet opulentia poteritis vos ab iſtis redimere, vt ne quid graue patiamini. Neque enim iſti tanguntur vlla admiratione pecuniarum, vt his cumulati ſupra modum opuleſcant, quò fit vt bellicis rebus attenti ſibi temperent ab exuuiis mortuorum, nec vlla re ſe ſinant exorari, neque huc incumbunt vt quiduis emendicent ab abductis in captiuitatem. Id enim ingeneroſum eſſe putant. Sed & adoleſcentium peritiam in ſagittãdi arte conterent, neque vlla commiſeratione aut miſericordia erga adoleſcentes ſinent ſe exorari. Medorum nomen tranſſumptum deſignat ἀπὸ ἱκανοῦ, ab idoneo & ſufficienti. itaque is qui in omni-
bus ſufficiens eſt & potens inducere calamitates F
pro cuiuſque merito, hic ciet & accerſit Medos. Aut fortaſſis quia * Madai conditor fuit Mediæ. Sic autem nomen interpretatur, dimenſio. Dici igitur poſſint Medi induci ad exigendam de his qui perperam vixerunt, pœnæ dimenſionem. Ob eam cauſam vnicuique noſtrum merces rependitur, ſiue recta via fueris ingreſſus, ſeu peccaueris. Quatenus enim recta egeris merces te manet: ſi deliqueris, apprehendet te ſupplicium. Equidem tales ſunt Medi: Neque enim vlla flectentur miſericordia ſuper filiis Babyloniorum, non item ſuſtinent quicquam alienæ facultatis ſibi vendicare. Forſan nomine filiorum inſinuat nunc ſcriptura fructus & germina * animæ Babyloniorum,

* מדי Menſura ſiue Iapheth. Gen. 10. Ioſ. 1. Antiq. c. 4. Strabo. 11. Ptolem. 6. cap. 2.

Eiuſmodi gecmina reoc eſſe filios qoorum commeminit ille qni beatus prędicatur apud Pſalmographum, in quo quidem Pſalmo muliec ſapientia eſt, quam ad ſe aſcitam in ſponſam duxit, ſibique copulanit in contubecnalem iuſtus decoris eius amator. Filij autem germina ſunt mentis & ſapientiæ in vnum confluẽtia, de quibus arbitror dictum eſſe Pſalmo centeſimo tsigeſimo ſesto: Filia Babyloois, miſera. Beatus qui retribuet retributionem tuam quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruolos tuos ad pettam. Eum igitur retributionis dtem pręuidet Propheta quo quidem Medi nulla tangecẽtur miſericor-
A dia erga Babylonios, non item ipſorũ filiis eſſent parcituti oculi eorum. Huc animum aduerte. Pſalmus beatum eſſe profitetur, nõ eum qui quouis modo tandem Babyloniorum filios interemiſſet: ſed quia cùm primis id depoſcit, vt ipſos recẽs genitos ad internecionem perducas, neque ſinas ad incrementum maturæ ætatis pertingere, vt ne capaciores euadant cumulatioris malitiæ. Secundum autem eſt, vt ne ſimplici genete mortis eos ad nihilum vſque perducas. Eum ſiquidem prædicat beatum qui ſua ſolerti ſapientia ſuperior euaſerit euiceritque liberorum talium propagationem, mentem nimirum miſcellaneam & perturbationibus confuſaneam, alioqui mens ſic confuſa, filius nominatur * Babylonius. Hic ſubnaſcentes filios allidit petræ. Atqui hîc etiamnum petræ nomine intelligendus eſt Chriſtus. Qui enim verbo veritatis confundit improbatæ doctrinæ dogmata, ſanè talis in humum proſternit & allidit adoleſcentulos Babylonis ſolo tenus ad petram. Itaque ſi quis dogmata filij Babyloois, nimirùm ſectæ cuiuſpiam abhorrentis à fide inuexerit animam eius confundentia qui ea excepit, meritò talis filium Babylonicum ſic conuictum erroris allidit ad petram: *Et erit Babylon quæ vocatur inclyta, à regibus Chaldæorum, quemadmodum ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur in æternum, neque ingredientur eam per multas generationes, neque pertranſibunt eam Arabes, neque paſtores *requieſcent in ea, & requieſcent in * ea beſtiæ, & implebuntur domus ſonitu, & accubabunt ibi Sirenes, & dæmones ſaltabunt ibi, & Onocentauri illic habitabunt & nidificabunt ericij in domibus eorum.* D

* Pro ipſa, Complut. eiusmodi habet (?)

B. BASILII MAGNI
ENARRATIO IN XIIII.
CAPVT ESAIAE.

* ἐγγύς. (?)
* Complut. αὐτῶν eorum.
* Pro ἐπιφανείαν lego ἐνάργειαν.

*Citò * venit & non tardabit, & dies * eius non extrahentur.* Hiſce verbis enarrat deiectioõe Babylonis. Et es quo rei
B * perſpicuitatem reddit acecbiorẽ, idque fit commemoratione gloriæ prioris quæ docet à cuiuſmodi ſtatu ad quantam delapſa ſit vicatiam demutationem. Ait enim, Et erit Babylon, quæ vocatur glorioſa ſiue ioclyta, prout id el cognominis inditum erat, ita vt nemo illam ſine adiuocto boc nominaret, ſcilicet Babylon glorioſa. Qui autem fuerat tum rex Chaldæorum, is ipſam prælustrem reddiderat & famigeratam, quum exciſis aliis vrbibus, nec paucis (quicquid virium habebant captiui) in vnam eam tranſtuliſſet. Ipſam quoque mœnibus circũcinxit esimiæ magnitudinis. Copioſum inſuper exercitum militarem adiecit. Præterea ædificiis amplificauit mirum in modum inſignibus ac magnificis. Atqui ſic ſplendida peſſum itura prædicitur, quemadmodum ſubnertit Deus Sodomam & Gomorrham & non habitabitur in ſeculum. His verbis forſan certo quopiam tempore præſcribit ipſius euerſionem ſimul & futuram deſolationẽ,
C quare ea vaſtitas quanto eſſet tempore duratura, abſolutè nun aperuit. Non enim illo introgrediẽtur per multas generationes, quaſi ea vaſtitate in multas exporrecta generationes, poſtea rurſus inhabitari debeat. Neque pertranſibunt eam Arabes, neque paſtores requieſcent in ea. Sententia hæc inamœnam protſus & ſeueritatis plenam deſolationem affore deſcribit, nimirum ita redigendam in ſolitudinem, vt ne in ipſa innẽturi ſint paſtores vllum operimentum, nõ etiam Arabes qui vaſtam ſolitudinem incolunt, qui quom prædas egerint & pro more gentis exercuerint latrocinia, tum demum exquirunt ac repetunt ciuitates & oppida. Hi Babylonem non ingrediẽtur quòd protſus deploratę ſalutis futura ſit & deſerta adeò vt à nemine habitetur, nihilque eorum quę ſuſtinendæ vitę ſunt opportuna, inueniãtur. Ait enim, Erit ſubterraneum diuerſorium beſtiarum. Implebũtur autem domus obſtrẽpero ſonitu. Sonus iſte tumultuarius redundantem indicat magnitudinem deſolationis. ἦχος enim, id eſt ſonos rũ ſtrepitu, vox eſt reuerberata & in vtramuis partem replicabilis, à ſolidis * & quæ ex aduerſo reſpondẽt ei voci quæ præceſſerat. Vox quidem hęc ſonora & reflexiua in deſertis exaudiri ſolet locis: in habitatis autem ciuitatibus & oppidis à vaſis ſiue armamentis è loco ſuo tranſlatis diffractione aëris & à voce ex aduerſo intercurrente ſemel colliſa non ſinitur deperire. Illic igitur domus eiuſmodi ſtrepitu turbulento implebuntur. Sonus quippe talis inſigne eſt vaſtiſſimæ deſolationis. Porrò illic requieſcent Sirenes & dæmoniaci ſpiritus ibi ſaltabunt & Onocentauri ibi habitabuot & nidificabunt ericij in domibus eorum. Scriptura quidem à fide noſtra abhorrens tradidit Sirenas mulieres fuiſſe quaſdam melica voce & concentu perquàm ſuaui cantillantes. Præſenti autem loco id nominis exprimere videtur ipſos dæmones, cóque Aquilas Sirenes dixit eſſe * στρουθοκαμήλους. Id genus animalis vaſtiſſimæ ſolitudinis eſt amantiſſimum, vtque plurimum in arenis ſterilibus maximè ſe condit ac deliteſcit. Hanc igitur hyperbolẽ vaſtitatis tradit ſcriptura expreſſa habitatione ſtrouthocamelorum. Quos Onocentauros ſeptuaginta dixere, Aquilas nominauit τριχιῶντας, id eſt, piloſos

* Puta, vel ſolidus Echo.

Sirenes.

* Aut ſtruthiocamelos, ſiue ... ſirenas ... deglutire (?)

piloſos villis & crinibus hirſutos, ſetoſos, biſpidos. Geous quoddam dæmonum exprimere voluiſſe videtur oblatrans & tetra caligine circunfuſum ſua apparitione, quorum opus eſt fulgetras eiaculari, nec vſpiam conſiſtunt pedibus, neque quouis ſeoſu vti queunt aut intelligentia vlla. Et onoceotauti illic habitabunt. Hæc quoque altera eſt dæmonũ ſpecies quam reliqui ioterpretes nominarunt Hebraica voce Siim beſtias ferocientes & mooſtroſas. Addit, Illic autem & ericij domos ſuas facient. Animalia iſthæc omnia quæ enarrat, comprimis vaſtiſſimam amant ſolitudinẽ, vt locus aſſimiletur Babyloni in ſolitudinem redigendæ. * *Citò venit & non tardabit & dies eius non extrahentur.* Euerſionem Babylonis feſtinato & quàm ocyſſimè affuturã dicit, nec vllam fore dilationem eorum quę ioterminata eſt ſcriptura. Iam quando comminata eſt Babylooem eſſe à fundamentis excidendam, vt olim Sodoma: noſſe nos conuenit id nomiinis Sodoma multifarias admittere interpretationes. Hoc enim nomen ſua interpretatione ſonat cæcitatem ſiue excæcationẽ, ſterilitatem, * ſtabile ſiue conſtans ſilentium, ſimilitudinem, declinationem ſiue fundamentum eorum. Gomorrha verò accipitur pro menſura & ſeditione ſiue rebelli populo. Horum autem omnium ioterpretatione nihil opus eſſe arbitror, vt ediſſeram quooam pacto Babylon, quàve ratione ipſa ad internecionem perduci debuerat peræqoè ac Sodoma. Dei munifica liberalitas ſe exerit erga eos quorum ſceleratę vitæ imponit finem dum eorum cæcitatem medici ritu, elidit & expugnat. Clauſula autem quæ terminũ perſcribit cæcitati, vtique viſionis origo eſt. Sed & in ſecũdam ſterilitatem mox vbi abiegauit in exilium, qoò ipſis germina operum iuſtitiæ gratificaretur. Muto illi flagitio finem impoſuit, vt è cordibus * ſil:ntium perpes ac ſtabile excluderet ad rependendã Deo gloriam. Præterea euertit & Gumorrham, quãdoqoidem dupliciter interpretatur. Eſt enim & meoſura & ſeditio, inteſtinam ſiquidem ſeditionem demolitur & turbelas, vt qui ſeditiones conciuerant, in oppoſito ordine ac ſtatu conſtituti reddantur meliores. Porrò quiſquis approbat vanitatem Geneſe*s, neceſſitatem ſati admittit, fatum ipſom recipit, ſortunam ac ſortes honori docit, & quatenus per ſe poteſt ſua vnius commẽdatione talium ſtudiorum homines auocat à fide & pietate erga Deum, hic planè nomioatim prædicat geſta Babyloniorum inclyta eſſe & glorioſa. Chaldæorum ſtudium & curioſa inquiſitio Aſtrologia eſt, per quam aſſerunt entium cauſas à ſeipſis depeodẽre, non itẽ à Deo, rẽique omnes lationi ac progreſſui aſtrorum ſubſternentes, prouidentiam ipſam rerum humanarum moderatricem prorſus à ſe ablegant, adeò vt orationem ad Deum effuſam, & ipſam qua Deus colitur, pietatem negent quiduis poſſe, quin potius ſi qua horum credantur cooiiogeio, id omoe referunt ad cauſam fatalem. Qui eiuſmodi eſt, Babylooẽ quã dam vocat glorioſam, diuitias mundi, eiúſque gloriam generoſitatem carnis & quæcunque aſſimilia his ſunt, cõcelebrans. Iſthæc enim omnia permiſta ſunt mentémque coofundunt, digna planè quæ cognomen ſortiantur Babylonis, quam ſorſum deorſum euertit Domin⁹, vt domicilium fiat dæmonum efferatorum, ſioe eam malis interpretari ciuitatem, ſiue animam turbelis affectionum permiſtam & confuſaoeam. Prorſus neceſſe eſt animam Dei contubernio deſtitũtam fieri habitationem reproborum ſpiritoum. Siqoidem ibi nequaquam hoſpitator paſtor. * Neque enim boni eſt paſtoris habitare vnà cum grege ſuæ fidei concredito qui ſuapte malitia ſe ſiuit euerti. At certè ait, Sireoes, dæmonia, onocentauri & ericij illic commorabuntur. Si quaodo igitur videris animam perturbationum cooſuſiooe exagitatam, ſcito eam obſtrepero ſooitu eſſe refertam, nec quicquam io ea eſſe dilucidum, & illuſtre, non item verbum vllum articulatim diſtiuctum, ſed tumultuantem & iocertæ ſignificationis ſtrepitum qui exagitatione perpeſſionum cooritur vt animæ illius ſic confuſæ principem facultatem occupet, nempe mentem. Itaqoe hæ Sirenes videotur eſſe ad verbũ reprobæ iſtiuſmodi poteſtates quæ per eccleſiam, illicem voluptatem captandis animabus per opportunam inferũt, vt ad extremam perniciem ſeratum ritu pertrahant melico & per quàm ſuaui ſuo concentu illac iter agentes. Incertum, id ne lenocinio voluptatum, an alio quouis pacto, puta irritatiooe & inceotiua carnis prouocatione ad peccatum fiant iſthæc miniſterio dæmonum illorum, niſi quòd demulcti illecebra alimoniæ, ſui ad veram patriam reditus obliuiſcuntur. Proinde ſi quem videris, auditu prurientem, à veritate quidem auditum deflectentem, ad fabulas autem è via digredientem, ſermooem verò efficacem & ſolidum non ſuſtinentem audire, nõ increpationem vllam admitteotem, correptionẽ nullam recipientem, quæ auſtera & commioatoria ſit & auditorem prouocet ad conuerſionem: ex contrario, qui amore teoeatur componẽdi ſermonem nihil oon promittentem eorum quæ ad captaodam gratiam & illicem voluptatẽ audientium faciuot, talem tu exiſtimato Sirenum illecebris captum eſſe, quippe qui in fraudem & errores ineſcatus ſit blandiloquentia & ſubornata benedictione verborum. Porrò dæmonia geſticulari dicuntur & multifariam ſaltitare, dũ nobis cooperantur ad peccandum. Per eam enim choream omnimoda cietur membrorum commotio. Iam quaodo qui ſaltitant, nonoonquam * alias induẽtes perſonas, in ſcenam prodeunt: conſimili ratione & dæmones laruis noſtræ faciei conſormibus vſi leguntur, nunc quidem furiarum ritu choreas agunt, nunc verò membrorum agitatione eum imitantur qui concupiſcentia libidinis ſeruet ac prægeſtit fruitione carnium, nec rarò mendacem re ipſa repræſentat. Hoc pacto multiformes & operoſos effectus dæmonum ipſi exceptamus ad illorum ſententiam & annutum per conſenſum cordis noſtri, à ſpecie virtutis ad nequitiæ opus membra noſtra transferentes. Quom vnum aliquem videris nunc intemperanti riſu diffluentẽ, mox immodico mœrore deiectum & quodammodo cor lancioantem immoderato planctu, lamentatione ac voce lugubri, tecum reputa in eo qoempiam ſaltitare. Alios inſuper ac multiuarios induit vitiorum habitus. Nunc quidem fabulam facinoroſæ auaritiæ aggreditur, ſua vt geſticulatione eam repræſentet: nunc verò euanidæ & inanis gloriæ drama exhibet. Nonnunquam faſtum

In laruatos.

exprimit ſuperbię. Vtque ſemel finlam, choream agens ioſuliat vniuerſo bomioum generi, & tripudians animabus illudit quæ ad peecandum totę propendent, ſúntque ſimpliciores, oullo etiam negotio mutantur. Ooocentaurorũ nomen quandam inſinuat compoſitam & prodigioſam animalis cooſiſtentiam, niſi quòd eſt dæmonis ſpecies, nunc quidem oos ionitantis ad rerum bumanarũ proſpicientiam, nũc autem diſtraheotis ad peculoas affectiooes. Erinace* verò id animal eſt quod vice pilorum vndique amicitur ſpiois * inſame & frauduleotum. Omoia hæc breui aduenięt ſuper aoimam peccatorum caligiue confuſam, & ne v-

Onocentau-ri.

Erinius.

* Pro [illegible], lege [illegible].

A na quidem protogatio dictum intercedet: *Et miſerebitur Dominus Iacob & eliget adhuc Iſrael.* Quòd Domlnus decreuerit miſereri Iacob, hác arbitror fuiſſe cauſam, hoc nomine Iacob appellatus eſt, taotiſper, dum in agone & lucta fuit: tandem verò eligitur quo ſactum eſt vt dictus ſit Iſraël, ob præmium quo is Patriarcha donatus eſt exantlato labore eluctationis. Porrò quòd miſericordiá ſcribitur cooſequutus, quiddam exprimit inferioris notæ ac dignitatis: ipſius autem electio longe auguſtiorem pręrogatiuam declarat, quare miſertus quidem eſt Dominus Iacob, elegit autem ipſũ Iſraël. Huic loco peræquè reſpondet illud, Iacob puer meus, aſſumam eum: Iſraël electus meus, approbauit eum anima mea. Nomé enim Iacob pro eo accipi ſolet qui elementis primiſque rudimentis adhuc inſtituitur perfectioris vitæ, qui aduerſũ perpeſſiones & corporis incentina luctatur: Iſraël verò ſumitur pro præſtantiori & qui ſpititus ductu

B ſuam inſtituit vitam. Omoino autem, *Ipſe Iacob & Iſrael requieſcet ſuper terram eorum.* Eam intelligit terram de qua dictum eſt. Beati mites, quoniam hæreditate poſſidebunt terram. Terra hæc nullam babet partem cum ea de qua ſubiecta maledicto dictum eſt, in doloribus comedes eam omnibus diebus vitę tuæ, operatus eam. *Apponetur autem aduena ad eos & adiungetur ad domum Iacob.* Qui agricolationem exercet aduena, vtique hic γειώρας eſt, agricola & terræ cultor. Forſan iſte index eſt populi ex gentibus collectitij qui ſe adiũgit Iacob dicto in ſcriptura γειώρας agricola, ac ſi dicas accola, ioquilinus ſiue boſpes & aduena. Proinde hominibus notæ inferioris & qui ooo oorũt ſuos affectus moderari, ſi quando adigãtur iis morem gerere qui ſcitè & prudeoter funguotur magiſtratu, noo mediocre talibus præſtatur beoeficium, quare io benedictionibus dictum eſt ipſi Eſau, Et fratri tuo ſeruies. Hoc planè indicat, quod ſequitur. *Et multiplicabuntur ſuper terram Dei in ſeruos & ancillas.* Sanè beneficij loco, ea ſeruitus ipſis præſtituitur. *Et erunt captiui captiuantes eos.* Illi quidem tyraonicè eos abripiebaor io captiuitatẽ

C ſeruituti diabolicæ ſubiugatnri oppreſſos & euictos, at hi qui clemeorer & humanè in captiuitatẽ progredlebaotur, à tyraonide diabolicæ ſeruitutis emancipati, aſciti ſont ad ſeruiẽdum Chriſto. Promittitur autem Iſraëli libera exẽptio qua miſerabili & dura ſeruitute Babylonis ſeruieront, inuitantur oiblominus ad miſericordiam, vt plãctum aſſumaot ſuper rege Babylooís nec inſultẽt eius ruinæ, quin potiùs ſuper eo lamententur & eiulent, quòd commiſeratiooe & miſericordia paſſurus digna ſit. *Quemadmodum, veſtimentum ſanguine permiſtum non eſt mundum, ſic neque tu eris mundus, quia terram meam perdidiſti, & populum meum occidiſti. Nequaquam manebis in æternum tempus.* Hæ adhuc ſunt lamentationis partes ſuper principe Babylouis, & his quæ illum concernebant. Etenim poſtquam dixit, quia lucifer è cœlo excidit, quòd io corde ſuo dixiſſet: Aſcendam in cœlum, ero ſimilis altiſſimo, vt declaretur quanto interuallo diſtet cum ſaocto collatus is qui ſpurcitia omni contamioatus eſt & vir ſanguinarius, cum veſtimento componitur, quatenus ad noſtram fulciẽdam naturam detextum eſt ad ornatum hominis. D

Quum enim conſperſum fuerit ſanguioe, nõ iam vlli humano vſui accommodari poteſt. Per hoc omnino elici non poteſt reprobum illum io ſua cooditiooe quicquam impuri flagitij habuiſſe: ſed tum apparuit facinoroſus, quando peſſundata terra Domini & populo propter ſua peccatá extremæ cladi dedito, ſe totum fermentauit alieno ſanguine. Quin & ex alio loco nouimus humaoam naturam veſtimento eſſe collatam, diceote eodẽ Propheta aduerſum eos qui iu fermeoto malitiæ vetuſtuerant. Ecce omnes vos, vt veſtimeotum inueteraſcetis, & * terra comedet vos. Peracerba & acris comminatio, quòd oe vel ad extremum expiandus eſſet fermẽtatus quopiam peccato quod à ſe excutere non poſſet in præſens quidem, vt munditiæ fieret compos, In futurũ tamen nequaquam priuatur ſperata per pœoiteutiam expiatione. Hic abſolutè proouutiat nullo vnquam tempore fore mundum, quòd ſe permiſcuerit cõſperſione ſanguinis populi Dei. Cęſum enim propter inobedientiam ad interneclonem vſque perduxit, qnin & ſuperſtites reliquias pellexit ad totius malitiæ operatiooem. Si enim Eſaü nullum inuenit pœnitentiæ locum, quòd ius ſuæ primogenituræ diſtraxiſſet & io ius ceſſiſſet fratris: quis tandem pœnitentiæ locus relinqui debuit iſti tyranno vt oeque diabolo qui protoplaſtum bominẽ interemit & per illum mortem inuexit poſteritati? Proinde nonnulli aſſerũt eam labem ac notam quæ * ex coocreta permiſtiooe ſudoris & ſanguinis humani ioſerta ſit veſtimeoto, nullo pacto detergeri poſſe & ablui, ſed ſemel ingeſtam alterationem per tincturam ſanguinis vnà cum veſtimento conſeneſcere. Itaque is oon iam poteſt cruentam hanc maculam & ſanguine inuſtam à ſe excutere ac depellere, purus vt ſit. Etenim inibi obſeruato dictiooem quàm ſignatè repræſentet, eam ſorditiem ineluibilem per cruentum hoc & immane homicidium contractam, Non enim dixit tinctam veſtem ſanguine, ſed permixtam ſiue conſperſam, vt expreſſius oſtenderet ipſum vndequaque inuolutum cruẽta cæde peremptorum. *Hic terram perdidit Dei & populum eius ioteremit. Ipſe quidem Nabuchodooſor terram in vaſtitatem redegit, excíſis eius terræ feracibus plantis, oppida inſuper & vicos demolitus eſt tradens inceodio. Populum Iſraël partim quidem cædens gladio, partim verò in Babylooem traducens captiuum. Paulò ante dictum eſt nomine regis Babylooís ſignatè exprimi ac myſticè mundi iſtius rectorem. Nam mundi huius confuſiooem accommodatè quis Babylooem appellet? Ille enim populum Dei in captiuitatem abreptum à vita demutauit io mortem. F

E

* Pro γῆ, lege σής, tinea, Eſa. 50. d Heb. 7

* in [illegible]

* Nabuchodonoſor

Terram

Terram verò in ſolitudinem redegit, nimirum
vniuſcuiuſq; per peccatum carne corrupta, quem
admodum ſcriptum eſt, Quia corruperat omnis
caro viam ſuam. *Semen reprobum præpara filios, vt iu-*
gulentur pro peccatis patris tui, vt ne reſurgant & hæ-*
reditent terram & impleant terram bellis & impetum
faciam aduerſus eos, dicit Dominus Sabaoth, & perdam
eorum nomen & reliquias & ſemen. Nec ipſe modo
non erit mũdus, ſed & ſucceſſura poſteritas iſtius
A facinoroſi vnà cum eo peſſum ibit, Dei clemẽtia
benignè nos reſpicientis, permittente filiorum
cædem, non tam ob carnalem filiorum procrea-
tionem, quàm propter opera per vitioſam habi-
tudinem effecta. Semen nequam & reprobum,
quòd is quidem nequaquam fuiſſet pater nequi-
tiæ, ſed ex altero qui præ ſe exorſus eſſet, origi-
nem in ſe transfudiſſet malitiæ, & parem cum eo
qui ſe ſeminaſſet, compleſſet improbitatem. Quò
fit, vt dicat, Semen flagitioſum & reprobum, prę-
para filios tuos, vt iugulentur pro peccatis patris
tui. Nonnunquam verò dicitur ſemen malum cu-
iuſpiam non quia omnino id ſemen ex præceſſo-
re progreſſum ſit, ſed & quia ex ſe auſpicium aſ-
ſumens in alterius originem transfunditur, ideo
appellatur ſemen. Quemadmodum enim in mũ-
di conſtitutione priorum germina quidem ſup-
pullularunt, ſemina vtique aliorum quæ poſteà
erupterunt, ipſa verò non ex aliis ſeminibus pro-
diere. Siquidem antiquiora erant his quæ ex ſe
emicuerunt, ſeminibus: Ita fortè etiam nunc ipſi
inventores atque initiatores malitiæ proponun-
tur in exemplar, & veluti ſemen hi fiunt imitatio
B ne primi authoris. Semen autem prauum ac re-
probum nominatim vocat, non quòd à progeni-
toribus eam ſubſiſtẽtiam ſint ſortiti, ſed quia ori-
ginem malitiæ ſuis poſteris exhibuerint. Poteſt
enim vnus aliquis ſuapte malitia eſſe ſemen ne-
quam, qui præſultor ſit & prædux totius nequi-
tiæ. E diuerſo, qui ab improbis doctoribus edo-
ctus improbè viuit, dici poteſt conſimili ratione
ſemen Chanaam & non Iuda, qua appellatione
dictus eſt peccator ille, non quòd ex gente eſſet
prognatus illegitimæ carnis & adulterinæ, neque
ſemẽ Chanaam eò nominatur, ob miſcellaneam
generationem Chanaam. Itaq; ex ſuo ipſius pro-
poſito & libera voluntate vnuſquiſque eſſe po-
teſt ſemen ſanctum aut certè in diuerſum abire.
Audi Paulum dicentẽ, In Chriſto Ieſu, per euan-
gelium ego vos genui. Et illud, Quicunque re-
ceperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fie-
ri. Et omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus
eſt. Quid autẽ tam cupidè ſibi vult ſcriptura præ-
cipiendo ſemini nequam, vt ſe adornet & accin-
gat ad mactationem filiorum ſuorum pro pecca-
tis patris? Obſeruauimus nec rarò cuiuſque ope-
ra & animæ fructus appellari filios. Ait enim,
C Saluabitur per liberorum procreationem, ſi mã-
ſerint in fide & charitate, & ſanctimonia cum ſo-
brietate. Ad ſalutem prouehitur anima, velut
mulier minimè eam proculcante ſponſo, quum
cœperit per verbum Dei, vberrimã frugem ede-
re, nempe filios, probas ſcilicet actiones, ſi mo-
dò perſeuerarit in quotidiano incremento boni
operis, nec obfuſcetur atra fuligine poſteriorum
peccatorum. Ad eundem modum & vos, ſiqui-
dem audietis iuxta ſpiritualem legem benedictio
nis, quæ dicit: Benedicti filij ventris tui. His ver-
bis aliud nihil putemus inſinuari, quàm animæ
fructus. Etenim, à timore tuo Domine in ventre
accepimus & parturiuimus & peperimus ſpiri-
tum ſalutis tuæ, quem feciſti ſuper terram. Malo-
rum igitur operum abolitio hic accipitur per fi-
liorum iugulationem, ob non mediocrem vtili-
tatem eius qui genuit, patris. Hoc igitur loco tro-
pologia in ſe complectitur amorem erga homi-
nes latentem multos, dum iubet ſemini nequam, D
(quatenus fieri poteſt) ſe vt alleuet excuſſo graui
onere vitiorum ſuorum. Qui enim ſe informa-
runt ad ſimilitudinem maligni patris, ſuntque ef-
fecti filij nequitiæ, par eſt, vt omnem eam animæ
ſuæ propaginem trucident, nempe peccata. Niſi
enim ipſi defungamur vitiis, quinam viuere po-
terimus iuſtitiæ? Ait enim, vt ne reſurgant, & im-
pleant terram bellis. Vtique rebellio malitia eſt
perquàm facinoroſa. Eóque operæ pretium fue-
rit, vt mortificetur, nec ſinatur vt in cœtũ nume-
roſámq; coeat multitudinem. Hoc enim indicat
nomen ciuitatis. Addecet enim Dominũ Sabaoth
diſperdere nomen, reliquias & ſemen omnis ma-
litiæ. Prorſum beatus ordo ac ſtatus animæ &
humanæ cõuerſationis in quo ne nominatur qui-
dem vllius malitiæ nomenclatura iuxta Apoſto-
lum dicentem. Fornicatio & immunditia aut lu-
xuria ne nominetur quidẽ in vobis, quemadmo-
dum decet ſanctos. Secundũ verò quod exigitur,
vt ne ſuperſint reliquiæ quidem. Plerique enim
ſunt qui quũ ſe auocarint ab improbis operibus,
neſcio quo pacto retinent veterum operum me-
moriam, conſuetudinis mole preſſi idem peccatũ E
quod conquieuerat, deintegro inſtaurant. Vt ne
igitur vllæ ſupereſſent reliquiæ, ita demùm abdu-
cebantur, ne vel ſemen improbatæ doctrinæ ſu-
perſtes reſideret ad poſteros peruenturum, cuius
reliquiæ eos qui præuertiſſent, imitarẽtur. *Hæc au-*
tem dicit Dominus, Et ponam Babylonem in deſertum, ita
vt inhabitent eam ericij, & erit in nihilum. Et ponam
eam luti barathrum in perditionem. Interminatur cle-
mentiſſimus hominum amator, Dominus poſi-
turum ſe eſſe Babylonem in deſertũ. Et quidem
improbandæ atque domeſticæ familiaritatis de-
ſtitutio, ſimul & abolitio vitæ cõfuſaneæ bonum
quiddam eſt & ſtudio non mediocri expetendũ
his qui vi intelligentiæ id percipiunt. Denique
comminatur Dominus ad tantam vſque deſola-
tionem Babylonem perducturum ſe eſſe, vt ne
homo vllus in poſterum eam inhabitet, ſe autem
hominum vice inducturum eò loci ericios. Por-
rò id genus animalis rigidis prorſum & acerrimè
pungentibus ſpinis vndequaque circumſepitur:
& quoties vult & caput & pedes introrſum con-
trahit, exactæ figuræ ſe conformans orbicularis
pilę, ita vt captu ſit perquàm difficilis, quòd caput
pedéſque in vnum velut globum ſint conglome- F
rati, at ſuperficietenus vndique aculeatis cingi-
tur ſpinis. Hoc igitur animal & ſolum ſe aduerſus
ſibi inſidiantes vlciſcitur impunè & conquieſcẽs.
Nam qui manus in ericium inijcit, vtiq; non ſine
acrimonia doloris & quidem vehementi pungi-
tur. Quantò ſiquidem magis voluerit quis eum
circumplecti & aſtringere, tantò acrioribus ſti-
mulis ſpinarum transfigitur. Forſan hiſce verbis
tacitè innuit hominum mores qui tum incole-

* Exemplar ... habet ... Baſil. ...

bant ciuitatem exprimentes ritus Babyloniorũ, mores vtique ſociæ communionis expertes, ab aliorum congreſſu diſparatos, iuſto ſeueriores & qui aggratulantur illiberali inſtituto vitæ. Quòd enim animalium ſpecies ad exprimendos hominum mores tranſſumantur, viſione Petri liquidò edocti ſumus per vas è cœlis deſcendens. Omnigena ſpecies inerat animalium, volucrum, quadrupedum. Innuebat ſermo affore qui variegatis peccatorum maculis aſperſi conciliandi erant
A fidei noſtræ, qui quidem aſſimiles erant, aut quadrupedibus ob ingenium expers rationis porcorum inſtar aut reptilibus, quòd venenato ictu deſæuiant aut volucribus, propter erraticam ac leuem inconſtantiam. Sanè quòd ericius in ſcriptura fortè per tropologiam accipiatur aduerſus homines quoſdam, quemadmodum & ſerpentes aduerſus Sadducæos & Phariſæos ſermonem detorquens Dominus, & vulpis aduerſus Herodem, & equi veſanientes aduerſus captatores voluptatum, oues aduerſus ineptos & imbelles, hœdulos in eos derorſit qui nihil ſociæ communionis cum aliis ſe patiuntur habere, nullàmque ſuorum bonorum impartiuntur diſtributionẽ. Conſentaneum itaque rationi eſt iſtos ericios moribus cõferri ei animali quòd ne patiatur nonnihil noxæ aut læſionis, ſpem ſuam omnem collocat in aculeatis ſuis ſpinis, ceu ſunt ſeculi huius diuites quos dixit Dominus ſpinis ſuarum opum ſuffocare verbum nec vllum referre fructum. Porrò Babylon in nihilum redigetur, inque voraginem cœnulentam tranſibit, ſic vt ſcriptura hæc
B ſenſu ipſo percipi poſſit. Namque Euphrates fluuius qui mediam interſecat vrbem, non iam fruẽs conſueto decurſu per ſolita fluenta ac meatus, redundans aduerſus vrbem, eam funditus demolitura erat & vel oculis indicatura præruptã eius voraginem non vtique illimem, veriùs redundantem limo. Eiuſmodi eſſe ſolet exitus euerſionis eorum qui exacerbant & redaccendunt iram Domini. *Hæc autem dicit Dominus Sabaoth: Quemadmodum dixi, ſic erit: & quemadmodum decreui, ſic manebit, vt diſperdam Aſſyrios in terra mea, & in montibus meis & erunt in conculcationem, & auferetur ab eis iugum ipſorum, & gloria eorum ab* humeris ipſorum auferetur.* Iſraël qui ſecundum carnẽ eſt, ſententiam hanc quam de terra cenſebant dictam eſſe ipſi prophetæ peculiariter competere Deo déque montibus ſuis planè terrenis, interpretabatur eſſe Iudæam ipſo ſenſu cognobilem, & Aſſyrios qui in captiuitatẽ abripuerant Iſraël, iugo ſeruitutis eis impoſito. E diuerſo nos qui conſurreximus cum Chriſto, animo inſuper vota concipimus ad ea quæ ſurſum ſunt aſpirantes, vt quæramus terram quidem illam nominamus
C probum cor ac bonum, quemadmodum ab ipſo edocti ſumus, Domino dicente de ſemine quod in terram bonam ſatum cecidit, Hic qui audiens & intelligens fructum affert, alius quidem centuplum, alius autem ſexageſimum, alius verò trigeſimum. Denique mons Dei appellari poteſt ſuper quem calcibus proteruntur Aſſyrij. Qui per exercitia bonorum operum, ſermonis ac ſcientiæ ſupra alios adoleuerit, hic eſt, per quem inimici in conculcationem erunt ac Dei prouidentia auferetur iugum Aſſyriorum. Non mediocris prudentia eſt quum cordati homines humeros ſupponunt pro tuenda parte Dei, ſéque ſubſternunt iugo ſeruitutis Dei, auocantes ſe à peccatis. Quum igitur ſpem retineamus iuxta dictam ſententiam, quòd diſperdendi ſint inimici noſtri, idque in terra Dei & in montibus ipſius proculcãdi, iugum etiam ab ipſis auferendum, gloriam Inſuper eis adimendam qua gloriabantur aduerſum nos quaſi noſtri dominarentur, cúmque nos adorti eſſent vt contereremur, nihil non moliti D
ſumus vt vel tandem violentum ipſorum imperium à nobis excuteremus. Quòd ſi fuerimus montes Dei, ipſius vtique fundamenta erunt in nobis, verbo primùm veritatis impoſito cordibus noſtris & bonis operibus fidei ſtructuræ cooperantibus. Proinde operæ precium fuerit, vt ſynceriter renunciemus peccatu, vt certicem obtinemus à iugo ſeruitutis Aſſyriorum liberrimam: poſſimúſque fieri ſubiugale ac veterinum animal Chriſti. Neque enim poßibile eſt vt ſuſternamus ceruicem duplici iugo, & Chriſti & Aſſyrij. Quæ enim participatio iuſtitiæ & iniquitati? Aut quæ communio luci ad tenebras? *Hoc cõſilium, quod cogitauit Dominus ſuper vniuerſum orbem, & hæc manus excelſa ſuper omnes gẽtes orbis. Quæ enim Deus ſanctus decreuit, quis diſsipabit? Et manum eius excelſam quis auertet?* Perſpicuè docet hæc eò dici, quòd nemo omnium qui in vniuerſo terrarum orbe ſunt, quique inter gentes verſantur, queat vel tantillum diſsipare eorum quæ Deus ſanctus decreuit vt faciat, quum nemo quantuſcunq; ſit, queat manum Dei propugnatricem terræ ſuæ ac montium auertere. Ad hæc ſimul obſerua vocem hanc, *τίς*, quis non modò (vti plerunque expreſ-
E ſimus) ſignificare quiddam inuentu ſiue vſu infrequens, cuiuſmodi eſt illud, Quis ſapiens & intelliget hæc? Illud item, Quis fidelis & prudẽs diſpenſator? Præſenti enim loco, Quis diſsipabit, perinde eſt ac ſi dixiſſet, Nemo. Neque fas vel mente concipere vllum eſſe in creaturis qui infirmare poſsit & irritum facere conſilium Domini. *Anno quo mortuus eſt Achaz rex, factum eſt verbum hoc: Ne læteminι Philiſtim omnes. Contritum eſt enim iugum percutientis vos. Ex ſemine enim ſerpentum egredientur genimina aſpidum & genimina eorum egredientur ſerpentes pennati.* Si quidem à prophetis quæ ſcripta ſunt omnia, ab oraculo ſpiritus ſancti edita ſunt & emanarunt, nimirum conſtat adſcriptionem temporis quo prophetia reddita eſt, non ab re nec fruſtra eſſe interſertam. Quid enim hinc ad te reſilit emolumenti, ſi quidem didiceris, quo etiamnum tempore Achaz Iudææ rex mortuus eſt, eam quoque ob cauſam factum eſſe verbum Domini aduerſus Philiſtæos? Quod in Exodo ſcriptum eſt, nobiſcum ipſi reputemus.
F Mortuus eſt rex Aegypti, & ingemuerunt filij Iſraël præ operibus ſuis, & aſcendit clamor & exaudiuit Deus gemitus eorũ. Dum enim ſuperſtes eſſet rex ille facinoroſus, ſuſpiria nulla aut gemitus effundere ad Deum potuerũt. Eos ſiquidem opprimẽs ad ſubeundam operum duritiem adigebat, ſic vt ne ſineret eos vel oculos ſurſum attigere ad Deum. Illo morte ſublato, tunc æquũ erat: vt ſui eſſent iuris ac præualerent & ſui hoſtis atrociſsimi inſultarent ruinæ. Porrò hi ſcriptura docente produntur præterquàm credibile ſit in lamenta

Exemp. γόμων, pro quo Complut. ὤμων.

τίς, quis vt in ſuperiori accipitur.

lamenta ac gemitus prorupiſſe. Vſque enim adeò eorum mens præcupida tuendi corporis inualuerat, vt per ſenſuum vacuitatem neſcirent quidem lugere eam afflictionem quæ contigiſſet, ſuis exigentibus peccatis. Accepta demum vacatione ab eiuſmodi perturbationum intemperiis, tunc operibus degrauati craſſis & corporalibus, vt medelam aliquam naciſcerentur cœperunt ingemiſcere. Eam ob rem amator hominum Deus corũ ſuſpiria exaudiuit. Huic ſanè enarrationi ſimile quiddam declaratur & in ſuperioribus Eſaiæ verbis. Dixit enim, ſactum eſt enim anno quo mor-
A tuus eſt Ozias rex, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Quòd is Ozias rex improbus fuerit, hiſtoria prodidit. Siquidem ad ſui corruptelam cor ipſius exaltatum eſt, & aduerſus Dominum Deum ſuum iniquè egit. Vi enim irrupit in adytum templi Domini, vt incenſum adoleret ante altare, quamobrem lepra percuſſus eſt. Hoc demũ improbo principe emortuo, cultúque Dei à tam flagitioſo piaculo legitimè expiato ac redempto, myſteria quæ Deum concernebant, reuelantur Prophetæ. Itaque ſententia hæc non vtique deſcribit Achaz mortuum ſtudioſum fuiſſe principem & amantem virtutis, ſed vt declaretur verbum factum eſſe aduerſum Philiſtæos, principe peiore vita hac defuncto, idque beneficentia Dei proſpiciente. In quatro regnorum libro inuenimus hunc Achaz non opere expleſſe quod rectum eſſet in oculis Domini, filium enim ſuum tranſtulit per ignem iuxta abominationes gentium, & ſacrificia obtulit, & in-
B cenſum adoleuit in excelſis. Is inſuper ad regem Aſſyriorum miſit theſauros auri & argenti è domo Domini extractos, & ob id non mediocrem incurrit notam infamiæ & impietatis propter pecunias conſecratas. Mox igitur vt in ruinam improbus iſte abiit principatus, verbum Domini fit aduerſus Philiſtæos. Peculiari autem nomine omnes alienigenæ & externæ gẽtes dicuntur Philiſtæi, quos nominant * Græci Paleſtinos. Proinde ſciendum quia vnius cuiuſque noſtrûm vita, ſimul atq; peccatum regnans in hoc noſtro mortali corpore mortuũ fuerit, tunc in nobis fit verbum Domini. Fortè enim vnumquodque peccatum aduerſus ſingulos quoſq; qui in ſcripturis inſimulantur & prorſus digni cenſentur omnium ſugillatione ac vituperio. Eorum regum ſimilitudinem quandam præ ſe fert, quorum nomina ſubinde exprimuntur per vniuerſam ſcripturam, quemadmodũ præſenti etiam loco Achaz interpretatur κατάσχεσις detentio, poſſeſſio ſiue occupatio, figuram is præfert vnius eorum quorum animam præuertit detinere dogmatis cuiuſpiam improbitas, cuius improbati dogmatis authore vita defuncto anima noſtra à iugo iniuſti poſſeſſoris emancipata & in priſtinam aſſerta liberta-
C tem, idonea efficitur ad contemplationẽ ſententiæ iſtius aduerſum Philiſtæos depromptæ. Mens ſiquidem eiuſmodi alacris redditur & exprompta, vt dicat: Ne lætemini omnes Allophyli. Hoc eſt alienigenæ ſiue diuerſæ tribus, quia contritũ eſt iugum percutientis vos. Ne exiſtimetis vos ô Philiſtæi per mortem Achaz à timore qui vobis imminet per Iſraëlem, fore immunes. Itaque ſuper regis ruina ne inſultantes lætemini. Etiam

* Aliàs Gentiles, ſiue alienigenæ.

אחז

* Quos Hebr. vocant פלשתים Pheliſthæos, Græci Allophylos nominant propriè.

ſi contritum eſt iugum, hoc eſt ſeruitus quæ vobis impendebat à proculcantibus, vóſque flagris concidentibus per vim: attamen ex ſemine ſerpentum egredietur genimina Aſpidum. Hac ſententiola ſeriẽ declarat ſucceſsionis ipſius Achaz, quòd is obtinuiſſet ſerpentis amarulentiam qua ex re eius morti inſultatis. Exorietur aduerſum vos multimoda proles aſpidum ex ſemine iſtius ſerpentis, & rurſus illorum genimina prodibunt in lucem. Exprimit per hunc ſententia hæc amarulentam fore ſeriem ſucceſsionis qui poſt hunc eſſent regnum adepturi. Ait enim, Aſpides erunt volantes, & venenum reptilium obtinentes, nec- D
non pernicitatem volatilium adæquantes. Ad hæc quia ſeries iſtius genealogiæ erat ad Dominum peruentura, interciſa malorum continuatione trãſit ſermo ad bonorum pollicitationem. *Et paſcentur mendici per ipſum.* Quis paſcit mendicos? An non is qui legitimus eſt paſtor ouium? Equidem mendicos eos appellat qui inopia facultatum laborant. Sed enim iidem imminuuntur & inferiores ſunt iſtis mente elatis. Tales autem & ſic mendici ab ipſo prædicabuntur Domino beati, qui dixit: Beati pauperes ſiue mendici ſpiritu. *Mendici autem homines in pace requieſcent, auferet autem in fame ſemen tuum. Semen alienigenarum fame diſperdet. Et reliquiæ tuæ è medio tollentur.* Qui ſermonibus nutriuntur improbatæ doctrinæ, fami & inediæ traduntur ad animarum ſuarum vtilitatem. Siquidem penuria magiſtri inſtruentis ad malitiam, anſam vtique præbet animabus vt reualeſcant & ſalutem conſequantur. Ad hunc ſanè ſenſum poſſit quis ſententiam hanc inter- E
pretari: nemo lætetur, quòd iugum impendens & à percutiente ſe impoſitum contritum ſit. Plerunque enim vnicuipiam occaſio datur ad contemnendum ſuaue Chriſti iugum qui priùs alioqui vocatus erat ad eam quæ per Chriſtum donatur, ſalutem, idq; propter plagam ſermone inflictam & ipſius reprehenſionem qui flagris verborum conſcindit & caſtigat eius conſcientiam qui lapſus eſt, ob admiſſa peccata. Talis enim planè nõ tolerans ægritudinem animo ingeſtam ob reprehenſionem & auſteram increpationem, equi inſtar ac muli contumax factus & rebellis, ſéq; in ſuã aſſerens libertatem, à Deo quidẽ alienus, peccati autẽ ſeruituti ſe ſubſternens, ea indignus eſt iucunditate qua ſuos exhilarat Deus. Multò igitur præſtiterit magis tolerare ſermonem caſtigatoriũ, quàm indignè ferre contritionẽ iugi ſe percutientis. Atqui ſunt qui ſe minimè contriuerũt, æquanimiter alioqui tulerunt diſciplinã Domini ac viſitationem emendatiuam, qui quidem apellati inopes & mẽdici propter deiectã cordis humilitatem à Domino paſcentur. Siquidem exitus probatæ eruditonis & diſciplinæ paſtus ille eſt F
promiſſus, de quo ait Saluator, quia ingredietur & egredietur & paſcua inueniet. Ait item & propheta, In paſcuo pingui paſcam eos. Itaq; pauperes mendici homines in pace requieſcẽt, ſi modò diſciplinã Domini non neglectim tranſmiſerint, neq; animo conciderint ab ipſo correpti. Interim tamen Philiſtæorũ aut alienigenarum ſemen fame è medio tolletur, penuriam ſuſtinens pabuli. **Vlulate porta ciuitatũ & clament ciuitates cõturbatæ. Philiſtiim omnes, quia ab Aquilone fumus venit. & nõ eſt, vt*

* ὀλολύζατε.

eſt, vt ſit. Ecquid reſpondebunt reges gentium? Quia Dominus fundauit Sion. Et per ipſum ſaluabuntur populi multi. Portæ ciuitatū (ait *) vlulatæ. Et hæc inſuper comminatio intenditur aduerſum Philiſtęos. Clament ciuitates cooturbatæ. Clamore, inquit, complebuntur præ tumultu & turbela quæ ex timoris vehementia exorietur incolarum animis ingeſta. Portæ quidem eiuleot, propter adductā obſidionem: * ciuitates autem clament, hoc eſt A ciuitatum incolæ. Non equidem, non inquam ferientur aut conquieſcant inhabitaotes regionem Philiſthæi. Ab Aquilone enim fumus venit, oēs peræquè apprehendet ciuitates pariter & indigenas. Ab Aquilone enim venit fumus Senteotia hæc imbecillitatem exprimit Philiſtinorum, quia ne fumi quidem eruptionem ſuſtinent, tantùm abſunt vt tolerent ignem incendio deflagrantem & ab Aſſyriis ſucceſum. Fumus ab Aquilone venit, & non eſt vt ſit. Aſſerit non eſſe in propria ſubſiſtentia. Natura ſiquidem fumi neque ſubſtantialiter in ſe ſubſiſtit, neque corpore vllo cōſtat. Vapor enim eſt petacri ſapore ſolicitans guſtum ſurſum verſus à latione ignis è ſuffumigante materia temiſſus. Si Allophyli ſiue Philiſthæi ſolo nidore fumi conturbantur, quid dicturi ſunt in pace reges gentium, inſpecta fortitudine regionis Iſraël? Quid aliud, quàm quòd Dominus fundauit Sion? Quamobrem ad ſalutem prouehentur humiles populi. Ipſe enim fundamenta Sionis incōcuſſa ſtatuit & defixit. Siquidem ipſe B Deus artifex eſt & conditor ſupernæ illius ciuitatis. In ea ſalutem conſequetur quis, non quòd præpolleat opulentia facultatum, noo quòd vegeto ſit & præſtanti corpore, non etiam quia curioſa rerum indagine oonnulli ſe intricant & obuoluunt, ſed humiles populi, ait, propterea quòd infirma mundi elegit Deus, vt eorum contemplatione ſupereminens eius potentia nulli non homini innoteſceret. Atqui ne omnino ſententiam hanc prætermittamus indiſcuſſam, agedum eius ſpeculationi parumper immoremur, pro viribus tentantes, num qua deductio elici poſſit ex interpretatione nominum. Deprehendimus eoim nomen id, Philiſtæum tranſſumi in linguam Græcam pro eo quod eſt, * ἐπίνοντες ἐκπώματι. Vide igitur, oum poſſis id nominis deriuare per tropologiam aduerſus temulentos & victum ſibi parantes lenociniis, in eos inquam qui animam ſuā addicunt totam phialis & poculis, & ad extremum nudiores quàm qui * tabulatum vel piſtillum proculcant, iuxta parœmiam, inueniuntur tales inquam nominare debes prolapſos eſſe immodico potu, hoc eſt oimia intemperie ſumendi potus. Hi delabuntur potu: quò fit vt noo queant conſcendere ad ſublimem illam Dei regiā, Paulo palàm dicente, Ebrij regnum Dei oon hæreditabunt. Multiplices enim ruinæ & cauſæ differentes ſunt, quibus fit, vt excidamus à ſublimi illa celſitudine nec pertingamus ad brauium ſupernæ vocationis. Porrò in his cauſis vna eſt, nec minima, immodica bibendi cupiditas ac ſtudiū. Iſtorum igitur temulentorum portæ ſunt ad edēdum vlulatum. Portas inquam, per quas intemperans infuſus vino meraciore ad vitioſa opera prolicitur, per quod conſummatur peccatum, iubet ſcriptura ad vlulatum ſe conuertant, ſic vt ore ingemiſcat, qui per os admiſit peccatū ebrietatis. Ciuitates autem harum portarum, ipſa ſunt animæ domicilia, in quibus collectiones peruerſarum cogitationum multiplexque turba cupiditatum, crapulæ, ebrietates diuerſantur, quæ quidem cooturbatæ & oppletæ tumultuaria intemperie per ingeſtam eis imaginationem, idque intemperaotia vini, nullam quidem habent pacem quæ exuperat omnem ſenſum, ex diuerſo ſemper in turbulento fluctu verſantur ac tumul- D tu violento, ob hoc clamaſſe inducuntur. Eiuſmodi fumum infert Aquilo nuoc, de quo dixit Salomon, quia Aquilo durus veotus eſt. Hic alioqui vocatur dexter, hoc eſt rigidus & aſper ventus ſiue ſpiritus. Qui enim refractarius & prauæ ceruicis fuit io cōſpectu omnipotentis, ſuúmque obdurauit cor, hic ille eſt qui iſtis Philiſthæis fumum obiecit, planè ciendis lachrymis opportunam occaſionem. Fumum hunc nonnulli vocant dextrum, alij qui corruptum habent mentis iudicium, déque rebus opiniones pronontiāt ſecum pugnantes ac permutatas, aſſerentes quod amarum eſt, dulce, & quod dulce eſt, amarum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Hi in fraudem & errores pellecti ab eo qui ſe transfigurat in angelum lucis, Aquilonem aſſerunt eſſe dextrum eum qui ſiniſter fit ac vitandus. Quòd enim Aquilo aduerſetur bonæ operationi, dicto illo perſpicuum fit, A facie Aquilonis exardeſcent mala ſuper omoes habitatores terræ. Et hæc quidem ſententia reddita eſt in viſione ollæ ſuccenſæ. Tales autem ita conciderūt, vt ne ſubſiſtant quidem. Natura enim in eis prorſus defecit, eóque dictum eſt: Et oon eſt, vt ſit. Ecquid reſpondebuot reges gentium? Quia Domious fundauit & per ipſum ſaluabuntur humi- E les populi. Ex quo ſanè nemo ſupereſt allophylorum, apud eos vt eſſent, etſi fuerint, ſed tanquam non exiſtentes propter ſuam ipſorum malitiam. Deficiant enim, ait, peccatores à terra & iniqui, ita vt non ſint ipſi. Hoc eò dictum eſt, non quaſi in nibilum redigantur, ſed quòd viſitante Deo ſegregentur. Quid dicent reges eorum, tantam videntes diuerſitatem gentium & Sion? An iſti ad ſuam videlicet conſcientiam recurrent? Nam qui iuxta ritum gentilium ambulant, in ſalo & fluctuationibus verſantur, per ſuam ipſorum malitiam: è diuerſo, qui mentem ab omoi ſorde peccati expurgarunt, hi nomenclaturam obtinēt * Sionis, quòd illic ſita ſit ſpecula ſiue arx ſpeculatori naturæ totius. Quaſi eoim à ſummo montis cuiuſpiam vertice, à ſublimitate nimirùm mētis & iotelligeotiæ, videtur quidem muodus & qui circa eius moderationem ſeruatur tenor ordinis. Porrò eorum cootemplatione Deus ipſe F agnoſcitur. Negotia ioſuper actiooéſque vitæ iſtius ſpeculatur quis & quanta ioſit eis vilipenſio ac tenuitas, apprehendit. Quemadmodum igitur mens tandem vino immerſa, vitio ebrietatis facilè in cæteras prolabitur perturbationes: ſic & qui defecatæ eſt meotis, Deum habet pro ſuo fundamento. Per ipſum enim humiles populi ſalutem aſſequentur. Beati ſiquidem pauperes ſpiritu: contrà, Væ diuitibus, quia hic recipiunt conſolationem ſuam.

*ἵνα ἀλ-ῶσιν.

* μοναγωγία ἐν τῷ πολέμῳ.

Finitio fumi.

* *Lego & interpretor* πίνοντες.

* ἐστιῶν, *dicitur.*

Hieron.

* πεγ σιων

B. BASIL.

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN XV.

CAPVT ESAIAE.

A *Verbum quod factum eſt aduerſus Moabitidem.* Congrega in voum quæ de Moab ſcribũtur, vt totius prophetię (quę aduerſus eum intenditur) intelligeotiam poſſis cõſequi, à libro quidẽ Geneſe⸗s exorſus quæ de Lot ſunt. Hic ex prouectiore filia geouit Moab Moabitarum progenitorem. E libro Numerorum, Erecto mox ſerpenre æoeo, profecti ſunt filij Iſraël & caſtrametati ſunt in Oboth. Et egreſſi ex Oboth caſtrametati ſunt in Eremo quæ eſt in conſpectu Moab. Huc faciunt & quæ de Balac qoi filius Sephor rex erat Moabitarum. Hic magnopere cupiens Iſraëlem maledicto obſtrictum diſperdere, cum mandatis miſit ad Balaam filium Beor ad * Phaturra, hariolum, vtriq; fornicatioois & Idololatriæ ſymbolum, cuius malicioſo conſilio, dicente ſcriptura, coinquinatus eſt popnlus per filias Moab, quem & pellexeruot ad ſacrificia Idolorum ſuorum. Obſerua & quæ de Ruth ſcribuntur ex ſemine prognata Moabitarum, tandem cooptata Iſraëli quæ & eouſq; generoſitatis prouecta eſt, vt ex eius ſerie generaiionis oon Dauid modò prodierit, ſed & exortus ſit Dominus ooB ſter. Da inſuper operam vt vbicuoque deprehenderis Moabitidis vocem, per ſcripturam intelligas oonnulla quidem exprimi figuratè per comminationem, quædam verò polliceri feliciorem rerum ſucceſſum. Dicta enim ſuot omnia ſub figurarum inuolucro, quandoquidem lectioni veteris teſtamẽti eſt ſuperpoſitum velamen. Quòd ſi id moleſtè feramus, verè ad Dominum conuerſis nobis auferetur velameo. *Nocte peribit Moabitis: nocte enim diſperdetur murus Moabitidis.* Quod noctu irrogatur ſupplicium, atrocius eſſe ſolet & amarulentius. Qui eoim interdiu quauis affligatur calamitate, lucem ipſam habet qua ſe vtcuoque ſoletur: oox autem res quædam eſt per ſe ioamœna ac animo inferens mœrorem. Quòd ſi oox ſibi res aduerſas aſciuerit & alias calamitates: multa hinc acceſſio dolorificę aoxietatis accreſcet. Mihi nunc ob oculos pone oocturnam & ioopinam hoſtium impreſſiooem, idque per excuſionem ſe iogereotem, vxorum liberorúmque in captiuitatem miſerrimam abductionem, facultatum direptiooem, cædem eorum qui ad hoſtium manus peruenerint, mœnium euerſionem, incendium, ciuitatis. Nocte igitur diſperibit murus Moabiti-
C dis Deſtiruti eoim ambitu mœniũ incolę, neceſſe eſt vt vnà diſpereant, qui in ipſis ſibi eateous propooebãt ſecuritatem. Ait ergo. *Mœrore in vobiſipſis contabeſcite. Peribit enim & Dibon, vbi ara veſtra. Illò aſcendetis ad plorandum.* Mœſti eſtote io vobiſipſis. Planè beatus quiſqois conſeruat animam ſuam ab omni contagione immunem. Nullam enim ſibiipſi exhibet occaſionem anxij mœroris, quòd nullo tangatur priuati amoris affectu. Membro patienti compatitur & ipſe atque condoleſcit, flet cum flentibus, iuxta Apoſtolum, qui multos qoi aotè peccauerant, nec egiſſent pœoitentiam, * lugebat. Qui rurſus ait, Quia triſtitia eſt mihi magna & continuus dolor cordi meo, pro fratri- D
bus meis qui ſuor cogoati ſecuodum carnem. Quiſquis autem talis ooo eſt, ſed in ſuis volutatur peccatis, hic ſuimet cauſa mœſtus ſit, quod ſe ſiuerit ab hoſte expugnari ac vinci, aduerſus quẽ eluctandum fuerat. Iſtius mœror aut triſtitia lætitia eidem parit, quum inducat eum ad propriæ cooſcientiam vitæ, verbis ad doctrinam compoſitis. Quemadmodum enim medicamenta quæ vrunt & cruciant, hulcerum putrilaginem extergont, ſimul & auferunt graueolentiam ex hulceroſo pure ſcatentem, corrupta ſanat vuloera & corpora reddunt expediriora, denique ad obducendam cicatricem hoc pacto perducunt: haud diſſimilem ſenſum mihi continere videtor illud: Coorriſtemioi aut mœſti eſtote io vobiſipſis. Idque dictum ob quandam in ſpeciem ſapieotiam quam iſti oſteotant hæreſeωn præſides qui & noctu diſpercunt, quòd omnis qui mala agit, odit lucem, & non venit ad luceio. Et quia in nocte verſantur, nocte etiam pereunt, quando & noctu intercidit eorum murus. Hoc eſt * ſophiſticæ munitiones ac firmamenta quibus inſidentes credebantur prætexere idoneam ac ſuf- E
ficieotem ad ſe propugnandos, tutelam. * Dialectica enim hæreſes falſi nomiois ſcieotiæ, perinde ac murus tuetur & ſeruat, qua collabente, neceſſe eſt, eos eiulatus edere qui per eam ſunt in captiuitatem abducti Mœſti igitur eſtote in vobiſipſis. Iure quidem, quandoquidem perieruot. Rurſus * Dibon digna perditiooe eſt, vbi templum veſtrum ædificatum eſt Atteoti autem nos iotelligimus Dibon ſignificare ſua interpretatiooe ῥύσιν αὐτῶν, fluxionem eorum. * Quemadmodum enim ſermo veritatis ſolidè & ſtabiliter fundatus oeutrobi emouetur: ita & qui altiùs defixit in fide * radicem, comparatur homini fundameotum collocanti ſupra petram. Quin & manna illud fuiſſe prædicatur, perinde ac glacida quædam terræ concretio, ſermone Dei coocreta robúrque ſuum per congelatiooem ſubindicans. Sic & ex contrario pugnantia dogmata ſimul & eorum patronæ veriſimilitudioes, fluxa ſunt ac decidua non potentia conſiſtere, quando & ipſe meodacij pater in veritate noo ſtetit. Itaque hæc inconſiſtentia meodacij fluxio oominata eſt. Qui igitur eiuſmodi ſubſtructionem ædificant, contriſteorur: quum ſermooes de Deo F
retineant inconſiſtentes, nihílque habentes ſolidi. Hoc enim indicat illud altare quod perditioni addictum eſt vnà cum Dibon, vbi loci ædificata eſt ara. Aſcendite igitur fleotes, oon immolantes hoſtiam, ſed pœnitentiam agentes ob ea vota quę idolis aliquando nuncupaſtis. Siquidem oratio hæc votiua facta eſt vobis in peccatum. Qui enim creaturæ potiùs, quàm creatori exhibet latriam, filium quidem non adorat, at neque patrem

Cap. 21. 4.

** Φαθουρά, ſecundum Hebræ. פתורה*

ἀκούσατε.

** Deſt in exemplari verbum.*

φιλαλύσσετε à ſenioribus docta.

** Vt eſt vehementer Baſil. in ſophiſtas. Dialectica propugnatrix hæreſeωn.*

** Scilicet hæreticorum, pro Dibon Hebr. דימון Dimon, ſanguinolenta.*

** Cordis.*

** ῥιζώματα.*

patrem per filium, Sed & qui ſuopte ingenio cõficta dogmata conſtabilit & ab externis altaribus deſumptam offert hoſtiam ſuæ laudationis: oploret talis confectus mœrore qui apud Deum ſibi conciliet ſalutem minimè pœnitendam. Nec modo dicta ſunt hæc de iſtis qui hæreticis ſuis dogmatibus detorſerunt omnibus cognobilem de Deo ſententiam: ſed & quicunque deciduas res ac fluxas laudi ducunt & amplectuntur charius, ſuam in hiſce reponentes fiduciam, ſurda au-
A re audientes eumqui dicit: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Inſuper & qui immodico ſtudio afficiuntur circa gloriã exornandæ carnis, quæ eſt fœnũ, & gloria eius quaſi flos fœni. Tale quid eſt pulchritudo ac decor in carne & ſanguine prænitens, cuius vnius gratiâ deſipiens mulier animos tollit, quam ſcriptura confert inauri in naribus * ſuis. Omnibus in genere qui in fraudẽ & errores incidunt, accommodari poterit nomẽ hoc Dibon, tanquam à ſcopo aberrantibus ſiue vita, ſeu ſermone. De eiuſmodi dicat vnus aliquis nec inſcitè. * Hic habet altare in Dibon. Flentes igitur aſcendant, qui ob hoc ipſum pridem ſibi magnificè placebant. *Super Nabo Moabitidis vlulate. In omni capite caluitium. Omnia brachia diſſecta & conciſa. In plateis eius circuncingite vos ſaccis, & plangite ſuper tecta eius, & in vicis eius omnes vlulate voce flebili, quia clamauit Eſebon & Eleale. Vſque * Iaſſa audita eſt vox eius. Propter hoc lumbus Moabitidis clamat. Anima eius cognoſcet. Cor Moabitidis clamat in ipſa, vſque Segor. Vitula enim trima eſt, in * aſcenſu Luith. Ad te flentes aſcendent, via Oronaim. Clamat*
B *contritio & concuſſio. Aqua Nemrim deſerta erit: fœnum enim viride non erit. Num etiam ſic ſeruari debet? Inducã enim ſuper vallem Arabes, & occupabunt eam. Attigit enim vox terminum Moabitidis, Agallim, & vlulatus eius vſque ad puteum Elim, vlulatus eius. Aqua enim Dibon replebitur ſanguine. Inducam enim ſuper Dibon * Arabas, & tollam ſemen Moab * & Ariel, & quod reliquum fuerit Adama, emittam, quaſi reptilia in terram.* Ad aſſumendam triſtitiam quæ ſecundũ Deum eſt, inuitat & adhortatur eos qui per multiuarias excogitationes humani intellectus in errores prolapſi ſunt, nec ſe permiſerunt *moderationi ac præſidio ſpiritus ſancti, vt in terram deiecti eiularent ob peſtilentes ſuos doctores. Nomine enim Nabo, tales mihi innuere videtur ſcriptura. Sunt enim nonnulli, qui cùm aſſiduè acquieuerint veteratoriis ac ſubdolis ſophiſmatibus ſuis: etiam prauis colloquiis nonnunquam corrumpunt bonos mores. Eos igitur qui peruerſis illorum dogmatibus ſunt imbuti, opus primùm vt pœnitentiam agant, dein vt prorumpant in eiulatum pro ea doctrina cuius gratia magnificè gloriabantur, ſibique placebant. Sub-
C indicat enim & hoc: In omni capite caluitium, nimirùm vt à ſe excutiant eiuſmodi doctores, ſéque ſpolient ornatu quem ab illis acceperant, & illorum nimiſquam efficacium dogmatum ſuggeſtiones ſua ipſorum proba conuerſatione eleuent ac imminuant & veluti deſecent ſermone ſano, vt brachia omnia, hoc eſt, vt actiuæ vitæ hortamenta integritate ſermonis collidantur ad correptionẽ ſeria diſtinctione inducta cum exacta ſenſim indagine improbatorum dogmatum. Nam quando per plateam ſiue latitudinem viæ abripiebantur ab hoſtibus malignis, prædictos (quorum vita ad libellam examinis diſcuſſa eſt) iubet in mediis plateis reſolui in planctum, ob animi oblectationem quæ eos pellexerat ad voluptatem captandam, pœnitentiam agentes, & plangentes quidem media in platea, ſedulò autẽ inquirentes viam anguſtam & arctam, vt præcincti ſaccis legitimam peragant pœnitentiam, habitúmque aſſumant lugubrem, vt his in omnium proſpectu exhibitis, lumbos adigant ad edendam D
vocẽ ſuæ pœnitentiæ in his in quibus ſeducti ſunt locis, relictis prioris errati veſtigiis. Et in omni domate iuſſi ſunt, & in omnibus vicis vlulare cũ fletu. Excelſa enim ſiue tecta ædium nominauit ſublimia quædam doctutos ſe eſſe promittentes, ſed inanes diſciplinas: vicos autem Moabitidis, dicit conceptionum ſuarum partitiones. Siue igitur quis in ſublimitate conſtiterit eorum quæ ſe erigunt aduerſus ſcientiam Dei, ſiue in Dialectica quadam partitione verborum & propoſitionũ quæ in ſpeciem videantur cum delectu ac iudicio ſingula diſtinguere, pœnitens pro vnoquoque eorum quæ occurrunt menti, eiulatum edat, vt hanc expleat ſcripturam: In plateis & in tectis & in omnibus vicis, præcipiente ſcriptura vt in clamorẽ erumpamus. Sanè hæc fieri oportet, quando & Eſebon clamauit. * Eſebon quidem interpretatur ratiocinatio ſiue intellectus: Eleale autem, Dei aſcenſus: Iaſa verò expletum mandatũ. Clamauit igitur Eſebon. Hoc eſt, Propalàm conteſtatus eſt, quia Moabitarum doctrinæ nequaquam ſunt enarrationes diuinorum myſteriorũ, ſed qualeſcunque hominum ratiocinationes. Et Eleale. Hæc etiamnum operibus ipſis clamauit, quia Deum affecerunt contumelia, & qui ſe to- E
tos addixerant iſtiuſmodi diſciplinis, extulerunt animos. Hunc enim ſenſum indicat Dei aſcenſus, nimirùm elatio animi enitentis ad ſuperiora euadere ac videri volentis. Et Iaſa. Etiam ſi in ſpeciẽ videatur expletum eſſe mandatum. At certè non iuxta veritatem effectum eſt mandatum. Simulatio tantùm eſt quædam diligentiæ circa vitę inſtitutum exhibitæ ad probalilem quandam perſuaſionem & commẽdationem improbatorum documentorum quæ malitioſa voluntate ſuggeſſerunt. Ad hoc innuendum in ſuperioribus dictum eſt. Omnia brachia conciſa & diſſecta, vt ſiquis improbatæ doctrinæ magiſter animas aſſectatorum pelliciens in fraudem erroréſque commentitiis opinionibus impellat, idem verò conſpiciatur animum intendere exactiori propoſito inſtituendæ vitæ: ij quos ſemel pœnituit ſe mancipaſſe tali magiſtro, reſecẽt quidem ſua ipſorum brachia, hoc eſt, ſpeciem illam externæ conuerſationis operatoriam nihili eſſe ducant. Planè iſti ve-
lut comam ſibi detondẽt & ſeipſos à reliquo ſuo F
ſegregant corpore, propterea quòd ſe gerant vice capitis, nimirùm præſules corporis eccleſiarum. Et hac igitur ætate Iaſa clamauit. Illecebra enim quædam eſt ad probabilem veritatis perſuaſionẽ iſtiuſmodi oſtẽtatrix vitæ exacta inſtitutio ac diſciplina. Sanè cauſa eiulandi cum oploratu, hæc eſt, quia nimirùm clamauit Eſebon, & Eleale vſq; Iaſa. Propter hoc lumbus Moabitidis clamat. In pleriſque ſcripturæ locis lumbus ſumitur pro genitalibus mẽbris. Nam in lumbis patris ſui adhuc

etat,

* ὑιὸς.

Hæreticus omnis altare habet in Dibon

* יהצה *Iaſah rixa, ciuitas in Ruben.*

* ἀναβάσεως, *forſan* ἀναπαύσεως, *in requie.*

* ἄραβας *Complutẽ. editio habet* προσθήκας, *additamenta.*

* *Pro* [illegible], *lego* [illegible].

* נבו *loquela prophetia, ſeſſio.*

* *Νῶμα, ... faſtigii domus, & pro domo.*

* אצבון *feſtinationes rationigenis, ſeu cogitationes.*

[illegible]

erat, nimitùm Leui, Abrahæ: quo tempore occurrit ei Melchiſedex. Et Sint lumbi veſtri præcinɫi. Hiſce enim verbis intelligimus innui, quia appetentiæ ſubſeruientes generationi ſupprimendæ ſunt. Luctus igitur imminens Moabitidi, author eidem fit vitæ continentioris. Clamant vociferando Eſebon, Eleale & Iaſa. Ait enim: Anima eius cognoſcet. Hiſce verbis inſinuat ſcriptura, per pœnitentiam quàm fœliciter ſucceſſerit A his qui prædicta admiſerunt. Et cor Moabitidis clamat in ipſa vſque Segor. Eſt autem Segor, quò loci Lot è Sodomis egreſſus peruenire potuit. Volebant enim angeli, in montem vt conſcenderet. Dicebant ei, Saluam fac tuam ipſius animam. Caue, retro aſpicias: neque ſtes in omni circumiacente regione. In monte ſaluum te fac, ne fortè ſimul comprehendaris. Dixit autem, Quæſo Domine, ne apprehendant me hæc mala & moriar. Ecce ciuitas hæc finitima, vt confugiam ego illuc. Nunquid parua eſt, & * viuet anima mea? Propter hoc vocatum eſt nomen vrbis, Segor: hoc eſt, parua. Clamat igitur cor Moabitidis vſque Segor, quæ nunc vſque in Paleſtinæ finibus iacet. Equidem ſcriptura elucidás auſteritatem & acrimoniam pœnitentiæ ſimul & graue lamentum quod ei accidit inflicta plaga ob ea quæ iniquè geſſerat, nobis ob oculos ponit diſtinctionem, vt clamor Moab quadantenus à multis poſſet exaudiri. Inuitat autem pœnitentia, vt quædam cum clamore pronuntiet quæ priùs egiſſe in ſe recoB gnoſcit, ſuúmque ipſius cor prouocet ad contritionem. Dein adornet ſe, vt aliis exemplum relinquat dignum quod vulgò prædicetur, modúſque publicetur pœnitentiæ. *Vitula enim conternans eſt*. Hoc eſt, Quod ad ætatem attinet, adulta eſt & perfecta. Trima enim vitula generare iam poteſt, ac ſubmittere colla iugo. Vt igitur oſtenderet peculiariter competere iis qui alios poſſunt ad morum conuerſionem exhortari, primùm vt ad maturitatem adoleuerint iuxta hominis ætatem, deinde iidem vt habeant ſermonis gratiam qua conuerſos ſubiiciant iugo veritatis, dixit vitulam trimam. Ab eo enim, qui necdum per ætatem adeptus eſt humanæ perfectionis gradum, neque ſenſum habet ſuis numeris conſtantem & abſolutum, ſed imperfectus eſt prauitate ſenſus: neque ab eo exiguntur pœnitentiæ opera, quapropter & in Geneſi, requirente Abraham ſignū à Deo, & dicente: Dominator Domine, qua ex re id ſciam, quòd hereditate ſim poſſeſſurus terram? reſpondit Deus, Accipe mihi vitulam triennem & arietem trimum. In annis tribus vtiq; præſcriC pſit abſolutam animalium perfectionem, ætatem ad generandum idoneam eligens. Turturem & columbam. Hiſce animalculis vtiq; nullum præcidit tempus, quòd penè ab exortu ſuo confeſtim generationi idonea ſint. *In aſcenſu autem Luith flentes aſcendent*. Bonus & commendabilis fletus initium eſt iucunditatis, aſcenſúſque & ad ſuperna promotionis. Hæc triſtitia propter Deum aſſumitur. Quare & Apoſtolus exhilareſcit, quòd illi contriſtati ſunt, videns ſuos vnius ſermones adduxiſſe eos ad conſcientiam malè commiſſorum, & induxiſſe ad triſtitiā quæ ſecundū Deum eſt, nempe ad minimè pœnitendam pœnitentiam, ad ſalutem ſcilicet. Qui enim fletus edunt pro iniquè à ſe commiſsis ſimul & peruerſis cogitationibus, vlteriùs quidem non deſcendent, neque ingredientur infima terræ: quin aſcendēt potiùs vii triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, quaſi manuductione quadam quæ eos ad ſuperna promoueat. Proinde vociferantur contritio & * concuſſio. Scriptura enim ſimul atque reuicit & acriter perſtrinxit improbæ mentis elationem, eam ipſam contritione collidit, ac veluti quādam maris turbulentam vertiginem infert diſceptatio- D nibus cogitationum malè cohærentium, in hoc, vt ipſæ quidem ab radice reuellantur, quarum loco cogitationes ſubintroducuntur incorruptæ & incolumes. Quare & ſcriptum eſt, Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Qui enim confirmata conſuetudine peccant & necdum eam à ſe excutiunt, vtique flebunt, neque interim conſcendent ad ſuperiora. Sed enim vitioſa hæc habitudo peccandi vt primùm contritione colliſa eſt & anima veluti iam patiente cōcuſſionem & obſtreperum tumultum ob improbatæ doctrinæ dogmata, tum clamor eius exaudibilis fit, eorum ſubſidio quæ audiuntur. *Aqua * nimirum deſerta erit*. Aqua nimirum, opinionis falsò conceptæ priùs quidem copioſè & affatim fluens in eorum perniciem qui eam excipiunt, exinanietur (ait) & erit deſerta. Quòd ſi liceat attentè perſpicere vim iſtius nominis, vtique aſſumpta hinc fuerit nonnulla occaſio ad hoc referendi efficacem vim nominis quod propiùs congruit intelligentiæ ſenſus prophetici & quæ nominibus ſignificātur, accommodandi rebus ipſis: niſi quòd aqua hæc contraria eſt aquæ refectionis & quietis, qua quidem Dominus quos paſcit, educat ac fouet. Et hæc eſt aqua quam dat abundè Dominus in ſe credentibus. Huius potione E qui dignus deprehenditur, obtinet in ſe fontem aquæ ſalientis in vitam æternā. Porrò aqua * hæc vitiata nec adeò vllius reſpectu digna, vt aliud nihil quàm fœnum alat quod quidem ipſum & in nihilum ibit. Hoc eſt, Animæ quæ temporariam hanc & quàm ocyſſimè exoleſcentem mundi gloriam ambire & complecti edoctæ ſunt, hiſce floribus leui momento nudabuntur & rearceſcent, quòd ſermo Dei deſierit eas quaſi aſpergine ſua madefacere, vt ne ſic ſaluæ fierent. Docet ſcriptura Moabitidem eſſe ad ſalutem peruenturam viis quibuſdam ac vitæ inſtitutis, & quia velut poſtliminiò reſtituenda eſſet ſaluti caſtigationibus vix vlli tolerandis. Hunc ſenſum indicat, Peribit Moabitis, & nocte peribit. Et quæcunque dicta ſunt alia, eodem referuntur, nimirùm eò fiunt hæc, vt ipſa ſalua fiat. Inducam enim ſuper * vallem Arabas. Priores quidem ſuo ploratu ſalutem conſequentur: qui contrà cor ſuum F obdurant ad pœnitentiam, plaga illis inflicta per Arabes, diſperibunt, Siquidem * Arabes ſerotini dicuntur, ſiue veſpertini, aut fortè loco præſenti ſic appellantur virtutes quædam familiariter aſſuetæ tenebris quarum miniſterio plagæ ad eruditionem & caſtigationem iis immittūtur qui cor diſtinēt pertinaciùs impœnitēs. Attigit enim clamor terminum Moabitidis. Agallim vlulatus eius vſque ad Cōfinium Moabitidis nominatum eſt. Agallim interpretatur nihilominus ἀπαρνιωμένος, qui dixit cauſam, vel κεκριμένον, res iudicata. Com-

Gen. 19. d

Pirìla.

Gen. 15. b

* *Proteruè ſcilicet con tuſio.*

Pſalm 50.

* נמרים *oppidū ſuper mare mortuum.*

* *Nemerim.*

* *Ald. diſpán.*

* ערבי

Complut. editio, gutta, ſtilla. Hiero. vitulo.

munionem babet ſignificati cum animali imperatorio ac principali. Nam quando limes eſſe poteſt, nempe principium & terminus Moabitidis, nunc à principio nomen accepit. Et vlulatus eius vſque ad puteum Elim. Rurſus aquæ nomine inſinuat doctrinam, quam commemorat eſſe ſanguine redundantem quò fit vt præceptores malignitate perciti ſuos reddant diſcipulos morti obnoxios, ita vt opportunè videatur vſus ſententia hac prophetica de ſermonibus pernicioſis & qui animas ducunt ad perditionem. A qua autem Dibon implebitur ſanguine. Inducam enim ſuper A Dibon Arabas ſiue additamenta & tollam ſemen Moab, non vt ad meliora tranſmigret, ſed vt inter eos perduret qui non ingrediuntur eccleſiam Domini. Semen Moab. Non enim ingredientur eccleſiam Domini Moabitæ vſque ad decimam generationem & vſque in ſeculum. Interminatur ſcriptura hęc eos exterminatum iri. Id ſemen nominat Ariel. Ariel autem ſua interpretatione ſonat Hebræis, Leo Dei. Profectò ſanguinarios & truculentos homicidas aſſerit dominus ex diabolo prognatos, in his verbis quæ aduerſus Iudæos disertè cõcionatus eſt, perſpicuè intuitus eorum aduerſum ſe deſtinatam ſententiam ad homicidiũ. Ait enim, Vos ex patre diabolo eſtis: & opera patris veſtri facitis. Ille homicida erat ab initio. Porrò refugæ ac deſertores eccleſiæ ſemen ſunt Moab: ſemen verò Ariel qui mutua coitione conſpirant in cædem fratrum, eorúmque animabus mortem inferunt pernicioſis ſermonibus. His ſubnectit, Et reliquum Adama, id quod virginalem terram deſignat qua formatum eſt corpus Adæ. * *Emittam quaſi reptilia ſuper terram.* Hoc eſt, quod reliquum fuerit hominum qui terrena ſapiunt, quòd ſuamet malitia reptilia genuerint & animalia venenum eiaculantia ac lætifera. Reptilia quidem quòd rependo humi à ſe excuſſerint ſublimioris naturæ conditionem, in qua initio ſuæ formationis vixerant. D Venenata autem quòd lætale ac præſentaneum virus his (quibus cum verſantur) inſerant. Hos ſcriptura teſte, emiſit Deus. Inter igitur priores Moabitas, de quibus meliora dicta ſunt, ſi quis relinquitur & expreſſam ſimilitudinem ſerpentis imitatur, dictum eſt, quia terram comedes omnibus diebus tuis, hic eliminatur ceu reptilia, terram autem comedit. Nam qui ſeminat in carne, de carne metit & corruptionem.

אילום

ויבון

B. BASILII MAGNI

ENARRATIO IN XVI.

CAPVT ESAIAE.

B *EMittam agnum dominatorẽ ſuper terram. Num petra deſerta, eſt mons filia Sion? Eris enim ſicut auis auolantis pullus ablatus, filia Moab. Deinde Arnon plura conſule, facite operimẽtum planctus ipſi ſemper. In meridianis tenebris erunt, protectio vobis à facie perſequentis, quia ablatum eſt auxilium tuum & princeps perijt conculcans, à terra: & dirigetur cum miſericordia ſolium & ſedebit ſuper illud cum veritate in tabernaculo Dauid, iudicans & requirẽs iudicium, & accelerans iuſtitiam.* Hic etiamnũ ſermo, Num petra deſerta eſt mons filiæ Sion, intenditur aduerſus Moab. Reuincit enim argumentis & coarguit eius cõtemptum quo deſpicatui habet montem Sion. Nam Petra exiſtimat ac ſuſpicatur mõtem Sion eſſe deſertum ac ſi nihil iam obtineat luculentæ amplitudinis aut memoratu dignum, ac ne poſſit quidem ex agricolatione eius in poſterum accipi prouentus annuus quo ſui incolæ alantur. neque ſui pabulatores aut qui ipſam terram colunt. Tale quid interpretabatur & coniectabat * Petra de monte Sion, eóq; ipſum aſpernata faſtu turgebat & arrogantia, ſéque præter C omnem modum in ſublime attollebat cum cachinno ac ſuperbia. Aſſimilaberis pullo à volucri ipſum fouente, poſtquam è nido timore perculſa auolauit, ſuum alumnum relinquens deſtitutum pabulo. Proinde pullus ſe illinc fuga praecipiens diſcedit, fitq́ue cuiuis volenti captu perquam facilis. Certè quidem Aquila aut alia quæuis in cenſu magnarum volucrum quæ conſueuit longiore tractu à terra remigio alarum ſe ſuſtollere, procul omni noxa ſe ſubmouet ab his qui E conantur detrimẽtum adferre. Tu autẽ eris quaſi pullus alienæ opis indignus ad ſuppeditandã tibi alimoniam, quippe qui nuper quidem obliquato capite emerſiſti ex ouo, neque corpus habes conueſtitum profundis alis, ſed contrà vtrinque adhuc eges tegumento, in hoc vt tepore nocturno refocilleris & calefias, nec interdiu exareſcas intemperie caloris. Matre igitur ſibi cõſulente fuga ac ſublata è nido: tu quidem nequaquam præuales teipſum tueri, es & ad fugam impotens. Erit autem qui te è nido deturbet, & matrem quæ te protegebat, perſequatur. Sanè manifeſtariũ eſt, quia animæ maligni & inſtabilis ſpiritus alumnæ vbi primùm per bona opera generoſè conſecta & inuocato Chriſti nomine nonnihil gratię conſequutæ fuerint, fœlici hac orbitate orbatæ, redduntur expeditiores ad ſumẽdam Chriſti alimoniam qua ad perfectionem prouehantur. Eris filia Moab. Deprehenſa argumentis quæ te vndiq; cingit, infirmitate, quod reliquum fuerit, quid eris filia Moab? Nempe quod es, hoc eluceſcet omnibus. Siquidem tuæ ipſius ignobilitatis oblita es (quia ex patre prognatus) quum acceſſiſſes F ad furtiuas nuptias, idque noctu & ex matre quæ & vinum obtulit ad ſuffurandum ex * patre ſuo ſemen. Dein tu Arnon cõſilia, multò plora inito, quandoquidem ô Arnon priora illa conſilia nullum tibi attulere compendium, neque tam multa quæ de dogmatibus, tu verſatus circa omnem partem philoſophiæ, commentatus es & excogitaſti, fuerunt tibi emolumento. Adde cumulum (ſi ita videtur) tuis iſtis conſiliis. Apparet eum per ludibrium & Ironiam hiſce verbis lace-

Petra deſerto metropolis Moab, in finibus quidem Arabiæ.

** Loth.*

ſcete Arnon, ſcilicet ad captanda inutilia conſilia, vt exatiata euanidis & futilibus conſiliis & edocta quàm nihil ex eis decerpi poſsit, quod ſit vſui, ſe tandem adiungat ſanæ doctrinę. Eſt autem * Arnoo ager Moabiticus, & per vnum hunc tractum terræ ſcriptura nobis indicat locū omoem Arabię. Prætulit verò nomen Arnon ad interpretandum ipſius ſenſum, ſiquidem ſua interpretatione ſonat * Illuminationem, ſpendorem ſiue illuſtrationem eorum. Hi igitur omnium maxi-
A mè quum per multam elationem de ſe conceptæ exiſtimationis de ſua ſapientia ægrotent, iidem putant ſe ſuam traducere vitam in lumine, ſuomet iotellectu, quum re vera toti mente caligent & obſcurentur alienati à Deo. Sermonem huoc texit propheta aduerſus eos qui falsò opioantur ſe verſari in luce cognitionis & ſcientiæ. Dein admonet. *Facite operimentum luctus ipſi ſemper.* Nadab & Abiu deuſti ſuot, oblato ad altare igne alieoo. Et qui veram lucem non receperunt, ſed eum ſuſceperunt qui ſe transfigurat in angelum lucis, ſiquidem percipiant ſe in imaginaria opinione ſcientiæ verſatos, neceſſe eſt vt ſeipſos lugeant & lamententur (à veritate enim deerrantes in fraudem inciderunt) neceſſe eſt, vt ſeipſos lugeant. Eam ob rem ſcriptura tranſtulit admooitiooem ad eos qui ipſorum obibaot curam, eóſque obſeruabant & ait. Facite tegmeo luctus ipſi ſemper. Qui enim pro his quæ iniquè geſſerunt ſiue per flagitioſam vitam ſiue certa ſcientia, mœrent & contriſtantur, ita vt ad beatū luctum pertingāt, tales faciuor tegmen luctus. Vidi ego quoſdam
B qui immodico mœrore ac triſtitia oppreſsi ſeipſos in domuncula includerent, omnémque aditum obturarent, oe quâ lux tranſadiret, & quodammodo de ſeipſis per eam vitæ tenebricoſæ diſciplinam, vltionem expeterent ob ea quæ malè geſsiſſent. Ne qua igitur elatio ſapientiæ nomine concepta (vti aſſolet) mentem eorum in fraudem & errorem pelliceret, quum in rei veritate ipſa ſit tenebræ, etiam ſi eorum ſapiētia imaginaria lux quædam eſſe videatur, ne inquā ipſorum ſenſibus impooat & obturbet, ait: Facite operimentum luctus ipſis. Nimirùm vt à te elimines & excludas omnem alterius cuiuſuis opinioois fraudulentam deceptiooem. Locum cedite vero lumini, vt ſplēdorem ſuum infundat cordibus in eum credentium. Prius igitur quàm veniat dies Domini, in qua plangent omnes tribus terræ, iuxta id quod in Zacharia dictum eſt, quia magnus erit planctus io Hieruſalem, ſicut planctus * malorum granatorum. Et planget terra per tribus, tribus Domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Omnes reliquiæ, tribus ſeorſum & mulieres eorum ſeorſum. Vos qui popu-
C lum edoceris & peccatores io quocunque viuendi inſtituto à rectitudine aberrarint, conuertitis: facite operimentum luctus ipſis, vt veſtro ſermone qui priùs tormento malitiæ conflictabantur, ioducti ad beatum luctum, per meridianas tenebras arripiant ſugam viténtque pericula perditionis. Videtur conſtitutio ſiue ſtatus meridiani lucem quaodam in ſe cōplecti ſplendidiorem * ſimul & manifeſtiorem. Quando igitur veritas per creaturam mundi deprehēdi ac intelligi poteſt ab his qui ſermonibus de creatura proditis

Zach. 12.

prudenter & ſcitè incumbunt, qui etſi in mundo viuant, vndequaque tamen illuſtrantur claritate diuinæ ſapientiæ. Ex diuerſo qui ægreſcunt ac languent ignoratione Dei, hi ſunt qui verſantur inter meridianas tenebras, quòd videlicet res ipſæ quamuis meridiana luce perfruantur, animabus alioqui ignorantium inſitæ ſunt tenebræ. Qui tādem eiuſmodi ſunt, per meridianas tenebras arripiunt fugam ac ſtupore percelluntur per præconceptam imaginationem, qua fit vt ad inſa- D
niam deducti phantaſmatum appreheoſione nihilo differāt à ſe excogitatis dogmatibus. Is equidem ſtupor & emorio mentis ſuam accipit interpretationē per meridianas tenebras. Nam quando hi à rectitudine abducti ſuot vitioſa quapiam perturbatione ratiocinationum, cò deducuntur vt ne Solem ipſum quidem luculentum eſſe putent ac ſplendore conſpicuum, non item circum aëra vllam verſari lucem. Atqui talis dementatio perſpicua ioſania eſt. Res ipſæ quum dilucidæ adeò ſint vt & eius qui nos condidit, deprædicēt potentiam, eam ipſam io idola & figmenta conferre, eúmque ſibi Deum conſtituere qui oihil minus eſt quàm Deus, plerunque etiamnum ſinere ſeà veritate abduci per hæreticorum dogmata ac veluti deſerta luce in tenebris degere velle extremæ demeotiæ eſt. Io medium productus ſermo adhortatur nos, vt ne ſinamus nos abduci vlla diuerſarum opinionum quaolibet veriſimili perſuaſione. Manifeſtaria enim inſania eſt eos ſequi velle quos conſtat emotæ eſſe mentis. Scito tales excidiſſe ſanitate mentis. A rectitudine viæ deflexerunt quæ rectà ad Deum prouehit. Iſtiuſmodi prauiis ducibus caue vtaris, nequà fiat vt in abrupta theſqua & inferni voraginem E
præcipitére. Cæcus enim ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent. *Habitabunt iuxta te fugitiui Moab.* Poſt hæc autem à Chriſto & clemētiſsimo amatore hominum Deo filiæ Sion dicitur de Moabitis conuerſis & cohabitaturis ipſi, qui quidem quondam refugæ fuerant ac deſertores Dei, ad ſuum ipſorum Dominū velut poſtliminiò reuertentur. Ait ergo, Habitabuot iuxta te profugi Moab, & protegentur * à vobis nullo afficiendi incommodo à facie perſequentis. Qui enim in obeundis prœliis erant olim commilitones & auxiliarij, hi perſecutores fient eò quòd conuertentur ad Deum verum. Quando igitur facti ſunt velut pullus ablatus volucri è nido auolante, ablatus quidem eſt ab improbè adminiſtrata præfectura & à iugo facinoroſi principis emācipatus qui omnes per ſuperciliosam ſuperbiam ac tyranoidem proculcans, diſperibit. Inducit prophetia quæ hoc è medio ſublato, euentura eſſent bona. Ait enim, *Solium enim & regnum Dauid dirigetur.* Quando igitur ſub regno Chriſti omnes F
fuerint conſtituti, iuxta illam ſententiam, Quia oportet eum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, θρόνος, id eſt, ſolium dixit directum iri, hoc eſt, ea quæ ſub eius imperio erunt, Inſtauranda ſiue moderatam directionem ſortitura, quod quidem fiet * non ob eorum meritum qui ſuberunt eius imperio, ſed per miſericordiam ac benignitatem Dei. Itaque ait, Sedebit Dauid, hoc eſt, mano ac potentia idoneus erit & dexter Chriſtus cū veritate, & regnabit in tabernaculo,

donec faciat iudicans de omnibus iudicium. Carbedra autem cum veritaie omnimodam indicat abrogatinnem mendacij. Regnabit verò, dnnec faciat de nmnibus iudicium. Et hoc eius iudiciũ repræſentat fore iuſtum, ſecundum quod non vt ferè fit aut perfunctoriè de vnoquoque proferet ſententiam, ſed exactè requiret quid pro decoro iuſtitiæ conueniat & conquadret æquitati, vt ad commendabilem exitum in vnumquenque pro-
A nuotiet ſui iudicij ſententiam. Idque feſtinatò accelerans & ipſam extimulans iuſtitiam. Non remiſſè, nnu lento gradu, ſed omni cum feſtinatione ipſam exequens iuſtitiam. *Audiuimus iniuriam Moab, * contumelioſus valde eſt. Eius ſuperbiam ſuſtulit & iniuria eius & iracundia perdurans, non ſic diuinatio tua, nõ ſic. Vlulabit Moab, in Moabitide enim omnes vlulabunt. In habitantibus autem * Seth meditaberis & non confunderis. Campi Eſebon lugebunt.* Hæc arbitror non quaſi appendices priorum lectionum, ab altero pendere principio. Scriptura enim ſubinde reſpirare ſinens auditorem promiſsione humaniorum euentuum, ſimúlque vt contempletur Dei benignitatem, & per eam animaduertat exitum qui nobis affuturus eſt, repetit comminationes & atrocitatem ſuppliciorum, vt ipſi ad meliorem vitæ frugem conuertamur. Talibus enim documentis opus eſt nos magna ex parte admoneri, vt ne diuitias bonitatis & longanimitatis * contemnentes theſaurizemus nnbis ipſis propter noſtram ipſorum duriciam & impœnitens cor, iram in die furoris & reuelationis iuſti iudicij Dei. Tale quid enim & illud apud Pſaltẽ * de-
B prehẽdimus, Suauis ſiue benignus Dominus vniuerſis, qui quum multa de clementia denarraſſer, & quòd * cõſtabilit ac roborat eos qui corruunt, & quia dat eſcam io tempore opportuno. Nec his acquieſcens finem fecit, ſed infert: Cuſtodit Dominus nmnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Quæ igitur hîc dicuotur, multam ioſinuant clementiam * erga eos ad ſe conuerſos. Ruſus ab alio principio alia intẽtat multò amariora. *Audiuimus * iniuriam Moab.* Aduerſus principem mundi huius dicta ſunt hæc, qui primus apoſtaſiam deſignauit molitúſque eſt & contumaci ſuperbia elatns ſuum contempſit creatorẽ, homines inſuper opprobriis aſpergens, eóſque per contumeliam & impotentem ſuperbiam velut calcibus protriuit. Hic enim eſt qui eccleſiæ filiis notam infamiæ inuſſit, & ipſos ſeu vilia mãcipia, & à captiuis nihilò differentes reddidit per ignorantiam. Hic qui ſingulos quoſque affecit opprobriis. Hic qui inſtigat denique & perſuadet antiſtes hęreſeωn, vt in excelſo iniqua loquantur: qui quidem ſi quando eò ſe demiſeriot, vt aſſeotiantur pnpoſitæ quæſtioni, ille docet quidem non excuti oportere ac librari rationem ſermo-
C nis, immo verò eum qui præualet coarguere abſurditatem dogmatum ipſius, debere potiùs inceſſi contumeliis. Teſte igitur ſcriptura, Dominus adhibens medelam, ſuſtulit eius ſuperbiam. Flagitioſa enim affectio ſuperbiæ ceu morbus aboleri debuit, quare ait. *Sed & iniuria ſiue contumelia eius & indignatio ipſius.* Haſce turbulentas affectiones aſtruit peculiariter competere ipſi Moab qui iniquarum poſſeſſionum eſt Dominus, contumeliæ quidem ex cogitatæ in proximũ per ignominiam, indignatinnis verò, iræ ſcilicet permanentis & io longum productæ. Deinde infert. *Non ſic diuinatio tua, non ſic.* Conſilium ipſius Moab iam olim excogitatum opprobrat & cnouitiando obiicit quòd diuinatio ſiue aruſpicina Balaam nihil detrimenti inferre potuerit pnpulo Iſraëlitico, quandoquidem Dominus ipſius os à præcnncepta cordis cogitatione detorſit in benedictionem. Balac enim filius Sephor, Moabitarum rex per internuncios curauit ad ſe euocan- D dum Balaam diuiniloquum, in cuius manibus erant vaticinia, & dixit: Mihi quæſo maledic populo huic & execrare. Et quidem ea vaticinia nõ ſic eueoerunt, vel ipſo Balaam reſpondente, Vt quid maledicam, cui oon maledicit Dominus? Ecquid execrabor eum, quẽ non execratur Deus? At interim hic prophetico præuentus ſpiritu prędicit vlulatum Moabitidi euenturum. Ait enim, Vlulat Moab. In Moabitide enim vlulanr omnes. Quando igitur vlulatus vox eſt acerbi doloris index à mulieribus emiſſa vt plurimum, quæ grauiſſimo quopiam dolore oppreſſę ſint, planè eiulatus talis declarat inflictæ plagæ atrocitatem atque doloris magnitudinem & eorum qui miſerrimè ſunt affecti, infirmitatem, dum dicit quia vlulat Moab. In habitantibus * Seth meditaberis. Vocem hanc Sedex, ſiue Seth aut vt in Hebræo חרשת per ſe obſcuram, reliqui interpretes dilucidiorem reddunt. Ita enim ait Symmachus. His qui lætantur in muro fictili ſiue teſtaceo, loquimini. Sunt nonnulli qui nb peritiam Dialectices maximopere ſibi placent & inſoleſcunt, ſuiſque tuendis dogmatibus obtendunt petitum ab ea E auxilium, perinde ac murum inexpugnabilem. Nimirum tales mirè exhilarantur, quòd vndique ſe cingi videant muro teſtaceo & fictili. Et vt planum fieret, quid innueret murus fictilis, adiecit illud, loquimini. Quid enim teſta aut vaſe fictili eſt captu facilius? Porrò Dialectici ob viles nec dignas quarum ratio ineatur, conflictatiunculas, mirè glnriantur ſibique applaudunt. Planè iſti acquieſcunt & exhilarãtur in muro teſtaceo vociferantes. Hunc ſenſum innuit, Io habitantibus Seth meditaberis. Sanequàm bona eſt meditatio nocte ac die meditari in lege Domioi: quæ verò Moabitarum meditatio eſt, vtique improba & maligna, quia erit habitantibus Seth meditatio. Qui igitur aſsidua meditatione incumbunt conflictatiunculis ignominia dignis nequaquam attingent centrum ſiue punctum. Ob hnc dictum eſt, Et non confunderis. * *Campi Eſebon lugebunt.* Pœna enim vltrix iſtius cnofuſinnis & irreuerentiæ eſt infœcunditas camporũ Eſebnn. Eſt autem Eſebon ciuitatis Moabiticæ oomen habentis prolixè patentem & effuſam campeſtrem planiciem in circumadiacentibus ſibi ſuburbiis, quæ ob flagitioſam incolarum exercita- F tionem ſterilis eſt, nec vllam exhibet accolis ſuis vtilitatem. Quòd ſi ex intelligentia verbi huius operæpretium ſit arripere occaſionem nonnullam, * Eſebon interpretatur ὁ διαλογισμὸς diſputatio, diſceptatio. Vtique numeroſa multitudo inanium diſputationum (quæ camporum nomine deſignantur) lugebunt, quòd nihil quouis modo ex eiuſmodi impiis dogmatibus prnuenerit emolumenti. *Vinea * Sabama. Abſorbentes gentes.*

Concul-

* ὑβριστὴς.
* Pro ειδὴκ, Complut. οἰδ.
* Dei.
* Regium Dauid.
* ὑποστηρίζει.
* Dei.
* Sine contumaciam.
Vlulatus quid.
* Pro ειδὴκ, Complutenſis editio habet οἰδ. in Hebr. habetur. חר ſeth
* Pro [illegible] ... Eſebõ vrbs in Moab
* Eſebon ſenſum ... חשבון ... intelligentia
* [illegible] Conumptio ... capta[illegible]

*Conculcantes vites eius, vſque Iazer non contingatis, deerrate per deſertum. Miſſi ab ea derelicti ſunt. Tranſierunt enim mare. Propter hoc plorabo * in fletu * Iazer, vineam Sabama. Arbores tuas deſecit Eſebon & Eleale, quia ſuper meſſem tuam & ſuper vindemiam tuam cõculcabo, & omnia concident, & auferetur lætitia & exultatio de vineis & in vineis tuis non lætabuntur neque calcabunt vinum in torcularibus finem enim accepit.*

A Superiùs dictum eſt, Campi Eſebon lugebunt, nunc ſe offert vinea Sabama. A communi quidẽ de vtraque gente dicitur, quia lugebunt ſeque plangent. Dicitur quædam vinea, ſicuti eſt Sodomorum & Gomorrhæ & hæc ſeorſim ab aliis diſparata eſt vinea, eóque ſcriptum eſt, quia de vinea Sodomorum, vinea eorum & * palmes ipſorum de Gomorrha. Haud ſecus ſe habet Aegyptiorum vinea, quam illidit & proculcat Deus, iuxta illud dictum. Et occidit in grãdine vineam eorum & moros eorum in pruina. Ex diuerſo eſt & vinea quam plantauit Dominus, iuxta illud: Cantabo dilecto canticum * amabilis ipſi vineæ. Vinea facta eſt dilecto in cornu; in loco vberi. Rurſus, dicta eſt & vinea regnum Dei, quemadmodum expreſſit Dominus inducta parabola agricolarum qui quidem in ſecutam exceperant colendæ vineæ, fructus verò minimè reddebant. Auferetur enim à vobis regnum cœlorum, & dabitur genti facienti fructus eius. Ac ſi diceret, diuina eloquia à vobis auferentur, lex nimirum & prophetæ, quia vitam veſtram minimè inſtitutis

B ad eorum præſcripta & conſilium, eorúmque ſenſus & intelligentiæ dabuntur genti quæ piè ſuam inſtituendo vitam faciat fructus eius. Quapropter hîc vinea dicitur ſermo veritatis: perinde ac vinea Aegypti, ſermo eſt mendacij, qui peculiariter verſatur inter Aegyptios à principe mundi tenebrarum harum eis traditus ad exercendam ſuam agricolationem. Vinea item in Sodomis plãtata quæ per flagitioſam vitæ aſſueſactionem labore multo excolitur ab improbis qui quidem condignam ſuis flagitiis accepturi mercedẽ ſuas operas locant diabolo. Hi igitur quæ illius ſunt, edocti & à ſe repudiatis dogmatibus legis dominicæ, ab radice ſe auulſerunt, à veraci vinea Dei, qui dixit: Ego ſum vitis vera. E Sodomis autem & Gomorrha ſuum adduxerunt palmitem ſiue malleolum, quo fit vt ex ſua agricolatione proferant vuam fellis, & botrum amaritudinis. Et furor draconum eſt vinum eorum: & * furor aſpidum inſanabilis. Vinea igitur Sabama conuerſio dicta ſiue reſipiſcentia: forſan dictum hoc in ſpeciem ſimulat & exprimit fucatos hypocri-

C tas nonnihil habere timoris ac reuerẽtiæ, & quia iam pedem retulit quis à prauis exhortationibus, atqui per hanc fucatam hypocriſim non paucos pellicit ad imitationem ſuæ peruerſitatis. Proinde in his qui diuerſæ opinionis ſunt & ſectæ, multos inuenias qui ſermonibus appoſitis ad flectendum animos & perſuaſoriis ad vitam ritè inſtituendam præualent, hos ne ob eam ſimulationem mox ſentiamus re ipſa conuertere, ſed prætextu diuini cultus eos cogitemus tam multis moliri inſidias, & hos tẽpeſtiuè deſugiamus. Vinea enim Sabama eſt talium agricolatio, hoc eſt, non de pietate erga Deum, non item de ſana & incolumi doctrina, neque enim illis ſuppetit doctrina de morum honeſtate ac ſanctimonia, non vllæ admonitiones & hortamenta de ſuis facultatibus in communem vſum liberaliter conferendis. Et hoc planè eſt vinea Sabama agricolatione Moabitarum elaborata, quæ quidem quòd ex ſe edat numeroſam ſobolem, dicitur abſorbere gentes ac deuorare. Ipſi enim alienorum à fide dogmatum antiſtites per captioſas argutias dialecticæ (quam iugi exercitio ſunt aſ-

D ſequuti) omni cum volubilitate verborum cæteros expertes philoſophiæ opprimentes, pleroſque hominum perinde atque captiuos deuorant & deglutiunt ad conſumptionem vſque. Itaque aduerſus tales conuenit ſermo hic, Vos eſtis qui abſorbetis gentes. Vos verò talium ſermonibus contemptis, velut calcibus eos proterite. Alioqui ſuperflua iſta detenti occupatione non poteritis connectere atque vnire vos ipſos ipſi Iazer, quæ interpretatur * fortitudo ſiue robur. Equidem fieri nequit vt ex patre fortitudinem excipiatis ingenitam, & infundi ſolitam rectà ingredientibus, niſi conculcatis priùs vineis Sabama. Quare obliuiſcamini veſtiæ ſolitudinis, nec iam ampliùs in ea deteratis tempus, ſed vos ipſos ab ea ſemotiùs auocantes, & eadem relicta, immoremini locis melioribus. *Miſſi ab ea relicti ſunt.* Sunt quidam pſeudapoſtoli, operarij planè doloſi, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, quos & Deus deleruit. Itaque ſolerter obſeruate, ne in fraudem erroréſque vos pelliciant quaſi rebus ipſis oſtentantes ſe habere vllam fortitudinem. Iſti enim ope omni deſtituti ſunt & relicti. Hi quoque ipſi mare etiamnum traiecerunt. Quid tandem innuit hic ſermo? intelligendum ne eſt quoſdã meritò deſtitui ope diuina, ob hoc quòd

E emenſo mari quiddam admiſerint vituperabile ac reprehenſione dignum? Meo quidem arbitratu hîc mare accipit pro tentationibus nimiſquam amaris quæ iſtis contingunt qui peracriter tentantur. Tale enim eſt illud: Veni in altitudinem ſiue profundum maris. Enimuero qui ſtrenuus eſt athleta, non refugit circunſtantes ſe moleſtias, neque traiicit mare: ſed aduerſus eas vltrò proſilit, & eluctans eas omnes adoritur ac fallit. Ex diuerſo, quos nullæ gentes, nullum videlicet tentationis genus perſequitur, hi * circunferuntur, eò quòd non enituntur aut contendunt, vt laborent ſedulò aduerſus deſideria & appetitus corporis, totos ſe dedentes illecebris voluptatum, planè iſti ſunt qui traiecerunt mare. Secundum hoc ſubnectitur: *Propter hoc plorabo * quaſi fletu Iazer, vineam Sabama.* Haud equidem ſcio, an fletus quo pro aſſequenda beatitudine deflent illi fortes, ingemiſcentes quidem pro incolatu

F ærumnoſæ iſtius vitæ, eiúſque prolixitudinem grauatim ferentes animo, item deſiderantes ac eliqueſcentes in atria Domini, aut ne fortè complorari ſolet fortitudo marceſcẽs atrocitate morbi quòd iam non ſupperat ſuo poſſeſſori, neque in poſterum fletus fiet pro vinea Sabama, vt quæ tabe confecta emarcuit, ſitque contradenda igni. Secundum hoc, dicitur Moabitidi. *Arbores tuas deſecit Eſebon & Eleale.* Itaque Eſebon & Eleale arbores Moabitidis in humum proſtrauerunt. Quid porrò hiſce verbis deſignatur? Agedum, pro virili portione declaremus. Eſebon ſua inter-

Sss 3 preta-

* Verius ad vitor, vel auxiliator.

* Mẽte diſtrahũtur.

* Pro in Compluẽ. editio habet in m.

pretatione ſonat τὸν λογισμὸν rationem, ratiocinationem ſiue mentis conceptum, Eleale autem Dei aſcenſionem. Vitis ergo aliena decutitur: ſimul & arbores quaſcunque Pater cœleſtis non plantauit, deturbantur. Sed & euertitur ac peſſum it plantatio opinionum à fide abhorrentium argumentis & rationibus rectitudinis & aſcenſu mentis qui per bona opera nos prouehit ad Deũ. Sanè Beatus vir cuius eſt aſſumptio ſiue auxilium ei abs te, aſcenſiones tuas in corde ſuo * diſpoſuit. Itaque beatus qui cor ſuum dirigit ad aſcenſiones Dei, iugi ſolicitudine obſeruans ſuas ipſius A cogitationes. Talis vtique euertere & elidere poterit dogmata exerrantium à fide opinionum perperam & malitioſe conſita ac pernicioſos proferentia fructus. Deinde ait. *Quia ſuper meſſe tua & ſuper vindemia tua conculcabo, & omnia concident.* Nam quando id quod demetit frumentum, & vinum id quod vindemiat, aduerſantur quum pani qui confirmat cor hominis, tum vino quod lætificat cor hominis, * benignus & clemens Deus ea proculcat, non ſinens ea ad maturitatem ſuccreſcere in alimoniam & potum, vt ne ignorantes quantum noxæ ac detrimenti ex eis proueniat, ſibi ſumant promiſcuè & citra diſcretionem. Itaque ſuper meſſe tua & ſuper vindemia tua conculcabo, & omnia concident. Poteſt alioqui dictum hoc referri ad * ædificationem ſiue fabricam corporis noſtri. Pleriq; enim quum ad manus habeãt collectionem fructuum, inopina quapiam plaga, putà lapſu grandinis aut alio aliquo flagello, ſua expectatione fruſtrati B ſunt, idque per hominum ingratitudinem & inexplebilem auaritiam non ſinente Deo, vt his ipſis perfruantur. *Et auferetur lætitia & exultatio de vineis, & in vineis tuis non lætabuntur & nunquam calcabunt vinum in torcularibus, Deſiit enim.* Equidem à vineis ablata eſt lætitia & exultatio. Ab Iſraelitico populo ablatum eſt regnum Dei & datum eſt genti facienti fructus eius. Poteſt & hæc ſententia intelligi de corporali lætitia. Nam lætitia omnis ab his tollitur qui penè momento fraudantur præſumpta de colligendis comportandiſque fructibus elaboratæ terræ. Aut certè ex quo vineam hanc diximus ſermonem eſſe mẽdacem, poteſt intelligi ea lætitia quæ inſita eſt iſtis in fraudem pertractis ac prægeſtientibus & ſtupore quodam perculſis per falſi nominis ſcientiam. O infœlicem lætitiam quæ per hãc vineam ſuo cultu ac labore parit in animis multifarias imaginationes: non etiam apprehendit veritatem, qua fiat vt non in poſterum inducantur in errorem. Non enim vltrà lætabuntur ob ea de quibus coarguti ſunt, qui priùs ea miraculi loco habebant. Non amplius excolent Moabiticam vuam qui didicerint quantum noxæ ac detrimenti committetur bibentes expreſſum ex ea vinum.

C Forte autem & torcularium nomine, animæ inſinuantur improbatam exceptantes doctrinam. *Propter hoc venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit. Et inteſtina mea quaſi murum inſtauraſti, & erit vt confundaris tu. Et laborauit Moab ſuper altaribus, & ingredietur ad manufacta ſua, vt oret: & nequaquam præualebit liberare * eam. Hoc verbum quod loquutus eſt Dominus aduerſus Moab, & * nunc loquutus eſt.* Atqui non prophetæ venter aduerſus Moab quaſi cithara ſonabit: hoc eſt, concinnè & ad Muſicæ artis ſolertem peritiam ſonum edet numeroſum & artifici ſcientia eum quaſi citharam pulſabit. Vẽtrem enim dicit ad eum ſenſum, quo & alibi * Pſaltes interiora expreſſit: Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini ſancto eius. Quis enim ſuis inteſtinis edixit vnquam, vt benedicãt nomini Domini? Quin potius id congruit naturæ cogitationum ad extra * prodeuntium quarum quidem ordo eſt duplex. Etenim improbæ hæ ſunt, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia & oculus nequam. Alteræ ex diuerſo probæ & ſalutares, Amor & erga ho- D mines benignitas, caſtitas ſiue temperantia, ſocialis communicatio, benedictio ſiue bona ominatio & quæ ſecundum Deum ſunt teſtimonia, oculus purus & quæ his aſſimilia ſunt. Itaque hoc pacto omnia interiora in procinctu ſunt ac ritè diſponuntur ad benedicendum nomini ſancto Dei. Talis legitimè intimam animi affectionem concipit & pulchrè ſe accommodat gratiarum actioni Deo exoluendæ. Itaque Eſaias interiora animæ ſuæ obtinebat, ceu murum, quem inſtaurarat Deus. Hic enim inſtructus eſt & adornatus gratia Verbi ipſum innouantis interiorem hominem. Erant enim ipſius cogitationes, tanquam murus inexpugnabilis ac nullis arietibus euertendus, ſic vt nullus ſurrependi aditus relinqueretur peruerſis cogitationibus, neque ingreſſus vndequaque eum obſidentibus inimicis ad ludificationem & calumniam. Nobis igitur profuerit hiſce præcogitatis & animaduerſis, ad imitandum proponere, ſimul & cum propheta di- E cere, Venter meus, vt cithara, ſonabit: & interiora mea quaſi murus quem innouauit Deus. Subdit, Et erit, vt confundat te: quia defatigatus eſt Moab in altaribus. Aduerſus ipſum ſermo hic eſt. Quid igitur ſibi vult, quia apparet tanta cum cõfidentia dictum eſſe hoc: Et erit, Vt confundaris tu? Nimirum per increpationes in eos inuectas vigore rationum redditarum. Deſit vtique illud, αὐτοὺς ipſos, vt ſenſus verborum integrè redderetur ſic: Et erit vt ipſi abs te confundantur. Quemadmodum enim qui in bellico conflictu obuerſis vultibus perſtãt, tantiſper quidem dum ſe conſpiciunt in ſuſtinenda lucta eſſe pares, non cedunt loco, aut alio deflectunt. Simul autem atque pars altera viribus præpollet eſtque ſuperior, pars inferior auerſa fugam arripit. Pari ratione, anima impudenter ac temerè in procinctu * inſtructa eſt, perſtat nihil pudoris ſentiens: mox autem vt acrimonia verborum perſtringitur, tunc ſe colligit primum & adhortatur ad cõſenſum verecundiæ & obiectæ confuſionis. Et quia eiuſmodi conuerſio ſiue mutatio in interio- F re & arcano homine fit, hinc ἐντροπὴ appellata eſt erubeſcentia, confuſio ſiue verecundia. Hac igitur ratione venter ſonabit & interiora prophetæ quaſi murus quem innouauit Deus, vt immutarentur & conuerterentur ad exhibendam Deo reuerentiam. Neque enim priùs cognouerat quàm eſſet vtilis eiuſmodi confuſio & verecundia *. Quia delaſſatus eſt Moab in aris & ingredietur in manufacta, vt oret: & non poterunt liberare eum. Eſaias tãdem hoc loco prædicit fore totius idololatriæ exterminiũ per aduentũ Verbi.

*Quia

* Aliàs firmationẽ intelligitur.

* Deſit in exemplari διάνοιαν. Pſal 83.

* ἐν hoc loco παρελθεῖν.

* τὸ σωματικὸν οἰκοδόμημα ἡμῶν.

* Complutẽn. editio quam ſequor, habet αὐτὴν non vt exemplar αὐτὸν eum.

* In exempl. habet ἕως γῆς ſecundo.

* Regum David.

* Anima.

* Tentatiuni.

* Cohortationem.

* Quia vani omnes qui ad ſubſtructionem templorum conferuntur, labores. Quę in manufactis collocatur ſpes omnis, euanida & inutilis. Orabunt enim & nequaquam poteruot liberare eos. Vtique hoc in Chriſti aduentu completum eſt. Pro ſcopulis * enim ſiue locis ſublimioribus coo ſilitere templa celeberrimè decantata: nunc non item hæ regnant dæmonum impoſturæ, profligata eorum contraria poteſtate, idque virtute myſterij ſanctæ crucis quæ toto orbe habitabili prædicata eſt. *Hoc enim verbum, quod loquutus eſt Dominus aduerſus Moab, & * nunc loquutus eſt.* Epilogus quodammodo totius verbi præconio prophetico

A prædicati aduerſus Moabitidem eſt hoc: Hoc verbum quod loquutus eſt Dominus. Prærordinata enim eſt ea dictio, ſic habens, Hoc verbum. Vice autem epilogi repetit & annectit particulæ * incitionis totius. Hoc verbum quod loquutus eſt Dominus aduerſus Moab, & nunc loquutus eſt. Quid innuit, Et nunc ſiue quando loquutus eſt? Vtique hoc exprimit raritatem diuinæ vocis aduerſus Moabitidas habitæ. Etenim cum Iſraëlitico populo continenter texit ſermonem: cum gentibus vt plurimũ tacet, quippe quæ * à ſua portione eſſent alienę. At non omnino occulit ſermonẽ ſuum: ſed & his qualencunque guſtum indulget ſuæ benignitatis & clementiæ, vt prælibato qualicunque experimento allectæ in paucis licet ad concupiſcendam perfectionem inuitentur. Quia verò rarius loquitur Moabitis, ob hoc dictũ eſt. *Quia, Hoc Verbum quod loquutus eſt Dominus, quando loquutus eſt. Et nunc dico, In tribus annis annorum mercenarij ignominia afficietur gloria Moab, in omnibus diuitiis & multis, & relinquetur pauciſſimus, nec honorabilis.* Hiſce verbis meo arbitratu ipſi Moabitidi irro

B gandæ pœnæ præfinit tempus quod quidem nominauit annos tres mercenarij. Nam quando totius temporis natura deciditur in tres partes, cupiens id repræſentare quod perfectum eſt, dixit annos tres. In tribus igitur annis annorum mercenarij, ignominia afficietur gloria Moab. Et in Euangelio mercenarius nota infamiæ inuritur à Saluatore dicente: Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem & fugit, quia mercenarius eſt & non eſt ei cura de ouibus. Quin & aduena & famulus ſacerdotis conductitius iuxta præſcriptum legis non edit ſancta. Moab igitur ſeipſum ſtata mercede diuẽdidit & elocauit, factúſque eſt mercenarius. Non enim dilexit Deum, ſed qualicunque & imaginaria apprehenſione mercedis ac præſumpta ſpe proprij commodi. Quod enim faciebat, non id fiebat pio erga Deum affectu. Tribus igitur annis annorum mercenarij ignominia afficietur. Itaque quemadmodum paſtor qui & mercenarius eſt, non eſt paſtor: ſic & qui eleemo

C

ſynam in hoc facit, vt glorificetur ab hominibus, & placeat, accipit mercedẽ, nec dici meretur miſericors ſua diſpertiens, quum ſua non in commu nem vſum depromat. Qui item ſobrius aut temperans eſt gratia captandi ab hominibus fauoris, non is eſt temperans aut ſobrius. Neque enim eã aſſequitur virtutem, ſed gloriam venatur meritò debitam virtuti. Itaque apud Deum inhonori habentur & deſpicabiles, qui quiduis boni operis conficiunt ad oſtentationem, vtque Moab in tribus quidem annis annorum mercenarij ignominia afficientur, hoc eſt, in omni dimenſione temporis. Dedecus autem ſiue ignominiam mercena rij ſubnectit quòd opus virtutis ſit exequutus nõ D legitimo affectu, ſed fucatè nec re ipſa ſinceriter. Ignominia autem in omnibus diuitiis multis. Quantò enim exiſtimabat ſupereſſe ſibi luculentiores diuitias: tanto merebatur, vt non reuelatis arcanis, maior ei rependatur merces ignominiæ. Nam qui numeroſam coaceruat peccati multitudinem, is tanto habet copioſiorem intentatæ ignominiæ materiam. Et qui ſibi recondit theſauros miniſterio linguæ mendacis, vana perſequitur, & ingredietur laqueos mortis, & relinquetur pauciſſimus, nec honorabilis: Siquidem caſtigatio eorum qui conſpirant & cooriuntur ad explẽdam conceptam malitiam, beneficij vicem ſupplet.

*In carne.

*In quibus idola ſacrificabantur.

*Exemplar habet ἐπὶ τῷ quando pro quo Cõplatem. vſus.

*rusticitatis.

*Iſrael ſermonibus habitatis eius.

LECTORI.

HAnc orationem ex Germanico exemplari latino decerpſimus, quanquam hæc in Græco quod altero ante anno codẽ loci excuſum eſt non reperiatur. Conſtat E *tamen eſſe D. Baſilij, vel maxime ex illis orationibus quæ olim à Simone Magiſtro è Græco Baſilij fonte hauſtæ ſunt. In duo decima enim quæ eſt de mœrore & triſtitia nonnulla hinc deducta videre eſt. Secreuimus autem hunc in locum quomodo cætera poſtea opuſcula, quæ nunc recèns edita ſunt à nobis, quæ vel ſeorſum ab aliis impreſſa legebantur.*

DIVI BASILII MAGNI

ORATIO ADVERSVS EOS QVI CALVMNIANTVR NOS, QVOD TRES DEOS colamus. Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

MAgnum ſolatium eſt animis
A per hoc quòd odio habẽtur
afflictis, quòd cum Domino
odio habentur. Si enim mũ
dus vos odio habet, noſcite, Ioan.15.
inq ;it, quòd me prius quã
vos odio habuit Quaprop-
ter ſi dilectus & vnigenitus
ille odio habetur, quid magni eſt ſi nos odio dig-
ni cenſemur apud homines, apud quos odij poſ-
ſeſſio abundat? Impedit orationem meam memo
ria illa rerum triſtium ad cor decurrens, & lachry
mæ procidentes vocem intercipiunt, quum cogi-
to quòd charitate & pace nobis à domino reli-
cta, non quærimus id quod relictum eſt. Incon-
ſpicuum eſt donũ, quod in nullo reperitur. Cha-
ritas relicta eſt, & pugna inter nos veriatur. Vnio
data eſt, & odium accenſum eſt. Magnum odii ro
gum inter nos mutuò accendimus. Vnuſquiſque
apud ſeipſum deploramus, verùm inter nos mu-
tuò non cõcordamus. Quis dabit mihi theatrum
vniuerſum orbem terrarum, & vocem tuba vali-
diorem, & lamentationes Hieremiæ, & lachry-
B mas largas ad dirumpendum cor doloribus con-
tritum, vt diffundamus pulnerem nunc ex igno-
minia nobis aſperſum, vt deploremus commonẽ
calamitatem? Quia defecit charitas radix ipſa mã
datorum. Quapropter inſatiabili ſpiritus comple
xu præſentes complector, quod ſpectaculum no-
uum oſtenderunt, dum vnus alteri eſt conglutina
tus. Facti ſumus enim vnuſquiſque apud ſeipſum
velut arena, non coniuncti inter nos, ſed ſinguli
per ſe diuiſi. Neque enim ædificationem conſiſte
re poſſibile eſt, ligamentis detractis: neque eccle
ſiam in altum creſcere, vinculis non colligatam
pacis ac charitatis. Pauliſper porrò nobis patien-
ter aures accommodate, non ad oſtentationem
dicturis, ſed hoc ſtudio habentibus, vt ad rerum
triſtium ſocietatem vos aſſumamus. Affert enim
ſolatium lugentibus ſuſpitiorum ſocietas. Fortaſ-
ſis autem & vnica noſtra triſtitia ad dominũ for-
tius penetrarit, ſingulis nobis per ſe exaudiri ne-
queuntibus propter operum infirmitatem. Mu-
C tuò vnitos eſſe id quod iam videmus, veteris pa-
trum charitatis reliquiæ ſunt. Huius enim rei gra
tia illi publicos hos conuentus excogitarunt, quò
abalienationem ex temporibus inductam, per tẽ
porum conuentiones renouarent, & ij qui extra
fines habitant, hunc vnum locum apprehenden-
tes, principium amicitię ac charitatis, congreſſum
ſuum exiberent. Hoc ipſum ſpiritualia eſt conuẽ-
tus, vetera renouans, futuris initium præbens.
Nõ enim venimus vt rerum venalium faciamus
permutationem, ſed vt charitatis mutuam cõmu-
tationem viciſſim exibeamus, vt plenam demus,
& plenam accipiamus charitatem. Hæc patres no
ſtri conſtituerunt: Nos autem ea velut per ma-
nus tradita accipientes, cur deſinimus oſtendere
ea quæ videntur? Plurimi præſentium explorato-
res magis ſunt eorum quæ dicuntur, quàm diſci-
puli eorum quę docentur. Et doctrina verbi non D γνώμ.
requiritur ad ædificationem præſentium, ſed ad
calumniam inſidiantium. Et ſiquidem quid dictũ
fuerit conueniens cupiditatibus eorum qui ſentẽ
tiam explodunt, abit qui ſuſcepit, velut qui pro-
prium apud nos comperit. Hæc inſcribantur cor-
dibus veſtris, teſtes eritis veritati & nobis, aduer-
ſus eos qui talia diuulgant, quòd videlicet nos ve-
tus donum renouauimus. Hæc enim ſunt non ti-
mentium dominum verba aperientiũ contra nos
os, velut nos tres deos proferamus. Qui tres deos
prædicat, quid quærit in eccleſia domini? alibi
multitudo deorũ, & alibi diuinus cultus. Qui tres
dicit, audeat etiam dicere quatuor, extẽdat nume
rũ vſque ad duodecim. Quæ eſt igitur inſania eo-
rum qui exacutã linguã habẽt cõtra veritatẽ: Non
ſum puſillanimis ad hos refellendos, ſed expecto
iudiciũ Chriſti. Iſthic cõtra nos ſiſtentur qui hãc 2.Tim.2
calũniam conſuerunt. Nouit dominus ſuos, & qui E
calumniatur pauperẽ, exaſperat eum qui fecit ip-
ſum. Si patrum fidem perſequor, cur omiſſis pa-
tribus me bello impetis? Si credo in patrem, ſi cõ
fiteor filium, Si non reprobo ſpiritum ſanctum.
Si qui Trinitatem confitetur, tres deos nominat,
ignominia afficit baptiſmum & impugnat fidem:
cur mea perſona ſuppoſita dominum bello impe
tis? Quis reliquit baptizare in nomen patris & fi-
lij & ſpiritus ſancti? Ego aut dominus? Cuius ſunt
verba, præconis aut eius qui miſit? Cur perſona
mea calumniis ex facili expoſita iuuenta, per me
impugnas veritatem? per me concutis fidei muni
mentum? Ego quidem facilis captu ſum, fides au-
tem immobilis perſtat. Vnus dominus, diſce Pau
lo loquente, non duo, non tres. Et ſi nominauero
dominum filium, non in duos dominos, non in
multos deos diuiſi dominationem. Dominus pa-
ter, dominus filius, dominatio vna, vnus domi-
nus, vna fides. Propterea vna fides, quia vnus do- F
minus. Vnum ad vnum ſequitur vnum ad vnum
dominum. Vna fides, vnum baptiſma. Sic vnum Ephes.4.
ex vno per vnum confirmatur. Si verò quod non
ignominia officio ſpiritum, neque in eodem cum
creatura ordine loco, propterea hanc calum-
niam ſuſcipio, ne dicas quòd non dico. Et vi-
deamus probabilem calumniæ tuæ ſtructuram.
Quid occultas tuam ipſius calumniam ob men-
dacium execrande, dicens apud nos tres deos prę
dicari, & non dicis apertè, quòd nos ſumus, qui
eos qui ſpiritum ſanctum creaturam dicunt dete-
ſtamur. Hanc accuſationem admitto. Ob hoc &
ignem & gladium exacutum ſubibo. Et ſiue ro-
ta collidat, ſiue tormenta contra me moueãtur, in
eadem

eadem certitudine ac perfectione ſupplicia ſuſcipiam. Mecum conſentiunt & qui hic ſiti ſunt martyres, qui coronis digni facti ſunt, propter accuſationem eorum qui aliam opinionem tutati ſunt. Hoc itaq; nomine me accuſa, quòd non inter creaturas numero ſpiritum ſanctum. Si verò quid amplius dixeris, dabis rationem iudici, quum venerit ille paracletus. Nunc legebatur paracletus. Tu verò calumnias occaſionem, ad detractionem feciſti. Paracletus, inquit, qui pro te aduocatus eſt, per quæ te beneficio afficit, per ea tu ingratus es. Non ſuſcipis itaque paracleti beneficentiam: aut non dominus hanc appellationem ipſum decere
Ioan.14.d A ſanciuit? Mittam vobis & alium paracletum. Qui & alium dixit, non ſeipſum oſtendit ante alium? Si ex me ipſo loquor, ne audias me. Si verò quæ ſcripta ſunt lego, ſuccumbe veritati. Perfectus neque minuitur neque augetur. Vnus ingenitus deus vnus huius vnigenitus filius & deus. Sicut non eſt congenitus deus alius, ſic neque congenitus filius alius. Quemadmodum non ratione pater, ſic neque ratione filius. Deus pater, deus filius, deus ſpiritus ſanctus. Deus perfectus pater, deus perfectus filius. Incorporeus pater, incorporeus filius, incorporeus character, & imago incorporea. Credis quòd genitus eſt, ne quæras quomodo. Si enim licet quærere, ingenitus quomodo eſt ingenitus, licet etiam quærere, genitus quomodo genitus eſt. Si autem non relinquit quæſtionem ingenitus, quomodo ingenitus eſt: neque genitus relinquit quærere quomodo genitus eſt. Ne quæras quæ inueniri non poſſunt, non enim inuenies. Si enim
B quæris, à quo diſcere potes? à terra? non ſubſiſtebat: à mari? nondum erat liquidum: à cœlo? non erat eleuatum: à ſole & luna ac aſtris? nondum creata erant. At à ſeculis? ante ſecula vnigenitus. Ne interroges ea quæ non ſemper ſunt, de ſemper exiſtente. Si verò non vis ſed contendis, derideo tu-
Ioan.1 am amentiam: imò potius deploro tuam temerariam audaciam. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Vox, erat, obliterat vocem, non erat. Et deus obliterat vocem, non deus. His quæ ſcripta ſunt crede, quæ non ſunt ſcripta, ne quære. Hoc verbum filius ille dei, homo factum eſt, propter elapſum hominem Adam. Propter Adam, incorporeus in corpore. Propter corpus, accepit lux ipſum verbũ corpus, vt ne combureret ea quæ videmus. Condeſcendit in carnem vt in illo caro coeleuaretur. Inuiſibilis in viſibili, vt ſuccumberent ea quæ videntur. Velut homo ſub tempus, velut deus ante tempora. Vox velut, non ſimilitudine, ſed veritate, vtrũque, deus & homo. Deus erat, homo factus eſt propter diſpenſationis myſterium. Non prius eſt
C factus eſt, & tunc, erat: ſed prius eſt, erat: & tũc factus eſt. Ne igitur id quod propter myſteriũ eſt, tollat vnigeniti deitatem. Hæc enim ſunt hæreticorum effugia, & Manichæorum inſaniæ. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter
1.Cor.3 id quod poſitum eſt, qui eſt Chriſtus Ieſus. Genitus eſt per mulierem, vt genitos regeneraret. Crucifixus eſt volens, vt inuitè crucifixos detraheret. Mortuus eſt volens, vt inuoluntariè mortuos exſuſcitaret. Suſcepit quam non ſuſcipiebat mortẽ, vt eos qui ſub morte ſunt viuificaret. Deuorauit ipſum mors ignorans, vbi deuoraſſet cognouit quem non deuorauit. Deuorauit vitam, deuorata eſt à vita. Deuorauit vnum cum omnibus, perdidit propter vnum omnes. Rapuit vt leo, confracti ſunt dentes ipſius. Quapropter etiam velut debilis contemnitur. Non enim amplius velut leonem timemus, ſed velut pellem conculcamus. Vnigeniti ex patre generatio ſilentio colatur. Nouit enim ipſe qui generauit, & qui genitus eſt. D
Noſſe enim debemus, quæ loqui oportet, & quæ oportet ſilere. Non omnia per linguam dici poſſunt, vt ne meus velut oculus totum ſolem intueri volens, perdat etiam id quod habet lumen. In hoc enim cognoſcis, ſi cognoueris quod non cõprehendiſti. Illam igitur generationem arcanam & inenarrabilem ſilentio colamus. Si verò etiam circa hanc deficiemus, ne cõtriſtemur. Illa enim horrenda eſt propter naturam: hæc verò inexplicabilis propter nouitatem. Ioannes quidem vox dicebatur clamãtis in deſerto, verùm homo erat natura. Ne igitur tollas propter nomen verbi vnigeniti ſubſtantiam fortaſſis autem dixeris: Cur igitur ex dextris ſedens honoratior eſt? At ſi quidem per ſeipſum honorem haberet, reuera honoratior eſſet: Si verò à genitore accepit, eius qui dedit eſt beneficium. Non erit alius filius, vt ex ſiniſtris ſederet. Vnus ingenitus deus. Vnus huius vnigenitus filius & deus. Decebat igitur nõ filium porrigere patri dexteram, ſed patrem filio. Nimirum ſeparatæ à nobis naturæ, etiam intelligẽtiam E ſeparato. Nam apud nos pater ex alio patre & tẽporibus opus habet, & educatione, & augmento & alia cura, & non quod vult pater generat. At vero deus concurrentem voluntati habens potẽtiam, genuit dignum ſeipſo, genuit velut ipſe nouit. Cui gloria in ſecula. Amen.

LECTORI.

QVæ ſequuntur Epiſtolæ tres non ſunt in exẽplaribus Græcis aut Latinis quæ hactenus excuſa circunferebantur. Sed eas deſcripſimus ex quodam vetuſtiſſimo codice latinè manu ſcripto quem è Bibliotheca Regij Collegij Nauarræ mutuo rogatum acceperamus. Compluribus mẽdis ſcatebãt, quibus nec licuit omnino mederi, quòd non ſuccurreret aliud exemplar è quo transferri, aut ad quod conferri & reſtitui poſſet planior aut latinior oratio. Quicquid autem fuit maluimus durum, incultũ, fortaſſe & barbarum edere, quã omnino perditum relinquere, cùm certò deprehenderimus eſſe D. Baſilij tum ex orationibus à F Simone Magiſtro quondam ex eodem Baſilio decerptis, tum ex Canone eiuſdem Baſilij, de differentia ciborum.

EPISTOLA D. BASILII

CÆSARIENSIS ARCHIEPISCOPI AD Amphilochium Iconij Epiſcopum incerto interprete.

** De die autem illa & hora nemo ſcit, & cæt. Matt. 24.*

A INquiſitum iam à multis euãgelicum dictum * quaſi ignoraret dominus* noſter Ieſus Chriſtus diem finis & horam, & maximè ob hoc quia frequẽter ab his qui diſſimile aſſerunt profertur ad amputandam gloriam vnigeniti, & ad oſtenſionem diſſimilitudinis eſſentiæ, & eius quę ſecundum dignitatem eſt ὕφεσιν id eſt, minorationem quemadmodum non valentem, nec eãdem habere naturam, nec in ſimili dignitate intelligi eum qui non omnia nouit, ad illum qui cognitionem omnium comprehendit præſcienti & complectiua futurorum virtute: Iſtud nunc à tua prudentia nobis quaſi nouum propoſitum eſt. Quæ ergo à pueritia ea patribus audiuimus, & quę propter eam quam ad id quod bonum eſt amicitiam ſine examinatione ſuſcepimus, hęc dicturi ſumus impugnantium quidem Chriſtum inuerecundiã nubis ſoluentia (quæ enim apparebit ratio impetu eorum valentior?) Iis autem qui diligunt dominum, & qui eam quæ ex fide eſt, ab ea quæ ex ratiocinatione eſt firmiorem poſſident facultatem, ſufficientem prorſus tribuentia ſatisfactio-
B nem. Id ergo quod dicitur, nemo, generalis quidem eſſe ſermo videtur, quaſi nulla perſona ab hac voce ſubtrahatur. Non autem ſic eſt à ſcriptura relatum, quemadmodum cuſtodientes inſpeximus in id quod dictum eſt: Nemo bonus niſi ſolus deus. Non enim ibi ſemetipſum extra ponens à boni natura filius iſta dicit, ſed qui primum bonum eſt pater, id quod dictum eſt, nemo, ſubaudiendum eſt primus, eſſe dictum.

Matt. 19.

Luc. 10. d

Credimus ſimiliter & id quod dictum eſt, Nemo nouit filium niſi pater. Neque enim ibi ſpiritus ignorantiam accuſat, ſed primum patri adeſſe agnitionem ſuæ naturæ teſtatur. Sic & hoc quod dictum eſt, nemo ſcit, primam ſciẽtiam & eorum quæ ſunt, & eorum quæ futura ſunt ad patrem referẽtis, & per omnia primam cauſam hominibus ſuboſtẽdentis dictum eſſe arbitramur. Non quomodo vel reliquis teſtificationibus ſcripturæ cõſonat dictum, aut communibus noſtris intelligen-
C tiis poterit conuenire, qui credimus imaginem dei eſſe inuiſibilis vnigeniti: imaginem autem, nõ figurę corporalis, ſed ipſius deitatis & magnorum omnium quæ in eſſentia dei intelliguntur, imaginem virtutis, imaginem ſapientiæ, ſecũdum quod dictum eſt: Chriſtus dei virtus & dei ſapientia.

1. Cor 1. d

Manifeſtum eſt autem quòd pars ſapientiæ ſit agnitio, cuius non ſeruat omnem imaginem filius, ſi in aliquibus deficit. Quomodo autem & pater ei per quem fecit ſecula iſtam extremam partem ſeculorum & horum diem illam non oſtendit? Et quomodo factor omnium, extremæ partis eorũ, quę ab ipſo facta ſunt ſcientia defecit? Qui autem dicit, iuxta finem illa & illa & in cœlo ſigna & ſuper terram per loca apparebũt, quomodo ipſum finem ignorat? In hoc enim quod dicit: nondum eſt finis, non quaſi ambigens, ſed quomodo ſciẽs determinat. Deinde etiam ſana mente inſpicienti multa & ab humana parte dominus eloquitur. Da D
mihi bibere, vox eſt corporalem neceſſitatem exprimens: & tamen is qui petebat non erat caro inanimata, ſed deitas carnem animatam vtens. Sic ergo & nunc id quod ignorantiæ eſt ad id quod proficit apud deum & homines ſapientia & gratia accipiens quis extra pium intellectum non eiicitur. Tui autem erit amabilis laboris proponere euangelicas voces & conferre adinuicẽ Matthæi & Marci. Iſti enim ſoli inuicem ad eũdem locũ adducti ex alterutro apparent. Matthæi igitur textus ſic ſe habet: De die autẽ illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi pater ſolus. Marci autẽ: De die autem illa & hora nemo nouit, neque angeli de cœlo, neque filius, niſi pater. Quid igitur in iſtis putamus ſignificari dignius? Quia Matthæus quidem nihil dixit de filij ignorantia. Videtur autem Marco ſimul referre ſecundum intelligẽtiam, ex hoc quod dicitur, Niſi pater ſolus. Nos autem arbitramur quod dictũ eſt, ſolus, ad angelorum diſtinctionem: filium autem non comprehendi pariter cum ſuis ſeruis ignorãtia. Verax eſt E
enim qui dixit, quia quæcunque habet pater mea ſunt. In iis autẽ quæ habet & agnitio eſt diei illius & horæ. Reticens igitur ſuam perſonã, ſicut manifeſtum eſt in Matthęi dicto, dominus angelos dixit ignorare: ſcire autem patrem ſolum, patris cognitionem etiam ſuam, licet reiiciat, eſſe dicens. Propter quod & in aliis dixerat: Sicut cognoſcit me pater, & ego cognoſco patrem. Si autem cognoſcit pater filium totum ex toto, ita vt & repoſitam in ipſo omnem ſapientiam agnouerit, ſecundum ſimilem manifeſtè menſuram & cognoſcitur à filio cum omni quæ ineſt ei ſapientia & præſcientia futurorum. Iſtam ergo dignam arbitramur interpretationem ex eo quod in Matthæo iacet, niſi pater ſolus. Quod autem Marco manifeſtè videtur & filium amputare ab cognitione, ſic intelligimus: Quia nemo nouit neque Angeli, ſed nec fortè filius ſciret, niſi à patre ei eſſet data cognitio. Hoc autem predicabile eſt & F
deo dignum de filio dicere: quia cui eſt conſubſtãtialis, ex ipſo & agnitionem habet, & id quod in omni ſapientia & gloria quæ deitatem eius condecet inſpicitur. De Iechonia autem quem abiectum eſſe de terra Iuda propheta Hieremias aſſerit, dicens: Deprędatus eſt Iechonias ſicut vas cõfractum quod opus non eſt, & quia proiectus eſt ipſe & ſemen eius, & non exurget vltra de ſemine eius, qui ſedeat ſuper thronum Dauid, princeps Iuda. Planè euidens ratio eſt. Exterminata enim Hieruſalem à Nabuchodonoſore, regnum quidem diſſolutum eſt. Nequaquã autem vlteri* paternæ ſucceſſiones regentium ſicut prius erãt.

Luc. 11. Matt. 24. a Ioan. 4. a Matt. 24. Marc. 13. Hier. 22.

Nam

Nam ab initio quidem vſque ad captiuitatem, regnabant qui ex genere Dauid fuerunt. Regreſſi autem, Salathiei & Zorobabel populariter pręerant populo, principatu iam in ſacerdotium declinante, propter quod commixtę erant ſacerdotalis & regalis tribus. Vnde & dominus rex eſt & ſacerdos ad deum: & non defecit quidem regalis tribus vſque ad Chriſti aduentum. Non tamen ſedit ſuper thronum Dauid de ſemine Iechoniæ. Thronus enim manifeſtè dicitur regalis dignitas omnis. Non autem hiſtoriam recolis, quia ſubiecta erat Dauid omnis Iudæa & idumæa regio, & Moabitarum, & Syriæ, & quæcunque iuxta vel
A porrò erant vſque ad Meſopotamiam, & ab alio latere vſque ad flumina Ægypti. Si ergo nemo apparuit poſtea in tanta dignitate, quomodo nō verus prophetæ ſermo eſt, quia non vltra ſedebit ſuper thronum Dauid de ſemine iechoniæ? Nullus ergo videtur ex ipſo derelictus, qui huius fuerit dignitatis. Non tamen defecit Iuda, vſque dum veniret cui repoſitum erat, qui nec ipſe ſedit ſuper corporalem thronum, decedente iam Iudaico regno in filium Antipatri Aſcalonitæ Herodē, & eius filios, qui in quatuor principatus ſortiti ſunt: Iudæam quidem regente Pilato: vniuerſam autem principatus Romani poteſtatem habente Tyberio. Sed thronum dicit Dauid ſuper quem dominus ſedit, regnum quod auferri non poterit ipſe eſt enim expectatio gentium, non paruæ particulæ vniuerſi orbis. Erit enim, inquit, radix Ieſſe & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt. Poſui enim te in fœdus generis in lucem gentium, & ponam, inquit, in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies ſeculi. Iſte igitur & ſacerdos permanſit, & quamuis ſceptrum
B Iudææ non acceperit, & rex omnis terræ Deus, & benedictio Iacob confirmata eſt: Et benedicentur in ſemine tuo vniuerſæ tribus terrę, & omnes gentes beatificabunt dominum. Faſtui autem Encratitarum ad magnificam illam propoſitionem, propter quod & nos non omnia comedimus, illud dicendum eſt, quia quod & ſuperfluum nobis deſerimus: ſecundum dignitatem enim & olera fœni ſunt nobis carnes, ſecundum diſcretionem autem eorum quæ expediunt, ſicut in oleribus quæ noxia ſunt ab alterutro ſeparamus. Sic eſt in carnibus, id quod expedit ab eo quod nocet diſcernimus. Olus enim eſt & cicuta, ſicut & caro eſt Vulturina. Veruntamen nec * hyoſcyamum comedit qui ſenſum habet, nec carnem caninam attingit, niſi magna neceſſitate cogēte: ſicut quis comedens non aget iniquè. Doctrina autem de eleuatione in baptiſmate, neſcio quæ tibi emerſit interrogare. Si tamen ſuſcepiſti trinam demerſionem, typum trium dierum explet: baptizari enim tertio impoſſibile eſt, niſi toties eleuetur. Eſſen-
C tia autem ab hypoſtaſi id eſt ſubſiſtentia hanc habet differentiam, qualem habet id quod commune eſt ab eo quod ad vnumquenque eſt, & quomodo ſe habet animal ad quendam hominem.

Eſaie 11. Gen. 17.

Gen. 26. 28.

Vide an recte legatur [illegible]

* Scriptum [illegible]

Propter hoc eſſentiam quidem vnam deitatem confitemur, quatenus eſſendi verbum indifferenter reddatur. Hypoſtaſis autē id eſt id quod ad ſeipſum eſt incōfuſè nobis & planiſſimè de patre & filio & ſpiritu ſancto intelligenda exiſtit. Non enim intelligentibus nobis ſegregabas vnicuique figuras, velut paternitatem, filiationem, & ſanctificationem: ſed ex communi intelligentia confitentibus deum impoſſibile eſt ſalubiiter verbum fidei reddere. Oportet igitur eo quod commune eſt ad id quod proprium eſt adiecto ſic fidem cōfiteri. Commune eſt deitas, proprium paternitas, ſic coniūgentes dicere: Credo in vnum deum patrem omnipotentem: & iterum in filij confeſſio-
D ne id quod vicinum eſt facere * ei quod commune eſt coniungere quod proprium eſt, & dicere, In deum filium: ſimiliter & de ſpiritu ſancto ſecūdum conſequentiam habitudinem proferendæ exclamationis aſſumentes dicere: Credo in diuinum ſpiritum ſanctum, vt vndique vnitas ſaluetur in vnius deitatis confeſſione: & id quod perſonarum eſt proprium, confiteamur in eo quod ſegregatim in vniuſcuiuſque proprietatibus intelligitur. Qui autem idipſum dicunt eſſentiam & hypoſtaſin, coguntur perſonas ſolùm differentes confiteri, & ad id quod circunſtat dicere res hypoſtaſis, inueniuntur non effugientes. Sabellij malum ſicut & ipſe ſæpius confundens intelligentiã pręſumit diuidere perſonas * eaſdem hypoſtaſin dicens, ad vnicuique incedentem operationem trãſformari. Sed & de quibus inquiſiti, quomodo erga nos media iſta & indifferentia diſpenſentur, vtrum euentu aliquo ſubito, an iuſta dei prouidētia, illud dicimus, * quia ſalus & ægritudo, diuitię & paupertas, gloria & * honoratio ſecundum hoc
E quidem quia non faciūt poſſidentes bonos, non ſunt ex iis quæ naturaliter ſunt bona: ſecundum hoc autem quòd proſperitatem quandam pręſtãt noſtræ vitæ, electioſa ſunt ab iis quæ aduerſantur præcedentia, & habere aliquam dignitatem dicuntur. Hæc igitur quibuſdam quidem per diſpēſationem dantur à deo, quomodo Abraham & * Iob & iis qui huiuſmodi ſunt. Deterioribus autem prouocatio eſt ſecundum aliquem modum ad meliora: vt qui poſt tantam dei proſperitatem permanet in iniuſtitia ſine vlla contradictione ſemetipſum reum eſſe adiudicationi conſtituit. Iuſtus autem neque præſentes auerſatur diuitias, neque abſentes quærit: non enim perfruitur iis quæ ſibi data ſunt, ſed diſpenſat, Nullus autem ſenſum habentium diſcurrit vt vacet alienorum poſſeſſioni, niſi ad multorum reſpiciat gloriam, qui admirantur & zelant eos qui in poteſtate ſunt conſtituti aliqua. Ægritudinem autem iuſti quomodo concertationem ſuſcipiunt, magnas tolerantiæ ſuæ ſuſtinentes coronas. Alterum autem aliquem præficere gubernationi talium, non ſo-
F lum ſpernendum, verumetiam impium eſt.

* Vel aliquid abundans vel deſiderans.

Vel eãdem

* Emendare poſſis hic locus ex oratione de diuitiis & paupertate.

* ſubonora

* Iacob.

EPISTOLA D. BASILII AD *Terrentium incerto interprete.*

QVando audiuimus veoeratiooem tuam iterum compulſam eſſe ad eam quæ eſt commuoium rerum diligeotiam, mox quidem cõturbati ſumus (veritatem enim loquimur) cogitantes qoomodo tibi cootra voloo tatem eſſet dimittenti ſemel publicas ſolicitudioes, & vacâri ad toę animæ diligentiam, iterum cogi ad * eadem retotqoeri. Io mentem autem reuerſi, quia fortè dominus voleos multimodis doloribus, qui nooc A noſtras eccleſias comprehenderunt, vnam hanc largiri conſolationem placitam ſibi, veneratione̅ tuam iterum diſpenſauit io cauſis apparere. Pro qua re animæquiores ſomus, ſicut quibus futurũ eſt vel ſemel adhoc priuſquã de hac * deſcendamus vita, ſimul ad conſpectum venire honorabilitatis tuæ. Sed iterum oos detinuit alia opioio, quaſi Antiochiam commoteris, & quæ in manibus ſunt cauſæ cum magnis dignitatibus diſpenſes. Super iſtam autem famam iterum appreheodit nos auditus, quòd & fratres qui cum Paulino conſtituti ſunt, colloquuotur aliqua tuæ rectitudini * de ea quæ oobiſcum eſt voitione. Nos aute̅ dico partis hominis dei Meletij epiſcopi * quos audio & literas nunc occidentales alium circumferre, præcipientes eos habere epiſcopatum Aotiochenæ eccleſiæ, reiicientes admirabilem epiſcopum veræ dei eccleſiæ Meletium. Et oon admiror iſtud. Quidam eoim omni modo ignorant ea quæ in iſtis ſunt partibus: quidam autem, etſi videntur ſcire, concertãdo magis quàm veritatem diceodo eis referũt. Et illos quidem nihil mirum B eſt aut ignorare veritatem, aut occultare cauſam propter quam aſcribẽdo Paulino * productus eſt beatiſſimus Epiſcopus Athaoaſius. Tuam autem perfectionem ibi habẽtem, quæ poſtea ſub principatu Iobiani inter epiſcopos facta ſunt, integrè referre rogamus, vt ab ipſis quæ acta ſuot diſcas. Veruntameo qoia oullum accuſamus, oramus autem magis ad omnes habere charitatem, & maximè ad domeſticos fidei: congratulamur iis qui apportauerunt de Roma literas etſi magnam aliquã & venerabilem habẽt eorum teſtificationem, & oramus illam veram eſſe & ex operibus ipſis cõfirmari. Non tamen propter hoc poſſumus nobiſmetipſis aliquando ſuadere, quia Meletium ignotemus, aut vt eam quæ ſub ipſo eſt eccleſiam obliuiſcamur, aut inquiſitiones pro quibus ab initio diſſentio facta eſt minimas arbitremur, aut putemos modicam habere differẽtiam ad eam quæ de pietate eſt intentionem. Ego enim oõ ob hoc C quia epiſtolam alicuius hoioinis accipiẽs ex ipſa ſuperbia ſubduci ab ſtudio aliquãdo ioſcipio, ſed nec ſi ex ipſo venit cœlo, & non congruit ſaluberrimæ fidei ratiooi, poſſum illum communicatore̅ arbitrari ſanctorum. Cogita enim, ô magnifice, quia deprauatores veritatis qui Arriaoum ſchiſma ſalubri patrum fidei ſuperinducuot, nollam aliam cauſam proferunt, pro qua noo ſuſcipiunt pium patrum dogma, niſi intellectum homouſij, quem ipſi doloſè & ad accuſatiooem totius fidei exponuot, diceotes voom ſecundum hypoſtaſin homouſioo dici à nobis: quibus ſi quam dederimus accuſationem ex boc quod circuoſeruot eorum qui ex ſimplicitate magis quàm malitia iſta vel iſtis vicina loquũtur, oihil prohibet oos qooque ſioe vlla controuerſia, & aduerſus noſmetipſos dare obligationes, & validam illorum conſtituero * quibus vna meditatio eſt io eccleſiaſticis verbis ooo quæ ſua ſunt conſtruere, ſed quæ noſtra ſunt accuſare. Quæ autem peior ab hac detractiooe inuenietur: & quę magis poſſit multos permooere, quàm ſi ioueniaotur aliqui ex oobis Patris & filij & Spiritus ſancti voam hypoſtaſio dicentes? Nam ſi euidẽter omoi modo perſooarum differeotiam dogmatizeot, hoc tamen eſt quod à Rabellio prolatum eſt, vnum quidem atque ipſum dicentes ſecundum hypoſtaſin deum. Diuerſos aotem à ſcriptora, & differeoter perſonis aptari ſecuodum proprietatem ſublectæ * voicuique D perſonæ χρείας id eſt neceſſitatis: & oonc quidem paternas ei appooereot voces, quando tempus ipſius perſonæ eſt. Nunc autem filio dicentea, quãdo ad ooſtram diligeotiam aut alias operationes diſpenſatorias ſubingreditur. Nunc autem ſpiritus ioduit perſonam, quando tempus huiuſmodi perſonæ voces poſtulat. Si ergo & à nobis eſſe appareant aliqui vnum eſſe ſubiectum patrem & filium & ſpiritum ſanctum dicentes, tres autẽ perfectas perſooas coofitentes, quomodo noo euideotem & ſioe cootradictione pręſtare videntur probatiooem, vera eſſe quæ dicunt de nobis? Quia verò ὑπόστασιν & οὐσία, id eſt ſubſiſtentia & eſſentia noo idipſum eſt, & ipſi quantom arbitror ſigoificauerunt qui ab occidente ſunt fratres io his io quibus aoguſtiam linguæ ſuæ aſpicieotes ouſiæ oomeo græco vocabulo tradideruot. Vt ſi E qua eſt differentia iotellectus, conſeruetur ei perſpicua & incoofuſa diſtantia oominum. Si aotem oportet & oos in breui quod nobis videtur dicere, illud dicemus: Quia quam habet ratiooem id quod commuoe eſt ad id quod proprium, hanc habet eſſentia ad hypoſtaſin. Vnuſqoiſque enim noſtrum & commuoe eſſeotiæ ratiooe vt ſit participat, & iis quæ circa ipſũ ſunt propria ætatibos, ille eſt & ille: ſic & ibi eſſeotiæ quidem ratio communis, velut bonitas deitas, vel ſi quid aliud intelligitur. Hypoſtaſis autem in propria ætate paternitatis aut filiationis aut ſaoctificantis virtutis iopicitur. Si ergo ἀνυπόστατα id eſt ioſubſtaotiales dicunt eſſe perſonas, ex hoc ipſo habet ſermo abſurditatem. Si autem cooceduot iouertas ὑπόστασιν id eſt ſubſiſtentiam eſſe quod confitentur & oumerant: vt & homouſij ratio conſeruetur, & io voita te deitatis & pietatis agnitio patris & filij & ſpiritus ſancti, io ea quæ perfecta & pleoiſſima eſt v- F niuſcoiuſqoe eorum quæ nominata ſunt hypoſtaſis prædicetur. Veruntameo illud volo perſuadere veneratiooi tuæ, quia & te & omoem qui vt tu ſimiliter pro veritate curam gerit, & eos qoi pro veritate decertaot non exhooorat ſuſtioere oportet ad congregatiooem & pacem iſtam eccleſiarũ defenſores, quos ego columnas & firmameotum veritatis repoto, & tantò magis eos reoereor, quãrò magis longius expulſi fueriot pro vindicta eis appoſita iſta ſegregatiooe. Rogo igitur conſerua nobis teipſum ſine inminutione, vt habeamus io te ſaltem * repauſationem, quem in omnibus nobis bacolum & fulcimeotum domious donauit.

EPISTOLA

Marginal notes: * Eaſdem. — * Diſcedamus. — * Vel, ob eã quæ nobiſcum eſt vnitionem. — * Deſideratur aliquid — * Perdoctus. — * Deeſt aliquid. — * Fortaſſe, vnicuique. — * Requiem

EPISTOLA SANCTI BASILII AD *Ancillas Dei, incerto interprete.*

QVantum exagitauit nos primùm mœſtificus rumor auditum noſtrum circunſonans, tantùm lætificauit nos deo amabilis epiſcopus frater noſter Boſſorius meliora de veneratione veſtra referens. Dixit enim per dei gratiam omnia illa quæ commota fuerant hominum eſſe confictiones non perfectæ ſcientiæ eius quæ erga vos eſt veritatis. Addidit autẽ qui detractiones apud vos inuenit aduerſum nos impias, & tales quales illi forſitan dicunt, qui non expectant de otioſo ſermone reddere rationem omnium iudici in diem
A retributionis eius iuſtam. Ita vt gratias agerem domino, quia & ego ſanatus ſum ab ea quam de vobis calumniatoribus vt aſſolet hominibus acceperam læſionem. Et vos audiens depoſuiſſe falſas de nobis opiniones ex his quæ audiſtis fratre noſtro aſſeuerante, lætatus ſum. In iis enim quæ de ſemetipſo vobis repræſentauit, pariter oſtendit omnimodo & quod noſtrum eſt. Vnus enim in vtriſque nobis fidei intellectus eſt: quia & eorundem patrum heredes ſcimus qui in Nicea aliquãdo magnam illam pietatis euangelizauerunt prædicationem. Cuius omnia quidem alia inaccuſata patent omnibus. Homouſij autem vocem malè à quibuſdam eiectam, ſunt aliqui qui nec adhuc ſuſceperunt, quos & culpet quis iuſtè, & iterũ dignos venia diiudicet. Non enim ſequi patres, & eorum voci valentiorem ponere ſuam cogitationem, accuſatione dignum eſt ſicut præſumptionis plenum. Quod autem iterum ab aliis male diffa-
B matam eandem vocem ſuſpectam habent, iſtud aliquo modo videtur ab accuſatione eos mediocriter liberare: reuera enim qui ſub Paulo Samoſate no conuenerant detraxerunt ducto quaſi indecoro, dixerunt enim illi homouſij vocem repræſentare intelligentia eſſentiæ & ea quæ ab ipſa ſunt, vt quaſi partitam eſſentiam præſtaret homouſij eloquutio in iis in quibus diuiſa eſt. Iſtud enim de ea re quidem, & quæ ex ipſo ſunt figurata habet aliquam rationem intelligentiæ. De deo autem patre, & de deo filio non eſt antiquior eſſentia nec ſuperpoſita vtriſque cõſpicitur, hoc enim tranſcendit omnem impietatem & intelligere & dicere. Quid enim erit ingenito antiquius? Tollitur autem ex ipſa blaſphemia & ea quæ in patre & filio eſt fides: cognata enim adinuicem ſunt quæ ex imo ſubſiſtunt, & quia ex non extantibus in id quod eſt adductum eſſe filium, adhuc tunc erant qui deiecerunt, vt & hanc abſcinderent im-
C pietatem patres, homouſion addiderũt, ſine tempore enim & ſine interuallo filij ad patrem copulatio eſt. Iudicant autem & præcedẽtia verba hãc eſſe eorum intelligentiam. Poſtquam enim dixerunt lumen ex lumine, & de eſſentia Patris filium natum eſſe non factum, addiderunt iſtis homouſion, oſtendentes quia quidem quis reddiderit rationem luminis de patre, ipſa apta & de filio. Lumen enim verum ad lumen verum ſecundum eandem luminis intelligentiam nullam habet cõmurationem. Quia ergo eſt ſine principio lumen pater, genitum verò lumen filius: lumen autem de lumine vtrunque homouſion iuſtè dixerunt, vt æqualem naturæ oſtenderent dignitatem. Non enim cognata adinuicem homouſia dicũtur, quod quidam ſuſpicati ſunt: ſed quando & cauſatiuum & id quod cum cauſatiuo exiſtentiam habet eiuſdem exiſtit naturæ, homouſia & dicuntur & ſunt. Hæc autem vox & Sabellij mala corrigit, amputat enim identitatem ὑποστάσεων id eſt ſubſtantiarũ & introducit perfectam perſonarum intelligentiam. Non enim ſibiipſi aliquid eſt homouſion,
D ſed aliud alteri, & bene ſe & piè habeat & hypoſtaſeon determinãs proprietatem, vt id quod natura immutabile eſt repreſentet. Quando autem & de eſſentia patris filium eſſe docemur, & natũ non factum, non decedamus ad corporales paſſionum intelligẽtias. Nec enim diuiſa eſt eſſentia à patre in filium, nec per decurſionem generauit, nec proferendo ſicut arbuſta fructus, ſed ineffabilis eſt nec intelligibilis cogitationibus humanũ diuinæ generationis modus. Reuera enim humilis eſt & carnalis intelligentiam corruptibilem & tẽporalem aſſimulare ſempiternæ arbitrari, quia ſicut iſta corporalia, ſic generat & deus.* Similiter oportet ex contrariis accipere occaſiones ad pietatem. Quia ergo* mortalia ſic immortalis nõ ſic. Nec negare ergo oportet diuinam generationem, nec corporalibus intelligẽtiis ſordidare eorum intelligentiam. Spiritus autem ſanctus patri quidem & filio connumeratur, propter quod & ſuper creaturam eſt. Conſtitutus autem eſt, ſicut in Euangelio edocti ſumus, à domino dicente: Eũ-
E tes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Qui autem præponit illum filio, vel antiquiorem dicit patre, hic reſiſtit dei ordinationi, & alienus eſt à ſua fide, non conſeruans quem accepit glorificationis modum, ſed ſibimetipſi inaniloquium ad hominum placentiam excogitãs. Si enim ſuperior deo, non ex deo: ſcriptum autem eſt, Spiritus ex deo, quomodo antiquior eſt illi ex quo eſt? Qualis autem vecordia eſt, vt dum vnus exiſtat vnigenitus, aliquod dicere ingenito ſuperius? Sed nec vnigenito anterior, nec enim aliquid inter filium & patrem medium. Si autem non eſt ex deo, & Chriſtus eſt, nec eſt omnimodo, vnde ipſa ordinis nouitas ipſius* eſſentiæ effectionem habet; & toti fidei abnegatio eſt. Similiter ergo & impium eſt, & ad creaturam deducere diuinum ſpiritum, & ſuperponere illum aut filio aut patri, ſiue ſecundum tempus ſiue ſecundum ordinem. Quæ ergo agnouimus exquiri à veſtra veneratione, iſta ſunt. F

Si autem dederit dominus & in idipſum nos alteruttum fieri, forſitan & de iis aliquid amplius dicemus: & ipſi ex iis quæ inquiſituri ſumus, inueniemus aliquam à nobis ſatiſfactionem.

*aliquid deeſſe videtur.
* Vel mortalis.
Matt. 28.
*Exiſtẽtia

Ttt Cano-

CANONES S. P. NOSTRI BASILII ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIAE, COMMENTARIIS BALSAMONIS

Antiocheni patriarchæ explicati. Ad Amphilochium Iconij epiſcopum Epiſtola prima, Gentiano Herueto interprete.

A STulto, inquit, qui ſapientiam interrogauerit, ſapiẽtia reputabitur. Sapientis autem, vt videtor, interrogatio etiam ſtultum ſapientem efficit, quod mihi dei gratia accidit, quoties laborioſæ tuę animæ literas accepero. Nobis enim ipſis ſcientiores & prudentiores ab ipſa interrogatione reddimur, & multa quæ neſciebamus docemur, & reſpondendi ſtudium nobis doctrina efficitur. Certè enim & nunc cùm tua interrogata nũquam nobis in mentem veniſſent, coacti ſumus & accuratè conſiderare, & ſi quid à ſenioribus audiuimus, in memoriam reuocare, & iis quæ docti ſum⁹ cognata animo apud nos cogitare. Quæ itaque ad Catharos pertinent, quæſtiones & prius dictæ ſunt, & rectè admonuiſti, quòd oportet vniuſcuiuſque regionis morem ſequi, quòd variæ fuerint de baptiſmate diſſenſiones eorum qui ab B ipſis acceperunt. Pepuzenorum autem baptiſmus nullam mihi habere rationem videtur, & miratus ſum quomodo hoc Dionyſiũ, qui fuit canonicus, præterijt. Antiqui enim illum baptiſmũ ſuſcipiendum putarunt, qui nihil fidei tranſgreditur, vnde alia quidem hæreſes nominauerũt, alia vero ſchiſmata, alia παρασυναγωγὰς hoc eſt peruerſas à cõgregatione diſſenſiones. Hæreſes quidem, eos qui omnino abrupti ſunt, & in ipſa fide ſũt abalienati: Schiſmata autem eos qui propter aliquas eccleſiaſticas cauſas & medicabiles quæſtiones inter ſe diſſident. Paraſynagogas autem, congregationes quæ fiunt ab inſolentibus presbyteris, vel epiſcopis. Vt ſi quis peccauiſſe, conuictus ſit, à ſacra obeundi miniſterio prohibitus, & is canonibus ſe non ſubmiſit, ſed ſibi præſulatum, & ſacrum miniſterium attribuit: & quidam vna cum eo receſſerunt, relicta eccleſia catholica, id eſt paraſynagoga. Schiſma autem eſt, in pœnitentia aliter ſegere te quàm qui ſunt eccleſiæ. Hæreſis autem eſt, vt Manichæorum, & Valentinorum, & Marcioniſtarum, & horum ipſorum Pepuzenorum. Statim enim de ipſa in deum fide eſt diſſenſio. Viſum eſt C ergo ab initio hæreticos quidem omnino abolere. Qui ſe autem abſciderunt, qui ſchiſmatici dicũtur, vt qui adhuc ſint eccleſiæ, admittere: eos autẽ qui ſunt in paraſynagogis, conuenienti pœnitẽtia & conuerſione correctos rurſus eccleſiæ coniungere vt ſæpe ij qui in gradu collocati cum inſolẽtibus abierunt, poſtquam eos pœnituerit, in eundem ordinem admittãtur. Pepuzeni ergo ſunt apertè hæretici. In ſanctũ enim ſpiritũ blaſphemarunt, Mõtano, & Priſcillæ paracleti appellationẽ nefariè & impudenter attribuentes. Siue ergo vt

D qui homines in deos referant, ſunt condemnãdi, ſiue vt qui ſpiritum ſanctum per cõcretionẽ cum hominibus & cõmixtionẽ iniuria afficiãt, ſic quoque ſunt æternæ condẽnationi obnoxij, quòd nõ ſit concedenda blaſphemia in ſpiritũ ſanctũ. Quá ná ergo habet rationẽ verũ eorũ baptiſma iudicari, qui in patrẽ & filiũ & Mõtanũ Priſcillãque baptizãt? nõ enim baptizati ſunt, qui nõ in nobis tradita baptizati ſunt. Quare etiam ſi hoc magnum Dionyſiũ præteriit, nobis tamẽ nõ eſt ſeruãda erroris imitatio. Ipſa enim abſurditas eſt omnibus aperta, & euidẽs, qui modo rationis vel parua ex parte ſũt participes. Cathari ſunt & ipſi ex iis qui ſunt abſciſſi. Verũ enimuero antiquis viſum eſt, Cypriano dico, & noſtro Firmiliano, eos omnes vni calculo ſubiicere, Catharos, & Encratitas, & Hydroparaſtatas, quoniam ſeparationis quidem principiũ, per ſchiſma, qui autẽ ſe ab eccleſia abiũxerũt, non habẽt amplius in ſe gratiã ſpiritus. Defecit enim traditio, quòd diſciſſa ſit cõſequentia: qui enim primi receſſerũt, ordinationẽ à patribus habebãt, & per manuũ impoſitionẽ habebãt ſpiritalẽ gratiã. Qui autẽ abrupti ſunt, laici effecti nec baptizãdi, nec ordinãdi habẽt poteſtatẽ, vt qui nõ poſſint amplius ſpiritus ſancti gratiã aliis quoque præbere à qua ipſi exciderũt. Quare eos qui ab ipſis baptizati erãt, tanquã à laicis baptizatos, iuſſerũt ad eccleſiã, venientes vero eccleſiæ baptiſmo E expurgari. Sed quoniã nõnullis Aſiaticis omnino viſum eſt propter multorũ œconomiã & diſpẽſationẽ, eorũ baptiſma ſuſcipi, ſuſcipiatur. Encratitarũ autẽ facinus oportet nos intelligere, quod vt ſe reddãt nõ ſuſciptẽdos ab eccleſia, aggreſſi ſũt deinceps proprio baptiſmati relinquere. Vnde ſuá quoque cõſuetudinẽ deleuerũt. Exiſtimo ergo, ꝙ quoniã nihil eſt de his apertè dictũ, oportet nos eorũ baptiſmũ abrogare, & ſi quis ab eis acceperit, eũ ad eccleſiã accedẽtẽ baptizare. Quòd ſi hoc vniuerſali œconomiæ ſit impedimẽto futurũ, rurſus cõſuetudine vtẽdũ eſt, & ſequi oportet patres, qui quę ad nos pertinẽt prouiderũt. Vereor enim ne vt eos volumus circa baptiſmũ tardos facere, eos qui ſeruãtur impediamos propter tarditatem mãdati. Sin autẽ illi noſtrũ baptiſmũ ſeruant, hoc F nẽ nobis ægrè ſit: neque enim illis gratiã reddere tenemur, ſed canonũ ſubtilitati ſeruire. Omni autẽ ratione ſtatuatur, vt qui ex illorũ baptiſmo accedũt, vngãtur ſcilicet in fidelibus, & ſic ad myſteria accedãt. Scio autẽ, quòd fratres Izoẽ, & Saturninũ, qui erãt ex illorũ ordine, in epiſcoporum cathedram ſuſcepimus. Quare eos qui illorũ ordini coniuncti ſunt, non amplius poſſumus ab eccleſia ſeparare, vt pote tanquam canone aliquo cõmunionis cũ ipſis edito per epiſcoporũ ſuſceptionẽ.

BALS.

B A L S. Poſtquam fecit ſanctus proœmium, & ſe quidem ad vltimam humilitatem redegit, ſanctū autem Amphilochium, qui interrogationes fecerat valde lauda uit, reſpōdit de iis quæ fuerat interrogatus, & dicit, quod an oporteat baptizari Nouatianos, qui etiam ſe ipſos Catharos nominant, diuerſæ ſententiæ proceſſerunt, quemadmodum tu quoque commonuiſti, & placuit ſequi morem vniuſcuiuſque regionis. Deinde de Pepuzenis reſpōdere incipiens, docet quid ſit hæreſis, & quid ſchiſma, & quid paraſynagoga, & hæreticorum quidem baptiſma dicit penitus aboleri, eorum autem qui ſe abſciderunt ſeu ſchiſ-

A *maticorum admitti: eos autem qui per paraſynagoga ſeiūcti ſunt, rurſus eccleſiæ coniungi pœnitentiam agentes vt etiam ad priores gradus ſæpe admittantur. Pepuzenos ergo, vt qui in ſanctum ſpiritum blaſphement, & Motano, & Priſcilla Paracleti appellatione tribuant, dicit eſſe hæreticos. Encratitas autē, & Hydroparaſtatas quemadmodum & vltimus ſecundæ ſynodi canon definit, non rebaptizandos pronunciauit, ſed ſancto Chriſmate inungi, & ſic eſſe ſacramentorum participes, & exiſtentes epiſcopos in ſuos thronos ſuſcipi. Et ſunt Encratitæ quidem, qui nuptias reiiciunt, & eas Satanæ eſſe dicunt, & omnem animatorum eſum prohibent. Nouatiani qui & Cathari dicti ſunt, à Nouato quodam Romano, qui Bigamos abhorrebat, & pœnitentiam non admittebat, Hydroparaſtatæ autem, qui aquam incruento ſacrificio offerebant, & nuptias fornicationem appellabant.*

Ca. ij. Quæ de induſtria fœtum corrupit, cædis pœnas luat. Formati autem vel informis ſubtilitas à nobis non attenditur: hic enim non ſolum quod naſcendum eſt vindicatur, ſed etiam ipſa quæ ſibi inſidias parauit, quoniam vt plurimum eiuſmodi incœptis vnà quoque mulieres intereunt. Ei au-

B tem accedit fœtus quoque interitus, alia cædes, eorum quidem certè, qui hæc audent, exiſtimatione. Oportet autem non vſque ad obitum eorū confeſſionem extendere, ſed decem quidem annorum menſuram admittere. Definire autem nō tempore, ſed modo pœnitentiæ medicinam.

B A L S. De iis quæ fornicantur, & ſuos fœtus perimunt medicamētis, vel aliquo alio modo, dictum eſt in x. cap. xiij. tit. Nomocanonis Photij. Præſens autem canon decernens eas quæ tale quid agunt homicidarum pœnis ſubiici, adiicit non eſſe differentiam vllam abortiui fœtus: ſiue enim eſt informe quod abortu eiectum eſt, ſiue formatū & quod habet hominis characterem, eadem eſt ratio. Hoc autem dictum eſt propter eos qui dicunt, quod quoniam ſemen in matricem deiectum, non ſtatim formatur in hominem, ſed prius quidem fit ſanguis, deinde in carnem humanam concreſcit. Deinde effingitur, & formatur in mēbra & partes, non ſit cædes quando abortio facta fuerit fœtus qui nondum eſt formatus. Præterea adiicit ſanctus, quod non ſolùm propter fœtus interitum ſit cædis vindi-

C *catio, ſed etiam propter inſidias, quas ſibi parauit mulier grauida. Vt plurimum enim matres quoque vnà pereunt propter eiectionem. Pœna autem, inquit, ne extendatur vſque ad finem vitæ eiúſque cædem perpetrauit, ſed in decē annos. Porro tale quoque tempus licet ſit à canone conſtitutum, oportet tamen medicinam, non tempore, ſed modo circunſcribi: ſcilicet ſi quæ peccauit quidem, pœnitentiam aſpernari videatur, non ſolum decennium finietur, ſed etiā augebitur. Sed ſi ſerio agat pœnitentiam, decennium quoque minuetur. Atque hæc quidem præſens canon. Tu autem lege xci. can. ſyn. in Trullo & quæ in eo ſunt, & finē lxxx. canonis præſentis epiſtolæ, & ſcies quod non ſolum quæ fœtum in vtero corrupit, ſubiicitur canonico homicidæ ſupplicio, ſed etiam quæ dat venena fœtus peremtiua & quæ habet, & quæ accepit etiam ſi fœtum nō peremerint. Cùm autem præſens canon hanc mulierem decennali ſupplicio puniat conſequenter xxi. canonis Ancyranæ ſynodi, & lvij. c. S. Baſilij ſic apertè dicentis, Qui non ſponte interfecit xi. annis non ſit ſacramentorum particeps, dicunt quidem inuoluntariam cædem perpetrare eam quæ data opera fœtum qui erat in vtero corrupit. Mihi autem videtur eam voluntariā quoque cædem perpetrare, vt hoc ex fine octaui canonis oſtenditur, & eam etiam loco eius haberi quæ ſibi mortem conſciuit, ſi ea ratione perierit: voluntariæ autem cædis ſupplicio non ſubiici, quod in rerum natura non ſit fœtus qui eſt in vtero: & quòd non male affecta mortem molita ſit, ſed propter metum non illiberalem, parentibus fortè vel domino, vel aliquo alio periculo* D

minitante. Quod autem corrumpatur, & fœtus qui eſt in vtero, & infans in lucem egreſſus, manifeſtum eſt ex lib. Exodi: dicit enim hic liber Moſaicus, Si duo viri pugnēt, & prægnantem mulierem percutiant, & egreſſus fuerit infans non formatus, ea pœna mulctabuntur, quam mulieris maritus impoſuerit. Sin autem formatus fuerit, dabit animam pro anima. Ex xxxiij. can. & lij. dicit enim, Quæ ſui fœtus curam non geſſerit, veluti cædis accerſatur. At qui quæ per negligentiam fœtum eiicit, tāquam homicida reputabitur. Ex his ergo pulchrè elicitur, quòd quæ fœtum ſuum corrupit, voluntariorum homicidarum pœnis non ſubiicietur.

Diaconus poſt diaconatum fornicatus, à diaconatu quidem eiicietur, in laicorum autem locū extruſus, à communione nō arcebitur, quoniam antiquus eſt canon, vt qui à gradu exciderūt, hoc ſolo punitionis modo puniantur, primis, vt exiſtimo, legem illam ſecutis. Non vindicabis bis in id Can. iij.

ipſum: & etiam propter aliam cauſam, quod qui B ſunt quidem in ordine laico, à loco fidelium eiecti, rurſus in eum ex quo ceciderunt locum recipiuntur. Diaconus verò, ſemel habet quod ſufficiat, depoſitionis iudicium. Tanquam ergo ei nō reddendo diaconatu, in ea ſola punitione ſteterunt. Hæc quidem ſunt quæ ex conſtitutionibus habentur. In ſumma autem verior eſt medicina, receſſus à peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam vilipendit, per carnis afflictionem, & in omnis generis ſeruitutem ad temperātiam, à volup. deficiens à quibus fuit oppugnatus perfectam ſuæ curationis demonſtrationem efficiet. Nos ergo vtrūque ſcire oportet, & quæ ſunt ſūmi iuris, & quæ ſunt cōſuetudinis: ſequi autē in iis quæ ſummū ius nō admittūt, formam traditā.

B A L S. Viceſimus quidē quintus canon apoſtolicus, & præſens de epiſcopo, & diacono dicit: ſed xxxij. canon S. Baſilij decernit quēuis ſacratū, ſi peccatū ad mortē pec- E

cauerit, deponēdū: nō tamē à fideliū etiā communione, ne ſcilicet in eccleſia congregetur, ſeparari. Hic autē dicit ſāctus duas eius rei cauſas: vnam quidem illud, Non vindicabis bis in idipſum: alteram vero, quod laici quidem propter ſua peccata à fidelium congregatione excidentes, per pœnitentiam rurſus in priſtinum locum reſtituūtur: ſacrati autem non amplius reuertuntur ad ſacerdotium à quo exciderunt. Tanquam ergo ſufficiens habentes pro ſuis peccatis ſupplicium depoſitionem, à communione non arcentur. Sed ſunt hæc canonicarum, inquit, conſtitutionum. Eſt autem vera peccati medicina, ab ipſo receſſus. Etſi enim qui fornicatus eſt depoſitus fuerit, non conſequenter ita punitus eſſe videtur: vt etiam miſericordiam à deo conſequatur, ſi adhuc in peccato perſeuerauerit, nec deum alia con-

triſtione placaueris. Quare debet huius animæ vulnera, medicus ſcire quidem, & ſummum ius, ſcilicet punitionẽ clerici, qui fornicatus eſt per depoſitionem: eam tamen non neceſſario ſequi, vt eum etiam qui poſt depoſitionem fornicatur, impunitum relinquat, vt iam per depoſitionem punitum, ſed vt etiam eum ſegreget quæ laici locum ſubiit, & aliter eum puniat pro eius facultate cui medicina præbetur. Lege & 59. canonem huius epiſtolæ, qui fornicatorem ſeptem annis punit.

Can. iiij.

Trigamorum, & polygamorum eundem canonem definimus, quem in digamis pro proportione. Annũ enim in digamis, alij vero duos annos. Trigamos autem ſæpe tribus & quatuor annis ſegregant. Id autem non amplius coniugiũ, ſed po- A lygamiam appellãt, vel potius caſtigatam fornicationem. Et ideo dominus Samaritanæ quę quinque maritos iam habuerat. Quem nunc, inquit, habes non eſt maritus, nempe quòd digni nõ ſint qui à digamiæ menſura exciderunt, vt vel mariti, vel vxoris nomine appellentur. Conſuetudine autem accepimus in Trigamis quinquennij ſegregationem, non à canone, ſed ab eorum qui pręoccuparunt conſequentia. Oportet autem non eos omnino arcere ab eccleſia, ſed dignari auditione duobus, vel tribus annis: & poſtea permittit quidem conſiſtere, ſeu in fidelium eſſe congregatione, à boni tamen communione abſtinere, & ſic poſtquam pœnitentiæ fructum vllũ oſtenderint, communionis loco reſtituere.

BALS. Poſtquam dixiſſet hic magnus pater antiquos patres ne coniugium quidem nominaſſe trigamiam, ſed polygamiam, vel potius caſtigatam fornicationẽ, ſeu nõ effuſam & paſſim ſine vllo diſcrimine peruadentem, ſed con- B *tractam, & in vna muliere circunſcriptam, & ſcripturæ dictis probaſſet, trigamiam non eſſe matrimonium, ſubiũxit, eam quoque puniri conuenienter digamiæ, proportione vtriuſque habita, vt ex hoc loco appareat trigamiã, ſicut & digamiam non ſeparari, ſed puniri. Sed digamiam quidem ij. annis: trigamiam verò v. ſtare autem in loco audiẽtium iij. annis, & poſtea cum fidelibus conſiſtere ad quinquennium vſque trigamos, & ab eo tempore oſtenſis fructibus dignis pœnitentia in communionis locum reſtituere atque hæc quidem ſactus. Vnionis verò deciſio, tomus qui ſactus eſt ſub Conſtantino Porphyrogenneta, & Romano, Conſtantino quidem imperante, ſocero autem eius Romano patris imperatoris auctoritatem ac dignitatem obtinente, anno 6429. indictione 9. & qui ſingulis annis legitur in ſuggeſtu, menſe Iulio, hæc dicit circa finem, Deinceps autẽ communi ſententia ac iudicio pronunciamus, ex præſenti anno, qui eſt 6429. ind. 9. neminem oportere ſe quarto matrimonio iungere, ſed eſſe omnino reiiciendum: & ſi quis ad eiuſmodi coniugium venire voluerit, eſſe omni eccleſia-* C *ſtica congregatione priuatum, & ab ipſo in ſanctum templum ingreſſu alienum, donec in coniugio permãſerit. Hoc enim etiam ſanctis patribus, qui nos præceſſerunt, viſum eſt. Nos verò etiam ſententiam apertiorẽ reddentes, ipſum vt à Chriſtiana republica alienũ abdicamus. Ac ſic quidem de quarto matrimonio. Vt autem quæ ad alia quoque matrimonia pertinent decẽtius conſtituantur, & nõ Chriſtiana vita indignam inſtitutionẽ habeant, de tertio quoque matrimonio definiamus, vt non abſolutè ac ſimpliciter & temere perficiatur. Etenim à patribus quidem vt ſordes permiſſum eſt, non ſic tunc quidem vt nunc, re citra vllum ruborem impudenter peracta, & indiſcriminatim contracta: ſed quemadmodum ſi quis qui in domo in angulum inciderit, multas ſæpe ſordes ſitas viderit, nunc autem quando libertatem accepit, & perinde ac ſi nihil habeat dedecoris, & ſordis reputatur, rectè dictum eſt hoc repurgare, quemadmodum, & turpitudinem non in angulum coniectam, ſed in ædibus diffuſam, nullo modo permittimus, ſed repurgamus, & quod moleſtum eſt & indecorũ ab eo reiicimus, & humanæ cedentes infirmitati, honeſtæ tu autem Chriſtianæ vitæ conuenientis curam gerentes, hoc in tertiis nuptiis ſeruandum ſtatuimus. Vt ſi quis qui xl. annum exceſſerit, & nec naturam reueritus, nec honeſtæ vitæ quæ à Chriſtianis debetur, vllam curam gerens, ſed ſola libidinis perturbatione victus, ſe in tertium matrimonium proiecerit, is cum omni diligentia & obſerua-* D *tione ſit vſque ad quinquennium ſacramenti communionis minime particeps, & nec hoc tempus illi contrahatur. Qui enim poſt annum xl. ſordem in Chriſti eccleſia eſſe vel dici amauit, quod melioris vitæ argumentum præbebit, propter quod tempus ſacramentorum participationis ei cõtrahatur. Sed & poſtquam impollutæ participatione dignus habitus fuerit, non erit ei permiſſum in alio tempore ad participationem accedere, quam in ſola ſalutari Chriſti, & domini noſtri reſurrectione propter ex præcedente ieiuniorum abſtinentia repurgationem. Hæc autem dicimus, quando ex prioribus matrimoniis non fuerint liberi iis qui poſt xl. annum tertiam vxorem ducere voluerint. Nam ſi liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium. Et enim valde iniquum tempeſtiuæ libidini indulgere, priorum autem matrimoniorum liberis non proſpicere, vt ſint ſecuri, & à moleſtia, & à perturbatione remoti, quæ ſolent euenire hominibus ex filiorũ multorum ſuſceptione. Quod ſi quis xxx. annos natus, & ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertiæ mulieri coniunctus fuerit, is quoque nulla ei venia data ad iiij. vſque annum communionis ſacramentorum ſit expers, quia manifeſtum eſt eum ſola intemperantia motum, & quod ſit* E *carnalis libidinis ſeruus, ad hoc ſe matrimonium conferre & poſtquam etiam ſacramẽtorum participatione dignus fuerit habitus, ſemel quidem in ſalutari Chriſti & domini noſtri reſurrectione: ſecũdo autem in dormitione immaculatæ dominæ noſtræ deiparæ: & tertio in natali Chriſti & dei noſtri, quod in his præcedat ieiunium, & eius vtilitas: ſin autem non ſint liberi, quia liberorum ſuſceptionẽ deſiderare facile eſt, condonandum, & ſola ea pœna quæ ab initio & huc uſque ſeruata eſt, in eum animaduertetur. Hæc etiam de tertio matrimonio. Atqui nec ſecundũ nec primum extra cautionem adhibitam relinquimus, ſed & illa ſic cõtrahi ſtatuimus, vt nullam malam cauſam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandeſtino cõcubitu, ſed legitimè, & ab iis qui ab eiuſmodi inquinamento & fornicatoria impuritate mundi ſunt. Si quis ergo prædictis conſtitutionibus neglectis, ad matrimonij cõſuetudinem primam, vel ſecundam proceſſerit, eum Chriſti eccleſia, quæ eſt pura, immaculata, & ſine ruga, ſalutaribus examinationibus ſubiicit, nec prius ad diuinorum my-* F *ſteriorum participationem admittit, quam definitum ipſum in fornicatione tempus expleuerit, niſi fortè neceſſarius è vita exceſſus vrgeat, donec ſcilicet vij. annus cõpletus fuerit. Sacerdos autẽ, qui auſus fuerit, præter id quod ſtatutũ eſt, diuina participatione aliquem dignari, de proprio gradu in periculum veniet, eo videlicet qui præter formam conſtitutam diuina communione dignus eſt habitus ad excommunicationem redacto, vſque ad vij. anni complementum. Sed hæc quidem vt oſtenſum eſt, ab iis qui olim imperauere facta ſunt. Hũ. autem patris & filij & ſancti ſpiritus gratia & puriſſima dei matris & magni cæleſtis militiæ principis interceſſionib. eos qui nonaginta ante annis pro cauſa & occaſione prius oſtenſa abrupterant*

rant ſacerdotes, & monachos, à deo coronatorum imperatorum noſtrorum, Romani & Conſtantini, connuxit & vniit imperium, & vnam fecit catholicam & apoſtolicã eccleſiam: unde meritò ſunt prædicandi & laudandi, qui tam pium opus, & tam dignum compleuerint. Cum canõ & nouella hac ſtatuerint, eccleſia huc uſque noſtris temporibus tertium matrimonium fieri non permiſit, neſcio quam ob cauſam.

Can. v. Hæreticos, qui in exceſſu è vita pœnitentiam agunt, recipere oportet, recipere autem, non ſine iudicio, ſed examinantes, an veram pœnitentiam oſtendant, & ſi fructus habent qui ſalutis ſtudium teſtificentur.

A *BALS. Præſens quidem canon ſtatuit hæreticos, qui in fine vitæ fuerint, & pœnitentiam petierint admitti, prius examinatos, an verè agant pœnitentiam, ſcilicet an à ſuis dogmatis deſciſcant, & fructus pœnitentiæ oſtendant. Alij autem canones, etiam hæreticos, qui ſani ſunt accedentes, & examinatos, ſimiliter admitti iubent.*

Can. vi. Canonicorũ fornicatio pro matrimonio non reputetur, ſed eorum coniunctio omnino diuellatur. hoc enim & eccleſiæ ad ſecuritatem eſt vtile, & non dabit hæreticis aduerſus nos anſam, quod propter peccandi libertatem ad nos attrahamus.

BALS. Canonicos eos dicit, qui in canone enumerantur clericos, ſcilicet monachos, monachas, & quæ virginitatem profeſſæ ſunt. Si quis ergo ex his fornicatus fuerit, non permittetur ei deinceps peccare. Eſt enim veriſimile canonicum qui peccauerat, ſacerdotio motum ob fornicationẽ dixiſſe, Quoniam à dignitate excidi, voluptate certè perfruar: & ſi mulier cum qua peccauit in ſocietate & cõſortio coniugali. Lex enim dicit in lib. xxviij. tit. iiij. cap. xvi. Qui cum libera quæ non quæſtus gratia facit ſui corporis poteſtatem, habet conſuetudinẽ, ipſam non cõcubinam, ſed

B *vxorem habere videtur. Hoc inquit, non eſt permittendũ, ſed eorum coniunctio eſt omnino ſeparanda, & à ſe inuicẽ ſeiungenda. Quoniam leges in laicis locum habent, & hoc eſt eccleſiæ vtile. Si ipſi enim à libidine alienati fuerint, nec alij audebunt tale quid facere, vt quibus non ſit peccare permiſſum poſt eccleſiaſtica dignitatis adeptionem. Sed hæreticis quoque non dabitur aduerſus nos anſa, vt dicãt quod propterea poſt fornicationem permittitur fornicatoribus peccare, vt ab alius ſectis propter corporis voluptatem ad noſtra attrahantur, & alliciantur. Et hæc quidem ſa-ctis ſpecies rectè ponitur, quod ad clericos attinet. Quod ad monachos autem, & virgines, & monachos non ſacratos attinet, quoniam eis honoris ablatio non inducitur, eos dixerit quiſpiam legem ſuperius poſitam magis poſſe pro ſe adducere. De monachorum autem fornicatione & virginum deo dedicatarum, lege ſyn. vi. can. iiij. S. Baſilij can. xviij. xx. lx. & lib. iiij. Imp. tit. pr. cap. v. quod poſitum eſt in xxx. cap. nono. tit. Nomoc. phocij. Lege & cap. viij. xxx-vij. tit. lx. lib.*

Can. vij. Maſculorum & animalium initores, & homicidæ & venefici, & adulteri, & idololatræ, eadẽ cõ-

C dẽnatione digni habentur. Quare quã in aliis habes formam, in iis quoque ſerua. Eos autẽ qui in xxx. annis propter immunditiam pœnitentiã egerunt, & ignorantia fecerunt, nos quidẽ nec eos eſſe recipiẽdos dubitare oportebat. Nã & ignorãtia eos venia dignos facit, & ſpõtanea cõfeſſio, & tẽporis diuturnitas. Ferè enim tota hominis ætate Satanæ traditi ſũt, vt diſcãt nõ ſe turpiter gerere. Quamobrẽ iube eos abſque dilatione ſuſcipi, maximè ſi lachrymas habeant, quæ tuam clemẽtiam moueant, & vitam miſericordia dignam oſtẽdãt.

*BALS. Alij magni patris canones ſic definiunt, & quot annis puniri debeant, qui in præſenti can. comprehenduntur. Præſens autem canon, etiam ſi dicit eos eadem condemnatione dignos, non tamen de pœnarum generibus intelligendus eſt: alio enim & alio modo puniuntur, & claram quod ipſorum condemnationem, in formam quæ conſecuta eſt diſtulerunt. Eos autem eadem condemnatione dignos eſſe habitos dictum eſt, quòd omnes quatuor pœnarũ locis ſubiicerentur, & ea in re ſimiliter puniri. Quoniam autem nonnulli qui inceſtum per ignorantiam commiſerũt (hæc eſt enim immunditia, quæ in canone comprehenditur & non reliqua peccata, vt quæ nec ſua natura poſſint per ignorantiam committi) cum xxx. annis pœnitentiam egiſ-*D *ſent admitti volebant, dicit ſanctus eximde eos eſſe recipiedos, probabiles quoque cauſas inducens. Debet autem idololatras hic intelligere præſtigiatores Chriſtiani enim, qui idolis ſua ſponte ſacrificarunt, debent tota vita pœnitẽtiã agere. Illi autem dicuntur traditi eſſe Satanæ, qui à Chriſtianorum communione ſeparantur. Qui tanto ergo tempore ſeparati fuere, Satanæ veluti traditi ſunt.*

Qui ſecuri in ira aduerſus vxorem ſuam vſus eſt, eſt homicida. Rectè autem me admonuiſti, & vt tuam ſapientiam decuit, vt fuſius de iis dicerem, quoniam multæ ſunt in voluntariis, & inuoluntariis differentiæ. Eſt enim omnino inuoluntarium & multum ab eo qui incœpit remotum, vt qui lapidem in canem vel arborem iaceret, hominem aſſequeretur. Et enim in animo beſtiam vlciſci, vel fructum excutere, ictum autem caſu ſubiit is qui in in ipſum tranſeundo incidit. Quare hoc quidem certè eſt inuoluntarium. Inuoluntarium autem eſt, & ſi quis volens aliquem in melius cõuertere, loro, vel virga non dura eum percutiat, mortuus autem ſit qui percuſſus eſt. Propoſitum enim hic conſideratur, quod peccantem corrige-E re volebat, non autem interimere, eſt illud quoque & ex inuoluntariis, vt quiſpiam in pugna ſe ligno vel manu acriter defendens in præcipuas partes ictum torqueat, vt eum lædat, non vt omnino interficiat. Sed hoc quidem ad voluntarium magis accedit. Qui enim eo inſtrumẽto ad ſe defendendum vſus eſt, vel qui acriter minimèque parcens ictũ infliait, ſatis præ ſe tulit ſe animi perturbatione victum homini non pepercifſe, ſimiliter & qui ligno graui, & qui lapide maiore, quã pro viribus humanis vſus eſt, inuoluntatiis annumeratur, vt qui aliud quidem voluerit, aliud vero fecerit. Ita enim commotus eum ictum intulit ita vt percuſſum interficeret: quanquam is fortè cõtendebat eum humi affligere, & conterere, non autem penitus morte afficere. Qui autem enſe vel aliquo alio eiuſmodi vſus eſt, nullam habet excuſationem: & maximè, qui ſecurim iaculatus eſt. Neque enim manu percuſſiſſe videtur, vt in eo eſſet ictus moderatus, ſed iaculatus eſt, vt & ferri grauitate, & acie & vehementi per magnum F ſpacium motu neceſſario fieret perniciofus ictus. Ruſus autem omnino eſt voluntarium, & quod nullam habet dubitationem, quale eſt quod fit & à latronibus, & à bellicis incurſionibus. Illi enim propter pecunias interimunt, probationẽ fugientes: & qui bella gerunt, ad cædes faciendas accedunt, nõ terrere, nec caſtigare, ſed aduerſarios palam & ex profeſſo interficere ſtatuẽtes. Atqui, & ſi propter aliquam aliam cauſam curioſum medi- Can. viij.

camentū quis miſcuerit, & interfecerit, id inter volūtaria ponēdū eſt, vt fere faciūt mulieres, quæ quibuſdam incantationibus, & amuletis, ad ſuum amorem attrahere conantur, & dant eis medicamenta, quæ mentibus tenebras, & caliginē offundunt. Hæ ergo ſi interfecerint, etiā ſi aliud volētes aliud fecerint, tamen propter curioſum & prohibitum exercitium inter voluntarias homicidas reputabuntur. Itaque, & quæ abortum cientia præbent medicamenta, ſunt & ipſæ homicidæ, ſicut & quæ fœtus necantia venena accipiunt. Hęc qui-
A dem hucuſque.

BALS. Interrogatus ſanctus, an ſit homicida, qui ſecurim iaculatus in propriam uxorem, eam percuſſit, pronunciauit eum eſſe voluntarium eius homicidam. Deinde facit differentiam voluntariarum & inuoluntariarum cædiū, & eum qui lapidem in beſtiam vel arborē iaculatus eſt, tranſeuntem autem illac hominem fortè percuſſit, eúmque qui loro, vel leui virga aliquem docendi eum gratia percuſſit, ſi percuſſus mortuus fuerit, cædem inuoluntariam feciſſe appellat. Eum autem qui in contētione aliquē virga duriore percuſſerit, vel in eo percutiendo manus non pepercerit, etiamſi eū qui percuſſus eſt, interficere noluerit ſed vel tantum lædere, vel ſe defendere, dicit ad eū qui cædem fecit volūtariā, proximè accedere, eo qui percuſſus eſt mortuo. Eū quoque qui ligno graui, & magno lapide vſus aduerſus aliquem, eum interfecerit, cum nollet interficere, inuolūtarium homicidam definit. Eum autem qui quouis enſe aduerſus hoſtes & latrones vſus eſt, voluntariū homicidam pronunciat, ſicut & eos qui curioſa dant medicamenta, & abortum cientia. Atque hæc quidem canō. Tu autem lege xxvi. cap. ix. tit. Nomoc. Photij. & quæ in eo
B *ſcripta ſunt de homicidis. Similiter lege & ij. canonē huius ſancti. Quia autem de homicidis, & veneficis non pauca tractat xxxix. tit. lx. lib. eum quoque lege: quin etiā ij. thema eiuſdem tit. & lib. quòd hæc expreſſe tractat: Qui interficere conſtituerat, & ſi non interfecerit, ſed vulnerauerit, eſt homicida: & qui noluit interficere, etiam ſi interfecerit, non eſt homicida. Affectio autem ex inſtrumēto quod percuſſit, probatur. Dixerit quiſpiam, ei capiti aduerſari præſentem canonem decernentem inuoluntariæ cædis crimini ſubijci eum qui lapidem in canem vel arborem iaculatus fuerit, & hominem fortè occiderit. Dicimus ergo, quòd dicta lex quæ de cæde voluntaria docet, eū qui nō data opera interfecit, non nominat voluntarium homicidam. Eſt autem hic inuoluntarius homicida, ſicut præſens quoque decernit, & punitur ſecundum thema ante penultimum xvi. cap. li. tit. lx. lib. & ſecundum v. cap. xxxix. tit. eiuſdem lib. definiētem eum etiam qui per delicias, & ludum interfecit, in quinquennium exterminandum. Ita concorda caput legis, & canonem. Et nota ex canone & lege, quòd inuoluntarius quidem homicida ex euentu, ſeu*
C *cæde condemnatur: voluntarius autem, ex ſolo propoſito. Etſi enim non interfecerit, vt homicida, punitur propter ſolum propoſitum. Nam & xij. cap. dicti xxxvi. tit. dicit, Nihil refert an occidas, an mortis cauſam præbeas. Voluntariorum autem homicidarum pœna oſtenditur in penultimo themate iij. ca. xxxvi. tit. quod dicit, Pœna aduerſus homicidas, in iis quidem qui ſunt bonæ exiſtimationis, eſt relegatio, & perfecta publicatio: in vilibus autem & abiectis, enſi & beſtiis obijci. Quia autem de voluntariis homicidis menſe Aprili ind. xiij. à potentiſſimo & ſancto Imperatore noſtro domino Emanuele Comneno, nouella edita eſt, eā manda memoriæ, quæ ſic habet, poſt proœmiū ſic tractans, Iubet ergo omnibus qui ſunt in regionibus iudicibus, & militaribus quæ ſunt in eis copiis, & earum ducibus, vbi fuerit cædes voluntaria, & tale quidpiam auſus fuerit aliquis, vt omnes ſtatim excitentur ad apprehendendum homicidam, & eum vinctum mittant ad Imperatoriam circumſpectionem, vel ſi ea abſit, ad dei obſeruatricis magnæ vrbis præfectum, vt ipſe in cuſtodiam publicam introducatur, & tam in corpore quam in bonis ſecūdum legum & Nouellarum conſtitutionum poteſtatem puniatur, & alia ſupplicia ſubeat, ſcientibus his omnibus quod ſi probatum fuerit potuiſſe quempiam homicidam apprehendere, & non fecerit, eum non ſecus condemnandū quàm ſi imperio inſidiatus fuerit: ſin autem latuerit fortaſſe quiſpiam, & ad ſanctiſſimam dei magnam eccleſiam confugerit, poſtquam pœna eccleſiaſtica aduerſus eum pro-* D
ceſſerit, ex legali obſeruatione eo quidem præſente qui regina vrbium imperium obtinet, ab eo mittetur in regionem, quam cenſuerit, vt totum vitæ ſuæ tempus illic trāſigat, nec illinc effugiat vt recurrat in eum locum in quo facinus execrandum admiſit. Abſente autem fortè Imperatore, à præfecto, vt dictum eſt, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, & illic vitæ ſuæ tempus peraget. Sin autem non ſolum voluntarie, ſed etiam præmeditato, captóque conſilio cædem perpetrauerit, non cogetur ex prædicta regia conſtitutione tonderi. Si enim eum qui ſua ſponte ad tonſuram accedit, non eo ipſo ſtatim admittit canonica ſubtilitas, ſed ei ſufficiente tempore attributo, & per ipſum mente eius acceſſit firma, & ſtabilis examinata, ſi quidem hominem inuenerit in eo quod primum habuit propoſito perſeuerantem, & monaſtico habitu, & corporis mortificatione ſe impigre præparantem, bonis quoque operis ei affert complementum, eo in monaſticā inſtitutionem ſtatúmque ſuſcepto: quomodo non fuerit à E
*ratione alienum, & à legibus ſpiritalibus diſſidens, aliquem neceſſario tondere, eúmque homicidam, quem deus eo vſque reliquit vt etiam manus fraterno ſanguine pollueret? Timendum eſt etenim, ne inuitus vitam Angelicam ingreſſus, eáque vi ſuſcepta, venerando habitu in ludibrium vtatur. Qui enim homines leuiores in * dementiam inciderunt, in peſſimas & peruerſiſſimas actiones ſuapte natura aggrediuntur. Loco ergo tōſuræ ſtatuit mea Imperialis maieſtas, vt qui voluntariam cædem capto cōſilio perpetrauerit, in cuſtodia toto vitæ ſuæ tempore degat: & nec illinc quidem educatur iuſſu fortè imperatorio per obliuionem exhibito. De eorum autem facultatibus fiat, ſicut iuſſit Imperator memoratus. Quia autem plures homicidæ qui cædem meditato, & conſilio capto perpetrant, ad ſanctiſſimam dei eccleſiam poſtea accedentes, non vt facta eſt a ſe, ſed vt ad ſuam facit vtilitatem cædem confitentur, iubet mea Imperialis ſublimitas, vt à ſanctiſſimo huius temporis patriarcha ad regionis Antiſtitem, & qui ei ſubeſt clerum, quin etiam ad re-* F
gionis iudicem cum pœna ſcribat, & quemadmodum factam eſſe cædem ex illius reſcripto intellexerit, ita eam quoque perſequatur: & non eum qui capto conſilio cædem facit propter falſam ſuam confeſſionem, ad eaſdem pœnas, & eadem ſupplicia admittat, ad quæ, qui fortuito & improuiſo in tale aliquod crimen incidit. Si quis autem homicida, qui ad ſanctiſſimam magnam eccleſiam confugerat, & vel perpetuo exilio condemnatus vel in vinculis eſſe, vel in perpetua eſſe cuſtodia toto vitæ ſuæ tempore iuſſus erat, ſolutus inuentus fuerit in loco vbi cædem perpetrauit ambulare, vinctus ab exactore qui eſt in regione, ad meam Imperialem ſublimitatem mittetur,

& quæ-

* [illegible]

& quæcunque quidẽ res tunc ei inuenta fuerint, exactori in lucrum cedent, & ei qui homicidam indicauit ex æquo diuiſa. Omnino autem curæ erit iis qui ſunt in ſanctiſſima magna eccleſia illorum iudicibus, vt cum conuenienti canonica ſeueritate crimina cædis puniant, & tempora non temere contrahant, nec plusquã par ſit in iis quæ non decet, ſe leues & clementes præſtent. Imperiales autẽ meæ conſtitutiones exempla, ab iis qui præſunt iudiciis deſcripta, miſſa ad eccleſias quæ ſunt in regione, ibi reponentur, vt eorum quæ ſunt conſtituta omnes ſcientiam habeant,
A *vt faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quod ſi is qui capto conſilio cædem fecit, tonſuram ſua ſpõte elegerit nõ abſque probatione, inter monachos cooptabitur, ſed ſufficienti tempore accuratiſſime & diligentiſſime ex canonicis conſtitutionibus examinatus, & probatus, in monaſterio vel inuitus toto tempore manere cogetur, nec ei vnquam exire permittetur. Monaſterium autẽ erit omnino in alia prouincia, & non in ea terra quæ mortui ſanguinem dehiſcens male ſuſcepit.*

Can. 9. Domini autem dictum ſecundum ſententiæ conſequentiam ex æquo & viris, & mulieribus cõuenit, quod non liceat à matrimonio diſcedere, præterquam propter fornicationem. Conſuetudo autem non ita habet, ſed in mulieribus quidem multum accuratè & diligenter obſeruari inuenimus, cum Apoſtolus quidẽ dicat, Quod qui adhæret meretrici, fit vnũ corpus: Hieremias autem, Quòd ſi fuerit mulier cum alio viro, non reuertetur ad virum ſuum, ſed polluta polluetur. Et rurſus, Qui habet adulterã, ſtultus eſt & impius. Conſuetudo verò etiam adulterantes viros, & in
B fornicationibus verſantes, iubet à mulieribus retineri. Quare quæ cũ viro dimiſſo cohabitat, neſcio an poſſit adultera appellari. Crimẽ enim hic attigit mulierem, quę dimiſit. Quamnam ob cauſam à coniugio deceſsit, ſi enim pulſata, & verbera non ferens, pati ſatius erat quàm à coniuge ſeparari: ſiue iacturam in pecuniis non ferens, nec ipſa eſt iuſta excuſatio. Sin autem quod ipſe viuat in fornicatione, non habemus hanc obſeruationem in eccleſiaſtica conſtitutione, ſed etiam infidelis viri iuſſa eſt mulier non ſeparari, ſed remanere propter incertitudinẽ euentus. Quid enim ſcis mulier, an virum ſis ſeruatura? Quare, quæ relinquit eſt adultera, ſi ad alium virũ acceſsit. Qui autem reliquit, eſt dignus venia & quæ ei cohabitat, non ideo condemnatur, ſed ſi vir qui ab vxore diſceſsit, acceſsit ad aliam, eſt & ipſe adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabitat eſt adultera, eo quòd alienum virum ad ſe traduxit.

BALS. Sanctus interrogatus quid debet fieri coniugibus, ſiquis ex ipſis ſe ad aliud matrimonium contulerit, vel etiam fornicatus fuerit, fecit reſponſum ex diuerſis ſcripturis, & ex conſuetudine quæ tunc ſeruabatur. Quæ
C *autem, quæ in hoc canone ſita ſunt, cxvij. Imperatoris Iuſtiniani Nouella, quæ in 60. 28. libri titulo poſita eſt, penitus immutauit, lege ea, ſimiliter & iij. Nouellam, & vt ſemel dicam, à primo capite eiuſdem titu. vſque ad vi. & ſcies quot modis ſoluãtur coniugia, & quomodo à lege Ciuili puniantur qui adulterant à ſuis coniugibus, vel etiã fornicantur præterea autem & qui præter rationem vitæ ſocietatem relinquunt. Lege etiam iura quæ ad finem vſque primi capitis ij. titu. Nomoc. Photij. ſita ſunt, ſimiliter & interpretationem ix. capitis eiuſdem tit. & ex his omnibus fuſe de his intelliges.*

Can. 10. Qui iurant ſe ordinationem non admittere, eiurantes ne cogantur peierare. Et ſi enim videatur eſſe aliquis canon qui eis concedit: experientia tamen cognouimus eos qui peierarunt nõ recta via ingredi. Conſideranda autem ſunt, & verba iuſiurandi, & affectio, & res pro qua iurarunt, & quæ ſubtiliter in verbis facta ſunt additamenta. Nam ſi nulla ſit penitus excuſatio, ij ſunt omnino dimittendi. Seueri autem negotium de preſbytero ab eo ordinato, talem mihi videtur habe- D
re excuſationem, ſi tibi itidem videt[illegible]. Agrũ autem Meſthiæ ſubiectum, cui homo renunciatus eſt, iube Maſodis ſubeſſe: ſic enim nec ille peierabit à loco recedens. Et Longinus habẽs ſecum Cyriacum eccleſiam non deſeret, nec ſuam animam propter ocium damnabit, nec nos videbimur aliquid concedere præter canones Cyriaco, qui ſe in Mindanis quidem permanſurum iurauit, tranſlationem autem ſuſcepit. Reuerſio enim erit iuſiurandi obſeruatio. Quod autem œconomiæ, & diſpenſationi ceſſerit, id ei ad periurium non imputabitur, quod non iuriiurando adiectũ ſit ne paululum quidem à Mindanis receſſurum, ſed deinceps permanſurum: Seuero autem obliuionẽ cauſanti nos cõdonabimus, dicentes quod occultorum cognitor nõ videbit ſuam eccleſiam ab eo damno affectam qui ab initio quidem non fecit canonicè: iureiurando autem præter euangelia ſe adſtrinxit: eo autem quod tranſlatus eſt peierare docuit, nunc autem mentitur quoniam obliuionem præ ſe fert. Quoniam autem non ſumus cordium iudices, ſed ex iis quæ audimus iudicamus, demus domino vindictam, ipſi autem indiſtincte ſuſcipiamus, humano vitio, obliuioni ſcilicet, veniam dantes. E

BALS. Quidam vt ordinarentur euocati iurarunt ſe ordinationem non admiſſuros. Dicit ergo ſanctus non oportere eos cogi peierare. Et ſi enim, inquit, videatur iis qui ex ſeipſis iurarunt, vel qui aliquod ſibi vinculũ iniecerunt, vel carnem non comedendi, vel vinum non bibẽdi, vel nec aliud faciendi, licere rurſus vinculum ſoluere, & à iureiurando deficere, ſed experientia didicimus, quod qui peierarunt, non recta via ingrediuntur, ſed à deo ſiunt ut propter periurium tentari. Oportet autem, inquit, in his ſacramenti quoque formam quærere, an in deum iurans dixerit, an in aliquid aliud, & verba eius qui iurauit, & affectionem qua iurauit, & etiam ſubtilia in verbis additamenta. Eſt enim conſentaneum ex ſacramenti qualitate, & ex verbis, & ex affectione, an ſcilicet puſillo, & infirmo, an conſtanti, & firmo animo iurauit, conſiderantes comprehendere non prohiberi oportere eum qui iurauit à iureiurãdo deſiſtere, & an eos oporteat non permittere peierare. Negocium autem Seueri, ſeu cauſa erat eiuſmodi: Longinus quidam habebat agrum qui dicebatur Mindana, qui quidem erat Miſthia epiſcopatui ſub- F
iectus: Seuerus autem cum eſſet Maradunii epiſcopus quẽdam Cyriacum ordinauit presbyterum, in templo quod erat in agro, iureiurando prius adactum quod in templo permaneret, vel potius epiſcopatui eſſet ſubiectus: ſed epiſcopus regionis cui erat ager ſubiectus prohibebat Cyriacum ab alio ordinatum ſacra celebrare in eccleſia quæ ad ipſum pertinebat, & ideo Cyriacus ea relicta alio tranſlatus eſt. Porro Longinus quoque id ægre ferens, minatus eſt ſe eccleſiam deſertam relicturum. De ea ergo re interrogatus magnus Baſilius, reſpondet, criminis ſubiecti

eum qui lapidem in canem vel arborem iaculatus fuerit, & hominem fortè occiderit. Dicimus ergo, quod dicta lex quæ de cæde voluntaria docet, eum qui non data opera interfecit non nominat voluntarium homicidam. Poſt autem hic inuoluntarius homicida, ſicut præſens quoque, agrum eius renunciatus eſt Cyriacus, in quo ſcilicet preſbyter nominatus eſt oportere eſſe Maſadanrum epiſcopatus ſubiectum, & niſi eſſet alius regionis, & Cyriacum illuc reuerti. Sic enim, inquit, Nec ille faciet præter ſacra- A *mentum, nec Longinus eccleſiam deſertam relinquet vel etiam deſ[●]et: nec ſuam animam propter ocium condemnabit, ſeu ſubiectam reddet, vt qui orationibus, & diuinis hymnis non vacet, ſed ab eis ceſſabit. Nos quoque, inquit, quæ ad Cyriacum pertinent diſpenſantes, & permittentes vt redeat ad eccleſiam in qua ſe perſeuerare iurauit, non videbimur facere præter canones, nec ille iuſiurandum tranſgredi videbitur. Reuertens enim videtur ſeruare iuſiurandum, quia iuriiurando adiectum non eſt ſe non ad breue tempus exceſſurum ex agro Mindanorum. Vide ergo quomodo ex verborum examinatione & conſideratione ſanctus ſententiarum venatur, vt is qui iurauit non videatur peierare. Hæc ergo de Cyriaco. Seuerus autem accuſatus quod in agro qui erat alij regionis ſubiectus ordinaſſet, dicebat ſe hoc obliuione feciſſe, neſciens agrum alij eſſe ſubiectum. Quoniam ergo, inquit, ad ſui defenſionem ignorantiam allegat, oportet ei ignoſci, eumque dei iudicio relinquere, & quoniam cordium cognitores non ſumus, ſed vt audimus, iudicamus, demus deo vindictam, condonantes propter obliuionem, quæ eſt humanum vitium. Et canon quidem in his conſiſtit. Tu autem lege xviij. cap. xiij. titu. Nomoc. Photij, & quæ in eius interpretatione ſcripta ſunt de retractatione iuriſiu-* B *randi. Tu autem habe in memoria id quoque quod à ſancto ſcriptum eſt de facto, quod incidit in ordinatione Cyriaci, & de periurio quod ab eo commiſſum eſt, & nota quod propterea, ut eſt veriſimile, ignoſcitur regionis Antiſtitibus, qui in quibuſdam patriarchalibus eccleſiis ſacra celebrant. Niſi enim ignorantiæ prætextus Seuero auxilium tuliſſet, depoſitus eſſet, quòd vltra ſuam diœceſim ordinationem feciſſet. De ſacerdotibus autem falſo teſtificatis, lege lxxvi. Imperatoris domini Leonis ſapientis Nouellam, quæ continet, quod ſi ſacerdos falſum teſtimonium iuratus dixerit, deponitur. Quòd ſi iuſiurandum non acceſſerit, in monaſterium, ad triennium ſeparetur, & ſic priſtino ordini reſtituatur. Nos autem in xxviij. & xxix. canonis huius ſancti patris interpretatione multa ſcripſimus de iureiurando. Quia autem audiui aliquem dicentem eum eſſe iuratorem, qui iurat per meam animam, per orationem ſanctorum patrum, per remiſsionem peccatorum meorum, & quæ ſunt huiuſmodi, dico magnum Baſilium ſcripſiſſe in ſuis Aſceticis, ea non eſſe ſacramenta, ſed vota, & ſacramentorum ſpecies, quæ dicuntur, vt auditoribus ſatisfaciamus: & ideo vitio non dantur. Nam & Ioſeph, inquit, iurauit per ſalutem Pharaonis, & Apoſtolus ſcripſit ad Corinthios per noſtram gloriationem, & rurſus,* C *Benedictus deus, veritatem dico non mentior.*

Can. 11. Qui autem inuoluntariam cædem fecit, in vndecim annis abunde iudicio ſatisfecit. Clarum eſt enim, quòd in iis qui percuſsi ſunt, quæ voluit Moyſes, obſeruauimus, vt eum quidem qui propter plagas quas accepit decubuit, rurſus autem virga ſua innixus ambulauit, occiſum eſſe non reputabimus, ſin autem poſt ictus non ſurrexit, cum eum tamen nollet interficere, qui uerberauit, eſt quidem homicida, ſed inuoluntarius, propter propoſitum.

BALS. Quinquageſimus ſextus canon ſancti patris eos qui inuoluntariam cædem fecere vndecim annis à diuinorum ſacramentorum participatione ſeparat. Præſens autem canon dicit, eum qui non ſolum decennio ſed etiam vndecim annis ſacramentis non communicauit, inuoluntarium ſpontaneum occiſorem, ſatis ſupérque feciſſe. Deinde adiicit, eum non ideo vt homicidam condem- D *nari qui aliquem percuſsit, etiam ſi in principali aliquo, & opportuno loco plagam inflixerit, non tamen eum occidendi propoſito: ſed oportet, inquit, ſecundum legem Moſaicam, eius qui percuſſus eſt rationem ducere: & ſi poſtquam ab ictu decubuit, non conualuit, ſed mortuus eſt, is qui percuſsit inuoluntariæ cædis crimine tenebitur: ſin autem ab ictu ſurrexit & virga ſua innixus ambulauit, hoc eſt, non perfectè à morbo eſt liberatus, deinde mortuus eſt, eum qui percuſsit non reputari vt homicidam. Quare nota etiam ex hoc, quemadmodum diximus, & in viij. can. inuoluntariam cædem ex effectu oſtendi. Propterea enim nec de ictu laboramus an ſit magnus, an paruus, ſed de morte quæ ex ictu proceſsit. Nota autem ex præſenti canone quòd in cæde inuoluntaria nonnulli malè ſunt nimium curioſi, quærentes quo die vulneratus eſt, & poſt quot dies eum qui percuſſus eſt mors conſecuta eſt, & ſi etiam longum tempus poſt ictum præterierit, ex hac tamen cauſa mortuus eſt, qui ictum ſuſtinuit, nihilo ſecius factam eſſe dicemus cædem inuoluntariam. Lege & viij. canonem huius ſancti patris, & eius interpretationem.*

Digamos canon omnino à miniſterio excluſit. Can. 12.

E

BALS. Sanctus hic canonem xvij. canonem Apoſtolorum dicit, & miniſterium dicit eccleſiaſticum clericatum & lege dictum Canonem.

Cædes in bellis factas patres pro cædibus nõ reputauere, vt mihi videtur, ignoſcentes iis qui pro pudicitiâ & pietate decertant, Rectè autem fortè habet conſulere vt qui ſunt manibus non puris, ſola trium annorum communione abſtineant. Can. 13.

BALS. Per præſentem canonem ſanctus conſulendo ſuggerit, vt qui in bello cædem fecerunt, toto triennio à communione abſtineant: etiam ſi patres eis veniam dederunt, & inter homicidas eos non reputauerunt, qui pro pudicitia & pietate decertauerunt fidelium, qui erant in ſeruitutem redigendi. Hic autem canon diuini patris ſanctitati conuenienter editus eſt, ſed non eſt in vſu, eo quòd ex eo eueniret, ſi admitteretur vt milites ſacramentorum nunquã eſſent participes, cum in bellis alij aduerſus alios perpetuo verſentur, vt hoſtes interficiant: quod eſt non ferendum. Scriptum eſt enim, quòd cum Phocas ille Imperator vellet eos martyribus annumerari qui in bellis occiduntur, qui tunc erant ſacerdotes hoc vſi canone imperatoriam inſtantiam ſilentio mandarunt dicentes, Quomodo F *eos qui in bellis ceciderũt inter martyres annumerabimus, quos magnus Baſilius, vt qui non eſſent puris manibus, triennio à ſacramentis prohibuit? Cùm autem multi ſacerdotes, & vnus quidem ex eis epiſcopus, ſe iuſſu imperatorio ſynodaliter ſtitiſſet, & cum hoſtibus ſe manus conſeruiſſe faſsi eſſent, diuina & ſancta ſynodus conſequenter huic canoni, & xlv. eiuſdem ſancti & aliis diuinis conſtitutionibus, volebat ipſos non amplius ſacra celebrare. Complures autem, & qui erant paulo*

mag i

magis militares, eos etiam præmiis dignos eſſe contendebant. Multi autem qui in tempore ludicri cum virgis certaminis homines interfecerant, homicidis annumerati ſunt, qui inuoluntariam voluntariè cædem perpetrarunt, vtpote cum hoc ludicrum non ſit ex iis quinque quæ lege agnoſcuntur, quæ etiam certamina agonéſque dicuntur, ſcilicet pugillatus, curſus, ſaltus, diſcus, palæſtra. Quare qui in eis ludicris interficiunt, præiudicio non afficiuntur.

Can. 14. Qui vſuras accipit, ſi iniuſtum lucrum in pauperes conſumere voluerit, & ab auaritiæ morbo A deinceps liberari, eſt ad ſacerdotium admittendus.

BALS. Sanctorum quidem Apoſtolorum canon xlv. epiſcopos, vel diaconos fœnerantes ceſſare, vel deponi oportere definit. xvij. autem canō primæ ſynodi omnes canonicos fœnerantes deponi iubet. Lege ergo eorum canonum interpretationes. Sed quia lex ciuilis non punit laicos fœnerantes: ſed etiam permittit ad vſuram mutuò dare: nonnulli autem vt eſt veriſimile fœnerantes volebant ad ſacrum ordinem promoueri, & propter turpe lucrum eis non permittebatur: dicit ergo ſanctus eos etiam ad ſacerdotium admittendos, ſi quæ ex vſuris collecta ſunt in pauperes conſumpſerint, & ſe id aſſeruerint non amplius facturos.

Can. 15. * [illegible] Admiror autem tuam * literalem io ſcriptura ſubtilitatem, & accuratam diligentiam qui poſtules, vt reputes coactam eſſe dictionem, vtpote interpretatiuæ, quòd à ſe bene ſignificatur exprimente, non quòd à voce Hebræa denotatur B transferente. Quia autem oportet quæſtionem quæ à viro * quærendi ſtudioſo poſita eſt, non ocioſè præterire. *[illegible] Volucres cæli, & piſces maris, etiam in mūdi creatione eandem generationem ſortita ſunt: Ambo enim genera ex aquis producta ſunt. Cauſa autem quòd vtriſque eadem eſt proprietas. Hi autem per mare, illi verò natant in aëre. Propterea ergo eorum communiter meminit. Figura autem orarioois vt ad piſces quidem * conuenienter reddita: vt autem ad omnia quæ *[illegible] degunt in aquis, valde etiam propriè. Nam & volucres cæli homini ſubiecti ſunt, & piſces maris, & non ipſi ſolum, ſed & omnia quæ maris ſemitas perambulant. Non enim ſi quid eſt aquatile, eſt etiam piſcis, vt ſunt cete, balenæ, & zygenæ, & delphines, & phocæ, & præterea equi, & canes, & ſerræ, & gladij, & boues marini: ſi vis autem etiam vrticæ, & pectines, & omnia teſtacea, quorum nihil eſt piſcis, & omnia quæ vias maris perambulant, vt ſint tria genera, volucres cæli, piſces maris, & quæcunque aquatilia à piſcibus diſtincta ipſa quoque maris ſemitas perambulāt.

Can. 16. Naaman autem noo magnus apud dominum, ſed apud dominum ſuum: hoc eſt, vnus erat ex C iis qui magnam obtinebant poteſtatē apud Regem Syrorum: ſcripturæ ergo diligenter mentē adhibe, & inuenies hinc ſolutionem quæſtionis.

BALS. Præſentes duo canones xv. & xvi. cum nullam canonicam, & communem faciant traditionem, ſed ſcripturæ tantum dicta explicent, non ſunt à nobis interpretati: vt qui ſcripturæ dicta explicare non ſtatuerimus, ſed canonica & legalia præcepta.

Can. 17. Cùm pridem ad tuæ ſanctitatis nobis propoſitas quæſtiones reſpondiſſem, oon miſi literas, partim quidem à longa & periculoſa infirmitate detentus, partim verò propter miniſtrorum inopiam. Pauci enim ſunt apud nos, & viæ periti, & ad huiuſmodi miniſteria parati. Quare cum non noſtræ tarditatis cauſas didiceris, da nobis veniā. Admirati autem ſumus ſimul tuam diſcendi cupiditatem, & humilitatem, quòd velis diſcere, cum docendi locus ſit tibi creditus, & à nobis diſcere, io quibus nihil eſt magnum ad cognitionem. Sed tamē quia propter dei timorem non recuſas hoc facere, quod quidem non ſit facile ab aliis, opor- D tet nos tuæ alacritati, & bono ſtudio etiam ſupra vires opem ferre. Interrogaſti nos de Bianore presbytero, an propter iuſiurandum ſit in clerum ſuſcipiendus. Ego verò commune iam quoddam decretum de omnibus qui ſimul iurauerunt; iis qui Antiochiam ſunt clericis me ediſſe memini, vt ipſi à publicis conuentibus abſtineant, priuatim autem presbyterorum munera obeant: eodem autem modo & ad ſuum miniſterium ei poteſtatem præbere oportet, quia non eſt Antiochiæ ſacerdotium, ſed Iconij, quod vt ipſe ad nos ſcripſiſti, Antiochia ad habitationem permutauit. Eſt ergo vir ille ſuſcipiendus à quo tua pietas poſtulatur, vt ob facilitatem iuſiurandi eum pœniteat, quod ſub infideli viro iurauit cum parui illius periculi moleſtiam ferre non potuerit.

BALS. Quidam Antiocheni ſacerdotes quorum vnus erat etiam Bianor propter infidelis cuiuſpiam mi- E *nas nefarium iuſiurandum iurarunt, & multos ideo orthodoxos offenderunt, vt qui infidelis modeſtiam non ſuſtinuerint. Cùm itaque Bianor ex Antiochia Iconium migraſſet, & ſanctus Amphilochius, qui erat Iconij antiſtes, ſanctum interrogaſſet, an ſit Bianor in clerum ſuſcipiendus, reſpondit ſanctus: Commune decretum, ſeu canonem edidi de ſacerdotibus, qui Antiochiæ iurarunt, vt ij à publicis quidem, ſeu communibus conuentibus abſtineant, priuatim autem presbyterorum munera obeant, quòd Bianori quoque licet facere: & eo magis, quòd nec Antiochiæ quidem eſt ſacra celebraturus, nec videntes eum poſt iuſiurandum ſacrificantem offenſurus, ſed Iconij quo migrauit & fortè nec offendiculi quidem cauſa fuerit, cum multi illius iuſiurandi formam neſciant. Sed inquit, etiam ſi ad ſacra ſit faciendа admittendus, petat ne tamen ab eo vt facilitatis iuſiurandi eum pœniteat, quod ſcilicet facilè promptéque iurauerit cedens propter metum parui periculi.*

De lapſis virginibus quæ vitam in honeſtate Can. 18. domino profeſſæ ſunt, deinde quoniam carnis perturbationibus ſubiectæ, ſunt, ſua pacta conuenta infirmarunt, patres quidem clementer & F leniter, in eorum qui labūtur infirmitatem ſē gerentes, eſſe admittendas cenſuerunt poſt annum, ad ſimilitudinem digamorum decernentes. Mihi videtur quòd quoniam dei gratia procedens eccleſia fit fortior, & ordo virginum nunc augetur, eſt adhibēdus animus rei quæ per intelligentiam cernitur, & ſententiæ ſcripturæ quæ poteſt ex conſequentia inueniri. Viduitas enim virginitate minor eſt. Ergo & viduarum delictum a virginum delicto ſecundum eſt. Videamus ergo quid

à Paulo

Viduæ & virginis lapſus differentia.

à Paulo ad Timotheum ſcriptum eſt: Viduas iuniores deuita. Quando enim in Chriſto deliciatæ fuerint, volunt nubere, habentes iudiciũ quod primam fidem irritam fecerunt. Si vidua itaque grauiſſimo iudicio ſubiecta eſt, vt quæ fidem in Chriſtum irritam fecerit, quid de virgine putandum eſt, quæ eſt ſponſa Chriſti, & ſacrum vas domino dedicatum? Magnum quidem eſt peccatũ, ancillam quoque quæ clandeſtinis matrimoniis A tradit ſtupri domum implere, & poſſeſſorem per malam vitam iniuria afficere. Sed multo eſt grauius ſponſam fieri adulterã, & vnione cum ſponſo ignominia & dedecore affecta: ſe incompetentibus voluptatibus tradere. Vidua itaque vt corrupta ancilla condemnatur. Virgo verò adulteræ iudicio ſubiicitur, ſicut eum, qui cum aliena muliere cohabitat, adulterum nominamus, eum non prius ad communionem admittentes, quàm à peccato ceſſauerit: ita videlicet & in eo qui virginem habet afficiemur. Illud autem nobis confiteri eſt neceſſarium, quòd virgo nominatur, quæ ſe ſua ſponte domino obtulit, & matrimonio renunciauit, & vitam in ſanctificatione prætulit. Profeſſiones autem ab eo tempore iudicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his eſſe ratas exiſtimare oportet: ſed eam quæ ſupra ſedecim, vel ſeptemdecim annos nata fuerit, rationiſque compos, & diu examinata probatáq; perſeuerauerit, & vt admittatur precibus contendit, B tum oportet in ſacrarum virginum catalogum referri, eiúſque confeſſionem comprobare, & illius infirmationem inexorabiliter punire. Multas enim parentes, & fratres offerunt, & quidam eorum qui eas cognatione attingũt, ante ætatem non ex ſe ipſis ad cælibatum incitatas, ſed aliquid quod ad victum ſuum pertinet procurantes, quas non facile admittere oportet, donec apertè propriam ſuam ſententiam perſcrutati fuerimus.

Viduæ Virgines Monachæ.

BALS. Diuerſis in locis diximus quòd mulieres, virgines, & viduæ ad eccleſias cum laico habitu accedentes, illæ quidem virginitatem, hæ verò continentiam profitebantur, & tanquàm deo dedicatæ ab epiſcopis omni corporali ſtudio & prouidentia dignæ habeantur. Interrogatus itaque ſanctus, quid debeat fieri in virgines, quæ fornicantur, dixit quòd patres quidem decernunt eas ſicut & bigamas puniri, eáſque poſt annum ſancta communione dignas haberi. Ego verò videns eccleſiam in bonum proficere, & ſacras virgines augeri, dico eas debere potius vt adulteras puniri. Et dictum ſuum hinc comprobat, dicens quòd viduitas eſt minor virginitate. Si ergo vt C *dicit Apoſtolus, habent iudicium, ſeu condemnantur viduæ, quæ ſuam profeſſionem irritam faciunt, multo magis condemnabuntur virgines. Similiter ancillam quidem viduæ aſsimilat: virginem verò ſponſæ alicuius patrisfamiliâs, & ita ex omnibus colligit adulterij crimine rectè teneri lapſas virgines. Deinde ſubiungit ſe de illis virginibus dicere, quæ ſe domino ſua ſponte obtulerunt, & matrimonio renunciarunt in ætate ſedecim vel ſeptẽdecim annorum. Quæ autem in minori ætate fiunt profeſſiones, dicit non admitti debere. Multas enim, inquit, offerunt patres etiam inuitas propter paupertatem vel aliquam aliam cauſam. Hæc cum decernat canon, ne dixeris id intelligi de monachis, vel aſcetriis: & ſi enim in minori ætate crinem ſecularem depoſuerint, prima erit, vt mihi videtur, ad id quod deinceps ſequitur ipſorum profeſſio.*

Virorum autem profeſſiones non nouimus præterquàm ſi qui ſe ipſos monachorum ordini adiudicarint: qui tacitè videntur cælibatum admittere, ſed in illis quoque illud exiſtimo præcedere oportere, vt ipſi interrogentur, & euidens ipſorum accipiatur profeſſio, vt poſtquam ſe ad libidinoſam & voluptariam vitam conuerterint, eorum qui fornicantur punitioni ſubiiciantur. D Can. 19.

Monachorum profeſſionem.

BALS. Nota ex præſenti canone dicente, Virorum autem profeſſiones non nouimus, præterquam ſi qui ſe ipſos in monachorum numerum retulerint, quod in xiiij. canone, non dixit de monachis, ſed de virginibus deo cum laico habitu ſegregatis. Lege Carthag. ſyn. vi. can. xliiij. & cxxv. Monachos autem dicit, etiam ſi tacitè videantur caſtitatem profiteri, debere tamen eos etiam interrogari, & cælibatum profiteri, vt ſi mentiti fuerint vt fornicatores puniantur. Et ſi autem hæc ita ſe habeant, ne dixeris quòd monachi qui hanc profeſſionẽ non fecere, inſontes nulliq́; culpæ obnoxij ſeruabuntur. Et ſi enim non fuerit tonſus quiſpiam, ſed ῥασοφόρος*, non poterit mutare habitum & ad nuptias conuolare, ſed inuitus ad habitum monaſticum reuerti cogetur, ſicut hoc ſæpe diximus. Idem erit & de monachis, & de omnibus clericis tribunalis. Nam & ij omnes tacitè profiteri videntur ſe matrimonium non contracturos poſt ordinationem: & canonem transgredientes, deponuntur. Quære ſanctorum Apoſtolorum canonem xxvi. Ancyr. ſyn. can. x. & ſyn. in Trullo can. vi.*

Quæcunque mulieres virginitatem profeſſæ ſunt, deinde poſtea matrimonium maluerunt, nõ exiſtimo eas oportere condemnari. Quæcunque E enim dicit lex, iis dicit qui ſunt in lege. Quæcunque autem iugum Chriſti nondum ſubierunt, eæ nec domini leges norunt. Quare ſunt ab eccleſia cum omnibus ſuſcipiendæ, & propter hoc habẽt remiſsionem ex fide in Chriſtum, & omnino quę in catechumenica, ſeu quæ initiatur, vita fiunt, in iudicium non vocantur. Clarum eſt autem quòd eas eccleſia non ſine baptiſmo recipit. Quare generationis priuilegia ſunt in ipſis neceſſaria. Can. 18.

BALS. Vt eſt veriſimile, hæreticæ mulieres virginitatem profitebantur, deinde ſe viris nuptum dabant: ad eccleſiam autem accedentes, reprehendebantur, vt mentitæ. Dicit ergo ſanctus, eas non eſſe condemnandas, de iis quæ mentitæ ſunt antequàm crederent. Deinde in ſumma tradit, canonem non punire eas qui crediderunt & baptizati ſunt, de iis quæ ante baptiſmum commiſerunt. Hæreticos autem eos intellige, qui non ſuſcipiuntur niſi prius baptizati fuerint. Sunt enim quidam hæretici, qui ſunt etiam ſine baptiſmo ſuſcipiendi. Lege vij. can. ij ſyn. & F *can. xvij. ſanctorum Apoſtolorum.*

Si vir cum muliere cohabitans poſtquam matrimonio non delectatus in fornicationem inciderit, eum fornicatorem iudicamus, & eum pœnis amplius grauamus: canonem tamen non habemus, qui eum adulterij crimini ſubiiciat, ſi in ſolutam à matrimonio peccatum commiſſum ſit. Nam adultera quidem, inquit, polluta polluetur, & ad virum ſuum non reuertetur, & qui adulteram detinet, ſtultus eſt & impius. Qui autem fornicatus Can. 21.

nicatus eſt, non excludetur à cohabitatione cum vxore, quemadmodum mulier maritum ſuum à fornicatione reuertentem excipiet. Vir autem eam quæ polluta eſt, à ſuis ædibus amandabit. At eorum quidem ratio minimè eſt facilis. Conſuetudo autem ſic inualuit.

BALS. De fornicatione & adulterio lege v. cap. xiij. titu. Nomoc. Photij, vt canones, & leges quæ in eo A *ſita ſunt. Hic autem ſanctus eum qui habet vxorem, & cum alia muliere fornicatus eſt, fornicatorem dicit, non adulterum: mulierem autem marito coniunctam, quæ cum vllo alio viro quàm cum marito rem habuit, vocat adulteram, adiiciens quòd eam quidem maritus non cogetur iterum in ædes ſuas recipere: ſed eo ipſo ab ea ſeparabitur. Virum autem qui fornicatus eſt à legitima vxore matrimonium non ſeparat. Quãnam autem ob cauſam hæc, inquit, ita lege cauta ſunt, non eſt intellectu facile. Nota autem ex præſenti canone, non eſſe vnius tantum ſpeciei fornicationem, nec illam eiſdem pœnis curari. Eum enim magis debere puniri, qui habet vxorem legitimam & fornicatus eſt, maxima autem pars penè medici animæ iudicio relinquitur.*

Medici animæ iudiciũ.

Can. 22.

Eos qui ex raptu habent mulieres, ſi aliis quidem deſponſas abripuerint, non prius oportet admittere quàm ab eis ablatæ ſint, & ſit in eorum poteſtate quibus deſponſæ fuerant, an eas velint accipere, an deſiſtere. Si quis autem * vacantem acceperit, auferre quidem oportet, & ſuis reſtituere, illorum autem ſententiæ permittere, ſiue ſint parentes, ſiue fratres, ſiue quicunque alij vir-

B gini præſint, & ſi ei quidam tradere voluerint, matrimonium conſtituere: ſin autem renuerint, non cogi. Ei autem qui mulierem vel vi, vel clam à ſe vitiatam habet, neceſſe eſt fornicationi pœnas imponere: eſt autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus ſupplicium. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipſos deflere ad fores eccleſiæ. Secundo autem, ad auditionem admitti. Tertio, admitti ad pœnitẽtiam. Quarto, ad congregationem cum populo, abſtinentes ab oblatione, deinde eis permitti boni communionem.

* σχολά-ζουσαν.

BALS. vigeſimus ſeptimus canon Calchedon. ſyn. * *qui idem eſt omnino canon xcij. ſextæ ſynodi, decernit quid debeat fieri iis qui mulieres rapiunt nomine coniugij. Præſens autem canon iubet eos qui mulierem alteri deſponſam rapuerint, non aliter ad pœnitentiam admitti quàm raptas prius dederint, vt ſponſi earum ipſas, ſi velint accipiant: ſin minus, ſit apud ſuos cognatos. Ab eis verò qui mulierem liberam, ſeu nulli deſponſam rapuerint, eam itidem auferri & tradi parentibus, vel iis qui alioqui ad eam attinent: vt eam ſi velint, raptori coniungant, cum eius conſenſu: ſin autẽ hoc eis non placuerit,* C *ne fiat. Quomodocunque autem ſe res habeat, ſiue rapta raptor coniungatur, ſiue non, pœnis erit fornicatorum obnoxius, & non ſolum ſic punietur raptor, ſed & is qui puellæ clam vitium attulit. Fornicatorum autem pœnas in quatuor annos definit. Et in his quidem canon conſiſtit. Lex autem ciuilis alio modo raptores punit: nec vllo modo permittit vt raptor raptæ coniungatur. Et tu lege xxvij. can. ſyn. Calched. & xcij. vi. & can. lxvij. ſanctorum Apoſtolorum, & cap. xxx. ix. titu. Nomoc. Photij, & quæ in eis ſunt. Cum autem audis lxxxij. can. dicentem, ex conſenſu parentum, vel cognatorum puellæ, eam dari nuptum ei qui rapuit, ne dixeris parentum conſenſum, eúmque ſolum ſufficere. Quoties enim ſunt legitimæ nuptiæ, neceſſarius quoque eſt eorum qui coniunguntur conſenſus, ſiue ſint ſui iuris, ſiue in poteſtate. Dicit enim ij. cap. xiij. titu. xxviij. lib. hæc expreſſè, Non ſunt legitimæ nuptiæ, niſi ij qui coniunguntur conſenſerint, & qui eos habent in poteſtate: ſi autem ex hac lege, iis qui ſunt in poteſtate ſuus eſt neceſſarius conſenſus: multò magis non fiet matrimonium eorum qui ſunt ſui iuris, niſi ipſi* D *quoque conſenſerint.*

* ἁρπάζουσι.

Conſenſus parentũ in matrimonio filiorũ

Can. 23.

De his autem qui duas ſorores vxores ducunt, vel eis quæ duobus fratribus nubunt, à nobis edita eſt epiſtola, cuius exemplum tuæ pietati miſimus. Qui autem ſui fratris vxorem accepit, non prius admittetur, quàm ab ea receſſerit.

BALS. Inceſtus quoque peccatum, ſicut & alia peccata, ab eccleſiaſtica medicina curabitur. Interrogatur ergo ſanctus, quid iis fieri oporteat qui cum duabus ſororibus rem habent, & contra, dixit ſe de iis ſcripſiſſe epiſtolam: ea eſt autem quam ſcripſit ad Diodorum, & illic oſtenditur quid agendum. Debent autem qui hoc nefariũ matrimonium contraxerunt, à malo recedere: & ita de curatione ſciſcitari. Lege ergo epiſtolam ad Diodorum, & quæ in ea ſunt, & ij. caput xiij. titu. Nomoc. Photij.

Can. 24.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata eſt, hoc eſt, quæ ab eccleſia in diaconatum ſuſcepta eſt, cenſuit Apoſtolus nubentem * deſpici. Viro autem viduo nulla eſt res impoſita, ſed digamorum eis pœna ſufficit. Porrò vidua ſexaginta annos nata, ſi rurſus cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione ceſſauerit. Sed ſi ante ſexaginta annos eam in numerum retulerimus, noſtra eſt, non mulieris culpa. E

* παροράσθαι.

*BALS. Quemadmodum virgines mulieres cum laico habitu in eccleſiis collocabantur, & ex eccleſiæ redditibus * alebantur, ita & viduæ tum eodem habitu ordinabantur. Dicit ergo ſanctus, quod magnus Paulus, eam quæ poſt quàm in eccleſia ordinata eſt, ſecundo nupſit, cenſuit ſeu definiit deſpici, hoc eſt ab eccleſia expelli, & ſi ipſa quidem ante ſexageſimum annum ſecundo nupſerit, eam ſolam pœnam ſuſtinebit: eſt enim digna venia, vt quæ propter iuniorem ætatem ſecundò nubere coacta ſit, & ij potius qui eam antequam ſexageſimum annum compleuerit, ordinarunt, ſunt reprehendendi, vt qui Apoſtolicam conſtitutionem transgreſſi ſunt, quæ dicit, Vidua eligatur non minor lx. annis. Quæ autem poſt annum ſexageſimũ continentiam infirmans, ſecundo nupſit, à ſancta communione erit ſeparata, donec ab impuritate cum viro abſtinuerit. Sanctus enim impuritatem appellauit, in ea ætate matrimonium. Virum autem, inquit, qui ſecundò vxorem ducit, non vllo alio modo lex punit, quàm per digamorum pœnam, quæ eſt ad vnum annum ſegregatio. Quia* F *autem ſanctus præcepti Apoſtolici meminit, debes ſcire quod magnus Apoſtolus ad Timotheum ſcribens dicit, Honora viduas, quæ verè ſunt viduæ. Et paulò poſt, Quæ eſt autẽ verè vidua, & * ſola, ſperauit in deum, & permanet in precibus, & orationibus. Et rurſus poſtea: Si quis vel quæ fidelis habet viduas eis * ſuppeditet, & ne grauetur eccleſia, vt iis quæ verè ſunt viduæ opem ferat. Et rurſus, Iuniores autem viduas deuita. Et hæc quidem de viduis mulieribus, quæ in eccleſia cooptatæ ſunt.*

* διετρέφοντο.

* μεμονωμένη.

* ἐπαρκείτω.

Quæ

Quæ enim tales non ſunt, quotieſcunque ſecundo nupſerint, in bigamorum pœnas incidunt, æque ac viri, lege & ij.caput xiij.tit.Nomoc.Photij. Ne mireris autẽ, quomodo non definierunt, vt viri vidui cum laico habitu ordinentur. Patres enim maiorem mulierum quàm virorum rationem habent. Mulieres enim, vt quæ non tenent modum eorum parandorum, quæ ſunt vitæ neceſſaria, ad ſecundas fortè nuptias neceſſario diuertunt, licet velint eſſe continentes: & ideo eis ſuccurrit eccleſia ne ſecundo nubant paupertatis prætextu. Viri autem, qui multis modis quæ A *ſunt ad victum neceſſaria comparant, non poſſunt paupertatem prætexere ad depellendam ſecundi matrimonij reprehenſionem, & propterea nec ab eccleſiis quidem admittuntur, & aluntur. Conſequenter autem huic rationi ne dixeris debere mulieres impunitas remanere, vt nonnulli dicunt, quæ ſecundo nupſerint. Sed & ipſæ ſecundò nubentium pœnæ ſubiiciantur. Intelliges autẽ ex xiij.titu. xxviij.lib. quod mulieres quæ ſecundo nubunt magis puniuntur quàm viri qui vxores ſecundo duxerunt.*

Can. 25. Qui à ſe ſtupratam mulierem detinet, ſtupri quidem pœnam ſubibit: ei autem mulierem habere permittetur.

BALS. Stuprum propriè dicitur in virginibus, & in impubere. Dicit ergo ſanctus, quòd qui virginem nondum ſibi ſponſatam, in legitimum coniugium ſtuprauerit, etiam ſi velit poſt ſtuprum eam vxorem habere, non iuuabitur ad hoc vt ſtupri pœnam effugiat. Debebat enim primum efficere, vt ea ſibi deſponderetur, & ita cum ea rem habere. Quod ſi hoc non fecerit, in ſtupri quidem pœnã incidet, in legitimam autem vxorem eam habere illi permittetur. Hoc autem fiet, ſi illius etiam parentes conſenſerint. Eſt enim ſtupri pœna triennium, per quod ſimiliter B *punitur & qui ſtuprauit, & quæ ſtuprata eſt. Lege xxxviij.can. præſentis ſancti. Hæc autem locum habent in iis qui ſunt in patria poteſtate. Qui enim ſunt ſui iuris, in pœnam quidem incidunt, ſecundum leges autem conſentientes coniunguntur. Sin autem vir nolit eam quæ à ſe ſtuprata eſt vxorem ducere, fiet ſecundũ caput iij.xxxvij. titu.lx.libri, quod ſic dicit, Qui venerandam & nobilem mulierem * ſtuprat, ſeu habet in concubinatu, nec hoc ſuo facit teſtimonio manifeſtum, vel eam ducit vxorem, vel hoc recuſans, in eam petulantiam, & etiam adulterij reus eſt, videlicet ex ſuo corpore quæſtum non facit. Quære etiam xxviij. lib.iij cap. xij.xiij. & lib.xl.vij.titul. vi. cap. xxvi.*

* [illegible]

Can. 26. Fornicatio nõ eſt matrimonium, ſed nec initium matrimonij. Quare ſi fieri poſſit, vt qui per fornicationem coniunguntur ſeparentur, id eſt melius. Sin autem eis omnino placeat conſortiũ, fornicationis quidem pœnam agnoſcant: ne ſeparentur autem, ne quid deterius accidat.

BALS. Poſtquam dixit ſanctus quid eis debet fieri, qui virginem ſtuprant, nunc decernit de iis qui fornicatione coeunt: & dicit quòd fornicatio nec matrimoniũ C *exiſtimatur, nec matrimonij occaſio, vt alter alteri neceſſario matrimonio iungantur, ſed optimum quidem eſt eos ſeparari, non permitti ſcilicet inter eos intercedere matrimonialem coniunctionem, quoniã nefarium eſt, & damnandum harum nuptiarum fundamentum: ſin autem eis ita placeat vitæ ſocietas, vt à ſe inuicem diſcedere ſibi nequeant perſuadere, puniantur quidem vt fornicatores, eis autem habitare permittatur, ne quid deterius accidat: ne ſcilicet ſeparati rurſus clanculum fornicẽtur, hoc eſt ne aliis perſonis coniuncti in legitimo matrimonio non permaneant, ſed adulterium committant: vel ne prohibiti ſibi manus afferant propter amoris vehementiam. Hæc autem, vt mihi videntur, locum habuerunt, quando ſolo conſenſu contrahebatur matrimonium, non autem etiam hodie, quando per ſacrum officium & diuinam corporis & ſanguinis Chriſti participationem conſtituitur. Quomodo enim ij quibus fornicationis pœna iniuncta eſt, nec ſacramentorum fuere participes, inter ſe matrimonialiter conuenerint? Quòd ſi dixeris, poſtquàm iis qui fornicati ſunt pœna iniuncta fuerit, ne triennio fornicentur, non prohibeberis eis concedere, vt poſt triennium legitimo matrimonio coniungantur.* D *Interrogauerit autem quiſpiam, cur virginem quidem poſt ſtuprum decernit ſanctus raptori legitime coniungi, eos autem qui fornicati non ſunt matrimonio cõiungi non ſinit, niſi cum diſtinctione? SOL. Virginem quidem poſt ei allatum ſtuprum nemo fortaſſe volet in matrimonium accipere, & niſi illi permittatur ei qui ſtuprauit nubere, contumelia & dedecore affecta, ac miſerabilis relinquetur. Quæ autem ſtuprata eſt, non tanto damno afficitur, ſi ei quæ cum ipſa fornicata eſt, non nupſerit: eſt enim ab alio deuirginata. Si ergo non magnũ malum ex eorum qui fornicati ſunt ſeparatione euenit, & nec qui fornicati ſunt toto animo matrimonio inſiſtunt, præfertur ſeparatio, & per ipſam abſtinentiam à malo. Præterea interrogabit quiſpiam, cum iij. cap. xxxvij. titu.lx. lib. decernat vt qui cum * honeſta muliere in concubinatu rem habet, eam ducere cogatur, quomodo decernit præſens canon vt qui fornicati ſunt ſeparentur? SOL. Differentia eſt inter concubinam ſeu pellicem, & * fornicatricem. Concubina enim, quæ cum vno tantum peccat, à lege agnoſcitur. Quæ autem cum multis fornicata eſt, nec a lege quidem agnoſcitur, ſed etiam à fornicatoribus ædibus expellitur, vt de quo diximus, caput dicit. Præſens itaque caput loquens de fornicatrice rectè legiq́ conſentaneè decernit, cum hac diſtinctione, vt qui fornicati ſunt, legitimè coniungantur.* E

* [illegible]

* [illegible]

Can. 27. De presbytero, qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus eſt, diffiniui quæ oporteat eſſe quidem cathedræ participem, à reliquis autem actionibus abſtinere: ei enim ſufficit venia. Vt iis autem aliis benedicat, qui ſua debet negotia curare, non eſt cõſentaneũ. Benedictio enim eſt, ſanctificationis communicatio, qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapſum, quomodo aliis communicabit? nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Chriſti corpus aliis * impertiat, nec aliquod aliud ſacrum miniſterium obeat, ſed * quod præſideat contentus, aliis, & Chriſto defleat, vt ſibi ignorantiæ peccatum condonetur.

* [illegible]

* [illegible]

BALS. Prohibitæ nuptiæ trifariam diuiduntur, in nefarias, quæ præter leges dicuntur, vt ſi quis eam cuius tutelam gerit, vel ipſe, vel pater ipſius vxorem ducat, vel eam quæ eſt ſub ipſius tutelari, vel patris poteſtate. Damnatas, ſeu condemnatas, vt ſi fiat matrimonium cum monacha, vel alia deo dedicata. Inceſtas, quæ hic F *etiam nefariæ dicuntur, vt ſi quis cum quauis ſua conſanguinea contraxerit. Cum ergo quidam ſacerdos nefarium per ignorantiam matrimonium contraxiſſet, & propterea ſolutum eſſet, & ipſe in depoſitionem incidiſſet, interrogauit quiſpiam ſanctum, an is ſacerdos debeat poſt depoſitionem ſacerdotale quidpiã exercere. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam ſacerdos per ignorantiam lapſus eſſet, non ſubiicietur depoſitioni. Sin autem fuerit depoſitus, ab actionibus quidem quæ fiunt intra tribunal arcebitur, ſed nõ ab actionibus quæ ſunt extra tribunal. Dicit*

ergo

ergo ſanctus, eum fortè debere deponi, & poſt depoſitionē eum quidem eſſe ſolius honoris participem, vt ſcilicet ſedeat cum presbyteris, à reliquis autem ſacerdotalibus actionibus abſtineat, vt ſcilicet neque orationem dicat publicè ſeu in eccleſia, nec priuatim, id eſt extra eccleſiā. Sed neque ſancta tractet, nec ipſa aliis communicet, nec aliquid aliud ſacerdotale exerceat. Sic autem contentus ſeſsionis honore, qui illi propter ignorantiam conceſſus eſt. Eum autem alios benedicere non oportet. Benedictio enim
A *eſt ſanctificationis impertitio. Qui autem non habet ſanctificationem, quomodo eam aliis impertiet? Venia autem ei datur, non ſolum quòd ſedeat cum ſacerdotibus, ſed & quòd non alio modo punitur. Si enim ſciens deo conſecratam fœminam, vel ſuam cognatam, uxorem accepiſſet, alio etiam modo, & pecuniariè ſcilicet, & criminaliter, punietur, quæ quidem ei propter ignorantiam nō infliguntur. Lege xvi. titu. xxviij. lib. Poſtquam autem ſanctus ei omni ſacerdotali actione interdixiſſet, defleat inquit aliis, & domino: domino, vt qui poteſt peccata remittere: aliis, vt pro eo rogent dominum, vt condonet ei delictum à ſe & nefario matrimonio commiſſum. Rogauerit autem quiſpiam, cum tribus modis puniantur nefariæ nuptiæ, deponetúrne quiſpiam, qui contra leges matrimonium contraxit, vt potè is qui eam cuius ipſe, vel pater eius tutor fuit, duxit in matrimonium? SOL. Quoniam hoc matrimonium vt legibus contrarium, diſſoluitur, hic quoque poſt diuortium, vt qui fornicatus ſit, neceſſario deponetur: & ſi quæ illi contra leges coniuncta eſt, fuit antea ſub illius tutela, ne cathedra quidem dignus cenſebitur, vt qui non poßit ignorantiam prætexere. Lege & xxviij. cap. primi tituli Nomoc. Photij. x. canonem ſynodi Neocæſarienſis, & ea quæ in eo ſunt & xxi. &*
B *xxvi. can. ſyn. in Trullo. Sed quia videtur in his emergere repugnantia (alij enim canones dicunt eos qui ſunt depoſiti, in locum laicorum deturbari: alij verò eos ea ſolum quæ extra tribunal fiunt exercere. Alij ſolius eſſe cathedræ participes) diſtingue & dic: Aliter puniuntur qui ſcientes peccant, & conuicti deponuntur: aliter, qui ſcientes quidem peccant, ſponte autem à malo deſiſtunt: aliter qui per ignorantiam peccarunt, & confeßi ſunt: & aliter qui peccatum quidem ignorarunt, ab ipſo autem non deſtiterunt, niſi condemnati. Nota autem differentiam & peccatorum, & perſonarum, & dic epiſcoporum iudicio aliquando quidem ignoſci iis qui deponuntur: aliquando verò non ignoſci, & ſic contrarietatem quæ videtur ineſſe contrariis diſſolue.*

Can. 28. Illud quidem mihi viſum eſt ridiculum, vouere aliquem à carnibus ſuillis abſtinere. Quamobrem dignare eos docere, vt ab ineptis votis, & promiſsis abſtineant, vſum quidem eſſe indifferētem permitte. Nulla enim dei creatura eſt reiicienda, quæ cum gratiarum actione accipitur. Quare votum eſt ridiculum, abſtinentia non eſt neceſſaria.

Can. 29. Id quoque quod eſt, iurare principes quòd
C ſubiectis malè facturi ſint, magna quoque medicina opus habet. Medela autem eorum eſt duplex: vna quidem, vt ipſi doceantur non facile iurare. Altera autem ne in malis iudiciis perſiſtāt. Quare qui ſe alteri malefacturum iurare anticipauit, quod ad iurandum nimium facilis fuerit, ſe pœnitere oſtendat: non autem pietatis prætextu ſuam improbitatem confirmet. Neq; enim Herodi iuraſſe profuit, qui ne peieraret, prophetam occidit. Semel enim iuſiurandum eſt prohibitum: multò autem magis conſentaneum eſt, id eſſe condemnatum, quod propter malum iuratum eſt. Quare eum qui iurauit * pœnitere, non impietatem ſtudere confimare oportet. Eius enim abſurditatem fuſius exquire. Si quis ſe fratris oculos effoſurum iurauerit, ei ne honeſtum eſt hoc ad effectum deducere? Si quis ſe interfecturum, ſi quis omnino iurauerit mandatum aliquod tranſgreſſurum? Iuraui enim & ſtatui, non peccatum, ſed ſeruare iudicia iuſtitiæ tuæ. Quem- D admodum autem mandatum eſt immutabilibus iudiciis confirmandum, ita peccatum omninò infirmare, & delere oportet.

* μεταφρονεῖν.

BALS. Præſentes duo canones iubent infirmari ſacramenta, à quibuſdam facta, vt mali aliquid fiat, vel etiam quidpiam ridiculum. Dicit enim eum qui vouit, vel iurauit ſe carnem ſuillam non comeſurum, vel ij qui ſibi ſubeunt malefacturum, docendum eſſe à ſtultis & ineptis ſacramentis abſtinere, & quod ſemel iurare eſt prohibitum, & licet carnem ſuillam comedere, & malum non facere ſub prætextu ne peieretur. Vſus eſt autem exemplo quoque Herodis qui iurauerat ſe Baptiſtam interfecturum, & ne peieraret cædem commiſit. Oportebat enim, inquit, ipſum reſipiſcere, ſeu reuocare, & contemnere iniuſtum iuſiurandum, ſed non per actionem impietatem confirmare. Lege xviij. cap. xiij. titu. Nomoc. Photij, & quæ in eo ſunt, x. can. ſancti Baſilij. lxiij. & lxxxij. qui periuros puniunt. Cùm alij autem canones, qui in dicto xviij. capite continentur, decernunt eos non eſſe puniendos qui peierarunt quemadmodum canones ante poſiti iubent, dixerit quis canones eſſe inter ſe contrarios. Sed mihi non videtur, ſed quando legitimum iuſiuran- E *dum quiſpiam ſine vlla neceßitate infirmauerit, vel falsò iurauerit, magis punietur. Quando autem hoc vi fecerit, leuius punietur, ſecundum xcij. canonem præſentis ſancti patris. Sin autem non eſt ſacramentum legitimum, ſed vt abſurdum quid fieret, vel ne boni quid fieret, proteſtit, vel etiam iurauit ſe facturum aliquid, quod non debet in iuſiurandum deduci, tunc impunè poteſt irritum haberi. Audiens tamen ſanctum dicentem debere eos quoque doceri ne ſint ad iuſiurandum faciles, & quòd ſemel iurare eſt prohibitum, dico quòd & ſi ij qui huiuſmodi iuramenta iurauere, ſine periculo peierant, non erunt tamen omnino impuniti, ſed modicè pro epiſcopi arbitratu punientur. Quia autem ex eo, quòd decernant canones puniendos periuros, apparet eos non puniri, qui eos non tranſgrediuntur, & ex eo etiam oſtenditur legitima iuramenta permitti, ne dixeris hæc eſſe aliquantulum definita aduerſus euangelicū præceptum: quod dicit, non eſſe omnino iurandū, neque in cælo, neque in terra, quia cælum dei thronus eſt: terra autem eſt pedum eius ſcabellum, eſſe autem nobis næ, næ, & non, non. Hoc enim eſt eorum qui ſunt valde perfecti. Illud autem ſecundum, & non reiiciendum, vt legitimum: cuiuſmodi eſt & illud, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Si enim omnes hoc cogerentur facere, quis ea emeret? alioqui ſi omne iuſiurandum prohiberetur, ne propheta qui-* F *dem dixiſſet, Iuraui, & ſtatui ſeruare mandata tua: nec qui leges compoſuerunt orthodoxi imperatores leges edidiſſent, quæ permitterent iuſiurandum: quare non omnino iuſiurandum eſt prohibitum, tam quod eſt legitimum quàm quod eſt contra leges, ſed ſolum quod eſt contra leges, & quod eſt ineptum. Cum autem quidam nobilis tertio die vnius hebdomadæ dixiſſet potenti & ſancto noſtro imperatori, ſe non debere carnem comedere,*

De iuramentis & voto.

quamuis feſtum eſſet natiuitatis Chriſti & dei noſtri, quòd iuraſſet tertias ferias omnium anni hebdomadum à carnibus abſtinere in honorem venerabilis præcurſoris, ſtatuit à deo coronatus noſter imperator ſynodaliter interrogari, an ſit canonicum hoc iuſiurandum ſeruari, & dominicum feſtum quod eſt Paſchale, incelebratum dimittere: & facta interrogatione dixit ſanctiſſimus ille patriarcha dominus Lucas cum ſynodo quæ aderat, cum dixiſſet bonum eſſe omni tempore ieiunare, ſubiunxit non oportere hoc iuſiurandum domino & deo noſtro præferre. A ſi enim Apoſtolici canones puniunt eum qui in quouis ſabbato, vel die dominico genu flectit vel ieiunat, multo magis punietur qui in Paſchali Chriſti feſto ieiunat, ne iuſiurandum à ſe voluntariè ſuſceptum contemnatur. Et nobili carnibus veſci permiſit. Idem autem patriarcha Tzitam quoque Eunuchum ad ſanctorum locorum adorationem ire profeſſum, qui non profectus erat, vt qui pænitentia ductus eſſet, ſynodaliter à periurio abſoluit mediocri pœna impoſita ei medicinam exhibens. Ex verbis autem canonis, quæ ita habent, Nulla enim dei creatura eſt reiicienda, quæ cum gratiarum actione accipitur, ne dixeris nobis eſſe permiſſum omnibus * beſtiis veſci, ſed dic canonem de illis intelligere, quæ ab orthodoxis comeduntur ex conſuetudine & eccleſiaſtica traditione.

abſolutio à periurio.

* ἀλόγοις.

Can. 32.

De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, ſed propriam ſententiam proferimus, vt ipſi, & qui cum eis rapiunt, tribus annis ſint extra orationes. Quod autem non eſt violentum, nulli eſt pœnæ obnoxium, quando nec ſtuprum nec furtum rem præceſſerit: eſt autem vidua ſui iuris, & in eius eſt poteſtate ſequi. B Quare non eſt nobis * figurarum ac prætextuum vlla cura gerenda.

* σχημάτων.

BALS. In lxxij. can. Apoſtolicum, in xxvij. Calched. in xcij. ſynodi in Trullo, & in xxij. præſentis ſancti, multa ſcripſimus de iis qui rapiunt mulieres, & de iis qui illis conſentiunt. Et lege ea, & xxx. cap. ix. titu. præſens autem canon decernit raptores & qui illis conſentiunt, eiſq́; opem ferunt, eſſe triennio extra orationes, ſtare ſcilicet cum iis qui audiunt oportere. Si autem inquit, mulier ſe ipſam ſua ſponte tradiderit, cum nec ſtuprum, nec furtum, hoc eſt clandeſtinus concubitus præceſſiſſet, nulli eſt criminis obnoxius, qui eam accepit. Similiter nulli quoque pœnæ eſt ſubiectus qui viduam hoc modo recepit. Illud autem, non eſt nobis figurarum, & prætextuum vlla cura gerenda, eſt huiuſmodi, ſimiliter inquit, fortaſſe erubeſcens, ſe amatori vel amato, cui ſupplex erat tradere, finxit ſe verè raptam eſſe, cum tamen ſua ſponte ſecuta eſt, figuræ inquit, ſeu ſimulationis nullam curam gerimus, ſed veritatem attendimus. Et lege liij. can. cum hac interpretatione. Quòd autem is qui mulierem ſua ſponte rapuit, non ſit criminis obnoxius, accipe quantum ad hoc, ne ei pœna canonica infligatur. Qui enim mulie- C rem, quæ eſt in poteſtate vel quæ eſt ſui iuris, ſeu voluntate ipſius, ſeu ſola ſua voluntate rapuit, raptus lege tenetur, ad multorum inſolentiam vindicandam, & reliquorum comprimendam, ſicut hoc dicit 1. cap. xxxviij. titu. lib. lx. quod circa finem ſic dicit, Omnia autem * ſeditionis ſupplicia ſint aduerſus eos qui rapuerunt, & eis in raptu opem tulerunt. Qui conſilij quidem fuerunt, & opera ſua iuuerunt, & ſuſceperunt, dicta pœna ſubiiciantur ſeu volentibus, ſeu nolentibus mulieribus raptus factus ſit. Hoc autem in imperatorio quoque, tribunali ſic iudicatum eſt in cauſa Seth, qui rapuerat filiam eius

* τῆς ςάσεως.

qui recenter fuerat illuminatus. Sin autem velis dicere, in mulierem non reuera factum eſſe raptum, ſed per ſimulationem vt ſuperius dictum eſt, nec pœnæ canonicæ locum habebunt, nec leges quæ raptores puniunt: ſed ſolum actione iniuriarum patribus tenebuntur, qui eas ceperũt quæ erant in poteſtate, adeò vt & matrimonium, quod inter eas interceſſit præter eorum voluntatem, qui eas habent in poteſtate ſit ſeparandum, lege xxxviij. can. huius ſancti, xli. & xlij. Sanctus autem rectè meminit ſtupri & furti. Stuprum enim ſit propriè in virginem. Fur- D tum autem, ſeu * furtiuus concubitus in liberam quæ nõ eſt huiuſmodi. Amborum autem meminit, quòd etiam abſque eo quod fiat raptus, & ſtuprator, & fornicator puniuntur.

* κλεψιγαμία.

Can. 31.

Quæ cum vir receſſit, & non appatet, antequam de eius morte certior facta ſit, cum alio cohabitauit, mœchatur.

BALS. Præſens canon expreſſè ſitus eſt in xciij. can. ſyn. in Trullo, & quoniam illic eſt expoſitus, lege quæ ſunt in illo.

Can. 32.

Qui peccatum ad mortem peccant clerici, à gradu quidem deponuntur, à laicorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipſum.

Peccatum ad mortẽ.

BALS. Clericos, qui peccatum ad mortem peccant, ſanctus quidem deponi iubet, eos autem fidelium communione non priuat, ſeu non ſegregat. Non enim vindicabis, inquit, bis in idipſum. Peccatum autem ad mortem dicunt nonnulli eſſe, actionem eam à voluntate & ſenſu diſtinguentes. Hæc enim dicunt non eſſe peccatum. Mihi autem videtur peccatum eſſe ad mortem, omne peccatum, quod E capitale inducit ſupplicium, mortem ſcilicet peccatori: & ſanctum decernere, quòd ſi quis clericus ob quoduis peccatum condemnatus fuerit etiam ſi non leue aliquod, ſed ad mortem vſque vltimum, quod capitale, vt quod mortem vel id quod morti eſt æquale inferat, appellatur, ſuppliciũ ſubierit, ſolũ deponetur, nec amplius ab eccleſia punietur. Dicebant enim nonnulli quod propter fornicationem quidem, & furtum, & quædã leuia huiuſmodi peccata ſolum deponetur clericus: propter cædem autem & maius aliquod peccatum, non ſolum depoſitioni ſubiicientur, ſed etiam ſegregabitur, quod non admiſit ſanctus: & propterea ſtatuit eum qui eſt depoſitus, non ſegregari oportere, etiam ſi propter extremum peccatum, quod eſt ad mortẽ, condemnatum eſt: eſt enim ſufficiens ſupplicium depoſitio. Quod autem propter ſolum conſilium & conſenſum, quidam etiam vltimo ſupplicio afficiuntur, patet ex xxxvi. titu. lx. lib. docente de inſidiatoribus, & decernente legi περὶ κακοσκόπων, eos eſſe obnoxios qui aduerſus imperatorem, vel ciuitatem, vel magiſtratum aliquod conſilium inierunt, & ſi opus non fecerint. Cum F autem inueneris xxviij. can. Apoſtolicum, xxix. xxx. & lxiij. quoſdam ſimul deponentes, & ſegregantes, aliquando autem etiam à communione vel eccleſia abſcindentes, ne dixeris eos præſenti can. aduerſari. Sunt enim * ſpecialia ad exemplum non trahuntur. Excipe mihi eos qui propter cauſas dogmaticas condemnantur. In illis enim id quod eſt ſynodaliter decernendum, debet fieri, quoniam nec ad peccatum, nec ad crimen reducuntur hæreſum ſcelera, ſed ſunt maiore animaduerſione digna.

* ἰδικά.

Mulier

Can.33. Mulier quæ in via peperit, & ſui fœtus curam non geſſit, cædis crimine teneatur.

*BALS. Mulier quædam grauida iter ingreſſa, in via peperit, & cum poſſet quod partum erat * viuum tueri, ipſum neglexit. Dicit ergo ſanctus eam homicidij crimine omnino teneri, etiam ſi non mortuus ſit infans, ſed ab alio educatus ſit. Quòd enim in crimen incidat, infante mortuo eſt extra controuerſiam, & nulli penitus*

*ζωογονῆσαι.

A *dubium. Si autem non fuerit in eius poteſtate infantem viuum tueri, quòd ab hoſtibus forte vt captiua traheretur; minime punietur. Et lege lij. can. huius ſancti, qui præſentem etiam canonem interpretatur. An autem eſſent puniendæ, quæ proprios filios in diuinorum templorum aditibus exponunt, an non, in ſynodali congreſſione varie diſceptatum eſt, & placuit eas vt homicidas puniri, etſi infantes ab aliquibus educentur. Lege & cap. iij. vi. titu. xxx. lib. quod ſic dicit, Occidit fœtum, non ſolum qui ſuffocat, ſed etiam qui abiicit, & non nutrit, & in publicum locum exponit ad miſericordiam, quam ipſe non habuit. Lege & totum ij. titu. xxxij. lib. qui decernit eos qui exponuntur, etiam ſi ſerui ſint, eo ipſo liberos effici. Debet tamen puniri mulier propter magnam negligentiam, quæ dolo æquiparatur: quæ quidem à iuris peritis lata culpa nominatur. Forte enim cum eſſet alioqui in rebus huiuſmodi diligens & ſollicita, in educando infante fuit negligens. Nam ſi in huiuſmodi rebus eſſet negligens, vel vt quæ eſſet nobili loco nata, nec ſciret quomodo infantum eſſet habenda cura, vel alioqui natura ad hæc non apta, & contigit infantem ea ratione non educari, ſed perire, non punietur, vt puto.*

Can.34. B Adulteratas mulieres, & confitentes, vel quomodocunque conuictas publicare quidem patres noſtri prohibuerunt, ne conuictis mortis cauſam præbeamus, eas autem ſtare, ſine communione iuſſerunt donec impleretur tempus pœnitentiæ.

**BALS. Adulteri ſecundum lviij. can. ſtant in quatuor annis cum deflentibus, quinque cum audientibus, quatuor cum ſupplicibus, & duobus cum iis qui conſiſtunt abſque cõmunione. Dicit ergo ſanctus, ſi quæ adulterata mulier peccatum confeſſa fuerit, vel quomodocunque conuicta ſit, non oportet eam publicare, id eſt eam in dictarum pœnarum locis ſtatuere. Quis enim eam viderit extra diuinos eccleſiæ ambitus ſtantẽ, vel etiã cũ catechumenis exeuntem, primo aſpectu omnino intelliget, propter adulterij crimen eam illi eſſe pœnam iniunctam, & fiet punitio cauſa mortis, poſt futurum forte viri reditum, qui id animaduerterit. Permittitur ergo cõſiſtere, & cum fidelibus comprecari, à ſacramentorum autem communione abſtinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres vti oportere ſanctus diffiniuit, propter eam quam diximus rationem. Viri enim adulterium confitentes immiſericorditer dictis pœ-*

C *nis ſubiiciuntur, quia non eſt timor in eis, qui de mulieribus dictus eſt, qui præſumuntur eſſe etiam aliis fortaſſe criminibus obnoxij, & iure puniri. Quomodocunque autem conuinci mulieres, non debes accipere de omnibus notæ probatione, ſed de mulieris conſcientiæ probatione, hoc eſt ſiue mulier ſua ſponte confeſſa ſit, vel vt etiam à pariendi periculo coacta, vel aliquo alio modo, clanculum, & non publicè ſeipſam condemnans, enunciauerit. Si enim dixeris publicè factam eſſe probationem, & veluti in triumphum eſſe ductum adulterium, rectè omnes pœnæ in eam congerentur. Neque enim canon in ea locum habet, quoniam ſemel publicata eſt, & ex viri reditu nulla cædis ſuſpicio tenetur propter pœnarum denunciationem. Ex eo autem quod dicit ſanctus, Ne demus conuictis cauſam mortis, conuictis ſcilicet, & publicatis per pœnas, nec dixeris concedi maritis adulteras ſuas mulieres interficere. In ſola enim propria domo in facto ipſo deprehenſum poteſt maritus adulterum occidere, & eum ſcenicum, vel alium qui ſit infamis. Et lege xxv. cap. xxxvij. titu. lx. lib. xxvij. xxix. & alia capita. Sed accipe etiam verbum* D *ſancti, ne fiant pœnæ cauſa magni ſcandali inter maritum & vxorem, & forte etiam vt procedat ad iniuſtam illius cædem.*

In marito qui ab vxore relictus eſt, conſiderare oportet cauſam derelictionis, & ſi præter rationem eam receſſiſſe apparuerit, eſt maritus quidem dignus venia, illa verò pœna. Ei autem venia, vt eccleſiæ communicet, dabitur. Can.35.

BALS. Præſens canon declaratur per factam à nobis interpretationem in lxxxvij. can. ſyn. in Trullo. Et lege ea, & ix. can. ſancti patris, & vi. primi.

Militum vxores, quæ cum mariti ipſarum nõ appareãt, nupſerunt, eidem rationi ſubiiciuntur, cui & quæ propter maritorum peregrinationem ac abſentiam reditu non expectato nupſerint, ſed res nonnullam hic veniam admittit, quòd maior ſit mortis ſuſpicio. Can.36.

BALS. Hic quoque canon in lviij. ſyn. in Trullo collocatus, illic eſt interpretatus.

Qui poſtquam aliena ei ablata fuerit, vxorem duxit, in prima quidem adulterij accuſabitur, in ſecunda verò reus non agetur. Can.37. E

BALS. Alienam hic dicit canon, quæ legitimè nupſit, vel deſponſa fuit alicui. ſi quis ergo adulterium commiſerit, aliena in ſuam proprietatem vſurpata, lege vtique matrimonij, et quæ ablata fuerit cum legitima ſcilicet condemnatione: alij autem cõiunctus fuerit, pro adulterio quidem ſecundum canones punietur, in ſecunda autẽ vxore, quæ eſt à viro libera, reus non agitur. Hæc autem ſunt à ſancto conſtituta propter eos qui dicebant non debere adulterum ſecundæ vxori coniungi, vt qui in capitalem condemnationem incidiſſet, & non poſſet lege veteri contrahere, quæ obſeruabatur tempore Baſilij, ſcilicet ante repurgationem. Et ſi enim in capitale ſupplicium quis incidat propter adulterium, non eſt tamẽ matrimonium contrahere prohibitus, & ideo de eo non punietur, multo autem magis hodie non punietur, quando capitale ſupplicium ſublatum eſt, & punitur adulter ſola narium abſciſione, & bonorũ ablatione. Et lege lxxxij. cap. xxxvij. tit. lx. lib. & xxxij. nouellam imperatoris domini Leonis ſapientis. Hæc autem locum habebant, vt mihi videtur, quando ſola affectione cõſtituebatur matrimonium: nunc autem quando cum ſacra oratione, & ſancto miniſterio procedit matrimonium, & ſponſalia, adulter mulieri non F *aliter coniungetur, quàm ſi ab adulterij pœnis fuerit liberatus, quæ declarantur in lviij. can. præſentis ſancti.*

Puellis quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere, ſed non protinus ad cõmunionẽ reſtituuntur, ſed triennio punientur. Can.38.

BALS. Puellas hic ſanctus eas quæ ſunt in poteſtate parentum appellat. Dicit ergo, quod ſi alicuius puella

De parentum conſenſu in matrimonio contrahendo.

tradent ſeipſas ſuis amatoribus præter ſuorum parentum ſententiam, & ab illis vitium illis allatum ſit, etiam ſi matrimonio ſibi eſſe coniuncta videantur, matrimonium eius quæ eſt in parentis poteſtate, non poßit conſiſtere ſine paterna voluntate. Sin autem parentes ipſarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio malè factum eſt, parentum poſtea conſenſus reparare videtur, vt fornicatio in matrimonium deducatur, ſed ea non eſt ſtatim ad communionem recipien-
A *da, ſed poſt tres annos. Ne facti antè ſpeciem hoc in loco ſic poſueris raptam fuiſſe puellam. Ex triceſimo enim can. & ex aliis didiciſti, quòd ſi captus factus fuerit, ſiue cum puellæ voluntate, ſiue ea nolente, non conſiſtit matrimonium, etiam ſi qui habent in poteſtate, conſentiant, ſed pone eam quæ eſt in poteſtate, non raptam, eum qui illi ſtuprum intulit, ſequi. Propterea enim ſequens conſenſus facit vt à culpa remotum ſit coniugium. Hæc autem vt mihi videtur, locum habebant, quando ſolo conſenſu conſiſtebat matrimonium. Hodie autem quoniam fit cum *ſacra benedictione, etiam ſi parentes conſentiant, non fiet matrimonium cum ſacra benedictione, niſi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab epiſcopo pro ſuo arbitratu ad tempus breuius redacti ſint. Cum enim benedictio, quæ conſiſtere non poterat in impubere puella, facta eſſet, & ij poſtea matrimonialiter benedicti, matrimonio iuncti eſſent, quæſitum eſt, an qui ex eis naſcuntur ſint germani ac legitimi. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam matrimoniũ ab initio non conſiſtit propter puellæ impubertatem: quæ autem ab initio non conſiſtunt, ex iis quæ poſtea eueniunt non conualeſcunt, quemadmodum lex dicit, neceſſario niſi fiat ſecunda benedictio, eóſne le-*
B *gitimè quidem coniunctos dixerit quiſpiam. Hoc ipſum autem etiam debere fieri dicebant in filiafamilias, quæ præter patris ſententiam benedicta eſt, inſiſtentes, quòd etiam ſi poſtea conſenſerit, qui illam habet in poteſtate, non conſiſtat matrimonium, niſi etiam fiat benedictio. Macarites autem dominus Conſtantinus Nicenus dicebat quidem in filiafamilias non requiri ſecundam benedictionem, propterea quòd ſolius perſonæ ſcilicet patris, contemptus interuenerit, & is per conſenſum amputatus ſit. In impubere autem voluit, ſecundam fieri benedictionem, quòd ius commune contemptum & nihili habitum ſit: & non aliter ei remedium afferri, niſi poſt correctionem, quod mihi non videtur propter benedictionis reuerẽtiam.*

*ἱερολογία

Can.39. Quæ viuit cum adultero, eſt omni tempore adultera.

BALS. Mulier quædam quæ adulterata fuerat, & cum adultero vna viuebat, punita eſt. Cùm autem mortuus eſſet eius maritus, volebat coniungi adultero. Dicit itaque ſanctus, quod ne hoc quidem fiet, ſed etiam donec viuit cum adultero, pœnam ſubire debet, etiam ſi xv. anni pœnitentiæ tranſacti ſint. Illi enim demum eas
C *quæ in pœnitentia dantur pœnas ſubiiſſe videntur, & veniam adipiſci, qui à malo abſtinent. Qui autem perſeuerant, eidem pœnæ ſunt obnoxij, etiam ſi eam millies ſubierint. Ita ergo in canone facti ſpeciem propone: & ne dixeris omnem mulierem quæ cum adultero cohabitat, eſſe adulteram. Eius enim vxor legitima illi cohabitans, eſt à reprehenſione aliena, & quæuis alia præter adulteram. Et lex quidem eccleſiaſtica hæc decernit. Ciuilis autem, adulteram nullo modo permittit cum adultero coniungi. Dicit enim lxvi. cap. xxxviij. titu. lx. lib. Quæ ſemel adulterium commiſit, ſi eius qui eam adulterauit, poſtea vxor fuerit, non extinguitur prætextu matrimonij, quod poſt adulterium factum eſt. Et xiij. cap. xlij. tit. eiuſdem libri, Si propter vxoris adulterium condemnatus ipſam duxero, etiam ſi ipſa non eſt condemnata, non eſt validum matrimonium: ſed etiam ſi ipſam hæredem ſcripſero, vel ipſa me, publicatur hæreditas, nec quis militariter teſtans poteſt eam hæredem ſcribere, quæ ex ſtupro eſt cognita & ei fuit concubina, ſed ſi tale quid contingat, locus datur publico. Et iij thema x. cap. xxviij. lib. Qui propter adulterium vxoris accuſatus eſt, non po-* D
teſt eam vxorem ducere.

Quæ præter domini ſententiam ſe viro tradidit, fornicata eſt, Quæ autem poſtea libero matrimonio vſa eſt, nupſit. Quare illud quidem fornicatio, hoc verò matrimonium. Eorum enim qui ſunt in alterius poteſtate, pacta conuenta firmi nihil habent. *Can.40.*

BALS. Ancilla quædam cuidam viro libero matrimonialiter coniuncta erat, præter mentem ſui domini. Cum autem aliquantum temporis proceßiſſet, vel libertate donata, quod cum priore viro contraxerat liberum habuit matrimonium, vel etiam eius dominus prius facto quod non conſiſtebat matrimonio conſenſit. Interrogatus ergo ſanctus, an quod inter eos factum eſt matrimonium, caſtigari non debeat, dixit, quod quoniam eorum qui ſunt in poteſtate conſenſus infirmi ſunt, & non poſſunt conſiſtere, ideo non conſtitutum eſt legitimum matrimonium tempore ſeruitutis, etiam ſi domini conſenſus poſtea ſecutus, vel eadem ancilla manumiſſa, ad peius matrimonium ſe contulit, non videtur quod factum eſt etiam ab initio legitimum propter ſequentem conſenſum, ſecundum legem, quæ dicit, Quæ ab initio ſunt infirma, ac inualida, ex iis quæ poſtea eueniunt non confirman- E
tur. Et ideo pro priori quidem tempore fornicationis pœna eis imponentur: poſterior autem coniunctus pœna carebit. Et hæc quidem quando ancillæ matrimonium, quod conſiſtere non poteſt, fuerit confirmatum, vel poſt eius libertatem, vel poſt manifeſtum domini cõſenſum, quem etiam tacita libertas neceſſario conſequitur. Quid autem ancilla, quæ libero matrimonio coniuncta eſt domino ſciente, & non contradicente vt fornicatrix reputabitur, eo quòd dominus non conſenſerit, an non? SOL. xlvij. cap. iij. tit. xxviij. lib. hæc dicit expreßè, Si quis ancillam ſuam tradidit, qui autem liber erat, & ei qui dabat fide habita, eam accepit, & fortè etiam dotalibus confectis inſtrumentis, vel non confectis quidem, ſed eius tamen voluntate rem tractauit, non iuſſum fuerit, non hoc matrimonium conſtituit, ſed etiam tacitam libertatem conſequi, ſiue vir fuerit, ſiue mulier, & cum hoc à domino factum ſit, eum eámque decernimus ad ingenuitatem arripi, eámque tanquam in liberis, & ingenuis iudicari. Si autem ipſe quidem matrimonium non conſtituerit, alterutrius perſonæ dominus, cum autem ſciret quod fiebat de induſtria celauit vt aduerſus cõiunctorum alterutrum negocium poſt- F
ea conſarcinaret, eiuſmodi quidem maleficium ſiquidem clarè oſtenſum fuerit, punimus, & eis qui tam improbũ conſilium ceperunt, dominum auferimus, & hoc ſit rurſus quoque matrimonium, perinde ac ſi is conſenſiſſet ab initio qui poßidebat. At ille quidem à dominio excidat: rurſus autem ſeruus ad ingenuitatem capiatur. Cum hoc itaque eueniat, vel ſi conſenſit, vel ſi ſe improbe geßit dominus, clarum eſt quòd qui ex his matrimoniis nati ſunt, erunt nobis ex hac lege liberi & ingenui. Et quoniam ex hoc oſtenditur, ad libertatem arripi mulierem, quæ cum

domino

domini tolerantia nupſit libero, qui coniuncti ſunt, nulla pœna affecti conſeruabuntur. Quod enim ad veterem legem attinet, quæ matrimonium ſolo conſenſu fieri decernit, eiuſmodi quoque peractum eſt matrimonium per tacitum domini conſenſum. Si quis autem dixerit, quòd cum non facta ſit benedictio vt hodie obſeruatur, ij pœnas non effugient, etiam ſi matrimonio coniuncti ſunt, domino vidente, & patiente, audiet quòd quantum attinet ad pœnarum rationem, magis conſideratur affectio quàm nouellarum conſtitutionum ſummum ius. A

Can. 41. Quæ in viduitate habet ſui poteſtatem, cohabitat ab omni accuſatione libera, ſi nemo eſt qui coniugium diuellat, cum dicat Apoſtolus, Si mortuus ſit maritus, libera eſt, vt nubat cui velit, tantum in domino.

BALS. Mulier quædam vidua volebat alij matrimonio coniungi: & non ei permittebatur, vel etiam coniuncta puniebatur. Sanctus ergo de eo interrogatus eſt, & reſpondit, quòd eſt in viduæ poteſtate vt alij viro coniungatur, ſi tunc eſt ſui iuris. Hoc autem in ſola digamia ſeruabitur: neque enim ſanctus trigamiam permittit. Rectè itaque mulier vidua ſecundò nubet, & cum ſecundò nupſerit, non punietur: ſiquidem non eſt filiafamilias, ſed ſi ſit in poteſtate parentis conſtituta, quoniam qui eam habet in poteſtate, poteſt matrimonium diſſoluere, ipſa quoque, vt quæ ſit fornicata, punietur. Sed & mulieres quæ ſecundò nubunt, digamorũ ſupplicio ſubiiciuntur, vt ſæpe diximus. Cum autem audis ſanctum dicentem eſſe in poteſtate viduæ nubere cui velit, ne dixeris eam poſſe impio, vel alicui alij ſuo genere indigno cõiungi. Sed dic eam debere ſecundum leges, & canones ſecundo viro nubere. B *Dicit enim primum cap. iiij. titu. xxi. lib. Matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio, & totius vitæ conſuetudo, diuinarum & humanarum rerum ſocietas, & xxxi. ſyn. Laodicenæ canon, & ij. can. ſyn. in Trullo, prohibendo orthodoxos cum hæreticis coniungi, & ij. thema vij. cap. v. tit. xxviij. lib. dicit, Non eſt validum matrimonium filia vel neptis viri * ſenatorij cum libertino vel ſcenico, vel ſcenici, aut ſcenicæ filio. Potens autem, & ſanctus dominus noſter & imperator, cum nobilium aliquot mulierum, cum viris ignobilibus contracta eſſent matrimonia, ea ſeparauit, & ſeparatos valde punijt, vt fecit in regiũ dominũ Theodorum, Meſaritémque qui Auguſti Brienij filiam, abſque imperatoris ſcientia in vxorem acceperat. Quod autem adiicitur canoni, & dicit, Solum in domino, adiectum eſt propter infideles. In domino enim matrimonium contrahit, quæ cum orthodoxo, non cum hæretico matrimonium contrahit.*

* [illegible]

* [illegible]

Can. 42. Quæ * ſine iis qui habent poteſtatẽ fiunt matrimonia, ſunt fornicationes. Nec ergo viuente patre, nec domino, ij qui conueniunt ſunt ab accuſatione liberi, donec coniugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem coniugium.

* [illegible] *Parentum in contrahẽdo matrimonio conſenſu.*

C *BALS. Hic canon eſt veluti ſumma proximorum canonũ. Dicit enim, quòd ſi filiafamilias, vel ancilla, matrimonium cum aliquo contraxerint ſine voluntate eorũ qui ipſas habent in poteſtate, hoc exiſtimatur fornicatio, vtpote quod non poßit conſiſtere. Quare & tanquam fornicatores punietur, & matrimonium tanquam quod non poßit conſiſtere, ſoluetur. Sin autem ij qui in eos habẽt poteſtatem, annuerint, hoc eſt admiſerint, & voluerint, matrimonium tunc firmum reputabitur. Quæ autem de eorũ qui ſunt in poteſtate, & dominorum conſenſu dicuntur, interpretare ſecundum canones proximè interpretatos. De filiis autem familias, & ſeruis vxorem ducentibus, vel etiam fornicantibus, lege quæ in lxxxv. can. ſyn. in Trullo ſcripta ſunt, & ix. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij.*

Qui mortis ictum dedit proximo, eſt homicida, ſiue prior percuſſit, ſiue vltus eſt. Can. 43.

BALS. Percußit quiſpiam aliquem, & interfecit, & cum iuberetur reddere rationem cur interfeciſſet, dicebat, Non fui cauſa cædis, ſed is qui occiſus eſt, vt qui pugnæ initium fecit, & me prior percußit. Sanctus ergo de eo interrogatus, reſpondit, Homicida eſt qui quomodocunque hominem interfecit: ſiue primo loco, eum qui interfectus eſt, percußit, ſiue eum vlciſcens, vt qui prior percuſſiſſet, vulnus ei intulit. D *Interrogauerit autem quiſpiam cum lex dicat in ſexageſimo libro xxxix. tit. cap. i. themate vltimo. Impunè quis illum interficiet, qui vel ipſum, vel ſuos cogit ad libidinẽ, & in titulo eiuſdem libri, Vim vi licet repellere & arma armis: quomodo dicit canon eum qui ſe defenſurus percußit, & occidit, puniri vt homicidam? SOL. Pœnæ eccleſiaſticæ non puniunt, ſed ſanctificant & medentur: & ideo decernit canon vt qui quomodocunque dei permißione in cædẽ inciderit, & ipſi etiam qui in bello occiderunt, in anima medicinam accipiant: & ſi hic quidem maiore opus habet medicina, vt qui ſponte interfecit, ille verò minore, vt qui non voluntariè, vel in ſui defenſione, vel in bello. Lex autem ciuilis punit, nõ medetur. Vnde etiam eum qui habet affectum interficiendi, punit vt homicidam: eum verò qui inuoluntariè interficit, non punit: & eum qui illum perimit, qui ei vim afferebat, impunitum conſeruat, vt qui non ex ſe, ſed ab eo qui fuit interfectus ad occidendum impulſus eſt. Exiſtimo autem, quòd qui etiam in ſuo defenſione occidit, tunc impunè abibit, quãdo eum interfecit, qui vulnus illi mortale inflixit, vel vim ſimilem.* E *Non autem eum, qui leuem ac medicabilem illi plagam attulit. Tunc enim vt homicida punietur. Dicit enim xiij. caput xxxix. tit. lx. lib. Qui eum interfecit, qui ita inuadebat, vt in vitæ periculum adduceretur, non eſt reus homicidij. Et ſecundũ eius thema, latronem inuadentẽ impunè licet interficere. Ego autem vidi ſacerdotem ſynodaliter depoſitum, quòd alteriũ ſacerdotem, qui præter eius voluntatem librum ex eccleſia ſua accipiebat, detinuit, & librum proprium è manu eius contentioſè recepit, & ex eo euenit, vt ſacerdos cui liber ablatus eſt, deliquium animi pateretur, & ipſa hora moreretur. Alius autẽ monachus & ſacerdos ex Tirij monaſterio, ſimiliter eſt depoſitus, quòd monachum quẽdam, qui eum iniuria affecerat, grauis vicißim iniuria affecit, & accidit, vt qui ſic iniuria affectus eſt, ſimulac iniuriã audiuit, gemeret, & animam eructaret. Antiſtes quoque qui Agarenum interfecerat, qui enſem in ipſum vibrauerat belli tempore, ſimiliter depoſitus eſt.*

Diaconiſſa, quæ vna cum Græco fornicata eſt, eſt ad communionem admittenda, ad oblationẽ autem ſeptimo anno admittetur, ſcilicet ſi in caſtitate vitam agat. Græcus autem qui poſt fidem ruſus ad ſacrilegium accedit, ad vomitum reuertitur. Nos ergo diaconiſſę corpus vt cõſecratum, eſſe in caſu carnali non amplius permittimus. Can. 44. F

BALS. Quomodo, & quænam mulier diaconiſſa dicitur, ex diuerſis canonibus didiciſti. Diaconiſſa ergo mulier alicui Græco fornicatoriè coniuncta, non ſolum eſt depoſita, ſed etiam ſegregata, & qui cum ea rem habuit Græcus fidelis effectus, voluit eam vxorem accipere, tanquam qui per ſanctum baptiſmum à Græca immunditia

liberatus eſſet, & qui ei cōiungi non impediretur, quæ per priorem fornicationē diaconalem auctoritatem depoſuiſſet, & eſſet veluti libera. Sanctus ergo de vtriſque fuit interrogatus, & reſpondit, quòd diaconiſſa, quæ fornicata eſt, & propterea fuit depoſita, non ſegragabitur, vt non in eccleſia verſetur, ſed ad orationem, & ſtationem cum fidelibus admittetur. Dictum enim eſt in xxxij. eius can. quòd clerici qui peccatum ad mortem peccant, ſolùm deponuntur, non etiam ſegregantur. Non enim vindicabis bis in idipſum. Porro & diaconiſſa propter fornicationem
A *depoſita ab eccleſiaſtica ſynaxi non ſegregabitur. Illi enim pro quauis pœna ſufficit depoſitio. Quia autem qui fornicantur, triennio non ſunt ſanctorum myſteriorum participes, ſtatuit ſanctus, vt ea magis puniretur, quòd cum Græco rem habuerit, eáque eſſet poſt ſeptennium ſacramētorum particeps. Græcum autem qui credidit, & eam quæ aliquando fuit diaconiſſa, habere quærit, ſacrilegij eodem nationi ſubiicit, ſi diaconiſſæ corpus, quod deo ſemel eſt dedicatum, per coitum coinquinauerit: & eum adeò canem vocat, qui ad ſuum vomitum reuertitur, hoc eſt ad priorem infidelitatem, per nefarium coitum. Quamobrem eam quæ ſemel deo eſt dedicata, etiam ſi fuerit depoſita, nullo modo ſinit alicui coniungi, quòd ſit corpus eius conſecratum, & ſeruari debeat ab omni coitu, & omni vſu carnali. Nota ergo hæc propter clericos & monachos, qui trāſformant & mutant habitum, & monachas etiam, & aſcetrias volentes legitimis vxoribus aut viris coniungi. Exiſtimo autem eas ab hoc canone rectè ſecundò nubere, prohibendas, nec ſacerdotum vxores, ſicut nec qui ſunt ſacrati ſacerdotium recuſantes, permittentur viuere vt laici, & ſecundo matrimonium contrahere: ſacerdotū enim vxores, vnum corpus & vna caro ſacerdotalis, per legitimam ſacerdotij coniunctionem appellata, & ea de cauſa*
B *veluti conſecrata, non prophanabuntur per ſecundas nuptias. Sacerdotes autē, qui ſemel ſecundas nuptias eo quòd deo ſunt conſecrati reiecerunt, & deo hoc vtique profeſſi ſunt, non ſinentur per carnalem cupiditatem ſacerdotalem dignitatem repudiare, & quam deo fecerunt profeſſionem infirmare, & carnali libidini ſeruire: ſed etiam ſi ſemel ſacerdotiū renunciauerint, corpora ſua, quæ ſunt deo ſemel conſecrata, prohibebuntur ſecundis nuptiis prophanare.*

Cum diaconiſſa rem habere.

Nec monachis monachare habitum mutantes, nec ſacerdotes ſacerdotio renunciantes poſſunt ij matrimonium contrahere.

Can. 45. Si quis accepto nomine Chriſtianiſmi Chriſtum contumelia afficit, nulla eſt illi appellationis vtilitas.

BALS. Infidelis quiſpiam baptizatus, & dignus habitus, qui Chriſtianus diceretur, in deum quidem fidem habuit orthodoxam, non agebat autem ſecundum opera Chriſtianorum: ſed eccleſiaſticas fortè traditiones, & canonicas definitiones vituperabat, infidelium operationes præferens, & eo modo deum iniuria afficiens. Interrogatus eſt ergo ſanctus, an is propterea à fidelium communione expellatur, an potius nequaquam ſit accuſan-
C *dus, vt qui fidem orthodoxam elegerit, & dixit quod accipere aliquem nomen Chriſtiani ipſum non iuuat, niſi in omnibus, vt par eſt orthodoxos, vitam inſtituat: neceſſario ergo, vt membrum putridum ab integritate extindetur ſani corporis Chriſtiani populi. Si velis autem canonem aliter quoque interpretari, quòd nō eſt propriè Chriſtianus, qui facit mandata Chriſti, nihil vetabit. Dicit enim ſanctus Iacobus frater dei in ſua epiſtola hoc modo, Quid iuuat fratres mei, ſi quis ſe fidem habere dicat, opera autem non habeat, non poteſt fides eum ſeruare? Et Apoſtolus, Fides ſine operibus mortua eſt.*

Quæ per ignorantiam nupſit ei qui ab vxore ad tēpus dimiſſus eſt, deinde dimiſſa eſt, vt prius ad ipſum reuertatur, fornicata quidem eſt, ſed per ignorantiam. A matrimonio ergo non prohibebitur, ſed melius eſt ſi ſic manſerit. Can. 46.

BALS. Hic canon ſitus eſt in contextu xciij. can. ſyn. in Trullo, & quia de eo fuſius illic tractatum eſt, lege eum & ix. canonem præſentis ſancti patris.

D Encratitæ, & ſaccophori, & apotactitæ ſubiiciuntur eidem rationi, cui & Nouatiani, quia de illis editus eſt canon, etſi diuerſus: quæ autem ſunt aduerſus eos ſilentio prætermiſſa ſunt, nos autem vna ratione eos rebaptizamus, ſi autem prohibita eſt apud vos hæc rebaptizatio, ſicut & à Romanis, alicuius œconomiæ gratia, noſtra tamen oratio vires obtineat, quādoquidem eſt veluti Marcioniſtatum germen eorum hæreſis, nuptias abhorrentium, & nuptias auerſantium & dei creaturam inquinatam eſſe dicentium. Eos ergo in eccleſiam nō admittimus niſi in noſtrum baptiſmum baptizati fuerint. Ne dicant enim, In patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum baptizati ſumus, qui quidem deum eſſe malorum effectorem exiſtimant, inſtar Marcionis, & reliquarum hæreſum. Quamobrem ſi hoc placuerit, oportet plures ſimul eſſe epiſcopos, & ſic canonem exponere, vt & is qui fecit ſit extra periculum, & qui reſpondet, in reſponſione de his fide dignus habeatur. Can. 47.

BALS. Sunt quidam Entratitæ, Saccophori, Apotactitæ, Nouatiani, & Marcioniſtæ, & quænam ſunt hæc hæreſum genera, in diuerſis canonibus dictum eſt. Præſens autem canon, nō eget interpretatione, quia nec vt decretum à ſancto ſcriptum eſt, ſed vt ſententiæ ſuæ explicatio. Legitimam enim conſtitutionem ad ſynodalem definitionem remiſit. Tu autem lege. 7. can. 2. ſyn. & diſce quinam ex hæreticis baptizantur, poſtquam recepti fuerint, & qui non. E

Quæ à marito dimiſſa eſt, mea quidem ſententia manere debet. Si dominus autē dixit, Si quis reliquit vxorem præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo quod eam adulteram nominet, excluſit eam à ſocietate cum alio. Quomodo enim poteſt vir quidam eſſe reus, vt auctor adulterij, mulier autem nulli eſſe culpæ affinis, quæ adultera appellata eſt, propter conſuetudinem cum alio viro? Can. 48.

BALS. Vt eſt veriſimile, ſanctus interrogatus eſt, an debet marito legitimè coniungi quæ præter rationem à proprio marito ſeparata eſt. Dixit itaque quod quia dominus eam eſſe adulteram pronunciauit quæ extra fornicationem à ſuo marito dimiſſa eſt, ſi alij omnino coniuncta fuerit, debet ea mulier quieſcere, & alij non coniungi, F *ſuum itaque dictum confirmans adiecit, quòd & ſi ea dimiſſionis cauſam dederit, non maritus, ipſa tamen ſi iniuſtum diuortium non toleranter tulerit & ad ſuum coniugem redierit, ſed alij cōiuncta fuerit, vt adultera accuſabitur. Eius autē maritum dicit eſſe reum vt qui fuerit auctor adulterij. Et in his quidem conſiſtit canon. Tu autē lege 88. can. & 93. ſyn. in Trullo & quæ in his à nobis ſcripta ſunt de iis, quæ ſuos maritos reliquerūt & cōtra. Interrogauerit autem quiſpiam, cui pœnæ eſt obnoxius maritus mulieris, quæ iniuſtè dimiſſa eſt, & cum alio vitæ*

ſocietatem

ſocietatem iniit. S O L. *Quidam dixerunt eum eſſe reum adulterij, ſed mihi non ita videtur. Quoniam enim in mulieris voluntate ſitum eſt vt ipſa alij iungatur, & ſic adulteretur, & toleranter pati, & non fieri adulterium, quomodo maritus, qui non eſt adulteratus, vt adulter punietur? Exiſtimo ergo quòd vt adulter quidem non punietur, agetur autem in eum, vt qui præter rationem diuortij libellum emiſerit, vt vult xij. cap. xxxiij. Iuſtiniani nouella ſeu iij. cap. ſeptimi tit. xxviij. lib. quod ſic habet. Quia autem nonnulli ſtudent noſtram legem tranſgredi in qua ſpecialiter cauſas enumerauimus, ex quibus ſolis*
A *poteſt emitti diuortium, vel à viro, vel à muliere, iubemus præter illas cauſas nullo modo fieri diuortium, vel factum confirmari, vel ex conſenſu matrimonium diſſoluere, & peccata aliis condonare. Sin autem præter cauſas à nobis definitas voluerint aliqui diſſoluere matrimoniũ, iubemus ſi quidem deſcendentes habeant, ſiue ex ipſo, ſiue ex alio matrimonio, dare illis eorum ſubſtantias, ſecũdum legum ordinem, virũmque & mulierem intrudi in monaſterium toto vitæ ſuæ tempore, & ex vniuſcuiuſque facultatibus circiter quatuor vncias monaſteriis in quæ immittuntur ſeparari, marito ſcilicet ne vſum quidem habente eius partis, quæ datur liberis. Sin autem deſcendẽtes non habeant, ſed aſcendentes inueniantur, ipſi tertiã partem facultatum accipiant, præterquam ſi matrimonij ſolutioni conſenſerint. Duæ autem partes monaſteriis in quæ vnuſquiſque inicitur, ſeparentur. Sin autem nec deſcendentes, nec aſcendentes fuerint, vel ſi etiam aſcendentes ei quod factum eſt conſenſerint, iubemus omnes facultates dari monaſteriis in quæ coniecti ſunt, ne propter hãc*
*[illegible] * inuentionem, dei quoque iudicium contemnatur, & lex noſtra tranſiliatur. Sed & eos, qui eiuſmodi matrimonij ſolutionibus deſeruiunt, vel eiuſmodi nefarios contractus*
B *componunt, corporalibus pœnis ſubiici iubemus, & mitti in exilium. Si autem ij qui matrimonium ſoluere conati ſunt, rurſus velint ſe ipſos matrimonio coniungere, priuſquam in monaſterium iniciantur, damus ei hoc agendi facultatem & prædictas illi pœnas condonamus, & vt facultates habeant ipſis concedimus, & vt ita inter ſe viuant, perinde ac ſi nihil inter ſe huiuſmodi peccaſſent: ſi vna autem perſona velit reuocare matrimonium, niſi altera perſona conſenſerit aduerſus eum qui non vult, pœnæ ſeruentur. Hæc autem omnia ſeruari iubemus, & in hac vrbe Regia, & in prouinciis, & per comitem priuatorum, & per præſides prouinciarum, & eorum ordines ipſis ſcientibus, quòd ſi eo peccante ſe ſegniter geſſerint, & non hæc omnia ſeruauerint, & exterminationem, & publicationem ſubibunt. Hæc autem ipſa ſeruare iubemus loci quoque ſanctiſſimos epiſcopos, vt eorum prouidentia, perſonæ quæ traditæ ſunt, in monaſteria coniiciantur, & ex rebus ipſis ea quæ à nobis definita ſunt, monaſteriis præbeantur.*

C Stupra quæ per vim inferuntur, non fiot accu
Can. alia. ſatiooi obnoxia. Quare etſi ancillæ vis allata fuerit à proprio domino, ea à culpa eſt libera.

B A L S. *Præſens edita eſt reſponſio, pro aliqua ancilla, quæ à ſuo domino vim paſſa eſt. Dicit enim, quòd quoniam alia quoque ſtupra, quæ neceſſitate, & vi perpetrantur, ab hoſtibus ſcilicet in captiuas, & à perſonis quæ regunt, in eas perſonas quibus præſunt, neceſſario quoque ancilla, quæ vi cum ſuo domino rem habuit, non incidet in pœnas fornicatorum. Lege canonem primum ſancti Dionyſii archiepiſcopi Alexandrini ex eodem canone in paſcha. Hæc autem, vt mihi videtur, ſeruabuntur, vt quantum ad hoc vt quæ ſtupratæ fuerunt, propter ſtuprum, fornicationis ſupplicio afficiantur. Nam ſi per vim vel ignorantiam aliquis in rem inciderit, quæ eum à ſacerdotali miniſterio arceat, non adiuuabitur ad hoc vt ſit deinceps cum ſacratis, quoniam non propria voluntate in hoc malum inciderit: ſed deponetur. Et lege primum canonem ſynodi Ancyranæ, & xxvij. can. præſentis ſancti patris. Propterea enim, vt exiſtimo, nec qui imperatoria auctoritate tondentur, poſſunt transformari, habitúmve mutare ſancti Baſilij præſentem can. producentes. Sed erunt neceſſario monachi, etiam ſi vi tonſi fuere, quemadmodum & quæ vi ſtuprata eſt, ſi erat diaconiſſa, in pœnam quidem non incidet, ſed nihil amplius diaconicum exercebit, quòd ea dei permiſſu in malum inciderit, quod ei aufert diaconicam auctoritatem.*

Sacerdos, qui incidit in rem quæ eum arcet à ſacerdotio.

D

Trigamiæ lex noo eſt. Quare lege tertium matrimonium noo prohibetur. Veruntamen ea vt eccleſiæ inquinameota videmus: ſed publicis condemnationibus non ſubiicimus, vt quæ ſoluta ac profuſa fornicatione ſunt magis expetenda.

Can. l. Præfertur polygamia ſolutæ ac liberæ fornicationi.

B A L S. *Cum audis ſanctum dicentem non eſſe legem in trigamia, ne dixeris etiam à lege ciuili prohiberi trigamiam. A lege enim conceſſa eſt, ſed eccleſiaſticam hic legẽ intellige. Legem autem ciuilem dic antiquam, quæ ante ſanctum patrem obſeruabatur, non autem eam quæ multis poſt ſeculis lata eſt, ſcilicet Porphyrogenneta, & Imperatoris domini Conſtantini deciſionem, quæ ſita eſt in primo canone huius ſancti, quam etiam lege, vt dicit Zonaras. Neque enim fieri poteſt vt hoc dicat quòd in ſancti mentem venire non poterat vt pote quod multis poſt ſeculis factum eſt. Quod autem etiam à lege antiqua tertium matrimonium permiſſum eſt, lege lib. xxviij. tit. vij. cap.* E
lxij. thema vi. & tit. xiij. cap. iiij. Nota autem, quòd ex hoc præſenti canone apparet non ſeparari tertium matrimonium vt contra leges factum. Dicit enim, quòd inquinamenta quidem eccleſiæ tertia matrimonia omnino reputantur, vt quæ ab eccleſia non permittuntur, ſi rogata fuerint, Publicis autem condemnationibus, ſeu manifeſtis diuulſionibus non ſubiiciuntur, quòd ſint eiuſmodi coniugia fornicatione meliora. Qui autem matrimonium ita contraxerunt, per polygamiam minus effuſè peccant. Qui autem fornicantur, laxis habenis in vitia feruntur, vt qui indiſcriminatim ex alia muliere ad aliam tranſeant.

EIVSDEM AD EVNDEM
Epiſtola caoooica tertia.

QVOD aduerſus clericos ſtatutum, eſt canooes indefioite ediderũt, vnum in iis qui lapſi ſunt, ſupplicium decerni iubentes, à miniſterio ſcilicet motionem, ſiue ſint in gradu, ſiue etiam in miniſterio, quod noo impoſitis manibus datur, perſeuereot. F

B A L S. *In xxxij. can. ſanctus definit propter omne peccatum clericos per ſolam depoſitionem puniri. Sed quia nonnulli dixerũt illos reputari clericos, qui ordinati ſunt, non autem eos qui per ſolum characterem conſtituti ſunt in gradibus eccleſiaſticis (Illos enim magis punire volebant) definit ſanctus per præſentem canonem,*

Clerici ordinati, & qui characterem ſuſceperunt.

omnes ſimiliter clericos per ſolam depoſitionem,ſeu permo
tionem à conuenienti ſacro miniſterio,puniri, ſiue ſint or-
dinati vt presbyteri,diaconi,hypodiaconi : ſiue per ſolum
characterem operationem ſacerdotalem habeant, vt lecto-
res,cantores,ianitores, & ſimiles. Et hæc quidem de cleri-
cis per ordinationem, vel characterem in eccleſiaſticis gra
dibus collocatis. Si quis autem ab epiſcopo,vel monaſterij
præfecto tonſuram habens in crimen inciderit , is ne ali-
quo modo punietur ? SOL. Et quoque eſt clericus, & con-
demnabitur vt reliqui clerici : prohibebitur enim quod-
uis opus exercere, cuiuſmodi exercent qui habent tonſuras
quemadmodum non conſcendet tribunal, non leget in am
bone,ad ſacerdotalem gradum non promouebitur . Miror
A *autem,quomodo nonnulli depoſiti chartullaratia eccleſia-*
ſtica exercent,quæ quidem ſoli ſacrati exercent. Similiter
miror,quomodo qui ſolas habent tonſuras , & peccantes
examinantur, & omnino vt laici puniuntur. Vide enim
hoc aliena quadam ratione, & per abuſum fieri. Nota au
tem ex præſenti canone, quòd quoniam officia dantur per
characterem, ſunt autem & ij. gradus, iniuria afficiun-
tur,qui ab epiſcopis ex ipſis officiis indicta in iudicio cau-
ſa expelluntur. Neque enim habent epiſcopi facultatem
hoc in eis faciendi poſt characterem,quod non poſſunt face
re in diaconis dignitatibus.

Can. lii. Quæ fœtus io via nati curam noo geſſit, ſi cum
poſſet quidem ſeruare, neglexerit, vel ſe ideo pec
catum celare exiſtimás, vel etiam omnino belui-
na, & in humana ratione viens, tanquam propter
homicidium iudicetur. Sinautem eum concinna
re & compooere non potuit, & propter ſolitudi-
nem, rerúmque neceſſariarum inopiam fœtus in
B teriit, matri ignoſceodum eſt.

BALS. In xxxiij.can.ſanctus de ea quæ in via pe-
perit, & fœtum neglexit anguſtius ſtatuit : nunc autem
fuſius decernit de ſpeciebus negligentiæ, & dicit, quod ſi
quæ ex fornicatione quidem, vel adulterio clam vel conce
pit,vel peperit, & timens ne conuinceretur,ſtatuit per na
ti fœtus interitum celare peccatum,vel etiam beluinè,ſeu
inhumanè in fœtum ſe geſſit , hoc eſt inſtar ferarum quæ
carnes humanas deuorant , & eis non parcunt,eius non
miſerta eſt,debet inſtar homicidæ puniri. Sinautem vole-
bat quidem infantem ſeruare,ſed non potuit propter ſoli-
tudinem & rerum inopiam, & eo factum eſt, vt interi-
ret,digna erit cui ignoſcatur,ſed quia in xxxiij.can.dixi-
mus,quod quæ in via peperit, & negligenter, vel etiam
fraudulenter in id quod natum eſt, affecta eſt, vt homici-
da iudicatur,non ſolum ſi interiit quod natum eſt, ſed e-
tiam ſi ab alio educatū ſit. Rurſus quoque dicimus, quòd
etiam ex iis quæ illic ſcripſimus,hoc probatur. Non minus
autem & ex præſenti canone apparet. Illic enim ſanctus
mulieris contemptum,vel fraudem inducit. non addit au
tem fœtus interitum. Sed dicit,tanquam ob homicidium
matrem condemnari, hoc eſt etiam ſi fœtus non fuerit in-
terfectus,condemnari autem propter malam affectionem.
C *Infante enim illius dolo vel ſocordia interfecto, debebat ſi*
ne controuerſia vt homicida puniri. Quando autem nec
per negligentiam,nec per dolum matris id euenerit, dicit
illi quoque ignoſci oportere, & adiicit fœtum interire à
ſolitudine, & à rerum neceſſariarū inopia. Si enim vixiſ
ſet,nec matris negligentia proceſſiſſet, quomodo quis eam
criminandam eſſe diceret ? Illud autem , matrem beluinè
affici , accipe ſecundum præſentem interpretationem, &
non vt dicebant aliqui, ſecundum ferarum maternam e-
ducationem. Permultæ enim feræ pullos ſuos diligenter
curant, & educunt, & pro eis pericula ſubeunt, nec ſunt
eis conferendæ mulieres, doloſæ, & ſocordes, matres ſcili-
cet. Iam enim leæna tantam ſuorum catulorum curam ge
rit, vt antro egrediens, & pedum ſuorum veſtigia cauda
confundens, non ſinit antrum ſuum inueſtigari à venato
re, & fœtus ſuos interimi.

Vidua ancilla fortè noo multum lapſa eſt quę Can. liii.
ſub raptus ſimulatione, ſecundum matrimonium
eligit. Quamobrem eam de illo accuſare noo o-
portet : oeque enim ſimulatio iudicatur, ſed vo-
luotas. Clarum eſt autem quod illam manet pœ- D
na digamiæ.

BALS. Ancilla, inquit ſanctus, vidua, & vo-
lens quidem ſecundum matrimonium contrahere, fortè
autem ne hoc faciat retardata, propterea quod à ſuis filiis
vel à primis coniugij cognatis damnaretur, & propterea
ſe raptam fuiſſe præ ſe ferens, per futurum coniugem accu
ſari non poteſt, quia non eſt verus raptus, ſed velatus ſub
ſecundi matrimonij prætextu. Æquum eſt autem nemi-
nem à prætextu ſeu ſimulatione dānari, ſed ex affectione
& voluntate. Quare ſi non ſuberat ſecundi matrimonij
ratio, ſed propter fornicationem ſe raptam eſſe ſimulauit,
vt quæ fornicata ſit puniatur. Viduam autem ne dixeris
eſſe & ancillam , ſed fuiſſe quidem aliquando ancillam
nunc autem liberam. Ipſa enim poteſt primo, & ij. cōtra-
here matrimonium, ſed non ancilla, quæ à lege non cognoſ
citur, & à legitimis contractibus. Quoniam autem non-
nulli canone ad ancillas traducto , dixerunt quòd poſt ſi-
mulatum raptum dominus ſecundo matrimonio annuit,
& ſic quoque fortaſſe exiſtimarunt fornicationem effuge
re, tanquam matrimonio per domini conſenſum confirma
to, audiant quòd quoniam primùm matrimonium factū E
eſt ancillæ cum libero, tunc autem neceſſario quoque conſē
ſus domini conſequutus eſt, eſt ſuperuacaneum, vel potius
nō admittendum, vt ſupponatur eam fuiſſe ancillam tem
pore ſimulati raptus . A primo enim matrimonio, quod
domini conſenſu factum eſt, ancilla tacitè liberata eſt, nec
amplius opus habuit conſenſu eius qui fuit aliquando do
minus, ad ſecūdum matrimonium. Interrogauerit autem
quiſpiam cum leges & canones quemadmodum ſæpe di-
ctum eſt, non permittant vt raptores raptis legitimè con-
iungantur, etiam ſi raptarum voluntate fiat raptus, quo
modo dicit præſens canon à raptu ſimulato non impediri
ſecundum matrimonium ? SOL. Hic raptus à viro fa
ctus non eſt, nec vlla actio, quæ raptum conſtituat, ſed mu
lier quæ volebat ſecundo nubere, ſe raptam fuiſſe ſimula-
uit propter cauſas dictas ſuperius. Si enim raptus omni-
no factus eſt , nec matrimonium quidem inter eos inter-
cedet , ſed raptorum , & fornicatorum pœnis omnino
ſubiicietur.

De inuoluntariis cædibus ſcio me ante hoc Can. liiii.
tempus io octauo canone, cuius eſt priocipium.
Qui ſecuti ad ſuam pietatem , ſcripſiſſe pro viri- F
bus, & nihil vltra illa poſſum dicere : eſt au-
tem tuæ prudeotiæ pro circuoſtaotiæ
proprietate pœnas intendere
vel remittere.

BALS. Sanctus rurſus etiam interrogatus eſt, quo
modo debent puniri qui cædes inuoluntariè perpetrant,
& reſpondit, Plus quam dixi in octauo canone , non poſ-
ſum de inuoluntariis homicidiis dicere .

Conciſſit

Conceßit autem ei qui adminiſtrat, qui inuoluntarium homicidium commiſit, vel pœnam augere, vel minuere ſecundum proprietatem circumſtantiæ, ſeu ſecundum modū & cauſam cædis, & ſecundum qualitatem perſonæ quæ interfecit eiúſque affectionem. Quod autem variè ſcilicet aliquando quidem grauiter, aliquando leuiter puniuntur cædes inuoluntariæ, clarum eſt ex iis quæ quotidie accidunt circa infantes, quæ in matrum vlnis ſæpe moriuntur. Si enim ex ebrietate mater grauis ſomno affecta, relicto incurato infante dedit cauſam cædis, acerbè punietur. Sin autem ex mala valetudine profunde dormiit, & infantulo mortiferum ſomnum præbuit, leuius punietur.

Pœnas augere vel minuere, ipſi ſacerdoti.

A *Ego autem vidi quandam mulierem diuitem & delicatam, grauiter punitam, quod per ſe, & non per nutrices infantem mamma aleret, & propter inſcitiam importunè eum lactans, pro lacte mortifero eum veneno potauit.*

Can. lv. Qui ſe latrooibus aduerſos obiiciunt, ſi ſiot quidem extra eccleſiam, à boni communione arcentur: ſi ſiot autem clerici, à gradu deponuntur. Quicūque enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.

BALS. In xiij. canone ſanctus conſulendo definiit, vt qui in bello interfeciſſent a ſacramentorum communione abſtinerent tribus annis integris. Hic autem eos qui ſe latronibus oppoſuerant, & eos interfecerant, ſi ſint quidē laici, arcet a ſancta communione. Clericos autem depoſitioni ſubiicit, & dicit ſe hoc definiſſe ſecūdum ſcripturam quæ dicit, Quicunque gladium acceperit, gladio peribit. Gladium autem, & mortem vocat, depoſitionem, & ſacramentorum priuationem. Ab iis enim qui ſapiunt hæc mortiferum ſupplicium exiſtimantur. Quia autem xiij.

Gladio peribit.

B *can. inſtar conſilij editum dicebant nonnulli, non afferre neceßitatem, & propterea deſpici, dicimus quod ex præſenti canone, qui indiſtinctè punit eos qui ſe defendūt, & latrones interficiunt, apparet illum etiam canonem iam afferre neceßitatem & eccleſiaſtica quidem lex eos ſic punit, ſecundum autem thema & cap. xxxix. tit. lx. lib. ſic dicit expreßè, Inuadentem latronem licet ſine periculo occidere: tempore autem ſanctiſsimi illius patriarchæ domini Conſtantij Chliareni, cum quidam acceßiſſent ad ſāctiſsimam dei magnam eccleſiam, & ſe armatos in latrones incidiſſe dicerent in clauſura ſancti Baſilij, & eos interfeciſſe, & vellent ſcire quid agendum, ſynodaliter diſputatum eſt, an omnes qui latrones interficiunt debeant indiſtinctè puniri: & dixerunt nonnulli, quòd ſi quis potens latronis inſidias effugere hoc non fecit, ſed cum dedita opera interfecit, non punietur ſecundum præſentem canonem, ſed tanquam in homicidam grauius in eum animaduertetur. Quis enim ſcit, inquit, an qui in eum impetum faciebat latro, ſi vixiſſet, dei prouidentia à latrocinio ceſſaſſet, & deo adhæſiſſet? Vtebantur autem & anti-*

C *qua ſuperius ſita lege, quæ dicit, Si non poſſet tuto effugere, crimini non datur. Sin autem latro violentam manum aduerſus eum qui ipſum interfecit intentauit, fiet quod præſens canon decernit. Atqui lex quoque ſuperius dicta ſic habet, Si autem qui occidit nec latronem proſequutus eſt, nec dum latro eum perſequeretur ipſum occidit: ſed propter communem vtilitatem incitatus hoc molitus eſt, & ipſum interfecit, nec legitimè, nec eccleſiaſticè punietur. Is enim, inquiunt, præmio quoque dignus eſt, vt qui multorum animas à morte liberauerit, & locum qui latronis inſidiis, tanquam quibuſdam ſpinis & tribulis ſuffocabatur, manſuefecerit. Hoc quoque confirmabant ex lege, quæ ſita eſt in primo titulo ij. lib. & decernit eum non eſſe infamem, qui pro oſtentanda virtute cum beſtiis pugnauerit, & pro oppugnanda belua abſque canum venatione mortalem acceperit cum ea belua prouinciam magnopere læderet: Synodo autem viſum eſt, vt quod ad leges eccleſiæ attinet, & qui ſe defendentes, & qui propter publicam vtilitatem incitati, latrones interfecerunt, puniantur quemadmodum puniuntur qui in bello occiderunt: is autem qui latronem interfecit, quando poterat ſine latrocinium effugere, amplius punietur. Tamen ſecundum iura legitima ſuperius dicta diuiſio, non repudiabitur. Et hæc quidem de laicis. Clerici enim quomodocunque occidentes deponuntur, nulla habita differentia hoſtium, vel latronum, vel aliquorum aliorum lege xxiij. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij.*

D

Can. lvi. Qui ſua ſponte interfecit, & poſtea pœnitentia ductus eſt, xx. annis ſacramento oon communicabit. Viginti autem anni ſic in eo diſpenſabuntur. Debet quatuor annis deflere ſtans extra fores oratorij, & fideles ingredientes rogans vt pro eo precentur, ſuam iniquitatem proouncians. Poſt quatuor autem annos inter auditores recipietur, & quinque anois cum ipſis egredietur: ſeptem autē anois cum iis qui in * ſubſtratione orant egredietur. In quatuor annis ſolum ſtabit cum fidelibus, ſed oon erit oblatioois particeps.

** ὑποπτώσει.*

Iis aotem expletis, erit ſacramentorum particeps.

Can. lvij. Qui non voluntariè interfecit, vndecim annis ſacràmentis nō commuoicabit. Vndecim autem anni ſic in eo diſpeoſabuntur. Duos quidem annos deflebit, tres autē annos inter auditores perſeuerabit, in quatuor * ſubſtratus, & anno ſolum cooſiſtet, & deinceps ad ſacra admittetur.

E ** ὑποπ-τώσει.*

BALS. Præſentes duo canones deſcribunt quomodo debent puniri qui voluntarias & inuoluntarias cædes fecere. Pœnarum autem etiam modos definiunt.

Can. lviij. Qui adulterauit, in quindecim annis ſacramentis nō commuoicauerit. Io his autem quindecim annis ſic quoque diſpenſabitur. Quatuor annis erit deflens, quinque audiens, quatuor * ſubſtratus, in duobus conſiſtens ſine communiooe.

** ὑποπίπτων.*

Can. lix. Fornicator ſeptem anois ſanctis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & in vno ſolo cōſiſtens, octauo autem ad commuoiooem admittetur.

F *BALS. Etiamſi, quæ præſentibus duobus canonibus decreta ſunt, quod ad dictionem attinet, clariſsima, ſed tamen quod ad praxin attinet, ſunt omnino difficillima. Nemo enim ea quæ illic continentur ratione curatur: & niſi eſſet inenarrabilis clementia dei miſericordia, omnis caro periiſſet. Ne autem contrarius eſſe ſibi videatur xxij. canō ſancti patris, qui dicit, eos qui ex raptu mulieribus ſtuprū afferunt quadriennio puniri. Illic enim ſanctus ea quæ ab iis qui eum præceſſerunt patribus ſtatuta ſunt oſtendit, nunc autem ſuam ſententiam protulit.*

Can. lx. Fornicatarū virginum, & monacharum pœna. Quæ virginitatem profeſſa à voto ſuo ac profeſſione lapſa eſt, peccati adulterij tempus in ſuæ vitæ diſpenſatione complebit. Idem & in iis qui vitam monaſticam profitentur, & labuntur.

BALS.

BALS. Sæpe diximus, quòd virgines mulieres dedicabantur eccleſiis cum laico amictu, & ab epiſcopis nutriebantur vt quæ, & virgines eſſe, & eccleſiis aſſidere profiterentur. Hanc ergo virginem quæ hæc profeſſa eſt lapſa, ſeu fornicata eſt, decernit ſanctus, vt adulteram tractari, ſeu puniri, & non ſolum eas, ſed & monachos, & monachas ſimiliter poſt conuerſionem curari. Ne tibi autẽ videatur aduerſari xix. canon ſynodi Ancyranæ, decernens lapſas virgines pœnis digamorum ſubijci. Is enim à præſente canone ſublatus eſt, qui eſt multo antiquior: lege & xviij. can. præſentis ſancti, & nota quòd ex præſenti canone monachi qui fornicantur, & non deponuntur, vt qui non habeant lectoris characterem à ſuo præfecto, vel
A *epiſcopalem ordinationem, poſt defectionem, ſeu delictum, inſtar adulterorum puniuntur. Similiter etiam aſcetria, & monacha, lege & xi. tit. Nomocan. Photij. cap. v. viij. & ix.*

Can lxi. Qui furatus eſt, ſi ex ſe quidem pœnitẽtia motus ſeipſum accuſauerit, anno à ſola ſacramentorum communione arcebitur. Sin autem cõuictus fueris, duobus annis tempus illi ad * ſubſtrationẽ diuidetur, & conſiſtentiam, & tunc communione dignus habeatur.

• εἰς ὑπό-πτωσιν.

BALS. Diuini canones lenius puniunt eos qui ſua peccata confitentur, & ideo ſtatuit magnus Baſilius, vt qui ſuum furtum confeſſus eſt, ſola ſacramentorum communione anno vno arceatur: is autem qui vt fur condemnatus eſt, vel in furto fuit deprehenſus, biennio puniatur, nec in deflentis, nec in audientis, ſed in ſubſtrati, & conſiſtentis loco ponatur, & poſt duorum annorum lapſum ſacramentorum communione dignus habeatur. Tu autem opta, ne præſens canon ſecundum furis definitionem intelli
B *gatur, quæ dicit, Fur eſt, qui præter domini voluntatem aliena contrectat, ſciens ſe eum moleſtia afficere. Nullus enim ferè eorum qui in vita verſantur ſacramentis, vt mihi videtur, communicabit, ſi hoc datum fuerit. Nam monaſteriorum quoque miniſtri, etiam ſi ſint religioſiſſimi, præter ſuorum præfectorum ſententiam, aliquid ſibi modicum ad vitam ſubſtentandam priuatim accipiunt, & ad alios transferunt, & filij a parentibus ſubripiunt. Mitto ſeruorum * nequitias & clandeſtinas ſubreptiones, eorum quæ ad dominos ſuos pertinent. Hæc ſunt malorum Ilias, & malum dilatant. Sed vt intelligatur editus hic canon in fures impudentes leges & lxvi. cap. xij. tit. lx. lib. quod dicit, Fur etiam ſi pœnitentia motus rem domino reddiderit, fur eſſe non deſinit.*

Conſeſſio peccati.

• κλεψιμαῖα.

Can lxii. Qui in brutorum concubitu ſuam impietatem profitetur, eadem ratione confitens ſeruatur.

BALS. Tanquam adulteros definit ſanctus puniri maſculorum concubitores, & qui bruta ineunt omnino oportere, poſtquã ſcilicet à malo defecerint, & confeſſi fuerint. De maſculorum autem concubitoribus, lege etiam vltimum caput xxxiij. tit. lx. lib. quod dicit, Ii qui bruta ineunt, ſeu pecora inſiliunt caput abſcindatur.

Can lxiii. C Periurus vndecim annis non erit communionis particeps, duobus annis deflens, tribus audiẽs quatuor ſubſtratus, anno ſolum conſiſtens, & tũc communione dignus habebitur.

BALS. De periuris lege xviij. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij. & quæ à nobis in illis ſcripta ſunt.

Can. lxiiii. Qui præſtigias, vel veneficium fatetur, is homicidæ tempore confitebitur, ita diſpenſatus, vt qui in vno quoque peccato ſe ipſum conuicit.

BALS. Præſtigiæ quidem ſunt, per ſolas incantationes, ac inuocationes quancunque actionem facere. Veneficium autem eſt, per noxia pharmaca eſculentum vel poculentum aliquid componere, & hominem veneno perimere. Lege autem xx. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij, & quæ in eo ſunt, & xxv. cap. ix. tit. operis eiuſdem.

Qui ſepulchra effodit, vndecim annis carebit communione. Can. lxv.

BALS. De ſepulchrorum effoſſoribus, lege caput xxiij. xiij. tit. Nomoc. Photij, & xxvij. cap. ix. tit. operis eiuſdem. D

Cum ſorore coitus homicidæ tẽpore punietur. Can. lxvi.

Prohibitæ cognationis in matrimonium coniunctio, ſi deprehenſa fuerit, vt quæ in hominum peccatis facta eſt, ſubibit adulterorum pœnas. Can. lxvii.

*BALS. Lege xxix. cap. ix. tituli Nomocan. Photij, & xx. cap. xiij. tit. & lib. lx. tit. xxxvij. cap. lvij. quod dicit, Qui matrimonio coniunguntur, vel alias carnaliter copulantur * patrueles fratres, & liberi qui ex eis naſcuntur, & ſolum, quinetiam pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus ſororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel conſobrinus cum ea quæ fuit vxor auunculi, vel auunculus cum ea quæ fuit vxor conſobrini præter ſeparationem etiam verberentur. Et hæc quidem hoc modo. Quia autem in interpretatione ij. cap. xiij. tit. Nomocan. Photij oſtendimus, quod regium quidem iuſſum factum eſt, prohibens vnum & eundem duabus ſecundis * ſororibus patruelibus legitime coniungi,* E *non fuit autem prius poſitum, ſed & eccleſia prohibet eiuſmodi matrimonium, debes ſcire, quod poſtquam nos hæc ſcripſimus, tempore ſanctiſſimi & vniuerſalis patriarchæ domini Theodoſij xxx. Iulij menſis, xiij. indictionis facta eſt declaratio ſynodalis, quæ ad verbum ſic habet, Sanctiſſimus metropolitanus Apro frater & comminiſter veſtræ mediocritatis, Romanus Artabaſdus allato ſynodaliter ſcripto quod hæc his verbis continebat. Puella quædam, quæ Irene dicitur ſponſalia contraxit cũ quodam Iohanne, nata decem annos. Cum autem dicta eſſent illicita illius ſponſalia, facta eſt iudiciaria declaratio permittens eos vtique ſeparari, qui ſponſalia contraxiſſent: quòd eſſent, vt dictum eſt, ſponſalia contra leges facta. Vult ergo Irene hodie legitimè coniungi Theodoro, qui eſt Iohannis ſecundus patruelis, & interrogat an habeat aliquod impedimentum, rogauit noſtram mediocritatem, & ſacram fraternitatem, vt ab ea ediſceret, an nullum habeat impedimentum contractus de quo ſcriptura facta eſt. Ab ea ergo audiuit, & præſente fratrum cõgregatione, quòd eiuſmodi contractus nullo modo eſt prohibitus. Quia enim quæ cum Iohanne contracta ſunt ſponſalia, vt quæ propter Irenes ætatem conſiſtere non poſſent, ſoluta ſunt, rectè Irene, ſecundo eius patrueli lege matrimonij coniungetur. Neque enim Irenem cognatam perſonam reputat Theodorus, nec cognationis vinculis ac finibus conſtringitur, eo quòd ſextum cognationis gradum excefferit. Nota quòd ex præſenti ſynodali declaratione permiſſum eſt vnum & eundem duabus ſecundis patruelibus ſororibus coniungi, quod mihi non placet, & lege factam à nobis de hac quæſtione diiudicationem ſitam in fine libri.* F

• ἰσαδέλφαις.

• ἰσαδέλφαις.

Lector

Can. xxvij. Lector, ſi cum ſua ſponſa ante matrimonium commercium habuerit, poſtquam anno ceſſauerit, ad legendum recipietur, manens non vlterius promouendus. Quod ſi abſque deſponſatione furtim coierit, ceſſabit à miniſterio. Idem & miniſter.

BALS. *Cùm quidam lector cum ſua ſponſa ante matrimonium eius voluntate congreſſus eſſet (Id enim ſignificat, commercium habuit) Sanctus interrogatus eſt an ei debeat, vt qui furtim congreſſus eſt caſtigari poſt matrimonium. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam ſponſalia non ſunt perfectum matrimonium: poteſt enim pars,* A *quæ accipit arram, quæ ſponſalia conſtituit eam reddere duplicatam, & ſoluere ſponſalia, exiſtimatur lector non cum legitima vxore, ſed cum muliere libera rem habere, & ideo eum iis annumerari qui furtim coeunt. Dicit itaque ſanctus, quòd is lector qui cum ſua ſponſa, non cum omnino alia muliere coiit, ita quam fornicatus ſit, non reputabitur. Sed quia non expectauit perfecti matrimonij myſterium, vt * qui puſillo & non conſtanti animo ſit, punietur, id eſt anno vno ſegregabitur: deinde admittetur ad hoc, vt ſit ſolum lector. Ad maiorem enim promotionem non prouehetur, hoc eſt neque diaconus erit, nec ſacerdos, multo autem magis epiſcopus. Si autem inquit, lector cum muliere aliqua coierit, quæ non ſit ſibi deſponſa, & ſi cum ea forte locutus erat de ea accipiẽda in vxorem, etiam ſi poſt coitum eam in vxorem accepit, non ſolum nõ promouebitur, ſed etiam eo ipſo depoſitioni ſubijcietur, nihil ex eo adiutus, quòd eam poſtea legitimè vxorem acceperit. Idem autem erit etiam in miniſtrum, ſeu hypodiaconum. Nam & is cum eo modo furtim coierit, deponetur. Ad vnum autem factum, quod eſt de furtiuo coitu, refer quod de diacono definitur, nõ autem etiam ad* B *hoc vt promoueatur, poſtquam cum ſpõſa coierit, vel non. Non enim permittitur hypodiacono, ſicut & lectori, poſt ordinationem deſponſam habere mulierem, & matrimonium contrahere. Dicit enim Apoſtolorum xxvi. can. hoc modo, Eorum qui ad clerum non ducta vxore peruenerunt, iubemus volentes ſolum lectores, & cantores matrimonium contrahere. Si quis autem furtiuo concubitu congreſſus, poſtea diaconus factus ſit, ſuo gradu exturbetur cognito crimine. Et hæc quidem hoc modo. Scias autem quòd quæ hoc canone continentur, in ſynodali iudicio variè diſceptata ſunt, & dixerunt nonnulli hæc locum habuiſſe, quando ſponſalia conſenſu cõtrahebantur, & diſſoluebantur. Nunc autem quando non aliter contrahuntur, nec ſoluuntur, niſi iis modis, & cauſis, quibus perfectum quoque matrimonium contrahitur, & ſoluitur, hæc omnia exoleuerunt. Vnde nec permittitur alicui eorum qui ſunt ex tribunali, morte vel aliqua alia cauſa à ſua ſponſa ſeparato, alij mulieri coniungi, & is qui hoc fecerit, vt bigamus deponitur: ſimiliter & lector qui in tale quid inciderit, ad altum gradum non promouetur. Vo-* C *lebant autem eum quoque qui hodie cum ſua ſponſa rem habuit, id impunè feciſſe, quòd non poſſint ſolui ſpõſalia. Cùm autem Auguſtus ille, & magnus * Drungarius dominus Stephanus Comnenus, eſſet matrimonio iungendus domina Eudochia Auguſti illius, & magni domeſtici domini Iohannis filia, & prohiberetur, eo quòd ſoror eius domina Irene deſponſa eſſet illi Auguſto domino Alexio in primis Auguſti domini Iohannis incliti Imp. filio, qui erat primus patruelis magni Drungarij, & fieri non poterat, vt duo primi patrueles duabus ſororibus coniungerentur, ſynodicè agitatum eſt tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Nicolai MuZalonis, an ex eo impediatur magni Drungarij contractus: ſtatutum eſt autem impediri, eo quòd ſpõſalia perfecti matrimonij locum non teneant. Porrò ſanctiſſimus quoque patriarcha dominus Theodoſius conceſſit Meſopotemitano dom. Michaeli, cui Maria quædã deſpõſa fortè fuerat, & quod ea ante matrimonium aliam acceperat, vt alij ſine præiudicio poſt mortem eius coniungeretur, maximè cùm & liberos haberet, & xxx. annum exceſſiſſet, dicens non reputari trigamiam, vtpote cum ſponſalia pro perfecto matrimonio non ſufficerent. Hæc autem ita ſtatuta ſunt, quod non dictum ſit interceſſiſſe copulam inter ſponſos: ſi ea enim interceſſiſſet, nihil tale decretum eſſet, ne manifeſtus * inceſtus & nefarium matrimonium permiſceretur. Nam etſi non interceſſiſſet copula quoniam ex xcviij. can. ſyn. in Trulio, & ex ij. cap. lviij. tit. lx. lib. & ex tertio themate xij. cap. xxxvij. tit. eiuſdem lib. oſtenditur eum eſſe* D *adulterij criminis obnoxium, qui alij deſponſam vxorem duxit, quando & ſponſalia cum pœna datione ſoluebantur, & matrimonio non æquiualebant, ſicut hodie, dico non eſſe ſine periculo, quæ ſic permiſcuntur, cum præſentis quoque canonis poteſtate concurrens.*

* ὀλιγόψυχος.

* δρουγγάριος.

* αἱμομιξία.

Can. lxix. Diaconus qui pollutus eſt in labris, & ſe eo vſque peccaſſe confeſſus eſt, à miniſterio prohibebitur: vt autem ſit ſacramentorum cum diaconis particeps, dignus habebitur. Si quis autem amplius peccaſſe deprehenſus fuerit, in quocunque ſit gradu deponetur.

BALS. Diaconum vel ſacerdotem, qui in labris pollutus eſt, & peccaſſe confeſſus eſt, decernit ſanctus eſſe à ſacro miniſterio arcendum, non tamen eſſe à ſacramentorum participatione prohibendum, ſed intra ſacrum tribunal cum gradu ſibi æqualibus ſacerdotibus, vel diaconis communicare et permiſcendum. Eum autem qui non E *eo vſque ſolum peccauit, ſed amplius etiam lapſus eſt, vult eſſe deponendum. Hæc cum can. definiat, ſæpe interrogatum eſt, Quid ſit ſacratum hominem in labris pollui, & dicebant aliqui eſſe aliquem peccaſſe cum muliere vſque ad laſciuum & amatorium oſculum, ſecundum euangelicum dictum quod eſt, Qui aſpexit mulierem ad concupiſcendum eam, mœchatus eſt in corde ſuo. Alij dicebant, quòd quidam veneris igne ardenter inflammati, muliebri pudendo, tanquam poculo vtuntur, & per ipſum, ô execrandum flagitium, execrabilem potum bibunt, & labra ſua polluunt. Alij dicebant quòd nonnulli inſano amore capti muliebre pudendum exoſculantur: nec erubeſcunt: ſed dicunt labra noſtra in nobis ſunt. Quis noſter dominus? Ego autem legens Iulium Pollucem, inueni eum in ſecundo libro ſcriptorum ſuorum de nominibus nominantem μυρτοχειλίδας, & κρημνώματα, & μυρτώματα, quæ ſunt hinc & illinc prominentes muliebris pudendi partes, & membra. Doctiſſimus quoque Ariſtoteles in ſua phyſiologia de partibus animalium,* F *ea labra nominat. Multi quoque qui ſcripta amatoria conſcripſerunt, ea & hiare, & expuere, & lingulis inſtructa eſſe dicunt. Exiſtimo ergo quod qui eſt in ſacris ſi per labra pollutus fuerit, vt qui rem quãdẽ valde execrandam, execrandámque fecerit, ad tempus ſegregabitur: vt qui autem perfectum peccatum per coitum non commiſit, non deponetur. Quia autem nonnulli dicunt eum qui in labris pollutus eſt, & confeſſus, debere deponi, quòd dicat ſanctus eum non oportere miniſtrare, dicimus ſanctum hoc noluiſſe. Etſi enim videatur eſſe ſupplicium acerbius eius qui in labris pollutus eſt, ex eo quod non tempus definitum prohibitionis miniſterij, ſed non tam etiam apparet depoſitio. Illum enim deponendum eſſe decernit, qui maius aliquid per coitum perpetrarit.*

Qui

Can. lxx. Qui vniuſcuiuſque prædictorum peccatorum fuit conſcius, & non confeſſus, ſed conuictus eſt, tanto tempore quanto malorum effector punitus eſt, ipſe quoque punietur.

*BALS. Eos qui ſunt conſcij aliquorum qui peccata aliqua committunt, & hæc non ſua ſponte epiſcopis confitentur, ſed ea celant, ſtatuit ſanctus, vt poſt legitimam omnium probationem, æque puniantur, ac ij qui mala fecere. Conſcium autem hic ne dixeris eum qui ſolam habet conſcientiam, & prohibere non poteſt: nec eum qui cõſuluit abſque improba affectione, ſed eum qui opem & auxilium tulit vel doloſe conſuluit: vel eum qui ſcit, & poteſt prohibere, nec prohibuit. Dicit enim ij. thema A xlviij. cap. xi. tit. lx. lib. Qui nouit furem, etiam ſi eum non reuelauerit, fur non eſt. Qui autem furem occultat, fur eſt. Et ij. thema l. cap. eiuſdem libri & tit. ſtudium, & conſilium ſit, quando ſit propter odium eius cui furto quid aufertur, ſicut furtum, ita & ſtudium non ſit ſine dolo malo. Et conſulit quidem, qui furtum ſuadet, ſtudet autem, qui operam aliquam, & auxiliũ ad furtum præbet. Et lx. cap. Qui ei qui fugit viam oſtenderit, fur non eſt. Et cap. iij. vi. tit. eiuſdem lib. Qui ſine dolo conſuluit, non tenetur, nec qui per ludum. Antiqua quoque xi. cap. eiuſdem libri & tit. Ex ſolo enim conſilio furti actio non naſcitur. ſacer quoque pſaltes Dauid non punit eum qui furem vel adulterũ aſpectat, ſed eum qui currit cum fure, vel ei fert auxilium, & eum qui diuidit, hoc eſt commune facit cum adultero peccatum. Qui ergo mali tantum habet ſcientiam, & non poteſt prohibere, & qui conſuluit abſque improba affectione, non punietur. Qui autem ſciuit, & cum prohibere poſſet nõ prohibuit, & qui malo animo conſuluit, multo autẽ magis qui opẽ tulit, punien- B tur. Nota autem quòd vbique cõfeſſio leuat pœnam, probatio autem eam auget.

Can. lxxi Qui ſe vatibus, vel eiuſmodi aliis tradit, ipſe quoque homicidarum tempore punietur.

BALS. In xxv. cap. ix. tit. Nomocan. Photij, & in xx. cap. xiij. tit. multa ſcripſimus de vatibus, magis, & ſimilibus, & lege ea, & quæ in iis declarantur, canones ſcilicet, & leges, & ſcies quomodo hi puniãtur ciuiliter, & eccleſiaſticè. Nunc autem ſanctus decernit eos qui ſe eiuſmodi hominibus dedunt homicidarum quoque tempore puniri. Quia autem nonnulli præſentem canonem interpretantes, dicebant eos ſic quoque puniri debere qui ad mulieres accedunt, quæ cum ordeo ſe quadam incerta, & futura reuelare profitentur, dico eſſe differẽtiam vatum, & * incantatricum vetularum quæ per incantationes ſimpliciores ſeducunt. Illi enim dæmones inuocant. (* γοήτων.) Hæ verò virtutem potius, & ſanctificationem ſimulantes, cum diuinis canticis futura nonnunquam deſcribunt, & quæ ſunt obſcura per ordeum proferunt, vt faciunt & quæ dicuntur κέρβιαι & qui ſaccos, pannóſque induunt promiſſa barba & coma monachi. Ii enim, & ſeducentes, & ſeducti futura vaticinantur, tanquam ab angelica renunciatione edocti. Debent itaque, qui non deũ negarunt, ſed per improbitatem ſanctitatem ſimulant, mitius, & non inſtar eorum qui deum negauerunt, pu- C niri. Si autem dixeris ordei * latrices, & incantatrices aniculas dæmones inuocare, eæ quoque neceſſario vt magi & vates, extremo ſupplicio punientur. lege & lxxxiij. can. præſentis ſancti, & quæ in eo ſunt. (* τὰ ἀπο φόρα καὶ γελοῖα γραΐδια.)

Cã. lxxii. Qui Chriſtũm negauit, & ſalutis myſterium tranſgreſſus eſt, cum toto vitæ ſuæ tempore deflere, & cõfiteri conuenit in tempore, quo è vita excedit, ſacramento dignus habitus, propter fidem diuinæ clementiæ.

BALS. Canon quidem clarus eſt: ſtatuit enim vt qui Chriſtum dominum noſtrum negauerint, & eius quæ in carne fuit œconomiæ myſterium non ſuſceperint, defleant & confiteantur toto tempore vitæ ſuæ, in ſola autem extrema reſpiratione digni habeantur ſacramentorum participatione. Cùm autem Ancyrana ſynodus, & ſacroſanctus Martyr Petrus extremo excommunicationis ſupplicio neminem ſubiiciant, & præſens canon velut aduerſentur, dic quod patres ſtatuerũt pœnas ſuis temporibus conuenientes. Qui enim erant tempore vehementium perſecutionũ, quando fides etiam non erat valde ſtabilis, propterea in eos qui labebantur, ſe mitius ge- D rebant, concedentes propter perſecutorum neceſſitatem. Magnus autem Baſilius qui erat eo tempore quo fides dilatata firmiórque facta eſt, fuit vehementior in eos qui fidem negabant. Vel dic, quod patres quidem de iis ſtatuerunt qui per vim tyrannicam Chriſtum negarunt, & ideo pœnas mitigant. Præſens autem can. de iis decernit qui ſua ſponte, & ſine aliqua neceſſitate Chriſtum negauerunt, & propterea grauem illis pœnam inflixit. Illos autem deflere, & per totam vitam confiteri, dicunt nonnulli non accipi ad hoc vt ponãtur in loco deflentium. Hoc enim inquiunt, eſt à ſanctis miſericordia, & dei clementia, quæ vincit omne peccatum, aliena: & ideo volunt eos quidem deflere, & peccatum confiteri toto vitæ tempore, ſed loca pœnarum peragrare ſecundum canones Ancyranæ ſyn. ſed ſacramentorum communione digni non habebuntur, niſi in extrema reſpiratione. Ei autem ſententiæ aſſentior & ipſe, vt humaniori, & quòd nec ex ſancti quidem verbis apparet eum qui ſic peccauit ſtatui in loco peccatorum deflentium.

Sin autem vnuſquiſque eorum qui in prædictis peccatis fuere, confeſſus bonus euaſerit, & is cui E à dei benignitate ligandi & ſoluendi credita eſt poteſtas, ſi ſit clementior, videns ſummam eius, qui peccauit cõfeſſionem ad diminuendum pœnarum tempus, non eſt dignus damnatione, cùm quæ eſt in ſcripturis, nobis hiſtoria ſignificet, quòd qui cum maiori labore confitentur, dei miſericordiam celeriter apprehendant. Cã. lxxiij

BALS. Ne quis propter temporalium pœnarum longitudinem triſtitia afficiatur, dicit ſanctus quod regionis pontifex, cui quemadmodum & ſummo inter Apoſtolos Petro, regni cælorum à deo claues creditæ fuerunt, ligandique & ſoluendi poteſtatem accepit, ſi viderit eum qui propter aliquod peccatum pœna affectus eſt cum gratiarum actione pœnarum medelam ſuſcepiſſe, & ardentiore ſtudio pœnitẽtiam oſtendere, tempus pœnæ diminuet, non timens condemnationem tanquam qui vtique canonicam temporis pœnarum diffinitionem tranſgrediatur. Docet enim nos ſcriptura, quod qui cum maiori labore confitentur, eos dei miſericordia celeriter apprehendit. Et in his quidem can. Tu autem lege xxxix. cap. ix. tit. Nomocan. Photij, & leges quæ in ea ſitæ ſunt, & ex his ſcies quòd eſt differentia iudicum, qui pronunciant corporales punitiones aduerſus eos qui ſunt criminibus obnoxij, & epi- F ſcopos qui decernunt pœnas eccleſiaſticas aduerſus eos qui animæ peccata confitentur. Illi enim pœnas à lege conſtitutas nec poſſunt augere, nec minuere ſine iuſſu Impe. Hi verò noſtrorum peccatorum onera ſuſcipientes, tanquam deo pro nobis rationes reddituri, pro ſuo arbitratu pœnas & augent, & minuunt, & ideo in eorum eſt poteſtate, non ſolum pœnarum tempora minuendi, ſed etiam pœnas commutandi. Et ſi enim conſtitutum eſt, vt qui peccauit hanc carnem non comedat nec cum fidelibus conſiſtat, ſimiliter nec ſit diuinorum ſacramentorum particeps: quæ

(Pontifex regionis.)

(Sacerdotes pœnas er... non: poſſunt augere, vel minuere.)

tamen

*tamen confeſſionem ſuſcepit pro perſona eius pœna imponetur qualitate, & eius confeſſionis vehementia, & pœnitentia ſtudio, has quidem pœnas moderabitur, illas verò multiplicabit. Quare non eſt accipiendus hic can. vt nonnulli dicebant, ad ſolam temporis pœnarum diminutionē ſed ad omne pœnæ genus. Cum autem quidā miles in voluntaria cædis crimen incidiſſet, & à quodam antiſtite, poſt valde modicum tempus, datis ſcriptis abſolutus eſſet, potens & ſanctus noſter Imperator, & dominus, id factum agrè ferens, ſtatuit tempore ſanctiſſimi illius patriarchæ domini Lucæ, vt ſynodaliter conſideraretur, an rectè illi militi conceſſa eſſet à pœnis abſolutio, tanto in eum ſtudio * & per quandam non miſericordiam, ſed potius animi affectionem. Cum enim antiſtes præſentem canonē*

A *proponeret, & alios moderantes vtique eam quæ illi obiiciebatur nimiam pœnæ leuitatē, ſancta ſyn. canones limitibus circumſcribens, ſecundum diuiniſſimam inſpirationem, quæ ex ſancto illis ſpiritu inerat, militem quidem canonicarum pœnarum rurſus * compedibus ſubiecit: antiſtitem autem ad aliquantum temporis ab officij ac miniſterij ſuſpenſione puniuit, dicēs quod antiſtitibus quidem licet pœnas canonicas augere, & diminuere: aranearū autem filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, nō conceſſum eſt. Dicitur autē, quod etiam propter illius militis cauſam edidit potens & ſanctus noſter Imperator de voluntariis homicidiis nouellam, quam etiam lege retro ſitam, & hac quoque cum aliis tractantem. De iis autem quæ ab illis fiunt, poſtquam ad ſanctiſſimam dei magnā eccleſiam confugerint, imperialis mea maieſtas nō ſcit perfectè, audit tamen quæ non bona ſunt.*

Qui eum propria ex matre ſorore pollutus eſt, in domum orationis ne permittatur accedere, do-

B nec ab iniqua & nefaria actione deſiſtat. Poſtquā autem in horrendi peccati * ſenſum & animaduerſionem venerit, triennio defleat, ſtās propter fores domus oratoriæ, & rogans populum ingredientem ad orationem, vt vnuſquiſque pro ipſo miſericorditer ad dominum intenſas fundat preces. Poſtea autem alio triennio ad ſolam auditionem admittatur, & ſcripturam ac doctrinam audiens eiiciatur, & nec oratione dignus habeatur. Deinde ſi quidem illam cum lacrimis exquiſiuit, & domino cum cordis contritione, & valida humiliatione ſupplex procidit, detur ei ſubſtratio in aliis tribus annis: & ſic poſtquam pœnitentiæ fructus dignos oſtenderit x. anno in fidelium orationes ſuſcipiatur ſine oblatione, & cum duobus annis vnà cum fidelibus ad orationem ſubſtiterit ſic deinceps dignus habeatur boni communione.

Cã. lxxv. C Idem eſt decretum in eos quoque qui ſuas nurus accipiunt.

B A L S. Duo præſentes decernunt canones, quomodo punitur qui cum ſua ſorore rem habet, etiam ſi non ex ambobus ei parentibus coniuncta ſit, ſed ex vno, quæ Græcè ὁμοπάτριος dicitur, & quomodo punitur qui cum ſua nuru polluitur, & dicit eos quidem debere extrudi ab eccleſia donec à peccato abſtinuerint: poſt quam autem deſtiterint diſtribui in quatuor loca, eorum qui agunt pœnitentiam: & ſic ſancta communione dignos haberi. Quatuor autem loca xij. annis perficiuntur, lege & ij. caput xiij. tit. Nomoc. Photij. & nota quòd iis qui deſiſtunt, non iis qui perſeuerant in peccato, dantur pœnæ canonicæ. His enim nihil quod ſit fidelium, penitus communicatur.

Qui mulierem quidem ſibi legitimè copulatā dimittit, & aliam ducit, ſecundum domini ſententiam, adulterij iudicio ſubiicitur, & à patribus noſtris canonicè ſtatutum eſt, vt ij anno defleant, biennio audiant, triennio ſubſternantur: ſeptimo cum fidelibus conſiſtant: & ita oblatione digni habeantur, ſi cum lacrimis pœnitentiam egerint. Cã. lxxvi

Eadem autem forma obſeruetur, & in iis qui duas ſorores in matrimonio accipiunt, etſi diuerſis temporibus. Cã. lxxvij

Ii autem qui in ſuas nouercas inſaniunt, ſunt eidem canoni obnoxij, cui & ij qui in ſuas ſorores inſaniunt. D Can. lxxviij.

B A L S. Eum qui in ſuam ex altero germine ſororem vel ſuam nurum polluit, xij. annis puniendum ſtatuit ſanctus in lxxv. & lxxvi. canone. Nunc autem ſcilicet in lxxvij. lxxviij. & lxxix. can. iubet, vt qui ſuas conſortes dimittunt, & alias ducunt in matrimonium, quinetiam ij qui duas ſorores in matrimonium accipiunt, ſcilicet poſt vnius mortem, & qui cum ſuis nouercis polluuntur, vt adulteri puniantur. Addit autem lxxvi. can. vt qui ſuam vxorem relinquit, & alij coniungitur, à patribus ſeptennio puniatur: & ſic ſi cum lacrimis pœnitentiā egerit, ſancta communione dignus habeatur. Hæc cum ita ſe habeant, dicit quiſpiam quod cum lviij. can. in quindecim annis puniat adulterum, & præſens can. dicat ſeptē annis puniri eos qui ſuas vxores dimittunt, & alias coniunguntur, quid nobis ſit ſequendum. S O L. Ea quæ in lviij. can. continentur. Hæc enim ſanctus patrum definitionem, non vt decretum, ſed vt in memoria reuocationem adduxit, & vt ſciamus quid ab illis primò ſtatutum eſt, & E *quid ab ipſo contra ſtatutum, & hoc ſignificatur, ex eo quod dicit ſanctus debere eos puniri, vt adulteros: ſi quis autem dicat generale iuris dictum ſeruari, Expreſſa plus valere quàm tacita, audiet, quòd ſi eſſet quidā alius ſancti can. qui xv. annis puniret adulteros, rationem fortaſſe haberet quod dicitur. Quia autem ſunt etiā eiuſdem ſancti vtrique canones, neceſſario, quod ab eo poſterius cautū eſt, attendi debet, vt quod iam eſſet editum per lviij. canonem. De iis autem qui ſuas vxores relinquunt, lege etiam xxxviij. can. præſentis ſancti patris: & ante penultimū thema vlt. cap. xxxvij. tit. lx. lib. quod dicit, Qui duas vxores habere tentauit, non lege, ſed facto voluntatis, rectè adulterij criminis ſubiicitur. Quæ autem illi nupſit poſterior, ſi neſciret eum habere vxorem legitimam, ei venia dabitur, lege & ij. can. Neocæſar. ſyn. qui dicit eos ab eccleſia ad mortem vſque expelli, & ne tibi contrarium eſſe videatur, ſed dic ante dicta quidem ſynodi canonem ſtatutū eſſe de iis qui in malo perſiſtunt: præſentem vero de iis qui deſtiterunt, & confeſſi ſunt, & propterea illi quidem perfecta excommunicatione damnantur: hi vero quindecim annis puniuntur. Nota autem ex præſentibus canonibus* F *quod non ſolùm in his peccatis, ſed etiam in reliquis ceſſatio dat locum pœnis. Qui enim in malo perſeuerat, etiamſi millies punitus fuerit, & toties bonum fecerit, habet vulnus immedicabile, quod vinculis * quæ cicatricem inducunt non conſtringitur. Nota præterea, quod quæ præſente canone continentur, præterea quæ ab eccleſia apertè ſuſcepta ſunt, exolenere, & qui eis vtitur, iudaizat. Ecce enim apparet, quod etiam apud ſanctos patres leges ſuſceptæ ſunt, quæ ratione cognationis matrimonia prohibent. Porrò lex quoque antiqua, quæ permittit vt frater defuncti eius vxorem accipiat, vt fratri ſemen ſuſcitet, in vſu non* * ἐπιδέσμοις

ἀνώνυμο c.I. lxxix.

Xxx eſt.

*eſt. Porrò Latini quoque qui matrimonia, quæ ratione * cognationis vetita ſunt, indiſcriminatim contrahunt, in canonem impingunt.*

Patres polygamiam ſilentio prætermiſere, vt beluinam, & ab omni hominumgenere alienam. Nobis autem probatur eam maius eſſe fornicatione peccatum, & ideo cōſentaneum eſt vt ij canonibus ſubiiciantur, vt ſcilicet poſtquam anno fleuerint, & tribus ſubſtrati fuerint, ſic ſuſcipiantur.

BALS. Cum ſanctus in iiij. can. de trigamis, & polygamis ea definiſſet, quæ ſpiritus ſanctus per eius manū A *dextram pulchrè deſcribenda curauit, nunc dicit, quòd patres quidem nihil de polygamia dixerunt, ſed eam de induſtria ſilentio prætermiſerunt, vt beluinam, & ab hominum inſtituto alienam: ſibi autem videtur eam eſſe fornicatione deteriorem. Quare & eum qui polygamiæ impuritate propter rationis inopiam alligatus eſt, canonicis eſſe pœnis ſubiiciendum decreuit: ſcilicet vt flet anno cum deflentibus, tribus annis ſit in ſubſtratione, & cum catechumenis ingrediatur, & ſic admittatur. Rogauerit autem quiſpiam, cum prædictus iiij. canon contineat trigamiam & polygamiam caſtigatam fornicationem eſſe à patribus nominatā, eáſque in omnibus exequet: quomodo dicit præſens can. fuiſſe polygamiam à patribus ſilentio prætermiſſam & eius peccatum fornicationem ſuperare? SOL. Trigamia quidem à lege agnoſcitur, Tetragamia autem, & deinceps, nec canonibus, nec legibus admiſſa eſt. Omnis ergo matrimonialis contractus, qui trigamiæ limites excedit, nominatur polygamia. Illic itaque ſanctus de trigamia ſtatuens, eam caſtigatam fornicationem nominauit, ſed non polygamiam, quoniam illa quidem à lege agnoſci-* B *tur, & non ab eccleſia diuellitur, quemadmodum dicit canon decimus. Hic autem de polygamia decernens, dixit eam eſſe fornicatione deteriorem, & merito: Qui enim fornicatur, ſe ipſum atque adeo ſolum iniuria afficit: vt qui ſe in profundiſſimum intemperantiæ antrum ſua ſponte iniiciat. Qui autem quartum vel quintum matrimoniū contrahit, is legibus & canonibus inſultat, qui nefarium hoc opus prohibuerunt: ſuos quoque germanos filios iniuria afficit, vt qui germanis eorum ſatis adultera deprauatorum ſeminum ZiZania ad ſeminet. Vt ergo fideles ab eiuſmodi illicitis matrimoniis abſtineant, ſtatuit ſanctus, vt ij pluſquam fornicatores puniantur, poſtquam confeſſi fuerint, & à malo deſtiterint. Præterea interrogauerit quiſpiam, cùm fornicatio ſeptennio puniatur, vt hoc ex lix. canone probatur, quomodo præſens canon, qui polygamiam fornicatione deteriorem nominat, punit eā quatuor annis. SOL. Nonnulli quidem dubitationem ſoluentes fornicatores quadriennio puniendos eſſe dixerunt, vtentes etiam xxij. can. ſancti patris. Tu autem lege ix. can. & eius interpretationem, & dic quod fornicator quidem ſeptennio punitur. Polygamus autem etiam pluſquam ſeptēnio. Quoniam autem quatuor ſunt loca pœnarum, & ſtatutum eſt vt ij quatuor annis defleant, & in tribus ſubſternantur, conuenienter in reliquis quoque locis ſeruire* C *cogentur, audientis ſcilicet, & conſiſtentis, & ſi ea non in maius tempus deducantur, ad quatuor quidē certè annorum quantitatem ſaltem redigentur, vt ſint omnes anni pœnæ, octo. Quia autem nonnulli polygamiam indiſcriminatim peruadentem fornicationem nominarunt, audiant quòd matrimonium non eſt ſolum coniungi confuſiore modo loquendi, ſed viri & mulieris coniunctio, & totius vitæ conſortium, diuinique & humani iuris ſocietas, & quod matrimonium non ex ſola coniunctione conſiſtit, ſed etiam ex eorum qui contraxerunt, affectione. Dicit autem iiij. cap. xiij. tit. 51. lib. Dotem quidem efficit matrimoniū, ſed dos matrimonium non facit: ſed eorum qui ſimul habitant mutua affectio. De trigamia autem lege & ſuperius poſitam vnionis deciſionem, quæ facta eſt tempore Cōſtantini Porphyrogennetæ Imperatoris.*

Qui in Barbarorum incurſione fidem io Chriſtum violarunt, factis ſacramentis gentilibus, & quibuſdam nefariis, quæ idolis magicis oblata ſunt, ab eis guſtatis, ij ſecundum leges à patribus iam editas, & canones diſpēſentur. Qui enim grauem neceſſitatem ex tormentis ſuſtinuerunt, & non ferentes labores ad negationem tracti ſunt, tribus annis ſint non recipiendi, & in duobus audiant, & cum tribus annis ſubſtrati fuerint, ſic ad commuoionem admittantur. Qui autem ſine magna neceſſitate fidem io Chriſtum prodiderunt, & dæmoniorum menſam attigerunt, & Græca ſacramenta iurarunt, tribus quidem annis eiiciantur, duobus audiant, poſtquam autem in ſubſtratione tribus annis orauerint, & in aliis tribus fidelibus ad orationem ſe ſubſtrauerint, ſic admittantur ad boni communionem. *Cā. lxxx.* D

BALS. Ancyrana ſynodus ſatis definiit quid debeat iis fieri qui vi tyrannica idolis ſacrificarunt, vel etiā execranda comederunt. His ergo conſequēter dicit magnus Baſilius, quomodo debeant puniri qui hoc fecerunt, vel vt qui ſupra modum tormentis affecti ſint, vel vt qui ſine vi magna fidem in Chriſtum prodiderunt. Quia autem in lxxiij. can. eum qui Chriſtum negauit, & ſalutis myſterium transgreſſus eſt, ſanctus per totam vitam deflere conſtituit, morientem autem ſacramentis dignum haberi: E *& videntur canones inter ſe pugnare, dic non eſſe idē negare Chriſtum, & idolis ſacrificare, quod Idolis immolata guſtare vel Græca ſacramenta iurare. Illud enim eſt perfecta fidei abrogatio, hæc vero inquinamentum & abrogationis exiſtimatio, & propterea primum magis punitur. Vel quòd in illo quidem canone, de iis qui abnegationem ſua ſponte transfugerunt, & ſine neceſſitate fidem contemptui habuere, ſanctus decernit: in hoc verò, de iis qui barbarorum vehemētia victi ſunt, & de iis qui vim paſſi ſunt, licet non valde vehementem, & ceſſerunt. Vnde & mitiores hic pœnas deſcripſit. Sin autem dicunt fortaſſe nonnulli ea quæ præſenti canone continentur, locum non habere, quòd fides dei gratia ſupra rectæ opinionis petram aptè ſtabiliatur, & tyrannis pluribus ab hinc annis conſectis à martyribus lapidibus obruti ſunt: ſed tamen multi quoque hodie impiis Agarenorum manibus capti, & torti, aliquando quidem fidem orthodoxam abiurant, aliquando vero in impiam Mohametis religionem iurant. Alij vero ſua etiam ſponte ſe in infidelitatis ſpeluncam proiiciunt. Qui quidem omnes ex hoc præſenti canone curabuntur, poſt confeſſionem, & conuenientem pœnitentiam. De iis autem qui execranda comederunt, lege diuerſos canones ſyn. Ancyranæ, & ſcies quomodo ij puniantur.* F *Cā. lxxxi.*

De iis etiam qui peierarunt, ſi vi quidem & neceſſitate ſacramenti trāſgreſſi ſunt, lenioribus pœnis ſubiiciuntur, vt poſt ſex annos poſſint ſuſcipi. Qui autem ſine neceſſitate ſuam fidem prodiderunt, cū duobus annis defleuerint, & duobus annis audiuerint, & in quinto in ſubſtratione fuerint, & in duobus aliis ſine oblatione in orationis communionem ſuſcepti extiterint, ita tandē condigna ſcilicet pœnitētia oſtenſa, in corporis Chriſti communionem recipientur.

BALS.

BALS. Leges ſita in xviij. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij. ſufficiunt ad oſtendendum quænam iuramenta retractantur, & ex eis intelliges quinam ſint periuri: lxxiij. autem canon & hic præſens magni huius ſancti, non docēt quænam retractentur ſacramenta, ſed quomodo puniātur qui peierarunt. Et in lxxiij. quidem canone indefinitè ſanctus pœnæ excommunicationis periurum ad decenniū ſubiecit. hic autem facit diuiſionem periurorum: & eos quidē qui peierare neceſſitate coacti ſunt, poſt ſex annos ſuſcipiē dos decreuit, eos autem qui ſine neceſſitate, poſt duodecim condigna oſtenſa pœnitentia. Atque in his quidem conſiſtit canon. Tu autem dic illos periuros ex hoc canone caſtigari, qui ſua ſponte, & per confeſſionem de peccato triumpharunt, & medelam petiuerunt: non autem illos qui ex aliorum accuſatione periurij condemnati ſunt. Illi enim cū pœna pecuniaria ab eccleſia quoque magis puniuntur. Probatio enim, vt ſuperius dictum eſt, debitum peccati duplicat, & pœnitētia pœnæ trutinam eleuat. Scias autē, quod periurij peccatum eſt multiplex, & propterea curatu difficile. Aliter enim punitur qui per contemptum iurauit, & peierauerit, aliter qui per vim, aliter qui per pœnitentiam, aliter qui propter vindictam, aliter qui per dolum, aliter qui iuramētum ſoluit, quod propter ludicrum quippiam vel etiam abſcindendum factum eſt: aliter qui corporale iuſiurandum tranſgreſſus eſt, aliter qui quod ſcriptis mandatū eſt. Et vt ſemel dicam, in illius qui confeſſionē ſuſcepit prudentia ac iudicio ſita eſt periurij medela. Ego enim vidi multos qui Hieroſolyma profiſciſci iurauerant ac peierauerant, nulla pœna affectos conſeruatos fuiſſe, & alios qui ſine ſcriptis in caput imperatoris iurauerant, acriter fuiſſe caſtigatos, & alios qui vi iurauerant, nullo modo punitos. Vidi autem aliquot amoris inſania percitos qui ſine periculo ſua ſacramēta conculcarunt, & ideo opus eſt ea exactè examinare, & vt decet iurare.

Prudentia & iudicio requiruntur quo ad confeſſiones.

Can. lxxii.

Qui vaticinantur & geotium conſuetudinem ſequuntur, & aliquos io ædes ſuas introducunt ad veneficiorum inuentionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem ſexēnii, & poſtquam anno defleuerint & anno audierint, io tribus annis ſubſtrati, & anoo cum fidelibus coofiſtentes, ſic admittantur.

*BALS. Sæpe quidem ſimpliciores, & imprudentiores grauiter ægrotantes, & non commodè curati, exiſtimant ſe ex magica impoſtura, vel veneficio ita affici, & ideo ad aliquos etiam gētiles accedunt, afferentes ſe occulta veneficia in apertum prolaturos, quæ corporalem laborantis ſanitatem euertant, & ita ſe ægrotum ab illo maleficio purgaturos. Eos ergo qui vaticinantur, & non credunt per inuocationem nominis domini, & dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, & dei matris, & omnium ſanctorum omnem morbum, & omnem ægritudinem curari, omnéque veneficium, & impoſturam ſatanicam, virtute & præſentia pracioſæ & viuificæ crucis à fidelibus expelli, ſed potius miraculorum oſtentatores, præſtigiatoréſque & gentium conſuetudines ſequuntur, & eos in ædes ſuas introducunt ad purgandam fortè ægritudinem, quæ ex veneficio oritur, dixit ſanctus eſſe ſexennio puniendos. Dicit autem quiſpiam hunc canonem aduerſari lxv. canoni & lxi. Illi enim decernunt, vt ij tanquam homicidæ puniantur, ſcilicet vt vel xx. annis pœna eis imponatur inſtar voluntariorum homicidarum, vel decem annos inſtar inuoluntariorum: hic verò vt ſex. Exiſtimo autem eſſe inter canones differentiā lxv. enim canon de ipſis *opificibus, ſeu de magicis, & veneficis decernit. Similiter & lxxxi. de iis qui ſe tradūt vatibus, ſeu de iis qui eadem cum illis ſentiunt. Præſens autem canon differit de hominibus, qui eos per errorem ſecuti ſunt qui afferūt ſe magica vincula ac ægritudines ſoluere & curare, non tamen à fide deſciuerunt. Eſt itaque differentia eorum qui per ſe exercent, eorúmque qui ſe tradunt præſtigiatoribus, vt fidem etiam negent, & eorum, qui ab orthodoxa fide non defecerunt, lapſi autem ſunt quod ad eos acceſſerunt. Et ideo illi quidem longiori tempore puniuntur, hi vero breuiori. Lege etiam ij. can. ſancti Gregorij Niſſeni ex epiſtola ad Latoium, qui ea ita diuidit Ex eo autem, quod canon meminit hominum qui vaticinantur, apparet, vt exiſtimo, quod qui male abuſi ſunt, ſexennio puniuntur. Qui autem ſemel fortè errauerunt, & deſciuerunt, mitius curabuntur. Cum enim beata in domino vita coniux pij & religioſi illius domini Alexij Comneni filij inclyti imperatoris in grauem morbum incidiſſet, & medici de eius ſanitate deſperaſſent propter multiplicium morborum contrarietatem, quidem ethnici ſe eā curaturos profeſſi, vt pote qui magicis artificiis laboraret, effecerunt vt multa & admirandæ eius fœminæ, & viri etiam examinarentur. Clam autem proiiciebant imagines ex cera factas, & ſatanicè eorum contrectationem & inuentionem ſignificabāt, atque etiam multa alia grauia fecerunt in dei contemptum, & multorum hominum ſupplicium. Et ipſi quidem impij cum rem efficere non potuiſſent, euanuerunt. Nobiliſſima autem illa mulier non modo nihil adiumenti adepta eſt, ſed etiam diuturno morbo* vexata vita exceſſit, malo à ſe ſuſcepto viatico, diuinorum ſcilicet canonū aduerſus ſe indignatione, quam deus propter alia eius bona opera alleuare dignetur. Poſt eius autem mortem tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Leonis Stuppæ, nonnulli quidem eius cognati, & etiā ſubditi, grauiter puniti ſunt, vt qui ſæpiſſime vaticinati eſſent, & ſatanicæ nefariæ operationi toto animo credidiſſent. Alij autem mediocri ſupplicio curati ſunt, vt qui non ſæpe, nec ex animo malum illud ſecuti eſſent. Eſt itaque canon attendendus, & dei iudicio relinquēda ægrotātium cura, qui ſolo verbo diſſolutas carnes aſtringit & colligat, nec ſe tradere oportet ſatanicis impoſturis, quæ nō ſolum corporum ſanitatem auferunt, ſed etiam animarū. lege & xx. cap. xiij. tit. Nomoc. Photij. & xxv. cap. ix. tit. & xxiij. can. ſyn. Ancyrana. De iis qui ad vates accedunt, & ad incantatores, & ad eos qui faciunt amuleta, & alia quædam dæmoniaca, lege ex panegyricis orationibus ſancti Ioannis Chryſoſtomi interpretationem epiſtolæ ſancti Pauli ad Coloſſenſes, & ſextam eius orationem aduerſus Iudæos, quæ docet, quod etiam ſi quis mortuum ſuſcitauerit, qui non ſanctè viuit, non eſſe ei credendum, ſed eum nihili putandum.*

*ἐπαοιδοῖς

* παραλυτικῇ

Non eſt ei credendum qui mortuū ſuſcitauerit niſi ſanctè viuat.

Can. lxxxiii.

Hæc autem omnia ſcribimus, vt pœnitentiæ eorum fructus probetur. Non enim hoc omnino tempore iudicamus, ſed modum pœnitentiæ attendimus. Quòd ſi qui à propriis moribus noo facilè auellantur, & carnis voluptatibus potiúſque deo ſernire voluerint, vitámque ex euangelio inſtitutam non admittant, nulla eſt nobis cum illis communis ratio. Nos enim in inobediente, & contradicente populo audire docti ſumus, Seruans ſerua animam tuaoi.

BALS.

BALS. In lxxiiij. can. definiit ſanctus eſſe moderandum pœnitentiæ tempus in iis qui pœnitētiam ſollicitè & diligenter agunt. Hic autem dicit à pœna non liberandos qui pœnas negligenter ſeruiunt. Statuitur enim vt in eos pœnæ aggrauentur, eorum verò qui à malo non deſiſtunt poſt confeſſionem, ſed in eo perſeuerant, iubet nullam haberi rationem. Audimus enim, inquit, ex ſcriptura, ſeruans ſerua animam tuam. Vide ſcilicet ne te ipſum perdas cum iis conuerſans qui corrigi nequeūt. Nota ergo duo pulcherrima ex præſēti canone, & quòd quemadmodum pœnæ iis minuuntur qui confeſſioni diligenter ſeruiunt,
A *ita etiam in negligentibus intenduntur, & quòd illi puniuntur qui à malo deſiſtunt. Qui enim in ſuis cupiditatibus permanent, abſoluta excommunicatione condemnantur.*

Ne itaque cum eis perire in animum ioducamus, ſed graue iudicium formidantes, & terribilē (Can. lxxxvi.) dei retributionis diem præ oculis habētes, ne velimus vnà cum alienis peccatis perire. Si enim nos non docuerunt terribilia dei: nec tot plagæ nos in ſenſum deduxerūt, quòd propter noſtram ioiquitatem nos dereliquit domious & tradidit in manus barbarorum, & populus ad hoſtes captiuus adductus eſt, & diſperſioni traditꝰ, eo quod ea audebant qui dei nomen circunferebant, ſi nō nouerunt, nec iotellexerūt, quòd propter hæc venit in nos ira dei, quæ eſt nobis communionis cū his ratio? Sed & noctu, & interdiu, & publicè, & priuatim ipſis teſtificari debemus: cum eorum autem improbitatibus abire nolumus, eos quidem lucri facere optantes, & à mali laqueo eripere. Sin autem hoc non poſſumus, ſtudeamus noſtras
B aoimas ab æterna condemnatione ſeruare.

BALS. Hæc verba ſuaſoria ſunt ad antiſtites, & omnes qui habent poteſtatem ligandi, & ſoluendi. Hortatur enim ipſos ne peccatis conſentiant, nec eorum communionem ſuſtineant qui in peccatis perſeuerant, & ideo tū illis pereant. Sed eos perpetuò admoneant, vt a malo deſiſtant & orent pro eorum ſalute. Sin autem, inquit, eos corrigere non poſſitis, ſtudete vos ab eis alienare, & ſit ab æterno ſupplicio ſeruemini.

EIVSDEM EX ALIA EPIſtola ad Amphilochium de differentia ciborum.

EGregiis autem Encratitis ad præclaram eorum obiectionem, cur nos quoque nō omnia comedimus, illud dica-
C tur, quod etiam excremeota noſtra abominamur. Nam digoitate quidem olera nobis carnes ſunt: quod verò ad eorum quę ſunt vtilia attinet diſcretionem, ſicut & in oleribus id quod eſt noxium diſcernimus. Nam olus quidem eſt cicuta, quemadmodū & vulturina caro, caro eſt: tamen nec quis hyoſcyamum attigerit, ſi capiat, nec canem attigerit, niſi magna vi geote neceſſitate.
Quamobrem qui comedit non inique fecit.

BALS. Encratitæ, qui continentiam fortè perſequebantur, veſci carnibus abhorrebant, & cum eis diceretur id non rectè à ſe fieri, opponebant orthodoxis, Vos quoque nonnullos cibos abhorretis, & ideo ab eis abſtinetis. Ad hoc dicit ſanctus, Nō eſt mirū ſi ab aliquibus abſtinemus vel aliqua abominamur: nam & noſtra excrementa abhorremus, & ſi ſint ex noſtra carnis ſubſtantia. Sunt autē excrementa, vrinæ, ſtercora, humores qui per os, & nares emittuntur, & quæcunque eiuſmodi. Quemadmodum ergo illa auerſamur, ita cibos quoque aliquos non admittimus. Omnia enim olera carnes à nobis exiſtimantur, quòd omnia comedamus vt olera. Diſcernentes autem, & ſeparantes id quod eſt noxium, eo quod non lædit, vtimur & quemadmodum in oleribus eſt cicuta, & hyoſcyamus, tamen quia ſunt noxia, ea fugimus, ita & in carnibus, caro eſt caro vulturina, & caro canis: ſed tamen nemo guſtauerit, niſi valde eſuriat. Qui autem per vim guſtauit, non egit iniquè. D

EIVSDEM AD DIODORVM de eo, qui duas ſorores duxit in matrimoniū.

EIus epiſtolæ meminit ſanctus in xxiij. ſuo canone, miſſa eſt autem ad Diodorum Tarſenſem epiſcopum, qui ab aliquo interrogatus, an poſſet vxore ſua mortua ſororem illius ducere in matrimoniū in ſcriptis reſpondit eum non prohiberi. Cum autem magnus Baſilius eiuſmodi matrimonium prohiberet, ſcriptis mandata E *Diodori reſponſio illi oſtenſa eſt, quæ prædictum matrimonium permittebat.* (An ſorore mortua liceat aliam ducere.)

Veneruot ad nos literæ Diodori inſcriptionē habentes: quę autem deinceps ſequuntur, ea alius potius quam Diodori eſſe cōuenit. Videtur enim * vafer quiſpiam tuam perſonam ſubiiſſe, vt ſe ſic auditoribus fide dignum efficeret, qui ab aliquibus interrogatus, an fas ſit mortua eius vxore ſua ſororem in matrimonium ducere, interrogationem non horruit, ſed auditionem æquo animo tulit, & ad ſalacem eius cupiditatem valde illi ſtrenuè, magnáque contentione auxilium tulit: ſi ipſe itaque literas haberem, eas ad te miſiſſem, ipſéque ad te & veritatem defendendam ſuffeciſſes. Quia autem is qui oſtendit rurſus abſtulit, & aduerſus nos qui ab initio prohibueramus, veluti trophæum circuntulit, dicendo ſe ſcriptis mandatam habere poteſtatem, nunc ad te ſcripſi, vt manu duplici ad illam adulterinam orationem veniamus, & nullas ei vires relinquamus, ne poſſit F eos facile lædere, in quos incidit.

*BALS. Quæ à Diodoro ſcripta ſunt, confutaturus ſanctus, confutationem artificioſè adgreditur, & eius dictum ita proponit, vt non videatur ipſum concedere, & ita eum * ad inſiſtendum acriorem efficiat, & dicit, Literæ quidem ſub tuo nomine ſcriptæ fuerant. Mihi autem videtur aliquis eorum qui ad hæc machinanda & excogitanda apti ſunt, volens efficere vt quod à ſe diceretur fide dignum eſſet, literis tuum nomen ſubſcripſiſſe. Qui interrogatus an fas eſſet, ſeu legitimum, ſororem, vxore ſua mortua, in matrimoniū ducere, ei qui interrogauit, in impia*

in impia interrogatione auxilium tulit, pro eo quod est in temperantiam, & libidinem permittendo, ipſe quoque videtur fuiſſe actionis particeps. Si itaque inquit, literas habuiſſem, eas ad te miſiſſem, téque & veritatem defendiſſes, ſeu tibi auxilium tuliſſes, vt falſo accuſatus, quòd nefaria diceres, & ſcriberes, quod te & veritatem tangit. Veritatem quidem, cum falſum illi prælatum fuerit: te autem, vt qui quæ nō decet permiſeris. Quia autem is qui oſtendit, rurſus abſtulit, & tanquam aliquod trophæum aduerſus nos circumtulit. Eſt autem trophæum, ſignum quod ei datur, qui vincit in bello, vt ex eo ſit manifeſtum quæ pars aduerſario vicerit. Vnde à verſis hoſtibus trophæum nominatum eſt, à verbo Græco τρέπω, quod verto ſignificat.

A Quia ergo non habeo literas, nunc ad te ſcripſi vt adgrediamur, vt duplici manu, tua ſcilicet, & mea, contendamus aduerſus adulterinam illius orationem, alienam, & confictam, & vires ei non relinquamus, vt non facile eos lædat, qui in eas inciderint, & legunt. Primum ergo maximum eſt in iis quæ ſunt eiuſmodi, quam apud nos habemus conſuetudinem præponere legis vires habentem eo quòd à ſanctis viris ſunt nobis ritus traditi.* Ea autem eſt eiuſmodi, Si quis vnquam impuritatis perturbatione ſuperatus, lapſus ſit ad nefariam duarum ſororum ſocietatem, nec hoc matrimonium exiſtimet: nec eos ad eccleſiæ complementum prius admittat, quàm ipſos à ſe inuicem ſeparauerit. Quare & ſi nihil aliud dici poſſet, ſufficere conſuetudo ad mali vitationem. Sed quia is qui epiſtolam ſcripſit, adulterino argumento hoc malum in vitam inducere conatus eſt, neceſſe eſt
B nec nos quidem à rationum auxilio abſtinere: et ſi in valde euidentibus ratione maior eſt vniuſcuiuſque præſumptio. Scriptū enim eſt, inquit, In Leuitico, Mulierem ſuper ſororem ſuam non accipies in * zelo aduerſariam, ad reuelādam turpitudinem eius ſuper ipſam, ipſa adhuc viuente. Ex hoc ergo clarum eſſe dicit, quod ea mortua accipere permittitur. Ad hoc itaque primum quidē illud dicam, quòd quæcunque lex dicit, iis qui in lege ſunt, dicit, Nam ſic quidem, & circunciſione & ſabbato, & ciborum abſtinentia includentur. Neque enim ſi aliquid inuenerimus, quod noſtris voluptatibus congruat, nos ipſos ſeruitutis legis iugo ſubmittemus. Sin autem eorum quæ ſunt in lege graue aliquid apparuerit, tunc ad libertatem in Chriſto recurremus. Interrogati ſumus an ſcriptum ſit accipere licere vxorē poſt ſororē, diximus id quod eſt tutum & verum, quòd non ſcriptum eſt: ex conſequenti autem illatione
C quod nō dictum eſt colligere, eſt eius qui legem imponit, non eius qui quæ legis ſunt dicit. Nam ſic quoque licebit volenti, adhuc viuente vxore, ſororē accipere. Idem enim ſophiſma in illo quoque conuenit. Scriptum eſt enim. Non accipies in zelo aduerſariam. Quare eam quæ eſt à zelotypia aliena, accipere nō prohibuit. Qui itaque ſuæ perturbationi fauet, dicet mores ſororum eſſe à zelotypia alienos. Sublata ergo cauſa, propter quam ambarum cohabitatio eſt prohibita, quid vetabit quominus ſorores accipiantur? Sed hæc non ſcripta ſunt, inquiemus. Sed nec illud diffinitum eſt. Conſequentiæ tamen intelligentia dat ſimiliter vtriſque poteſtatem. Oportebat autem ad ea quæ paulo ante in lege dicta erant reuerti, & ea moleſtia liberari. Videtur enim legiſlator non quoduis peccati genus comprehendere, ſed ſeparatim Ægyptiorum peccata prohibere, vnde abierat Iſrael, & Chananæorum, ad quos tranſierat. Ita enim habet dictio, Secundum ſtudia AEgypti in qua habitaſtis, nō facietis, & ſecundum ſtudia regionis Chanaam, ad quam ego deducam vos, illic non facietis, & in legitimis eorum non ambulabitis. Quare conſentaneum eſt hoc peccati genus non fuiſſe vſitatum apud gentes, & ideo nec legiſlatorem illius cautione opus habuiſſe,
sed non doctā conſuetudine ad abhominationis D
criminationem contentum fuiſſe. Quomodo ergo cum id quod maius eſt, prohibuiſſet, quod minus eſt ſilentio prætermiſit? Quoniam exiſtimabat fore vt permulti libidinoſi, & carnis amantes ad hoc vt cum viuentibus ſororibus cohabitarēt patriarchæ exemplum aſpicerent. Nos autē quid facere oportet, quæ ſcripta ſunt dicere, an quę ſilentio prætermiſſa ſunt, curioſè perſcrutari? Iam enim non licere patrem, & filium vna amica vti, in legibus quidem non ſcriptum eſt: ſed apud prophetas maximè accuſatur. Filius enim, inquit, & pater ad eandem puellam ingrediebantur. Quæcunque autem ſunt alia immundarum animi perturbationum genera, dæmoniorum ſchola inuenit, diuina autem ſcriptura ſilentio prætetiit, manifeſtatem ſuam turpium rerum nominibus nolens polluere. Sed generalibus nominibus immunditias complexa eſt, ſicut Apoſtolus dicit, Fornicatio autem, & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, ſicut ſanctis conuenit. immunditiæ nomine neſanda maſculorum & fœminarū E
flagitia comprehendēs. Quare non omnino ſilentium dat libidinoſis poteſtatem. Ego verò hanc partem ne ſilentio quidem fuiſſe prætermiſſam exiſtimo, ſed etiam legiſlatorem valdè prohibuiſſe. Illud enim, Non ingredieris ad quemuis conſanguineum carnis tuæ, ad reuelandam eorum turpitudinem, hoc quoque conſanguinitatis genus comprehendit. Quid enim eſſe poſſit homini ſua vxore magis conſanguineum, vel potius ſua carne? non ſunt enim amplius duo, ſed vna caro. Quare per vxorem ſoror eius tranſiit ad conſanguinitatem. Quemadmodum enim vxoris matrem non accipiet, nec eius filiam, quoniam nec ſuam matrem, nec ſuam filiam: ſic nec ſororem vxoris, quoniam nec ſuam ſororem: ſunt enim in vtriſque communia cognationis iura. Ego autem cuilibet de matrimonio conſultanti teſtificor, quòd præterit figura mundi huius: & tempus breue eſt, vt & qui habent vxores ſint tanquam non
habentes. Sin autem nihil illud alleget, Creſcite F
& multiplicamini, rideo eum qui legiſlatorum tēpora non diſcernit. Fornicationis * remediū eſt ſecundum matrimonium, nō ad intemperantiam viaticum. Sin autem non continent, inquit, vxores ducant: non autem enam vxores ducentes cōtra legem faciant. Qui autem nec ad naturam reſpiciunt, ignominiæ perturbatione animo cæcutientes, quæ quidem generis appellationes diſcreuit, ex quanam cognatione eos qui geniti fuerint appellabunt. Ipſorum inuicem fratres, vel conſobrinos appellabunt. Vtraque enim eis propter cognationem adaptabuntur. Ne feceris ergo ò homo

Margin notes: * [illegible] (beside "Ea"); * [illegible] (beside "in zelo"); * [illegible] (beside "Quæcunque"); * [illegible] (beside "Fornicationis").

amitam infantium nouercam, nec eam quę matris loco eos debet fouere, ac recreare, implacabilibus æmulationibus armaueris. Solum enim nouercarum odium inimicitias etiam poſt mortem perſequitur, & quod ioagis eſt, alij quidem inimici mortuis reconciliaotur. Nouercæ autem poſt mortem odiſſe incipiunt. Eorum autem quę dicta ſunt ſumma eſt. Si quis lege quidem matrimonium apperit, pater vniuerſus terrarum orbis. Sin autem eſt alli ſtudium aoimi perturbatiooe incitatum, propterea magis excludatur, vt diſcat vas ſuum in ſanctificatione poſſidere, non in cupiditatis perturbatione. Plura, me ſcribere cupieotem
A modus retinet epiſtolæ. Opto etiam vt vel noſtra ſuaſio animi perturbatiooe poteotior euadat, vel ne hoc ſcelus io noſtra regiooe verſetur, ſed in quibus cœptum eſt locis remaneat.

BALS. Magni patris ad Diodorum epiſtola, omni ſapientia, & arte dicendi plena eſt: & ſancti ſpiritus * *inſpiratione dictatur. Sed non eſt hoc tempore quærēda. Decernit enim ne in matrimonij ſocietate duæ ſorores accipiantur, quod dei gratia hodie ne in mentem quidem venit hominis Chriſtiani & præterea nec ampliore interpretatione opus habuit. Habe autem hanc diuinam epiſtolam aſſiduè in memoria, etſi enim id non tractatur quod in ea diffinitum eſt, quæ tamen in ea comprehenduntur epicheremata, enthymemata, & epenthymemata, vel potius quæcunque ex veteri, & ex magno Paulo & compoſita, & oppoſita fuerunt, in aliis cauſis multum conferunt. Nota autem ex ea, quod eccleſiaſtici etiam non ſcripti mores, ſicut ſcripti canones, refutari non poſſunt,*
B *& quòd leges Moſaicæ non ſunt attendendæ. Nota etiam multa alia ex hac epiſtola quæ ſunt imprimis neceſſaria, & maximè vtilia.*

* αἰπύρα

EIVSDEM AD GREGORIVM presbyterum, vt ſeparetur à muliercula cum qua habitat.

LEgi tuas literas * cum omni patientia & longanimitate, & miratus ſum quomodo cum poſſes per res ipſas nobis breuiter & facile reſpondere, in iis quidem quorum accuſaris perſiſtere malueris, prolixa autem oratione, quæ ſunt immedicabilia curare volueris. Nec primi, nec ſoli, ô Gregori, ſtatuimus, ne mulieres cū viris cohabitarent. Sed lege canonem qui à ſanctis patribus noſtris Niceæ editus eſt, qui apertè prohibet, ne ſint introductitiæ. In hoc autem ſitum eſt cælibatus decus & hooeſtas, quòd ſepa-
C ratus ſit à conſuetudine & conſortio mulierum. Si quis enim verbo profitens, reuera ea faciat, quæ qui cum mulieribus cohabitant, apertè oſtēdit ſe virginitatis quidem laudem oomine tātum proſequi, ſed à turpi voluptate oon recedere. Tanto magis ergo oportebat te noſtræ poſtulationi facile acquieſcere, quòd dicis te ab omni corporali perturbatiooe liberum. Neque enim credo eum qui ſeptuaginta annos natus eſt cum muliere * aoimi perturbatione commotum habitare: nec tanquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, ſtatuimus ea quæ ſtatuimus: ſed quia ab Apoſtolo docti ſumus, fratri non eſſe pooeodum offeodiculum, vel ſcandalum. Scimus autem quòd id quod rectè & ſanè fit ab aliquibus, erit aliis occaſio ad peccatum. Ea de cauſa decreuimus, ſanctorum patrum conſtitutiooem ſequentes, vt à muliere ſepareris. Quid ergo chorepiſcopum incuſas, & veteris ſimultatis recordaris? Quid autem nos inſimulas, quod D
aures ad admittendas calumnias faciles præbeamus, oon autem te ipſum, qui à conſuetudine cū muliere noo potes recedere? Eiice eam à domo tua, & ſtatue ipſam io monaſterio, ſit illa cum virginibus, & viri tibi ſeruiant: ne nomen dei per vos blaſphemetur. Quandiu hæc feceris, Myriades quas ſcribis in epiſtolis, nihil tibi prodeſunt. Sed ocioſus morieris, deóque reddes ratiooem tui ocij: ſin autem ooo correctus auſus fueris ſacerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te ſuſceperint, erunt in omni eccleſia abdicati.

* μετὰ μακροθυμίας

* ψυχικῆς

BALS. Gregorius quidam presbyter habebat quandam mulierculam ei inſeruientem. Quod cum ſanctus intellexiſſet, petiuit à presbytero vt mulierem domo ſua expelleret. Is verò ad ipſum de ea re ſe ipſum defendens reſcripſit. Magnus quoque Baſilius reſcripſit ad presbyterū: E
eſt autem veriſimile presbyterum in ſua epiſtola ſanctū rogaſſe, vt literas cum longanimitate legeret, ad quem reſcripſit pater, Cum omni longanimitate tuas literas legi, & admiratus ſum, quòd cum poſſes per res breuiter reſpondere, ſcilicet per mulieris amandationem, in iis quorum accuſaris, rebus ſcilicet ipſis propter quas accuſatio inſtituta eſt, permanes: verbis autem te defendis. Deinde dicit, Nos nec primi, nec ſoli ſtatuimus, ne mulieres cum viris ſcilicet ſacratis cohabitarent, ſed lege can. ſyn. Nicenæ, qui prohibuit ne ſint introductitia. Eas autem introductitias appellat tertius dictæ ſynodi canon, quæ introducuntur in ædes ſacratorum hominum, qui vxores non duxerunt, & cum eis cohabitant.
Qui autem cælibatum profeßi ſunt, laudem, & gloriam ob continentiam habebunt, ſi à mulieribus ſeparentur. Si quis autem virginitatem profiteatur, cum mulieribus verò cohabitet, habet ſolum nomen, non autem & rem ipſam. Quia ergo, inquit, dicis te eſſe liberum ab omni perturbatione corporali, eo te facilius oportebat noſtræ poſtulationi ſubmittere, & mulierculam dimittere. Non dixit autem iuſſu vel mandato noſtro, ſed noſtræ poſtulationi, modeſtiæ cauſa. Non enim tanquam, F
inquit, in mulierculam amatoriè affectus ſis, & propter turpem actionem decreuimus vt eam eiiceres. Non enim credo eum qui ſeptuaginta annos natus eſt amatoriè affectum cum muliere cohabitare, ſed propter id quod ab Apoſtolo dictum eſt, non eſſe fratri dandum offendiculum, vel ſcandalum. Quod enim ab aliis ſanè fit, & abſque vlla animi perturbatione, erit aliis peccati occaſio. Tu enim, inquit, fortaſſe cum muliere nequaquam in eam affectus cohabitas.

Alius

Alius verò tuum exemplum ſecutus cum muliere cohabitabit, non ſine amatoria animi perturbatione: vel non bonam de te exiſtimationem habebit: & erit hoc in ſacerdotij dedecus. Quid ergo, inquit, chorepiſcopum accuſas? Eſt ergo veriſimile chorepiſcopum de introductitia muliercula indicaſſe. Quid ergo nos accuſas, tanquam qui calumnias facile admittamus, & non potius te ipſum, qui vt à muliere ſepareris, non poſſis in animum inducere? Statue ergo, inquit, eam in monaſterio, & tibi viri miniſtrent. Quandiu hæc facis, ea quæ tu multa eſſe ſcribis, nihil te iuuabunt, ſed otioſus morieris, pro eo quod eſt, vſque ad finem vitæ non operaberis vt ſacerdos, cum ſis
A *ſegregatus, & domino rationem tui ocij reddes, vtpote quòd tibi ex hac cauſa iniunctum ſit. Si autem non correctus ſacrificare auſus fueris, eris anathema, & qui te ſacrificantem ſuſcipiunt, ab omni fidelium cœtu abdicabuntur. Et hæc quidem ſic habent. Sed quia nonnulli tertium primæ ſynodi canonem afferentes, & verba huius epiſtolæ, volunt epiſcopos, & clericos non cohabitare cum ſuis cognatis perſonis à ſuſpicione alienis, quæ habẽt alias ſibi deſeruientes, dicentes circumſcribi canones, ſi ſub nomine cognatæ non ſuſpectæ, ij qui ſunt ſacrati fideles offendant per cohabitationem cum aliis mulieribus, dicimus, quod epiſcopi quidem à Iuſtiniani nouella, quæ à nobis ſita eſt in interpretatione tertij canonis primæ ſyno. prohibentur cum quauis muliere cohabitare. Clericos autem vellem quidem & ipſos ſanctè viuere, & omnino abſtinere ab habitatione cum vllis mulieribus. Si autem hoc non poſſunt, vt mihi quidem videtur, cum matribus, & ſororibus, & non ſuſpectis perſonis abſque periculo verſabũtur, etiam ſi ea habeant mulieres ad miniſterium vtiles. Hic enim magnus pater hoc agens vt multorum*
B *offendiculum tollatur, ſtatuit vt muliercula à Gregorio diſcedat, non ſtatuens vt homo ſacratus cum mulieribus non ſuſpectis non cohabitet, ſi alias ſecum habeãt mulierculas. Et quia ſacerdote cum non ſuſpecta perſona habitante omne malæ ſuſpicionis ſcãdalum tollitur (non enim dicunt eum eſſe alienas mulierculas, & eo cum muliebri ſuſpecta parte verſante, ſcandalum quod ex improba conſuetudine emergit, miniſterium adſumit) ſine impedimẽto cum perſonis non ſuſpectis habitabit ſacratus, etiam ſi ſub ſe mulieres habeant. Quod ſi non ſint eæ perſonæ cum quibus habitat, pœna non carebit huiuſmodi cohabitatio. Alioqui enim ſi detur ſacerdotem nõ cohabitare cum vlla muliere non ſuſpecta, cogetur etiam quiuis ſacratus nec cohabitare cum patre, nec cum propriis filiis, nec alicui rei ſeruire, quæ ad victum pertineat. Plurimi enim eorum habent ancillas, ſeu liberas, quæ ſuis miniſtrent, vel dicemus omnes eas perſonas eſſe pauperes, & ſibi ſufficientes ad omne miniſterium, quod eſt abſurdum. Porro vt ſacerdos mulieri ſeruiat, etiam ſi cum perſona non ſuſpecta cohabitet, malum eſt: & nec à canonibus, nec à præſenti epiſtola admittendum, & ideo puniendum. Lege etiam v. can. ſyno. in Trullo, & xij. His ita diſſolutis, dixerit quiſpiam, cum epiſtola Gregorio decernat, vt cohabitantem ſibi mulierem in monaſterium deducat, utne eam tondere cogitur, an non? SOL. Nonnulli ex xlviij. can. ſyno. in*
C *Trullo moti, dicunt ei neceſſitatem incumbere, vt eam quæ ſibi cohabitat tondeat. Non enim inquiunt, ſancto ſtatutum eſt, ei pro carcere & ſupplicio monaſterium appellare. Mihi autem videtur magnam eſſe differentiam ancillæ, & coniugis legitimæ, & propterea illic quidem epiſcopus coactus eſt curam gerere & corporis & animæ ſalutis ſuæ coniugis. Hic autem ſacerdos ſolum habet neceſſe ſcandalum per ſeparationem tollere. Sed non ipſam mulierem iure cogi dicat quiſpiam, vt vel inuita tonſuram ſuſcipiat, & ideo intelligo eſſe neceſſariam ſolam ſeparationem, non etiam tonſuram. Si autem ea fiat mulieris voluntate, duplicatur bonum, & fit melius. Quia autem nonnulli dixerũt, quòd ex hac epiſtola quiſquis cum aliena muliere cohabitat, ſegregatus eſt, etiam ante denunciationem, dico quòd nec præſenti quidem ſancto hoc placuit. Ecce enim cum ipſe ſciret Gregorium cohabitare cum muliere, hoc ei edicto denunciauit, vt ex ædibus mulierem transferret: & ſi feciſſet Gregorius vt ei denunciatum fuerat, in ſegregationem non incidiſſet. Quare neuter ſegregabitur, niſi poſt denunciationem in cohabitatione cum aliena muliere perſeueret.* D

EIVSDEM CHOREPISCOPIS NE SINE IPSO FIANT *miniſtri præter canones.*

VALDE male me habet, quòd parum de cætero defecerunt canones, & omnis accurata diſciplina ex eccleſiis eiecta eſt, & timeo ne *incuria & deſpicientia hac via procedẽte in omne cõfuſionis genus res eccleſiaſticæ redeant. Eos qui olim eccleſiæ miniſtrabant, conſuetudo, quæ ex eccleſiis verſabatur, diligentiſſimè & accuratiſſimè probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agendæ ratio curioſè inquirebatur, an non eſſent maledici, an non ebrioſi, an non prompti ad pugnas, an ſuam iuuentutem rectè erudirent, ac caſtigarent, vt poſſent ſanctificationẽ rectè gerere, ſine qua nemo E dominum accipiet. Et hæc quidem examinabant presbyteri, & diaconi qui cum eis verſabantur. Referebant autem ad chorepiſcopos, quia verè teſtificantibus ſuſceptis ſuffragiis, & eorum admonitis epiſcopis ita miniſtrum in ſacerdotalem numerum cooptabant. Nunc autem nobis primum extruſis, nec ad nos referre in animum inducentes, omnem in ſe auctoritatem transferũt. Deinde te per ſummam *ſocordiam tractata, presbyteris, & diaconis permiſiſtis, quos voluerint, vita eorum non examinata ex affectione vel cognationis, vel alicuius alius amicitiæ, indignos in eccleſiam introducere. Et ideo multi quidem numerantur miniſtri in vnoquoque pago, ſed nemo eſt dignus miniſterio altaris, vt vos ipſi teſtificamini, qui hominibus indigetis in *electionibus. Quia ergo res deinceps eo proceſſit, vt curari nõ poſſit, maximè cum nunc plurimi *metu ne in milites referantur, ſeipſos miniſterio ingerãt, neceſſario me contuli ad renouãdos patrũ canones, & ſcribo ad vos vt ad me mittatis indicẽ miniſtrorũ vniuſcuiuſq; pagi, & à quo vnuſquiſque F introductus ſit, & in quo ſit libro. Habete autẽ & ipſi apud vos indicẽ vt veſtræ literæ cum iis quæ apud nos repoſitæ ſunt cõferantur: & nemini liceat ſe ipſum quando velit inſcribere. Sic itaque poſt primã *indictionem ſi qui à presbyteris introducti ſunt, ad laicos reiiciantur. *De integro autẽ fiat eorum à nobis examinatio, etſi ſint quidem noſtro digni ſuffragio, ſuſcipiantur. Purgate etiam eccleſiam, indignos ab ea expellentes, & deinceps quidem indignos examinate, & ſuſcipite: in numerũ autem ne referte, priuſquam ad nos

Canonum deſpicientia confuſionis cauſa in eccleſia.

retulerinis, vel ſcitote quòd erit laicus qui ſine noſtra ſententia io miniſterium admiſſus eſt.

BALS. Quinam erant chorepiſcopi, & quenam iura habebant, dictum eſt in xiiij. can. ſynodi Neocæſariana & in xviij. can. Antioch. ſyn. & ideo hic mihi ſuperuacaneum viſum eſt eadem repetere, & eo magis, quod, quæ in præſenti epiſtola continentur de chorepiſcopis, omnino exoleuerunt, & omnes clerici fiunt ab epiſcopis ſola ipſorum probatione.

D. BASILII MAGNI AR-

A *CHIEPISCOPI CAESAREAE CAPPA-* D
dociæ, de moribus orationes xxiiij. A Simone Magiſtro ac ſacri palatij Quæſtore ex eius ſcriptis olim in vnum congeſtæ.

Staniſlao Iiouio interprete.

DE AMORE ERGA DEVM, ET PROXIMVM ORATIO I.

Ex Aſceticis.

OMni humanarum rerum cura abiecta, ſummo ſtudio, & diligentia par eſt nos, cor noſtrum obſeruare, ac ſimul etiam atque etiã videre, ne quando cogitationẽ de Deo abiiciat, aut dum res ſtultas atque nihili agitat, memo-
B riam rerum omni admiratione dignarum deponat, verùm vt in contemplatione Dei opt. max. aſsiduè verſetur, & ſinceram eius doctrinam perpetuámque recordationem in penetralibus ſuis, veluti ſignum quoddam, quod deleri non poteſt, impreſſam habens, ſanctitatem eius colat obſeruétque. Hac enim ratione amore flagrabimus Dei, qui nos excitabit ac inflammabit ad mandata eius religioſè perſequenda, & ab illis ipſis rurſus ad conſtantiam atque ſtabilitatem quandam. Vnde etiam fit plerunque, vt qui nimio deſiderio ſequendi Chriſtum tenentur, ad nullam deinceps vitæ huius partem reuerti queant, non parentum, non ſuorum amplius amore ducuntur: quantumuis id cum præceptis, quæ Dominus dedit, pugnare videatur. Hîc demum illud locum habet, Si quis venit ad me, nec præ me odio habet patrem ac matrem, & alia huiuſcemodi, non eſt me dignus. *Luc. 14.* Huius rei præclarum nobis ſancti Apoſtoli exemplum reliquere, Iacobus, inquam, & Ioannes, qui vno temporis momento, relicto patre Zebedæo, ac naue, re-
C liquisq́ue vitæ huius commodis, adhærere Domino. Matthæus verò ſurgens ex eo, in quo vectigal exercebat, loco, & Dominum ſequutus, non modò lucra, quæ ex vectigali faciebat, poſthabuit, ſed & pericula neglexit, pericula dico, quæ cùm ipſi, tùm ſuis à magiſtratu impendebant maxima, ex eo nimirum, quòd non telatis rationibus, ipſorum contempta auctoritate, munere ſe abdicaſſet. Paulus autem, vas illud electum Dei, non ſolùm ipſe mundo, verùm & mundus ipſo ſe abdicauit. *Galat. 6.* *Ex conc de S. Mart. Barlaam.* Quando enim pietatis amor animum præoccupauerit, iam omne genus belli ac periculi homo contemnit ac pro nihilo ducit, immo ſi omnes eum, eius rei gratia, cuius deſiderio flagrat, cæciderint, infeſtauerintq́ue, delectabunt tamen magis, quàm plagas inferent. Nec iniuriâ: ſi enim propter eam beneuolentiam, qua ſumus in eos, qui nos beneficiis cumularunt, ipſa natura duce, non amorem ſolum ſuſcipimus, ſed & omnes labores libenter ſubimus, vt gratiam, pro his meritis, quibus affecti ſumus, referre valeamus, quid nobis non ſubeundum perferendúmque eſt, vt beneficiis reſpondeamus Dei in nos collatis? *Ex Aſceticis.* quæ tanta ſunt, vt nulla vnquàm oratio ea pro dignitate complecti queat, quorumq́ue tantus eſt numerus, vt numerando percenſeri non poſsint: de- E
nique talia & tanta, vt etiam vel vnum eorum ſatis eſſe poſsit ad obſtringendos nos, quo omnẽ, quam animo concipere poſsimus, gratiam habeamus referamúſque ei, qui his nos ornauit, ornátque affatim adhuc ſubinde. At is tanta bonitate eſt præditus, vt ne referri quidem ea ſibi poſtulet, contentus eſt, ſi ſolummodò amore ipſum, ob ea, quæ in nos contulit, ex animo complexi fuerimus. Quæ vniuerſa cùm ipſe mente, & cogitatione intueri ſoleo, vt animum meum vobis aperiam, dico, quòd totus horreo, ac quaſi in quandam animi abalienationem deuenio, timẽs, ne quando mentis incuria ſocordiáve, aut potius occupationibus vanis nulliúſque momenti, à dilectione Dei reuocatus, probro ac dedecori ſim Chriſto Domino ac Seruatori noſtro. Dæmon enim capitalis noſter hoſtis, ſolet noſtram Domino exprobrare negligentiam, & ſuper inobedientia noſtra ſuperbè gloriari, qui cùm neq; fin- F
xerit nos, nec mortẽ pro nobis oppetierit, habet nos tamen (proh dolor) & inobedientiæ ſuæ, & negligentiæ, qua in præceptis Dei tenẽdis ſumus, imitatores ſedulos. Hoc equidẽ opprobrium eſt contra maieſtatem Domini, & hæc iactantia pœnis gehẽnæ longè mihi grauior eſſe videtur, quòd nimirum inimicis Chriſti materiẽ, & anſam præbemus iactantiæ, & elationis, contra eum ipſum, qui pro nobis morti ſe obiecit, atque etiam ab inferis ſeſe reuocauit. Quare, quantum quidem in nobis eſt, Dominũ Deũ amore complecti debemus, & propter ipſum ſimiliter proximũ, ac tãdẽ *Ex eisdem Aſcet.*
etiam

etiam inimicos noſtros, imitatione in boc expri-
Mat. 5. mentes bonitatem patris cœleſtis, qui ſolem
ſuum oriri & ſplendere facit ſuper bonox ſimul
& malos. In alias autem res extraneas vim amo-
Ex Epiſt. ris impendere, teligio eſt. Nam ſi charitatis
bonum, dilectionis ſulo nomine circunſcribi-
tur, ac terminatur, ridiculum ſanè eſt, hunc &
illum ad amandum eligere, hos ſolos omni be-
neuolentia complecti, alios verò innumerabi-
les à communione, & ſocietate illius boni exclu-
A dere. Quòd ſi bominum ſceleratiſsimorum con-
iunctio per aliquam charitatis cauſam conflatur,
conſiderandum nobis magis certè eſt, cum qui-
bos, & qua de cauſa nos coniungamus. Nec in-
Ioan. 15. terim nos moretur commune mundi odium. Si
Mat. 10. enim dilectiſſimus Dei filius odio habetur, quid
mirum, ſi & nos odio digni indicamur, ab iix
præcipuè, qui vel maxime odio abundant? ſed
vt nullum ædificium diu ſtare, & ſuſtentari po-
teſt, vincula vbi ſuſtuleris, ſic nec Eccleſia ad-
augeri, & ad ſuum faſtigium perduci poterit,
niſi pacis, & charitatis vinculo conſtricta fue-
rit. Etenim nihil naturæ noſtræ tam eſt propriũ,
quàm ſocietatis ad inuicem commercium, mu-
tuúmque in communicando auxilium, & frater-
ni amoris ſtudium. Magis nanque vnuſquiſque
noſtrûm ope, & beneficio proximi opus habet,
quàm manus manu altera. Cùm enim videam
nullum ex membris noſtris per ſe ad actionem
aliquam peragendam ſatis ſibipſi eſſe, quomo-
do in animum inducere potero atque mibi per-
ſuadere, meipſum mihi ad omnia buius vitæ mu-
B nia obeunda ſuffecturum? neque enim pes tutò
vnquam greſſum fecerit, ni ab altero, ſimul ac
ſe mouerit, fulciatur, nec etiam oculus probè
rem aliquam intuendo cognoſcet, ſi participem
officij alterum non babuerit, vel pari ſtudio rei
videndæ intentum. Sed & auditus acutior ille
eſſe ſolet, qui per vtraſque aures vocem excipit:
apprehenſio etiam illa fortior exiſtit, quæ ope
digitorum, & ambarum manuum vitur. In ſum-
ma, nullam rem, nec ex iis, quæ natura ipſa pro-
fert, neque quæ à noſtra ſuſcipiuntur volunta-
te, ſine conſpiratione & mutuo conſenſu eorum,
quæ generis ſunt eiuſdem, perfici poſſe video.
Etiam ipſa precatio, quæ comprecatoribus ca-
ret, ſeipſa longè debilior eſſe deprehenditur.
Commoneat te, quæſo, mutuus amor veſperti-
Ex Hexa- lionum, qui longa veluti quadam catena con-
hem. ſtricti inter ſe cohærent, ne vnquam ſeparatio-
nem, ac vitam ſolitariam, ſocietate atque com-
munione, præſtantiorem eſſe exiſtimes. Nihil
enim eſt, quod nos ab inuicem ſeiungat, niſi
Mala. 2. noſmetipſos ſponte ab aliis ſemoueamus. Vnus
Ephe. 4. enim eſt Deus, vna fides, vna eadémque ſpes.
1. Cor. 12. C Siue igitur caput voſipſos eſſe arbitramini, num,
obſecro, potis eſt caput dicere pedibus, Vobis
non indigeo? ſiue etiam in aliquo alio vos ordi-
ne conſtituitis, iſtud minùs dicere poteſtis bis
membris, quæ in eodem corpore vobiſcum ſunt
collocata. Nam & manus mutua opera egent,
& pedes ſe inuicem ſuſtentant, & vis compre-
benſiua oculorum in conſenſu conſiſtit. Ne ita-
que in illam cogitationem vel potius opinionem
deueniatis, vt vobis perſuadeatis, dicentes, Su-
mus extra omnem calamitatem, extra omnem
aleæ iactum, nullius rei indigentes, quid ſocie-
tate indigemus aliorum? Deus quidem condi-
tor inſulas à continenti mari diſtinxit, homines
autem, qui in inſulis degunt, cum his, qui in con-
tinenti vitam trahunt, dilectione & commer-
cio coniunxit atque conſociauit. Amicus autem
ab aſſentatore hoc vel maximè differre videtur,
quòd hic quidem ideò conuerſatur, vt volupta-
tem capiat, ille verò non deeſt, neque conuer-
ſari deſiſtit, etiam cum his, qui ſe moleſtia aſper- D
gunt. Quid? non intelligis quid facias proximo, Ex Hexa-
cùm te ab ipſo ſeiungis? annon illud ipſum, quod hem.
tu ab alio pati nolles, ſi quando huiuſcemodi ma-
lum accideret? Ego verò quotieſcunque illud Ex epiſt.
Domini noſtri mihi in mentem reuoco, vel e- Ioan. 13.
tiam audio, Ex boc cognoſcent omnes, vos meos
eſſe diſcipulos, ſi vos mutuò inuicem dilexeri-
tis. Item & illud, quòd diſcipulis ſuis iamiam
diſceſſuτus, carnalem ſuam adminiſtrationem
abſoluens, quaſi doni loco reliquit, inquiens,
Pacem meam relinquo vobis: hæc, inquam, Ioan. 14.
cùm audio, dicere profectò non poſſum, me
ſine mutua charitate, & ſine pacis flagranti ſtu-
dio, ſeruum IESV Chriſti dici meritò, & iure Ex Aſce-
haberi poſſe. Proinde, eam nos inter nos cha- tic.
ritatem & affectionis æqualitatẽ habere conue-
nit, qualem homo natura ipſa duce, erga vnum-
quodque membrum ſuum gerit, æqualem vni-
uerſo corpori ſanitatem optando, eò, quòd etiam
dolor vniuſcuiuſque membri parem corpori mo-
leſtiam exhibeat. At qui in congreſſu vnum præ
aliis charum habet, is ſeipſum reum facit, cùm
perfecta charitate non ſit præditus. Quapropter
ab omni ſocietate, & congreſſu procul arceatur
ſingularis iſta affectio, perinde ac pugna quæ- E
dam indecens. Nam vt hæc manifeſtas producit
inimicitias, ſic illa inuidiam ac ſimultates gene-
rat. Aequalitatis enim priuatio vbique exiſte-
re ſolet principium, & diſpoſitio omnis inuidiæ
& ſimultatis, & vel maximè apud homines mi-
norum gentium. Quemadmodum igitur Deus,
ſumma bonitate affectus, communem, & æqua-
lem omnibus nobis lucis vſum benignè præſtat, Mat. 5.
ſolem ſuum exoriri faciens ſuper bonos pariter,
& malos, ita & imitatores Dei, communem, &
parem charitatis radium in omnes, nulla habita
ratione perſonarum, iacere debent. Nam vbi-
cunque deficit charitas, ibi omnino eius locum
odium ſubeat neceſſe eſt. Et ſi Deus, vti Ioan. in- 1. Ioan. 4.
quit, charitas eſt, ipſa inuidia dæmon ſit oportet.
Vt igitur ille, qui charitatem habet, Deum i-
pſum in ſe manentem babet, ita qui inuidiam 1. Ioan. 3.
fouet, dæmonem haud dubiè in ſeipſo nutrit at-
que alit. Quapropter æquum eſt, vt cuncti eadem
in omnes ſint charitate, bonorem autem vnicui-
que pro dignitate tribuant. Et ſicuti in nobiſipſis F 1. Cor. 12.
vniuſcuiuſque membri laborantis morbus, to-
tum corpus conficit, ſunt tamen alia membra
aliis præſtantiora: (neque enim vnquam tanti fa-
cimus digitum pedis, quanti alia membra, licet
dolor totum corpus æquè affligat) pari etiam ra-
tione vnuſquiſq; noſtrûm æqualem affectionem,
& diligẽdi habitũ erga eos omnes, qui in ſocieta-
te grata degunt, babere debet, bonos verò maior,
id, quod ipſa etiam natura docet, præſtantioribux
eſt deferendus. At in bis rebus, in quibus ſpiri-
tualiter

etiam, quæ & grates beneficiorum acceptorum contineant, & petitionem promiſſorum. Bona eſt precatio, quæ euidentem, & apertam Dei cognitionem animæ facit: hoc eſt enim Dei inhabitatio, nimirum cùm aliquis Deus per memoriam ſibiipſi inſidentem habet, ſic efficimur templum Dei, quando non curis humanarum rerum memoriæ continuitas dirimitur, nec mens inopinatis perturbationibus turbatur, ſed omnibus relictis ad Deum ſemigrat, expellens eas perturbationes, quæ ſe ad intemperantiam vocant, atque in ſtudiis, quæ ad virtutem ducunt,
A commorans. Quod autem eſt aliis diluculum, hoc eſt illi, qui pietati operam dat, media nox. nam nocturna quies vel maximè otium animæ tribuit, cùm illo tempore neque oculi, neque aures noxias auſcultationes, aut ſpectacula in cor demittere ſoleant, ſed mens ſola per ſe cum Deo verſatur, & memoria repetendo delicta ſeipſam corrigit, ſibique terminos declinandi mali præſcribit, auxilium denique à Deo, ad perficiendas eas res, quibus ſtudet, implorat. Hoc etiam & de Moſe literarum monumentis proditum eſt, nempe quòd non eodem modo ſemper vixerit, ſed interdum ſanctius viuebat, interdum verò propter imbecillitatem diſſoluebatur, atque longè imbecillius operabatur. Nam cùm manus Moſes extolleret, Iſraëlitæ ſuperiores euadebant, cùm rurſum demitteret Amalec
Exod.17. inualeſcebat. Quæ tum accidebant, ſigna erant humanæ conſtitutionis, declarantia, validiora tum fieri ea, quæ contra nos decertant, cùm vis
B effectrix noſtra concidit. At ſi erecta ac diducta fuerit, tum longè validius efficitur id, quod in nobis primas fert, ac euidens eſt. Extollitur enim ille, qui rebus ſupernis ſtudet, at contrà diſtrahitur, qui omnes ſuas curas cogitationeſque in eas res, quæ ad corpus pertinent, confert. Proinde illi, qui in templo Dei ſunt, nec maledi-
Ex ſim. in 28. Pſal. cta, nec verba vana turpibúſque rebus referta proferre debent, faceſſant cum iis, ſed in templo eius, iuxta Dauidem, vnuſquiſque gloriam prædicet: aſsiſtunt angeli, qui verba excipiunt, adeſt Dominus, qui eorum, qui templa ingrediuntur, animum conſiderat: nouit enim Deus vniuſcuiuſque precationem, tum etiam quis ex animo, quis auidè cœleſtia inquirat, deinde quis negligenter, ac remiſsè ſummis labris verba loquitur, cor autem ipſius longè abeſt à Deo. Cognoſcit præterea num quis bonam valetudinem, num diuitias, num gloriam humanam petat: nihil enim horum petendum eſt, ſicut Pſalmus præcepit, ſed in templo ipſius quiſque dicit gloriam. Sed, ò rem admirandam, cœli enarrant gloriam Dei, Angelorum officium eſt, gloria & prædi-
Pſal.18. catione efferre Deum, tota cœleſtis multitudo hoc vnum agit atque ſtudet, vt gloria condito-
C rem afficiat, vniuerſa creatura tum ſilens, tum verba faciens, tam mundana, quàm terreſtris gloriam tribuit effectori ſuo, homines autem miſerandi, relictis domibus ſuis, & ad fanum concurrentes, quaſi ſibiipſis opem laturi, non præbent aures ſermonibus Dei, non percipiunt ſuam naturam, non mœrent ſi in memoriã peccatorum inciderint, non pertimeſcunt iudicium, ſed ridentes, & dextras inter ſe iungentes, domum orationis, domum loquacitatis faciunt, negligentes ac nihili pendentes Pſalmum, qui teſtatur ac dicit, Quòd in templo omnes dicunt
Pſal.28. gloriam. Tu vero non ſolùm ipſe non dicis, ſed etiam alteri, conuertendo te ad illum, impedimento es. Deus autem gloria non eget, verùm
Galat.6. vult vt tu dignus eſſe poſsis gloria: nam qualem ſementem homo fecerit, talem etiam percipiet. D
Ex Epiſt. Par autem eſt nos, Deo, qui nos bonis cumulat, gratiam habere, nec dedignari, & iniquo animo ferre, quòd bona recondat atque conſeruet: & ſi quidem nobis ea præbuerit, optima atque iucundiſſima ea iudicemus, ſin verò diſtulerit, æquo animo iacturam feramus. Melius enim fortaſsis res noſtræ ab ipſo, quàm ipſi optare poſsimus, adminiſtrantur. Halcyon maritima auis eſt, ea cùm in ipſis maris litoribus parere ſoleat, in arena oua deponit, nidúmque facit media hyeme, nempe tum, cùm multis ac vehementibus ventis, mare terram alluit: ſed tamen omnes venti tum ſe remittunt, & vnda maris ſedatur, cùm Halcyon ſeptem diebus incubat, totidem enim ſolùm pullos excludit: cùm autem cibum appetunt, alios ſeptem dies ad pullorum incrementum, minutiſsimo animali ſummæ liberalitatis Deus concedit. Quam rem ita ſe habere, omnes ij, qui mare nauigant, norunt, eóſque dies Halcyonios appellant. Hæc tibi loco E admonitionis ſint, vt ea ſolummodò contendas à Deo, quæ ad ſalutem pertinent, ob diuinam prouidentiam, quæ eſt in animalia rationis expertia. Quid enim tui cauſa etiam earum rerum, quæ opinionem hominum excedunt, non factum, & paratum eſt, qui ad Dei ſimilitudinem factus es? ſiquidem propter auem adeò paruam, magnum ac terribile mare coërcetur, ac iuſſu Dei media hyeme ſedatur. Quòd ſi Halcyoni tanta Deus tribuit, quanto maiora dabit iis, qui ſe ex toto corde inuocauerint? Quamobrem perſuadeamus nobis fratres, ne & in aliis precationibus, & tempore tentationis, ad humanas ſpes confugiamus, neque hinc auxilia quæramus, ſed in lacrymis, & ſuſpiriis, ac in aſsidua oratione, & continua vigilia preces fundamus: hac enim demum ratione feretur nobis auxilium in calamitate, & miſeriis, ſi & humanam opem veluti ſtultam nihili fecerimus, & omnem ſpem noſtram, in eo, qui ſeruare poteſt, poſuerimus, atque defixerimus. Cui ſoli gloria, & cultus, vnà cum æterno patre, & viuificante F Spiritu ſancto, in ſempiternum tribuatur. Amen.

DE

DE PECCATO

ORATIO III.

Ex conc. de non adhærendo rebus humanis.

A MAximum bellum, ò charisſimi, ac varium, io dies ſingulos nobis veritatis hoſtis infert. Infert enim, vt ſcitis, noſtras cupiditates contra nos tela faciens, & à nobis ipſis ad lædendum nos, ſemper robur atque vires ſumens. Et quemadmodum improbi ac auati homines, qui hoc vnum ſtudent, & volunt, vt ex alienis bonis diteſcant, cúmque nec valeant, nec poſſint apertè vim afferre hominibus, in viis inſidias ſtruere ſolent: & ſi animaduerterint locum aliquem propè ipſos, aut vallibus profundis diſtractum, aut denſitate arborum opacum, in hunc ſe abdentes, & viatorum præſenſionem huiuſmodi operimentis præcidentes, confertim ex improuisò ipſos aggrediuntur, ita, vt non poſſint priùs periculi laqueos proſpicere, quàm vbi in eos inciderint: ſic etiam ille noſter iam multis à ſæculis hoſtis diabolus, mundanarum voluptatum vmbras ſubiens, quæ prorer viam vitæ exiſtentes, ad prædones occultandos, & inſidiatores tegendos, qui ex improuiſo laqueos
B ſalutis nobis tendunt, aptæ ſunt & commodæ.

Ex com. in 31. Pſal.

At vt muri vrbium, qui ciuitatem io orbem cinguut, omni ex parte hoſtium incurſiones arcent, ita etiam Angelus, qui nos cuſtodit, vndique nos protegit atque tutatur, nec vtriuſque literis partes, ſine cuſtodia relinquit, ſed ſemper iis, qui io Dominum credunt, aſſidet, nec recedit, niſi ipſum prauis facinoribus abigerimus. Nam vt apes fumus fugat, vt columbas fœtor arcet, ſic cuſtodem vitæ noſtræ angelum, lacrymabile, ac putidum peccaum repellit.

Ex cõm. in 1 Pſal.

Quare optandum quidem nobis primùm eſt, ne malum attingamus, deinde, id ſi fieri non poſſit, vt ſtatim poſt tentationem ipſius plagam, velut beſtiæ virus eiaculantis, effugiamus. Noui eoim quoſdam, qui à prima pueritia, cùm ſe libidinibus dedidiſſent, enam ad extremum tempus ætatis, propter conſuetudinem & vſum mali, in peccatis permanſerunt: perinde ac ſues dum in cæno volutantur, ſemper lutum ſibiipſis accumulant, ita etiam ij, ignominia, quæ ex voluptate manat, ſe quotidie afficiunt.

Ex Ethico.

C Peccatum enim dum editur, aliquo pudore præditum eſt, at vbi editum fuerit, longè impudentiores efficit eos, qui illud patrant.

Ex cõm in 61. Pſal.

Proinde quàm diu parua, & pauca peccata committimus, non aliter ac plantæ, quæ leui aura agitantur, leuiter quodammodo commouemur: vbi verò plura, & maiora fuerint mala, ſecundum proportionem augmenti peccatorum, etiam commotio augeri ſoler. Et alij quidem magis commouentur, alij verò eatenus, quoad radicitus euerſi proſternantur: ſiquidem ſpirituales malitiæ, omni turbine violentius radices animæ, quibus per fidem in Deum fulcitur, abrumpunt. Nam,

Ex conc. quæ vtil. ex prof. lib. cap poſit.

qui inuitus ab officio diſcedit, ei fortaſſis venia aliqua à Deo tribuetur: at ille, qui de induſtria deteriora ſequitur, nulla profectò excuſatione efficiet, quominus grauiſſimum ſupplicium ferat. D Scire eoim debes, peccata alia eſſe inuita, alia verò voluntaria, vnde alio etiam modo, eorum, quæ cootra volutatem noſtram facimus, veniam conſequimur: alio verò ea, quæ ex praua voluntate proficiſcuntur, damnantur atque puniuntur. Nam alius quidem eò peccauit, quòd à puero perperam educatus ſit, & quòd ſit ab iniuſtis parentibus in lucem editus, ac enutritus in prauis tum verbis tum factis: alius verò quanuis multa illi ſuppeterent, quæ eum ad virtutem excitarent, nempe, educatio honeſta & liberalis, exhortatio parentum, perfectio ac præſtantia quædam naturæ, auſcultatio ſermonum diuinorum, victus moderatus, & alia, quibus animus ad virtutem inſtitui ac informari ſolet, tamen & ipſe eodem peccato ac ſcelere ſe obſtrinxit. Quomodo igitur, obſecro, noo longè grauiori pœna talis meritò erit dignus? ille equidem ob id ſolum in crimen vocatur, quòd non ritè vſus eſſet illis ſalutaribus occaſionibus, quæ in mentibus noſtris ſunt ſparſæ, at hic, cùm ob ea ipſa, tum præterea, quòd quaſi omnem cooperationem, quæ ipſi erat conceſſa, prodidiſſet, quodque ob negligentiam, in vitam peruerſam inductus eſſet.

Ex Aſceticis.

E Quibus igitur peccatis à Deo opt. max. venia dari poterit? & quænám vitia, & quanta in ſe aliquis concipiens, reus iodicij inobedientiæ efficitur? certè neque ob multitudinem peccatorum, neque ob magnitudinem, ſe ob ſolam tantummodò tranſgreſsionem, cuiuſuis mandati inobedientiæ aduerſus Deum condemnamur. Diſcimus præterea ex ſacris literis, eandem eſſe condemnationem, & idem iudicium omnis inobedientiæ diuinæ.

Ioſue 7.

In veteri nanque Teſtamento, cùm tremeodum illum exitum Achar legimus, aut eam hiſtoriam quæ eſt de eo, qui in die feſto ligna colligebat, quorum vterque nihil aliud vnquam, nec in Deum, nec in hominem admiſiſſe, neque omnino quicquam nec magnum, neque paruum perpetraſſe reperitur, ſed hic quidem ob ſolam lignorum collectionem dedit pœnas, nullum inueniens locum, nec excuſationis, nec pœnitẽtiæ, nam diuino iuſſu, ſtatim ab omni populo lapidibus appetitus, & obrutus eſt: ille verò F eò quòd paululum quiddã ex his rebus, quæ offerebantur, auertiſſet: quanuis nõdum eſſeot illa in ſynagogam illata, neq; adhuc ab iis, qui huic muneri præerant, recepta, cauſam tamẽ, & anſam interitus, non ſolùm ſibiipſi, ſed etiam coniugi, liberis, toti domui, & omnibus denique ſuis præbuit. Ac ſanè peccati illius tempeſtas vniuerſum populum veluti ignis quidam abſumpſiſſet, quantumuis neque id, quod perpetratum erat, ſciuiſſet, neq; illius facinoris fuiſſet cõſcius, niſi popu-

Num. 15.

lus conſ-

lus confeſtim ex ipſo interitu eorum bominum,
Ioſu.7. qui eraot è medio ſublati, iram Dei præſentiens,
non fuiſſet cõturbatus, & ni eueſtigiò Ieſus filius
Naui, vnà cum ſenioribus, terram ſpargere cœ-
piſſet, & ſic ſorte deprebenſus reus, pœnam iam
Num.12. dictam pependit. Quid vero Maria ſoror Mo-
ſis? nonne cùm paululùm reprehenderet Mo-
ſem, & id quidem meritò, dicendo, mulierem
Aethiopem ipſum duxiſſe, tantam experta eſt
A Dei iram, vt ei, etiam ipſo Moſe pro ea manus
ad Deum rendente, non condonaretur ſceleris
mulcta. Sed quid multis de iis diſſerimus, ipſum
bunc Moſem ſeruum, ac ſummum Dei culto-
rem ſilentio prætereundo? illum, inquam, ma-
gnum, & qui tanto honore à Deo dignus habi-
Exod.33. tus eſt, vt illud audiret, Noui te præter cæteros
omnes, & inueniſti gratiam in conſpectu meo.
Hic, cùm de aqua contentio eſſet, nec vllius al-
terius rei gratia, niſi quòd ſolùm populo murmu-
Num.20. ranti ob penuriam aquæ dixiſſet, Num ex hac pe-
tra educam vobis aquam? huius ſolius rei cauſa
ſtatim ei Deus minitatus eſt, dicendo, In terram,
quam recepi me vobis daturum, non intrabis:
quæ erat tum ex his promiſſionibus, quæ factæ
erant Iudæis, princeps ac primaria. Cùm igitur
videam hunc veniam deprecari, nec tamen eam
conſequi, cùm, inquam, videam huic nullam
veniam, ob tot ac tanta egregia facta, dari, ſolùm
propter breue illud dictum, noo ne planè per-
Rom.11. ſpicio illam ſeueritatem Dei, quam deſcribit
B Apoſtolus? non ne & illud verum eſſe mihi pa-
1.Pet.4. tiar perſuaderi, Si iuſtus vix conſeruabitur, im-
pius & peccator quo tandem in loco compare-
bit? Sed quid ego hæc commemoro? Heli ſacer-
1.Reg.3. dos, etiamſi vita eius nullum in crimen eſſet vn-
quam vocata, tamen quòd filios ſuos noo aſpe-
rius obiurgaſſet, tantum ſtomachum mouit pa-
tientiæ diuinæ, vt contigerit, cùm Allophili bel-
lum in Hebræos mouerent, vt & illi ipſi illius
filij è medio tollerentur, & vniuerſus populus
1.Reg.4. profligaretur. Circa arcam autem ſacri Dei Te-
5.6. ſtamenti, ea acciderent, quæ ne audita quidem
vnquam antea fuerant. Nam quam licitum non
erat, neque Iſraëlitis, neque ipſis etiam omni-
bus ſacerdotibus attingere, neque etiam quiuis
illud, quòd erat ipſi impoſitum recipiebat, eam
impiæ manus hinc & hioc transferebant, & pro
locis ſacris in fanis idolorum reponebant, in qui-
bus compotationes, & conuiuia celebrari erant
ſolita. Ac ſanè facilè hinc colligere licet, etiam
ipſum nomen Dei riſui ac ludibrio tum habitum
1.Reg.3. fuiſſe. Poſt hæc etiam ipſum Heli quoque miſe-
C randus finis excepit: denunciatum eſt ei, & po-
ſteros ipſius, & illum ipſum à ſacerdotali digni-
tate remotum iri. Quod ſanè factum eſt, licet
ſuæ vitæ gratia, nunquam eſſet ſenex reus factus.
Nec etiam omnino ipſorum filiorum vitia ſilen-
tio prætetibat, ſed ſæpius eos commonefacie-
bat, ne amplius in ſimilibus facinoribus perſi-
1.Reg.2. ſterent, dicendo, Ne filij, ne, non belli rumo-
res ſunt iſti, quos de vobis audio. Tamen qoia
non eum zelum, quem par erat, contra ipſos de-
monſtraſſet, & ſibiipſi, & ipſis ac populo vni-
uerſo, tantam iram conflauit. Quòd ſi repre-
henſio ea de cauſa ſuſcipitur, vt vita eius, qui de-
liquit, emendetur, certè vituperationem in eius

ignominiam fieri, qui peccauit, cenſendum eſt.
Et quamuis multis in rebus aliquis videatur ſibi
rectè agere, in paucis verò ſecus faciat, nempe
quòd aut vnum quoddam mandatum neglexe-
rit, aut ob aliquod facinus ſilentium tenuerit,
aut non eum zelum, qualem diuina voluntas po-
ſtulat, oſtenderit, tamen ob hoc ſolum meritò
reus efficitur atque pœnas luit: & ſi ignorantia
aliquid huiuſcemodi perpetrauerit, nec hac ra-
tiooe quidem inultus abibit. Tales igitur quàm D
plurimas, contra omnem inobedientiam ſenten-
tias, in veteri Teſtamento latas eſſe, reperimus,
nec leniores etiam iis, ex nouo Teſtamento,
immo longè grauiorem iudicij ſeueritatem di-
ſco, vnde illud, Seruus, qui voluntatem heri ſui Luc.12.
cognoſcit, nec ei ſatisfacit, multis flagris cæde-
tur, at quem præterierit, fecerit autem ea, quæ
pœna digna ſunt, leuius ſanè vapulabit. Ac ror-
ſus Chriſtus eum, qui ex ignorantia peccat, non
omnino iudicat liberum eſſe à pœna, ſed grauio-
rem multo comminationem extendit in eum,
qui cognoſcendo voluntatem Dei, delinquit. Et Mat.24.
rurſum inquit, Cœlum & terra funditus dele-
buntur, dicta verò mea non interibunt vnquam:
& beatus etiam Apoſtolus ait, Cogitationes ve- 2.Cor.10.
ſtras puras efficite, & omnem ſublimitatem, quæ
ſeſe contra Dei cognitionem, effert, omnemque
mentem, vt morem gerat Chriſto, cogite. Om-
nem ſublimitatem, inquit, & omnem mentem,
non hanc aut illam: & ſitis prompti ac parati ad
vindicandam omnem contumaciam. Et alio in Rom.1.
loco rurſum, Si talia patrantes, digoi ſunt mor- Rom.2.
te: & iterum, Qui in lege gloriaris, non obſer-
uando legem, Deo ignominiam inuris. Adeò
nihil relinquitur, quod Deus non perſequatur
ac puniat. Quòd ſi putas hæc verba eſſe, nec ita E
ſe rem habere, en tibi illum in Corintho, qui 1.Cor.5.
vxorem patris cùm habuiſſet, omni alio crimi-
ne vacans, ob hoc ſolùm, non tantùm ipſe tra-
ditus eſt Satanæ in perniciem carnis, euſque,
quoad vitium emendaret ſuum, digno nimirum
fructu pœnitentiæ, ſed & omnis ſimul Eccleſia,
eò quòd non reprehendiſſet illud peccatum, in
illa eadem crimina venit. Quid verò aliud mali Act.5.
fecit ille Ananias, cuius fit mentio in illo libro,
quo res geſtæ Apoſtolorum memoriæ proditæ
ſunt, quàm illud ipſum, quod neſcio, num tan-
ta ita fuerit digoum? bona ſua cùm venundediſ-
ſet, pecuniam ad Apuſtolorum pedes detulit,
nonnihil de precio detrahens, atque ob hoc ſo-
lum illa ipſa hora vnà cum coniuge morte affe-
ctus eſt, neque dignus eſt habitus, cui facultas
concederetur cognoſcendi, quànam ratione pœ-
nitentiam ob delictum agere potuiſſet, neque
ſpacium dolendi, neque terminum pœnitendi F
miſer habere potuit. Adminiſter autem talis ac
tantæ ſententiæ beatus Petrus, qui aliis omni- Mat.16.
bus diſcipulis antepoſitus fuit, & qui teſtimo-
nium maius, ac beatitudinem longè ampliorem
cæteris omoibus adeptus erat, cui denique cla-
ues regni cælorum erant concreditæ, ille, in-
quam, cùm audiat à Domino, Niſi te lauero, Ioan.13.
non poteris meus eſſe particeps, quid de nobis
miſeris futurum eſt? quale ſanè cor, etiamſi eſ-
ſet lapideum, metu non perſtringerent Dei opt.
max. rectè facta? & vel maximè cùm nullam

ſignificationem peccati, aut alicuius contemptionis dediſſet, ſed potius honore, qui herum decebat, vſus eſſet, ac eum cultum, & reuerentiam exhibuiſſet, quam exhibere ſeruum, & diſcipulum par erat. Cùm enim ſuum, & omnium rerum dominum, ac Deum, & regem, & conſeruatorem, &, vt vno verbo omnia complectar, vniuerſum, ſpecie ac habitu ſerui, linteo præcinctum, pedes ſuos lauare volentem conſpexiſſet, è veſtigiò, ſuam quaſi per confeſſionem quandam, indignitatem agnoſcens, & eius, qui veniebat, maieſtate atque auctoritate per- *Ioan. 13.* A culſus, exclamauit, Domine túne pedes meos lauare contendis? & rurſum, Non lauabis equidem pedes meos in perpetuum. Hanc ob rem eiuſmodi ei iactatæ ſunt minæ, vt niſi promptitudine ac velocitate obedientiæ voluntatem ſuam correxiſſet, non illi medius fidius, illæ beatitudines, à Deo in eum profectæ, non dona, non promiſſiones, non etiam illa ipſa Dei & patris, talis ac tantæ erga vnigenitum filium propenſæ voluntatis declaratio ſuffeciſſet, ad præſentem illam inobedientiam expiandam. Sed ſi hæc omnia dicendo perſequi, quæ reperio in veteri ac nouo Teſtamento, velim, dies me, non exempla deficerent. Verùm tamen illud ſolum ad tractationem præſentem in medium proferre pernecesſarium fuerit, quod in magno illo ac tremendo die iudicij ad eos dicetur, qui à ſiniſtris *Matt. 25.* Domini noſtri IESV Chriſti ſtatuentur, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & angelis ipſius. Non ideò B quidem quòd alicui manus attuliſſetis, aut ſtuprum feciſſetis, aut vanitatem orationis adhibuiſſetis, aut iniuriam aliquam intuliſſetis, aut aliquid aliud ex iis, quæ vetita ſunt, leuiſſimum licet illud eſſet, commiſiſſetis, ſed quòd bona opera neglexiſtis. Eſuriji enim, inquit, nec dediſtis mihi ad edendum: ſitij, nec mihi dediſtis potum: morbo laborabam, ac in carcerem eram conditus, nec viſitaſtis me. Cuius animum intemperantia atque libido effœminatum ac fractum non reddidit, is facilè omne peccatum effugit: quòd ſi plurima declinat, ab vno autem ſuſum tenetur, talis non eſt temperans, quemadmodum neque ille eſt ſanus, qui vna aliqua corporis affectione affligitur, neque ille liber, qui vnius alicuius, quiſquis ille tandem ſit, im- *Ex cõm. in Iſaiam.* perio paret. Illis quidem, qui ea peccata patrant, quæ corrigi facilè poſſunt, Deus minitatur, ſe eorum prauitates virga correcturum, & ſcelera flagellis: at illis, qui iam ad ſanitatem reduci ne- *Pſal. 38.* queunt, dicit, Quid amplius cædimini? omnia iam genera plagarum accepiſtis, omnia flagella, que correctionem adhibent, pro nihilo duxiſtis, ruina ac interitus vos deinceps manent. *Hiere. 5.* Mala, quæ caſu ac fortuitò euenire ſolent, par- C tim ob peccata accidunt, partim vt corrigantur mores eorum, qui tentatur, partim vt eos contetant atque perdant, ſicuti accidit Pharaoni: quorum ſalus in perditis ac deſperatis rebus habetur. His enim non amplius plagæ, nec verbera, ſed euerſio denunciatur. Quid enim amplius cædat eos, quorum iam & corpora & animæ fla- *Ex cõm. in 45. Pſal.* gris conciſa ſunt, nec tamen emendari, & ad frugem reuocari poſſunt? Fit etiam ſæpenumero morbus vtilis, nimirum, quando erudit ac inſtituit delinquentem: & ſanitas interdum documento eſſe ſolet, nempe, cùm viaticum exiſtit ad peccatum ei, qui ipſa vtitur. Sic etiam & pecunia miniſtram ſe quibuſdam ad libidinem & profuſionem præbuit: contrà, paupertas plurimos, qui ad malum propenſi erant, ad modeſtiam reuocauit. Neque igitur fugias, ea, quæ non oportet, neque confugias ad quem non conuenit: ſed vnum tantùm fac vti vites, ſcilicet, peccatum, & vnum tibi ſit perfugium, nimirum Deus, ad quem te, veluti ad arcem quandam, & præſidium ex omnibus malis tuis reci- D pito. Multi equidem priorum peccatorum in obliuionem veniunt, negligentes ipſa, ac flocci facientes, tanquàm nullas pœnas ſint ob ea daturi. At ille, qui iudicium Dei ſibi ob oculos omni tempore proponit, quique perſuaſum habet, omnes nos ad tribunal Chriſti conſtituturos, vt vnuſquiſque mercedem eorum referat, quæ in vita geſſit, ſiue boni aliquid, ſiue mali perpetrauit, hic inquam ſemper anxius eſt, & dolori animæ ſuæ medicinam adhibere ſtudens, ſeipſum reum facit, peccata ſua agnoſcendo, eáque Deo ſubinde confitendo, iuxta illud, Dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper. Plurimi verò etiamſi bellum indixerint prauis actionibus, tamen quia eorum memoriam retinent, ſæpenumero peccatorum iam ſopitum ac quietum, vt repuεraſcat atque reuiuiſcat, efficiunt. Nam vitium conſopitum, eſt morbus in animo ſanci plenus. Peccatorum deſertio ac neglectus fit ſecundum circunſcriptionem. Nam quibus conſulitur, iis dicitur, Nequaquam te relinquam, nec te in diſcrimine deſeram. At quos Deus prorſus negligit, hos deſertos, permittit deſideria carnis ſuæ facere, cogitationéſque omnes explete, vtpote, quibus inſtitutio ac diſciplina nihil emolumenti amplius ſit allatura. Etenim peccatum longè grauius eſt, quàm ſit vulnus, aut cicatrix, aut plaga intumeſcens ac inflammata. Non licet malagma imponere peccato, ſicuti plagæ: neque oleum, vt vulneribus, neque hæc illi vſui aut adiumento vllo eſſe poſſunt. Maior enim eſt, inquit, vis morbi, quàm vt iis rebus remoueri poſsit. Et quanuis non vniuerſa Iudæorum gens peccatum admiſiſſet, nec omnis populus iniquus extitiſſet, tamen ob hoc ſæpius pœna in omnes redundauit, omnéque cor triſtitia conficiebatur, cum videret vniuerſum populum ob vnius peccatum in ſeruitutem abduci. Quemadmodum autem ſectionis aut cauterij, non medicus cauſa eſt, ſed morbus, ſic etiam & vrbium euerſio, ex intemperantia delinquentium initium ſumens, Deum omni culpa liberat. Accidunt enim ſæpe, ac in omnem modum redundant, propter paucos quoſdam mala, & ſceleris vnius vniuerſus populus particeps eſt factus. Solus Achar rei ſacræ furtum fecit, tota tamen acies flagris cæſa eſt. Zambri cum Madianitis rem habuit, Iſraël tamen pœnas pependit. Et ſicuti peſtis, quæ vbi vnum hominem, aut pecus inuaſerit, etiam in omnes appropinquantes per ſucceſſionem quandam diſpergi ſolet, ita etiam hi, qui ſcelera patrant, proprium malum ad omnes deducere contendunt, ac ſummopere deſider-

Ex cõm. in 37. Pſal. *2. Cor. 5.* *Rom. 14.* *Hiere. 6.* *Ex Biblio* E *Ex cõm. in Iſaiam.* *Ioſue 1.* *Hebr. 13.* F *Ex cõm. ... Ioſue 7. Num. 25.* *Ex cõm. in 1. Pſal.*

deſiderant, quamplurimos ſibi ſimiles fieri, quò
cum malis conuerſando, opprobria effugere poſ-
ſint: & dum alius alteri morbum impertitur,
omnes ſimul laborant atque ſimul etiam cooci-
duot. Neque enim fieri poteſt, vt ignis, ſi ma-
teriem ad combureodum aptam attigerit, ſiſta-
tur ac cohibeatur, ne totam peruadat penetrét-
que, & vel maximè ſi ventum ſecuodum nactus
fuerit, qui flammam hinc & hinc traſuehat: eo-
A dem modo neque peccatum, quod voum attri-
gir, facilè eſt ſiſtere, ac continere, ne ad om-
nes appropinquantes progrediatur, præſertim
ſi venti maliciæ illud incitent inflammentque.
Ex com. in illud. Attende tibi ipſi. Nam actiones corporis tempore, occaſione, la-
bore, adiutore, & alits denique rebus indigent,
at animi commoriooes ſine temporis mora fiũt,
ſioe laſſitudine perficiuntur, & ſine oegotio
conſiſtunt: omnia rempus aptum, omnia ido-
neum babent. Ac ſanè aliquando quiſpiam ex
hominibus illis auſteris, & ob grauitatem quan-
dam arrogantibus, temperantia ſe præditum eſ-
ſe fingens, ac medium locum ſæpenumerò in-
ter illos tenens, qui ipſum virtutis ergò beatum
prædicant, mente ac cogitatione peccatum in ſe
coocipit. Per obſcurum enim cordis motum,
imaginatione ea cernit, quorum deſiderio tene-
tur: conuerſationem denique quandam mini-
mè decoram expreſsit, atque in occulto cordis
domicilio euidentem in ſeipſo voluptatem fin-
gens, manifeſtè peccatum intra ſe patrat. Plu-
B rima ſiquidem peccata, eo appetitu, qui ſuſci-
pitur de induſtria, perficiuntur: proinde cor-
poris actiooes à multis præciduntur. Qui verò
ſua ſponte, & voluntate vitiis ſe contaminant,
ij ſola mentis agitatione peccatum perficiunt.
Ex con. ad diuites. Ex com. in Eſaiam. Vti enim vmbræ corpus, ſic etiam animam pec-
cata conſequi ſolent, efficaces nimirum actio-
nes effingendo. Perfectum itaque ac omnibus
numeris abſolutum vitium eſt, cùm quis men-
te & cogitatione & opere peccat, medium ve-
rò cum in ea appetitiooe, quæ cogitatione ſuſci-
pitur, ſiſtitur peccatum. Quare non omni ex
parte pœnæ expers eſt ille, qui cogitatione de-
linquit, ſed quatenus abeſt à malo, eatenus e-
Ex Aſcet. tiam ipſi de moleſtiis demetur. Illum quidem,
qui receptus cum ſit in collegium fratrum, de-
inde profeſsiooem aſpernatur, ſic oportet ſta-
tuere, ſe in Deum deliquiſſe, coram quo, &
per quem receperat, ſe pacta profeſsionis ſer-
1. Reg. 2. uaturum. Si verò in Deum aliquis peccauerit,
quis, quæſo, pro eo preces fundet? Qui enim
ſe Deo totum dicat, deiode aliud genus vitæ in-
C greditur, ſacrilegus efficitur, duio ſeipſum à di-
uino coltu abducit, & donum Deo iam dicatum
aufert: cui generi hominum æquum eſt ne vl-
lus vnquam aditus ad fratres pateat, etiamſi ſo-
2. Theſ. 3. lius tecti gratia acceſſerint. Nam lex Apoſtoli-
ca apertè nos iubet, omnem ioordinatum vita-
re, nec cum eo cooiungi, vt pudore coram om-
nibus ſuffuodatur. Sic & roſa à principio ſine
ſpinis prodierat, ſed pòſt ad pulchritudinem
floris veptes acceſſere, vt haberemus oblecta-
Gen. 3. tionem ſummo cum dolore coniunctam, me-
mores peccati, ob quod ſpinas & tribulos no-
bis terra producere iuſſa eſt. Verùm prauitas
perturbatiooum, quæ ex ignorantia Dei fit, te-
probam oobis affert huius cogitationem. Ma- Ex com. in 37. Pſal.
gnus ille athleta Iob cùm varias atque diuerſas
tentationes ſuſtinuiſſet, non erat neſcius, vnde
hæ manareot. Proiode dicebat, Sagittæ Domi- Iob 6.
ni corpori meo infixæ ſunt, quatum virus peni-
tus exhaurit ſanguinem meum. Dauid autem
cum ex anima laboraret, ipſe ſeipſum plecte-
bat, ſeſe omni genere ſuppliciorum, per mo-
dum cuiuſdam confeſsionis afficiendo. Quo- Pſal 37.
niam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, inquit, & fir- D
maſti ſuper me manum tuam, ideò non eſt ſa-
nitas in carne mea à facie iræ tuæ, noo eſt pax
oſsibus meis, à facie peccatorum meorum. Ac
mihi quidem videntur illæ ſagittæ, de quibus hîc
ſermo eſt, ſpirituales eſſe, vel potius ipſa ver-
ba Dei, quæ animam ipſius pungunt, atque vul-
neribus conficiunt, quæque ipſam conſcien-
tiam excruciant, cùm ille tantus vir ad tam tur-
pe facious deſceodiſſet. Cum eoim non eſſet
bene munitus, oon reſtitit igniis telis inimici,
ſed meritò clauo concupiſcentiæ vulnus in ani-
ma accepit. Quemadmodum autem diaboli ſa- Iob. 6.
gittas, quæ vlcera & plagas, corpori Iob iniece-
rant, quoniam Deo permittente ac volente id
effecere, ſagittas Domini nuocupauit, inquiens,
Sagittæ Domini corpori meo infixæ ſunt, qua-
rum virus ſanguinem meum conſumit. Sic etiam Pſal. 37.
& Dauidem veriſimile eſt, hoc loco ſagittas Do-
mini appellaſſe, cùm eum aduerſarius, Deo
opt. max. permittente, affligeret, ne in poſte-
rum illud diceret, Non commouebor in æter-
num. Nam cùm aliquaodo, benignitate Dei Pſal. 29.
potens ac rerum omnium affluens effectus, ita
ſe extuliſſet, vt non dubitaret gloriari ac dicere,
Ego dixi, cùm mihi res eſſent ſecundæ, non Pſal. 29.
commouebor in æternum: ea de cauſa meritò E
ſanè traditus eſt tentatori, qui animam illius at-
tingens, longè maius illi damnum, quàm ipſi
Iob dedit. Ego autem tres has differentias no-
ſtræ affectionis eſſe perſpicio, quæ nos cogunt,
vt Chriſti dicto audientes ſimus, ſeruitutem, io-
quam, mercedem, & adoptionem. Aut enim
metu pœnæ vitia declinamus, & tum ſimilitu-
dinem ſpeciémque gerimus ſeruorum: aut lu-
crum, quod ex mercede proficiſcitur, captan-
tes, compendij noſtri cauſa, ea, quæ ſancita
ſunt, ſeruamus, io qua parte mercenariis ſimi-
les efficimur: aut ob ipſum amorem, quo ſumus
in eum, qui nobis legem ſciuit, gaudio exultan-
tes, quòd digni iudicati ſumus, qui tam illuſtri, &
bono Deo ſeruitutẽ ſeruiremus, qua ex ratione
filiis ritè comparamur. Neque igitur ille, qui
timore perculſus maodata perſequitur, deſidiæ,
ac inertiæ pœnam veritus, nonnulla ex his, quæ
ſtatuta ſunt, faciet, nonnulla verò oegliget, ſed F
vindictam cuiuſuis cootumaciæ gratia æquè for-
midandam iudicabit. Atque ſanè hanc ob cau-
ſam beatus erit, vtpote qui nihil eorum, quæ
eum facere par erat, deſpicatui duxerit. Beatus Pſal. 111.
enim, inquit, vir qui timet Dominum: quid ita?
nimirum quia in præceptis eius etiam atque e-
tiam permanere ſtudet. Verùm neque merce-
narius quidquam ex iis, quæ ſibi in mandatis da-
ta ſunt, negliget. Quomodo enim mercedem
accipiet laboris ſui, cùm pactis non ſteterit? &
ſi aliquid eorum, quæ neceſſaria ſunt, prætere-

rit, inutile reddit opus patroni. Quis verò eſt ille, qui, damno adhuc exiſtente, mercedem perſoluet ei, qui ſibi damnum dedit? Tertio in numero poſueramus eam ſeruitutem, quæ ex charitate manat. Quis igitur filius, qui hoc vnum ſtudet propoſitúmque habet, vt complaceat patri, ac dum rebus in maioribus ipſum gaudio cumulare ſtudeat, ob res paruas ipſi mœſtitiam inferre volet? Qui igitur magnam partem præceptorum non tenent, in quonam numero haberi volunt, cùm Deo neque vt patri præſtò ſint, neque pareant vti ei, qui grandia pollicetur, nec

A tanquàm domino ſeruiant? quomodo verò nobis, cùm pluris faciamus vitam voluptariam, quàm eam, quæ fit ex præſcripto, vitæ illam beatitudinem, & conſortium ſanctorum, ac lætitiam, qua vnà cum angelis in conſpectu Christi exultabimus, proponere atque polliceri poſſumus? Eiuſcemodi cogitationes non ſunt profectò ſanæ mentis. Quomodo vna cum Iob ero, qui ne minimam quidem afflictionem gratn animo toleraui? Quomodo cum Dauide, qui patienter inimicum non pertuli? Quomodo cum Daniele, qui Deo perpetua continentia, & oratione laboris plena non ſupplicaui? Quomodo cum angelis, cùm veſtigia eorum non ſim ſecutus? Quis eſt ex his, qui præmia certaminum proponunt, adeò nullius iudicij, vt eum, qui ne certauit quidem, æquali corona dignum iudicet, cum eo, qui palmam maxima cum laude tulit? Quis Imperator eos, qui in prælio ne comparuerunt quidem, ex æquo cum eis ad ſpolia vocabit,

B qui hoſtes fuderunt? Bonus Deus inquies? at & iuſtus. Iuſti autem eſt, vnicuique pro eo, ac meritus eſt, tribuere. Mandatum enim eſt literis,

Pſal. 124. Beneficẽtia ac benignitate complectere eos domine, qui probitatem colunt, eos verò, qui declinant in obligationes, abducet dominus vnà cum operantibus iniquitatem. Miſericors eſt,

Pſal. 81. & 100. fateor, verùm etiam & iuſtus. Cordi ſiquidem illi eſt miſericordia, ſed tamen ne iuſtitiam ne-

Mat. 5. gligit. Scisne quibus miſericordia tribuitur? Beati, inquit, miſericordes, quoniam & ipſis miſericordia impartietur. Non vides quàm magno cum iudicio vtatur miſericordia? neque ſine delectu eam alicui tribuens, neque ſine commiſeratione iudicans. Miſericors enim Dominus ſimul & iuſtus. Ne igitur eum vna ſaltim ex parte cognoſcamus, néve ipſius humanitas, occaſionem nobis deſidiæ pariat. Nam tonitrua & fulmina ideò iaciuntur, ne contemptui habeatur bonitas diuina. Ille, qui ſolem exoriri facit, etiam delictum punit: qui ignem dat, etiam imbrem immittit: illa ſunt ſigna bonitatis, hæc rigoris. Ob iſta igitur eum in oculis feramus, ne

& nobis illud dicatur, Num nihili pendis illius ſummam bonitatem, & patientiam, neſcius quòd bonitas diuina te ad pœnitentiam vocet? tu verò duro, ac pœnitere neſcio corde tuo, cumulas tibiipſi iram in die iræ. At dices, Quid mihi proſunt illa recta facta, ſi ad gehennam condemnabor, fratrem meum ſtultum nominando? Quam mihi vtilitatem affert illud, quòd multis à rebus liber ero, ſi vna res me in ſeruitutem redigit? Qui enim peccatum patrat, inquit, ſeruus eſt peccati. Quem fructum feret vacuitas doloris ei, cuius corpus vno aliquo morbo affligitur? Qui enim voluntatem Dei facit, ſed non ita vt eius voluntas fert, nec ex amore, quo in Deum eſt, hoc facit, huius ſtudium & operam Deus inutilem ducit, nihilique facit. Hinc illud, Amen dico vobis, quòd mercedem ſuam accipient. Proinde ſi tui primi ortus memor non es, ex eo precio, quod pro te pependum eſt, aliquam dignitatis tuæ capito notionem. Reſpice, amabò, ad precium, quo redemptus es, & tuam agnoſcito dignitatem. Præcioſo Christi ſanguine emptus es, ne fias igitur ſeruus peccati. Cognoſce, quæſo, tuam dignitatem, ne ſimilis efficiaris brutis animantibus. Quomodo enim ſeruis veſtris imperabitis, cùm ipſi libidinibus nociuis atque belluinis, veluti mancipia quædam ſeruiatis? quomodo filios veſtros corripietis, cùm ipſi vitam inordinatam atque admonitionem non ferentem, degatis? Periode enim ac ego neceſſitate adſtringo, & miſerum me, ſi Euangelium non prædicauero, & ſi dies noctéſque non annunciauero iuſtificationes Dei, iuxta Apoſtolum, ita & vos idem periculum manet, ſi deſides eritis, aut ſi remiſſè, & negligenter ea, quæ tradita nobis ſunt, obſeruaueritis: & niſi ea omnia factis ipſis præſtiteritis. Sermo enim, quem retuli, inquit Dominus, ille iudicabit mundum in die illo extremo. Semper quidem deſiderio honeſti flagrans, & ſemper de ſpe eius potiundi decidens, nullam aliam cauſam habeo de rebus futuris cogitandi, quàm mihi certò perſuadere, me pœnas ob peccata ante perpetrata perſoluturum. Quare ſicut nos non præterit, quòd nobis elogia ſacræ ſcripturæ, ob oculos proponentur: ita etiam modeſtè ac caſtè adhæreamus dictis Christi, atque ſummo ſtudio contendamus, ſacra dogmata factis ipſis exprimere: quoniam neſcij ſumus, quo die, aut qua nocte Dominus noſter veniet, Cui honos, & potentia in perpetuum tribuatur. Amen.

DE

Right margin: *Rom. 2.* — *Mat. 5.* — *Ioan. 8.* — D — *Mat. 6. Ex cita 18 Pſal.* — *Pſal. 48.* — *1. Cor. 9.* — E — *Ioan. 12.* — *Luc. 12.* — F

DE POENITENTIA

ORATIO IIII.

A DVplici timore, tui cauſa afficior, aut enim mores quidam affectus expertes antegreſſi, in me crimen inhumanitatis coniiciunt: aut rurſum condolere, & ad affectus emolliri voleotem, malè afficiuot. Quaproter cùm mihi bæc epiſtola exaranda eſſet, manum quidem torpeutem argumeotis roboraui, at faciem, quæ eo mœrore laborabat atque affligebatur, quem propter te ſuſceperat, mutare non poteram. Taoto enim pudore afficiebar, vt etiam ipſum os complicare non eſſem potis, dum labia mea identidem ad fletum conuerterentur. Hei mibi quid dicam? aot cui cogitationi, in triuio præpeditus, me dedam? Cum enim ad memoriam reuoco, priorem tuam vanam ac ſtultam conuerſatiooem exborreſco: nempe, cùm diuitiis & gloria vana circuoflueres, cùm & te adulatorum magous numerus ſequeretur, atque deliciarum volupras temporalis tibi affatim ſuppeteret, quam manifeſto ex periculo, & iniuſtis ceoſibus tibi parraueras: & illo quidem B tempore, partim regij timores ſuſpicionem tibi de ſalute mouebant, partim verò publici tumultus lares tuos conquaſſabant. Deiode cùm tempus illud mecum reputo, quando ingens aceruus malorum mentem tuam ad eum conuertebat, qui tibi auxilium ferret, quando nimirum meditabundus ſeruatorem quærebas, qui timorem tuum in vtilitatem coouerteret, & liberaret te, ac protegeret, quem tu, cùm ſecurus ac omni periculo vacuus eſſes, ludibrio babueras. Quando in eo totus eras, vt mutares mores tuos, ſtercoribus comparando periculoſiſſimam opulentiam, & quando domeſtico obſequio ac vxoris conſuetudioe prorſus abnegata, totus ſublimis veluti peregrinus, & erro quidam agros & vrbes peragrando, ad Hieroſolyma decurrebas, vbi & ipſe tecum cùm eſſem, beatum te prædicabam ob atbleticos labores: quando ſeptimo quoque die ioedia te conficiens cum domino pbiloſopbabaris, ſimul etiam & hominum congreſſus pro ratione mutationis fugiendo, quieti vel maximè ſtudens, tumultus ciuiles vitaC bas. Sacco autem aſpero corpus tuum compungens, & ciugulo duro lumbos adſtringeos, toleranter oſſa tua contercbas, latera verò fame caua reddens, vſque ad ſpinæ partes ſublaxa feciſti. Et faſciæ quidem mollis vſum prorſus abnegaſti: abdomen verò intus cucurbitæ ioſtar ſubtrabens, renalibus locis illud agglutioari cogebas: vniuerſam autem carnis pinguedioem euacuans, canales ac meatus ſub ventre ſitos, ſtrenuè exſiccaſti: ventre autem per inediam contracto, partes coſtales quaſi quandam tecti eminentiam, vmbilici partibus adumbraſti, ac toto organo contracto, totis noctibus Deo confitendo lachrymarum riuis barbæ pilos madefaciebas. Sed quid opus eſt omnia hæc numerando perſequi? repete memoria quàm moltis D ſanctis oſculum dederis, quàm multa ſacra corpora amplexus ſis, prætetea, quot pij homines manus tuas veluti immaculatas cootrectauere, quot ſerui Dei tanquàm cultum tribueoies, ad genua tua ſeſe & proiecerunt, & complexi ſunt. At horum omnium quis fiois? Rumor, qui ſparſus eſt de adulterio tuo, ſagitta velocius peruolans, aures noſtras ſauciat, acutóque ſtimulo viſcera noſtra perpungit. Quæ, obſecro, tam artificioſa præſtigiatoris verſutia, ad tam oefandum facinus te perduxit? bei mihi quàm te perplexa diaboli retia conſtrictum, & ad virtutis actiones exercendas immobilem reddidere? vbinam, quæſo, eſt illa prædicatio noſtra de tuis laboribus? at fortaſſis dicet aliquis, rumori non eſt fides habenda? verùm quomodo? nónne ex manifeſtis argumentis iis rebus fidem adhibuimus? ſiquidem confugientes ad Deum animas, horrendis iuramentis aſtrinxeris, cum meritò illud, quod eſt ſupra negationem non, diabolo ſit attributum: itaque ſimul etiam periurij perniciosi ſponſor fuiſti, corrupta exercitationis forma, & Apoſtolos, & ipſum Domioum turpitudioe fœdaſti, dedecore affeciſti caſtitatis gloriationem, vituperaſti temperantiæ profeſſionem, facti ſumus captiuorum tragœdia, à Iudæis, & Græcis in ſcena res noſtræ repreſentantur, diſcidiſti ſtudia monachorum, ſincerioribus tantùm timorem incuſſiſti, vt adhuc ſuſpiciant diaboli potentiam. Eos, qui nullarum erant partium, ad proteruitatis æmulationem tranſtuliſti, diſſoluiſti, quantum in te fuit, Chriſti gloriationem, qui dixit, Confidite, ego vici mundum, ac eius principem. Miſcuiſti patriæ craterem infamiæ, reuera illud prouerbium in actum protuliſti, Inſtar cerui ſagitta ictus ſum in epar. Sed quid tum poſtea, nóuoe cecidit fortitudinis turris? nóooe in vituperatiooem venerunt conuerſionis medicamenta? nónne interclusus eſt aditus ad ciuitatem refugij? ne, quæſo, in profundo demerſus, in malis perſiſtas, ne tibi ipſi manus afferas. Nouit Dominus erigere labentes ac in priſtinum ſtatum viodicare. Ne procul fugias, ſed ad oos te recipito, ſuſcipe rurſum iuueoiles labores, ſecuodariis rectè factis voluptatem ridiculam ac nihili diſſoluens: F referto aoimum ad illius ſummi diei finem, qui tam proximè ad vitam noſtram acceſsit: videto quomodo Iudæorum & Græcorum filij ad pietatem, ac diuioum cultum compellantur, & ita non omnino abnegabis mundi Seruatorem, ne horrendiſsimam illam ſententiam excipias, Non noui vos, quioam ſitis. Vnius viri Ioannis prædicatio erat, omnes tamen ad agendam pœnitentiam pertraxit, tu verò & per prophetas docetis, qui iubent nos lauari, ac mundos eſſe: &

Matt. 5.

Ioan. 16.

Mat. 25. Exadhortatione ad baptiſ. Eſaia. 1.

Pſal.33. Pſalmis admoneris, in quibus ſcriptum eſt, Accedite ad ipſum, & illuminabimini: & ab Apoſtolis illud prædicari audis, Act.2. Pœnitentiam agite, & ſacra latione abluatur vnuſquiſque veſtrûm, in nomine Domini noſtri IESV Chriſti, in remiſsionem peccatorum, & accipietis Spiritum ſanctum, qui vobis eſt promiſſus: & ab ipſo Domino recipieris dicente, Matt.11. Venite ad me omnes, qui defeſsi eſtis, ac onere preſsi, & ego reficiam vos. Cunctaris tamen, deliberas, atque moram trahis? à puero catecheſi imbutus, nondum veritati acquieſcis? ſemper diſcendo, nondum A ad cognitionem perueniſti? omni tempore vitæ tuæ periculum facis, ad ſenectutem vſque indagas, quando fies, obſecro, Chriſtianus? quando te agnoſcemus vt noſtrum? Superiore anno, præſens tempus expectabas, nunc rurſum futurum præſtolaris, vide amabò ne tibi longiorem vitam promittas: neſcis enim quid ſequens dies pariet. Noli tibi ea promittere, quæ in tua manu non ſunt. Ad vitam te vocamus, ò homo, cur igitur fugis vocationem? ad bonorum participationem te accerſimus, cur negligis donum? regnum cœlorum pater, qui accerſit mendax non eſt, via etiam facilis & expedita, non tempore, non ſumptu, non labore opus eſt: quid cunctaris? quid tergiuerſaris? quid iugum times, veluti iuuencula quædam, quæ iugum nondum experta ſit? non atterit, crede mihi, ceruicem iugum illius, ſed gloria afficit. Non enim collo alligatur, lignum à iugo propendens, ſpontaneum eum, qui trahat, requirit. Vides in cri- B men vocari Ephraim, quòd perinde, ac iuuenca quædam œſtro percita, ſine ordine oberrans, legis iugum detrectaſſet. Subiice indomitam ceruicem tuam, ſis iumentum Chriſti, ne dimiſſo iugo, vitámque liberam degens, feris diripiendus exponaris. Si aurum in pauperes erogarem, non ſanè diceres mihi, cras veniam, & cras dabis, ſed iamiam expoſceres, largitionémque vrgeres, atque iniquo animo ferres procraſtinationem. Cum verò non materiæ illuſtrem colorem, verùm animæ puritatem, magnorum ille donorum largitor tibi offerat, excuſationes prætendis, cauſaſque enumeras. Si ſeruus hominis eſſes, & propoſita eſſet ſeruis libertas, nónne ad ſtatutum diem accurreres, patronos conduceres, & iudicum auxilium implorares, omni denique conatu, ac omnibus viribus id vnum enitens, vt in libertatem vindiceris? & ad extremum etiam ipſam alapam ſummam ſeruorum plagam pro libertate perferres. Cùm autem te, qui es mancipium non hominum, ſed peccati, præco ad libertatem vocat, quo te in libertatem aſſerat, & ciuem æqualem angelis faciat, filiúmque te Dei per gratiam adoptatum atque hæredem bonorum Chri- C ſti declaret, nondum tamen tempus eſſe dicis, vt ea, quæ dantur, ſuſcipias. O praua impedimenta, ò turpem & prophanam occupationem, quouſque tandem voluptates iſtæ tuæ, quouſque deliciæ durabunt? multùm iam tempus viximus mundo, viuamus reliquum nobis etiam ipſis. Quid quæſo, cum anima conferri, quid regno cœlorum comparari poteſt? quis magis fidelis conſiliarius tibi, Deo? quis prudentior, ſapiente? quis vtilior, bono? quis creatore, coniunctior? neque è re Euæ fuit, quòd conſilio ſerpentis parere maluerit, quàm diuino? ò ingentem verborum abſurditatem, non eſt mihi, inquit, ocium, vt ſanus fiam: nondum oſtendito mihi lucem, nondum me in gratiam regis ponito. Nónne hæc palàm dicis? immo etiam his longè abſurdiora. Tu quidem ſi mulctatus eſſes, & reipub. eo nomine aliquid deberes, æris autem alieni ſolutio in aliquod tempus nouis tabulis reis prorogaretur, deinde eſſet quiſpiam, qui calumnia exortem te huius conceſsionis ac D beneficij facere vellet, ægrè ſanè ferres, ac ingentem clamorem ederes, tanquàm, qui pertinente ad te communis beneficij parte ſpoliareris. Quum autem non ſolùm remiſsio præteritorum, ſed etiam munera futurorum prædicentur, temetipſum tali iniuria afficiens, qualémne inimicus quidem tibi attuliſſet, putas longè melius tibi proſpectum eſſe, qui non ſuſcipis remiſſionem, verùm ære alieno obrutus, mortem oppetis. Quamuis multa ſint tua peccata, ne tamen eam ob cauſam animo cadas, atque deſperes. Nam vbi abundauit peccatum, ibi etiam gratia ſuperabundauit, ſi modò eam ſuſcipere paratus ſis. Rom.5. Sin verò pauca, & vilia, nec morte digna ſunt tua peccata, cur ſollicitus es de futuro, qui præterita ſatis forti animo pertuliſti? nunc quaſi in trutina animam tuam ſtare puta, quæ hinc ab Angelis, illinc à dæmonibus diſtrahatur. Quibus itaque te dabis? quid apud te palmam feret, voluptáſne carnis, an animæ ſanctificatio? vſúſne E præſentium, an futurorum deſiderium? num Angeli te aſſument, aut detinebunt, qui detinent? In exercitu Imperatores, teſſeram ac ſignum iis, qui ſub eis ſtipendia merent, dare ſolent, quo & amici facilè ſe inuicem reuocent, & hoſtium, ſi illis in conflictu permixti fuerint, facilis ad cognoſcendum diſcretio eſſe poſsit. Nemo cognoſcet, noſtérne ſis an hoſtium, niſi abditis ſignis coniunctionem oſtenderis, niſi ſignatum fuerit ſuper te lumen vultus Domini. Quomodo vendicabit te Angelus? quomodo eripiet ex hoſtibus, ſi non agnouerit ſignum? quomodo verò tu dices Dei te eſſe, ſi notas & argumenta eius rei non protuleris? theſaurus non obſignatus, expoſitus eſt furum prædæ, ouiculæ, cui nulla nota eſt ſine periculo inſidiæ tenduntur. Cedò, ſi quis medicus tibi reciperet, ſe arte quadam ac induſtria iuuenem te ex ſene eſſe facturum, nónne deſiderares illam illuceſcere diem, in qua te priſtino vigori reſtitutum conſpicere poſſes? at nunc cùm pœnitentia promittat animæ tuæ velut noui germinis renouatio- F nem, quam tu veterem effeciſti, & prauitate rugoſam ac maculatam reddidiſti, contemnis benefactorem, & promiſsionem non excipis, nec deſideras videre magnum illud promiſsionis miraculum: nimirum quomodo ſine matre renaſci ſoleat homo, quomodóq; ſenio confectus & fraude cupiditatis deprauatus, rurſum iuueneſcat, ac repueraſcat, ad verúmq; iuuẽtutis florem redeat. Tot ac tãtis bonis, ò miſer, antiquiorem voluptatem iudicas? intelligo enim procraſtinationem tuam,

tuam, etiam ſi verbis eam occultes, ipſa res clamat, quamuis verbum nullum facias.

Sine me, quæſo, loquis, vrat carne ad perfruendas res turpes, voluntet in cœno voluptatum, ſanguine imbuam manus, diripiam aliena, circunſcribam, peierabo, mentiar, & tunc pœnitentiam, vbi abſtinuero à malis, agam.

At ſi bona res eſt peccatum, tuere ac tene hoc vſque in finem, ſin verò ei, qui illud perpetrat, noxium eſt, quid rebus pernicioſis adhæreſcis? num putas Deum non videre, quæ aguntur? num non percipit tuas cogitationes? num opem fert tuis iniquitatibus? ingenti te ſcelere aſtrin- A xiſti (inquit ille) eo quòd exiſtimares, me tui ſimilem fore. Tu cùm mortalis viri amicitiam ambis, beneficiis illum ad te, dicendo, & faciendo, quibus intellexeris hominem gaudere, allicis: at quando cum Deo coniungi, ac in numerum filiorum te recipi vis, ea, quæ inimica ſunt Deo, perpetrans, & legem tranſcendendo ignominia ipſum afficiens, ex his, quibus ipſum, vel maximè offendis, coniunctionem, ac conſortium ſperas? vide ne redemptioni ſtudendo, malorum multitudinem tibi coacerues, ac

Gal. 6. peccatum aggreges, nec tamen veniam impetres. Deus enim non ſuſpenditur, ne quaſi mercem aliquam gratiam æſtimes, néve dicas, Bona eſt quidem lex, ſed longe iucundius pecca-

1. Cor. 15. tum. Voluptas, eſt veluti quidam hamus diaboli, ad perniciem nos trahens, voluptas, mater eſt peccati, peccatum autem ſtimulus mortis, voluptas nutrix eſt, æterni vermis, quæ ad tempus quidem demulcet fruentem, ac poſtea felle amariores retributiones facit.

Quid facis ô homo? cùm multum valeas in a- B gendo, iuuentutem tuam in peccatis traducis: vbi verò labore fracta fuerint inſtrumenta, tunc ipſa ad Deum adducis, cùm iam illorum nullus ſit vſus, ſed neceſſariò labant ac torpent, ob longi temporis tabem, firmitate ac robore eorum diſſoluto. Temperantia in ſenecta, non eſt temperantia, ſed potius incontinentiæ quædam impotentia. Mortuos coronis non ornatur, nec ob mali impotentiam quiſquam iuſtus habetur. Dum vires ac robur ſuppetit, ratione dominare peccato: nam virtus eſt, declinare à malo, & facere bonum. At verò ocium agere à prauitate, neque laude, neque pœna dignum iudicatur, ſi vitio ætatis ceſſas à peccatis, imbecillitati hoc eſt acceptum ferendum.

Nos enim eos in cœlum ferimus, qui ex indu- C ſtria boni ſunt, non qui ab aliqua neceſſitate, ne mala perpetrent, prohibentur. Quis verò tibi vitæ finem præſcripſit? quis terminum ſenectutis conſtituit? quis adeò fide dignus apud te futurorum vas ac ſponſor eſt? non vides pueros, ac ætate florentes abripi? Nullum tempus, me hercule, præſtitutum vita habet.

Quid expectas vt te tum febris ad pœnitentiam vocet, cum neque ſalutaria verba amplius proloqui, neque quidquam auribus accipere poteris, cum in ipſo capite morbus inhabitet, non manus ad cœlum amplius tollere, non in pedes erigi, non genu flectere, cùm precatio erit habenda, non commodè doceri, non certo confiteri, non redire in gratiam cum Deo, non renunciare inimicitiis, & fortaſſis neque intelligentia, & animo comprehendere myſteria diuina poteris, ſi quidem præſentes ambigant, an acceperis beneficium, an aliquem ſenſum eorum, quæ fiunt habeas. Quòd ſi certò & apertè gratiam ſuſceperis, tunc talentum quidem habes, quæſtum verò non affers. Criminator ille, ô fratres, ſapiens eſt ad mala perpetranda, videt nos homines in diem viuere, videt omnem actionem noſtram iuxta id, quod inſtat, peragi: ideo hodiernum diem per fraudem nobis abripiens, ſpem nobis craſtini relinquit.

Quòd ſi quidem peccatum hodie nos committere non cogit, iuſtitiam tamen in craſtinum vt re- D ſeruemus perſuadet: deinde vbi craſtinus dies illuxerit, rurſum accedit iniquus ille partium diuiſor, & hodiernum diem ſibi ipſi cedere expetit, craſtinum verò domino vt tribuamus concedit, atque hac ratione ſanè nos, præſens nimirum tempus per voluptatem ſubtrahendo, futurum verò ſpei noſtræ relinquendo, ne ſentientes quidem è vita expellit. Eiuſcemodi ego aliquando vidi aſtum volucris valde vafræ, quæ ſeipſam venatoribus cùm eius pulli facilè ob teneritudinem capi poſſent, quaſi prædam quandam paratam obiiciebat, & ante manus eorum aſſiduè verſando, neque ſe capi permittebat, neque tamen prædæ ſpem venatoribus adimebat, ſed ipſos vana ſpe variè lactans, dum circa ipſam occupantur, pullis fugæ copiam, ac ſecuritatem præſtitit, deinde ad extremum etiam ipſa ſimul auolauit. Caue, obſecro, ne etiam & tu ſimilia perpetraris, qui ſpe incertorum, ea, quæ certa ſunt, dimittis. Vide ne ex anno in E annum, ex menſe in menſem, ex die in diem pœnitentiam producendo, incurras aliquando in diem, quam non expectabas, nimirum, quando te deficiet vita, & conſilij inopia omni ex parte te circundabit, tribulatióque nullam conſolationem admittens exiſtet, cùm medici & domeſtici de ſalute tua iam deſperabunt, & quando denſo ac ſicco anhelitu detentus febréque interna vehementi laborans ingemiſces quidem ex medio corde, at qui vnà tecum mœrore affligatur, reperies neminem. Proferes quidem verba mollia, ac effœminata, verùm non erit qui aures det, ſed quidquid tum proferes, quaſi res ſtulta, pro nihilo ducetur. Quis tum te pœnitentiæ, ex perturbatione mente captum, ac ſtupidum commonefaciet? tui mœrore conficiun- F tur, alieni ſpernunt atque nihili pendunt, amicus etiam ad commonefaciendum tardus eſt, timens ne te magis perturbet. Quod ſi te medicus ſanitatem tibi promittendo decipiat, tu de ſanitate non deſperas, eo quòd natura vitæ ſis cupidus. Mors impendet, & qui abducunt vrgent, quis te, amabo, eximet, ac ex tantis malis eripiet? Deus ne ille quem contempſiſti? at hic minimè preces tuas audiet, cum & tu ipſum non exaudieris. Promiſſane exoluet? quaſi verò prius datis probè vſus ſis. Nemo te inanibus verbis circũueniat: imminebit enim tibi ſubita pernicies, & mors procellæ inſtar aderit: veniet Angelus mœſtus & horridus, violẽter abducens ac trahẽs animam tuã, peccatorum

vinculis conſtrictam, ac frequenter ſe conuerten
tem ad ea, quæ hic ſunt: denique lugentem ſine
voce, cum tanto lamentationis inſtrumentum ſit
ſublatum, ô quàm te ipſum excruciabis, ô quan-
tum ingemiſces, fruſtrà iam pœnitentiam ob ma
la conſilia agens, quando conſpexeris hilarita-
tem iuſtorum, obſplendidam donorum diſtri-
butionem, & triſtitiam peccatorum, qui in
tenebras profundiſſimas coniecti ſunt: quæ
proferes tum in dolore cordis tui? hei mihi
inquies, quòd non abiecerim hoc graue pec-
cati onus, tum cùm ſe mihi facilis deponen-
di occaſio daret, ſed ingentem hunc malorum
aceruum attraxerim. Hei mihi, quòd macu-
A las non deleuerim, ſed peccatis inſignitus ſim.
Nunc ſanè eſſem cum Angelis, nunc in cœle-
ſtibus bonis delicias agerem, ô perditum me-
um conſilium, propter breuem ac menſtruam
peccati voluptatem, in perpetuum omni ge-
nere cruciatus atque ſupplicij torquebor, pro-
pter carnis illecebras, in ignem æternum tra-
dor. Iuſtum iudicium Dei eſt, vocabat, nec
parui, docebat, nec percipere volui, teſti-
monium afferebant mihi, ego verò flocci pen-
debam. Hæc & alia huiuſcemodi dices, ô ho-
mo, vicem tuam deflens, ſi antequam pœni-
tentiam egeris, abreptus hinc fueris: tunc aut
gehenna tibi erit extimeſcenda, aut regnum
vendicandum.

Ego quidem lachrymas profundere ſoleo, cùm
te video facinora turpitudinis, amplæ gloriæ
Dei anteponere. & ob incontinentiæ ſuauita-
tem peccato ita inhærere, vt ſumma cum diffi-
B cultate ab eo diuelli poſſis. Denique cùm vi-
deo, quòd teipſum illis bonis, quæ promiſſa
nobis ſunt, ita orbes, vt videre minimè queas
bona illius cœleſtis Hieruſalem. Ne, obſecro,
Ex con. in xxxvii. Psal. ſpem ſalutis abiicias. Vult enim tui miſereri iu-
dex ac ſuam miſericordiam tibi impertiri, iuxta
illum, qui dixit, Curdi eſt domino miſericor-
dia & iudicium. Sed ita demum tui miſerebi-
tur, ſi te repererit poſt peccatum humilem, con
tritum, valdeq́; deplorantem praua facinora, quę
clam perpetraſti: & ſi ſine vllo pudore publica-
ueris ea, ita vt roges fratrem, quo vnà tecum recu
perandæ ſanitati ſtudeat. Quòd ſi te omnino mi-
ſerabilem factum eſſe viderit, eximiam ſuam
miſericordiam tibi tribuet: ſin verò cor, quod
nulla pœnitentia ducitur, inuenerit, & ſpiritum
ſuperbum, ac nullam te fidem habere futuræ vi-
tę, nihilq́ue iudicium timere, tunc mulctam irro-
gabit. Quemadmodum enim diligens, & huma
C nus medicus, fomentis prius ac lenimentis mol-
libus tumorem ſedare conatur: poſtquàm verò
viderit molem nihil remittere, ſed acriter reniti,
abiecta miſericordia ac molli curatione, ferri vſũ
aſſumit. Sic illis Deus, quos à multis lapſibus,
pro ſua ſumma humanitate cum ſuſtulerit ac ere
xerit, deinde illi poſt longè imbecillioribus ſe
vincendos atque frangendos dederunt, minatur,
prorſus ſe eis non condonaturum, inquiens:
Non amplius veniam concedam peccatis veſtris.
Quibus verbis ſignificationem nobis præbet, ſe
iam ſæpius ſimilia nobis remiſiſſe. Nam ſine re-
miſſione diuina, difficile eſt illud genus vitæ in-
gredi, quod eſt ſecundum virtutem. Eum enim
qui cùm quibuſdam peccatis vitam contaminaſ-
ſet ſuam, deinde velit ad frugem redire, vult Do
minus termino veluti quodam, ea, quæ præte-
rierunt circuſcribere, ac remedium aliquod poſt
commiſſa ſcelera adhibere, quaſi opera pœnitẽ-
tiæ reuiuiſcentem. At illum, qui hæc frequenter
promittit, & frequenter iterum cadit, vt prorſus
hominem deſperatum ab humanitate ſua exclu-
dit. Non enim ille, qui dicit, Peccaui, deinde in
peccato perſiſtit, confitetur, ſed qui ſecundum
Pſal. & peccatum ſuum agnoſcit, & illud odio
habet. Vt enim nihil prodeſt ei, qui aliquo mor D
bo laborat, medici ſtudium ac cura, ſi ipſe rebus
quæ vitam corrumpunt, operam det: ſic nullam
vtilitatem afferunt peccata remiſſa ei, cui condo-
nata ſunt, ſi in eis adhuc voluetur. Deſine itaque
proximi mala curioſè inquirere: ne des otium
cogitationibus tuis, aliena vitia inquirendi, ſed
ad tuam propriam explorationem conuerte ocu- Luc. 6.
los tuos. Multi enim ſunt, qui vident feſtucam
in oculo fratris, trabem verò in oculo proprio
non conſpiciunt. Noli res alienas conſiderare, Luc. 18.
ne fortè incurras in reprehenſionem alicuius,
perinde ac ille Phariſæus, qui ſe ipſum iuſtum
faciebat, Publicanum verò extenuabat: verùm
nunquam ceſſes te ipſum examinare, nunquid
cogitando deliqueris, nunquid linguamentem
ac rationem præcurrente, aberraueris, nunquid Ex con. in
perperàm admiſeris. Quemadmodum enim fi- Pſal. 33.
eri non poteſt, vt quis ſanitatem recuperet,
morbo non immutato, aut calidus fiat, ſi non pe-
nitus quieuerit à refrigeratione: nam hæc ſe vicſ
ſim recipere nequeunt: ſic & eum, qui ſanctam E
vitam acturus eſt, oportet ab omni malo prorſ- Ex Epiſt.
ſus abhorrere. Non enim temporis quantita- Ex con. in Eſaiam.
te, ſed animi propoſito pœnitentia iudicatur.
Qui verò repudium improbæ vitæ remittunt,
ac diuiniori ſtudent, ſeque in ea exercent, ca-
ueant ne ſeorſum, ac ſoli ſe exerceant. Nam
talem vitam oportet habere teſtes, quòd extra Ex con. de non adhæ-
omnem ſuſpicionem prauam fuerit. Si verò quis rẽdo rebus
olim ineſcatus, aut diuitiarum puluerem ex ini- humanis
quitate ſibi cumulauit, ac ingenti harum curis
implicauit, aut ſcelus petulantiæ, quod diffici-
le deleri poſſit, naturæ affixit, aut reliquis cri-
minibus ſeipſum addixit, is dum adhuc eſt tem-
pus, prius quàm ad perfectum interitum deue-
niat, grauiora onera deponat, & antequam na-
uis immergatur, merces eiiciat, quas iniuſtè
quæſiuerit. Pecuniæ rectè eiectæ, non pereunt
iis, qui eas abiecerunt, ſed quaſi in alias na-
ues onerarias magis tutas tranſlatæ, hoc eſt, F
in ventres pauperum ſeruantur, ad portúmque
appellunt atque in hac vita adhuc permanent.
Nam illæ perturbationes, quæ tempore doman- Ex Epiſt.
tur, atque vincuntur, primùm quidem tempo-
re opus habent ad ſui emendationem, deinde
fortiore, ac magis perfecto vitæ inſtituto: ſi
modò quis volet ipſarum molem ac auctorita-
tem opprimere, atque ea radicitus euellere,
quæ iam longo à tempore in anima radices ege- Ex cõ. hor-
runt. Talis erat diligens illa Niniuitarum pœni- tat. ad ſo-
tentia, & ſapiens ac coaceruata illa tribulatio, me & ſo-
quæ ne bruta quidem animantia ſupplicij ex- cent.
pertia

pertia eſſe voluit, ſed vt etiam, ipſa neceſſitate ad acta clamorem ederent, excogitauit. Separatus eſt enim vitulus, à vacca, abductus eſt à materno iubere agnus, puer lactans non fouebatur in maternis vlnis, voces tollebantur de omnibus miſerabiles, mutuò reclamantes ac reſonantes. Partus ſame preſſi, fontes lactis quærebant, matres naturali quadam affectione perculſę, lugubri voce fœtus reuocabant: infantes etiam ſame dominante, ex ingenti eiulatu diſrumpebantur. Matrum viſcera naturali dolore tabeſcebant. Senex inter illos, lacbrymis ſe dabat, & canos vellebat ac dilaniabat ſuos. Adoleſcens & in flore ætatis conſti-
A tutus, vehementer lamentabatur. Pauper ſuſpiria ducebat: Diues deliciarum oblitus, afflictioni, vt quæ hominem temperatum efficeret, ſeſe totum tradebat. Rex ipſe ſplendorem & gloriam in pudorem transſmutabat: deponebat enim coronam & puluere caput conſpergebat ſuum, purpuráque abiecta, ſaccum induebat, throno alto ac ſublimi dimiſſo, miſerabiliter ad terrā ſe abiiciebat: proprüs & regiis relictis deliciis, cum populo lachrymas profundebat: tanquam vnus è multis erat, dū commuoem omnium dominum ira incenſum eſſe cerneret. Hæc eſt ſeruorum ſenſu præditorum prudentia, talis eorum, qui ſe fœdis libidinibus immerſerunt, pœnitentia, nempe vt omni tempore ætatis auſteritas & triſtitia dominatum habeat in rem ſenſibilem ac ſenſus expertem, tum in eā, quæ ex propoſito ac voluntate ſuſcipitur, tum etiam quæ ex neceſſitate exiſtit. Ob hoc cum vidiſſet ipſos Deus ſic demiſſos & humiles factos, quaſi eos nimis ingenti miſeria afflixiſſet, & cladem eorum miſertus eſt, & vindictam remiſit, lætitiam denique præbuit, quòd verè pœnitentiam
B egiſſent. Proprium enim hoc eſt benignitatis diuinæ, nimirum non tacitè ac clam pœnas inferre, ſed ante eas per cōminationes prædicere, ad pœnitentiam vocando eos, qui ſe ſceleribus contaminarunt. Sic enim, & his per Ionam fecit, & Iſraëli peccanti non clam euerſionem induxit, ſed eam, ſeruum ſuum, vt pro populo vota faceret cōmouendo, prædixit, dicens, Miſſum me fac, & delebo populum hunc. Simile quiddam etiam in euangelio, ex illa ſimilitudine, quæ eſt de ficu, diſcimus, cùm eius dominus ad agricolam dicat, Ecce tres continuos annos accedo ad ficum, quęrés fructum ex ipſa, nec tamen reperio, excinde ipſā, cur enim fruſtra terram occupat? Ad quod igitur tempus pœnitentiam differimus? non reſipiſcemus? non nos reuocabimus nos aliquando, à con-
C

Ex cō. in Ionam.

Ion. 3.

ſueta hac vita ad ſinceritatem euangelij? non ante oculos proponemus nobis diem illum domini horrendum ac illuſtrem, in quo quidem eos, qui ad dextram Domini, per actiones appropinquantur ſuas, regnum cœlorum excipiet, ac eos, qui à ſiniſtris ſtatuentur, propter ſolitudinem bonorum operum, gehennæ ignis, & tenebræ perpetuæ occultabunt: vbi erit fletus, & ſtridor dentium. Sed nos peccatum quidem celeriter perficimus, tarde verò ac ſegniter ad pœnitentiam deſcēdimus. Et cœleſtis quidem regni dicimus nos cupidos eſſe, verùm eorum, quorum opera paratur, nullam curam habemus, nec vllum laborem pro mandato domini ſubeuntes, æquales hono- D
res ac præmia cum his, qui ad mortem vſque peccato reſtiterunt, prauitate mentis noſtræ, nobis pollicemur. Suſcipiamus tandem aliquando, ſuſcipiamus curam animarum noſtrarum, ô fratres; mœreamus ob ſtultitiam vitæ ante egreſſæ, decertemus pro futuris, nec amplius in hac ſocordia perſteinus, ne præſens ſemper per negligentiam amittendo, in craſtinum verò & conſequens initium actionis differendo, reuocati ab eo, qui repoſcit animas noſtras, nec bonis operibus præparati, à gaudio ſponſi excludamur: fruſtrà tum per ſum actam vitā lugemus, cùm nihil amplius hoc pœnitentibus proderit. Hoc eſt ſeculum pœnitētiæ, illud verò retributionis, hoc operationis, illud mercedis, hoc patientiæ, illud conſolationis. Nunc auxilium Deus fert iis, qui à vita mala recedunt, tunc horrēdum in modum humanas actiones ac cogitationes examinabit, atque ponderabit. Nunc longanimitate fruimur, tunc iuſtum iudicium experiemur, quando ab inferis reuocabimur, alij ad ſupplicium æternū, alij ad vitam ſempiternam, & accipiet vnuſquiſque eam mercedé, E
quam meruit. Vobis verò, qui ob ſcelera hominū condemnatorum luxiſtis, illud præcipimus, ſi cōſpexeritis pœnitētes, propter perpetratorum abſurditatem, cōdolete eis quaſi propriis membris morbo affectis, ſi verò eos pertinaces eſſe, ac veſtram pro ipſis triſtitiam, nihili pendere animaduerteritis, exite è medio ipſorum, & ſecedite, nec immundum attingatis, vt hoc modo illi pudore ſuffuſi, propriæ prauitatis cognitionem capiant, vos verò æmulationis Phinees, mercedem à Seruatore noſtro Ieſu Chriſto accipiatis, cui gloria per omnia ſæcula tribuatur.
Amen.

Mat. 25.

Luc 13. Ex con. ha litam fi... me & ſi... tuam.

Ex cont. contra Ebrioſos.

Num. 25.

DE IEIVNIO.

ORATIO V.

Ex ede. 1. de ieiunio.

IMperatores quidē cùm exercitum in aciem educunt, adhortatione ante conflictū vtuntur, tanta enim vis eſt exhortationis, vt ſæpe multos etiam in ipſam contemptionem mortis adducat. Magiſtri etiam paleſtræ, & hi, qui pueros inſtituunt, cùm ſuos athletas ad ea certamina, quæ in ſtadiis feruntur, educunt, mul-
A ta in eam ſententiam diſſerunt, quòd coronarum gratia ſtrenuè laborandum ſit: & profectò ita eos perſuadendo afficiunt, vt multi non dubitent ſanguinem ſuum ob victoriæ ſtudium profundere. Proinde & mihi, qui Chriſti milites ad bellum, contra eos hoſtes, qui aciem oculorum fugiunt, inſtruere, & athletas pietatis ad iuſtitiæ coronas per abſtinentiam præparare cogito, neceſſe eſt exhortatoriam orationem inſtituere. Nonnulli ex angelis ad eam rem ordinati ſunt, vt eos per ſingulas eccleſias, qui inedia corpus ſuum affligunt, deſcribant. Quapropter da operam, ne propter exiguam eduliorum voluptatem, damnū tam ingens accipias, vt ab angelo in numerum eorum, qui à nimio cibo abſtinent, non referaris, & teipſum apud Imperatorem, qui exercitum luſtrat, deſertæ aciei reum ſtatuas. Minus enim equidem is periculum adit, qui in acie abiecto ſcuto in fugā ſe coniicit, quàm ille, qui magnum
B ſcutum, ieiunium ſcilicet, abiicit. Diues es? ne tamen afficias contumelia ieiunium à cōuictu tuo, illud arcens, néve à domo tua, velut ignominioſum, à voluptate ſuperatum, ableges, ne aliquando te illud, eam ob cauſam, apud ieiunij auctorem reum faciat, multiplicémque tibi ex condemnatione indigentiam ac egeſtatem inducat, nimirum aut ex corporis infirmitate, aut ex aliqua alia triſti calamitate. Pauper ne dicta dicat in ieiunium, vt pote qui iam illud multo à tempore familiare ac contubernale habet. Mulieribus autem cibo pauco vti, iam proprium, & ſecundum naturam eſt, vt ſpiritum ducere. Pueri etiam quaſi plantæ virides, ieiunij aqua irrigantur. Senibus familiaritas ac conſuetudo, quæ illis cum ipſo multo à tempore eſt, leuem laborem facit. Labores enim, qui ex longa conſuetudine exantlantur, minore moleſtia, qui eos ſubeunt, afficiunt. Viatoribus verò ſuccinctum
C & expeditum comitem ſe præbet ieiunium: vti enim delitiæ onus ipſos ferre cogunt, fruitiones voluptatum ipſis circumferendo, ſic illos leues & expeditos inedia efficit. Ac mundi quidem militibus, pro laborum proportione, frumenti, & cibi copia augetur, verùm inter milites ſpirituales aliter ſe res habet: nam ei, qui minus alimenti habet, maior dignitas tribuitur. Stultum ſanè eſt, ob animæ ſanitatem lætitiis non exultare, ſed mœrore potius ob ciborum mutationem confici. Eſt præterea hominis nullius conſilij, magis ſtudere velle voluptati ventris, quàm animæ curationi. Expletio enim, apud ventrem gratiam conſequitur, at inedia magnum fructum animæ affert. Noli imitari, quæſo, Euæ contumaciam, noli rurſum conſilio ſerpentis vti, qui eſcam ſuauem carni ſuggerit, noli, cùm non ieiunas, debilitatem corporis prætendere: non enim mihi excuſationes affers, ſed ei, quem mihi clam eſſe poteſt. Ieiunare te non poſſe inquis? at explere ſe cibo, & corpus onere eſculentorum conterere potes. At qui medici iis, qui aliquo morbo laborant, non eduliorum varietatem, verùm inediam ac famem præcipiunt. Quonodo
D igitur is, qui hæc poteſt, illa ſe non poſſe prætendit? longè facilius eſt, medius fidius, ventri tenui victu grauato noctem perferre, quàm redundantia ciborum aggrauatum iacêre. Niſi fortaſsis dixeris, gubernatoribus facilius eſſe nauem oneribus grauatam ſeruare, quàm leuem ac nullo onere preſſam: illam enim, quæ multis oneribus onuſta eſt, modicæ vndæ impetus demergit, at illa, quæ mediocri rerum pondere grauata eſt, facilè fluctus ſuperat.

Ex ede. 1. de ieiunio.

Nec mihi profectò ea contentione ac tanto ſtudio opus eſſe puto, vt homines ad ieiunij obſeruantiam cohorter, quanto, ne hodie quiſpiam in ebrietatis mala incurrat. Plerique enim ieiunium cùm ob conſuetudinem, tum ob mutuam quandam reuerentiam amplectuntur, at ebrietatem extimeſco, quam homines vino deditì, veluti paternam quandam hæreditatem tuentur. Nam perinde ac hi, qui ad longas peregrinationes proficiſcuntur, ſic ſtolidi quidam hodie ad quinque ieiuniorum dies ſeſe vino
E explent. Hem quid facis ô homo? nemo, qui vxorem caſtam in matrimonium ducturus eſt, pellices ac meretrices præaſſumit, ſecúmque habitare facit: nam mulier honeſta ferre non poterit, vt ſcorta vnà ſecum habitent. Noli igitur & tu, cùm inedia corpus tuum macerare vis, ebrietatem prius introducere, ebrietatem, inquam, quæ nihil aliud eſt, quàm publicum ſcortum, quàm mater impudentiæ, quàm * Mænas quædam, ad omne genus turpitudinis prompta ac parata. Ieiunantem inter ſacra ſepta dominus inſtrepit, at eum, qui crapulæ indulget ſuæ, tanquàm prophanum ac impurum abigit. Si cras veneris, vinum adhuc olens ídque putrefactum, quomodo, quæſo, crapulam tuam ieiunium æſtimare potero? non id cogites, quòd in præſentia non infundas merum, ſed quòd à vino non omnino ſis purus.

* Bacchi & furens mulier.

Equidem neſcio in quotū te numerum referam,
F in temulentorúmne, an in eorum, qui inedia corpus macerant ſuum? præterita enim ebrietas te ad ſe trahit, præſens verò fames ieiunium teſtimonio tribuit. Contendit de te ebrietas, quaſi de mancipio quodam, nec te liberum facere vult. Et meritò quidem, nam euidentes ſeruitutis notas exhibet, odorem, inquam, vini, veluti in vaſe permanentem. Cuius, obſecro, præceptoris præſentia puerorum tumultum adeò bellè ſedat, ſicuti ieiunij conſpectus ciuitatis turbas comprimit? quis vnquā procus in ieiunio apparuit? quod tripudiū laſciuum à ieiunio profectū eſt? cantilenæ meretriciç, me hercule, ſaltationéſque

tionéſque furibundæ repentè ex vrbe diſcedunt, à ieiunio tãquàm à iudice quodam auſtero fugatæ ac pulſæ. Quòd ſi illud omnes in rebus agendis in conſilium adhiberent, nulla res profectò prohibere poſſet, quominus optimam pacem per omnem terrarum orbem traheremus: & neque gentes, ita me Deus amet, contra ſe arma mouerent, neque exercitus manus conſererent, ſignaque conferrent, neque loca deſerta homines, qui ſcelere, & maleficio paſcuntur alerent, neque ciuitates calumniatores, neque mare piratas, denique nec vita noſtra tot ærumnis eſſet referta, ſi ieiunium vitam noſtram regeret atque
A gubernaret. Quis eſt, qui non intelligit, quòd nos non ſolùm ciborum abſtinentiam edoceret, ſed etiam auaritiæ omniſque vitij contemptum?
Iud.16. hoc magnum illum Sampſonem veluti nutrix quædam educauit. Quando is inedia corpus macerabat ſuum, millenos ſternebat hoſtes, portas ciuitatum effringebat, leones denique ipſi robur manuum ipſius ferre non poterant, at cùm ſe ebrietati, amorique meretricio dediſſet, robur omne penitus amiſerat, oculíſque captus ludibrio erat pueris. Helias ieiunando tribus annis
3.Reg.17. & menſibus ſex, ne plueret, effecit. Cùm enim videret ingentem iniuriam ex ſatietate naſci, inuitum ipſis ex fame ieiunium adduxit, quo peccatum eorum, quod iam extra fines modeſtiæ proceſſerat, compeſcuit, per ieiunium, inquam, veluti per cauterij cuiuſdam vſtionem, aut ſectionem quandam, malum ne longius ſerperet, effecit. Vt enim indomitum cor, hominum duræ ceruicis molliret, etiam ipſe non dubitauit, eandem cum aliis afflictionem ſubire. Vnde, in-
3.Reg.17. quit, Propter hoc viuit dominus, non erit inter-
B ta aqua niſi per os meum. Sic etiam reſtituit viduæ filium cùm ieiunio fultus, contra mortem fortiter ſe geſsiſſet. Sed, quemadmodum nulla vtilitas ex illa beneficentia proficiſcitur, quæ oſtentandi cauſa fit, ita etiam nullus fructus capitur, ex eo ieiunio, quod fit omnibus coram. Nam ea, quæ oſtentandi gratia fiunt, non quærunt fructum in futuro ſæculo, ſed laudem hominum in hoc venantur. Heliſæus autem qua-
4.Reg.4. lem, obſecro, duxit vitam? quomodo à muliere Sunamitide hoſpitio acceptus eſt? quomodo ipſe vates alios accipiebat? nónne olera ſylueſtria, & modica farina, omnem hoſpitalitatem explebant? illi verò viri, qui colocyntidem attigerant, vitæ periculum adiiſſent, ni precibus ipſius venenum diſsipatum fuiſſet. Atque omnino videre licet, ieiunium omnes ſanctos ad diuinam politiam, manu veluti quadam, adduxiſſe. Eſt quædam corporis natura, quam amianton nominant, ex eo quòd igne conſumi nequeat, quæ quidem in flammam iniecta, videtur in prunas
C redigi, at cùm ex igne exempta fuerit, ac ſi aqua eſſet illuſtrata, lucidior multò euadit. Talia erant illorum trium puerorum corpora, quæ ieiu-
Dan.3. nio naturam amianti induerant: in magna enim fornacis flamma videbantur veluti aurei eſſe, ſic omnem ignis noxam ſuperabant, immo auro ipſo validiores apparebant. Non enim conſumpſit ipſos ignis, ſed integros ſeruauit. Ac ſanè nihil aliud ingentem illam flammam ſuſtinebat, quàm naphtha, & pix, ac ſarmenta, quæ ita eam alebant, vt ad quadraginta cubitos diffunderetur, & circumcirca omnia depaſcendo, multos etiam ex ipſis Chaldæis conſumeret. Illam vehementem flammam facilè pueri inedia deleuerunt, tenuem inſtar roris aërem in tam ardenti igne ſpirantes. Ignis enim ne pilos quidem eorum contingere auſus fuit, eò quòd ipſi ieiunio corpus macerassent ſuum. Daniel autem vir ille Daniel.10 & 14.
deſideriorum, cùm tres hebdomadas panem non comediſſet, nec aquam bibiſſet, etiam leones ipſos, in puteum immiſſus, ieiunare docuit: nam quaſi ex lapide, aut ære, aut aliqua re ſolidiore conflatus fuiſſet, leones ei dentes infigere non poterant, ita ieiunium corpus illius veluti D
tinctura quadam ferri firmarat, ac leonibus inuictum reddiderat. Neque ſanè Moſes, vertice fumante, montem accedere, neque in caliginem ingredi auſus fuiſſet, ſi corpus ſuum prius ieiunio non armaſſet. Per ieiunium etiam præcepta Exod.19.
digito Dei opt.max. in tabellis ſcripta, ſuſcepit: & ſuperius quidem ieiunium legum ferendarum cauſa extitit, inferius verò ingluuies idolo- Exod 24.
rum cultui ſtudebat. Quadraginta dierum, proh Exod.32.
dolor, continuam ieiunãtia ac orantis ſerui perſeuerantiam, vnica ebrietas inutilem reddidit. Nam quas tabulas digito Dei ſcriptas per ieiunium Moſes acceperat, eas ebrietas contriuit: cùm indignum iudicaret vates, populo temulento leges à Deo condi. Quid, quæſo, ipſum Eſaum Gen.25.
fœdum, quid ſeruum fratris fecit? non ne vnicus eſus, ob quem, miſer, primogeniti prærogatiua excidit? Quadraginta dies Helias cùm animam 3.Reg.19.
inedia afflixiſſet ſuam, in ſpecu, qui erat in Choreb, vidit Deum: ac ſanè ita vidit, quatenus homini dominum videre fas eſt. Quorum artus, cedo, ceciderunt in ſolitudine: nónne eorum, E
qui carnes flagitabant? quibus, quàm diu ſatis Num.11. Num.20.
erat manna, & illa aqua, quæ ex petra manabat, Aegyptios fundebant, per mare iter faciebant, neque vllus eorum in caſtris aliqua inualetudine Pſal.104.
conflictabatur. Cùm verò in mentem illis veniſſet carnium, ac voluptatum Aegyptiacarum deſiderium eos cepiſſet, terram, quæ illis promiſſa erat, non conſpexerunt. Verùm neque ſa- Dan.12.
piens ille Daniel viſiones vidiſſet, ſi ieiunio perſpicaciorem animam ſuam non reddidiſſet: ex craſſo enim alimento exhalationes quædam fuliginoſæ, nubis denſæ inſtar exhalant, quæ eas illuſtrationes, quibus Spiritus ſanctus mentem Ex Epiſt.
illuminat noſtram, incidunt. Somni etiam leues, & è quibus facilè te excitare poſsis, tenuem victum conſequi ſolent: ac ſanè ſua ſponte tales ſomni dirimuntur, cùm cogitationes magnis de rebus habentur. Nam qui iam graui ſopore detentus eſt, vt, diſſolutis ipſius membris, locus ſit abſurdis imaginationibus, hunc ſomnus in
quotidiano mortis periculo verſari facit. Moſes F Ex con.1. de ieiun. Exod.34. Ioan.1.
ſecundas tabulas, in quibus leges erant ſcriptæ, accipere cùm vellet, ſecundario ieiunio corpus macerauit ſuum. Et niſi cùm Niniuitis etiam animantia rationis expertia ſimul ieiunaſſent, profectò minas euerſionis non effugiſſent. Magnas, me hercule, vtilitates ieiunium humano generi affert. Hoc enim decretum illud diuinum de excindenda Niniue reuocauit. Tribus totis diebus in illa ciuitate prædicatum fuit, fore, vt funditus

deleretur

deleretur: vicit tamen euerſionem, ad Deum immortalem conuerſio. Nam illæ euerſionis minæ, vbi ad Deum ſeſe conuerterunt, conquieuêre: & quamuis Ionas animo candido, & vero, interitum ac ruinam ciuitatis prædicaſſet, ieiunio tamen illi minas ſiſterunt, medicamentóque confeſsionis atque ſupplicationis ſalutẽ ſibi pepererunt. Quis, obſecro, facultates ſuas ieiunando imminuit? numerando percenſere hodie, eà omnia, quæ intus ſunt, & paulò pôſt idẽ ſi feceris, cognoſces profectò rerum tuarum inedia nullam diminutionem factã eſſe. Neque enim vllum animal mortem deflebit ſuam, neque ſententia atrox aduerſus animantia ab implacabili ventre vlla feretur.

Ex cõ. 2. de ieiun.

A Quieſcet præterea coquorum gladius, menſa etiam iis, quæ ſua ſponte terra producit, contenta erit. Ad illud autem graue, ac venuſtum problema Encratitarum, qui quærũt, cur non omnia comedam? illud reſpondeatur, Quoniam etiam excremẽta noſtra execramur: nam ex dignitate ſui, olera herbarum nobis ſunt loco carnis. Quemadmodũ enim in oleribus peſtiferum à ſalutari ſecernimus: ſic etiam in carnibus ab vtili noxium ſeparamus, ſiquidem vt cicuta eſt olus, ita vultur caro : ſed tamen nemo vnquam ſanæ mentis * carnem canis attinget, niſi ingenti aliqua neceſsitate aſtrictus: ſiquidem fieri non poteſt, vt eam comedendo legẽ non tranſgrediatur.

Ex Epiſt. hoc deſumptum eſt ex Epiſt. ad Amphil. repetitur etiam in cõ. de differentia ciborũ.

** aliquid deeſt.*

Quietum aliquando redde, quæſo, coquum tuum, concede ocium menſæ ſtructori, ſiſte manum eius, qui tibi eſt à poculis, quieſcat etiam is, qui varias placentas ac bellaria parat: conquieſcat denique aliquando domus ab infinitis tumultibus, & à fu

B mo ac nidore, tum etiam ab iis, qui ſurſum ac deorſum curſitant, & ventri veluti implacabili cuidam domino miniſtrant. Det venter vacationem ori, tribuat nobis quinque dierum inducias ille, qui ſemper expetit, nec vnquam ceſſat: hodie accipit, cras eius in obliuionem venit: cùm repletus eſt, de abſtinentia diſputat: at vbi alimentum ex ipſo effluxit, dogmata ex animo effluũt ſuo.

Ex conc. 2. de ieiun.

Sed iam dicendi finem faciam, ſi me prius apud tegem illum, qui nobis res incurabiles imperat, excuſauero. Amabò, mi Tranquille, parce nobis, cùm tantas res poſsideamus, quantæ hodie nobis, ſi comedere eas vellemus, non ſufficerent. Suf cit enim nobis, vt par eſt, ars coquorum, at gladius eorum nullum habet cum ſanguine commercium. Præſtantiſsima apud nos edulia habentur, herbarum cohors, cum modico pane, & vino flacceſcẽte, ita vt neque ob ingluuiem ſenſus noſtri ſtupeſcant, neque præ delitiis, munia ſua ne-

Ex Epiſt.

C gligant. Quemadmodum enim in indumentis, vſum ac vtilitatem eorum ſpectamus, ſic in alimento panis, neceſsitatẽ famis explebit & aqua ſitum hominis ſani reſtinguet: ex leguminibus verò obſonia, robur corporis ad neceſſarios vſus conſeruare poterunt. In comedendo autem rabioſa ingluuies non eſt detegenda, ſed omni in loco conſtantia ac mãſuetudo, & à voluptatibus continentia, cõſeruetur. Sed quid ago? cùm enim magnitudinem eorum, quæ dicta ſunt, cõſidero, me longius prouehi animaduerto: cùm autem rurſus ſapientiæ quæ in operibus elucet, varietatem contemplor, initium narrandi vix feciſſe me exiſtimo, ſimúlque illud etiam mihi perſuadeo, non eſſe inutile hic nos diutius commorari: qua enim in re id, quod reliquũ eſt ad veſperum temporis, melius contereretis? non vos vrgent ij, qui ad cœnam vocant, non conuiuia expectãt. Proinde ſi placet, ieiunio corporis ad animorum lætitiam vtamur, ſæpe corpori miniſtraſti ad voluptatem, hodie animo indulge, ac oblecta te in domino, qui tibi id, cuius deſiderio animus tuus tenetur, concedet.

Ex Hexaemero.

Quis enim fructus eſt corpus inedia affligere, ſi animum infinitis vitiis refercias? quid autem malum non patrat, at in ocio eſt, qua, obſecro, non vtitur futili & vana oratione? quæ tandem aliena & abſurda non audit? ocium namque

D ſine Dei metu, improbitatis magiſter eſt his, qui rationem nullam habent temporis. Atque ex iis quidem, quæ à me commemorantur, aliquid fructus fortaſſe percipietis, ſin minus, ac certè ex hoc noſtro ſermone vobis à peccando licet deſiſtere. Itaque diutius vos hîc remorari, aliud eſt nihil, niſi vos diutius à malis abducere, & ad cœleſte illud regnum, quaſi manu ducere, cuius vtinam omnes participes ſimus, benignitate & gratia IESV Chriſti, cui ſoli gloria, & cultus, in ſempiterna ſæcula. Amen.

DE INSTITVTIONE & admonitione.

ORATIO VI.

SI poſt tot exhortationes, quibus & præterito tempore apud vos vſi ſumus, & per has ſeptem ieiunij hebdomadas

Ex conc. contra Ebrioſos.

E euangelium, hoc eſt illuſtre teſtimonium gratiæ diuinæ, noctes diéſque teſtatum vobis facere non deſtitimus, nihil nos profeciſſe conſtat, qua ſpe freti, obſecro, hodie apud vos verba faciemus? cùm & agricola, ſi priora ſemina, quæ ſparſit, non prodierint, tardior eſſe ſoleat, vt rurſum iiſdem aruis alia mandet. Quare & ipſe, quod vos celatum eſſe nolim, in ſilentio permãſiſſem, ſi exemplum Hieremiæ non extimuiſſem: qui cum ad populum dicto nõ audientem, verba facere nollet, ea perpeſſus eſt, quæ ipſe recenſet, videlicet, quòd in viſceribus eius, ignis quidam exortus erat, quo omni ex parte diſſoluebatur, nec vim illius ferre potuit.

Hier. 20.

Cùm autem virtus ſermonis, natura ipſa ea ſit, vt neque eas res, quæ in lucem proferri debent, obſcuritate inuoluat, neque ſit ſuperflua ac vana temerè rebus circunfluens, non eſt ſatis, ſemel multis

Ex hõ. in eum locum Attende tibi ipſi.

Ex cõc. in laud. Euã.

F de rebus dixiſſe, ne aliquando ſermonis breuitate, inutilia ea appareant, quæ magno ſtudio conquiſita ſunt. Mens enim omnia, ſimul comprehẽdendo debilitata, idem patitur, quod & venter ſolet, qui propter exuperantiam cibi, ea, quæ in ipſum tranſmiſſa ſunt, concoquere nequit. Nam ea diſciplina, quæ violenta eſt, diuturna eſſe non ſolet: at ea, quæ cum delectatione quadam & iucũditate percipitur, neſcio quomodo firmius animis noſtris inhæret: ob eam etiam cauſam Spiritus ſanctus, delectationem, quæ ex concentu proficiſcitur, ipſis doctrinis immiſcuit, vt lenitate ac dulcedine ſoni, fructum, qui ex ſermonibus manat,

Ex hõ. in 1. Pſal.

nat, ſenſim reciperemus, idque more ſapientiſſimorum medicorum, qui cùm iis, qui cibum faſtidiunt, auſteriora medicamenta bibenda præbent melle pharmaca obliniunt. Propterea etiam concinni canoros pſalmorum inuenti ſunt, quò pueri ætate, aut etiam moribus, cauere quidem ſibi videantur, reuera autem animos inſtituant ac erudiant. Nam vt nec equorum domitores, ſtatim effrenes pullos frenis conſtringunt (ſic enim eos retrocedere ac ſeſſores excutere diſcerent) ſed primo nonnihil remittunt, habenáſque laxant: vbi verò viderint ſua ſponte imperium illum animi reſediſſe, tunc eos domant, & arte, obedientiores vt ſint, efficiunt. Qui enim diligenter ex vnaquaque re fructum decerpunt, iis perinde ac magnis fluminibus, multæ omni ex parte acceſſiones fieri conſueuere. Nam modicum modicō apponere, non magis in argēti, quàm in cuiuſque alterius ſcientiæ, additione ad amplitudinem valere exiſtimandum eſt. Illæ verò res, quæ magno cum labore partæ ſunt, læto animo & excipiuntur, & diligenter cuſtodiuntur: at quę nullo labore acquiruntur, earum poſſeſſio pro nihilo habetur. Quemadmodum igitur nō ex inuidia, rerum opiſex, nobis eas vitæ commoditates, quæ ſunt cæteris animantibus tributę, eſſe noluit, ſed indigentiam rerum neceſſariarum, veluti exercitationem quandam ingenij fabricatus eſt, ſic etiā obſcuritatem in ſacris literis inſtituit, ob mentis nimirum vtilitatem, actionem eius excitans. Primum quidem, vt his rebus animus detentus, à rebus peſſimis ſeiungetur: deinde, quoniam ea, quæ labore parta ſunt, magis amantur, tum quòd ea, quæ longo interuallo temporis acquirimus, firmius permanere ſoleant. At quorum facilis eſt poſſeſſio, eorum vſus non magni æſtimatur. Pręſentia ſiquidem earum rerum, quæ in promptu ſunt, deſpicitur, nec eam vlla cuſtodia hi, qui eas res tenent, dignam eſſe iudicant. Turpe verò eſt noxios cibos auerſari, earum autem diſciplinarū, quæ animum alunt noſtrum, nullam rationē habere, ſed ſe quaſi in torrentem quendam immergere, qui quidquid occurrit, ſecum trahit. Sicuti enim natura mellis non poteſt adeo bene ex ſermone ab imperitis, vt ipſo ſenſu guſtus, percipi, ita etiam neque cœleſtis ſermonis vtilitas, iam efficaciter diſciplinis tradi poteſt, ſi noluerimus ipſi, ſtudia veritatis magis ac magis perpendendo, propria experientia, ac vſu benignitatem domini comprehēdere. Cum enim dicat benigniſſimus Deus & conſeruator noſter Ieſus Chriſtus, Venite ad me omnes, qui labores exantlatis, & oneribus opprimimini, & ego reficiam vos. Periculoſum eſt repellere eos, qui noſtra opera ad Chriſtum contendunt, quique iugum illius ſalutare ſubire volunt. Ante acta autem vita, eorum, qui accedunt, penitus cognoſcenda eſt, ac iis quidem, qui aliquid iam antea boni geſſere, diſciplinæ magis perfectæ tradendæ ſunt: eos verò, qui ex aliquo improbo genere vitæ egreſſi, ad magis exactam, nempe cognitionis Dei vitam deſcendunt diſcernere oportet, quibus moribus ſint, ac etiā atque etiam videre, ne ſint inconſtantes, ac in cō mutando genere vitæ faciles. Nam talium commutatio facilè in ſuſpicionem venit, quique præter hoc, quòd nihil ſibiipſis vtilitatis afferunt, in-

ſuper auctores ſunt aliis noxæ. Cum autem omnia cura & diligentia facilè corrigantur, & timor Dei cunctas prauitates longe expelleret, nec de iis ſtatim deſperandum eſt, ſed deducendi ſunt ad ea gymnaſia, quæ illis reſpondeant, & ea tempore, ac laborioſis certaminibus, periculum faciēdum eſt, eorum iudicij, vt ſi quam conſtantiam in ipſis ineſſe inuenerimus, ſine periculo ipſos recipere poſſimus: ſin minus, cùm ſint adhuc extra monaſteria, reiicere, ita, vt nullo nocumento, eorum vitæ periculum, ſocietati fiat. Qui verò ab illuſtri aliquo genere vitæ, exemplo domini ad humilitatem contendit, huic præcipere oportet, vt ſit velut aliquis è numero eorum, qui ab hominibus externis ignominia afficiuntur: & diligenter obſeruandum eſt, an eum omnino non pudeat, operam nauare Chriſto. At eos, qui, cum iugo ſeruitutis ſint obſtricti, ad collegia confugiunt, prius bene commonitos propriis dominis par eſt remittere, exemplo beati Pauli, qui vbi genuiſſet per euāgelium Oneſimum, Philemoni ipſum remiſit, illi quidem perſuadens, iugum ſeruitutis, ſi quis domino ſuo omnino complacere ſtudeat, hominem regno cœlorum dignum efficere, hunc verò admonens, ne ſolùm ei eas minas remitteret, quas iactarat, ſed vt etiam melioti eſſet in eū animo. Quòd ſi contigerit prauus dominus, iniqua, & illegitima in mandatis dans, & ſeruum cogens, ne præcepta Dei veri Domini noſtri Ieſu Chriſti teneat, pro viribus enitendum eſt, ne Dei nomen per ſeruum illum male audiat, ſi quid perpetrat et quod Deo non probaretur. Certamen autem illud perficitur & rectè ſe habet, aut quia ſeruus ille præparatur ad tolerandas eas afflictiones, quibus affligitur, eo quòd magis parere Deo quàm hominibus oporteat, aut quia illi, qui ipſū ſuſcipiunt, eas tētationes, quæ ipſis propter illum inducuntur, ſuſtineant. Illos verò, qui matrimonio cum ſint deuincti, ad hoc genus vitæ ſe recipiunt, percunctari oportet, an mutuo conſenſu id faciant, iuxta Apoſtoli præſcriptum, & ſic multis teſtibus præſentibus, recipiendus eſt ille, qui ſe confert. Quòd ſi altera pars diſſenſerit, & contra ierit, minoris ducens reconciliationem cū Deo tum in mentem veniat Pauli, qui ait, In pace vocauit nos Deus. Qui igitur rebus propriis, eo animo vt Chriſtum ſequeretur, vale dixit, is eas res, quæ ad ſe pertinent, ne deſpiciat ac pro nihilo putet: ſed elaboret, vt ea, omnibus diligētiſſimè collectis, quæ iam Deo quaſi conſecrata ſunt, omni cum reuerentia adminiſtret: vel ipſe ſi poteſt, & ſcit, vel per eos, qui ſunt electi, non ſine multa inquiſitione: ſcire enim debet periculoſum eſſe, eas res, aut ſuis relinquere, aut earum procurationem cuiuis homini committere. Nam ſi is, qui regiarū poſſeſſionum curam ſibi concreditā habet, quamuis nihil ex partis iam rebus ſemoueat, ſed negligentia quadam ea, quæ acquiri potuerant, non acquirat, crimine non vacat: quàm, quæſo, eum condemnationem expectare par eſt, qui negligenter ac remiſsè, eas res, quæ domino dicatæ ſunt, adminiſtrat? Nam mundo repudium remittere, nō eſt res corporis negligere, ſed animam à peſtifero conſenſu cum corpore abducere, & eſſe carnetē, ſine domo, ſine re familiari, ſine amicis, inopem, vitæ non ſtudioſum, à negotiis abhorrentem, ab

Zzz omni-

ob omnibus commercils alienum, humanatum
doctrinarum rudem, paratum deniq; eas ſotmas
in corde ſuſcipere, quæ ex diuina doctrina impri
muntur. Præparatio autem cordis nihil aliud eſt,
quàm obliuione perpetua delere eas doctrinas,
quæ ex praua conſuetudine ipſum præoccuparát.
Primùm igitur omnium danda eſt opera illi vi-
ro, cui Deus cordi ęſt, ne ignoret, quomodo ſer-
mone vti debeat: ſed & ſine contentione interro
get, & ſine ambitione reſpondeat, néue eum in-
terpellet, qui cum ſermonem conſetr, & vel ma-
A ximè, ſi quid pręclari in medium proferat: neque
ſtudeat ad oſtentationem loqui, verùm certum
modum tum dicendi, tum audiendi ſibi defi-
niat. Diſcendum eſt autem abſque vllo pudo-
re, & docendum ſine inuidia: & ſi quid ab altero
hauſerimus, idipſum non eſt celandum, ſicuti im
probæ mulieres ſolent, dum ſpurios partus ſup-
ponunt, ſed grato animo auctor dicti prædicao-
dus atque aperiendus eſt. Vocis verò tonus me-
dius eſt ſeruandus: vt neque lenitate ſua auditum
diffugiat, neque intenſionis magnitudine ſit mo
leſtus. Id verò, quod eloquẽdum eſt, prius ſecum
reputet, atque ita demum ſermonem proferat.
Cæterùm in congreſſionibus facilem, in collo-
quiis verò dulcem ſe præbeat, ne vrbanitate ſua-
uitatem captet, ſed cohortatio ſuauitate, ac beni-
gnitate condiatur, repulſa omni in loco aſperita-
te. Nam ſi te prius ipſe humanum exhibueris, fa
cilè te ferre poterit is, qui curatione opus habet.
Vtilis omnino eſt nobis illius caſtigationis nor-
2. Reg. 12. ma, qua vſus eſt vates, qui Dauidem vitiis ſe in-
quinantem, non ipſe cõdemnauit: ſed perſonam
B aliam inducens, ipſum ſuiipſius peccati iudicem
conſtituit, quò ipſe, ſententia contra ſe lata, non
amplius haberet anſam increpanti ſe iraſcendi.
Nam vt aquæductus oſtendit proprium fontem:
ita ſermonis natura cor, quod illum edit, decla-
rat. Et quemadmodum in præceptionibus medi-
corum, quæ ſcitè, & cũ ratione fiunt, vtilitas, quæ
ex ipſis manat, vel maximè poſt factam experien
tiam inclareſcit: ſic etiam & in ſpiritualibus ex-
hortationibus, vbi exitum acceperint, qui deno-
tet præcepta, tum demum prudentia, & fructus
ipſorum, quæ ad emendationem vitæ ſpectant, ac
perfectio ipſa demonſtratur. Nam qui labentem
Ex con. de Marty. Iu lita. erigere vult, debet omnino longè altior eſſe il-
lo, qui cecidit: at qui ex equo prolapſus eſt, opus
habet altero, qui eum extollat. Nonne qui ſe cæ-
Ex con. de iracundia. Ex Aſceti-cis. cis magiſtris, duces vt ſibi ſint, committunt, ſeip-
ſos vſu lucis orbant? Nam qui fratrem ſuum de-
linquentem cum indignatione & ira reprehen-
dit, is non liberat eum à peccato, verùm ſeipſum
C peccatis obſtringit. Summa profectò cum man-
ſuetudine erudiendi ſunt ii, qui aduerſantur: ne-
que debemus ob ea, propter quæ ipſi ſpreti fui-
mus, in alios vehementes eſſe, neque eorum cau-
ſa, ob quæ alium contemni videmus, benignita-
tem delinquenti non oſtendere: immo, etiã tunc
magis ipſum complectemur: ſic enim & proprij
amoris ſuſpicionem effugiemus, & demonſtra-
bimus, odio nos non habere delinquentem, ſed
peccatum ipſius auerſari: ſiquidem alterius cauſa,
& cogitare, & laborare, encomiũ eſt animi amã-
tis Chriſtum, & fratrem. Omni igitur ra-
tione oportet eum, qui labitur, ſanare, & opera

danda eſt, vt id membrum, quod ſuo loco eſt mo
tum, in proprium locum reſtituatur. Quòd ſi in
aliquo peccato permanſerit, quaſi alienum relin-
quendum eſt. Nam ſcriptum eſt, Omnis planta, Mat.
quam nõ plantauit pater cœleſtis, radicitus euel-
letur. Si enim difficulter reuocantur à ſuis pro-
priis ac conſuetis motibus, & ſi voluptati corpo-
ris magis ſeruire ſtudẽt, quàm domino, nec eam
vitam, quæ eſt è religione recipiunt, nihil nobis
rei cum eis eſſe debet. Nos enim inter populum
inobedientem, & contradicentem, illud audire
didicimus: Seruans ſerua tuam ipſius animam, 1. Timo.
nec participato cũ alienis peccatis. Quòd ſi quis
auido animo ad cantandum non venit, nec eſt
ita affectus, vt ille, qui dixit, Quàm dulces ſunt D
faucibus meis ſermones tui, ſupra mel equidem
ori meo dulciores ſunt: &, ſi non magnam iactu-
ram ducit otium, talis aut ſe corrigat, aut penitus
pellatur: ne paruum fermentum totam maſſam
inficiat. Nam eos, quos communes reprehenſio- 1. Corint. 5
nes modeſtos non efficiunt, & quos ad pœniten Ex Epiſ.
tiam non adducit illud, quòd repulſi ſunt à preca
tionibus: cũ his neceſſe eſt nos, ea norma, quam
nobis dominus præſcripſit, vti. Scriptum enim Mat. 18.
eſt, Si frater tuus peccauerit, reprehende eum,
ita vt tecum ipſe ſolus adſit: quòd ſi te non audie
rit, adhibe vna tecum inſuper vnum, aut alterum:
quòd ſi ne ſic quidem audierit, dicito eccleſiæ:
ſin ne eccleſiæ quidem paruerit, eſto tibi perin-
de ac extraneus, & publicanus. Nam quod fieri
iubetur in illo, etiam in hoc quadrabit: Semel ap
pellatus fuit: coram vno & altero reprehenſus
eſt, tertiò ab eccleſia: quoniam igitur teſtibus vſi
ſumus contra ipſum, nec tamen paruit, in poſte- E
rum pellatur, & per totam ciuitatem publicetur,
eum recipiendum non eſſe, ad omnem conuer-
ſationem vitæ humanæ. ita vt ex eo, quod nos nõ
commiſceamus illi, fiat omnino pabulum diabo-
li. Vt enim pueri, qui diſcere nolũt, cùm ipſis ma
giſtri, aut pædagogi plagas volunt inferre, longe
diligentius dicũt, etenim ipſe ſermo ante flagel-
la non auditur, at poſt dolores, qui flagellis incuſ
ſi ſunt, vix non aures ipſæ aperiuntur, tum enim
& auribus accipitur, & memoriæ facile manda-
tur: ſic ſe etiam res habet in iis, qui diuinam inſti
tutionem negligunt, & præcepta domini deſpi-
ciũt, qui poſtquam à Deo caſtigati ſunt, tum vix
tandem ea, quæ ſemper proferebantur, & ſemper
deſpicatui habebantur, quaſi primùm in ipſas au
res perueniſſent, recipiunt, iuxta eum, qui dicit,
Calligatio Domini aperit aures meas. Quemad-
modum autem abſque vlla perturbatione eis, qui F Ex Aſcetic.
morbo animæ conficiuntur, medelas adhibere
neceſſe eſt: ſic rurſum oportet eos, qui curantur,
non in malam partem accipere pœnas, neque ty
rannidem ducere, eam curam, quæ ex miſericor-
dia, conſeruandæ animæ cauſa adhibetur: turpe
etenim eſt, eos, qui corpore laborant, tantum me
dicis fidere, vt ſiue ſecent, ſiue adurant, ſiue ama-
ris pharmacis moleſtent, tamen in benefactori-
bus eos numerent: nos autem non eodem eſſe a-
nimo in eos, qui animabus noſtris medẽtur, cùm
ærumnoſam vitam agendo, ſalutem nobis affe-
rant. Quoniam autem horrendum ſupplicium,
eum, qui præeſt, manet, ſi non reprehenderit de-
linquentes: ideo ſic debet eſſe affectus, vt qui ra-
tionem

tionem redditurus ſit, vniuſcuiuſque qui ſibi eſt concreditur. Nam ſi inciderit in peccatum frater cùm non prædixerit ipſi voluntatem Dei, aut pro lapſus, in peccato perſtiterit, non eductus ab eo, quomodo vitam ſuam emendare deberet: tūc ſanguis illius è manibus ipſius exquiretur, vti literis mandatum eſt, & vel maximè ſi non ignorantia aliquid eorum, quæ Deo probantur, neglexerit, ſed ob aſſentationem implicans ſe peccatis vniuſcuiuſque, ſinceritatem adminiſtrationis nō ſeruet. Sicuti autem præpoſitus debet ſe ducem in omnibus ſocietati præbere, ita viciſſim eos, qui cæteros & ætate, & prudentia anteeunt, decet cō monefacere præfectum, ſi in ſuſpicionem alicu-

Gen. 9.

A ius peccati venerit. Nam ſi fuit aliquid correctione dignum, ſanè & fratri, & nobis ipſis per illum opem tulimus, dum eum, qui quaſi quædam norma vitæ noſtræ eſt, & qui ſua probitate prauitatem noſtram corrigere debebat, ad frugem reuocauerimus: ſin verò fruſtra aliqui perturbati fuerint, certiores facti, per manifeſtationem eorum quæ falſò illi ſuſpicati ſunt, ab omni periculo, quod eis ex eo impendebat, liberantur. Nō enim neſcij eſtis, omnes illos, qui aliis præſunt, veluti ſcopulos quoſdam in mari præeminentes eſſe, qui impetum contrariorum fluctuum recipiunt, & circa ipſos rupti, eos, qui poſt ſequuntur, non inundant. Ego quidem quæ optima eſſe iudicaui, & nunc expoſui, & in poſterum exponam: & quantumuis me corporis infirmitas impedire videatur, quæ quanta mihi à prima pueritia ad hanc vſque ætatem inſit, non ignoratis, certè videtur vnà mecum eſſe enutrita, & erudit me iuxta iu-

In Epiſt.

B ſtum iudicium Dei, qui omnia ſumma cum ſapientia regit, atque gubernat: veruntamen quoad nobis vita ſuppetit, tenemur nihil eorum in præteritis relinquere, quæ ædificationi proborum ſeruiunt. Vos autem velim, cùm tria ſint genera ægritudinum, minimè ſimiles eſſe illi, qui ægrè curatur, neque ſupparem vos morbum prodere el, quali infelicium quorundam corpora ſunt obnoxia: etenim qui leui morbo laborant, ipſi medicos accedunt, qui verò maioribus ægritudinibus affliguntur, hi medicos ad ſe acceſſunt. At qui ad incurabilem penitus atræ bilis morbum peruenere, hi neque accedentes admittunt.

Hoc ipſum vos per Deum immortalem ne faciatis, ſed erudimini, ac ſitis inſtructi timore Domini Dei noſtri, vt poſſitis etiam conſequi vitam æternā ex benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem gloria, & potentia vnà cū patre ſimul imperante, & ſancto ac viuificāte Spiritu, in omne tempus conſequatur. Amen.

C

DE VIRTVTE ET VITIO.

ORATIO VII.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus diſcipulis ſuis ait, Euntes docete omnes gentes, docentes ipſas, nō hæc quidem ſeruare, illa verò negligere, ſed ſeruare ea omnia, quę in mandatis dedi vobis hoc eſt ne minimum quidē

Ex Aſcet.

Mat. 28.

D mandatum tranſcendere. Si enim non omnia nobis ad ſalutem neceſſaria eſſent, non etiam profectò omnia literis prodita fuiſſent, nec omnia tenere, nobis fuiſſet præſcriptum. Nos verò vnum fortaſſis præceptum nos feciſſe autumantes, (nō enim dicere auſim facientes: omnia enim inter ſe ita conſtricta, & colligata ſunt, vt exoluto vno, etiam reliqua neceſſariò ſolui neceſſe ſit) non propter ea, quæ omiſimus, iram expectamus, ſed ob rectè facta quaſi præmia quædam præſtolamur, ignari quòd ille, qui ex decem talentorum depoſito vnum fortè, aut duo detinuit, reliqua verò rependit, non probus, quòd plura perſoluiſſet, decernitur, ſed iniuſtus & auarus, quòd pauca detraxiſſet, iudicatur. Quid dico de ablatione? cùm is, cui vnum talentum concreditum fuit, quanuis illud ipſum integrum reſtituiſſet, quod acceperat, tamen eo quòd dando, nihil lucriſecerit, cōdemnatur. Qui toto decennio patrem coluit & obſeruauit, & vnam plagam ei poſt iniecit, non vt benefactor colitur, verùm vt parricida damnatur.

Mat. 25.

E Proinde ille, qui cùm in rectè factis magnus progreſſus feciſſet, dein ad veterem conſuetudinem redit, non ſolùm mercede, quam ob res antea geſtas expectabat, priuabitur, ſed etiam longe grauiores pœnas pendet, quòd guſtato pulchro Dei verbo, & cognitione myſteriorum dignus habitus, omnia prodiderit, voluptate breui delinitus. Quapropter oportet nos, ſi modò velimus tuto hanc propoſitam viam vitæ cōficere, coronáſque ob victoriam accipere, exhibere Chriſto animā ſimul cum corpore ea infamia, quam ex vulneribus conceperunt liberam. Oportet, inquam, nos vigilantes ſemper vndiquaque animæ oculos circumagere, omniáque iucunda ſuſpecta habere, nec vlli eorum animum applicare: neque etiam ſi aurum ſparſim appareat propoſitum, ac in manus eorum, qui illud deſiderant, venire paratum. Diuitiæ enim, inquit, ſi affluxerint, ne cor applicemini, neque ſi terra victum producat, ſumptuoſaque tabernacula oſtentet. Noſtra enim reſpub. ac

Ex con. contra Ebrioſos.

Rom. 1.

Ex con. de non adhær. rebus ſecul.

Pſal. 61.

F vita in cœlo eſt, ex quo ſeruatorem Chriſtum ſuſcepimus. Neque ſi choreæ, ſi commeſſationes, ſi conuiuia, ſi menſæ tibiarum modulis ornatæ tibi appareant. Vanitas enim, inquit, vanitatum, & omnia vanitas. Neque ſi corpora formoſa offerantur, quæ praui animi inhabitent. A facie enim mulieris, inquit Sapiens, tanquam à facie ſerpentis fuge. Neque ſi principatus ac tyrannides, & ſatellitum aut adulatorum greges tibi deferantur, neque ſi thronus altus ac ſplendidus, cui gentes ac ciuitates ſponte ſeruitutem ſeruiant. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria hominis quaſi flos fœni: exaruit fœnum & flos cecidit.

Philip. 3.

Eccleſ. 1.

Eſaia. 40.

In his enim omnibus tam iucundis, communis ille hoſtis deliteſcit, expectans quando ipſorum aſpectu ineſcati, à recta via recedamus, & ad illius inſidias deflectamus. Ac ſanè verendum eſt, ne aliquando incautè in ipſas incidentes, & vſus iucunditatem nihil noxium habere rati, abditum doli hamum primo guſtu deglutiamus, deinde ab ipſo, partim ſponte, partim inuiti his rebus alligemur, & ad horrendum latronis hoſpitium, nempe ipſam mortem, ſenſim à voluptatibus pertrahamur. Virtutes quidem vbi ex induſtria naturæ cohæſerint, noſtra bona efficiuntur, neque nos in terra laborantes deſerere volunt, niſi ipſi
A ſponte eas repulerimus, alias magis prauas inducendo, ſed ad Deum accelerantes nos præcurrũt, & penes Angelos conditoris ſe collocant, atque ante oculos creatoris perpetuò fulgent ſplendeſcúntque. Diuitię verò, dominatio, ſplendor, deliciæ, ac omnis denique eiuſmodi turba, quæ in dies noſtra dementia increſcit, neque vnà nobiſcum ingreſſa eſt in hanc vitam, neque etiam ſimul diſcedit, ſed illud, quod quondã iuſtus protulit, in omnes homines valet, Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meę, nudus etiam diſcedam. *Iob. 1.* Quid igitur tibi amabo vtilius eſt, háncne vitam temporariam eligere, ob eámque æternã ſubire mortem, an electa moleſtia, quæ ex virtutis exercitatione proficiſcitur, hac ſequeſtra vti ad vitam æternam conſequendam? Corporis quidem pondus lancis propenſione diſcernimus: at ea, quæ in hac vita primas ferunt, ſpontaneo animi iudicio diiudicamus: quod quidem ſcriptura iugum
B nominauit, eò quòd poſsit accipere momentum in vtranque partem. Veluti, ſcortatio & temperantia tibi iudicanda proponitur, ménsque tua in alto throno præſidet, iudicium ſibi concreditum habens, & voluptas quidem patrocinatur ſcortationi, timor autem Dei, partes temperantiæ tuetur: ſi igitur condemnaueris peccatum, & victoriam dederis temperantiæ, rectè iudicaſti: ſin ad voluptatem inclinatus, pro peccato pronũciaueris, iniquam ſententiam tuliſti: atque obnoxius es factus illius execrationis, qui dicit, Væ vobis, qui dicitis amarum dulce eſſe, & quod dulce eſt, amarum, & qui lucem nominatis tenebras, & tenebras lucem. Quando igitur virtus ex contrario vitio diiudicabitur, tum oſtendito iudiciorum rectitudinem in occulto animæ tuæ iudicio, & præceptum quaſi aſſeſſorem quendam tibi faciens demonſtrato, te malum odio habere, virtutes verò amplecti. Si enim in ſingulis actionibus, melioribus palmam dederis, beatus eris in illa die, quando iudicabit Deus abdita hominũ, iuxta euangelium noſtrum. Et interim dum cogitationes ſe mutuò vel accuſabunt, vel etiam defendent, nõ damnaberis propter propenſionem ad mala, ſed iuſtitiæ coronaberis: quibus omni
C tempore vitæ tuæ virtutem coronaſti. Quemadmodum enim ſagittarius telum ad ſcopum dirigens, neque exuperantia, neque defectu, neque etiam in vtranque partem digreſsione à iaculatione aberrat: ſic etiam iudici ad iuſtitiam omnia ſunt referenda, nec perſonarum rationem eum habere conuenit: perſonam enim in iudicio cognoſcere, honeſtum non eſt, neque aliquid pretij cauſa facere debet, ſed recta & imperuerſa iudicia ei ſunt proferenda. Quòd ſi ei duo iudicandi erunt, quorum vnus plus habeat altero, debebit ipſos adæquare, & tantum auferre à præeminente, quantum inferiorem factum eſſe eum viderit, cui iniuria facta eſt. Alia quidem bona non magis eorum ſunt, qui ea tenent, quàm cuiuſuis alterius, qui ea conſequitur: vtpote quæ perinde ac in ludo cuborum huc & illuc transferuntur: at ſola virtus ex omnibus bonis auferri non poteſt, ſempérque & apud viuentem & mortuum permanet. Vnde etiam Solon illud ad diuites dicere videtur, At nos virtutem non D ita diuitiis permutabimus: eſt enim poſſeſsio firma virtutis, ſed opes iam alter & alter habet. Proinde virtuti ſtudete ò mortales, quæ vna & cum naufrago enatat, & in terra nudum exiſtentem fœlicibus honoratiorem reddit, atque ſic vitam agamus, vt nunquam nobis res præteritæ meliores videantur futuris, neque dicamus, dies priores lõgè meliores iis fuiſſe. Nam ſi dies pręcedentes meliores fuerint ſubſequentibus, illud dicetur nobis, Tanta in caſſum perpeſsi eſtis, res honeſtas obſcurando, ea neglegẽtia, qua vſi eſtis in res poſteriores. Vt enim homo omnibus numeris abſolutus, rebus, quæ ante nos ſitæ ſunt, ſtudet: ita peccator ad ea, quæ à tergo ſunt, reſpicit. Quod verò maius mali argumentum eſſe poteſt, quàm à bonis receſſio? & quæ prauitatis maior exuperantia, quàm irritare ac laceſſere hominem frugi atque manſuetum? nam ſumma prauitas etiam à ſeipſa diſcrepat, & malum non ſolùm bono contrarium eſſe videtur, ſed etiam ſibiipſi. Quapropter ſicut tenebræ lucis præſentia ſuperantur, & morbus ſanitatis acceſſione, & E ad virtutem progreſſio, à rebus minimis augmentum ſumit: ita etiam prauitatis ſcaturigo, ab iis, quæ initio imbecilia atque exilia erant, ad rem, quæ ſanari ac reſtitui ampliùs non poteſt, fertur. Principium verò recũperandorum bonorum, eſt receſſio à malis. Declina, inquit, à malo, & fac bonum. Si enim ſtatim propoſuiſſet tibi perfecta, pigrius ea aggreſſus fuiſſes. nunc vero iis, quæ facilius comprehenduntur, te aſſuefacit, quo maiore animo ſequentia aggrediaris. Vt enim in ſcala primus aſcenſus, eſt à terra diſceſſio: ita in diuina politia, principium progreſſus, receſſio eſt à malis. Quandiu igitur vnuſquiſque noſtrum puer eſt, iucunditati huius vitæ ſtudens, nullam futuri curam habet, ſed cùm in virum euaſerit, ac intelligentiam aſſequutus fuerit, videt vias ſibi duas propoſitas eſſe, vnam, quæ ad virtutem ducit, alteram, quæ ad vitium. In vtranque itaque partem frequenter animæ oculum coniiciens, confert ea inter ſeſe, quæ vtrique adſunt. Ac peccatorum quidem vita, omnia oſtendit in præſenti ſæculo iucũda: iuſtorum verò de- F monſtrat futuri ſeculi bona. Et via quidem eorum, qui ſeruantur, quanto pulchriora pollicetur futura, tanto magis laborioſa exhibet præſentia: at via voluptaria, & incontinens, nõ quæ in poſterum expectanda ſit, ſed iam præſentem efficit voluptatem. Beatus igitur ille eſt, qui voluptatis ineſcatione, ad interitum non eſt conuerſus, & qui in vtriuſque viæ electione ad eam, quæ ad deteriora ducit, non deflexit. Beatus qui omni ſpe rerum huius mundi ſeipſum orbauit

Ex con. in principium Prouerb.

Eſaie 5.

Ex eo quo vel ex prof. lib. 10 poſit.

Ex com. in Eſaiam.

Ex com. in Eſaiam.

Ex com. in 1. Pſal. Pſal. 36.

Ex com. in Eſaiam.

habuit, ac in ſolo Deo omnem ſpem fixit atque locauit ſuam: ſicuti enim deteſtabilis & execrandus eſt ille homo, qui ſpem ſuam poſitam habet in homine: ita omni laude dignus, qui ex Deo totus pendet. Spes enim, quæ in Deo collocatur non ſinit ſe in alio conſtituere, neque ei auxilium ferre vult, qui interdum ſpem ponit in pecunia, & gloria humana, ac in viribus huius mundi: Interdum verò, Deum quaſi ſpem ſui ipſius proponit, ſed oportet verè in Dei auxilio acquieſcere. *Ex com. in 1. Pſal.* Nullius verò mentis, ac mundi amantes homines, cùm eos prætereat ipſius boni natura, ſæpenumero beatas prædicant res nullius A momenti: nimirum diuitias, ſanitatem, ſplendorem vitæ: quorum nihil ex ſua natura bonum eſt, non ſolùm ob id, quòd facilè ad contraria commutantur, ſed quod neque bonos eos, qui eis præditi ſunt, efficere queant. Qui igitur adhuc hanc vitam colit, nondum beatus cenſendus eſt, ob euentus incertitudinem: at, qui ea, quæ ad ſe pertinebant, abſoluit, & vitæ manifeſto fine clauſit, hic iam ſecurè beatus poteſt prædicari. Nam qui bona agunt, in ipſo opere laudem adipiſcuntur, qui verò malum fugiunt, non ſi ſemel atque iterum peccatum declinarint, ideo laudibus ornantur, ſed ſi penitus mali tentationem effugerint. Si itaque neceſſe eſt vnumquenque noſtrum, vitam optimam eligere, & eam iucundam vſu & conſuetudine efficere, quàm optima nobis aggredienda ſunt. *Ex 1. quæ vul. ex prof. lib. ca. poſtr.* Turpe etenim eſt, præſens tempus negligere, dein vbi elapſum fuerit, illud rurſus reuocare, cùm nihil ſit, quod nos maiori triſtitia afficere ſoleat. *Ex com. in 1m. Pſal.* Diuina autem gratia vix digni eſſe poſſumus, ſi prius eas perturbationes, quæ prauitate ſua animos noB ſtros infecerunt, non exegerimus. Vidi ego medicos, non prius præbentes ſalutaria medicamenta, quàm ante vomitionibus eam materiem, quæ morbum gignebat, vacuam feciſſent: quam ſibiipſis ex praua victus ratione, homines intemperantes aggregarant. Verùm & vas, ſi quadam re liquida malè olente vnctum fuerit, nec poſt elutum, recipit vnguenti influxionem. Proinde neceſſarium eſt, vt ea, quæ prius inſunt, effundantur, vt poſt poſſint ea recipi, quæ inducenda atque inferenda ſunt. Omnibus quidem adeſt Spiritus ſanctus, ſed ſolummodo illis, qui à perturbationibus ſunt vacui, propriam virtutem imprimit ſuam: at illis, qui rationem à peccati labe, & inquinamentis confuſam habent, nequaquam id efficere poteſt. *Ex Aſce tum.* Fieri enim non poteſt, vt id C rectè, cui ſtudemus, perficiatur, ſi animus in diuerſas curas diſtractus fuerit: quemadmodum ipſe Dominus declarauit dicens, *Mat. 6.* Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et rurſum, Non poteſtis Deo & mammonæ operam dare. Neque enim aliquod mandatū Dei tenere, neque Deum diligere, neque proximum poſſumus, ſi animus varijs curis diſtentus ſit. Neque fieri poteſt, vt ille artem, aut ſcientiam aliquam exactè comprehendat, qui alias ad aliam rem ſe confert, immo neque vllam artem conſequi poterit, ſi non ante ea, quæ propria finis ſunt, cognouerit. Neceſſe enim eſt, vt actiones fini reſpondeant: ſiquidem nihil eorum, quæ ſecundum rationem exiſtunt, per inconuenientiam rectè peragi poſſit. Nam neque ars ferraria finem ſuum opera figulinę cōſequitur, neque coronæ athleticæ ex ſtudio tibia canendi acquiruntur, ſed ad vnumquenque finem conſequendum proprius ac congruus labor requiritur. Quare etiam illius virtutis exercitatio, quæ efficit vt placeamus Deo, poſita eſt, ſecundum euangelium Chriſti, in receſſione à curis huius mundi: atque tum planè perficitur, cùm penitus iis rebus, quæ animum diſtrahunt noſtrum, vale dixerimus. Quamobrem oportet eum, qui reuera Deum ſequi velit, vincula eius conſenſionis, quam habemus cum hac vita, reuellere. Hoc autem non aliter perficitur, niſi ſi omnino vitiis bellum indixerimus, & ſi obliuione deleuimus priſtinos mores. D Quapropter niſi abalienauerimus noſipſos à cognatione carnali, & niſi à ſocietate huius vitæ, quaſi ad alium mundum per actiones probas tranſgreſſi fuerimus, fieri non poteſt, vt poſſimus placere Deo. Ille itaque, qui ad angelicam dignitatem tranſiens, humanis adhuc perturbationibus inquinatur, *Ex com. in Eſaiam.* ſimilis eſt pelli pardalis, cuius pili neque omnino albi ſunt, neque nigri, ſed mixto colore affecti, neque in albis numerantur, neque rurſum in nigris. Quemadmodum igitur pictores, cùm imaginem de imagine pingunt, frequenter ad exemplar reſpiciendo, lineamentum inde ad ſuū opus transferre ſtudent: *Ex Epiſto lis.* ſic etiam oportet eum, qui cupit omni virtute perfectus eſſe, ad ſanctorum vitas, quaſi ad ſtatuas quaſdam mobiles ac viuas reſpicere, illorúmque bona imitando, ſua facere. Si enim bos, qui nobis ſocius ad agriculturam datus eſt, vocem ſui altoris percipit, & eum, *Ex com. in Eſaiam.* qui ei ſolet cibum præbere, agnoſcit, ſi aſinus ſua ſponte ad ea loca, vbi onere leuari ſolet, magno cum gaudio ſalit, ſi conſuetudo eſt brutis cum iis, E quibus curæ ſunt, quantúmnam, obſecro, amoris, natura rationis particeps erga Deum expoſcet? Neque etiam vna actio virum probum efficit, ſed neceſſe eſt, vir frugi qui cupit eſſe, vt omni tempore vitæ ſuæ virtutem colat. *Ex com. in 1. Pſal.* Et ſicuti illi, qui balnea ingrediuntur, omni veſtitu denudari ſolent, ita etiam par eſt, eos, qui vitæ exercitatrici operā dant, omni materia mundana abiecta, in eo genere vitæ, quod eſt ex philoſophia, conſiſtere. Sitis enim, inquit, prudentes vt ſerpentes: *Ex com. in Eſaiam. Matt. 10.* qui, cum eos ſenium deponere neceſſe ſit, loco anguſto & optimè ſepto corpus ſuum cōmittunt, & ita prudenter atque ſapienter ſenectutem exuunt ſuam. Quod etiam & nos facere vult ſacra ſcriptura, cū per arduam & anguſtam viam iter faciamus, exue F re, inquam, veterem hominem, induere verò nouum, *Matt. 7.* ita vt etiam noſtra ſic repueraſcat iuuentus, vt aquilæ ſolet. Cùm lux apparet, tenebræ fugantur: ſanitate præſente, moleſtiæ, quæ ex morbis manant, ceſſant, & veritate demonſtrata, mendacium conuincitur. Sed plurimi mortalium, perſimiles mihi eſſe videntur nubibus, quæ ſecundum ventorum mutationes, ad varias aëris partes feruntur. *Ex Epiſt.* Ac ſanè abſurdum & ab re non eſt, ſi eorū vita, qui facilè mutantur, non ſit bene ordinata ac ſtabilis: quorum autem ſtabilis eſt & ſemper conſtans, ac eadem vita, conſentaneum eſt, vt ij reſpondentem propoſito vitam agant. Multi verò cùm prauas actiones amplexi fuerint, hominem dicacem, ſcitum ac lepidum nominant, eum, qui *Ex com. in 1m. Pſal.*

turpia profert, ciuilem, amaruleotum ac iracundum, minimè contemnendum appellant, parcum ac ſolidum, quaſi rei familiari ſtudentem, laudibus efferunt: prodigum, tanquam liberalē, in cœlum tollunt: ſcortis deditum & petulantē, vt hominem voluptati ſtudentem, atque animi remiſſi, eximia laude ornant, ac in ſumma tales omni vitio, per ſpeciem virtutis, adblandiuntur: ore quidem benedicunt, vt dicit Dauid, corde verò execrantur: at verbis bene dicendo, omnem execrationem ſuæ vitæ inducunt, reos æterni iudicij ſeipſos, per ea, quæ amplectuntur, conſtituentes. Quemadmodum igitur non eſt iuſti iudicis æqualia inæqualibus retribuere ac rependere, ſed neceſſe eſt eum, qui malum attigit, cum fœnore quodam perſoluere ea, quæ debet: ſi & ipſe pœnis melior euadere, & reliquos modeſtiores ſuo exemplo efficere volet: ſic ille, qui malum per cauſam boni facit, duplici pœna dignus eſt, propterea quòd & ipſum bonum nō facit, & vtitur ad perpetrandum peccatum ipſo bono, veluti, vt ita dicam, ſocio ac auxiliatore. Quāobrem homini prudenti danda eſt opera, ne ad gloriam & oſtentationem viuat, néve iis rebus, quæ vulgo ac multitudini probantur, ſtudeat, ne denique prauam rationem vitę ſuę ducem faciat. Quare etiam ſi omnibus hominibus contradicere, & ignominiam, ac periculum honeſti cauſa ſubire oporteat: nihil tamen ex iis, quæ rectè cōſtituta ſunt, tollendum eſt, atque immutandum. Qui enim aliter ſentit, quid, quæſo, abeſſe videtur ab illo Ægyptio Sophiſta, qui planta fiebat & beſtia, cùm voluntas eius ferret, & ignis, & aqua, ac denique in omnes res commutabatur, quandoquidem etiam ipſe nunc quidem iuſtitiam laudibus efferet apud eos, qui hanc colunt: nunc contrarios edet ſermones, vbi iniuſtitiam probari ac in honore eſſe ſenſerit: quod facere adulatoris eſt proprium, ac eius, qui vulpeculæ Archilochi aſtutiā & fraudes imitatione exprimit.

Pſalm. 61.

A *Ex com. in locum illud, Quiſquis occiderit, Cain.*

Ex cō. quæ vult ex prof. lib. capi poſita.

B

Verus enim ſermo, & è ſana mente proficiſcens, ſimplex eſt & vniformis, eadem dicens, ac ſentiens, de iiſdem rebus omni tempore, at varius & artificioſus, multam implicationem ac apparatum habens, innumerabiles formas aſſumit, ſummiſque fallaciis vtitur, ad eorum ſe voluntatem, quibuſcum ei conſuetudo eſt, totum transformans. Cùm enim natura ipſa aliter ſe res habeat, & aliter ſermones de ipſis perſuadere conantur, conuerſio quædam ac fallacia fit: immo magis veritas per ſermonem peruertitur, & qui alius apparet, alius verò re vera eſt, ſtrophis is ſermonum vtitur, circumueniens eos, cum quibus ei familiaritas eſt, vt lepores & vulpes conſueuēre, aliam eis viam monſtrantes, & alia ipſi digreſſi. Nam vſus, & conſuetudo prauorum ſermonum, via quædam eſt ad res ipſas. Proinde omni ſtudio ac diligentia anima cuſtodienda eſt, ne ob eam voluptatem, quæ ex verbis proficiſcitur, aliquid praui imprudentes ſuſcipiamus, vt ii facere ſolent, qui venena melle oblita recipiunt. Nam hi philoſophiam, quam alij verbis ſolummodo iactant, re ipſa confirmarit ac oſtenderit, is ſolus ſapit, reliqui volitant vt vmbræ: ſiquidem publicè ſummis laudibus virtutem extollere, & prolixas de ipſa orationes habere, priuatim verò voluptatem temperantiæ anteferre, & lucrum iuſtitiæ præponere, ſimile eſſe dixerim iis, qui in ſcena perſonas repræſentant. Illi enim ſæpenumero, quaſi reges & optimates ingrediuntur, cū neque reges ſint, nec optimates, & fortaſſis neque omnino ſuis iuris. Præterea neque muſicus ferre poterit, vt diſſona ipſius lyra ſit, neque chori præfectus, vt inconcinnum chorum habeat: at eorum vnuſquiſq; ſeditionem aduerſus ſeipſum concitabit, nec efficiet, vt vita eius verbis reſpondeat. Neque enim equum velocem facit patris in curſu præſtantia, neque canis laus ex eo pendet, quòd ex velociſſimis prognatus ſit. Sed quēadmodum reliquorum animantium virtus in ipſis ſingulis ſpectatur: ſic etiam viri propria laus eſt illa, cui egregia ipſius facinora teſtimonium tribuunt. Virtutis exercitatio, pretioſa eſt poſſeſſio ei, qui eam tenet: iucundiſſimum verò ſpectaculum iis, cum quibus conſuetudinem habet. Qui enim virtuti ſtudent, perſimiles videntur eſſe ſtellis, quæ nocturno tempore, ſecundum diuerſas cœli partes reſplendeſcūt: quorum iucundus quidem eſt ſplēdor, at multo iucundius profectò exiſtit illud, quod præter expectationem accidit. Eiuſcemodi ſunt & iſti omnino pauci, quique facilè dinumerari poſſunt, qui in obſcuro hoc huius vitæ ſtatu, non ſecus ac in nocte luna carente, ad ſuauitatem, quæ ex virtute manat, perlucentes, ad hæc etiam eum inueſtigationis ſrequentia id, quod deſideratur, conſecutum habentes. Turpe etenim eſt, eum alieno ornatu ornari, qui ſua virtute clarus eſſe poteſt. Ac ne illud quidem dicito, malum à Deo habere originem. Impium enim hoc eſt, propterea quòd nullum contrarium, contrario vt ſit cauſa, eſt. Neque enim vita mortis cauſa eſt, nec tenebræ lucis, nec morbus valetudinis, ſed in affectionum permutationibus, ex contrario in contraria permutationes fiunt. In origine autem, & cauſis rerum, non à contrariis, ſed à rebus eiuſdem naturæ ea omnia, quæ fiunt, proficiſcuntur. Malum itaque non eſt ſubſtantia viua, & anima prædita, ſed affectio quædam in animo ſita, virtuti contraria, quæ in malis, & inertibus ineſt, eo quòd à boni natura deflexerint. Noli itaque malum extrinſecus intueri, neque mali naturam principij expertem fingito, ſed omnes eius mali, quod in ipſis ineſt, ſe auctores agnoſcant. Neque enim ſi voluntaria mala non eſſent, & ſi non eſſent in noſtra poteſtate, tantus malis terror impenderet: nec ſupplicia, quę nulla excuſatione vitātur, viciſſim malis pro dignitate repēderentur. Si enim earum actionum, quæ ſecundū vitium, & virtutē fiunt, nō in nobis ſunt principia, ſed ex ipſa natura omnia neceſſariò proueniūt, ſuperflui profectò ſunt legulatores, qui nobis, quæ faciēda, & quæ fugiēda ſint, præſcribūt: caſſi etiā iudices, qui virtutē honore afficiunt, prauitatē verò puniūt. Nō enim prędonis culpa, neq; interfectoris, cùm manū etiā ſi adnixus fuiſſet, cōtinere nō potuerit, ꝓpter inſuperabilem neceſſitatē, quę nos ad actiones impellit. Imprudētes etiā omnino eſſent illi, qui in artibꝰ elaborāt. Nā agricola bonis afflueret, quāuis ſemina terris nō mandauerit, neq; ſi falcem nō acuerit, mercator diteſcet, cùm volet, quanuis in cumulandis opibus operam non poſuerit ſuam.

C *Ex con cō tra Ebrioſos.*

Ex cō. quæ vult. ex prof. lib. capi poſitu.

Ex cō. de S. martyre Mamante.

D *Ex Hexa hemero.*

Ex Epiſt.

Ex cō. de S. Mamāte.

Ex Hexa hemero.

E

F

Summæ

Summæ etiam ſpes Chriſtianorum inanes euadent, cùm neque iuſtitiæ honos tribuetur, neque peccatum damnabitur: ſiquidem nihil voluntate hominum perficiatur. Vbi enim natura & neceſſitas imperat, ibi nullum locum habet decorum, quod in recto, & iuſto iudicio primas fert. Et enim de ficubus aiunt, quòd alij agreſtes ficos domeſticis inſerũt, alij groſſos fructuoſis ac domeſticis ficis alligantes, infirmitati eorum remediũ afferunt, fluitantiáque poma groſſis contineat.

A Quid hoc tibi ænigma a natura ſumptum denotat? nimirum, oportere etiã nos, ab iis, qui à fide, & religione noſtra diſcrepant, aliquid fructus percipere, vt bonarum actionum aliis ſpecimen edamus. Si quẽ enim extraneum, aut ab Eccleſia hæreſis alicuius crimine diſtractũ, temperatè viuere cernas, & reliquarum virtutum officia excolere, tum maiori animi contentione fac virtuti des operam, & frugiferam ficum imitare, quæ agreſtis præſentia vim colligit, pomáque ſua cùm ne decidant, impedit, tum diligentius aſſeruat & fouet. Nos verò quædam plantarum vitia, quæ natura dederat, agricolarum diligentia correcta nouimus, vt mala punica acida, aut amygdala amara, quæ, cùm ita perforatur earum cortex ad radicem, vt cuneum ex picea per intimam medullam pertinentem excipiãt, tum ſuccum ingratum in bonum ſuauémque mutant. Nemo itaque iniuſtam vitam degens, deſperet. Si enim agricola qualitates plantarum mutat, multò magis ſtudium animi erga virtutem, poterit omnis generis vitia ſuperare, ac eis præualere, per Chriſtum IE-

B SVM Dominum noſtrum, quem gloria, & potentia, in omne tempus conſequatur. Amen.

DE TEMPERANTIA ET incontinentia.

ORATIO VIII.

Ex cõ. qua vidit. ex prof. lib ca pppoſit.

ALexander ille rex Macedonum, cùm filias Darij in poteſtatẽ redegiſſet ſuam, quæ egregia forma, ac admirãda fuiſſe feruntur, ne aſpicere quidem eas voluit, turpe eſſe inquiens, eum, qui viros viciſſet, à mulieribus ſuperari. Hoc equidem haud diſſimile eſt illi mandato Chriſti, Quiſquis fœminã ſic aſpicit, vt eam concupiſcat, iam adulterio ſe inquinauit. Nam etiam ſi re ipſa adulterium non perficiat, tamen quia libidinem in animum induxit ſuum, culpa non vacat. Si igitur fortuiti congreſſus, iis, qui mulieres aliud agentes intuẽtur, tantum afferant periculi,

Mat. 5.

Ex com in Euangel. Mat.

C quantum faceſſere putas, cõgreſſiones illas, quæ ex induſtria ſuſcipiuntur? nã intueri eas mulieres, quæ formam ſuam adulterant, quo adoleſcentes ad libidinem prouocent, quæque adeò dulces & ſuaues cantilenas edunt, vt poſſint, etiam ſolo auditu, omne œſtrum voluptatis in animos libidinoſorum figere, atq; imprimere. Quid igitur dicent, aut quam excuſationem afferẽt illi, qui ex eiuſcemodi ſpectaculis ingentem cumulum vitiorum coogeſſerunt? Licet enim & ſermone, & oculis, & auditu adulterari, licet etiam vitia corde concipere, cibo denique, ac potu immoderato fines temperantiæ tranſire, integrum eſt. Ille autem, qui in his omnibus ſecundum normam caſtitatis, ſeſe intra cancellos temperantiæ continet, is re vera oſtendit, perfectum, ac omnibus rebus inſtructum ſibi eſſe caſtitatis donum. Quòd ſi aliquis verbis caſtitatem præ ſe tulerit, re ipſa autem ea fecerit, quæ iſti, qui cum mulieribus deguor, facere conſueuerunt: is manifeſtè venerandæ caſtitati operam dat, non recedendo ab inhoneſta

Ex com. in Eſaiam.

D voluptate. Non enim ille, qui in conſeruanda caſtitate inconſtantia laborat, eſt purus, ſed is denique, qui eam partem corporis, quæ rationis expers eſt, rationi ſubiecerit. Qui verò caſtitati ac temperantię ſtudet, is diligenter hiſtoriam de Ioſepho percurrat. Ex eo enim diſcet res temperatè geſtas, animaduertens, ipſum, non modò ſe à voluptate continuiſſe, ſed etiam erga virtutem bene fuiſſe affectum. Vita enim Ioſephi, eſt veluti quædam exhortatio ad caſtimoniam, hiſtoria verò de Sampſone, inuitatio ad fortitudinẽ. Caſtum autem dicimus, non eum, cuius iam libidinis pleni appetitus, à ſenectute, aut morbo, aut alio quouis caſu exaruerunt, languidiq; facti ſunt. Nam talis prauitate non caret, ſed operationes eius præpediuntur imbecillitate inſtrumentorum. At temperantia eſt vera quædã ſcientifica potentia, per profundè in anima impreſſa, & quæ veſtigia inhærentia turpium appetituum penitus extinguit, ac delet. Neq; enim eos ob caſtitatem in cœlum ferre debemus, quorũ membra exacta ſunt: nam neq; equos ideò extollimus, quòd cornu non petant, ſed quòd calce nõ feriant, boues verò, ſi cornibus non petierint, manſuetudinis ergò charos

Ex conc. in Martyrem Gordianũ.

E habemus. Non enim quiſquã ob id, quòd efficere non valet ſed cùm poſſit, nec abutitur tamen potentia ad iniuſtitiam perpetrãdam, ſuſpicitur, atq; admirationi eſt. Nam temperãtia, quæ eſt in ſenecta, non eſt temperantia, verùm libidinis cuiuſdam ac incontinentiæ quædam imbecillitas. Mortuus non coronatur, nemo iuſtus ideò quòd malum perpetrare nequeat. Proinde par eſt nos, totum corpus caſtigare, & quaſi cuiuſdam beſtiæ impetus coërcere, ac tumultus eos, qui ab ipſo in animo excitantur, ratione. veluti flagro quodam ſedare: nec totis laxatis habenis voluptati, mens negligenda eſt, ne tanquam auriga quidam, ab effrenatis equis ſumma cum violentia agitatis, diſtracta feratur, ſed Pythagoram imitemur, qui cùm didiciſſet, quendam ex ſuis ſeſe & exercitatione, & omni genere cibi ſaginare ac carnoſum reddere, ſic inquit, Non deſinis grauiorem tibi carcerem parare? vnde etiam Platonem ferunt, cùm antè animo percepiſſet nocumentum, quod ex corpore proficiſci ſolet, de in-

Ex adhort. ad Baptiſ.

Ex cõ. qua vidit ex prof. lib. ca pppoſit.

F duſtria Academiam elegiſſe, locum Atticæ vel maximè peſtilentem, vt ita præcideret nimis bonam corporis diſpoſitionem, veluti ſuperfluam quandam vitis fertilitatem. Ego verò nimis bonã corporis habitudinem, etiã periculoſam eſſe, de quodam medico accepi. Itaq; iſtud nimium ſtudium, quod in curando corpore ponitur, & ipſi corpori incõmodo eſt, & animis impedimento, vnde profectò manifeſta inſania eſt, illi operã dare ac morẽ gerere. In ſumma totum corpus contẽnendũ eſt ei, qui nolit in voluptatibus ipſius, ac

in ſterquilinio quodam volutari, aut vſque eò ſolummodò ei ſeruiendū, quatenus, vt inquit Plato, miniſtrum ſe nobis ad philoſophiam præbet: *Rom. 13.* haud diſſimile dicens Paulo, qui monet nos, ne aliquam curam corporis habeamus ad concupiſcentiarum occaſionem. *Ex com in Euangel. Matth.* Atque noſtra quidē talia ſunt. Mulieres autem impudicæ libidinique deditæ, in obliuionem venientes timoris Dei, & nihili facientes ignem æternum, in ea die, quan- A do ipſas par erat ob recordationem reſurrectionis Domini, pedem domo non efferre, & animo *Mat. 25.* ſuo reuoluere illum diem, quo aperientur cœli, & apparebit iudex, & tubæ diuinæ, & illa mortuorum ab inferis reuocatio: quo ſanè die iudicium erit æquum, & tribuetur vnicuique prout erit meritus, loco eorū, quæ ipſas cogitare oportebat, & cùm corda ſua à prauis cogitationibus expurgare deberent, ac delere lacrymis ea peccata, quæ prius perpetrarant, atque ſe præparare, vt obuiam procederent domino in die illo, quo vt iuſtus iudex apparebit, loco eorum, inquam, illæ iugo ſeruitutis excuſſo, & abiectis à capitibus ſuis velamentis pudicitiæ, Deum & angelos eius pro nihilo ducentes, omni pudore abiecto, capillos ſuos nimiùm ornantes, veſtes ſtringentes, & pedibus ſuis tripudiantes, omnium iuuenum incontinentiam ad ſe attrahunt, ac in ſanis, vbi corpora ſanctorum ſunt humata, choros ducentes, illa ſacra & ſancta loca ergaſtulum ſuæ impudicitiæ fecerunt, aërem cantilenis libidinoſis corruperūt, terram pedibus impuris fœdarunt, eámque turpiter ſaltando proculcarunt, ſéque ipſas hoc modo B adoleſcentibus ſpectandas præbuerunt, inſanæ ac omnino vecordes, nullam ſtultitiæ exuperātiam prætermittentes. Rides, dic mihi, & gaudio exultas? cùm te oporteret flere potius & ingemiſcere ob ea, quæ patrata præteriere. Cantilenas obſcenas edis, Pſalmos verò & hymnos, quos quidem didiceras, negligis? pedes moues, & furibundè ſaltas, choróſque ducis, cùm te par eſſet genua in precando flectere? Quas defleam, puellasne, quæ nondum nupſerunt, an eas, quæ matrimonij iugum ſubierunt? illę quidem virginitatem non habentes, reuerſæ ſunt, hæ verò debitam viris caſtitatem non exhibuerunt. Quod ſi nonnullæ peccatum corpore effugerunt, omnes tamen animo deprauatæ atq; inquinatæ ſunt. Quapropter omnis mulier, quę veſte abutitur, expectet eius ablationē. Cùm enim incedant, veſtes poſt ſe trahendo, tanquàm quæ non vtantur, ſed abutantur veſtitu, meritò honore illius veſtitus denudari iubentur: & dominus haud dubiè gloriā veſtimenti à nobis auferet, ſi videbimur eo non rectè vti, deſpectui nimirum ipſum habentes, ac omnibus inquinamentis corporis replentes. Sed quódnam *Galat. 3.* iſtud eſt veſtimentum? Quicunque, inquit, in C Chriſti lauacro ſacro abluti eſtis, Chriſtum induiſtis. Hunc, hunc veſtitum auferet dominus ab his, qui corpus quotidie peccatis coinquinant, & qui ſanguinem teſtamenti noui vulgarem eſſe iudicant. Quæ igitur mulieres ob corporis pulchritudinem magnos gerunt ſpiritus, ſéque ipſas, ſtulto faſtu vſæ, præ cæteris efferunt, nónne extollunt ſeſe iis potiſſimùm rebus, quæ citò defloreſcunt, ac defluunt? vnde collum etiam altum ferunt, vt eſſet illarum facies cæteris aliis omnibus magis conſpicua. Honeſta quidem mulier, ac decora, ob pudorem demittit vultum, & faciem ad inferiora trahit, at inhoneſta, & quæ multos ſtudet pulchritudine ſua, veluti hamo quodam capere, incedit collo erecto, & nutu oculorum, ac ipſo aſpectu declarat animi ſui laſciuiam, ac venenum quoddam lethiferum ex oculis ſuis emittit, quale baſiliſcum ſpargere fama eſt, quem, aiunt, ſolo aſpectu eos, quos intuetur, perdere. Sunt etiam colores quidam parati, ad ornandam D faciem mulierum, albus nimirum, & rubeus ac denigrans. Albus quidem corporis albedinem mentitur, rubeus genas effloreſcere facit, niger verò ſupercilia lunæ inſtar deſcribit. Hæc dominus ablaturum ſe minitatur, ne caſtitas virorum tollatur, néve iis picturis oculi incautorum adoleſcentum capiantur. Fit enim plerunque, vt hæ prauæ mulierum affectiones, infirmos ac imbecillos eorum animos, qui ſecum agunt, penitus demergant. Audiant idcircò viri, audiant mulieres, caſtimoniam viduitatis, etiam apud ea animalia, quæ ratione non vtuntur, in maiore eſſe pretio & honore, quàm ſit multarum nuptiarum deformitas. Inimici cum iis, qui animam agunt, in gratiam redeunt, at nouercæ mortem demum incipiunt odio habere. Turturem aiunt, ſi quando à coniuge diſiunctus fuerit, nunquàm in poſterū cum alio inire ſocietatem, ſed cœlibem ſine coniugio manere, alterius coniunctionem reſpuendo, coniugis ſuperioris nimirum recordatione. Quid igitur nobis miſerius eſſe poteſt? qui nō ſolùm non eundem coniugibus noſtris oſtēdimus *Ex com in Eſaiam.* amorem, quem animātia rationis penitus experria, ſed etiam contra quàm eſt præceptum Domi- E ni, incedimus collo erecto, oculis micātibus, coloréq; adulterato, qui vulgo caſtitatem prodere, atq; eripere ſolet. Hæc omnia & ſingula tum auferentur cùm animæ nudæ coram iudice conſtituentur, quando, inquam, palpebræ decident, genæ triſtes, & color plumbeus præ timore efficietur, ac tum vnuſquiſq; noſtrum talem mercedem recipiet, qualem quiſque factis ſuis meruit. Quæ omnia, chariſsimi, animo noſtro accuratè reputātes feſtinemus, quæſo, dum tempus habemus, ita vitam noſtram inſtituere, ac peragere, prout ſancta Dei requirit volūtas, vt futurorum bonorum participes in Chriſto IESV Domino noſtro eſſe poſsimus, cui honor, & gloria, ſempiterna tribuatur. Amen.

DE IRA, ET INIMICITIIS
ORATIO IX.

Ex com in Eſaiam. MAxima reprehenſione dignus eſt homo Chriſtianus, quòd ſit procliuis ac propēſus ad vindicationē, quódq; F omnibus modis cogitet, quánam ratione eos vlciſci queat, qui ſe iniuria affecerunt. *Rom. 12.* Quomodo enim ille alium docebit, ne malum pro malo rependat, qui omnia facit vindictæ cauſa, & qui omnibus viribus ſtudet, vt viciſsim ei, qui ſibi iniuriam impoſuit, mœſtitiam inferat? Talis equidem imitatione non exprimit lenitatem Dauidis, qui *Pſal. 7.* dicit, Si retulero iis, qui mihi malum dederunt, mala,

Ex com. de Ira. mala, cadam ab inimicis meis vanus. Proinde neceſſe eſt nos, ſtolidas & furioſas animi commotiones, ſanctorum exemplorũ memoria comprimere, cogitando quàm æquo animo Dauid vinolentiam Semei pertulerit. Non enim ille tantum temporis dabat iræ, vt accendi potuerit, ſed *1. Reg. 16.* omnem cauſam in Deum conferebat, dicendo, Dominus in mandatis dedit Semeo, vt execraretur Dauidem. Ideò cùm ſe appellari audiret, virum ſanguinum, & virum iniquum, non ſuccenſebat illi, ſed animo abiecto, & demiſſo fuit, quaſi meritò contumeliis oneraretur. *Ex com. in Eſaiam.* A Omnis enim reprehenſio, quæ euidenter attingit eum, qui in crimen vocatur, mirandum in modum eum torquet atque affligit, ob oculos illi ponens probrũ ac fœditatem peccati. Vnde maximis beneficiis cumulat eum, qui proprium errorem agnoſcit, reuocans eum ad eius agnitionem, & pœnitentiam doloris plenam. Quale enim vulnus corporis tam vehementem affert dolorem, qualẽ inurit animæ obiurgatio? pudore afficiens eum, qui ſibi *Ex Epiſt.* eſt vitiorum conſcius. Non tam corporis alicuius character proprius exiſtimatur, vt animæ eius, qui amat dominum, propria eſt pax, & manſuetudo. Decet enim talem virum alios ad ſeipſum trahere, & præbere ſe accedentibus, quaſi vnguentum quoddam boni odoris, ac flagrantiæ: morum dexteritate atque probitate alios implere, ducémque ſeipſum aliis præbere ad res honeſtas, & optimas debet, nec alios in iis rebus ſequi, quę decoræ non ſunt. Contentionis verò ſtudium, aliis ne concedat, immo potius illud ex il-B lorum animis, ſi id fieri poſſit, penitus euellat. Omnes denique moleſtias, patienter mala tolerando, ſuperare eum par eſt. Nam iniuriam perſequi, cuiuſuis irati eſt, at iracundiam cohibere, ſolius cuiuſdam eſt, & ſi quis ei ſit virtute par, & *Ex com. in Eſaiam.* ſimilis. Quale enim ſpectaculum, quàm graue & admirandum, ac ſanè omnihil etiam naturam ipſam humanam exuperans, hominẽ multis conuiciis iactatum, & qui etiã fortaſſis vulnus in facie accepit, quique alia ſexcenta perpeſſus eſt, quæ & verbis, & re ipſa, ad extremam infamiam tendunt, non ita incendi, neque vltionem parare, ſed manſuetum ac ſine ira, pro eo, qui ſibi iniuriam intulit, preces adhibere. Ita vt ex eo, quod preces accelerarit, & venia delicto data ſit, & ipſe poſt decenti à Deo cura dignus ſit habitus. Nunc verò nos cùm in aliis malis, tum vel maximè in hoc delinquimus, quòd vindicationi adeò ſtudemus, neque æqualẽ menſuram retribuimus, verùm cum exuperantia quadam iniurias noſtras perſequimur: nec ſolùm ſi iniuria affecti fuerimus, ſed etiam ſi honor nobis non tribuatur, excandeſcimus. Eos enim, qui nos minùs honorãt, quibus, obſecro, rebus dignos iudicamus? certè *Ex com. de Ira.* eos inimicorũ loco habemus. Contumeliam tibi C impoſuit iratus? ſiſte ſilentio malum, & ne, veluti fluxum quendam, illius iram in cor tuum ſuſcipiens, ventos imiteris, qui per reflatum id, quod appulſum eſt, repellunt. Probris te perfudit? at tu illi benedicas. Verberibus affecit? tu verò æquo animo ferto. Conſpuit ac nihili te fecit? tu verò illud tecũ meditare, quòd ex terra fictus & creatus eſt, quódque rurſum in terram reſolueris. Ignobilem te, & obſcuro loco natum eſſe dixit, nulliúſque precij hominem? at tu terram teipſum eſſe dicito, atque cinerem. Non es præſtantior *Gen. 18.* patre noſtro Abraham, qui iis nominibus ſe appellauit. Indoctum ac nullis diuitiis præditum? tu *Pſal. 21.* verò Dauidis verbis vtens, vermem te eſſe dicito, & ex ſterquilinio ortum habere. His etiam adde Moſis probitatẽ: ille enim cùm eſſet ab Aarone, & Maria conuiciis oneratus, non eos Deo detulit, ſed pro ipſis vota fecit. Quare & tu, ſi quis te ſumma egeſtate laborare dixerit, & verum ſi protulerit, veritatem perferto: ſin mentitur, quid tua intereſt illud, quod protulit, tua, inquam, qui neque iis laudibus, quæ veritatem excedunt, gau- D des, neque eam contumeliam, quæ te non attingit, ægrè fers. Nónne vides iacula, quomodo à corporibus ſolidis ac renitentibus reſiliunt? at mollia, & ea, quæ cedere conſueuerunt, penitus penetrant. Quid te pauperis appellatio perturbat? memoria repete ortũ tuum, & reperies nudum te in hunc mundum ingreſſum eſſe: proinde nudus etiã hinc abibis. Homine verò nudo, quid, quæſo, pauperius eſſe poteſt? nihil profectò acerbi audiſti. Quis vnquam ob egeſtatem in carcerem conditus eſt? non pauperem eſſe in probriis eſt, ſed paupertatem animo magno, & forti ferre non poſſe. Quid, amabò, ira poteſt eſſe amentius? Si permanſeris ſine ira, pudore afficies *Ex Ethicis.* eum, qui tibi iniuriam dedit, te ipſam modeſtiam oſtendens. Quemadmodum enim qui ver- *Ex com. de Ira.* berat nihil ſentientem, ſeipſum excruciat, nam & inimicum non vlciſcitur, & iram non ſedat: ſic etiam qui conuicia iacit in eum, qui ea pro nihilo ducit, ſolatium perturbationis ſuæ reperire nequit. Qui verò conuiciatorem vlciſcitur, & ei par E pari rependit, quidnam excuſationis afferet? Laceſſiuit me, inquiet? at hoc quãnam venia dignũ eſt? Neque enim ille, cui cum ſcorto res eſt, in meretricem culpam conferens, tanquàm in eam, quæ ſe ad peccandum prouocauit, minori pœna dignus iudicatur. Malum eſt contumelia: noli igitur ipſam, imitari. Nam illud, Alter initium dedit, ad excuſationem ſatis non eſt: immo longè maiori, mea quidem ſententia, reprehenſione talis eſt dignus, eo quòd ille quidem non habuit exemplum, quod ſe ad modeſtiam inuitaret: tu verò cùm videres iratum turpiter ſe gerere, operam non dediſti, ne illi ſimilis eſſes, ſed indignaris, & ægreſcis, ac viciſſim iracundia inflammaris: atque hac ratione perturbatio tua, excuſationem præbet ei, qui auctor iniuriæ fuit. Si enim malum eſt ita, cur non vitas id, quod malum eſt? Sin verò venia dignum, cur iraſcenti ſuccenſes? *Ex com. in Eſaiam.* Similis enim eſſe quodammodo videtur ille, qui contradicit, vana ac ſtulta loquenti. Proinde, vt ego quidem arbitror, ſapiens Solomon iubet, ne F *Prou. 26.* reſpondeamus amenti, ſecundum illius amentiã. Quemadmodum enim ille, qui regiam effigiem contumelia affecit, ac ſi in ipſum regem deliquiſſet, ita iudicatur, ſic etiam reus eſt peccati, qui eum, qui ad ſimilitudinem Dei factus eſt, contu- *Ex 6. hom. in Lazarum.* melia afficit. Cum viro iracundo ne habites, inquit, mala enim res eſt cum cane colligari, per- *Prou. 22.* petuóque eius latratu frui. Fuge igitur conſuetudinem ipſius: nam niſi hoc feceris, neceſſe erit te aliquid de moribus eius haurire. Dixit aliquid contumelioſè, & commouit animum tuum,

perinde

perinde ac canis latratus, prouocare ſolet alterius canis tumultum, ita etiam animo tuo iam ſopito ac quieſcenti, vox illius iram concitauit, & vterque veſtrum ſibi inuicem oblatrat, ac ſibi viciſsim contradicentes, veluti fundas emittitis, verba turpia atque inhoneſta. Dixit ille aliquid contumeliæ plenum, retuliſti tu magno cum fœnore, eum, qui te antecuerit, imitando. Ille ea A contumelia accepta, quam in ſe ieciſti, non cohibuit iram, ſed conuerſus eſt, & peccatum ſuum longè maius effecit: maior fieri voluit moleſtius aliquid dicendo, tu verò rurſus eo accepto illud dilataſti, & ita facta eſt ingens malorum contentio. At ille, qui in malorum concertatione ſuperior extitit, longè miſerior eſt. Cum autem iracundia rationem depulerit, & dominatum animæ occupauerit, hominem penitus efferat, nec amplius hominem eſſe ſinit. Quod enim beſtiis, quæ venenum emittunt, eſt venenum, hoc hominibus exacerbatis, eſt ira. Inſaniunt tanquàm canes, impetum faciunt vt ſcorpiones, mordent veluti ſerpentes. Primùm enim ſe ipſos non norunt ira incenſi, deinde omnes ſuos familiares. Ob iram enſis acuitur, & mors hominis humana manu interimatur. Propter hanc fratres in obliuionem veniunt mutui amoris: parentes verò & liberos, natura ſua later atque præterit. Et quemadmodum torrentes ad loca caua confluentes, quidquid obuiam eis fit, ſecum trahunt, ſic etiam & hominum iratorum impetus violenti B ac effrenes, omnes æque attingunt. Veluti enim œſtro aliquo, memoria eorum, qui moleſtiam ipſis aſperſerunt, punguntur, ira in ipſis palpitante, & exiliente: nec prius finem faciunt, quàm malum aliquod dederint ei, qui ſe laceſsiuit.

Ex conc. de Ira.

Cùm enim ira, ſicuti flamma quædam, vbertate materiæ, in hominibus animo exacerbatis, accenſa fuerit, tunc ſanè, tunc videre licet ea ſpectacula, quæ neque verbis explicare, neque re ipſa ferri ac tolerari poſſunt, videlicet manus cõtra affines eleuari, pedes nullo habito reſpectu inſilire, omne, quod occurrit, telum inſaniæ fieri. Quòd ſi ex aduersò æquale malum reſiſtens reperierint, nempe iram aliam, & inſaniam parem, tum ſanè inter ſe commiſsi mutuò confligunt, ac ea mala perpetiuntur, quæ par eſt eos perpeti, qui ſub tali dæmone ſtipendia merent.

Ex Epiſt.

Nam illæ moleſtiæ, quæ ab inuicem proficiſcuntur, & contentiones, à principio quidem exiles eſſe ſolent, & facilè curantur, at procedente tempore, à contentione auctæ, inſanabiles omnino euadunt. Nam quouſque hæ calumniæ, quæ ex C diſſenſione manant, locum habent, neceſſe eſt ſemper ſuſpiciones in peius augeri. Proinde ſi videris ita percitum dentes acuere, cogita talem apro ſimilem eſſe, qui internam iracũdiam ſuam dentium colliſione oſtẽdit. In certaminibus animi, malorum longè ille miſerior euadit, qui palmam fert: quoniam abit plus peccati habens. Iraſcere ſolùm ſerpenti. Quid enim illum Phinees iuſtũ fecit? nónne iuſta ira aduerſus eos, qui cum ſcortis volutabantur? qui & ſi multis aliis in rebus eſſet mitis, & mãſuetus, tamen cùm videret Zambri, & Madianitidem in propatulo & ſine vllo pudore libidines ſuas explere, nec tegere ſpectaculum illud nefandum, æquo animo ferre non

Ex cõ. habita in Lacizis.

Ex conc. de Ira.

Ex cõ. habita in Lacizis.

Num. 25.

potuit, ſed opportuna ira vſus, haſta vtrunque trãſuerberauit. Helias autem æmulator ille, quadringentos, & quinquaginta viros turpitudinis cultores, comedentes menſam Ieſabel, rationabili ac ſapienti ira, quæ totius Iſraël vtilitatem reſpiciebat, deleuit. Sic ira ſæpenumerò adminiſtra eſſe ſolet bonarum actionum. Libentius præterea aliquis aſpexerit iratum amantem, quàm adulantem aduerſarium. Quare & nos tales viros imitari ſtudeamus, & ne nobis inuicem, ſed ſo- D lùm dæmoni ſuccenſeamus, ſi modò volumus regnum cœleſte conſequi, benignitate IESV Chriſti domini noſtri, quem gloria, & imperium cum Patre æterno, & ſancto ac viuifico Spiritu in ſempiterna ſecula conſequatur. Amen.

1. Reg. 18.

Ex Epiſt.

DE INVIDIA, ET ODIO
ORATIO X.

Ex Epiſt.

MVltam nobis moleſtiam affert iſtius præſentis temporis iniuria, in quo & omnes eccleſiæ conquaſſatæ ſunt, & vniuerſæ animæ affliguntur. Aperuerunt enim aliqui immodeſtè ora ſua in conſeruos, narratur mẽdacium intrepidè, veritas ſupprimitur: qui in crimen vocantur, ſine iudicio condemnantur, qui verò vocant, eis fides habetur abſque vlla examinatione. Ac ſanè multum iam temporis præteriit, ex quo calumniis affectus, accuſationis flagella fero, eo contentus quòd dominum habeam abditorum cognitorem atq; calumniæ teſtem. Sed cùm multi ſilentio noſtro ad maleditorum corroboratio- E nem abutantur, nec exiſtimant ob tolerantiã nos ſilere: ſed quòd potis non ſimus os diducere ad veritatem, eam ob cauſam adhortor veſtrã in Chriſto dilectionem, ne ea probra, quæ ex vna parte manant, ac ſi vera eſſent, ſuſcipiatis. Nam, ſicuti literis memoriæ proditum eſt, neminem iudicat lex niſi primùm acceperit & cognouerit quid fecerit. Eorum autem criminum, quæ in nos coniiciuntur, rationẽ à nobis exigite, & ſi quidẽ apud nos veritatem inueneritis, ne locum detis, obſecro, mendacio, ſin parum valentes nos in defendendo eſſe perceperitis, tunc aduerſariis noſtris, quaſi vera proferẽtibus, fidem habete. Veriſimilius autem eſt, & irritari ipſos noſtris defenſionibus, & maiora ac longè difficiliora cõtra nos moliri, ſcribere, atq; agitare. At æquo iudici ſatis ſunt ipſæ res ad veritatem indagãdam, & etiam ſi nos taceamus, licet nobis res ipſas, quæ fiunt, intueri. Oro autẽ ante omnia vos, tum qui me nunc audi- F turi eſtis, tum qui in poſterũ familiaritatẽ nobiſcum ſitis habituri, ne multitudine mendacium à veritate diiudicare velitis, cum maiori parte rem præſtantiorem copulãtes, neq; auctoritati adhærentes, mentẽ veſtram obſcuretis, aut plus iis tribuendo, qui dignitate & ordine alios antecedũt, infimis aures non detis. Neceſſe eſt enim iudicẽ alteram aurem ei, qui abeſt, reſeruare, ſicuti Alexander fecit. Etenim illum ferunt, cùm quidam obtrectaret familiari ſuo, alteram quidem aurem præbuiſſe calumniatori, alteram verò manu diligenter obturaſſe, quòd nimirum declararet, oport-

Exod. 23.

Ioan. 7.

Ex Arturbata.

Ex Epiſt.

oportere eum, qui iuſtè iudicaturus eſt, non totum ſe eueſtigiò vni parti tradere, ſed partem auditus integram atque ſarctam ei, qui non adeſt, ſeruare. Solent enim quodammodo amplo magiſtratui illiberales ipſi cultus adhæreſceræ, qui ideò quòd illis deſit proprium bonũ, cuius opera in cognitionem venire poſſint, alienis malis ſeipſos commendant. Ac ſanè quemadmodũ vultures ad ea, quæ malè olent, maiori cum impetu feruntur, multa prata, multóſque iucundos, & odo-

Ex conc. de Inuidia.

A ratos locos prætervolantes, & vt muſcę ſanis corporis partibus neglectis, ad vlcera contendunt: ſic etiam inuidi, vitæ ſplendorem, rectéq; factorum magnitudinem ne aſpiciunt quidem, ad marcida verò mirandum in modum feruntur. Proinde homines prudentes illud Alexãdri tenere par eſt, qui accepta ea epiſtola, quæ contra medicum ipſius ſcripta erat, quaſi inſidias ipſi ſtruere vellet, cùm accidiſſet, vt eo tempore medicamentum ſibi accipiendum eſſet, vſque adeò fidem nõ adhibuit calumniatori, vt ſimul & epiſtolam legeret, & medicamentum biberet. Qui igitur proximum probris perfundunt, non comprobantes ea, quæ in eum dixerunt, tales omnino videntur ſibiipſis malum nomen, ex hoc inani verborum vſu, imponere velle. Nam calumniatorem quo, obſecro, nomine appellare conuenit, quàm eo, quod ſibi ille ipſe, ex re, cuius ſtudio tenetur, imponit? Neque igitur ille, qui nos increpat, calumniator ſit, ſed potiùs veluti frater quidam, cùm dilectione commoneſaciat, & correctionis cauſa admuneat, neque vos conuiciorum ſitis audi-

Ex Epiſt.

B tores, ſed redargutionum examinatores: ne illi, quibus crimina aſcribuntur, inſanabiles relinquantur, dum peccatum ipſorum non pateſit. Conuicti enim & ipſi peccatum ſuum agnoſcẽt, & vobis venia, vbi redargueritis, à domino concedetur, quòd vos à ſocietate hominum peccatorum ſeiunxeritis. Præterea illi, qui conuicetũr, mercedem accipient, vtpote qui abditam malitiam in apertum protulerint. Quod ſi verò aliquem, antè quàm conuictus fuerit, condemnaueritis, ipſe quidem nulla alia iniuria afficietur, niſi quòd precioſiſſimæ poſſeſſionis, hoc eſt dilectionis, erga vos iacturam faciet, vos verò illud ipſum patiemini illo iã priuati. Sicuti enim ærugo proprius eſt frumenti morbus, ita inuidia amicitiæ. Et vt boni eſt, nemini inuidere, ſic dæmonis peculiaris eſt inuidentia: & proinde ac rubigo ferrum, ſic inuidia animam, quæ ex ea laborat, conſumit, immo verò magis. Nam vt viperas, aiunt, exeſo materno vtero, in lucem edi, ita quoque maleuolentia animam, quæ ipſam parturit, conficere ſolet. Inuidus vnicam mali expectat recreationem, nempe ſicubi cõſpexerit aliquem

Ex conc. de Inuidia.

C ex his, quorum bonis mœret, ruentẽ. Hic eſt odij ſcopus, inſœlicem ex fœlici, miſerabilem ex beato aliquem cũſpicere. Tunc ſocius & amicus eſt, cùm lacrymantem viderit, cùm lugentem conſpexerit, nec cum hilari quidem lætitia exultat: at cum eo, qui in luctu eſt, lacrymas profundit, vitæque eius commutationem miſeretur, oſtendendo ex quibus ad qualia deuenerit, non humanitate id quidem, nec quòd vicem eius doleat, ſed vt grauiori calamitate miſerum affligat. Talis ſanè erat Saul, qui ſumma beneficia, quibus eum

1. Reg. 18.

affecerat Dauid, cauſam belli aduerſus eundem eſſe voluit, conabaturque benefactorem ſuum haſta tranſuerberare. Nam cùm eius opera vnà cum ſuo exercitu ab hoſtibus ſeruatus eſſet, & ea infamia, qua illum aſperſerat Goliath, leuatus, manu ſua illum interimere, atque per inſidias è medio tollere ſtudebat. Deinde, quanuis in exilium ipſum eieciſſet, neque tamen ſic inimicitiæ finem impoſuit, ſed ad extremum, tribus millibus electorum contra ipſum eductis, ſolitudines

1. Reg. 23.

D perſcrutatus eſt. Qui ſanè dum Dauidem perſequeretur, deprehenſus cùm eſſet, & neci expoſitus, à iuſto tamen viro fuſus, qui ei manus inſerere noluit, ſeruatus eſt. Neque tamen hac beneficentia flecti potuit, ſed iterum exercitum conſcribebat, atque denuò hominem perſequebatur, donec ab eodem in ſpelunca captus, illius quidem virtutẽ illuſtriorem, ſuam verò ipſius prauitatem manifeſtiorem reddidiſſet. Sic & in Ioſephum fratres erant animati, cùm quid facerent, neſcirent. Nam, ſi vera erant Ioſephi inſomnia, qua ratione potuit effici, vt non omnino ea euenirent, quæ prædixit? ſin falſa, cur inuidebant erranti & decepto? Sed reuera propria diaboli eſt affectio, ipſa inuidentia, quæ nullam medelam recipit. Qui ex capite laborat, aperit medico capitis dolorem: at qui inuidia flagrat, quid referet? Mœrore me conficiunt, inquiet, res ſecundæ fratris? equidem ita ſeſe res habet, at verba ea proferre vnumquenque pudet, quid te excruciat? propriúmne malum, an alienum bonum? reuera geminum eſt malum Diaboli, inuidentia. Quemadmodum autem tela, quæ magno cum impetu feruntur, vbi ad rem quandam fortem ac reni-

Gen. 37.

Ex conc. habita Lacizis.

Ex conc. de Inuidia.

E tentem appulſa fuerint, viciſſim ad ipſum, qui ea emiſit, reuertuntur, ita etiam inuidiæ impetus, nulla noxa allata illi, cui inuidetur, ipſi inuido plagas incutit. Multa quidem inuidiæ inſunt mala, vnicum tamen etiam ineſt bonum, nempe, quòd nocumento ſit illi ipſi, qui ea æſtuat, quódque cor eius magis exedat, quàm rubigo ferrum. Maleuolus enim parum ei, cui inuidet, damni affert, at ſeipſum mœrore ob id conficit, quòd amicus ſuus ſecunda vtatur fortuna: ac ille quidem diuitias vicini non imminuit, ſeipſum verò inuidia conterit. Sicuti enim eam materiem, quæ facilè ignem concipit, quàm longiſſimè ab igne ſeponere ſolemus, ſic par eſt nos, quantum in nobis ſitum eſt, amicitias ab hominũ inuidorũ conſuetudine abducere, vt extra inuidię tela eſſe poſſimus. Canes quidem alendo manſuefacimus, at inuidum, benignè ei faciendo, multò peiorem reddimus. Nõ enim gaudet beneficiis, quibus cumulatur, ſed mœrore affligitur ob aliorũ opulentiam, eò quòd materiem habeant, vnde ſuæ ege-

Ex conc. habita Lacizis.

Ex conc. de Inuidia.

Ex conc. habita Lacizis.

F ſtati ſuccurrere poſſint. Pantheræ naturalẽ quandam habent aduerſus hominem iram, & ſolent vel maximè in oculos inſilire. Hinc qui in ſanæ illi beſtiæ illudunt, ex charta imaginem quaſi hominem ipſi oſtentant: illa verò nimio impetu ac nulla cõſideratione facta, eſſe hominẽ autumans, chartã veluti hominẽ cũcerpit, atq; hinc, quãto ſit in hominẽ odio, oſtẽdit: ſic & dæmõ in imagine, quo ſit in Deũ odio, oſtẽdit, cùm ipſum Deũ attingere nequeat. Proinde noli tibi veteranorũ laudes ad imitandũ proponere, ſed ex imbecilli beſtiola

Ex Hexaemero.

ſtiola magnam aſtutiam dolúmque diſcito. Cancer quidem Oſtreum appetit, ſed eius carnem propter teſtam, qua tegitur, perdifficulter capere & inuadere poteſt: eius enim carnis mollitudinem valido operculo & quaſi vallo natura circumſepſit, ex quo ὀστρακόδερμον, id eſt, teſtaceo operculo animal dicitur: & cùm duæ illæ concauitates inter ſe aptæ & copulatę oſtreum concluſerint, nihil omninò efficere Cancri brachia, nihil contrà moliri poſſunt. A Quid ergo facit? cùm ipſum in locis tranquillis cupidè calefieri animaduertit, & ad radios Solis conchas ſuas aperire, tum demum clàm calculo iniecto eas, quò minus occludat, impedit, & ita quod vi non poterat, aſtu perficit. Atque hic eſt dolus eorum, quæ muta ſunt, & rationis expertia. Eiuſmodi eſt, qui cum fraude fratrem adit, & in proximos, rebus eorum aduerſis, impetum facit, alieníſque incommodis lætatur. Sed neque Polypi dolus ac fraus ſilentio prætereunda eſt. Is quodcunque in ſaxum adhæſerit, eius colorem imitatur, & obtinet, ac ita multi piſces nantes in Polypum tanquàm in petram incidunt, eiúſque veteratoris præda fiunt. Moribus ſimiles ſunt ij, qui ſemper eos adeunt, qui poteſtate & imperio valent, ſéque pro rerum & temporum ratione ita accommodant, vt in propoſito, & ſententia nunquàm permaneant, ſed alios atque alios ſe gerant, & pro cuiuſque arbitratu ac libidine mutant ſententiam. Hos profectò homines vitare eorúmque mala cauere, magni eſt laboris, propterea quòd in illa religionis ſpecie & ſimulatione ſumma la- B teat improbitas. *Ex Ethicis.* Nam odium in profundo detinentes, dilectionis oſtendunt fucatam, atque adumbratam ſpeciem: non aliter ac petræ ſub mari latentes, quæ pauca aqua cùm ſint opertæ, malum, quod prouideri non poteſt, hominibus incautis afferunt. Ad calumnias autem conticeſcere non oportet: non vt contradicendo nos ipſos defendamus, ſed ne mendacio progreſſum permittamus, circumuentóſque damno affici patiamur. *Ex Hexaemero.* Calumniator enim tribus ſimul perſonis nocumento eſt: nam & eum lædit, quem calumniis onerat, & quibus cum ſermonem habet, denique ipſe ſeipſum. *Ex Antirrheticis.* Scire enim vos velim, quòd contumelias impunere, & detrahere aliquibus petulanti lingua, ac mente minimè candida, improborum, & eorum, qui hominibus odium conciliant, opus eſſe: at omni ſtudio conari mendacium refellere, virorum eſt frugi, ac eorum, qui & ſibiipſis bene conſulunt, & multorum ſecuritati ſtudēt. Quamobrem peruerſitatem priorum fugiamus, talium verò vitæ ſtatum imitatione exprimere contendamus, vt bona futura conſequi poſſimus in Chriſto IESV domino noſtro, cui gloria, & potentia, nunc & ſemper ac in perpe- C tuum tribuatur. Amen.

DE PATIENTIA, & tolerantia.

ORATIO XI.

Ex com. de non adhærendo rebus huius vitæ.

NEmo ob eas moleſtias, quibus conflictatur, cogitare aut dicere audeat, nullam omnino prouidentiam res noſtras gubernare, neque adminiſtrationem, ac iudicium domini in crimen vocet, ſed athletam illum Iob ante oculos ſibi proponat, ſaniorisque mentis conſiliarium ipſum faciat. Reputet ſecum vniuerſa illa ex ordine certamina, in quibus ille primas tulit, & quot telis à dæmone petitus, nullum tamen mortiferum vulnus accepit. Ademerat illi quidem omnem proſperitatem domus, & conſilium ceperat alternis malorum nunciis ipſum obruendi. Nam dum adhuc prior aliquam cladem annunciabat, alter nuncius veniebat, longè grauiorem cladem afferens. D Ac multa ſanè mala inter ſe connectebantur, & calamitates vndarum incurſionem imitabantur: nam prius quàm priores lacrymæ exareſcerent, aliarum cauſa afferebatur. Ille verò tanquàm ſcopulus quidam in mari eminens ſtabat, tempeſtatis impetum ſuſcipiens, vndarúmque vim in ſpumam conuertens, & acceptam illam vocem domino edebat, ac omnino nihil eorum, quæ euenerant, lacrymis dignū duxit. *Iob. 1.* Cùm verò nuncius quidam veniſſet & referret, filiis ac filiabus epulantibus, ventum quēdam violentum, illud domicilium, in quo conuiuium celebrabatur, euertiſſe, tunc veſtem tantummodò diſcidit, ſympathiam quandam naturæ oſtendens, & illo facto, quòd pater liberorum amans eſſet, teſtatum faciens, atque piis illis vocibus factum exornans, dicebat, Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt. Tantùm non talia edens, pater vocatus ſum, quāto tempore voluntas illius tulit, qui me patrem eſſe voluit, auferre mihi rurſus ſubolis coronam ſtatuit, non contendam cum eo de iis, quæ ipſius propria ſunt: præponderet id, quod domino viſum eſt, ipſe eſt effector generis, ego verò inſtrumentum tantùm. E Quid fruſtrà ſeruus cùm ſim, ægrè atque iniquo animo feram, & ſententię ſuccenſeam, quam reſcindere nequeo? huiuſcemodi verbis dæmonem iuſtus ille pungebat. Cùm autem ipſum ſuperiorem eſſe hoſtis cerneret, nec vllo horum conuelli poſſe, ipſam carnem aggreſſus eſt, & ex corpore eius, innumeris plagis illud conficiens, vermium fontes promanare fecit, *Iob. 2.* virúmque ex regio throno abductum, in ſterquilinium coniecit. Ille verò quamuis tantis calamitatibus affligeretur, conſtans permanſit, & dum corpus eius laceraretur, pietatis theſaurum in penetralibus animæ tutum à prædone cuſtodiebat. Cùm verò hoſti nihil iam relinqueretur, quod deinde faceret, *Iob. 2.* ad veteres illas ſuas inſidias deſcendit, vxoriſq; illius mentem in impiam ac nefandam ſententiam adducens, illius opera athletam frangere conabatur. Ac ſanè illa quidem longo dolori renuncians, capite in terram demiſſo, iuſto aſtabat, manus ob ea, quæ intuebatur, concutiens, & pietatis fructus illi exprobrās. Recenſebat præterea veterem illam omnium rerum abundantiam, præſentia verò mala oſtendebat, F ac qualem ex qualibus adeptus eſſet vitam, & cuiuſnam modi pro multis ſacrificiis, ac victimis mercedem à domino accepiſſet, identidem ipſi inculcabat. Vſurpabat autem ſemper verba animi parui, ac demiſſi plena, atq; ſanè talia, quæ & virum fortem commouere, & animum quāuis generoſum inflectere poſſent. Errabunda, & ſerua vagor, dicebat, regina ſeruitutē ſeruio, & ad ſeruorum meorū manus reſpicere coacta ſum, quæ quondam

quondam multos benignè nutriui, nunc ipſa ex alienis nutrior. Ac ſanè, inquiebat illa, longè honeſtius, & conuenientius eſſet, ſi te ipſum è medio tolleres, gladium iræ creatoris acuēdo, quàm res aduerſas æquo animo ſuſtinendo, moleſtiam, & tibi & coniugi, proferres. At ille ex his verbis tantum mœrorem ſuſcipiebat, quantum nullum aliud ob malum, & multum ira commotus ad vxorem veluti ad hoſtem quendam conuerſus,

Iob.2. A inquit, Cur veluti vna ex his mulieribus, quæ mēte captæ ſunt, locuta eſt? abiice, inquit, o mulier, conſilium ſceleris plenum, quouſque tandem communem noſtram vitam verbis tuis contumelia onerabis? certè mentita es in effingenda vita mea, aſſeuerando quòd non optarim rerum commutationem, & magnam ei dictis tuis adhibuiſti calumniam. Equidem me nunc longè magis impium factum eſſe arbitror, ſi quidem nos connubium vnum corpus effecerit, tu verò maledictis dominum laceſſiuiſti. Si enim bona ſuſcepimus de manu domini, cur mala non perferimus? Veniant tibi in mentem illa bona, quibus prius cumulata eras, perpende meliora cum deterioribus, & reperies nullius hominis vitam omni ex parte beatam eſſe. Semper enim fortunatum eſſe, ſolius Dei eſt. Sed tu ſi ex rebus præſentibus dolorem percipis, ex præteritis conſolationem pete. Nunc lacrymas profundis, at prius riſum edebas, nunc inopem vitam agis, at prius diuitiis affluebas, clarum vitæ laticem antea bibiſti, nunc

B turbidum bibens bono animo eſto. Nam neque fluminum curſus perpetuò puri apparent, vita autem noſtra, vti ſcis, veluti flumen quoddam eſt perpetuò fluens, & vndis viciſſim ſuccedentibus refertum, cuius vna pars iam præterfluxit, altera verò in curſu eſt, alia iam de fontibus manauit, alia verò poſt fluet, & vniuerſi ad commune mortis mare feſtinamus. Si bona ſuſcepimus à domino, mala num non ſuſtinebimus? num cogemus iudem eiuſdem generis res nobis perpetuò ſuppeditare? num erudimus dominum, quomodo vitam noſtram gubernare debeat? ipſe ſuarū ſententiarum poteſtatem habet, quomodo vult, res noſtras regit, ſapiens autem eſt, & quod ex vſu eſt, ſeruis ſuis ſuppeditat. Ne curioſius perſcruteris iudicium domini, boni conſule tantùm ea, quæ ab ipſius ſapientia proficiſcuntur, quidquid in te contulerit, id ſuſcipe cum gaudio. Oſtende rebus in aduerſis, dignam te prioris lætitiæ fuiſſe. Hæc dicendo Iob, etiam hunc dæmonis impetum retudit, & pudore ipſum affecit, eo quòd victoriam ab eo reportaſſet. Quid verò tandem

C hinc euenit? morbo nimirum leuatus eſt, perinde ac ſi fruſtrà eum inuaſiſſet, nihilque penitus effeciſſet. Effluruit enim ad ſecundam pubertatem

Iob.42. caro, vita verò omnibus bonis cumulata eſt, & diuitiæ auctæ, omni ex parte in domum confluxerunt, ita vt vnam partem, quaſi nihil vnquā amiſiſſet, haberet, alteram verò ob patientiam mer-

Ex Epiſt. cedis loco accepit. Ex eo quilibet noſtrum exemplum fortitudinis capere poterit, qui non ſolùm rebus in aduerſis, quibus conflictabatur, nimirū tum inops è locuplete, orbus filiis, cui pulchri erant liberi, vno momento temporum factus eſſet, idem permanſit, qui antè fuit, nec vnquam animum abiecit demiſitque, ſed neque etiam cùm amici eum conſolatum veniſſent, & hominem inceſſerent ac ærumnas ipſius augerent, vnquam irritatus eſt. Nonnunquam autem homines experiundæ animæ cauſſa, in tales vitæ difficultates incurrunt, quò in his difficultatibus appareant probi, ſiue diuites, ſiue pauperes ſint: vtrique enim tolerantia probantur. Et tum vel maximè pateſcit, an animo fraterno, an grato aliquis præditus ſit, an contrà maleuolo, & ea conſtantia, quæ ſimul cum vitæ reuolutione repentè commutatur. Nam vt gubernatorem nauis tempeſtas, athletam ſtadium, militem acies, magnanimum calamitas, ſic Chriſtianum hominē tentatio probat. Et quemadmodum athletas certaminum, labores coronis ad ſe alliciunt, ita etiam homines Chriſtianos probatio, quæ ex tentationibus deſcendit, ad perfectionem ducit, ſi modò cum decenti tolerantia, ac omni gratiarum actione ea, quæ à domino ordinantur, ſuſceperimus. Pauper es? ne animum abiicias, ſed omnem ſpem tuam in domino ponito. Non enim ille non cernit anguſtiam, eſt illi cibus in manibus, ſed tamen exhibitionem producit, vt conſtantiā tuam probet, & animum cognoſcat, num ſimilis ſit animo proteruiorum ac ingratorum, qui dum in ore ſunt, tibi benedicunt, adulantur, ac mirandum in modum ſuſcipiunt. At vbi paululùm mēſa dilata fuerit, maledictis tanquàm lapidibus obruunt eos, quos paulò antè voluptatis cauſſa obſeruabant. Helias agebat in Carmelo monte, alto & inhabitabili, ac penitus deſerto. At is animam loco omnium habebat, & vitam ſuam ſuſtentabat ea ſpe, quam in domino collocauerat. Sic verò vitam degens, ſame non eſt confectus, ſed ei volucres, & illæ quidem maximè rapaces ac voraces, cibos afferebant, alimentúmque homini iuſto hæ aues miniſtrabant, quæ alienos cibos diripere ſolent: domini enim iuſſu, naturam immutauerant, & factæ cuſtodes panis, ac carnium *erant. Agebat etiam in Babylonio lacu Iſraëlita quidam iuuenis, calamitate quidem captiuus, anima verò & conſtantia liber. Quid verò eſt quod illi accidit? Leones quidem contra naturam ſuam, inediam ferebant, alior verò eius Abbacuc per aërem ferebatur, quem Angelus vnà cum obſoniis ferebat: & ne fame premeretur iuſtus, tantum terræ ac maris puncto temporis vates emenſus eſt, quantum à Iudæa Babylonem vſque protenditur. Quid verò rurſum populo in deſerto accidit, cuius procurationem Moſes habuit? quomodo, obſecro, vita ipſius per annos quadraginta gubernata eſt? non erat illhic vir, ſementem qui faceret, non bos aratrum trahens, non area, non torcular, non penu, tamen & alimentum ei ſuppetebat, ſine ſemente, ſine aratione, & fontes è petra manabant, qui prius non erant, ſed in neceſsitate ſcaturiebant. Proinde & tu calamitatem patienti animo ferto, velut generoſus Iob, & ne te tempeſtas proſternat, neque quidquam abiicias ex his mercibus, quas tecum fers, hoc eſt de virtute, ſed veluti magni precij ſupellectilem ac mercem, in animo tuo conſerua gratiarum actionem, & ita etiam tu multiplicem percipies ex gratiarum actione voluptatem. Non enim ille eſt tolerans, cui deſunt res neceſſariæ, ſed qui in abundantia omnium rerum res aduer-

Right margin notes: *Ex cōc. in fame & ſiccitate.* (beside "quam irritatus eſt … homines") — D (beside "ſtantia, quæ ſimul") — *Ex Epiſt.* (beside "tatio probat") — *Ex cōc. in fame & ſiccitate.* (beside "Pauper es") — *3.Reg.18.* (beside "Helias agebat") — E *3.Reg.17.* (beside "ac voraces") — *Daniel.6, & 14.* (beside "ptiuus, anima verò") — F *Num. 20.* (beside "mentum ei ſuppetebat") — *Ex conc. in laudē 40. mart.* (beside "percipies … Non")

Ex com in ss P. l. Ex reo. lb. Lu.10.

ſas æquo animo ſert. In morbo es? lætè ſerto, quia quem dominus in oculis ſert, eum caſtigat. Pauper es? gaudio exulta, quoniam ea bona in te conſerentur quæ quōdam in Lazarum. Ignominia aſficeris ob nomen Chriſti? ò beatum te, quia ignominia tua in angeli gloriam commutabitur. Seruus es? gratias tamen & ſic agito, habes enim longè te inferiorem, gratias, inquam, agito, quòd vnum prætereas, quodque in piſtrinum coniectus non ſis, denique quòd flagris non cæderis. Nemini vnquam deerunt cauſæ gratias agendi. Iniuſtè tibi compedes inditæ ſunt? ſpe rerum fu-

Ex conc. in marty. Iulittam.

A turarum te ſuſtenta. Iuſtè condemnatus es? etiam ſic gratias habeto. Quoniam verò egregiæ res geſtæ veterum, aut memoriæ propagatione noſtram vſque ad ætatem conſeruantur, aut in poëtarum vel ſcriptorum monumentis extant, ne ſimus, obſecro, eius vtilitatis, quæ ex ipſis percipi poſsit, expertes, veluti illius, Probris fundebat homo quidam plebeius Periclem, ille verò ea negligebat: & ſanè tota die perſeuerabāt, ille quidem conuicia faciendo, hic verò nihili hominem pendendo. Deinde cùm iam aduesperaſceret, & ille præ tenebris vix diſcederet, cum lumine ipſum Pericles domum deduxit, ne ipſi inquinaret philoſophiæ ſtudium. Rurſum cædebat quidam Sophroniſci filium Socratem, in ipſam faciem impetu facto, ille verò non obuiam ibat, ſed permittebat, vt ſe temulentus ille ira expleret, ita vt iam intumeſceret & præ plagis ſanioſa eius facies eſſet. Vbi autem ille cædere deſtitiſſet, Socrates quidem nihil aliud feciſſe dicitur, quàm

Ex cō. quo vtilit ex prof lib. ca pi poſſit.

B quòd eum fronti ſuæ, veluti ſtatuæ cuiuſdam opificem, inſcripſerit, atque ita vltus eſt hominē. Euclidi autem Megarenſi cùm eſſet quidam iratus, mortem illi minatus eſt, ac iurauit ſe eum è medio ſublaturum: at ille contrà iurauit, ſe eum placaturum, ac ne animo in ſe hoſtili ſit, effecturum. Illud verò facinus Cliniæ, qui erat vnus ex familiaribus Pythagoræ, vix noſtris perſuaderi poteſt. Autumant enim caſu, & non ſponte illud accidiſſe. Quid verò eſt, quod ille fecit? Cùm illi integrum eſſet iureiurando trium talentorum mulctam effugere, exoluere potius, quàm iurare maluit, quanuis id ſanctè facere potuerit: non inſcius, vt opinor, illius præcepti, quod nos iurare vetat. Et hoc quidem Cliniæ ſimile eſt huic præcepto, illud verò Euclidis illi, quod inimicis bona optare & non mala imprecari iubet. Quare qui de bis ante fuerit edoctus, is non amplius illis tanquàm iis, quæ fieri non poſſint, fidem derogabit. Proinde fac ſit tibi præceptum Dei contubernale, lucem veluti quandam, & ſplendorem ad diiudicationem rerum tibi aſſiduè præbens. Quæ ex longinquo animæ tuæ curam ſuſcipiens, & veras ac germanas ante de vnaquaque re opiniones præparans, non ſinet te ab

C vlla re earum, quæ quotidiè accidere ſolent, immutari, ſed potius mente inſtructum, tanquàm quendam ſcopulum mari vicinum, fortiter, & conſtanter violentorum ventorum impetus ferre docebit, in Chriſto IESV domino noſtro, quem ſempiterna gloria conſequatur. Amen.

DE MOERORE ET TRISTITIA
ORATIO XII.

CVm video malum ſecundos habere progreſſus, veſtrámque pietatem affligi, atque iam omnino aſſiduis malis renunciaſſe, mœrore affligor, cùm verò rurſus magnam Dei manum mecum perpendo, tum quòd is nouit afflictos erigere, & amplecti iuſtos, proterere *Ex Eps.*

autem arrogantes, & ſedibus potentes eiicere, D rurſum animo mutato ſpe recreor. Certus enim ſum, quòd & vos ſcire volo, celerem fore rerum commutationem, nec diuturna hæc mala. Nam quæ paſsi ſumus, ob peccata noſtra paſsi ſumus: auxilium verò nobis ob ſingularem ſuam in ſeruos charitatem, ac commiſerationem hominum amator feret. Siue enim peccatorum pœnas pendimus, ſatis ſunt hæ præſentes plagę ad deprecandam in poſterum Dei in nos iram, ſiue ad certamina pro pietate per has tentationes vocamur, iuſtus certaminum præſes, non ſinet nos tentari *1. Cor. 10.* ſuprà quàm poſsimus, ſed ob ea, quæ perpeſsi ſumus, dabit nobis tolerantiæ ac ſpei in ipſum coronam. Quis enim adeò adamantina anima præditus eſt? quis adeò immanis ac ferus, vt audiens gemitum omni ex parte vos impetentem, veluti à quodam choro triſti commune quandam & conſonam lamentationem accinentem, non animo doleat, nec ad terram vultum demittat, nec denique immenſis iis ærumnis penitus colliqueſcat atque concidat? E Hæc autem dico non conſolandi veſtri gratia, (quæ enim oratio talis inueniri poteſt, vt tantæ calamitati medicinam faciat?) ſed dolorem cordis mei, quoad fieri poteſt, vobis hac voce demonſtro. Expendimus enim artem diabolici belli, qui cùm videret virtutem, tum vel maximè cùm nos inimici perſequuntur, augeri ac florere, mutauit conſilium ſuum, nec amplius aperto marte bellum gerit, ſed occultas inſidias nobis ſtruit, obtegendo eas eo nomine, quòd inimici noſtri circunferunt, vt eadem perpetientes, quæ & patres noſtri paſsi ſunt, non tamen videamur pati pro Chriſto, eò quòd etiam illi ipſi, qui nos perſequuntur, Chriſtianorum nomen habeant. Hæc nos mirandum in modū perturbarunt, & parum abfuit quin mente emouerer, dúmq; hæc animo agitaremus, venit etiam illud in mentem, Nunquid dominus ſeruos ſuos deſeruit? nunquid extremum tempus inſtat, & abolitio ab iis initium ſumit, vt in poſterum pa- *2. Theſ. 2.* tefiat iniquus ille filius perditionis, qui aduerſatur, ac ſeſe effert ſupra omnem Deum ac numen? F Veruntamen, ſiue hæc tentatio menſtrua eſt, ſufferte ipſam vos egregij Chriſti pugiles, ſiue etiam perfectò iam interitui res traduntur, ne, obſecro, negligamus præſentem rerum ſtatum, ſed expectemus reuelationem, è cœlis, aduentum magni Dei, & ſeruatoris noſtri IESV Chriſti. Si enim omnis creatura diſsipabitur, & figura huius mundi tranſmutabitur, nulli mirū profectò videri debet, ſi etiā nos pars creaturę cùm ſimus, mala perpetiamur, atq; calamitatibus his affligamur, quas pro ratione vitium noſtrarū inducit nobis iuſtus iudex,

Iudex, qui nos tentari non ſit permiſſurus ſuprà
1.Cor.10. quàm poſſimus, ſed cum tentatioοe cuiuſmodi
euentum facturus, vt ferendo vincere queamus.
Ne itaque nos labor frangat, manent enim nos
martyrum coronæ, præſto ſunt chori confeſſo-
rum, qui parati ſunt nobis manus porrigere, at-
que in numerum ſuorum recipere. Veniant vo-
bis in mentem patres illi ſancti, nemo eorum de-
licijs aut adulatoribus ſeſe dando, coronas patien
A tiæ reportauit, ſed omnes illi ingentes ærumnas
ſubſtinendo, dignos ſe eſſe vita æterna probarũt.
Beatus, qui dignus habitus eſt, vt afflictiones pro
Christo sufferret: longè beatior, qui plures ac
Rom.8. maiores ærumnas pertulit, quia non ſunt condi-
gnæ paſsiones huius temporis, vt conferantur
cum futura gloria, quę nobis tribuetur. Qui enim
in ærumnis animo non cadit, ſed ob ſpem, quam
poſitam habet in Deo, vim mœroris ſuſtinet, is
profectò à Deo tolerantiæ ſuæ mercedem reci-
Vermes de mœrore. piet. Quemadmodum autem vermes in tenerio-
ribus lignis maximè naſcuntur, ſic etiam mœro-
res, vt plurimùm in homines molliores cadunt,
neque tamen fœminis, neque viris conceſſus eſt
nimius luctus, ac ingens vis lacrymarum, ſed vt
paululum tantùm rebus in aduerſis triſtitiæ ſe
dent, & modicas quaſdam lacrymas profundant,
atque hoc ita quietè, vt nec dentibus infrendant,
neque vlulent, neque veſtes diſcindant, aut pul-
uerem inſpergant, aut aliquo alio modo indeco-
rè ſe gerant, inſtar eorum, qui rerum humanarum
rudes, atque imperiti ſunt. Nam fortis animi non
eſt, nec eius, qui firmitudinem aliquam ea ex ſpe,
B quam in Deum poſuit, habet, rebus aduerſis ſuc-
cumbere atque frangi. Nam lacrymæ ex impro-
uiſo quodam incurſu, veluti plaga quadam ani-
mam cædente, ac contrahente, dum ſpiritus cir-
ca cor comprimitur, generari ſolent. Gaudium
verò, exultatio quædam eſt animæ iis rebus gau-
dentis, quæ ex ſententia ceſſere. Vnde etiam ea,
quæ circa corpus euenire ſolent, inter ſe diſcre-
pant. Nam qui triſtitia afficiuntur, ſubpallido, li-
uido, ac frigido ſunt corpore, at qui lætitia exul-
tant, florido, atque rubicundo: vix non ſaliente
ac foras progrediente anima, præ voluptate. Ac
ſanè multos nouimus, cùm calamitate ingenti af-
fligerentur, ſibi vi à lacrymis temperaſſe, deinde
in quoſdam morbos inſanabiles cecidiſſe, in a-
poplexias, inquam, ac paralyſes, alios verò peni-
tus exanimatos eſſe, cùm vires ipſorum perinde
ac debile fulcrum quoddam, triſtitiæ onere con-
fringerentur. Id in flamma videre licet, quæ à
proprio fumo ſuffocatur, cùm foras non egredia
tur, ſed circa ipſam ſe voluet: hoc ipſum etiam
aiunt in facultate, quæ animal gubernat, ac regit,
fieri: contabeſcit enim ac extinguitur à dolori-
bus, cùm nulla foris perſpiratio fiat. At dices, cu-
Ioan.11. C ius igitur gratia Chriſtus Lazarum luxit? nimirũ
eam ob cauſam, vt mœſtorum ac lamentantium
hominum condolentiam, & animi demiſſionem
corrigeret. Lacrymas enim Domini commiſera-
tionis plenas non fuiſſe, ſed docendi noſtri cauſa
profuſas eſſe, ex iis verbis patet, quæ dixit: inquit
enim, Lazarus amicus noſter ſomnum capit, ſed
vado expergefactum ipſum. Quis noſtrum dor-
mientem amicum luget, quem ſperat paulò pòſt
experrectum iri? Lazare ades dum, ait, & qui
iam mortem oppetierat, reuixit, vinculiſque con
ſtrictus ambulauit. Eſt quidem res admirationis
plena: faſciis conſtricti erant pedes, nec tamen
impedimento fuerant motui: maius enim erat
robur impedimento. Quomodo igitur ille, qui
talia editurus erat, id quod euenit, lacrymis di-
gnum iudicauit? Manifeſtum itaque eſt, quòd
omni ex parte imbecillitatem noſtram fulcien-
do, menſuris quibuſdam, ac terminis neceſſarias
perturbationes conſtrinxerit, condolentiam qui- D
dem quaſi ferinam declinans, triſtitiæ verò ſtu-
dium, ac nimiam lamentationem, vt ingenero-
ſam deuitans. Quid verò Iob? num adamantino Iob.1.
corde erat? num ex lapide viſcera eius confecta?
ceciderant ipſi momento temporis decem libe-
ri, vna plaga contriti, atque hoc in domo iucun-
ditatis, & eo tempore cùm voluptati ſe darent,
dæmone nimirum in ipſos domum incutiente.
Vidit menſam ſanguine conſperſam, vidit libe-
ros diuerſo quidem tempore in lucem editos, at
communem vitæ finem ſortitos, non tamen plo-
rauit, non comam euulſit, non edidit vocem ali-
quam muliebrem, ſed illam decantatam, & ab
omnibus celebratam, Dominus dedit, dominus
abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit
nomen domini benedictum. Num ferus fuit hic
homo? & quónam id modo, cùm de ſeipſo dicat,
Ego magis ploraui, quàm quiuis alius, omnibus Iob.16.
miſeriis coopertus. Num ergo mentitus eſt hæc,
dicens? nequaquam, ipſa enim veritas teſtimo-
nium ipſi præbet, aſſerendo, eum ad cæteras ſuas
virtutes etiam veritatem adiunxiſſe. Sic enim in- Iob.1.
quit, Homo reprehenſione vacans, iuſtus, pius, E
verax. Verùm plurimi mortalium cantilenis qui-
buſdam ad triſtitiam compoſitis lamentantur,
carminibúſq; lugubribus, vt animæ ipſorum dif-
fluant, ſtudent: ac ſanè quemadmodum Tragœ-
dorum proprium eſt figmentum ipſum, & ſcena,
quibus theatra occupantur, ſic etiam putant con-
uenire lugẽti veſtem nigram, ſqualidam comam,
tenebras in domo, ſordes, puluerem, ac cantum
lugubrem, qui animæ omni tempore recẽs mœ-
roris vulnus in memoriam reuocat. Neſciunt
equidem, quòd animæ, quę ſemel deſiderio crea-
toris ardere cœpit, quæque rebus pulchris, quæ
illhic ſunt, aſſueta eſt, gaudium, à vario lapſu car-
nalium perturbationum non immutatur, ſed quæ
ſunt aliis triſtia, iis illa lætitiam ſuam cumulat at-
que auget. Quemadmodum enim qui debiles Ex conc. in fame & ſiccitate.
oculos habent, ipſos à rebus ſplendidis longè a-
mouentes, floribus ac herbis recreant, ſic etiam
animam oportet, non ſemper intueri id, quod lu-
gubre eſt, neque præſentibus moleſtiis deditam
eſſe, ſed oculos ſuos ad verorum bonorum ſpe-
culationem conuertere. Nam res aduerſæ ani- Ex cõc. in 33. Pſal.
mum ſicuti ignis aurum probant: ac ſanè illis,
qui rectè ſunt inſtituti, calamitates veluti alimen- F
ta quæ athletica atque exercitationes ſunt, quæ
luctatorem ad paternam gloriam deducunt. Ni- Ex conc. in fame & ſiccitate.
mia autem triſtitia, auctor peccati eſſe ſolet, cùm
mœror mentem ſubmergat, conſilij inopia ver-
tiginem afferat, penuria cogitationis ingratum
animum generet. Turpe etenim eſt benedicere Ex con. in 33. Pſal.
vos res ob ſecundas, ſilere verò ob aduerſas: im-
mo tunc vel maximè gratiæ nobis agendæ eſſent,
cùm exploratum habeamus, quòd quem diligit Hebr.12.

 dominus,

dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Eripit quidem ex miſeriis ſanctos ſuos Deus, non tamen abſque probatione, ſed tolerantiam ipſis tribuit. *Rom. 5.* Quòd ſi calamitates, & miſeriæ tolerantiam operantur, tolerantia verò probationem, qui miſerias æquo animo ferre non vult, is probatione ſeipſum priuat. Proinde ſicut nemo coronatur ſine aduerſario, ſic neque probatus renunciari quiſquam *2. Cor. 10.* poteſt, niſi multas calamitates pertulerit. Ex
A omnibus itaque miſeriis, atque calamitatibus eripiet ipſos dominus, non ſinens eos nimiùm calamitatibus affligi, ſed vnà cum tentatione dabit etiam exitum, hoc eſt, vt tolerare eas poſsimus. Qui verò dicit non conuenire iuſto afflictionem, aliud nihil dicit, niſi quòd non conueniat, vt athleta ſeſe exerceat. *Ex cō. contra calūm. nos quòd tres deos dicamus.* Quoniam verò afflictis ingentē conſolationem affert, cùm participes habent aliquos ſui luctus, ideò ſimul cum iis dolere, qui calamitate aliqua afficiantur, æquum eſt. Hac enim ratione ſocium te præbebis afflictis, non autem ſi in calamitate alterius hilaris fueris, nec ſi in alienis malis indifferentem te exhibueris. Non tamen ſimul cum afflictis adeò luctu efferri conuenit, vt vnà exclames, aut lamenteris, aut ipſos in aliis imiteris, nec æmuleris eum, cui ærumnæ tenebras obduxerunt, hoc eſt, qui ſeipſum abdit, nigrum veſtitum gerit, humi procumbit, capillos negligit. His enim calamitas magis augetur, quàm leuatur. *Ex conc. in marty. Iulittam.* Angi quidem ob ea, quæ acciderunt, & quietè contriſtari ob ærumnas licet, ſed tamen ita, vt in omnibus gra-
B uitatem ſeruet. Vbi verò ad colloquium veniendum erit, non conuenit ſtatim ad obiurgationes deſcendere, velut iacentibus inſultantem. Acerbæ enim eſſe ſolent afflictis obiurgationes, nec eorum ſermonem ferre poſſunt, qui dolore non tanguntur in alienis malis, quique in perſuadendo parum valent. *Ex Epiſt.* Nam vt oculo inflammato, etiā molliſſimum medicamentum moleſtiam exhibet, ſic etiam & animo, qui grauitate calamitatis ardet, quamuis multam conſolationem afferat ſermo, moleſtus tamen quodammodo eſſe ſolet, ſi tum, cùm in dolore ſumus, proferatur. *Ex cōc. de gratiarum actione.* Cùm verò ob delictorum pœnitentiam fratrem lugere conſpexeris, vnà cum eiuſcemodi fleto. Nam & tu in alienis malis, propria corrigere poteris. Qui enim pro peccato proximi calidam lacrymarum guttam profundit, is ſibi ipſi medicinam facit, eò quòd fratrem deflet. Ob peccatum luge, hoc enim animæ ægritudo eſt, hoc rei immortalis mors, hoc luctu, & ingenti eiulatu dignum eſt, ob hoc lacrymæ profundantur, & ne ceſſet gemitus ex medio corde proficiſcens. *Hiere. 9.* Sic flebat Hieremias ob pereuntem populum, cui cùm non
C ſatis eſſent naturales lacrymæ, fontem lacrymarum, & abditum locum requirebat. Pro his autē omnibus gratias agamus Chriſto Deo noſtro, quoniam illum ſolùm decet omnis gloria, honos & cultus, vnà cum patre æterno, & ſanctiſſimo ac viuificatore Spiritu, nunc & ſemper & in ſempiternum. Amen.

DE ELEEMOSYNA ac benignitate.

ORATIO XIII.

SI diuitias, ô homo, ob eum honorem, qui ex ipſis proficiſcitur, ſuſpicis, conſidera, obſecro, quantò magis ad gloriam faciat, multorum filiorum patrem appellari, *Ex conc. in diuites.* quàm ingēti pecunia abſtinere. D Nam pecuniam quidem relinques hoc in mūdo, etiam ſi nolueris: at eam gloriam, quam ex bonis actionibus adeptus fueris, ad dominum deferes, quando vniuerſus populus coram communi omnium iudice conſtitutus, nutritorem, & benefactorem ſuum te appellabit, omniaq; humanitatis nomina tibi tribuet. *Ex cōc. ad diuites.* Ac in nundinis quidem nemo mœrore affligitur, profundens præſentia, & viciſſim recipiens ea, quibus opus habet, verùm quantò minore pretio pretioſiſſimas res cōparauerit, tantò magis exultat, quaſi qui egregiam permutationem fecerit. Tu verò in mœſtitia es, cùm aurum, argentum, & opes tradis, hoc eſt cùm lapides, & terram largiris, quò beatam vitam conſequaris. Sed quàsnam ad res vteris auro? veſte pretioſa te ornabis? at tunicella ex duabus vlnis confecta tibi ſatis erit, & *1. Tim. 6.* vnius pallij amictus omnem indumentorum neceſſitatem explebit. Ad victum comparādum diuitiis te vſurum inquies? at vnus panis ad explendum ventrem ſufficit. Quid igitur mœres, quaſi aliqua re priuatus eſſes? Num gloria ex diuitiis? at ſi non in terra gloriam quæſiueris, inuenies veram illam & ſplendidam gloriā, quæ te in regnum cœlorum deducet. E Diſſipatæ diuitiæ, eum in modum, quem dominus præſcribit, permanere ſolent, retentæ autem abalienari. Si eas cuſtodieris, non habebis, ſi effuderis, iacturam earum non facies. Diſperſit, erogauit in pauperes, iuſtitia eius manet in æternum. *Pſal. 3. & 2. Cor. 9.* Nam diuitiarum vſum diſpenſatorium, non autem voluptariū eſſe, eos, qui rectè iudicare velint, exiſtimare par eſt. Itaq; vbi eas expoſuerimus, lætitia efferri debemus, perinde ac ſi eſſemus alienis rebus priuati, non autem ægre ferre, tāquàm propriis excidiſſemus. Cur igitur triſtitiæ te das? cur animo luctum percipis, illud cùm audis? Vende res tuas, & da pauperibus. *Mat. 19.* Nam etiam ſi te conſequerentur ad vitam ſempiternam, non tamen tanto cum ſtudio eſſent parandæ, vt pote quibus ea præmia, quæ illhic tribuuntur, tenebras obducent. Quòd ſi neceſſariò nobis ſunt hîc relinquendæ, cur amabo, non venditis ipſis, lucrū, quod hinc capi poſſit, auferimus? Qui enim rebus præſentibus malè vtitur, is æquè miſerabilis eſt, ac ille, qui ſe- F *Ex conc. de Iuuētu.* ipſum ſpontè eo gladio, quem accepit ad vindicandos hoſtes, vulneribus conficit. At qui bene eis vtitur, quique ſecundum rectam rationē præſentia adminiſtrat, ac ea bona, quæ ipſi à Deo largita ſunt, in pauperes diſtribuit, diſpenſatorem ſe earum gerendo, non autem propriæ voluptatis gratia ea parando, ille & laudibus ornandus, & amore proſequendus eſt, eò quòd amore fraterno, & moribus humanæ ſocietati ſtudentibus, præditus ſit. *Ex cōc. habita in fame & ſiccitate.* Aſpicite, quæſo, quomodo ingens numerus

numerus peccatorum noſtrorum, & tempora à propriis naturis abduxerit, & eorum ſpecies proprias in alienas temperaturas tranſmutauerit. Omnia enim æquè creationis terminos tráſgreſſi ſunt, peruerſaque conſpiratione in perniciem noſtram facta, homines, è vita cedere cogunt. Quæ eſt igitur huius perturbationis ac confuſionis cauſa? nempe hæc, quòd nos ipſi cùm accipiamus, aliis non largimur: beneficentiam in cœlum

A ferimus, nec tamen benignè facimus iis, qui penuria rerum laborant. Serui ipſi cùm ſimus, in libertatem vindicamur, non tamen nos noſtrorum conſeruorum miſeret: eſurientes nutrimur, nos verò egenum præterimus: liberalem ſuppeditatorem habentes, reſtricti ipſi ſumus, nec volumus participes facere rerum noſtrarum pauperes: fœcundæ nobis ſunt oues, nudorum tamen maior eſt numerus, quàm ſit ouium: cellæ ob multitudinem earum rerum, quæ ſunt in eas conditæ, coarctãtur, nos tamen miſericordiam non tribuimus ei, qui in ſummas anguſtias adductus eſt. Pauper es? attamen alium habes longè te pauperiorem: tibi enim decem dierum ſunt alimenta, illi verò vnius diei tantùm. Proinde veluti homo benignus, id, quod tibi redundat, cum indigente adæquato, ne cũcteris de modico largiri, ne præferas tuam vtilitatem communi periculo. Et ſi in vno ſolùm pane totus victus conſiſteret, & pro foribus ſtaret qui peteret, profecto ex penu illũ vnum panem, & imponens eum manibus, ac iis

B in cœlum ſublatis, dicito orationem miſerabilem ſimul & mitẽ, Vnus panis tantùm mihi eſt, quem cernis Domine, & periculum manifeſtum impendet, ſed ego tuum præceptum meo periculo antepono, & ex pauco præbeo fratri eſurienti: da & tu ſeruo, qui eſt maximis in anguſtiis: noui tuam bonitatem, confido etiam tuæ potentiæ, non in diem tu profers ac producis gratiam tuã, ſed diſpergis quando vis dona tua. Quod ſi ita dixeris & feceris, ille panis, quem maximo cum luctu præbuiſti, exiſtet ſemen ſegetis, atque multiplicem fructum gignet. Tu verò dicis, quòd proximum tuum diligis, vt teipſum: verùm id, quod à Domino dictum eſt, redarguit te, & declarat quàm longiſſimè abeſſe à vera charitate. Si enim tantum largitus es vnicuique, quantum tibiipſi, vnde tibi hæc tanta pecuniarũ vbertas? Qui enim proximum ita charum habet, vt ſeipſum, hic nihil amplius proximo poſſidet: ſed cùm tu poſsideas, videris apertè propriũ vſum pluris facere, quàm multorum commoda, atque ſolatium: quantò enim maioribus circunfluis diuitiis, tantò magis

Ex ho. ad diuites.

C charitatis expers es. Nam ſi charũ habuiſſes proximum tuum, iam diu cogitationem abalienandæ pecuniæ ſuſcepiſſes. Nunc verò opes tibi magis quàm corporis mẽbra creuere, & dolori maximo tibi eſt ipſarum ſeparatio, veluti partium corporis abſciſsio. Si enim veſtiuiſſes nudum, ſi dediſſes eſurienti panem tuum, ſi fores tuæ omni peregrino patuiſſent, ſi pupillis patrem te præbuiſſes, ſi debilis ac infirmi vicem doluiſſes, quarum nunc diuitiarum cauſa mœrore affligeris, iam olim ipſas indigentibus diſtribuere ſtuduiſſes. O quantas te benefactori gratias agere oportebat, & quàm hilari ac læto animo eſſe, ob eum honorem, nimirum quòd ipſe aliorum fores non

Ex conc. in eum locum, Destruam horrea mea

obis, ſed quòd alij tuas circunſtant. Participes facias frumenti fratres: id, quod cras putreſcet, hodie trade egenti. Auaritię equidem forma peſſima eſt, quæ neque ea, quæ corrumpuntur, egenis impertiri vult. Quòd ſi ille, qui veſtem homini induto detraxerit, prædator nominabitur, certè ille, qui hominem nudum non veſtierit, cùm id facere poſsit, alia quadam peiori appellatione dignus eſt. Eſurientis eſt panis, quem tu detines, nudi eſt pallium, quod tu in veſtiario conD ſeruas, calceus, qui apud te putreſcit, eius, qui eo caret, indigentis eſt aurum, quod terra obruiſti. Proinde tot hominibus iniuriam infers, quot beneficio complecti potuiſti. Quomodo tibi pauperis miſerias ob oculos ponam, quò ſcire poſsis, è quibus gemitibus tibi theſaurum comparas. O quàm pretioſum tibi in die illa iudicij verbum illud videbitur, Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum iam multis à ſeculis vobis paratum. Quantus rurſus horror, quantus ſudor, quantæ tenebræ tibi oborientur, cùm ſententiam illam audies, Abite à me maledicti in tenebras exteriores, quæ paratæ ſunt dæmoni, & angelis ipſius. Neque enim miſericordia ſine iudicio, neque iudicium ſine miſericordia eſt: ante iudicium cordi eſt illi miſericordia, & poſt miſericordiam venit ad iudicium. Hæc autem ita inter ſe coniuncta ſunt, miſericordia nimirum cum iudicio, vt neque miſericordia ſola ſecuritatem parere, neque iudicium ſolum deſperationem afferre poſsit. Si neminem morte affeciſti, ſi adulterium non perpetraſti, ſi nec furtum feciſti, nec falſum teſtimonium contra quenquam dixiſti, ſtudium, & operam, quam in iis rebus ponis, perdis, cùm id non addas, quod reliquum eſt: cuius opera ſolùm poteris conſequi regnum E Dei. Quòd ſi tibi medicus promitteret, ſe membra tua correcturum, quæ aut natura, aut ægritudo mutila effecit, non animo vtique triſti hæc exciperes: cùm verò te magnus animorum medicus, omnibus numeris abſolutum opera miſericordiæ facere vult, cui maximæ ac principaliſſimæ partes deſunt, nõ agnoſcis beneficium, ſed luges, ac triſtem vultum præ te fers, animum tuum dolore conficiens, & ea omnia, quæ erant tibi præparata, inutilia ipſemet reddis. Non ſtudioſus eris tui? non in hac vita recondes futuræ quietem atque tranquillitatem formicæ exemplo? quæ æſtate ea, quibus hyeme victitet, reponit, nec quia nondum hyemis incommoda adſunt, tempus per negligentiam ociúmque tranſmittit: ſed perpetuo quodam ſtudio ſeipſam ad opus compellit, quoad quantum ſatis eſt ad vitam tuendam, repoſuerit: neque id inertia & ignauia vlla facit, ſed prudenti quadam conſide F ratione, qui res ad victum neceſſaria, diutiſsimè eſſe poſsit, excogitat. Suo enim ore id, quod in mediis fructibus eſt, verberat & ſecat, ne ſi germinarent, nihil ipſi ad victum conducerent. Præterea eos ſiccat, cum illos humidos eſſe ſenſerit, nec eos quouis tempore profert, ſed tum denique, cum cœlum ſerenum præſenſerit. Nunquam imbrem ex nubibus delabi videre poteris, quandiu frumentum ex formicarum cauernis proiectum eſt. Imitare terram, ò homo, fructum ferto velut illa, ne iudicaris deterior eſſe te, quæ eſt

Mat. 25.

Ex com. in 32 Pſal. Eccleſ. 3.

Ex eo. ad diuites.

Ex Hexa hemero.

Prou. 6.

Ex cõn. in eum locum, Destruam horrea mea

animæ expers: illa enim fructus non ad vſum ſuum, ſed ad tuum gignit: tu verò quem oſteodere debebas beneficentiæ fructum, hunc tibi ipſi cumulas. Benefactorum autem gratiæ, ad illos, qui ea in alios collocarint, reuertuntur. Dediſti aliquid eſurienti, tuum hoc, quod dediſti, efficitur, magno cum fœnore ad te rediens. Quemadmodum enim ſemen terræ mandatum, lucrum ei parit, qui illud mandauit, ſic etiam panis, qui homini eſurienti largitur, magnam vtilitatem in poſterum affert. *Exhor. habita Laicis.* Si aliquis pro foribus tuis aſtiterit, neceſſitati ſuæ medicinam aliquam A quærens, ne, quæſo, ad inæqualia reſpicias, néve dicas, Hic amicus eſt, hic cognatus, hic benefactor, ille peregrinus, alienus, ignotus: nam ſi ad inæqualia reſpexeris, non tibi etiam impertietur miſericordia. Vna eſt natura, homo & hic & ille, vna neceſsitas, penuria vterque eadem laborat, largire fratri & peregrino, & ita neque fratrem deſpicies, & peregrinum, fratrem proprium efficies. Vult te Deus omnipotens conſolationem adhibere egentibus, non autem rationem habere perſonarum: Non vult vt cognatis des, peregrinum verò repellas: omnes enim cognati, omnes fratres, vnius patris filij omnes. Dantur nonnulli, qui ex alicuius dominationis graui periculo à creatore ſunt erepti, nec eſt illis quidquam, vnde vitam ſuſtentent ſuam: ſolo nanque animo, & corpore periculum illud declinarunt. Nos itaque, qui moleſtiarum periculo non guſtato, illæſi permanſimus, communicemus cum illis opes noſtras, amplectamur eos B fratres, qui vix ſeruati ſunt, dicat vnuſquiſque ad vnumquemque, E vita iam deceſſerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Contegamus denique corpus nobis propinquum, opponamus iniuriæ ac impetui hoſtili auxilium atque conſolationem noſtram: quo etiam ſi læſit ille, nullum tamen damnum dediſſe videatur, & illato bello nullum victum oſtendiſſe, & ſi fratrum facultates abſtulerit, à noſtra munificentia, & liberalitate ſuperatus appareat. Propter charitatem quidem ſimplicem ac liberalem erga eos, qui petunt, diſtributorem eſſe oportet, iuxta illud præceptum, *Luc. 6.* Petenti dato: at ratione rurſum diiudicare conuenit vniuſcuiuſque eorum, qui *Act. 4.* petunt, neceſſitatem, vt ex actis Apoſtolorum didicimus, vbi dicitur, Datum vnicuique eſt tantum, quantum opus habebat. Cùm enim multi tranſgredientes vſum rerum neceſſariarum, occaſionem nundinationis, & materiem obſceni luxus, peritionem faciant, ſcitè & aptè pro neceſſitate atque vſu vniuſcuiuſque, diſtributio rerum neceſſariarum fieri debet. Illis enim, qui cantilenas lugubres, vt mulieres circumueniant, componunt, & qui mutilationes corporis, & vlcera quæſtus gratia ſibi inferunt, non omnino vtile C eſt abundans ac liberale illud miniſterium: nam illa erogatio occaſionem illis dat vitiorum perpetrandorum: pauca tamen largitione oportet talium clamorem retundere. Animus verò fraternus, & commiſeratio in eos conferenda eſt, qui æquo ac patienti animo miſerias ferre didicerunt, de quibus etiam illud dicetur, *Mat. 5. Ex Epiſt.* Eſuriui, & dediſtis mihi comedere. Eam ob cauſam magna opus eſt experientia ad dignoſcendum, quinam verè indigeat, & qui auaritia adductus petat. Atque ille quidem, qui homini afflicto aliquid dat, domino ipſi dat, ab eóque mercedem accipiet: qui verò erroni præbet, is proiecit cani moleſto ob impudentiam, non autem homini miſerabili ob egeſtatem. *Ex ſi cunno ſunerà...* Audite diuites, qualia conſilia, propter veſtram inhumanitatem, damus pauperibus: ſatius eſſe dicimus, ea mala, quibus vrgentur, ſuſtinere, quàm eas calamitates, quæ ex vſuris deſcendunt, ſubire. Quòd ſi domino obedietetis, quid eſſet iis ſermonibus opus? *Luc. 6.* Mutuum date, inquit ille, his, à quibus ſperatis nihil vos accepturos. Cùm enim pauperi dabis propter do- D minum, idem illud & donum & mutuum efficietur, donum quidem ideò, quia nihil te ſperas hinc recepturum, mutuum verò propter domini magnificentiam, qui pro ipſo rependet: qui cùm pauca per pauperem acceperit, magna pro ipſis referet. *Ex conc. de Eleemoſyna & iudic.* Perpendat autem vnuſquiſque diuitum proprios fructus, ex quibus dona Deo conſecraturus ſit, ne pauperem opprimat, ne infirmiorem ſe cogat, ne eius bona, qui imperio illius paret, inuadat, potentia & imperio loco iuſtitiæ vtens. Nam iuſtitiam & æqualitatem ſeruate, etiam aduerſus ſeruos iubemur. Ne ideò, quoniam imperas, cogas, neque quia vales, aliena diripias: ſed quoniam facultas tibi eſt, oſtende opera iuſtitiæ. Non enim ex eo, quod potis non eras, probabis te Deo obedientem fuiſſe, ac eum timuiſſe, verùm ex eo, quòd cùm tranſgredi poſſes, tamen non es tranſgreſſus. Qui verò bona pauperum diripiũt, vt in alios benefici ſint, hi melius, me hercule, ac longè honeſtius face- E rent, ſi nec raperent, nec largirentur. Nam neque beneficentia ea iniuſtis lucris in egenos profecta, grata Deo eſt, neque is, qui à rebus iniuſtis abſtinet, laude eſt dignus, ſi nemini res ſuas impertierit. Nam de his quidem, qui iniuriam faciendo, dona Deo dicare inſtituunt, ſic ſcriptum eſt, Hoſtiam improborũ abominatur dominus. *Eſaie 1. Prouer. 15. & 21.* De illis verò, quos aliorum non miſeret, hunc in modum, Qui aures ſuas obturat, ne pauperẽ audiat, & ipſe aliquãdo alterius opem implorabit, nec erit, qui hominem exaudiat. Eam ob cauſam *Prou. 3. Iob. 4. Luc. 14.* præceptum illud tale nobis conſilium dat, Honora, inquit, Dominum iuſtis tuis laboribus, & primitias ei offerto ex fructibus iuſtitiæ. Si enim ex iniuſtitia, & rapina Deo ſacrificium facturus ſis, multò ſatius eſſet, non tenere talem poſſeſſionem, neque ex ipſa offerre. Purum nanque donum liberabit animam, vt literis mandatum eſt, & preces hominum proborum gratæ, atque acceptæ ſunt illi. *Pſal. 14. & 144.* Et rurſum, Si cùm poſſideas ea, quæ iuſtis laboribus acquiſiuiſti, non autem ex iis offers Deo, offers autem ex his, quibus nu- F triuntur pauperes, pro rapina illud habebitur. *Mala. 3.* Nam per Malachiam inquit Deus, Primitiæ, & decimæ veſtræ ſint vobiſcum, & remaneat rapina in domibus veſtris. Cur igitur contaminas diuitias tuas, ò homo, introducendo in eas lucra iniuſta? cur execrabilem iniuſtitia facis tuam oblationem? offerre aggrediens illud, quo debebas pauperem hominem proſequi. Illius te miſericordia teneat, quem iniuria affeciſti: hunc humanitate comprehendito, huic benignè facito, & ita magno cum iudicio ſatisfacies miſericordiæ.

Nullum

Nullum enim eſt Deo cum auaritia commerciũ, neque vlla cum prædonibus aut ſicariis conſuetudo. Neque ideo quaſi ipſe non poſſet alere pauperes, eos nobis alendos reliquit, ſed iuſtum ac benignum fructum à nobis requirit, noſtræ beneficentiæ cauſſa. Benignitas & iniuſtitia eſſe non ſolet, nec ex execratione benedictio, neque ea lacrymis beneficentia: oſtentationis gratia talia fiunt, nec laudem Dei opt. max. ſed hominũ quærunt, atque venantur. Si enim quaſi ipſo Deo intuente, benignè alicui facis, vide ne id agas ex perperam acquiſitis, illud perſuaſum habens, quòd inſpectorem Deum lætitia non afficies. Proinde
A sic benignè faciamus pauperibus, vt etiam ipſi hinc aliquid à Deo recipiamus. Rependit autem Deus illis, quos laudat, laudat verò auidum nemi-nem. Ne erretis, nõ aliter recipiet Chriſtus eam benignitatem, quam in pauperes confertis, niſi prius ſatisfeceritis iis, quibus aliquod damnum
Luc.19. dediſtis. Sic dominus recepit Zacchæi probitatẽ, inquiens, Hodie huic domui ſalus parta eſt, quoniam paratꝰ erat reſtituere quadruplum, ſi quem circumueniſſet, & quòd mediam partem eius pecuniæ, quæ ſibi relicta erat, pauperibus diſtribuiſſet. Sciebat enim ita ſe demum Chriſto rem gratam facturum. Demus igitur, ô fratres, diuitiis licentiam, quæ ad egenos effundi volunt. Ne prætereamus Lazaros etiam nunc ob oculos noſtros poſitos, neque negemus ipſis micas mẽſæ noſtræ, quæ ad explendam famem illis ſatis ſunt, ne immanem illum diuitem imitantes, ad eandem cum illo gehennæ flammam deſcendamus. Nam mul-

[illegible] Luc.16.

B tis quidem tum precibus ab Abrahamo contendemus, & ab aliis, qui honeſtè vitam traduxerunt
Pſal.48. ſuam, verùm nihil nobis illa vociferatio emolumenti afferet. Frater enim cùm non liberet, liberabit ne, amabo, alius homo? Dicet autem nobis quilibet illorum magna voce, Ne deſideres humanitatem, quam tu aliis tribuere noluiſti, neque contendas accipere adeo magna, cùm tu in minoribus reſtrictus fueris, fruere his, quæ tibi, dum in viuis eſſes, paraſti, lacrymas nunc profundito: quandoquidem tum lacrymantem fratrem conſpiciens, ipſius non es miſertus. Hæc dicent nobis, nec ſanè iniuria. Valde autem extimeſco, ne etiam aſperioribus nos impetant, cùm longe ſuperiores ſimus illo diuite, vt ſcitis, improbitate, quoniam adulatores, & paraſiti, præter hoc quòd ſaturè à nobis accipiuntur, manus etiam precioſis muneribus refertas referunt, & diſcunt à nobis, longe melius eſſe, talia exercere, quàm virtuti operam dare. Quòd ſi pauper aliquis nobis adſtiterit, qui præ fame via loqui poſſit, abominabimur hominem, ac feſtinanter præterimus, tanquam extimeſcentes, ne etiam infœlicitatis ipſius ex tardiori greſſu participes fiamus: & ſi quidem
C ille oculos ſolo defixerit, ob calamitatem pudore affectus, ſimulationis artificem ipſum eſſe dicimus. Sin verò confidenter, propter grauem famis ſtimulum, nos aſpexerit, impudẽtem rurſum ac audacem appellamus. Etſi quidem integris veſtibus coopertus fuerit, quas fortè aliquis illi dono dedit, velut inexplebilem repellimus, paupertatémque ipſum ſimulare, etiam iuramento aſſerimus. Sin verò pannis obſitus fuerit, vt putidum abigimus, & neque creatoris nomen, quod ſuppli cationibus ſuis inſerit, neque ne in tales calamitates veniamus, aſſiduè precando, ferum ac inhumanum propoſitum noſtrum flectere poteſt. Quapropter multo grauiorem gehennæ ignem extimeſco, quàm diuitis illius fuit, qui Lazarum deſpexerat. Id ne fiat, miſericordiam tribuamus afflictis, & vt præterea ipſi bona æterna conſequi poſſimus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria, & poteſtas cum æterno Patre, & viuifico ſpiritu, nunc, & ſemper, & in ſempiterna ſecula. Amen.

D

DE DIVITIIS, ET paupertate.

ORATIO XIIII.

Qvemadmodũ putei illi, qui identidem exhauriuntur, lõge elegantiores cæteris eſſe ſolent, ſic etiam diuitiæ illæ, quæ quieſcunt ac reponuntur, nullius vſui exiſtunt: at quæ mouentur, & hinc inde transeunt, ſummam vtilitatẽ fructúmque afferunt. Ego quidem vehementer mirari ſoleo, quomodo poſt illos ſuperfluos, ac nõ neceſſarios ſumptus, cùm opes, multas in partes diſtractæ ſint, adhuc redundent, & ab iis, qui eas tenent, ſub terram detrudãtur, atque locis in abditis aſſeruentur. Heu, cùm infinitis modis aurum inſumere non poſſes, tũc illud terra obruis. Ac mihi ſanè videtur animus diuitum, helluonũ animo perſimilis eſſe, qui diſrumpi potius præ ingluuie malunt, quàm quidquam ex his rebus, quę ſuperſunt, egẽtibus impartiri. Talis nobis in euãgelio deſcribitur diues, circunſteterant iam eum illi, qui animã ab eo repetituri erant: ille tamẽ de eduliis cũ anima diſſerebat: illa nocte è vita erat diſceſſurus, multorũ tamen annorum vſum meditabatur. Ingens ſanè inſania eſt, terrã, dum in metallis cõtinebat aurũ, perſcrutari, cùm autẽ eſt erutũ, turſus illud defodere. Cõtingit præterea, mea quidẽ ſententia, vt ille, qui aurũ defodit, ſimul etiam cor ipſum defodiat. Vbi enim theſaurus tuꝰ eſt, inquit ille, ibi etiã & cor tuũ. Age igitur, ô diues, variè opes tuas diſpenſa. Ne, quæſo, difficili animo ſis, néve expectes rei frumentariæ penuriam, vt tum horrea aperias tua. Ne famem appetas auri cauſa, neque omnium inopiam, priuatæ opulentiæ. Ne ſis caupo humanarum calamitatum, ne iram Dei veluti occaſionem quandam ad cõſiciendam pecuniam captes. Tu quidem aurum reſpicis, fratrẽ verò tuũ non conſpicis: numiſmatis etiam ſculpturã agnoſcis, & ab ſincero adulterinũ bellè diſcernis, at quantis frater tuus conflictetur malis, nõ vides: & auri quidẽ colore mirandũ in modũ gaudes: at quãtus te egeni gemitus ſequatur, animo non luſtras tuo. Sed dices, quem, obſecro, iniuria afficio, ſi mea retineo, & conſeruo? quænam iſta tua ſint, cedo? vnde ea accipiens in hanc vitam intuliſti? perinde ac ſi quis in theatro ſpectandi locum occupet, deinde ingredi volentes arceat, ſuum eſſe iudicãs id, quod omnium ad vſum conſtitutum eſt. Eiuſcemodi equidem ſunt diuites, qui ea, quæ omnium ad vtilitatem ſunt conſtituta, præoccupantes, ſibi vendicant,

Ex conc. in illud, deſtruam horrea.

Ex con. ad diuites.

E

Ex conc in illud, deſtruam horrea.

Ex con. ad diuites.

Luc.6.
Ex conc in illud, deſtruam horrea.

F

propter temporis quãdam anticipationem, cùm ſi vnuſquiſque tantum ex iis caperet, quantum ſatis eſſet ad vitam tolerandam, & id, quod redundaret, ei, qui opus habet, largiretur, nemo eſſet diues, nemo inops. Nónne nudus ex vtero matris excidiſti? nónne rurſum nudus in terram reuertes? Ea verò, quæ tenes, vnde habes? ſi caſu dicis te ea conſequutum eſſe, impius es, qui neque conditorem agnoſcis, neque gratiam ei, qui hæc in te contulit, refers, ſin verò fateris à Deo profecta eſſe, quæ habes, cedo rationem, ob quã ea in te collata ſunt? Num iniuſtus eſt Deus, qui inæqualiter nobis ea, quæ ad vitam ſunt neceſſaria, diſtribuit? cur tu diuitiis circumfluis? cur illi

A egeſtas imperat? Profectò nulla alia de cauſa, niſi vt & tu benignitatis ac fidelis diſpenſationis mercedem acciperes, & ille ob magna patientiæ certamina præmiis afficeretur. At dices neceſſa-

Ex con. ad diuites. rias eſſe opes liberorum cauſa. Perbellè tu quidem auaritiam tuam hoc nomine velas, ac tegis: liberos enim prætendis, cor verò auaritia plenum geris. Ne, obſecro, culpam transferas in inſontem. Habet enim is proprium dominum, habet proprium œconomum, cui vitam acceptam refert, & à quo vitæ ſumptus expectat. Num

Matt. 19. his, qui vxores ſibi adiunxerunt, euangelium ſcriptum non eſt? ſcriptum etenim eſt, Si vis omni ex parte perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Quando petebas à domino, vt te liberis frugi ornaret, num etiam illud addidiſti, Da mihi filios, vt mandata tua negligam, ac nihili pendam, da liberos, ne in regnum cœlorum intrem? Quis verò ſponſionem faciet, filium tu-

B um rebus datis ac relictis, rectè vſurum? multis enim diuitiæ miniſtras ſe præbuerunt ad intemperantiam. Vide igitur ne eas diuitias, quas magno cum labore cõgeſſiſti, aliis veluti materiem quandam peccandi des, & ne deinde binas pœnas pendas, tum ob ea, quę ipſe perperam feciſti, tum ad quæ perpetranda campum alteri ſuppeditaſti. Multi quidem, quamuis à parentibus nihil accepiſſent, ſibiipſis domos pararunt, verùm animæ tuæ, quam tu deſeris, quis miſericordiam tribuet? Cur, amabo, tanti facis atque adeo ſuſpicis aurum? quis, obſecro, ex iſtis, qui ornatui nimium ſtudent, horam vitæ ſuæ apponere poteſt? cui pepercit mors ob diuitias? quem morbus ob diuitias non afflixit? Quouſque tandem auro parando operam dabis? auro, inquam, quod nihil aliud eſt, quàm animarum quidam laqueus, mortis hamus, peccatique inleſcatio. Quam diu diuitiis, quæ belli cauſa eſſe ſolent, & ob quas conflã-

C tur arma, ac enſes acuuntur, inhiabis? propter has cognati, quid natura poſtulet, non vident, fratres ſe mutuò toruè intuentur, cædéſque ſpirant. Propter opes ſolitudines homicidas alunt, ciuitates verò ſycophantas, atque calumniatores. Quis eſt mendacij parens? quis falſæ accuſationis architectus? quis periurij auctor? nónne diuitiæ, nónne opum ſtudium? Quid facitis, ô homines, quis vobis inſidias rebus veſtris tendit? in adiumentum vitæ, non viaticum malorum, pecuniæ datæ ſunt, ad redimendam animam, non ad perdendam ſunt tributæ, ad vitam ſuſtentandam no-

Ex conc. de Iuſtitia. bis pecuniæ datæ ſunt, non vt ſe nobis miniſtras ad mala præbeant. Etenim ſi diuitiæ anſam nobis dant iniuſtitiam perpetrandi, miſerabilis profectò eſt is, qui diteſcit, ſin verò miniſtras ſe exhibent ad conſequendam virtutem, longe à reprehẽſione abſunt: cùm omnibus eam vtilitatem ex ipſis percipere integrum ſit. Quapropter par eſt, nos diuitias abſentes non expetere, & ſi nobis ſuppetant, non tam ſe ob poſſeſſionem ipſarum efferre, quàm ob ſcientiam diſpenſandi ipſas. Sci- *Ex eo quod vid. Prof. in ea. poſſe.*

tum enim eſt illud Socratis, qui dixit, cùm opulentus quidam magnopere pecuniæ cauſa ſuperbiret, non prius ſe illum admiraturum, quam ſi cognoſceret, quòd iis rectè vti poſſet. Nam diui-

tiæ & ſanitas, ſæpenumero iis, qui malè eis vtuntur, miniſtras ſeſe ad peccata perpetranda exhi- D *Ex conc. in I. Pſalm.*

bent: at paupertas cum veritate coniuncta, apud homines frugi, inter omnia alia bona principem locum tenet. Sed nihil horum vnuſquiſque no- *Ex Hom. benev.*

ſtrum animo agitat ſuo, verùm ſi viderit virum neceſſitate aſtrictum, genua flectere, & ante pedes ſupplicem ſe proiicere, denique neſcio quid non humile edere, vt inopiam ſuam etiam magno cum fœnore illius ſubleuet, non tamen eius, qui multa præter dignitatem facit, miſeretur, ſed implacabilem atque inexorabilem ſe præbet, iurans ac obteſtans, ſibi penitus pecuniam non eſſe, ac ſeipſum quoque circunſpicere ait, num aliquem reperire poſſit, qui ſibi pecuniam mutuo dare velit. Atque ſic mendacium ſuum iuramento confirmans, præter inhumanitatis malum, etiã periurium concipit. Cùm verò is, qui mutuum ſumit, vſurarum mentionem fecerit, ac pignora etiam nominauerit, tunc ille demiſſo ſupercilio arridet, paternam etiam amicitiam memorat, *Ex conc. in diuites auaros.*

dein familiarem ſuum ac neceſſarium eum nuncupat. Videbo, inquit, an aliquam pecuniam re- E

poſitam habeam: ac deinde in iſta verba prorumpit, Eſt apud me depoſita pecunia viri cuiuſdam amici, qui eam lucri gratia apud me depoſuit, ſed is intolerabiles vſuras exigit, ego tamen non nihil remittam, ac mihi omnino minores pendes. Talia confingens, ac eiuſcemodi verbis blandiens, miſerum ineſcat, libelliſque alligat, & ſupra illam vrgentem paupertatem, libertatem etiam ipſam eſ adimit. Heu miſer quid facis? fructus exigis ab inope, qui ſi te ditiorem reddere poſſet, non profectò fores tuas obſeruaret. O ingentem calamitatem, ad auxilium implorandum cùm ſe miſer reciperet, hoſtem inuenit; medicamenta ſalutaria quærens, in venena incidit. Cum viri paupertatem leuare deberes, indigentiam ipſius adauges, nõ aliter ac ſi quis medicus ad ęgrotantes accedens, loco reſtituendæ ſanitatis, etiam exiguas inſuper vires, quæ reſtant, eis auferat. Mi- F

ſerorum calamitates veluti occaſiones quaſdam ad diteſcendum arripis. Et ſicut agricolæ pluuias exoptare ſolent, quo ſemina eorum multiplicentur, ita tu inopiam ac indigentiam hominum expetis, vt ex tua pecunia quamplurimum lucri capere poſſis. Ac ille ſanè, qui ob mutuam pecuniã vſuram pendit, in ſumma rerum deſperatione miſer verſatur. Nam cùm paupertatem reſpicit ſuam, omnem ſpem reſtituendæ pecuniæ abiicit, cùm verò præſentem neceſſitatem perpendit, non dubitat mutuo ad vſuras ſumere.

Vbi verò pecuniam erogauerit, tempus autem prætérlabens vſuras ſecum adduxerit, non

noctes

noctes ei requiem ferunt, non dies hilaris eſt, nõ ſol iucundus, ſed iniquo animo vitam fert. Odio habet illos dies, qui ad præſtitutum tempus accelerant, extimeſcit menſes quaſi vſurarum patres: & ſiue quieti ſeſe tradiderit, per inſomnium fœneratorem conſpicit, malum, me hercule, capiti ſuo inſomnium, ſiue vigilias egerit, nihil aliud curat, & cogitat, quàm vſuram. Verùm iure optimo dicere poſſem ad eum, qui æs alienum contra- *Prou. 5.* hit, Bibe aquas à tuis vaſis, hoc eſt, proprium ſumptuum rationem habeas, ad alios verò fontes ne A accedas, ſed ex propriis aquarum venis ſolaria vitæ haurito. Habes vaſa ærea, veſtitum, iumenta, omnis generis ſupellectilem, hæc reſtitue: omnia enim perdere tolerabilius eſt, quàm libertatem. Sed dices, Publicare hæc erubeſco. Quid igitur facies, cùm paulo poſt alius ipſa proſcribet, ac in oculis tuis paruo æſtimabit? ſatius multo eſt conſiliis paulatim inuentis neceſſitatem tolerare, quàm alienis acetuarim elatum, poſtea omnibus rebus ſimul denudari, atque ſpoliari. Proinde ſi tibi facultates ſuppetunt, vnde quod mutuò ſumpſiſti, reſtituere poſſis, cur non potius iis bonis præſentem inopiam propulſas? ſin verò ſpem reſtituendi abieciſti, malum malo profectò curas. Pauper nunc es, at liber: vbi verò mutuum ad vſuram ſumpſeris, non diteſces, libertatem verò perdes. Nam is, qui mutuo ſumpſit, ſeruus eſt eius, qui ei in mutuum dedit, nec ſolum ſeruus, ſed ſeruus mercede cõductus, crudelem ſeruitutem ſeruiens. Canes vbi aliquid acceperint, ſubito manſueti fiunt: at fœnerator plus iuſto accipiens, magis irritatur. Non enim latrare ceſſat, ſed multò B plus exigit: etiamſi te iuramento obſtringas, fidem non habet, perſcrutatur interna, commercia tua curioſè inquirit, vxore præſente pudore affectum, coram amicis contumeliis onerat, in foro minas iactat, in die feſto noxium eſt ſe ei obuiam dare, vitam denique tuam intolerandam efficit. At ingenti,* inquit ille, neceſſitate premor: nul- ** Potius inopia.* lus alius mihi eſt pecuniarum prouentus. Quam, quæſo, Itaque tibi vtilitatem hæc hodierna dilatio affert? mutuum enim non penitus liberat, ſed ſolummodo ad tempus inopiam leuat. Si mutuũ non ſumpſeris, æquè quidem eris pauper, & hodie, & in poſterum: at vbi aliquid in mutuum ſumpſeris, grauius vexaberis. Nemo enim tibi nunc paupertatem vitio vertit: inuitum enim eſt ipſa malum. Quòd ſi ære alieno te obſtrinxeris, nemo te in crimen non vocabit, nemo tuam nullius conſilij temeritatem non deteſtabitur: conſilium etiam tibi erit ineundum, vnde rependas, & à quibus accipias, etiam atque etiam cogitandum erit. C At dices tuas facultates & ad vſus neceſſitatem, & ad reſtitutionem nõ ſuffecturas? quòd ſi etiam vſuras animo reputaueris, vnde, obſecro, tibi tantus numerus pecuniæ accreſcet? nullos equidem ** Inquis.* mortalium vulneri vulnere medicinam facit, neque malum malo curat. Quánam igitur ratione, * inquit, vitam tolerabo meam? ſunt tibi manus, eſt ars, mercede conductus labora, miniſtri munus obeas, ſexcentę ſunt victus parandi rationes: ſin verò laborem ferre non potes, precibus contendas ab iis, qui opes tenent. Sed dices, Turpe eſt petere. at ego dico longe turpius eſſe, aliquem eo, quod mutuo ſumpſiſti, defraudare.

Formica neque oſtiatim panem quærendo, neque mutuo ſumendo, vitam ſuam ſuſtentare poteſt. Apes etiam proprij alimenti reliquias regibus impartiuntur, quibus tamen neque manus, neque artes natura attribuit. Tu verò ſagax illud animal homo, ex tantis artibus vnam inuenire nequibis, qua vitam tueri poſſis tuam? locuples es? ne mutuum ſumas. Pauper es? ne etiam accipias. Si enim diuitiis affluis, mutuo opus non habes; ſin tibi nihil eſt, mutuum non rependes. Ne committas, quæſo, vitam tuam conſilio, cuius te in poſterum pœnitere poſſit. In hoc vno nos pauperes, diuites longe anteimus, quòd ſcilicet curarum minus ſuſtineamus: ludibrio etiam habemus ipſos vigilias habentes, dum nos ſomnum capimus, tum etiam rebus intentos, ac anxios, dum nos omni moleſtia caremus, animóque vacuo ſumus. Qui enim ære alieno ſe obſtringit, is D & in paupertate erit, & nunquam curis vacuus, ſed omni tempore variis cogitationibus diſtinebitur, nunc res ſuas æſtimando, nunc ædes ſumptuoſas, nunc diuitum agros, veſtes denique eorum, qui ei obuiam fiunt, Si hæc,* inquit, mea eſ- ** Inquis,* ſent, venderem tanti ac tanti, æréque alieno me liberarem. Hæc, inquam, cordi ipſius totos dies, ac noctes inſident. Si quis fores pulſarit, debitor ſub tectum ſe condit. Vehementer incurrit quis, cor ipſius percellit. Latrat canis, ipſe ſudore madet, atque anxietate ſumma afficitur, circunſpicitque quo ſe proripiat. Inſtat præſtitutum tempus, cogitat miſer, quidnam falſi afferat, quónam ficto nomine creditorem protelet.
Cur multiplici ac variæ beſtiæ teipſum ſimilem facis? ferunt lepores ſimul & fœtum edere, & educare, ac etiam ſuperfœtare. Pari ratione etiam fœneratoribus pecuniæ ſimul & ad vſuram dantur, & generantur, atque ſucceſcunt. E Nondum enim data eſt tibi pecunia, & iam præſentis menſis luctum fœnerator à te exigit.
Rurſum hoc, quod eſt ad mutuum datum, aliud malum affert, & illud aliud alterum, atque ſic malum in infinitum creſcit. Fœnus enim, mea quidem ſententia, ex mali fœcunditate nomen accepit. (vnde enim aliunde?) vel fortaſſis fœnus dicitur, ob eos dolores ac moleſtias, quas animis eorum, qui mutuum ad vſuram acceperunt, afferre ſoleat. Quemadmodum enim dolor parturienti, ſic præſcriptum tempus debitori inſtat. Fœnus ex fœnore, malorum parentum praua ſoboles. Ferunt viperas, materno vtero peroſo, partum edere: hoc modo etiam vſuræ, eroſis ac conſumptis debitorum ædibus, generantur. Semina progreſſione temporis naſcuntur, animantia etiam tempore perficiuntur: verùm vſura ſimul ac generatur, ſimul F etiam parere incipit. Omnes res, quæ creſcunt: vbi iuſtam, ac ſibi propriam magnitudinem attigerint, augeſcere deſinunt: ſed auarorum argentum omni tempore accreſcit. Bruta animantia, quando ſoboles eorum ad pariendum idonea eſt, ipſa non amplius pariendi operam dant, at fœneratorum pecuniæ, & succedentes pariunt, & veteres renouant. Et periodo ac hi, qui ex cholera laborãt, ſemper id, quod ante ingeſtum eſt, eiiciunt: & ſi priuſquam penitus purgati fuerint, alium cibum ſuperingeſſerint,
ſummo

ſummo cum dolore, ac lancinatione vomunt, Ita etiam qui fœnora exercent, vſuras ex vſuris tranſmutantes, antequam priora eapurgêtur, alterum mutuum ſuperinducunt, atque vbi paululum aliena io delitiis habuerint, deinde res ob proprias lugent. Sed inquies, multos ſibi ex vſura diuitias parauiſſe? at ego arbitror plures ad reſtim rediiſſe. Tu enim eos, qui ſibi vitam laqueo finiuerunt nō connumeras, qui cùm eam turpitudinem, quæ ex mendacitate proficiſcitur, ferre nō poſſent, mortem ſibi ſune conſciuerunt. Vidi ego miſerabile ſpectaculum, vidi, inquam, liberos ingenuos, ob æs alienum, quod pater contraxerat, in forū pertrahi, ac venoodari.

A Non eſt tibi pecunia, quàm liberis relinquas tuis? ne igitur etiam illis inſuper generis oobilitatem adimas. Vnam hanc ipſam, amabo, conſerua libertatis poſſeſſionem, depoſitum nimirum illud, quod ipſe à parentibus tuis accepiſti. Nulli vnquam patris paupertas crimini data eſt, at ob nomina paterna, multi in carcerem conducuntur. Ne relinquas ſyngraphas, execrationem veluti quādam patris in filios, ac io reliquos posteros. *Ex com. in Ps. Psal.* Diuitiæ, inquit ille, ſi affluxerint, nolite animum appellere. Sospicias, quæſo, hāc vocem, Diuitiæ ſi affluxerint. Fluxa enim eſt diuitiarum natura, torrentéque citius eos, quibus eſt, prætetlabitur. Nam alias alium hætum ſoleot permutare, & perinde ac fluuius ille, qui ab alto fertur, appropinquare ſolet iis, qui ripæ aſtant, ſed ſimul vt eos affligit, de repentè ſecedit, ſic etiam diuitiæ celerrimum ac lubricum habent acceſſum: quoniam frequenter alios aliis permutant. Hodie hoius eſt ager, cras alterius erit, ac paulo poſt alterius. Intuere, amabo, domos, & perpende quot iam nomina, ex quo concidere, immutauerunt, a-

B liud ab alio poſſeſſore nomen ducentes. Aurum etiam, ſemper è manibus eius, cuius eſt, dilabens, ad alium tranſit, & poſt ab alio ad alium. Facilius eſt, me hercule, aquam manu comprehenſam cōtinere, quàm longo tempore opes tenere. Ne igitur quenquam ex iis, qui diuitiis circunfluunt, gloria & prædicatione efferas, néve beatam prędices vitam ipſius, etiamſi illi ex multis locis, atque lucolentis fontibus affluant pecuniæ. Ne ſuſpicias & opes ipſorum abundantiam. *Ex com. in 34. Psal.* Neque etiam omnis paupertas laudibus in cœlum ferenda eſt, ſed ea demum, quæ eſt digna laude, & quæ ad normam Euangelij dirigitur. Multi enim ſunt pauperes, ſi opulentiam ſpectes, ſin animum & voluntatem, auariſſimi: neque eis inopia rerum ſalutem præſtat, ſed potius eos animus condem-

Ex Epiſt. C nat. Diuitiæ, & gloria quatenus eos, qui eis præditi ſunt, bonos non efficiunt, eatenus nō ſunt habenda in bonis. At qua ex parte nobis affluētiam quandam rerum ad vitam hanc tocodam afferunt, longe præſtantiora ducenda ſunt paupertate & dedecore. Atque hæc quidem nonnullis à Deo opt. max. tuendæ rei familiaris cauſa largita erant, vti Abrahamo, Iacobo, & reliquis. Hominibus verò nequam ideo tribuuntur, vt eos ad frugem reuocent. Verùm qui tantis à Deo beneficiis cumulatus, in peccato perſeuerauerit, is ſeipſum xenm æterno ſupplicio ſtatoit. Iuſtus quidem, ſi ei diuitiæ ſuppetunt, noo corrumpitur illis, ſin ei deſunt, non eas inquirit, ac nimium expetit. Non enim ille iis, quæ ſibi data ſunt, ad voluptatem vtitur, ſed ea ritè diſpenſat. Nemo autem ſanę mentis in aliorum largitionem nimis anxiè incurret, niſi multorum opinionem reſpexerit, qui ſuſpiciunt ac in cœlum feruot eos, qui ſumma aliqua dignitate affecti ſunt. Quòd ſi corpus neglexerimus, nihil quidquam profectò rebus ex humanis ſuſpiciemus atque admirabimur. *Ex c. qua vel ex proſ. lib. ca. poſit.* Quas enim ad res amplius diuitiis vtemur, ſi corporis voluptates ignominioſas ducemus? ego quidem non video, quámnam aliam voluptatem nobis diuitiæ afferant, niſi illam, quòd illis veluti dracones quidam iocubamus. *Ex Aſcet. ca.* Primum igitur eſt, quòd homini Chriſtiano vel maximè curæ eſſe debet, nimirum vt à vitiis illis variis, ac diuerſis, quæ animam inquinant, abſtineat, atque ea deponat. D. Deinde oportet eum, qui illam cœleſtem reſpicit viam, iſtios mondi bonis repodium remittere: nam cura & ſtudium, quod in res iſtas fluxas ponitur, mirandum in modum hominem perturbat, atque diſtinet. Cum autem plures eondem ſibi ſalotis ſcopum propoñentes, communem inter ſe vitam instituerit, neceſſe eſt, vt illud in primis apud eos ſtatuatur, illud inquam, vt vnum io omnibus ſit cor, vna voluntas, deſiderium vnum, & vt, quemadmodum Apoſtolus præſcribit, vnum corpus fiat ex diuerſis membris compactum. *1. Cor. 12.* Hoc autem aliter fieri non poteſt, niſi illud ratum ſit, ne ſeorſim alicui aut veſtimentum aut vas, aut aliud quidpiam, quæ communi vitæ inſeruiunt, attribuatur, ſed vt vnumquodque horum oeceſſitati eius, qui opus habet, ſeruiat, nec fiat proprium poſſidentis. Sicuti enim non quadrat, parua veſtis corpori vaſto, ſed vnicuique id demum, quod conueoit & vtile eſt, & congruens: ita etiam alia omnia, videlicet lectos, ſtratum, calidum amiculū, calceamentum, eius eſſe debeot, qui valde his opus habet, & non poſſidentis. E Et quemadmodum vulneribus confectos, non autem ſanus medicamentis vtitur, ſic etiam iis rebus, quæ ad molliciem corporis excogitantur, non is, qui io delitiis vitam agit, ſed qui vel maximè his indiget, merito fruetur. Domini noſtri Ieſu Chriſti, gloria, & imperium in perpetuum floreat. Ameo.

DE AVARITIA.

ORATIO XV.

CVm domum viri inepti ingredior, videóque eam omni genere florum exornatá eſſe, iudico nihil hunc iis, F *Ex com. in illud destruam horrea mea.* quæ videntur, pretioſios tenere, ſed eas res quidem, quæ animæ ſunt expertes, exornare animá verò ipſam negligere, atque iocomptá relinquere, cuius præ foribus innumerabiles ſtant pauperes, miſerabili ac luctuoſa voce, vt ſibi ſubueniat, precantes: at ille preces eorum repudiat, affirmás, ſuas opes tot petentibus non ſuffecturas. Ac ille quidem linguaſe excuſat, à manu vero ſua falſitatis conuincitur. Nam manus illius etiam ſi taceat, vanitatem tamen ipſius declarat, dum fulgore gemmæ, quę anulo incluſa eſt, coruſcat ſplendeſcitq́. Sed cedo, miſer ac infortunate, quot poteſt anulus

tuus

tors ære alieno oppreſſos liberare? quot domos iã collapſas reficeret? vnica ſanè veſtiaria arca tua ſatis eſſe poſſet ad totum populum ſirigore obrigentem amiciendum: non tamen dubitas pauperem vacuis ablegare manibus, nec pertimeſcis iudicium retributionis illius iudicis. Non tu miſertus es alterius, non etiam ille miſerebitur tui: domum tuam alteri patere noluiſti, non etiam tibi patebit regnum: non dediſti tu panem, nõ etiam tibi dabitur vita æterna. At pauperem te eſſe ais, equidem & ipſe ita iudico. Pauper enim is eſt, qui multis opus habet, veſtra verò iſta nimia habendi cupiditas, quæ expleri nunquã poteſt, mul-
A tis rebus vt indigeatis, facit. Decem talenta cũ habeas, alia decem addere ſtudes, vbi viginti cõgeſſeris, alia viginti quæris: nec vnquam id, quod additur, ſtudium habendi tuum reſtinguit, ſed magis ac magis accendit atque inflammat. Quemadmodum enim hominibus temulentis largior vini infuſio maiorem bibendi ſitim generat, ſic etiam iſti, qui cumulandis opibus ſtudent, etiamſi ſibi multas diuitias pararint, plures tamen expetunt, additione illa morbum alentes ſuum. At ſtudium illud eorum in contrarium conuertitur: nõ enim eos tanta lætitia afficiunt ea, quæ ſibi pepererunt, etiamſi multa ſint, quanta moleſtia conficiunt ea, quæ deſunt, quæque ſibi adhuc deeſſe autumant. Ac ſanè par erat illos, & rebus præſentibus lætari, & Deo opt. max. gratias agere, quòd tã multos homines diuitiis antecant, verùm illi miſeri ſortandum in modum anguntur, atque lamẽtantur, quòd videant ſe ab vno, aut altero diuite,
B diuitiis ſuperari, nec eos reſpiciendo, qui ſe pauperiores ſunt, gratias, pro iis, quæ tenent, benefactori agunt, ſed eos ſecum, qui ampliſſimis diuitiis circunfluunt, perpendendo, quantùmque ab his ſuperentur, animo reuoluendo, tanta triſtitia afficiuntur, tantámque querelam habent, ac ſi iis rebus, quæ aliis præ ſe adſunt, priuati eſſent. Nam hi, qui neceſſarios fines tranſeunt, ſimiles mihi eſſe illis videntur, qui decliuem in locum feruntur: qui cùm non habeant locum firmum, cui adhærere poſſint, in infinitum feruntur, nec vbi conſiſtant, habent. Sic etiam iſti, quantò plura acquiſiuerint, tanto pluribus opus habent, ad auaritiam ſuam explendam, ex ſententia Solonis filij Æxeceſtidis, qui ait, *Diuitiis nullum ſtatuunt mortalia finem.* Præterea nec Theognidem eo in genere prætereundum eſſe iudico, cuius hoc eſt, *Non ego diuitias moror aut peto viuere, tantum De paucis detur vt ſit nihil inde mali.* Ego ſanè illum Diogenis omnium humanarum rerum contemptum & admiror, & ſuſpicio, qui quouis rege ſe multò ditiorem eſſe oſtendit, cùm illud proferret, Se longè paucioribus quàm regem, in hac mortali vita opus habere. At auaris niſi adſint Pythij Myſi talenta, & tot
C ac tanta terræ iugera, pecorúmque longe plures greges, quàm numerando percenſeri poſſint, nihil ſatis erit. Sed quemadmodũ hi, qui ſcalas ſcandunt, ſemper ad ſuperiorem gradum pedem attollendo, non prius eum ſiſtunt, quàm ſummum gradum attigerint, ita etiam iſti, etiamſi aliquem ex locupletibus diuitiis æquauerint, non tamen conquieſcunt, ſed adhuc multo ditiori pares eſſe contendunt: & ſi etiam illum opibus anteiuerint, ſtudium tamen ſuum ad alium conferunt, nec prius ab illa ſua immenſa habendi auiditate deſiſtunt, quàm in altum ſublati, è ſublimi illo loco ſe ipſos præcipites dederint. Ac ſanè perinde ac ij, qui ex inſania mente capti ſunt, res non cernunt ipſas, ſed eas imaginantur, quæ ex perturbatione proficiſcuntur, ſic etiam auari animus nimio amore pecuniæ incenſus, omnia quæcunque videt, aurum, & argentum ſe videre putat, longéque iucundius aſpexerit aurum, quàm ſolem, atque vt omnia in aurum conuertantur, mirandum in modum deſiderat, & ſtudet. Quid enim eſt, quæſo, quod ille propter aurum non aggreditur? D
ex frumento aurum parat, vinum illi in aurum glaciatur, lanæ denique ipſæ aureæ efficiuntur, omnis nũdinatio, omnis ſolertia aurum illi affert. Ipſum denique aurum ſeipſum generat, dum in vſuris accreſcit, atque multiplicatur, nec ſanè vllus cupiditatis finis reperitur. Pueris quidem iis, qui nimium alicuius rei auidi ſunt, ſæpe concedimus, quo his cibis, quos in deliciis habent, ſe largiter expleant, vt eis poſtea cibus ille ex nimia illa ſacietate faſtidio ſit, at in auaro longe aliter res ſe habet: nam is, quanto plus habet, tanto plura deſiderat. Ignis quidem vbi ſemel flammam concepit, omnem materiem, quæ ſeſe ei offert, conſumere feſtinat, nec deleri aut extingui poteſt, niſi prius eum materies, in quam agat, defecerit: auarum verò quid eſt, quod inhibere poſſit? me hercule, ipſo igne difficilior eſt, omnia per continuationem quandam paſcens. Bona proximi abripuit, alius ſe vicinus dat, illius etiam bona acquirere ſtudet, nec iis animum applicat, quæ iam cõſequutus eſt, quamuis multa ſint, ſed vicinorum inhiat bonis, neque lætitiam afferunt ei ea, quæ E
poſſidet, ſed moleſtiam pariunt, quæ deſunt, nec rebus præſentibus vtitur miſer, ſed ſeipſum ampliora ſemper appetendo conficit. Hinc vigiliæ, hinc curæ, hinc ſolicitudines.

Quid faciam? exclamat, deſtruam horrea mea, inquit, & maiora conſtruam. O veſane, neſcis ne quòd hac nocte animam abripient tuam, ea verò, quæ paraſti, cui relinques? maior eſt profectò riſus temeritatis, quàm ſit riſus æterni ſupplicij. Ille enim, qui iamiam rapietur, quanta animo non agitat ſuo? Deſtruam horrea mea, inquit. Rectè ſanè facis, dicerem ego ipſi, digna enim ſunt iniuſtitiæ promptuaria, vt funditus euertantur: dirue manibus tuis, quæ malè extruxiſti, conuelle illos tuos frumentarios penus, ex quibus nulli vnquam benignè feciſti: dele omnem domum tuam, quæ auaritiæ coſtos eſt: ſubuerte fornices, demolire muros, profer in ſolem frumentum putridum: educ ex carcere vinculis conſtrictas opes: duc denique in triomphum domicilium illud tenebroſum mammonæ. Deſtruam, inquit, horrea F
mea, & maiora ponam. Quid verò, hoc ſi perfeceris, poſt facies? num rurſus deſtrues, atque rurſus conſtrues? Quid verò amentius eſſe poteſt, quàm laborare ſine vllo fine, ædificare omni cum ſtudio, ac omni cum ſtudio viciſſim euertere? Et ſi quando illud audieris, Vende, quæ habes, & da pauperibus, vt ita tibi veluti viaticum quoddam ad vitam æternam conſequendam pares, triſtitia affectus abis. At ſi illud, numera pecuniam ad ornatum muliebrem compa-

Ex com. de auaritia ſoluta.

Ex cõ. quæ uid. ex prof. lib. ca. poſit.

Ex com. ad diuites.

Ex com. in illud, deſtruam horrea mea.

Ex com. habita [illegible]

Ex conc. in illud, deſtruam horrea mea.

Luc. 12.

Ex con. ad diuites Mat. 19. Marc. 10. Luc. 18.

xeris, vnuſquiſque filium tuum, perinde ac ſuum enutriet. Nam & ipſe in memoriam reuocabit ſuam; quòd & tu aliquando pupillorum curam geſſeris. Sin verò iniuſtam, & inhoneſtam vitã tranſegeris, multos mœtore affeceris, omni denique fera beſtia grauior in conuerſando fueris, ſi, inquam, talem vitam degens, è viuis exceſſeris, relinques ſobolem tuam omnibus mortalibus inuiſam. Sicuti enim ille, qui ſobolem ſcorpij conſpicit, timet ne ea aliquaodo ad maturam ætatem perueniens, patrem imitetur, ita etiam filius tuis, tanquam paternæ malitiæ hæredibus, priuſquam ad ætatem integram peruenerint, ab omnibus inſidiæ ſtruentur.

Ex con. ad diuites.

A Ac ſanè veluti flumina, quæ ex paruo exorſu progrediuntur: deinde paulatim creſcentibus incrementis, mirandum in modum adaugeſcunt, ac violento illo impetu ſuo quicquid obtiterit, ſecum trahunt, ita etiam iſti è paruis initiis progreſſi, deinde ex his, quos iam potẽtia ſua oppreſſerunt, ampliorem facultatem iniurias inferendi adepti, reliquos, qui reſtãt, in ſeruitutem redigunt ſuam, atque hoc modo incremẽtum potentiæ ex prauitatis redundantia conſequuntur, cùm vnuſquiſque eorum, quos iniuriis onerarũt, magis cogitet, ne quid amplius mali accipiat, quã vt eos in iudicium vocet, ob eas iniurias, quas ſibi impoſuerunt.

Ex con. habita Lacizis.

Noli igitur vicini agros appetere, noli ſulcum ſulco ex alieno addere: nam quatenus agrum cum iniuria alterius propagaueris tuum, eatenus maiori peccato te obſtrinxeris. Ac terra quidem hoc in mundo permanebit, quam tu alterius cum iniuria exaggeraſti, neque amplius tua erit, ſed eorum, qui tuam hæreditatem adibũt & ſanè relinquis ſucceſſori tuo iniuſtum victum. Terra quidem in perpetuum conſiſtet, peccatum

B autem te comitabitur, veluti vmbra quędam, quę animam conſequi ſolet. Quemadmodum enim vmbra corpus ſequi conſueuit, ſic etiam peccatũ, animæ inhæreſcit.

Ex com. in Iſaiam.

Præterea illi quicunque agros alienos occupãdo fines ſuos protulerũt, eo quòd non ſine luctu & gemitu aliorum diuitias ſibi pararunt, indigni diuina benignitate atque beneficentia ita habentur, vt vix ex eo loco, vbi decem iuga boum laborarunt, vti Eſaias ſcriptum reliquit, vnam amphoram fructus colligãt, & vbi ſex attabas terræ mandarint, ſex menſuras tãtum frumenti congerunt.

Eſaie 5.

Ex con. in illud, deſtruam horrea mea.

Cum auaro & in vrbe & in agris periculoſum ſimul habitare eſt. Mare limites ſuos nouit, nox antiquam illam præſcriptionem non excedit, at auarus non tempus reueretur, nõ terminum ſtatuit, non concedit conſequentiam

C ſucceſſionis, ſed ignis impetum imitatur, qui omnia & corripit & conſumit.

Ex con. habita Lacizis.

Quæcũque oculis acceperit auarus, his inhiat, non expletur ſacietate videndi oculus eius, neque vnquã auarus accipiẽdo ſatiatur: & vt Pluto inferorum, nunquam dixit ſatis ſibi eſſe, ſic neque auarus, illam vocem vllo tempore protulit, ſufficit. Fructus autem, qui ex diuitiis percipitur, qui eſt? nimirum vigiliæ, curæ, anxietates, iudiciſque expectatio. Nã auarus ſemper circunſpectat, ne in iudicium protrahatur, dies noctéſque ſecum cogitat, quóſnam patronos ſibi aſciſcere debeat, quomodo falſos teſtes ſubornet, quomodo illum, qui omni patrocinio deſtitutus eſt, expugnet, quomodo in poteſtatem redigat ſuam, denique hoc vnũ ſtudet, quomodo veritatem in iudicio inuoluendo, & iudicem decipere, & pupillum circunuenire poſſit. Auarus quidẽ diuitias partim in aperto, partim defoſſas in terra habet, ad ſpes incertas eas ſibi reſeruãdo, ad ſpes inquam, quæ ſpes nullæ ſunt. Si enim ad ſpes eas deponeret, ad ſpem vtique æternam eas reponeret ac pararet. Ille autem ſub tecto incertas diuitias occultat, ſi quid damni acciderit, autumat ſe illis hoc propulſaturum, ſed an aliquando vſus earum accidat, in incerto eſt. Verum hoc eſt certũ, ac id ego in me recipio, quòd tẽpus veniet, in quo ipſum pœnitebit, quòd diuitias perperam diſpenſauerit ſuas. Quid facis miſer, theſaurum defodiens? quando rebus præſentibus vteris? quando ipſis frueris, cùm omni tempore in acquirenda poſ- D

ſeſſione diſtinearis. An non ſexcenta prætendis, vt ea, quæ ſunt vicini, occupes. Vmbram offundit mihi, inquit auarus, vicini domus, tumultus excitat, aut ſi qua in re aberrauerit, illud protinus arripit. Si inhias domui vicini, & ille te inferior non ſit, ad extremos fines tuæ regionis te conferas oportet: ſin hoc non potes à prima cogitatione, tuam illam prauam propenſionem cohibens, contẽtus ſis iis, quæ à tuis accepiſti. Inhære his, quæ habes, illud pro comperto habens, quòd omnẽ amplitudinem ac ſplendorem, qui ex iniuſtis diuitiis conſtat, mira ſolitudo conſequutura ſit. Ac ſanè illa copia agri, quæ per nefas acquiſita eſt, ſæpenumero pro fructu certamina nobis præbet. Diuina enim iuſtitia multoties iudicium futurum anteuertit, domúſque eas, quæ iniuſtè poſſeſſæ ſunt, ad rem longe viliorem deducit, nimirum à frequenti illa hominum inhabitatione, & ſplendida fertilitate, ſummam ſolitudinẽ inducens. Is enim qui rebus alienis inhiat, breui lacrymas profundet, vbi ſe rebus propriis ſpoliatum conſpexerit. E

Quid quæſo, Iſraëlitam illum Nabuthem perſuo-dedit? an non illud, quòd tantopere vineæ Achab inhiaret. Veniat tibi in mentem illius diei, in quo Dei Opt. Max. ira de cœlo reuelabitur: memor ſis illius clariſſimi aduẽtus Chriſti, quo ſuſcitabũtur hi, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò praua, in reſurrectionem æterni iudicij. Illa te potius mœrore affligant, non autem præceptum diuinum.

Ex con. in illud, deſtruam horrea mea. 3. Reg. 21. Ioan. 5.

Quomodo te perterrefaciam? quid dicam? cùm deſiderio regni cœlorum nõ tenearis, nec gehennam reformides. Quam tãdem amabo, animæ tuæ medelam afferam? ſi horrenda te non mouent, nec iucunda alliciũt: ad lapideum cor me hercule, verba facio.

Ex con. ad diuites.

Vellem profecto, vt aliquãtulum ab iis iniuſtitiæ operibus reſpirares, F ac illud cogitares, cuiuſnam rei gratia tãtis rebus ſtudes, & ad quémnam finem has res tibi pares. Habes terræ, quæ arari & coli poteſt, iugera tot & tanta, terræ etiam, quæ arboribus conſita eſt, alia tanta, montes, ſaltus, campos, fluuios, riuos præterea innumerabiles habes. Quid deinceps futurum eſt? nónne tres te terræ manent cubiti? nónne pauci lapides ſatis erunt, ad infœlicis corporis tui ſepulturam. Cuius gratia tam iniquè agis? cur inanes ſtipulas manibus colligis, & materiem æterno igni accumulas? An non aliquando ab hac ebrietate deſiſtes? non tandem medicinã tuis cogitationibus facies? non te aliquando ipſum reſpicies? non tibi ob oculos pones Chriſti illud iudicium? Quid reſpondebis tum, cùm te corona ve-

luti quadam ij, quos iniuria affeciſti, circundabũt & apud iudicem iuſtum, reum facient? qnid tum facies miſer? quos patronos precio cõduces? quos produces teſtes? quomodo in tuam ſententiã adduces illnm iudicem, qui nullis fraudibus circunſcribitur? non eſt iſthic orator, non eloquentia, quæ veritatem tegere poſſet, non adulatores illic reperiuntur, oon pecuniæ, noo ſummi magiſtratus. Deſertus ab amicis, deſtitutus auxilio patronorum, ſine patrocinio, ſine defenſione relinquẽtis, triſtis, mœrore confectus, ſoliuagus, omni de-
A niquè loquendi fiducia priuatus conſiſtes. Quocunque enim oculos conuertes tuos, ibi euidẽtes imagines malorum cernes, hioc pupilli lacrymas hinc viduæ gemitum, aliunde pauperes, qoos pugnis cõtudiſti, aliunde vicinos, quos miris iniuriis laceſſiuiſti: omnes denique te adorientur, atque prauus actionum tuarum chorus te ſtipabit. Ibi negare ea, quæ perpetraſti, non poteris, ſed vltro ipſe tua facinora fateberis, ac ea, quæ dum in viuis eſſemus, fecimus, talia illic apparebunt, qualia à nobis edita aut perpetrata ſunt: neque illic ea, quę perpetraſti, inficias ire poteris: nam ibi obturatur os etiam impudentiſſimum. Facta enim ipſa vniuſcuiuſque noſtrom teſtimonium tribuẽt non vocem quidem emittendo, ſed talia ibi apparebũt, qualia à nobis perpetrata ſunt. Quare quãtum in nobis ſitum eſt, auaritiam fugiamos, fugiamus inquam, vt & eas pœnas, quæ nos manent, effugere poſſimus, & valeamus conſequi bona illa æterna, In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & potentia, vnà cnm patre ipſius æteroo, & viuificatore Spiritu ſancto, nuoc & ſemper, ac in
B perpetuum tribuatur. Amen.

DE INGLVVIE, ET Ebrietate.

ORATIO XVI.

Ex Aſceticis.

VIctus, ac ratio viuendi hominis Chriſtiaoi, ô amiciſſimi, ſimplex atque vniformis eſt vnúmque ſcopum ſibi propoſitum habet, oempe gloriam Dei. Siue enim cibum capeſſitis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite, inquit in Chriſto verba faciens Paulus. At aliorum hominum multiplex eſt & varius, vtpote qui alias aliter ad voluptatẽ eorum, qui accedunt, transformatur. Quòd ſi & oos quoque iiſdem rebus operam dare, & quantum
C in nobis ſitum eſt, voluptati ſtudere voluerimus, tum etiam oſtentationis gratia omnia parare, vereor ne ea, quę demolimur, rurſus conſtruere videamur, & in quo alios iudicamus, ipſi iudicemur cùm adeo compoſitè vita vtamur, atque alias aliter transformemur. Niſi fortaſſis veſtitum noſtrum permutare voluerimus, ſi nobis aliquando cum ſplendidioribus res erit. Sin hoc turpe eſſe ducimus, loogè profectò turpius eſt, propter delicatos quoſdam menſam immutare. Nam dum copia, & curioſitate ciborum, fratris tui menſam ad voluptatem tranſmutas, ſtudium voluptatis in ipſo accuſas, atque ingluuiem ipſius ignominia afficis: per ea eoim, quæ inſtruis, ipſius iis in rebus ſtudium in crimen vocas. Quid, obſecro, oobis cum nimio ſumptu? acceſſit peregrinus quidam, ſi frater eſt, euodémque vitæ ſcopum ſibi propoſuit, propriam menſam agnoſcet. Quæ enim domi reliquit ſuæ, ea inueniet apud nos. Sed dices, feſſus eſt de via. Tantum igitur ipſi proponamur, quaotum ſatis eſſe poſſit ad laſſitudinem abigendam. Alius venit, qui dioerſo geoere viuendi vtitur, diſcat is ex operibus, quæ ſermo ipſi ooo perſuaſit, & accipiat normam ſufficientiæ in cibis.

Permaneant denique in ipſo monumento menſæ Chriſtianorum, & paopertatis, quę ob Chriſtũ D
ſuſcepta, nullo pudore afficitur. Sin iis animum noo adiiciet ſuum, ſed nos ludibrio habebit, neque hac ratione vllam oobis moleſtiam aſperget. Nam perquirere ea, quæ ad neceſſarium vſum nõ ſpectant, ſed quæ ad pernicioſam voluptatem, & nociuam vanam gloriam excogitantur, nõ ſolum turpe eſt, & abſurdum, verùm ingẽs etiam ſecum detrimentum affert: cùm ij, qui delitiis ſeſe dediderunt, & qui corporis voluptatibus omnem beatitudinem metiuntur, eaſdem res nobis curæ eſſe vident, quas illi admirantur, atque ſuſpiciunt. Cũ *Ex Epiſ.*
autem comedimus, ne animũ à meditatione Dei abducamus, ſed ipſorum eduliorum oaturam, & corporis ea ſuſcipientis ſtructuram conſiderãdo, gloriam tribuamus Deo, conſiderando, inquam, quàm varij cibi corporum proprietati conuenientes, ab eo, qui omnia gubernat, adinuenti ſint. Hora vna ad capiendum cibum ſit deſtinata, eadémque per circuitum reuertẽs, vt ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix hæc ſit, quæ corpori tribuatur: cæteræ verò omnes, in mentis actionibus cõſumendæ ſunt. Qui igitur ſalutare conſilium inire volet, is animæ, quàm maximam coram habe-
bit, & hanc omnibus in rebus ſinceram, ac genuinam ſeruare contendet. Sin verò caro aut fame E
conficiatur, aut frigore, aut calore, aut morbis affligatur, aut violentum quid ab aliquibus perpetiatur, exiguam ipſius rationẽ habebit, neque pericula vitæ impendentia pertimeſcet. Quòd ſi quis velit corpori parcere, veluti poſſeſſioni cuidam, quæ animæ ad vitam in terra ineundam neceſſaria ſit, is tamen exiguam ei, huius oeceſſitatis cauſa, operam dabit: tantam ſolummodo, vt & contineri, & ad animę miniſterium ſanum cõſeruari poſſit, nec vnquam permittet, vt ſaturitate exultet, ac laſciuiat. His enim ipſam obedientem, & expeditam ad cœleſtem profectionem reddet, atque ad propoſita magis auxiliarem efficiet. Si verò ſui iuris eam eſſe permiſerit, omnibúſque rebus quotidie veluti feram quandam inſerſerit, poſt violentis ipſius retractionibus ad terram detractus, iacebit
fruſtrà ingemiſcens. Ad dominum aotem adductus, & vt itineris in terra conceſſi fructum exhi- F
beret, poſtulatus, nec quod det habens, ingentes lamentationes edet, atque in teoebris perpetuis vitam ducet, valde iraſcens delitiis, ac captioſis illecebris, propter quas ſalutis æternæ conſequẽdæ occaſione priuatus eſt. Verùm nullum amplius ex lacrymis fructum percipiet. In inferno enim quis confitebitur tibi? inquit Dauid. Venter in *Pſal. 6.*
commerciis, ac contractibus infideliſsimus eſt, promptoarium neglectum, quòd ex multis depoſitis detrimentum capit, depoſita tamen non conſeruat.

Pſal. 6. *Ex ſerm. 4. de Ieiun.*

ſeruat. At verò ea, quæ ad cibum, ac potum inuenta ſunt, & cætera omnia, quæ præter neceſſitatem iniurioſæ diuitiæ ad voluptatem ingrati ac nihil conſiuentis ventris adinuenerunt, quando nã noſtra fuerint, etiamſi identidem in ventrem ingerantur? quæ exigua ſanè quadam guſtum voluptate, veluti in tranſitu perfundũt, ſtatimque rurſum ea vt moleſta ac ſuperflua ęgereſſimus, tanquam ſi ea diutius in viſceribus immorarentur, maximũ adituri eſſemus vitæ periculum. Multis equidem ſatietas mortem attulit, & ne amplius vlla re frui poſſent, in cauſa fuit. Nam facultas naturalis facilè cibum paucum conficit ac concoquit, atque ei, quod nutritur, aſſimilat: at cibum multum & varium ſi aſſumpſerit, cùm illum concoquere non poſſit, varia morborum genera parit. Repletio omnis, iniuriæ auctor eſt: ſimul enim cum ipſis deliciis, & ebrietate, ac variis cõdimentis, omne genus brutæ petulantiæ naſcitur. Hinc homines, veluti equi, rabioſi in fœminas feruntur, hinc naturæ ordine commutato, ob œſtrum ex delitiis animæ ingeneratum, in maſculo fœminam, in fœmina maſculum quærunt. Ex craſſo enim alimento, euaporationes quædam fuliginoſæ, denſæ nubis inſtar, efferuntur, quæ eas illuminationes, quæ à Spiritu ſancto in mentem manant, dirimunt, ac intercipiunt. Ne igitur indulgeas carni tuæ, ſomnis, balneis, mollibúſque ſtratis, ſemper illud in ore habens, Quem fructum capiam ex ſanguine meo, ſiquidem deſcendam in corruptionem? Cur obſecro, complecteris illud, quod paulo poſt diſſipabitur? Cur pingueſacis ac carnoſum efficis te ipſum? an te præterit, quòd quanto craſſiorem tibi facis carnem, tanto grauiorem animæ cõſtruis carcerem? Nam nimia vis corporis, impedimento eſt ſpiritui ad ſalutem. Ventri quidem neceſſaria ſuggerenda ſunt, at non iucundiſſima, nec talia ac illi, qui menſarum ſtructores, qui cocos excogitant, qui omnem terrã, qui omnia maria perſcrutantur, ventri tributa exigentes, veluti tyranno cuidam. Miſerrimi ob occupationes ſuas, & ſanè nihil tolerabilius perpetiuntur iis, qui apud inferos pœnas pendunt. Nam apertè in ignem fodiunt, cribro aquam ferunt, pertuſo dolio humorem hauriunt, nec vllum finem ſuorum laborum ſtatuunt. Quemadmodum enim ſitis potum dulcem facit, & fames antegreſſa, iucundam inſtruit menſam, ſic etiam ciborum voluptatem continẽtia efficit. Mediam enim ſeipſam interponens, & continuitatem deliciarum dirimẽs, deſideratam, ac ſuauem tibi veluti peregrè redeuntem eſcam efficiet. Proinde ſi tibi velis iucundam inſtruere menſam, ſuſcipito ex inedia mutationem: tu verò ex eo, quòd vehementer delitiis deditus ſis, ignoras te tibiipſi delicias obſcurare, & nimio amore voluptatis voluptatem abolere. Nihil enim eſt tã iucundum, quod ex aſſiduo vſu, in faſtidium non veniat. Quorum enim rara eſt poſſeſſio, eorum etiam iucundus eſt vſus. Qui igitur vbi dies illuxit, circumſpectãt quónam in loco compotiones fiant, quíque œnopolia, & cauponarias tabernas colluſtrant, & qui ſe mutuo ad compotandum aſſumunt, omnéque animi ſtudium iis in rebus cõſumunt, hi ſunt illi, quos vates deflet. Non enim tantum eſt ocij oculis ipſorum, vt cœlum intueantur, mirandámque eius pulchritudinem vel cognoſcant: ſed ſtatim exorto die ſympoſia ſua exornant, omnéque ſtudium ſuum, ac diligentiam in poculorum apparatu oſtentant. Vaſa, in quibus vina refrigerantur, crateras, phialas, veluti in pompa quadam, & conuentu publico diſponentes, vt vaſorum diuerſitas ſatietatem ipſorum expleat, & poculorum mutatio diu in potando vt immorentur faciat. Ordo medius fidius in confuſione, diſpoſitio in re inordinata quæritur. Ad hæc certamina de ampliori potu exhauriendo oriuntur, tum etiam cõtentiones atque lites, dum ſe mutuo in ebrietate ſuperare conantur. His autem certaminibus diabolus præeſt, victorię verò præmium eſt peccatum. Qui enim plus meri hauſit, is de aliis victoriam conſequitur: contendunt enim inter ſe, atque ſeipſos ipſi vlciſcuntur. Plena omnia dementiæ, plena confuſionis. Qui manus dederunt, vino ſe omnino proluerunt, ſeruiſque ſuis ludibrio fiunt. Manus officium non præſtat ſuum os munus non obit, venter diſrumpitur, nec malũ quidquam remittit. At miſerum corpus naturali robore diſſoluto, omni ex parte diffluit, ferre nõ valens nimij potus violentiam. Miſerandum profectò ſpectaculum, vir ætate integra, ac florente, inter militares copias clarus, domum deportatur cũ ipſe potis non ſit, ſeipſum attollere, atque propriis pedibus incedere. Vir, qui terrori debebat eſſe hoſtibus, pueris in foro materiem ridẽdi præbuit, ſine ferro proſtratus iacet, ſine hoſtibus occidit. Vir armiger in ipſo ætatis flore conſiſtens, nimium ſe ſe vino ingurgitãdo, nullo negotio ab hoſtibus proſternitur, ſuperatúrque. Quis eſt, obſecro, horum malorum auctor? quis eſt, qui has inſidias tetendit? tu ſympoſium aciem veluti bellicã inſtruens, vino vigorem iuuentutis eneruas. Ac inuitas quidem illum ad cœnam tanquam amicũ, eiicis autem mortuum, vitam illi vino eripiens. Quare à brutis animantibus differs, ô homo? nõne ratione, qua à conditore tuo accepta, princeps ac dominus omnis creaturæ effectus es? Qui itaque ſe prudentia per ebrietatem priuat, is ſimilis eſt belluis, quæ ratione carent. Ac ſanè merito cũ illis pereunt. Siquidem dicere auſim temulẽtos magis rationis expertes eſſe, quàm ipſas belluas: quadrupeda enim, ac feræ omnes, ordinatos habent ad coitus impetus, at illi, quorum animus ebrietate detinetur, corpúſque præter naturali calore refertum eſt, omni tempore, ac omni penè hora ad immundos ac turpes complexus delabũtur. Perinde enim ac aqua ignem extinguit, ſic etiam immoderatus vſus vini rationem moderatã delet. Quod enim pecus per Deum immortalem ita, vt ebrioſus viſu, & auditu delinquit? nam vino obrutus, familiariſſimos ſuos nõ agnoſcit, ſed ſępius quaſi ad neceſſarios accurrit. Nónne vmbras etiam ipſas aliquando tranſilit, quaſi riuos quoſdam, & conualles? aures autem talium ſonitu, ac ſtrepitibus tanquam æſtuantis maris replete ſunt. Terra altum petere ipſis videtur, montes verò in orbem circũuerti: his quidem ſomni ſunt graues, animam ipſorum intercludentes, & qui magna cum difficultate excitantur, quique morti ſunt quàm ſimillimi. Vigiliæ autem ſomnis longe ſtupidiores: vita enim ipſorũ quaſi inſomniũ quoddam eſt, vtpote qui cùm ne pallium quidem habeant, neque quòd craſtina luce edant, dominan

Ex com. de ... adiciendo ... — *Ex com. in 50. Pſal. Pſal. 29.* — *Ex cõ. quod ex prof. ...* — *Ex conc. 1. de Ieiunio.* — *Ex com. ebrietate ...*

tur tamen, exercitui præſunt, vrbes ſtatuunt, pecu
Ex conc. ij. de Ieiunio. niæ largitionem faciunt. Hem quid agis, ô homo?
famulus fugit dominum cædentem, tu autem per
manes cum vino, quod ſingulis diebus caput fe-
rit tuum. Modus optimus vini, eſt vſus, ac indigē-
tia corporis: quòd ſi fines tráſieris, cras venies ca-
pite aggrauato, oſcitabundus, vinum putridum o-
lens, omnia tibi circunferri, omnia moueri vide-
buntur. Quando enim membranæ cerebri vapo-
Ex con. cō-tra ebrioſos ribus, qui ex vino exhalant, replentur, tum caput
multis ac maximis doloribus afficitur, & cùm re-
cta in humeris conſiſtere non poſſit, alio, verte-
bris labantibus, recidit. Ipſa autem incontinentia
A apertè ex vino, velut ex quodam fonte manat, &
cum ea ſimul etiam petulantiæ morbus naſcitur,
qui brutorum omnem in fœminas inſaniam lon-
ge exuperat. Siquidem bruta animantia naturæ
terminos non excedunt, at ij, qui vino obruuntur
in maſculo fœminam, in fœmina maſculum quæ-
runt. Cùm enim animam iam ſic perdiderint, vt
ſit omni macula inquinata, ipſum etiam corporis
habitum corrumpunt, non ſolum voluptatis exu-
perantia, quæ ipſos immodica libidine diffluen-
tes, œſtri inſtar exagitat, ſed etiam ob ipſam mo-
lem humiditate nimia laxum, & fœtidum, ac vita
li firmitate diſſolutum corpus ferentes. Horum
oculi liuidi ſunt, cutis ſubpallida, ſpiritus citus, lin
gua reſoluta, vociferatio obſcura, pedes tituban-
tes, non aliter ac puerorum, excrementa autem
ſponte quaſi à rebus anima carentibus profluūt.
Miſerabiles, me hercule, ob voluptatem, ac ſane
longe miſerabiliores ſunt iis, qui in pelago tem-
B peſtate aliqua iactantur, quos alios poſt alios ſuc
cedentes, ac demergētes fluctus, ſurſum ferri nō
permittunt. Quemadmodum enim nauigia onu-
ſta, tempeſtate ſi correpta fuerint, neceſſario one
rum abiectione leuia fiunt, ſic etiam & hi neceſſa
rio, ea, quæ ipſis oneri ſunt, deponunt: vomentes
& eructantes vix onere liberantur. Sed tanto mi-
ſerabiliores iis ſunt, qui aduerſa tempeſtate iactā-
tur, quantum hi quidem ventos, mare, neceſſita-
témque omnem externam accuſant, at iſti volun-
tariam ex ebrietate tempeſtatem ſubeunt. Qui à
dæmone obſidentur, miſerandi habētur, at ebrij
quamuis eadem perpetiantur, nulla tamen miſeri
cordia digni iudicantur, eo quòd ſponte ſua cum
dæmone contendant. Quinetiam contra ebrieta-
tem medicamenta parant, non ideo, ne quid mali
à vino perpetiantur, ſed ne, ſemper vinum hauriē
do, inebrientur: nec mali hic finis adhuc eſt. Nam
ipſum vinum, lōgius ſe propellit, nec ſitim reſtin-
guit, verùm alterius potus implacabilem neceſſi-
tatem inducit. temulentos exurendo, ſempérque
amplioris potus auiditatem prouocādo. Ac ſane
ſicuti valles, quæ vbi torrētes in ipſas influxerint,
videntur plenæ eſſe, at vbi inundatio præterijt, ſic
C cæ relinquuntur, ſimiliter etiam accidit ebrioſo-
rum ori. Reſtagnante enim vino, plenū eſt quo-
dammodo & humidum, verùm vbi vinum dilap-
ſum fuerit, ſiccum ac humore vacuum deprehen-
ditur. Proinde viro prudenti penitus abſtinēdum
Ex com. in Eſaiam. eſſe arbitror ab iis rebus, quæ eum perturbant.
Cum enim multum meri infuſum fuerit, quaſi ty

rannus quidam arcem petit, & à ſummo vertice
ingētes tumultus animæ præbet, nulli rei, ne prin
cipali quidem parcens, ſed ipſam primùm ratio-
nem in ſeruitutem adducit, deinde eam diſpoſi-
tionem ac ornatum, qui doctrina partus eſt, con-
fundit, atque perturbat, riſu indecoro, voce hor-
renda, ita præcipiti, libidine effrenata, œſtro ac fu
rore in omnem honeſtam voluptatem. Propter
hoc * Dynaſtæ, inquit, ne bibant vinum, nec illi, ** Oſeæ 11.*
quibus aliquis magiſtratus mandatus eſt, aut ali-
qua rerum publicarum adminiſtratio concredita
nec etiam illi, qui ob vigorem ætatis robore cor- D
poris multum poſſunt. Nam tales, cùm ſint à na-
tura ad libidinem proni, quando præterea vini aſ
ſumpſerint impetum, velut flammam quandam
larga ſuppeditatione ardentis materiæ, ipſum ad
ſummum extollunt. Quemadmodum enim na-
ues onere preſſæ difficilè educūtur, at faciles ſunt
& expeditæ ad nauigandum, ſic etiam corpora,
quanto maiori, & abundantiore carne degrauan
tur, tanto in magis profundam perniciem fluitan
tia ruunt. Cur execrationem ipſius Cain tibiipſi *Ex com. in Euang. Matt.*
acceſſis, temulentus, tremens, & oberrans toto
tempore vitæ tuæ? nam corpus, quod ex natura
ſuſtentaculo caret, neceſſario agitatur, atque con
tremiſcit. Quouſque tandem ebrietas procedet?
nam paulo poſt neceſſario cœnum pro homine
fies. Adeo omnino immerſus es vino, & iam vnà
cum ipſo putrefact⁹ es, ex aſſidua crapula vinum
illud olens, atque hoc mucidum, velut vaſa, quæ
nullius amplius ſunt vſui. Quod ſi ebrij regnum
Dei non poſsidebunt, tu cùm vino ſepultus ad ie- *Ex cō. 1. de Ieiunio 1. Cor. 6.*
iunium accedas, quam, quæſo, inde vtilitatem ca-
pies? ſi enim excludit te regno ebrietas, quem a- E
mabo, tibi fructum ieiunium in poſterum feret?
An non vides peritiſſimos domitores equorum,
fame equos ad certamina deſtinatos, cùm certa-
men inſtat, præparare? tu autem teipſum de indu-
ſtria ſatietate deprimis. Venter præterea aggraua
tus non ſolum ad curſum, ſed neque ad ſomnum
idoneus eſt. Nam cibi copia, ac onere preſſus, qui
eſcere nos non ſinit, verùm multas circunuerſio-
nes in vtranque partem nos facere cogit. Ne igi-
tur ad ieiunium ebrietas tibi dux ſit: non enim pa
tet aditus ad ieiunium per ebrietatem, neque per
auaritiam ad iuſtitiam, neque per incontinētiam
ad precationem, neque, vt omnia vno verbo cō-
plectar, per vitium ad virtutem. Ebrietas enim ad
incontinentiam ducit, ad ieiunium verò medio-
critas. Qui decertat, prius ſeſe exercet: ſic qui ieiu
nare volet, ante tēperans ſit oportet, nec ſe quin-
que dierum crapula ante infarciat, ſed penitus eā
prius deponat. Nā in caſſum laboras, corpus fru-
ſtrà conterendo, inopiam verò ac famen non ex-
ples. Ebrietas dominum non ſuſcipit, Spiritū ſan-
ctum depellit. Nam vt fumus fugat apes, ita cra-
pula fugat dona Spiritus ſancti. Quare ne id no-
bis aliquando accidat, elaborandum eſt: nec tan-
topere ventri eſt ſeruiendum, ſi volumus vitam
ſempiternam adipiſci. Domino noſtro Ieſu Chri
ſto gloria, & honos, in omnia ſecula deferatur.
Amen.

DE HVMILITATE ET vana gloria.

ORATIO XVII.

Ex com. in 64. Pſal.

Difficile quidem eſt, vt is, qui nec omnium infimus eſſe, nec poſtremum tenere locum cupit, vnquam poſſit, aut conuiciis iactatus iracundiæ reſiſtere, aut multis condpertus miſeriis, tolerando ac patienter ferendo, tentaA tionib⁹ eſſe ſuperior. At qui ſumma modeſtia eſt præditus, & qui dum conuiciis afficitur, fatetur ſe lõge eſſe inferiorem quàm dicatur, huius animum nulla vnquam conuicia percellent, atque perturbabunt, ſed ſi appellabitur inops, nouit inopem ſe eſſe, & omnibus rebus indigentem, atque quotidiana domini ſuppeditatione opus habere. Quòd ſi acceperit ignobilem & obſcuro natum loco ſe dici, iam animo multo ante percepit, fictũ ſe ex limo atque creatum eſſe, ac in ſumma, magnus ille apud Deum habetur, qui humanum ac facilem vicino ſe præbet ſuo, & qui ſine vllo pudore omnes ſui vicini in ſe recipit criminationes, quantumuis à veritate longe abhorreant, idque vt pacem pariat fratri ſuo, pacem, inquã, quæ maximum mortalium eſt bonum. Æquè enim eſt arduum in rebus aduerſis animo non deiici, ac in ſecundis non efferri: nã reuera mores inflati, ſi culti ac obſeruati fuerint, ſeipſis longe ſuperbiores plerunque euadere ſolent. Conſequitur autem animum humilem, viſus ſubtriſtis, & in terram demiſſus, habitus neglectus, capillus paſſus, veſtis B ſordida, ita tamen vt hæc videantur caſu ac fortuito fieri, quæ lugentes de induſtria faciunt. Veſtis cingulo corpori aptè ſit accincta, cinctura autem neque lũbis ſit ſuperior, muliebre enim hoc, neque adeo remiſſa, vt veſtis diffluat, noxium namque iſtud. Inceſſus verò neque lentus, vt qui animi diſſoluti ſit ſignum, neque rurſus celer & concitatus, vt qui ipſius impetus perturbatos ac temerarios eſſe demonſtret. Scopus autem veſtis vnus eſto, nimirum vt ſit operimentum carnis commodum, cùm aduerſus hyemem, tum æſtatem. Noli autem quærere, neque in colore iucunditatẽ, neque in ſtructura tenuitatem ac mollitiem. Nam in veſtito habere rationem amœni coloris, perinde eſt, ac ſi quis ſtuderet fuco muliebri, cuius illæ perſtudioſæ ſunt: alieno enim flore genas ac caC pillos ſuos illinientes, hoc ipſo placere ſtudent. Veſtis autem craſſities talis eſſe debet, vt caloris gratia opus non habeat altera. Calceus vilis quidem ſit pretij, ſed tamen ſatis commodè neceſſitatem expleat. Nam modeſtiæ exercitatio nihil aliud eſt, quàm conuerſatio in rebus tenuibus ac ſimplicibus, honoris ſtudium exactè obſeruans. Ambitioſus vero merito ille habẽdus, qui ob exiguum & nihili huiuſmõdi honorem, aliquid facit loquitúrue, veluti ille, qui eam ob cauſam benigne facit pauperibus, vt gloria & laude publicè

Ex com. in Eſaiam.

afficiatur. Is quoniam mercedem aucupatur, nec miſericordiam tribuere, nec alios bonorum ſuorum participes facere cenſendus eſt. Et qui ideo temperantiam ſeruat, vt hominibus probetur, nõ eſt temperans, cùm virtuti nequaquã ſtudeat, verùm eam gloriam, quæ ex ea proficiſci ſolet, captat. Integrum erat Ananiæ à principio poſſeſſio-

Act. 5.

nem ſuam Deo non promittere, ſed poſtquã gloriam humanam ſpectans, eam quidem ideo cõſecrauiſſet, vt ab hominibus ob pietatis ſtudium ſuſpiceretur, de pretio tamen eius partem detraxit, quo facto talem in ſe iram domini, cuius admioiſter Petrus erat, concitauit, vt ne pœnitendi quidem tempus præſtitutum reperiret vllum. Domi-

Iacob. 4.

nus etenim, qui ſuperbis reſiſtit, & ſceleribus obſtrictos ad terrã vſque deprimit, pollicetur, ſe improbitatem elatorum protriturum. Qui igitur ſe efferentium faſtum contundit, liberat ac educit D ipſos ex illa ſimilitudine, quam habent communem cum dæmone, omnis faſtus & ſuperbiæ patre, perſuadétque, vt diſcipulos ſe præbeãt illi ipſi, qui dicit, Diſcite ex me quoniam manſuetus ſum,

Matt. 11.

& humilis corde. Quid, obſecro, elato es animo quòd gentes conciderit, & imperia ciuitatum euerteris tuum & ſecuris ideo ſpiritus tollet, quòd arbores excelſas in terram deiecerit? num ſerra, quòd ſolida & bene cõpacta ligna, findat, in partéſque tribuat? verùm nec bipennis ſine manibus ferit, nec ſerra ſine illo, qui eã trahit, findit. Quòd

Ex com. de humilitate.

ſi proximum tuum ſcelere ſe contaminantem cõſpexeris, ne hoc ſolũ ipſius facinus animo luſtres, ſed ea omnia, quæ fecit, aut facit, probè tecum reputes, & ſic multis partibus ipſum te longe meliorem eſſe reperies, nimirum, cùm in vniuerſo rem non in parte, accuratius perpenderis. nã nec De⁹ ipſe homines ex parte ponderat expenditque: inquit enim, Ego venio vt & facta & cogitationes ipſorum congregem: & cùm quondam increpaſſet Ioſaphat, propter recens admiſſum peccatum meminit etiam eorum, quæ ab ipſo rectè probé- E que facta fuerant, dicens, Veruntamen boni ſermones in te reperti ſunt. Atque ita ſæpenumero

2. Paral. 19
Ex cõ. quomodo quis ſe ipſum eſſe debeat.

animi demiſſio liberat eum, qui multa & permagna in ſe concepit vitia. Ne igitur teipſum ſupra alterum iuſtum feceris, ne aliquando tua ſententia iuſtus factus, Dei iuſtiſſimo iudicio condemneris. Autumas aliquid te boni feciſſe, Deo gratiã habeto, nec te vnquam extollas ſupra proximum cui, quid, quæſo, te profuiſſe cẽſes, eo quod fidem profeſſus es tuam? quòd exilium ob nomen Dei tui ſuſtinueris? aut quòd ieiunij labores perpeſſus ſis? non profectò alius quiſquam ex eo fructum capiet, ſed tute ipſe. Fac pertimeſcas lapſus dæmonis ſimilitudinem, qui cùm ſe ſupra hominem extuliſſet, infra omnes homines cecidit, & traditus F eſt, veluti puluis pedibus noſtris conculcandus. In ſumma tibi in mentem veniat dictum illud, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus verò ſuam tri-

1. Pet. 5.

buit gratiam. Habeas, obſecro, verbum illud Domini ſemper in promptu, Omnis, qui ſeſe deiicit, extolletur. Ne ſis iudex tuiipſius iniquus, neque

Luc. 18.

ad gratiam rem expendito, hoc ſolùm in ſuffragium vocans, quod te rectè feciſſe exiſtimas, errata autem ſponte obliuioni tradẽs, neque ob ea, quæ hodie probè feciſti, teipſum magni æſtimato, veniam tibi facillimè concedens eorum, quæ antea & olim perperam patraſti, ſed cùm præſens te extolerit officium, antiquum facinus fac tibi ſuccurrat, atque ita à ſtolida ſtultáque inflatione conquieſces. Veriſſimum nanque illud eſt, Nihil eſſe

Ex Hexa hemero.

difficilius, quàm noſſe ſeipſum. Nõ enim oculus tantum ſuu in ſemenpſum munere non fungitur dum ea, quæ extra ſunt, cernit & perluſtrat, ſed & ipſa mens noſtra, cùm accuratè acritérque peccata perueſtigat aliena, taidior verò in vitiis noſtris conſideтandis eſſe deprebenditur. In obiurgando caue ſis grauis, neque citò, neque cum impetu reprehendas: hoc enim contumacis habetur. Neque etiam ob res paruas, aut nihili, aliquem condẽnes, veluti ipſe omnibus numeris ſis iuſtus, verùm eos qui deliquerunt, placidè aſſumito, ac ſpiritualiter ipſos complectitor, vti Paulus commodiſſime monet, conſiderans temetipſum, ne & tu tẽteris. Si enim delinquimus, meliores moniti & correcti efficiemur, ſin autem nihil iniqui egim⁹, cuius rei cauſa in odium vocabimur? Abiice quæſo, ac penitus euelle ex animo tuo perſuaſionem illam, nullius te opera & ſocietate egere, nõ enim illius eſt, qui alios amore complectitur, nec etiam illius, qui iuſſa Chriſti ſũmo ſtudio capeſſere contendit. Non te ſegreges à coniunctione fraterna, ne quando belli calamitas, quæ orbem circumit, te quoque attingat, & tũc niſi cum aliis bellici inſultus particeps fueris, haud facilè reperies, qui vicem doleat tuam, eo quod cùm ſecundis vtebare rebus, iniuria affectis miſericordiam non tribueris. Ego profectò magis ſtudeo, in loco eſſe obſcuro, quàm quidam ambitioſi in conſpicuo & illuſtri. Velim tu quoque tantum in id conferas ex ẽplo meo ſtudij, ne ab hominibus gloria afficiare, quantum cæteri mortales contendunt, vt gloria quàm maximè conſpicui euadant. Honores aliqui tibi mandati ſunt, téque homines cõplectuntur, ac magni faciunt, caue animum tollas, verùm ſimilis ſis iis, qui alicui parent. Nam qui primas ferre cupit, is decreto domini ſeruus omnium ſit oportet. Moſes ille vir Dei magnus, qui cùm omnibus in rebus obedientem ac morigerũ ſeſe præberet domino, tamen quando ad populum Iſraëliticum mitteretur, inquit, Obſecro, domine, aliũ quem mittas, pares. At ex eo ipſo, quòd excuſatione & confeſſione imbecillitatis ſuæ, quaſi cũ quadam contentione Deo reſiſteret, Deus eum dignum eſſe iudicauit, qui populo præeſſet ſuo. Quãobrem præclarè ſe habet præceptũ illud, Ne quæras eſſe iudex, ne aliquo modo non valeas è medio tollere iniuſtitiam. Sermo enim vatis excuſationem propter eos, qui imperium deferebant ad eos, qui ſeditionem conflabant, non omnino allatam fuiſſe dicit: nam non ſimpliciter dixit, Dux non ero, ſed cum quadam additione, Dux nõ ero populi huius. Et cauſam attulit, Quia linguę ipſorum cum iniquitate quadam domino diffidunt. Deinde Moſes cùm ad genus vitę illuſtre, ac officium nobiliſſimum, nimirum ad tanti populi præfecturam vocaretur, excuſatione vtitur, Quis ego ſum, inquit, vt adeam Pharaonem regem Ægypti & ducam populum hunc? & rurſum, Obſecro, domine, nihil valeo à die heſterno & tertio, & ex quo cœpiſti colloqui cum ſeruo tuo. Et iterum, Quæſo, domine, alium pares, quem mittas, qui huic oneri ſatisfacere valeat. At dominus dixit illi, Vade, & ducẽ te præbeas populo iſti, ecce Angelum meum præmitto tibi. Quid Moſes ad hæc tandem? Obſecro, inquit, nam niſi tu ipſe præieris, nequaquam hinc nos educes. Eſaias verò nihil eiuſmodi audiens, ſolum de neceſſitate legationis edoctus, ſponte ſeipſum obtulit, ac in media pericula ſe intulit. Quæ igitur horum fuit mens? Moſes quidem quod populus eſſet ſceleſtus, quique opus haberet eo, qui conniuere delictis, & peccata remittere poſſet, id quod ipſi Angeli efficere nequeunt, ſiquidem illi vlciſcuntur eos, qui ſe vitiis inquinarunt, veniam autem concedere iis, qui ſceleribus ſe obſtrinxere, nequaquam poſſunt. Veniat igitur verus legiſlator potens ille ſeruator, qui ſolus remittẽdi peccata poteſtatem habet abſolutiſſimam. Eſaiæ verò, quòd propter amoris exuperantiam ſibi perſuadebat, nihil eorum, quæ acciderant, vnquam à populo ſibi accidere potuiſſe. Ex his duobus alterum nos imitemur, vt futura conſequamur bona, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui vna cum patre & ſancto ſpiritu, gloria, honor & potentia tribuatur nunc & in perpetuum. Amen.

Ex cõ. quomodo quis ſobrius eſſe debeat. — *Galat. 6. Ex Epiſt.* — A — *Ex cõ. quomodo quis ſobrius eſſe debeat.* — B — *Matt. 20.* — *Ex com. in Eſaiam.* — *Exod. 3. 4.* — *Eccleſ. 7.* — C — *Exod. 33.* — *Exod. 4.* — D

DE HONORE, QVO AFficiendi ſunt parentes, & ſenectute, atque iuuentute.

ORATIO XVIII.

ILlud, quod à vate prolatũ eſt, Exurge domine Deus meus in præcepto, quod tradidiſti, poterit tùm ad reſurrectionis myſterium referri, exhortante nimirum vate iudicem, vt exurgeret ad vindicãdum omne ſcelus, & vt præcepta nobis antea data perficeret: tum etiam ad eum rerum ſtatum, qui tum erat, ita vt excitet Deum vates ad vltionem præcepti, quod dederat. Præceptum autem erat, vt vnuſquiſque honore patrem & matrem ſuam afficeret: quod quidem filius ipſius vatis non tenuerat. Proinde exhortatur Deũ, cùm ad illud ipſum corrigendum, tum ad multos alios modeſtiores reddendos. Ne, inquã, cunctator in puniendo eſſet, ſed exurgeret in ira, & exurgens vlciſceretur proprium inſtitutum. Nõ enim inquit, iniuriam meam perſequeris, ſed iuſſum tuum ſpretum, quod ipſe deſcripſiſti. Patet enim, quòd ſi vnus iniuſtus ad modeſtiã reducatur, multos etiam ſua ſponte redituros eſſe. Atqui prouidentia, quæ in ſenio confectas ibes confertur, poteſt liberos noſtros, ſi modo attentos ſe, dociléſque præbere velint, amantes parentum efficere. Nemo eſt enim omnino ſic prudentiæ inops, qui non ſumma infamia dignum iudicet, ſe ab auibus quæ longiſſimè à ratione abſunt, virtute ſuperari. Nam illæ patrem, cui præ ſenectute alæ decidunt circunſtantes alis ſuis fouent, paſtúſque ei copioſè præparant, ac ſuppeditant, quódque potis ſunt, in volatu auxilium ferũt, ita vt leniter vtraque ex parte eum alis ſuſtineant. Idque ſic omnium voce celebratum eſt, vt iam quidam referendæ gratiæ officium ἀντιπελάργησιν nominẽt. Quamobrem tu ſi vis de rebus futuris certus eſſe, facito ea, quæ à lege præſcripta ſunt, & tandem ſic expecta vſum bonorũ. Honorem tribuito patri tuo atque matri vt tecum bene agatur, multúmque in tempus vitã producas, quo te bono Deus opt. max. ornabit.

Ex com. in 7. Pſal. — E *Deut. 5.* — F — *Ex com. in Eſaiam. Exod. 20.*

Probi

Ex Greg. Na... in Hexa. ...

Probi enim filij, & beneficiorum memores magno ſunt parentibus ornamento. Filij, inquit, diuinus apoſtolus, diligite parentes veſtros, parentes ne prouocetis ad iram liberos. Nam ſi leænæ cordi eſt fœtus, ſi lupus pro catulis decertat: quid, quæſo, dicet homo? qui & præceptum negligit, & naturam peruertit: quando aut filius ſenectutem patris ignominia afficit, aut pater ſecundis nuptiis, in obliuionem priorum filiorum venit. Aquila in educando partu iniuſtiſsima exiſtit.
A Cùm enim duos pullos excluſit, alterum pennarum ictibus in terram deiicit, alterum verò tantùm ſuum eſſe ducit, auerſando id, quod procreauit, propter paſtus difficultatem, ſed hunc oſsifraga mori non patitur, verùm ſuſcipit ac vnà cum ſuis educat. Eiuſmodi ſunt parētes illi, qui inopia coacti, infantes exponunt, aut ij etiam, qui in diuidunda hæreditate iniquiſſimi ſunt in liberos. Aequum enim eſt eos, vt ex æquo vnicuiq; eſſe dederunt, ſic ea etiam, quæ ad vitam tuendam pertinent, æqualiter eis præbere. Noli imitari aues aduncitate vnguium præditas, quæ cùm pullos ſuos animaduertunt iam in poſterum volare poſſe, eos ex nido eiiciunt, penniſque verberant ac pulſant, nec deinceps eis vllo modo conſulunt. In cœlum ferēda eſt cornicis in pullos charitas, quæ etiam volantes iam comitatur, eiſque paſtum diu parat & præbet. Differt autem nihil is, qui ætate puer eſt, ab eo, qui mēte eſt infans: cana enim prudētia homines antiquos facit, ac magis profectò ad conſtitutionem ſenis concurrit id, quod eſt in prudentia antiquius, quàm albedo capillorum. Si
B enim quis ſit, vt ſapienti Daniel placet, iuuenis quidē corpore, prudentia verò canus, æquius ſanè eſt, vt ei maior honos tribuatur, quàm illis, qui prauo iudicio corporis canitiem anteponunt. Etenim Daniel puer cum eſſet, & ætatē iuuenilem, quæ ſenſu, ſenectutem verò ob prudentiam, quæ mente percipi poterat, ageret, ſenis nomen meruit. Sic contingit aliquando, cùm ſenes ocioſè & neglectè vitam degunt, vt reperiātur iuuenes eis longè excellentiores, maiorīq; honore digni: vt pote qui ſint longè ſeniores, ob caneſcētem animæ virtutem. Maxima autem pœna & ſuppliciū eſt, cùm ciuitati adoleſcentes inſani ac prudentes præſunt. Iuuentus enim leuis eſt, & ad mala propenſa atq; procliuis. Libido indomita, ira immanis, inſolentia & contumelia, ſuperbia, & animus inflatus, propriæ ſunt iuuentutis perturbationes. Inuidia præterea, in rem, quæ excellit: ſuſpicio aduerſus ſuos, ſexcentorum deniq; malorū aceruus iuuentuti eſt adiunctus. Quorū omnium participes eſſe, neceſſe eſt eos, qui ab illis reguntur: quoniam principum mala calamitatē afferre ſolent iis, qui in eorū ditione ac imperio ſunt. Hinc
C etiam mala, quę ante euerſionem Hieruſalem extitere, profecta ſunt, cùm inter ſe iuuenes concurrendo ac ſeditiones excitādo, ſeditionibus ac cædibus ciuitatem repleuiſſent, neq; vellent, etiam ſi mœnia eorum iam hoſtes cinxerant, ad neceſſariam concordiam redire: ſed de rebus nullius pręcij concertātes, vrbe iam capta, mœnibus dirutis, hoſtibus vrbem ingreſſis, de ambitione & principatu inter ſe cōtendebant. Et hæc paſſi ſunt eò, quòd vate priuati eſſent, & interprete, & ſeniore, & ſapienti conſultore, quódque ipſis iuuenes præeſſent atque irriſores dominarentur. Ne igitur & nobis ſimilia illis accidant, cōtentiones mutuas fugiamus, concordiam verò & honorē, tum etiam pacem perſequamur, vt deinde, poſtquam tutò vitam trāſegerimus, futura bona conſequi valeamus, per Chriſtum I E S V M Dominum noſtrum, quem ſempiterna gloria & potentia conſequatur. Amen.

DE PROVIDENTIA

ORATIO XIX.

D

Ex Hexa homil.

TAM eſt multiplex opificis noſtri in imperando mēs & ſententia, quanta etiam ſunt rerum ab eo effectarum differentiæ ac proprietates: quæ omnia ſi quis ſubtiliter & accuratè perſequi velit, ſimiliter faceret, vt ſi omnes maris fluctus numerando cōplecti, aut aquam eius vaſe emetiri inſtitueret. Quo enim pacto, per Deum immortalem, omnes auium proprietates aliquis exponere poterit? nemo, medius fidius, dicendo conſequetur, quomodo ibes, ſic vno tempore his in locis nidos conſtruunt, & quo pacto viciſſim omnes, vno quaſi conſenſu hinc ſe proripiunt: quod quidem non eſt alienum à prudentia humana. Has cùm volant, quaſi armati milites quidam cornices ſtipant, atq; in regiones illas deducunt, mihiq; videntur auxilium quoddam eis ferre in eas aues, quę illis aduerſantur. Cuius rei illud primum argumentum eſt, quod illo ipſo tempore cornix omnino non apparet, deinde quòd redeūt
E vulneribus confectæ: quæ omnia mutui auxilij ac tutelæ perſpicua ſunt indicia. Quis, quæſo, eis hoſpitalitatis leges ſciuit? quis eis deſertæ aciei actionem minatus eſt? ſi quæ illarum proſequendi officium deſereret. Grues autem nocturnas vigilias viciſſim agunt, earúmque aliæ ſomno ſe dant, aliç circumuolando ſummam cæteris in ſomno ſecuritatem præbēt. Deinde cùm tempus vigiliarum completum eſt, tum vna, voce edita, dormitum ſe confert, altera verò labori ſuccedit, quamq; ſecuritatem nacta eſt, eam viciſsim aliis reddit. Eundē etiam in volando ordinem ſeruāt, aliàs enim alia itineris ducem ſe præbet, eúmq; ſtato tempore in volatu principatum obtinuerit, ei, quæ eam ſequitur, viæ tradit principatum, ipſa verò circumuolando poſt principia ſe recipit. Qui verò mutationi, quæ in reſurrectione futura eſt, non aſſentiuntur, hi ex bombycis commutatione euidentem claramque hauriant notitiam. Et qui ludibrio habent myſterium noſtrum, tanquàm à natura ſit alienum, fieríque non poſsit, vt virgo ea, quæ ſeminis viri expers ſit, ſalua virginitate pariat, velim cogitent, eum, cui viſum eſt, ſtulta præ-
F dicatione, eos, qui crederent, ſeruare, innumerabiles ex natura occiſiones, ad rerum admirabilium fidem nactum eſſe. Vultures enim ſine concubitu fœtus edere fecit, eoſque ſumma vitæ diuturnitate donauit, quippe quibus vita vſque ad centeſimum annum prorogetur. Atque ſanè in omnibus rerum à ſe admirabiliter geſtarum illuſtria nobis monumenta reliquit. Eſt etiam & apud piſces inſignis quædā & benè ordinata prudentia. Nam vnumquodque eorum genus, præ-

 ſcriptam

ſcriptam ſibi à natura regionē nouit, & tanquàm in vrbibus, aut vicis, aut veteribus patriis, ſic in eis maris partibus, quæ illis conſtitutæ ſunt, habitat. Iam quidam è numero piſcium, quaſi de communi omnium conſilio & ſententia extra terminos ſuos egrediuntur, omnéſque vno conſenſu abeunt. Cùm enim tempus conceptus venit, alij ab aliis partibus migrant, communique naturæ lege excitati, ad mare ſeptentrionale cōtendunt.
A Ac ſanè videre licet eos, tum cùm aſcēdunt, quaſi quendam fluxum copulatos per Propontidem in Euxinum mare delabi. Quis cedò eos impellit? quod regis imperium? quæ tabulæ in foro propoſitæ voluntatem regis exponunt? quis denique eos in peregrina & longinqua loca ducit? Vidésne diuinam legem omnia implentem, & ad minutiſsima quæque animantia pertinentem? piſcis diuinæ legi non repugnat, nos verò, proh dolor, ſalutaria inſtituta & documenta non ſerimus. Ne, amabo, piſces, eo quòd muti ſint, & rationis expertes, nihili pendas, ſed vide, ne tu, qui diuinis legibus obuiam is, magis expers, quàm illi, rationis eſſe videare. Nullus piſcis dimidia ex parte dentibus præditus eſt, vt apud nos bos & ouis: neque enim vllus piſcis ruminat, præter ſcaurum, vt quidam literatum monumentis prodidere. Omnes tamen acutiſſimis dentibus & iis crebertimis ornati ſunt, atque id ideò, ne tardiore confectione cibus delaberetur: futurum enim erat, niſi citò diuiſus in ſtomachum mitteretur, vt dum paulatim conficitur, in aquam effluerer. Audi itaque piſces tantùm non vocem edentes, cur tantum maris ementiantur.
B Nos, inquiunt illi, tam longinquum iter, propter generis noſtri perpetuitatem ſuſcipimus. Non rationis ipſi ſunt participes, ſed eis lex naturæ conſtans & immutabilis data eſt, quæ ipſis id, quod agendum eſt, oſtendit atque præſcribit. Confluamus, inquiunt, in mare, quod ſeptētrionem ſpectat: eius enim aqua ceteras omnes dulcedine lōgè anteit. Nam quoniam ſol paucos dies illud colluſtrat, eius dulcedinem totam ſuis radiis nō elicit. Piſces autem marinos rebus dulcibus delectari, hinc ſciri poteſt, quòd ſæpe in fluuios commeant, & procul à mari deferuntur. Ob eamque cauſam Pontum cæteris finibus anteponunt, quòd ad pariendum, & ad fœtū educandum ſit accommodatus. Cùm autem ſatiſfactum eſt cumulatè ei negocio, quod illuc eos traxerat, tum vniuerſi domum repetunt. Quæ autem ipſos cauſa impellat, agè à mutis ipſis audiamus. Vadoſum eſt, aiunt, mare ſeptentrionale, & reſupinum patet ventorum iniuriis, & pauca habet litora, atque oras præaltas: proinde ex alto venti & procellæ ortæ, facilè ipſum ita exagitant, vt etiam inter vndas arena mixta fluitare videatur: quin etiam hyeme multis magniſque, qui eò
C influunt, amnibus augetur. Quocirca cùm æſtate, quatenus ſatis erat, ſeſe in eo oblectarunt, rurſus hyeme alti repetunt amœnitates, atque ea loca quæ ſolis radiis patent, declinatóque ſeptentrionali mari, quod ventorum procellis & tempeſtatibus infeſtum eſt, ad eos ſinus delabuntur, qui minore vi ventorum impellantur. Vidi ego hæc, & Dei ſapientiam in omnibus ſum admiratus. Quòd ſi animantia rationis expertia ſaluti ſuæ conſulunt, eámque tuentur, & piſcis quid expetendum ſit, quid fugiendum intelligit: quid nos, obſecro, afferemus, qui & rationis ſumus participes, & legem præceptricem habemus, quique promiſſis impellimur, atque in ſpiritu inſtruimur? Præterea piſces, qui longius à rationis motu abhorrent, res ſuas rectè & ordine gerunt, ſi quidem rerum futurarum, quandam habent prouidentiam: nos autem propter rerum futurarum deſperationem, in pecudum voluptate totum vitæ tempus conterimus.
D Quòd ſi orationem vix explicari poteſt, quanta in iis, quæ ratione non vtuntur, inſit, quam nemo docuit, niſi ipſa natura, vitæ ſtudium ac cura, nónne etiam nos ad noſtri cuſtodiam, & ad animæ ſalutem, toto pectore incumbemus? ne videamur ab iis, quæ rationis ſunt expertia, vinci atque præteriri. Vrſa ſæpenumero grauiſsimis vulneribus ſauciata, contactu Verbaſci, quæ herba ſicca eſt, ſibi medicinam facit. Cernere etiam licet vulpem lacrymis & glutine pini ſe curantem. Teſtudo verò viperę carnibus ſatiata, contra veneni incommoda, ab origano remedium petit. Serpens etiam paſto fœniculo, oculorum doloribus medetur. Boues diu hyeme concluſi, tandem aliquando ineunte vere ſuapte natura mutationē cœli præſentientes, omnes quaſi vno conſenſu ex præſepibus, qua egrediantur, crebro aſpectu exquirunt. Oues verò hyeme inſtante, paſtu ſe inſarciunt, & quaſi armant, contra futuram herbarum penuriam. Quid tandem his nobis oſtenditur? nimirum etiam apud animantia rationis expertia, quendam rerum futurarum ſenſum ineſſe. Admonemur præterea iis,
E ne in hac vita hæreamus, ſed in futura, omnem curam noſtram, ſtudiúmque ponamus. Agnus etiam inter ſexcentas oues, cùm ex ficu deſilit, matris vocem internoſcit, atque ad eam properat, ipſóſque lactis fontes exquirit. Ac ſanè contentus eſſe ſolet macilentis maternis mammis, etiamſi aliarum mammas graues plenáſque percurrerit. Mater quoque inter agnos innumerabiles ſuum agnoſcit, quamuis vna ſit vox omnium, idem color, odor ſimilis, quantum noſtro olfactu iudicare poſſumus. Sed tamen eſt in eis ſenſus quidam, noſtra cognitione acrior, quo id, quod naturæ cuiquæ accommodatum eſt, internoſcitur. Nondum enim dentes fœtus lupi habet, & tamen eum, qui iniuriam ſibi infert, morſu appetit. Nondum cornua vitulo creuere, ſcit tamen vbi ſibi arma naſcentur: quoniam qui ea fabricatus eſt Deus, rationem qua carent, ſenſuum acrimonia compenſauit. Nec verò eſt, quòd quiſquam rerum parentem eam ob cauſam in crimen vocare debeat, quòd animalia, quæ virus iactant, perniciosa & inimica vitæ noſtræ procreauerit. Iſto enim pacto pædagogum etiam culpare licebit, qui ad frugem adoleſcentiæ procliuitatem reuocat, plagiſque ac verberibus, eorum in-
F temperantiam caſtigat. Confidis in Deum? habes eam, quam præbet fides, poteſtatem, vt ſuper ſerpentes & ſcorpiones ambules. An non vides viperam, quæ ex ſarmento, quod Paulus colligebat, exilierat, nullum ei detrimentum attuliſſe? eo quòd factus vir fidei plenus eſſet. Quòd ſi perfidus ſis, time non magis animal, quàm tuam perfidiam, qua te ipſe omni malo, & interitui obnoxium reddidiſti. Etenim eas omnes calamita-

tes,

tes, quas perpetimur, ex diuina conſtitutione ſuſtinemus. Non patietur autem ille nos deſertos, nec prauis potentiis prodet, quæ peccatoribus pœnas infligunt: ſed ipſe pœnas mediocres definiet, ratione habita eorum, qui ſibi ſeruiunt. Ac ſanè omne bonum, quod in nos ex diuina conſtitutione redundat, dicamus illuſtre argumentum eſſe gratiæ diuinæ, quæ omnia operatur. Nihil eſt omnino, quod non in Dei prouidentiam & curam cadat: omnia peruigil oculus Dei intuetur, omnibus adeſt atque præſens eſt, & quod vnicuique denique commodum eſt ac ſalutare, ſuppeditat.

Ex Fibro

A Sæpenumero etiam in munitiſſimis ſapientia diuina atque prouidentia perſpicitur: nam qui cœlum finxit ac creauit, & qui immenſa maria aqua repleuit, hic etiam eſt, qui tenuiſſimum apis aculeum veluti foramē quoddam fabricatus eſt, vt per ipſum virus effunderet. Sed iam tēpus eſt, vt cum vate illud exclamem, Quàm magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia feciſti. Gloria, honos, & magnificentia Patri, & Filio, atque ſpiritui ſancto, in ſempiterna ſæcula tribuatur. Amen.

Pſal. 103.

DE PRINCIPATV,
ac Potentia
ORATIO XX.

Ex Aſſcia ne.

HOneſtum ſanè & æquum eſt, vt ſemper deterius à præſtantiore gubernetur: ſæpe enim temeritas populi ad improbos homines principatū detulit. B Proinde neceſſe eſt huiuſcemodi viris mandare magiſtratus, ac eos aliorum conſtituere duces, qui cæteros omnes prudētia, conſtātia, ac vitæ ſanctimonia longè anteeant, vt virtutes, quibus præditi ſunt, communes ſiāt eorum omnium, qui eos imitantur. Nam ad mores eorum, qui gubernacula tenent, componere ſeſe totos, ij, qui parent, ſolent: ita vt quales duces fuerint, tales etiam neceſſe ſit eſſe eos omnes, qui ſequuntur: & quales fuerint in repub. principes, tales vt plurimùm exiſtere ſolent etiam reliqui ciues. Item quemadmodum ſi plures pictores, vnius faciei formam effingerent, omnes imagines ſimilitudinem quandam inter ſe habebunt, eo quòd ad exemplar vnius pictæ ſint, ſic etiam multi mores, ſi ad vnius imitationē reſpexerint, in omnibus æquè bonus virę character eluceſcet. Nam vera & perfecta obedientia eorum, qui parent, erga eum, qui præeſt, ex eo cognoſcitur, ſi non ſolùm à rebus abſurdis de ſententia præfecti abſtinuerint, ſed ſi neq; ea, quę laude digna ſunt, abſq; illius conſilio fecerint. Continētia enim & omnis corporis afflictio multas ad res perutilis eſt: verùm ſi quis proprios impetus ſequutus, C quod ſibi libuerit, fecerit, nec cōſulenti præfecto morem geſſerit, maius peccatum erit, quàm rectè factum. Qui enim magiſtratui reſiſtit, diuinæ ordinationi reſiſtit. Præterea obediētiæ maior merces eſt, quàm rectè facti, quod ex continentia deſcēdit. Ille igitur, qui habet ſua in manu mali cultum, ſua autem ſponte ſe illi ſubiicit, non iniuria æquè condemnabitur ac illi, qui ſibi manus attulerūt. Princeps verò atq; omnis is, qui aliis pręeſt, dignitate ne efferatur, vt non ex ... ea be... dine, quę ex humilitate manat. Nec ... ille, qui regi operam nauat ſuam, prædicat... eò quòd in tali vel tali muniſterio ſit collocatus ſit: ille verò qui dignus iudicatus eſt, vt Deo ſeruiret, aliunde laudem petet, tanquam ipſi non ſatis ſit, appellatio domini, ad omnem gloriæ ac claritudinis exuperātiam. Sufficit enim nobis ad omnem dignitatem, talis & tanti domini ſeruos nos appellari. Et ſicuti nulli alij nos præterquàm ſoli Deo cultum tribuere par eſt, ſic etiam neq; in vlla alia re ſpem noſtram conſtituere debemus, D quàm in Deo omnium rerū domino. Qui enim in homine ſpem collocat ſuam, aut qui ob aliud quiddā rebus ex humanis ſe iactat, veluti ob poteſtatē, aut pecunias, aut aliquid corū, quæ vulgo ſplendida eſſe exiſtimantur, is non poteſt dicere, Domine Deus meus in te ſpem defixi meam: cautum enim eſt, ne quis ſpem poneret in principibus: & literis proditū eſt, maledictū eum eſſe hominem, qui ſpem ſuam cōſtituit in homine. Beatus igitur re vera ille eſt, qui nullā earum ob rem, quæ in hac vita ſummæ habētur, ſuperbit, ſed qui omnem gloriam ſuam ſuam habet in domino, & cuius exultatio eſt Deus, quiq; dicere poſſit iuxta Apoſtolum, Mihi verò nulla alia in re liceat gloriari, niſi in cruce Chriſti. Si enim quis ideò ſe iactat, quòd ſit ſeruus regis, & quòd magnis honoribus ab eo affectus ſit, quantò te magis decet in te ipſo gloriari, quod ſeruū agas magni illius regis, acceſſitus ab ipſo ad ſummā familiaritatem. Qui autē verè princeps eſt, is non externis indiciis cognoſcitur, veluti chlamyde purpurea, aut E diademate, ſed ex eo, quòd ſit præditus ea virtute, quæ eſt apta ad regendum: ille verò, cui voluptates imperant, & qui ſæpius cupiditatibus ducitur, ſeruus cùm ſit peccati, ineptus eſt ad imperandū. Ac eos quidem, qui reſiſtunt, ſubigere, fortis re vera eſt, ac eius, qui præeſt: at iis, qui aliquid admiſerunt, facilem ſe ac benignum prębere, illius eſt, qui animi magnitudine & lenitate cęteros omnes longè præterit. Plurimi enim ex illis priſcis, domini corū effecti ſunt, qui illos iniuria affecerāt, verùm nulla fama de iis ad poſteros peruenit: ſedauerunt verò iram, qui philoſophia multis præſtiterunt, quorū memoria immortalitati cōſecrata eſt. Eos enim, qui quauis re iniuriam, inferunt, nō, eas ob res, quas antè geſſerunt, punimus, (quis enim eſſet fructus pœnæ?) ſed vt aut illi idem in poſterū meliores eſſent, aut aliis exemplum modeſtię præberent. Sæpenumerò etiā in minutiſſimis ſapientia diuina perſpicitur. Qui enim cœlū finxit & immenſa maria repleuit, ille idem etiam tenuiſsimū aculeum apis quaſi foramen quoddā fabricauit, vt per eū virus effunderet. F Hūc oculis huius carnis intueri non poſſumus: nam id, quod corporis eſt expers, non poteſt cadere in oculos carnis. Quod etiā ipſe vnigenitus filius Dei atteſtatus eſt dicendo, Deum nemo vidit vnquàm. At dices, Ezechiel vidit, vti literatū monumētis proditum eſt? vide, quæſo, quid dicat ſcriptura. Vidit, inquit illa, ſimilitudinē gloriæ domini, non tamē ipſum dominū, immo neq; ipſam gloriā re vera vidit. Tamē cùm cōſpexiſſet exemplar gloriæ, & non ipſam gloriā, cecidit in terram præ timore. Si verò ſimilitudo gloriæ cōſpecta tantā trepidatio-

Item in Timoth. Ibid. 10.
Ex Epiſt.
Rom. 13.
Ex Aſſertioni.
Ex com. in 1. Pſal.
Ex com. in 7. Pſal.
Pſal. 7. Pſal. 145. Hiere. 17.
Ex com. in 45. Pſal.
Galat. 6.
Ex com. in Eſaiam.
Ioan. 8. Ex Epiſt.
Ex com. quod deus ſit incomprehenſibilis. Ioan. 1. Ezech. 12.

nm

nem & timorem hominibus incutiat, ipſum ſi quis conſpiceret Deum, omnino, deleretur, iuxta illud, quod dictum eſt, *Exod. 33.* Nemo videbit Deum, & viuet. Eam ob rem pro ſua eximia humanitate Deus velum propriæ diuinitatis obduxit, videlicet cœlum, ne occideremus. Nec exiſtimes velim iſta mea eſſe, ſunt verba vatis: ſic enim ille inquit, Si apparueris cœlum, tremor, qui à te proficiſcetur, inuadet etiam ipſos montes, & reſoluentur à ſe ipſis ac contabeſcent. A Sed quid miraris, quòd Ezechiel ſimilitudinem gloriæ conſpiciendo ceciderit? *Daniel. 10.* Daniel ſeruum conſpicatus domini, obſtupuit, in faciémque prolapſus eſt, & quoad duceretur ad ſimilitudinem filij Dei, non auſus erat reſpondere. Quòd ſi Gabrielis conſpectus timorem iniicere ſolebat vatibus Dei, quid ſi ipſe Deus oculis acciperetur, nónne omnes omnino conciderent? Si autem vis apertè ac penitus cognoſcere, fieri non poſſe vt natura Dei cõprehendatur, accipe quid dicant tres pueri in camino ignis Deum celebrantes, *Daniel. 3.* Benedictus es, qui profunditates maximas perſpicis, & qui ſedes ſuper Cherubin. Dic mihi prius, obſecro, quænam ſit natura Cherubin, & tunc eum, qui ei inſidet, contemplari poteris. *Ezech. 10.* Quanuis Ezechiel vates eos deſcripſerit audacter dicens, Quatuor facies vni ineſſe, vnam quidem hominis, alteram leonis, aquilæ alteram, poſtremam vituli, & vnumquenque ſex alis eſſe præditum, oculóſque eorum omnes in partes ferri, vnicuique denique rotam B triangularem ſuppoſitam eſſe, Nec tamen quanuis nobis formam eorum deſcripſerit, poſſumus naturam eorum conſequi. Quòd ſi thronum, quẽ expoſuit, nequeamus comprehendere, eum, qui huic inſidet, nimirum Deum, qui in conſpectum non cadit, quomodo, amabo, comprehendemus? Nam facies ad faciem, & perfecta cognitio incõprehenſibilis maieſtatis Dei in futuro ſæculo dignis exhibenda promiſſa eſt, nunc verò ſiue Paulus quis ſit, ſiue Petrus, cernit quidem ea verè, quæ videt, nec errat, neque imaginatur, per ſpeculum tamen & veluti in ænigmate cernit, *1. Cor. 13.* & id, quod nunc ex parte aſſequitur, grato animo ſuſcipit: perfectam autem cognitionem in futurum magno cum gaudio expectat. Nam id, quod nunc in cognitione perfectũ eſſe videtur, breue quiddam ac obſcurum eſt, ita vt magis abſit à claritudine, quæ erit in futuro ſæculo, quàm abeſt à conſpectu faciei ad faciem. Adeò igitur infinita eſt cognitio Dei, adeò difficile eſt humanæ naturæ aſſequi in hac vita diuina myſteria, cùm ſemper amplius quiddam per promotionem vnicuique C accedat, & omnibus id, quod ex dignitate eſt, deſit, donec venerit illud, quod omnes numeros perfectionis habet: veniet autem tum, cùm id, quod ex parte eſt, abolebitur atque è medio tolletur. *Ex Hexa hemero.* Qui verò res cõprehendi poſſe ait, via quadam & conſequẽtia, per cognitionẽ rerum intellectum ſuum promouẽs, & in his, quæ facilè percipi poſſunt ac in minoribus, ea aſſiduè comprehendendo, exercitatus, is per comprehenſionem hanc etiam ad eam, quæ excedit omnem intelligentiam, ſuiipſius comprehenſiuam imaginationem perduxit. Nónne igitur ille nobis, qui gloriatur, ſe poſſe exiſtentium rerum cognitionem aſſequi, minutiſſimi animalis formicæ, inquam, naturam explicabit? & aperiet, an ſpiritu & anhelitu vita ipſius conſtet? an oſsibus corpus diſtinctum, an neruis & ligamẽtis compages firmatæ ſint? an muſculorum & glandularum munimento neruorum natura contineatur? an vertebris dorſi medulla, à ſyncipite ad caudam vſque extenſa ſit? an neruoſæ mẽbranæ ambitus, membris, quæ mouentur, motiuam vim tribuit? an inſit ipſi epar, & vas, quod bilem ſub epate recipit, & renes, & cor, & arteriæ, & venæ, & membranæ, atq; ipſum denique diaphragma? D num nuda ſit, num pilis prædita? num pedes indiſcretos, num verò plures digitos diſtinctos habeat? dein quàm longo tempore vitam propaget, & quomodo partus edat, quantóq; tempore ferat partum? & cur non ſint pedeſtres omnes formicæ atq; alis præditæ, ſed quædã ex his humi ſerpunt, quædam verò per aërem feruntur? Proinde qui cognitionem rerum exiſtentium oſtentat, is primùm formicæ naturam exponat, ita deinde de natura eius facultatis, quæ omnem mẽtem exuperat, diſſerere poterit. Quòd ſi minutiſsimæ formicæ naturam nõdum cognitione aſſecutus es, quomodo, obſecro, naturam Dei, quæ comprehendi atq; percipi nequit, te cõprehendere poſſe gloriaberis? Nam exiſtimare, ſe eſſentiam Dei, qui omnes res longè antecellit, comprehendiſſe, magnæ arrogantiæ eſt ac faſtus. Ac ſanè tales mihi videntur etiam illum ipſum iactantia præterire, qui dixit, Super aſtra ponam ſedem meam. *Eſai. 14.* Nónne magnus ille Dauid, cui occulta & abdita ſapientiæ ſuæ Deus patefecerat, apertè fatetur, eſſentiam diuinam comprehendi E non poſſe? dicens, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. *Pſal. 138.* Eſaias autem quanuis maieſtatem Dei acerrimè contemplatus eſſet, nihil tamen nobis certi de diuina eſſentia attulit. Nam in ea vaticinatione, quam de Chriſto habuit, ſic ſcriptum reliquit, Generationem ipſius quis dicendo conſequetur? *Eſai. 53.* Paulus verò vas illud electionis, qui loquentem in ſe habuit Chriſtum, *2. Cor. 12.* quique vſque ad tertium cœlum raptus erat, cui denique verba arcana erant concredita, quæ homini eloqui religio eſt, quam nobis, quæſo, de eſſentia Dei doctrinam reliquit? qui cùm ad ſingulares diſpenſationis rationes inſpexiſſet, tanquàm è vertigine laborãs ob arduam ſpeculationis viam, illam vocem edidit, O altam ſapientiæ cognitioniſq; Dei opulentiam, *Rom. 11.* quàm penitus recondita eius iudicia, quàm abſtruſæ ſunt ad perſcrutandum rationes? Quòd ſi ij hæc, qui Paulum cognitione adæquarunt, aſſequi non poſſunt, quanta eorum eſt arrogantia, qui ſe ſcire eſſentiam Dei profitẽtur? quos profectò perlubens rogauerim, vt mihi terræ, in qua conſiſtunt, & ex qua ficti ſunt, naturam ac eſſentiam exponerent. Quòd ſi de his, quę F humi & ante pedes ſita ſunt, perſpicuè ac ſine vlla hæſitatione diſſeruerint, tum ipſis de his, quæ ſub intelligentiã noſtrã non cadunt, fidem habebimus. Et quemadmodũ aiunt Adam ex Deo ortum eſſe, ita nos quæramus de ipſis, Deus ex quónam? nónne in promptu cuiuis reſpondere eſt, ex nullo? quod autẽ ex nullo eſt, id nimirũ principio caret, at quod principiũ non habuit, id ingenitum ſit neceſſe eſt. Quare ſicut in hominibus non erat eſſentia, nẽpe illa ex quo, ita etiã neq; in Deo, qui vniuerſis pręeſt, eſſentiã dicere poſſumus, videlicet illam

cer illam ex nullo, quod idem eſt ac ſi dicas ingenitum eſſe. Qui verò id, quod principio caret, eſſentiam eſſe dicit, perinde facit ac ille, qui, ſi rogaretur quæ fuerit eſſentia Adam, & quæ ipſius natura, reſponderet, non ex coniunctione viri & mulieris, ſed diuina manu fictam atque formatam eſſe. Quis igitur amplius reliquus eſt nobis cognitionis modus? reſpondeant nobis, qui ea, quæ ante pedes ſunt, nihili pendunt, cœlum verò ac omnes cœleſtes virtutes penetrant, ſi cœli ma-
A gnitudo menſuram humanæ mentis excedit, naturam ſempiternorum quomodo inueſtigando conſequi poterunt? ſi ſol, qui in nihilum occidit, eſt adeò venuſtus & magnus, celer quidem ſi motum reſpicias: attamen ordinatos circuitus efficit, magnitudinémque conuenientem ac moderatam ratione totius habens, pulchritudine plurimùm excellit. Eſt enim veluti oculus quidam perlucidus totius iſtius machinæ. Si huius contẽplatione ac aſpectu nemo expleri poteſt, quomodo explebitur pulchritudine ſolis iuſtitiæ? ſi cæcus ingens damnum capit, hunc non intuendo, quam, amabo, iacturam faciet peccator, ſi vera luce orbus fuerit? ſi hæc fluxa & caduca talia ſunt, qualia, obſecro, putas eſſe æterna? & ſi ea, quæ aſpectu percipiuntur, adeò venuſta, cuiuſcemodi ſunt ea, quæ oculorum effugiunt obtutum? quæ præparauit Deus iis, qui ſe diligunt, ea vtinam nos omnes adipiſci poſsimus, gratia & benignitate domini noſtri IESV Chriſti, cui ſoli gloria in perpetuum tribuatur. Amen.

B *DE FOELICITATE AC infortunio, tum etiam de prudentia.*

ORATIO XXI.

Ex com. in principium prouerb.

NEque res ſecundæ, & quæ magno cum ſtudio à multis expetuntur, firmæ ſunt atque ſtabiles, neque aduerſæ & triſtes ſedem ſtabilem domiciliúmque certum habent: verùm omnia fluctibus, ac variis perturbationibus, repentinisq; quibuſdam mutationibus ſunt obnoxia. Nam neque corporis bona habitudo, neque iuuentutis flos, neque domus incolumitas, neque reliquæ vitæ proſperitas, diuturna eſt, ſempérque ſibiipſi conſtans, ſed tum vel maximè aduerſam tibi fortunam proſtolandam eſſe cenſeo, cùm omnia tibi ex animi ſententia cedent. Ingruet enim morbus, aderit paupertas, nec ſemper ſecundo vteris vento. Nam ſæpenumero virum etiam in omnes partes longè proſpicientem, ac ſumma admiratione dignum, ſubitæ comprehendere ignominiæ, omnémq; vitæ proſperitatẽ ca-
C lamitates atq; improuiſa infortunia, veluti turbines quidam, conturbauere. Et ſæpè mala, quæ alia ſuper alia excitantur, perinde ac fluctus quidam perpetuantur. Nonnunquàm tamen hæc omnia viciſſim præterlabi, vitámq; ad hilaritatẽ & ſummam tranquillitatem reuocari videbis. Vt enim fieri nequit, vt mare in eodẽ rerum ſtatu diu perſiſtat, (nam quod nunc quietum, & tranquillum cernis, hoc paulò pòſt, ventorum impetu cõmotum, æſtuans conſpicies: & tamen hoc ita fluctibus iactatum atq; exagitatum ſumma tranquillitas repentè ſedare ſolet) ſic etiam res humanæ facilè partem in vtranq; cõmutantur. Quapropter in hac rerum viciſſitudine, gubernatore ſagaciſſimo opus eſt, qui & in vitæ proſperitate, cùm omnia ex voto ſuccedũt, mutationes excipere poſſit, néve nimiùm in rebus præſentibus quaſi perpetuis conquieſcat, & in triſtiori rerum ſtatu animo non cadat, rerúmq; bonarum ſpem omnem abiiciẽs, maiori mœſtitia aggrauatus, ſuccumbat.
Is verò prudens ille rationum humanarum erit D
moderator, qui cuncta, quę accidere ſolẽt, & poſſunt, ad propoſitam naturam, veluti ad certũ ſcopum, dirigit, ſibiq; æqualiter omni tempore conſtat, nec ſecundis effertur, nec aduerſis frangitur. Et quanuis nauis gubernatori conceſſum non ſit, tranquillitatẽ mari pro arbitrio & voluntate imponere, nobis tamẽ integrum eſt, vitam quietam omniq; vacantem perturbatione conſtituere, ſi nimirum internos tumultus, qui ab affectionibus externis proficiſci ſolent, ſedauerimus, & mentẽ iis, quæ extrinſecus accidunt, altiorem conſtituerimus: ſiquidem illi, qui nimis magnum ſtudium & curam in res mundi iſtius conferunt, tanquàm volucres carnoſæ fruſtrà alas habentes, vnà cum eſculentis ſuis deorſum trahuntur. Multi autem ſæpenumero pluribus rebus ab adoleſcẽtia congeſtis ac cumulatis, cùm vix mediũ vitæ ſuæ curſum tenuerint, irruentibus in illos nonnullis tentationibus, quæ ex ventis prauitatis noſtræ prodeunt, vim tempeſtatis ferre non potuerunt, & ideò quòd ipſis gubernator non eſſet, omnium illarum rerum iacturam fecerũt. Alij quidẽ naufragium fidei fecerũt, alij verò caſtimoniã, quam ab ineunte ætate ſibi cõpararant, praua voluptate ceu procella quadam eos inuadente, perdiderũt.
Eſt autem ſpectaculum omni cõmiſeratione di- E
gnum, inedia multa perpeſſa, ſeueriſsima educatione perlata, tot precibus factis, tot lacrymis profuſis, annis viginti aut triginta caſtitate cuſtodita, tandem propter animæ ſegnitiem negligentiámque, omnibus ſpoliari ac denudari rebus, & eum, qui præcepta domini religiosè ſeruauit, ſimilem effici mercatori locupleti, qui copia mercium elatus, cùm iam nauis ipſius maria periculoſiſsima vento ſecundo emẽſa eſſet, ad ipſum portum naui eliſa, omnibus ſimul priuatus conſpicitur. At talium Deus omnipotens miſeretur vel maximè: ſiquidem commiſeratio, affectio eſt in eos, qui de gradu alto deiecti ſunt, proficiſcens ab iis, qui facilè miſericordia ducuntur. Miſeret enim nos eius, qui ex magnis diuitiis ad extremam deuenit paupertatem, &, qui ex firma & optima corporis conſtitutione, in morbum grauiſſimum repentè incidit, tum etiam illius, qui ob pulchritudinem & venuſtatem corporis exultans, factus eſt ſubi-
tò à turpiſsimis affectionibus deformis. Quocir- F
ca & noſtri, cùm olim ob introductionem in paradiſum illuſtres eſſemus, abiectiſſimi verò & humiles ob expulſionem facti, Deus Opt. Max. meritò miſertus eſt, maximè contemplans, quales pro quibus facti ſimus, cuius affectionis argumento nobis eſſe poteſt vox illa lugubris, qua compellauit Adamum, inquiens, Vbi es ò Adam? quærebat, non vt aliquid diſceret, cùm nihil ſit, quod ipſum clam eſſe poſſit, omnium ſcilicet rerum gnarus, ſed percunctatione hac admonere

Ex Epiſt.

Ex eod. in principium prouerb.

Gen. 3.

mooere voluit, vt perpenderet, quis pro quali effectus eſſet. Vbi es, inquit? quaſi diceret viden'in quem horrendum lapſum ex illa claritate deueneris. Quare neceſſe eſt, vti ratio noſtra, quæ principem locum meritò apud nos teoet, veluti iudex quidam diligenter examinet, diiudicétque, quæ amplecteoda, quæ verò reiicienda ſint oobis, & approbatinnibus rerum, ac aoimi permotinnibus, non tamen ſine diligenti quodam iudicio, omoia permittat. Hoc enim illud eſt, quod inquit Paulus, Si nos ipſos diiudicauerimus, à Domino non iudicabimur. Ne itaque tibi curæ ſint res futuræ, verùm præſentes ad vtilitatem tuam diſponito. Quid enim vtilitatis, obſecro, ex iſta rerum præſcieutia percipitur? nam ſi id, quod futurnm eſt, booum erit, veniet, etiam ſi non antè animo proſpexeris, ſin verò triſte, quis hinc fructus, quæſo, niſi quòd triſtitiam adauges cumulaſque tuam? Bipartita ſanè eſt prudétia, vna quidem, ſtudium propriæ vtilitatis continet, coniuncta cum inſidiis proximi, qualis eſt ſerpentis, qui in cuſtodiendo capite omnem operam ponit ſuã, altera quaſi improbitas quædam morum eſſe videtur, quæ propriã vtilitatẽ citius inuenit, & quæ homioes ſincerinri animo prędiros ſpoliat, & deprædatur. At vera prudentia nihil aliud eſt, quàm rerum faciendarum nmitteodarúmque cognitio, quam qui ſequitur, nullo tempore à virtutis operibus deflectet, nec vnqnàm prauitatis ſpiculo configetur. Cùm antem oemo ſatis eſſe poſſit, vt ſuo marte id, quod decens & vtile ſit, inueniat, idcirco ſummis beneficiis complectẽs nos Deus, cnoſultores & domions ſubinde dat nobis. Regis nanque proprium eſt, iis, qui ſuæ parent poteſtati & imperio, dominari, cõſultoris verò munus eſt, his, quibus conſilium dat, perſuadere ea, quæ è re ipſorum ſint futura. Proinde, etiã vnuſquiſque noſtrum, nõ principem ſe populo à Domino datum eſſe exiſtimare debet, ſed conſultorem: ſic quoque Paulus conſultor erat noui teſtamenti: vnde dicit, Conſilium do vobis, vti is, cuius miſertus eſt Dominus. Magna autem eſt vtilitas, conſultoris prudentis ac familiaris præſentia: ſupplet etenim id, quod deeſt prudentiæ eorum, qui de rebus ambigentes conſultant. Quanta verò vtilitas ex cõſilio alterius percipiatur, vel maximè patet in Moſe, qui quantũuis omni Aegyptiorũ ſapientia inſtructus eſſet, & licet cum Deo de facie in faciem, vti amicus cum amico ſermonem & conſilia conferret, tamen ſoceri ſui Iother conſilium eſt ſequutus, in conſtituendis centurionibus, decurionibus, ac tribuois, qui præeſſent, & iudicarent populum. Sic etiã Dauid conſilio Chuſis vſus, hoſtilis animi conſilia Architophel euertit diſpulitque. Profectò diuina quædã res eſt conſilium, eſt oaoque animi coniunctio, charitatis fructus, mentis demiſſi demonſtratio. Superbia etenim magna habetur, exiſtimare nullius ſe egere auxilio, ac ſibiipſi penit' acquieſcere, quaſi vel ſolus ſapiat, vel quàm optima in mediũ conſulere valeat. Quare nequaquàm cunctemur iis nos ſubmittere, qui nobis ea, quæ decora ſunt, conſulunt, nec vnquàm turpe eſſe ducamus, confiteri, alios quoad vitam inſtituendam nobis longè eſſe prudentiores. Qui enim conſultorem expectat, ſuiſque cogitationibus tempus dat, is longiori tempore, cum examinatione ac attentione quadam id, quod decet, inquirit, atque iouestigat. Magnam mehercule affert hominibus vtilitatem conſilium eò quòd nemo ſibi ſufficiat ad electionem rerum vtilium hooeſtarúmve, ſed pluribus ſaoè ſociis, & iis quidem ſolertibus opus habet. Vnde haud abſurdè homo conſilij expers, ſimilis cenſetur oauigio rectore carente, quódque ventorum impetu huc & illuc impellitur. Si itaque cùm de rebus flocci ac nihili conſultamus, conſultores tamen nonnunquàm adhibemus, cur, amabò, hos oon inquirimus maiori cum delectu, quando de aoima, re omnium præſtantiſsima, deliberamus? Qui verò habens conſilium bonum, ſuam potius prauam ſequitur ſeprentiam, ſimilis profectò eſt illi regi Roboam, qui ſpreto ſalutari conſilio ſenum, adoleſcentulorum, qui ſecum alti & educati eraot, opinionem ſequutus, decem tribus Iſraël ab imperio ſuo abſcidit. Hoc modo etiã nunc, conſilia, quæ contra bonos mores dantur, in propria capita eorum, qui conſulunt, redundant, perinde ac tela iacta à corporibus ſolidis, in eos, qui ea emiſere, reſilire ſolent. Cuſtodit nanque dominus hos, qui ſe amant, & omnes, qui ſemetipſos vitiis inquinaot, funditus delebit: quoniam par eſt enm omnem gloriam, honorem, ac maieſtatem per voiuerſa ſecula conſequi. Amen.

Ex com. in Eſaiam.

A

1. Cor. 11.

B

1. Cor. 8.

Exod. 18.

2. Reg. 17.

C

D

3 Reg. 12.

Pſal. 144.

DE ANIMA

ORATIO XXII.

OMNE ſtudium & operam ſuam in eo pooere, vt corpus quàm optimè ſeſe habeat, non eius eſſe arbitror, qui ſe ipſum cognoſcit, neque illius, qui ſapientiſsimũ illud dogma probè perſpectum habet, Hominem nimirum, non eſſe id, quod cernitur, ſed præſtãtius quippiam, ad cuius cognitionem eximia ſapientia, & inſtrumento excelleotiori oobis opus eſſe arbitror, cuius opera & beoeficio, vnuſquiſque noſtrum, quidnam ſit, tandem iotelligat. Quod ſanè iis, qui animum à vitiis non remouent ſuum, profectò longè eſt difficilius, quàm lippienti intueri ſolem. Vt enim in cera ſcribi non poteſt, niſi prius characteres impreſsi deleantur, ita nec animus diuinis inſtitutis probè inſtruetur, niſi multò antè eas opiniones, quas ex conſuetudine & vſu acquiſiuit, euulſeris, aut certè ſuppreſſeris. Nam ſi animum proba cogitatio deficit, patet quòd eum etiam ſplendor deficiat & illuminatio, oon tamen ideò, quòd illi deſit, aut penitus receſſerit id, quod ipſum illuſtrare debeat, ſed quia dormitet vel etiã oppreſſum latitet. Quemadmodum enim nec corpus, ſi ſpiritibus præcluſis reſpiratione caruerit, vitam trahere valet, ſic nec animus conſiſtere, & vires ſuas exercere poteſt, dum in ignorantia conditoris ſui verſatur. Siquidem veriſsimè ea, animi mors, & viui hominis ſepultura cenſetur. Quapropter corpori ſeruiẽdum non eſt, niſi quatenus ſumma nos cogit neceſsitas, ſed animo alacriter ea omoia ſuppeditanda

E

Ex ct. quæ vult. ex proſ. ib. ex propoſ.

Ex Epiſ.

F

Ex adhortatione ad baptiſm.

Ex cõ. quæ vult. ex proſ. lib. ex propoſ.

peditanda ſunt, quæ bonitate cætera cuncta præcedunt. Hoc nanque pacto & animum ipſum à ſocietate & communione, quæ illi eſt cum corpore, quaſi è quodam carcere perpetuo in libertatem aſſeremus, & corpus longè fortius ac cunctis perturbationibus valentius reddemus. Qui enim id vnicè ſtudent, vt corpus quàm optimè ſeſe habeat, animam autem, quæ corpore veluti inſtrumēto quodam vtitur, quaſi rem nullius precij
A negligunt ac pro nihilo ducūt, hi mihi nequicquàm ab iis differre videntur, qui inſtrumētorum exactam curam gerunt, at ipſam artem, quę iis vtitur, flocci pendunt. Tu ſi ſapis, omnem curam, ſtudiū, & induſtriam conferes, non in tuas res, neque in ea, quæ circum te ſunt, ſed tantummodò in temetipſum. Aliud nanq; nos ſumus, aliud res noſtræ, aliud denique ea, quæ circum nos ſunt. Animus quidem nos ſumus, quatenus ad ſimilitudinem & exemplar conditoris ficti & creati ſumus, res noſtræ ſunt corpus, ac ſenſus, quibus illud præditum eſt, circum nos verò ſunt artes, pecuniæ, & reliqua vitæ noſtræ cōmunis ſuppellex. Proinde noli carni adhæreſcere, neque illius commoda modis omnibus quęrito, ſed animum exorna. In quo excolendo, omnem operam & diligentiam ponito, conſumitóque. Ac in primis quidem da operam, vt omnes ſordes, atque quiſquiliæ, ex malitia acquiſitæ, precatione ſedulò eluantur. Neque enim fieri poteſt, vt ſpeculum, quod ſordibus inquinatum eſt, germanas imaginum repræſenta-
B tiones ac ſimulacra ſuſcipiat, reddátve, ſic nec animus, rerum humanarū curis diſtractus, & iis perturbationibus, quæ ex corporis ſtudio proficiſcūtur, obcæcatus, ſpiritus ſancti illuminationem ſuſcipere valebit. Par itaq; eſt, nos exiſtimare, animi bonum, natura ipſa rem præclaram atq; præcellentem eſſe. Animæ theſaurus, corporis egeſtas eſt, eo enim diteſcente, illam ſumma penuria laborare oportet. Quemadmodum enim in librarum monumētis, ponderibúsque, ſi lancem vnam degraues, leniorem omnino facies eam, quæ ex oppoſito ponitur, eodem modo etiam ſe res habet in corpore & anima: ſiquidem vnius redundantia, neceſſariam alterius inducit ac efficit diminutionem. Corpore bene affecto carnéque onuſto, neceſſe eſt mentem ad actiones ſuas proprias obeundas imbecillam admodum ac infirmam eſſe. E contrà, ſi animus bona habitudine præditus, & præclara meditando ad propriū ſui faſtigium euectus fuerit, corporis habitus cōtabeſcat, concidátque neceſſe eſt. Et ſicut nulla nos ratio docuit morbum fugere, & odiſſe, ſed
C ſponte, natura duce, ea, quæ nocent, aſpernamur, & declinamus, ita & animi eſt quædam rerum malarum declinatio, non edocta, verùm naturæ ipſius inſtinctu prodita. Malum certè omne infirmitas animi eſt, virtus verò ſanitatis rationem habet. Nemo filium ſuum in foueam cadentem negligit, aut eum, qui iam cecidit, in lapſu relinquit: impi⁹ etenim, & ab omni humanitate abhorrens meritò haberetur. At quāto periculoſius eſt, animam, quæ in profunditate peccatorū eſt immerſa, permittere, vt fundum æterni exitij petat. Quapropter oportet vt anima omnibus perturbationibus imperet, ſeruiat verò ipſa ſoli Deo, alioquin fieri nō poteſt, vt eadem ſimul & à peccatis, & Deo, poſſideatur, ſed neceſſe eſt, vt peccato dominetur, pareat autem ipſa vniuerſarum rerum Domino. Ac vt plantæ propria virtus eſt maturo fructu turgere, in quo ſumma & natiua eius commendatio eſt poſita, accedunt tamē folia & ramuſculi, cum quadam venuſtate ipſam condecorantes, ſic quoq; animæ præcipuus quidem eſt fructus, & effectus, ipſa veritas, qua etſi ſatis ſpecioſa reſplendet, non iniucundum tamen
D erit, immo gratiſſimum, ſi externa quoque ſapiētia, veluti quibuſdam foliis, quæ & tegumentum quoddam fructui, & aſpectum non ingratū præſtent, circundata fuerit. Nullus pictor quidem imaginem corporis ita exactè exprimere poteſt, vt ſermo animæ arcana prodit ac effingit. Huic igitur, quantum in nobis eſt, omnem operam demus, vt poſſimus bona conſequi futura, in Christo IESV Domino noſtro, qui vnà cum patre & ſancto ſpiritu in omne tempus laudetur atque celebretur. Amen.

Ex hom. in illud, attende tibi ipſi.

Ex Epiſt.

Ex conc. in illud, attende tibi ipſi.

Ex Hexaëmero.

Ex eo, quæ ſcribit. ex prof. lib. capi poſit.

DE FVTVRO IVDICIO ORATIO XXIII.

CVM peccatum aliquod perpetraturus ſis, reuolue, quæſo prius animo tuo horrēdū illud ac intolerabile Christi iudicium, in quo præſidet quidem iudex in alto ac excelſo throno, aſtat autem omnis creatura tremebun-
E da, ob glorioſum illius conſpectum. Cogetur autem ibi vnuſquiſque noſtrum, vitæ ſuæ rationem reddere, eum verò, qui multa mala, in vita cùm eſſet, perpetrauit, truces quidam ac formidabiles circumſtāt angeli, igneam faciem præ ſe ferētes, ignémq; ſpirantes, propter nequitiam ac prauitatem ſui inſtituti, nocti vultu ſimiles, ob mœrorē & odium, quo ſunt in homines. Pòſt mente agita barathrum illud profundū, & tenebras, quæ perſpici nequeunt, & ignem, qui in tenebris non lucet: vrendi quidem facultate præditus eſt, at luce caret. Item vermium quoddam genus, quod venenum emittit, carnibúſq; veſcitur, quódque etſi mirandum in modum voret, nunquam tamen famem explere poteſt, intolerandos dolores corrodendo inurens. Nouiſsimè ſupplicium omniū grauiſsimum, nempe opprobrium illud & pudorem æternum. Hæc time & horum timore inſtitutus, animā à malo, veluti freno quodam coërceas. Nam qui diem illum ac tempus ante oculos ſibi proponit, quo omnis creatura coram iudice ſiſtetur, rationes afferendo eorum, quæ fecit, & ſemper meditando defenſionem in foro, in foro
F inquam, vbi nulla fraus & dolus valet, talis aut nihil omnino, aut exiguum quiddam delinquet. Homines enim ideò peccare ſolent quia timore Dei carent, at qui certò minas expectant, iis domeſticus ac familiaris timor, nullum tempus concedet ad actiones imprudentes vel cogitationes delabi. Etenim etiā generoſi Dei athletę, quanuis omni tēpore vitæ ſuæ, cum iis hoſtibus, qui omnē ſenſum effugiunt oculorū, decertarunt, ac omnes ipſorū perſecutiones ſuperarint, tamen dum animam agunt, à principe huius ſæculi examinantur, num vulnera à luctatoribus acceperint, aut ma-

Ex conc. in martyr. Iulittam.

Ex Epiſt.

Ex conc. in 7. Pſal.

culas aliquas, vel typos à peccato impreſſos retineant: quòd ſi nulla vulnera accepiſſe reperiátur, nullasq; maculas concepiſſe, tanquàm inuicti exiſtentes ac liberi, à Chriſto reficiuntur. Atq; hæc quidem ex ipſo Domino diſcere potes, qui tem-

Ioan. 14.

pore paſſionis dixit, Nunc princeps huius mundi venit, & in me quidem nihil poterit: homini verò lætſuerit, ſi dicere poſſit, Nunc venit princeps huius mundi, paruáq; & exigua quædã eſt illi in me poteſtas. Proinde diligenter meditare ea, quæ tremenda à Deo accident iis, qui ſupplicio afficiendi erunt, quando nimirũ ſtellæ obducẽtur tenebris,

A Sol autem obſcurus, & Luna ſine ſplendore erit, quãdo fulmina iacientur, & tonitrua magno cum terrore diſrumpentur, quãdo ſuper capite aër tenebricoſus exiſtet: ita vt omni ex parte ſit cõſolationis expers, examen eorum, qui iræ tradentur. Nam creatura conditori ſuo miniſtrãs, pœnis afficiet iniuſtos, eos verò, qui omnem ſpem ſuam in eo poſuerunt, omni genere beneficiorũ com-

Luc. 15.

plectetur, & perinde vt, cùm vnus peccator ad frugẽ redit, in cœlis gaudio perfundũtur omnes, ita rurſum mœrore affliguntur, dum aliquis pec-

Ex com. in 28. Pſal. Mat. 25.

cando ab effectore ſuo deſciſcit. Tum ignis ille, qui eſt præparatus in ſupplicium diabolo & angelis ipſius, voce Domini diſſecabitur, vt cùm ſint duæ ignis facultates, vrendi vna, illuſtrandi altera, acris quidem & punitoria vis ignis permanet apud eos, qui meruere vt vrerentur, at illuſtrandi & perſpicua exhilarationi beatorum cedi, ita vt ſupplicij quidẽ ignis obſcurus, requiei verò vren-

Ex Hexa hemero.

di expers permaneat. Nec eſt quòd de eo dubi-

B tes, in retribuendis enim facinoribus huius vitæ, natura ignis diuidetur, lux quidem ad vſum iuſtis, vrendi verò vis, iis, quibus ſupplicia irrogabun-

Ex com. in 33. Pſal.

tur, eſt conſtituta. Sed longè magis horrẽdus eſt, quàm tenebræ & ignis ille æternus, is pudor, quẽ perpetuò ij, qui ſe vitiis obſtrinxerunt, retinebũt, ſemper ob oculos habentes eius peccati, quod, dum vitam agerent, patrarunt, veſtigia, perpetuò in memoria ipſorum quaſi quædam tinctura, quæ deleri non poſſit, permanentia. Paucorum autem eſt accedere ad veram lucem, & poſt abditorum reuelationem non abire facie confuſa. Dei enim abalienatio, ac auerſio, inter eas omnes pœnas, quæ in gehenna expectantur, longè intolerabilior ac grauior ei eſt, qui plectitur, etiamſi dolore

Ex cõ. quod vtilitas ex prof. lib. capi poſſit.

càreat, quàm oculo lucis priuatio. Quòd ſi quis omnẽ ſimul ex quo homines in lucem editi ſunt, ſermone complectatur, in vnúmq; cõgreget fœlicitatem, ne minimæ quidem parti illorum bonorum inueniet illam parem, ſed vniuerſa huius bona, plus à minimo illorum dignitate diſtant, quàm vmbra & ſomnium, à rebus veris, immo multò magis. Quantò enim anima in omnibus præſtat corpori, tantò etiam hæ vtræque vitæ, in-

Ex Aſcetic.

ter ſe differunt. Verùm plurimi ex illis verbis, Ille

C quidem multis flagris cædetur, ille verò paucis,

Luc. 12.

finem ſupplicij eorum, qui punientur, eſſe aiunt. At illa non temporis productionem aut adimpletionem, ſed differentiam pœnæ declarant, cùm

Mat. 25.

Dominus interdum affirmet, quoſdã ad pœnam æternam ituros, iuſtos verò in vitam ſempiternã:

Mat. 5. & 18. Marc. 9. Eſaiæ. 66.

interdum verò cùm quoſdam ableget in ignem æternum, qui eſt præparatus diabolo & angelis ipſius, & nonnunquã nominante eo gehennam ignis, & addente, vbi vermis eorum mortem non oppetit, nec ignis deletur, & cum præterea per prophetam de quibuſdam dicat, quòd vermis eorum non occumbet, & ignis ipſorum non extinguetur. Hæc & talia cùm ſacræ literæ dicant, vnũ omnino illud eſt, ex inſidiis & caliditate diaboli, quòd cùm multos homines tantæ ac tales Domini ſententiæ prætereant, finem ſupplicij, vt audẽtiores ad peccandum ſint, ſibiipſis proponant. Quòd ſi aliquando ſupplicij æterni erit finis, erit etiam profectò & vitæ eternæ. At ſi hoc de vita ſtatuere nolumus, quomodo, ambò, rationi erit conſonum, æterno ſupplicio finẽ ſtatuere velle? D

æterni enim adiectio æqualem vim habet in vtriſ-

Mat. 25.

que. Ibunt, inquit, hi ad ſupplicium æternum, iuſti verò in vitam æternam. Illud itaq;, Ille vapu-

Luc. 12.

labit plurimùm, alter paulùlum, non finem, ſed differentiam ſupplicij demonſtrat. Nam ſi Deus iuſtus iudex eſt, non ſolùm bonis, ſed etiam improbis æquum ſe præbebit, æqua præmia vnicuique, iis, quæ quiſq; in vita geſſerit, tribuens. Fieri enim non poteſt, vt ille, quidem igne, qui deleri nunquam poſſit, dignus ſit, & eo, aut magis frigido, aut magis ardenti, ille verò verme immortali, & eo rurſum, aut mitius affligente, aut vehementius, prout vnuſquiſq; meritus eſt, alter gehẽnam meritus eſt, alter tenebras externas, cùm omnino ſupplicia inter ſe diſcrepent, & illic quidem alter ſolùm in fletu, alter verò etiam in ſtridore dentium, ob incrementum calamitatis exiſtit. Ac ſanè illud, In externas tenebras, prorſus declarat eſſe etiam & internas, & illud, quod in parabolis dictum eſt, In fundum inferni, denotat E

quoſdam eſſe in inferno quidem, ſed non in ima parte inferni, qui longè mitius ſupplicium aliis ſubeũt. Nec me exiſtimes velim, veluti nutricem quandam terriculis te terrere, quemadmodũ illæ pueros, cùm nimium lugent, conſueuere, confictiſque fabellis eos quietos reddunt. Hæc enim nõ fabulæ, ſed ſermo verus multò antè prædictus dicit. Proinde certò tibi perſuadeas, exquiſitum

Ex com. in 33. Pſal.

examen fore eorum, quæ in vita peregimus. Iniuria affeciſti fratrem, eandẽ præſtolare: ademiſti bona eorum, qui minus te poterant, pugnis concidiſti pauperes, conuicium feciſti, calumniam adhibuiſti, mendacium dixiſti, alienis nuptiis inſidias ſtruxiſti, peieraſti, terminos auitos tranſtuliſti, fortunas pupillorum inuaſiſti, viduas iniuriis oneraſti, præſentem voluptatẽ bonis futuris prætuliſti, proinde horum omnium expecta retribu-

Gala. 6.

tionem. Vt enim vnuſquiſque ſementem fecerit, ita & metet. Quòd ſi etiam aliquid boni egiſti, illud tibi quoque magno cum fœnore rependetur. Quamobrem etiam atque etiam tecum

Ex ex. ad virginem lapſam.

reputes extremum diem, ò homo: non enim ſo- F

lus tu omni tempore vitam ages: & diligenter conſideres velim, anxietatem illam, & ſuffocationem, & horam mortis, & ſententiam Dei vrgentem, & angelos feſtinantes, & animam his grauiter perturbatam, quæq; à delinquente conſcientia crudeliter affligitur, tum etiam quæ ſe ad ea, quæ hîc ſunt, miſerabiliter conuertit: poſtremò ineuitabilem neceſſitatem longæ illius peregrinationis animo, & cogitatione præterea comprehende, vltimam illam communis vitæ euerſionem, quãdo ſcilicet veniet filius Dei in gloria

ſua:

ſua: veniet enim nec tardabitur, iudicare viuos & mortuos, & rependere vnicuique æqua præmia, iis, quæ, quiſque geſſit: quando tuba illa magno & hortēdo ſono edito, eos, qui iam ab æterno dormierant, excitabit, & procedent ij, qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala, in reſurrectionem iudicij. Memoria repete diuinam illam Danielis viſionem, quæ nobis iudicium Dei ob oculos ponit. Intuebar, inquit, quàm

(Ioan. 5. — Daniel. 7.)

A longè throni erecti eſſent, & antiquus dierum ſedebat, fluuius ignis ante ipſum circumuoluebatur, mille millia miniſtrabant ipſi, centena millia circunſtabant ipſum, iudicij locum conſtituit, & libri aperti ſunt, qui maniſeſtè, bona, mala, aperta, abdita, facta, verba, cogitationes, omnia aceruatim, ita vt ab angelis, & hominibus exaudiri poſſint, pateſaciunt: tum etiam, quales neceſſe ſit eos eſſe, qui perperàm vixerũt. Vbi, inquam, anima illa ſubmergètur, quæ in oculis tot ſpectatorum, tam fœdæ turpitudinis plena eſſe viſa eſt. Quali verò corpore infinita illa ac intolerabilia flagra perferet? ibi iſt ignis, qui extingui non poteſt, & vermis, qui ſine intermiſsione vlla corrodit, & fundum Inferni tenebricoſum ac horrendum, & eiulatus amari, & vlulatus indecorus, & ploratus, & ſtridor dentiũ, nec finis eſt vllus malorum. His nemo poteſt liberari poſt mortem, neq; reperiri poteſt vlla induſtria, neque ars, qua adiutrice, effugere poſsimus acerba illa ſupplicia. Hæc nunc effugere licet. Proinde dum licet, nos ipſos tantis malis liberemus, neque ſpem noſtri abiiciamus, ſi modò vitia deponere voluerimus.

B Eſt in prõptu via ſalutis, ſi modò velimus, te quærit paſtor bonus, relictis iis ouibus, quæ nõ aberrarunt: ſi te dedideris ipſi, non tardabitur, neque indignum ducet ille hominum amator te, ſuper humeros proprios geſtare, gaudio exultans, quòd inuenerit ouem, quæ perierat. Stat ille pater, & expectat, vt errorem deponas, modò te in viam des, & dum adhuc longè aberis, accurrens irruet in collum tuum, amicisque amplexibus complectetur eum, qui iam dolore pœnitentiæ purgatus eſt. Et ſi quis illi ea his, qui ſe ſtare putant, vitio verterit, quòd citò aſſumptus eſt, ipſe ille bonus pater patrociniũ tui ſuſcipiet, dicens, Lætari oportet & gaudio exilire, quia hic filius meus mortem oppetierat & reuixit, perditus erat & repertus eſt, cui gloria in perpetuum tribuatur. Amen.

(Luc. 15.)

DE MORTE

ORATIO XXIIII.

C MIrum eſt, ô viri amiciſsimi, quàm ſtatim vnuſquiſq; noſtrum, poſtquàm ex vtero materno in lucem prodierit, tẽporis fluxionibus vinctus rapiatur, à tergo ſemper diem, quem tranſegit, relinquens, neque ad heſternum, etiamſi totis adnitatur viribus, reuerti vnquam poteſt. Nos autem lætamur vlterius ætate progrediendo, ac tempora per vices mutantes, quaſi aliquid aſſumeremus, ita exultamus, beatùmque ſanè iudicamus, ſi quis è puero vir, è viro autem ſenex efficiatur, neſcij, quòd ſemper tantum nobis de vita decedat, quantum temporis ipſam coluimus. Neque ſentimus vitam conſumi, quanuis eam omni tempore ea præterita, ac ea, quæ iam præter lapſa eſt, metiamur: neque mente agitamus vnquàm, id quod ſanè ſcitu eſt perdifficile, quantum temporis interuallum is nobis ad curſum concedere volet, qui nos ad hãc mundi peregrinationem ablegauit, neq; etiam mente diligenter perpendimus, quænàm onera ſint ad eiuſcemodi iter leuia, quęque facilè ferri poſsint,

D & quæ è contrario grauia, quæ moleſta, quæ terræ affixa, quæque hominibus omnino coniungi nec ſoleant, nec permittunt etiam, vt hi, qui ea geſtant, per portam illam anguſtam tranſire valeant. Sed quæ cogitare debebamus, ea vt plurimùm relinquimus, quæ verò pro nihilo ducenda erant, ea ſæpè colligimus anxij. Præterea, iis, quæ facilè nobis coniungi, ac animo corporique noſtro ornamento eſſe poſsint, ne tantillum quidem ſtudemus, quæ verò perpetuò aliena à nobis ſunt, quæque turpitudine nos fœdant ea congregare adnitimur, in caſſum laborantes, ac eum laborem ſuſtinentes, qualem is ſubire ſolet, qui dolio pertuſo aquam haurit. Quemadmodum enim illi, qui iter aliquod longum conficiendum ſuſcipiunt, ſemper vlterius ad curſum, pedum greſſus mutua contentione permutantes, ſempérque priorem in terra fixum poſteriorem reddentes, veloci alterius pedis tranſpoſitione, facilè ad metam vix perueniunt, ſic etiam illi, qui ad vitam à cõditore producti ſunt, ſtatim in principio, interuallis quibuſdam temporis procedentes, & ſemper quod præceſsit, poſt ſe relinquen-

E tes, finem vitę ac terminum attingunt. Nam mihi quidem præſens hæc vita nihil aliud eſſe videtur, quàm perpetua quædam via, & veluti quoddam iter, ætatibus, quaſi ſtationibus quibuſdam interſtinctum, quod quidem profectionis vnicuique exhibet & principium, videlicet maternos partus, & finem curſus, nempe ſepulchrorum tentorio, ad quæ vniuerſos ducit, alios quidem citius, alios verò tardius, & alios quidem per omnia temporis interualla itinere confecto, alios verò, neque in primis vitæ ſtationibus mora facta. Ille nanque Deus, qui nos finxit, atque animaornauit, certum ac proprium vnicuique animæ vitæ ſtatum præfixit, atque aliis alios vitæ terminos ſtatuit.. Nonnullos enim longiore temporis ſpatio in hac vita manere vult, nonnulli verò, vt citius, iis corporis vinculis, quibus ſunt aſtricti, leuarentur, ordinauit, iuxta inenarrabiles ipſius ſapientiæ ac iuſtitiæ rationes. Animæ ſiquidem noſtræ ſimile quiddam mihi pati videntur his, qui in carceres conduntur, quorum nonnulli longiore tempore vinculorum ærumnas ſuſtinent, nonnulli citius è vinculis emittuntur, ſic

F & animæ noſtræ affectæ ſunt, quarum aliæ multum ſanè temporis in hac vita permanent, aliæ verò ocyus ea vita hac migrant, ſecundum analogiam ac proportionem dignitatis vniuſcuiuſque, Deo Opt. Max. prudenter, ac ſapienter, & ſanè ita, vt mens hominis cogitatione conſequi non poſsit, res noſtras gubernante atque diſponente. Vt enim illi, qui in nauigiis dormiunt, caſu ac fortuitò à vento ad litora deferuntur, etiam ſi ipſi ne minimum quidem ſentiant, curſus tamẽ

ipſos ad finem ducit, ita etiam nos, tempore vitæ noſtræ præterlabeote, veluti continuo ac perpetuo quodam motu, ad proprium terminum vitæ noſtræ, curſu quodam, qui vix percipitur, delabimur. Viator, ô homo, veluti quidam es in bac vita, omnia præteris, omnia à tergo relinquis, conſpexiſti in via plantam, aut herbam, aur aquam, aur quoduis aliud huiuſcemodi, paululũ iis oblectatus, præteriiſti: rurſus incidiſti in lapides, in valles, io rupes præciſas, in ſcopulos, io paludes,
A aut etiam in feras, in reptilia, in ſpinas, aut in aliquas alias res moleſtas, paululum his perturbatus, mox rurſum ea reliquiſti. Talis etiam eſt vita hæc humana: nam neque res iucundas ſtabiles, neque triſtes ſatis firmas contioet. Hodie agrum tuum coluiſti, cras alius, & mox poſt illum alius eundem colet. Vidésne agros hos, háſque magnificè extructas ædes? Dij boni, quot iam nomina vnaquæque harum, ex quo extructæ ſunt, mutauit, quæ huius paulò antè eſſe dicebantur, nunc ab alio nomen acceperunt? & quæ iam in iſtius venerunt ditionem, exiguo temporis interuallo in alterius dominium tranſeunt. Num igitur via noſtra ſimilis nõ eſt vitæ? quæ cùm alios ſubinde tranſeuntes mutet, omnes tamen habet mutuò ſe inſequentes. Omnes, quidem vias, quæ ad vrbem ex vrbe aliqua ducunt, declinare poſſumus, & ſi velimus, integrum eſt eis ſe non committere, at vitæ huius noſtræ via, etiamſi curſum differre maximè cupiamus, vi tamen nos comprehendens, ad eum nos trahit terminum, quicunque nobis à Deo fuerit preſcriptus. Nec fieri poteſt, vt, qui ſe-

Ex ebe. de non adhærendo rebus humanis vita.

B mel eam portam, quæ ad haoc ducit viam, eſt ingreſſus eique ſi ſe dederit, oon aliquando ad finẽ illius perueniat. Nolite igitur, obſecro, maiori hooore afficere res ignomioioſas, quàm res præclaras, magoóque honore digoas, oec ſitis iniqui rerum æſtimatores, vitam mortalem, immortali ac beatæ anteponentes. Nam præter illas ignominioſas perturbationes, quibus plurimi eorũ, qui voluptatibus dediti ſunt, ſtudent, etiam rebus iis, quæ vitæ buic ioſeruiunt, animæ præſtantiam inflectunt, ac eam, quaſi in ſeruitutem quãdam carnis adducunt. Vbi autem ſeruitus, ibi etiam igoominiam eſſe patet. Proinde fugiẽdi nobis eſt bæc vita, cui inhoneſtas quędã adnata eſt. Nihil enim, inquit, ille, egregij facio, me ipſum tibi domioo meo tradens, ſeruus tuus cùm ſim, poſſeſſionem tuam ad te defero. Quaodoquidẽ omnis res condita, eius in domino eſt, à quo facta atque creata eſt. Quapropter eum hominem, qui in carne viuit, ceu peregrinum & accolam quendam hîc eſſe conuenit, vt, qui cùm ex hac vita deceſſerit, propriis in locis ſit conquieturus. Vode Abraham in

Gen. 12.

viuis exiſtens, cùm extraneis tanquàm peregri-
C nus & aduena quidam babitabat, neque pedis veſtigium propriæ terrę poſſedit, ad ſepulturam ſaltem propriam ſibiipſi terrã, quæ eius corpus ſuſciperet, comparauit. Longè itaque ad vitam degendam eſt beatiùs, oon adhærere iis rebus, quæ ſunt in terra, veluti propriis, oec baoc, quaſi naturalem complecti patriã, ſed in hoc vitæ ſtatu, tanquàm ex condemoatiooe aliqua ſimus grauati, perſeuerare, non ſecus, ac ſi à iudicibus quibuſdam, ob certa facinora io exilium pulſi hîc exulare iuſsi eſſemus. Diuitiis gloriaris? ob maiores

Gen. 23.

tuos ſuperbis? ſplendor te effert patriæ? ob corporis decóiq; venuſtatem, ac eos, qui tibi ab omnibus tribuuntur honores, altos ſomis ſpiritus? Mortalem te, quæſo, eſſe recordare, terra equidem es, io terrámque rurſum diſſolueris. Circunſpice eos, qui ante te ſimilibus ſeſe ſplendoribus efferebant, vbínam ſunt illi, qui ciuilibus dignitatibus ornati erant? vbi inuicti rhetores? vbi duces? vbi dioaſtæ? vbi tyraoni? nonne omnia pulvis? nónne fabula? nóooe in paucis oſsibus memoriam vitæ ipſorum conſeruatur? contemplare ſepulchra, vide num poteris diſcernere, quisnam ſeruus, qui dominus, quis pauper, qui locuples fuerit? diiudica, ſi tãtum tibi eſt ingenij, vinctum à rege, robuſtum ab imbecilli, formoſum à deformi: hoc modo ſi naturæ fatalem curſum tecum expenderis, nunquàm mehercule intumeſces. Quam enim vtilitatem homini locupleti mortem tandem opppeteoti afferunt diuitiæ? cùm eas nec ſecum auferre poſſit, nec quicquam aliud ex vſu earum lucri facit, excepto, quòd anima ipſius in bac vita ab adulatoribus delinita atque beata prædicata ſit. Nam ex hac vita decedens, omnem profectò hunc ornatum relinquet, vix vnum indumentum capiet, quod ipſius velet pudenda, idque etiam tum demum, ſi ſeruis humanioribus, qui ipſum ad ſepulturam amicient, ita viſum fuerit. Bene mehercule cum illo agetur, ſi paululum terræ nactus fuerit, eáque propter commiſerationem ipſi ab iis, qui ei iuſta facient, largita: qui quidem ipſi talia præſtant, ob communis ſaltem humanæ naturæ reuerentiam, non illi hoc tribuentes, ſed nudam humanitatem venerantes.

D (margin, beside "nóooe in paucis oſsibus memoriam")

Ex conc. in 45. Psal.

E Proinde nihil ex iis rebus, quæ in vita iucundæ habentur, & ob quas plerique inſaniunt, noſtrum reuera eſſe putemus: æquè enim hæ ab omnibus alieniſsimæ ſuot, tam ab iis, qui bis frui videntur, quàm etiam illis, qui ipſas nec attingunt quidem. Neque eoim ſi aliqui aurum ingens in vita congeſſeriot, proprium ipſorum perpetuò permanet, ſed, aut à viuis adbuc, quãtumuis ipſum omni ex parte coarctent, ad poteotiores delapſum, aufugit, aut iam animam agentes deſerit, nec vult ſimul cum eis, qui illud tenuerant, peregrè proficiſci. Vode plerunque illi, qui, dum ab eo, qui violenter animas à miſera bac carne ſeparat, ad fatale hoc iter trahuntur, frequentes ſe ad pecuniam conuertunt, ac labores propter hanc ipſam in iuuenili ætate exaotlatos deflent, at illa iam tum etiam aliorum ſpectat manus, nihil ipſis præter afflictam memoriam inſatiabilis auaritiæ, ac laborum, quos in colligendo conſumpſerant, reliqui faciens. Licet enim quis ſexcenta terræ iugera poſſideat, & magnificè extructas ædes inhabitet, animantium omnis generis greges alat,

Ex ebe. de non adhærendo rebus humanis vita.

F & omoem denique ioter homines principatum teneat: non tameo his perpetuò fruetur, verùm breui temporis ſpatio dominatus, aliis rurſus facultate ac opulẽtia illa cedat neceſſe eſt, ipſe exiguam terræ partem ſubiens, ſæpius etiam ante ipſam ſepulturam, & multoties prius quàm hinc diſcedat, ad alios & fortaſſis boſtes bona ſua tranſire conſpiciet. Num ignoramus, immo in proparulo eſt, plurimos agros, domos, ciuitates ac gentes aliorum dominorũ nomina, amiſsis prioribus, accipere, etiam viuentibus ac valentibus iis,

ſis, qui ea & acquiſiuerant & tenuerant? non videmus olim ſeruitutem perpeſſos, ad ſummas dignitates euectos? domini verò aliquando in numero ſeruorum eſſe percupiebant, & à ſuis propriis ſeruis ſubacti, in ſeruitutem venerunt, rationibus rebúſque ipſorum de repentè, veluti in teſſerarum iactu, transſmutatis. Quoties itaque herbam fœni, florémque venuſtum conſpexeris, fac tibi in mentem veniat humanæ naturæ fatalis fragilitas, ac recordare eius ſimitudinis, quam Eſaias propheta ille magnus proponit, inquiens, Omnis caro vt fœnum & omnis gloria hominis vt flos fœni. Qua ſanè ſimilitudine commodiſsimè propheta complexus eſt, humanæ vitæ breuitatem, & fluxam commodorum eius lætitiam atque voluptates. Equidem hodie vegeto aliquis eſt corpore, diffluit delitiis, præſtantem & gratum ei colorem flos ætatis præbet, animo magno ac forti eſt præditus, cras verò is ipſe miſerabili apparet ſpecie, quam vel tempus dedit, vel morbus immutauit. Alius abundantia pecuniarum ſuſpicitur, aſſentatorum magnus numerus, & cohors amicorum fictorum, qui eius captant auram, eum circumſtat, multitudo cognatorum præſtò eſt, comitatus illum ſequitur infinitus, cuius alij in menſa miniſtrant, alij verò neceſſaria munera tuentur: at hos dum ſecum exiens & rediens trahit, in odium eorum, qui ſe adeunt, incurrit. Adde ſi placet, ad diuitias potentiam quandam in Republica, aut etiam regum honores, gentium B gubernationē, aut exercituum principatus, præconem præcinentem, lictores faſces præferentes; vbique maximum terrorem ac metum eis, qui in illius ſunt imperio, incutientes, verbera intentantes, publicationes bonorum, abductiones, vincula ex quibus intolerandus quidam metus iis qui parent, oboriatur. Quid tandem ex his cunctis conſequitur? vna nox, vna febris, aut pleuritis, aut pulmonis morbus, eum, qui ne commoueri quidem poſſe videbatur, ſubito rapit, & omni ſimul ſuppellecti repentè ſpoliat: atque ſic eius illa gloria & maieſtas ſomnij inſtar declarata eſt. Apparet itaque omnem hominis magnificentiam, ei flori, qui vnus ex omnibus vel maximè inſtabilis eſt, aptiſſimè à vate comparatam eſſe. Sed quàm, quæſo, nobis miſeri illi, qui vitæ huic totos ſeſe tradiderunt, nimiæ illæ ſuæ parſimoniæ cauſam afferunt? Non vendo, aiunt, bona mea, neque illa erogo in pauperes, vt vitæ neceſſarios vſus habeam: at vbi per omnem vitam, illis vſus fuero, poſt mortem demum meam pauperes ex cognatis & affinibus meis hæredes in- C ſtituam. Proh dolor, cùm non amplius inter homines eris, tunc benignum ac liberalem te præbebis? cùm mortuum te conſpexero, pium ac fratris amantem compellabo? egregiam ſanè gratiam ex liberalitate iſta tua capies, quòd in ſepulcro iacens, & in terram reſolutus, beneficentiam ac magnanimitatē exerceas? quorum, cedò, temporum mercedem exiges? eorúmne, quibus in vita ſuperſtes fueris, an eorum, quæ poſt mortem ſunt conſequuta? atqui eo tempore, quo viuebas, voluptatibus vitæ deditus, & delitiis diffluens, ne oculis quidem pauperes dignabare: qualis autem actio, talis etiam merces pro operibus debetur: oſtende prius opera, & tandem exige mercedem. Nemo me hercule finitis nundinis, mercaturam exercet, neque ille vnquàm, qui poſt certamina accedit, coronatur: neque qui iam confecto bello venit, laudem conſequitur. Meritò igitur ne is quidem, qui vita iam exacta, poſt mortem pietatem exercet, pius eſſe cenſendus eſt. Si atramento & literis in mortis termino beneficentiam denunciare cupis, quis aperiet tibi tempus exceſſus? quis vas tibi modi finiendæ vitæ erit? perpende, obſecro, plurimos D violētis periculorum incurſibus eſſe raptos: quibus ne vocem quidem emittere, ob mali irruentis atrocitatem, permiſſum eſt. Quid igitur expectas tempus, quo incertum eſt, num cogitationum etiam tuarum dominus ſis futurus? nox profunda eſt, morbus grauis, caſus varij, & qui opem ferat, nuſquàm interdum apparet, ac tunc demum, vbi huc & illuc circumſpexeris, & miram penes te ſolitudinem eſſe videris, dementiam tuam percipies, fruſtráq; ſtultitiā lugebis iſtam. In cuiúsnam modi tempus mandatum Domini differs? dum vita ſuppeditabit, inquis, fruar voluptatibus, vbi autem deceſſero, faciam quæ ſunt à Domino præcepta. Cum viueres teipſum mandato antè poſuiſti, poſt mortem & diſſolutionem mandatum hoſtibus ac inimicis pretuliſti, Ne enim, inquit, accipiat ille, accipiat Chriſtus. Quid verò hæc agendo facis? inimicóſne vlciſceris, an in proximos beneficus es? Non eſt itaque anxiè lugendus ex hac vita diſceſſus viri etiam vel maximè ſancti, ſed magis deploranda natiuitas, & in hanc vitam ingreſſus, qui reuera per igno- E miniam fit, ſordium ac faſtidij plenus, atque ſanè per ea, quorum ne conſpectum quidem, etiam natu maiores, facilè ferre poſsint. Talis autem carnalis natiuitatis noſtræ ingreſſus, naturæ neceſſitate conſtitutus eſt, at exitus & vitæ diſceſſus pretioſus ac illuſtris habetur, non quidem in genere omnium hominum, ſed eorum tantùm, qui ſanctè & iuſtè vitam hanc transegere. Pretioſa itaque mors eſt, ſed natiuitas nequaquam. Seminatur enim, vt inquit ille, in ignominia, ſurgit in gloria: plantatur in corruptione, reſurgit ſine vllo vitio. Quando in Iudaiſmo moriebantur homines, execranda & deteſtabilia eorum erant cadauera: at nunc ſiquis mortem Chriſti cauſa oppetit, pretioſæ ſanè eius ſunt reliquiæ. Antea quidem in mandatis datum erat ſacerdotibus & Nazaræis, ne ſe aliquo mortuo inquinarent, & ſiquis mortuum contigiſſet, pro immundo habebatur, veſtéſque eius abluebantur, nunc autem ille, qui contingit oſſa martyris, quandam ſanctificationis ſocietatem, & eam gratiam, quæ corpori inſidet, aſſumere putatur: pretioſa etenim eſt coram domino mors ſan- F ctorum eius. Conſerto cum generatione mortem, & deſines deflere eum, qui ex hac vita ignominiæ & miſeriarum plena migrauit. Sermo quidem diuinus nobis præcipit, exultare & lætari cum iuſtis, cum iis verò, qui ex pœnitentia lacrymas profundunt, lugere ac lamentari, & deflere eos vel maximè, qui nullo nec affectionis ſenſu tanguntur, eò, quòd neque intelligant, quomodo & quàm miſerè pereunt. Non tamen exiſtimandum eſt, eum, qui ob hominum mortem vnà cum lugentibus flet, præcepto diuino

Margin notes: *Ex Hexa hemer.* — *Iſa. 40.* A — *Ex ſerm. ad diuites.* — *Ex conc. in 115. Pſal.* — *1. Cor. 15.* — *Exod. 11. Num. 19. Exod. 11.* — *Pſal. 115.* — *Ex conc. in marty. Iulittam.*

ſatisfacere, cùm oeque medicus ille ſit probandus, qui dum ægris auxiliũ ferre debeat, ſeipſum inficit, ac morbis plenum reddit. Dauid amicum Ionatham lugens, etiam inimicum ſimul defleuit ſuum: ioquit enim, Mœrore conficior tui cauſa ò Ionatha, & vos filiæ Hieruſalem Saulem deplorate. Diuerſa tameo ratione, hunc ſiquidem deflet, vt qui peccatis inquinatus ſine pœnitentia è viuis exceſſerit, at illum Ionatham, vt eum, qui ſe ſocium vitæ omni tempore ipſi præbuerit.

Ex conc. de Ionatha. 2. Reg. 1.

Ex conc. quod deus mal rũ autor nõ ſit.

A Mors ſanè cunctos manet homines, præſtóque adeſt, iis terminis vitæ expletis, quos à principio vnicuique noſtrum præſcripſit diuinum Dei præpotentis iudicium, qui ex longinquo, quid nobis ſingulis expediat, proſpicit. Sed fortaſsis filij tui, quem in delitiis habuiſti, obitus animá tuam grauius perturbat atque affligit? neminem profectò, ò amice, tam adamantino pectore eſſe arbitror, nec tam omnis humanitatis expertem, qui ſine vlla perturbatione ferre poſsit id, quod accidit, cuiúſque animam valde caſus illius filij non affligat, qui illuſtris familiæ hæres, qui gentis fulcrum, qui patriæ ſpes maxima, qui parentum probatiſsimorum ſoboles præclara, qui denique ſub multis precibus ac cura ſollicita enutritus in ipſo ætatis flore, è mediis manibus parentum ereptus, diſceſſit. Hæc nónne emolliant cor etiam plus quàm ferreum? nónne diſſoluent naturæ penetralia, atque in commiſerationem adducent? verùm ſi ob eas res, quæ nobis acerbæ accidunt, lamentari ac lacrymis ſe dare vellemus, profectò ad eam rem omne tempus vitæ

B noſtræ nequaquàm nobis ſufficeret: & licet cuncti homines nobiſcum lugerent, efficere tameo non poſſemus, vt luctus noſter affectione careat, nec vnquàm lacrymarum vis, ſit quantumuis vel maxima, explere & ſarcire valebit iacturam earum rerum, quæ aduerſæ eueniunt. Proinde vos adhortor, ac ſedulò moneo, vt veluti generoſus quidam & fortis certator, aduerſus plagæ magnitudinem conſiſtatis, & grauitati, triſtitiæ non ſuccumbatis, nec animam veſtram conficiatis, illud perſuaſum habentes, quòd quamuis rationes nos eorum, quæ à Deo aguntur, prætereant, gratum tamen & acceptũ nobis eſſe debet quodcunque à ſapientiſſimo, & eo, cui nos cordi ſumus, eſt factum, atque ordinatum, etiam ſi ſit laboris & moleſtiæ pleoum. Ipſe enim probè nouit, quid ex vſu vniuſcuiuſque ſit, & quomodo id diſponere debeat, tum etiam cuius rei gratia inæquales vitæ terminos hominibus præſtituerit. Torquentur quidem homines in inueſtiganda cauſa, cur alij celerius hinc euocentur, alij verò in longius tempus, vt hac calamitoſa vita affligantur, reſeruentur: actum tamen agunt, nec vnquam huius rei cauſam indagare poſſunt. Itaque par eſt, in omnibus nos eius benignitatem

C adorare, nec ægrè ferre, immo recordari vocis illius præclariſſimæ ac decantatæ, quam magnus ille athleta domini protulit, cum circa menſam, vno momento temporis, decem liberos deletos atque contritos cerneret, Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placitum eſt, ita etiam factum eſt. Hoc nobis in exemplum proponamus: æquale ſiquidem præmium à iuſto iudice tribuetur iis, qui etiam æqualem ac eundem animum fortem oſtenderint. Non me hercule orbati ſumus filio, ſed expetenti reddidimus, non euanuit vita ipſius, ſed in melius commutata eſt, non terra abſorpſit, quem paulò antè in oculis ferebamus noſtris, verùm cœlum recepit, expectemus paululum, & ſimul vnà cum eo, cuius tanto deſiderio flagramus, erimus. Neque enim longè abeſt tempus diſſolutionis, & terminus præſcriptus harum omnium rerum, quæ in hoc mundo extant: nam in hac vita, perinde ac peregrinantes in itinere aliquo, ad idem omnes hoſpitium tendunt, in quo quidem licet alter alterum præueniat, vel alius iam abiit, alius verò adhuc D

Iob. 1.

eò tendit: omnes tamen vnus ac idem excipiet finis. Nec quicquàm refert, celerius an tardius hoc iter conficiamus, cùm omnes nos & illud ipſum iter, & non aliud faciemus, & idem etiam manet diuerſorium. Reuoca tibi in memoriam patrem tuum, quòd diem ſuum obierit. Quid igitur mirum è mortali genitum, mortalis filij patrem te eſſe? quòd autem mortuum dicis ante tempus legitimum, & prius quàm vita ſe expleſſet, & ad certam ætatis menſuram perueniſſet, & antè quàm hominibus clareſceret, & ſucceſſionem generis reliquiſſet, hæc ſanè omnia luctum non augent, ſed potius conſolationem afferunt, quòd non reliquerit hoc in mundo orbos liberos, quòd non vxorem viduam, aut ærumnis infinitis expoſitam aut paulò pòſt alij ſe viro coniungens, prioris penitus oblita, liberos eius deſpicientem atque negligẽtem. Illud verò quòd non longius vitam puer produxerit, quis eſt, obſecro, adeò mentis emotæ, qui hoc non maxi- E mis in bonis enumeret? nam longior hoc in mundo conuerſatio, prauium infinitorúmque peccatorum occaſio exiſtit. Cur, obſecro, mortaliter de mortali ſentire non aſſueuiſti, ſed improuiſam filij mortem ſuſcepiſti? ſi quis tum, cùm primùm tibi filij natiuitas nunciata eſt, ex te quæſiuiſſet, cuiúſnam modi eſt id, quod recens natum eſt? quidnam reſponſi dediſſes? num aliud, quàm hominem eſſe? quòd ſi homo, etiam mortalis, cùm ea lege naſcimur, vt moriamur. Quid igitur præter opinionem accidiſſe eiulas, quòd occiderit ille, qui mortalis erat? non vides lunam augeſcentem, & pòſt deficientem, terram florentem, & exiguo ſpatio marceſcentem? quid igitur mirum, ſi & nos pars mundi cùm ſimus, eorum etiam, quæ ex mundo ſunt, participes ſumus? Filij chariſsimi, aut vxoris, quam ex animi ſententia duxeras, aut alterius cuiuſdam ex amiciſſimis, omníque beneuolentia coniunctis, priuatio mœrore te affligit, nihil profectò graue atque moleſti homini prouido accidit, & ei, qui rectam rationem, vitæ ducem habet, nec ſecundum vulgi F conſuetudinem viuit. Imperitorum ſanè & parũ à natura informatorum eſt, grauius ob conſuetudinis ſeparationem angi, & difficulter ac iniquo animo eam ferre, id quod bruta animantia faciũt. Vidi etenim ipſe aliquando bouem ad præſepe lacrymantem, cùm contubernalis ipſius morte ereptus eſſet. Nec tamẽ ego æquum eſſe cenſeo, ſilentio id, quòd acerbè nobis euenit, penitus præterire: neque etiam prohibeo, quin matres lugubres ſermones ad ſuos conuertant, quandoquidem non me latet, quales matrũ ſint affectus,

& quat-

& quatenus conueniat ob res præſentes dolori in
dulgere. Filio orbatus es eo, quem omnes matres
laudibus ad cœlum vſque efferre incolumen ſole
bant, ac ſibi etiã tales eſſe liberos optabant, mor-
tuũ verò vehementer, perinde ac ſi quæque pro-
prium ſuum natum tumulaſſet, luxere : eius filij è
vita exceſſus ingentem parenti attulit plagam, cũ
illo enim familia ampliſſima, ac genus illuſtre,
quaſi vnico ſublato ſuſtentaculo, concidit. Heu,
tantúmne praui dæmonis inſultus mali perficere
valuit? heu tantúmne dolorem terra ſuſcipere? ſol
etiam ipſe forſitan, ſi modo ei aliquis commiſera
A tionis eſt ſenſus, terricum illud ſpectaculum hor-
ruit. Hæc & ſimilia animus doloris impatiens no
bis ſubiicit, quæ ſingula quis, quæſo, verbis conſe
qui poteſt ? Sed iſtis poſthabitis credas mihi ve-
lim, res noſtras Dei prouidentia non carere, quẽ
admodum lacrum eius Euangelium apertè docet
Matt. 10. In quo ſcriptum legimus, Paſſerculum non cade-
re ſine voluntate patris cœleſtis. Quare quicquid
factum eſt, voluntate conditoris factum eſſe cre-
dito, cui quis, quæſo, obuiam ibit? Feramus itaque
æquo animo quodcunque nobis humanitus eius
voluntate accidit : nam moleſtè ferendo malum
non corrigimus, & noſmetipſos peſſundamus.
Ne, obſecro, in crimen voces iuſtum Dei iudiciũ.
Stolidi atque inepti ſanè ſumus ad exquirenda e-
ius iudicia inueſtigabilia. Iſtud eſt tempus, quo
dominus charitatis in ſe tuæ periculũ facit, iſtud,
quo tibi licet, eadem præmia ac bona ob toleran-
tiam conſequi quibus & martyres affecti ſunt. I-
2. Mac. 7. B mitare Machabæorum matrem, quę quanuis ſep-
tẽ filios morte deletos vidiſſet, non tamen lacry-
mis ac luctui ſeſe tradidit, neque vocẽ emiſit mu-
liebrem, ſed Deo egit gratias, quòd illos igne, fer
ro, ac aliis moleſtiſſimis vinculorum ſuppliciis ab
hac carne diſſoluiſſet, quam etiam ob cauſam & à
Deo probata eſt, & ab hominibus in hunc vſque
diem celebratur. At dicet hic aliquis, ingens eſt
luctus, ſũmus dolor, nec alius ſimilis huic. Aſſen-
tior me hercule, & fateor, ſed maiora etiam ſunt
merces à domino repoſitæ iis, qui ærumnas ſuſti-
nent. Quando, ô mater, puerum in lucem edidiſti
& Deo pro beneficio gratias egiſti : num ignara
prorſus eras, mortalis ipſa cum eſſes, mortalem
eum te etiam peperiſſe? quòd ſi iſtud te nõ latuit,
non tibi mirum videri debet, ſi is vitam cum mor
te cõmutauit, qui ea lege natus erat vt occideret.
Sed inquies, illud nos affligit quòd intempeſtiuè
exceſſerit. Immo fortaſſe potius opportune, quã-
doquidem nos ne exprimere quidem nec intelli-
gere poſſumus, ea, quæ nobis expediant, minus
certè, terminum idoneum vitæ noſtræ ſtatuere.
Circunſpice omnem hanc mundi machinam, nõ
ne omnia, quæ in ea ſunt, mortalia & corruptioni
ſubiecta ſunt? reſpice cœlum, & hoc aliquando a-
liquo pacto diſſoluetur : intuere ſolem & ſtellas
C vniuerſas, ſed nec hæ quantũuis venuſtæ ſint, per
petuo conſiſtent: perluſtra denique vniuerſa ani-
mantia, tam terreſtria, quàm aquatilia, flores, plã
tas, ipſum etiam terrarum orbem, ſingula & vni-
uerſa hæc fluxa & caduca ſunt, & quæ vno tempo
ris momento euaneſcent. Harum & ſimilium re-
rum conſideratio, hoc, quicquid aduerſi nobis oc
currit, meritò lenire ac leuare deberet : Præter-
ea, vt magis confirmeris, nunquam metiaris affli-
ctiones & mala ex temetipſis: hoc enim modo in
tolerabilia tibi eſſe videbuntur. Sed ſemper ea o-
mnium aliorum hominum caſibus comparato
ſicque leuamen & conſolationem exactam repe-
ries. Illud autem fac firmiter teneas, vt parcas
coniugi. Mutuò vos conſolemini, & caue ne
luctu tuo calamitatem ipſi longe grauiorem effi-
cias. Suſpectus eſt nobis immoderatus tuus in
liberos amor, timemúſque ne quando ob mo-
rum mollitiem dolori te tradens, mœroris ni-
mij plagam accipias priora acerbiorem. Memi-
neris verò nihil ea his, quæ nobis triſtia eueni- D
unt, ac ſi moleſta eſſent, recipiendum, licet tum
vel maximè imbecillitatem noſtram attingant.
Quanuis enim rationes nos lateant, ſecundum
quas vnumquodque eorum, quod fit, à domino,
quaſi vtile nobis tribuitur : illud tamen perſua-
ſum nobis eſſe debet, omnia in rem noſtram fo-
re, vel ob patientiæ mercedem, vel quòd ani-
ma noſtra abripiatur, ne amplius in hac vita mo-
tam talibus, vitiis, quæ hic dominantur, inqui-
netur. Si ſpes vitæ noſtræ certis limitibus cir-
cumſcripta eſſet, meritò fortaſſe quis ægrè fer-
re poſſet, quòd celerius à corpore diſtraharetur
ſin verò, cùm anima corporis vinculis liberatur,
initium vitæ veræ exiſtit, iis nimirum, qui vitã iux
ta voluntatem Dei traduxere, quid triſtamur per-
inde ac illi, qui ſpe omni carent? At viri amici pri
uatio facit, vt luctum ęquo animo ferre nequeas.
Agnoſco, & in tuam ſententiam libenter eo : ne-
mo enim eſt, qui neſciat, permoleſtam eſſe illius
luctus calamitatem, qui ex amiſſione viri optimi
prouenit, nec quenquam adeo ferreum eſſe ſcio,
qui cùm acciperet hunc, qui cum illi conſuetudo E
erat, ex hominum cœtu raptum, illius mortem,
non vt proprium caſum æſtimet. Quòd ſi hi,
qui vlteriori propinquitatis vinculo ſunt coniun-
cti, ſic moleſte ferunt ſeparationem viri coniun-
cti, quo dolore par eſt tuam animam affici, ob diſ
ſectionem veluti quandam viri coniunctiſſimi?
quæ tenera non minus eſt acerba, & grauis, ac
ſi media corporis noſtri pars abrumperetur. In
huiuſcemodi verò vel etiam triſtioribus fatalis in
firmitatis noſtræ caſibus, quámnam conſolatio-
nem adhibebimus ? perpetua & ineuitabilis eſt
illa Dei noſtri conſtitutio, vt omnis, qui in lu-
cem hanc prodierit, tandem conuenienti tem-
pore etiam decedat. Quòd ſi ab Adamo ad no-
ſtra hæc ſecula vſque talis rerum humanarum ſta
tus ſemper fuit & eſt, ne, quæſo, grauius feramus
communes naturæ ærumnas, ſed potiùs grato a-
nimo ſuſcipiamus ſanctam Domini voluntatem
atque ordinationem. Semper quidem ſacroſan-
ctæ ſcripturæ explanatio, & doctrina ſummæ eſt
conſolationis & vtilitatis, ſed vel maximè tali in
tempore. Memoria idcirco repete conditoris F
noſtri decretum, quo omnes, qui ex terra orimur
in terram curſum cõuerti iubemur: nec quiſquam Genes. 3.
adeo eſt magnus, qui diſſolutionem effugere, &
illa æterna ſententia ſuperior eſſe poſſit. Licet for
moſus quis & omni admiratione dignus ſit, ſtre-
nuus ſimul ac omnibus animi virtutibus exorna-
tus: nullam tamẽ in alteram partem habet exupe-
rantiam. Sed quia homo eſt, naturæ concedat ne-
ceſſe eſt, vt Adam, Noë, Abraham, Moſes, aut vt
alius quiſpiam eiuſdem naturæ particeps.

Vnum renera humanæ naturæ omni admiratione dignum exemplum nobis conditor noſtri in Moſe expreſſit, quem vicum ſic effinxerat, vt omnes in illum oculi conijcerẽtur, omniſque linguæ tes ipſius prædicacet. Pictores & ſtatuarij longe à dignitate ipſius aberrant, hiſtorici rea eius præclarè ac ex vtrtute geſtas dum enarrant, ad fabulatum iocredulitatem planè deueniuot. Vnde plurimi nec fidem adhibere volunt his, quæ triſtia de ipſo circumferuntur, oeque omnino credere, húc talem morte extinctum eſſe. Perpeſſus tamen ea eſt, quæ & cœlo, & aſtris, & terræ aliquaodo contingent. Quare ſic calamitateio tuam metiare, vt neque eam è corde eiicias: nec ita triſtitiæ indul-

A geas, vt illi prorſus ſuccumbas. Velim tibi perſuadeas, eos, qui boc in ſæculo amicitia copulantur, poſt verò mutuè diſiunguntur, viatoribus ſeu itineris comitibus eſſe perſimiles, qui vnum ac idẽ iter ingredientes, etſi ob aſſiduam inter ſe cõuerſationem conſuetudine vniuntur, tamen poſtquá commune iter confecerint, neceſſariò & diſtrahuntur, & diuerſa itinera ſuſcipiunt, nec cõuictui mutuo & contractæ familiaritati inhærentes, ea, quæ principalis propoſiti erant, negligũt, ſed cauſam & ſcopum, quæ eos à principio mouit, intuẽtes, quiſque ad peculiarem & proprium inſtituti ſui finem tendit. Nam vt his diuerſus viæ erat ſcopus, contingit verò, vt inter euodum familiaritatem inter ſe contraherent, ita etiam in vita hac peregrinantes, quilibet proprium & peculiarem vitæ terminum propoſitũ habet. Et licet matrimonio atque alijs vitæ huius communis vinculis ſocietate mutuem aſtringantur, ne quidquam tamẽ

B hæc mutantur, quò minus ad præſtitutum terminum quem ſuperare nequeunt, tendãt, atque mutuo diſiungantur. Grati igitur eſt animi, non moleſtè ferre ſeparationem hominis tibi neceſſitudine vel maxima coniuncti, ſed potius ob eam ſocietatem, quam à principio iniuiſtis, gratiam babere ei, qui vt iniretis, conceſſit. At tu cùm tibi incolumis eſſet vir, cum filius florẽs, aut quiduis tale, quod defles, nunquam gratiam babebas ei qui te rebus præſentibus cumulauit, immo eorũ pertæſus, ob ea, quibus carebas conquerebaris: nam cùm vito vno cohabitares, quòd filios non haberes, angebaris at iis adeptis, aut quòd nõ eſſent tales, quales cuperes, aut quòd deeſſent diuitiæ vel aliud ſimile, conquerabaris. Ita inſatiabilis cupiditas, nonquam noo inuenit, quæ deſideret. Quare ſedulo cauendum duco, ne, dum præſentes amicos non agnoſcamus, ſublatos verò proſequamùr & complectamur, nobiſmetipſis neceſſarias ami-

C corum priuationes paremus. Si enim ob præſentia bona, quæ Deus in nos cumulit, non agimus gratias, merito noſtro earum nobis ablatio contingit. Nam quemadmodum oculi, quæ nimis appoſita ſunt, non vident, ſed diſtantia quadam opos habent, ita etiam ingratæ animæ, in bonorum demum ademptione gratiam præteritam percipere videntur. Dum bonis fruimur, iis minimè contenti nullam largitori gratiam referimus: vbi illis priuati ſumus, beneficium agnoſcimus, beatúmque prædicamus. Verùm nos poſthabita rerum preteritarum, & abſentium triſtitia diſcamus potius ob præſentia gratias agere, illáque æqui ac boni conſulere, fateamur in aduerſis medico ſapiente opos nobis eſſe, In ſecundis, modica diſciplina & caſtigatione, dicamus, Bonum eſt, domine, quòd humilem reddideris me, fateamur non eſſe dignas nec comparandas huius ſæculi ærumnas ad glociam, quæ in nos conferetur, dicamus denique, nõ ſatis dignè ob ſcelera noſtra, cũ grauiora promerueramus, flagris nos cæſos, ac dominum inuocãtes precemur, caſtiga nos domine, veruntamen in iudicio & non in impetu iræ tuæ. Nam dum redarguimur à domino, caſtigamur, ne cum hoc mũdo condemnemur. In ſplendidiore autem vitæ cultu illam Dauidis vocem tollamus, Quid retribuã domino pro omnibus, quæ tribuit mihi? rectè ſanè ambigit vates, ſuámque tenuitatem ac infirmitatem agnoſcit, quòd nihil habeat retributione dignum, pro his ſummis ac infinitis beneficiis, quæ Deus in nos ſubinde confert. Ac ſane longe maiora in poſterum nobis promittit, & quidem ea, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs, qui ipſum in oculis ferunt, & qui eius voluntatem ſanctam obſeruant. Hæc tanta bona faxit omnium præpotens Deus, vt & nos, carnalibus iſtis perturbationibus purgati, conſequi valeamus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſempiternum tribuatur. Amen.

Pſal. 118.
Rom. 8.
1. Cor. 11.
Pſal. 115.
D
1. Cor. 2.

LITVRGIA SEV MISSA S. Baſilij, ex vetuſtis codicibus latinæ tralationis deſcripta.

Primùm, Patriarcha, cum ſequentis ordinis clero, eccleſiaſticis veſtimentis induto, offeruntur in ſacrario ab oblationarijs mundata, & cõpoſita oblata, à populis ſuſcepta, quas ponit in patenis, & adolens ſuper eas, incenſum dicit hanc Orationem: E

DOmine Deus noſter, qui cæleſtem panem, eſcam omnis mundi, dominum Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, miſiſti nobis ſaluatorem, & redẽptorem, benefactorem quoque, & benedictorẽ, atque ſanctificatorem: ipſe et nũc, Domine, benedic voluntaria iſta, et ſuſcipe ea in ſupercœleſti altari tuo. Memento, Domine, cum benignitate, et miſericordia, eorum qui illa offerunt, et pro quibus offerũtur, et immaculatos nos conſerua ſancto tuo myſterio: quoniam ſanctificatum, et glorificatum eſt ſuper omnia glorificũ nomen tuum, patris, et filij, et ſpiritus ſancti, nũc, et ſemper, et in ſecula ſeculorum. Amen. F

Tunc, ante aduentum Pontificis, intrant Eccleſiam Preſbyter & Diaconus, & ſtantibus ante cancellos, dicit preſbyter, inclinato capite, hanc Orationem ſecretè:

Domine, Deus noſter, cuius poteſtas eſt ſine numero, et gloria ſine menſura, qui in miſericordia innumerabilis, et incomprehenſibilis es: ipſe Dominator Domine, ſecundum clementiam tuam, reſpice in nos, et in ſanctam domum iſtam, et fac nobiſcum diuitem miſericordiam tuam: quoniá tibi debetur omnis gloria, et honor, et adoratio, patri, et filio, et ſpiritui ſancto, nunc, et ſemper, et in ſecula ſeculorum, Amen.

Et cantant cantores tres vel quatuor verſus pſalmi,
Bonum eſt confiteri Domino.

Poſt quos ſtans Diaconus in ſecundo gradu ambonis, dicit alta voce:

In pace Dominum poſtulemus.

Et iterum Presbyter dicit ſecretè hanc Orationem:

Domine Deus noſter, ſaluum fac populum tuũ & benedic hæreditatem tuam: plenitudinem Eccleſiæ tuæ cuſtodi, ſanctifica diligentes decorem domus tuæ glorificantes te diuina virtute tua, & non derelinquas nos Deus ſperantes in te.

Diaconus dicit alta voce:

A Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos, Deus, gratia tua. Sanctiſſimæ & intemeratæ dominatricis noſtræ Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memorantes, nos ipſos & adinuicem atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Populus reſpondet: Tibi Domine.

Presbyter alta voce:

Quoniam tuum eſt imperium, & tuum eſt regnum, virtus, & gloria pater, & fili, & ſpiritus ſancte, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. reſpondet: Amen.

Et cantant cantores in ambone tres vel quatuor verſus pſalmi:

Dominus regnauit, decorem indutus eſt.

Cum Alleluia. *&*, Gloria.

Poſt Gloria. *dicit Presbyter:*

Vnigenite fili, & verbum Dei, cùm ſis immortalis, dignatus es propter noſtram ſalutem incarnari, & de ſancta Dei genitrice, & ſemper virgine Maria immutabiliter humanari ac crucifigi: Chri-
B ſtus Deus noſter, morte mortem calcaſti, vn' qui es de ſancta Trinitate conglorificatus patri, & ſancto ſpiritui, ſaluos nos fac.

Diaconus in ipſo loco ſtans, dicit:

In pace Dominum poſtulemus.

Pop. reſpondet: Kyrie eleiſon.

Presbyter ſecretè.

Qui communes iſtas, & conſonantes nobis dediſti orationes, quique duobus vel tribus conſonantibus in nomine tuo poſtulationes tribuere promiſiſti, ipſe & nunc ſeruorum tuorum poſtulationes commodè adimple, dans nobis in præſenti ſeculo agnitionem tuæ veritatis & in futuro vitam æternam. *Diaconus.*

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos, Deus gratia tua Sanctiſſimæ, & intemeratę dominatricis noſtræ, Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memorantes, nos ipſos & adinuicem atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

C *Pop. reſpondet:* Tibi Domine.

Presbyter alta voce.

Quia benignus & clementiſſimus es, Deus noſter, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. *Pop. reſpondet.* Amen.

Et cantant Cantores:

Venite exultemus Domino. *Cum Antiphona.*
Saluos nos fac fili Dei, qui ſurrexiſti à mortuis cantantes tibi Alleluia.

LITANIA I.

Et procedit Pontifex. Diac. dicit:

In pace Dominum poſtulemus.

Pop. reſpondet. Kyrie eleiſon.

Pontifex dicit:

Domine Deus noſter, qui conſtituiſti in cœlis ordines, & militiam angelorum in miniſterium gloriæ tuæ, fac cum introitu noſtro introitum ſanctorum Angelorum fieri comminiſtrantium, & conglorificantium tuam benignitatẽ: quia te decet omnis gloria, & adoratio, & tibi gloriam offerimus patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. reſpondet. Amen.

Diac. In pace Dominum poſtulemus. D

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro ſuperna pace, & ſalute animarum noſtrarum, Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro ſancta domo iſta, & cum fidei reuerentia, & timore Dei, introeuntibus in eam, Dominum poſtulemus. *Pop.* Kyrie eleiſon.

Diaconus.

Pro Archiepiſcopo noſtro N. honorifico ſacerdotio in Chriſti miniſterio, & omni clero, & populo, dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Diaconus.

Pro liberatione noſtra ab omni tribulatione, ira, periculo, & anguſtia, dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Pontifex ſecretè Orationem ad ter ſanctum hymnum.

Deus ſanctus, qui in ſanctis requieſcis, & ter ſancta voce à Seraphim laudaris, & à Cherubim glorificaris, & ab omni cœleſti virtute adoraris: qui ex nihilo eſſe feciſti vniuerſa, qui creaſti hominẽ ſecundum imaginem, & ſimilitudinem tuam, omnique tuo dono eum ornaſti, dans poſtulanti ſapientiam, & intellectum, & non deſpiciens pec- E
cantem, ſed poſuiſti pœnitentiam in ſalutem: qui dignatus es nos humiles & indignos ſeruos tuos in hora hac ſtare coram altari gloriæ tuæ, et debitam tibi adorationem et glorificationem offerre: tu Domine, accipe ex ore noſtro peccatorum, ter ſanctum hymnũ, et viſita nos in benignitate tua, et indulge nobis omne delictum, voluntarium etiam et non voluntarium. Sanctifica noſtras animas et corpora, et da nobis in ſanctitate deſeruire tibi omnibus diebus noſtris, interceſſionibus ſanctæ Dei genitricis, et omnium ſanctorum qui à ſeculo glorificauerunt te.

Leuante ſacerdote caput, Diaconus dicit:

Suſcipe, ſalua, miſerere, et cuſtodi nos Deus, gratia tua.

Sãctæ, et intemeratæ dominatricis noſtræ, Dei genitricis et ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memorantes, nos ipſos, et adinuicem, F
atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Pop. reſpondet. Tibi Domine.

Sacerdos excelſa voce:

Quia ſanctus es Deus noſter, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. reſpondet. Amen.

Et cantant cantores.

Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, miſerere nobis.

Et aſcendit Pontifex cum Sacerdotibus & Diaconis ad Thronum, & deſcendentibus Cantoribus de ambone, dicit Pontifex : Pax vobis.

Reſpondet populus: Et cum ſpiritu tuo.

Et ſedet Pontifex cum Sacerdotibus, ſtantibus Diaconis ac Subdiaconis, & clero, & populo, & cantatur reſponſum in ambone. Inde legitur Apoſtolus. Inde, Alleluia *cantatur.*

Deinde deſcendit Pontifex de ſede, & inclinanti ſibi Diacono, dicit:

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtutem ſuam.

Et legitur Euangelium, ſtantibus omnibus, cum timo- A *re, & reuerentia.*

LITANIA. II.

Lecto Euangelio Diaconus in ambone.

Dicamus omnes, Kyrie eleiſon.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Ex omni anima, & ex omni mente dicamus omnes, Kyrie eleiſon. *Pop.* Kyrie eleiſon.

Iterum Diaconus.

Domine omnipotens, Deus patrum noſtrorum qui es diues in miſericordia, & benignus in miſerationibus, poſtulamus te, exaudi, & miſerere.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Qui non vis mortem peccatorum, ſed conuerſionem, & vitam, ac pœnitentiam, poſtulamus te, exaudi, & miſerere.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro ſancta domo iſta, & cum fidei reuerentia, ac timore Dei introeuntibus in eam, Dominum poſtulemus. *Pop.* Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro Archiepiſcopo noſtro N. honorifico ſacer- B dotio in Chriſti miniſterio, & omni clero, & populo, Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro piiſſimo, & à Deo conſeruando Imperatore noſtro, omniq; palatio, & exercitu eius, Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro quo & pugnare Dominum Deum noſtrum & ſubijcere ſub pedibus eius omnem hoſtem, & bellatorum, Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro liberatione noſtra, ab omni tribulatione, ira & periculo, & anguſtia, Dominum poſtulemus. *Pop.* Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro circunſtante populo, & expectante eam, quæ apud eum eſt, diuitem miſericordiam Domi- C num poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Miſerere noſtri Deus, ſecundũ magnam miſericordiã tuam, poſtulamus te, exaudi, & miſerere.

Pop. Kyrie eleiſon. *Per duodecim vices: tunc conuertit ſe Pontifex ad Populũ, & facit tres cruces ſuper eũ primam in medio, ſecundã, ad ſiniſtram partem, tertiam, ad dexteram: & conuertit ſe iterum ad altare, & dicit:*

Quia miſericors, & clementiſſimus Deus es, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. reſpondet. Amen.

Oratio fidelium prima.

Tunc eleuans manus Pontifex dicit ſecretè.

Domine Deus noſter, extenſã iſtã poſtulationẽ ſuſcipe à ſeruis tuis, & miſerere noſtri ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, & magnitudinẽ miſerationum tuarum, & mitte ſuper nos, & ſuper omnem populum tuum, expectantem eam quæ apud te eſt, diuinam miſericordiam.

Et exclamat alta voce:

Quia miſericors & clementiſſimus es Deus: & tibi gloriã offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. reſpondet. Amen.

Orate, fideles, pro catechumenis, poſtulantes vt Dominus eis miſericors ſit.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Inſtruat eos verbo veritatis. D

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Reuelet eis Euangelium iuſtitiæ.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi eos Deus, gratia tua. *Pop. reſpondet.* Kyrie eleiſon.

Diaconus.

Catechumeni capita veſtra domino inclinate.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex ſecretè Orationem cathecumenorum.

Domine Deus noſter, qui in cœlis habitas, & reſpicis in omnia opera tua, reſpice in ſeruos tuos catechumenos, qui inclinauerunt ceruices ſuas in conſpectu tuo: impone eis Domine lene iugum: fac eos membra Eccleſiæ tuæ, & idoneos eos fac lauacro regenerationis, remiſſione peccatorum, & indumẽto incorruptionis, & agnitione filij tui veri Dei noſtri.

Pontifex excelſa voce:

Vt & ipſi nobiſcum glorificent honorificentiſſimum & magnificentiſſimum nomen tuum, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. *Pop. reſpondet.* Amen. E

Diaconus alta voce:

Omnes catechumeni procedite, catechumeni procedite, omnes catechumeni procedite, Nemo de catechumenis remaneat. Omnes fideles, iterũ atque, iterum in pace Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Tunc procedunt catechumeni ſi ſunt:

Pontifex ſecretè:

Tu Domine, oſtendiſti nobis magnum iſtud ſalutis myſterium, tu dignos nos feciſti miſeros, & indignos ſeruos tuos fieri miniſtros ſancti altaris tui: idoneos nos fac virtute ſancti tui ſpiritus, in miniſterio iſto, vt indãnabiliter ſtantes, in conſpectu ſanctæ gloriæ tuæ, offeramus tibi ſacrificium laudis: tu es enim operans omnia in omnibus. Da Domine & pro omnibus noſtris peccatis, & F populi tui ignorantia, acceptabile, & ſuſceptibile fieri ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo.

Diaconus ipſe qui legit Euangelium.

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus, tua gratia.

Pop. Kyrie eleiſon.

Pontifex voce excelſiori.

Quia te decet omnis gloria, honor, & adoratio, pater, & fili, & ſpiritus ſancte, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. *Pop.* Amen.

LITANIA. III.

Diaconus.

Iterum

Iterum, atqoe iterum in pace Dominum poſtulemus. *Pop.* Kyrie eleiſoo.

Diaconus.

Pro ſuperna pace, & ſalute animarom ooſtrarũ io pace Domioum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro liberatiooe noſtra, ab omni tribulatione ira, periculo, & anguſtia, Dominom poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Pontifex ſecretè Orationem fidelium ſecundam.

Deus, qui viſitaſti in miſericordia, & in miſe-
A ratiooibus humilitatem noſtram, & ſtatuiſti nos humiles, & peccatores, ac indignos ſeruos tuos io conſpectu ſanctę gloriæ tuę, miniſtrare ſaocto altari tuo, tu conforta nos virtute ſancti tui ſpiritus in mioiſterio iſto, & da nobis ſermonem in apertiooe oris ooſtri, ad inoocandam gratiá ſancti ſpiritus tui ſuper proponenda muoera.

Diaconus in ambone.

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi oos, Deus, gratia tua. *Pop.* Kyrie eleiſon.

Pontifex voce excelſiori.

Vt ſub imperio tuo ſemper cuſtoditi, tibi gloriam offeramus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, & nunc, & ſemper, & io ſecula ſeculorom.

Pop. Ameo.

Deſcendit Diaconus de ambone, & cantant cantores, ac populus.

Qui Cherubim myſticè imitamor, & viuificæ Trinitati ter ſanctum hymoum offerimus, omné ounc mundaoam deponamus ſolicitudinem, ſi-
B cuti Regem omoium ſuſcepturi, cui ab angelicis inuiſibiliter miniſtratur ordinibus. Alleluia.

Interea deportantur, & proponuntur munera à preſbyteris, & poſt lauationem manuum, petit miniſtros pro ſe orare, & reſpondent.

Spiritus ſaoctus ſuperueoiat in te, & virtus altiſſimi obumbret te, & comminiſtret tibi.

Depoſitis muneribus, & ſuper altare compoſitis, dicit Diaconus:

Iteremus poſtulationem ooſtram Domioo. Pro propoſitis honorificis muneribus Domino Deo ooſtro, & pro commodis & boois animarũ noſtrarom, Domioum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſoo. *Diac.*

Pro ciuitate noſtra, & omni cioitate & regione, & his qui in fide Chriſti habitant in eis, Dominum poſtulemos.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro temperie bona aëris, & abuodaotia fructuom terræ, & tempore pacifico, Domioum poſtulemns. *Pop.* Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro nauigantibus, iter ageotibus, ægrotis, captiuis, & ſalute eorum, Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

C Pro liberatione ooſtra ab omni tribulatione, ira, periculo, & anguſtia, Domioum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Pontifex ſecretè:

Domioe Deus ooſter, qui creaſti nos, & induxiſti in vitam hanc, qui oſteodiſti nobis vias ſalutis, qui dediſti oobis cœleſtium myſterioruoi reuelationem, tu es, qui poſuiſti oos io miniſtrationem hanc in virtute ſpiritus tui ſancti: proſpetare, Domine, fieri oos miniſtros noui Teſtamenti tui, & mioiſtros ſanctorum myſteriorum tuorum: ſuſcipe oos approquioquantes ſancto altari tuo, ſecũdum multitudioem miſericordiæ tuæ, vt ſimus digni offerre tibi rationabile iſtud, & abſque ſanguine ſacrificium pro noſtris peccatis & populi ignorantia: quod ſacrificium accipiés in ſanctum & ſupercœleſte, ac intelligibile tuum altare, in odorem ſuauitatis, emitte nobis gratiam ſaocti ſpiritus. Reſpice io nos, Deus, & vide ſuper ſeruitutem noſtram hanc, & ſuſcipe eam, ſicut ſuſcepiſti
Abel muoera, Noë ſacrificium, Abrahæ holocau- D
ſtum, Moyſi & Aaron ſacrationes, Samuël hoſtias pacificas, ſicut ſoſcepiſti, de ſanctis tuis Apoſtolis, verum iſtud myſterium, ſic & ex manibus noſtris peccatorum ſuſcipe mouera iſta in benignitate tua, Domine, vt idooei facti, miniſtrate impollutè ſaocto altari tuo, inueniamos mercedem fidelium & prudeotium mioiſtrorum, io die terribili retributionis tuæ iuſtæ. *Diac.*

Suſcipe, ſalua, & cuſtodi oos, Deos, gratia tua.

Pop. Kyrie eleiſoo. *Diac.*

Diem omoem perfectam, ſanctam, pacificam & abſque peccato, à Domino poſtulemus.

Pop. Da Domine. *Diac.*

Angelum pacis, fidelem ductorem, cuſtodem animarum, & corporum noſtrorum, à Domino poſtulemus. *Pop.* Da Domine. *Diac.*

Iodulgentiam, & remiſſionem peccatorum ooſtrorum, & propitiationem delictorum ooſtrorũ bona, & commoda animabus ooſtris, & pacem muudi à Domino poſtulemus.

Pop. Da Domioe. *Diac.*

Reliquum tempus vitæ ooſtræ in pace perfice- E
re nos, à Domioo poſtulemus.

Pop. Da Domine. *Diac.*

Chriſtiaoos fines io vita noſtra: fideles, iodoloros, iocoofuſos, ioexpugnabiles, & booam reſpõſiooem in terribili, & horribili tribunali Chriſti, Chriſtum Dominum poſtulemus.

Pop. Da Domine. *Diac.*

Sanctæ, & intemeratæ dominatricis noſtræ, Dei genitricis, & ſemper virgiois Mariæ, cum omnibus ſanctis, memoraotes, nos ipſos & adinuicẽ, atque omuem vitam noſtram Chriſto Deo commeodemus.

Pop. Tibi Domioe.

Pontifex voce excelſa:

Per miſerationes vnigeniti filij tui, cum quo benedictus es, vnà cum ſaocto, & benigno, ac viuifico tuo ſpiritu, nonc, & ſemper & io ſecula ſeculorum. *Pop.* Ameo.

Pontifex. Pax omoibus.

Diac. Diligamus iouicem Oſtia.

Et dant omnes pacem. *Diac.* Oſtia.

Et clauduntur Oſtia. *Diac.* F

Intendamus, & canamus ſymbolum.

Et cantant omnes ſymbolum, incipiente, Archidiacono. Poſt ſymbolum leuatur tertio, & ſic tertio tollitur linteum deſuper muneribus. Et dicit Diac.

Stemus bene, ſtemus cum timore: ioteodamus ſanctam oblationem in pace offerre.

Pop. Miſericordiam, pacem, ſacrificium laudis. *Pontifex voce excelſa.*

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei

Dei patris,& communicatio ſancti ſpiritus,ſit cũ
omnibus vobis.*Pop.*Et cum ſpiritu tuo.

Pont. Surſum corda.
Pop. Habemus ad Dominum.
Pont. Gratias agamus Domino Deo noſtro.
Pop. Dignum,& iuſtum eſt.

Pontifex ſecretè.

Qui es dominator Domine,Deus pater om-
nipotens,adorãde,dignum verè,& iuſtum,ac de-
cens eſt magnitudini ſanctitatis tuæ,te laudare,ti-
bi hymnum dicere,te benedicere,te adorare, ti-
bi gratias agere,te glorificare ſolum verum Deũ,
A & tibi offerre in corde contrito, & ſpiritu humi-
litatis,rationabile hoc miniſterium noſtrũ : quia
tu es qui tribuiſti nobis agnitionem tuę veritatis.
Et quis eſt idoneus loqui potentias tuas? auditas
facere omnes laudationes tuas, vt enarrare om-
nia mirabilia tua in omni tempore? Domine,Do
mine vniuerſorum,Domine cæli,& terræ,&om-
nis creaturæ viſibilis,&inuiſibilis,qui ſedes ſuper
thronum gloriæ,& reſpicis abyſſos: non habens
initium,inuiſibilis incomprehenſibilis,incircun-
ſcriptus, immutabilis, pater Domini noſtri Ieſu
Chriſti,magni Dei,& Saluatoris,ſpei noſtræ, qui
eſt imago tuæ bonitatis, & obſignatio æqualis fi-
guræ,in ipſo oſtendens te patrem, verbum vitæ,
Deus verus,quæ eſt ante ſecula ſapientia,vita,ſan
ctificatio,virtus,lumen verum: à quo ſpiritus ſan
ctus apparuit,veritatis ſpiritus, adoptionis donũ,
pignus futuræ hęreditatis,initium æternorum bo
norum,viuifica virtus,ſons,ſanctificationis:à quo
B omnis creatura rationabilis,& intelligibilis con-
fortata,tibi ſeruit,& tibi æternam offert glorifica
tionem.Quia omnia ſeruiunt tibi:te enim laudãt
angeli,archangeli,throni, dominationes, princi-
patus,poteſtates,virtutes, & multioculi Cheru-
bim,tibi adſtant in circuitu Seraphim,ſex alæ vni
& ſex alæ alteri , & duabus quidem velant facies
eorum,duabus autem pedes,&duabus quidẽ vo-
lant, & clamãt alterum ad alterum inceſſabilibus
vocibus,intacibilibus doxologiis.

Et alta voce:

Triumphalem hymnum canentia,clamantia,
& dicentia.

Et dicit Populus cum Clero:

Sanctus,Sanctus,Sanctus,Dominus Deus Sab
baoth.Pleni ſunt cæli & terra gloria tua, oſanna
In excelſis. Benedictus qui venit in nomine Do-
mini,oſanna in excelſis.

C *ACTIO SECRETA, SEV*
canon pontifex ſecretè:

Cum his beatiſſimis virtutibus, Domine cle-
mentiſſime,& nos peccatores clamamus,&dici-
mus: Sanctus es verè,& ſanctiſſimus, & non eſt
menſura magnificentiæ ſanctitatis tuæ,&ſanctus
in omnibus operibus tuis, quia in iuſtitia, & in iu
dicio vero omnia induxiſti in nos:plaſmaſti enim
hominem,puluerem accipiens de terra,&imagi-
ne tua Deus honorificaſti eũ. Poſuiſti eum in pa-
radiſo deliciarum,immortalitatem vitæ, & dele-
ctationem æternorum bonorum in conſeruatio-
ne mandatorum tuorum promiſiſti ei: ſed nõ au-
dientem te verum Deum,qui creaſti eum,ſed ſua
ſione ſerpentis ſeductum, mortificatum etiã pro
priis delictis , exiliaſti eum in tuo iuſto iudicio,
Deus,de paradiſo in mundum hunc:& conuerti-
ſti eum in terram ex qua venit, diſponens ei rege-
nerationis ſalutem, quæ eſt in ipſo Chriſto tuo.
Non enim conuertiſti plaſma tuum in finẽ,quod
feciſti benignè neque oblitus fuiſti opus manuũ
tuarum, ſed viſitaſti multis modis per viſcera mi-
ſericordiæ tuæ.Miſiſti enim prophetas,feciſti vir
tutes per ſanctos tuos,qui per ſingulas generatio
nes,& generationes glorificarunt te. Locutus fui
ſti nobis per os ſeruorum tuorum Prophetarum, D
prænuntians nobis futuram fieri ſalutem: legem
dediſti in adiutorium, Angelos conſtituiſti cuſto
des.Quando autem venit plenitudo temporis,lo
cutus es nobis in ipſo filio tuo,per quem & ſecu-
la feciſti,qui eſt ſplendor gloriæ tuæ,&figura ſub
ſtantiæ, portans etiam omnia verbo virtutis ſuæ.
Non enim rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis ti-
bi Deo patri,ſed Deus cùm ſit ante ſecula,in ter-
ra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt, &
ex virgine ſancta natus , exinaniuit ſeipſum, for-
mã ſerui accipiens,conformis factus corpori hu-
militatis noſtræ,vt nos conformes faceret imagi
ni gloriæ ſuæ. Quia enim per hominem peccatũ
introiuit in mundum,&per peccatum mors pro-
perauit, bene placuit vnigenito tuo filio, qui eſt
in finibus tuis Dei patris,factus ex muliere, ſan-
cta Dei genitrice,&ſemper virgine Maria,factus
ſub lege,condemnare peccatum in corpore ſuo:
vt qui in Adam mortui eramus, viuificaremur in
ipſo Chriſto tuo:& inhabitans mundo hoc, dans
præcepta ſalutis, diſcedere nos ab erroribus ido- E
lorum,induxit nos in agnitionem veritatis tuę ve
ri Dei,& patris.acquirens nos ſibiipſi populũ ac-
quiſitionis,regale ſacerdotium,gentem ſanctam
& purgans nos in aqua,& ſanctificans ſpiritu ſan
cto,dedit ſeipſum commutationem morti,in qua
tenebamur venditi ſub peccato:& deſcendẽs per
crucem ad inferos,repleret vt ſe ipſo omnia, ab-
ſoluit dolores mortis,& reſurgens ac iter faciens
omni carni ad ex mortuis reſurrectionem, ſicut
non erat poſſibile teneri ſub corruptione princi-
pem vitæ, factus eſt primitiæ dormientium,pri-
mitiuus ex mortuis, vt ſit ipſe omnia in omnibus
primatum habens. Et aſcendens in cælum, ſedet
in dextèra magnitudinis tuæ in excelſis, qui vẽtu
rus eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua.
Dimiſit autem memorationes ſalubris ſuæ paſſio
nis,iſta quæ propoſuimus ſecundum ſua manda-
ta.Debens enim exire in voluntariam,&beatiſſi-
mam, & viuificam ſuam mortem , in nocte qua F
tradebat ſeipſum pro mundi vita,accipiẽs panem
in ſanctis ſuis,& immaculatis manibus, & oſten-
dens tibi Deo & patri,gratias agens,benedicens,
ſanctificans,frangens:

Et voce altiori:

Dedit ſanctis ſuis diſcipulis, & Apoſtolis, di-
cens:Accipite,&manducate:Hoc eſt corpus me-
um,quod pro vobis frangitur in remiſſionẽ pec-
catorum.

Pop.reſpondet. Amen.
Iterum ſecretè:

Simili-

Similiter & calicem, de genimine vitis, accipiens, miſcens, gratias agens, benedicens, ſanctificans, dedit ſanctis ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis dicens: *Et altiori voce:*

Bibite ex hoc omnes: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Pop. Amen. *Secretè iterum:*

Hoc facite in meam commemorationem. Quoties enim comeditis panem hunc, & calicem iſtum bibitis, meam mortem annunciate, meam reſurrectionem confitemini. Memorantes ergo, Domine, & nos ſalutarium eius paſſionum, viuificæ crucis, tridnanæ ſepulturæ, ex mortuis reſurre

A ctionis, in cœlum aſcenſionis, in dextera tua Dei, & patris ſeſſione, & glorioſæ ac terribilis ſecundæ eius præſentiæ.

Et voce excelſiori:

Tua ex tuis tibi offerimus, per omnia, & in omnibus. *Pop.*

Tibi hymnum dicimus, te laudamus, tibi gratias agimus, Domine, & poſtulamus te, Deus noſter. *Pontifex ſecretè:*

Ideo, Domine ſanctiſſime, & nos peccatores, & indigni ſerui tui, qui conſtituti ſumus miniſtrare ſancto altari tuo, non propter iuſtitias noſtras: non enim fecimus quid boni in terra, ſed propter miſericordias, & miſerationes tuas quas effudiſti ditaliter ſuper nos, confidentes appropinquamus ſancto altari tuo, & proponêtes configuralia ſancti corporis, & ſanguinis Chriſti tui, te obſecramus, & te poſtulamus ſancte ſanctorum, beneplacita tua benignitate, venire ſpiritum ſanctum tuũ ſuper nos, & ſuper propoſita munera iſta, & benedicere ea, & ſanctificare.

B

Modo erigit ſe Pontifex, & ſignat.

Et oſtendere panem quidem iſtum, ipſum honorificum Corpus Domini, Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: quod autem eſt in calice iſto, ipſum ſanguinem Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro mundi vita.

Iterum inclinat ſe, & dicit:

Nos autem omnes de vno pane & calice participantes, coadunati inuicem, in vnius ſpiritus ſancti communione, & nullum noſtrum ad iudiciũ, aut condemnationem facias accipere ſanctũ corpus, & ſanguinem Chriſti tui: ſed vt inueniamus miſericordiam & gratiam in cœtu omniũ ſanctorum, qui à ſeculo tibi placuerunt, Auorum, Patrũ,

C Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, & omnis ſpiritus iuſtorum, finem in fide habentium.

Pontifex voce excelſa.

Præcipuè ſanctæ & intemeratæ, benedictæ dominatricis noſtræ, Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ.

Iterum ſecretè:

Sancti Ioannis præcurſoris & Baptiſtæ, Sancti *N. illius*, cuius memoriam facimus, & omniũ ſanctorum tuorum, quorum poſtulationibus viſita nos Deus. Et memento omnium dormientium in ſpe reſurrectionis vitæ æternæ, & refrigera eos vbi viſitat lux vultus tui. Adhuc te obſecramus: Memento ſanctæ, catholicæ, & apoſtolicæ Eccleſiæ, quæ eſt à finibus vſque ad fines orbis terrarũ, & pacifica eam, quam tuam feciſti honorifico ſanguine Chriſti tui, & ſanctam domum iſtam cõfirma vſque ad conſummationem ſeculi. Memento Domine, eorum, qui munera iſta tibi obtulerunt, & per quos, & pro quibus ea obtulerunt. Memento, Domine, frugiferorum, & bene operantium in ſanctis Eccleſiis, & memorantium pauperum, retribue illis diuitibus & cœleſtibus donis tuis, da illis pro terrenis, cœleſtia: pro temporalibus, æterna, pro corruptibilibus, incorruptibilia. Memento Domine, eorũ, qui ſunt in deſertis, & montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ. Memento

Domine eorum, qui ſunt in virginitate, & vidauitate, & reuerentia, & monachali habitu, & venerabili ciuilitate degentes. Memento, Domine, piiſſimi, & fideliſſimi noſtri Imperatoris, quem decreuiſti regnare ſuper terram: armis veritatis, armis bonæ voluntatis, corona eum. Obumbra ſuper caput eius, in die belli: conforta brachium eius, exalta dexteram eius, corrobora imperium eius, ſubditas illi fac omnes barbaras nationes, quæ bella volunt. Tribue illi profundam & inablatam pacem. Loquere in cor eius bona pro Eccleſia tua, & omni populo tuo, vt in tranquillitate eius tranquillam, & pacificam vitam peragamus, in omni pietate, & venerabilitate. Memẽto Domine, omnis principatus, & poteſtatis, & qui ſunt in palatio fratrum noſtrorum, & omnis exercitus: bonos in bonitate conſerua, malos bonos fac in benignitate tua. Memento, Domine, circunſtantis populi, & pro certa cauſa remanentium, & miſerere eis, & nobis, ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Promptuaria eorum adimple omni bono, coniuges eorum in pace, & concordia conſerua, paruulos enutri, iuuẽtutem baiula, ſenectutem contine, puſillanimes conſolare, diſperſos cõgrega, errantes reuoca, & coaduna ſanctæ tuæ catholicæ, & apoſtolicæ Eccleſiæ: energumenos à ſpiritibus immundis libera nauigantibus cõnauiga, iter agentibus coitera: viduis patrocinare, orphanos protege, captiuos libera, infirmos ſana, qui in ergaſtulis, & in metallis, atque exiliis, ſeu amara ſeruitute, vel in quacunque tribulatione & anguſtia, ſiue anxietate ſunt, releua. Memẽto, Domine, & omnium petentium magnam miſericordiam tuam, & omnium amantium nos, & odientium, & poſtulantium nos indignos orare pro illis. Et omnis populi tui memento Domine Deus noſter, & ſuper omnes effunde diuitem miſericordiam tuam, omnibus retribuens, quæ ad ſalutem ſunt poſtulationes, & quorũ nos memoriam nõ fecimus, aut per ignorantiam, aut per obliuionẽ, ſeu propter multitudinem nominum, ipſe memẽto, Deus, qui ſcis vniuſcuiuſque ætatem, & appellationem, qui ſcis vnumquenque de vẽtre matris ſuæ. Tu es enim, Domine, auxilium inauxiliatorũ ſpes deſperatorum, laborantium ſalus, nauigantiũ portus, languentium medicus ipſe omnibus omnia ſis, qui ſcis vnumquenque & poſtulationẽ eius, domum, & neceſſitatem eius. Et erue, Domine, ciuitatem hanc, & omnem ciuitatem, & regionem à fame, peſtilentia, terræ motu, demerſione, igne, gladio, incurſu alienigenarum, & ciuili bello.

D

B

E

Modo excelſiori voce:

In primis memento, Domine, Archiepiſcopi, N. quem da ſanctis tuis Eccleſiis ad pacem, integrum, honorificum, ſanum, longæuum, rectè tractantem verbum veritatis tuæ.

Iterum ſecretè:

Memento Domine, omnium Epiſcoporum orthodoxorum, rectè tractantium verbum veritatis tuæ. Memento, Domine, ſecundum multitudinē miſerationum tuarum, & meæ indignitatis, indulge mihi omne delictum voluntarium, etiam non A voluntarium. Et nō pro peccatis meis prohibeas gratiam ſancti tui ſpiritus à propoſitis munerib⁹. Memēto, Domine, honorifici presbyteratus, qui eſt in Chriſti miniſterio, & omnis ſacerdotalis ordinis. Et neminem confundas circumſtantium ſancto altari tuo. Viſita nos in bonitate tua, Domine, appare nobis in diuitibus tuis miſerationibus. Bene temperatos & vtiles nobis aëres tribue, pluuiam pacificam ad fructificationem terrę largire. Benedic coronam anni benignitatis tuæ. Cōprime ſchiſmata Eccleſiarum, extingue incurſiones gentium, hæreſum inſurrectiones citò deſtrue virtute ſancti tui ſpiritus. Omnes nos ſuſcipe in regno tuo, filios lucis, & filios diei oſtendens, tuā pacem, & tuam charitatem da nobis Domine Deus noſter. Omnia enim dediſti nobis.

Et voce excelſiori:

Da nobis vno ore, & vno corde glorificare, & laudare honorificentiſſimum & magnificentiſſimum nomē tuum, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. Amen. *Pontifex.*

B Et ſint miſericordię magni Dei cum omnibus vobis. *Pop.* Et cum ſpiritu tuo.

Diac. in ambone. Aperiantur oſtia.

Et aperiuntur oſtia.

LITANIA. IIII.

Diaconus.

Omnium ſanctorum memorantes, iterum, iterúmque in pace Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro oblatis, & ſanctificatis honorificentiſſimis muneribus Domini Dei noſtri, & commoditate bonorum animarum noſtrarum, Dominum poſtolemus, vt clementiſſimus Deus, qui accepit ea in ſancto, & ſupercœleſti ac intelligibili ſuo altari in odorem ſuauitatis, emittat nobis gratiam, & communionem ſancti ſui ſpiritus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Pro liberatione noſtra ab omni tribulatione, C furore & anguſtia, Dominum poſtolemus.

Pop. Kyrie eleiſon.

Pontifex ſecretè:

Deus noſter, Deus ſaluans, tu nos doce dignè gratias agere tibi pro benefactis quæ feciſti, & facis nobiſcum: tu es Deus noſter, qui accepiſti munera iſta, munda nos ab omni iniquitate carnis & ſpiritus, & doce nos perficere ſanctificationem in timore tuo, vt in teſtimonio mundæ conſcientiæ ſuſcipientes a portionem ſanctificationis tuæ, coadunemur ſancto corpori & ſanguini Chriſti tui, & ſuſcipientes ea, habeamus Chriſtum habitantem in cordibus noſtris, & efficiamur templū tui ſancti ſpiritus, & neminem noſtrum Deus noſter reum facias horribilium tuorum videlicet iſtorum cœleſtium myſteriorum, neque infirmū anima & corpore ob indignam eorum ſuſceptionem: ſed da nobis vſque ad nouiſſimum anhelitū, dignè ſuſcipere ſpem ſanctificationum tuarum, in viaticum vitæ æternæ: In excuſationem acceptabilem in terribili tribunali Chriſti tui, vt & nos cū omnibus ſanctis, qui à ſeculo tibi placuerunt, fiamus participes æternorum bonorum, quæ præparaſti diligentibus te Domine.

Diaconus.

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos, Deus, D gratia tua. *Pop.* Kyrie eleiſon.

Diaconus.

Diem omnem perfectam, pacificam, & abſque peccato, à Domino poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Angelum pacis, fidelem ductorem, cuſtodem animarum noſtrarum, & corporum noſtrorum, à Domino poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Indulgentiam & remiſſionem peccatorum noſtrorum, ac delictorum, bona, & commoda animabus noſtris, & pacem orbi terrarum, à Domino poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Reliquum tempus vitæ noſtræ in pace ducere, & finire nos, à Domino poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Chriſtianos fines in vita noſtra fideles, indoloros, inconfuſos, inexpugnabiles, & bonam excuſationem, in terribili, & horribili tribunali Chriſti Dei, Chriſtum Dominum poſtulemus.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Coadunationem fidei, & communionem eius ſpiritus poſtulātes, nos ipſos, & adinuicem, atque E omnem vitam, Chriſto Deo commendemus.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex voce excelſiori:

Dignare nos, Domine, cum fiducia, indamnabiliter audere inuocare te patrem Deum cœleſtē & dicere: Pater noſter.

Clerus & populus ſimul cum illo leuatis manibus. Pontifex.

Quoniam tuum eſt regnum, virtus, & gloria, pater, & fili, & ſpiritus ſancte, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. *Pop.* Amen.

Pontifex. Pax omnibus.

Diaconus. Capita noſtra Domino inclinemus. *Pop.* Tibi Domine.

Pontifex ſecretè Orationem.

Domine Domine, pater miſerationum, & De⁹ omnia cōſolationis, inclinantes tibi ſua capita cuſtodi, muni, conforta: ab omni opere malo diſcedere fac, in omni autem opere bono coadiuua, & F idoneos fac indamnabiliter accipere intaminata & viuifica myſteria, in remiſſionem peccatorum, & ſpiritus ſancti communionem.

Et voce excelſiori:

Gratia, & miſerationibus, atque clementia vnigeniti tui filij, cum quo benedictus es, vnà cū ſancto, & benigno, & viuifico tuo, ſpiritu, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Pop. Amen.

Diac. Intendamus.

Pontifex

Pontifex exaltans panem, dicit:

Reſpice, Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter, ex ſanctu habitaculo tuo, & veni ad ſanctificaodum oos, qui ſurſum patri cooſides, & hic nobis inuiſibiliter coës, dignare manu tua forti dare oobis ſãctum, & totamioatum corpus tuum & precioſum ſanguinem, & per oos peccatores populo tuo.

Et voce magna.

Sancta ſaoctis.

Populus reſpondet.

Vnus ſanctus, vnus Domioos, vnus Ieſus Chriſtus to gloria Dei patris, cum ſpiritu ſancto. Amẽ.

A *Et cantant Cantores communionem, & ſic communicant omnes. Poſt communionem autem, portantur munera in ſacrarium, cantantibus omnibus hæc:*

Repleatur os noſtrum laude tua, Domioe, vt hymoum dicamus gloriæ tuæ. Quia idonees oos feciſti ſaoctorum tuorum participare myſteriorũ ſalua nos in ſaoctificatione tua, tota die meditantes iuſtitiam tuam. Alleluia.

Diaconus.

Recti qui accepimus partem diuinorum, intamioatorum, immortalium, & cœleſtium, atque horribilium myſteriorum, dignè gratias agamus Domino. *Pop.* Kyrie eleiſoo.

Pontifex ſecretè:

Gratias agimus tibi, Domine Deos ooſter, in aſſumptione ſanctorum, & intaminatorum, immortalium, & cœleſtium myſteriorũ, quæ dediſti nobis in benefacto, & ſanctificatione, atque ſanitate animarum noſtrarum, & corporum: ipſe Domino

B vniuerſorum, da fieri in nobis commuoiooẽ corporis, & ſanguinis Chriſti tui, in fide ioconfuſa, in charitate oon ficta, in multiplicatione ſapientiæ, In ſanitate animæ, & corporis, io auerſione omnis aduerſarij, in perfectione mandatorum tuorũ & excuſatiooe acceptabili, in terribili tribunali Chriſti tui.

Diaconus alta voce:

Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos, Deus, gratia tua.

Pop. Kyrie eleiſon. *Diac.*

Diem omnem perfectam, ſaoctam, pacificã, & abſque peccato poſtulantes, nos ipſos, & admuicem, atque omnem vitam ooſtram Chriſto Deo commeodemus.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex voce excelſiori.

Quia tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſaocto, ouoc &

C ſemper, & io ſecula ſecolorum.

Pop. Amen. *Diac.*

In pace procedamus in nomine Domini.

Pontifex poſt hæc vadit retro lectorium, & dicit Diaconus.

In pace Dominum poſtulemus.

Pontifex.

Qui benedicis benedicentes te, Domine, & ſanctificas confideotes in te, ſalua populum tuum & benedic hæreditatem tuam. Plenitudinem Eccleſiæ tuæ cuſtodi, ſanctifica diligentes decorem domus tuæ, glorifica glorificantes te diuina virtute tua, & noo derelinquas nos ſperãtes in te, pacem muodo tuo da, Eccleſiis tuis, Sacerdotibus, Imperatori noſtro, & omni Populo tuo: quia tu es Deus ooſter, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, ouoc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Et reſpondent Miniſtri. Amen.

Et pergunt in ſacrarium, tollere veſtimenta ſua.

GREGORII NAZIANZENI

Theologi Oratio funebris in laudem Baſilij Magni dicta, Bilibaldo Pirckheymhero, interprete.

QVum Baſilius Magnus ſemper nobis ſermonum argumeotũ pręſtiterit, plus enim meis celebratus eſt oratiooibus, quàm oemo vnquã pro priis: reſtabat, vt ounc quoque ſeipſum in argumẽtum certaminis exhiberet maximum, iis qui eloquentiæ operam impendunt, arbitror autem, ſi quis io vi dicendi experieotiam facere, deinde illam vel medioc riter eapendere, ac voum ex omnibus ſibi argumeotorum proponere voluerit, non ſecus ac pictores tabulas exemplares, ſolum hoc tanquam ſermooe dignum ſumpturum, ac pręcunctis aliis electurum: taotum opus eſt de laude viri huius dicere, noo ſolum oobis qui iam pridem omni dicendi gloriæ reounciauimus, ſed iis etiam, quibus oratio vita eſt, & qui hoc vnum ac ſolum curant, vt talibus excellant argumentis. Sic ita de his ſentio, & vt mihi perſuadeo admodum recte. Cæterum ſi nunc ſermonibus haud vtar, igooro ad quid aliud illis de- E bioc vti debeam, aut qua re mihiipſi plus gratificari poſſim, ſiue laudatoribus virtutis, vel ſermonibus ipſis, quàm vt virum hunc admirer. Proiode ſatis mihi erit, ſi debitum hoc taotum delibauero. Debitum enim eſt bonis, ac ſi quid aliud, inter alia de ſermone ſermo, illis eoim pariter ad voluptatem cedit, obitérque adhortatio fit ad virtutem: quorum enim laudes ooui, horum & manifeſte retributiones eſſe ſcio. In oulla igitur re ex omnibus accidit vt non ſint omnium. At in ſermonibus vtrioque res ſe male habet, ſiue ad dignitatem prope accedant, ac vim ſuam oſtendant ſeu plurimum deſtituant, quod omnino oeceſſe eſt accidere iis, qui virum hunc laudant, vt re ipſa ſe victos demonſtreot, inſuper eum quem laudandum ſuſceperunt, ſermoois vi præſtantiorem eſſe fateantur. Quæ igitur me ad dicendum perpulere & ad hoc deduxere certamen, hæc ſunt. Proiodo nemo miretur, ſi ego poſt tanti temporis interual- F lum ac poſt tot laudatores, qui illum publice orarunt ac priuatim, hoc fungor officio. Anima enim diuina, & in omoibus mihi tam nunc, quàm prius veoeranda, ignoſcet. Quemadmodum igitur quum adhuc oobiſcum ageret, multa meorum meliori omnino termino, & amicitiæ lege emendabat (haud enim me dicere pudet, quod omnibus virtutis lex erat) ita nuoc poſtquam ſuper nos euaſit nobis parcet, parcent & vnà feruentiores è vobis viri huius laudatores, ſi ſaltem alius feruentior eſt alio. Ne hi ſolum, verum omoes qui in laude hominis pares ſunt hooore. Noo enim ob negligeotiam id quod decuiſſet eſt obmiſſum

ſum,nunquam enim tam negligentes,vel in virtu tis,vel amicitiæ erimus officio, neque aliis potius laudem conuenire quam nobis putabimus. Verũ ſub initium loqui cũctabar, dicatur enim veritas, quemadmodum ij, qui ad ſacra accedunt, prius quam auditu & mente ſint purgati. Deinde non ignoratis (ad memoriam enim pariter reducam) quantum interim dum veritatis ſermonem exercui, ſim periclitatus, bene coactus, & ſecundum deum ſorte peregrinus effectus: & neque ex ſententia generoſi illius veritatis pugilis,ac nihil aliud
A ſpirantis quàm ſermonem pium,&oībis totius ſalutem. In iis enim quæ ad corpus pertinẽt nequaquam fortaſſis confidendum eſſe dicere oportet, viro generoſo,& qui ſupra corpus eſt,priuſquam hinc tranſmigrauerit, & qui penitus nihili facit animæ bona,quæ à vinculis coerceri poſſunt:& ita hic ſiſtantur,quæ ad reſponſionem ſpectant. Non enim, vt arbitror, opus eſt vt prolixiores de illa fiant ſermones,præcipue apud eos,qui manifeſtè noſtra cognoſcunt. Ac ideo iam ad laudem ipſam eſt accedendum,ſermoni verò deum illius præpono,ne virum laudibus meis afficiam iniuria,neve multum diuertè ab aliis incedam. Tameſi omnes fortaſſis deficiemus, quemadmodum ij, qui cœlum & ſolis intuentur radios. Proinde ſi illum viderem genere,& iis quæ ex genere ſunt gloriari,aut omnino re aliqua parua,& iis quibus in terram reſpicientes extolli ſolẽt, alius vtique heroũ videretur catalogus,ſi ea recenſere vellemus,quę de illo temporum afferre poſſemus ſerie. Imò nec hiſtoriis concederemus, vt plus quam nos haberent,ſed & in eo planè præſtaremus,quod eũ nec
B fictionibus aut fabulis,ſed rebus ipſis,quarum mihi teſtes exiſtunt,ornaremus. Siquidẽ multas nobis de eo Pontus ob patrem ſuppeditat narrationes,miraculaque nequaquam priſcis inferiora.

Pontus.

Multas etiam ſolum meum patrium, veneranda Cappadocia, non minus iuuentutis altrix, quàm equorũ generoſorum procreatrix. Vnde nos generi paterno conferimus maternum. Sanè quinã numeroſioribus,aut maioribus ornati fuere præfecturis,adminiſtrationibuſque publicis?quinam in aulis regiis potentia plus floruerunt,& opulentia,necnon throni ſublimitate,honoréque populari,ac ſermonum ſplendore?quæ cuncta ſi vellemus,recenſere poſſemus. Siquidem nil eſſent Pelopidæ,& Cecropidæ,necnon Alcmeones, Æacidæ,& Heraclidæ,& quibus nil eſt ſublimius. Qui quum nihil ex domeſticis manifeſti, quod referre poſſent haberent,ad obſcuriora confugerunt, dæmonibus quibuſdam, ac deis, necnon fabulis progenitores infamantes. Quorum venuſtiſſima fuere incredenda,planéque credentium iniuria.

Cappadocia iuuentutis & equorum altrix.

Cæterum poſtquam nobis ſermo de viro eſt, qui dignum eſſe duxit vt nobilitatis ſecundum virum
C iudicaretur, & nequaquam deceat, vt formæ & colores ex ſe ipſis cenſeantur,aut equi generoſiſſimi,vel abiectiſſimi: vnum aut duo extraria depingemus, ex iis quæ ſub initio illi indita fuere, eaque viræ eius peculiaria, & quibus potiſſimum in loquendo gaudebat: ſicque deinde ad ipſum conuertar. Aliis igitur aliud ſit decus,ſiue generis ſeu rerum ſingularum,minorum,ſeu maiorum,iã quam hęreditas quędam paterna,à longe,vel prope incipiens,ac ad poſteros ſe extendens Baſilio verò vtriuſque generis inſignis, fuere pietas. Quod quidem nunc ſermo oſtendet. Perſequutio erat,& perſequutionum ſæuiſſima ac grauiſſima. Scientibus Maximinum dico, qui quum ex multis qui nuper fuerant pullulaſſet, omnes modeſtos fuiſſe oſtendit. Siquidem multa flagrabat audacia,& vt impietatis coronaretur potentia, ſatagebat, hanc multi ex noſtris ſuperarunt pugilibus,& ad mortem vſque decertarunt,&ante mortem parumper, ſolum tamdiu relicti, vt victoriæ ſuperuiuerent,&non vnà cum certaminibus abirent,ſed aliis reſeruarentur. Aliptæ virtutis, martyres viui,ſtatuæ ſpirantes,præconia tacita. Mul-
D tis igitur enumerandis,tempus quoque illud auo Baſilij ac parẽtibus,qui omnem pietatis exercuerunt viam,pulchram hanc attulit coronidem. Siquidem ita erant animati ac præparati, vt omnia facile ſuſtinerent ob quæ Chriſtus eos coronat, qui certamina,quæ pro nobis pertulit,imitantur. Quoniam verò oportebat vt certamen legitime perageretur, Lex autem martyrij perſequutis parcit & imbecillioribus, ne vltro ad agonem procedant: quum vero præſentes ſunt ne ſubterfugiant iubet. Huc enim audaciæ,illud vero eſt ignauiæ. In hoc ideo illi honorantes legiſlatorẽ, quid machinantur,ſeu potius ad quid feruntur à prouidẽtia,quæ cuncta illorum gubernat?ad ſyluam quandam in Ponticis fugiunt montibus, ſunt autem ibi quàm plurimæ, denſæ, ac late ſe extendentes, admodum paucis fugæ victes comitibus, cibique mtoiſtris. Alij igitur temporis admirentur longitudinem, ſiquidem vt plurimum ibi, vt aiunt,ex fuga ſunt commorati, annos circiter ſeptem,paruo victu,ac tenui, vti credere par eſt, & fortuito
E corpora ſuſtinentes,ſub dio,in præcipitiis, frigoribus,& caloribus afflicti. Deſertum prætetea inhoſpitale,ab omnique communione & ſocietate humana ſeiunctum, permoleſtum fuit iis,qui olim honorati & multis ſatellitibus culti, fuerant. Ego verò quod bis maius eſt & mirabilius,dicere incipiam. Et nemo mihi fidem deneget, ſiue non magnum cenſeat, perſequutiones ac diſcrimina propter Chriſtum exantlata,male ſentiens,&admodum periculoſe. Deſiderabant quippiam generoſi,& quod ad voluptatem deſeruiret, tempo ris laborantes longitudine, & neceſſariis iam ſatiati. Nectamen ea quæ olim Iſraël pertulerunt, quoniam minime murmuratores erant,quemadmodum illi quum in eremo poſt fugam ex Ægypto affligebantur, tanquam Ægyptus melius eis quàm deſertum fuiſſet, quoniam abunde lebetes carnibus ſuppeditaſſet plenas cum aliis quę ibi reliquerant. Lutum enim,& laterum fictio nullius tum momenti,propter ſtultitiam,penes eos erat, ſed alia tanquam magis pia & fideliora proferebant. Nuoquid ex incredendis eſt dicebãt, quod
F cum miraculorum fiſdeus,populum peregrinum & fugientem large pauiſti in deſerto,ita vt illi panem per pluuiam demitteres, & coturnice exſaturares,ac eos non ſolum neceſſariis, ſed & ſuperfluis nutrires: qui mare diuiſiſti, & ſolem firmaſti ac fluuium ſiccaſti. Sed & alia recenſebant quę ſe cerat. Anima enim in talibus hiſtoriis amare ſolet,& deum miraculis laudare, quàm plurimis. Ac ideo nobis cibum,dicebant,hodie largire, ac delicate nos pietatis pugiles paſce.

Maximinus.

Exo. 13.

Siquidem

Siquidem multæ ſunt beſtiæ, quæ diuitum effugeruot menſas: quemadmodum olim & noſtras, qui in his latitamus montibus. Multæ etiam aues cnmeſtibiles, ſuper nos deſiderantes volant. Ex quibus quid à te, ſolum vnlente, capi nequitt talia dicebant, et venatio aderat, cibus ſpontaneus, ineptus, nmniſatius. Cerui turmatim ſuper tumulis apparentes, admodum ingẽtes, admodum pingues, admodum prompti ad iugulationem. Solum hoc percipi nequibat, quod moleſtè ferrent, ſi non celerius aduocarentur. Et hi quidem nutu trahebantur, alij autem ducebantur, quonam perſequeote, aut cngente? nemine. Quibus
A equis? quibus canibus? quo lattatu? aut clamore? aut quibus iouenibus venationis exitus præoccupantibus? legibus orationis ligati, et petitionibus iuſtis. Quis talem nouit venationem, ex iis qui olim fuere, ſeu nuoc ſunt. Proh miraculum, ipſi venationis erant penuarij. Quantum placebat, voluntare ſolum detinebatur. Quod verò ſuperabundabar, ſiluis ad ſecundam remittebatur menſam. Habebant igitur obſoniorum artifices frugales, cœnam decentem, conuiuæ grati, præambulum iam ſperatnrum. Miraculum præſens, nb qund ad certamen, pro qun hęc ſuſtinebant, prõptinres fiebant. Et hæ meæ ſunt narratinnes. Tu verò tuna mibi recenſe venatores, Oriones, & Actæones, venatnres inſœlices, perſequutor meus, qui fabulas miraris, & ceruam pro virgine ſuppoſitam, ſi tibi aliquid tanti eſt ad contentionem, etiam ſi concedamus, nequaquam fabulã eſſe quæ narratur, quemadmodum ſermonis reliqua & valde turpia. Quid enim opus erat retributione, ſi virgo ſaluata erat, vt hoſpitum doceretur cædes, & inhomanitas pro bumanitatis diſceretur retri-
B butione. Et hoc quidem tale, ex multis vnum, & pro multis, vt meus eſt ſermo. Et illud percurri, non vt Baſilio aliquid gloriæ adderem, oequaquã enim mare indiget fluminibus, vt in illud exonerent, licet multa iofluant ac magna. Neque vt aliquid afferrem laudis ei qui nunc celebratur, ſed vt oſtenderem, quæ nam illi ab initin affuerint, & ad quale exemplum reſpiciens, tantum præcelluerit. Etenim ſi magnum eſt aliis, vt aliquid à maioribus ad glnriæ accipiant ſplendorem, longe maius eſt illi, vt maioribus à ſe ipſo aliquid addat, nõ ſecus ac fluuius currens. Cæterum de cognatione maiorum, non minus ſecundum virtutis quàm corporis comparationem, multa quidem & alia extant indicia, veluti pauperum ſuſtentatio, hoſpitum exceptio, animæ per temperantiam purga-
C tio, facultatum portio deo conſecrata. Res cui nõdum tuoc multi ſtudebant, quemadmodum nuoc ex primis auctum & hoooratum eſt exemplis.

Filiorum procreatio.

Necnon alia quæ Ponto & Cappadocibus impẽſa, ſatis ad multorum aures implendum forent. Mibi vero bonorum generatio filiorum, res videtur maxima & clariſſima. Siquidem numeroſam & pulchram prolem fabulæ fortaſſis habent, nobis autem experientia bos contulit, ita ſactos, vt ſi & non talium eſſent parentes, ſibiipſis ſufficerent ad gloriam: talium autem exiſtentes patres, & ſi ipſi non tam clari eſſent virtute, omnes ſuperarent prolis fœlicitate, equidem vnũ vel duos laude dignos naſci, naturæ quiſpiam aſcribere poſſet: at præcellentia in omnibus, manifeſtè parentum laus eſt. Quinimo beatiſſimus ſacerdotum ac virginum numerus nſtendit, eos & qui nuptiali iugo ſunt alligati, nullum damnum in æquali virtutis excellentia perperi: ſed nb vitæ potius electinnem, aut conuerſationnem talia facere. Quis igitur ignorat Baſilij huius patrem, Baſilium magnum penes omnes nomen, qui optionem paternam eſt adſecutus (ne dicam ſolus) ac ſi quis alius ioter homines: nam quum omni virtute præditus eſſet, à ſoln filin prohibitus eſt ne partes haberet primas. Quis ignnrat Emmeliam, quæ ab eo qund fuit nomen eſt ſortita, aut facta quod appellata fuit. Vnde iuſte concinnitatis
D cngnomine nrnata extitit, quæ illud inter mulieres eſſe viſa eſt (vt breuiter dicam) qund ille inter viros, ac ideo ſi neceſſe fuiſſet, vt omnino mns gereretur naturæ, & is quem nunc laudamus, hominibus daretur, qoemadmodum olim veterum quidam, qui à deo nb cnmmunem vtilitatem orbi ſunt conceſſi, nequaquam conueniſſet vt ex aliis potius quàm talibus naſceretur parentibus: neque vt ij ab alio magis quàm hoc parentes nominarentur. Cæterum quicquid ipſe recte egerit, iam enumerare incipiemus: nam poſtquam laudis primitias, lege perſuaſi diuina, quæ parentibus cunctum honorem tribuere iubet, commemorationi horum dedimus, ad illum iam tranſibimus: hoc tantum addentes, quod & omnibus vere dictum videri puto, qui illom cognorunt: nobis, quum eum laudamus, ſola eius voce opus eſſe: ipſe enim materia eſt ſplendida laudantibus, ſolúſque materia ſermonis viribus dignus. Pulchritudinem vero, fortitudinem, & ſtaturæ proceritatem, quibus multos gaudere video, laudare volentibus, & iis relinquo, qui
E rebus ſtudent minutis, & circum corpora voluntantur: non quia is minus quàm alius quiſpiam præditus fuerit, quum adbuc iuuenis eſſet, ac nondum carnem philoſophia perdomuiſſet: ſed ne mihi quemadmodum inexpertis accidat pugilibus, qui vires temere & ſuperuacaneis euacuant certaminibus, ac ideo inferiores ſuo tempore inueniuntur, in iis, ex quibus victoria acquiritur, & ob quæ coronæ pronunciantur: quæ autem arbitror, nequaquam videri ſuperuacue dici, ne oratione à ſcopo aberrem, ea quoque laudabo: arbitror igitur cunctos fateri, qui mente ſunt præditi, inſtitutionem diſciplinarum, primum ex bonis noſtris eſſe: non ſolum generoſiorem illam, & noſtram, quæ omnem ſermonis
F faſtum & contentionem deſpicit, ſoláque ſalutis & rerum intellectualium continetur pulchritudine: ſed & externam, quam chriſtiani plerique tanquam inſidiatricem ac deceptricem, & quæ à deo ſegreget deſpiciunt, male ſentientes: quemadmodum enim terra & cœlum, necnon aër, & ſimilia, non ideo ſunt contemnenda, quia quidam male his ſunt abuſi, pro deo ea quæ dei ſunt venerantes, Ita etiam quicquid vtilitatis ex philoſophia percipi poteſt, id omne ad vitæ vſum fructificare debemus: ita tamen vt periculum effugiamos, & nequaquam contra creatorem creaturam, iuxta inſipientes, cooicitemus: ſed ex opificio opificem deprehendamus, & ſicut diuinus

Emmelia concinnitas vel moriger-ra.

inquit Apoſtolus, omnem intellectum Chriſto
2. Cor 10. captiuemus: quemadmodum igitur ignem, & ci-
bum, ac ferrum, neccon alia per ſeſe nec vtilia aut
noxia eſſe ſcimus, ſed quemadmodum videtur v-
tentibus: quin ex reptilibus medicamenta etiam
quædam theriacalia temperamus ad ſalutem: ita
& in illis, ſiquidem indagationem & contempla-
tionem ſuſcipimus: quum autem ad dæmones &
errorem perducit, necnon perditionis profundũ,
contemnimus: nam licet hæc nequaquam nobis
ad pietatem proſint, ex deteriori tamen id quod
A melius eſt ſeligimus: ac ſermonem noſtrum, cum
illo roboramus, haudquaquam igitur diſciplinæ
ſunt vituperandæ, quemadmodum nonnullis vi-
dentur, ſed rudes & imperiti, & qui ita habent ſunt
negligendi: vellent enim omnes tales, quales ipſi
ſunt eſſe, quo in communi ignorantia latere & in
ſcitiæ argumẽta effugere poſſent. Cæterum poſt-
quam hæc pro confeſſis habentur, age de Baſilio
ipſo conſideremus. In prima itaque ætate, à mag-
no patre, quem communem tum virtutis præcep-
torem Pontus elegerat, inſtitutus eſt & formatus
formatione optima & puriſſima: quam diuinus
Pſal. 41. Dauid recte diurnam vocat, quoniam nocturnæ
opponitur, ſub hoc igitur admirandus ille, tam vi
ta quàm ſermone auctus in vtriſque coaluit: ne-
quaquam ob Theſſalicum antrum, tanquam virtu
tis officinam glorians, nec ob Centaurum quen-
dam ſuperbum, heroum præceptorem, nec quod
lepores venari, vel hinulos curſu ſuperare, aut cer
uos capere ab eo didiciſſet, ſiue vt in rebus belli-
cis fortiſſimus eſſet, aut optime equos domaret,
eodem pullo & magiſtro vtens, vel ceruorum &
B leonum medulla, à fabularum nutriretur fictori-
bus: ſed diſciplinas didicit circulares, obiterque
pietatem exercuit: & vt breuiter dicam, ad futurã
perfectionem, à diſciplinarũ perductus eſt princi
pio: qui enim vel vitam ſolum rectè inſtituunt,
aut eloquentiæ tantummodo ſtudent, ita vt alte-
rum omittant, nihil mihi à monoculis diſtare vi-
dentur, quibus magnum eſt nocumentum, maior
vero turpitudo, quum quempiam inſpiciunt, ſeu
inſpiciuntur: quibus vero cõtingit, vt in vtriſque
excellant & ſint idonei, iȷ illud etiam aſſequũtur,
vt perfecti euadant, & cum beatitudine viuant fu
tura. Proinde & illud Baſilio contigit, vt ad bene
viuẽdum domeſticum virtutis haberet exẽplum,
ad quod reſpiciens, confeſtim optimus euaſit:
quemadmodum pullos videmus equinos, necnõ
vitulos, ſimul vt nati ſunt matribus ſuis alludere:
eodem modo & ipſe equino quaſi hinnitu, patrẽ
circunſiliebat, non multum ſummis virtutis mori
bus inferior, aut ſi mauis, quemadmodum in ad-
C umbratione picturæ, vbi mox futura pulchritudo
figuræ indicatur, & ante diligentiæ tẽpus ea quæ
diligentiæ ſunt præſignantur. Poſtquam autem a-
bunde diſciplinis illis inſtructus fuit, ipſumque ni
hil pulchri effugit. quum nec apib⁹ cederet labo-
rioſis, quæ ex cunctis floribus vtiliſſima colligũt,
Cæſarea laus. ad Cæſareenſem profectus eſt ciuitatem, quæ eo
tempore diſciplinarum florebat inſtitutione: ſplẽ
dentem illam dico, & noſtram, quoniam & ipſa
meorum ſermonum ductrix eſt, & inſtitutrix, ac
non minus ſermonum metropolis exiſtit, quàm
earum ciuitatum quæ illi ſubſunt, & ſuper quas
habet poteſtatem: quam ſi quis virtute prius ret
ſermonum, illi etiam quod pulcherrimum habet
& peculiariſſimum auferret: aliæ enim ciuitates,
aliis exultant ornamentis, ſiue vetuſtis, aut nouis,
ſecundum quod (vt arbitror) fabulis celebrantur
aut ſpectaculis: hanc autem ſermones notam red
dunt, perinde ac ſigna in armis, ſiue fabulis: reli-
qua vero iȷ referant, qui virum apud eos erudie-
bant, & inſtitutione fruebantur: ſed qualis fuit
erga præceptores? qualiſque erga coætaneos? hos
quidem æquabat, illos autem omni doctrinæ ge-
nere ſuperabat, ita vt paruo tempore apud omnes
laudis gloriam referret, ac tam populo quàm ciui D
tatis primoribus maiorem eruditionem, quàm
ætatem, maiorémque annorum grauitatem, quàm
eruditionem oſtenderet. Rhetor inter rhetores,
etiam ante thronos ſophiſticos. Philoſophus in-
ter philoſophos, etiã ante dogmata philoſophi-
ca: & quod maximum erat, ſacerdos chriſtianus,
& ante ſacerdotium etiam: tantum illi in omni-
bus tribuebatur ab omnibus: eloquẽtiæ vero ſtu-
dium ei ſuperuacaneum erat, ex eo tamen tãtum
decerpſit, quantum illi ad philoſophiam noſtram
opus erat, quoniam & vis huius, ad intelligendo-
rum demonſtrationem eſt neceſſaria: ſiquidem
mens, motus eſt ineffabilis torpentium: philoſo-
phia autem ſtudium, & mundo perire, ac deo ad-
iungi, iis qui pro infernis ſuperna commutant, in
ſtabilibúſque ac fluxis, ſtabilia præferunt & manẽ
Byzantiũ. tia. Inde Byzantium profectus eſt, ciuitatẽ Orien
ti præſidentem: ea enim ſophiſtis & philoſophis
præcellebat clariſſimis, quorum fortiſſima quæ-
que ob naturam verſatilem & ingentẽ breui col-
legit tempore. Hinc ad ſermonum parentem A-
Athenarum laus. thenas à deo mittitur. Athenas inquam, quæ in
diſciplinis pulchram habent inſatiabilitatem, mi-
hique aureæ ſunt, & bonorum, ac ſi alicui alij ho- E
ſpites hæ enim mihi virum hunc cognitum reddi
dere, licet nec antea ignotum. quúmque eloquen
tiam quærerem, fœlicitatẽ retuli: & licet per mo-
1. Reg. 9. dum alium, idem tamen mihi euenit quod Saul.
Qui quum patris quæreret aſinos, regnum inue-
nit, dum præter opus deſtinatum, maius quid o-
pere mercaretur. Sane rectè ſermo noſter huc uſ-
que cucurrit, & per viam delatus eſt planã, admo-
dúmque facilem & regiã, in laudibus viri. Dehinc
vero ignoro, qualiter ſermone vtar, aut quò me
conuertã, habet enim ſermo contrarium quid uo
bis: deſidero enim hic poſtquã in hunc incidi ſer-
monem, ac tempus hoc nactus ſum, aliquid à me
ipſo prædictis adiũgere, ac paulũper narrationi im
morari: vnde & quomodo, à qualíque principio
noſtra inceperit amicitia, aut ſi magis propriè lo-
qui oporter, conſpiratio & coadunatio: nam & vi
ſus haud facile à iucũdis diuelli ſolet ſpectaculis: F
ſi vero violẽtia quadã abſtractus fuerit, iterũ illuc
refertur: quẽadmodũ ſermo à narrationibus ſua-
uiſſimis: proinde licet magnitudinẽ timeã conat⁹
modeſte tamen, & quantũ poſſibile eſt verba fa-
cere ſtudebo. Si vero alicubi ob nimiũ cogemur
deſideriũ, affectui noſtro parcẽdũ erit, quum om-
nium affectuum ſit iuſtiſſimus, ac paſſionibus
haud affici, damnum cenſeatur, ab iis qui præditi
ſunt mente. Habebant igitur nos Athenæ, perin-
de ac defluxum quendam fluuiatilem, ab vno pa-
niæ

triæ fonte, in diuerſas diuiſos terras, rurſúſque in vnum rurſus quaſi ex præſcripto dei motu conuenientes. Ego autem paulo prius adueneram, illeque cōfeſtim poſt me multa & præclara ſpe exceptus: nam multorum celebrabatur linguis, prius etiam quàm veniret, ſingulíſque magnum erat, præoccupare eum cui ſtudebant, verum nil oberit, ſi ſermoni narratiunculam quandam breuem, tanquam condimentum aliquod addamus, quo ſcientibus memoriam refricemus, ignorantibus autem doctrinā impertiamur. Athenis ex iuuenibus quàm plurimi, imò modeſtiores etiam, circa ſophiſticā deſipiunt. Non ingenerosiores ſolum, & nomine obſcuri, ſed generoſiores iam & clariores. Non ſecúſque ac multitudo inter ſe decertant, quum motibus præditi ſint iuuenilibus, & haud facile cohiberi poſſint. Ac ideo videre eſt idem illis accidere, quod & equorum ac ſpectaculorum amatoribus, in curſu equorum aduerſariorum. Saltāt enim, clamant, puluerem in cœlum ſpargunt, in aurigas ſedentes aërem verberant, equos digitis tanquam flagellis cum coniungentibus contungunt, & quum nullius ſint domini, facile inuicem concedunt, aurigas, equos, ſtationes equorum, præfectos, ac quinam ſunt illi? vt plurimum indigentes ac pauperes, & qui nec tantum habent, vt vno ſuſtineātur die, eodem modo & ij, in his admodum pro doctoribus ſuis conflictantur, & aduerſariis indignantur: quo ipſi plures exiſtant, ac doctores, quorum illi curam gerunt præcipuam, locupletiores reddant: quæ res admodum abſurda eſt, pariter & infœlix. Præoccupantur enim ciuitates, viæ, portus, montium ſumma, campi, nouiſſima quæque: nec quicquam eſt in tota Attica, aut in Græcia reliqua, quod non in partes cedat, cum incolis quàmplurimis: nam & hos ſtudiis ſuis addictos habent. Quum igitur quiſpiā in manus horum incidit exploratorum, quod vel vi accidit, vel voluntariè, hæc lex illis eſt Attica, & ludus ſerio permixtus. Primum enim hoſpitio excipitur à præoccupante aliquo, vel amico, aut cognato, ſiue patriæ eiuſdem, aut iis qui admodum in ſophiſtica præcellunt & captiosibus. Idque præcipue in honorem fit eorum, quoniam & hęc illis merces eſt, vt ſtudioſiſſimos adipiſcantur. Deinde nugis agitur, ab omni volente. Hæc vt arbitror ideo faciunt, quo faſtum eorum, qui nuper aduenerunt contundant, & ſub initium eos ſibi morigeros reddāt. Alij igitur nugantur proteruius. Alij vero rationabilius, ſecundum quod plus ciuiles ſunt aut agreſtes. Et res quidem illa ignorantibus timorem incutit, & immitis videtur. At præſcientibus admodum ſuauis & humana. Maior enim oſtentatio eſt quàm opus rerum de quibus concertatur. Deinde per forum ducitur cum pompa, quæ talis eſt: ij qui adoleſcentis ad balneum ſunt præcurſores, ſeipſos in ordinem redigunt, ſecundum cognationes ſeriatim, quum vero appropinquant, multo vtuntur clamore, ſaltantque tanquam inſanientes: iubet autem vox illa, eos non vltra progredi, ſed conſiſtere tanquam balneum eos minime capere velit, ſimúlque portas calcibus pulſant, ſtrepitu iuuenē perterrentes, deinde ingreſſum concedentes: ita iam libertatem præſtant. Ac ex balneo æqualem, & tanquam vnum ex eis ſuſcipiunt. Hócque eis ex ludicro illo iucundiſſimum eſt, vt quàm celerrime ea quæ perturbant reconcilientur & diſſoluantur. Ego igitur tum meum ac magnum Baſilium, non ſolum ob reuerentiam haud deduxi, quum eum viderem moribus conſtantiorem eſſe, & ſermonibus plus idoneum: ſed & aliis qui iuuenem illum haud cognoſcebant, perſuaſi vt idem facerent. Siquidem a multis confeſtim habitus eſt venerabilis, auditu præcognitus. Vnde accidit, vt ſolus fere ex aduenis, legem illam effugerit, dignior viſus honore hoc iuuenili. Et illud amicitiæ noſtrę fuit præludium, hinc cōſurrij noſtri ſcintilla, ſic inuicem ſumus ſauciati. Inde tale quid euenit, nam nec hoc nobis eſt prætereundū. Armenios nequaquam ſimplex hominum genus eſſe inuenio, ſed admodū vaſtum, & ſcopulis ſeu aris ſimile [illegible]: ex quibus multi eum conueniebant familiares, & ſodales quidam, etiam ob amicitiam priſtinam & paternam: ſiquidē in eodem ludo verſari fuerant literario. Accedebant igitur cū amicitiæ fictione, ſed inuidia, & nequaquā beneuolentia eos inſtigabat. Interrogabantque eum cōtentioſe potius quàm rationabiliter, ac illum per primum conatum ſibi ſubiicere quærebant, ſuperiorē viri laudem cognoſcentes, præſentem vero honorem minime ferentes. Moleſte enim ferebāt, quum iam pridem philoſophicam ac tritā ſumpſiſſent veſtem, [illegible] que ſuſurrare didiciſſent, ſi non plus hoſpite haberent ac iuuene. Ego autem nim[illegible] amator, & vanus (ignorabam enim, quod hæc ob inuidiam fierent, ſed fictioni credebam) quum iam aures demitterent, ac tergum verterent (indigne enim ferebam Athenarum gloriam in illis diſſolui, & adeo cito cōtemni) iuuenibus opem tuli. Sermonem enim inſtauraui, & illis a me ipſo robur pręſtiti. Siquidem parua quædam adiuto omnia poteſt in talibus, ita vt in pugna ſimili, æqualia ſermoni capita conſtituat. Verum poſtquā cognoui, quid ſub diſputatione illa lateret, neq; enim iam tolerabilis erat, ſed palam ſe denudabat, cōfeſtim immutatus ſui, ac puppim cohibui, illiq; adſtiti, & victoriam in alteram partem inclinare feci. At ille cōfeſtim ob rem hanc gauiſus eſt, ſagax enim erat, ac ſi quis alius, alacritateq; repletus, vt planè Homericis verbis eum deſcribam. Sermone igitur generoſos illos exagitabat, ſyllogiſmiſq, verberans, non prius dimiſit quàm maniſeſte in fugam vertiſſet, ac planè vires eorum ſtregiſſet. Hoc nobis amicitiæ ſecundæ, non iam ſcintilla erat, ſed ignis accenſus ſplendens & manifeſtus. Illi igitur re diſceſſere infecta, multum ſeipſos ob temeritatem incuſantes, multúmque mihi ob inſidias indignantes, tāquam ex profeſſo illis inimicitias indixiſſem, quas etiam proditionem vocabant, nō eorū ſolum, ſed & Athenarum ipſarum. Ac ita illi in tētatione prima ſuccubuere, & adeo ab vno confuſi ſunt viro, vt nec amplius in futurum ſpem conciperent meliorem. At ille (ſiquidem humanus eſt affectus, quum magna ſpectantes, expeditiq, ſperatis occurrimus, videmus autem apparentia longe opinione noſtra eſſe inferiora) triſtabatur, affligebatur, nec habebat cur ſe ob peregrinationem ſuam laudaret, quærénſque quod ſperauerat, Athenas, fœlicitatem vocabat inanē. Et hic in illis erat, ego vero plurimū triſti-

Partes iu- | uē ſchola- | rū Athenis

Armenio- | rum mores.

tiæ ei ademi. Nam ratione occurrit,conſideratio
nibúſque virum deliniui. Et quod vere ita ſe habe
bat, dicebam, nequaquam hominum mores con-
feſtim, ſed tempore longo, & cooſuetudine per-
fectiore deprehendi, nec diſciplinas à ſcrutanti-
bus breui cognoſci poſſe. His verbis lætitiã ei re-
duxi, experimentúmq; dedi, & accepi, ac plus illũ
mihi colligaui. Quum vero tempore procedenti
deſideriũ inter nos cooſiteremur, ac philoſophiã
A eſſe cui ſtudebamus, tũ omnia iam inter nos era-
mus. Eadem enim domo ac menſa vtebamur, cõ-
tubernales, vnanimes, idem ſentiẽtes, ſemper io-
ter nos deſiderium feruentius & firmius augen-
tes. Qui enim corpora amant, quooiã fluxa ſunt,
inſtar vernis diffluunt floribus. Quin nec flamma
permanet, quum materia eſt conſumpta, ſed cum
illa accendente euaneſcit: ita nec deſiderium ſub-
ſiſtit, quum marcet feruor. Modeſti vero, & qui
ſecundum deum viuunt, poſtquã rei ſuut firmio-
ris, ideo etiam ſtabiliures exiſtunt: ac quantũ pul-
chritudo plus ab eis imaginatione deprehẽditur,
tanto illos magis ſibi ipſi, & amatores eorum in-
uicem colligat. Et hæc de nobis lex eſt amoris.
Proinde ſcio, quod tẽporis & menſuræ terminos
tranſgredior, & ignoro quomodo in has incidam
conſiderationes. Non tamẽ habeo quomodo me
à narratione contineã. Nam ſemper id quod mihi
in mentem venit, neceſſarium videtur, ac melius
quàm quod eſt obmiſſum. Quod ſi me quis vio-
Polypus. lenter inde abſtraxerit, idem mihi quod polypo-
di accidet. Illi enim, quũ quis eos ex cauernis ſuis
extrahere nititur, adeo ſiac ſaaorũ adhærent con-
B cauitatibus, vt nequaquam inde auelli queãt, niſi
quid ſecum violenter abſtrahant, aut ipſi relin-
quant. Si igitur quiſpiam permittet, habeo quod
quæro. Sin minus, à me ipſo reprehendar. Quum
igitur ita inter nos ageremus, ac in bene murato
thalamo aureas fundaremus ſtatuas, quemadmo-
dum Pindarus ait, ita quoque ad vlteriora ſumus
progreſſi, deo pariter & deſiderio noſtro coope-
ratoribus vtentes. O quomodo ſine lacrymis ha-
rum rerum memoriã refricare poſſum? ſpe enim
ducebamur pari, in re inuidia plena, ſermonum
nempe. Verum inuidia aberat, æmulatio autẽ vr-
gebat, certaménq; ambobus erat, non vter è no-
bis primas ferret partes, ſed vt illas amico conce-
deret. Nam vt inuicem excelleremus propriũ fe-
ceramus. Vna enim ambobus anima eſſe videba-
tur, duobus corporibus incluſa. Proinde etſi non
facile credendum ſit dicentibus, omnia ſibi cum
omnibus conuenire, nobis tamen credẽdum eſt,
tanquam iis quibus inuicẽ, & inter nos recte cõ-
ueniebat: eratq; ambobus opus vnũ, virtus, & vt
ad ſpes viueremus futuras, prinſquam abeedere-
mus hinc, quum ſciremus planè nos aliquando
emigraturos. Ad quod reſpiciẽtes, ac omnem vi-
C tam & actionem noſtram dirigentes, ita deduce-
bamur à mandato, virtutémq; inter nos acueba-
mus. Et niſi mihi hoc dictu nimis ſit magnum, li-
bra inuicẽ eramus in qua expenditur id quod re-
ctum eſt ac obliquum. Conuerſabamur autẽ cum
amicis nequaquam improbis, ſed modeſtiſſimis,
néq; cum pugnaciſsimis, ſed cum pacificis, & cum
quibus verſari conduceret, facilius eſſe ſcientes,
malitia aliorum inquinari, quàm aliis virtutẽ im-
pertiri. Nam & morbo citius quis inficitur, quàm
ſanitatem conferre poſsit. Diſciplinis vero non
tam iucundiſsimis, quàm pulcherrimis gaudeba-
mus. Siquidem hinc iuuenes ad virtutem vel vitia
formari contingit. Porro duæ nobis viæ cognitæ
erant, vna prior & venerabilior, alia autẽ ſecunda
ria & nequaquam dignitate cum priori conferẽ-
da. Prima nos ad domos ſacras, & doctores qui
illic agebant ducebat, ſecunda autẽ ad magiſtros
externos: reliquas volẽtibus reliquimus: Feſtiui-
tates, theatra, panegyres, cõuiuia. Nihil enim bo- D
norabile cenſeo, quod non perducit ad virtutem,
neq; meliores facit eos qui illi ſtudent. Aliis igi-
tur aliæ quædã ſint nomenclaturæ, vel à maiori-
bus aut familiis deductæ, ſiue ab inſtitutis pro-
priis, aut egregie geſtis: nobis vero res erat ma-
gna, ac nomẽ ingens, vt chriſtiani eſſemus, & cen
ſeremur. Quo magis exultabamus, quàm Giges Gyges annulus.
ille annulo (etiam ſi haud fabula eſſet) cuius ope
Lydorum aſſequutus regnũ. Aut Midàs olim au- Midas.
ro, cuius gratia etiam periit, quum voti compos
effectus eſſet, & nil niſi aurũ poſsideret. Alia hæc
fabula Phrygia. Nam quid de Abaridis Hyperbo
rei dicerem ſagitta? aut de Pegaſo Argiuo? quibus
haud tantum per aërem ferri poterãt, quantũ nos
mutuo ac inter nos ad deum eleuabamur. Dicam
quid ſuccinctius. Athenæ quum aliis, quantũ per-
tinet ad animam, nociuæ eſſent, quemadmodum
non male à piis cenſetur hominibus: idola enim Athenæ idololatræ.
ibi præ reliqua Græcia, mala abondant abundan-
tia, difficiléq; eſt horum laudatoribus ac patronis
non arripi: nobis verò nullum ab iis accidit dam-
num, qui mente iam eramus ſtabiliti & muniti.
Imò ſi cõtrarium, & mirum quid dici debet, hinc E
ad fidem cõfirmabamur, quum deceptiones eo-
rum & impoſturas perdiſceremus. Vnde dæmo-
nes cõtemnebamus, & nequaquã admirabamur.
Proinde ſi fluuius eſt quiſpiam, aut eſſe creditur
qui per mare dulcis fluit, aut animal quod in igne
qui cuncta abſumit circumuolat, hoc nos inter
cunctos eramus coætaneos. Et hoc pulcherrimũ
erat, quod ſodalitium quoddã non ingeneroſum
circa nos erat, duce illo inſtructum, ac deductũ,
quod planè gaudebat eiſdem. Quoniam & pede-
ſtres iuxta currum currebamus Lydium, eo curſu
& modo, ea quibus nobis contigit, vt clari apud
condiſcipulos noſtros haberemur ac ſodales, cla-
riq; apud Græciã vniuerſam, præcipue verò apud
notiſsimos. Sed & vltra terminos iam progreſſi
fueramus, quemadmodum manifeſtum factum
eſt à pluribus, qui hæc narrarunt. Tantum enim
præceptores noſtri præcellebant, quantum & A-
thenæ: nos verò tantum quantum præceptores,
inuicem nos audientes, & inter nos colloquen-
tes. Amicorum par eramus non incelebre, ita vt
nec apud eos tale quid audirent Oreſtæ, & Pila-
des, neque Molionidæ, Homerici libri miraculũ.
Quos calamitatum cognatio notos reddidit, & F
quod pulchre currum agitare ſcirent, partem in-
de ſumentes legitimã vnde etiam verbera. Cæte-
rum mei oblitus videor, dum in meas prouehor
laudes, quod quidem nec ab alio admitterem vn-
quam: ſed nil mirum, ſic enim amicitia illius ali-
qualiter perfrui licuit, dum ſic vixit cum virtute,
vt illi ceſſerit in laudem. Nunc verò ſermo nobis
rurſum ad metã reducatur. Quis nobis adeo ca-
nus intellectu fuit, ante caniciem etiam? ſic enim
à Salo-

Sapien. 4. à Salomone ſenectus definitur. Quis etiã tam venerabilis tam ſenibus quàm iunioribus? non ſolũ qui eo vixerunt tẽpore, ſed qui etiã præceſſerunt. Quis minus indigebat ſermone propter mores? Quis magis cõpos fuit orationis, idq; cum moribus? Quódnam doctrinæ genus non eſt perſcrutatus? ſeu potius, quódnã haud cum excellentia? idq; tanquam ſolum. Ita enim in cunctis eſt verſatus, quemadmodũ nemo vnquã in vno. Ita etiã exacte ſingula calluit, tanquam alia ignoraret. Diligẽtia enim cum ingenio cõcurrebat, ex quibus ſcientiæ & artes vires ſuas habent. Naturæ enim celeritate

A minime propter ingenij indigebat acumẽ, minimẽq; acumine propter velocitatẽ. Ita autẽ vtraq; colligebat, & in vnũ deducebat, vt incertũ foret, quonã ex illis admirabilior eſſet. Quis adeo Rhetoricã peruenit? impetũ ſpirantem ignis, tametſi mores eius longe à rhetoribus eſſent alieni. Quis ita in grammatica excelluit? quæ linguã exornat, hiſtorias colligit, metris imperat, legémque fert poëmatibus. Quis ita philoſophia inclaruit? ſublimi illa & ſurſum aſcendẽte, tam actiua quàm cõtemplatiua: ac ea quoq; quæ circa rationales verſatur demonſtrationes, quæ cõtrapoſitiones habet, & exercitia, quã & dialecticam vocant. Ita vt facilius eſſet è labyrinthis euadere, quàm illius ſermonum retia effugere, ſi ita foret neceſſe. De Aſtronomia autẽ, & Geometria, necnon numerorũ proprietate tantũ ſumpſit, vt non inquinaretur illorũ argutiis: ſuperuacuum vero contẽpſit, tanquã pie volentibus viuere inutile foret. Ita vt electio magis, quàm app[...]itũ, admirãda eſſet, ſeu

B potius appoſitũ electione. Sanè medicãdi artem & corporis ægritudo, ac infirmitas aſſidua, quum philoſophiæ & laboris ſit fructus, neceſſariã ſibi fecit. Hinc enim incipiens, in habitũ peruenit artis, & huius, non quemadmodũ ſe circa apparẽtia habet & inferna, ſed quantũ circa dogmatica & philoſophica. Cæterũ qualia ſunt hæc? licet talia exiſtant, ſi cum viri doctrina, quã in moribus habuit fuerint cõparata. Nugæ profecto erunt cum geſtis eius collati, Minos ille & Rhadamantus,

Aſphodeli prata. Græci ex Moſi libris depromta dedi[...]. quos Græci Aſphodili pratis, & cãpis cẽſuere dignos Eliſiis, quum in opinionẽ, quemadmodũ & nos paradiſi deueniſſent, ex libris, vt arbitror, Moſaicis, ac noſtris, licet nomenclatura aberrarunt, aliis nominibus paradiſum oſtendentes. Proinde & ſic ſe illa habebãt, erãtq; nauis doctrinæ plena, quatenus natura pertingere poteſt humana, vltra enim tranſiri nequit. Reliquũ erat vt de reditu ac vita cogitaremus perfectiori, acciperemúſq; ſperata, & ea propter quæ cõueneramus. Iamq; dies aderat regreſſionis, & parata erant quæ ad peregrinationẽ pertinebant. Sermones valedicentes, præmiſſiones, reuocationes, gemitus, amplexus; lacrymę. Nil enim adeo triſte eſt vbiq;, quàm quũ contubernales ab Athenis & ſeipſis diuelluntur.

C Factum igitur tum eſt ſpectaculũ miſerabile, & hiſtoria dignum. Circumſtabat nos amicorũ & coëtaneorum chorus, ſed & præceptores nõnulli aderant, qui nos nequaquã dimittendos eſſe dicebant, rogantes, cogentes, perſuadẽtes, & quid nõ dicentes? quidve non facientes? quemadmodum par eſt dolentes. Cæterũ quid hic accuſem, num me ipſum? aut diuinam illam & incompreſibilem animam, ſiue audaciam ipſam? Ille enim cauſam de regreſſione depromens, ſuperior viſus eſt cõtentione, ac vi etiam detinentium, ideóq; illi permiſſus eſt reditus. Ego verò Athenis derelictus ſum partim languens, partim autẽ (nam verũ dicatur) proditus ab illo perſuadẽte, vt dimitterem non dimittentem, cederémque trahentibus. Res priuſquã fieret nequaquam credenda. Siquidem facta eſt inciſio corporis vnius, in partes duas, & mortificatio amborũ: aut vitulorũ collactaneorũ & coniugalium ſeparatio, flebiliter inter ſe mugientium, & haud ferentiũ diſiunctionẽ. Mea tamen longior erat mulcta. Non enim diutius ſuſtinere poteram, vt viderer miſerandus, ac omnibus rationem ſeparationis redderẽ, ſed cum tempore haud longo Athenis mãſiſſem, deſiderium, D

Homeri. τῶν ἵππων. Homericum me fecit equum: vincula enim quæ me retinebant abrupi, ac per campum laſciuiens ad contubernalem me contuli. Poſtquam autem regreſſi ſumus, parumper mundo, & ſceuæ gratificati ſumus, quo deſiderio ſatis faceremus multorũ. Quum enim nequaquã theatrice haberemus ſeu oſtentabunde, celerrime noſtræ facti ſumus poteſtatis, & inter viros cenſi ſumus, virilius adiumento philoſophiæ proficientes. Non amplius iam vnà id enim inuidia haud permiſit, deſiderio tamẽ vnà conuerſati ſumus. Hunc enim Cæſarienſis continebat ciuitas, tanquã ſecundum quendã conditorem & ciuitatis gubernatorẽ: deinde peregrinationes quædam neceſſariæ, poſtquam nos haud habebat, illum excepere, nec à philoſophiæ inſtituto alienæ. Me vero parentũ pietas, & ſenectutis horum cura, necnon calamitatũ aduerſitas à viro abduxit, ſurſũ minus bene aut iuſte, abduxit tamen. Cogito autẽ, num omnis mihi inde vitæ inæqualitas & difficultas acciderit, & ad philoſophiã impedimentum, nequaquam deſiderio aut propoſito dignum. Cæterum noſtra quocunque deo placuerit ferantur, ferẽtur autem interceſſionibus illius melius: hunc autẽ multiplex dei clementia, & circa genus noſtrũ diſpenſatio, per multa media notum faciens, ſemperq; clariorem oſtendens, Eccleſię illuſtri facem præpoſuit ſplẽdentem, celebrémq; illum ad ſacros presbyterij thronos elegit, & per vnã ciuitatẽ Cæſareenſem, orbi ſuccẽdit vniuerſo. Et quonam modo? nequaquam feſtinanter ad gradus perduxit, neque per obtrectationes & fraudes more multorum, qui nunc præſidentias cũcupiſcunt, ſed ordine, & lege aſcenſionis ſpiritalis honorẽ adauxit. Sanè nequaquam rerũ & ordinis apud nos laudo confuſionẽ, quum aliquando pernerſe à quibuſdã præſidetur in gradibus. Siquidẽ non omnes accuſare audeo, neq; viſum eſt: obiter tamen legem laudo nautarum, quæ prius gubernatori remum in manus dat, indéq; in prorã deducit, & vlteriora concredit. Itáq; tandẽ ſuper gubernacula, cum multa maris experientia, & ventorũ ſtatuit cognitione. F Pariter & in rebus fieri ſolet bellicis, miles ſub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandẽ etiã in ducem euadit. Siquidẽ ordo ipſe optimus eſt incipientibus pariter & vtiliſſimus. Res verò noſtræ multũ dignæ eſſent, ſi ita ſe haberent. Nũc autẽ ſanctiſſimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis ſit ridiculoſiſſimus. Non enim ex virtute magis quàm malitia oritur pręſidentia, neque digniorum, ſed potentiorũ ſunt throni. Samuel

muel inter prophetas futura preuidēs, ſed & Saul
abiectus. Roboā Salomonis iniet reges, quin &
Hieroboā ſeruus & deſertor. At nec medicus aut
pictor vllus eſt, qui nō prius ægrotantiū conſide-
rat naturas, aut colores tēperat multos, & deliniat
figuras. Cathedra verò, etiam ſine vllo acquiritur
labore, nō ſecus ac cum fabulæ gigantes fingunt.
Vnius diei ſanctos facimus, ac ſapientes eſſe iube
mus, eos qui nulla præditi ſunt ſapiētia, & qui nil
A ad gradū, præterquam velle afferunt. Et hic quidē
inferiorē amat locum, & humilis conſiſtit, quum
dignus ſit ſublimi, ac multū in literis exercitatus
diuinis, multúmq; carnem ad ſpiritus domauerit
ſubiectionē. Alius verò ſedet arrogās, ſuperciliūq;
tollit cōtra meliores, nec tremit ob thronos, mi-
nus horret aſpectū, modeſte deorſum aſpiciens:
ſed longe ſe viribus ſuis & ſeipſo meliorē eſſe cē-
ſet, male ſentiēs, ac ſapientiā à poteſtate deſumēs.
Verū non ita magnus ac celeber Baſilius, ſed quē-
admodū in cūctis reliquis, ita & circa decus illud
multis exēplar eſt factus. Sub initiū enim ſacros
populo legit libros. Horúmq; coartator fuit, nec
ordinē hūc gradus dedignatus eſt: ſic in cathedra
presbyterorū, ſic in epiſcoporū laudauit dominū,
nequaquā poteſtatē ſuffurans aut rapiens: neque
honorē inſecutus eſt, ſed honor ſecutus eſt eum.
Nec gratiā humanā, ſed diuinā, & à deo ſuſcepit.
Proinde ſermo de præſidēdo aliquantiſper inhi-
beatur, de ſubiectione verò parumper intēdatur.
Decet enim vt & huc breuiter percurramus, quū
B in mediū dicendorū ſit conſtitutū. Conflatum eſt
viro diſſidiū cum duce quodā Eccleſiæ. Vnde au-
tē & quomodo, ſatius eſt tacere, præterquā quod
incidit cum homine in aliis non ingeneroſo, ac
pietate admirando. Quemadmodū illeodij per-
ſequutio, & cauſa contra ipſam acta. Attamē hu-
manū quid contra illū eſt perpeſſus. Inuidia enim
non ſolū multos, ſed & optimos tangit, ita vt ſo-
lum dei ſit penitus ab illa purū & inexpugnabilē
eſſe. Cōmoti igitur contra eum quicquid eximiū
& prudentius erat, ſi ſaltē præ multis ſapientiores
ſunt, qui ſeipſos ornatu ſecernunt, ac deo vitā cō-
ſecrāt. De Nazaræis noſtris loquor, & iis qui plu-
rimum rebus illis ſtudiū impendunt. Ij enim mo-
leſte ferebant, ſi potentiā ſuam iniuria affectā &
eneruarā negligerent. Rem itaq; auſi ſunt pericu-
loſiſſimā. Defectionē enim moliti ſunt, & expul-
ſionē magni, & ab omni ſeditione corporis Ec-
cleſiæ alieni. Sed nec paruam populi partē abſcī-
derūt, tā ex humilioribus quā dignioribus, quod
quidē facile ob tres fortiſsimas erat cauſas. Erat
enim vir ille venerabilis, & num alius ex philoſo
C phis noſtris talis ignoro, ſatiſq; ſibi confidebat, vt
quæ vellet congregationi etiā præſtaret. Ciuitas
vero quia illū iniuria affecerat, ſuſpectū habebat,
ob tumultū ordinis, tanquā non legitime neque
canonice, ſed potius tyrannice præeminentiam
ſuſcepiſſet. Aderant & ex occidentalibus epiſco-
pis quidā, qui Eccleſias quotquot eſſent orthodo
xæ ad ſe pertrahebant. Quid igitur fecit genero-
ſus ille, & pacifici Chriſti diſcipulus? nō enim po-
tis erat, vt iis qui eum iniuria afficiebant relucta-
retur, necnon aliis qui fauore præcellebant, neq;
contra illos pugnare, aut Eccleſiæ corpus dilace-
rare volebat, præcipue quum & aliàs oppugnare-
tur, & in magno ob hæreticorū potentiam verſa-
retur diſcrimine: ſimul & conſultore nobis in hac
re vſus, adhortatoréq; fideli, exul hinc nobiſcum
in Pontū ſeceſsit, & monaſteriis quæ ibi ſunt pre-
fuit, quæ ipſe admodū digne moderabatur, ſolitu
dinémq; cum Helia & Ioanne, qui admodū phi- *Helias & Ioānes philoſophi.*
loſophi fuerunt, mire amplectebatur: ſatius hoc
ſibi eſſe ducens, quàm de præſentibus aliquid co-
gitare, quod philoſophia eius foret indignū, & vt
in tēpeſtate gubernationē diſperderet rationis,
debitam tranquillitati. Proinde licet ſeceſſus ille D
adeo philoſophicus fuiſſet & admirādus, melio-
rem tamē & admirabiliorē inuenimus reditū. Ita *Vallis Imperator.*
enim res ſe habebat, quū in iis verſaremur, inſur-
rexit repente nebula grādine plena, & pernicies
calamitoſa, quæ omnē contriuit Eccleſiam & di-
ſcerpſit, quā rex accepit, Chriſti cultor, pariter &
Chriſti oſor, qui & in his duobus maximis ægro-
tabat, inſatiabilitate, & blaſphemia. Qui poſt per
ſecutorē perſecutor fuit, & poſt deſertorem, non
deſertor quidē, ſed nil melius chriſtianis. Seu po-
tius chriſtianorū patri piiſsimo, puriſsimóq; Tri-
nitatis adoratori, quā ego ſolā pietatem voco &
opinionē ſalutarē. Siquidē nequaquā deitatē expē
dimus, neq; vnicam & inacceſsibilē diuinitatē à
ſeipſa exulem facimus, ex generibus alienationē,
neq; malum malo curamus, impiā Sabellij cōtra- *Sabellius.*
ctionē diuiſione longe impiore & inciſione diſ-
ſoluentes. Qua Arius cognomine inſanus ægro- *Arius.*
tans, valde corrupit Eccleſiā, qui nec patrē hono-
rauit, ignominia verò affecit ea quæ ex illo ſunt
propter deitatis gradus inæquales. Nos verò vnā
patris gloriā agnoſcimus vnigeniti honoris æqua E
litatē: vnicā & filij, quę & ſpiritus exiſtit. Ac quic-
quid ex tribus deorſum ponimus, totū ſubuertere
cenſemus: tria quidē proprietatibus, vnū vero di-
uinitate venerantes & agnoſcētes: ex quibus nul-
lum ille cognoſcēs, neq; ſurſum aſpicere valens, *Valens.*
ſed à ſeducētibus humiliatus, auſus eſt & deitatis
naturā ſecū humiliare, fitq; cōditura mala, domi-
nationē perducens in ſeruitutē, ac naturā incōdi-
tam, & omne tēpus excedentē cum cōditura ſta-
tuit. Et ille quidē ita ſapiebat, ac cum tali impieta-
te cōtra nos bellū gerebat. Quod quidē nil aliud
quā barbarica credenda eſt incurſio, quæ nō mu-
ros ſeu ciuitates aut domos euertit, nec parua
quædā & manufacta, ac quæ iterū reſtaurari poſ-
ſent, ſed quæ animas ipſas diſtraheret. Irrupit &
cum eo exercitus illo dignus, mali nempe Eccle-
ſiarū duces, tetrarchæ amarulenti, orbis qui ſub
ipſo erat. Illi ſiquidē ex eccleſiis iam quædā habe
bant, alia autem inuadebant, nonnulla verò regis
ſpectabāt auxilio & manu. Quū illud immineret,
hæc autē minaretur. Aduenere igitur vt & noſtrā
ſubigerēt eccleſiā, nullæ rei ex omnibus adeo cō-
fidentes, quàm puſillanimitati prædictorū, & in- F
experientiæ, quæ nos tum inualerat, necnō mor-
bo qui tum inter nos pullulabat. Certamen igitur
magnum erat, promptitudóq; multorū non inge-
neroſa: verum ordo debilis, quum non haberet
præceptantē & propugnatorem artificioſum, in
potentia ſermonis & ſpiritus. Quid igitur fecit
anima illa generoſa, & magnanima, ac Chriſti
cultrix? non multis indigebat verbis vt adeſſet, &
vnà pugnaret: ſed quam primum nos vidit lega-
ti officio fungentes, certamen enim commune
erat vtriſque, tanquam verbi propugnantibus,

legatione

legatione eſt deuictus, ſecúmque ea decreuit quæ optima forent, & perquã philoſophica conſiderationibus ſpiritualibus: aliud quidem puſillanimitatis tempus eſſe, ſi ita perpeti neceſſe foret, ſecuritatis nempe: aliud autem longanimitatis, neceſſitatis ſcilicet. Confeſtim nobiſcũ è Ponto migrauit, ob veritatémq; periculo obnoxiam æmulatione correptus, ſocius fit ſpontaneus, ſeipſúmque offerẽs matri reddidit eccleſiæ. Sed nunquid ita ſe negocio ingeſſit, vt minus digne promptitu A dine ſua decertaret? aut núquid viriliter pugnauit, ſed non aſſidue? vel erudite, & citra periculũ? aut potius cũcta hæc perfecte, & plus quàm dici poſſit? vel nunquid relictæ fuere in eo puſillanimitatis reliquiæ? nequaquã, ſed cuncta pariter reconciliauit, conſuluit, ordinauit, & quæ in medio erãt ſcandala & offendicula diſſoluit. Ea quoq; quibus illi confidentes contra nos monſtroſe inducebãt, partim ſuſcipiebat, partim retinebat, nõnulla verò penitus repellebat: factúſq; eſt his quidẽ murus fortis & vallũ, aliis autẽ ſecuris quæ incideret petras, aut ignis in ſpinis quemadmodum diuina inquit ſcriptura, facile conſumẽs ſarmẽta, & diuinitatis violatores. Quod ſi quid & Barnabas, qui hæc dicit & ſcribit, vnà cum Paulo concertauit, Paulo ſint gratiæ, qui illũ elegit, & cooperatorem fecit certaminis. Hi igitur infecto negocio ita diſceſſere, mali male tũ primũ pudeſacti & deuicti, diſcentes minime ex cunctis hominibus Cappadoces eſſe cõtemnẽdos, quibus nihil tam propriũ eſt quàm fides inconcuſſa, necnon erga trinitatẽ confidentia germana, à qua ipſis vires vnà cum B laude adſunt, quæ ſuccurrunt ſuccurrentibus, ſeu potius lõge meliora ſunt & fortiora. Proinde ſecundum opus & ſtudium erat, vt placaret præſidẽtem, ac ſuſpicionẽ diſſolueret, omnibúſq; perſuaderet hominibus, quod ea ob quæ fuiſſet afflictus tentationes fuiſſent maligni, ac deceptio per quam concordiæ inuidere ſolet bono. Ipſe autem quum iam ſub lege eſſet obediẽtię, ac ordine ſpiritali, vbiq; aderat, ſapientiã docebat, obediebat, admonebat, omniáq; illi erat, cõſultor bonus, ſocius dexter, rerum diuinarum enarrator, agendarum præceptor, ſenectutis baculum, fidei ſuſtentaculum, in interioribus fideliſſimus, in exterioribus agiliſsimus. Et vt vno dicã verbo, talis erga illum erat beneuolentia, qualis prius ad inimicitias procliuis fuiſſe putabatur. Hinc ipſi robur ſuppetebat Eccleſiæ, tametſi ſecundas partes haberet cathedræ. Quum enim beneuolentiam afferret, poteſtatem reiiciebat, eráq; inter eos concordia admiranda, & nexus poteſtatis. Hic enim populum ducebat, ille verò ducẽtem. Erátq; tanquam curator leonis, arte manſueſaciens ferocientem: ita enim neceſſe erat, quum nuper in ca C thedrã conſtitutus fuiſſet, & adhuc aliquid mundanæ materiæ ſpiraret. Quum igitur ſic compoſuiſſet ſpiritualia, ac multæ ingruiſſent tempeſtates, necnon Eccleſiæ hoſtes, dum ipſe eam manu duceret, illique prouideret, ideo etiam confœderationem dilexit, & dominante illo ipſe dominari ſuſtinuit. Cæterum de cura & præfectura eccleſiæ, multa alia viri ſunt indicia. Loquendi libertas erga principes, tam alios quàm ciuitatis potentiſſimos, diſcordiarum ſolutiones non ſuſpectæ, ſed ab illius voce ſignatæ, quũ mores pro lege eſſent: indigentium ſubſidia, plura quidem ſpiritualia, non pauca autem corporalia: ſæpius enim hominem ad animum reuocat, quum beneuole inſeruitur: pauperum ſuſtentatio, hoſpitum receptio: virginum congregatio, monachorum inſtitutio, tam ſcripta quàm oretenus prolata: precum ordinationes, gradus exornatio, necnon alia quibus vere homo dei, & cum deo conſtitutus, populum iuuare poteſt. Vnum autem maximum fuit & notiſsimum. Fames accidit grauiſsima, taliſque qua- D lem nemo vnquam eueniſſe recordabatur. Laborabat igitur ciuitas, auxilium verò erat nullum, nec mali remedium. Verum loca maritima indigentiam talem non admodum grauiter ferunt: quia mare illis neceſſaria ſuppeditat, nobis vero mediterraneis, quod ſupereſt vẽdi, & quod deeſt comparari nequit. Vnde non habemus quomodo diſponamus ea quæ nobis ſuperſunt, vel non ſunt. Et quod grauiſsimum eſt in talibus, omnis habentium abeſt compaſsio, planéq; ſuperat inſatiabilitas. Obſeruant enim tempus, & vt penuriam inducant negociantur, calamitatéſque pro agricultura exercent. Non enim audiunt vt domino fœnerentur, qui miſeretur pauperum, nec quod frumentum ſuppreſſum populi ſit execratio: neque aliud quid quod promiſſum eſt humanioribus, aut inhumanioribus comminatum: ſed magis inſatiabiles ſunt quam oportet, ac male ſapiunt, quoniam populo ſua, ſibi vero dei claudũt viſcera, ignorãtes quod magis illo indigẽt, quàm ipſorum alij. Et hęc faciunt frumentatores, & tritici negociatores, nec cognatos venerantes, neque erga deum grati, à quo ipſi habent quum alij premuntur. Cæterum Baſilius, quum haudqua- E quam panem per pluuiam precibus è cœlo elicere poſſet, ac populum fugientem paſcere in deſerto: nec vaſa implere vacua oleo, omni carente ſumptu, quod perquàm mirandum erat, quo aleret alentem, in retributionem hoſpitalitatis: neque panibus quinque tot milia conuiuio excipere, quorum reliquię multis aliis menſis ſatisfacere potuiſſent. Talia enim Moſis erãt & Heliæ, necnon dei mei, à quo & illi habebant vt talia facere poſſent. Fortaſsis autem & temporum illorum ſtatus eiuſmodi erant, quoniam ſigna incredulorum & nequaquam credentium gratia fiunt. Cæterum quæ his ſunt ſimilia ac pariter illac tendunt, cum eadem cogitauit & perfecit fide. Siquidem verbis tantum, ditiorum aperuit horrea, perſuaſionibúſque ſcripturæ illud perfecit, Frange eſurientibus cibum, & paſce inopes panibus. Et enutriuit eos in fame, animáſque eſurientes impleuit bonis. Et quonam modo? id enim non parua eſt additio. Omnes qui fame laborabant congregauit, ex iíſque nonnullos qui vix ſpirabant, viros & mulieres, iuuenes & ſenes, omnem F ætatem miſerandã, ſed & omnis generis cibaria, quæ famis tempore ſuccurrere poterant, collegit, propoſuitque ollas fabis plenas, obſoniáque ſalſa, quibus apud nos ſuſtentantur inopes. Inde Chriſti inſtar illis miniſtrauit, qui & linteo accinctus non dedignatus eſt diſcipulorum pedes lauare. Qúmque in hac re filiorum ſuorum ſiue conſeruorum opera vſus fuiſſet, pauperum pauit corpora, pauit & animas, connectens neceſsitati honorem quoq;, faciliorẽſque vtrinque reddidit.

Talis

Eſai. 9. *De ſe ipſo loquitur.*

Cappadocum fides inconcuſſa.

Fames.

Frumentatores.

Tritici negociatorum malitia. *Exod. 6.* *3. Reg. 17.*

Matt. 14. *Marc. 6.*

Talis nobis erat nouus frumenti diſtributor, ac
Ioſeph ſecundus, excepto quod aliquid plus dice-
re habemus. Hic enim interueniente fame negotiabatur,
Aegyptúmque emit humanitate, abun-
dantiæ tempus in famis reponens tempus, & ad
aliorum ſomnia propterea ordinatus. At ille gra-
tis bonus erat, & frumenti inempti ſine lucro di-
ſtributor, ad vnum hoc reſpiciens, vt humanita-
tem acquireret humanitate, & propter hanc fru-
A menti diſtributionem, bona quæ illic ſunt aſſe-
queretur. Hæc cum verbi cibo, ac cum beneficio
perfectiori, & impertione ſublimiori quàm ſit
humana: ſi ſaltē verbum panis eſt angelorū, quo
animæ cibantur, & potu reficiuntur, quæ deum
eſuriunt ac cibum quærunt nequaquam fluxum
aut euanidū, ſed qui permanet ſemper: cuius di-
ſtributor ille erat & valde diues, licet paupertiſ-
mus eſſet, & admodū indigus, omnium quos no-
uimus, nec famem panis, nec ſitim aquæ magni
cenſens, ſed deſiderium verbi vere viuificatiui &
nutritiui, & quod recte nutrientem ad augmen-
tum perducit ætatis ſpiritualis. Inde & ob hæc,
quid enim in cunctis recenſendis immorari opor-
tet? quum is qui pietatis nomē ferebat tranſiiſſet,
ac ſuauiter in manibus illius ſpiritum efflaſſet, ſu-
per excelſum epiſcopi ſublatus eſt thronum, nō
tamē ſine labore, inuidia, & decertatione eorum
qui patriæ præſidebāt, cum quibus & peſſimi qui-
que conſpirabant. Verum neceſſe erat vt ſpiritus
vinceret ſanctus, qui & egregie vicit. Siquidem
viros concitauit extraneos, pietate inſignes & ze-
lotes, inter quos & nouum Abraham ac patriar-
B cham noſtrum, patrem nempe meum, cui & res
quædam accidit miraculi plena. Siquidē non ſo-
lum ob annorum deficiebat multitudinē, ſed in-
firmitate etiam affligebatur graui, ac vltimū tra-
hebat ſpiritum. Viam tamē ingredi eſt auſus, quo
ſuffragio ſuo illi ſubueniret. Spiritui igitur confi-
ſus, vt breuiter dicam, ſemimortuus in lecticam
tanquam ſepulchrum poſitus eſt validus vero &
quaſi iuuenis rediit, ſurſum aſpiciens, ſanus, è ma-
nu & vnctione, & ne multis dicam, è capite vncti.
Hoc priſcis addatur narrationibus, quod labor
ſanitatem confert, & promptitudo ſuſcitat mor-
tuos ſaltātque ſenectus ſpiritui confidens. Ita au-
tem Baſilius præſidentia dignus eſt habitus, vt iis
qui tales euadunt, talémq; gratiam cōſequuntur,
ac ita eligi debēt, nequaquam dedecori eſſet, ſiue
in iis quæ ad philoſophiam eius, ſeu credentium
ſpes pertinerent: ſed ſemper tantum ſemetipſum
ſuperabat, quantum antea alios ſuperare oſtēde-
rat, optime & ſapientiſſime de his ſentiens. Siqui
dem virtutem hominis priuati eſſe cenſebat, ne
malus foret, aut ſaltem aliqualiter bonus: princi-
pis vero ſeu præſulis improbitatem, ac præcipue
in principatu tali, ſi non multum inter multos ex-
C celleret, nec ſemper melior appareret, neque vir-
tutem dignitati & throno commenſuratam red-
deret. Vix enim ſummi eſſe, vt medium aſſequi, ac
virtutis abundantia multos ad mediocritatē per-
ducere poſſet. Seu potius vt aliquantulum melius
de his philoſopher, illud idem hic accidiſſe con-
ſidero, quod in ſaluatore noſtro contemplor, &
vt arbitror ex ſapientioribus quiſque, quum no-
biſcum verſaretur ac formam noſtram pro nobis
Luc. 2. aſſumpſiſſet. Ille enim proficiebat, inquit, quem-
admodum ætate, ita etiam ſapientia & gratia. Nō
quod incremētum aliquod ſuſciperet, quid enim
ex perfectis à principio perfectius fuit? ſed quia
hæc paulatim detegebantur, & apparebant: pari-
ter quoque viri huius virtutem nequaquam tum
additionem, ſed operationem maiorem accipien
dam eſſe arbitror, quum poteſtas maiori vteretur
materia. Primū igitur omnibus hoc manifeſtum
fecit quod opus eius nequaquam gratiæ eſſet hu-
manæ, ſed donum à deo datū, quod & res noſtræ D
oſtendunt. Qualia enim mihi de temporibus illis
philoſophāti, vnà philoſophatus eſt? quum enim
me omnes alij, ad illum epiſcopum creatum ac-
curſurum putarent, & congratulaturū, quod alius
forſitan feciſſet, ac vnà principatum adminiſtra-
turum & regnaturum, coniecturam ab amicitia
noſtra ſumentes, poſtquam moleſtiam declinaui,
quod quidem in omnibus præ aliis facere ſoleo,
ſimul & temporis inuidiam, necnon & eos qui
electionem illius moleſte ferebant, & adhuc tur-
bati erant, domi remanſi, ac animi refrenaui affe-
ctum. Incuſauit hoc ille ſub initium, deinde per-
ſeuerāti mihi pepercit. Quod vero cathedræ hu-
ius honorem, ob eandem cauſam nequaquā ſuſci
perem, neque honoris inter presbyteros prælatio-
tionem, neque incuſauit, ſed recte faciens lauda-
uit: ſatius eſſe ducens, vt arrogantia à paucis accu-
ſaretur, qui hanc ignorabāt diſpenſationē, quàm
vt aliquid fieret quod rationi & conſiliis eius cō-
trarium eſſet. Quod quidem luculenter oſtendit,
homo anima præditus ab omni aſſentatione &
adulatione aliena, & quæ ad vnum ſolum honeſti
nempe reſpiceret legem. De nobis enim ita ſen- E
ſit, quos inter primos amicos eius & familiares
eſſe cognoſcebat. Deinde eos qui cōtra illum di-
ſceptauerant, emollire, & ſanis ſermonibus ma-
gnificè curare perrexit. Verū nec adulatorie aut
illiberaliter id fecit, ſed admodū viriliter & ma-
gnifice: quemadmodū quum quis nō ſolum con-
ſiderat præſentia, ſed & futurā diſponit obedien-
tiam. Quum enim videret nimis tenerum eſſe &
molle, auſterum vero, aſperum & peruicace: am-
bobus per vtraque ſuccurrit: moroſitatem enim
placabilitate, teneritudinem vero grauitate tem-
perauit: in paucis quidē ſermone indigens, operi-
bus vero multum præualens: & vt coleretur, ne-
quaquam arte ſeruili, ſed beneuolentia acquire-
bat. Poteſtate minime vtebatur, ſed quia parcere
ſciebat, homines in ſuam perducebat ſentētiam.
Et quod maximum erat, omnes ſciebant illius ſe
ſuperari intellectu, ac impoſſibile eſſe, vt eius
imitarentur virtutes, vnicámq; eorū ſalutem eſſe
cenſebant, ſi cum illo & ſub illo ordinarentur:
vnicum quoq; periculū, ab illo refelli. Siquidem
repulſionem eius à deo alienationem eſſe cenſe-
bant, ſicq; vltro ſubdebantur & ſubigebantur, ac
tanquam tonitrui ſonitus diſſoluebantur, quum F
alius alium excuſatione præueniret, inimicitiáſq;
in beneuolentiā, necnon in virtutis conuerteret
retributionem. Quam ſolā excuſationem quiſq;
fortiſſimam inueniebat, niſi quis eam ob prauita
tem immedicabilem negligeret, ac nihil pende-
ret, quo ipſe in ſe ipſo contereretur & conſume-
retur, quemadmodum ferrum conſumitur à rubi
gine. Poſtquam autem illi res domi ex ſententia
ceſſere, quemadmodum nullus infidelis, & qui
illum

illũ non nouerat exiſtimaſſet, maius quid & al-
tius mẽte voluere cœpit. Quũ enim cuncti alij
ſolũ ea quæ ante pedes ſunt cernunt, ac animo
vertũt, vt ſecuriſſimè habeãt, ſi ſaltẽ hoc ſecurũ
eſt, vltra vero haud progrediũtur, neq; magnũ
quid aut virile excogitare aut perficere poſsũt:
ipſe licet in aliis modeſtus eſſet, nequaquã ta-
mẽ in illis modeſte egit, ſed alte caput extulit,
ac animi oculũ per gyrũ circũtulit, totũmq; or-
A bẽ, per quẽ ſaluatoris cucurrit ſermo cõſidera-
uit. Quũmq; videret magnã Dei hæreditatem,
quã ille ſibi ſermonibus, legib⁹, & paſſionibus
vẽdicarat, gentẽ ſanctã, ſacerdotiũ regiũ, male
affectã, ac in opiniones infinitas & errores di-
ſtractam: vineãmq; ex Ægypto tranſlatã & plã-
tatã, ex ignorãtia impia & caliginoſa, in pulchri
tudinẽ immẽſam, ac magnitudinẽ progreſſam
eſſe, ita vt vniuerſam obũbraret terrã, ac ſuper
cunctos fines & cedros extẽderetur, eã tamen
ab apro maligno & agreſti, diabolo nẽpe de-
uaſtatã: nequaquã ſatis eſſe duxit, vt tacite cala
mitatẽ illã deploraret, ac ſolũ manus ad Deum
attolleret, ab eóq; imminentiũ malorũ diſſolu-
tionẽ quęreret, ipſe vero interim dormiret. Sed
& à ſeipſo auxiliũ ferre & adducere oportere
cẽſuit, quid enim calamitate tali moleſtius eſſe
poſſet? decere igitur, vt is qui ſuprema cõſide-
raret, pro cõmuni bono ſollicitus eſſet. Quum
enim vnus bene aut male agit, nihil ad hoc pu-
blicũ pertinet bonũ: quũ vero cõe ita velaliter
B ſe habet, planè neceſſe eſt, vt ſinguli etiam ita
ſint affecti. Hęc cõmunitatis procurator & prę-
ſul cõſiderãs, quoniã cor afflictũ tinea eſt oſſiũ,
quẽadmodũ Salomoni ac veritati etiã videtur:
quod enim dolore caret iucũdũ eſt: quod vero
affligit moleſtũ liquefactióque cordis exiſtit:
aſſidue ob id diſcruciabatur, affligebatur, vul-
nerabatur, ac eadẽ patiebatur quæ Ionas, quæ
Dauid. Dolebat in anima, nec dabat ſomnũ o-
culis, neq; palpebris dormitationẽ, quod ex eat
ne reſiduum erat, curis abſumebat, quoad mali
reperit ſolutionẽ. Diuinũ igitur ac humanum
quęrebat auxiliũ, num quis incendiũ cõmune,
& caliginẽ imminentẽ extinguere vellet. Solũ
igitur vnũ agebat idq; admodũ ſalubriter, col-
ligebat ſeipſum quãtũ erat poſſibile, ac ſpiritui
ſe cõcludebat, omnẽſq; humanas cõſideratio-
nes cõmouit, totãmq; ſcripturę profunditatem
collegit, ac pietatẽ ſcriptis ſuis defendit, certa-
minibúſq; & prœliis hæreticorũ multitudinem
cõfidenter repulit, & eos qui manus cũ eo cõ-
C ſerebãt, armis, quę cõminus feriũt, lingua nem-
pe, vulnerabat: qui vero procul erãt, iaculis po
tius atramẽtariis eminus vlciſcebatur, nequa-
quã enim abiectiores tulit leges, quàm quæ ta-
bulis inſculptæ fuerãt: neq; ſoli ac paruæ illi Iu
dæorũ gẽti de cibo, potu, ac ſacrificiis rite per-
agẽdis, & quæ carnẽ expurgãt: ſed de veritatis
ratiõe vniuerſo orbis generi, ac parti præcepta
dedit, ex quibus & ſalus cõtingit. Deinde vero
(quoniã quidẽ æquæ inutilis eſt actio ſine ſer-
mone, & ſermo ſine actione) ſermoni actionis
cõiunxit auxiliũ. Ad quoſdã enim proficiſceba
tur, alios vero rogabat, nonnullos hortabatur,
admonẽs, corripiẽs, increpãs, cõminãs, expro-
brãs, propugnãs, gẽtibus, ciuitatibus, priuatis,
omnẽ ſalutis excogitãs ſpeciẽ. Beſeleel ille ta- *Beſeleel.*
bernaculi diuini fabricator, omni materia & ar
te ad opus hoc, planéq; in pulchritudinẽ vnius
copiã nectẽs, & cõſonantiã. Et quid alia referre
neceſſe eſt? rurſus nobis rex Chriſt. ſuperuenit
impugnator, ac fidei tyrãnus, cũ maiori impie-
tatis & feruoris apparatu, quũ ei cõtra aduer-
ſariũ fortiorẽ diſceptatio eſſet: inſtar impuri il- D
lius & maligni ſpirit⁹, à quo quũ homo ſolutus *Matt. 12.*
eſt, rurſus ad eundẽ cũ numeroſioribus reuer- *Luc. 11.*
titur ſpiritibus, vt in illo habitet, quẽadmodũ
in Euãgeliis audiuimus. Huius igitur ille fit di-
ſcipulus, quo pariter ante acceptã reſtauraret
cladẽ, ac aliquid priorib⁹ adijceret certamini-
bus. Siquidẽ intolerandũ ac calamitoſum eſſe
cẽſebat, quũ tã multis dominaretur gẽtibus, ac
gloria pręditus eſſet immẽſa, omnẽſq; per gyrũ
impietatis ſubegiſſet viribus, ac oẽs in quos in-
cidiſſet ditioni ſuę ſubdidiſſet, ſi ab vno viro &
ciuitate vnica ſuperari videretur, ac ludibrio
exponi, nõ ſolũ impietatis ductorib⁹, ſed & ho
minibus, quẽadmodũ ipſe putabat vniuerſis.
Sane Perſarũ rex, quũ aliquãdo Grecię bellum *Xerxes:*
inferret, ac omne hominũ genus cõtra Græcos
duxiſſet, plane faſtu ac ira flagrabat, nõ ideo ſo
lũ vt arrogãtia tumeſceret, & minis eſſet into-
leradus, ſed potius vt illos perterrefaceret, & ſe
terribilẽ exhiberet, elemẽtorũ etiã inuerſione,
qua tã terra quàm mare nouũ quid à nouo au- E
diuit opifice: exercitus præterea cõtinentẽ im-
plebat, ac per mare pedibus ibatur: inſulę vero
diripiebãtur ac mare flagellabatur, omniáq; a-
lia fiebant per quæ palã belli illius ac exercitus
terror incuteretur, terror quidẽ timidiorib⁹, ti-
ſus verò virilioribus, & audacia cõſtãtioribus.
Valẽs vero cõtra nos ducẽs: nulla re tali indige *Valens eccleſiã perſequitur.*
bat, ſed quod his deteri⁹ erat, hoc facere & di-
cere audebat. In cælũ os ſuũ poſuit, ac in altitu
dinẽ locut⁹ eſt blaſphemiã, & lingua eius per-
trãſiuit ſuper terrã. Rectè enim eũ diuin⁹ ante
nos Dauid infamia notauit, quod cælũ in terrã
deprimeret, & cũ conditura naturã numeraret
ſupermũdanã, quã nec cõditura capere poteſt,
licet illa nobiſcũ aliquãdo ratione amoris erga
gen⁹ humanũ ſit verſata, quo nos humi iacẽtes
ad ſe pertraheret. Et profecto prima eius moli-
mina temeraria, ſplẽdida fuere, ſed lõgè ſplẽdi
diora nouiſſima cõtra nos extitere certamina.
Sed quęnã prima voco? exilia, fugas, bonorũ pu
blicatiões, inſidias, quũ manifeſtas tũ occultas: F
tẽpus perſuadẽdi haud erat, ſed vi cuncta age-
bãtur, quũ perſuaſio locũ nõ haberet. Quidam
pellebãtur ab eccleſiis, quicũq; rectã ac noſtrã
ſequebãtur fidẽ. Alij autẽ qui regiã ſequebãtur
perditionẽ, introducebãtur. Nõnulli impieta-
tis exigebãt ſubſcriptiões, alij vero his atrocio-
ra etiã ſcribebãt. Preſbyteri exurebãtur, duces
vero impij nequaquã Perſas ſuperabãt, nõ Scy
thas ſubigebãt, nõ genus aliud barbaricũ per-
ſequebãtur, ſed cõtra eccleſias militabãt, ac in-
ter altaria ſaltabãt, ſacrificiáq; incruẽta, homi-
nũ & ſacrificiorũ ſanguine cruẽtabãt, ac virgi-

num pudoré violabãt,vt aliquid fieret quo Ia-
cob pattiarcha expelleretur,& Eſau qui anteq̃
naſceretur odio habebatur,introduceretur.Et
hæ incõſideratæ eius remeritatis primæ fuere
explicatiões,quæ multis præſenti etiã tépore la
chrymas mouẽt, quũ auditu percipiuntur, aut
memoria recolũtur.Poſtq̃ auté oĩa peragrauit,
ac cõtra hãc quoq; incócuſſam & inoffenſam
eccleſiarum matré, in qua ſola adhuc veritatis
ſcintilla reliqua erat,mnuit,quo illã in ſeruitu-
A té redigeret, tũ primũ intellexit, quã male ſibi
cõſuluiſſet.Nã quaſi ſagitta,quæ fottiori occur
rit, eſt reiectus , & tanq̃ pulchre fractus ceſſit,
quũ in talé eccleſiæ incidiſſet præſulé,tãtóque
repulſus ꝓpugnaculo eſſet diſſolutus. Proinde
alia que tũ fuerint tẽtata,& ſcribẽtibus & teſe
rẽtibus audire licet:ex iis eñ nemo nõ cuncta
recéſet,oẽs vero q certamina illa norũt,præci-
pue admirãtur,oppugnatiões,promiſſiones,cõ
minatiões, necnõ eos q ad illũ ex Iudicũ ordi-
ne miſſi,ipſi perſuadere ſunt conati,ex ducum
Eunuchi. ordinib⁹,ex eunuchis,ex mulierũ cuſtodib⁹,q
inter mulieres viri ſunt,inter viros auté mulie-
res,& impietate ſolũ viriles, q quũ naturali ca
reãt fornicatiõe, quod ſolũ poſſunt lingua ſcot
Nabuzardam. tãtur:inſtat Nabuzatdã coquorũ magiſtri,q ſe-
cundũ arté ſuã gladios minabatur,& peculiari
ſuo igni teſeruabatur. Quod vero præcipue ex
geſtis eius admiror , nec volẽs quidé prætetire
poſsé, nunc quã breuiter potero recéſere cona
bot. Quis nõ nouit:q̃ ingẽti audacia téporis il
B lius præfectus cõtra nos ſit vſus,quoniã apud il
los baptiſmatis etat initiator,vel coinitiator,ac
plus q̃ neceſſe erat imperatotis obſequebatur
mãdatis,in oĩbúſq; illi gratificabať, quo diuti⁹
poteſtaté retinere & cõſeruare poſſet. Ad hũc
per eccleſias minaciter diſcurrenté,& ſub leo-
nina forma,leonine quoq; fremẽté,nec multis
præſentiæ ſuæ copiã exhibẽté:Baſilius genero-
ſus introductus eſt, ſeu potius ingreſſus eſt,tã-
quã ad feſtiuitaté & nequaq̃ ad iudiciũ vocat⁹.
Cæterũ quomodo digne explicare potero? vel
præfecti fotociã,vel Baſilij prudenté cõtra illũ
decertationẽ.Quid tibi heus(præfect⁹ inquit,
nomine eũ cõpellãs, quoniã indignũ cenſebat
vt epiſcopũ vocaret) cõtra potentiã tantã auda
cia?& quòd ſolus ex oĩb⁹ in tua perſeueras cõ-
tumacia?cuius gratia,generoſus ille ait,& que-
nã mea eſt cõtumacia?nã nondũ illã percipere
queo. Quoniã,præſes inquit, nequaq̃ regis ſe-
queris teligionẽ,licet oẽs alij ſubacti ſint & vi-
cti.Verũ Baſilius reſpõdit,nequaq̃ hoc rex me⁹
C permittit , neq, vt cõditura adotaretur tolero,
quũ Dei cõditura exiſtã, ac De⁹ eſſe ſim iuſſus.
Nos auté quid tibi,præſes ait,videmur ? q hæc
imperamus.Nũ forte momẽti nullius?nõne ma
gnũ tibi erit,vt nobiſcũ cẽſeatis, & nos ſocios
aſſequatis?Cui Baſilius , præfectus vos eſſe in-
quit, & clariſſimos quidé , nequaq̃ inficias eo,
nõ tamẽ Deo honoratiores.At ſocios vos habe
re magnũ quid eſt,& cur nõ?quũ & vos Dei cõ
ditura ſitis,quéadmodũ & oẽs alij qui nobiſcũ
cẽſentur.Siquidẽ chriſtianiſmũ nequaq̃ facie-
bus,ſed fide deſignam⁹.Tũc præfectus cõcita-
tus,pl⁹ ira feruere cœpit,è ſellãq; exurgẽs,aſpe
riorib⁹ cõtra eũ vſus eſt ſermonibus.Et nũquid
poteſtaté,ait,times?abſit hoc Baſilius reſpõdit,
vt tale quid mihi accidat. Nónne ex multis vel
vnũ,præſes inquit,quæ meæ ſunt poteſtatis? &
Baſilius, quænam ſunt illa?indicẽtur nobis. Et
præſes,bonorum publicatiões,exilia,torméta,
mors.Cæterũ aliud qd,Baſilius, ait, minitare,
nil eñ horũ nos tãgit.Quũq; præſes dixiſſet,q
& quonã modo? quoniã, Baſilius inquit,incõ-
prehẽſibilis,& bona ei⁹ q nihil poſſidet publi D
cari nequeũt,niſi forte pãnis his indigeas tritis
& laceris,& libris paucis,in quib⁹ tota mea eſt
vita.Exiliũ vero nil ad me ſpectat,q nullo loco
ſum circũſcript⁹: ſed nec quã nũc inhabito do
mus mea eſt,licet oĩs mea ſit in quã incido,ſeu
potius Dei oĩs cũius ego hoſpes ſum & incola:
tormenta autem quid auferre poſſent? quum
nullum mihi corpus reſiduũ ſit, præterquam ſi
primam dixeris plagam. Huius enim tu ſolus
Dominus exiſtis. Mors vero benefactor erit.
Celeriter enim me ad Deum mittet,cui viuo,&
cuius negocia adminiſtro , ac cui iam plurimũ
occubui, & ad quem à longe feſtino. His præ-
fectus perculſus,quum eum ſuo eõpellaſſet no-
mine, Null⁹,dixit,hucuſq; ita mecũ,ac cũ tãta
diſſeruit audacia. Cui Baſili⁹,In nullũ fortaſſis
epiſcopũ incidiſti.Omnino eñ ꝓ talib⁹ decer-
tãs hoc egiſſet modo.In aliis eñ, præfecte,mo
deſti ſumus,& omnib⁹ reliquis humiliores, ita
eñ mãdatũ iubet, nec ſolũ cõtra tantã potẽtiã,
ſed nec contra homines viles ſuperciliũ attoli- E
mus:vbi vero Dei pericitatur negociũ,cunctis
aliis cõtẽptis ad illũ ſolũ reſpicimus.Gladij ve-
ro,beſtiæ,& vngulæ carnes diſſecantes, potius
delitiæ nobis ſunt q̃ tormenta. Ac ideo iniuria
affice,minare,& oĩa quæ volueris perage,ac po
teſtate fruere.Sed & rex hæc audiat,nunquam
nos adiges,aut efficies vt aſtipulemur impieta-
ri,etiã ſi grauiora adhuc fueris minitat⁹.Poſtq̃
verò præfectus ita eũ loqui audiuit,ac viri cau-
ſam examinauit,illúmq; tã imperterritũ & cõ- *Baſilij conſtantia.*
ſtãtem deprehẽdit,à ſe dimiſit, nõ iã minabũ-
dus,ſed cũ reuerentia quadã ac ſeceſſione:ipſe
verò q̃ cito potuit ad regẽ feſtinauit,inquiens,
Victi ſumus rex in Eccleſiæ huius negocio.Vir
enim ille minis eſt ſuperior , verbis robuſtior,
perſuaſionibus fortior.Aliũ quendam ignobi-
liorẽ tẽtare oportet,hunc autẽ vel palã cogere,
aut nequaquam expectare vt ſubigatur minis.
Hæc quũ rex audiuiſſet,ac in ſe cõuerſus homi
nis laudibus eſſet victus(quãdoquidé & hoſtis
viri virtuté admirari ſolet)præfectũ à violentia F
cohibuit, acciditque ei quemadmodum ferro,
quod licet igne emolliatur, nihilominus tamẽ
ferrũ permanet.Porrò minas in admirationem
conuertit, cõmunionem autẽ ſuſcipere noluit,
quũ immutationis puderet , ſed excuſationem
quærebat honeſtam,quã & ſermo noſter oſten
det.Siquidem tẽplum cum vniuerſa ſatellitum
manu eſt ingreſſus. Erat autẽ dies Epiphanio-
rum. Congregati populi igitur pars factus, ſic
cõmunionem eſt profeſſus. Sanè nec hoc præ-
tereundum , poſtquam intus fuit, auditúmque
Pſalm-

pſalmndiæ adbibuit perſtrepeuti, ac populi multitudinem cum ornatu cuncto coospexit, tam eo qui circa aram, quàm illo qui iuxta erat, angelicã potius quam humanam: populi verò præſulẽ erectum, quemadmodũ ſcriptuta Samuelem depingit, & corpore, & viſu, & cogitatione immobilẽ, ac ſi nil uoui accidiſſet, deóque & gradui, in ſtatuam, vt ita dicam, obduratum: illos autem timore & teuetentia quadam eum circunſtare: hæc A poſtquam vidit, & quæ viderat cum nullo exemplo conferre potuit, humanũ quid perpeſſus eſt. Ob ſtuporem euim, vehementi & oculorum, & animi correptus eſt vertigine. Verũ id tum multos adhuc latebat, poſtquam autem dona ad menſam diuinam afferri oportebat, ipſeque illa propriis geſtaret manibus, ac nemo ſicut moris erat ea acciperet, quum incertum eſſet num Baſilius illa ſuſcipere vellet, tum morbus eſt cognitus. Titubare euim cœpit, & ni quidã qui pro gradibus ſtabat, manum ei ſuppoſuiſſet, ac caſum cohibuiſſet, tuina planè lachrymis digna cecidiſſet. Sed eſto. Cæterum quid dicere refert? quænam cum rege diſſeruerit, qualíque ſapiẽtia illa repleta fuerint. Cum eo enim rurſum modo opportuno in ſacratium perducto eſt congreſſus, ac in conſpectum venit. Nam diu iam eius alloquendi deſiderio tenebatur. Siquidẽ nil aliud quam dei voces, tam ab iis qui cum rege, quam à nobis, qui cum Baſilio ingreſſi fueramus auditæ ſunt, Sane congreſsio illa initium fuit, & reſtauratio prima humanitatis erga nos regis. Conſiliúmq; hoc vt plurimum contumeliam tum nos infeſtantem, non B ſecus ac uebulam diſſipauit. Proinde uil prędictis inferius fuit. Viucebant mali, iámque Baſilius in exilium pellebatur, ac nihil deerat quo non illac tenderet. Nox præſens, currus quo auehi debebat præparatus, plaudebant inimici, dolebãt pij, nos verò circa animoſum verſabamur viatorem. Reliqua etiam cuncta pulchra referta erãt ignominia. Quid igitur accidit? Deus illam diſſoluit. Qui enim Aegypti contra Iſraël exaſperati primogenita percuſsit, hic etiam imperatoris filium grauiſsima ægritudine perculit. Et quanta celeritate? hinc exilij literæ, inde ſententia ægrotationis. Manúſque iam ad ſubſcriptionem extendebatur improbam, & tamen ſanctus ille ſaluatur, fitque vir pius, febris donum, quum rex furorem cohibuiſſet. Quid his manifeſtius aut celerius? ſed ad reliqua. Aegrotabat filius regis, ac corpore male affectus erat, vnáque ægrotabat pater: & pater quidem tanquam pater, vbique contra morbum remedium quærebat: nam medicos accerſebat optimos, precibúſque, ac ſi vnquam in terram proſtratus incumbebat, calamitas enim reges quoque humiles facit: nec mirum, quum & hoc prius Dauid in filij morte accidiſſe, ſcriptis C ſit maodatum. Poſtquam autem nullibi, nullum morbo inuenit remedium, ad Baſilij fidem confugit: per ſe tamen nequaquam illum aduocauit, pudore prohibitus, ob ignominiam quam illi intulerat, aliis verò legationem cõmiſit, qui ei perquam domeſtici & amiciſsimi erant. Quúmque is nihil cunctatus adueniſſet, nec tempus, quemadmodum alius triuiſſet, cõfeſtim præſentia eius morbus eſt lenitus, patérque ſpem concepit meliorem, qui niſi aquæ potabili ſal admiſcuiſſet, pa-

Exod.12.

Morbus filij regis.

2.Reg.12.

ritérque hunc aduocaſſet, iis tamen qui diuerſæ erant opinionis credidiſſet, filius patris manibus ſanus reſtitutus fuiſſet: idque credebatur, ab iis etiã qui tum aderant, & paſsionis participes fuerant. Illud idem paulo poſt etiam præfecto ipſi accidiſſe ferunt. Nam & illum infirmitas quædã incidens, ſancti flectit manibus. Siquidem aduerſitas plerunque recte ſentientibus fit emendatio, ſæpiúſque calamitas proſperitate melior exiſtit. Aegrotabat igitur ille, plorabat, diſcruciabatur, D accerſebat, rogabat, excuſationem habes clamabat. Salutem mihi tribue, quam & tandem illius interceſsione, ſicut ipſemet faſſus eſt, impetrauit. Idque multis qui hoc ignorabant perſuaſit. Non enim deſinebat facta illius & admirari & prædicare. Quæ igitur inter Baſilium & illos incidere talia fermè fuere, finémque habuerũt talem. Sed nunquid ea quæ illi aliter cum aliis ſunt decertata, parua aut de rebus fuere paruis? vel mediocri ſapientia condita, aut ſilentio digna, ſeu non valde laudabilia? nequaquam. Sanè qui olim contra Iſraël concitauit Ader ſceleſtum, ille idem & contra Baſilium Ponti commouit præfectũ, ſub prætextu ac ſi ob mulierem quandam indignaretur. Sed re vera pro impietate decertabat, & contra pietatem ſtabat: vt interim dicere omittam, qualiter, quantiſque virum afficeret iniuriis, ſeu forte deum ipſum, contra quem & pro quo bellum gerebatur, qui & iniuriantem confudit, ac pugilem ſuum exaltauit: ſi ſaltem magnum quid & ſublime eſt philoſophia, & vt is qui præeſt multis talis eſſe videatur. De quo nũc verba facere pergam. Iudicis aſſeſſor mulierem quandam illuſtrẽ, E cuius maritus vitam paulo ante cum morte mutauerat, quoniam ei nubere dedignaretur violẽter vrgebat: quúmque illa tyrannidem ſe effugere haud poſſe cerneret, conſilium cœpit non tam audax quam prudens: ad ſacram enim confugit menſam, ac deum contra violentiam adiutorem ſibi facit. Quid igitur per trinitatem ipſam fieri oportuiſſet? vt inter laudandum iudiciale etiam quippiam proferam, non ſolum quod Baſilium magnum, & qui ab omnibus pro legiſlatore habebatur decuiſſet, ſed alium quendam longè illo inferiorem, dummodo ſacerdos fuiſſet. Nónne obſiſtere, retinere, curam eius gerere, manũ porrigere, ſecundum clementiam diuinam, & legem quæ honorauit aras? nónne omnia prius facere & pati velle, quàm aliquid inhumani contra mulierem perpetrare? obitérque menſam ſacram, necnon fidẽ cum qua rogabat, iniuria afficere? nequaquam ait Iudex nouus. Sed omnes poteſtati meæ ſubdi oportet, Chriſtianóſq; legum ſuarum proditores fieri. Ille igitur ſupplicem quærebat, ac inſaniebat, hic autem vi mulierẽm retinebat. Tandem verò quoſdã cum poteſtate miſit, qui ſancti ſcrutarentur cubile, non neceſsitatis magis quam F ignominiæ gratia. Quid ais? dominum eius qui affectibus cunctis erat ſuperior? quem fouent angeli? quem mulieres intueri non audent? nec ſolum hoc egit, ſed & Baſiliũ adeſſe, ac cauſam dicere iuſsit. Nequaquam tamẽ placide aut humane, ſed quaſi condemnatum quempiã. Et hic quidem aduenit. Præfectus vero ira & faſtu plenus, pro tribunali ſedit. Stetit igitur Ieſus meus corã iudice Pilato. Et fulmina quidem cunctabantur,

Hiſtoria.

deiſque gladius licet radiaret; adhuc tamen conti-
nebatur. Arcus verò intendebatur, ſed cohibeba-
tur, quo pœnitentiæ concederet tempus, quem-
admodum dei lex eſt. Sed & aliud pugilis & per-
ſecutoris vide certamen. Præfectus ſudariū quod
circa collum geſtabat dilacerare iubet. At Baſi-
lius tibi inquit, ſi volueris tunicam etiam dabo.
Verbera carnibus ferè experti, minabatur, at ille
ſeparatum offerebat. Sed & vngularum dilania-
tionem intentabat. Verū hepati Baſilius reſpon-
A dit remedium tuleris. Cernis fortaſsis quo pacto
mihi ſubuenire poſſis, ſi à talibus curaueris tor-
mentis. Et hi quidē in illis erant. At ciuitas, quom
malum & commune omnium cognouiſſet peri-
culum, ſiquidem vnuſquiſq; iniuriam hanc ſuam
eſſe cenſebat, tota inſaniebat & incendebatur, &
veluti quum apum examen fumo commouetur,
ita alius ab alio cōcitabatur & inſurgebat. Omne
hominū genus, ætas omnis, præcipue vero ij, qui
regi texendo & arma faciendo operā impende-
bant. Hi enim in talibus feruentiores ſunt, auda-
ciam enim ex libertate habēt. Arma verò vnicui-
que erant, ſingula quę ex artis obueniebāt inſtru-
mentis, aut ſi aliud quid caſu forte obueniſſet. Fa-
ces erant in manibus, lapides ad iactum expediti,
fuſtes parati, curſus omnium vnus, clamor idem,
alacritas communis. Ira dux grauis, aut miles, ſed
nec mulieres armis tum carebant, quum eas tem-
pus exacuiſſet. Radios enim habebant fraxineos,
zelóque roborabantur, ac in audaciam vertebban-
tur virilem, & vt breuiter dicam, pietatem diuidi
arbitrabantur, ſi hunc inter ſe partiti fuiſſent, iſq;
B magis pius cenſebatur, qui primus manus præfe-
cto, talia auſo, intuliſſet. Quid igitur faciebat iu-
dex ſeuerus & audax? ſupplex erat, miſerabilis,
ærumnis plenus, & cui non humilior? donec illu-
ſtris ille, ſine ſanguine martyr, & ſine plagis coro
natus, populi compeſcuiſſet violētiam, illúmque
ſui cohibuiſſet reuerentia, ſicque ſupplicem ſuum
& offenſorem ſaluaſſet. Hæc deus ſanctorū ope-
ratus eſt, qui omnia facit, & in melius dirigit, qui
ſuperbis reſiſtit, humilibus verò gratiam tribuit.
Et quur hoc non faceret? qui manuum extenſio-
ne trophæa erigit, vt populum ſaluet fugientem,
illúmq; eripiat è periculis. Præclarum igitur bel-
lum ira deſiit, & finem à deo ſortitum eſt ſecun-
dum, ac illius fide dignum. Deinde verò epiſcopo
rum & ſociorū incepit bellum. Quod magna ſui
parte ingloriosum fuit, incipientibus verò admo-
dum damnoſum. Quis enim aliis modeſtiā per-
ſuadere poſset, quum præſules ipſi ita eſſent affe-
cti? Iamdiu enim haud humaniter erga illum ſe
habebant. Tria autem diſsidij cauſa erant. Nam
nec ob fidei conueniebant rationem, niſi ſumma
multitudinis neceſsitate coacti. Nec puſillanimi-
C tatem in electione penitus depoſuerant. Et quòd
multum gloria ab illo ſuperarentur, omnium eis
moleſtiſsimum erat, etiam ſi id fateri turpiſsi-
mum eſſet. Sed & aliud factum eſt diſsidium, aut
iſta ſuſcitauit. Quum enim patria noſtra in duas
diuiſa ſit præfecturas & metropoles, multáque
nouæ ex priori addita fuiſſent, ſeditio eorum po-
tiſsimum exordium hinc ſumpſit. Ille enim cum
ſecularibus bonis noſtra quoque diuidenda eſſe
cenſebat. Ac ideo quæ nuper acceſſerant tranſ-
mutauit, tanquam ab ipſo iam differrent, ac ei
acciderent. At hic conſuetudinem ſeruabat anti-
quam, ac diuiſionem olim à patribus factam.
Hinc multa iam acciderunt mala. Alia verò or-
tum ſumpſere. Conuentus enim à nouo diſtra-
hebantur metropolitano. Reditus diripieban-
tur. Eccleſiarum presbyteris quibuſdam perſua-
debat, alios autem inuitabat. Inde euenit, vt ec-
cleſiæ etiam peius haberent, quando ita diuide-
rentur & inciderentur. Homines enim ob tales
ferè rerum innouationes gaudere ſolent, quo- D
niam libenter ſua adaugent: ac facilius bene in-
ſtituta diſſoluuntur, quàm diſſoluta reſtituuntur.
At ille infeſtius Baſilium exagitabat. Taurorum
enim prouentus & tranſitus ab eo tantum cōſpi-
ciebantur, ad illum verò deducebantur. Sed & ex
monte ſancto fructus colligere magni ducebat,
ita vt quum viri mulos aliquando deprehendiſſet
propriā viam euntes, illos poſtea prædatoria co-
hibuerit manu. Et commentum quaſi honeſtum
erat filij enim ſpiritales, & animæ, & fidei ſermo,
& talia auaritiæ erant tegumenta. Res ditiorum
propria. Et quòd non oporteat tributum pēdere
hominibus malæ famæ. Verùm omnis offendens
erat malæ famæ. Proinde ſanctus dei, & ſupernæ
Hieruſalem metropolites, detrimentum tolera-
re, & hæc negligere cogebatur, ſiue paruam mali
diſſolutionem excogitare. Sed videamus quam
magnam & admirandam, ac planè anima illius
dignam. Ex ſeditione enim Eccleſiā opulentiorē
reddidit, aduerſitatémque perbelle diſpoſuit. Si- Bonæ ſolutio.
quidem plurimis epiſcopis patriam roborauit, ex
qua tria contigere pulcherrima. Plurimarū nem-
pe animarum cura. Et vt ciuitas quæq; ſua habe-
ret, & vt bellum diſſolueretur. Cæterū timeo ne E
& ego cōſilio iſto ocioſus ſim factus. Haud enim
ſcio quomodo rectius dicere conueniat. Licet
enim cuncta viri huius quantum dictu poſsibile
eſt admirer, hoc vnū laudare nequeo. Animi enim
paſsionem fatebor, nec aliàs multis ignotam, no-
ſtram dico innouationē & infidelitatē, cuius do-
lorem nullum vnquam delebit tempus. Ibi enim
cunctæ mihi vitæ inciderant aduerſitates, confu-
ſióq; vt philoſophiæ incumbere nequirē, aut poſ-
ſe putarem. Tametſi parua ſit ratio ſcandi. Præ-
terquam ſi quis illud à nobis in viri excuſationē
dictum ſuſcipere voluerit, quod longo ſupra res
ſaperet humanas: Et quæ hic faceret priuſquam
abiret, omnia ſpirit° inſtinctu ageret. Licet enim
amicitiæ venerationem ſeruare ſciret, in hoc vno
tamen ignominia affecit, vbi dei honorem præ-
ferre oportebat. Longò enim ſpetata, amicitiæ
diſſolutioni anteferebat. Cæterū timeo ne dum
ſocordiæ crimen effugere contēdo, apud eos qui
cunctas res illius geſtas ſcire deſiderant, ſcriben-
do tamē in crimem inſatiabilitatis apud eos qui
modum laudant, incidam: quam rem nec ipſe ne- F
gligebat, ſed menſuram ex omnibus optimā eſſe
inter potiſſimas laudabat, ac in omni vita ſua di-
ligenter obſeruabat. Ita igitur ſermone vtar, vt
tam breuitatis quam in ſatiabilitatis amatoribus
pariter ſatisfacere queam. Alij igitur in re aliqua
excellunt, alij autem in pleriſq;, quum plures vir-
tutis ſpecies exiſtāt nullus verò ex omnibus quos
nos cognoſcimus, ad ſummum peruenit. Sed ille
nobis optimus eſt, qui in plurimis rectè agit, aut
in vna potiſſimū. Baſilius verò ita cuncta attigit,
vt naturæ

vt naturæ contentio eſſe videretur. Nam ita conſideramus: inopiam quis laudat, vitámque omni carẽtem apparatu,& ſuperfluitate:at quid ille habebat præter corpus, & ea quibus carnis tegeret neceſſaria? diuitæ autem illi erant, vt nihil poſsideret, cruxq́; cui ſoli ſuperuiuebat. Hæc lõge ſibi multis pecuniis honorabiliora eſſe conſebat, nec poſſibile vt quis, ſi etiam vellet, omnia poſſideret: ſed vt quis omnia contemnere ſciret, ſicque A omnibus melior appareret. Quumq; ita ſentiret & haberet, nequaquam altari ac vana indigebat gloria, nec præconio illo publico, Crates Cratetem Thebanum in libertatẽ vendicat. Optimus enim eſſe potius quàm videri malebat: ac deo nequaquam in dolio ac in medio foro habitabat, vt omnibus ludibrio eſſet, indigentiam noua reſarciens abundantia. Sine ambitione igitur & arte quæſtuoſa pauper erat, ac omnia quæ habebat profundebat, quò expeditius per vitæ nauigaret *Frugalitas* mare. Sanè abſtinentia & frugalitas res eſt admiranda,& ne quis à voluptatibus ſuperetur, aut vẽtri tanquam amaro & illiberali ſubiiciatur domino, at quis magis in cibo parcus? & ne multa dicã, ſine carne ferè erat: ſuperfluitatem autem & ſatietatem ad irrationabiliores,& quorum vita ſeruilis & deorſum vergens erat, reiecit. Ipſe autem nihil magnũ eſſe cenſebat, quod gutturi applauderet: ſed ſolum neceſſariis quantum poterat ſuſtentabatur, ſoláſq; delicias eſſe dicebat, ne deliciis diffluere appareret, ac ideo indigeret pluri- *Mat. 6.* B mis. Sed ad lilia reſpiciebat & volatilia, quæ pulchritudine prædita ſunt mirabili, cibóq; vtuntur fortuitè oblato, ſecundum magnam Chriſti mei admonitionẽ, & carnẽ propter nos mendicantẽ, quò nos diuinitate ditaremur. Hinc illi tunica vna,& pallium tritum, in humóq; dormitatio,& illuuies,& vigiliæ eius erant exercitamenta. Cœna autem ſuauiſſima ac cibus, panis cum ſale, aut ficus recentes: potus verò ſobrius erat, & abunde illi ſufficiens, quem fontes produnt iis etiã qui non laborãt. Verũ ex his aut cum his ægritudines ſequebantur, & medicamenta communia nobis exercitia oportebat enim me miſerum in talibus æquè affectũ eſſe, licet in aliis longè inferior fo- *Virginitas* rem. Sanè res magna eſt virginitas, & angelis aggregari, ac abſque iugo eſſe, naturæque ſolitariæ. Nam Chriſti illã vocare cunctor, qui quum naſci deberet, ob nos natos, ex virgine naſcitur, vt virginitatẽ lege ſanciret, tanquam inde deductam, & mundum abſcendentem, ſeu potius mundũ mundo præmittentem, præſentem futuro. Quis igitur virginitatem magis honorauit, quam Baſilius, aut C carnis puritatem quaſi lege ſanciuit? non ſolum exemplo proprio, ſed eorum etiam quibus ſtudebat, quemadmodum ex virginitatis laude, & inſtitutionibus eius liquet ſcriptis, quibus omnem ſenſum refrenauit, ac cuncta membra ad modeſtiam redegit, necnon virginitatem ſeruandam perſuaſit, pulchritudinem ad interna conuertẽs, à viſibilibus ad inuiſibilia. Et externum quidem languidúm reddebat, ac materiam ſubducebat flammæ. Occultum verò oſtendebat deo, qui ſolus animarum depuratarum ſponſus exiſtit, quíque animas ad ſe pertrahit vigilantes, quò cum lampadibus ſplendidis,& largo ei olei occurrant nutrimento. Sanè quum vita ſolitaria ac mixta vt plurimũ inter ſe diſtarent ac pugnarent, neutrúmque bonum à malo penitus ſegregatum haberet: ſed hæc magis quieta & moderata eſſet, & deo copularet, non tamen arrogantia propter virtutis ſecuritatem & exiſtimationem careret: illa autẽ actiua magis & vtilior, verùm à turbis nequaquã ſegregata eſſet: ambas inter ſe belliſſime conciliauit, & ita tẽperauit, vt ſapientia non ſine actione, nec actio ſine ſapientia foret: ſed tanquã tellus,& mare, bona ſua vtrinque conferrent, ac in D vnam dei gloriã concurrerent. Et quid plus? pulchra eſt humanitas, ac pauperum ſuſtẽtatio, humanæq; imbecillitatis ſubſidium. Parumper igitur ab vrbe progredere, & vrbem cerne nouam, pietatis promptuarium, cõmune diuitum repoſitorium, quò opum ſuperuacua imò iam neceſſaria, admonitione illius recõderent, quo tineas excluderent, nec fures exhilarent, inuidiæque certamen & temporis effugerent corruptionẽ. Vbi ægritudo philoſophatur, & calamitas beata cenſetur, compaſsióq; in reputatione eſt. Quid mihi ad opus illud Thebæ Aegyptiacæ cum portis ſeptem? ac muri Babylonici, necnon ſepulchrum Mauſoli Caris,& Pyramides, ac Coloſsi æs pondere carens. Siue templorum magnitudo & pulchritudo? quæ amplius haud ſuperſunt, cum aliis quæ homines admirentur, & librorum mandant memoriæ, quę nil conditoribus ſuis præter paruã profuere gloriolam. Mihi verò ſalutis via hæc cõpendiaria, ac facilis in cœlum aſcenſus, admirationi eſt præcipuæ. Non enim amplius oculis noſtris expoſitum eſt ſpectaculum graue & miſerã- E dum, homines ante obitum mortui, & plurimis corporis mutilati mẽbris, ab vrbibus, domibus, foris, aquis, quin à chariſsimis ſuis expolſi, nominibus potius quam corporibus noti: nec amplius in triuiis & conuentibus ſecundum cognationem & concentum exponuntur, non iam ob morbum miſerandi, ſed poſt, membrorum miſerabilium artifices miri, ſi vix ſaltem quibuſdam eſt reſidua. Sed cur cuncta noſtra tragicè enumero? quum ſermo haudquaquam ſufficiat paſsioni. Baſilius verò præ omnibus maxime hominibus perſuaſit vt quum homines eſſent, nequaquam homines contemnerent. Nec Chriſtum vnicum caput omnium, propter inhumanitatem erga illos ignominia afficerent: ſed in calamitatibus alienis facultates ſuas rectè diſponerent, adeóque miſericordiam, quum miſericordia indigerent, pio fœnore extorquerent. Ac ideo generoſorum generoſiſsimus ille,& gloria plus quam ſplendens, ægrotos nec ab oſculi arcebat honore, ſed tãquam fratres ſalutabat item quemadmodũ quid ſuſpicari poſſet, inanis gloriæ gratia. Quis enim plus à tali aberat affectu? ſed vt corpora curandi cauſa F attrectaret, philoſophiæ eius formula,& loquẽs, & tacita erat adhortatio. Nec ciuitas ita, regio vero adiacens & externa aliter ſe habebat, ſed omnibus commune certamen propoſuit, ita vt & populi præfecti ciues humanitate imitarentur & magnificentia. Proinde quemadmodum aliis curæ ſunt propinatores, ac menſæ lautiores, necnon coquorum commenta & iritamenta gulæ, ſellæq́; elegantes, ac veſtes molles & fluidæ: ita & Baſilius infirmorum, & hulcerum eorum, ad imitationem Chriſti gerebat curam, nõ ſermone

Thebæ. Babylonici muri. Mauſoleũ.

ſed opere lepram purgans. Quid nobis ad hæc dicent ij, qui ei ſuperbiam & ſupercilij obiiciunt faſtum? amarulenti talium cenſores, ac qui neutiquam regulas adhibent regulæ. Num quis lepræ curam gerit, & eouſque ſe humiliat, ſanos vero contemnit? aut carnes per abſtinentiam macerat, animæ elatione intumeſcit inani? maxime quum phariſæi iactantiam nouit, & ex tumore humilitatem prædicat, & Chriſtum ad ſerui vſque formam deſcendiſſe non ignorat, illúmque cum publicanis comediſſe, & diſcipulorum pedes lauiſſe. Sed nec crucem renuiſſe, vt illic pec-
A cata affigeret mea. Et quod his eſt admirabilius, deum videt crucifixum, idque cum latronibus, & à prætereuntibus irrideri, inconſumptibilem illum, & omni paſſione ſublimiorem. Num ille ſeipſum adeo effert, vt neminem ſibi honore æqualem eſſe cenſeat? quemadmodum videtur iis qui illi inuident. Verum vt arbitror, morum conſtantiam, ſeueritatem, & integritatem illam abſolutam, ſuperbiam vocarunt. Equidem illi idem, vt mihi videtur, eodem modo hominem fortem temerarium, timidum vero circumſpectum appellarent: modeſtum quoque inhumanũ, ac iuſtum immobilem. Quidam enim non inepte indagarunt, virtuti vitia eſſe adiuncta, & quodammodo contigua, facileque à rerum inexpertis aliud pro alio accipi. Quis enim virtutem plus quàm Baſilius honorauit? aut malitiam redarguit? ſiue bonis viſus eſt melior, vel delinquentibus aſperior? cuius ſubriſio ſæpius laus erat, ſilentium vero increpatio, quæ conſcio malum ſuum vltro extor-
B queret. Cæterum ſi non garrulus erat, aut riſu diffluens, ſiue circumforaneus, nec multis placebat, quoniam non omnibus omnia fieret aut gratificaretur, quid hoc ad rem? nónne potius laude quàm reprehenſione dignum eſt iis, qui præditi ſunt mente? niſi quis leoni obiicere velit, quod non figuram ſimiæ, ſed ſeueram & regiam præ ſe ferat, cuius laſciuiæ tamen generoſæ ſunt, & cum admiratione diligẽdæ. Sanè eos qui in ſcena verſantur, tanquam iucundos & humanos quis miretur, quoniam populi gratiam captant, ac riſum mouent per alapas & verbera, quanquam ſi hoc quærimus, quis adeo iucundus fuit in conuerſationibus? quemadmodum ego potiſſimum noui, qui præ reliquis viri mores ſum expertus. Quis narrando gratioſior? quis mordendo peritior? quis reprehendendo ſyncerior? ſiquidem non nimis ſeuere reprehendebat, nec nimis facile remittebat, ſed immodeſtiam in vtroque fugiebat, ac vtroque iuxta Salomonis leges cum ratione & in tempore vtebatur. Cæterum quid hæc ſunt? ſi
Eccle. 19. C cum viri collata fuerint eloquentia aut magnitudine doctrinæ, qua ſibi fines orbis conciliauit totius. Verum adhuc circa montis verſamur ima, ac multum à ſummitate diſtamus. Adhuc circa littora ferimur, ac nondum mare ingreſſi ſumus profundum. Arbitror enim ſi vnquam fuit aut erit tuba, longe ſono ſuo per aërem diffuſa, aut terræmotus orbis ex innouatione quadam aut miraculo ortus, hoc vocem illius eſſe, & ingenium, tantum omnes antecellens, & poſt ſe relinquẽs, quantum nos naturam exuperamus irrationaliũ. Quis enim magis ſe expurgauit ſpiritui? & dignũ fecit vt diuina explicaret myſteria? quis magis cognitionis lumine illuminatus fuit, & ad profunda pertigit ſpiritus? cum deóque ea quæ dei ſunt eſt contemplatus, quis ſermonem ſortitus eſt melius interpretantẽ ea, quæ cognitione ſunt digna? ita vt non multorum inſtar altero pede claudicaret, vel mente ſermone carente, aut ſermone minus ſolidato mente. Verum vtriſque pariter excelluit, ſibi ipſiq́; ſimilis apparuit. Et vbique ſane ſenſit. Siquidem quod cuncta dei profunda ſcrutatus ſit, ſpiritu eſt teſtificatus. Non tanquam ignorante, ſed veluti cõtemplatione exultante. Omnia enim quæ ſpiritus ſunt, ab illo ſunt indagata, vnde euenit vt moribus inſtitueret cun- D
ctos, eloquentiã oſtenderet, præſentibus renunciaret, & ſe accingeret ad futura. Porrò ſolis pulchritudo cum magnitudine ac curſus ſui velocitate, à Dauid laudatur, ſplendens tanquam ſponſus, Pſal. 18.
magnus vt gigas, cuius vires tantæ ſunt, vt curſu ſuo à ſummis pariter illuſtret ſumma, nec calor eius diſtantia imminuatur: Baſilij autem pulchritudo, virtus erat, magnitudo vero theologia, at curſus, mobilitas aſſidua quæ aſcenſibus ſuis ad deum vſque perducit, vires vero ſatio ſermonis & diſtributio, ita vt recte mihi ſcripturæ illud de eo vſurpare liceat, In omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis, vis verborum eius. Quod beatus Paulus de Apoſtolis à Dauide dictum eſſe Rom. 10.
ait. Quæ enim alia hodie in conuentibus eſt gratia? quæ in conuiuiis voluptas? quæ in foro? quæ in conciliis? quæ principum cum ſuis deliciæ? quæ monachorum aut mixtorum? quæ ocioſorũ aut negocioſorum? quæ eorum qui in externis aut noſtris philoſophantur? vnica profecto voluptas E
per omnia, & in omnibus maxima, illius ſunt ſcripta, & labores. Nec ſcriptoribus vlla poſt illum relicta eſt facultas, præterquam monimenta eius literaria: ſileant vetera, quæ à quibuſdam in ſacris elaborata ſunt ſermonibus, clamẽt noua. Is enim nobis optimus eſt in ſermonibus, cui conceſſum eſt vt ſupra ſcripta illius potiſſimum cognoſcat, & lingua proferat auribúſque inſundat. Solus enim pro omnibus ad doctrinæ adeptionem ſufficit ſtudioſis. Ego autem hoc ſolum dicam, quotienſcunq; Hexaemeron eius in manus ſumo &
relego, ad cõditorem omnium accedo, & conditoræ rationes cognoſco, ac conditorẽ plus quàm antea admiror, dum ſolo viſu ipſo doctore vtor. Hexaemeron Baſilij
Quum autem in contradictorios incido ſermones, Sodomiticum video ignem, quo linguæ exuruntur malæ & aberrantes, aut confuſionis turrem, male quidem ædificatam, male quoque diſſolutam. Quum vero quæ de ſpiritu ſcripſit relego, deum inuenio quem habeo, & in veritatis pro- De ſpiritu Baſilij liber.
latione audax fio, dum per illius gradior Theologiam & contemplationem. At quum alias eius F
perlego enarrationes, quibus parum videntes illuminat, & quas tripliciter in ſolidis cordis eius tabulis conſcripſit, diſco non in litera conſiſtere ſolum, aut ſuperuacue intueri tantum, ſed & pergere vlterius, & ex profundo adhuc in profundum tranſire, abyſſum aſciſcens abyſſo, & lumini inueniens lumen, donec in ſummum peruenio. Quum autem martyrum laudes relego, corpus contemno, & cum laudatis verſor, ad certamenq; excitor. Quum vero ſermones eius, tam morales euoluo, quàm actiuos, anima pariter purgor & corpore,

corpore, ac templũ dei fio capax, organúmq; pulſatum à ſpiritu, diuinam decantans gloriam & potentiam. Cum hoc immutor & dirigor, aliúſque ex alio fio, alteratione alteratus diuina. Cæterum poſtquam theologiæ memini, ac viri in hac ſingularis ac præſtantis, & hoc quoque prædictis addidero. Vtiliſſimum enim eſt multis, qui male de eo ſentiunt, ne offendantur, ſed ad maleficos ſermo pertinet noſter, qui ex iis quibus alios calumniantur ſibi ſubſidium quærere ſolent. Ille enim ob ſermones rectos, & erga trinitatem ſanctam, connexionem, & condeitatem, vel neſcio quomodo

A magis propriè aut manifeſtius dicere oporteat, non ſolum à thronis excidere, quum nec ſub initium illis oblectaretur, ſed exilium ac mortem, necnon ſupplicia extrema prompte ſubire paratus erat, idque lucrum & minime periculum eſſe cenſebat. Quod quidem ex iis partim liquet quæ fecit, partim vero quæ perpeſſus eſt. Poſtquam enim pro veritate damnatus, & in exilium pulſus fuit, nullius rei alterius curam habuit, quàm vt comitem quendam ſuum libellum tollere, & ſequi iuberet. Cæterum vt condemnationis etiam tempore ſermonibus ędificaret veritatem, neceſſariũ putabat, diuino Dauid hac in re conſultore vſus: vt parumper belli tempus ſuſpenderet, & hæreticorum poteſtatem infringere poſſet, quoad libertatis tempus, ac linguæ, licentia concederetur loquendi. Illi enim quærebant vt vox de ſpiritu acciperetur nuda, tanquam eſſet deus, quod & vere eſt, ſed impie ab illis & à malo impietatis accipiebatur præfecto, quo Baſilium cum lingua theolo-

B gica ex vrbe pellerent: ipſi vero occuparent eccleſiam, eámque impietatis ſuæ propugnaculum facerent, ac inde cuncta tanquam ex arce quadã percurrerẽt. At ille aliis ſcripturæ vocibus & teſtimoniis manifeſtis, quæ illud idẽ poſſent, necnon ſyllogiſmis neceſſariis, ita redarguit contradicentes, vt nequaquam contra tẽdere poſſent, ſed vocibus caperentur propriis. Quod quidem vim maximã habet, éſtque prudentiæ ſingularis, quemadmodũ ſermo oſtendit, quem de hac re cõſcripſit, vbi ſtilum tanquam è ſpiritus cõcitat pyxide. Cæterum domini vocem tantiſper diſtulit, à ſpiritu ipſo, & geminis eius concertatoribus veniam petens, vt non moleſtè diſpenſationis illius conſilium ferrent, ne dum ob vnius vocis gratiam reſiſterent, cuncta propter inſatiabilitatem diſperderent, præcipue cum tempore illo pietas ita diſtraheretur. Nullum enim detrimentum eis inde euenturum cenſebat, ſi dictiones parumper immutarentur, ac vocibus aliis illud idem doceretur. Quum non in verbis potius quàm rebus ſalus noſtra conſiſteret. Siquidem nec Iudæorum gentem reiiciẽdam eſſe, ſi vncti vocem pro Chriſti immutare, ſicque nobiſcum cenſeri vellent. Quum vero eccleſia

C ſcinderetur, maximum communitati imminere damnum. Verum licet ſpiritum omnino deum eſſe affirmaret, quemadmodum liquet ex iis quæ ſæpius, dum tempus ita ferret, publice prædicauit, necnon priuatim interrogantibus expreſſe eſt cõfeſſus, manifeſtius tamen id fecit in ſermonibus quos mecum habuit. Nihil enim in illis ita abſcondebat, vt id non libenter mecum conferret. Neque hoc ſimpliciter definiebat, ſed quod non ſæpius antea fecerat, horrẽdiſſimè ſe execrabatur ac ſibi vt à ſpiritus gratia excideret imprecabatur, ſi ſpiritum non æquè ac patrem & filium tãquam conſubſtantialem, & eiuſdem honoris veneraretur. Proinde ſi quis me in his ſocium ipſius ſuſcipere velit, aliquid multis adhuc abſcõditum proferam: nempe quòd tempore nos anguſtante, ſibi diſpenſationem reſeruauit, nobis autem loquendi libertatem commiſit: nemo igitur nos iudicare, aut ideo reiicere debet, quòd patriæ honorati ſumus obſcuritate, quum amborum opera, Euangelium apud nos ſit roboratũ. Hæc non ideo per-

Baſilij de Spiritu ſãcto ſententia.

D curri, vt excuſatione noſtra opiniones illius defẽdam: calumniatorum enim reprehenſione, ſi ſaltẽ aliqui ſunt, longe vir ille melior eſt: ſed ne ij qui cenſent, voces ſolùm à viro in literis adinuentas, pietatis finem eſſe, fidem debiliorem, ac theologiam illius demonſtrationem improbitatis habẽt propriæ, quàm tempus produxit, cum ſpiritu: ſed ſcripturæ ſenſum examinantes, necnon ſcopum, ad quem illa eſt conſcripta, magis ad veritatem accedere, & impiorum ora obſtruere valeant. Mihi igitur theologia illius non aliter quã amicus quiſpiam erit, tantámque fiduciam in viri puritate de hac re pono, vt illam omnibus ſaciam communẽ. Et mea quidem ab illo expendantur, illius autem à me, & coram Deo & hominibus æquioribus, ita ſint conſideranda. Nec enim Euangeliſtas inter ſe diſſentire dicimus, quia quidam carni Chriſti magis operam impenderunt, alij autem theologiæ plus incubuere: ac hi quidem ex rebus noſtris, illi autem ex ſupernis initium fecere, pręconiúmque ad vtilitatem, vt arbitror, capientiũ diſtribuerunt, quum ita in eis ſpiritus figuraret. Pro-

Euãgeliſta conſentiũt.

E inde quũ multi olim fuerint pietate clari, ac nunc quoque ſint homines, veluti legiſlatores, populorum duces, prophetæ, doctores, fortes ad ſanguinis vſque effuſionem, age cum illis noſtra conſideremus, ſic enim virum hunc rectè cognoſcere valebimus. Adam Dei manu, necnon delitiis paradiſi, & legiſlatione prima factus eſt dignus, ſed ne quid blaſphemij contra primæuum proferam parentem, reuerentia dictum ſit, mandatum non ſeruauit. Baſilius verò accepit, & ſeruauit, ac nequaquam cognitionis læſus eſt ligno, romphęám quæ euaſit igneã, & vt plane noui, paradiſum eſt adeptus. Enos primus ſperauit vt inuocaret dominum: Baſilius autẽ inuocauit, & aliis quoque prædicauit, quod quidem inuocatione longe honorabilius eſt. Enoch ob breuem tranſlatus eſt pietatẽ tum enim fides adhuc in vmbra erat, pręmiũ pietatis inueniens tranſlationem, ſicque reliquæ vitæ periculum effugit: Baſilij autem tota vita tranſlatio fuit, ipſéque perfectè in vita probatus perfecta. Noë arca, & ſemina mundi ſecũda, in ligno concredita fuere paruo, & per vndas ſeruata. Baſi-

Adam.

Enos.

Enoch.

Noe.

F lius autem impietatis effugit diluuium, ac ciuitatem ſuam celeriter ſalutis fecit arcam, quum vndique hæreticis eſſet referta, ex qua & mundum totum reuocauit. Magnus fuit Abraham, & patriarcha, & ſacrificus, ſacrificij noui, qui eum quẽ ex promiſſione acceperat, ſacrificium promptum ſuo obtulit datori, & ad iugulationem vſque produxit: ſed nec Baſilius illo minus fecit, ſeipſum enim Deo obtulit, & nihil tanquam idem eſſet ſuppoſuit: quid enim erat victimam offerre? Iſaac ante natiuitatem etiam promiſſus eſt:

Abraham.

Iſaac.

Baſilius verò promiſsio ipſa fuit, Rebeccámque,
Eccleſiam dico, oon lõginquè ſed propinquè du-
xit, nooper legationem ſeruilem, ſed à Deo tradi
tam & commiſſam: neqne in filiorum prælatione
deceptus fuit, ſed vnicuique quæ digna erãt cum
ſpiritus iudicio diſtribnit. Iacob ſcalam laudo, ac
Iacob. ſtatuam quam Deo inunait, necnon luctam cum
illo, ſi qua ſaltem fuit bumanæ, vt arbitror, men-
ſuræ ad numinis ſublimitatem comparatio, vnde
& femoris dolor, naturæ deuictę ſymbolum. Lan
Patriarchæ. 12. de etiam pulchrum illud viri circa pecora cõmẽ-
tum, & ſucceſſum, necnon duodecim ex eo pa-
A triarchas, ac benedictionis diſtributionem, cum
propbetia futurorum nequaquam ingeneroſa.
Verum & Baſilij laudo ſcalam, non ſolum viſam,
ſed & aſcenſam, aſcenſionibus per virtutem pe-
detentim: ac ſtatuam non quam iunxit, ſed Deo
ereait, quo impiorum facta notaret infamia: &
luctam, non qua contra Deum, ſed pro Deo de-
certauit, dum hæreticorum errores in terram pro
ſtrauit: ſed & paſtoralem viri artem ex qua ditatus
eſt, & pecora potius generoſa quàm obſcura poſ-
ſedit, ac pulchram ſobolem eorum, qui ſecũdum
Deum ſunt nati, necnon benedictionem quę cõ-
Ioſeph. firmauit multos. Ioſeph frumenti diſtributor fuit
ſed in Ægypto ſolùm, nec ſæpius & corporaliter
quidem: Baſilius verò omnibus diſtribuit, ſemper
& ſpiritaliter. Quod mihi diſtribntione illa lon-
ge venerabilius exiſtit. Quum Iob tentatur, &
Iob. vincit, in finéque ſplendido certaminum victor
pronuntiatur, à nullo impugnante, licet multi ſo-
rent, concuſſus, verum longe tentatorem ſupe-
rans in lucta. Sed & amicorum irrationale reſte-
B nauit, qui paſſionis ignorabant myſterium. Mo-
Moſes. Aaron. ſes & Aaron inter ſacerdotes eius, & magnus qui-
dem Moſes affligens Ægyptum, & populum ſal-
uans in ſignis multis ac miraculis, nubem ingre-
diens, duplicem legem ferens, literalem extra, ſpi
ritalem intra. Aaron autem Moſis frater & cor-
pore & ſpiritu, pro populo orans ac ſacrificans,
tabernaculi ſacri & magni, quod compegit domi
nus & non bomo, myſtes. Amborum horum Ba-
ſilius æmulator fuit, nequaquam corporalibus fla
gellis, ſed ſpiritalibus & ratiooalibus populum
hæreticum & Ægyptiacum affligens. Deduxit au-
tem populum acceptum, bonorum operum æmu
latorem ad terram promiſſionis, tabuliſque mi-
nimè frangibilibus, ſed duraturis leges inſcripſit,
non iam vmbratiles, ſed valde ſpiritales. In ſancta
verò ſanctorum oon ſemel in anno, ſed ſæpius,
& per ſingulos, vt ita dicam, dies eſt ingreſſus. Vn
de & ſanctam nobis reuelauit trinitatem, popu-
lúmque expiauit, non aſperſione temporali, ſed
Ieſus Naue. expurgatione perpetua. Porro quid ex Ieſu Naue
rebus pulcherrimum fuit? imperium rei milita-
ris, ſortis diſtributio, ac terræ ſanctæ occupatio.
Baſilius verò noone princeps & dux fuit? eorum
C qui per fidem ſaluantur. Nónne hæreditatum pe-
nes Deum diuerſarum diſtributor? & illarum tan
tum quas diſtribuit ſis, quorum dux fuit, ita vt vo
cem illam emittere poſſet, quoniam ſors mihi ce
cidit inter fortiſſimos, & in manibns ſortes meæ,
longe nobiliores quàm quæ io terra ſitæ ſunt, &
Iudices. diripi poſſunt. Et iudices prætereamus, aut Iudicũ
Samuel. clariſſimos, Samuel inter eos qui innocant oomẽ
eius, & ante oatiuitatem ſuam oblatus, ac ſtatim
poſtquam genitus fuit ſacerdos, & vnctor regum
ac ſacerdorum per cornu. Baſilius verò nónne ab
infantia Deo à matre eſt conſecratus, & cum tu-
nica oblatus altari? viditque ſuper cœleſtia, vo-
ctus domini, & vnctor eorum qui ex ſpiritu ſunt
initiari: Dauid inter reges decantatus, cuius mul- *Dauid.*
tæ contra inimicos referũtur victoriæ & tropbæa
ſed manſuetudo in eo præcipua fuit, & ante reg-
oum citharæ vis quæ ſpiritum incantabat malig- *Salomon.*
num. Salomon cordis latitudinem à Deo petiit,
& conſequutus eſt, adeóque ſapientia & contem
platione profecit, vt inter cunctos temporis ſui D
homines clariſſimus ſit effectus. Baſilius verò
manſuetudine huius, ſapientia autem illius, ſecun
dum opinionem meam, minimè aut parumper ſu
peratur. Nam & regum inſanientium audaciam
demulſit, & non auſtri reginam ſolam, neque búc
ſeu illum ob ſapientię eius, gloriam ex finibus ter
ræ attraxit vniuerſæ, ſed omnibus finibus ſapiẽtia
ſua cognitus eſt. Reliqua verò Salomonis obti-
ceo, omnibus enim oota ſunt, etiam ſi nos parca-
mus. Laudas Heliæ contra tyrannos dicendi au- *Helias.*
daciam, & raptum per ignem, oecnon pulchram *Heliſeus.*
hæreditatem Heliſæi pallium, ſiue ſpiritum He-
liæ ſubſequentem: lauda etiam Baſilij in igne vi-
tam, multitudinem inquam tentatiooum, & per
ignem ſalutem, ardentem quidem, ſed non defla
grantem, rubi miraculum, ac pulchrum ex alto in
dumentum, carnem conſumptam. Obmitto
alia, iuuenes in igne perſuſos, ac Propbetam
fugitiuum in ceti ventre orantem, necnon iu- *Tres pueri. Daniel.*
ſtum illum in lacu, tanquam à tbalamo beſtiæ
procedentem, & leonum ferociam ligantem, aut E
ſeptem Macbabæorum certameo, qui cum ma-
tre ſancta per ſanguinem ſunt conſecrati, cum o- *Machabæi fratres.*
mnibus aliis, qui ſui experimentum exibuere,
quorum conſtantiam Baſilius eſt æmnlatus, ac
gloriam tulit ſempiternam. Proinde ſi ad oouam
acceſſero legem, & eos qui io illa claruerunt
cum Baſilio conferam, diſcipulnm bonorabo *Ieſus Ioannes.*
per doctores. Quis Ieſu fuit præcurſor? Io-
annes, taoquam vox verbi, & quaſi lampas lu-
minis, erga quem etiam exultauit in vtero: &
ante illum ad inferos præcurrit, per Herodis
inſaniam illuc demiſſus, vt & ibi Chriſti an-
nunciaret aduentum. Quòd ſi ſermo ooſter
videtur audacior, illuc prædictis addatur, quod
nequaquam ideo hanc facio comparationem,
quia virum illum præponam, aut parem pu-
tem illi, qui inter natos mulierum omnes ſu-
perauit, ſed vt oſtendam buoc illius fuiſſe imi-
tatorem, & aliquid ex cbaractere eius retineo-
tem. Siquidem res oon parua eſt boneſtis, imi-
tatio maximorum, etiam ſi ſit parua. Nónne enim
vir ille ſimulacbrum fuit maoifeſtũ philoſophiæ
illius? Nam & bic io deſerto habitauit, & in nocte F
veſte amiciebatur aſpera, quæ celabatur & oequa
quam oſtendebatur: ſed & parem cibom dilexit
Deo per abſtinentiam pnrgatus: qnin etiam
Cbriſti præco fieri aptauit, etiam ſi oon eſſet præ
cnrior: & exiuit ad eum oon ſolum regio circum
iecta, ſed remotiſſima etiam. Sed & inter duo me-
dius fuit teſtamenta: buius enim literam diſſol-
uit, illius autem ſpiritum publicauit:

Nam

Petrus. Paulus. zebedæi fratres.

Nam impletionem legis occulti manifeſtam fecit diſſolutionem. Perrt zelum imitatus eſt, & vigorem Pauli, clarorum illorum, & pluſquam celeberrimotum, amborum verò fidem. Filiorum Zebedæi magniloquentiam. Omnium diſcipulorũ frugalitatem & medioctitatem. Quapropter cœlurum claues illi ſunt concreditę, non enim à Hierulalem vſque in Illyriam ſolum, ſed maiorem etiam cuculum eſt amplexus: nec tonitrui filius eſt vocatus, ſed factus. Quin & ſuper Ieſu pectus recubuit, vnde & ſermonis vim necnon ſcieotiæ

Ioannes Apoſtolus.

Stephanus.

A hauſit profunditatem. Stephaous autem fieri probibitus eſt, tametſi promptus eſſet, reuerentia cohibens lapidaotes. Sed & ſuccinctius dicere poſſum, ne facta eius enumerem ſiogula: ea boois quædam adinuenit, alia imitatus eſt, nonnulla autem deuicit. Nam omnium gratia venire, eorum etiam qui nunc ſunt, omnium eſt dominari.

Vnum omnibus breuiter addidero, tanta viri erat virtus, tantáqoe gloriæ eius abundantia, vt & multa, ac quæ ex paruis illius erant, ioter quæ & refrenationes corporales eraot, ab aliis ad gloriã cedere putarentur. Veluti pallor, barba, iocesſus compoſitus, & tarditas in ſermone, qui pleous erat prudentia, & ad interna perringens, quæ multis, qui ea minus bene imitari & cognoſcere poſſunt, io moroſitatem cedunt. Quin in veſtitus forma, ac lecti figura, necooo cibi cooſuetudioe, nulla ab eo adhibebatur diligentia, ſed ſimpliciter ſe gerebat, & fortuito ſecundum quod eueniebat. Sanè multos Baſilios, quaorum ad viſum cernere licet, ſtatuas vmbratiles, nimium enim eſt vt nominentur poſtphani. Vox enim ea

B eſt oouiſſima, ſed euidentius diſcernitur.

Imitatores

Illi autem loogiùs à viro diſtant, quàm quantum appropinquare deſiderant. Verùm boc iam oequaquam paruum eſt ad gloriam, & merito quidem, vt eis aliquando vel parumper appropinquare contingat, quo emendentur: aut aliquid ſtudioſè ac diligeoter dictum aut factum eius maodent memoriæ: quemadmodum ego mihi ſæpius ad gloriam ceſſiſſe ſcio, quoniam ea quæ viro fortuirò exciderunt, longe præſtantiora ſunt & clariora, quam quæ ab aliis magna diligentia ſunt elaborata. Poſtquam autem curſum perfecerat, ac fidem ſeruauerat, reſolutionem deſiderabat, iámque coronarum ioſtabat tempus: verùm mioimè in montem aſcendere, & ibi accumbere iuſſus eſt, obiit autem & ad oos aſceodit, ſed & bic miraculum prædictis noo poſterius accidit. Iam ferè mortuus erat, ita vt nec amplius ſpirare, ac multum vitę exhalaſſe videretur, vocalior

C taméio ſermonibus redditus eſt oouiſſimis, quo cum verbis abiret pietatis. Inſuper & ſucceſſorem elegit miniſtrum ſuum fideliſſimum cui & maoum & ſpiritum dedit, ne gradus diſcipulos eius, & ſacerdotij adiutores afficeret iniuria. Verùm ſermo iã vltra progredi cũctatur, progredietur tameo, qoauuis plus alios quàm me deceat, quoniam oequaquam in afflictionibus philoſophari queo, etiam ſi valde philoſophari ſtudeam, communis memor damni & afflictionis orbis vniuerſi. Decumbebar vir, ſpiritúmque trahebar nouiſſimum, & à ſuperno quærebatur choro, ad quem iamptidem reſpiciebat: confluebat autem ad eum ciuitas voiuerſa, minimè damnum ferens peregrinationémque illius tanquam tyrannum incuſabat, ac animam eius quaſi manibus vel precibus cogi poſſet, retinere ſatagebat. Siquidem calamitas ea homines quaſi delipientes reddebat & vnuſquiſque aliquid de propria vita, ſi poſſibile fuiſſet, illi impartiri paratus erat. Poſtquam autem ſuperati ſuot, neceſſe enim erat, vt oſtenderetur quod homo eſſet, & ipſe in manus tuas domine ſpiritum meum repono, Angelis dixit nouiſſimè abducentibus, non ioſuauiter expirauit,

Baſilij mors.

præſentéſque ſacris quibuſdam inſtruait, ac meliores extremis reddidit mandatis. Tum miracu-

D lum factum eſt inter omnia quę vnquam acciderunt celeberrimum. Geſtabatur ſanctus, manibus ſanctorum eleuatus, ſiogulique contendebant: & hic quidem vt fimbriam contingeret, vel ab vmbra contingeretur: alius vt lectulum quo ſacer ille efferebatur ſolùm tangeret. Quid enim corpore illius ſanctius ac purius? alius vt geſtantibus appropinquare poſſet, quidam vt ſolùm ſpectaculo perfrui valeret, ac ſi neceſſe foret, vt & illud celebraretur. Plenæ erant porticus, fora, feneſtræ, culmina, hominibus qui illum præmittebãt, gerebaot, & inuicem ſuccedebant, ex omni genere & ætate, numerus infinitus, pſalmodiæ reſonabant antea incognitæ, luctu permixtæ, ſapientiáque paſſioois ſoluebatur magnitudine. Certamé autem ooſtris cum Græcis, externis, Iudæis, & alienis erat, pariter & illis nobiſcum, vt qui plus lugeret, maius quoque referret commodum: finis ſermonis, & ad periculum vſque aoimi proceſſit affectio. Cum ipſo enim diſceſſere animæ non paucæ, afflictionis & perturbationis vi abreptæ, quæ & taodem veluti itineris comites beatitudioem ſuot aſſequutæ. Eas ex feruentioribus quiſpiam rectè victimas ſepulcbrales appellauerit: corpus verò vix effugit diſcerpeotes: vicitque in-

E ſtaurantes pompam, ſicque ſepulchro patrum ſuorum eſt illatus, ſacerdotibúſque iunctis arcbiſacerdos, præconibus vox magna, & in auribus reſonaos meis, martyr martyribus. Et nunc in cœlis degit, ibíque pro nobis, vt arbitror ſacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Ego verò Gregorius ſemimortuus ſum, & ſemiſectus, tam magna priuatus conuerſatione, vitámque exigo lugubrẽ & nequaquam proſperam, quemadmodum par eſt ſegregatum ab illo. Ac neſcio quomodo poſt inſtitutionem illius fioiam, qui nunc etiam per viſum admoueor oocturnum & reſipiſco, quum excido à decoro. Verùm nequaquam bæc ideo refero, quò laudibus intermiſceam lachrimas, ſed vt viri conuerſationem memoriæ commendem ac tempori, communem virtutis ſtatuam tabu-

F lam, & inſcriptionem ſalutarem eccleſiis ac animabus cunctis, ad quam reſpicientes, vitam tanquam ad legem dirigant animatam. Vobis autem qui geſta eius celebratis, in primis conſulo, vt ſemper ad eum reſpiciatis, & tanquam ipſe videat, & videatur, præparemini ſpiritui. Adeſte igitur, ac vniuerſo choro illius me circumſiſtite, tam ij qui gradus ſunt, quàm inferiores, ſiue noſtri, ſeu extranei, ac laudem eius pariter mecum celebrate, aliúſque aliud quid ex rebus eius narret, aut quærat pulcbris: qui in throno conſideris, legiſlatorem: qui res adminiſtratis publicas, re-

rum

rum publicarum adminiſtratorem: populares diſciplinam, eloquentiæ ſtudioſi doctorem, virgines pronubum, iugo ſubiectæ moderatorem, ſolitarij alatum, permixti iudicem, ſimplices ductorem, contemplantes Theologum, lætè agentes frenum, calamitatibus oppreſſi conſolationem, ſenectus baculum, iuuentus correptorem, paupertas largitorem, opulentia diſpenſatorem. Sed & viduæ videntur mihi tutorem laudare, & pupilli patrem: pauperes verò pauperum amatorem, ac hoſpitalem hoſpites, fratréſque fratrum amatorem, ægrotantes medicum, in quacunque infirmitate remedium, ſani cuſtodem ſanitatis, omnes eũ
A qui omnibus factus eſt omnia, vt lucratẽtur omnes aut plures. Hoc tibi Baſili munus à nobis ſit impenſum, tanquam à lingua tibi quondam ſuauiſſima, & eo qui honore & ætate tibi fuit æqualis. Quòd ſi iuxta dignitatem, tibi ſint gratiæ: tui enim confidentia ſermonem hunc de te inſtitui. Si autem à ſpe longe excidi: quid me oportet pati, ſenecture, & morbo, necnon deſiderio tui maceratum? Attamen Deo acceptum eſt quicquid fit pro viribus. Tu autem ſacrum ac diuinum caput, ex alto nos reſpice, & carnis ſtimulum, inſtructionem noſtram, à Deo nobis datam, aut tuis ſiſte precibus, aut fortiter me ferre perſuade, *Carnis ſtimulus.* totámque vitam nobis in melius permuta. Quum verò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis, quò ſimul viuentes, trinitatem ſanctam ac beatam pariter aſpiciamus, purius & perfectius, cuius nunc ſimulachrum mediocriter percipimus. Ibi deſiderium ſiſtemus, ac eam accipiemus retributionem, quam pugnando acquiſiuimus, & acquirimus. Tibi igitur hic à nobis dictus ſit ſermo: D
nos autem quis poſt te quum vitam exegim' laudabit? ſi ſaltem quid laude dignum præſtitimus ſermonibus, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui ſit gloria in ſecula.

AMEN.

LECTORI.

IAm noſtra editio huc vſque feſtinauerat, & omnia D. Baſilij opuſcula hactenus latinè reddita, quæ vndique ſumma diligentia exquiſita & excerpta ad cæteras excuſiones acceſſerant, cum ſuis indicibus abſolueramus. Sed vt ipſum Baſilium haberes etiam pluribus ampliorem, curauimus quoque vt hæc eiuſdem ſcholia in Pſalterium Dauidicum, cum viginti & vna epiſtolis prioribus 180. adijciendis, hîc ſeorſum impreſſa adderentur. Illa autẽ tranſtulimus ex Baſilio quem anno Domini 1565. excudit Baſileæ Ioannes Oporinus.

PRÆFATIO IN LIBRVM PSALMORVM, SCHOLIIS BASILII MAgni ab erudito quodam præmiſſa.

A PSALTERIVM propriè muſici inſtrumenti genus eſt, quod Hebræis Naula nominatur: dictum eſt autem à pſallendo, ſicut Oratorium ab orando. Tranſlata verò eſt hæc dictio etiam ad ipſum Pſalmorum librum, ptopterea quòd is Pſalmos in ſe continet. Sunt autem omneis Pſalmi, poëmata Dauidis: quemadmodum & Magno Baſilio placet. Ex illis autem alij filiis Core, alij Aſaph, alij aliis ad pſallendum ſunt locati. Elegerat enim Dauid viros quoſdam è tribu Leui, quos ad hoc ſorte deputauit, vt Deum variis inſtrumentis muſicis laudarent. Ex illis principes chori & canticorum cõſtituit filios Core, Aſaph, Idithun, ac reliquos. Itaque in ſymphonia omneis ſimul Pſalmos canebãt, Dauide præcinẽte. Quando verò chorarchæ cuidam Pſalmus aliquis ad pſallendum locatus eſt, indicium eſt, quòd is præcinuerit Dauidíſque perſonam geſſerit. Vnde & quibuſdam Pſalmis nomina Chorarcharum inſcribũtur, quibus illi ad præcinendum fuerant deputati, & qui tum temporis præcentores in pſallendo fuerunt, locúmque Dauidis ſuſtinuerunt: quemadmodum & Dauidis nomen tantum eorum Pſalmorum inſcriptionibus additur, quos per ſe ipſe, cantici princeps, prçcinuit. Carent autem Pſalmorum aliqui inſcriptionibus, eo quòd non quiſque illorum gẽtis vnius nomine dicitur. Sunt autem quidam ex illis anonymi, propterea quòd de Domino ſunt dicti, aut quòd tunc communiter ab omnibus canebantur. Alij Alleluia inſcriptionis loco præferunt, eo quòd hymni ſunt, & gratiarum actio ad Deũ. Alleluia ſiquidem, ſi interpreteris, idem eſt atque Laudate exiſtentem. Liber itaque Pſalmo-

Inſcriptiones Pſalmorum.

B rum, Pſalterium dicitur: Pſalmus verò, ipſum poëma & melos eius. Pſalmodus, qui pſalmos facit: Pſalmodus muſicus, pſalmum canens: Pſaltos verò Deus, cui canitur. Diapſalma, aut mutationem ſenſus ſignificat, aut inuerſionem concentus, aut quãdam ſonitus moram, aut potius aliquam pſalmodi occupationem ac ceſſationẽ, quç illi in ſtructura Pſalmi acciderit, eo quòd nonnunquam Pſalmodo noua quædam à Spiritu ſancto illuſtratio & inſtructio afflatur. Quidam loco diapſalmatis in huiuſmodi interſtitiis, Semper, ſcribunt: vt per id oſtendant, perennẽ eſſe Spiritus ſancti inſpirationem, etiamſi ſermo ſit interſtitio interruptus, Pſalmodo noua quadam Spiritus inſpiratione occupato, cantúque ob eam cauſam interſilẽte. Et vt ſummatim dicã, Diapſalma nihil omnino ſignificat aliud.

quàm Pſalmodiæ interſtitium. Subtiliorem itaque ſententiam olim talia A ſignificabant. Explicādum etiam eſt, in quibus Pſalmis & quoties in vnoquoque diapſalma reperiatur. In 2. ſemel: in 3. bis: in 4. bis: in 7. ſemel: in 9. oda diapſalmatis: in 23. ſemel: in 31. bis: in 33. ſemel: in 38. bis: in 43. ſemel: in 45. bis: in 46. ſemel: in 47. ſemel: in 48. bis: in 51. bis: in 53. ſemel: in 54. bis: in 56. bis: in 58. bis: in 59. ſemel: in 60. ſemel: in 61. bis: in 65. ter: in 66. bis: in 67. quater: in 74. ſemel: in 75. bis. in 76. ter: in 80. ſemel: in 81. ſemel: in 82 ſemel: in 83. ſemel: in 84. ſemel: in 86. bis: in 88. quinquies: in 93. ſemel: in 139. ter: in 142. ſemel. In ſumma verò, quotquot Alleluia & Cantica graduum inſcripti ſunt, diapſalmata non habent.

Pſalmus & cantic๊ū differūt. Differunt autem Pſalmus & Canticum: Pſalmus propriè eſt, qui organico pſalterio concinnè pronunciatur: Canticum verò, vox muſica, concinna, ac ore tantum decantata. Dicitur autem & canticum pſalmus, & pſalmus canticum, per catachreſim. Canticum antiquius eſt. Nam Moſes illud cœpit, durauítque ad Dauidem vſque: Dauid verò primus pſalmorum author eſt. Licet enim organum pſalterij antea quoque fuerit, iners tamen & vulgare erat, & tantum in paſtu gregum illo pſallebatur. At Dauid hoc elegantius inſtituit, vſúmque illius Deo adaptauit. Cantica verò pſalmorum intelligenda ſunt, quando muſica inſtrumentalis præmittitur, & vox oris ſubſequitur: pſalmi verò canticorum, quando ordo hic inuertitur.

ὕμνος. αἶνος. ἐξομολόγησις. προσευχή. εὐχή. ἀναβαθμοί. Dicendum verò eſt & de hymno, de laude, de confeſsione, de oratione, de voto, déque gradibus. Hymnus itaque dicitur, conciſa doxologia: B laus verò, breuis laudatio: confeſsio, intenſa confeſsio, ſiue bonorum quibus affecti ſumus, ſiue malorum quæ perpetrauimus: & oratio, precatio eſt: votum verò promiſsio. Sumitur autem εὐχὴ aliquando pro precatione. Omnia verò hæc ad Deum dicuntur. Gradus verò ſecundum hiſtoriam quidem reditum è Babylone ad Ieruſalem declarant (Babylon ſiquidem ſitu humilior, Ieruſalem verò editior eſt) anagogicè autem, aſcēſum ad contemplationem, & à terrena ac paſsionibus obnoxia vitæ conuerſatione progreſſum, ad eam quæ paſsionibus libera eſt, & cæleſtis, ſignificant. Pſalmus verò & Canticum, & oratio, & ſi quid aliud in Dauidis eſt poëmatibus, omnia hæc communiter pſalmi vocantur.

Chorus pſallentiū apud Iudæos. Chorum verò pſallentium ex duobus & ſeptuaginta pſallentibus conſtitiſſe ferunt, qui omnes tubis ac tympano vnà cum reliquis muſicorum inſtrumentorum generibus concinuerint. Solus verò Dauid regium organum, pſalterium videlicet. Erant autem omnes ſub Dauide pſallentes numero quater mille, quod nobis primus Paralipomen. liber teſtatur, dicens: Et quatuor millia in organis Dominum laudantium, quos Dominum laudare fecit, diſtribuítque Dauid, vt Domino ſingulis diebus, &c.

Inſtrumēta Muſica. Tubæ quidem ac fiſtulæ inflantur, lyræ verò ac citharæ intenduntur, cymbala ac tympana pulſantur. Pſalterium autem & ipſum de eorum genere erat, quæ intenduntur, verùm arduum & rectum, & cuius ſonus ſupernè proficiſcatur. Decem enim clauiculi, qui circa cubitum inſtrumenti verſantur, chordas ad harmoniæ compoſitionē, propoſitíque exequutionem

A tionem & intendunt & remittunt:quæ & ipſæ decem ſunt,inuicem reſonantes.Et dextera manu plectrum tenebatur, ſiniſtra verò chordæ ſupernè per interualla contingebantur: & crebris digitorũ vicibus vel grauis, vel acutus,vel mixtus ſonus,iuxta pſallẽtis cantũ perficiebatur.Docemur autem hinc,oportere & nos velut ex reſonãtibus chordis,ex quinque illis animæ virtutibus, ac totidem illius ſenſibus cõcinnũ Deo melos canere, & omne opus ac ſenſum è ſupernis à Deo ſumere, ac totos adillũ extẽdi.

Ordo pſalmorum verò poſitus non eſt, ſicut initiò à Dauide ſunt facti:ſed ſicut inuenti,ita & compoſiti ſunt.Iudæis enim Deum contemnẽtibus,paterníſque illorum ritibus, pręſertim Scripturis,obliuioni traditis: deinde & crebris captiuitatibus inductis, paulatim libri S. diffluxerunt, corruptíque ſunt. Nam & à Salomone quinque parabolarum millia, ac plura etiam alia commentaria conſcripta fuiſſe dicuntur: & ab aliis prophetis multi ſunt commẽtarij compoſiti,qui tãmen non inueniuntur. Et Chryſoſtomus ſuper Euangelium Matthæi, ad eos videlicet qui interrogabant,quis prophetarum dixerit illud, Quoniam Nazaræus vocabitur, ad hunc modum reſpondit,Ne curioſe,néue anxiè inquiras. Multi ſiquidem librorum propheticorum interierunt.Et hoc poterit quis ex hiſtoria Paralipom.cognoſcere.Cum enim Iudæi ſocordes eſſent, & continuè in impietatem inciderent, alios libros interire paſsi ſunt, alios ipſi incenderunt & proſciderunt. Et hoc quidem Ieremias commemorat: illud verò, qui quartum librum Regum conſcripſit,poſt multum temporis ægrè tã-

B dem Deuteronomium alicubi defoſſum,ac ſqualore obſitum, repertum eſſe dicit.Et,vt dicitur, propè omnis Hebraica ſcriptura per captiuitates, præſertim Babylonicã,interierat: tandẽ verò poſt eam captiuitatẽ à B. ac ſtudioſo Eſdra,per inſpirationem Spiritus ſancti,quęcunq; inueniebãtur, collecta & cõpoſita ſunt,ſparſim antea iacentia,& ex multis pauca relicta.

Ordo pſalmorum.

Sunt autem Pſalmi tranſlati,& omnis vetus Scriptura,ex Hebræa dialecto in Græcam; principiò quidem ſub Alexandri ſucceſſore Ptolemæo Philadelpho,Philippi filio, qui Ægypto præſedit, à ſeptuaginta viris ſapientibus,mirabili modo in verſione hac concordantibus, ídque haud aliunde quàm ex Spiritus ſancti expoſitione.Vt enim Philo Iudęus,in binos:vt verò D.Iuſtinus promulgat,in ſingulos diuiſi, vniuerſam veterem ſcripturam ſeparatim ſunt interpretati, ita vt neque ſenſu neque dictione inter ſe diſcrepauerint.Facta eſt autẽ huiuſmodi verſio 31.annô anteChriſtiDomini incarnationẽ.Poſt quadringẽtos verò ac triginta annos poſt eã verſionẽ, Sinopeus Aquila propriã interpretationẽ tempore Adriani leproſi Romani Imperatoris cõcinnauit. Poſt hanc, ea quæ Symmachi Samaritæ eſt,ſub Seuero facta eſt, Aquilæ verſionẽ poſt annos quinquaginta ſex ſequuta.Iſtam verò Theodotionis Epheſij interpretatio præuenit, tempore Cõmodi Imp.facta.Sunt autẽ & aliæ duę verſiones anonymæ inuẽtæ:Vna,ſub Caracallo Rom.Imp.Iericho abſcõdita in dolio:altera Nicopoli Actiæ,ſub Alexandro Mãmeæ. Tandẽ vèrò magnus ille aſceta & martyr Lucianus,ſtudioſè Iudæorũ libros inquirẽs, & ipſe ex Hebręo veterem ſcripturã in Græcã dialecton trãſtulit,ac Septuaginta interpretibus cõcors inuentus eſt,cũ reliquæ verſiones multa contineãt corrupta. Facta

Interpretes S. Scripturæ.

F * eſt autem

eſt autem celeberrimi Luciani verſio ſub Diocletiano & Maximiano tyrannis, ac apud Iudæos Nicomediæ in armario calce illito, Conſtantino Magno tunc regnum adminiſtrante, abſcondita. A

Obſcuritas vet. Scripturæ vnde ſit. Adfert autem nobis vetus Scriptura obſcuritatem quãdam, idque duabus de cauſis. Vna, quòd admodum ſymbolicè de Chriſto loquitur, & in ſumma, pleraque nouæ gratię per adumbrationem ſignificat, propter auditorum imperſuaſibilitatem ac duriciem, & ne tandem propter illorum improbitatẽ libri iſti perdãtur: altera, quòd verſiones dialectorum aliquo pacto obſcuritatẽ inuehunt, propterea quòd aliena lingua idiomata quędam habet ægrè pronunciãda, quæ aliis linguis nec communia ſunt, nec communicabilia.

Quomodo pſalmi nobis ſint accõmodãdi. Diuinus itaque rex & propheta Dauid, qualiter à Spiritu ſancto inſtitutus ſit, per pſalmos manifeſtauit, quos etiã variis ſuis caſibus adaptauit. Poterimus autẽ huiuſmodi pſalmos nobis etiam ipſi accõmodare, ita vt & Chriſtianorũ hoſtes dæmonas, Chriſti hoſtes: Chriſtum verò & Dauidẽ & Regẽ, quemque noſtrûm eſſe ſentiamus. Quemadmodũ enim ille oleo principatus ad terrenum regnũ, ita nos oleo baptiſmatis ad cæleſte regnũ vncti ſumus. Rurſus & Saulem & Abeshalom, & ſi quis alius tyrãnus fuit, ipſum diabolum: inſidiatores verò, tribulatores ac perſequutores, & quicquid aliud tale fuit, dæmonas intelligamus. Ea verò dicta quæ huc non quadrant, etiam ipſa ſimpliciter, tanquam Spiritus ſancti voces, his nos ipſos ſanctificantes, pronunciabimus.

Habuit autem reuera multas mutationes D. Dauid. Aliquando hoſtes fugit, aliquando in varias ærumnas incidit: rurſus quandoque iucundè vixit, nonnunquam viã Dei ambulauit: aliquando in illa prolapſus etiam eſt. quę omnia Pſalmo 118. contraxit & adduxit, in quo meminit legis, mandatorum, teſtimoniorũ, iudiciorum, & iuſtificationũ Dei. Sciendũ autẽ eſt, legem propriè eſſe, quæ in genere mandata cõplectitur: qualis eſt, quæ per Moſen data eſt. Mãdata verò ſunt particularia illa: vtpote, Nõ occides. Teſtimoniũ, quo legiſlator auditoribus conteſtatione quadã ſeruanda denũciat: vt, quando Moſes ad populũ dixit, Si hæc feceritis, in teſtimoniũ hodie cõtra vos aduoco cælum & terram, ꝙ pereundo perituri ſitis. Et iudicium, quod iudicate Deo conſcriptum eſt, vtpote quod in eũ eſt latũ, qui terribile nomen Dei blaſphemauerat. Moſes enim iudicium hoc ad Dẽũ tranſtulerat. Quoniã autem illũ Deus lapidibus obruere iuſſit, iudiciũ hoc contra quẽuis blaſphemũ in ſtatã legem abiuit. Iuſtificationes verò talia præcepta dicũtur, quale eſt quod dicit, Si emeris ſeruum Hebræum, ſeruiet tibi ſex annis. Hinc enim iuſticia eſt ſeruo Hebræo, ne vltra ſex annos ſeruiat. Ad hũc itaque modum, quæ cõmemorauimus, diſtinguuntur. Ponũtur autem hæc nomina indifferenter, etiam de quibuſuis mandatis Dei. B

Lex. *Mandata.* *Teſtimonia.* *Iudicia.* *Iuſtificationes.*

Maledictiones verò, quæ per vniuerſum ſunt pſalteriũ, cõtra dæmones ſunt vſurpandæ. Illi nãque homines excitant, qui nos impugnant. Exprobrationibus, contra homines inſidiatores vtendũ eſt. Virtutes in perſona Dauidis recitandæ, vt ad imitationẽ permoueamur. Nã & Dauid, quæ de ſe ipſe videtur dicere, non gloriando dicit: ſed vt ſuo nos exemplo, quæ facien

A facienda ſunt doceat. Quando verò mala imprecatur hominibus, magis in forma imprecationis ea prædicit, quæ illis euentura nouit.

Sciendum autem eſt, quòd in præſenti pſalmorũ libro legenti occurrũt multæ periphraſes, metaphoræ indifferentes conſtructiones, abundantes coniũctiones, præſertim, &, quoniã, etenim: catachreſes dictionũ, temporũ variationes, earundẽ rerũ geminatæ pronũciationes, id eſt, tautologię, & vulgares loquendi vſus, & abſolutæ vocũ omiſsiones, recentéſq; ac differentes ſchematiſmi, ac perſonarũ mutationes, ita vt iam de alio, rurſus mox de alio dicatur ac trãſiliatur. Et hoc potiſsimũ indicium eſt, ꝙ propheta veluti organũ quoddã hoc ſonuit, quod Spiritus ſancti inſpiratione accepit. Eſt etiam id Hebraicę dialecto conſuetũ, vt pronomina atticulis connectat. vt cũ dicit, Beatus cuius Deus adiutor eius & nominibus ſępenumero pronomina ſubijciat, vt illud eſt: Detrahentẽ ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar. Imò & multis hyperbatis vtitur, ac ſæpe caſum pro caſu, modũ etiam pro modo, ac poriſsimũ indicatiuos futuros pro optatiuis, & viciſsim optatiuos pro indicatiuis futuris: præterita etiã pro futuris, & futura loco præteritorum vſurpat, & perſonis ſingularibus plurales ſubijcit: vt, Dixit inſipiẽs in corde ſuo non eſt Deus, corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt: ij videlicet, qui putãt non eſſe Deũ. & viciſsim quoq; pluralibus ſingulare ſubnectat: vt, Ex omnibus perſequentibus me libera me, ne quando rapiat ſicut leo animã meã: is ſcilicet, qui me perſequitur.

B Vtitur autẽ & præpoſitione pro præpoſitionibus, & coniũctionibus loco coniunctionũ, prorſus etiã ſuperfluas prępoſitiones ponit. vt cum dicit, In ſole poſuit tabernaculũ ſuum: pro eo quod eſt, Soli poſuit tabernaculũ illic, id eſt, in ſublimi. Suũ enim ꝓ illic, aduerbialiter eſt poſitum. Et rurſus, Ne corripias cũ impiis animã meã: pro, Ne rapias: & retribui, pro tribui. Idioma veteris Scripturæ ſimpliciter etiã nomen recti caſus propter cogitationẽ vſurpat, ac tunc pronomen obliqui caſus ſubinfert, atq; ita propoſitũ declarat: vt, Deus meus immaculara via eius. &, Homo ſicut fœnũ dies eius. Præpoſitionẽ quoq; in, accuſatiuo caſui connectit, & loco recti vſurpar. vt, Factus es mihi in Deum protectorẽ: pro, Factus es mihi Deus protector. & præpoſitionẽ ἐν, in, datiuo caſui coniungit, próq; accuſatiuo accipit: vt in Euãgeliis, Qui confitebirur ἐν ἐμοὶ, id eſt, in me. in pſalmis, ἐν τῷ ἐξολοθρεύεσθαι ἁμαρτωλοὺς ὄψει, id eſt, in eo dũ exterminabuntur peccatores, videbis: pro, exterminari peccatores, exterminiũ videlicet ac perditionem peccatorũ videbis. Eſt & hoc Hebraicũ, quòd homines filij hominũ, & loca eiuſmodi locorũ vocãtur: vt, Filii hominum vſquequò graui corde: id eſt, O homines, quouſq; terrena affectabitis. &, Vt illud filia Babylonis miſera, id eſt, O Babylõ miſera: propter mala, videlicet quæ tibi eueniẽt. Huiuſmodi dialectũ habet & hoc, quod verbũ ſępenumero ꝓ nomine accipitur. vt, Superſperare feciſti in ſpẽ: &, Memor eſto verborũ tuorũ ſeruo tuo, quib⁹ mihi ſpẽ feciſti, ipſa me cõſolata eſt: ipſa, videlicet ſpes. Et iterũ, Memor fui in memoriã: vt, Memor fui in nocte nõminis tui, ipſa mihi facta eſt, ipſa ſcilicet memoria. Et vt ſummatim dicã, multas peculiares locutiones Iudaicæ Scripturæ characterhabet. Oportet itaque nos iſta boni conſulere, nec in illa Græcæ linguæ modos varioſe inquirere.

 Eſt autem

Primus Pſalmus. Eſt autem primus Pſalmus apud Hebręos ſine inſcriptione poſitus, quã A neq; ab interpretibus eſt conſequutus. Nec moralis modò eſt, ſed & dogmaticus. Non ſolùm enim hortatur, vt diuinis eloquiis attendamus: ſed & impios ac reliquos peccatores reprehendit, ac ſuppliciũ illis minatur. Pulcherrimum verò ac ſatis profundum doctrinæ ſuæ principium vates hic, *μακαρισμός.* felicitatem videlicet, poſuit: vt in hanc nobis veluti quendam finem proſpicientibus, hoc neceſſariò ſequatur, vt difficultatem & moleſtiam præclaræ vitę, ad quam inſtituimur, ſufferamus. Propriè quidem beatus Deus eſt, verùm ſignificat hæc vox immortalẽ, ac eum qui prorſus exterminari nequeat, vt qui liber ſit à morte. Siquidẽ η litera in α doricè in hac dictione μακάριος, tam in prima quàm altera ſyllaba, propter euphoniam pariter & grauitatem vocis vertitur. Reuera itaque Deus beatus eſt. Tribuitur autem & nobis hæc appellatio, ſicut & dictio Deus. Ego enim dixi, inquit, Dij eſtis. Complectitur autem & mulierem omnino iſta felicitas. Quibus enim natura communis eſt, illis & opera & præmia ſunt cõmunia. Impius verò propriè eſt athæus, vel polytheus: id eſt, qui vel ſine Deo eſt, vel multos Deos colit. Peccator verò pius etiam eſt, ſed præuaricator, & vitã corruptam amplexus. Peſtilens eſt, qui non ſolum ipſe peccat: ſed & aliis maliciam adminiſtrat. Vſurpantur verò hæc nomina viciſsim aliquando per abuſum. Beatum prædicat autem hic pſalmus eum, qui tres iſtos, impiũ, peccatorem ac peſtilentẽ fugit, ita vt neque impiorum conſilio contra verum Deum cõmunicet, ídque ne in tranſitu quidem: hoc enim ambulandi verbũ indicat: neque cum peccatoribus ſtet, etiamſi quo pacto cũ illis corripiatur: neque cum peſtilentibus in eiuſmodi affectione maneat, hoc B enim cathedræ dictio ſignificat. Poteſt autem aliter conſilium pro concilio ac iudicum cõſeſſu, via pro actibus: cathedra verò pro doctrina accipi. Pſalmus ſecundus inſidias eorum qui Seruatorẽ occiderunt, Gentiúmque vocationem, & Iudæorum perditionem prædicit. Vtitur autem præterito tẽpore loco futuri, ſicut & viciſsim futuro loco præteriti. vt, In flumine pertranſibunt pede: hoc eſt, pertranſierunt pede flumen, Iordanem videlicet. Dicit igitur, Quare frement, id eſt, arroganter ac confidenter tumultuabuntur, Gentes, & populi meditabuntur vana & inania? Fremitus enim eſt hinnitus ille, qui per equos ex ſuperbia & ferocia editur. Gentes ſunt Romani milites, qui cum Pilato erant: populi verò: Iudæi, reges, Herodes Aſcalites, principes, Pontius Pilatus. Hebraica ſiquidem dialectus ſæpenumero nominibus pluralibus pro ſingularibus vtitur. Aut iidẽ ſunt reges ac principes. In multis enim pſalmorum locis viciſsim hæc nomina ponuntur. Sicut illud: Miſit rex, & ſoluit eum: princeps populi, & dimiſit eum. Sint itaque reges ac principes non ſolum Herodes & Pilatus, ſed & principes ſacerdotum: & in ſumma, quotquot populũ ſubiectum ac obedientem habuerunt. Reuera autem vana meditati ſunt Iudæi, hoc eſt, fruſtranea & mendacia, cum Chriſtum è medio tollere vellent. Reſurrexit enim ac viuit in ſecula, Amen.

Margin notes: *vt ſit μακάριος idẽ quod μηκήριος, id eſt, immortalis.* — *Impius.* — *Peccator.* — *Peſtilens.* — *Pſalmus 2.*

DIVI BASI-

DIVI BASILII MAGNI

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHI-EPISCOPI SCHOLIA IN PSALTERIVM.

Scholia in primum Pſalmum.

A B*EATVS vir.)* Beatitudinis vocabulum, conuerſationis quæ ſecũdum virtutem inſtituta eſt, fructum habet. Quemadmodum enim quodcunque humanæ vitę inſtitutum, certum quẽdam finem petit, vtpote militaris diſciplina tropæa, ars medica ſanitatem: ita & virtutis ſcientia ſuum habet fructum ac finem, diuinam fœlicitatem.

Nemo autem fœminas hac fœlicitate priuari putet. Simul enim propheta tam mulieres quàm viros complectitur, ea ratione qua vir caput eſt mulieris, & membra corporis capiti cohærent.

Non eſt temerè factum, quòd primùm viæ, deinde ſtationis, tertiò cathedræ meminit: ſed, quoniam exactè cognouit, quòd primùm motionem, deinde ſtationem, tertiò ſeſſionem ſu-
B ſtinet mentis noſtræ cogitatio: id eſt, admonet nos, ne quam impiam animis noſtris cogitationem aut actionem admittamus. Impios ſolet diuina Scriptura vocare, eos qui vel athei ſunt, vel multorum deorum ſuperſtitione tenentur: peccatores verò, qui iniquè viuunt, & vitam corruptam amplectuntur: peſtilentes autem, qui non ſolùm ſeipſos perdunt, ſed & in alios peſtem ſuam iuxta peſtilentis morbi rationem transferunt. Quapropter iſta prophetæ doctrina, horum nos hominum conſeſſus declinare iubet.

Sed in lege.) Conuenit autem, vt non ſolùm auerſemur prædicta, ſed & diuinæ legi noctes atque dies mentes noſtras adbibeamus, & in illius præceptis meditemur: ac iuxta præſcripta illius inſtituta vita, dignos fructus, qui ex ea veluti arbore naſcantur, adferamus.

Et erit.) Diuini ſpiritus fluenta inundationem imitãtur aquarum: & ſicut illæ adnaſcentes arbores virentes reddunt, ita & iſta ad hoc
C promouent, vt diuinos fructus feramus. Rectè itaque beatus Dauid, eum qui diuinis ſermonibus vacat, arboribus folia ſemper virentia, & fructum ſuo tempore ferentibus comparauit. Etenim qui virtutum certamina ſuſtinent, laborum ſuorum fructus quidem in futura vita recipient: ſpem verò, tanquam folia quædam, continuè in ſeipſis ferentes, virent & exultant, atque ita laborum moleſtiam hac oblectatione fallunt.

Et omnia.) Illud, *Et omnia*, non temerè, ſed magna cum diligentia poſuit. Nam primùm omnes maliciæ ſpecies reprobauit, & diuinarum legum perfectionem ſubmõſtrauit. ac tum demum ſubiecit, *Et omnia quæ faciet proſperabuntur*: ſciens nihil eum contrarium diuinæ legi acturum, qui voluntatem illi ſuam accommodat. D

Non ſic impij.) Geminatione pernegationis, contrarietatem manifeſtius exprimit. Deinde dicit: *Sed tanquam puluis*, & quæ ſequuntur. Illi etenim, inquit, diuinis oraculis humectati, perpetuò virẽt, & fructum adferunt tempeſtiuum ac maturum: iſti verò contrariis ſpiritibus iactati, pulueris inſtar ſunt, qui hac illac ventorum vi circumfertur.

Ideo non.) Admodum accuratè omnia ſanctus explicat Spiritus. Non enim dicit, Non reſurgent impij: ſed, Non reſurgent in iudicium. pro eo quod eſt, Non in iudicium reſurgent, ſed in cõdemnationem. Neque enim opus erit vt conuincantur, cum manifeſtè ſint impij: ſed nihil expectãt amplius quàm ſupplicium. Nam & hi qui impiis quidem dogmatis obnoxij non ſunt, vitam tamen viuunt iniuſtam, procul à iuſtorum arcebuntur concilio. Quod hîc verſum eſt βουλὴ id eſt, conſilium: Aquila & Theodorion reddiderunt ſynagogam, conuentum verò Symmachus. E

Quoniam nouit.) Nouit, inquit, iudex hic iuſtus omnia, etiam ante iudicium, & neque demonſtrationibus neque commendationibus opus habet. Quapropter quod dignum eſt, cuique adiudicans, hos quidem coronis dignabitur, illos verò ſupplicio deſtinabit. Illud, *Iter autem impiorum peribit*, Apoſtolicis dictis cõforme eſt, his nempe: Cuius opus exuſtum fuerit, multum damni patietur. Iuſtorum enim virorum opus illuſtre manebit: impij verò vnà cum ipſorum malicia peribunt.

Scholia in ſecundum Pſalmum.

Q*Vare fremuerunt.)* Mentione impiorum facta, primum Pſalmum abſoluit. Et hac rurſus ſecundi huius initium fecit, oſtendens, quòd prædictus impiorum finis & eos comprehendat qui contra Seruatorem inſanierunt, reges videlicet ac principes, cùm Iudæos, tum F Gentiles. Nam in hoc ſecundo Pſalmo, Domini Chriſti, tam quæ humanitùs illi acciderunt, quàm regnum prædicit. Quin & Gentium vocationem vaticinatur, & Iudæorum incredulitatẽ deplorat. Illud enim, *Quare fremuerunt gentes*, plorantis eſt, ac de reproborum amẽtia conquerentis. Aptè verò & admodum competẽter illud, *Meditati ſunt*, inanis populi perſonæ adaptauit. Iudæi enim praua hac contra Seruatorem meditatione inepticrunt.

Illud, *Fremuerunt*, Aquila, tumultuati ſunt: Symmachus verò, turbant, interpretatus eſt.

Dirumpamus vincula eorum.) Qui enim non honorat filium, neque patrem honorat: & poſt ſpretum filium, etiam patris iugum reſpuit. Mihi verò videtur Spiritus ſanctus præcipere fidelibus, vt hæc verba dicant, Dirumpamus vincula eorum, impiarum videlicet Gentium: & proijciamus à nobis iugum ipſorum, id eſt, iniquorum Iudæorum, & ſubmittamus nos iugo Christi.

Qui habitat in cælis.) Qui namque ab illis cru-
A ci eſt affixus, ac morti traditus, in cælis exiſtẽs, & omnia in poteſtate ſua habens, vana reddidit & inania illorum conſilia: & huius Pater, omnium Dominus, meritam exercebit in illos vltionem.

Et in furore ſuo.) Et horum verborum expoſitionem, ipſe actionũ iſtarum finis docet. Nam Romanus exercitus in illos ductus, & ciuitatem & templum exuſſit: & plurimam illorum multitudinem neci dedit: eos verò qui cædem effugerant, captiuos in ſeruitutem tradidit.

Super Sion montem.) Et hîc conuenit diſtinguere lectionem: ac tum demum ſubiungere *Super Sion montem ſanctum eius.* Neque enim duntaxat ſuper Sion regnum obtinet, ſed & ſuper vniuerſam creaturam. In monte verò Sion diuinam ſuam doctrinam iis communicauit, qui ipſum acceſſerũt: qui verò illam amplexi ſunt, diuinis illius iuſſis obtemperantes, ſacra fluenta in totum orbem deduxerunt. Illud, *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo*, humano more dictum
B eſt. Vt Deus enim, regnum habet naturaliter inſitum.

Dominus dixit ad me.) Nemo diuini Dauidis doctrinæ fidem habens, hanc vocem diuinitati Christi adaptet. De illa namque Deum vniuerſorum per Dauidem dicentem audiemus, Ex vtero ante Luciferum genui te. Hanc itaque vocem, vt homo, admittit.

Poſtula à me.) Et quæ hic ſubiunguntur, homini Chriſto competũt. Nam vt Deus eſt, omnia per ipſum facta ſunt: verùm cum natura, vt Deus, ſit omnium dominus, vt homo tamen horum dominium à patre accipit. Et quoniam iam olim Iudæorum tantùm videbatur gerere curam, illi verò velut nihil ex illa vtilitatis accepturi, prouidentiam hanc abiecerunt, meritò illam ad Gentes tranſtulit.

Reges eos in virga ferrea.) Subit hîc animum deploranda Iudæorum incredulitas, qui cum prophetiam audierint & cognouerint, neminem ex ipſorum regibus tantæ potentiæ poſſe-
C diſſe principatum, propter eum ſolum quæ ex Dauide ſecundum carnem ortus eſt, Dominus videlicet Chriſtus, nihilominus adhuc mentis oculos excæcatos habent. Ob hanc cauſam eos qui ab illis eſt crucifixus, paſcit in virga ferrea, Romano videlicet regno: quod & Danielis prophetia tropicè, propter infractum illius robur, ferreum vocat.

Tanquam vas.) Et conteret eos inſtar luteorum vaſorũ. Quoniam enim ſolum eum regem abnegarunt, impoſuit illis Cæſarem, quem petierant: & per huius exercitum pœnas impietatis de eis ſumpſit. Si verò quiſquam non de Iudæis iſta, ſed de Gentibus eſſe dicta putauerit, ad hunc modum intelligere conueniet: quod Gentes robuſto ſuo & infracto regno paſcat, & velut vaſa figuli cõterat, dum eas per lauacrum regenerationis diſſoluit ac refingit, & igne ſancti Spiritus confirmatas reddit.

Et nunc reges.) Omnium veſtrûm regnum habet, qui olim Iudæis tantum imperitare viſus eſt: quapropter intelligentes eſtote.

Seruite.) Neque enim confidendum eſt propter ſolam benignitatem. ſed iis qui de ſalute
exultant & gaudent, propter adiunctam illi iu- D
ſtitiam, timendum etiam, formidandum ac tremendum eſt. Etenim qui ſtare videtur, inquit, videat ne cadat.

Apprehendite. Haud enim ſatis ad perfectionem eſt, ſi ſolam cognitionem Dei acquiraris: ſed & virtutis efficaciam exercere oportet, qua apprehenſa certum ac rectum iter ingrediemini.

Et pereatis.) Siquidem tempore iudicij, vbi malicia veſtra velut ſylua accenſu facilis, iram Dei inſtar ignis inflammabit, procul à iuſta iuſtorum via diſtabitis, pœnáſque eorum quę deliquiſtis dabitis.

Beati omnes. Etiamſi in præſenti hac vita fœliciter agunt, qui in virtutis ſtudio decertant: veriorẽ tamen fœlicitatem in futura accipient, vbi qui malicioſè vixerunt, iram ſibi diuinam aſciſcent.

ARGVMENTVM PSAL. III. E

Poſt duplam illam iniquitatem, magnus Dauid in multas incidit calamitates. Non enim vicina tantum Gentes ad pugnam & bellum mota ſunt, ſed & ipſe quoque filius ſeditionem mouit, atque ita iniquitas iniquitati ſucceßit: laſciuia videlicet Amnon, homicidium Abeſſalom. & fratricidio, contra patrẽ rebellio, ac ſubditorum defectio. Illo itaque tempore cum filium parricidam fugeret, Pſalmum hunc ſcripſit.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*omine quid multiplicati.)* Multi quidem, inquit, & omnis generis hoſtes vndique irruunt, hi tamen me plus cæteris diſcruciant, qui me prouidentia tua priuatum eſſe dicunt. Ego verò noui quòd non ſuſtineas me contemnere, etiamſi plurimũ deliquerim: ſed propter peccatum nunc humiliatum extolles, & victorem inimicorum declarabis. Hoc enim innuit, cum dicit,

Tu autem Domine.) Neque enim de regno & F
potentia præſumo, ſed te meam eſſe gloriã credo, & quòd breui per dexteram tuam ſim exaltandus ſpero.

Voce mea.) Vocem hic & clamorem non debemus de vociferatione, ſed de animæ deſiderio intelligere. Nam ita & Moſi tacenti dixit Deus: Quid clamas ad me? ſilentium illius clamorẽ nominãs, propter ſedulam mentis ipſius precationem. Illud verò, *Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo:* pro opinione quæ olim obtinuit, dictum eſt. Putabatur enim omnium Deus habitare in tabernaculo, propterea quòd ex illo oracula

oracula quoque ſacerdotibus reddidit.

Ego dormiui.) Noctem diuina ſcriptura ſæpenumero calamitates vocat. Velut enim in tenebris agere ſibi videntur, qui in calamitates admodum graues incidunt: noctibus verò coniunctus eſt ſomnus. Simul itaque cùm tribulationes, tum harum amotionem ſignificat. Illud enim, Exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me: hoc innuit, ac ſi dicat, Quoniam diuino poritus ſum auxilio, irruentium malorum victor
A euaſi.

Non timebo.) Etenim ſi præſens fueris, vel ſolus ſuffeceris ad diſſipandum multas hoſtium myriadas.

Exurge Domine.) Perfectam itaque ſalutē largire, & ſicut ſæpenumero de iis qui iniuſto me proſequuti ſunt odio, tam contribulibus quàm alienigenis, déque ipſo Saule pœnas ſumpſiſti: ita mihi iam quoque ſalutem largiri dignare.

Dentes peccatorum contriuiſti.) Hoc eſt, Omni illos virtute ſpoliaſti. Metaphora eſt de beſtiis ſumpta, quæ dentibus priuatæ contemptibiles redduntur.

Domini eſt ſalus.) Spem, inquit, in hominem non habeo, ſed abs te ſalutem expecto: idque non ego ſolus, ſed & populus tuus, qui ſimul mecum impugnatur. Angor autem & pro ipſis hoſtibus: nam ille populus tuus appellatur. Da itaque Domine & illis & iſtis, pacis benedictionem.

B ARGVMENTVM PSAL. IIII.

Quòd ſepulchralis & victorialis ſit hic Pſalmus, teſtatur illius inſcriptio. Oda ſiquidem victoriā Dauidis quaſi tuba quadā cecinit, hymnus verò ſepulchralem ipſius ſuper filio tribulationem prænunciauit, propter finem & mortē Abeſſalomi: propter ſepulchrum & tribulationem ſuper filio. Hymnus enim ſanctis in tribulatione dictus eſt, actio Dei admiranda.

Scholia in eundem Pſalmum.

Deus iuſtitiæ meæ.) Iuſtitiam hoc loco eam vocat ſecundum quam iuſtum arbitrabatur, vt montem Dei cuſtodiret, & non ſeipſum vlciſceretur.

In tribulatione dilataſti me.) Dupliciter eum dilatauit. Primùm, quòd eū exaudiuit: deinde, quòd velociter exaudiuit. Quemadmodū enim non velociter exaudiri, anguſtia eſt & ſemigratia: ita illico exaudiri, latitudo eſt, & dupla gratia.

C *Miſerere mei.*) Quānam ratione cum ſuprà iuſtitiæ meminerit, hîc miſerationis & miſericordiæ mentionem facit? facit hoc admodum cōuenienter. Nam ſine miſerationibus & miſericordia fieri non poteſt vt ſaluemur, etiamſi in ipſum virtutis verticem aſcendamus.

Filij hominum. *Filij hominum.*) Quos vocat filios hominum? Eos qui in malicia viuunt, & ad impietatem propenſi ſunt. Quānam ratione nos non ſumus filij hominum? Natura quidem filij hominum, gratia verò filij Dei ſumus. Quid eſt quòd dicit, Graui corde? Carnales intelligit, terræ affixos, & voluptatibus putrefactos.

Vt quid diligitis.) Vi[illegible]tur m[illegible] hoc loco de idolorum cultu, & vita quæ in malicia ducatur, loqui: vanum enim id quod vacuū eſt dicitur, quod nomen quide habet, rem ipſam verò non habet. Apud Gentiles multa ſunt deorū nomina, at res ipſæ nuſquam inueniuntur.

Quòd mirificauerit.) Hoc eſt, inſignem & admirabilem eum reddiderit, qui in ipſo fiduciam habet.

Dominus exaudiet me.) Poſtquam dixit, quòd mirificauerit Dominus ſanctum ſuum: in eo nō D quieſcit, ſed aliud quoque fœlicitatis genus addit. Quódnam illud? Quod videlicet Deum habeat aſſiduum auxiliatorem & adiutorem, & vbique opitulantem.

Iraſcimini, & nolite peccare.) Iram ſiquidē non tollit: eſt enim vtilis. Neque animi commotionem excidit: nam vſui eſt contra eos qui iniuſtè agunt. Sed iniuſtam iram & irrationalem animi commotionem amputat.

Quæ dicitis in cordibus veſtris.) Hoc eſt: Quæ per diē praua cogitaſtis cōſilia, ea in cubilibus veſtris tēpore quietis caſtigate, inque vos ipſos inquiſitionem inſtituite. Et quare nō de verbis & operibus loquutus eſt, ſed de prauis cogitationibus? Ex abūdanti hoc dixit. Si namq; praua ſunt caſtigāda conſilia, multo magis propter opera & verba compungenda eſt anima.

Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.) Non ſunt, inquit, oues immolandæ & vituli: ſed quæ iuſta ſunt, facienda ſunt. Non enim ſatis eſt à malis tantùm abſtinere, ſed oportet & bonorū adeſſe E operationem.

Multi dicunt.) Non pauci, inquit, probati, & qui philoſophari ſciant: ſed multi, hoc eſt, circūforanei & nullius momēti homines, qui propter mūdi huius dilectionem, prouidētiam Dei incuſant, dicentes, Vbi ſunt bona Dei? interea dum nos extrema inopia premimur.

Signatum eſt ſuper nos.) Nō dicit, Apparuit: ſed, Signatū eſt. Quemadmodū enim quod in frōte ſignatur, manifeſtū eſt omnibus, & locis aſpectus manifeſtus eſt & clarus: ita & prouidentia Dei inſignis, eſt cognita & manifeſta. Manifeſta, inquit, & ſplēdida facta eſt ſuper nos prouidētia tua & opitulatio. Hāc enim lucem vocat.

Dediſti lætitiam.) Non ſimpliciter dicit, Dediſti lætitiam: ſed addit, In cor meum. Lætitia hęc non eſt in externis, veluti in argento & auro (nam quæ in externis eſt, oculorum eſt, non cordis) ſed in corde, quod ſpiritalia & incorporea contemplatur.

A fructu frumenti.) Cum dicit, frumentum, F vinum & oleum dedit, à parte totum ſignificat, ianuas nobis prouidentiæ Dei aperiens, quæ in ſenſibilibus declaratur.

In pace in idipſum.) Quid eſt quòd dicit, In idipſum? Coactum, & in ſeipſo contractum, & quantum homini competat computatū, & non in mille curas diuiſum.

Quoniam tu Domine ſingulariter.) Singulariter, κατὰ μόνας, idē eſt atq; ſine cōſortio eſſe malorum. Nam pacē hanc, inquit, & futurorū bonorum ſpem adeptus ſum, vt tecū habitem, à corruptorum hominum conuictu ſeparatus.

ARGVMENTVM PSALMI V.

Et quæ eſt hæc Eccleſia? Quoniam in finem, mortuo ſponſo, hæreditatem capit illius ſponſa: ob eam cauſam pſalmodiam hanc Dauid, in finem de hæreditate inſcripſit. Quando enim finis & mors Chriſti in carne perfecta eſt, tunc ſponſa ad poſſeßiones iſtas vocata eſt.

Scholia in eundem Pſalmum.

A *VErba mea.*) Quare non dixit, Sermonem meum: ſed, Verba mea? Quia ſermo multa in ſeipſo verba complectitur: verba verò membra ſunt ſermonis, ſicut mẽbra ſunt in corpore.

Clamor. *Intellige clamorem meum.*) Clamorem hîc non vocat vocis tonum, ſed mentis affectum, quemadmodum Moſi dicebat, Quid clamas ad me? Non enim idem ſunt clamor & vox. Nam clamor, eſt animæ ad cælos clamantis ſubnectio: vox verò eſt anxij cordis gemitus, precatio, inopia & defectus, quo quiſque laborat.

Rex meus & Deus meus.) Qui me tanquã Deus condidiſti, & prouidentia tua rationẽ mei tanquam rex habuiſti.

Quoniam ad te orabo.) Oratio ſiquidem nõ ad hominem, ſed ad Deum ſolũ dirigitur. Et quoniam de oratione præmiſit, Deum cõfeſſus eſt. Tanquam regi quidem ſupplicationem, tanquam Deo verò orationem deputauit.

Manè exaudies vocem meam.) In ipſo diei exordio opus hoc, inquit, perficiam, & nõ poſt mille alia opera, ſicut multi ſolent.

B *Manè adſtabo tibi.*) Non loco aliquo, ſed operibus. Vicinus enim Deo eſt, qui talis eſt. Nam hinc eſt vel vicinum vel procul eſſe à Deo. aliàs namque vbique eſt Deus.

Quoniam non Deus.) Idola hoc loco notat. His enim delectati ſunt in omnis generis iniquitate, & aliis maliciæ factis.

Non habitabit.) Hoc eſt: Non eſt tibi amicus, non erit tibi vicinus.

Neque permanebunt iniuſti.) Odium hîc notat, quo maliciam deteſtatur Deus, vt nequeas illi vicinus fieri, niſi dignus ſis, ſiue ſeruus, ſiue liber, etiamſi rex vel quiſquis alius fueris Non enim dignitatibus amicos ſuos Deus, ſed virtute æſtimare ſolet.

Odiſti omnes qui operantur.) Non enim odio tãtum abſoluetur ſupplicium, inquit, ſed infligetur omnibus qui loquuntur mendacium. Propterea iis quidem qui intelligere valẽt, odium: craſſioribus verò & præfractioribus, perditionem deſignauit.

C *Virum ſanguinum.*) Truculẽtum dicit, & eum qui prætextu æquitatis internam maliciam celat.

Ego autem in multitudine.) Ne quis Eccleſiæ dicat, Et quomodo tu ſaluaberis, cum mala ſis operata? modum ſalutis dixit, nempe, per multitudinẽ miſericordiæ, & multam benignitatẽ.

Adorabo ad templum.) Quando enim, inquit, gratia potitus fuero, & quæ me decent attulero, ſacrificium hoc offeram. *Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo:* nõ ſicut multi, qui per negligentiam orant, ſed cum timore ac tremore, inquit.

Domine deduc me.) Rectè dixit, In iuſtitia tua. Eſt enim & hominum iuſtitia, ab externis videlicet legibus orta: verùm illa perfectionem nõ habet. Ego verò tuam expeto iuſtitiam. Rectè autem adiecit & illud, *Deduc me*, quod eſt, quaſi manu prehenſum velut ex quibuſdam huius vitæ tenebris educere.

Propter inimicos meos.) Multi irruerunt hoſtes, greſſus meos auertere volentes. Quoniam igitur talibns inſidiis & incurſibus petor, opus mihi eſt, vt abs te adiuuer, deducar. Dirige [D] inquit, in cõſpectu tuo viam meam. hoc eſt, fac eam rectam, cognitam & expeditam.

Quoniam non eſt in ore eorũ.) Videtur mihi iſta de his qui in malicia viuunt dicere, qua os & animus tanquã omni bono vacuus, traducitur.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum.) Aut truculentos hîc notat, aut eos qui mortifera dogmata proferunt.

Linguis ſuis doloſe agebant.) Aliud genus maliciæ. Nam illi quidem dolum in animo celant, iſti verò ad ipſa quoque verba prorumpentes, maliciam ſtruunt.

Decidant à cogitationibus ſuis.) Non dixit, Puni eos: ſed: Secerne & compeſce eos. Id quod orare eſt pro ipſis, ne peiores euadant.

Quoniam irritauerunt te Domine.) Nõ curo, inquit, res meas: ſed propter ea quæ tua ſunt, angor & in animo crucior. Eſt hoc ſanctorum, vt res ſuas quidem negligãt: pro iis verò quæ Dei ſunt, decertent.

Et lætentur omnes.) Nam & illi meliores erũt, [E] à malicia liberati, & alij propter eorum immutationem multa voluptate & delectatione animi potientur, & reliqui etiam diligentiores erunt.

In ſeculum exultabunt.) Etenim hæc demum conſtans eſt lætitia, nec vnquam deſinens. Hoc namque per id innuit, quod dicit, Ertabernaculum figes in eis: ita vt reliqua gaudia nõ melius ſint comparata, quàm fluuiorum fluxus, eo quòd velociſſimè diffluant.

Et gloriabuntur in te.) His potiſſimum ſolis cõpetit, vt glorientur & lætentur: ita vt ij qui ſeſe in rebus temporariis iactant, nihil ab illis differant, qui in ſomniis delicientur.

Quoniam tu benedices iuſto Domine.) Quando qui omnium Dominus eſt, prædicat aliquem ac benedicit, ſublimior eſt omnibus qui talis eſt, etiamſi ab omnibus vituperetur. Quemadmodum & econtrariò, ſi ipſe non laudauerit, nihil profuerit, etiamſi omnes deprædicent.

Vt ſcuto) Hoc eſt: Securitate nos & gloria cõ- F
muniuiſti.

ARGVMENTVM PSALMI VI.

Octauam vetus inſtrumentum circuncißionem intelligit, donum verò reſurrectionem ex mortuis, in qua mors amputatur. Illud verò: In finem, quaſi quidam interrogent, num auditus ſit Dauid: reſpondet ille, pro eo quod eſt, ad finem vſque lege, & inuenies dicẽtem, Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei & exaudiuit me.

Scholia

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Omine ne in furore tuo.*) Quoniam adulteriũ & homicidium ex hæreditate me eijciũt, ne ſuccenſeas mihi propter Vriam, neque com mouearis animo cõtra me propter Berſabeam.

Quoniam infirmus ſum.) Infirmitatem hîc non corporis ægritudinem, ſed vltro irrepentem fidei remiſſionem vocat. Concupiſcentiæ ſiquidem ardorem, hanc eſſe rem intellexit.

A *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.*) Oſſa hîc non corporis dicit, ſed robuſtas cogitationum vires, quæ perturbatæ erant ſpiritu ſcortationis, velut tempeſtate quadam adobrutæ.

Et anima mea.) Quoniam in ſenſum eorum venit quæ peccauerat, conſcientiæque tormenta ſuſtinuit, & à cogitationibus ſuis veluti lictoribus flagellatus eſt, orat, vt à tormentis illis animæ ſuæ ſanetur.

Sed tu Domine vſquequo?) Ad reſipiſcentiã me non tardè conuerti, tu viciſſim ad prouidentiã erga me tardus eſſe noli. Quoniam igitur peccatorum quidem remiſſionẽ accepit, poſt hanc verò cum tribulationibus ac tentationibus depugnauit, ac pharmaca terribilium tribulationum accepit: medicum, vt auferat ea pharmaca, obſecrat.

Conuertere Domine.) Duo hîc ponit. Primum,
vt ſe conuertat: alterum, vt animam ſuam eri-
piat. Hoc enim potiſſimum à iuſtis expeteba-
B tur, vt & conciliati eſſent, nec repudiarentur.
Hoc namq; & alterum ſequitur, nempe vt ani-
ma ſeruetur.

Quoniam non eſt in morte.) Hoc non ideo dicit, quòd ſalus noſtra in præſenti tantùm vita ſubſiſtat: abſit (ſciebat enim reſurrectionis doctrinam) ſed quòd poſt migrationem ex hac vita, reſipiſcentia tempus non habeat, & quòd cum beneuolentia Dei etiam noſtra coniungenda ſunt ſtudia. Audi enim quid dicat:

Laboraui in gemitu meo.) Per omnem hoc vitã ſuam fecit: neque de præterito tantùm, ſed & de futuro loquitur. Quod enim reliqui omnes remiſſionis tempus fecerunt, ille confeſſionis fecit.

Lachrymis meis.) Quoniam enim delicta ſua perpetuò ob oculos, hoc eſt, in ea animæ parte qua contemplamur ac cogitamus, habebat, & iram Dei expendebat: in timore erat, non ſine animi dolore viuens, ſicut multi ſolent, ſed anxius, tremens ac metuens.

C *Inueteraui inter.*) Pro eo quod eſt, Infirmatus ſum ab inimicis. Eſt enim omnis noſtra vita in certamine, & innumeris inimicis obnoxia: qui, vbi in peccata inciderimus, valentiores redduntur.

Diſcedite à me omnes.) Non contemnenda via ad virtutẽ eſt, malorum fuga: fructus enim hic eſt reſipiſcentiæ & lachrymarum lucrum.

Quoniam exaudiuit Dominus vocem.) Vocẽ hîc non ſonum clamoris, ſed affectum mẽtis dicit: & fletum non eum tantum, qui ex oculis, ſed & eum qui ex anima eſt, intelligit.

Conuertantur & erubeſcant.) Etenim qui malè currũt, ſi pudefacti fuerint, retróque ceſſerint, à malitia quieſcent.

ARGVMENTVM PSAL. VII.

*Quoniam Chuſi à Dauide ad filium, qui coniura-
tionem aduerſum ſe mouerat, miſſus ſuſcepta trãsfuga
perſona Achitophelis conſilium irritum reddiderat,
Dauidémque ſeruauerat: pſalmum hunc ille, vbi id co-
gnouit, ſcripſit, omniáque Deo tribuit: quapropter &*
dicit, Domine Deus meus, &c. *Nam etiamſi, in-*
quit, facti huius mediator Chuſi fuit, tu tamen ſermo- D
nem illi in apertione oris ipſius dediſti.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Omine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac.*) Vide animum philoſophicum. Non dixit, Puni hoſtem, interfice inimicũ: ſed quid? Quod ſe concernebat, hoc ſolum quęrit dicens: Serua me, ne ſinas me adfligi.

Ex omnibus perſequentibus me.) Vide quomodo etiam cum adfligeretur, nominatim tamen parricidæ mentionem non fecit, ſed maiorem facinoris huius culpam in ipſum exercitũ, quàm in tyrannum reiecit.

Nequando rapiat.) Quare non dicit, Ne quan-
do rapiant ſicuti leones animam meam: ſed, Ne
quando rapiat ſicut leo animam meam? Quem-
admodum à duce vniuerſus regitur exercitus,
ita cum Abeshalom milites regeret, quos ſub
manu ſua habebat, & cum quibus patrem per-
ſequebatur: vocat eum Dauid leonem, exerci- E
tus principem.

Dum qui redimat.) Quanquam & ipſe exercitum collegiſſet, & multos ſecum haberet, non tamen auxilij loco ducebat, etiam vniuerſum orbẽ, niſi cæleſti auxilio potiretur: ſed orabat, ne id ſibi accideret vnquam, quod Abeshalamo, qui propter malitiam diuino deſtitutus auxilio deprehendebatur.

Domine Deus meus ſi feci.) Quod patior, inquit, ſi aduerſus patrem meum inſurrexi, ſi ad hunc modum iniquè egi, ſi manus meas ad vlciſcendum & puniendum contra inimicos moui. Nã ne id in filium committerem, ipſa me natura cohibuit. Imò ſi alium quẽquam iniuria affeci.

Decidam merito ab inimicis meis inanis.) Hoc eſt:
Spe illa, quam habeo, deſtituar. Spes enim illi
erat, haud futurum, vt in poteſtatẽ inimicorum
veniret: ſed magis, vt inſidias illorum effuge-
ret. Quod verò hoſtes habuit, non ipſius eſt
culpa factum. In culpa enim erant non ipſe,
ſed qui ipſi inimicabantur. Aliàs, inquit: Si red- F
didi ſenſibilibus & cognatis inimicis meis ma-
la, ne potiar victoria contra ſpiritales inimi-
cos: ſed illorum dominio ſubijciar, & vna cum
vita mea humilietur, ac conculcetur gloria
mea.

Exurge Domine in ira tua.) Exurgendi verbum hîc non eſt corporaliter intelligendum, ſed de ſupplicio & perditione loquitur, quemadmodum & per iram ſupplicium ac pœnam intelligit. Eſt enim ira eorũ qui paſſionibus ſunt ſubiecti, at in Deo locum non habet paſſio.

Exaltare.) Exaltare, inquit, & vltionem de inimicis

inimicis noſtris ſume, ac potentiam tuam oſtende, vt qui te humilem eſſe putant, gloriam tuam ex his quæ patiuntur, agnoſcant. Non enim ex propria natura, ſed ex multorum ſententia, & tua patientia, in eam opinionem veniunt, vt te humilem eſſe arbitrentur.

In finibus inimicorum meorum.) Alij dicunt, In capitibus: alij verò, Ne quiſquam inimicorum aufugiat. Magna verò eſt iuſti huius virt*, quòd eoſdem cum Deo habet inimicos, & eoſdem A amicos.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto.) Quod nobis hîc legis vice ſtatuiſti: hoc eſt, ipſe nobis per iniuriam preſſis ipſo opere perfice. Et aliter: Quoniam promiſerat, quod inimicus eſſe inimicis eius, & iniuria preſſis ſuccurrere vellet.

Et ſynagoga populorum circundabit te.) A figura ſtationis, quæ in ſacrario erat (in circulum enim congregati pſallebant) laudis celebritatem innuit. Numen enim, quod circumſcribi nequit, circulo & circumſcriptione non comprehenditur. Quod autem dicit, tale eſt: Adiuua, & vlciſcere. Hoc enim & coram inimicis ſublimem te reddet, & apud populum tuũ multas adferet laudes.

Et propter hanc in altum reuertere.) Hoc eſt: per hanc ſynagogam & laudem in ſublime reuertere, pro eo quòd eſt res noſtras ſublimes & illuſtres redde, & priorem proſperitatem reſtitue.

B *Dominus iudicat populos.*) Hoc dicit, vt doceat eos, qui putant omnia temerè & fortuitò fieri, imminere rebus humanis prouidẽtiam quandam, quæ factorum pœnas expoſcat. Iudicium autem hîc tam futurum quàm præſens intelligit.

Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam.) Quærendum eſt, quomodo cum alibi dixerit, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo: iam dicat, Iudica me ſecundum iuſtitiam meam? Illic quidem dicit, Ne inquiras vitam meam ad normam beneficiorum meorum: hîc verò nõ vult ad collectionem Dei iudicari, ſed ſecundum ſeipſum. Iuſtitiam verò dicit, manibus quæ iniuſta ſunt non deſignaſſe.

Et ſecundum innocentiam meam.) Secundũ hanc, inquit, iudicari volo, tametſi talis non à multis reputer, à quibus iſta patior: ſed vita mea calũniæ ſit obnoxia.

Conſumetur nequitia peccatorum.) Animaduerſionem, inquit, & ſupplicium infer contra im-C pios. Supplicio nãque de malis ſumpto, attentiores fient iuſti. Atque ita duo hinc bona naſcentur. Vnum, quòd illi à malitia ceſſabunt: alterum, quòd iſti virtuti magis ſtudebunt.

Scrutans corda.) Hoc eſt, probans, examinans. Neque enim teſtibus illi opus eſt, vt iudicet. Ipſe enim quæ abſcondita ſunt nouit. Renes namque & corda, mẽtis hîc arcana vocat, propter harum partium in corpore ſitum.

Auxilium meum à Deo qui ſaluos facit rectos corde.) Hoc illius opus eſt, hæc conſuetudo.

Deus iudex iuſtus, & fortis, & patiens.) Si namque vt iuſtus vult, & vt fortis poteſt, qua ratione non punit? Quoniam patiens eſt, nec iram inducit. Neque enim hoc, niſi eſſet, tanquam magnum aliquid poſuiſſet. Verùm hoc dixit, quòd licet res ipſa pœnas expoſcat, benignitas tamen Dei tolerans eſt, ac ſuſtinens. Per iram autem, ſupplicium intelligendum eſt.

Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum.) Dictionibus iſtis ſupplicium figurat, ſimul & timorem auditoribus incutiens, & patientiam Dei oſtendens. Dicuntur autem iſta propter craſſitudinẽ auditorum. D

Sagittas ſuas ardentibus effecit.) Ne putet quiſquam Deum contra vniuerſos extenſurum manum ſuam, ſubiunxit dicens: Sagittas ſuas ardẽtibus expediuit. hoc eſt, iis qui ſupplicio ſunt afficiendi, qui ſunt rei ac ſontes: vt his minis emendati, malitiam ſuam reprimant.

Ecce parturiit iniuſtitiam.) In mulieribus patientibus, primùm concipitur, deinde parturitur: hîc verò prius parturit, & ſic demum concepit. Quid igitur dicẽdum eſt? Quòd illic quidem tẽpore partus eſt parturitio, hîc verò mox initio parturitur. Simul enim atque mali quicquam conſultatur, priuſquam id animo infigatur, tumultuatio ac perturbatio naſcitur in animo: & quemadmodum generantium corporibus, ſiue illa ſana ſint, ſiue imbecillia, qui naſcuntur fœtus conformes ſunt: ita & in cogitationibus accidit, quibus & ſui cognati ſunt ac ſimiles fœtus.

Lacum aperuit.) Liberationis difficultatem innuit his verbis. Quemadmodum enim per E parturitionem intolerabilem partum ſignificauit, ita & per lacum liberationis difficultatem oſtendit. Et hoc per benignitatem Dei diſpoſitum eſt, vt ea hæreditariò ſit inſidiis natura, vt in ipſos inſidiatores retia cõuertantur.

Conuertetur labor eius.) De Achitophelo & Abeshalomo hæc eſſe poſita dicimus. In amborum ſiquidem capita ſupplicium deſcendit.

Confitebor Domino.) Gratias ago, inquit, non quòd aliorum me cædes delectent, ſed quòd mihi ſententia Dei probatur. Quid eſt quod dicit, Secundum iuſtitiam eius? hoc eſt, propter iuſtitiam.

Et pſallam.) Cantabo Domino altiſſimo. Victoria ſiquidem illius eſt, non mea. Et non dixit, Confiteor tantùm: ſed, Confitebor. Bonorum namque non obliuiſcitur, poſteaquam illa conſequutus eſt: neque negligentior redditur, ſed & poſtea ſobrius eſt ac vigilat: non quòd id Deo ſit neceſſarium, ſed quòd nobis ita conducat. F

ARGVMENTVM PSAL. VIII.

In finem, incarnationis videlicet Chriſti, & conſummationis legis. Finis enim legis, Chriſtus eſt. Pro torcularibus autem, hoc eſt, pro ædificatione Eccleſiarum Deo gratias egit Dauid. Quis eſt autem, quòd prophetiæ & gratiarum actioni, pro Eccleſiis, pſalmi inſcriptionem fecit? Quoniam pſalmus cauſa & operis manifeſtationem habet, ideo pſalmum inſcripſit: quia confidenter prophetia ſua innixus, quæ futura erant tanquam iam facta vidit.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*omine Dominus noſter.*) Pſalmo præcedenti
quæ dicta ſunt, tanquã vnius perſonæ ver-
ba ſunt dicta. Dixit enim, Domine Deus meus:
hîc verò, pro torcularibus, hoc eſt, pro vniuer-
ſis totius orbis Eccleſiis, Domine, inquit, Do-
minus noſter. Eſt enim eorum quidem, qui non
credunt, hoc vno nomine Dominus, quòd eos
condidit: noſter verò duplici nomine Dominus
A eſt, cùm, quòd ex non exiſtẽtibus nos fecit, tum
quòd à nobis cognoſcitur.

Quàm admirabile eſt nomen tuum.) Sunt enim
in hoc nomine perfecta tam quæ in diſpenſa-
tione, quàm quæ poſt illam ſunt mirabilia fa-
cta, & mortis videlicet deſtructio, & morta-
lium in cælos aſcenſio.

Quoniam eleuata eſt.) Quoniam terræ memi-
nit, ſermonem conſequenter ad cælum tranſtu-
lit: vt oſtenderet, Deum admirabilem in ſuper-
nis, admirabilem in infernis: & quòd non ho-
mines ſolùm, ſed & angeli hymnum Deo pro-
pter beneficia in homines collata dicant.

Ex ore infantium.) Quoniam potentiã tuam,
inquit, in eo potiſſimum declaraſti, quòd im-
maturam ætatem ad glorificationem illam illu-
ſtraſti, quæ à pueris eſt in tẽplo facta. Qua verò
ratione præteritis cæteris miraculis, eius quod
à pueris eſt factum meminit? Propterea quòd
illa quidem etiam antea, licet non ad hunc mo-
dum, ſunt facta: chorus verò lactentium puero-
B rum tum primùm loquutus eſt. Rectè autem di-
xit, Ex ore. Neque enim ex mente erat laus iſta
infantium, ſed ex ore duntaxat & labiis. Addit
etiam cauſam, propter quam factum ſit hoc
miraculum, videlicet, vt ora inimicorũ obthu-
rarentur.

Propter inimicos tuos.) Iudæos hîc dicit. Nam
Chriſtum quidem velut hoſtes inſectati ſunt: id
quod ideo facere ſategerunt, vt patrem vlciſce-
rẽtur. Quapropter, vt hac illos excuſatione pri-
uaret, dixit: Qui me odit, & patrem meũ odit.

Quoniam videbo cælos.) Vſque adeò perditi
ſunt hoſtes, vt occiſum ab ipſis omnium viſibi-
lium opificem declararint. Non dixit autem,
Opera manuum tuarum: ſed, *Opera digitorum
tuorum*, vt quæ videntur, minimæ operationis
eſſe oſtendat.

Quid eſt homo, quòd memor es eius?) Nihil eſt,
vilis eſt. Ad prouidentiam quippe reſpiciens,
qua illum dignatus eſt Deus: ſtupefactus dicit,
Quid adeò magni momenti eſt homo, quòd
C tanto dignus eſt honore habitus?

Filius hominis, quòd viſitas eum.) Meminit hîc
condemnationis ac veteris peccati, mortem ad-
ducens in medium: verùm & hanc vnigenitus
aduentu ſuo deſtruxit.

Minuiſti eum.) Non tamen, quoniam morte
eum mulctaſti, ob id & dono tuo priuaſti. Qua-
propter & eum illud dixiſſet, tum etiã hoc po-
ſuit, in eo quoque benignitatem Dei oſtẽdens,
quòd propter trãſgreſſionem ſuam minoratum
gloria, & honore coronari permiſit, & princi-
patu non priuauit. Quod verè parumper hu-
miliauit, & hoc ipſum ipſius eſt prouidentiæ.
Nam ante inobedientiam quidem, & beſtiis
dominatus eſt: poſtea verò, parumper ſucciſa
eſt illi facta poteſtas. Etiamnum quidem domi-
natur: verùm artibus quibuſdam, & cum timo-
re ac tremore, vt ex huiuſmodi ſollicitudine,
veteris admoneatur peccati. Sapientiam eius
exercens, & feſtum deprimens, ociúmque am-
putans: quoniam omnia primum leuiter nactus
petulcaciam induit ac in præceps ruit, difficul-
tatem quandam vſibus huius vitæ immiſcuit,
eo conſilio, vt multam illam nobis licentiam D
ſuccideret. Et ob eam cauſam corpus nobis ita
morbis reddidit obnoxium, & mille malis per-
turbatum, vitámque hanc præſentem diſcipli-
næ fecit officinam, vt animi noſtri temeritas ca-
ſtigetur. Sciendum verò, quòd eandem ſortiti
ſint inſcriptionem cùm hic pſalmus, tum 80.
& 83. propterea quòd eodem præditi ſunt ſen-
ſu, videlicet de Eccleſiis.

ARGVMENTVM PSAL. IX.

*Super abſconditis inſcriptus eſt hic pſalmus, & qui
hunc ſequitur, abſconditum & occultum, abſcondito-
rum cõtra inuiſibiles & ſpirituales hoſtes bellum: per
inſcriptionem ſignificans, quòd filius Dei per diſpenſa-
tionem in carne occultè excitans, illuſtrem ſalutis tem-
pore contra vniuerſos victoriam tulit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

C*onfitebor.*) Duplex eſt confeſſionis genus. E
Aut enim condemnatio eſt propriorum
peccatorum, aut gratiarum actio ad Deum. Hic
autem gratiarum actionem dicit. In toto corde
meo, inquit. Hoc eſt, cum tota animi propen-
ſione, & animo * ſyncero. Deinde, Narrabo, in-
quit, omnia mirabilia tua. Etenim ſi pro bene-
ficiis acceptis gratias egeris, quod debuiſti red-
didiſti: ſi verò pro ſupplicio & adflictione gra-
tias egeris, Deum tibi debitorem conſtituiſti.

Cõfeßionis genus duplex.

**aliâs, diligenti vel ſobrio.*

Lætabor.) Qui namque in Deo, vt par eſt, læ-
tatur, omnem ſecularem voluptatem abijcit.
Quid eſt autẽ quòd dicit, Lætabor & exultabo
in te? Quòd talem habeo Dominum, id mihi
voluptati eſt, in hoc exulto. Quòd ſi quis volu-
ptatem hanc veram, ſicut illa cognoſcenda eſt,
cognouerit, aliam voluptatem non ſentiet.

Pſallam.) Quoniam Deum videre nõ potuit,
cãtica ad ipſum fecit, vt per odas cum illo age-
ret, deſideriúmque accenderet, futurũ ſperans,
vt eum quoque videat.

In conuertendo.) Quia nõ ſolùm in tribulatio-
nibus, ſed & in quiete ſobrius ac diligens fuit. F
Siquidem multi ſunt, qui rebus aduerſis humi-
liati, diligentiores redduntur: in bonis verò ſo-
cordes ac negligentiores. Peribunt à facie tua,
inquit: faciem Dei, operationem & apparitio-
nem, facultatémque potentiæ eius vocat.

Quoniam feciſti iudicium meum.) Vide iterum
philoſophiam viri huius quomodo non vlciſca-
tur ipſe inimicos, ſed Deo iudicium permittat.
Quòd autem dicit, Sediſti ſuper thronum, ite-
rum humano more loquitur. Iudicaſti, inquit,
cauſam meam exequutus es; vltionẽ ſumpſiſti,
omnia iuſtè egiſti.

Increpaſti Gentes.) Sufficit enim Deo, ſi increpet, ad perdendum eos qui ſunt puniendi.

Nomen eius deleuiſti.) Hoc eſt, radicitus perdidiſti, euulſiſti, atque ita è medio abſtuliſti, vt etiam memoria eius interierit vniuerſa.

Inimici defecerunt frameæ.) Quoniam conatus & conſilia eius perdidiſti, deſolatúmq; propriis armis ablatis reddidiſti. Illud verò, Periit memoria eius cum ſonitu, indicat quàm fuerit inſignis interitus.

A *Et Dominus in æternum permanet.)* Firmam & ſempiternam eſſe Dei eſſentiam ſignificat. Dicit autem hoc propheta continuè, vbi de perditione hominum loquitur: id quod ideo facit, vt timorem nobis incutiat, vt vtroque nomine Deum timeamus.

Parauit in iudicio.) Oſtendit quæ ſit throni Dei natura, quòd non è ligno aut alia quapiam ſit conſtructus materia, ſed è iuſtitia.

Et ipſe iudicauit orbem.) Tam præſentia quàm futura prædicit. Vniuerſale namq; iudicium in futurum reſeruatur, particulare verò etiam in hac vita exercetur.

Iudicabit populos.) Vide ſapientiam prophetæ, quomodo de præſentibus, & quomodo de futuris loquatur. De pręſentibus, cum dicit, Increpaſti Gentes, & quæ ſequuntur: de futuris verò, cum dicit, Parauit in iudicio thronũ ſuũ. Hoc verò ob eã cauſam facit, vt qui futura non credunt, de præſentibus capiãt experimentum.

Et factus eſt Dominus refugium pauperi.) Sæpe-

B numero ſeipſum pauperem & egenum vocat, tametſi regiis eſſet præditus facultatibus. Sciebat enim, omnia humana vmbra quauis eſſe imbecilliora.

Adiutor in opportunitatibus.) Hoc eſt, in tẽpore, ac tempeſtiuè adiuuas. Opportunitatem duplicem dicit: quòd & adiuuet, & in tempore adiuuet. Hîc enim opportunitatem tribulationem vocat. Nam ſemper quidẽ opus habemus adiutorio Dei, etiam cum rerũ proſperitate potimur: tunc verò neceſſitatem hanc potiſſimum ſentimus, quando in tribulationibus ſumus.

Et ſperant in te.) Qui namque nouerunt, inquit, ſubſidiũ & auxiliũ tuum, ſatis validam habent anchoram, ſpem ſcilicet in re fundatam.

Pſallite Domino, qui habitat in Sion.) Habitationem hîc non vocat incluſionem. Eſt enim immenſa illius maieſtas, ſed proprietatem quam eius loci habebat, & quòd amicè erga eum affectus eſſet, vt hac demiſſione Iudæos ad ſe traheret. Studia verò eius, beneficia vocat.

C *Quoniam requirens ſanguinem.)* Oſtẽdit hoc loco, nullam fore cædem impunè præſumptam, ſed omnino inquirẽdam. Si verò non è veſtigio inquiratur, ob id fieri, vt iis qui peccarunt, reſipiſcentiæ detur occaſio.

Non eſt oblitus.) Clamorem hîc mentis vocat affectum, non ſonum vocis. Quòd verò dicit, Non eſt oblitus: ſignificat eos aſſiduè clamaſſe, & non factos eſſe mox initio voti cõpotes. Pauperes eos vocat, qui ſunt ſpiritu pauperes, quos & Chriſtus beatos eſſe dicit.

Miſerere mei Domine.) Non ceſſat, quin iterum etiam in ſecuritate conſtitutus precetur. Dicit enim, Miſerere mei Domine, de futuris obſecrans. Siquidem nos bellum ſemper excipit, eo quòd præceſſit atrocius, vel ſocordiæ vel arrogantiæ. Tunc enim diabolus vehementius anhelat, ſi quando ſupinos & ſocordes nos eſſe viderit.

Vt annunciem.) Quod aliis commẽdauit, hoc & ipſe facit. Dixit enim, Annunciare inter Gentes ſtudia eius. Et ipſe itaq; inquit, Hoc faciam, ídque nõ vno & altero præſentibus, ſed in medio theatri. D

Exultabo in ſalutari tuo.) Maxima ſalus eſt, per Deum ſeruari. Aliũde namque ſalutem quærere, non ſaluari eſt, ſed perdi.

Infixæ ſunt Gentes.) Perditionem maliciam vocat. Infixæ ſunt, inquit, hoc eſt, potenter detentæ ſunt. Inſidiæ illis factæ ſunt inextricabiles.

In laqueo iſto.) Vinculis, inquit, inſolubilibus circumnectuntur maligni. Quoniam enim turpitudine plenum erat, quod fiebat, ob eam cauſam illud abſcondebant, & celare conabantur.

Cognoſcetur Dominus iudicia faciens.) Quid eſt quòd dicit, Iudicia faciens? Puniens videlicet, vlciſcens, & iudicio condemnans. Non enim eos tantùm qui puniuntur, diligentiores reddit: ſed & doctrinam cognitionis ſuæ illuſtriorem efficit.

In operibus manuum ſuarum.) Vides quomodo ſermonem variet, cùm pœnam è ſupernis inferens, tum à malicia crimen intendens. Pœnam E è ſupernis, cũ dicit, Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: crimen à malicia, cum̃ dicit, Infixæ ſunt Gentes in perditione, quam fecerunt. Item: In operibus manuum ſuarũ comprehenſus eſt peccator.

Conuertantur peccatores.) Iterum in iiſdem manet, oſtẽdẽs maliciam ſupplicium habere cohæreditarium, pœnáſque daturos malignos, & extrema paſſuros.

Patientia pauperum non peribit in finem.) Quid eſt quòd dicit, Non peribit in finem? Nũquam, inquit, peribit ſed omnino fructum ſuum recipiet. Pauperes verò non ſimpliciter dicit, ſed contritos corde. Nam illi potiſſimum appoſiti ſunt ad tolerantiam.

Exurge Domine.) Quid eſt, Surge Domine? Vindica, adiuua, eos qui iniuſtè egerunt puni. Orat enim Deum, vt eos qui per iniuriã preſſi ſunt adiuuet. Talia ſiquidem ſunt ſanctorum viſcera.

F *Iudicentur Gentes in conſpectu tuo.)* Hoc eſt, pœnas dent eorum quæ peccarunt. Non ſunt per lenitatem tuam facti meliores, exige de illis rationem eorum quæ auſi ſunt.

Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos.) Quid eſt, quòd dicit, Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos? Quoniam vt nullo ſubſunt imperio, ita & omnia tentant: ſume itaque de illis ſupplicium, & ſit illis ſupplicium loco legiſpoſitionis.

Vt ſciant Gentes quòd homines ſunt.) Nam & ex eo, inquit, multi ipſorum perierunt, quòd naturæ ſuæ obliti in veſaniam exorbitarunt, ſe- *Loquitur de Selah Hebraico*

ipſos

quod in ver ſione Græ- ca non ha- betur.

ipſos non cognoſcentes. Et rectè ſubiecit illud, Semper: hoc eſt, non ſolum in proſperis, ſed & in aduerſis rebus. Si namque punieris eos nūc, habentes malorum quæ acciderūt, memoriam, etiamſi in proſperitate fuerint, naturam ſuam cognoſcent.

Vt quid Domine receßiſti procul.) Loquitur iſta Propheta in perſona tribulatorum, qui ante competens tempus curari petunt.

Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.) Quia
A antequam puniatur ac ſupplicio afficiatur impius, luget is qui per iniuriā eſt oppreſſus, non ferens maligni proſperitatem. Deinde orat, vt pœna ſumatur de impiis, inque ipſos vertatur quod inſidioſè conantur.

Quoniam laudatur peccator in deſideriis.) De quibus pudefieri oportebat ac confundi, in illis ſuſpicitur & laudatur qui iniuſtè agit, tanquam potens, tanquam inimicos vlciſcens, tanquam animo præditus, ac ſtrenuus. Et quiſque malorum laudatores quoſdam habet, & amatores. Quid enim dico, inquit? Quòd iniuria qua pauperes læduntur ipſum Deum exacerbet.

Non eſt Deus in conſpectu eius.) Non habet timorem Dei præ oculis. Sunt autem & omnes illius viæ abominabiles.

Auferuntur iudicia tua à facie eius.) Iudicia pro condemnationibus poſuit. Extinguitur lumen eius. Captiuus eſt maliciæ traditus, quoniam timorem Dei præ oculis nunquam habet, ſed in
B malicia verſatur.

Omnium inimicorum ſuorum dominabitur.) Omnes inimicos ſuos contemnit, dicens in corde ſuo, Non afficiar malis. Vide igitur quomodo deſipiat. Non mouebor, inquit, in generatione, ſed ero ſine malo.

Cuius os maledictione plenum eſt.) Vide quomodo & in beſtiam tandem mutetur. Perinde namque de eo diſſerit Propheta, ac ſi beſtiam deſcribat, latebras, ſpeluncas & inſidias illius exponens. Verùm ſimul addit, quàm iſta non faciat impunè: ſed vbi ſe victorem eſſe putat, tum potiſſimum pereat, vt & ſagacitas Dei, & pauperum patientia conſpicua fiat, & appareat quàm ille corrigi nequeat, Deus verò lenis ſit & patiens.

Inſidiatur in abſcondito ſicut leo.) Per leonem ſecundum literam Saul intelligendus eſt, ſecundum anagogen verò diabolus.

Inclinabit & cadet.) Vide in quantum perditionis barathrum deſcendat, & qualia in a-
C nimum ſuum dogmata admittat: quæ pudoris quidem gratia in apertum producere non audet, penes ſeipſum tamen, veritati repugnās, nutrit.

Auertit faciem ſuam.) Iniquus quidem, inquit, faciem ſuam auertit, ne videat in finem: Propheta verò ſermonem de lenitate ac patientia Dei adimplet, & è regione impiis contradicit: Tu vides, inquiens, & audis, patienter verò agis, donec in manus tuas incidant: quæ humano more ſunt dicta. Quod verò dicit, tale eſt: Tardas, & patienter agis, ne illi ſupra modum maliciæ tradantur. Nam potens quidem etiam ab initio eras, vt deturbares eos ac ſubigeres: verùm expectas, num ad reſipiſcentiam veniant: ſi nolint, tum demum punis, vbi nihil vtilitatis ex patientia tua tulerunt.

Tibi derelictus eſt pauper.) Hoc eſt opus tuum Domine, hoc eſt tibi peculiare, vt orphanis patrocineris, pauperibuſque manum porrigas. Illud namque: Tibi relictus eſt pauper, hoc commendat, quaſi dicat: Non eſt alius quiſquam, ſed tu ſolus orphanorum es, & vidua- D
rum defenſor.

Contere brachium peccatoris.) Non ſimpliciter peccatorem conteri petit, ſed robur ac potentiam eius. Deinde orat, vt factorum pœnas ſubire cogatur. Et vt iniuſtitiæ illius magnitudinem ſignificet, dicit: Si id fiat, ne ſtare quidem poterit, neque comparabit, ſed peribit: & radicitùs delebitur, ſi quæ fecit inquirantur.

Dominus regnabit in æternum.) Loquitur hîc ad eos qui perturbati propterea ſunt, quòd non mox pœnas dederunt qui peccarunt. Quid times, inquit? Non enim Deus temporarius iudex eſt. Tametſi namque pœnas nondum det, qui rapiunt, dabit tamen prorſus. Manet enim rex continuè iudicās. Vides, quomodo maiorem ſermonis portionem de eo faciat Propheta, quòd malignorum apud Deum debita ſit ratio. Hoc enim potiſſimum eſt malè affici, malè cuiquam facere. Damnum quidem eorum qui iniuſtè læduntur, in verbis con- E
ſiſtit: hi verò qui lædunt iniuſtè, extrema certè periclitantur. De his rebus diſſerens Propheta maliciam eorum amputari orat, minitans ac terrens, orans Deum vt huiuſmodi peruicaciam puniat. Propterea dicit, Peribitis Gentes de terra illius: omnimodum illis minitans interitum, & ſimul orat Deum, vt adiutor & vltor eſſe dignetur eorum, qui iniuſtè premuntur, ita vt & iſtos recreet, & illos reſipiſcere faciat.

Scholia in Pſalmum decimum.

MAgna eſt ſpei in Deum collocatæ virtus. Ipſa præſidium eſt inexpugnabile. Cum ſciret hoc beatus iſte Dauid, ad eos qui iubebant vt fugeret, & ſalutem ſibi ex locorum munitionibus quæreret, dixit, *In Domino confido, &c.*

Quomodo dicitis animæ meæ: Tranſmigra in mon-
tes.) Eum qui totius orbis Dominum adiu- F
torem habet ac patronum, extorrem eijcitis? Quare dixit, Quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montes, cum ſenſibilia illa iacula ac tela animam vulnerare nequeant? Animam hîc pro vita corporali ſumit, cui inimici inſidiabantur.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum.) Cum Deus ſit adiutor, & qui me impugnant peccatores: quomodo non extrema turpitudine dignus eſt, qui conſulit, vt auicularum in morem expaueſcam? Non cogitas, quomodo inſtruens ille cōtra me exercitus aranearū telis

ſit vilior? Sunt enim peccatores. Nihil autem peccatore poterit eſſe vilius.

Parauerunt ſagittas ſuas.) Sed ſagittas, inquis, habent & pharetras? verùm, ſed nulla eſt horum efficacia. Propter hæc illos non metuo. Quis enim fuerit vſus armorum, cũ nulla adſit virtus? Nihil enim viro inſidiatore infirmius ac imbecillius.

Quoniam quæ tu perfeciſti.) Tibi, inquit, bellum mouẽt, te impugnant, ac præcepta tua diſſi-
A pare conantur, ſúntque legis tranſgreſſores.

Iuſtus autem quid fecit.) Impiis, inquit, ita tumultuantibus, iuſtus quid fecit? ad Deum confugit, qui in cælis & in tẽplo eſt. Per hęc Deum vbique eſſe ſignificat.

Oculi eius ad pauperem reſpiciunt.) Vides auxiliatorem eſſe paratum, vbique præſentem, vbique contemplantem, omnia videntẽ: cuius hoc opus eſt, vt prouideat, curam gerat, prohibeat iniuſtè agentes, ſuccurrat iniuſtè preſſis: illis bonorum largiens præmia, iſtis peccatorum inferens ſupplicium.

Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit ſuam animam.) Eſt enim malicia hoſtis animæ, & ante ſuppliciũ, pœnas dat malignus: oſtendens ipſam quo maliciam ſufficientem ad hoc eſſe, vt conſumat ac diſperdat.

Pluet ſuper peccatores laqueos.) Per hęc nomina, multum habentia ſupplicij, condemnationem ineuitabilem, ſupplicij abundantiam, plagæ
B promptitudinem, vim conſumendi exprimere volens, ſignificauit.

Quoniam iuſtus Dominus.) Quæ eſt cauſa, ob quam huiuſmodi ſuppliciis punientur impij? Quoniam iuſtus eſt Dominus, inquit, & iuſtitias dilexit. Hoc potiſſimum Deo peculiare eſt, vt quod iuſtum eſt & ęquum approbet, nec vnquam perpetuò quæ ſecus fiunt, ferat.

Scholia in XI. Pſalmum.

S*aluum me fac Domine.*) Beatus Propheta ſolus relictus, cum vniuerſi contrariam viam ingrederentur, ad prouidentiam Dei confugit, dicens, Opus mihi eſt vt cæleſti manu ducar. Omnibus enim cõtrariam viam ambulantibus, multa indigeo prouidentia.

Quoniam defecit ſanctus.) Non dicit, Quoniam non fuit: ſed, Quoniam defecit ſanctus: vt oſtẽdat, etiam eos qui ſancti fuerunt periiſſe, propterea quòd malicia inualuerit.

C *Quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominũ.*) Multæ ſunt veritates, perinde atque multos videmus eſſe colores, quorum alij ſunt veri, alij falſi. Ad hunc modum & virtutes habent. Hoc enim demũ quòd verè eſt, veritas eſt. Quoniam igitur quæ in ſe ipſis bona & vera ſunt, peruerſa erant, non quòd ſubſiſtentiam perdiderint, ſed quòd ab hominibus relegata eſſent: ideo non ſolùm dixit, Diminutæ ſunt veritates: ſed adiecit, A filiis hominum.

Vana loquuti ſunt.) Duas hîc malicias dicit. Vnam, quòd vana loquuti ſint: alteram, quòd ad proximum. Aut igitur mendacia vana dicit, aut ſuperflua & inutilia. Et quod peius eſt, non dicit, Hic vel ille: ſed, Quiſque. hoc eſt: Erant omnes corrupti. Quapropter non extrinſecus ac in ſuperficie, ſed in corde, inquit, hoc eſt, ex corde.

Diſperdat Dominus.) Non eſt aduerſum eos, quod dicitur, ſed pro eis. Nõ enim eos perdendos, ſed maliciam è medio tollendam dixit: neque dixit, Exterminabit eos Dominus: ſed, Labia doloſa. Et rurſus non eſſentiam, ſed linguam, id eſt, dolum auferri, faſtúmque excindi D
petiit. Deinde & mentem eorũ reprehendens: Labia, inquit, noſtra penes nos ſunt. Inſanientium ſunt hæc verba. Etenim reuera non tua ſunt, ſed Domini: non enim mox omnino noſtra ſunt, quæ habemus. Ita ſanè & labia dedit tibi Deus, non vt blaſphemiam, ſed vt glorificationem proferas.

Nunc exurgam, dicit Dominus.) Papæ! quanta eſt humilis animi virtus? Quanta eſt illis expectanda retributio, qui malè adficiuntur. Non enim aliquam hîc virtutem dicit, ſed adflictionem. Hæc enim potiſſimùm Deum excitat, & ad ſumendum ſupplicium mouet. Tanti eſt, ſi qui iniuria adficitur, fortiter ferat. Quid autem eſt, quod dicit, Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo? Cum fiducia, inquit, patrocinabor illi perſpicuè & manifeſtè.

Eloquia Domini, eloquia caſta.) Synceritatem ac veritatem per materiam auri ſignificauit. Quemadmodum enim aurum ſæpius cõflatum & ignitum, alienum eſt à contraria materia; ita E
& oraculum Dei.

Tu Domine ſeruabis nos.) Vides Prophetam indeſinenter ad Deum cõfugere, & hinc ſibi auxilium quærere.

In circuitu impij ambulant.) Quid eſt quòd dicit, In circuitu impij ambulant? Etiam, inquit, ſi nos circuli in morẽ concluſerint impij, nihil tamen mali patiemur. Etenim tu nos cuſtodis, & in ſublime euehis, ac glorioſos facis. Secundum altitudinem tuam, hoc eſt, ſecundum magnitudinem potentiæ tuæ.

ARGVMENTVM PSAL. XII.

Pſalmi principium admodum cũ inſcriptione diſſidet. Si enim pſalmus conſolatio eorum eſt, qui læto ſunt animo, quomodo cum animi mæſti verba dicat, gemitum hunc, pſalmum inſcripſit? Quod ſi dixiſſet, Pſalmus Dauidi, contrarius ſibi ipſi fuiſſet, luctũ pſalmum vocans: quoniam verò dixit, In finem, pſalmus Dauidi, lege ad finem vſque, & inuenies eum lætũ, ac pro beneficiis acceptis pſallentem. F

Scholia in eundem Pſalmum.

V*ſquequò Domine.*) Noui Domine, quòd tu quidem tanquam agonotheta conſtitueris me prolixioribus certaminibus illuſtriorem declarare victorem, verùm qui mecum ſunt arbitrãtur me abs te deſeri. Hoc autẽ Propheta nõ tam ob id dixit, vt ſeipſum conſolaretur, quàm

vt eos

vt nos doceret, vt ſi quando orantes non confeſtim exaudiamur, ne deficiamus.

Vſquequò auertis.) Auerſatus es me, auerſantem te: conuertere ad me, conuerſum ad te.

Quamdiu ponam conſilia.) Quouſque Domine ferani, vt cogitationibus ac gemitibus torquear?

Vſquequò exaltabitur.) Satis ſit illi, quod humiliato me propter peccatũ, ipſe exaltatus eſt ſemel, vt quid iterũ contra me exaltatur? Reſpice
A itaque & exaudi, vt humilietur inimicus.

Reſpice, & exaudi.) Reſpice, inquit. Vide inimicum meum exaltatum ſuper me: etſi nõ propter meam miſeriam, tamen propter illius arrogantiam exaudi me. Quare autem primũ dicit, Reſpice: ac deinde ſubijcit, Exaudi? videlicet, vt primùm rectè facta contempletur, deinde quæ petuntur præſtet.

Illumina oculos meos.) Quoniam Deus vera lux eſt, nec ſunt in illo tenebræ: Propheta verò per concupiſcentiam obtenebratus erat non externo, ſed interno oculo: propterea Deum tanquam medicum implorat, dicens, Illumina oculos meos.

Ne vnquam obdormiam in morte.) Quam mortem? Non communem illam humanum genus dementem, ſed propriam, peccatores videlicet perdentem. Nam ea demum propriè mors eſt, non quæ animam à corpore, ſed quæ animam ſeparat à Deo.

Nequando, &c.) Ne vidẽs me in mortẽ peccati
B deiectũ, ita dicat, Præualui aduerſus eũ: victoriam enim noſtrã Ieſus Chriſtus ſibi adſcribit.

Qui tribulant me, exultabunt.) Inſultantes, videlicet, ac ridentes. Et quomodo Dauid, qui admodum gloriatus dixit, Non mouebor in ſeculum, motus eſt, ac cecidit, cum eſſet propheta Dei? Audi.

Ego verò in miſericordia tua ſperaui.) Illi quidem tanquam aduerſarij contra me ad luctã vnguuntur: ego verò in miſericordia tua ſperaui, oleo miſerationis tuæ inunctus. Et immiſericordes illos dæmonas deprecationibus auertam.

In ſalutari tuo.) Hoc eſt, in ſalute, quam tu operatis.

Cantabo Domino.) Eleemoſynon, inquit, beneficiorum, quæ in me ſunt collata, offeram Domino.

Et pſallam.) Non ſolùm nunc cano, ſed & porrò conſequẽti tempore canam ac pſallam Domino.

C

Scholia in Pſalmum XIII.

D*Ixit inſipiens.)* Quid dixit? In corde ipſius. Non eſt Deus. Aliàs enim vbiq; eſt, in corde verò inſipientis non eſt. Et ſi non eſt Deus, quid facis in his quæ Dei ſunt? Inſipientem autem dicit, non eum qui mota ſit mente, ac demens, ſed malo ingenio præditum.

Corrupti ſunt.) Diaboli namq; diſcipuli facti, ruina diaboli ceciderunt, ſicut ille de cælis, ita iſti de thronis regalibus. Quem enim quiſque ſequitur, cum hoc & participat.

Et abominabiles facti ſunt. Abominationem deſolationis, impietate dicit. Siquidem in templo cordis ſui impietatem ſuam ſtatuerunt. In ſtudiis, inquit: quoniam quæ natura negauit, ea malus excogitauit animi affectus. *Abominatio.*

Non eſt qui faciat bonum. Qui namque Deum negat, nec prouidum illum reputat, non mortem, non iudicium, non retributionem expectat, quapropter nec vtile quicquam, nec bonum operatur.

Dominus de cælo proſpexit.) Cum audis, quòd de D
cælo Dominus proſpexerit, ne putes diuinæ & incorporeæ naturæ nutum, id eſt, inclinationem dici: ſed philanthropiam illius, & curam diſce.

Vt videat.) Non vt illud vel illud videret, ſed vt ſeruaret: non vt cognoſceret, ſed vt ſuccurreret, & vt iuſtos diligeret. Aliàs, vt videret, num eſſet ægrotãs, medicũ quærens: num eſſet Gentium populus pauper, Chriſtum quærens.

Omnes declinauerunt.) Perinde ac vituli quidã in abrupta ruentes, declinauerunt, recti, videlicet ex natura cõſtituti. Hominem enim Deus cum faceret, rectum fecit. Per id etiam quod dicit, Simul inutiles facti ſunt: oſtendit, quòd naturaliter vtiles conditi proprio arbitrio præter naturam à primo ad vltimũ vſque, hoc eſt, à pedibus vſque ad caput, à paupere vſque ad potentem, inutiles ſint facti.

Nónne cognoſcent omnes.) Non cognouerũt admoniti, cognoſcẽt dolentes. Quid verò cognoſcent? Quòd Deus vltionum ſit Dominus, co- E
gnoſcẽt quòd adſit iudex viuorum ac mortuorum: aliàs namque, dum iniquitatem operãtur, diuinas leges agnoſcere non ſuſtinent.

Qui deuorant plebem meam.) Non dixit, Qui edunt: ſed, Qui deuorant, feris agreſtibus immaniores, qui conuiciis fratrum non ſaturati, carnes illorum beſtiis ſæuiores deuorant. *οὐκ εἶπεν, οἱ ἐσθίοντες, ἀλλ᾽ οἱ κατεσθίοντες.*

Illic trepidauerunt timore.) Inſtar leonũ audentes fuerũt, & more leporũ timuerunt. Cũ enim Deum non timuerunt, homines timuerunt.

Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt.) Quaſi rogatus quare timuerint, reſpõdet: Quoniam Dominus in generatione iuſtorũ eſt, qui dixit: Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Si in medium duorum vel trium venit, multò magis in generatione iniuſtorum.

ARGVMENTVM PSAL. XIIII.

Quare inſcriptionem, In finem, nõ habet? Propterea quòd de iuſtitia & reliquis virtutibus docet. Qui ve- F
rò de iuſtitia docet, non debet in finẽ adhortari, ne peccato iuuentutẽ præſorbens, ſenectuti quod marcidum eſt ſeruet. Eſt autem pſalmus hic lex agendorum bonorum, cum modulatione & ſuaui concentu prolata.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Omine quis habitabit?)* Multum conſonantiæ habet præſens hic Pſalmus cum præcedente. Quoniam in illo vniuerſalis eſt contra genus humanum prolata ſententia, dictúmque non eſſe iuſtum aliquem, ne vnum quidem:

id quod non homo quiſquam, ſed Deus dixit:
eam ob cauſam B. Dauid, plenus timore, ſtupo-
re ac mœſtitia, hoc præſenti pſalmo interrogat,
vnum ſit iuſtus quiſquam, vel requirens Deum,
dicens: Domine, quis habitabit in tabernacu-
lo tuo? Tabernaculum autem Dei, tabernacu-
lum illud teſtimonij vocatum eſt, quod Moſes
compegerat: mons verò Dei, templum intelli-
gitur, quod Salomon extruxerat. Rogo itaque
Domine, de peregrinantibus, tanquam præ-
A ſes reſpondi mihi. Audi Spiritũ ſanctum: diſce,
qualis eſſe debeat. Deſcribam tibi virum hoc
ſermone, vt inuenias quem quæris.

Qui ingreditur ſine macula.) Qui inculpatam
Dei viam ambulat, qui peccati maculam non
habet, qui loquitur veritaté cum proximo ſuo,
qui corde mundus eſt.

Qui non egit dolũ in lingua ſua.) ſicut Ionathan.

Nec fecit proximo ſuo malum.) ſicut Achab Na-
bothi.

Et opprobrium.) Qui maximum probris non
eſt inſectatus, ſicut Phariſæus Publicanum: nec
probris eſt proximorum gratia affectus, ſicut
Eli propter filios ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius.) Qui
malignos deſpexit, ſicut Elias ſacerdotes Baal.

Timentes autem Dominum.) ſicut Abdias cen-
tum Prophetas Domini.

Qui iurat proximo ſuo, nec ieritat.) ſicut Abra-
ham Abimelecho, & Dauid Ionathæ.

Argentum ſuum non dedit ad vſuram.) ſicut Za-
B chæus & Cornelius.

Et munera ſuper innocentes, & non decipit.) ſicut
Petrus pecuniam Simonis reſpuit, & ſicut Pau-
lus in perſecutionibus.

ARGVMENTVM PSAL. XV.

*Paſſionem & reſurrectionem Domini hoc Pſalmo
pranunciat. Titulus nãque non ſolùm monumentis, ſed
& victoribus erigitur, & literas recipit, victoriam
ignorantibus ſignificantes. Hoc itaque potiſſimum iſta
tituli inſcriptio ſignificat.*

Scholia in eundem Pſalmum.

C*Onſerua me Domine.)* Dictus eſt hic Pſalmus
in perſona Seruatoris, dictus eſt autem ſe-
cundum humanam illius naturam. Petit itaque
& hoc pſalmo, vt conſeruetur: verũ etiam à ſe-
ipſo ſeruatur. Petit quidem vt homo, dat verò
vt Deus, patre conſentiente.

Dixi Domino, Deus meus es tu.) Huic ſimile eſt
quod in Euangelio dixit, Vado ad Deum meũ,
C & Deum veſtrum.

Quoniam bonorum meorum non eges.) Cum enim
nullius ſis indignus, nõ opus habes humana iu-
ſtitia: ſed ſi quis quod bonum eſt fecerit, ipſe
potius emulumentum ex eo capit.

Sanctis qui ſunt in terra eius.) De Apoſtolis hîc
intelligit, & reliquis qui per hos crediderunt,
quibus mirabilia Dei conſpicua eſſe facta di-
cit: quoniam, inquit, omnia præcepta mea ad-
impleuerunt.

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.) Multi, in-
quit, exurrexerunt populorum ac principum
impetus: verùm omnium celeriter facti ſunt vi-
ctores, quoniam curſum ſuum quam maximè
adimpleuerunt.

Non congregabo conuenticula eorum.) Eos autem
qui contra Apoſtolos inſurrexerunt, ſuppliciis,
inquit, tradam, & memoriam eorum obliuione
ſepeliam, ita vt & appellationes eorum nemini
innoteſcant.

Dominus pars hæreditatis mea.) Humano more
loquitur, Gentium regnum hæreditatem: ca-
licem verò mortem vocans, quam pro nobis
ſuſtinuit. D

Tu es qui reſtituis hæreditatem.) Non dixit,
Qui das: ſed, Qui reſtituis, quoniam ante
tranſgreſſionem homo & vitam habuit, & mor
tem & poteſtatem: poſt tranſgreſſionem verò
vtriſque excidit. Secundum humanam itaque
naturam, naturæ Dominus priorem vitam reci-
pere petit.

Etenim hæreditas mea.) Propter optimam
hanc hæreditatem, & propter humanam ſa-
lutem tentationes iſtas, quas mihi deſtinaſti,
ſuffero.

Benedicam Dominum.) Veruntamen etiã à Do-
mino eruditus, & optimis cogitationibus vſus,
paſſionis noctem ſuperabo. Noctem enim hîc
tentationum vocat caliginem.

Inſuper & caro mea.) Loquitur hîc quoque
Dominus Chriſtus ſecundum humanam natu-
ram. Quoniam, inquit, ſine intermiſſione per
diuinam confirmor naturam, ſalutarem aggre-
dior paſſionem, & propter reſurrectionis ſpem
gaudeo. Non enim derelinquetur in inferno E
anima mea, nec caro mea naturalem patie-
tur corruptionem: veloci namque reſurrectio-
ne potiar.

Adimplebis me lætitia.) Quoniam cum paſſio-
nem aggrederetur, dicit, Triſtis eſt anima mea
vſque ad mortem: rectè his verbis facta iam re-
ſurrectionis mentione eſt vſus, vt oſtenderet ſe
poſt illam impaſſibilem & immutabilem, ſe-
cundum humanam factum eſſe naturam.

ARGVMENTVM PSAL. XVI.

*Cum à Saüle perſecutionem, & omnis generis in-
ſidias pateretur, omnium Deum ad auxiliandum in-
uocauit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

E*Xaudi Domine iuſtitiam meam.)* Etiam hoc lo-
co iuſtitiam non perfectam virtutem, ſed
iuſtam cauſam dicit.

Auribus percipe orationem meam.) Mũdis enim F
labiis, inquit, ſupplicationem hanc offero, non
alia ſentiens, & alia loquens: ſed menté habens
linguæ conſentientem.

De vultu tuo iudicium meum) Supplico tibi, vt
de aduerſariis meis iudices, noui enim ſenten-
tiæ tuæ iuſtitiam.

Probaſti cor meum.) Docet hîc quã ſæpenume-
ro Saulem, cum illum in poteſtatem ſuam eſſet
adeptus, occidere non ſuſtinuerit: ſed beneficiã
pro iuſtitia rependerit. Propterea & noctis me-
minit, in qua id fecerat. Tropicè verò etiam ca-
lamitates, propter caliginem, noctes vocat.

Igne

Igne me examinaſti.) Etenim inſtar auri pro-
baſti me, ac purum, ô Domine, inueniſti. Siqui-
dem vſque adeò abſum ab eo, vt hoſtem meum
perdiderim, vt etiam linguam meam à conui-
tiando ipſum liberam ſeruauerim.

Propter verba labiorum tuorum.) Moleſtum au-
tem hoc & oneroſum, propter obedientiã præ-
ceptorum meorum feci.

Perfice greſſus meos.) Supplico itaque, ne ſinas
mihi præfixum ſcopum inuerti. Fiet autem hoc,
A ſi ope tua potiar. Vocat autẽ greſſus, actionum
conatus & promotionem.

Ego clamaui.) Non ſum autem his verbis te-
merè vſus, ſed habita philanthropiæ tuæ expe-
rientia. Nam ſæpenumero orantem me audiſti,
ac deprecationem meam exaudiſti.

Mirifica miſericordias tuas.) Qui namque miſe-
ricordia tua eum qui iniuria affectus eſt, po-
titum vident, prouidentiam tuam celebrant.
Soles autem in te ſperantibus auxilio tuo ſuc-
currere.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ.) Reſiſtẽtes dexte-
ræ Dei eos vocat, à quibus impugnabatur, &
admodum meritò. Erat enim dextera Dei
inunctus, atque regiam ab illo electionem
aſſequutus.

Sub vmbra alarum tuarum.) Alio rurſus ſimili
vſus orat, vt prouidentia Dei potiatur. Alas au-
tem, velocem & compendioſam diuinæ proui-
dentiæ ſecuritatem nominat.

Adeps.

Adipem ſuum concluſerunt.) Adipem nonnulli
B proſperitatem, & bonorum corporis valetudi-
nem exponũt: mihi verò videtur beneuolentia
& fraterna dilectio ad hunc modũ vocari. Vni-
uerſa namque naturali commiſeratione occlu-
ſa, nec vllo philanthropiæ cogitationibus loco
conceſſo. loquuntur, inquit, ſublimia & ſuper-
ba, méque inſidiis circundant.

Proijcientes me.) Ipſi me, inquit, è patria terra
expulerunt, & inſuper incurſiones comprehen
dere me cupientes faciunt: quoniam quod re-
ctum eſt, adſpicere nolunt, ſed oculum mentis
aliò auerſum tenent.

Suſceperunt ſicut leo.) Abiecto quod in huma-
na natura rationale eſt, feram imitantur cibi
appetentem, & hunc conſpectum eueſtigiò in-
uadentem.

Surge Domine.) Impetum quidem illorũ Do-
mine, quibus noſti remoris cohibe, me verò
ex inſidiis eorum romphæa tua contra eos vſus
libera. Tu namque ſententia tua homines mor-
ti deſtinas. Siquidem dixiſti, Terra es: & in ter-
C ram reuerteris.

Domine à paucis.) Veruntamen licet facile ti-
bi ſit in mortem abijcere, obſecro tamen, vt vi-
uos eos diſpergas, malámque ipſorum concor-
diam diſſoluas, vt ſuppliciorum quæ tu inferas
participes reddantur.

In verbis Dauidi eſt, ἐχορτάσθησαν: in Scholijs verò χορτασθήσονται.

Saturati ſunt filiis.) Noui, inquit, quòd iu-
ſtum ſupplicium non ſolùm de ipſis, ſed & de
filiis eorum, ſi paternam imitentur maliciam,
ſumpturus ſis. Illud verò, Saturabuntur, poſi-
tum eſt pro, Ad ſaturitatem vſq; malorum par-
ticipes erunt.

Ego autem in iuſtitia.) Illi quidem tales pœnas
dabunt, ego verò in bonis iuſtæ tuæ prouiden-
tiæ delinabor, maximam beneficentiæ tuæ ex-
perientiam nactus.

ARGVMENTVM PSAL. XVII.

*Dignum eſt, vt hoc pſalmo Prophetæ admiremur
philoſophiam. Licet enim tantas eſſet a Saule perpeſſus
inſidias, non tamen illum inimicis coniunxit: ſed ſe-
paratis hoſtibus mentionem illius, non vt inimici fecit.
Adijcitur autem & illud. In finem, propterea quod
propbetiam quoque de vocatione Gentium, & aliena-* D
*tione Iudæorum, quæ longo poſt ſunt tempore adimple-
ta, complectitur hic Pſalmus.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*iligam te Domine.)* Dicit hoc Propheta, nõ
quaſi qui nondum illud perfecerit, ſed vt
qui dilectionis huius ſatietatẽ capere nequeat.
Deinde beneficia Dei diuinas facit appellatio-
nes, & catalogum bonorum illius, conuertit in
catalogum nominum: & Deum vocat fortitu-
dinem ſuam, vt qui hanc ab illo adeptus erat:
firmamentum ſuum, vt qui firmus erat contra
hoſtes factus: refugium, quòd hunc vice muri
haberet: liberatorem, quòd per ipſum eſſet ab
inimicis liberatus: adiutorem, quòd ab eo ſor-
titus eſſet auxilium: defenſorem, quòd in tem-
pore factus eſſet ipſius propugnator: cornu ſa-
lutis, & ſuſceptorem, quòd per illius prouiden-
tiam ſeruatus eſſet. Cornu verò ſaluris per me- *Cornu.*
taphoram animantium poſuit, quæ ſe cornibus E
de inimicis vlciſcuntur.

Laudans, inuocabo Dominum.) Docemur hoc
loco gratias quidem agere pro impenſis be-
neficiis, verùm ſimul omnia quæ neceſſaria
ſunt petere. Hoc enim ſi fecero, victor ero ini-
micorum.

Circundederunt me dolores mortis.) Dolores
mortis & inferni, mortifera pericula vocat.
Quemadmodum enim partum dolores quàm
coniunctiſſimè, ita & pericula mortem præ-
cedunt.

Et torrentes iniquitatis.) Torrentes iniquitatis, *Torrentes*
iniuſtos & frequentes inimicorum impetus di- *iniquita-*
cit: & laqueos mortis, inſidias vocat. Quod *tis.*
enim brutis eſt laqueus, hoc ſunt illis qui im-
pugnantur inſidiæ.

In tribulatione mea.) Licet tantis ſim calami-
tatibus obuallatus, vniuerſo tamen humano
ſubſidio contempto diuinum auxilium implo-
raui. Cõfeſtim enim ſupplicationes meas ſuſce-
pit. Templum verò non manufactum dicit, cæ- F
lum videlicet. Salomonis enim templum non-
dum extructum erat.

Et commota eſt, & contremuit terra.) Hęc omnia
non ita poſuit, quaſi omnino ad hunc ſint geſta
modũ: ſed quòd hoc modo fide ſint intellecta.
Fecit autem ſæpenumero talia Deus, non ſo-
lùm vt puniret, ſed vt perterrefaceret morta-
les, tonitru intonans, & terræmotibus ac igni
obſtupefaciens. Quapropter & Propheta hîc
imminens hoſtibus ſupplicium his verbis com-
minatus eſt.

Et inclinauit cælos, & deſcendit.) Neq; aſcẽſum

diuinæ naturæ nouimus,neque deſcenſum. Eſt
enim numen vbique incircumſcriptum. Illud
itaque,Inclinauit cælos, & deſcēdit:ita dictum
intelligemus, quòd manifeſtationē ſuam Deus
oſtenderit. Caliginem verò ſub pedibus eius,
ad ſignificādam inuiſibilem illius præſentiam:
aſcenſum autem ſuper cherubim, & volatum
ſuper alis ventorum, manifeſtationis velocita-
tem dixit.

Et poſuit tenebras latibulum ſuum.) De eo lo-
A quitur,quod natura Dei inuiſibilis eſt.Illud ve-
rò, In circuitu eius tabernaculū eius, diuinam
lucem quæ coram ipſo eſt,notat. Quemadmo-
dum enim nubium denſitate caliginoſus red-
ditur aër, & fulguris emittitur ſplendor, ita
Deus omnium inuiſibilis exiſtens ſpiritalis lu-
cis radios emittit, & vltorio igne eos qui in ma
licia cōuerſantur punit.Hoc enim innuit, cum
ſubijcit:

Grando & carbones ignis.)Hæc & noſtro ſecu-
lo facta ſunt. In prælijs enim nuper geſtis, ſe-
ptentrionales barbaros, qui nos adobruebant,
grandine & igni conſumpſit. Et Perſas, qui ſe
vrbes noſtras capere ſperabant,his remoris im-
pediuit:& alios morti dedit,alios verò nuncios
eorum quæ acciderunt,remiſit.

Et apparuerunt fontes aquarum.)Et hoc noſtris
temporibus in multis eſt regionibus factum.
Terra ſiquidem mota ſciſſa eſt, & profunditas
immēſa in excelſis montibus apparuit, & aqua
in locis aridis reddita eſt. Facit autē iſta Deus,
B vt vltricem ſuam potentiam declaret & oſten-
dat, quòd poſſit quidem prorſus perdere, per
philanthropian verò differat. Vt doceat quid
aquas tropicè vocet,ſubiungit:

Miſit de ſummo,& accepit me.) Perſpicuè, in-
quit,inimicis oſtendit, quàm mei curam gerat.
Nam hoc eſt, quod dicit: Miſit de excelſo, &
corripuit me.hoc eſt,Perſuaſit omnibus, quòd
cælitus auxilium mihi ſuppeditauerit.Hac verò
me prouidentia,propterea dignatus eſt, quòd
hoſtem me fortiorem eſſe videret.

Eripuit me de inimicis meis.) Videtur mihi hoc
loco Abeshalomi ſignificare rebellionem, quæ
poſt commiſſum peccatum facta eſt. Adflictio-
nem enim infirmitatem animæ dicit, propter
quam commiſſum eſt peccatum.

Et factus eſt Dominus protector meus.)Impulſum
& deiectum, inquit, erexit Dominus,& angu-
ſtiam in latitudinem commutauit:próq; morte
quam expectabam,vitam largitus eſt.

Saluum me fecit,quoniam voluit me.) Spero au-
C tem quòd & porrò me futuris temporibus au-
xilio ſuo dignaturus ſit, vnde & victor ero ini-
micorum,etiamſi quam maximam habeant po-
tentiam.

*Et ſecundum puritatem manuum mearū retribuet
mihi.*) Haud iniuria curam mei gerit. Nouit e-
nim animi mei ſcopum,nec ignorat quo ſtudio
in hoc incumbam,vt omnia ipſius mandata cu-
ſtodiam.Non hoc agit,vt virtutes ſuas manife-
ſtet:ſed vt nobis oſtēdat, quo pacto fieri poſſit,
vt ope diuina potiamur.

Quoniam omnia iudicia eius.) Et quomodo
poteſt hoc præſtari? reſpondet: Quia deſtiti
ab illis, quæ malè commiſi,inculpatus in po-
ſterum ero.

Et obſeruabo me ab iniquitate mea.) Tunc in-
quit, quando prorſus inculpatus ero,perfectis
bonis potiar. Omnia namque obſeruat Deus,
potiſſimùm ea quæ benefiunt. Et hæc vocauit
manuum puritates.

Cum ſancto ſanctus eris.) Hoc eſt: Iuxta qua-
litatem humanæ mentis conformas & retribu-
tiones, ô Domine. Sanctis enim ea præſtas,
quę digna ſunt ſanctitate:& iis qui nihil pecca- D
runt, quæ illis ſunt conueniētia,perfectus per-
fecta:iis verò,qui confeſtim peruertūtur, vicis-
ſim ſubornas,vt viæ quam ambulant, finem in-
ueniant.Eos qui animo vſi ſunt ſancto,& adfli-
ctionibus ſunt humiliati, ſalute dignaris: eos
verò, qui ſuperciliis ſunt elatis, ad terram pro-
ſternis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.)
Quoniam tribulationes caliginem vocauit,re-
ctè liberationem ab illis lucem nominat.Quo-
niam,inquit,lucerna veræ lucis capax(loquitur
autē de forma ſerui) mea eſt,& ex lumbis meis
formabitur.

Quoniam in te eripiar.) Vniuerſas,inquit,inſi-
dias & cunctam fraudem,per manum tuam ef-
fugiam.

Et in Deo meo tranſgrediar murum.) Iuſtè gu-
bernas vniuerſa. Et ob eam cauſam confiden-
ter ago.

Eloquia Domini igne examinata.) Hoc autem,
inquit,ex veracibus tuis eloquiis cognoui. Pro- E
bata namque & à mēdacio libera, igne exami-
nata vocat.

Protector eſt omnium ſperantium in ſe.) Non ego
ſolus, ſed & omnes in illum ſperantes eodē po-
tientur auxilio.

Quoniam quis Deus.) Neque enim Deus eſt
præter Deum noſtrum,ne hic illum alius alium
inuocet.

Deus qui præcinxit me virtute.)Virtute eius cō-
firmatus,rectam & ego ſemitā ingredi ſatago.

Qui perfecit pedes meos.) Quemadmodum cer-
uis hoc dedit, vt natura venenatas beſtias con-
culcent: ita & me victorem inimicorum & ſu-
periorem reddidit.

Qui docuit manus meas ad prælium.) Dum enim
illas ad precandum in tentationibus extendo,
inimicos vinco.

Et poſuiſti vt arcum.)Per arcum æneum & in-
fractum, brachia mea ad iaculandum contra
inimicos inſtruxit.

Et diſciplina tua.) Et erudiuiſti eos qui pec- F
carunt, & prolapſos erexiſti, quantúmque
malum ſit peccatum docuiſti, ac ſalute digna-
tus es.

Dilataſti greſſus meos.) In anguſtia tribulatio-
nis,inquit,latitudinem conſolationis dediſti, à
qua manu ductus, ad præſens vſque tempus
perſeueraui.

Perſequar inimicos meos.) Vſque adeò proui-
dentia tua corroboratus ſum, vt ſperem me vi-
cturum inimicos:nec deſiturum,donec illos in
poſterum ſubditos reddam. Hoc enim ſignifi-
cans dixit,Cadent ſubtus pedes meos.

Et

Et præcinxiſti me virtute. Mihi, inquit, virtutem ac robur dediſti, impetum verò inimicorũ cohibuiſti: id quod videre eſt in Goliath ac Saüle factum. Illum enim agẽdi tempus inutilibus conſumentem verbis funda proſtrauit, hunc verò ſomno detentum facilè impediuit & effugit.

Et inimicos meos dediſti mihi dorſum. Pro eo quod eſt: In fugã eos vertiſti: Eſt enim hoc proprium fugientium, vt terga obuertant.

A *Et odientes me.*) Saülem videlicet, & Achitophelem, & Abeshalomum, & innumeros alios.

Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret.) Neque enim Philiſtæi Deos ſuos in auxilium vocantes adiuti ſunt, neque Saül, Abeshalom & Semei, cum aliis Deum habuerunt auxiliatorem.

Et comminuam eos vt puluerem.) Inanes & obſcuri prorſus cooperante mihi gratia tua reddentur.

Eripe me de contradictionibus populi.) Vaticinatur hîc de Iudæorum contra Seruatorem inſania, & Gentium ſalute. Orat ne vllum habeat cum illorum contradictione conſortium.

Conſtitues me in caput Gentiũ.) Haud nouimus Dauidem regem fuiſſe Gentium. Per eum ergo impleta eſt hæc prophetia, qui ex ipſo ſecundũ carnem eſt natus.

Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.) Prædicit iſta ex perſona Christi. Dicit autem, Qui neque prophetam vllum neque legiſlatorem vnquam acceperunt, admodum facilè, cum vocarentur, obedierunt, dominatúmque meum di-
B lexerunt.

Filij alieni mentiti ſunt mihi) Qui filij nuncupati, & in filiorum album cõſcripti erant, alienos ſeipſi reddiderunt, ingrati diuinæ beneficentiæ facti, circáque fidem, pià fide deſerta, claudicantes.

Viuit Dominus.) Poſt factam Iudaicæ contradictionis mentionem, & paſſionem, deinde & poſt paſſionem, reſurrectionem ſignificat. Et quoniam Iudæi crucifixum mortuum vocant, reclamat illis dicens: Viuit Dominus, & benedictus Deus.

Deus qui das vindictas mihi.) Qui iſta es operatus, inquit, paulo poſt me ab illis eripies, qui me iniuſtè impugnant: & populum quem mihi ſubdidiſti, tractabilem & morigerũ reddidiſti.

Propterea cõfitebor tibi in nationibus Domine.) Per eos namque qui adhûc modico tempore Gentes vocabuntur, in vniuerſis te totius orbis Eccleſiis laudabo.

Magnificans ſalutes regis.) Tu me in regẽ vnxi-
C ſti: & non ſeruas tantum, ſed & circumſpectum reddis. Hac verò prouidentia non modò me & pueros meos dignatus es, ſed & in ſeculum vſque ſemini meo celebritatem hanc cuſtodis. Quod ſi hunc locum Iudaico more intelligas, prophetiam mendacij argues. Siquidem ad captiuitatem tantum genus Dauidis peruenit. Quapropter relinquitur, ſemen Dauidis Chriſtum ex eo natum, eſſe intelligendum.

ARGVMENTVM PSAL XVIII.

Tria legum genera nouit D. Apoſtolus. Vnum, ſine literis: alterum, in literis: tertiũ, in gratia. Diuino, huic Apoſtolo B. quoque Dauid conſentiens, triuam hanc legem in hoc pſalmo manifeſtat, homineſque inſtruit vt rebus ex ordine vtantur. Ad finem autem nos mittit, nouum teſtamentum quod in fine futurum erat prædicens.

Scholia in eundem Pſalmum.

C*Æli enarrant gloriam Dei.*) Sola, inquit, cælorum venuſtas & amplitudo, quæ in conD
ſpicuo eſt, ad prædicandum opificis opificium, ſufficit: cæli verò ac firmamenti meminit, magni Moſis doctrinam ſequutus.

Dies diei eructat verbum.) Siquidem ipſa quoque ordinata noctis ac diei ſucceſſio, poſitos ab opifice terminos oſtendit. Illud verò, Eructat *Eructare.* verbum, & quæ alia ſunt huiuſmodi, non docent animata eſſe quæ videntur: ſed proſopopœan habent, quæ à viſibilibus ad inuiſibilem opificem ducat, illorúmque hymnodiam proferat.

Non ſunt loquelæ neque ſermones.) Neq; ſermonem, inquit, emittunt, neque verbum aliquod proferunt: ſed ſola ordinis ſui oſtẽtione, & terram vniuerſam & mare ad laudandum Deum vocant.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum.) Hoc eſt, in *Sic Hebraicè habetur.* cælis. Sic enim magnus ille Moſes docuit. Et hoc ipſum diuinus quoq; Dauid dixit, nempe, quòd לשמש שם soli tabernaculum poſuerit in cælis, vt in illis אהל בהם E
circumlatus vniuerſam hanc terram conſeruet, cunctiſq; animantibus de calore ſuo impertiat.

Nec eſt qui ſe abſcõdat à calore eius.) Caloris hîc, pro luce meminit, oſtẽdens illius operationem maiorem eſſe, quàm ſit lucis opere manuum factæ: propterea quòd etiam hi qui procul ſunt diſſiti, calore illius potiri poſſunt. Lux enim manibus facta, non poteſt niſi vicinos contingere: ſol verò è longinquo calorem ſuum vnà cum luce emiſſis radiis tradit.

Lex Domini immaculata conuertens animas.) Lex Dei ab omni macula libera, mortalium animas *Lex, iudicia, & iuſtificationes.* conuertit. Legem verò, & iudicia, & iuſtificationes Moſaïcam legem vocat. Vocatur autem illa lex, propterea quòd optimam politiam inſtituit: teſtimonium verò ob id, quòd peccatores conteſtatur, & tranſgreſſionis ſupplicium oſtendit.

Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.) Sic lex vocatur tanquam docens quod iuſtum, & vetans quod iniuſtum eſt: eóſque qui rectè agunt *Præceptũ.* iuſtos eſſe pronuncians. Præceptum verò voca- F
tur, tanquam quid agendum ſit præcipiens, & cum authoritate mandans: iudicia, propterea quòd ſententias Dei manifeſtat, & quibus potiturus ſit bonis, qui legem cuſtodit: quibúſque tradendus ſuppliciis, qui hãc tranſgreditur, docet. Cor autem exhilarant iſtæ iuſtificationes, eo quòd cauſam iuſtitiæ ſubmonſtrant. Præceptum mentis aciem illuminat, cum docet, quomodo Deus omnium colatur. Pietas ſanè & timor Dei obſeruantiam horum conſtituunt, & bonorum cæleſtium acquiſitionem conciliant. Iudicia Dei vera, iuſtificata nominauit, tanquã

honores ac ſupplicia legitimè mortalibus inferentia. Hæc & auro ac lapide precioſo potiora, & melle dulciora eſſe dicit: verùm non omnibus hominibus, ſed veris, quorum vita non eſt beſtiis irrationalibus conformis.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.) Quo lucro id faciat, manifeſtius docet.

In cuſtodiendis illis retributio multa.) Propoſita eſt, inquit, retributio maxima; iſta cuſtodire volentibus: verùm dũ multo ſtudio præcepta Dei
A cuſtodire volo, naturali imbecillitate retrahor: & tametſi operum teſtimonium effugiam, omnis tamen me generis ſordibus cogitationes implent. Quapropter tibi ſupplico, & ad te purgare valentem clamo.

Ab occultis meis munda me.) Non ſolum me cogitationes circundant, ſed & dæmoniũ me caterua obſidet. Rectè autem alienos illos nominauit, tanquam inimicos & hoſtes, & omnino familiaritatem noſtram auerſantes.

Si mei non fuerunt dominati.) Potiar autem auxilio tuo, vt illorum effugiam inſidias, & animã ab omni culpa liberam conſtituam, acceptáque abs te erratorum condonation e, ſempiternam tibi offeram hymnodiam.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.) Extremam pſalmi partem prioribus adaptat. Dominum enim vocat, tanquam factorem & opificem: redemptorem verò, tanquam per regenerationem baptiſmatis, & à priore perditione liberantem, & incorruptionem atque im-
B mortalitatem largientem.

ARGVMENTVM PSAL. XIX.

Cum Sancherib contra Iudæam amandaſſet exercitum, & literas miſiſſet Ezechiæ impietatis plenas, aſſumptis in patrocinium Eſaia, ad D. templum cucurrit, & inimicorum epiſtolam Deo exibuit, orans, vt virtutem ſuam contra Aſſyrios declararet. Iſte longo antè tempore Dauid prophetica viſione prædixit, at populum pro rege orantem deſcripſit.

Scholia in eundem Pſalmum.

QVoniam rex Ezechias in templum, blaſphemam Aſſyrij regis epiſtolam in manu tenẽs, cucurrerat, orat populus vt ſupplicatio illius ſuſcipiatur, & auxilio ex eo potiatur. Sanctum enim hîc templum vocat.

Memor ſit omnis ſacrificij tui.) Quoniam pacis quoque tempore diuini cultus curam geſſerat, meritò iſta de illo memorant: Deum orantes,
C vt ad regis pietatem reſpiciat, pacîſque ſecuritatem tribuat, vt pluribus ipſum ſacrificiis in poſterum placare poſſit.

Tribuat tibi ſecũdum cor tuum.) Iuſtũ, inquiunt, iudicem precamur, vt vicariam retributionem animi tui candori largiatur.

Lætabimur in ſalutari tuo.) Dum enim petitiones tuæ ſuſcipiuntur, erimus & nos lætitiæ huius conſortes, illuſtres videlicet diuina virtute facti.

Nunc cognoui, quòd ſaluum fecit Dominus Chriſtum ſuum.) Reipſa didicimus, inquiunt, quòd Deo confiſus rex noſter ſalute ſit potitutus, & cum in templo hoc inferiore ſupplicationes offerat, auxilium è ſupernis accepturus.

In potentatibus ſalus dexteræ eius.) Virtutes ſubminiſtrat ad ſe accedentibus. Dexteram autem hîc rurſus diuinam operationem vocat.

Hi in curribus.) Illi equis & curribus confiſi, nihil prorſus effecerunt, ſed inuiſibiliter irretiti ceciderunt: nos verò diuino inuocato auxilio virtutem ſalutis perſpicuè adepti, illiſque tanquam hoſtibus proſtratis inimicis declarati ſumus. D

Domine ſaluum fac regem.) Tali itaque auxilio potiti, precamur Domine, vt ſorte hac ſine intermiſſione, & nos & rex noſter fruamur.

ARGVMENTVM PSAL. XX.

Poſt ſplendidam illam & illuſtrem victoriam, ac inuiſibilem Aſſyriorũ perditionem B. Ezechias ægrotauit: & poſtquam per prophetam Eſaiam, quod moriendum ſibi eſſet, didiciſſet, feruentibúſque lachrymis, vt à morbo liberaretur Deo ſupplicaſſet, quindecim annorum adiectionem accepit. Iterum itaque Dauid, tanquam in perſona populi, hunc quoque pſalmum, de regis huius ſalute conſcripſit.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Omine in virtute tua lætabitur rex.*) Cum potens, inquit, ſis & philanthropos, orationẽ regis placidè ſuſcepiſti, & quæcunque petiit, dediſti, imò maiora etiam quam petiit, es largitus. E

Quoniam præueniſti eum.) Regnum enim illi non rogatus propria liberalitate tribuiſti, ac caput illius regio diademate ornaſti.

Vitam petiit à te.) Accepit, inquit, quod petiit, ac vita potitus eſt quã deſiderauit. Quod enim dicit, In ſeculum ſeculi: futuram quoque vitã, quæ ſanctis eſt parata, ſignificat.

Magna eſt gloria eius.) Non enim ſalutem duntaxat illi largitus es, ſed & illuſtrem eum & ſublimem reddidiſti, per id quod inimicos inopinæ neci dediſti, & ſolem contra conſuetam viam recurrere feciſti: quod vſque adeò vbique innotuit, vt Babyloniorũ rex dona miſerit illis, qui iam olim Aſſyriis donaria mittebant.

Quoniam dabis eum in benedictionem.) In omnibus, inquit, generationibus celebris erit, lætitiámque & animi delectationem coram vultu tuo habebit: hoc eſt, beneuolentia tua fruetur.

Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.) Victor eſt hoſtium, tua potitus gratia. Potitur autem illa nullo mortalium cõfiſus: ſed ſpe, quam in te F
habet munitus.

Quoniam rex ſperat in Domino.) Non enim fruſtra rex ſpe in re collocata, confiſus eſt: ſed dexteram tuam omnium inimicorũ victricem eſſe ſciens, & velociſſimos hoſtes comprehendere, & potentiſſimos peſſundare poterit.

Pones eos ſicut clibanum ignis.) Facilè tibi incendere eos inſtar clibani & conſumere, Idque nõ eos modò, ſed & poſteritatem eorũ. Nam hanc fructum appellauit. Illud verò, In tempore vultus tui: idem eſt, quod in tempore iræ tuæ, quãdo tibi probabitur, vt hoc fiat, & opportunum eſſe ſup-

eſſe ſupplicij tempus iudicaueris.

Quoniam declinauerunt in te mala.) Quoniam, inquit, linguas ſuas contra te mouerunt, & blaſphemis verbis vſi ſunt.

Cogitauerunt conſilia.) Prædicit hoc pacto blaſphemas illas Aſſyriorum voces: Ne ſeducat te Deus tuus, quo confiſus es, quòd ſit Ieruſalem è manu mea erepturus. Aliàs: Cogitauerunt conſilia, id eſt, ſpetarunt futurum, vt quémadmodum idola, ita & verum Deum vincerét.

A *Quoniam pones eos dorſum.*) Eos nãque qui angeli plagam fugerent, in fugam conuertiſti, & terga obuertere coëgiſti.

In reliquiis tuis præparabis vultum eorum.) Hoc quidam per hyperbaton dicunt eſſe poſitum, pro eo quòd eſt: De illis qui reſidui erunt, ſupplicium ſumes. Eſt autem ſenſus idem, etiam iuxta priorem expoſitionem.

Exaltare Domine in virtute tua.) Non ita exaltatur Deus, vt qui humilis ſit, neque quod non habeat accipit: ſed quod habet, manifeſtum facit. Rectè itaq; dixit, Exaltare Domine. Declaratur enim ſublimitas tua per ineffabilem tuã potentiam. Nos autem cantando & celebrando mirabilia tua perſeuerabimus.

ARGVMENTVM PSAL. XXI.

De paßione Domini Chriſti vaticinatur hic Pſalmus, deque reſurrectione illius, & Gentium vocatione, ac ſalute orbis prædicit. Manifeſtat hoc ipſa quoque
B *inſcriptio. Defenſio ſiquidem matutina, Seruatoris noſtri eſt apparitio, quæ inſtar matutinæ lucis in caligine ſedentibus illuxit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus Deus meus reſpice in me.*) Cum ligno crucis affixus eſſet Dominus, hac vſus eſt voce, dialecto Hebræa, Dicit autem iſta Dominus Chriſtus, tanquã primitiæ humanæ naturæ, pro tota natura, quemadmodum & in ſubſequentibus verbis facit.

Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.) Ne reſpicias, inquit, in delicta humanæ naturę, ſed largire ſalutem paſſionum mearum gratia.

Deus meus clamabo per diem.) Noctes, inquit, ac dies clamantem, nec ſilere potentem, non audiſti, ſed paſſioni tradidiſti. Veruntamen noui diſpenſationis huius myſterium. Hoc enim innuit cum dicit, Et non ad inſipientiãm mihi.

Tu autem in ſancto habitas.) Quoniam te, in-
C quit, in ſancto hoc corpore habitãte, paſſio hęc perficitur. Laudem verò Iſraelis ſeipſum nominat, tanquam à cultoribus ſuis laudatum ac celebratum.

In te ſperauerunt patres noſtri.) Et hoc, inquit, perſpicuè cognoui, quòd patres noſtri ope tua confiſi, ſpe ſua non ſunt falſi: ſed te in auxilium vocato, prouidentia tua potiti.

Ego autẽ ſum vermis, & non homo.) Ego, inquit, inſtar vermis vilis viſus & ridiculus factus ſum. Vilitatem hîc per vermem ſignificat.

Loquuti ſunt labiis.) Impleta ſunt hæc in paſſione. Multi enim, inquit, motis capitibus dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare nequit.

Præterea & illud: Sperauit in Dominũ, eripiat eum, in ſacris Euangeliis inuenitur. Et illud: Si filius Dei es, ſerua te ipſum.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre.) Hoc & B. Eſaias vaticinatus eſt, dicens, Quoniam virgo in vtero concipiet. Et B. itaq; Dauid tanquam in perſona Chriſti dixit, Quoniam tu me finxiſti in vtero, & illinc iterum eduxiſti: Deinde cum eſſem ad vbera matris, ſpes mea à prouidentia tua pependit.

Ne diſceſſeris à me.) Siquidem diſcipulorum D
chorus illum deſeruerat. Deinde & ſpecies paſſionis ſuæ prædicit: Circũdederunt me, inquit, vituli multi, &c.

Tauri pingues.) Tauros vocat ſacerdotes & ſcribas, quibus concreditus erat principatus in populum, qui multa fuerãt vſi contumacia: vitulos verò ſubiectos illis vocat. Nominat autẽ eos pingues, tanquam in bonis à ſe ſuppeditatis deliciantes, taurorúmque ac leonum væſaniam & ferociam imitantes. *Tauri.*

Sicut aqua effuſus ſum) Oſſa ſacros vocat Apoſtolos quoniam & Eccleſiam corpus ſuum vocat. Sunt autem oſſa, robur corporis. Ab illis enim raritas & mollicies illius tollitur. Sunt autem omnes Apoſtoli ſicut aqua, tẽpore paſſionis diſperſi. *Oſſa.*

Factum eſt cor meum tanquam cera.) Et iſta circa paſſionis tempus facta ſunt. Nam cor quidem illius metu ſicut cera calore ignis diſſolutum E
eſt, & virtus priorem efficaciam haud oſtẽdit. Præterea & lingua immota manſit: docéntque nos S. Euangeliſtæ, quòd ſæpenumero interrogatus nihil reſponderit. Traditus autem eſt & ſepulchro, quod puluerem mortis nominauit.

Quoniam circundederunt me canes multi.) Poſt Iudæos etiam Gentilium militum meminit. Nam illis eum Iudæi tradiderant. Rectè autem tauros Iudæos, iſtos verò canes nominauit. Illi enim ſub iugo legis erant, licet manifeſtè legem tranſgrederentur: iſti verò ſecundum legem erant immundi. *Canes qui.*

Foderunt manus meas.) Et hoc clarũ eſt & manifeſtum, etiam contentioſis, quod impletum ſit in paſſione Chriſti.

Dinumerauerunt omnia oſſa mea.) Vſque adeò, inquit, extenderunt me flagellatores, vt facillimum fuerit, ſi cui libuiſſet, etiam oſſium meorum noſſe numerum.

Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me.) Illudentes videlicet, irridentes & conuiciantes.

Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.) Et hoc S. Euan F
geliorum hiſtoria dilucidè docet.

Tu autem Domine.) Quoniam, inquit, nullum mihi adeſt humanum auxilium, potiar ope tua, & eripiar tam ab iſtis quàm ab eo qui opera illorum vtitur, & in me canis ac leonis inſtar irruit. Leonem namque & canem diabolum vocat, qui ipſum paſſionis tempore ad morem feræ, mortem inferendo inuaſit. *Leo & canis.*

Narrabo nomen tuum fratribus meis.) Humano more iſta proloquutus eſt, ac fratres, in ſe credentes vocauit. Nam illi fratres eius ſunt, ſecũdum humanitatẽ. Vt Deus enim, herus ac Dominus noſter eſt.

In medio

In medio Eccleſia.) Quoniam ex Gentibus pa-
riter & Iudæis congregara eſt Eccleſia, tã illos
quàm iſtos ad laudandum Deũ excitat: Iudæos
à maioribus ipſorum Iacob & Iſraël, Gentes ve
rò à virtute nominans, propterea quòd virtus
vel ſola ad ornandum ſatis eſt.

Qui timetis Dominum laudate eum.) Laudate, in-
quit, eum qui vobis ſalutis huius author eſt fa-
ctus, nec viliſſimam veſtram naturam aſper-
nari ſuſtinuit ſed exaudiuit, & per reſurrectio-
A nem meam ſalutem vobis diligenter conci-
liauit.

Apud te laus mea.) Quemadmodum, inquit,
ego te manifeſtaui mortalibus, ita tu viciſſim
omnes homines inſtruis: quòd idem mihi tecũ
competat honor, cum dicis, Hic eſt filius meus
dilectus.

Vota mea reddã.) εὐχὰς hîc non intelligit pre-
ces, ſed promiſſiones, vt reipſa vniuerſi verbo-
rum ipſius veritatem cognoſcant.

Edent pauperes.) Nõ omnes. Neque enim om-
nes obedierunt Euangelio, ſed qui diuino ac-
cenſi ſunt deſiderio. Hîc verò eſurientes, immor
tali cibo ſaturabũtur. Pauperes autem eoſdem
vocat, vt qui olim diuitiis pietatis deſtituti igno
rantiæ paupertati ſeruierint.

Viuent corda eorum.) Quoniã corruptibili ad-
huc circundati corpore, ſpe reſurrectionis re-
focillati æternam vitam expectant.

Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum.) Re-
ctè illud, Reminiſcentur, poſuit: quoniam cum
B vt eſſent, ab opifice Deo acceperint, opificis
ſui obliti fuerant. Non autẽ vna & altera gens,
ſed ex vniuerſis totius orbis finibus ad ſplen-
dorem diuinæ cognitionis accurrunt.

Quoniam Domini eſt regnum.) Vt doceat regnũ
non alieno, ſed proprio iure Deo competere,
rectè poſuit hanc particulam: Quoniam Domi
ni eſt regnum. Non enim Iudæorum tantum
Deus eſt, ſicut illi putant: ſed ſimul vniuerſę hu
manæ naturæ conditor.

Manducauerunt & adorauerunt.) Qui namque
comederunt ac ſaturati ſunt, gratias de immor
tali cibo agentes, eum qui hunc ſuppeditauit
tanquam Deum adorant. Pingues verò vocat
ope diuina nutritos.

Et anima mea.) Semen Domini Chriſti ſunt,
qui per lauacrum regenerationis ſunt renati.
Quapropter animam ſuam illi viuere, non aliis
ſeruire dixit. Natura ſiquidem ſuſcepta, diui-
nitati quæ hanc ſuſcepit, eſt vnita, eiuſdémque
gloriæ, & honoris particeps ac conſors facta.

C *Annunciabitur Domino generatio ventura.*) Nõ de
ea, inquit, generatione loquor, in qua ego Da-
uid iſta prædico: ſed de futura, & de venturo
populo, quem ſibi ipſe omnium Dominus ac-
quiret ac poſſidebit.

Scholia in Pſal. XXII.

D*ominus regit me.*) Poſtquam præcedẽti pſal-
mo dixit, Edent pauperes. Et, Manduca-
uerunt & ſaturati ſunt, & adorauerunt omnes
pingues: iam conſequenter hoc pſalmo cibi hu
ius largitorem oſtendit, quem & paſtorẽ vocat.

In loco paſcuæ ibi.) Quoniã Deũ tropicè paſto-
rẽ appellauit, rectè ouium quoq; pabulum tro-
picè commemorat. Paſcuæ verò locum hic ſa-
cram diuinorum oraculorum doctrinam vo-
cat. Primùm enim doctrinæ ſermonibus nu-
trit, deinde commodum alimoniam magis my-
ſticam profert.

Super aquam refectionis.) Regenerationis aqua
ſignificatur, qua baptizatus, qui ad gratiam ad-
mittitur, & peccati vetuſtatem exuit: & pro eo
qui ſenuerat, iuuenis redditur. D

Animam meam conuertit.) Hæc mihi, inquit,
largitus eſt. Primùm me ab errore liberauit,
deinde ad hoc inſtruxit, vt recta via ingrediar.

Propter nomen ſuum.) Hæc autẽ omnia, inquit,
munificentiæ ipſius dona ſunt, Non enim illis
propter noſtram potiti ſumus virtutem.

Non timebo mala.) Cum enim tantum habeã
adiutorem & propugnatorem, ne ipſas quidem
inferorum portas timebo, ſed quamuis moriẽ
contemnam.

Virga tua & baculus tuus.) Nam illa imbecil-
litatem meam ſuffulcit, hoc verò in rectam viã
ducit. Non autem admodum errauerit, ſi quis
ſalutarem crucem ita nominauerit. Huius enim
ſignaculo & commemoratione ab hoſtibus li-
berati ad rectam ſemitam ducimur.

Paraſti in conſpectu meo menſam.) Clara ſunt
hæc, nec vllam expoſitionem deſiderant. Notũ
enim eſt, quòd ſit ſpiritale oleum, quo capita
fidelium ſunt impinguata: & quæ ebrietas illa
ſit, mentem confirmans, non diſſoluens: quæq; E
myſtica alimonia, quæ paſtor nobis proponit.
His, inquit, bonis nacti ſumus, vt inimici noſtri
facti ſunt elanguidi. Quoniam qui olim ſeruie-
runt, tantam adepti ſunt mutationem, vt illi ni
hil inde vtilitatis reportent.

Et miſericordia tua ſubſequetur me.) Hęc, inquit,
mihi bona benignitas tua conciliauit, quæ nos
velut fugitiuos quoſdam perſequitur & appre-
hendit, ſalutéque donat & largitur, vt in diui-
nis habitaculis, tam in præſenti quàm in futura
vita conuerſemur. Hoc enim ſignificauit di-
cens, In longitudinem dierum: hoc eſt, ſemper
& continuò.

ARGVMENTVM PSAL. XXIII.

*In nonnullis quidem exemplaribus hanc inſcriptio-
nem, prima Sabbatorum, reperi: in exemplo verò non
additur. Veruntamen vt & hoc exponamus, ſciendũ
eſt, quòd Dominicam reſurrectionem prænotat, poſtquã
vniuerſa terra diuinæ cognitionis radios eſt adepta: ita
& ipſe pſalmus hoc vaticinatur, & præterea aſcen-* F
ſum quoque Domini in cælos prædicit.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*omini eſt terra.*) Quoniam Iudæi illum ſoli
Paleſtinæ dominari, ipſorúmque dunta-
xat Deum ſolis ipſis prouidere opinabãtur: re-
ctè propheticus hic ſermo tradit, quòd non ali-
cui tantum parti, ſed toti orbi dominetur: atq;
ita, vt nõ qui rapuerit eam poteſtatem, ſed qui
ipſe terram condiderit.

Ipſe ſuper maria fundauit eum.) Per hæc non
ſolum

ſolum opificium orbis,ſed & diuinã prouidentiam declarat.Cum enim terra natura eſſet arida,conuenientem illi humiditatem dedit.

Quis aſcendit in montem Domini. Montem hîc non terrenum,ſed cæleſtem dicit.Poſtquam enim docuit,quòd Deus conditor ſit, & opifex omnium: tectè iam viam, quæ ad ipſum ducit oſtendit,quæſtionémque ita mouet,vt ad hanc ipſe reſpondeat. *Mons.*

Innocens manibus.) Conuenit,inquit, vt qui in
A hunc mōtem aſcendere cupit, animam habeat repurgatam à cogitationibus abſurdis, & manus ab eiuſmodi actibus liberas. Per manus nãque actus,per cor verò cogitationes ſignificat. Per hoc enim conſultamus ac volumus, per illas operamur. Debet itaque talis nihil rerum fluxarum & pereuntium concupiſcere. Has enim intellexit, cum dixit: Qui non accepit in vano animam ſuam. Quoniam verò iuramentorum trãſgreſſio cupidini pecuniarum eſt annexa,tectè & hanc prohibuit. *Per manus quid intelligendum.*

Hic accipiet benedictionem à Domino.) Iam deinceps rectè factorum fructum oſtendit. Admodum autem competenter benedictionem miſericordiæ coniunxit.Retributiones enim,quæ putantur,propter ſolam Dei benignitatem hominibus præſtantur. Vniuerſæ ſiquidem mortalium iuſtitiæ ne præſtita quidem ab ipſo dona adæquant,nedum futura, quæ & humanam cogitationem tranſcendunt.

Hæc eſt generatio quærentium Dominum.)Qui ad
B normam igitur horum præceptorum viuere volunt,hi certè virtutis huius legiſlatorem videre cupiunt. Itaque in vndecimo quidem Pſalmo de alia generatione quæ in malicia viuit, dicit, Tu Domine cuſtodies nos à generatione hac: hîc verò,Hæc eſt generatio quærentium Dominum.Etenim poſt incarnationem Chriſti vniuerſa terra diuina prædicatione perſuaſa patrios deos dereliquit,& Deum Iacob quæſiuit.

Attollite principes portas veſtras.) Nemo miretur, cum ſpirituum inuiſibilium ignorantiam audit.Neque enim omnia præſciunt neq; ſciũt. Nam hanc ſola diuina natura ſcientiam habet: reliquæ verò angelorum virtutes tantum ſciũt, quantum docentur. Vnde abſurdum non eſt,ſi ſupernæ virtutes ignorantes ſint, humanam naturam videntes, & latentem in illa diuinitatem non videntes. Vocant autem ipſum Dominum fortem ac potẽtem in prælio. Acerbam ſiquidem diaboli tyrannidem deſtruxit. Hortantur verò, vt ſempiternæ portæ aperian-
C tur,vt quæ nunquam antea apertæ ſint humanæ naturæ, niſi carni ex nobis acceptæ ac deificatæ. Itaque priore interrogatione ac reſponſione facta,iterum cæleſtes virtutes illæ reſpõdent:iſtæ interrogant ac diſcunt, quòd Dominus virtutum ipſe ſit rex gloriæ.

ARGVMENTVM PSAL. XXIIII.

Arbitror hunc Pſalmum à B. Dauide tunc temporis eſſe compoſitum,cum plurimos ſuſtineret hoſtium inſultus.Et ob eam cauſam tam veterum quàm recentiorum delictorũ meminit,& ab illis liberari orat. Introducit autem & paraneſim mortalibus vtilem.

Scholia in eundem Pſalmum.

A *D te Domine leuaui animam meam.*) Innumeris vndique malis circundatus,tibi Domine offero animam meam,& ſpe à te pendeo,ne perpetuò in dedecore agam, néue hoſtibus riſui ſim ſuppliciter oro.

Etenim vniuerſi qui ſuſtinent te.)Habeo,Inquit, ſufficiens ſpei pignus,eos qui tibi iam crediderunt, atque ope tua ſunt potiti. His enim pronidere,eos verò qui in iniquitate viuunt,pude- D
facere ſoles. Non autem ſimpliciter dixit, Iniquè agentes ſuperuacuè, eo quòd non omnes conſimiliter delinquunt. Alij enim caſu quodam aut naturali labuntur infirmitate,alij verò iniquitatibus etiam delectantur,& nouas com miniſcuntur.

Vias tuas Domine demonſtra mihi.) Ego autem primùm quidem oro, vt vias tuas cognoſcam deinde vt & ſemitas diſcam,ad te ducentes.Poſtea & hoc oro, vt reipſa cognoſcam, quòd ſis ſeruator meus. Continuò namque benignitatem tuã expecto.illud enim,Tota die,pro ſemper poſuit.

Reminiſcere miſerationum tuarum Domine.) Perpetuò placidè ac benignè mortales gubernas. Hac tua bonitate vt etiamnum frui detur oro. Memor ſis benignitatis tuæ, non peccati mei: & vbi mei recordaris Domine, facias hoc non ſecundum iuſtitiam tuam,ſed ſtudio miſerationis.Hoc enim ſignificauit,cum dixit: Secundũ miſericordiam tuam memento mei tu. E

Propter bonitatem tuam Domine.)Non enim ſecundum meam dignitatem,ſed ſecundum tua benignitatem hoc conſequi peto.

Dulcis & rectus Dominus.)Nõ temerè, inquit, verbis iſtis ſum vſus: ſed quòd Dominum non modò iuſtum,ſed & benignum eſſe ſciam.

Propter hoc legem dabit.)Non ſtatim punit delinquentes, ſed & rectam illis viam quam ambulent oſtendit,& reſipiſcentię legem ac diſciplinam præſcribit. Et præterea eos qui manſuetudine ac ſimplicitate vtuntur,rerum docet diſcernere naturam,ne ſimplicitas in occaſionem ignorantiæ degenerans, plurimum adferat nocumenti.

Vniuerſæ viæ Domini.) Qui ſine intermiſſione diuinis enutriti ſunt ſermonibus, per hoc exactè cognoſcunt,quomodo vniuerſæ Dei ac Seruatoris noſtri gubernationes miſericordia ſint & veritate contemperatæ. Nam illis quidem quos delictorum pœnitet,miſericordiam & remiſſionẽ impendit:eos verò,qui in virtute per- F
ſtiterũt inuicti,celebres reddit & coronat,ſententiam de illis in veritate proferens.

Propitiaberis peccato meo.)Ego te,inquit,oro,vt propitius ſis peccatis meis,non propter exactã meam pœnitentiam, ſed propter benignitatis nomen quod habes, & propterea quòd peccata mea nomini tuo alligaui.

Legem ſtatuit illi in via.) Hoc eſt: In ea vita, quam ille viuere prædictus eſt,congruas illi,ac competentes leges ponit.

Anima eius in bonis demorabitur.) His itaq; qui diuinas leges adimplerunt,commorationem in bonis

bonis animæ, & ſeminis benedictioné lex pro-
phetica pollicetur. Quoniam enim Iudæi libe-
rorum creationi admodum ſtudebant, quòd &
iis qui communem amplexi ſunt vitam, pluri-
mum arridet: hortatur vt à rebus præſentibus
ad ſtudium virtutis tranſeamus.

Firmamentum eſt Dominus.) Dum inuictos eos,
& hoſtium victores eſſe oſtendit. Nam diuinũ
illius oraculum non ſimpliciter omnibus, ſed
timentibus ipſum quod propoſitum eſt ſub-
A monſtrat.

Oculi mei ſemper ad Dominum.) Iterum hîc mẽ-
tis oculos intelligit, quos ad Deum ſe habere
dicit, vt qui indubitatò ſciat, quòd per illius
prouidentiam inſidias ab hoſtibus ſtructas ſit
euaſurus.

Reſpice in me.) Admodum miſerabiliter hoc,
Adſpice ad me, miſerere mei, poſuit. Vide, in-
quit, deſolationem meã, & quomodo obſeſſus
ſum ab inimicis. Omnino namque, ſi videris
miſeraberis. Illud verò, Quoniam vnigenitus:
alij interpretati ſunt, Quoniam ſolus ſum.

Tribulationes cordis mei.) Multis, inquit, tribu-
lationibus vndique circumuallor. Cum itaque
humiliationem hanc & calamitatem iniquita-
tibus meis rependeris, largire remiſſionem, &
ignoſce.

Reſpice inimicos meos.) Si dignus, inquit, be-
nignitate tua non videor, cum tantis malis
oppugner, ſaltem iniuſto hoſtium odio conſide
rato benignitatem mihi impende. In te ſiqui-
B dem deliqui. Illi verò cum me nullius accuſare
queant, immeritum oppugnant.

Cuſtodi animam meam.) Nam etiamſi quędam
legum tuarum præcepta tranſgreſſus ſum, non-
dum tamen à tua me prouidẽtia ſeparaui. Qua-
propter etiam oro, vt ab hoſtibus liberer.

Innocentes ac recti adhæſerunt mihi.) Et hoc pro-
priũ eſt virtutis, vt odio habeas prauorum con
greſſus: eos verò qui æqualitatem colunt, ac re-
ctitudine vtuntur liberique ſunt à malitia, fa-
miliares habere, & amicos.

Libera Deus Iſrael.) Conueniens eſt regi ora-
tio hæc, quam Deo offert. Decet enim eum qui
ad principandum conſtitutus eſt, omnem curã
impendere ſubditis. Diuiſus enim fuit Iſrael,
ſub Saüle, ſub Memphiboſte, ſub Abesha-
lom, & ſub Sabee. Itaque ſi ope tua potitus
ac hoſtium victor fuero, & bello inteſtino
ſublato pace fruetur Iſrael, & in bonis tuis de-
liciabitur.

C

ARGVMENTVM PSAL. XXV.

*Et hunc mihi Pſalmum David de ſeipſo dixiſſe
videtur. Arbitror autem iſtis illum verbis tum eſſe
vſum, cum à Saüle pulſus apud Philiſteos commorari
coactus eſt: quos cum videret in ſuperſtitione viuere,
conuentus illorum, & dæmoniaca ſacrificia vitauit.
Docebit autem hoc clarius ipſa verborum expoſitio.*

Scholia in eundem Pſalmum.

I*Vdica me Domine.*) Cum, inquit, ſimplicitate
vſus ſim, nec quicquam mali in Saülem deſi-
gnauerim, & tamen nihilominus acerbè ſim
pulſus: oro, vt iniuſtitiæ huius in me commiſſæ
ſis iudex. Te namque Deum eſſe noui, & à pro-
uidentia tua ſpes mea pendet.

Proba me Domine.) Quomodo in ſimplicitate
& innocentia viuens, & peccati expers, pericu-
loſis certaminibus impetatur. Renes autem & *Renes & cor.*
cor, cogitationes nominat.

Quoniam miſericordia tua.) Probari verò & in-
ſtar auri conflagrari, propterea oro, quòd de mi
ſericordia tua confido. Ab illa namque confir-
matus, iam veritate quoq; tua delectatus ſum. D
Deinde delectationis huius genera dicit.

Non ſedi cum concilio vanitatis.) Vſque adeò,
inquit, cultus tui rationem habui, vt cum eſſem
cum impiis hominibus, conuentus illorum &
noxios cœtus effugerim. Significat autem per
hoc, quomodo apud Philiſteos egerit, cum qui-
bus, cum propter fugam commorari coactus eſ
ſet, nullius prorſus iniquitatis illorum conſors
eſt factus.

Et cum impiis non ſedebo.) Itaque cum nihil ha-
buerim cum illis commercij, confido me lotu-
rum manus, & viſurum altare tuum, & auribus
percepturum laudes tuas, magnificentiámque
mirabilium tuorum eos, qui horum ſunt igna-
ri, docturum.

Domine dilexi decorem domus tuæ.) Properè, in-
quit, Domine à conuerſatione impiorum libe-
ra me deſiderio domus tuæ affectum, quæ gra-
tia tua conſpicua eſt, ne vnà cum impiis homi-
nibus, corruptoribus, homicidis, & qui quod iu
ſtum eſt perdunt, peream. Domum autem Dei, E
tabernaculum nominat. Nondum enim S. tem-
plum fuerat conſtructum. Quapropter ſubie-
cit: Et locum tabernaculi gloriæ tuæ.

Ego verò in innocentia mea.) Interea verò dum
illis commoror, fidei ſum ſimplicitate vſus, &
confirmatis pietatis rectitudine pedibus ſecu-
rus ac firmus ſteti. Oro igitur vt ad finem vſque
hanc mihi conſtantiam cuſtodias. Erit autem
illud, ſi ab impiorum iſtorum cohabitatione li-
beratus fuero.

In Eccleſiis benedicam te Domine.) Propheticis
oculis orbis immutationem præuidẽs, per pſal-
morum conſcriptionem futurum pollicitus eſt,
vt in omnibus Eccleſiis laudetur Deus.

ARGVMENTVM PSAL. XXVI.

*Quærunt nonnulli, quomodo David, cum nondum
eſſet inunctus, nec ſanctiſſimi ſpiritus gratiam dum ac-
cepiſſet, propheticos ſermones conſcripſerit, cum id tem-
poris adhuc iuuenis eſſet, patriſque oniculas paſceret,
& nõdum regnum adminiſtraret nec cuiuſquam per- F
ſequutionem ferret. Conſiderandum igitur eſt, quòd hi-
ſtoria Regum tradit, bis, imò tertiò, vnctum eſſe Da-
uidem. Primùm in Bethleem, à Samuele: ſecũdò in He-
bron, à tribu Iuda: tertiò, ab vniuerſis tribubus. Cum
itaque adhuc Saulis perſequutionem ferret, & non-
dum ſecũdam adeptus eſſet inaugurationem, hiſce vſus
eſt ſermonibus: id quod manifeſtius ex parte ipſa Pſal
mi declarabit expoſitio.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Ominus illuminatio mea.*) A te, inquit, illumi-
natus omnes hoſtes meos contemno.

Dum

Dum appropiant ſuper me nocentes.) Etenim, inqnit, qui irruerunt in me, & me inſtar beſtiarum perſequuti, ac ſimilem eſcæ crudiuoratum beſtiarum reddere conati ſunt, mihi quidem nihil deprauationis intulerunt: ipſi verò omnimodum paſſi ſunt exitium, ac prorſus perierũt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra.) Quoniam tãtum, inquit, auxilij diuini cœpi experimẽtum, etiamſi me duplo vel triplo plures hoſtes obruere conentur: hac tamen ſpe munitus, infra-
A ĉto animo malis obſiſtam.

Vnam petij à Domino.) Vnã, inquit, gratiã peto, non diuitias quæro: non regnum, non gloriam, ſed vt aſſiduè diuino liceat aſſidere templo, & diuinam illinc velut in ſpeculo contemplari pulchritudinem, ac ſpeculari omnia quæ iuxta legis præſcriptum aguntur. Experientiã ſiquidem vtilitatis huius habeo, vt qui ſalutem iam ex eo decerpſerim, ac perſequutorum manus effugerim.

Et nũc exaltabit caput meum.) Significat, quòd & regnaturus ſit, & victor hoſtium euaſurus, illóſque circumquaque concluſurus, à quibus modò circundatus erat: & quòd ſacrificiũ Deo ſit oblaturus, non legale, ſed laudis, idq; in omnibus Eccleſiis per eos qui Deo crediderunt. Vociſeratio verò (ἀλαλαγμός) vox eſt hoſtilis, ab illis emiſſa qui reliquis ſunt audẽtiores. Eiuſmodi verò eſt & hymnodia. Eſt enim vox lætãtium, ac Deum laudantium.

Cantabo & pſalmum dicam Domino.) Hinc patet quòd in prędictis mutatum ſit tempus. Pro-
B mittit enim, quòd cantaturus ſit, & hymnum Deo oblaturus.

Miſerere mei & exaudi me.) Miſericordiam petit non iniuſtam, ſed admodum iuſtam. Non enim vſus ſum, inquit, verbis veritate deſtitutis, ſed mente verbis concordãte opus ipſum adieci.

Exquiſiuit te facies mea.) Non ſufficiunt quæ iam ſunt facta, ſed hoc futuro quoque tempore faciam.

Ne auertas faciem tuam à me.) Itaq; ne repellas me deſiderantem, neque deſiderata te priues.

Et ne declines in ira à ſeruo tuo.) Poſuit hoc ex metaphora iraſcentium, & eos qui accedunt auerſantium, inque aliam viam declinantium.

Adiutor meus eſto, ne derelinquas me.) Illud, Ne derelinquas me: alij interpretes, Ne proijcias me, dixerunt. Sumpſerunt autem ab externa diſciplina dictionem hanc. Habebatur enim apud veteres conuicij loco, cum dicebatur, ἐς κόρακας: hoc eſt, ad coruos, ad exitium: quæ loquu-
C tio à fabula quadam eſt tracta.

ἀποκορακίζω. ἐς κόρακας.

Neque deſpicias me.) Cum enim à Saüle pulſus eſſet, procul cogebatur à parentibus ſeparatus viuere. Tu verò mihi, inquit, Domine, pro omnibus vnus ſufficis.

Legem pone mihi Domine.) Quoniã, inquit, procul à cognatis meis viuere cogor, tu mihi ſis legiſlator ac dux viã oſtendens, qua ad te perueniam.

Propter inimicos meos.) Ego quidem, inquit, indignus ſum qui ſeruer: veruntamen quoniam nihil iniuriæ iis qui me iam impugnant intuli, iniuſtè pellor. Ne tradas igitur me iniuſtè profligatum, iis qui me iniuria premunt.

Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui.) Ipſi namque calumniis vſi ſunt contra me: ego verò nihil detrimenti, propter auxilium tuum, accepi. Sunt autem iacula non contra iniuria adſectum, ſed contra ipſos iniuſtos perſequutores conuerſa.

Credo videre bona Domini.) Non enim in hac tantum vita hoſtiũ ero victor, ſed & bonis quæ in futura expectantur, fruar. Deinde & omnes D
homines hortatur. Dicit enim, Expecta Dominum. Et quomodo hoc fieri poſſit, ſequẽtia declarant.

Viriliter age.) Mens, inquit, virili fortitudine armata, & affectionum victrix, pręualet ac vincit. Terram verò viuẽtium, vitam quæ expectatur vocat, quòd illa morti non ſit obnoxia.

ARGVMENTVM PSAL. XXVII.

Eſt quidem hic pſalmus à Dauide dictus, cum hunc Saul perſequeretur, & qui amici videbantur inſidiis circumuentũ Saulı prodere conabantur: verùm tam hic quàm præcedentes pſalmi omnibus etiam aliis, qui in eaſdem incidunt calamitates, conueniunt.

Scholia in eundem Pſalmum.

AD *te Domine clamabo.*) Clamandi verbum non de voce, ſed de propenſione animi & intenſa ſeduláque prece dixit. Per geminatio- E
nem enim vehementiam illius ſignificauit. Illud verò, Ne taceas à me, ex metaphora eorum poſuit, qui à quibuſdam rogati, nihil reſpondere volunt. Quapropter dicit, Si tacueris à me, auxiliúmque tuum detraxeris, confeſtim morti tradar. Hanc enim lacum vocauit.

Exaudi Domine vocem deprecationis mea.) Templum quidem nondum id temporis erat extructum, at tabernaculum hîc templum nominat, in quo orauit, corpore procul diſſito, animo verò illuc deſtinato.

Ne ſimul tradas me cũ peccatoribus.) Orat B. Dauid, ne quicquam habeat commercij cũ his qui duplicitate ſunt vſi. Execrabiles enim eos eſſe dicunt, qui alia loquuntur, & alia volunt: ob quam cauſam vult etiam vt præmia ſtudiis ipſorum digna reportent.

Da illis ſecundum opera eorum.) Nemo iuſtum accuſet, quaſi inimicis ſuis maledicat. Non enim maledictionem habent quæ dicit, ſed iuſtam ſententiam. Redde enim, inquit, retributionem eorũ ipſis. Incidant, inquit, in proprias F
inſidias, quas aliis ſubſtruunt. Deinde & cauſam ſupplicij huius docet.

Quoniam non intellexerunt opera Domini) Hæc autem fecerũt, inquit, neque verbum, neque opus Dei diſcere volentes.

Deſtrues illos, & non ædificabis eos) Malis enim ſtructoribus vtilis eſt malæ ſtructuræ deſtructio. Deinceps diuina reuelatione potitus, futurúmque auxilium à longinquo ſpeculatus, ad hymnodiam linguam ſoluit.

Dominus adiutor meus & protector meus.) Et cauſam etiam ſubiti auxilij oſtendens, ſubiecit:

Spes enim, inquit, in ipſum, huius mihi prouidentiæ ſacta eſt conciliatrix. Mala itaque corporis mei valetudine, quam ex ſuga contraxeram, liberatus, reuirui ac reflorui, bonámq; corporis ex lætitia valetudinem recepi.

Et ex voluntate mea.) Hoc eſt: Non coactâ illi, ſed voluntariam offeram hymnodiam.

Dominus fortitudo plebis ſuæ.) Laudo autem eũ tanquam bonum & Dominum, fortitudinem ac ſalutem regi populóque ſuo magnificè præ-
A bentem. Seipſum enim Chriſtum vocat. Nam id nominis commune erat & regibus ac ſacerdotibus & prophetis.

Saluum fac populum tuum, & benedic hereditati tuæ.) Hanc itaque benedictionem & ſalutem populo tuo largire, vt ipſe illum gubernas & paſcas, hoſtiúmque victorem in perpetuum conſtituas.

ARGVMENTVM PSAL. XXVIII.

Geminam habet hic Pſalmus prophetiam. Vnam, Ezechiæ regi: alteram, Chriſto omnium regi competentem. Admirabilis enim Ezechias cum Aſſyrios viciſſet, ſtupendaq́ victoria nuncium accepiſſet, populo præcepit, vt hoſtias Deo gratitudinem rependeret. Cedros verò & aquarum multitudinem inimicos tropicè nominauit.

Scholia in eundem Pſalmum.

B AFferte Domino filij Dei.) Vos, inquit, quibus diuinũ concreditũ eſt præconium, & filij Dei vocamini, cũ animi promptitudine diuinam quolibet prædicationem deportaſtis, & eos qui in errore vixerunt, ſapientes reddidiſtis, illóſque primos Deo obtuliſtis, & per horum pietatem etiam hymnos in ſacris templis offeretis.

Vox Domini ſuper aquas.) Prædicit hoc oraculum vocem illam cælitùs ad Iordané delapſam. Vocauit autem eam tonitru, propterea quòd per Euangelij prædicationem in vniuerſum orbem excurrit.

Dominus ſuper aquas multas.) Non enim Iordanis tantùm gratiam hanc accepit, ſed in vniuerſo orbe qui ſub ſole eſt baptiſmatis administratur myſterium, diuina inuocatione aquarũ ſanctificante naturam. Et hinc virtutem illam quę Apoſtolis eſt ſubminiſtrata prædicit.

Vox Domini in virtute.) Vocem hîc vocat gratiam ſpiritus, quę Apoſtolus virtute & potentia repleuit: & magnificos cum abiecti eſſent, red-
C didit. Oſtendit igitur quanta per hanc vocem effecerint.

Vox quid. *Vox Domini confringentis cedros.*) Quoniam ſublimia erãt ſimulachrorum delubra, nec vllum fructum, inſtar cedrorum, ferebant: aſſimilat ea cedris Libani, quę & ipſæ ſublimes quidé ſunt, veſcum verò fructum ferre non ſolent.

Et comminuet eas tanquam vitulum.) Perinde, inquit, atque vitulo per Moſen cõtrito accidit, ita vniuerſa totius orbis ſimulachra cõminuentur & inania reddentur.

Et dilectus quemadmodum filius vnicornium.) Credentium verò populus, ab errore liberatus, atque ob eã cauſam dilectus vocatus, inuictus erit, vtpote ab errore multorum deorum liberatus, & vnam colens diuinitatem. πολυθείας.

Vox Domini intercidentis flammam ignis.) Accepta ſiquidem ignita ſanctiſſimi ſpiritus gratia, illuminatus quidem eſt ſacer Apoſtolorum chorus, non autem combuſtus. In futura verò vita duplex erit ac diuiſa ignis operatio. Virtutis athletas illuminabit, operarios verò malitiæ comburet.

Vox Domini concutientis deſertum.) Per concuſ- D ſionem, apparitionem Dei ſignificat: Cades verò ſanctitatis ſignificatum habet.

Vox Domini præparantis ceruos.) Ceruis natura hæc ineſt, vt animantia reptilia contemnant. *Ceruina tura.* Hanc verò poteſtatem ſanctis quoque Apoſtolis Dominus dedit. Condenſa autẽ vocat ſimulachrorũ delubra, vtpote prorſus infrugifera.

Et in templo eius.) Admiranda hac magnificẽtia ad hymnodiam excitatus iſta dicit.

Dominus diluuium inhabitare.) Orbem enim hunc torrente iniquitatis ſubmerſum reædificabit & innouabit, nouámq; creaturam faciet: Quo facto, in ſeculum regnabit.

Dominus virtutem populo ſuo.) Per hæc etiam impiorum reſuſcitationes, & triumphantium martyrum victoriam, pacémque Eccleſiis exhibendam prædixit.

ARGVMENTVM PSAL. XXIX.

Dedicationem domus humanæ naturæ renouationem vocat, quam etiam Dominus Chriſtus perfecit, cũ E *noſtri gratia mortem in ſe ſuſcepit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

EXaltabo te Domine.) Noſtris nãque primitiis ſuſceptis Dominus, per illas vniuerſam naturam ſalute dignatus eſt: nec permiſit, vt illa deriſui fieret inimicis.

Domine Deus meus.) Conueniunt iſta Ezechiæ vulgato ſenſu. Lachrymas & lamẽtationes pro iis qui mortui fuerant precationis loco poſuit, indicibilem ita Dei benignitatem oſtendens, quòd non inuocatus, ſed conſpectis threnis miſertus eſt eorum quæ fiebant.

Pſallite Domino ſancti eius.) Quoniã enim vniuerſis hominibus reſurrectionis donum eſt largitus, non autem omnes digni ſunt gratia: competenter dignos ad pſallendum conſecrat. Optimam autem probationem etiam ſecundum aliam diuiſionem facit. Iram namque indigna- F tioni (vocat autem iram diſciplinam) vitam verò voluntati adſcribit. Hanc enim vult, non illam. Etenim nos illam accerſimus.

Ad veſperum demorabitur fletus.) Et ſub Ezechia hoc vſu venit, & in communi noſtra ſalute. Aſſyrij namque dum cõminationibus eſſent vſi, & vrbem ad planctum commouiſſent, manè illam lætitia adimpleuerunt. Et cum Apoſtoli propter paſſionem Domini lugerent, mulieres manè venerunt lætitiámque attulerunt.

Ego autem dixi.) Et Adam hoc in paradiſo ante ſeductionem conſtitutus ſperabat, & Ezechias cum victor eſſet Aſſyriorum: quod manifeſtè

ſeſtè quoque liber Paralipomenon docet, cum cor Ezechiæ regis eleuatum eſſe dicit.

Domine in voluntate tua.) Et hoc ſimiliter Ezechiæ Aſſyriorum victori, & poſtea diuina gratia priuato, cōuenit: & Adamo in paradiſo virtutis primùm ornamento decorato, tandem verò propter tranſgreſſionem diuina prouidētia nudato.

Ad te Domine clamabo.) His verbis & B. Ezechias vſus eſt, & humana quoque natura, licet
A non vniuerſa clamauerit per ſe, ſed per ſanctos, quod iuſtū ſit laudare factorem, id quod proprium eſt viuentium. Qui namquè in cinerem ac puluerem reſoluuntur, quomodo cātare poterunt?

Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei.) Et Ezechias ſacro circūdatus, Deo cōtra Aſſyrios preces obtulit, & humana natura lugubre ſchema ioduit. Et quemadmodum Ezechias accepta quindecim annorū acceſſione, lætitia repletus eſt: ita par eſt, vt & nos ſpem reſurrectionis adepti, mortuos non deploremus. Quapropter cōuenit, vt beneficij huius gratia, tantam conſequuti gloriam, ſine intermiſſione cantemus, & hymnum dicamus, nullo tempore ſilentes. Cōpunctio namque ſilentium indit.

Domine Deus meus.) Non ſolum præſenti tēpore, ſed & poſt reſurrectionem, immenſa tua dona recenſens, hymnos tibi offeram continuos.

ARGVMENTVM PSAL. XXX.

B *In quibuſdam exemplaribus inueni iſta de Vria expoſita. Videtur autem hic pſalmus à B. Dauide eo tēpore dictus, quo ab Abeshalomo pulſus erat. Et hoc ipſa verborum expoſitio manifeſtius docet.*

Scholia in eundem Pſalmum.

IN te Domine ſperaui, ne confundar in æternū.) Multa me, inquit, ignominia peccatum adobruit. Suppliciter autem precor, ne diu illa in me hæreat, propterea quòd in te ſperaui.

In iuſtitia tua libera me.) Ne reſpicias, inquit, peccatum meū, ſed perſequentium me iniquitatem. Hactenus enim iuſta ſentētia vſus ab imminentibus me calamitatibus liberabis.

Accelera vt eruas me.) Audiſti ſupplicationē meam, feſtinum da auxilium.

Eſto mihi in Deum protectorem.) Videtur propheticus ſermo Euangelico illi conuenire, qui domum ſuam ſupra petram ſtruentem, prudentem eſſe oſtendit, eo quòd illam neque vento-
C rum neque imbrium impetus, propter ſoliditatem detrimento aliquo poterunt afficere.

Et propter nomen tuum deduces me.) Omnifaria me prouidentia dignaberis, propter nomen tuum, in quo ſperaui.

Educes me de laqueo hoc.) Significat his verbis conſilium Achitophelis, quod ille cōtra ipſum Abeshalomo ſuaſerat.

Quoniam tu es protector meus.) In multas ſæpenumero calamitates dilapſus, ope tua liberatus ſum, vbi animam prouidentiæ tuæ commendaui.

Odiſti obſeruantes vanitates.) Illi non tibi cooſiſi, ſed vanis ſuis cogitationibus ſunt vſi. Conſueuiſti autem tales prorſus auerſari.

Ego autem in Domino ſperaui.) Etenim in ærumnis conſtitutus auxilium tuum imploro. Hoc potius, benignitati tuæ bonorum cauſam adſcribo.

Saluaſti de neceſſ.) Non erraui, perpetuò hiſce cogitationibus vſus. Siquidem in hoſtium inſidias & latebras ſæpenumero dilapſus, inſtáque ipſa retia, quæ mihi circum circa tenſa erant, conſtitutus, venatores effugi. Hoc enim D intelligit, cum dicit, Et non concluſiſti me in manus inimicorum.

Miſerere mei Domine, quoniam tribulor.) Cogor enim ſine intermiſſione illachrymari, propterea quòd te per peccatum exacerbaui. Et anima mea veluti tempeſtate quadam & turbatione eſt repleta. Ventrem autem hîc promptuarium cogitationum vocauit. Cogitationes namque, non venter, conturbabantur.

Quoniam defecit in dolore vita mea.) Omnē, inquit, vitam meam in dolores & lachrymas inſumpſi, egeſtáſque & rerum neceſſariarum penuria corpus meum areſecit.

Super omnes inimicos meos.) Inimici mei, inquit, in lętitia ſunt, ego verò ridiculus factus ſum, & materia gaudij cruentis, ac metus notis meis.

Qui videbant me foras fugerunt.) Veriti namque ſunt cognati mei, ne inciderent in inimicos meos.

Obliuioni datus ſum.) Reprobarunt me omnes tāquam vas perditum, & quaſi mortuum in ſepulchro iacentem. E

Quoniam audiui vituperationem.) Non ludens iſta dico, ſed vt qui probra meis auribus hauſerim. Significat autem per hæc etiam ea cōuitia, quibus à Semei petitus fuerat.

Dum conuenirent ſimul aduerſum me.) Illi quidē congregati necē mihi ſtruunt, ego verò te Deū & gubernatorem eſſe ſcio. Hoc enim intelligit cum dicit. In manibus tuis ſunt ſortes meæ: aut vt reliqui habēt, In manibus tuis ſunt tempora mea: pro eo quod eſt, Tu diſtribuis vnicuique prout vis, vel triſtitiam vel lætitiam, *Tēpora vel*
immutáſque iſta ſecundum placitum tuum. Tēpora ſiquidem, vel ſortes, rerum immutationes vocat. *ſortes.*

Eripe me de manu inimicorum meorū.) Deinceps redemptionis modum oſtendit. Poſtquā enim, inquit, mihi apparuiſti, quæ acerba ſunt conſeſtim diſſoluentur.

Domine, ne confundar.) Et hinc diſcimus quàm multum ſit diſcriminis inter peccatum & impietatem. Quapropter magnus Dauid orat, vt F ipſe à confuſione, quam peccatum intulerat, liberetur: qui verò impiè agebant, cum dedecore neci tradantur.

Muta fiant labia doloſa.) Mortem Achitophelis hîc prædicit: qui cum amicus Dauidis fuiſſet, contra eum à quo læſus non fuerat, prauus conſultor linguam mouit. Rectè autem ſuperbiā & contemptum, conſilium illius vocauit.

Quàm magna eſt multitudo.) Mercedem & pręmia timentium te Domine abſcondis, tametſi multa ſint & admiranda. Cum laboribus verò,

illos & ærumnis decertare permittis.

Quam abſcondiſti timentibus.) Fit aliquando, inquit, vt brabeia manifeſtes etiam, dum athletam audaciorem reddis. Deinceps prouidentiam eam ex patre recenſet, quæ ipſi contigerat.

Abſcondes eos in abſcondito.) Sufficit tibi, inquit, vt appareas (id enim faciê vocat) ad hoc, vt ab omni eos perturbatione ac tempeſtatione humana liberes, & è medio abreptas qua-
A ſi tabernaculo quodam abſcondas, & inuiſibiles reddas.

Benedictus Dominus, quoniam mirificauit miſe.) Perinde, inquit, beneuolentia ſua me circũdedit & muniuit, atque ſi incolæ ciuitatem firmis mœniis circumquaque communiant.

Ego autem dixi in exceſſu mentis.) Putabam me, inquit, vbi in peccatum incidi, procul eſſe à tua prouidentia abiectum: verùm quoniam humiles meas preces obſeruaſti, non contemnis orantem. Rectè autem & competenter peccatum ecſtaſin vocauit. Cum enim iuſtitiæ viã ambularet, & illa excidit, & in etuentos latrones incidit.

Diligite Dominum.) Conuenit, inquit, vt quotquot viam Dei ingreſſi eſtis, omnium gubernatorem diligatis, qui veritate quaſi quodam canone vtitur, & immoderatam arrogantiam habentes punit. Non enim ſimpliciter dixit, Qui ſuperbiã faciunt: ſed, Qui abundanter faciunt. Nam eos quidem fert, qui aliquatenus elato a-
B nimo vtuntur: eos verò qui immoderatè extolluntur, competentibus ſuppliciis tradit.

Viriliter agite.) Cum iſta itaque ſciatis, qui diuina ſpe confirmari eſtis, confirmate animas veſtras hac fortitudine, & gubernatoris nutibus obtemperate.

ARGVMENTVM PSAL. XXXI.

Eandem ſententiam habet & hic pſalmus. Nam & ipſe poſt hiſtoricam veritatẽ dictus propheticis oculis noni teſtamenti gratia, ſuppeditatáque per Spiritũ ſanctũ credentibus peccatorũ remiſſione præuiſa, beatos illos vocat, vtpote qui liberationẽ à peccatis accipiant.

Scholia in eundem Pſalmum.

Beati quorum remiſſa ſunt.) Lamentis, inquit, & lacbrymis propter peccatum acerbis inta beſcens, beatos illos voco, qui per benignitatem Domini citra moleſtiam peccatorum ſuorum ſunt conſequuti remiſſionem. Tanta ſi-
C quidem vſus in illos eſt benignitate, vt peccata eorum non ſolum remiſerit, ſed & contexerit.

Quoniam tacui.) Quoniam, inquit, mox atque plagam accepi, vlcus nõ eſt manifeſtatum medico: ſed tacui, celaréque tentaui, clamore prorupi, peccatúmque meum accuſaui.

Dum clamarem tota die.) Lamentor, Deúmque obteſtor multifariis diſciplinis & ſuppliciis petitus. Quod enim dicit, Et grauata eſt ſuper me manus tua: ex eorum eſt metaphora ſumptum: qui manibus feriunt, inque feriendo aliquandiu perſeuerant.

Conuerſus ſum in erumna.) Diſciplina tua, inquit, non eſt iniuſta, ſed admodum iuſta. Peccatum ſiquidem malorũ mibi cauſa eſt, quod loco vuæ protuli. Ab hoc autem ſine intermiſſione, quaſi ſpina quadam pungor. *Peccatum malorum cauſa.*

Delictum meum cognitum tibi feci.) Mox quidé atque peccaui ſilui, verùm poſtea noctes atque dies meipſe accuſaui. Ex hac verò accuſatione multum fructus collegi. Dediſti namque mihi peccatorum remiſſionem.

Pro hac orabit ad te.) Nõ ſolus, inquit, pro hoc D
peccato tibi ſupplico, ſed & vniuerſi, quotquot in orbe diuinitatis tuæ cognitioné ſunt adepti, eaſdem pro me tibi præces offerent.

Veruntamen in diluuio.) Qui preces diligenter & ex animo offert, multifaria prouidentia fruetur, ita vt tametſi in varias calamitates, inſtar aquarum inundantes incidat, illas tamen ſuperet, ac triſtium rerum victor reddatur.

Tu es refugium.) Poſtquã præcedentia de peccato loquutus eſt, orat vt à malis quæ per illud erant liberetur. Et ſanè reſponſum acquirit. Dicit enim ad eum benignus Dominus,

Intellectum tibi dabo.) Exorbitantem, inquit, & impingentem per errorem ad rectam denuò viam reducam, illúſque tibi cognitionem indam. Reſtituam tibi etiam priorem beneuolentiam. Hoc enim intelligit cũ dicit, Firmabo ſuper te oculos meos: quod ex eorum deſumptũ eſt metaphora, qui amico ſunt erga aliquem affectu, illũmque reſpicere volunt.

Nolite fieri ſicut equus.) Ego, inquit, vos com- E
monefacio, ne ſtupiditatẽ illorum imitemini. Si verò obtemperare nolueritis, camum & frenum admitteris perinde atque equi ac muli. Per illa verò diſciplinam ſignificat.

Multa flagella peccatoris.) Poſtquam admonitionem iſtam adhunc modum induxit, iam ad alterum chorum tranſit.

Sperantem autem in Domino.) Vniuerſi homines diuina egent gratia, etiamſi de virtutis pulchritudine glorientur.

Lætamini in Domino.) Nemo igitur de peccatis ſuis exultet, ſed in Deo glorietur, & ex illo hymnodiam lucrifaciat.

ARGVMENTVM PSAL. XXXII.

Ne quæras expoſitionem inſcriptionis. Inſcriptionem enim non inuenimus. Dictus eſt autem hic pſalmus à B. Dauide, ad cauſam B. Ezechiæ pertinens. Figuratus verò eſt quaſi ex ipſo Ezechia, populum poſt admirabilem victoriam, & Aſſyriorum exitium ad hymnodiam excitante. F

Scholia in eundem Pſalmum.

Exultate iuſti in Domino.) Eos qui Deũ cognouerunt, & ab errore liberati ſunt, Deum continuò laudare decet. Deinde & hoc docet, quomodo hymnodiam inſtituere debeant.

Confitemini Domino in cythara.) Hæc omnia ſecundum legalem cultum perficiebantur, cytharis enim ac cymbalis, & tympanis, & reliquis muſicis inſtrumentis vtebantur.

Quoniam rectum eſt verbũ Domini.) Iuſtè, inquit, omnia

omnia gubernat omnium Dominus. Et propoſuit vobis operum ſuorum contemplationem ad credendum, non autem ad curioſè, quomodo facta ſint, inueſtigandum libet, vt quæ ab ipſo fiunt, citra curioſitatem probemus: & vitæ quidem curam habeamus, hanc verò miſericordia & iudicio ornemus. Vnde & ſubijcit.

Diligit miſericordiam & iudicium.) Factorem, inquit, imitari cõuenit. Quemadmodum enim illi miſericordia vtens, iudicio quidem contra
A Aſſyrios vſus, nõ verò gratia & benignitate dignatus eſt: ita oportet & nos iniuſtis iudicium, iniuria vera affectis miſericordiam deputare.

Verbo Domini cæli firmati ſunt.) Opifex illorũ, inquit, non habuit opus labore, ſed ad facturã verbum illi ſuffecit. Vera autem theologia Deum nobis eſſe verbum cum ſanctiſſimo ſpiritu, & cælos cæleſtéſque virtutes feciſſe oſtendit.

Congregans ſicut in vtre.) Vniuerſam aquarum naturam tanquam in repoſitoriis quibuſdam & ſeparatis locis habet. Trahit autem illam ſurſum in aëra ſublimem, cum libet, & nubes velut in vtre quodam concludit.

Timeat Dominum omnis terra.) Poſtcaquam cælorum, cęleſtiúmque virtutum, deinde & aquarum ſubſtantiæ mentionem fecit: terram quoque ac illius habitatores in mediũ adducit, docens & illos eſſe facturam Dei, edicénſque vt factorem ſuum timeant ac tremant, & nutibus illius obediant.

B *Dominus diſſipat conſilia Gentium.*) Habent iſta duplicem expoſitionem. Nõ enim Aſſyriorum duntaxat conſilia diſſipauit, conſiliíſque ſuis potentiam oſtendit: ſed & reliquorum Gentiũ, quæ per orbẽ ſunt conſilia, quibus contra Apoſtolos inſurrexerunt, diſſoluit, ſuæque virtutis potentiam manifeſtam fecit.

Beata Gens, cuius eſt Dominus.) Perpetuò beatos eſſe dicit, non opulentos, ſed Deo fidentes, & auxilio illius fruentes: populus verò electus & hæreditas Dei vocatus olim quidem Iudaicus, poſtea verò is eſt, qui ex Gentibus acceſſit.

Qui finxit ſigillatim.) Omnium Deum de habitaculo ſuo reſpicere dixit, nõ tanquam ignorantem, ac diſcere cupientem: ſed vt iudicantẽ ac punientem. Quomodo enim poſſibile eſt, vt animæ motus ignoret, qui illam fecit.

Non ſaluatur rex.) Reipſa cognouimus, quòd non ſit fidendum, nec corporis robori, nec animi fortitudini, nec equi velocitati, neque ſub-
C ditorum multitudini. Cum enim his omnibus Senacherim abundaret, nihil tamen inde vtilitatis accepit.

Ecce oculi Domini.) Pietas, inquit, omnia bona conciliat. Diuinam quippe prouidentiam attrahit. Illa verò & mortem impedit, & in egeſtate conſtituto bonorum copiam largitur.

Quoniam adiutor & protector noſter eſt.) Cũ itaque tantis bonis potiti ſumus, ſpem firmam in Deum habeamus, ſempérque auxilium ab illo expectemus. Deinde poſtquam dixit, Et in nomine ſancto eius ſperauimus, orat vt miſericordiam ſpei ſuæ reſpondentem accipiat.

Fiat Domine miſericordia tua ſuper nos.) Sermo hic maximæ eſt fiduciæ. Quis enim ita ſperauit, vt purè dicat, Patem ſpei meæ miſericordiã impende? Hoc ſanè & in S. Euangeliis docuit Dominus, dicens: Qua menſura metimini, eãdem viciſſim vobis remetientur & alij. Spem itaque perfectam poſſideamus, vt & multam lucrifaciamus miſericordiam.

ARGVMENTVM PSAL. XXXIII.

D *Cum acerbum contra ſe & liuidum Saulis animum B. Dauid vidiſſet, Ionathæ conſilio vſus aufugit, & cum apud ſacerdotem Abimelech ageret fugam ſuam illi occuluit, ſéque tanquam à rege propter vrgens aliquod negocium amandatum eſſe dixit: cúmque panes poſtulaſſet, nullos inuenit alios, niſi eos qui ſacerdotibus erant deſtinati, quos & dante ſacerdote accepit. Quoniam igitur cum fugeret, fugam ſuam ſacerdoti nõ patefecit, ſed ſe negocium regium exequi dixit, vultum ſuum mutaſſe dicitur, vt qui non vſus ſit conſueta veritate.*

At Pſalmi huius hiſtoria videtur ea eſſe, quæ Dauidi inter Philiſteos corã Achis rege Geth contigit. 1.Reg.21.

Scholia in eundem Pſalmum.

Benedicam Dominum in omni tempore.) Siue fugiam, inquit, ſiue perſequar, ſiue proſperè ſiue adflictè agam, Dominum meũ celebrabo.

In Domino laudabitur anima mea.) Ipſe me & illuſtrem fecit, & conſpicuum faciet.

Audient manſueti, & lætentur.) Non patitur vt ipſe ſolus hymnum texat: ſed manſuetudinis E
conſortes, cõſortes facit & hymnodiæ. Deinde & gratiarum actionis cauſam oſtendit.

Accedite ad eum, & illuminamini.) Qui namque cum fide ad eum accedit, ſpiritalis lucis radios accipit. Ita & magni Moyſis, viſibilis facies glorificata eſt. Ita & ipſe prædixit, dicens, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Poſtquam autẽ conſortes pietatis adhortatus eſt ad hunc modum, incipit & ſeipſum illis typi loco proponere.

Iſte pauper clamauit.) Diſcite, inquit, ex his quæ mihi acciderunt, omnium Deo fidere. Cũ enim leuis eſſem momenti, ac cuſtos omnium, prouidentia ſua me dignatus eſt, & hoſtium victorem conſtituit.

Immittit angelus Domini.) His connueniunt & Apoſtoli verba. De Angelis namq; ad hũc modum loquitur: An non ſunt omnes adminiſtratorij ſpiritus, ad miniſteriũ miſſi? Ita & B. Iacob dixit, Angelus qui eripuit me ex omnibus malis. Et multa alia ſimilia poteris inuenire.

F *Guſtate & videte.*) Poſtquam dixit, Accedite ad eum, conſequenter adhortatur vt guſtẽt, dicens, Guſtate, hoc eſt, Ipſa experientia cognoſcite bonitatem Domini, & felicitatem ex eo reportate.

Timete Dominum omnes ſancti eius.) Sciendum ſanè eſt, quòd dictus ſenſus priſcis Iudæis conuenit: qui verò in profundo eſt abditus, diuinorum myſteriorum gratiam ſignificat. Per S. namque baptiſmum vera fit illuminatio, ac viuificæ delectationis guſtus, Seruatoris bonitatem oſtendit.

Diuites eguerunt.) Et hæc illis ſont conuenientia,

tia, quæ ſuprà ſunt myſticè conſiderata. Admonet enim eos, qui ſanctificationem iam per ſacrum ſunt baptiſma conſequuti, vt dilectioné timore miſceant, & bonorum abundantiam à ſolo Deo expectent. Opulentia ſiquidem multis eſt mutationibus obnoxia, & qui hodie diues eſt, paulo pòſt incidit in egeſtatem. Et priſci Iudæi, cum per prouidentiam Dei diuites eſſent facti, pauperes poſtea facti ſunt & eguerunt: Gentes verò, vbi ad fidem venerunt, bonorum ſunt abundantiam adeptæ.

Opulentia mutationis obnoxia.

A

Venite filij.) Poſteaquam vitam, mœſticia catétem ac deſideratiſſimam, quaſi iucúdum quoddam certaminis præmium propoſuit, iam conſequenter ad certamina hortatur.

Quis eſt homo, qui vult vitam.) Primùm dehortatur à malicia, deinde virtutis mores exercere iubet. Et initiò linguam, lubricum membrorũ, ab omni dolo & verſutia mundam conſeruare præcipit. Linguæ verò labia connectit, vt quæ motibus illius collaborant. Deinde actum malitiæ vetat: Declina, inquit, à malo, & operationem bonorum præſcribit, & fac bonum, inquit, Quod verò caput eſt bonorum? Quære, inquit, pacem, & perſequere eam. Qui namque pacem complectitur erga omnes, neque clanculum meditabitur ea quæ ſunt inimici, neque cædem tentabit: nec alieno thoro inſidiabitur, nec maledicet, nec faciet malè.

Lingua.

Inquire pacem.) Charitas benefacit, proſpicit, tradit, opitulatur, vna periclitatur, vna certat. Talis enim eſt ſincera dilectio, & germana amicitia. Deinde rurſus fructum ipſorum oſtendit.

B

Oculi Domini ſuper iuſtos.) Spectãtur enim, inquit, à Domino Deo, qui talia perpetrãt: & qui bona petunt, potientur petitis. Deinde à contrario quod dictum eſt obtinet, dicens, Vultus autem Domini ſuper facientes mala, &c.

Vultus autem Domini.) Vide autem, inquit, eos qui contraria audent, quomodo contra eos omnimodæ perditionis ſententiam proferat.

Clamauerunt iuſti.) Adeſt autem Dominus, inquit, iuſtis, & preces illorum cupidè ſuſcipit. Præcipuè verò eorum curam habet, qui modeſto animo vtuntur. Hos enim contritos corde vocauit. Hoc & in alio Pſalmo dicit, Cor contritum, inquiens, & humiliatum Deus non deſpiciet.

Multa tribulationes iuſtorum.) Permittit quidé vt in certamen tribulationum deſcendant, auxiliator verò illis & victores eos irruentium calamitatum reddit, cogitationes eorum corroborans & firmas efficiés. Oſſa namque cogitationes vocauit. Quemadmodum enim oſſibus tanquam ſolidioribus reliquum corpus fertur, ita & per cogitationes ſalutem anima lucrifacit.

C

Mors peccatorum peſſima.) Qui nãque virtutem amant, tantis bonis fruentur: qui verò in malitia viuunt, mortem accipient actæ vitæ conuenientem, & malæ conuerſationis malus erit finis. Qui verò cultum Dei elegerunt, & ſpem in illum habent, ſalutem ab eo recipient, vt qui prorſus non ſuſtinuerũt, in poſitas ab eo delinquere leges.

ARGVMENTVM PSAL. XXXIIII.

Et hunc pſalmum ſimiliter B. Dauid à Saule pulſus, loquutus eſt. Meminit autem & malicia Doeg. Is enim quæ apud Abimelech ſacerdotem acta fuerant, Sauli indicauit, ac graui illi ſacerdotum occiſioni cauſam dedit. Recordatur etiam Ziphæorum & aliorum, qui Sauli ipſum prodiderunt, ſicuti ipſa verba docebunt.

Scholia in eundem Pſalmum.

D

IVdica Domine.) Pulcher eſt ordo eorum qui dicuntur, & conueniens orationi iuſti. Primùm enim petiit, vt omnium Deus iudicet, ac deinde vt ſupplicij ſententiam inducat.

Expugna eos.) Quoniam pugnæ recordatus eſt, neceſſariò & armorum genera adiecit, hac panopliæ figura eos qui in malitia viuunt perterrefaciens. Non enim talibus armis vtitur Deus iudicans. Sufficit namque illi verbum, ad extremum infligendum ſupplicium.

Dic animæ meæ) Satis mihi ad ſalutem eſt verbum tuum. Quoniam enim armorum meminit, rectè docuit, quòd Deus opus non habeat adminiſtris: ſed ſolo verbo & illos puniat, & iſtis benefaciat.

Auertantur retrorſum.) Aberrent, inquit, ab iis quæ machinantur, ſitque ipſis pudor maliciæ meſſis.

Fiant tanquam puluis.) Hoc & in primo pſalmo poſuit, dicens, Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. E

Fiat via illorum tenebra.) In fugam eos auerte impetu perſequendi, angelis inuiſibilibus commiſſo. Ad hunc modum inuenimus, & Aſſyrios ab angelo cæſos, & Ægyptiorum primogenita. Tenebras verò & lubricum, ruinam dicit. Impingentes enim, lapſúmq; patiẽtes, proni ruũt. Deinde oſtenſo iuſto ſupplicio ſubiungit.

Quoniam gratis abſconderunt mihi) Iniuſtis, inquit, aduerſum me inſidiis vtuntur. Quod verò dicit, Probro affecerũt: Symmachus poſuit, Suffoderunt. Significat autem, illos clanculũ quoque molitos eſſe exitium.

Veniat illi laqueus.) Incidant, inquit, in eã ipſa quæ machinantur, & in propria retia cadant, & inexpectatam ſuſtineant venationem. Hoc enim intelligit, cum dicit, Veniat illi laqueus quem ignorat.

Anima autem mea exultabit in Domino.) Ego verò Domine, inquit, & animi delectationem & lætitiam, in bonis tuis lucrifaciam, & omnibus meis membris, te ſolum eſſe Deum vociferabor. Hoc enim ſignificat, cum dicit: Quis ſimilis tibi? Nẽpe, quòd ſolus ſit Deus aduerſus omnes potentiam habens. F

Eripiens inopem.) Non enim ſinis, vt à potentioribus ij qui pauperiores ſunt vaſtentur: ſed & illos ſtrangulas, & iſtis auxiliatis.

Surgentes teſtes.) Calumniam, inquit, paſſus ſum, de illis accuſatus, quæ ne cogitaui quidem. Quoniam enim Saül inuidia tactus tyrannĩdem ipſum exerciturum ſuſpicabatur, atq; ob eam cauſam bella gereret, inuidi hinc

ſumpta

ſumpta occaſione, calumnias contra eum ſine intermiſſione conſuebant. Hos falſos teſtes vocat. Ex illis Doeg erat, ex illis erant Ziphæi, & præter hos alij multi.

Retribuebant mihi mala.) Ego quidem, inquit, Goliath inſoleſcentem & contra vniuerſum populum ferocientem occidi, ac Philiſtæos ſæpenumero expugnaui, deinde ſpiritualibus modulationibus ipſum Saülem à dæmoniaca inſania liberaui: ipſe verò impugnare me nô ceſſat,
A morti me & obliuioni tradere cupiens. Sterilitatẽ enim hîc obliuionẽ nominauit, propterea quòd per ſobolem ſeruatur memoria.

Ego autem cum moleſti eſſent mihi.) Inſtruimur ex hoc loco, quomodo calamitates diſſoluere debeamus. Sacco, inquit, circundatus, & ieiuniis intabeſcens, ſupplicationem Deo obtuli, precationiſque fructus accepi. Hoc enim ſignificat, quod dicit, Et oratio mea in ſinum meum reuertetur: pro eo quod eſt, Facta precatione, à Deo quæ petebam accepi, ſinúmque meum repleui.

Quaſi proximum.) Omne illi genus officij tanquam germano fratri exhibui, mœrentiſque ac lugẽtis humilitatem imitatus ſum, nec ſuſtinui vt rectè factis inſoleſcerem.

Et aduerſum me lætati ſunt, &c.) Ipſi verò me cum multitudine inuadebant, futurum ſperantes, vt me occiderẽt, ac repentè irruebant ignorantem interimere tentantes. Quod enim dicit, Congregata ſunt ſuper me flagella, & igno
B rabam: hoc Symmachus ita reddidit, Quoniam congregati ſunt contra me percuſſores, & ignorabam.

Diſsipati ſunt nec compuncti.) Et ſpe ſua falſos & diſperſos, ne ſic quidem eorum, quæ malè conſultarunt pœnitet, ſed eadem rurſus conantur.

Tentauerunt me.) Omne tẽtationis genus percurrerunt, inquit, quod conſultarunt perficere cupientes. Aliquãdo namque fraudulentis ſermonibus vſi, occaſionem venãdi tentabãt, nonnũquam verò inſtar leonum cædem inferre cupientes rugiebant.

Frenduerunt ſuper me.) Hoc autem, inquit, non accuſandi gratia dixi, ſed deſiderans auxilium. Quando, inquit, apparebis & auxiliaberis iniuriam paſſo?

Reſtitue animam meam.) machinationum victricem redde animam meam.

A leonibus vnicam meam.) Quoniam ſuprà dixi, Frendebant contra me dentibus ſuis, fremi-
C tus autem propriè leonum eſt: rectè eos etiam leones appellauit, vt crudelitatem ac ferociam
τὴν μονό- animi illorum redargueret. Quod verò dicit,
τητά μου Vnigenitã meam: Symmachus ſingularitatem meam dixit, pro eo quod eſt, Omni humano auxilio deſtitutum.

Confitebor tibi in Eccleſia magna.) Illud in populo graui, Symmachus in populo copioſiſſimo poſuit. Habet autẽ iſta prædictio finem ſuũ. Nam in omni terra & mari, etiam per eos qui crediderunt, Deum diuinus Dauid laudat. Eccleſiam enim magnam, & populum copioſiſſimum: Eccleſias quæ per orbem ſunt, vocat.

Non ſupergaudeant mihi.) Iterum hîc mentionem eorum fecit, qui Saülem exacerbabant, vt qui, cum amicitiam ſimularent, quæ hoſtiũ ſunt moliebantur. Hoc verò & in ſequentibus manifeſtius dixit.

Quoniam mihi quidem.) Amicis verbis vtentes, irámque veluti terra quadam occulere tentantes, animum habent dolo refertum.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum.) Cum autem inſidias ſenſiſſe me viderent, denudarunt deinceps, quam antea abſconderant inimicitiam, D
apertáque voce ſuper calamitatibus meis lætati ſunt.

Vidiſti Domine, ne ſileas.) Iudex es Domine, & vides omnia, nec quicquã eſt quod conſpectum tuum effugiat, ne contemnas ea quę facta ſunt, neque prouidentia tua deſtitutum me reddas: ſed & iudica, & iuſtam profer ſententiam. Hoc autem & ſequentia declarant.

Domine Deus meus, & non ſupergaudeant.) Si enim cauſam meã diſtuleris, ô Domine, iterum me illi ridebũt: & dolorem meum, occaſionem lætitiæ ſuæ: & infortunium meum, ſuam fœlicitatem facient.

Erubeſcant & reuereantur ſimul.) Manifeſtum eſt, quæ confuſio illis competat, qui vicinos ſubſannant. Quapropter hanc Propheta arrogãtibus & inſoleſcẽtibus imprecatus eſt. Exultent verò, inquit, & lætentur perpetuò, qui quæ bona ſunt, mihi adoptant, & pacem meam cupiunt: atque hanc me conſequutum videntes, te Domine celebrent. E

Et lingua mea.) Ego verò prouidentia tua potitus, noctes atque dies præcepta tua meditationem meam faciã, & beneficia tua perpetuò celebrabo. Quod enim dicit, Tota die: alius, Omni die dixit, vt perpetuitatem ſignificaret.

ARGVMENTVM PSAL. XXXV.

Cum Saulem D. Dauid in poteſtatem ſuam nactus eſſet, non ſolum non occidit eum: ſed & eos qui id facere conabantur, cohibuit. Orto autem die, in montis cuiuſdam vertice conſtitutus, Saulem reprehendit, & inimicitiæ illius iniuſtitiam redarguit: indicans illi, quòd eum dormientem cum noctu inueniſſet, non vt hoſtem occiderit, ſed vt benefactorem ſeruauerit: oſtenditque oram chlamydis, & vaſculum aquæ, & haſtam, quæ ad hoc abſtulerat, vt per illa verborum ſuorum veritatem demonſtraret. Itaque pſalmum hunc adiecit Dauid, vt eos qui malicioſe agebãt accuſaret. Admiſcuit autem verbis ſuis & theologiam & prophetiam. Vnde & inſcriptio legentem ad finem mittit. F

Scholia in eundem Pſalmum.

Dicit iniuſtus.) Arbitratur, inquit, qui nutritus eſt in malitia, neminem animi ſui occulta videre cõſilia. Illud enim, Dicit iniquus, pro, Opinatur ac ſuſpicatur, poſuit.

Non eſt timor Dei.) Loco ſtupiditatis huiuſmodi hoc poſuit, quòd dicit eum, ne Dominũ quidem, omnia videntem timere.

Noluit intelligere vt bene ageret.) Volens autem iſtam habet ignorãtiam, nolens quæ malè egit expendere.

Iniquitatem meditatus eſt.) Verbis quidem vtitur veritate vacuis, quid honeſtum verò ſit videre non vult: ſed nocte de malis proximo ſuo inferendis conſultat, & per diem conſilia ſua adimplere conatur. Illud enim, Maliciȩ non eſt offenſus, pro, Non eſt maliciam abominatus, poſuit. Idola namque D. Scriptura aliquando abominationes, quandoque & offenſacula vocat. Hoc verò Aquila, Maliciam non abiecit: Symmachus, Non reprobauit: Theodotion,
A Non repulit, interpretatus eſt.

Domine in cælo miſericordia tua.) Illi quidem iſta perinde moliuntur, ac ſi nemo ſit qui videat, tu verò Domine miſericordiā habes immenſam, & veritatem inexpenſam ac iuſtitiam maximis montibus comparatam. Procedit autem veritas tua per Prophetas, veluti nubes quaſdam, etiam ad homines vſque, ſalutis illis imbrem demittens.

Iuſtitia tua, ſicut montes Dei.) Cum tantam habeas veritatem & iuſtitiam, quánam ratione patienter agas ignoro. Iudicia quippe tua inuiſibilem abyſſi profunditatem imitantur: Vt enim mortalibus inuiſibilis eſt illius fundus, ita & incomprehenſibilis eſt iudiciorum tuorum cognitio.

Homines & iumenta ſaluabis Domine.) Et quæ eſt huius rei cauſa? Quoniam vehementer, inquit, multiplicaſti miſericordiā tuam Deus. Etenim ad iumenta quoque benignitas tua peruenit, non ſolùm hominibus, ſed & illis quæ pro-
B pter homines ſunt facta benefaciens.

Filij autem hominum.) Humana verò ad te natura confugiet, germinantem in domo tua bonorum copiam vidēs. Significat autem his verbis, non ſolùm diuinæ doctrinæ fluenta, ſed & myſticæ alimoniæ fruitionem. Torrenti verò tantorum bonorum ſuppeditationem aſſimilauit, primùm, propterea quòd illa mortalibus non eſt ab initio data. Deinde, vt omnes homines hortaretur ad accedendum ac bibendum, quòd fluuius iſte non ſit perennis, ſed torrens, qui ad tempus feratur, & oſtendat: quod copia iſta perennis quidem ſit ſecundum naturam bonorum, torrens verò pro diſpenſatione fiat, & ad tempus deſinat.

Quoniam apud te eſt fons vitæ.) Manifeſtè hîc nobis S. Triadis myſteriū aperit. Fontem enim vitæ vnigenitum Dei verbum nominauit. Nam ita illud ſeipſum per Ieremiam prophetam vocat, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ipſis ciſternas, quæ aquam
C retinere non poterunt. Dicit itaque fontem iſtum eſſe apud patrem, ſecundum Euangelicam doctrinam, quæ dicit: Ego in patre, & pater in me eſt.

In lumine tuo videbimus lumen.) Vaticiniū habet hîc ſermo de immutatione Seruatoris noſtri poſt incarnationem facta. Non enim dixit, Sperauerunt: ſed, Sperabunt, vt quod futurum erat, ſignificaret.

Prætende miſericordiam tuam.) A ſanctiſſimo ſiquidem ſpiritu illuminati vnigeniti tui radios videmus. Nemo enim Ieſum Dominum dicere poteſt, niſi in Spiritu ſancto. Et, Deus autem nobis reuelauit, inquit, per Spiritum ſuum. Exactè itaque per propheticos ſermones tres, vnius Deitatis proprietates cognouimus. Da itaque, inquit, continuè placidam ac iuſtā tuam prouidentiam iis, quos cognitione tui dignos effeciſti, & qui quæ bona ſunt facere cupiunt. Nam vtraque de illis dixit, diſtinctione iuxta idioma ſuum vſus. Non enim alios dixit, qui Deum cognoſcāt, & alios, qui recto ſint corde, neque aliis miſericordiam, aliis verò iuſtitiam quæſiuit: ſed perfectam virtutem in veracibus D
dogmatis & actibus determinauit.

τῶς ἰδιό- τητας

Ibi ceciderunt qui.) Hoc Symmachus ſic vertit, Vbi cadent, qui operantur iniquitatem, impellentur nec poterunt ſtare. Petit autem Propheta, vt naturæ modi cuſtodiātur, & recta via non tranſiliatur, vt qui ſciat contrariæ viæ finē. Etenim qui in illum, inquit, incidunt, nec reſurgere deinceps, nec ad rectam viam recurrere poterunt.

ARGVMEN. PSAL. XXXVI.

Quoniam experimento cognouerat D. Dauid, quanta bona manſuetudo conciliet: & quòd eorum finis qui iniuſtè viuunt, & arrogantia vtuntur triſtis ſit, vitaque ipſorum correſpondens. Cognouerat autem iſta ex his quæ à Saule & Abeſsalomo, aliiſque talibus, qui conſimilia commiſerunt, perpeſſus fuerat: admonitionem ad vniuerſos mortales inducit, vt ferant quæ triſtitia accidunt, & interea proſperitatem mortalium non putent eſſe fœlicitatem, ſed magis miſeriam vocent. Et huius gratia initio pſalmi dicit, Noli æmu- E
lari, &c.

Scholia in eundem Pſalmum.

NOli æmulari in malignantibus.) Illud, Noli æmulari Symmachus reddidit, Ne contendas: Theodotion verò, Ne aſſueſias, pro eo quod eſt, Ne inſeteris ad imitandum eos, qui in malicia viuunt, ſi quādo proſperitatem eorum videris. Et vt proſperitatem illorum temporariam eſſe oſtendat, ſubiunxit dicens,

Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent.) Eadem & B. Eſaias dixit: Omnis caro fœnum, inquit, & omnis gloria hominis, tanquā flos fœni: exaruit fœnum, & flos decidit, verbum autem Domini manet in ſeculum. Conſimilia & B. Dauid dixit.

Spera in Domino.) Per omnia vtilitatem ſpei, quæ in Deum collocatur, docuit. Qui enim in illum ſperat, & ab eo paſcitur bonis, ab eo ſuppeditatis potietur. Præcipuè autem potientur F
illis, qui delicias arbitrantur, continuè cum illo conuerſari.

Reuela Domino viam tuam.) Deo, inquit, teipſum & acta tua commenda, & auxilium ab eo expecta. Ipſe namque tanquam iudex, iuſtam proferet ſententiam, téque celebrabit & illuſtrem reddet, vt omnibus inſtar meridianæ lucis conſpicuus fias.

Subditus eſto Domino.) Cum hæc itaque ſcias, obedi Deo gubernatori, & in petendo ab eo quæ bona ſunt perſeuera. Et ſi quenquam videris, quæ mala ſunt amplectentem, cui tamen

propoſita

propoſita non malè, ſed proſperè ſuccedant, ne ægre feras neq; diſcrutieris, quaſi nemo ſit, qui quæ cōdita ſunt gubernet. Hoc quæ ſequuntur manifeſtant.

Deſine ab ira.) Quare? Quoniam qui malignè agunt, exterminabuntur. Ne reſpicias illorum fœlicitatem, ſed fidem expecta, & videbis illorum exitium. Etenim certò ſcias, quòd qui ſeipſos ad id accommodarunt, vt diuinam ſpem ſequantur, & manſuetam vitam amplectantur,
A in tranquillitate ac pace perſeuerant, voluptatem habentes perpetuam, conſcientiæ videlicet mundiciem: qui verò fiduciam ſuam in temporariam rerum proſperitatem collocant, repentinam inuenient mutationem, & omnimodæ tradentur obliuioni, atque ita per hæc conſolationem adfert iis, qui per iniuriam læduntur. Oſtendit enim, iniquum furere & inſanire cōtra eos, qui tranquillam ſuam vitam amplexi: iuſtum verò iudicem conatum eius ridere, vt qui repentinam illius mortem præuideat.

Obſeruabit peccator iuſtum.) Eandem habent iſta cum prædictis ſententiam. Docet enim, quomodo iniuſtus variis quidem machinis contra eos vtatur, à quibus nulla eſt iniuria adfectus, verùm ſuis ipſius irretietur laqueis. Gladium enim & arcum, varias illius vocauit inſidias. Sunt autem iſta ſimilia illis quæ ſeptimo pſalmo ſunt dicta, nempe, Lacum aperuerunt & effoderunt eum, & incidet in foueam quam fecit. Quin & labor eius conuertetur in ca-
B put eius. Et in verticem eius iniuſtitia eius deſcendet. Nihil horum ab his quæ hîc habentur diſcrepat.

Melius eſt modicum iuſto.) Melior eſt, inquit, frugalitas cum iuſtitia, quàm iniqui diuitiæ, & iniuſti opulentia. Deinde & vtrorumque fructus oſtendit.

Brachia peccatorũ. *Quoniam brachia peccatorum conterentur.*) Brachia peccatorum potentiam vocauit, propterea quòd per hæc ſoleant homines operari. Appoſitè autem illud poſuit. Confirmat iuſtos Dominus. Licet enim à dæmonibus & hominibus impellãtur, diuina tamen gratia firmati cōſiſtunt, & irruentes moleſtias vincunt.

Nouit Dominus dies immaculatorum.) Omni prouidentia Dei fruuntur, qui vitam amplexi ſunt irreprehenſibilem. Nam etiamſi incidant in calamitates, tamen victores illarum redduntur: & ſi quando communis obtinuerit egeſtas, ſufficientiam neceſſariorum à Deo accipient, & præterea ſempiternis quoque bonis
C fruentur.

Et in diebus famis ſaturabuntur.) Eam hîc famem ſignificari arbitror, quam Dominus olim Iudæis cōminatus eſt, dicens, Famem inducam ſuper terrã, non famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbi Dei.

Quia peccatores peribunt.) Coniunctionis enallage perſonarum differentiam efficit, & admonet, alios eſſe intelligendos peccatores, & alios inimicos Domini. Aquila verò & Symmachus pro cōiunctione, Verò, Et poſuerunt: oſtenduntq; eoſdem eſſe peccatores & inimicos Domini. Dicit autē, quòd oſores Dei propter ſuas iniquitates duraturi ſint modico tēpore, & vbi ſe putauerint eſſe illuſtres & ſpectatos, inſtar fumi diſſoluendi.

Mutuatur peccator.) Talis erat Saül, qui perpetuò beneficiis à diuiniſſimo Dauide affectus, nunquam benefactori ſuo bonis rependere ſuſtinuit. Beatus verò Dauid Dominum ſuum imitatus, in benefaciendo perſeuerauit. Tales erãt & Iudæi, qui variis obſequiis à ſanctis Apoſtolis cumulati, nihilo ſecius homicidarum animum erga illos declararũt. Verùm Apoſtoli di- D
uina ſua dona illis ampliter impenderunt.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram.) Hoc Deus patriarchæ Abrahæ pollicitus eſt, Benedicam, inquit, benedicentibus tibi: & maledicentibus tibi, maledicam.

Apud Dominum greſſus hominis dirigetur.) Huius ſanè gratia iuſto benedicẽtibus, benedicit: maledicenti verò, ex æquo rependit, quòd ipſe iuſtorũ vias dirigit. Eſt enim impoſſibile, vt quiſquam ſine ipſius gratia inculpabiliter ambulet. Cooperatur autem illis, qui ſcopum præfixum petunt. Et vt ad hunc perueniatur, opus eſt vt ad virtutis acquiſitionem, cum propoſito animi humani diuina quoque prouidentia coniungatur. Nam ita, etiamſi labi contingat aliquando, diuino tamen auxilio potiri licebit. Ita & B. Dauid cum impegiſſet, & ad terram propè proſtratus ac periclitatus eſſet, diuina gratia eſt erectus.

Iunior fui.) Cum & iuuenis, inquit, fuerim, & in ſenectutem venerim, non tamen noui ali- E
quando vidiſſe me iuſtum, qui diuina deſtitutus eſſet prouidentia. Iuſtus enim iudex, nō ſolùm iuſtorum, ſed & eorum qui ex ipſis naſcũtur, omnimodam curam habet. Ita & Iſraelis, licet delinquentis, propter progenitorum virtutem, curam geſſit.

Tota die.) Per hoc, quod dicit, Tota die, omnis generis iuſti beneficia ſignificat, quæ vel pecunia, vel rebus ſuis impertit. Cum autē benefacit, eorum quidem miſeretur, qui beneficiis ipſius potiuntur: Deo verò mutuatur.

Declina à malo.) Hæc itaque ſcientes, vniuerſi mortales, & quotquot virtutis & innocentiæ præmia cognouiſtis, fugite quæuis maliciæ genera, ac viam illis cõtrariam ambulate, vt ſempiternis bonis fruamini.

Quia Dominus amat iudicium.) Rectè ac iuſtè iudicans omnium Dominus mercedem cuiuſuis ſtudiis competentem retribuet, & amantes iuſtitiæ omni cura dignabitur: in contrariũ verò animatos radicitùs euellet. Ita poſtquã vtro- F
rumque fructus oſtendit, iam deinceps docet, quomodo fieri poſſit, vt amicus Dei iuſtitiã acquirat & exequatur.

Os iuſti meditabitur ſapientiam.) Conuenit, inquit, vt & lingua & animo, diuina proferantur oracula, & horum meditatio ſine intermiſſione fiat. Nam qui ad hunc modum faciendum eſſe didicit, amator ille virtutis inconcuſſus & immotus permanet, & ſe proſternere conantes vincit.

Lex Dei.) Multifariam de eodem loquitur, vt firmiorem memoriam maiore cura & meditatione

tatione efficiat. Dicit autem, quòd iuſtum Dominus, malorum inſidiis obnoxium, non ſit contempturus, nec ſententiæ talia audentium aſtipulaturus: ſed effecturus, vt retia illorum tranſiliat.

Expecta.) Hiſce inſtructus diuinam expecta ſententiam, & poſitas leges cuſtodi: ita & in præſenti vita fies ſpectatus, & in futura ſtabilibus bonis frueris, & finem peccatorum videbis. Deinde, quoniam multos illud angit, quòd
A iniuſtorum ſupplicium in præſenti ſeculo non vident, ſed coguntur longo tempore expectare: commodùm per ea quæ facta ſunt, futuris fidem conciliat.

Vidi impium ſuperexaltatum.) Vidit enim magnus Dauid finem regni Saülis, & interitum tyrannidis Abeshalom, & aliorum præterea haud paucorum, cùm arrogantiam tum omnimodum exitium. Rectè itaque infrugiferis arboribus proſperitatem illorum cōparauit. Deſolatos dicit non ipſos tantùm, ſed & ipſorum locos. Per hæc autem memoriam illorum refricuit. Deinceps rurſus admonitionem & conſilium inducit.

Cuſtodi innocentiam.) Ne reſpicias, inquit, ad præſentia hæc triſtia, ſed quæ futura ſunt expecta. Erit enim tempus, quando iis qui ſimplicitate ac rectitudine ſunt vſi, conueniens præmium dabitur.

Iniuſti autem diſperibunt.) Hoc Symmachus ad hunc modum interpretatus eſt: Aſpernātes
B autem delebuntur, ſimul extrema iniquorum excidentur. Illo, inquit, tempore etiam iſti ſua præmia recipient, communem interim expectantes interitum.

Salus autem iuſtorum à Domino.) Qui verò iuſtitiam operati ſunt, diuino potiti auxilio, & ſalutem acquirent: & eos qui per iniuriam lædere conati ſunt, ſuperabunt, vt qui ſpem erga Deum ſynceram ſeruarunt.

ARGVMEN. PSAL. XXXVII.

Quàm exacta fuerit diuiniſſimi Dauidis reſipiſcētia, id prædicat, quòd peccata ſua tam diligenter confitetur. Peccati namque in multis pſalmis meminit, dū non ſuſtinet vlcus abſcondere: ſed & morbum & medelam illius, vt documenti mortalibus eſſet occaſio, in medium adducit. Quapropter & hoc pſalmo, & peccati mentionem facit, & correctionis, quæ propter peccatum fuerat inducta: fuerant autem illi multa triſtia illata. Cædes Amnon, tyrannis Abeshalomi, conſilium Achitophelis, quod contra ipſum dederat,
C *conuicia Semei, & reliqua.*

Scholia in eundem Pſalmum.

Domine, ne in furore tuo.) Hoc modo & ſextū pſalmum eſt exorſus, orans vt medendi, non iudicādi modo corripiatur: nec vehementibus, ſed mitibus pharmacis ſanetur.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.) Hoc, inquit, non fruſtra oro: ſed quòd videam imminere mihi ſagittarum nubes, & futurum vt iamiam manu capiar, & admodum verberer. Illud enim, Confirmaſti, ab eorum eſt metaphora ſumptum, qui flagris cædunt, ac multas plagas inferunt.

Non eſt ſanitas in carne mea.) Supplicio, inquit, ſtimulatus, peccati recordor. Huius autem memoria ploratus & lamentationes efficit. Ex illis verò infirmitas mihi & miſeria adnaſcitur.

Sicut onus graue.) Incuruauit me, inquit, graue peccati onus. Cruciat autem me putidus purulentorum vulnerum odor, quę abiecta prudentia ſtultitiæ ſeruiens accepi: qua de cauſa omni lætitia priuatus cōtinuè mœreo ac langueo, tri- D
ſtitiæque mutationem non inuenio.

Quoniam lumbi mei.) His verbis concupiſcentiam notauit. Lumbis enim inſunt renes, per quos appetitus moueri ſolet. Dicit igitur, Omnium borū malorum cauſa ex eo mihi eſt, quòd deſiderio non vt oportebat, ſed ad intemperātiam ſum vſus.

Rugiebam.) Ex hac, inquit, concupiſcētia, hoc lucrifeci, vt ad terram oculos demittam, & ſine intermiſſione propter acerbos cordis mei dolores lamenter. Hac ratione deſiderij operationem commutaui, diuinæque voluntatis miniſtram conſtitui. Vnde & ſubiecit, Domine ante te eſt omne deſiderium meum. Quoniam enim illo ſemel malè ſum vſus, ſemper illud præceptis tuis offeram.

Et gemitus meus.) Vides, inquit, Domine lamentationes, ac lachrymas meas, vides me turbatum, & viribus deſtitutum, conſuetáque luce priuatum, atque in ipſa meridie perinde atque in tenebris agentem. Duo autem ſimul hîc E
ſignificat, mœſtitiam videlicet, qua fit, vt nec lux videatur eſſe lux, & diuinæ curæ priuationem, quam meritò lumen oculorum nominauit.

Amici mei & proximi mei.) Particulam hanc Symmachus ita reddidit: Amici ac ſodales mei, ex aduerſo in plaga mea ſteterunt. Quidam, inquit, amicorum meorum cum plagam meam viderent, quæ hoſtium ſunt, fecerunt, & mihi manifeſtè aduerſati ſunt: quidā verò metu perculſi ſeceſſerunt, nec auxilium ſuo mihi ſuccurrerūt. Per priores Achitophelem notat, qui non ſolùm ſeceſſit, ſed & perditionis conſilia dedit. Et alios autē veriſimile eſt eadem cum illo deſignaſſe, præſertim potiorem Iſraelis partem. Cum hoſtes, inquit, amicorum me præſidio deſtitutum viderent, in inſidiis quas ſtruebāt, deuorant me cupientes, perſeuerarunt.

Et dolos tota die.) Manifeſtius hoc ipſa docet hiſtoria. Cum enim Abeshalom patris ſententias culparet, & eos qui in iudiciis condemna- F
bantur ad ſe pertraheret, patienter id tulit B. Dauid. Et cum Semei conuicia manibus ac lingua eiacularetur, probra illa tacitus ferebat, cum dixiſſet, Sinite vt mihi maledicat, Dominus enim illi præcepit, vt Dauidi maledicat: & cum ex ducibus quidā pœnas conaretur à ſceleſto ſumere, prohibebat. Hac, inquit, tolerantia perſeuerāter ſum vſus, quòd ſpem in re collocatam haberem, tibíque cauſam meam commendarem, orarémque ne ſineres me eſſe materiam gaudij hoſtibus meis: & ſi vincerer, occaſionem illis fieri inſolentiæ & arrogantiæ.

Quoniam

Quoniam ego in flagella.) Dignum me peccatum fecit, qui flagellet. Quapropter meipſe ſuppliciis ſubijcio. Curari namque cupio peccati doloribus ſtimulatus. Propter quã cauſam & mei ipſius accuſator fio, & omnem recuperandæ ſanitatis rationem habeo.

Quoniam iniquitatem meam.) Tibi namque ſoli peccaui, inquit, & malum corã te feci: illi verò, cum ſint multis à me beneficiis affecti, contraria retribuunt, méque robuſtiores ſunt facti.

A *Et multiplicati ſunt.)* Iterum hæc per Abeshalomum notat iudiciis ſuis detrahẽtem, & iniuſtos ad ſe vocantem, & cum filius eſſet ad hoc contendentem, vt parricida fieret. Quem enim ſecundum naturę leges diligere debebat, hunc velut grauè olentem mortuũ odio proſequutus eſt. Conuenit hoc & inutili populo, qui cũ multis eſſet beneficiis cumulatus à Deo, ingratum tamen ſeſe erga gratiam illius exhibuit.

Ne derelinquas me.) Tantis, inquit, doloribus velut fluctibus adobrutus, te Deum ac Dominum meum oro, ne conſueta me prouidentia priues, ſed auxilium tuum præſtes, & ſalutem largiare.

ARGVMEN. PSAL. XXXVIII.

Ex commentatoribus quidam Idithum hunc pſalmum conſcripſiſſe dixerunt: inſcriptio verò contrarium docet. Eſt enim Dauidis hic pſalmus, Idithum verò, vt qui cantantium choro præfectus erat, in finem eſt datus. In finem autem nos mittit, propterea B *quòd humanæ naturæ vilitatem deplorat, finémque illius oſtendit. Loquutus eſt autem magnus Dauid hunc pſalmum, cum perſecutionem ab Abeshalomo, & conuicia à Semei pateretur.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Ixi cuſtodiam vias meas.)* Semei cùm magno Dauidi parricidæ filij tyrãnidem fugienti in itinere occurreret, lapidibus illum petebat, & probris inceſſebat: Dauid verò conſueta philoſophia vſus, non ſolùm ipſe ſe non eſt vltus, ſed nec duci exercitus illud interimere ipſum tentanti permiſit, dicens, Sinite vt mihi maledicat, quoniam Dominus illi dixit, Maledic Dauid: vt videat aliquando Dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro hac maledictione. Habent itaque Pſalmi huius verba multum conſonantię cum illa hiſtoria. Multum enim curæ linguæ impendit, membrum illud lubricum eſſe ſciens, ideóque illi iſta inſtar C muri circumpoſuit. Semei verò nihilominus illi, licet nulla adfectus iniuria, aduerſatus eſt. Ipſum enim peccatorem tãquam iniuſtum nominat.

Obmutui & humiliatus ſum.) Admodum iſta conueniũt illis quæ ab eo in hiſtoria dicta ſunt: nempe, Sinite illum vt mihi maledicat: quod & hîc dicit, Quoniam per omnia ſimilis fui ſurdo non audiẽti, & humiliaui meipſum, competentem ex eo fructum expectans.

Et dolor meus renouatus eſt.) Cum, inquit, probris ab illo impeterer, peccati mei, quod temerè commiſi, in mentem mihi venit, & hinc verberibus vulnerabar, cogitans propter illud me probris ſcindi, & tyrannide filij premi. Dominus enim præcepit illi vt maledicat Dauidi. Peccati recordatus eſt, eo quòd propter illud corrigebatur.

Concaluit cor meum.) Symmachus ſic reddidit, Exarſit cor meum intra me: & cũ recogitarem, igne exarſi. Cũ peccati mei recordarer, inquit, igne mœſtitiæ flagraui.

Loquutus ſum in lingua mea.) Igitur cõuitiatori quidem nihil reſpondi, omniũ verò Dominum D mortis cupidus oraui, vt vitę mihi terminum ſignificaret.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.) Symmachus ad hunc modum interpretatus eſt: Inſtar palmi dediſti dies meos, & vita mea velut nihilum eſt coram te. Mortem autem concupiſco, humanam naturam vitæ ſciens eſſe non diuturnæ. Noſtra ſiquidem vita tuæ collata, ne conſiſtere quidem videtur. Tu namque nec principium habes, nec finẽ: at noſtra vita veluti palmis menſuratur. Per hoc autem momẽtaneam humanę vitæ breuitatem ſignificauit.

Veruntamen vniuerſa vanitas.) Omnis itaque humana natura, tam in diuitibus quàm in pauperibus diſſoluto vapore ſimilis eſt, vanéque & fruſtra ædificant, & terrenam facultatem colligunt.

Veruntamen in imagine pertranſit homo.) Nihil, inquit, differunt viuentes homines ab imaginibus eorũ, quæ ſunt pictæ. Similiter enim tam iſtorum quàm illorum natura tempore diffluit E & corrumpitur. Et tamen nihilominus perturbantur contendentes, & omnis generis turbinibus plena eſt eorum vita, finem habens mortem. Multo autem cum labore diuitias coacervãtes de futuro ſunt hęrede ignari. Poteſt enim fieri, vt quẽ in vita exoſum habent, hunc ipſum ſortiantur hæredem.

Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nónne Dominus?) Vale illos dicto, abs te expecto auxiliũ. Illud verò, Et ſubſtantia mea: Aquila dixit, Expectatio mea. quaſi dicat, Te expecto circumſpiciens, beneuolentiámque tuã expecto. Deinceps cauſam dolorum oſtendit.

Opprobrium inſipienti dediſti me.) Iterum Semei recordatur. Vehementer enim, & hoc cum illis cõuenit, quæ dicta ſunt in hiſtoria, nempe, Dominus præcepit illi, vt maledicat Dauidi. Et quæ ſubijciuntur quoque, ſimiliter ei hiſtoriæ competunt.

Amoue à me.) Te ſiquidem permittente debacchatus eſt ille. Et is quidem flagello ſimilis F fuit, tu verò continuò diſciplinam intuliſti. Quapropter & cum ſilentio, illum quidem cõtemnens: te verò corripientem reſpiciens, flagella ſuſcepi.

A fortitudine manus tuæ, ego defeci.) Oro itaque & ſupplico tibi Domine, ceſſa iam à correptione. Multitudine namque verborum conſumptus ſum.

In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem.) Non fruſtra, inquit, correptionibus vteris, ſed delicta redarguẽdo, medicéque ſcindendo, & ſaniem latentem educis: & dolores

quidem

quidem curationibus concoquis, ſanitatem verò iis qui ſcinduntur concilias.

Exaudi orationem meam Domine.) Obſecro, inquit, Domine, exaudi cum gemitu ſupplicantem, & cum lacbrymis implorantem. Neque enim habitator ſum terræ, ſed aduena, & ad exemplum patrum breui victurus ſum tempore, mortémque propediem ſuſcepturus. Da itaque mibi paululum laxaméti, vt paucos adhuc dies ſine doloribus viuam, antequam ex hac vi- A ta emigrem. Emigraturus autem non tergiuerſabor. Quod enim dicit, Et non ſubſiſtam amplius: idem eſt ac ſi dicat, Ad corruptibilẽ banc vitam non reuertar.

ARGVMEN. PSAL. XXXIX.

Pſalmum hunc alij B. Ieremiæ, alij B. Danieli deputarunt, propterea quòd vterque in lacũ coniecti fuerunt. Meminit autem de lacu pſalmi proœmium. In hanc verò ſententiam, vnius verbi conſideratione ceſſerunt. Sunt etiam qui hunc pſalmum illis competere dicant, qui in Babylone captiui habitarunt. Ego verò illum typicè de his quæ Dauidi contigerunt, ſcriptum eſſe arbitror: referri verò ad vniuerſam quoque humanam naturam, quæ à Deo & Seruatore noſtro reſurrectionis ſpem eſt adepta.

Scholia in eundem Pſalmum.

E*Xpectans expectaui, &c.*) Præcedéti ſiquidem pſalmo dixit, Exaudi orationem meam Do- B mine, & precationem meam auribus percipe: hîc verò tanquam ſuſcepta iam oratione & data petitione, Expectans, inquit, expectaui Dominum, & attendit mibi. Cum enim propter peccatum eſſet auerſus, placidum mihi vultum oſtendit.

Et exaudiuit.) Et quid fecit, poſteaquam precem tuam exaudiuit? Reduxit me è luto cerui. Ita maxima pericula diuina Scriptura nominare ſolet. Rurſus vbi te liberauit è periculis, quid tibi largitus eſt?

Et ſtatuit ſupra petram.) Non eſt me paſſus moneri, inquit, & ſubuerti: ſed firmam reddidit ſtatiunem meam, & effecit vt in via iuſtitiæ, ſine impedimento curram.

Et immiſit in os meum.) Iam enim non amplius lamentando ſupplico, ſed propter accepta beneficia hymnum dico. Iſta quidem, ſicut dixi, Dauidis paſſionibus typicè competunt: competũt verò præcipuè humanæ naturæ, quæ in eundem deiecta peccati fundum, & per in- C carnationem Seruatoris extracta, ſpémque reſurrectionis nacta dicit, Expectans expectaui Dominum, & attendit mihi. Mors verò meritò lacus & miſeria, peccatum verò lutum cœni, táquam fœtorem emittens eſt dictum.

Videbunt multi.) Quoniam perſonam eorum qui ſalute ſunt potiti, iſta referũt, rectè Propheta dixit, quod ij qui bona iſta nunquam guſtauerunt, viſis hiſce formidaturi ſint, quòd nondum acceſſerint, nec ſpem hãc obtinuerint, neque diuino auxilio potiri ſint.

Beatus vir.) Vanitatem iſtarum & in præcedenti pſalmo meminit Propbeta. Et iterum: Veruntamen vanè conturbantur. Igitur & hoc loco beatum eum eſſe dicit, qui & præſentia contemnit, & ſpem diuinam loco illorum omnium poſſidet.

Multa feciſti tu Domine.) Maxima quidem ſunt & pulcherrima opera tua, humanam quoque laudem ſuperant, quę ſingulis ſunt temporibus abs tua prouidentia diſpenſata, vt ſub Moſe, Ieſu & Samuel: verùm quod nunc eſt factum, bis omnibus eſt admirabilius. Neq; enim vnius bominis aut gentis, ſed omnium gentium ſalu- D rem operaris.

Sacrificium & oblationem.) Pro legalibus namque ſacris membra noſtra conſecrare præcepit Dominus. Hac itaq; gratia tua cognita, inquit, meipſum tibi obtuli dicens, Ecce adſum. Hanc itaque vocem Apoſtolus ad Chriſtum refert, idque vehementer meritò. Eſt enim ille naturæ noſtræ primitiæ, primúmque decet, quæ noſtra ſunt prædicere, inque ipſo prælineare, quæ vos facere conuenit.

In capite libri.) Iam olim, inquit, in propheticis libris prænũciatum eſt de me. Caput Aquila & Symmacbus, volumen dixerunt. Ita verò & in hodiernum vſque diem Iudęi ſacras ſcripturas inuoluere ſolent.

Vt facerem voluntatem tuam.) Cum ad te, inquit, accedo, omni ſtudio in id incumbo, vt mandata tua adimpleam, & ſecundum voluntatem tuam vitæ meæ conuerſationem inſtituam. Illud verò, In medio ventris mei: ex eorum metaphora dixit, qui amicè erga quoſ- E dam ſunt affecti, ita vt quem diligunt, intrò in ipſum pectus includere cupiant. Hæc autem nec Ieremiæ competunt, nec Danieli. Lege ſiquidem adhuc obtinente, holocauſta & ſacrificia Deo offerebantur. At propbeticus ſermo his omnibus reiectis rationalem cultum oſtendit.

Annuntiaui iuſtitiam.) Et B. Dauid pollicetur, futurum vt in Eccleſia magna, quæ videlicet per vniuerſum orbem diuina eſſet gratia collecta, iuſtitia Dei, & propbetiæ huius veritas, & celeberrima ſalus, & immenſa miſericordia prædicetur. Et ipſa ſeruata natura, hanc ſe pro accepta ſalute retributionem reddituram pollicetur, quod velit ad Eccleſiam cõcurrere, labiáq; ad hymnodiam mouere, ac iuſtum prædicare iudicium. Illud verò, A concilio multo: Symmachus reddidit, In multitudine: Aquila verò & Theodotion poſuerunt, In Eccleſia magna, vnde manifeſtum eſt, quòd de eadem loquutus ſit Eccleſia. F

Tu autem Domine ne longè facias.) Eccleſia Dei etiam, poſteaquam ſalute Dei potita eſt, adhuc eadem opus habet prouidentia, propter multiuarios tam hominum quàm dæmonum incurſus, quorum in ſequentibus mentionem facit.

Miſericordia tua.) Nemo putet iſta iis, quæ dicta ſunt non conuenire. Nam & tres pueri in camino ignis orantes dicebant, Peccauimus, iniquè egimus, iniuſtè fecimus. Et quàm plures alios reperies ſeipſos humiliátes & condemnantes. Ita & hîc Eccleſia Dei maximis

procellis

procellis ab impiis petita, non ſupetbit, tan-
quam decertans: ſed peccatis & delictis, quæ
dicuntur depntet, oratque vt auxilio Serua-
toris potiatur. Aliàs etiam Eccleſia Dei non
conſtat vniuerſa ex perfectis, ſed ſimul ex his
qui tranquillè viuunt, & quietam vitam am-
plectuntur. Et quoniam illa vnum eſt cor-
pus, velut ab vna perſona tam illa, quàm iſta
proferuntur.

Complaceat tibi Domine.) Neque enim vulne-
A rate tantùm, ſed æternæ morti deſtinare me
volunt.

Auertantur retrorſum.) Verte illos in fugam,
inquit, & cura vt errent ab iis quæ cupiunt:
mala ſiquidem mihi moliuntur. Et his qui me
ſubſannant ac derident, fructus loco confuſio
contingat.

Exultent & lætentur. Eos, inquit, qui te quæ-
runt, ac perpetuò laudant, continua reple læti-
tia: non accipiant gaudij mutationē. Non enim
iis qui ſimplicter diligūt letitiam, hanc appre-
catus eſt: ſed his qui continuò deſideratum ha-
bent amorem.

Ego autem mendicus.) Quemadmodum ſuprà
peccatorū meminit, ita hîc Eccleſiam egenam
& auxilio egentem, diuinúmq; adiutorium im-
plorantem vocat. Conueniunt autem iſta ſin-
gulariter beato Dauidi. Arbitror enim, quòd
prophetiam hanc, & gratiæ Chriſti magnificē-
tiam contemplatus, egenum ſe & pauperem
appellauerit: & ipſe quoque orans, ne prænun-
B riata illa ſalus elongaretur, ſed quàm velociſſi-
mè mortalibus exhiberetur, diuina hac benefi-
centia potiri petierit.

ARGVMEN. PSAL. XL.

*Sunt qui hunc pſalmum Dauidi, rurſus ſunt alij
qui illum Ezechia deputāt. Non ſinit autem diuinum
Euangelium, vt alterutrū recipiamus. Dominus Chri-
ſtus, cum ſermonem quendam ad S. diſcipulos faceret,
iſta ſubiunxit, Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea.
Nō de omnibus vobis loquor Noui enim quos elegerim.
Sed vt ſcriptura impleatur, Qui manducat panem
meum, leuabit contra me calcaneum ſuum. Cum ergo
Dominus præſentem pſalmum ſibi cōpetere ſoli oſten-
derit, audaciam ac temeritatem eſſe puto, ſi aliud quiſ-
quam argumentum illi adfinxerit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

Beatus quis.

B*Eatus qui intelligit.*) Egenum vocat eum, qui
omnium eſt Dominus. Quoniam cum diues
C eſſet, inquit Apoſtolus, propter nos egenus eſt
factus, vt nos ipſius paupertate diuites efficere-
mur. Beatum itaque vocat eum propheticus ſer
mo, qui hanc egeſtatem intelligere, ac pro viri-
bus celebrare potuerit.

In die mala.) Significat opinor, diem iudicij,
diem malum futurum, eo quòd iniquos ſit ad-
flicturus: ac pollicetur futurum, vt ſincera iſta
paupertatis huius intelligentia à malis formi-
dandi huius diei, eum qui hanc habeat, liberet:
efficiátque, vt nō ſolùm futuris bonis potiatur,
ſed & proſpera celebritate in præſenti quoque
vita, illuſtris ac ſpectatus repleatur, ac ſimul ini
micorum inſidias effugiat: & quoniam corpus
habeat adhuc corruptibile, ideóque veroſimile
ſit, vt in morbos incidat, & ab his illum liberā-
dum eſſe promittit.

Dominus opem ferat illi.) Omoi, inquit, infir-
mitate illum liberabit, ac morbū in ſanitatem
commutabit. Illud enim, Vniuerſum ſtratū eius
verſaſti, pro Commutaſti poſuit. Iam poſtquam
retributiones eius recenſuit, qui deſideratam
hanc egeſtatem intelligit, conſequenter oſten-
dit, quis illam habuerit: cum ipſum de hac do- D
centem, & de ſeipſo diſſerentem inducens.
Ego, inquit, egenus ille ſum, qui voluntariam
in me paupertatem ſuſcepi, agnus ille Dei,
qui mundi peccatum ſuſtuli, qui paſſiones mor
talium mihi appropriaui, qui peccatum non
feci, & tamen hanc pro humana natura oratio-
nem obtuli.

Inimici mei dixerunt mala mihi.) Inimicos vo-
cat Iudæos, odio ſe proſequentes, & ad mor-
tem vrgentes: id quod & S. librorum, Euange-
liorum videlicet hiſtoria docet. Cōſilium nam-
que cœperunt, inquit, quomodo eum morti
traderent.

Cor eius congregauit.) Vaticinium hîc ad Iudam *Vaticiniū*
transfert. Sic enim & diuini nos Euangeliſtæ *de Iuda.*
docent, quòd Iudæis ille dixerit, Quid daris
mihi, & ego vobis eum tradam? Quæſiuit an-
tem opportunitatem, vt traderet eum. Hæc &
vaticinium hoc dicit, & ipſe rerum exitus iſtis
aſtipulatur. Quòd enim tacitè inter ſe contule-
runt, inſidiarum modum quæſierūt. Deinde & E
tyrannidis eum condemnarunt, Pilato dicētes,
quòd ſeipſe regem feciſſet, Cæſariq; tributum
dare prohibuiſſet. Hoc & prophetia prædicit,
& Euangeliſtæ narrant.

Verbum iniquum, &c.) Hoc eſt, Præuaricatio-
nis accuſationem contra me inſtituerunt.

Nunquid qui dormit.) Etiamſi mortem pertu-
lero, inquit, reſurgam tamen: & qui hãc ſubor-
narant, diſſipabo.

Etenim homo pacis meæ.) Manifeſtius hoc Aqui-
la & Theodotion ſic dixerunt, Atqui vir pacis
meæ, in quo ſperaui: Symmachus verò ſic, Sed
& homo qui pacificè mecum egit, in quo ſpe-
rabam. Non enim, inquit, inimici mei tantùm
mortem intentarunt: ſed & homo ille qui mihi
conuixit, & pacem ac beneuolentiam hypo-
crita ſimulauit, qui eadem menſa & alimo-
nia mecum eſt vſus, dolum quem habebat e-
nudauit. Dolum enim calcaneum nominauit, *Calcaneū*
ex eorum videlicet metaphora, qui de curren- *quid.*
di velocitate certantes, eos qui vnà currunt, F
calcaneo ad hoc vt impingant & cadant, impe-
dire conantur.

Tu autem Domine miſerere mei.) Et hæc omnia
tanquam in perſona aſſumptæ naturæ ſunt di-
cta, in qua & paſſio eſt tolerata. Nam ita in ſan-
ctis Euangeliis Dominum Chriſtum orantem
audiuimus, Pater ſerua me ex hac hora.

In hoc cognoui, quoniam voluiſti me.) Et iſta for-
mæ ſerui conueniunt, quam in ſe vnigenitus fi-
lius aſſumpſit. Non enim angelos, vt D. Apoſto
lus ait, ſed ſemen Abrahæ ſuſcepit.

Et cōfirmaſti me.) Iſta vaticinatus eſt. D. Dauid,

& indicendam philanthropian Dei,& eum intelligens,qui voluntariam hanc in ſe paupertatem ſuſcepit:ac ſimul hymnum illi per linguam ſuam obtulit, vt beatum & ipſe finem reportaret. Rectè autem poſt paſſiones, hymnum illi obtulit:vt doceret eum,de quo prophetauit,nō ſolùm eſſe hominem, ſed & Deum ante ſecula ſempiternum, cuius eſſentia perditionis capax eſſe nequeat.

A ARGVMEN. PSAL. XLI.

Populum Deus,cū peccaſſet, Babylonijs tradidit,decretis ad captiuitatē eum annis ſeptuaginta. Velut igitur ex horum perſona lamentantium,ac libertatem deſiderantium dictus eſt hic pſalmus. Quoniam enim in illis pij quidam erant, vt D. Daniel, & ſ. ſpicientiſs. Ezechiel,& plures alij Deum diligentes:& cultū illi legitimum affectantes, horum ſumpta perſona propheticus ſermo, quæ ab illis eſſent dicenda, ante multas generationes docet. Inſcriptus eſt autem hic pſalmus In finem, eo quòd poſt prolixam temporis periodum finem eſſent,quæ dicuntur accepturæ.

Scholia in eundem Pſalmum.

Q*Vemadmodum deſiderat.*)Ceruas dicūt venantes vocare beſtias,indéq; vehementer ad ſitim accendi, & aquas feruentius appetere. Cum igitur Babyloniis viris, qui impiè & iniquè viuebant,ac ſerpentibus ſimiles erāt,pij conuiuerēt:rectè,inſtar ceruarum, Deum ſitire
B ſe dixerunt, liberari ex ea calamitate cupiētes, diuinúmque auxilium expectantes.

Sitiuit anima mea.) Deſidero, inquit, & ſitio veri Dei cultum. Illud enim,Quando veniam & apparebo ante faciem Dei:de cultu Dei, qui ſecundum legem erat,dixit. Admodum autem competenter Deum fortem ac viuentem nomināt,ad inanimata & immobilia Babyloniorum idola reſpicientes.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ.) Cum noctes, inquit, ac dies lamentarer, ſatiari tamen non poteram,ſed erant mihi lachrymæ loco cibi, cum probris in te iactatis impeterer. Inimici ſiquidem ſubſannāt me,ac prouidentiam tuam tanquam imbecillem obijciūt. Quocirca cum iſta continuè cogitarem, ſine intermiſſione lamentabar.Illud enim,Effudi in me animam meam: idem eſt atq;,Pudefiebam & ad lamentandum permouebar.

Tabernaculum. *Quoniā trāſibo.*)Tabernaculū vocat protectionē Dei.Itaq; poſt triſtia quę placita ſunt prædi-
C cat & prædocet,vtpote quòd velociſſimè reuocationem ſint adepturi,à diuina gratia reducēdi: & quòd ad terram deſideratam ſint redituri,ac domum Dei reædificaturi,conſuetáque feſta celebraturi,& feſtiuum ſonitū ac ſpiritalem melodiam auribus ſuis hauſuri.

Quare triſtis es anima mea.)Cum hæc promiſſa acceperis,ô anima,ceſſa animum deſpōdere ac lugere, ſed ſpe potius firmata propheticæ finem expecta,vbi viſa ſalute quæ continget, hymnos ſeruatori Deo offeres.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt.) Habēt iſta quandam affectuū expreſſionem animæ ſecum differentis. Quoniam enim dixit, Ceſſa à luctu:reſpondet illa dicens, Non fruſtra lugeo & lamentor. Mouet enim mihi lachrymas patriæ terræ memoria. Terrā enim Iordanis,promiſſionis terram vocat. Per montem autem & fluuium,omnem illam terram ſignificauit.

Abyſſus. *Abyſſus abyſſum.*) In terra illa agens,inquit, inimicorum tradita ſum multitudini, & velut in abyſſo ſubmerſa. Abyſſum enim vocat militares acies,& multitudinis exuberantiam immenſis aquis comparat: & quæ ab illis fiebant, D antiquo illi diluuio aſſimilat. Tu enim illos induxiſti, inquit, vt præuaricationis pœnā de me ſumeres.

Omnia excelſa tua.) Tempeſtates tuæ & fluctus tui ſupra me tranſierunt. Quoniam enim militiam abyſſo comparauit,in ea forma permanent:& impetus qui ab inimicis fiebāt, fluctus ac tempeſtates vocat.

In die mandauit Dominus.) Cum enim ſciā,inquit, miſericordiam Dei nunquam non ſuppeditari,ac nocte hoc in meipſo cogitem, cano & hymnum illi diro, qui res noſtras tanta prouidentia diſpenſat.Offero autem illi & preces,orans vt hac philanthropia potiri liceat.

Dicam Deo,Suſceptor meus es.) Hæc,inquit, ad Deum meum dico. Prouidētia tua ſemper ſum fretus.Qua de cauſa illa me iam priuaſti,vt ſine intermiſſione lugeam ac lamētem, propter probra quæ ab inimicis inferuntur.Contumelia ſiquidem afficientes me, plagiſque ac vineulis oſſa mea conterentes,ſubſannant me dicentes, E
Vbi eſt Deus tuus? dum iſta me propter tuam imbecillitatem ferre putāt.Illud autem,Quare oblitus es mei? idem eſt ac ſi dicat, Quare mihi prouidentiam tuam impēdiſti? Obliuionis ſiquidem paſſio Dei propria non eſt,ſed humana:proprium verò Dei eſt, nullis eſſe paſſionibus ſubiectum.

Quare triſtis es anima mea.) De ſalute, inquit, ô anima ne deſperes. Habes enim ſeruatorem Deum, in quo firmam cum ſis adepta ſpem, extingue iſtam triſtitiam, conſolationémque admitte.

ARGVMEN. PSAL. XLII.

Inſcriptionem apud Hebræos non habet hic pſalmus, propterea quòd eiuſdem cum præcedenti eſt ſententia.Orant autem Deum,qui præcedētis pſalmi verba loquuti ſunt, vt inter ſe & Babylonios multa crudelitate vtentes, iudicet: vnde illos etiam gentem non ſanctam, ac regem eorum virum iniuſtum ac doloſum nominant. F

Scholia in eundem Pſalmum.

I*Vdica mihi Deus.*) Eandem denuò orationem proferunt,ab inimicorum crudelitate liberari obſecrantes,propter quam triſtes ac mœſti ſemper erant.

Quare me repuliſti?) Non dicūt hoc accuſandi gratia, ſed quòd eū alieni eſſent ab aliorū præuaricationibus,nihilominus vnà cum illis diuina priuari eſſent prouidentia.

Emitte lucem tuam.)Tempus hîc immutarunt

Septua-

Septuaginta,& de futuris tanquam de præteritis loquuti ſunt. Alij verò manifeſtiorem interpretationem poſuerũt: Emitte, inquiunt, lucem tuam & veritatẽ tuam, quæ deducent me. Oro, inquit, vt auxilio too fruar. Per hoc namq; poſſibile mihi erit, vt & acerba hac ſeruitute liberer, & ad patriam terram reuertar, & in templo repurgato legalem cultum offeram. Tabernacula ſiquidem, templum appellauit. & mõtem ſanctum Siona: lucem verò & veritatem, diuinam apparitionem. Quemadmodum enim calamitates caliginem, ita liberationem ab illis lucem nominat.

Tabernacula pro templo.

A

Et introibo ad altare Dei.) Redirum, inquit, deſidero exoptatiſſimũ altare tuum videre, & per illud te Dominũ contemplari geſtiẽs, qui mihi multiuariæ lætitiæ & gaudij cauſas exhibuiſti. Illic autem cum cithara conſueras tibi hymnodias perſoluam. In ſalicibus enim ſuſpendimus organa noſtra, legis præuaricationẽ rati, ſi extra tuum te locum coleremus.

Spera in Deo.) Et hîc manifeſtum eſt, quòd eandem vtrique pſalmi ſententiam habent. Seipſos admonet, qui verbis hiſce ſunt vſi, vt ſpes meliores habeant, mœſtitiæque paſſionem ſuperent, ac ſalutem à Deo expectent, vt quę ſine omni dubitatione ſit exhibenda.

ARGVMEN. PSAL. XLIII.

Pſalmum hunc Propheta non in ſua, ſed Machabæorum perſona dicit, quæ illorum tempore futura erant B *edifferens ac prænuncians. Solent enim ad hunc modum Prophetæ, omnia tempora percurrere: præterita, præſentia & futura. Qui verò Machabæi fuerint, & quæ ab illis ac ſub illis ſint geſta, ipſorum hiſtoria declarat: quæ hoc loco, tanquam cognita, ſunt omittẽda. Hi ergo, qui bellum erant cõtra Antiochum geſturi, videamus quæ ſequuntur.*

Scholia in eundem Pſalmum.

DEus auribus noſtris.) Quoniam nonnulli ex eis qui vnà erant ad id bellum deſcripti, multitudinem & acies hoſtium: deinde & præoccupatam victoriam, & quòd omnes excurſus intercepiſſent, videntes, ſuámque imbecillitatem reputantes, facillimè ab eo opere deijciebantur: vt animos eorum erigeret, oſtenderétque, in re militari omnia ſita eſſe in manu Dei, alacriores eos reddit. Omnis itaque ipſorum oratio, incitamentum eſt exercitibus, omnia Deo commẽdare iubens. Quare autem di-C xit, Auribus noſtris audiuimus? Mos hic vulgatus eſt inter homines. Quando enim quædam differũt de iis, quorum perſuaſionem admittunt, auribus illa ſuis audiuiſſe dicũt. Quod igitur de auribus adijcit, eius eſt qui auditori certò perſuader.

Patres noſtri.) Audite hoc, quotquot filios veſtros negligitis. Fecerant illi parentes oræ ſua quaſi quoſdam libros ad inſtructionem filiorum ſuorum, tam ipſi in memoria beneficiorum Dei perſeuerantes, quàm filios ſuos huiuſmodi narrationibus ad cognitionem Dei inducentes.

Opus quod operatus es.) Vetuſtæ cuiuſdam narrationis meminit. Quare autem non recentis alicuius mentionem facit? Quoniam apud homines quidem rectè recẽtium rerum narrationem facimus, propter imbecillem eorũ memoriam: apud Deum verò, cui omnia ex ęquo ſunt cognita, tam vetuſtarum quàm recẽtium. Nihil hîc diſcriminis eſt.

Manus tua gentes.) Vide quomodo dictione propriè vtatur. Non enim, inquit, victoria contentus fuiſti, ſed vlterius omnia ſunt progreſſa. D Qui terram iſtam detinebant, radicitùs ſunt euulſi. Aduenæ verò, ciues & habitatores illius ſunt facti. Iam ſi aduenas illos tanta velocitate victores eorum qui terram inhabitabãt conſtituit: multo magis nos, qui patriis ſumus ſedibus eiecti, non contemnet. *Aduenæ.*

Non enim in gladio ſuo.) De Ægyptiis quidem hoc dici tradunt: mihi verò & ipſum de Gentibus dici videtur. Atqui omnino armari vicerũt in bellis. Armati quidem, verùm opus ipſum non erat armorum: ſed Dei, qui exercitus eorum ducebat. Vide quomodo formæ orationis conſilium intexat. Quomodo autem cauſam hanc hæreditatem patrum & maiorum vocat, cum illi terrã hanc non obtinuerint? Quoniam ad hos erat illius facta promiſſio.

Sed dextera tua.) Cum de dextera & brachio Dei dixiſſet, quoniam craſſiorum dictionũ meminerat, vide quò ſermonẽ reducat & euehat. Et illuminatio vultus tui, inquit, auxiliũ & prouidẽtia tua. Deinde & rationem huius ſubiun- E git, dicẽs, Quoniam placatus fauebas eis, quoniam ira volebas. Erat itaque hoc gratiæ, non meritorum.

Tu es ipſe rex meus.) Alius principatum gerit ſupra ſalutem Iacob. Et quomodo hoc præcedentibus conuenit? Admodum. Quod enim dicit tale eſt, Nos ſumus illorum filij. Deus idem ipſe eſt, qui & tunc temporis & iam operatur. Vnde eſt igitur tanta rerum mutatio? Illud verò, Qui mandas, idem eſt quod, Qui iubes, qui denuntias, vt ſeruetur Iacob. Rurſus hîc auxilij facilitatem, ac multam potentiam commendat. Nec ſimpliciter progenitoris Iacob meminit, ſed iuſtitiæ loco virtutem eius, Deum placare volens, prætexit. Et tu idem ipſe es, inquit, & prouidentia tua eadem, & nos tibi accenſemur. Hoc enim eſt quod dicit, in te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Speramus victoriã, ab eo quòd cornea tubæ ſonant, quæ ciuitatem inimicam deiecerunt. F

Et in nomine tuo.) Alius habet, pro Contemnemus, compatiemur. Ne putabimus quidem illos aliquid eſſe, ſed tanquam non ſint, ita perſequemur eos.

Non enim in arcu meo ſperabo.) Alius habet, Confiſus ſum. Et quare armis illis es vſus, ſi nihil in illa ſpei collocaſti? Quoniam Deus ita præcepit. Et ob eam cauſam vtor illis quidem, verùm totũ in ipſum cõijciò. Quid neceſſe eſt, inquit, vt quæ maióribus noſtris acciderũt adferamus? Nos ipſi multa adnumerare poſſumus prouidentiæ tuæ pignora. Huius enim gratia

dicit, Et odientes nos confudiſti. Non enim ſimpliciter nos eripuiſti, ſed cum eorum confuſionē qui contra nos inſurgebant.

In Deo laudabimur tota die.) Alius habet, Deū laudabimus tota die. Quæ victoriam concernunt, tranſierunt: quæ verò ad gratiarum actionem pertinent, nos manent. Totam namque diem, totam vitam intelligit. Non ſolum, inquit, cum ſuccurris nobis, ſed & quando deſeris. Illud, Nunc autem repuliſti: alius habet, Si A quidem repuliſti, atqui repuliſti: alius, Sed prætetea abieciſti, &c.

Et non egredieris.) Alius ſic, Et non progredieris in exercitibus noſtris. Repulſam enim confeſtim ſequitur confuſio: & qui repelluntur, omnibus ad hoc ſunt obnoxij, vt affligantur. Virtutes autem hîc exercitus ipſorū vocat, propterea quòd in illis eſt regni virtus. Quid verò eſt, quòd dicit, Siquidem repuliſti nos? Hoc dicit: Quamuis talia paſſi ſumus, à te tamen non deficimus, te glorificantes, & celebrantes, & in te gloriantes.

Auertiſti nos retrorſum.) Vide quomodo mala quę acciderunt extollat, & acceptam calamitatem tragico more exaggeret: vt oſtēdat, quòd etiamſi vehementer peccatores fuerint, ſufficientes tamen pœnas dederint: tantùm non dicens, Omnibus facti ſumus ignominioſiores, poſteaquam tua ſumus prouidentia priuati. Et ne hactenus quidem conſtiterunt hęc mala, ſed inſuper pabulum etiā facti ſumus hoſtibus, qui B nos pro viribus ſuis depaſcūtur. Hoc enim eſt, quod dicit, Diripuerunt nos ſibi ipſis, nemine exiſtente qui prohiberet.

Dediſti nos.) Quid eſt quòd dicit, Tanquam oues eſcarum? Feciſti nos quibuſuis ad prædādum expoſitos & deſpicatos. Sunt enim oues quædam poſſeſſionis, ad fœturam accommodę: ſunt verò rurſus aliæ quæ vel propter ſenium vel ſterilitatem, ad eſcas tantùm ſunt vtiles. Hoc verò omnium eſt grauiſſimum, primùm in gentes diſpergi: deinde nec legem inter illas exactè cuſtodire poſſe, ſed patrio regno excidiſſe: & non in gentem duntaxat aliquam, ſed vbique diſperſos, & ad hoc vnum eſſe diſpoſitos, vt malè afficiamur, & nec vlciſci nos, nec manum quidem in contrarium extollere poſſe. Quid igitur eſt quod dicitur? Vilitatem & contemptum huius populi exprimit. Tanquam vilis precij nos, inquit, & contemptos dimiſiſti. Et hoc ex humana eſt conſuetudine ſumptum. Solemus enim ignobilia & vilia ſæpe-C numero abſque precio tradere. Quemadmodum enim, inquit, ſi homo res ſuas deſerat ac proſtituat, ita & ipſe nos tāquam inglorios deſeruiſti. Hoc ſanè & in eo quòd ſubiungit, manifeſtat dicens: Et non erat multitudo in commutationibus noſtris. hoc eſt: Cum emeremur ac diſtraheremur. Precium enim, commutatio eſt, quæ datur. Alius habet, Pompam quæ circa nos erat. Graue eſt hoc ſupplicium & intolerabile, præſertim coram inimicis probris affici: idque ſi hoc ferendum ſit ab hoſtibus, & circūſtent ij qui cupidè irruāt. Quid eſt autem quod dicit, Poſuiſti nos in parabolam? hoc eſt, in fabulam prohroſam.

Commotionem capitis.) Alius, Trāſpoſitionē habet, vt hoc videlicet dicat: Quoniā tranſpoſuiſti nos. Vel per hanc commouendi capitis figuram, veſaniam eius qui vehementer inſultat, oſtendit.

Tota die verecundia mea contra me eſt.) Alius ſic, Confuſio mei coram me eſt.

A voce exprobrantis.) Alius habet, Blaſphemantis. Hæc illum magis quàm reliqua ſupplicia momorderūt. Quoniam, enim, inquit, nun- D quam nō vſus ſum rerū proſperitate, hoſtéſque proſtratos ac prolapſos deuici, apertáque ſunt omnium ora, nóſque in ſortem veneramus aliis contrariam. Nam illi quidem ante illata mala proſtrati ſunt, nos verò poſt illa ſtetimus immoti. Hæc verò dicunt, vt ſpe bona recreent eos quos ſecum habebānt. Illud verò, Nec iniuſtè egimus in teſtamento tuo: idem eſt ac ſi dicat, Quæ nobis commendata ſunt, exactè cuſtodiuimus.

Et non receſſit retro cor noſtrum.) Alius ſic, Et non ſeceſſit. Quod quidem antea dixit, hoc & iam dicit: videlicet, quòd cum in tantis eſſent fluctibus, ne minimum quidem animum deſponderint. Viam autem legem dicit, à qua ſe *Via pro* non declinare dicunt: vt ſit in communi hæc *lege.* particula negatiua, vtraque periodo nec receſſiſti retro, nec exorbitaſti. Huic enim ſententiæ & aliorum expoſitio conſonat. Si verò non intelligatur in communi negatiua particula, exponatur ad hunc modum illud, Declinaſti E ſemitas noſtras à via tua. Nos quidem omnia cuſtodiuimus, tu verò templum tuum deſolatum reddidiſti, & nos inter alienos agere feciſti, quod non ſinit, vt cultus tuos perficiamus. Via enim eſt templum, qua ad cultum quaſi manuducimur.

Et cooperuit nos vmbra.) Videntur hæc mihi reſpondere ſuperioribus, vbi mala ſua recenſent, dicentes, Et pudor faciei meæ operuit me. Et, Humiliaſti nos in loco afflictionis. Quòd ſi quis hāc particulam ad id retulerit, quod dixit, Et declinaſti ſemitas noſtras à via tua: cōſonantiam hîc habet, ſecundum ſenſum quem diximus. Declarat enim, quomodo ipſos à ſemitis repulerit, cōuerſationis dico, tam populi quàm cultuum legaliū: eo videlicet, quòd in loca deſerta abducti, & in medio hoſtium derelicti eſſent. Hoc namque eſt, quod dicit, Et operuit nos vmbra mortis, pericula notans mortem generātia. Quòd autem hæc mala effugi nequeāt, F per ea exprimit, quòd & vmbram & operimentum ponit.

Si obliti ſumus nomen.) Hoc eſt, gratorum domeſticorum, vt etiam malè adfecti, dominum ſuum colant. Inſtruunt etiam hîc auditores, vt Deum toto corde colant. Nouit enim, inquit, abſcondita cordis. Hæc autem ideo dicunt, vt abſterreant eos, ne quid Deo indignum cogitent. Deinde, multum hinc eſt virtutis augmentum.

Et ſi expandimus manus noſtras.) Eſt & hoc magnum, ſi quiſquā in cultu Dei perſeueret, nec ad alterū deficiat. Id verò multo eſt amplius, ſi

continuis

continuis mortihus ingruētibus eam dilectionem ſeruet. Quapropter & dixit, Proprer te mortificamur tota die. Poteramus paternam cōuerſationem relinquere, & ſecurè agere: verùm maluimus adfligi, & patriam religiooem ſeruare, quàm pace accepta patrüs obſeruationibus excidere.

Æſtimati ſumus ſicut oues.) Oſtendir hîc cùm ipſorum probitatē, tum Dei virtutem. Dignum eſt autem ſtupore, quòd eos qui inſtar ouiū ma-
A ctationis erant expoſiti, illæſos ſeruauit: & cum quotidie morerentur, paſſus tamen non eſt incidere in mortem.

Exurge, quare obdormis.) Alius baber, Excitare: alius verò, Quare es tanquam dormiens: alius, Expergiſcere. Quod verò dicit, tale eſt: Pores amoliri hæc mala. Non enim per iofirmitatem, ſed per conceſſionem tuam fiunt. Somnum enim hîc, conceſſionem: reſurrectionem verò, retributionem: & faciem, auxilium vocat.

Obliuiſceris inopiæ noſtræ.) Vide iterum animi candorem. Non dixit, Ohliuiſceris meritorum. Verùm quando pro eo reſpondet, tum illa profert: quando verò auxilium quærit, tunc per ea ſeruari orar.

Quoniam.) Rurſus animi probitatem vide. Quooiam, inquit, humiliata eſt ad puluerem vſque anima noſtra. Quia dixir, Obliuiſceris ioopiæ ooſtræ: hoc eſt, adflictionis noſtræ: iam cooſequenter eam adflictionem commemorat.
B Quod autem dicit, tale eſt: Non eſt cōparatnm nohiſcū melius qoàm cum mortuis. Poteſt autem & de guloſis intelligi, quod dicit, Adhæſit terræ venter noſter.

Exurge.) Alius, Sta ad adiuuandum nos, & libera nos propter miſericordiam tuam. Vide qoomodo ſermonem clauſerit. Poſt mille virtutes vnde ſeruari orat? Ex miſericordia ac benignitate.

ARGVMEN. PSAL. XLIIII.

Epinicios eſt hic pſalmus, Super floribus filiorum Core. Alius habet, Victori in liliis. Hebræus verò, Pro liliis cantemus canticum laudis, ad dilectum. Alius ſic, Canticū intelligentis ad amores. Rurſus alius, Delectis: Septuaginta verò, In finem pro immutādis, filiis Core, ad intellectum canticum pro dilecto.

Scholia in eundem Pſalmum.

C ERuctauit cor meum.) De Chriſto hic pſalmus ſcriptus eſt. Quapropter & titulus, Ad dilectum, habet, & pro immutandis. Magnam enim mutationem operatus eſt. Vnde & orſus non dicit, Cor meum dixit. Quoniam enim nihil eorum quæ hîc dicuotur, humanum eſt, neque propriæ adinuentioois, ſed ex diuina energia, eructandi verbo illud exprimir. Nam verhum quidem noſtrum, quando volumus loquimur: eructationem verò non ita. Quapropter eructationem prophetiam vocat. Talia aurem eructauit, qualia ſunt quibus pauit. Non cibum autem nec potum, ſed menſæ ſuæ cognata, nempe vetbum bonum de vnigenito. Is enim potiſſimum bonus eſt.

Lingua mea calamus.) Calamus ea ſcrihit, quæ manus, qua tenetur, ſcribere iuſſerit. Per velocem autem ſcribam, gratiam oſtēdit. Qui oamqne de ſuo loquitur, tardus eſt meditando & componendo. Quando verò ſpiritus mentem mouer, nihil eſt quod remoretur. Deinde vt oſtendat eorum quæ dicuntur, nihil eſſe humanum, ſubinngit,

Speciſus forma.) Sunt qui hoc de lingna dictū eſſe tradant, quòd illa calamus ſpecioſus ſit pulchritudioe. Mihi autem de Chriſto hîc dici videtur. Quapropter & alius ſic habet: Pulchritudine elegans es factus, à filiis hominum. D

Diffuſa eſt gratia.) Vide hîc quòd de diſpenſatione Chriſti ſit ſermo. Gratiam autē eam dicit, quæ in catnem noſtram venit. Omnis enim gratia in templum illud eſt effuſa. Non enim ſpiritum dat Deus in menſura. Nos ſiquidem ex plenitudine eius accepimus. At templū hoc omnem ad ſe gratiam traxit. Similiter & illud, Propterea benedixit te Deus in ſeculum, de carne eſt dictum. Deus namque benedictione non eget.

Accingere gladio tuo.) Ea ſignificat, quæ operatiooes eius oſtendunt. Cum autē arma audis, ſupplicium intellige, quo puoït. Vide verò & in craſſioribus iſtis nominibus, quàm nulla re egeat Deus: nō enim prius atmorum meminit, quàni poteotem eum vocarit. Et iterum, poſteaquam arma recenſuit, omnem victoriam dexteræ: boc eſt, naturæ & potentiæ eius deputar. E

Specie tua & pulchritudine tua.) Gladius, ſpecies, pulchriudo, idē ſunt atque dignitas, gloria & magnificentia. Orat igitur Propheta pro otbe, in bellum eum educens.

Intende, proſperè procede.) Dimittitur ſermo de ſublimioribus ad humilia. Cum dicit, Iotende: arcum nobis manifeſtat, & iaculum. Deinde vt oſtēdat, quòd armis non egeat: ſubdit, Proſperè, procede & regna.

Propter veritatem.) Vide quomodo Scriptura ſeipſam exponat, oſtendátque ſpiritalem haoc eſſe victoriam. Qui enim armorum meminit, quomodo manſuetudinis mentionē facit? Quæ namque communio manſuetndini eſt, & bello? Multa. Nam & Dauid & Moſes omoium hominum fuêre manſuetiſſimi: & tamē etiam illi viſi ſunt vltores. Hoc enim manſueti eſt, quæ in ipſum cōmiſſa ſunt remitrere, iniuria verò adfectos vlciſci.

Et deducet te mirabiliter.) Hoc eſt: Natura ſibi ſufficit ipſa, quemadmodum & potētia, ad F hoc vt quæ agenda ſunt videat, & finem illis imponat. Alius habet: Terribilis eſt dextera tua.

Sagitta tua acuta.) Poſtquam ſagittarum meminit, adiecit, Poteotiſſime: vt diſcas illum non egete ſagittis, ſed eum ſibi ipſum ſufficere. Illud verò, Populi ſub te cadent: parentheſis eſt. Eſt itaque mihi duplex hoc loco expoſitio. Aut enim Iudaicam captiuitatem, aut per anagogen, verbi potentiam dicit. Prædicationis enim verbum ſagittis acutius otbem penettauit, & eorum corda qui an-

tea regis erant inimici, corda tetigit: non vt oc-
cideret, ſed vt attraheret.

Sedes tua Deus.) Primùm de diſpẽſatione diſ-
ſerit, & tum demum de diuinitate. Hoc autem
de regno eius dictum eſt, quod ſempiternum
ſit in ſecula. Et iterum quod principio careat,
cum dicit, Quia regnum tuum, regnum eſt om-
nium ſeculorum. Quemadmodum autem thro-
nus, ſymbolum eſt regni: ita & virga cùm regię
tum iudiciariæ poteſtatis eſt ſymbolum. Qua-
A propter & dicit, Virga æquitatis, &c. Eſt enim
ibi munda iuſtitia.

Propterea vnxit te Deus.) Oleum hîc, vnctio-
nem vocat. Erat enim oleum Spiritus ſancti
ſymbolum. Alioqui & Abraham vnctus eſt vo-
catus, & prophetæ. Non autem omnes oleo
ſunt vncti. Christus verò vnctus eſt, quando
tanquam in ſpecie columbæ Spiritus ſanctus
ſupra ipſum venit. Conſortes autem ſpirita-
les homines vocat, quemadmodum Iohan-
nes dixit, Nos omnes de plenitudine eius ac-
cepimus. De Domino verò: Non in menſu-
ra, inquit, dat Deus Spiritum: ſed totus in
eum deſcendit.

Myrrha & gutta.) Vtraq; mihi ſunt accepta.
Quemadmodum cum arcũ & gladium audis,
non carnaliter intelligis: ita & cum myrrham
audis. Illud verò, A veſtimẽtis tuis, docet, quòd
& ipſa gratia referta fuerint, ſicut ſenſit mulier
hæmorrhoyſſa, cum illa tetigiſſet.

A domibus eburneis.) Poſtquam dixit, quę geſ-
B ſerit, ſubiungit & honorem, quòd in templis
precioſiſſimis ſit adorandus. Vetus enim mate-
rialem ab elephantis honorem habebat. Et rur-
ſus prædicationem ſignificat, quòd non idio-
tas tantùm ſit contractura, ſed & reges ſubdi-
tura. Volẽs enim Propheta prędicationis oſten-
dere virtutẽ, dicit, quomodo attraxerit mulie-
res, viros, idiotas, diuites: & eos ipſos qui dia-
dematis ſunt ornati, & quòd vbiq; templa ſint
Deo erecturi.

Aſtitit regina.) Abiecta illa & deteſtabilis in
quantam ſublimitatem aſcendit, & cum mini-
ſtratoribus ſpiritibus regi adſtat? Ipſe quidem,
quoniam eiuſdem eſt cum patre honoris, à de-
xtris ſedet: ipſa verò ſtat. Licet enim regina ſit,
ex ipſius tamen non eſt eſſentia.

In veſtitu deaurato.) Per ſenſibilia iſta ſenſus
accipe Deo cõperentes. Subiecit enim: Omnis
gloria eius ab interioribus eſt. Atqui veſtitus
C omnium potiſſimum ſunt ab exterioribus. Ve-
rum eſt, cum ſunt corpori: cum verò ſpiritalia
ſunt, mentis oculum intro vertunt. Hoc autem
accepit per baptiſma. Non dicit, Aurũ: ſed, De-
auratum, propter doctrinæ varietatem.

Audi filia.) Audi, inquit, verba mea, vide mi
racula & opera mea, & admitte adhortationes.
Quoniam enim cõſuetudine erat ex gentibus,
Obliuiſcere inquit. Non ſolùm dicit, Fuge: ſed,
Ne recordare quidem. Deinde: Si hæc feceris,
cõcupiſcet rex pulchritudinem tuam. Nihil hîc
Obedientia. corporale eſt. Obedientia ſiquidem hoc loco
nõ corpoream, ſed ſpiritalem pulchritudinem
commendat.

Et concupiſcet rex.) Quoniam illi præcepit, vt
relinquat patres, & obliuiſcatur populorũ, pri-
ſtinam illorum conſuetudinem abijciat: oſten-
dit præceptorum iſtorum maximam eſſe iuſti-
tiam. Si enim ipſe & pater eſt, & ſpõſus eſt Do-
minus, iuſtum vtiq; eſt, vt his omnibus relictis,
iſti ſeſe offerat.

Et filia Tyri in muneribus.) Relicto orbe, vici-
næ ciuitatis meminit, quæ tunc impietate deti-
nebatur, vt ex parte eorum innueret. Mihi au-
tem videtur etiam vniuerſa impietas ſic vocari.
Vt quando dicit, Audite verbum Domini prin D
cipes Sodomitarum. Quoniam Sodomitarum
ſcelera admiſerant, ita vocabantur. Et hîc eos
qui impiè viuebant, Tyrios vocauit. Veruntа-
men licet tales ſint, inquit, conuertẽtur ad me,
primitiáſque mihi & dona adferent.

Vultum tuum deprecabuntur.) Hoc eſt: hono-
rabunt & glorificabunt. Fit enim hoc in Ec-
cleſia. Vultum tuum, id eſt, virtutem tuam. Pul-
chritudinem tuam, gloriam tuam. Deinde, quia
vultus & veſtimentorum mentionem fecit, ne
quis per craſſiora hæc ſenſibile quidpiam intel-
ligeret, ſubiecit, Omnis gloria eius ab interio-
ribus. Hoc eſt, Etiamſi ſenſibilium mentionem
faciam, de mente tamen eſt ſermo, déque orna-
tu qui illic eſt. Propterea vt craſſiorem audito-
rem dirigeret, ad corporales iſtas ſimilitudines
ſermonem duxit.

In fimbriis aureis.) Alius, Contexturis aureis
circundatis variegata.

Adducentur regi virgines.) Alius, Sequentur:
alius, Offerentur. Vide quæſo Prophetæ dili- E
gentiam. Quoniam virginitatis bonum non
ſtatim in Eccleſiaſtico ſtatu, ſed poſt aliquod
demum tempus floruit, ideo & ipſe hoc præce-
dentibus demum ſubiecit, poſtquã dixit, Obli-
uiſcere populi tui. Quapropter, poſt eam, in-
quit, Proximæ eius. Non loco ſimpliciter, ſed
& moribus & dogmatis illi conſentiẽtes. Tem- *Templum.*
plum autem hîc regis dicit, Regiam, thala-
mum, aulam.

Pro patribus tuis.) Quoniam ſuprà dixit, obli-
uiſcendum eſſe & populi & patrum, oſtendit
quòd ex hac quoque parte multa ſit potitura
proſperitate. Sterilis enim plurimorũ filiorum
mater eſt. Proinde etiamſi à parentibus ſis di-
uulſa, inquit, chori tamen filiorum tuorum
ita erunt glorioſi, vt vniuerſum orbem ſint im-
pleturi. Mihi videtur de Apoſtolis dicere. De-
inde virtutem & gloriam illorum deſcribens,
Conſtitues eos, inquit, principes ſuper omnem
terram.

Conſtitues eos principes.) Egétne iſta expoſi-
tione aliqua? Ego certè non opinor, ſicuti nec F
ſoli opus eſt, vt illuſtris eſſe declaretur. Vniuer-
ſum enim orbem Apoſtoli percurrerũt, factiq;
ſunt omnium principum principes, & ipſorum
regum domini, potentiores quàm ipſi. Nam re-
ges viui quidam dominantur, iſti verò etiã mor
tui amplius dominantur.

Memores erunt nominis tui.) Poſtquam amplitu-
dinem eius à longitudine terræ, à latitudine
orbis, & à multitudine ſubditarum gẽtium di-
xit, dignitatem eius iam aliunde quoque com-
memorat: nempe quòd nõ ſolũ vbiq; terrarum,

ſed

ſed & per omnia ſecula ſeſe extendat. Immortales enim,inqnit,erit memoria tui, perſcripta in libris,in plateis,in actis.

Propterea populi confitebuntur tibi.) Vnde cœpit in id & deſinit, in Chriſtum videlicet. Quale tandem eſt qnod hinc ſequitur? Quoniam res tantas perpetraſti,talibus principibus imperas, malitiam pepuliſti,& virtutem plantaſti, hymnum tibi vniuerſus offeret orbis.

A *Scholia in Pſalmum X L V.*

DEus noſter refugium,&c.) Conſueta philoſophia vtitur propheta, à terrenis rebus auditorem abducens, & ad ſpem quæ cælitus eſt ducens. Vis enim,inquit,virtutem videre inexpugnabilem,& refugium inuictum? ad Deum confuge. Et rectè refugium & virtutem dixit: vt oſtenderet, quòd aliquando fugiendo, aliquando ſtando & pugnando vincimus. Nam vtraque iſta ſunt facienda. Simul enim & congrediendum eſt, dum tempus vocat: & rurſus declinandum,dum illud reuocat.

Adiutor in tribulationibus.) Quod ſæpenumero dixi,& nunc dico. Non prohibet quo minus tribulationes irruant,ſed præſto nobis eſt vincentibus, vt ita nos vtiles & probatos reddat. Illud verò Vehementer,de adiutore intelligen dum eſt. Neque enim vtcunque adiuuat, ſed multa cum excellentia, plus conſolationis auxilio ſuo exhibens, quàm doloris inferri queat

B à tribulationibus.

Propterea non timebimus.) Vide quomodo amplius præſter auxilium. Non enim dicit, Non ca piemur: ſed neque quod naturæ commune eſt patiemur, timere videlicet & formidare. Terrā autem hîc montes & cor marium,non elementa dicit:ſed his nominibus intolerabilia pericu la ſignificat. Etiamſi videamus, inquit, omnia confuſa,ſi perturbationem terum inferendam, ſi ipſam(vt ita dicam)creaturam in ſeipſum col lidi:non ſolum non capiemur, ſed ne timebimus quidem, quoniam omnium Dominus adiuuat & opitulatur.

Per terram quid ſignificet.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ.) Poſtquam dixit,Non timebimus,etiamſi cuncta collidendo concrepent: iam de virtute Dei diſſerit, quòd potēria eius ſit inexpugnabilis,& quòd meritò nū timeamus. Quòd autē dicit,tale eſt: Omnia mouet, cōcutit ac transfert quādo vult, ita illi ſunt omnia leuia & facilia. Mihi verò videtur

C multitudinem innuere virorum,aut eos qui inter hoſtes ſunt ſublimes. Tanta enim Dei virtus eſt, inquit, vt ſi ſimpliciter annuat, omnia concutiantur. Quomodo igitur formidare poterimus,cum talem habeamus Dominum?

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.) Alius habet, Diuiſiones:alius, Sanctum tabernaculi Altiſſimi. De magnitudine virtutis eius loquutus,ſermonem iam ad Iudaicæ prouidentiæ argumentum transfert, dara illis bona modicis dictionibus exprimens. Innumeris bonis, inquit,ciuitatem noſtrā porens hic Dominus impleuit. Flumen autem hîc, largitatē & copiam donorum quæ cælitùs ſubminiſtrata ſunt, vocat.quaſi dicat: Quaſi ex quibuſdam fontibus omnia nobis bona affluunt. Non ſolum autem ſecuritatem nobis,neq; auxilium duntaxat,ſed & ſpiritale gaudium exhibet.

Flumen.

Sanctificauit tabernaculum,&c.) Qui namque adeò eſt excelſus,nec vllo loco comprehenſus, ciuitatem hanc tabernaculum ſuum vocare dignatus eſt, quam & vndique continet, Hoc enim eſt quod dicit: Deus eſt in medio eius. Quocirca non ſolum non patietur mali quicquam,ſed ne mouebitur quidem. Cauſa huius D eſt,quòd velociſſimo potietur auxilio. Id ſonat quod dicit, Adiuuabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes.) Alius, Congregatæ ſunt gentes. Non enim ſimpliciter quibuſuis è vulgò irruentibus, ſed regibus & nationibus vndique conſpirantibus,vnámque hanc ciuitatem obſidentibus non ſolum nihil eſt ab illis paſſa mali,ſed & victrix euaſit. Neque enim voce & clamore vincit Deus, ſed ſola voluntate. Veruntamen à craſſioribus aliis abducens ſublimiorum dictionem proponit. Quoniam enim ſemper armorum induxit,vt oſtendat metapho ricè dicta eſſe quæ Dei ſunt,iam, inquit, dedit vocem ſuam,& mota eſt terra. Quoniam non modò gentes & regiones, ſed & ipſum elementum concutere nouit.

Dominus virtutum.) Hebræus dicit,Dominus Sabbaoth. A terra ſermonem ſupra cælum ad infinitos illos angelorum populos euehit. Quid E enim,inquit, homines mihi & exercitus perdiros dicis? Cogita quanta ſit virtus eius, à regno quod in cælo habet. Rectè autem virtutes nominauit,vt potentiā eius oſtenderet. Quid igitur,quòd potens eſt,ſi manum vobis porrigere nolit? Nec hoc timeas,inquit. Propterea ſubiecit, Adiutor noſter eſt. Et vult igitur & poteſt. Itaque ne formides.

Venite & videte opera Dei.) Idem argumētum denuò intendit. Multa cum animi voluptate, dilectioníſque erga Dominum affectu, etiam victorias Domini prædicat, quas ipſorum gratia operatus eſt. Rectè autem non victorias,ſed prodigia dixit. Non enim naturali conſequentia,quæ facta ſunt euenerūt,ſed nutu Dei. Meritò igitur illa prodigia vocat, vt quæ præter omnem opinionē acciderunt. Non aberrauerit autem quiſquam,ſi hoc per anagogen ad præſens quoque tempus transferat. Bellum enim graue,dæmonum videlicet,confecit, & pacem vbique extendit. Cum dicit,& ſcuta comburet F igni,ignem irā Dei vocat. Nūquid idola & ſtatuæ hęc poſſunt? Vacate igitur, & multas vobis demōſtrationes exhibebo. Hęc enim eſt illud, Exaltabor in gētibus, exaltabor in terra.id eſt, Ipſis operib⁹ magn⁹ vobis & excelſus uſtēdar.

Dominus virtutum.) Hic igitur Deus, vbique magnus & excelſus,à vobis ſtat. Nihil igitur timete,nihil formidate.

Scholia in Pſalmum X L V I.

OMnes gentes plaudite.) Alius ſic, Manu plaudite Deo in voce exultationis. Alius, Si-

gnificate. Alius, In voce lætitiæ. Et quare non
dixit, Gaudete: ſed, Plaudite? Vt eam nobis ani-
mi iucunditatem exprimeret, quæ eſt cum ex-
cellentia.

Quoniã Dominus excelſus.) Vbi ſunt igitur, qui
gloriam vnigeniti demoliuntur? Ecce rex ma-
gnus Dominus vocatur, quod & de patre dici-
tur. Quando igitur paſſiones eius audis, ne cõ-
cidas animo. Natura ſiquidẽ excelſus eſt. Quod
autem natura eſt excelſum, ſublimitatem ſuam
A nunquam amittet.

Subiecit populos nobis.) O rem admirãdam! Eos
qui ſe crucifixerunt, ad hoc induxit, vt ſe ado-
rarent, & eos qui lapidibus adhæſerũt, docuit.
Et hoc opus nõ Apoſtolorum fuit, ſed eius qui
viam illorum direxit, & animos iſtorum per-
mouit. Illud verò, Sub pedibus noſtris, ſubie-
ctionis intentionem habet.

Speciem Iacob quam dilexit.) Ne quiſquam au-
diens hoc, Elegit nos hæreditatem ſibi ipſi, hæ-
ſitet ac dicat, Quomodo ergo Iudæi iam infi-
deles ſunt? correctione hæſitationem hanc ſu-
ſtulit. Nam potiſſimum quidem, quantũ in ipſo
fuit & illos elegit, nec quicquam omiſit quod
ſe decebat. Si verò finem quæris, audi quæ ſe-
quuntur: Speciem Iacob, inquit, quam dilexit.
Videtur enim hîc mihi de credentibus loqui.
Hæreditatem autem ſuam, vocat ipſam Gentẽ:
non quòd reliquos vnquam neglexerit, ſed vt
intentionem dilectionis erga hanc exprimeret.
Oſtendit igitur propheta, non omnes eſſe ſal-
B uandos, cum dicit, Speciem Iacob quam di-
lexit.

Aſcendit Deus in iubilo.) Non dixit, Sublatus
eſt: ſed, Aſcendit. Illud verò, In iubilo: idem eſt
atque, In victoria, cum tropæis, mortis victor,
peccatóque humi proſtrato. Non aberrauerit
à vero, ſi quis tubas ora dixerit eſſe Apoſtolorũ.
Clanxerunt enim non ad bellum vocantes, ſed
victorialia Euangelizantes.

Pſallite regi noſtro.) Rei benè geſtæ magnitu-
dinem hactenus celebrauit, iam deinceps orbẽ
ad celebrandum illam magno ſtudio vocat.
Quapropter & ingeminatione vtitur, & horta-
tur non ſimpliciter ad pſallendum, ſed cũ mul-
Regnum. to intellectu. Cognitis, inquit, quæ facta ſunt,
& cogitata virtutum eius magnitudine. Regnũ
hîc non ad rationem opificij dicit, ſed ipſum
hoc appropriationis. Vt opifex enim, ſemper
rex fuit, etiam inuitorum: iam verò ſponta-
neorum, omnium eorum qui mandatis ipſius
obediunt.

C *Regnabit Deus ſuper Gentes.*) Quid eſt quòd
ſubdit, Deus ſedet? Regnat, dominatur. Super
ſedem ſanctam ſuam. Non enim duntaxat re-
gnat, ſed ſanctè & purè. Tribunal enim Dei ſu-
pra omnem puritatem reſplendet.

Principes populorum, &c.) Oſtenſa hîc Euan-
gelij epitaſi, quod nõ idiotas modò, ſed eos qui
diademate ſunt inſignes apprehenderit: oſten-
dit etiam & veteris & noui Teſtamenti vnum
eſſe Deum, cum dicit, Congregati ſunt cũ Deo
Abraham.

Quoniam dij fortes.) Potentes Apoſtolos di-
cit, aut etiam fideles omnes. Quoniam enim
contra tantos reſplenduit, Omnibus, inquit,
illis dominati ſunt,

Scholia in Pſalmum XLVII.

M*Agnus Dominus.*) Quod dicit tale eſt: Glo-
rificandum & laudãdum eum eſſe ſolum,
idque cum omni excellentia. Laudandum au-
tem propter eſſentiæ magnitudinem, & pro-
pter excellentiam beneficiorum eius, quæ no-
bis impendit. D

In ciuitate Dei noſtri.) Quid dicis? An in hac
tantum Denm includis? In ciuitate, & in mon-
te? Nõ hoc dico, inquit: ſed quòd nos illum an-
te alios cognouimus.

Fundatur.) Multa eſt huius dicti obſcuritas.
Quod autem dicit, tale eſt, Magnus eſt Domi-
nus in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius.
Bene radicans, rectè figens, bene firmans eam
in gaudio & lætitia vniuerſi orbis.

Mons Sion.) Quânã ratione, dic quæſo, Aqui-
lonis iam meminit? Quoniam illinc continuò
exoriebantur ipſorum barbarorũ bella, & pro-
pheta continuò Aquilonis regem vocantes hac
appellatione ſunt vſi, & ollam ex ea orbis re-
gione ardentem deſcripſerunt. Illac enim Per-
ſarum ſita eſt regio reſpectu Paleſtinæ. Admi-
ratus igitur, id quod factum erat, eam, inquit,
Vrbis partem quæ continuò ex Aquilone fue-
rat impugnata, inexpugnabilem reddidiſti.

Ciuitas regis magni.) Vbi dignitatem eius præ-
dicauit dicens, Ciuitas regis magni: ſubiungit, E
Deus in domibus eius cognoſcetur, quòd vide-
licet: multam in his prouidentiam oſtenderit.
Alins ſic, Ecce reges aciem inſtruxerunt: alius
verò, Per ventum violentum: alius, Ardorem
habet. Narratur hîc de bello graui, déque illu-
ſtriori victoria. Deinceps verò dicit, quomodo
gentibus innumeris irruentibua ſuis opem tu-
lerit. Notat enim hoc per multitudinem regũ.
Dicit igitur, Res geſtæ ſunt tales, vt ipſi hoſtes
in admirationem inopinorum factorum rapti
diſceſſerint.

Conturbati ſunt, commoti ſunt.) Ita namque cõ-
paratum erat hoc bellum, vt horrore impleti fe-
ceſſerint, nec melius affecti fuerint quàm mu-
lier parturiens, idémque factũ ſit atque ſi mul-
tam nauticam claſſem vehemens ventus inna-
dat, & omnem nauigationem cõterat. Videtur
enim mihi hoc loco victoriæ facilitatem huiuſ-
modi declarare hypodigmate. Aliter: Qui nau-
tica claſſe vtebantur, per iram Dei perinde at-
que ventum violentum vniuerſi perierũt. Thar F
ſis verò locum huius interitus ſignificare mihi
videtur. Nam Hebræus hac voce vtitur.

Sicut audiuimus.) Poſtquam ea quæ tum acci-
derunt dixit, ad narrationem antiquorum re-
currit, vt vtraque illa & iſta cognata inter ſe eſ-
ſe oſtendat. Quæ namque audiuimus, inquit,
ea ipſis operibus adimpleri vidimus: victorias,
admiranda tropæa Dei, indicendámque illius
gubernationem.

Deus fundauit eam.) Quoniam dixit, Audiui-
mus & vidimus, quid audiuerit ac viderit ſub-
iungit: Quod ciuitatem firmiorem gratia Dei
reddat.

reddat. Hæc enim illi & fundamentum eſt, & robur. Nõ humanum adiutorinm & auxilium, ſed Deus illam gubernat.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam.) Quoniã enim dixit, Deus illã fundauit: vt oſtendat tantam fuiſſe bonitatis illius prouidentiam, vt factum ioimicorum deiecerit, miſericordiã fuiſſe inſignia illa facta dicit. Vnde & ſubdidit: Secũdum nomen tuum Deus, ita & laus tua. Non enim ſecũdum menſuram eorum quibus bene-
A factum eſt, ſed ſecundum tuam amplitudinem, gubernationem tuam oſtenderunt.

Iam quid.

Secundum nomen tuum Deus.) Laus igitur eſt celebritas illa, quæ ex operibus prouenit. Hoc eſt: Virtutes & inſignia facta. Sunt enim illa in Palæſtioa geſta. Magnitudine autem ſua etiam, ad terræ fioes celebritas iſta peruenit. Dicit iſta vt oſtendat, quòd non ſecundum eorum menſuram quibus benefactum eſt: ſed ſecundum eſſentiam Dei geſtorum iſtorum æſtimenda ſit dignitas. Ipſa namque eſſentia eius iuſtitia gaudet, & philanthropia oblectatur.

Iuſtitia plena eſt dextera tua.) Largitatem & quod eſſentia illius agnatum ſit, manifeſtat his verbis. Alius ſic, Diſcretio tua. Alius, Accedite: alius, Numerate turres eius. Alius, Laudate: alius, Ad ambitum, ad abundantiam: alius, Menſurate regias eius: alius, Generatio poſterior.

Circundate Sion.) Quid iſta præcipit? Ciuitatẽ quidem circuire, numerare turres, reputare e-
B ius decorem. Non egent iſta noſtra expoſitione. Præcedentibus enim iſta ſubiecit, Vt narretis ad generationem alteram. Quod autem dicit, tale eſt: Impleamini voluptate, & exultate, cognita ciuitatis huius fortitudine. Quoniã enim facta fuerat ruina, cognouerũtque mutationem quæ ſucceſſerat ad melius, ac didicerunt vrbem redditam eſſe potiorem: adhortatur populum ad hunc modum dicens, Ecce ciuitas deplorata ad illuſtriorem formam rediit. Hæc itaque & illa cognoſcite, vt & hinc potentiam Dei diſcatis. Narrate eam filiis veſtris, quòd illa vos ſemper gubernauerit, rebúſque veſtris præfuerit.

Scholia in Pſalmum XLVIII.

A*Vdite hæc omnes Gentes.*) Magna nobis & arcana narrare vult propheta. Neque enim fruſtra omnes vbìque terrarum homines ad audiendum vocauit. Non enim Iudæis tantum
C hîc prophetãdo diſſerit, ſed velut quidam Apoſtolus ſermonem ad vniuerſum orbem extendit. Quid igitur, etiamſi Barbari quidam ſint, ſapientéſne aut idiotæ? iubéſne omnes adeſſe? vtique, inquit. Quapropter exorſus dixit, Audite hæc omnes Gentes & vltrà: Tam terrigenæ quàm filij hominum Alius, Siue humanitas & cuiuſcũque viri filij. Non dixit autem tantum, Audite: ſed adiecit, Et auribus percipite. Hoc autem nihil eſt aliud, quàm cùm diligentia & intenta mente audire. Auribus enim percipere propriè dicitur, quandò ad aures diſſeritur. Et quánam ratione dixit, Filij hominum? Quoniã dixit, Terrigenæ, ne quiſquam iuxta extraneorum fabulas homines è terra ab initio progerminaſſe putet: ſubiecit, Filij hominum. Patres quidem nobis ſunt homines, ortus autem & nobis & illis eſt terra. Hæc autem dicens, cobibet mortalium faſtum & inflationem. Quid igitur admirandum magis fuerit, quàm quòd doctrinam non diſcriminatim iuxta dignitates proponit, ſed commune conuocat auditorium. Eſt enim nobis communis natura, & ad doctrinam hanc comiter omnes vocat. D

Filij hominum.

Os meum loquetur.) Vides quàm repentè ſermonem euexerit. Non de pecuniis, inquit, diſſeram neque de re alia quapiam terrena: ſed ſapientiam cum diligentia ſum loquuturus, non ſimpliciter, nec quæ mihi iam ſit e veſtigiò nata.

Inclinabo in parabolam.) Quæ eſt horum conuenientia cum ſuprà dictis? Qui namque doctoris perſonam hactenus ſuſtinuit, hunc video iam auditoris tenere locum. Quánam ratione hoc facit? Audi. Admodum prudenter & conuenienter ad prædicta. Quoniam enim dixit, Loquar ſapientiam: ne quis arbitretur, quòd dicturus ſit humana, iſta dicit: Inclinaui (inquit) aurem meam Deo, ab illo audiui, & cælitùs delata, ac mẽti meæ inſinuata loquor. Parabolam igitur hîc narrationem vocat. Quod autem ſermonem ænigmaticum facit, non eſt quòd turberis. Sic enim loquitur, vt auditorem excitet.

Parabola.

Pſalteriũ.

Aperiam in pſalterio.) Aliâs autem problema, adumbratus & ænigmaticus ſermo eſt. Qua- E propter & ſapientiam vocare non eſt veritus, diuina reuelatione animatus. Et pſalterium vocat, vt ſignificet ſpiritalem eſſe doctrinam, ſermonémque & conſilium in forma cantici proponit. Quid autem conſulit? Non quæ multis ſunt terribilia, formidãda eſſe: nempe, paupertatem, ignominiam, & morbos: ſed tantum peccatum, de quo dicit, Iniquitas calcanei mei circundabit me. Nouit autem ſeductionem Scriptura vocare calcaneum: vt, Qui edit panem meum, magnificauit ſuper me ſupplantationẽ. Huiuſmodi namq; deceptio eſt peccatum: diẽ verò malam, futuram illam dicit.

Qui confidunt.) Vos itaque, qui in opulentia confiditis, & potẽtiam affectatis, fruſtra & inaniter inflamini. Non enim tranſibit vobiſcum ad tribunal illud pecuniarum prærogatiua, aut domeſticũm famulitium, aut cognatio, neque minis illis eximent, quæ vos illic manent. Videtur autem mihi vehementer eos ſuggillare, qui in hac vita ſunt diuites. Non dicit, Qui poſ- F ſident opes: ſed, Qui in illis confidunt, illos ridens ac reprehendens, vt qui confidant in vmbra, & propter fumos inſoleſcant. Rectè autem dixit, Precium redemptionis pro anima ſua nõ dabit. Precium enim animæ, ne mundus quidẽ eſt vniuerſus. Non poterit illam adæquare mũdus. Nõ enim propter mundum eſt anima, ſed mundus propter animam.

Et laborabit in æternum, & viuet adhuc in finẽ.) Quoniam de diuitibus loquutus, nihil vtilitatis ex opibus eſſe docuit: iam deinceps de illis loquitur, qui in virtute vixerunt, athletis videlicet,

licet, ad certamen philoſophię inunctis Ne mihi dicas, inquit, quòd qui huiuſmodi eſt laborẽ paſſus, ſit & moleſtiam, ſed cogita quo fructu? Quanto igitur melius eſt, vt hîc modico labore ſempiternam requiem reportemus, & immortales reddamur? Hoc enim eſt quod dicit, Et viuet in finem. Deinde vt oſtendat, non tantum illic expectari brabeia: ſed & hinc præmiorum eſſe procemia, dicit, Nõ videbit interitum, &c.

Non videbit interitum, cum viderit, &c.) Sapien
A teſ hîc meo iudicio eos qui in ſeculo ſunt dicit, ſuggillans eos etiam hîc, quòd cùm viderentur eſſe ſapientes, ſtulti facti ſint.

Simul inſipiens, & ſtultus peribunt.) Quid hîc dicit? Poſt prædicta videtur mihi ſermonem inſtituere de impiis, qui præſentibus inhiant, inſipientes eos eſſe etiam ea ex re oſtendens.

Et ſepulchra eorum, domus eorum.) Quidnam hac inſipiẽtia peius eſſe poterit? qua ſepulchra dumos eſſe putant, próque illis contendunt?

Tabernacula eorum in progenie & progenie.) Continuam affectas memoriam? virtutẽ ſtude. Nihil enim ita immortale nomen reddit. Declarant hoc martyres, & S. Apoſtolorum reliquiæ. Monumenta verò non ſolum ſplendidum te non facient, ſed & ridendũ poſteris exponent. Ædificia namque quæ longo tempore durant, luxũ obliuioni tradi non ſinunt. Quemadmodum & columnæ & tropæa vbique de luxu tuo teſtantia proſtant.

Et homo cum in honore eſſet non intellexit.) Vide-
B tur hîc propheta deplorare, quòd rationale animal ad brutorum vilitatem exorbitauit, ita vt ſaluti ſuæ contraria committendo fruſtra laboret. Honor enim hominis eſt virtus. Irrationalem autem propheta eum vocat, qui contraria facit, & propterea quòd ſeipſe ſtultitiæ iugo ſubdẽs, bruto peius agitur. Illud enim vel ad agriculturam eſt commodũ, hîc verò ſeipſe ſtultitiæ ſubijciens, etiam hoc pacto peior eſt bruto factus.

Honor hominis quis.

Hæc via illorum ſcandalum ipſis.) Quæ via? Multum illud pecuniæ ſtudium. Non enim modicũ hæc via offenſaculum & impedimentum contra virtutis operationem affert.

Et poſtea in ore ſuo complacebunt.) Grauiſſimo morbo, & qui cauſa ſit omnium malorum, laborant. Qui namque ad hunc modum delinquunt, ſeipſi beatificant, & zelatas vocant. Malitia verò laudata, idque ab ipſis illius operatoribus, cogita quantum acerbæ concupiſcentiæ acceſſionem accipiat. Hoc enim eſt quod dicit,
C Et poſtea in ore ſuo complacebunt. Qui verò hoc morbo laborant, ſibi ipſi multa cum vehementia ſupplicium, quod à Deo eſt inducunt. Quapropter & ſubijcit.

Mors.

Sicut oues in inferno poſiti ſunt.) Mortem hic mihi dicere videtur, perditionem videlicet & futurum ſupplicium. Quemadmodum namque cum & alibi dicit, Anima quæ peccauerit, ipſa peribit: ita & hîc non eſſentię ſublationem, ſed ſupplicium ſignificat. Manet autem in metaphora dictionis. Quoniam enim oues dixit, oſtendit etiam quis ſit illorum paſtor. Quiſnam ille eſt? Serpens venenoſus, & caligo infinita.

Et dominabuntur eorũ iuſti in matutino.) Hoc eſt: Confeſtim, vt ne tempore quidẽ opus habeant. Talis enim eſt harum rerum natura, vt virtuti ſeruiat malitia. Atqui, dixerit quiſquam, contrarium videmus. Verùm non videamus, quo errore multorũ mẽtes laborẽt, ſed de rebus ipſis rectè iudicem*, & videbis dominari virtutẽ.

Et auxilium eorum veteraſcet.) Hoc eſt, infirmũ erit. Et non ſolum captu faciles erunt, ſed neq; adiutorem habebunt.

Veruntamen Deus redimet.) Poſtquam de malo- D
rum præmiis loquutus eſt, iam & de bonorum ſpe dicit, vt vtrinque auditorẽm corrigat, tam ex ſupplicio peccatorum quàm ex præmiis virtutum. Dicit igitur, Res impiorum erunt quales futuras eſſe dixi: noſtræ verò omnes contrariæ: vt ſunt, liberatio à ſupplicio, libertas animæ, ſecuritas, gloria, honor. Hæc enim innuit, dicens, Veruntamen Deus redimet animã meã de manu inferni, cum acceperit me. Infernum hîc ſupplicium dicit.

Ne timueris, cũ diues factus fuerit homo.) Et quomodo non timebo, inquit, tanta potentia præditos? Quoniam temporarius eſt illorum potentatus. Quapropter & ſubijcit, Quoniam cum mortuus fuerit, non auferet ſecum omnia. quibus verbis cauſam aſſignat, ob quam non ſint timendi potentes. Vide autem verbi diligentiam. Diuitem enim non modò per id perculit, quòd opes eius cum illo non commigraturas dicit: ſed & omni phantaſia hîc illum nudat, oſtenditque diuitias nõ eſſe diuitias, ne tũ quidem, cùm illis fruitur qui poſſidet. Non enim E
dixit, Cum multiplicata fuerit gloria eius: ſed, Cũ multiplicata fuerit gloria domus eius. Hæc enim omnia, fontes, balnea, aurum, argentum, &c, gloria ſunt domus, non hominis qui illam inhabitat. Hominis verò gloria eſt virtus, quæ & cum poſſeſſore ſuo cõmigrat. At domus gloria in hoc mundo relinquitur.

Diuitiæ fluxæ.

Quoniam anima eius in vita.) Poſtquam de diuitiis & gloria dixit, iam ad benedictiones ac laudes tranſit. Quoniam enim hoc diuites potiſſimùm curant, vt in foro adulationes & encomia hypocriſi referta inueniant: vide quomodo & iſta deijciat, idque iterũ temporis argumento. In vita eius, inquit, benedicetur. Verùm cũ aliis & hoc diſſoluitur ac tranſit.

Confitebitur tibi.) Vide quomodo & beneficia notet. Tu quidẽ adularis & obſequeris, ad tempus aliquod obſequium ſimulans: ille verò, etiãſi fateatur ſe debere tibi gratiam, propterea F
quòd id abs te, idq; multò redemit, vt quæ placita ſibi ſunt facias. Tunc tibi gratias aget. Hoc enim eſt quod dicit, Confitebitur tibi. Non autem dicit, Cum vtile quidpiã feceris, cũ benefeceris: ſed, Cũ benignè feceris, ipſi quãdo quæ placita ipſi ſunt feceris, vt pro animi ipſius ſententia ſeruieris: vt oſtendat, vtrinque damnum eſſe, tam à concinnata aſſentatione, quàm à noxia ſeruitute.

Scholia in Pſalmum XLIX.

D*Eus deorum Dominus loquutus eſt.*) Et alibi, Deus in ſynagoga Deorum ſtetit. Et, Ego, inquit,

inquit, dixi, Dij eſtis, &c. Et Moſes, Diis tuis, inquit, non maledices. Quos igitur hîc Deos vocat? Gentium deos, non quòd dij eſſent, ſed quòd pro diis ſuſpicerẽtur. Quoniã igitur craſſiores adhuc erant Iudæi, nec omnino ab idololatria liberati, animos eorum erigit dicens, Etiam borum eſt Dominus. De ſubſtantiiſ illorum dico. Eſt autem hic pſalmus præcedenti conformis. Nam & illic redarguuntur & incuſantur qui peccarunt. Verùm illic quidem or-
A bem in concionem vocat, hîc autem etiam ipſa elementa, & Deum ipſum iudicandi gratia inducit, quapropter & maiore diligentia attendere debemus. Eſt autem forma hæc omnium ignominioſiſſima, philãthropia Dei digna. Declarat enim indicendam illius bonitatem, quòd vſque adeò ſeſe demiſit, vt in iudicium veneric cum hominibus. Etenim & templum illud, & altare, & ſancta ſanctorum, & reliqua omnium veteris Teſtamenti hinc ſunt profecta. Quoniã & veritas aduenit, illinc eſt & Seruator, illinc innumera bona, videlicet in ſecundo aduentu. in priore namque, occultè & ſine ſtrepitu aduenit. Vnde & Ioanni, qui iam ipſum manifeſtare cœperat, dicebat, Omitte nunc, &c.

Deus manifeſtè.) Daniel etiam thronum eius vidit, & fluuium ante tribunal eius procurrentem. Et omnia huic per ignem oſtenduntur. Cum vellet igitur oſtendere, quàm ſit intolerabile futurum ſupplicium, imagines iſtas induxit.

Ignis in conſpectu) Iterum elementorum me-
B mini, per quæ innumera bona mortalibus proueniunt, non ad vitam modò, ſed & ad cogni- Rom.1.
tionem Dei. Inuiſibilia namque eius, inquit, à creatione mundi, &c. Ne miretis autem quòd ſermonem ad Iudæos vertit, cum de vniuerſali loquatur iudicio. Nam ad hunc modum & Paulus, Indignatio, inquit, & ira, adflictio & anxietas, aduerſus omnem animam hominis perpetrantis malum, Iudæi primùm, ſimul & Græci.

Congregate illi ſanctos eius.) Quos accuſaturus eſt, eos hîc ſanctos vocat, vt accuſationem intendat. Nam & nos ſi quando quos deliquiſſe vidimus, vehementer reprehendere volumus, dignitatum, ſi quas habẽt, appellationibus eos honeſtè vocamus. Quoniam igitur iſti & regale ſacerdotium, & populus ſanctus vocabantur, ideóque ſuperbiebat, cõtexit hinc propheta accuſationis magnitudinem.

Qui ordinant.) Quoniam interea dum innumera mala temerè deſignabant, implere ſe legem Dei putabant, ſi ouem aut vitulum immo-
C laſſent, probri loco de illis dicit, Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificiis.

Et annuntiabunt cæli iuſtitiam eius.) Iterum iuſtitiam Dei oſtendere volens, inſenſata elementa inducit, quæ hanc ſecundum eandem formã prædicent, quòd & antea dixit.

Quoniam Deus iudex eſt, &c.) Iudicandi voculam hîc nõ ſimpliciter poſuit, de Deo namque iudicis dictionem pro iuſto vſurpauit. Iudicabuntur autem Iudæi, & qui poſt illos in nouo Teſtamento præuaricantur.

Audi populé meus, & loquar tibi.) Homo ad hominem turbatorem dicit, Si audieris dicam: ita & Dominus ad ſeruos, Si audieritis me, inquit, loquar vobis.

Deus Deus tuus ego ſum.) Ingeminatio iſta non temerè ponitur, ſed ad inſenſatos & ſurdos de dominatu ſermonem facit, oſtendens quòd ſibi debeant libertatem, & conueniat eos ſi iuſti ſint debitam referre gratiam, tanquam ſeruos Domino, & qui maximis ſint adfecti beneficiis.

Non in ſacrificiis tuis arguam te.) Quoniam po- D
tiorem virtutis partem contemnentes, ſacrificia erant per battologiam obiecturi: Non, inquit, ad hoc veni, vt propter ſacrificia vos condemnem. Eſaias verò liberius eos reprehendit dicẽs, Quo mihi ſacrificiorum veſtrorum multitudo? Quamuis enim multis de ſacrificiis ſit præceptum, ita tamen præceptum eſt, vt conſtet Deum non principaliter de illis præcipere, ſed ad infirmitatem eorum ſeſe demittere voluiſſe.

Non accipiam de domo tua vitulos.) Vide quomodo animam eorum qui ad humũ vſque depreſſi erant, paulatim ſubuehebat: oſtendens illis, quòd de ſacrificiis non ideo præceperit, quòd illis indigeat. Quod ſi, inquit, ad hunc modum coli voluiſſem, cum ſim omnium opifex, largiora vtique ſacrificia offerri præcepiſſem. Deinde carpens ac reprehendens eos ſubijcit.

Si eſuriero, non dicam tibi.) Hoc eſt, Non eſurio. Deus enim non eſuriet, nec laborabit, in- E
quit Moſes. Cum ſim Dominus omnium, quæ mea ſunt abs te recipere volo, vt hoc te pacto ad amicitiam meam attraham, & ab eorum qui vani ſunt conſuetudine auellam.

Nunquid manduco carnes taurorum.) Maximum, inquit, ſupplicium in eos decreui, qui ſanguinẽ comedunt, quomodo ergo mihi ſanguine opus eſſet? Poſtquam igitur hæc omnia ſe eſſe indigna declarauit, iam conſequẽter alterius ſacrificij modum oſtendit, dicens, Sacrificia Deo ſacrificium laudis.

Immola Deo ſacrificium laudis.) Hoc eſt, Sine ſanguine. Subiecit enim, Laudis: id eſt, gratiarum actionis. Quod autem dicit, tale eſt: Ita vi-
ne, vt Dominum tuum glorifices. Laus enim Laus.
hîc pro glorificatione ponitur. Vota verò, pro- Vota.
miſſiones dicit. & rectè dixit, Redde. Tranſit enim res iſta poſt promiſſionem in debitum.

Et inuoca me, &c.) Expectat vt à nobis inuocetur in maiorem nos familiaritatem inducere, & amicitiam noſtram erga ſe feruidam ma-
gis, cùm dando, tum inuocando & accipiendo F
reddere volens. Virtus enim Deo familiarem reddit. Ideo dicit, Da mihi, & viciſſim do tibi. Et tu dum das, accipis. Ipſe namque nulla re eget. Illud verò, In die tribulationis, de calamitatibus dixit. Etiamſi, inquit, peccatum impugnet, etiamſi diabolus prauas concupiſcentias ingerat, multo tamen auxilio potieris.

Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas?) Hoc & Apoſtolus dicit: Qui alium doces, teipſum non doces. Et Chriſtus, Qui fecerit, inquit, & docuerit ſit, &c. Habeat igitur vita tua claram vocem, quę iſta doceat. Etiamſi

os obtu-

os obtrutes, tuba tamen clarius intonabis. Si verò, cum illa contaminata ſit, regiam ſedem ambiueris, non magis alios quàm teipſum culpabis. Rectè autem dixit, Per os tuum. Cum enim cor ſit vacuum & inane, labia fruſtra, & ad condemnationem dicentis, doctrinam legis monent. Quomodo igitur (inquit) in aliis illam ſeminas, cum ipſe eam per opera non habeas? Non enim propoſuiſti quicquam ex legis doctrina, ſed & quæ ex natura habes, corrupiſti ac

A inutilaſti.

Si videbas furem, currebas cum eo.) Quoniã fieri nõ poteſt, vt homo quiſquam inueniatur, qui omnino liber ſit à peccatis, ne quis dicat, Peccatori præcepit ne doceat, quis ergo erit qui doceat? ſpecialiter quædam peccatorum genera ponit, dicens, Si videbis furem, & cætera. Hæc omnia malorum cauſa eſt, ſi non ſolum nõ reprehendant quoſdã, ſed & peccantibus condelectentur. Hoc non minus habet vicij, quàm ſi ipſi peccent. Qui namque peccat, prætextum habet licet irrationalem, nempe voluptatem: tu verò vnde laudas quod malè eſt factum? An ex eo quòd voluptatem aliquam inde reportas? Et ille forſan reprehendetur & corrigetur, tu verò eandem tibi ianuam per quam ad pœnitentiam eſt reditus, occludis. Non loquitur autem de furibus tantum, ſed & de quouis peccato.

Sedens aduerſum fratrem tuum loquebaris.) Ne dicant, Ex philanthropia hæc fecimus: ſed quænam omnino hæc philanthropia eſt, non prohibere eum qui caſurus eſt in barathrũ? Quod

B enim non ſit hæc philanthropia, ſed ſocordia, quomodo eum dimittis, qui iniuſtè læſit, & fratri maledicis, qui nulla in re iniuriam intulit? Qui eiuſdem tibi vteri, inquit, conſors eſt, huic non ſolum non benedicis, ſed & inſidias tuas contra eum in effectum perducis. Hoc enim eſt quod dicit, Et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Non eum notat, qui ſimpliciter ſit accuſator, ſed eum qui id dolo ac malo ſtudio faciat. Sciendum enim eſt, ſi quiſquam de re aliqua malè loquatur, quam conſcientia noſtra non damnat, quòd non ſtatim ob eam cauſam contemnendus ſit is accuſator, ne quid detrimenti accipiat: ſed omnia prius competẽti cautione facienda eſſe, vt irrationabilem prætextum auferamus.

Hæc feciſti & tacui.) Silentium hîc patientiam dicit. Tanta, inquit, facinora temerè deſi-

C gnaſti, & tamen te ne ſic quidem in iudicium rapui, ſed patienter tuli, locum tibi dans ad reſipiſcentiam. Tu verò non ſolum nihil hinc vtilitatis cæpiſti, ſed & in maius quoque detrimentum prolapſus es. Non enim modò non erubuiſti, ſed & me iſta non per philanthropian, ſed ob id facere putaſti, quòd refrenare nolim, nec tibi factorum ipſorum gratia ſucceſſeam.

Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.) Quæ ſunt illa quę fecit? Quæ dicta ſunt, inquit. Adumbratum enim quid dictum eſt. Imò & hic doctrinæ modus immutatam ſubindncit politiam: & poſteaquam de ſacrificiis multa diſ-ſeruit, Euangelicam legis poſitionem & doctrinam ſubijcit.

Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum.) Quoniã tam acrem ptæ ſe tulit accuſationem, primùm affirmat illam dicens, Arguam te: & cum ſententiam iudiciariam protuliſſet, iterum illam reſoluit. Non enim tanquam condemnatos ſupplicio tradit, ſed tanquam debitores admonitione corrigit.

Sacrificium laudis honorificabit me.) Non ſolum iram meam, inquit, ſedabit, nec condemnatio- D nem tantum reſoluet: ſed glorificabit etiam me. Vide virtutis huius amplitudinem. Hæc enim via, inquit, quæ per ſacrificium iſtud eſt, ad ſalutem ducit, qua nos omnes frui continget, &c.

ARGVMENTVM PSAL. L.

Satis quidem manifeſtè nos inſcriptio pſalmi, quòd ſit illius argumentum, docuit: & ipſa quoque pſalmi verba ſatis docere poſſunt, quæ ſit ſententia ipſius profunditas: ſciendum tamen eſt, quòd potiſſimum etiam hic pſalmus vaticinium habeat, vnde & In finem eſt inſcriptus, indicãte verbo, quòd finem habitura ſit hæc prophetia. Nemo autem de eo ambigat, num penitentia tempore prophetiæ gratia præditus fuerit Dauid. Quid enim ipſe dicit? Spiritum ſanctum tuum, inquit, ne auferas à me. Ab hoc itaque illuminatus, cum prouideret futurum, vt populus regno ſuo ſubiectus in præuaricationes incideret, ob eámque cauſam pœnas dãdo caperetur, ac Babylonis fieret inquilinus: hunc pſalmum cõſcripſit, vt ſimul & propriis mederetur vulneribus, & populo congruum pharmacum. E

Scholia in eundem Pſalmum.

Miſerere mei Deus.) Propoſita hæc verba conueniunt & diuiniſſimo Dauidi, & populo captiuo, & iis qui inter nos malè ſunt affecti. Magna ſiquidem vulnera paribus etiam indigent pharmacis. Quapropter & magnus Dauid vniuerſam in ſe gratiam effundi, & totum miſerationum fontem in peccati ſui vlcera euacuari orat. Rectè autem peccatum iniquitatem vocat. Duplam enim habet legis traſgreſſionem. ἀνομίαν

Amplius laua me.) Iam enim per Nathan prophetam, inquit, peccatorũ largitus es remiſſionem. Verùm varias mihi calamitates, velut vſuras quaſdam & ſectiones intuliſti, quapropter purgamentis adhuc opus habeo. Iterum ergo laua me Domine, vt vniuerſas peccati ſordes F abradas. Non enim poſt acceptam abs te remiſſionem peccati mei ſum oblitus, ſed ſine intermiſſione video malorum meorum imagines: & quas auſus ſum committere iniquitates, noctu quoque in ſomnis verſo, & per diem imaginor.

Tibi ſoli peccaui.) Cum multis ac magnis donis tuis ſim potitus, contraria tamen rependi. Non enim hoc dicit, quòd in Vriam non deliquerit. Deliquit quidem & in illum, & vxorem eius. Verùm maxima hæc præuaricatio aduerſus ipſum Deum præcipuè fuerat commiſſa, qui ipſum elegerat, & regem conſtituerat. Rectè au-

ctè autem adiecit, Et malum coram te feci. Hoius enim & hiſtoria meminit. Viſum eſt enim, inquit, malum quod factum eſt, in conſpectu Domini.

Vt iuſtificeris.) Mihi, inquit, ipſe hæc mala cõciliaui. Iuſtitia verò tua reſplendet, idque in iudicium quoque vocata. Si namque quæ mihi abs re contigerunt, adferantur in medium, & iuxtà examinentur, quæ à me ſunt temerè commiſſa: tu quidem iuſtus ac benignus apparebis,
A ego verò deprehẽdar præuaricator & ingratus. Quod igitur dicit, Vt iuſtificeris, non habet hoc loco cauſæ ſignificationem. Non enim ob eam cauſam, vel ipſe Dauid, vel populus eius peccauit, vt Deus iuſtificaretur: ſed contrario modo, peccato ab ipſis commiſſo declarata eſt iuſtitia Dei.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus.) Non incuſat hîc nuptias, ſicuti quidam ſtultè ſuſpicati ſunt, ita intelligentes quod dicit, In iniquitatibus conceptus ſum: ſed præuaricationẽ quæ initio mundi à progenitoribus noſtris eſt commiſſa, in medium producit, & hanc fontem eſſe factam ipſorum fluentorum dicit. Si enim illi (inquit) non peccaſſent, mortis vtique multam non incurriſſent. Si autem mortales facti non eſſent, corruptioni quoque ſubiecti
ἀπάθεια. non fuiſſent. Incorruptioni verò etiam impaſſibilitas coniuncta fuiſſet. Si hæc gubernacula tenuiſſet, locus peccato non fuiſſet: iam verò quoniã peccauerunt, traditi ſunt corruptio-
B ni. Corruptibiles autem facti, conſimiles genuêre poſteros. Talibus iam, concupiſcentiæ & metus, & voluptates adhærent. In hoc certamine & ratio verſatur, quæ ſi vicerit, celebratur: ſi verò victa fuerit, cum dedecore damnatur. Symmachus pro eo quod hîc eſt, Et in peccatis concepit me mater mea: poſuit, Peperit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti.) Ita (inquit) iudicas, vt alios punias, alios corones: quoniam veritatem diligis. Veritatem autem diligens, ſimul & naturæ imbecillitatem cognoſcis, & pharmaca petentibus veniam largiris. Abſcondita verò & occulta, vniuerſam vnigeniti diſpẽſationem dicit.

Aſperges me hyſſopo.) Solum baptiſmatis donum, purgationem hanc perficere poteſt. Quapropter gratia, inquit, indigeo quæ omnibus dabitur mortalibus. Illa me namque ſola exactè poterit abluere, & niuis albedinem largiri.
Hyſſopus. Quod autem hyſſopum nullam operetur pec-
C catorum remiſſionem, facilè ex Moſaïcis literis diſcitur. Eſt igitur hyſſopum aliarum rerum ænigma. Cum enim hyſſopo agni ſanguinem poſtibus in Ægypto adſpergerent, exterminatoris manus euaſerunt. Erat autem ea res typus ſalutarium Chriſti paſſionum. Nam & hic ſanguis, & lignum ſalutare, & ſalus quæ iis confertur, qui fide accedunt.

Auditui meo.) Hac, inquit, lætitia aures meas adimpleto, perfectam purgationem pollicitus, vt gaudium hoc omnia percurrat: non corporis membra, ſed ſpiritalia oſſa, quæ nunc adflictione ſunt humiliata, vt illa denuò floreant, virtutémque ſuam reſumant.

Auerte faciem tuam.) Ne videas, inquit, iniquitates quas temerarius deſignaui: ſed me illarum gratia lamentantem.

Cor mundum.) Quoniam in ſeniũ peccati incidi, inquit, benignitate tua me renoua. Hæc & per Ezechielẽ captiuis in Babylone ſunt promiſſa. Dabo enim eis, inquit, cor nouũ & ſpiritum nouum. Spiritum autem hîc non ſanctũ illum dicit, ſed rationis impetum.

Ne proijcias me.) Manifeſtè cognouimus ex his D
verbis, quòd nõ fuerit Spiritu ſancto priuatus. Non enim tanquam priuatus ablatum recipere: ſed ne illo priuetur, néue à cura ac prouidẽtia Dei proijciatur orat. Faciem enim hîc curã ac prouidentiam Dei vocauit.

Redde mihi.) Quod nondum perdiderat, gratiã videlicet Spiritus ſancti, id vt retineat, orauit: quòd verò amiſerat, id vt recipiat orat. Erat autem hoc lætitia, quam in Deo habuerat. Omni, inquit, animi voluptate afficiebar, cum multa eſſem erga te Domine præditus fiducia: nũc verò hac amiſſa, illa quoque priuatus ſum. Fiduciam autem mihi abſtulit carnalis voluptatis ſeruitus. Quapropter oro, vt mens mea priorem felicitatem, & aduerſus carnis affectus virtutem recipiat. Rurſus enim hîc ſpiritum principalem, rationẽ imperium obtinentẽ vocauit.

Docebo iniquos vias tuas.) Recuperata, inquit, benignitate tua archetypus ero pœnitentiæ, iis qui præſentem hanc vitam amplectuntur. Ero & præco bonitatis tuæ, exhortabórque impios E
homines & præuaricatores, vt ad te ſupplices accurrant.

Libera me de ſanguinibus.) Sine intermiſſione cædem Vriæ in memoria volutabat. Nam hoc etiam initio Pſalmi declarauit, dicens, Et peccatum meum coram me eſt ſemper.

Exultabit lingua mea iuſtitiã tuam.) Hoc Symmachus ita reddidit: Prædicabit lingua mea miſericordiam tuam. Non enim tacebo, remiſſionem conſequutus: ſed perſeueranter te laudabo, & gratiæ tuæ largitatem deprædicabo.

Domine labia mea aperies.) Peccatum enim linguam obligare, & os obturare ſolet. Orat itaq; propheta, vt prioris fiduciæ naturam ſortiatur, & linguam ad laudem Dei reſoluat.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique.) Conueniunt & iſta iis quæ præcedẽti ſunt Pſalmo dicta. Audiuimus enim ibi dicentem Deũ, Non accipiam de domo tua vitulos. Cum ergo id ex diuina voce percepiſſet, rectè hîc dicit, Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vti- F
que, &c. Tu namque dixiſti, inquit, non eſſe tibi iucunda brutorum ſacrificia: quapropter ſacrificium tibi gratum & acceptum offeram.

Sacrificium Deo ſpiritus.) Sacrificium, inquit, tibi Deo noſtro gratum & iucundum eſt, animi moleſtia. Quocirca cor meum vehementer humiliatum, & veluti contritum, ac valde comminutum, gratum tibi ſacrificium offeram.

Benignè fac Domine.) Luculentius ex his verbis inſtruimur, pſalmum hunc plenum eſſe vaticinio. Conueniunt enim hæc verba iis qui in Babylone ſunt habitare coacti, eáque ſeruitute

à rectò auerſos itinere,& omnis generis amplexos malitiam. Veruntamen ipſa experientia iniuſtitiæ præmium cognoſcent, qui panis inſtar populum meum conſumere moliuntur,ac Deũ gubernatorem illius contremnunt.

Illic trepidauerunt timore.) Horrere illos ac timerefaciam, ita vt quæ timenda ſunt non appareant, ſed ſupplicium illis abſconditè inferatur. Significat autem per hæc plagam, illam quæ per angelum eſt Aſſyriis illata.

A *Quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum*) Aquila & Symmachus illud, Diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent,ita ſunt interpretatj, Deus enim diſſipauit oſſa eorum, qui caſtra ſunt aduerſum te metari. Quapropter,inquit,timebũt timore,vbi non erat timor: quia blaſphematus ab ipſis Deus. Cum iniuſtè circa vrbem ſuam caſtrameraros eſſe videret,cædi eos dedit, anibúſque ac beſtiis cibũ propoſuit, atque ita oſſa eorum diſſipauit.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraeli?) Qui illo (inquit) nos eſt gaudio donaturus, idem & iis qui nunc ſunt captiui ſalutem præſtabit. Iam enim captæ & abductæ ſunt decem tribus, & præterea multæ ciuitates. Quapropter & ſubiecit: Dum conuerter Dominus captiuitatem plebis ſuæ.

Dum conuerterit Dominus captiuitatẽ plebis ſuæ.) Tunc enim,inquit,perfectam lætitiam recipiemus,quãdo & alios captiuos reditũ conſequuros videbimus. Docemur igitur & nos,vt iuxta Apoſtolum gaudeamus cum gaudentibus, &
B eodem ſimus alius erga alium affectu, propriã lætitiam proximi felicitatem rati.

ARGVMENTVM PSAL. LIII.

Amicitiam ſimulabant Ziphei erga Danidẽ,Saũli verò interea indicabant quo loco latère conaretur. Is igitur,cum aliquando fidem proditoribus dediſſet, multas contra Dauidem copias eduxit. Cum verò repentè illum iam comprehenſurus eſſet, Philiſtinorũ eſt irruptione impeditus. Cognito namque quòd contra ditionẽ ſuam exercitus eduxiſſent, vt ſe de inimicis vlciſceretur,reuerſus eſt, Tunc hymnum illum Deo magnus Dauid obtulit, vt qui orationem ſuam ſuſcepiſſet, & imminentem calamitatem diſſoluiſſet.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus in nomine tuo ſaluum me fac.*) Sufficit,inquit,mihi ad ſecuritatem, nominis tui inuocatio. Ad hunc modũ & diuini Apoſtoli magna operabantur miracula. In nomine ſiquidẽ
C Domini dicebant, Surge & ambula.

Et in virtute tua iudica me.) Iuſtus es, inquit, & plenus iuſtitia. Iudica igitur me, & eos qui me iniuſtè impugnant.

Deus exaudi orationem meam.) Suſcipe,inquit, ſupplicationes meas cum beneuolentia.

Auribus percipe.) Opus, inquit, habeo auxilio tuo, ô Domine, ab inimicis meis diſpulſus qui maxima virtute confiſi, morti me tradere cupiunt. Hæc autem contra ſeipſos temerè audent,quoniã prouidentiæ tuæ ſunt ignari. Hoc enim ſubiecit,Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me.) Cũ hæc ita oraſſet, auxilij non procul abfuturi præſcientiam accepit, & clamauit dicens, Ecce enim Deus adiuuat me,&c.

Auerte mala.) Ego verò,inquit,gratia tua ſum edoctus, quòd me dignaturus ſis prouidentia tua: malis verò aduerſum me ſtructis eos implicaturus qui horum ſunt authores, ac iuſtã contra eos ſententiam prolaturus. Hoc enim ſignificat quod dicit, Et in veritate tua diſperde il- D
los, voluntariè ſacrificabo tibi. Ego autem, inquit, iſta conſequutus, cum omni alacritate placita tibi offeram ſacrificia. Et vt ſacrificij huius genus doceat, ſubiungit.

Confitebor nomini tuo Domine.) Offeram tibi, inquit, ſacrificium laudis, beneficia tua deprædicabo. Hoc enim & futurũ mihi eſt vſui, & tibi iucundum. Iuſtũ eſt autem vt hoc faciam, tum multiuariis calamitatibus liberatus & inimicorum exitium contemplatus.

ARGVMENTVM PSAL. LIIII.

Pſalmum hunc B. Dauid à Saule pulſus, exúlque factus, & ad eremi incolatum coactus, dixit. Vaticinatur autem & de ſe, & de inſidiis Iudæorum aduerſus Chriſtum, inque ſeipſo paſsiones Domini præfigurat. Nã & ipſe à Saule pulſus, & à nõnullis notis proditus eſt: prauiditque ſpiritus oculis etiam Dominum hoc ipſum paſſurum, & ab illis tradendum ac crucifigendũ, quibus ipſe benefeciſſet. Et inſcriptio Pſalmi lectorẽ ad E
finem mittit, iubétque vt iis quæ dicuntur, cõtinuè attendat, quòd prophetica ſit in illis addita ſentẽtia, quæ poſt tempus aliquod acceptura ſit finem, Præterea & hymnis adnumeratus eſt hic Pſalmus, quandam habẽs Dominicæ paſsionis adumbrationem

Scholia in eundem Pſalmum.

E*Xaudi Deus orationem meam.*) Varias petitiones adfert, orans vt illę ſuſcipiantur. Ne me ſupplicantem, inquit, contemnas, ſed placidè attende & auxilium porrige.

Contriſtatus ſum.) Probris enim, inquit, affectus & cõtriſtatus ab inimicis qui iniuriam mihi inferunt: deinde & multifarias illorum inſidias recogitans, multo adimpletus ſum mœrore. ἀδολεσχίαν ſiquidem diuina ſcriptura continuam meditationem vocat. Hanc particulam autem Symmachus ad hunc modum reddidit: Deiectus ſum, cum mecũ ipſe loquerer, & conſuſus ſum à voce inimici à perturbatione impij. Eundem enim & inimicum vocat & im- F
pium, vtpote qui beneficiis affectus, benefactoris mortem ſtruebat & moliebatur.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates.) Symmachus dilucidius dixit, Quoniam irruerunt contra me ad impietatẽ, & in ira aduerſati ſunt mihi. Mala namque voluntate contra me vſi, mortem mihi machinati ſunt.

Cor meum conturbatum eſt in me.) Hanc illorum inimicitiam conſpicatus, & inſidioſus eorum conatus intuitus horreo ac timeo, mortémque expecto. Nec mirũ videri debet, quòd D. Dauid aufugit, & à multis inimicis per-

ſequutionem paſſus, à morte ſibi timuit, cum & homo eſſet in lege inſtructus, & Euangelicam perfectionem procul præuideret. Nam & ipſe Dominus Chriſtus, tametſi paſſionem ſuã prædixiſſet, haoc tamen cum iam inſtaret, ſæpenumero deprecatus eſt, ídque vſque adeò, vt & guttas ſanguinis ſudatit. Oportebat enim etiã hoc pacto naturã paſſionis capacẽ declarari.

Et dixi, Quis dabit mihi pennas.) Hoc enim etiã B. Dauid fecit. Cum enim Saülem fugeret, &
A rurſus Philiſtęorum, qui in Geth habitabãt, erga ſe inimicitiam vidiſſet, fugit in ſolitudinem, ſicut & hiſtoria docet. Et ipſe Dominus Chriſtus, ſæpeoumerò in monte manſit, ſæpe & in ſolitudinem ſeceſſit, Iudæorum liuorem declinans. Digoum autem admiratione fuerit, quare magnus Dauid columbæ, & non alterius cuiuſpiã volucris pennas accipere voluerit. Cõſpicuum eſt, quòd ſpiritalem gratiam deſiderarit, quæ in ſpeciæ columbæ aduolatura erat.

Expectabam eum.) Talibus, inquit, procellis adobrutus, & quaſi quorundam ventorum aut turbinum appulſum paſſus, diuinam præſtolor opem, & ſpe auxilij reſocillor.

Præcipita Domine.) Quooiã mala vtuntur con cordia, deſtrue Domine illorum conſeoſum.

Quoniam vidi iniquitatem.) Beato Dauidi non arbitror conuenire hæc verba. Neque enim eo tempore Ieroſolyma poſſidebat, neque ciuitas erat alia quæ regia haberetur: ſed videtur cootradictionem & præuaticationem Ieroſolymo-
B rum dicere, & ſimul genera maliriç ciuitatis illius exponere, iniquitatem videlicet, iniuſtitiam, vſuram & fraudem, quas complexi, ſalubreis Seruatoris ſermones non receperunt. Notandum autem hîc eſt, quòd non ſolũ noui Teſtamẽti perfectio, ſed & legalis politia vſuram reprehendat, & haoc iniquitati, labori ac dolo cooiungat.

Quoniam ſi inimicus.) Veruntamen quæ ab inimcis fiunt, leuia ac tolerabilia duco: ab inimicis enim & hoſtibus iſta committuntur: & alioqui manifeſtum bellum facilè fugere potero.

Tu verò homo vnanimis.) Videtur mibi omniũ eſſe miſertimum, virum familiariter iunctum & vnanimem, eiuſdem mihi menſæ ac diuinarum ſimul & humanarum rerũ conſortem, quæ inimicorum ſunt & hoſtium aduerſum me committere. Perſpicuè autem nobis hiſce verbis Iudam proditorem præfigurauit, quiquidem
C in ducem à Chriſto rege electus, organum verò inſidiantium eſt effectus. Symmaebus pro eo quòd eſt, Dux meus: reddidit, Familiaris meus. Hæc autem nollo pacto B. Dauidi competunt. Talem verò eſt vitæ ſortitus exitum. Collum namque laqueo innexuit, atque ita compendioſam mortem ſuſtinuit. In huiuſmodi calamitares etiam Iudæi poſt crucifixum Dominum Romano bello tradiri inciderunt. Non enim iuxta oaturæ legem, ſed hoſtibus armis confoſſi, ex hac vita migrarunt. Deinceps propheta æquitatem quoqne ſupplicij oſtendit.

Iudas ἡγεμὼν à Chriſto cõſtitutus.

Quoniam nequitia in habitaculis eorum.) Tabernaculum vocat præſentem haoc vitam, io qua peregrinamnr, non habitamus. Conſiderata cõtinua hac mea, inquit Dauid, oratione, quæ à me noctes ac dies offertur, libera me ab his qui me impugnant, pacémque largire.

Quoniam inter multos erant mecum.) Videtur ſignificare, quòd multi fuerint ipſius hoſtes. Nã ita & Symmachus inrerpretatus eſt, Cum multis enim facti ſunt aduerſarij mei.

Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum.) Hoc Symmachus reddidit ad hunc mo- D
dum, Non enim mutantur, neque timent Deũ. Comperto, inquit, quàm ſunt immutabiles, & ingenio irreconciliabili, prædictis eos calamitatibus inuolues.

Extendit manum ſuam in retribuendo.) Particulam hanc tres interpretes ſic reddiderunt, Extendit manum ſuam cõtra eos, qui placidè cum ipſo vixerunt. Non enim hoſtem perſequutus eſt Saül, ſed benefactorem, familiarem ac notũ: Neque Iudas inimicum prodidit, ſed ſeruatorem, & bonorum ſuppeditatorem. Quod autẽ dicit, tale eſt, Manus ſuas ad hoc extẽdit, vt rependeret: verùm nihil boni retulit, ſed omnia malitiæ plena, & hunc ſenſum quæ ſubijciuntur, innuunt.

Contaminauerunt teſtamentum eius.) Cum enim diuina lex præcipiat dicens, Dilige proximum tuum ſicut teipſum: beoefactorem ille ſuũ tanquam hoſtem perſequutus eſt.

Diuiſi ſunt ab ira vultus eius.) Iræ oamqoe ſer- uientes, alia loquuti ſunt, & alia cogitarunt. E
Ad hunc modum & Symmachus interpretatus eſt: Lubrica magis ſunt ora eorum quàm butyrum, cor vniuſcuiuſque eorum bellum meditatur. Huic ſententiæ conſonant & quæ ſubiunguntur.

Molliti ſunt ſermones eius.) Tales erant & Saülis & Iudæ ſermones. Saül enim ad Dauidem dixit: Túne es, fili Dauid? Iudas verò, Num 1.Reg.24
egn ſum, inquit, Rabbi? & oſculatus eſt eum. 26.
Verba quidem hæc læui oleo ac butyro: cogitationes verò haſtis & iaculis acutiſſimis erant ſimilia. Aquila enim pro iaculis, haſtas reddidit. Poſtquam igitur iſta D. Dauid de his quæ ſibi cnntigerunt, ad hunc modum expoſuit, & inſidias quæ Domino ſunt ſtructæ prædixit: conſulit iam, vt in Deo ſpem habeant adflicti.

Iacta ſuper Dominum curam tuam.) Gubernatorem, inquit, ac moderatorem habe Deum: & quæ te concernunt, prouidentiæ illius ap- F
pende. Ita namque immotus & inconcuſſus manebis.

Non dabit in æternum fluctuationem iuſto.) Etiãſi permittit, inquit, vt in periculum aliquando cadas, celerem tamen opem ſuppeditabit. Nõ inſcitè autem hæc particula Apoſtolicis eſt verbis ad hunc modum prolata: Fidelis eſt Deos, qui non ſinet vos teotari, ſupra quàm 1.Cor.10.
ferre poteritis.

Tu verò Deus deduces eos.) Etenim eos qui non verentur inſidiari iuſto, irremiſſo ſupplicio trades. Supplicium enim vnde nullum erit effugium, puteum interitus vocauit. Quemadmodum

admodum enim impoſſibile eſt, eum qui in pu-
teum limoſum incidit, effugere interitum: ita
fieri nequit, vt aliunde ſalutem inueniat, qui à
Deo punitur.
Viri ſanguinum & doloſi.) Illis enim qui homi-
cidio ac dolis operam dare maluerunt, ſubitam
mortem infers, non permittens vt ſperatum tē-
pus viuendo aſſequantur.
Ego autem Domine ſperabo in te.) Hanc enim po
tentiam tuam & iuſtam cenſuram ſciens, auxi-
A lium abs te præſtolor.

ARGVMENTVM PSAL. LV.

Duplicem eſſe Pſalmi huius ſenſum, qui vterque &
Dauidi competat & populo captiuo ipſa docet epigra-
pha. Nam illi Babylonijs ſeruierunt, & hic Saülem fu
giens, extorris eſt factus. Scias autem, Dauidem bis ve-
niſſe Geth. & primùm quidem, cū hoſtis eſſe putaretur,
periclitatum epilepſiam ſimulaſſe: poſtremū verò ſum-
pta fiducia pace potitum ac commoratum eſſe cum Ge-
theis. Itaque Pſalmum hunc, poſteaquam in priore ac-
ceſſu periculum ſuſtinuiſſet, conſcripſit.

Scholia in eundem Pſalmum.

M*Iſerere mei Deus.*) A variis gentibus, inquit,
pulſus & impugnatus, ac veluti conculca-
tus, idque cōtinuè paſſus, benignitatem tuam,
ô Domine, præſtolor.
Tota die impugnans.) Symmachus interpreta-
tus eſt, Omni die: pro eo quod eſt, Aſſiduè &
B irremiſſe pulſus ab inimicis impugnor.
Altitudo dierum. *Ab altitudine diei.*) Non timeo, inquit, pro-
ſperitatem hominum, qua confiſi bellum con-
tra nos mouent. Altitudinem namque dierum,
præſentis vitæ proſperitatem, vnius diei & tē-
porariam, vocauit. Deinde docet, qua illa ratio-
ne non ſit timenda. Temporariam, inquit, pro-
ſperitatem non timeo, tuo potius auxilio. Par-
ticulam hanc Symmachus ſic reddidit: Num in
die timebo? in te confido. Timori, inquit, fidu-
ciam in te collocatā oppono, & in recordatio-
ne Dei loquor, ornans ſermones meos: & dum
impugnor, tua gubernatione confiſus, impu-
gnantes me contemno.
Aduerſum me omnes cogitationes eorum.) Om-
nem, inquit, cogitationē ad hoc vt inſidias mi-
bi ſtruant, intendunt, ac ſermones meos quaſi
mendaces auerſantur, & oblatam apologiam
repudiant.
Inhabitabunt & abſcondent.) Clarius hoc red-
didit Symmachus ad hunc modum: Congrega-
C ti ſunt occultò, & veſtigia mea obſeruarūt, ex-
pectantes animam meam. Significauit autem
his dictis latebras eorū, inſidias per machina-
menta.
Pro nihilo ſaluos facies illos.) Facilè tibi eſt, in-
quit, & citra negotiū, vt proijcias eos, ac pro-
ſternas, mortique tradas. Illud enim, Pro nihi-
lo: pro eo poſuit quod eſt, Sine labore ac facilè.
In ira populos confringes.) Non enim hos tan-
tum, ſed & omnes eos qui præuaricatè viuunt,
ſupplicio trades.
Deus vitam meam annuntiaui tibi.) Cuncta tibi
facta, mea verba & cogitationes manifeſtaui.
Sic enim & Symmachus reddidit, Interiora
mea innumerato tibi ſunt.
Poſuiſti lachrymas meas in cōſpectu tuo.) Annui-
ſti, inquit, lachrymis meis, & pollicita adimple
ſti. Tu namque legem ſanciendo pollicitus es
auditurum te oppreſſos. Deo preces meas ſuſci
piente fugient hoſtes, & audaciam ponent. Po-
titus enim petitis, reipſa certus reddar, quantā
mei curam ac prouidentiam habeat.
In Deo laudabo verbum.) Non committam, in-
quit, vt vel aliquid ſine inuocatione tui loquar: D
ſed ſiue exiguum verbnm proferam, ſiue proli-
xioribus vtar ſermonibus, nominis tui appella-
tione quæ loquar ornabo, & in te confiſus hu-
manas inſidias contemnam.
In me ſunt Deus vota.) Quę tibi pollicitus ſum,
inquit, grato animo reddam. Vota nāque Deo
facta, promiſſiones vocat. Sic & alibi dicit, Red *Vota.*
dam tibi vota mea. Deinde docet, quid & quā-
obrem ſit pollicitus.
Quoniam eripuiſti animam meam.) Tantis enim
beneficiis affectus, & tam variarum inſidiarum
victor conſtitutus, curabo vt te colam, & eam
vitæ conuerſationem amplectar, quæ & tibi ſit
placitura, & mihi vitam æternam ac lumen il-
lud conciliat, quod legitimè viuētibus eſt pro-
miſſum. Hæc autem vt antea dixi, & B. Dauidi,
& captiuis Iſraëlitis congruunt. Competunt &
nobis, multas cùm à dæmonibus tum ab homi-
nibus ſuſtinentibus inſidias.

ARGVMENTVM PSAL. LVI. E

Cum & primum & alterum periculum euaſiſſet,
beneficium Dei memoria veluti columna euidam in-
ſcripſit. Ad finem autem & præcedens & hic pſal-
mus lectores mittit. Habent enim vaticinium futura-
rum rerum. Ille namque quæ populum concernunt, hic
verò Gentium vocationem prædicit. Adiectum au-
tem eſt, Ne diſperdas, Dauidi, quod ſenſum nobis ape-
rit. Cum enim Saulem occidere quidem vellet, propo-
ſito verò reſiſteret, & tantum non ad ſeipſum, Ne diſ-
perdas, diceret, acceptorum malorum obliuionem non
ſine virtute oſtendit. Rectè igitur inſcriptioni particu-
lam hanc, Ne diſperdas, adiecit: docens, quibus cogita-
tionibus vſus hoſtem non interemerit.

Scholia in eundem Pſalmum.

M*Iſerere mei Deus.*) Cum in ſpelunca conclu-
ſus eſſet, hoſtéſque circumfuſos cerneret,
diuinam miſericordiam appellat; & ſpem, quā
ad Deum habebat, aperit. Vmbram verò ala-
rum iam ſæpe expoſuimus, quod ita diuinam F
protectionem vocet. Quod autem miſericor-
diæ dictionem ingeminat, periculi excellentiā
exprimit. Illud verò, Donec tranſeat iniquitas:
Aquila dilucidius reddidit, Donec tranſeāt in-
ſidiæ. Et Symmachus, Donec tranſeat violen-
tus. Non ceſſabo igitur ab oratione, donec ab
inſidiatorib⁹ liberer. Inſidiatores enim Septua-
ginta à re ipſa quam moliebantur, iniquitatem
appellarunt.
Clamabo ad Deum.) Cum diuini auxilij expe-
rimentum, irremiſſum habeam doctorem, o-
ro vt illo pro conſuetudine potiar. Per clamo-

 rem

rem autem animi deſiderium ſignificar.

Miſit de cælo.) Beneficentia me ac prouidentia ſua cælitùs dignar*, deriſioni inimicos meos obnoxios reddidit. Docet autem hiſtoria, quomodo Saülem cum ſurrexiſſet, ſequutus ſit, ac procul conſtituto beneficium noctu præſtitum manifeſtarit, quomodo videlicet in manus ſuas datum, non percuſſerit. Erat autem hoc maximum ſeruato probrum, quòd ſeruatorem ſuum impugnabat.

A *Miſit Deus miſericordiam ſuam.*) Iuſta, inquit, benignitate Dei potitus, ab hoſtiũ liberatus ſum feritate. Irruebãt enim more leonũ diſcerpere volentes: veritatem autem miſericordiæ coniunxit, vt benignitatis iuſtitiam oſtenderet.

Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.) Particulam hanc Theodotion ſic reddidit, Medius dormiebam inter conſumptores: Aquila verò, Cum audacibus: Symmachus, Cum ardentibus. Meritò igitur perturbatus ſum inter tales dormiens, & à talibus circundatus. Saülem enim & eos qui cum illo erant, ardentes & audaces, catulos leonum vocauit, immanem illorum animum exprimens.

Filij hominum, dentes eorum arma.) Quoniam eos catulos leonum vocauit, rectè & dentium meminit: armis eos & ſagittis cõparans, & linguam gladio acuto. Per omnia autẽ hæc cruentas eorum inſidias ſignificat.

Exaltare ſuper cælos Deus.) Dignum autem eſt
B in omnibus eum laudare, qui & cælos moderari creditur, & vniuerſam terram gloria ſua adimplet. Illud verò, Exaltare: idem eſt ac ſi dicat, Oſtende gloriam tuam mortalibus omnibus.

Laqueum parauerunt pedibus meis.) Qui me, inquit, cohortibus inſidioſis adobruerunt, & inſidias mihi ſtruxerunt, illi ſunt à nobis capti, & ſuis ipſorum laqueis intricati.

Cantabo & pſalmum dicam.) Sibi ipſi iam vaticinatur, quod adornaturus ſit diuinam laudem. Gloriam autem ſuam, propheticam gratiam ſibi conceſſam vocat: pſalterium autem & citharam, tanquam organum ſpiritusſancti memorat.

Exurgam diluculo.) Non ſolum iam hanc tibi offeram hymnodiam, ſed & vbi lux illa vera fuerit orta, & ignorantiæ noctem procul abegerit, diluculúmque diei illius qui expectatur produxerit; tũc inter omnes gentes ac populos chori magiſter ero, linguíſque illorũ quaſi qui-
C buſdam chordis vſus gratiarum actionis hymnodiam cantabo.

Dauid χοροδιδάσκαλος.

Quoniam magnificata eſt vſque ad cælos.) Non enim cæli duntaxat, & qui in illis ſunt angeli, miſericordiam tuam cognouerunt, ſed & per nubes veritatem tuam manifeſtaſti. Nubes autem eos vocat, qui diuina gratia digni ſunt habiti. Quemadmodum enim nubes aliunde imbriũ cauſas accipiunt: ita & Prophetæ & Apoſtoli à diuina gratia irrigati ſpiritalem humectationem mortalium animabus attulerũt. Per ſpiritales enim nubes, Prophetas dico & Apoſtolos, declarata veritate, altiſſimus ille omnium Dominus, cæli ac terræ conditor, manifeſtatus, in omni terra ac mari laudem ab hominibus accepit.

Nubes.

ARGVMENTVM PSAL. LVII.

Eandem hymnodiam habet & hic Pſalmus. De Saulis namque malitia, & mendacibus illius verbis narrat. Iurauit enim ſæpenumero, remiſſurum ſe inimicitiam, & tamen iuramenta tranſgreſſus eſt, atque inſidiis vſus. Rurſus autem adiectum eſt illud, Ne perdas, propterea quòd illum in poteſtatem ſuam nactus occidere noluit. D

Scholia in eundem Pſalmum.

SI verè vtique iuſtitiam loquimini.) Expoſtulat iſta cum Saüle, qui iurauerat ſe poſt hac à perſequutione ceſſaturum, & tamen nihilo ſecius bellum contra iuſiurandum mouebat. Tu, inquit, eſto facti tui iudex, iudicandíque poteſtate accepta rectam & iuſtam proferto ſententiam.

Etenim in corde iniquitates operamini.) Manifeſtat quæ fuerint pacifica illorum verba, & quæ praua conſilia, & quàm multifaria inſidiantium machinamenta. Vide igitur, num verbis facta conſonent. Verùm fruſtra tibi iudicium meum commendaui, cum iuſtè iudicare non ſuſtineas.

Alienati ſunt peccatores.) Iam olim, inquit, à veritate vos ſeparaſtis, ac mendacium amplexi eſtis. Illud verò, A matrice & Ab vtero, de eo E
poſuit, quòd quæ illi facturi eſſent, Deus etiam antequam fingerentur, cognouit. Nam ad eum modum & ad Ieremiam dixit, Priuſquam te in vtero fingerem, cognoui te. Et ad Pharaonem, Ad hoc excitaui te, vt oſtenderem in te potentiam meam. Verùm nec Pharaonem malum, nec Ieremiam ſanctum, præſcientia Dei fecit: ſed quod futurum erat, tanquam Deus, præſciuit.

Præſcientia Dei.

Furor illis, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis.) Imitati ſunt, inquit, naturam ſerpentis, memorem acceptorum malorum, & inſidioſam. Ad hunc enim modum comparata eſt nequitia & ingratitudo.

Sicut aſpidis ſurdæ.) Aures, inquit, obturant, perinde atque aſpis, quæ hoc excellentia malitiæ facere ſolet, ne pharmaco parato ab eo quẽ ſapientem vocant, obediat. Incantatorem enim hoc loco, per abuſum, & ſapientem appellauit. Quoniam enim multis ſermonibus erga Saülẽ
B. Dauid vſus fuerat, ac ſeipſum ſeruum nominauerat, illum verò Dominum & Regem vocauerat, atque re ipſa quòd cædem illius non affectaret, declarauerat, & tamen non perſuaſerat: vt inimicitiam poneret, competenter illum aſpidi, non ſecundum naturam ſurdæ, ſed aures obturanti comparauit. F

Deus conteret dentes eorum.) Etenim, inquit, tãquam omnium inſpector irritas reddet illorum contra nos inſidias. In præcedẽti quoque Pſalmo canes eos, & hîc leones nominauit. Hoc enim eſt, quòd dentium & molarium meminit. Vocat autem molares, interiores dentes, qui-

Molares.

bus

bus eſcam comminuere & cõmolere ſolemus. His autẽ & illud docuit, quòd multiuaria illorum praua conſilia & machinaméta diſſoluturus ſit Deus omnium, ac deſtructurus.

Ad nihilum deuenient.) Contẽptibiles, inquit, erunt, aquæ diſperſæ & prorſus inutili ſimiles. Nõ deſinit autem illos ſuppliciis impetere, donec potentiam eorum deſtruat.

Sicut cera quæ fluit auferentur.) Inſtar ceræ igni admotæ ac liquefactæ, diſſoluentur. Hoc enim
A eſt quod dixit, Et non viderunt ſolem: ſicut qui moriuntur, nec vltra ſolares radios videri poſſunt.

Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum.) Particulam hanc Symmachus clarius interpretatus eſt ad hunc modum, Antequam ſuccreſcant ſpinæ veſtræ, vt in rhamnum euadant, viuentem adhuc totam auferet turbo. Quod autem dicit, tale eſt, Quodcunque peccatum di-
Rhamnus. uina ſcriptura ſpinam vocat. Rhamnus verò & ipſa quidem ſpina eſt, verùm maxima, & quæ arborem imitetur. Comminatur igitur prophetia iſta & Saüli & cooperariis illius velox ſupplicium. Antequam enim, inquit, nequitia veſtra ſuccreſcat, vt rhamno, maximæ illi ſpinæ, aſſimiletur, plaga vos diuinitùs impulſa comprehendet, ac vaſtatos reddet. Hoc enim eſt quod dicit, Abſorbet eos. Quemadmodũ enim quod abſorbetur, è medio tollitur: ita & vos obliuioni, inquit, trademini.

Et dicet homo.) Illud ἄρα hoc loco per enun-
B tiationem ponitur. Dicit autẽ, Quiſquis eos qui malè vixerunt, pœnas in hac vita dare videbit, confitebitur Deum eſſe, qui quę fiunt inſpiciat, & ſapienter omnia gubernet.

ARGVMENTVM PSAL. LVIII.

Mortem Dauidi Saül, liuoris ſeruus effectus, machinabatur, menſaque ſuæ participem occidere propoſuerat: & cum mortem ille fugiſſet, comprehendere eum conabatur. Miſſis itaque ſatellitibus domũ eius, ne effugeret, cuſtodiebat. Verùm filia eius, quæ Dauidi nupta erat, coniugi ſuo patris propoſitum manifeſtauit, perq́ feneſtram eam aufugere adhortata eſt. Sumpta autem ſepulchrali capſa (ſic enim hiſtoria tradit) lectum eius effinxit, & veſtimentis eius imaginem ægrotantis figurauit, ac procul velut ægrotare Dauidem cuſtodibus oſtendit. Et hæc quidem noctu orto verò die rem ipſam aperuit, & Saüli & ſatellitibus. Cum has igitur Dauid euaſiſſet inſidias, Pſalmum hunc conſcripſit, in quo pauca quidem de rebus tunc geſtis commemorat: multa verò vaticinatur, præuiſo per Spiritum ſanctũ,
C *quòd Iudæi contra Seruatorem inſurrecturi, vincendi eſſent. Nam & Iudæi Dominicum ſepulchrum adhibitis militibus cuſtodiẽtes, orto die, amictus quidem illius repererunt: ipſum verò cuſtoditũ non ita. Cum itaque inſidias ſibi ſtructas comperiſſet B. Dauid, præuidiſſetq́ futurum, vt Chriſtus ex ipſo ſecundum carnem naſciturus grauiora pateretur, & de Gẽtium vocatione, & Iudæorum diſperſione vaticinatus eſt.*

Scholia in eundem Pſalmum.

E*Ripe me de inimicis meis Deus.)* Iuſta eſt Prophetę petitio. Orat enim vt ab ea liberetur, qui ſe iniuſtè impugnabat. Deinde & illorum ſcopum exponit.

Eripe me de operantibus iniquitatem.) Et homicidæ ſunt, inquit, hoſtes mei & prę̨uaricatores, quibus nihil vnquam mali intuli.

Quia ecce ceperunt animam meam.) Omnis generis machinamentis, inquit, vſi, ſuáque potentia confiſi, conantur me occidere. Sed veriſimile eſt, quòd prius per iniuriam læſi, pœnas de me ſumere quærant.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Do- D
mine.) Nihil illis triſte, inquit, illatum eſt à me: at nihilo ſecius cum non habeant quo me accuſent, ad occidendum me properant.

Sine iniquitate cucurri.) Hoc verius non Dauidi, ſed ei qui eſt ex Dauide competit. Solus enim ille peccatum non fecit, ſicut & B. Dauid iſta de illo in typo dixit: non vt ſe omnino liberũ eſſe à peccatis affirmat, ſed vt doceret, ſe cum nulla in re Saülem læſerit, ſed magis multis beneficiis affecerit, multiuarias illius perpeſſum eſſe inſidias. Sic autem & Symmachus reddidit: Cum non ſit peccatũ, ita irruunt, vt opprimant, &c.

Exurge in occurſum meum.) Te autem oro, inquit, vt horum ſis iudex, qui omnia dilucidè noſti.

Et tu Domine Deus virtutum.) Puritatem à peccatis in ſolo eo, qui ex ſe ſecundum carnem naſciturus erat, contemplatus, præuiſáque per ſpiritum cognatorum ſuorum Iudæorum cõtra
illum inſania, Dominum virtutum & Iſraelis E
orat, vt relictis ac neglectis Iudæis omnẽ ſuam prouidentiam transferat ad Gentes, illáſque cognitionis ſuæ luce illuſtret. Poſtquam autẽ iſta Gentibus annuntiauit, conſequenter & Iudęorum ſupplicia prædicit.

Non miſerearis.) Quoniam enim crucem ſpiritalibus oculis præuidit, & quod dicturus eſſet Dominus, Pater, remitte illis: impietatis excellentiam execratus, orat ne vlla prorſus condonatione potiantur. Deinde & futuram illis ſpiritalis alimoniæ penuriam vaticinatur.

Reuertantur ad veſperam, & famem patientur vt canes.) Quemadmodum enim canes, inquit, noctu ſolent ciuitatum circuire fora, ventrem illorum propter cibi inopiam ad id adigente: ita illi omni ſpiritali priuabuntur honore, & inſtar canum circumeundo perſeuerabunt, nec digni habebuntur, quibus ſpiritales micæ contingant. Conſequenter, & cauſam huius ſupplicij docet.

Ecce loquentur in ore ſuo.) Lingua ſua operan- F
tur, inquit, ſermones inſtar gladij proferentes. Res autem ipſæ, verbis aſtipulantur. Lingua namque Dominum crucifixerunt, clamantes, Tolle, tolle, crucifige eum. Pilati verò ſatellites opere ipſo verbis illorum conſenſerunt, ac Dominum crucifixerũt. Hoc & propheticus ſermo dixit, Quoniam quis ſenſum hunc audiuit: & Symmachus pro Quoniã quis audiuit? reddidit Tanquam non ſit qui audiat.

Et tu Domine deridebis eos.) Illi igitur iſta audibunt, tu verò vanam illorum furorem audis, vides, ac rides.

Ad nihilum deduces omnes Gentes.) Eſt enim ti-
bi facilè vt nõ illos modò, ſed & vniuerſas Gẽ-
tes vincas. Ita & D. Eſaias dixit, cum diuinæ po
tentiæ declarare vellet excellentiam : omnes
Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum
ſtatere reputatæ ſunt.

Quoniam tu Deus ſuſceptor meus es.) Te habeo,
inquit, virtutis meæ adiutorẽ & cuſtodem. Tua
namque prouidentia fretus perduro.

Deus meus, miſericordia eius præueniet me.) Peti-
A tiones ſuorum nunquam non præuenit Domi-
nus, & philanthropiæ ipſius excellentia fit, vt
orationes eorum non expectet.

Deus oſtendit mihi, ſuper inimicos meos.) Inimi-
cos crucis pro communibus habet inimicis
Propheta. Deinde & quid illis futurum ſit
prædicit.

Ne occidas eos.) Oro ne omnimodum patian-
tur excidium. Sunt enim inter illos multi, qui
reſipiſcentię medelis curari poterunt. In morte
ſiquidem non eſt, qui memor ſit tui, non eſt qui
per pœnitentiam curetur. Quapropter ſuppli-
citer oro, ne funditus eos perdas. Quas vult igi
tur illos dare pœnas?

Diſperge illos in virtute tua.) Diſperge illos, in-
quit, per orbem vniuerſum, & fac vt ſint palan-
tes & exules, quoniam malo contra te vſi ſunt
conſenſu.

Et depone eos protector meus Domine.) Conſen-
tiunt & iſta cum illis quæ iam ſunt expoſita.
Nam ſuprà dixit, Ecce ipſi loquentur : & hîc
B iterum peccatum oris illorum ſubiungit, & ſer-
mones labiorum ipſorum accuſat : vt omnino
doceat, daturos eos vocis huius pœnas, quam
vno conſenſu protulerunt, vt iuſtam Pilati ſen-
tentiam corrumperent. Cum enim ille Domi-
num tanquam inſontem dimittere vellet, iſti
clamarunt, crucifige. Hæc autem Symmachus
manifeſtius reddidit. Etenim pro, diſperge il-
los, ſic poſuit. Diſturba eos virtute tua, ac deijce
eos protector Domine.

Delictum oris eorum ſermonem labiorum ipſorum.)
Quibus membris temerati ſunt, illis & pœnas
dabunt, ac dent etiam: quoniam Deo ſeruatori
ſeruire non ſuſtinuerunt, ſed Cæſaris regnum
amplexi, Cæſaris quoque ſeruituri tradentur.

Et comprehendantur in ſuperbia ſua.) Clarius
hoc Symmachus interpretatus eſt ad hunc mo-
dum: Comprehẽdantur cum ſuperbia ſua. Exe-
crationem & mendacium loquẽtes in ira con-
ſumma, & ne ſint conſume, quoniam calumniis
contra Seruatorem ſunt vſi, dicentes eum Cæ-
C ſari date cenſum probibuiſſe: cum ipſi pronun-
ciantem audiſſent ac dicentẽ, Date Cæſari quæ
ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei, Et multas
quoque in eum diras & probra coniecerunt.
Propter execrationes illas & calũnias, oriſque
delictum, hanc illos conſummationem paſſos
eſſe dixit. Cõſummationis autem dictione non
intelligit omnimodum excidiũ, ſed quòd non
ſint amplius populus Dei vocãdus. Per orbem
namque diſperſi, ad ſeruiendúmque Romanis
adacti : ad hæc & legali cultu ac reliqua quam
habuerunt gloria priuati, procul à celebri illa
terræ ſuæ metropoli degunt. Aliàs verò, con-
ſummationes multiuarias eorum calamitates
vocat, quas à Romanis ſunt perpeſſi, quibus
execrationis, mendacij, oríſque ſui delicti pœ-
nas dederunt.

Et ſcient quòd Deus dominabitur Iacob.) Hoc
enim paradoxum illud eſt, quod ante crucẽ ne
ab ipſis quidem Iudæis eſt creditum: poſt igno-
minioſiſſimam verò paſſionem illam, vniuerſo
orbi dominatur crucifixus: adorãtibus quidem
illum qui ſponte obediũt, incredulis verò pro-
pter timorem ſeruire coactis. D

Conuertentur ad veſperam.) Quoniam dixit, In
ira conſummationis, & nequaquam ſubſiſtent:
ne quis contraria Prophetam puret eſſe loquu-
tum, in eo quòd dixit, Diſperge illos in virtute *Canes qui*
tua: rectè hac eſt vſus apologia, dixítque eos in- *ſint.*
ſtar canum fame contabeſcentes ac noctu in ci
uitatibus circuituros, nec vlla potituros eſſe a-
limonia. Dierum enim facta eſt vicisſitudo. Iu-
dæi ſiquidem, qui olim erant filij, propter ſuam
maliciam, canum ſortiti ſunt cõditionem: Gen-
tes verò quę olim canibus ſimiles erãt, filiorum
dignæ ſunt honore habitæ.

Ipſi diſpergentur ad manducandum) Hoc Sym-
machus vt priori particulę reſponderet, ſic red-
didit : Reuertantur ad veſperam, tumultuẽtur,
ciuitatem ſicut canes circũeuntes ac oberran-
tes ne inſatiati pernoctent. Secundum Septua-
ginta verò ſic eſt intelligenda hæc particula,
quòd more canũ per orbem diſperſi ſpiritalem
ſint quæſituri cibum.

Si verò ſaturati non fuerint.) Illi quidem talia E
auſi, tã ſunt grauia paſſuri, ego verò miſericor-
diam tuam celebrabo, ortáq; ſpiritali luce, quæ
orbi adferat diluculum, immenſam tuam miſe-
ricordiam in Eccleſiis glorificabo.

Quoniam factus es adiutor meus.) Semper enim
ope tua ſum potitus, & per tuam prouidentiam
irruentes calamitates euaſi. Quapropter te ſo-
lum eſſe Deum cognoui, téque ſontem miſeri-
cordiæ ac benignitatis voco.

ARGVMEN. PSAL. LSX.

*Hæc quidem facta iam, & ſecundo Regum ſcripta
ſunt. Inſcriptio verò, In finẽ, hiſtoria prophetiã quan-
dam immixtam eſſe docet. Adiectum eſt autem inſcri-
ptioni & illud, His qui adhuc alterabũtur. Alteratio
autem immutationem ſignificat non præteritarum, ſed
futurarum rerum. Non enim dixit, His qui alterãtur:
ſed, Qui alterabuntur. Tituli verò inſcriptio victoria
ſignificationem habet. Initio autẽ neceſſe eſt, vt prophe-
tiæ argumẽtum dicamus. Cum prædictꝰ victoria poti- F
tus eſſet D. Dauid, ſpiritalibus oculis futuram populi
præuaricationẽ, & quæ propter hanc illi futura erat
captiuitatem præuidit. Præuidit autẽ & diuina gra-
tia futurum ex captiuitate reditũ, ideóque neceſſarium
putauit, vt & triſtia & læta ad eorũ hominum vti-
litatem, qui rerum iſtarum temporibus futuri erant,
antea quàm fierent conſcriberet.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus repuliſti nos.)* Captiuitatem hîc præ-
dicit, deinde & æquitatem & benignita-
tem

tem Dei. propter iniquitates enim illorum iratus, poſt ſumptum de illis ſupplicium iterum eorum miſertus eſt.

Commouiſti terram.) Babyloniorum impetus his verbis ſignificauit. Concuſſionis enim more omnia funditùs perdiderunt.

Sana contritiones eius.) Iam deinceps philanthropian Dei implorat. Sana, inquit, contritiones eius, quia commota eſt. Ruſus quæ facta ſint narrat.

A *Oſtendiſti populo tuo dura.*) Quæ illa? Potaſti nos, inquit, vino compunctionis: hoc eſt, multitudine calamitatũ quaſi quodam doloris vino animas noſtras repleſti. Ita quippe & Aquila reddidit, Potaſti nos vino ſtuporis: per ſtuporem mœſtitiam ſignificans.

Dediſti metuentibus te ſignificationem.) Clarius hoc B. Ezechiel docet. Dicit enim angelum ſe vidiſſe, cui hoc fuerit ab omnium Deo mandatum, vt ciuitatẽ vniuerſam circuiret, & ſignum frontibus eorum imprimeret, qui ſuper populi iniquitatibus ingemuiſſent. Verùm illa typus erant eorum quæ nobis acciderunt. Verùm enim nos à diuina gratia ſignum accepimus, quo peruncti victores inimicorum noſtrorum reddimur.

Et liberentur dilecti tui.) Hoc ſigno, inquit, eos qui tibi ſunt oblati cuſtodis, qui propter virtutem ſuam digni ſunt philoſtorgia tua facti.

Saluum fac dextera tua.) Transfer, inquit, calamitates populo tuo imminentes, & quaſi dextra quadam iacentes prouidentia tua erige.

B Poſtquam precationem ad hunc modum obtulit, conſequenter reſponſum accipit, nec paritur vt hæc abſcondantur, ſed de illis omnes inſtruit.

Deus loquutus eſt in ſancto ſuo.) Hoc eſt: per Spiritus ſancti gratiam, lingua Prophetæ velut organo quodam vſus. Quid autem loquutus eſt? Exultabo & partibor Sicemam. Sicema ciuitas eſt, quæ à Iacobo capta, Ioſepho eſt tradita. In hac autem Ephraim poſt diuiſionem tribuum regni ſedem finxit. Conuallem verò tabernaculorum Iſraelitarum regionem dicit, vt quæ deſolata ſit facta, & paſtorum tunc tabernaculis locum dederit. Pollicetur itaque omniũ Deus, quòd habitatoribus illam adimplere velit, efficeréque vt habitatores illius pro dimẽſionibus contendant. *Sichima.*

Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes.) Non eſt Galaad tribus nomen, ſed loci. Tribus autem cognomen eſt Manaſſes, quæ terram Galaad

C mox initio fuerat ſortita. Dicit itaque, & terram ſuam eſſe & tribum, prædicitque reditum illius, & locorum illorum inhabitationem. Ephraim verò promittit, quòd velit illi priorem reſtituere virtutem. Symmachus antè pro, Fortitudo capitis mei, Fortitudo principatus mei poſuit: hoc eſt, propugnatorem eius, ſicut olim conſtituam.

Iuda rex meus.) Quoniam enim poſt reditum Indiuiſę manſerunt illæ tribus, ſolum autem ex Iudah, Zorobabel principem ac regem habuerunt: rectè Ephraim principatum fortitudinem capitis appellauit, Iudæ verò regem adſcripſit. Illud autem, Rex meus: poſitũ eſt pro eo quod eſt, Rex à me conſtitutus.

Moab olla ſpei meæ.) Hoc Aquila ſic eſt interpretatus, Moab olla lauacri mei: Syrus verò ſic, Vrna ablutionis meæ. Quoniam enim in talibus vaſculis & manus abluere, & veſtimentum pedibus ſordidatum repurgare conſueuimus, ſubiectionem Moabitarum per hãc vrnæ ablutionem prædixit: & olla pro ſupplicio à ſcriptura ponitur. Sic & magnus Ieremias ollam ſuccenſam vidit, & faciem eius à facie Aquilonis. D

Dicit igitur, quòd & Manaſſes terram ſuam ſit recepturus, & Ephraim priorem recuperaturus virtutem, & Iudas rex omnium declarandus, Moabitę verò illis ſubiugãdi: non ſolùm autem illi, ſed & Idumæi & Philiſthæi.

Quis deducet me in ciuitatem munitam?) Ciuitatem munitam, nónne Ieruſalem vocat? Hanc Symmachus cõcluſam interpretatus eſt. Quoniam enim euerſa eſt, ac muris priuata, poſt reditum verò mœnia ſua recepit, deſiderat eam Propheta muris videre communitam. Vſque ad Idumæam. Tanquam rex excurrere, & eos qui ſemper inimici fuerunt, ſeruire coactus videre geſſit. Hæc autem, inquit, tu Domine operaris, qui repuleras nos, & Babyloniorum potentatui tradideras. Poſtquam adhunc modum de bonis eſt vaticinatus, pro adflictis orat.

Et non egredieris Deus, in virtutibus noſtris.) Vides, inquit, nos ita acerbè impugnari, & nec dux noſter es, nec ſtrenuè pro nobis pugnas, ſicuti conſueueras. E

Da nobis auxilium de tribulatione.) Conforta nos, cum videas nos tanta impugnari ſæuitia. Symmachus autem mutata coniunctione Et, clariorem verſionem exhibuit, ad hũc modum: Da nobis auxilium è tribulatione. Vana enim eſt ſalus hominis, vlciſcere (inquit) malè adfectos. Tibi ſoli quippe poſſibile eſt, vt calamitates iſtas diſſoluas. Humana verò auxilia, te non annuente, vana ſunt. Illius, inquit, prouidẽtiam inuocabo, & illius virtute confidam. Ipſe nãque ſatis quæ triſtia ſunt, diſſoluere valet.

ARGVMEN. PSAL. LX.

Calci prioris pſalmi prœmium huius cõſonat. Quoniam enim dixit, In Deo faciemus virtutem: populum in captiuitate docet, quam Deo precem offerre conueniat.

Scholia in eundem Pſalmum.

EXaudi Deus deprecationem meam.) Suſcipe, inquit, orationem meam, ô Domine, & precationis meæ verba placidè exaudi. Deinde docet, qui ſint orantes. F

A finibus terræ ad te clamaui.) Quoniam enim Babylonia multis ſpacijs à Palæſtina diſtat, putauerũt ſe captiui, ac terram illius incolere coacti, in extremis orbis habitare finibus.

Dum anxiaretur cor meum.) Oro autem vt refocillatione, quæ à te fit, potiar. Lugens enim, & propter vrgentes calamitates lamẽtans, auxilio tuo ſum potitus, & hoſtibus ſuperior effectus.

Dedu-

Dednxiſti me.)Cum prouideotiæ tuæ partici-
pem me futurum ſperarem, ſpe illa non exci-
di. Factus enim es mihi & ductor & turris for-
titudinis. Tua namque prouidentia adiutus,
& inimicorum inſidias effugiam, & reditu
potiar.

Inhabitabo in tabernaculo tuo.) Tabernaculum
Dei Ieruſalem oomioat. In hac namque ſeſe il-
lis maoifeſtauit. Dicit itaque, Poſtquã redeun-
di copiam nactus fuero, cõrinuè in remplo tuo
Ala. commorabor, & tua prouidentia fruar. Alas
A enim prouidentiam Dei vocat. Illud verò, In
ſeculum, pro continuè poſuit.

Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meã.)
Laudabo te ſemper, quoniam precationibus
meis ſuſceptis promiſſam maioribus noſtris hę-
reditatem, oobis illorum poſteris reſtituiſti.
Hæc autem confeſtim dicunt, vbi itineri ſe ac-
cinxerunt.

Dediſti hæreditatem timentibus nimen tuum.)
Sciendum ſanè quòd hæc propoſita verba verę
quoque hęrediratis habent ænigmata. Vera au-
tem hæreditas, vita æterna eſt. Hanc ſe hæredi-
tatem Dominus timẽtibus ſe daturum eſt pol-
licitus.

Dies ſuper dies regis adijcies.) Poſtquã ad hunc
modum orarunt, petita acceperunt, & pro illis
gratias egerunt: iam deinceps Deum orant, vt
datũ ſibi regem diutiſſimè cuſtodiat. Regnum
aliquando inter illos obtinuit Zorobabel, ve-
rùm huic non competunt omnia veritatis ver-
B ba. Illa quidem, Dies ſuper dies, reges adijcies,
ei quoque conueniunt: reliqua verò noo ita, ſed
ei qui ex illo eſt ſecundum carnem. Eſt eoim &
Zotobabel typus Domini Chriſti. Quemadmo
dum enim ille captiuos è Babylone ad patriam
terram reduxit: ita & Chriſto humanam natu-
ram, quæ captiua erat priori nobilitati reſti-
tuit.

Miſericordiam & veritatem eius.)Quis, inquit,
ad hoc ſufficiens fuerit, vt abſconditã & ęquam
Dei miſericordiã exactè cogooſcat? Sunt enim
iudicia illius abyſſus multa.

Sic pſalmum dicam nomini tuo.) Te ſiquidem
perpetuò laudabo, ac dona tua ſingulis diebus
deprædicabo, nec promiſſis decro. Vota nam-
que promiſſa vocat.

ARGVMEN. PSAL. LXI.

Epigraphen Symmachus ſic reddidit: Victoriale per
Idithum. Declarat igitur, quòd pſalmus hic ſit quidem
B. Dauidis: ab Idithum verò, vt qui choro in templo
C *Dei praerat, ad laudem Dei omnium decantatus. Va-*
ticinatur autem hic pſalmus de Macedonicis irruptio-
nibus, & Antiochi Epiph. contra Machabeos inſidiis:
docétque pietatis athletas, quibus certaminum tempore
verbis vti debeant.

Scholia in eundem Pſalmum.

N*Onne Deo ſubiecta erit anima mea?*) Dum co-
gereotur diuinam trãſgredi legem, & ido-
lis ſacrificare, ſuillâque carne veſci, cogitatio-
nes ſuas ad pietatem excitarunt, ac pietatis ze-
lum exacuerũt, dicentes, Ne ſeruitutem, ô ani-
ma, Deo tuo præpooas. Deiode docent, quid
hinc ſit emolumenti.

Nam & ipſe Deus meus.) Dei ſeruitus, ioquit,
ſalutem tibi adferet, ô anima! Ipſe namq; Deus
meus, & booorum ſuppeditator eſt, & qui con-
quaſſatos confirmare valeat. Huius itaque inuo
cato auxilio, ab illis qui me proſternere cooan-
tur, liberabor. Poſtquam animas ſuas adhuoc
modum inflammarunt, lioguam deinceps coo-
tra aduerſarios moueot.

Quouſque irruitis in hominem?) Cum hyperbato D
poſitus eſt huius verſiculi ſenſus. Eſt autem ta-
lis, Quouſque crudelitate contra oos vtimioi?
ita vt ne communi quidem oaturæ parcatis, ſed
perinde atque paries quidam inclinatus, & ma
ceria à vento ad ruinam impulſa, impellere &
proſternere ſatagatis, animum habentes homi-
cidio deditum, quaſi dicat, Ne vehementer ad-
uerſum eos tanquam infirmos, erigamioi: om-
nium enim Deum adiutorem habemus.

Veruntamen pretium meum.) Voũ, ioquit, hunc
ſcopum habent, vt me prouidentia Dei priuẽt,
ex qua omnem habeo & honorem & gloriam.
Honor enim piorũ io eo eſt, quòd Deo ſeruiũt.
Quapropter & Paulus vbiq; ſe Chriſti ſeruum
nominat.

Cucurri in ſiti.)Inſidias iſtas mihi noo ſtruxe-
runt obiter, ſed cũ omni aoimi intentione, hoc
ſitientes, vt in impietatis me foueam præcipi-
teot. Quibus autem vtuntur machinis?

Ore ſuo benedicebant.)Blandis quidem vteban-
tur ſermonibus, imponere mihi conantes: ve- E
rùm exitium internè occultabant. Declararis
iam illorum inſultibus, iterum ſeipſos, vt fir-
mi ſiot, ac diuinum auxilium præſtoleotur, ad-
hortantur.

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea.) Ne
deficias, inquit, ô anima mea, à ſeruitute Dei:
ſed ope illius corroborata, magno animo malo-
rum impulſus perferto.

Quoniam ipſe Deus meus, & Seruator meus.) Cũ
enim illum & verum Deum, & ſalutis fontem
eſſe ſciam, non pariar vt ſeruitutem eius mu-
tem, & ad alterius me dominatum recipiam.
Illud enim, Non emigrabo: pro, Non tranſ-
ferar, poſuit. Non ero, inquit, transfuga, ooe
ſeruus impietatis.

In Deo ſalutare meũ.)Iiſdem ſæpenumero ver-
bis vtũtur, Deum & ſeruatorem, & gloriam &
adiutorem ſuum, omnium Deum vocantes, vt
impietatis incurſus arceant. Quapropter & re-
liquos cognatos omnes, ad eandem pietatem
excitant, non ferentes vt ſoli victores vocẽtur. F

Sperate in eo omnis congregatio populi.) Contem-
ptus, inquit, omnibus cognatis ſpem in illum
firmam reddite, & omnẽ animi veſtri ſenten-
tiam illi offerte, iodubitatum ab illo auxilium
præſtolãtes. Quòd enim dicit, Effuodite coram
illo corda veſtra, hoc ſignificat. quaſi dicat,
Omnia veſtra cogitata illi offerte, nec vllã ani-
mi hæſitationem admittite.

Veruntamen vani filij hominum. Theodotion
hoc clarius interpretatus eſt ad hunc modum:
Veruntamen vapor ſunt filij hominum, men-
daces filij virorum, ſicut momentum ſtateræ.
Nihil

Nihil, inquit, firmi eſt in rebus humanis, ſed emiſſo ſimiles ſunt vapori, qui confeſtim diſpergitur: & momento ſtateræ, quod nunc ad ima ſubſidet, nunc ſurſum erigitur, nec quicquam ſtabile babet. Et Septuaginta verſio ad hunc eſt intelligenda modum: Vanæ ſunt quidem res humanæ, multi tamen illis confidunt, tanquam abundè adfluentibus: ideóque & æqualitatem contemnunt, & inæqualiter animi-ſtateram tenentes, iuſtitiam ſpernunt, & iniuſtitia
A delectantur.

In vanitate in idipſum.) Veruntamen nullum hinc emolumentum reportant. Sunt enim omnia vana, & ſobitam mutationẽ recipientia. Sic enim & Symmachus reddidit. Ipſi ſimul vani reddnntur. Exhortationem antem hinc ad eos ptofert, qui de diuitiis gloriantur.

Nolite ſperare in iniquitate.) Nolite, ioqnit, appetendam ac preciosam exiſtimare humanam proſperitatem, quæ ex rapina & iniuſtitia conſtat.

Dinitiæ ſi adfluant.) Si videritis diuitias inſtar fluuij cuiuſdam ædibus veſtris influere, nolite animum veſtrum illis ſiſtere captinum ac ſeruum. Et ob quam cauſam iſta conſulis & mones?

Semel loquutus eſt Deus.) Audiui, inquit, omnium Deum promulgantem, quòd futurum ſit iudicium, & retributio tam malorum quàm bonorum. Illud verò, Semel loquutus eſt Deus, non numeri gratia poſuit, ſed quòd omnino ita
B futurum ſit. Promulgauit, inquit, ſemel loquutus eſt Deus, impoſſibile eſt vt non fiat. Propterea & de ſupplicio cõtra præuaricatores, & de benignitate Dei quæ piis impẽdetur, meminit. Hæc ſanè pollicitus eſt legiſlator Deus. Ego enim, inquit, ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, reddens peccata patrũ in filios vſque ad tertiam & quartam generationem, iis qui oderuot me, & faciẽs miſericordiam in multas myriades, iis qui diligunt me.

ARGVMEN. PSAL. LXII.

Cum Saülem fugiſſet D. Dauid, venit ad Abimelech, & ab illo ad Achis regem Geth, vbi rurſus incidit in periculum. Inde cum fugiſſet, ſolitudinem apprehendit, in qua pſalmum hunc conſcripſit, & quem erga Deum habebat amorem reuelauit, & Saulis exitium prædixit.

Scholia in eundem Pſalmum.

C

DEus, Deus meus.) Somnnm mibi, inquit, deſideriũ quo erga te Domine prędictus ſum, excutit, & ad boc excitat, vt te adorem.

Sitiuit in te anima mea, quàm multiplicíter.) Theodotion habet, Sępenumero: Symmachus, Concupiſcit. Poſuit autem omnes interpretationes, vt doceret illud ποσαπλῶς, non eſſe duarum partiũ dictionem, ſed vnam eſſe vnius partem, quæ ſermonis ſignificet epitaſim. Conſentit enim & caro animæ amori, nec conſiliis illius repugnat. Vult autẽ hoc dicere, Et anima mea & corpus meum te deſiderat, quemadmodum ſi quis aquam ſitiat, & iucundiſſimam & liquidiſſimam.

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa.) Nihil, inquit, detrimẽti ex ſolitudine contraxi, ſed perinde ac ſi iuxta ſacrũ tuum tabernaculum ſteterim, ita tibi laudem offero. Illud enim, In ſancto, de tabernaculo dicit. Neque dum enim ſanctum templum erat conſtructum.

Sic in ſancto apparui tibi.) Adſum, inquit, inenarrabilem tuam virtutem cõtemplans. Quoniam enim natura tua comprehendi nequit, D
ab iis quæ abs te fiunt, glorificandi te cauſas ſumo.

Sic benedicam tibi in vita mea.) Hoc per omnem meam vitam perſeueranter faciam, vt lingua te laudem, & benignitatẽ tuam implorem. Hymnodiam autem tuam animi pinguedinem eſſe duco, vnde illa pinguis ac benè ſaginata reddatur. Eſt enim conſtans delectatio, oraculorum tuorum meditatio.

Et labiis exultationis laudabit os meum.) Quapropter cum omni animi mei propenſione offeram tibi laudem, ſciẽſq́ quid ex eo ad me redeat emolumenti.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum.) Hoc Symmachus ad hunc modum interpretatus eſt, Recordor tui ſuper ſtratum meum, ſingulis cuſtodiis de te meditabar, & ſub alis tuis protectus te celebrabam. Cuſtodias autem nocturnas intelligit. Quibus enim vigilandi cura commendata eſt, nocturnum illi tempus diuidũt, vt per vices alij aliis ſuccedãt. Et alij quidẽ in tres, alij E
verò in quatuor vigilias noctem diuidunt. Et *Vigiliæ nocturna.*
Dominus quarta cuſtodia ad Apoſtolos venit. Dicit itaque D. Dauid, Etiam in ſtrato iacẽs iucũdiſſimo ſomno abiecto ſingulis vigiliis de te meditabar, & bymnis tibi propter beneficia mihi impenſa gratias agebã. Velut enim operculo quodam, inexpugnabili me ac robuſtiſſima tua prouidentia cuſtodis.

Adhæſit anima mea poſt te.) Ne ad breue quidem tempus cogitationẽ meam à memoria tui auertere poſſum: ſed ardenti inflammatus amore, quaſi quodam glutino, memoria ac deſiderio tui alligatus ſum. Deinde & deſiderij huius fructum oſtendit.

Me autem ſuſcepit dextera tua.) Etenim quoniam me ita affectum vides, dignum prouidentia tua conſtituis.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam.) Conantur (inquit) occidere me, cum nihil ipſis intulerim iniuriæ.

Introibunt in inferiora terræ.) Verùm ſcio illos F
morti tradendos eſſe. Deinde & de modo grauiſſimæ mortis illorum vaticinatur.

Tradentur in manus gladij.) Ab hoſtili manu boc (inquit) patientur.

Partes vulpium erunt.) Et hoc, inquit, non à potentibus quibuſdam hoſtibus, ſed à vicinis Philiſtæis illis accidet, qui more vulpiũ aliquãdo quidem irruunt, ſedulò tamen pulſi fugiũt. Significatur autem hîc obuius ſenſus, quòd plures eorum qui in bello caſuri erant, digni non fuerint, qui ſepelirentur: ſed velut eſca beſtiis fuerint proijciendi.

Rex

Rex verò lætabitur in Deo.) Ego autem, inquit, accepto abs te regno, non delectabor illorum morte: ſed tua prouidentia, per quam multiuarias hoſtium inſidias euaſi.

In Deo laudabuntur omnes qui iurant.) Cum fiducia verò regem poſt hæc nominabũt vniuerſi, & per illius ſalutem iurabunt, nec amplius calumniatores timebitis, quorũ ora morte ſunt obturata. Viuo enim adhuc Saüle, verebantur
A loqui cum Dauide: illo verò mortuo ſecurè iam vniuerſi debitum regi tribuebant honorem, illiúſque ſalutem iuramenti vice vſurpabant.

ARGVMEN. PSAL. LXIII.

Eiuſdem argumenti cum priore eſt & hic pſalmus. Narrat autem inſidias à Saule ſtructas, liberationemq́ ab illis prædicit.

Scholia in eundem Pſalmum.

EXaudi Deus vocem meam.) Suſcipe, inquit, Domine orationem meam, & obfirma animum meum, ne hoſtium pertimeſcam inſidias.

Conuictus. *Protexiſti me à conuentu.)* Conuentum malignè agentium, iniquitatem & conſenſum in malis vocat, quo ſuperior fieri orat. Protege me, inquit, quaſi muro quodam, prouidentia tua ſeptum. Deinde multifaria machiamenta narrat.

Qui exacuerunt vt gladium.) Calumniam, inquit, ad bellum cõtra me excitatum conſuunt,
B idque cum nullam omnino cauſam illius exhibuerim. Immaculatum enim hîc, inſontem vocat. Illud, Rem amarã: Aquila, Verbũ amarum dixit: & Theodotion, Sermonem amarũ. Deinde quod dicit, In occultis: Abſconditum dixit Symmachus: hoc eſt, Technis & inſidiis vtũtur. Hoc & ſequentia tradunt.

Subitò ſagittabunt eum.) Inſidiantes, inquit, repentè irruunt, Deum adſpicientem non veriti.

Firmauerunt ſibi ſermonem nequam.) Hoc Symmachus dilucidius dixit, Obtinuerunt ſermonem prauum, narrauerunt vt abſconderent laqueum. Mortem enim mihi ſtruentes, narrauerunt & conſultarunt inter ſe, quibus vtendum ipſis ſit contra me technis, & opere quoque verba confirmarunt. Hæc autem auſi ſunt, neminem mortalium illa præuidere rati. Hoc nãque ſignificant ſequentia: dixerunt, Quis videbit eos? Putant (inquit) neminem eorum quæ faciunt, fore iudicem.

C *Scrutati ſunt iniquitates.)* Omnem, inquit, cogitatum mouerunt, omnem cõtra me fraudem excogitarunt, nullum inſidiarum genus omiſerunt, manifeſtè irruentes, occultè inſidiantes, exploratoribus vtẽtes, ſolitudines circũeuntes, & petroſa quoque loca ſcrutantes.

Accedet homo.) Clarius hoc Theodotion vertit. Dicit autem ad hunc modum, Et mentẽ viri, & eorũ profundum ſagittabit Deus. Etiamſi mille modis ſtudia ſua occulant, Deo tamen omnia contuenti ſunt manifeſta, qui altitudinem ſuam oſtendit, & tales potentatus in iudicium vocabit.

Sagittæ paruulorum.) Veruntamen licet tanta ſint vſi contra me potentia & verſutia, ſcopum tamen non ſunt aſſequuti: ſed perinde ac ſi admodum adoleſcentum mittantur iacula, quæ nihil damni inferunt percuſſis: ita & iſtorum linguæ illis quidem quos tangũt, nihil læſionis inferunt: aduerſum eos verò qui ipſas agitant, nocumentum refertur.

Conturbati ſunt omnes.) Qui verò videbant eos ſuis fraudatos eſſe conatibus, conſternatione ac metu replebantur, diuinámque prouidentiam admirabantur. Hoc enim & ſequentia declarant. D

Et timuit omnis homo.) In conſiderationem namque prouidentiæ Dei inducti, diuinum verebantur myſterium.

Lætabitur iuſtus.) Præcipuè lætitia replebuntur, qui diuinę legis habuêre rationem, ac ſpem in Deum firmam efficient, & gloriam reportabunt apud homines, qui extra viam Dei ingredi non ſuſtinuerunt.

ARGVMEN. PSAL. LXIIII.

Quæ inſcriptio de Ieremia, Ezechiele & populo transmigrationis ponit, nec Hebræus habet, nec alij interpretes, neque Septuaginta in hexaplo: ſed quiſquam hanc ſcripturã, vt apparet, nec Pſalmi ſenſu animaduerſo, nec hiſtoria cognita adiecit. Primùm enim Ieremias captiuitatis particeps non fuit, ſed cum optionem nactus eſſet, vbi vellet commorandi in habitationem patria terra cupidè amplexus eſt. Deinde & pſalmi ſenſus in captiuitatem proficiſcentibus non conuenit, ſed in illa agentibus. Cum enim procul eſſent à patria, & Deum laudare cuperent, lege prohibebantur. Ipſorum enim vox eſt, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? quam in Babylone ad Deum orantes protulerunt. E

Scholia in eundem Pſalmum.

TE decet hymnus Deus in Sion.) Omnia huius pſalmi verba captiuis in Babylone degentibus congruunt. Reditum enim illi gliſcentes hymnodiam hanc protulerunt. Immixta eſt autem illis quæ de reditu prædicta ſunt, & prophetia de Gẽtium ſalute. Te decet hymnus. In illa, inquit, ciuitate vt hymnum tibi offeramus pręcepiſti: oro igitur, vt illic hunc tibi reddere liceat.

Ad te omnis caro veniet.) De cognitione Dei Gentibus concedenda, hęc particula manifeſtè prædicit. Nunc quidem, inquit, nos oramus, vt reditu potiamur, & in templo tibi conſecrato F hymnum offeramus, tãdem verò omnis humana natura multorũ deorum errore liberata ad verum Deum recurret.

Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos.) Symmachus ſic habet, Verba iniquorum inualuerũt contra me. Impiis, inquit, & iniquè viuentibus hominibus ſeruire coactus ſum. Deinde & cauſam ſeruitutis tradit.

Et impietatibus noſtris tu propitiaberis.) Non iniuſtè, inquit, ad ſeruitutẽ condemnatus ſum: ſed propter impietatẽ meam olim deſignatam, qua per tuam benignitatem liberari peto.

Beatus

Beatus quem elegiſti.) Amabilis ac beatus eſt hic populus, quē aliis Gētibus prætuliſti. Atriis enim tuis ſacratis aſſidens, vtilitatem ac benedictionem quæ ex illis eſt reportat.

Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.) Plenum enim ſanctitate eſt templum tuum, & iuſtitiam tuam per oracula tua docet accedentes.

Spes omnium finium terræ, & in mare longè.) Or-
bis ſalutem prædicit, & vaticinij patriarchæ Ia-
A cob recordatur: Illius enim vox eſt, Non defi-
ciet princeps ex Iuda, & quæ ſequuntur. Hunc
expectationem Gentium vocauit, & ſpem om-
nium finium terræ, & eorum qui procul in ma-
ri degunt. Per hos autem eos intelligit, qui in
inſulis habitant: & in ſumma, qui fines orbis
ad habitandum ſortiti ſunt: Quapropter, in-
quit, exaudi nos, qui paulò pòſt vniuerſam na-
turam hominum, luce es cognitionis tuæ illu-
ſtraturus. Deinde & potentiam Dei, quantum
licet, prædicat.

Præparans montes in virtute tua.) Pro, Præparans: Symmachus, Qui firmas, dixit. Et illud, Qui conturbas profundum maris: Theodotion, Qui mitigas verrit. Dicit autem, Montes firmos & immotos facis: mare autem commoues, quando lubet, & rurſus conſopis. Perficis autem iſta indicibili vſus potentia, qua veluti zona quadam præcingeris. Zonam verò tropicè potentiam Dei appellauit. Deinceps autem & noui Teſtamenti catorthomata
B contexit.

Turbabuntur Gentes & timebunt.) Apoſtolorum prædicationes ſignificat. Magnificat hîc eum qui conſternationem ac fluctuationem moturus erat hominibus, iuxta Domini vocem qua dixit, Veni enim ſeparare hominem à proximo ſuo, filium à patre, nurum à ſocru, &c. Poſtea verò perturbationem hanc ſedauit, conſtituit.

Qui habitant terminos, à ſignis tuis.) Expoſita eſt perturbatio, ſubſequutus etiam timor, magnitudine miraculorum factus, qui & ad pietatem inſtituit.

Exitus matutinos ac veſperè delectabis.) Etenim timore miraculorum, conſternati homines, priore errore relicto, Veróque Deo cognito, tam oriente quàm deſinente die, iucundam & optimam Deo offerunt hymnodiam. Hoc enim Symmachus innuit, cum dicit, Ortus diluculi & veſperas hymnis & pacem celebrant.

C *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.)* Hoc Sym-
machus ſic dixit, Fertilitate fructuū dica eam.
Viſitabis terram, & irrigabis eam. Non enim
amplius nobis ſolis ſpiritalem irrigationē ad-
feres, ſed & vniuerſum orbem ad ſatietatem vſ-
que diuinis tuis ſulcis irrigabis Domine. Sulci
autem, Dei ſunt Apoſtoli.

Sulci Dei qui.

Flumen Dei repletum eſt aquis.) Flumen, ſecundum Septuaginta, gratia Spiritus ſancti eſt, quę in ſulcos diuiſa, aliis ſermonem ſapiētiæ infundit, aliis ſcientiam, aliis charismata ſanationum ſubminiſtrat, & per hos orbem irrigat.

Paraſti cibum illorum.) Symmachus ſic, Proferes ex ea omnis generis fructuum, fertilitatem quoniam ita firmaſti eam. Priore namque errore eam liberabis, ac pietatis dogmatibus confirmabis, atque ita efficies, vt maturos virtutis fructus proferat, qui & te exilarent, & germinantes oblectent. Secundum Septuaginta quippe, fructus qui naſcitur, nutrimentum eſt germinantium.

Riuos eius inebria.) Manifeſtum eſt ex hoc lo-
co, quòd iſta vaticinium habeant de futuris re-
bus, non narrationem de præteritis. Illud, Mul- D
tiplica germina eius: hoc dicit, In hoc, inquit,
incumbe Domine, vt velut ſulcos quoſdam, co-
gitationes eorum irriges, & ad fertilitatem fru-
ctuum excites.

In ſtillicidiis eius.) Exhilarabunt autem eam, & florere facient, quæ ſuis temporibus à doctoribus adferentur ſtillicidia.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.) Annus benignitatis eſt, qui ab Eſaia vocatur annus acceptus, Annū igitur benignitatis, tempus illud nominant, quod incarnationi Seruatoris noſtri ſucceſſit, vt quòd vnicam illam pietatis fertilitatem prolaturum erat. Hanc benedictionem propheticus ſermo exoptat.

Annus benignitatis.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti.) Vbi benignitas
iſta comparebit, ſolitudo illa vetuſta tempe-
ſtiuos dabit fructus, & templa dæmonum ſa-
crificiis polluta viros, Deum continuè lau-
dantes, & angelicam vitam complexos nacta
illuſtria erunt, & ſpectatiſſima. Verbis autem
iſtis ipſa facta conſonant. Videmus enim om- E
nes montium vertices etiam altiſſimum quem-
que occupatos, virtutiſque exercitium ample-
xos eſſe.

Induti ſunt arietes ouium.) Arietes ouiū etiam Ezechiel propheta, potentes nominat. Quoniam enim Dominus piſcatores ac manuarios artifices elegit, iam Spiritus ſancti gratia etiam hoſtium ac potentatuum ſalutem prędicit, Non enim oues modò, ſed & ipſi arietes ad ſacrum baptiſma accedunt.

Et valles abundabunt frumento.) Et qui paupertatis facti ſunt conſortes, & pietatē amplectuntur, fructum ſuum Chriſto adferent. Et omnes prædicti cum omni propenſione animi Deum laudabunt, quòd talem largitus ſit humanę naturæ mutationem.

ARGVMEN. PSAL. LXV.

*Reſurrectionis additionem epigrapha ponit, nec He-
bræus habet, nec alij interpretes, nec Septuaginta, in
Hexaplo: ſed in hanc quidā, ſicuti videtur, adiecerunt. F
Conſcripſit autē & hunc pſalmū Dauid, iis qui in Ba-
bylone fuère captiui: non qui adhuc pro reditu oraue-
rint, ſed qui illo iam potiti, & in itinere cōſtituti erāt.
Vaticinatur autem ſimul, & de Gentium ſalute.*

Scholia in eundem Pſalmum.

IVbilate Deo omnis terra.) Rectè ad huiuſmodi communionem vniuerſam humanam naturam vocant. In ipſis enim prælineata ſunt, quæ omnium ſalutem cōcernunt. Quemadmodum namque ipſi Babylonica ſeruitute liberati

 ſunt,

ſunt, ita vniuerſi mortales ab acerba ſunt diaboli tyrannide aſſerti. Deinde & modum hymnodiæ docent.

Dicite Deo, Quàm terribilia ſunt opera tua.) Admiranda ſunt, propter potẽtiam, quæ à Deo facta ſunt mirabilia. Tanta namque ſunt & eiuſmodi, vt excellentia eorum quæ fiunt, incredibilis ſit apud impios.

In multitudine virtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui.) Quando, inquit, luce cognitionis tuæ A orbem illuſtrabis, tunc quamplurimos ad pietatem conuertes. Tunc etiam illi qui caligine incredulitatis tenentur, negata impietate pietatem ſimulabunt.

Omnis terra adoret te.) Vaticinium hoc eſt de præſenti tempore, quo in omnibus Gentibus Deus omnium laudatur, ac Dominus Chriſtus altiſſimus ab omnibus vocatur.

Venite & videte opera Dei.) Intelligite, inquit, mentem Dei, & eorum quæ ab ipſo fiunt, ſingula conſiderate, inenarrabilémque illius ſapientiam admiramini, per quam omnium mortalium genus ad pietatem ducitur. Sic & Theodotion, Terribilis, inquit, in cõſiliis ſuper filios hominum: Symmachus verò, Terribilia, inquit, machinamẽta pro filiis hominum. Terribilibus namque machinis, pro hominum vtitur ſalute. Deinceps, olim geſta narratur.

Qui conuertit mare in aridam.) Tempus hîc mutatum eſt, de præteritis enim tanquam de futuris loquitur. Alij verò tempus retinuerunt. B Symmachus ſic habet, Mutauit mare in aridam, in flumine tranſierunt pede. Hic enim Deus eſt, inquit, qui & nobis reditum, & vobis ſalutem eſt largitus: qui olim & mare & flumen diuiſit, & maiores noſtros ſine periculo tranſire iuſſit.

Ibi lætabimur in ipſo.) Hoc eſt, ad Iordanem. Poſtquam enim memorauit ac docuit, vbi maiores ipſorum, pede flumen tranſierint: ſubiunxit, Illic lætabimur in ipſo.

Qui dominatur in virtute ſua in æternum.) Non ſolùm nos gubernat, ſed & vniuerſum orbem, & paulò pòſt, omnibus cognitionem largietur. Vbi hoc Propheta ſic vaticinatus eſt dilucidè: deinde & eos qui prædicationi contradicturi erant, ſpiritalibus oculis perſpicuè contemplatus eſt, diligenter & horum incredulitatem prædicit.

Qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis.) Hos Theodotion declinantes vocauit, Deficientes verò Aquila. At Symmachus clarius dixit ad C hunc modum, Increduli non exaltentur in ſemetipſis. Videmus autem & huius prophetiæ finem. Ipſi namque Græci, qui vel tres vel quatuor ſimul in impietate perdurant, apud ſeipſos ſuperbiunt, vt qui non ſint vnà cum multitudine in errorem abducti. De illis itaq; dicit, Non exaltentur in ſemetipſis. Exaſperant enim contra ſeipſos iuſtum iudicem, & iuſtum ſibi ipſis ſupplicium accerſunt.

Et auditam facite vocem laudis eius.) Symmachus illud ἀκουτίσατε, hoc eſt, audire facite: reddidit, ἀκουστὴν ποιήσατε, id eſt, auditorem facite. Perſeuerant autem hortando Gentes, vt patriis ritibus relictis Deum ſuum laudent, & de illius potentia ignorãtes doceant. Hoc enim eſt quod dixit, Auditam facite: hoc eſt, & alios docete.

Qui poſuit animam meam ad vitam.) Vbi enim me tradidit impiis hominibus, non eſt paſſus, vt ſubuerterer, & rectam viam amitterem. Hęc autem omnia piorũ chorus exequutus eſt. Miſerat enim illis Deus eos qui pietate reſplendebãt, ac velut pædotribæ, vniuerſos ad pietatem inſtituebant & dirigebant. Cum illis erat Daniel & Ezechiel. D Illis ac talibus cõuenit, vt pręcedẽtia dicant. In illorum namque perſona iſta Spiritus ſancti gratia ſcripſit.

Quoniam probaſti nos Deus.) Hæc nos pati permiſiſti, vt omnibus pietatis ſinceritatem oſtenderes.

Igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.) Talis erat caminus, in quo Spiritus athletas ſibilo ſuo refocillauit: laqueus item, & leonum lacus: & laqueus inobſeruatus, què & Propheta effugit. Veriſimile eſt autem, eos & verberatos & flagris cæſos eſſe, tanquam captiuos & ſeruos eorum à quibus erant capti. Quapropter & hoc dixerunt, Poſuiſti tribulationes ſupra dorſum noſtrum. Veruntamen his omnibus liberati, ac reditum conſequuti, ſacrificia tibi in lege præcepta offeremus.

Introibo domum tuam in holocauſtis.) Quæ pollicitus ſum, inquit, cum lugerem & orarem, grato animo reddam.

Holocauſta medullata offeram tibi.) Quæcunque tibi promiſi, prompto animo ſacrificabo. E Medullata verò, ſunt benè ſaginata ac pinguia. *Medullata holocauſta* Ita quippe & lex immaculata & integra offerre præcepit. Execratur autem & Malachias eos, qui cùm talia habeant, mutilata offerunt. Tales erant & Cain primitiæ. Docemur verò & nos, vt precioſioribus quæ nobis ſunt, numen honoremus.

Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum.) Non fruſtra, inquit, talium donorum oblectationẽ promiſi, ſed quia magnis ab ipſo donatus ſum muneribus: quæ vt & vos, qui timore Dei præditi eſtis, cognoſcatis oro. Ita & alibi dicit, Vota mea reddam in conſpectu timentium eum. His inſtruimur, vt iſtos babeamus conſortes, & ipſis præcipuè, quæ diuina ſunt exponamus. Ne detis enim, inquit, quæ ſancta ſunt canibus. Et myſteria mea, mihi & meis.

Ad ipſum ore meo clamaui.) Symmachus ſic habet, Ore meo inuocaui, & exaltata eſt cõfeſtim F lingua mea. Statim enim vt deprecationem obtuli, conſequutus ſum quod petij, ideóque lætitia repletus ad gratiarum actionem ac laudem linguam commoui. Illud, Iniuſtitiam ſi aſpexi, &c. Symmachus ſic reddidit, Iuſtitiã ſi præuidi in corde meo, non exaudiat me Dominus, Si cũ vt à ſeruitute liberarer ac reditu potirer, orabã iniuſtitiam aliquã, imaginatus ſum, quam poſt reditum facerem, non detur vt diuinę benignitatis compos fiam. Quòd autem non mentiar, res ipſa teſtatur.

Propterea exaudiuit Deus.) Cum videret me à

talibus

talibus cogitationibus repurgatum, donis me ſuis dignatus eſt munificè. Poſtquā iſta piorum chorus ad hunc modum expoſuit, hymno ſermonem concludit.

Benedictus Deus.) Hymnis, inquit, benefactori rependo, qui & orationem meam ſuſcepit, & miſericordiam largitus eſt.

ARGVMEN. PSAL. LXVI.

A *Pſalmus hic ſenſum habet perſpicuum, nec opus eſt vt multis verbis exponatur. Prædicit enim incarnationem Dei, & ſalutarem apparitionē, ac ſimul omnium Gentium ſalutem.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus miſereatur noſtri.*) Cum eſſet Propheta ſpiritualibus oculis ſalutem per apparitionem Dei omnibus mortalibus futuram contemplatus, orauit vt illa quam citiſſimè exhiberetur. Deinde illam nos perſequentia clarius docet.

Vt cognoſcant in terra viam tuam.) Vt, inquit, & reliqui terram incolentes viam ad te ducētem doceantur, & ad hunc dirigantur. Et ne quis iſta putet de Iudæis dici: adiecit, In omnibus gentibus ſalutem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus.) Oro, inquit, vt appareat facies tua, vt & Gentes illæ quę in caligine ſedent illuminentur, & ad ſalutem pertrahantur.

B *Confiteantur tibi populi omnes.*) Quapropter conuenit, inquit, vt & populi & Gentes omnes exhilarētur, & beneficia tua deprædicent, Cognouerunt enim, nihil eorum quæ ſunt, eſſe neglectum: ſed quòd tu ſis iudex omnium, iuſtas proferens ſententias, ac dirigens errantes ad veritatem, & eos qui credere nolunt puniens.

Confiteantur tibi populi Deus.) Tautologia vtitur, vt auditores alacriores reddat. Non enim iam ignorauit Deum omnium, ſed iucundiſſimum vlli pietatis fructum adferunt.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.) Sicut bis ad hymnodiam Gentes excitauit, ita & ſalutem illis bis exoptauit. Scire autem conuenit, homines cum Deo benedicunt, ſola illi verba offerre: Dum verò, cum benedicit, verba ipſo opere confirmare, & omnis generis bonorum ſuppeditare prouentum. Deinde docet, quomodo poſſibile ſit diuinas conſequi benedictiones.

C *Et metuant eum omnes fines terræ.*) Qui namque diuinis legibus religioſè afficitur, is & futurum tribunal metuit, & horū cuſtodia Deum colit. Cultus verò Dei, benedictionem profert. Eundem ergo finem non Iudæis modo, ſed & omnibus conſtituit mortalibus, nempe vt prædíti ſint timore Dei.

ARGVMEN. PSAL. LXVII.

Cum D. Dauidi impietatem paſſim obtinere, ac diabolum prævalere videret, de Seruatoris autem aduentu per Spiritū ſanctum edoctus eſſet, hāc ad Deum protulit orationem, obſecrans vt quàm citiſſimè adueniret: atque ita futurorum confeſtim reuelationem accepit, doctúſque eſt, ac ſimul docuit de mortalium ſalute, & aduerſariorū exitio, & in ſumma de inopina mortalium immutatione.

Scholia in eundem Pſalmum.

E*Xurgat Deus.*) Tempus, inquit, ſurgendi Domine, & humanam adornandi ſalutem. Confeſtim enim in fugam hoſtium faſtus vertetur, aduentus tui ſplendore diſpulſus. Reſurrectionem autem hic abdicationem patientiæ vocat. Et nos cum iudices clemētia vtentes ad id excitare volumus, vt illis qui per iniuriam premuntur opem ferant, ad hunc modum dicere ſolemus, Surge, excitare, & quæ alia ſunt huiuſmodi. D

Sicut deficit fumus, deficiant.) Quemadmodum enim fumum vētorum diſpellunt impulſus, & cera igni admota liqueſit: ita aduentu tuo Domine omnino in vanum redigentur mortalium inimici. Quos enim Septuaginta peccatores, alij interpretes impios nominarunt.

Et iuſti epulentur.) His oſtendit, quòd nō contra homines, ſed contra dæmones orationem hanc protulerit, quibus diſpulſis & in vanum redactis exultaturæ erant Gentes, & Deum ſeruatorem laudaturæ.

Cantate Deo.) Præcipit hic ſermo Apoſtolis, vt cum tripudio & hymnodia ad Gentes excurrant, & viam regi dirigant. Sunt autem hæc illis conformia quæ ad ipſos dicta ſunt à Domino: nempe, Euntes, docete omnes Gentes, & quæ ibi ſequuntur. Per talem autem S. baptiſmatis diſciplinam, via aſpera redditur plana. Quòd autem ſuper occaſum eum aſcendiſſe dicit, caliginem illam ſignificat, quæ tamdiu mortalium animis offuſa fuit. Symmachus verò ſic, Sternite viam ei qui inequitat in terra inhabitabili. Eſt autem ſolitudo inhabitabilis. Solitudinem verò ſacra Scriptura ſæpenumero Gentes appellauit. Lætare, namque ait, ſolitudo ſiticuloſa. Super hanc itaque ſolitudinem & inhabitabilem, & luce deſtitutam, ideóque occaſus nomine dictā ſol iuſtitiæ aſcendit: ac pulſa caligine eam quæ inhabitabilis erat, in templum ſuum conuertit. E *Solitudo.*

Turbabuntur à facie eius.) Non enim aduētum eius ferunt, quē ſciunt iuſtum eſſe iudicem. Per orphanos enim & viduas, prouidentiæ eius iuſtitiam declarauit. Hanc autem dæmonum perturbationem etiam S. Euāgeliorum nos docet hiſtoria. Dicebant enim, Quid nobis & tibi, fili Dei? & quæ ſequuntur. F

Deus in loco ſancto ſuo.) Quoniam dixit, Exurgat Deus: &, Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: rectè adiecit, Deus in loco ſancto ſuo: tantùm non dicens, Nemo omnium Deum diſpēſationes ſuas tranſitione vſum exequi putet. Tale eſt etiam quòd Dominus dixit, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Per hæc enim diuinam naturam incircumſcriptam eſſe oſtendit: ac docuit, quòd licet deſcenderit, & ſimul conuerſaretur, & cum hominibus ageret, *Natura diuina incircūſcripta.*

 nihilo

nihilo tamē ſecius in cælis, à patre neqnaquam
ſeparatus eſſet.
Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.)
μονοτρόπους, id eſt, vnius moris, eos vocat, qui
eundem ſcopum habēt, & ſolius virtutis com-
plexi ſunt exercitium. Vinctos autem eos intel-
ligit, qui peccati eranr innexi vinculo, quos ſo-
lutos in fortes ac magnanimos euaſuros prædi-
xit. Talis erat Zachæus, talis Matthæus. Non ſo
lùm autem vinctos, inquit, fortes redder: ſed &
A illis quòque, qui ad extremam impietatē vene-
runt, ſalutem largietur.
Deus cnm egrederis in cōſpectu populi tui.) Deus,
inquit, cum populum tuum per ſolitudinem
inbabitabilem tranſeuntem, præcederes, terra
mota eſt, ac cælum diſtilauit. Quaſi dicat,
Cum tranſiturus eſſes ſolitudinem illam, quæ
nondum lucis ſplendorem acceperat, terram
quidem concuſſiſti ac commouiſti, cælitùs verò
gratiæ ruæ guttas diſtillaſti. Eſt autem boc qui-
dem crucis tempore factum. Tunc etenim ter-
ra mota eſt, ac petræ ruptæ ſunt: illud verò poſt
reditum in cælos. Nam tunc Spiritus ſancti gra
tia cælitùs aduenit.
A facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael.) Qui nam-
que, inquit, maioribus noſtris in mōte Sina ap-
paruit, idem & terram paſſionis tempore com-
mouit, vt noſtram argueret inſaniā, & Spiritus
ſancti grariam largitus eſt.
Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus.) Quæ ſu-
prà ſtillicidia nominauit, hîc pluuiam appella-
B uit. Ad neceſſitatem enim diſcentiū gratia ſub-
Pluuia. miniſtrata eſt doctoribus. Pluuiam namq; do-
ctrinæ irrigationē vocat. Hanc nominat volun-
tariam propter animi libertatem.
Et infirmata erat, tu verò perfeciſti eam.) Non
pluuiam, ſed hęreditatem infirmatam fuiſſe di-
Infirmitas. cit. Infirmitatem autem, inſultus impiorum in-
telligit. Et Dominus ad Paulū, Sufficit, inquit,
tibi gratia mea. Nam virtus mea in infirmitate
perficitur. Sed etiam eo tempore, quando impij
eriguntur & inſurgunr, tu confirmas & corro-
boras athletas tuos.
Animalia tua habitabunt in ea.) Animalia
Dei, Apoſtolos vocat, quibus inuectus errorem
diſpulit. Nam & Abacuc dicit, Conſcendiſti ad
mare equos tuos. Hos in hæredirate Dei, hoc
eſt, inter Gētes, habitaturos propbeticus ſermo
vaticinatus eſt.
Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.) Hæç au-
tem, inquit, pauperculæ humanæ naturę, Deus,
propter benignitatem tuam, ac multam commi
C ſerationem es largitus.
Dominus dabit verbum Euangelizantibus.) Quos
ſuprà animalia vocauit: hîc appellat Euan-
geliſtas. Et quoniam piſcatores erant & publi-
cani, conſtituti verò ſunt pbiloſophorum ac
ſophiſtarum doctores: rectè docet, vnde hau-
ſtis doctrinæ fluentis, irrigationem fuerint pro-
laturi.
Et ſpeciei domus.) Domus Dei, ſecundum A-
poſtolum, ſunt qui crediderunt. Species autem
& venuſtas borum eſt Spiritus ſancti gratia,
quos illa omnis generis donorum munificentia
ornat.

Penna columba deargentata.) Pennas columbæ
Spiritus ſancti grariam dicir, quæ in ſpecie co-
lumbę ſupra Iordanis fluenta deſcendit. Huius
autem alas deargentatas, & poſteriora auro de-
corata eſſe dicit. Simpliciora ſiquidem & cādi-
diora ſimplicioribus, perfectiora verò & abſtru-
ſiora perfectioribns conueniunt. Sortes verò,
duo teſtamenta vocat. Dicir itaque, Si ad alter-
utram conceſſeritis doctrinam, videbitis multi-
uariam Spiritus ſancti gratiam.
Dum diſcernit caleſtis reges ſuper eam, niue deal- D
babuntur in Selmon.) Et ſuprà Apoſtolos reges
vocauit, hæredes regni cælorum: & in alio pſal-
mo principes eos appellauit. Vaticinatur au-
rem de Spiritu ſancti aduentu, in die Penteco-
ſtæ facto, per quem Apoſtoli variarum lin-
guarum gratiam acceperunt. Dicit itaque,
quòd illo tempore, qno regnum orbis Do-
minus ipſis ſit diuiſurus, ſplendidi futuri ſint
inſtar niuis. Er locum etiam prædicit, quo
ſint hæc futura. Selmon namque Ieruſalem
intelligit.
Mons Dei, mons pinguis.) Iam montem, quos
bactenus vocauit Euangeliſtas, animalia & re-
ges. Sic & Eſaias dicit, Futurum eſt in poſtre-
mis diebus, vt illuſtris ſit mons Domini. Pin-
guem autem eum & coagulatum dicit, eo quòd
multum pabuli paſcentibus in eo gregibus ex-
hibeatur, & multum pinguedinis à diuina gra-
tia accipiat.
Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?) Contra
Iudæos & hæreticorum conuentus, propheti- E
cus hic ſermo inuenitur, qui ſeipſos nominant
Eccleſiam. Quamobrem, inquit, monti huic
pares eſſe contenditis, quem domicilium ſuum
conſtituit Deus?
Etenim Dominus habitabit in finem.) Non enim
ſicut apud vos, ô Iudæi, certum quoddam
tempus habitauit, ita & in monte hoc aget:
ſed ſempiternam in eo babitationem habebit.
Hoc enim ſignificat, quod dicit, Habitabit
in finem.
*Currus Dei decem millibus multiplex, millia latan-
tium.)* Non iam, ô Iudæi, paucos ſanctos
babebit, quos inſcendat, & in quibus babi-
tet. ſicut enim illorum multæ myriades, qui
inſcenſione bac Dei digni habentur, imò
numerum ſuperanr. Chiliadas namque &
myriadas virentium, ac Deo pietatis fructus
proferentium noua habet hæreditas, qui ad
brauium ſupernæ vocationis contendunt ac
properant.
Dominus in eis in Sinai.) Qui maioribus no- F
ſtris in Sina, inquit, apparuit, idem ipſe & iu-
ſtos moderatur.
Aſcendiſti in altum, cæpiſti captiuitatem.)
Aſcenſus manifeſtat deſcenſum. Teſtatur
boc & Apoſtolus dicens, Quòd autem aſ-
cendit, quid eſt, niſi quòd & deſcenderat
primùm? Illud, Captiuam duxiſti captiuita-
tem: idem eſt ac ſi dicat, Recuperatis illis, ac
veluti receptis, qui olim captiui erant, liberta-
tem largitus es.
Accepiſti dona in hominibus.) Apoſtolus di-
xit, Dediſti dona, vtrumque autem factum eſt.
Ab acce-

Ab accedentibus enim fidem accepit, & gratiam dedit.

Etenim non credentes inhabitare.) Aquila ſic, Etenim inobedientes ad inhabitandum. Non reſpexit, inquit, ad priorem ipſorum inobedientiam: ſed tametſi contradicentes videret, nihilo tamen ſecius in benefaciendo perſeuerauit, donec eos domicilium ſuum efficeret.

Benedictus Dominus.) Semper (inquit) laudandus eſt iuſtus Deus: qui tanta philanthropia A vſus eſt. Qui nos ſalute donauit, idem & viam nobis planam reddet, ne tantis bonis fraudemur.

Deus noſter, Deus ſaluos faciendi.) Exhibebit nobis hoc, fons exiſtens ſalutis.

Et Domini Domini exitus mortis.) Ipſe enim nobis mortis cuſtodiam, quæ perrumpi non poterat, peruiam fecit: & cōtriuit portas æreas, & vectes ferreos. Et hoc per ſequentia declarauit.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum.) Quod dicit, tale eſt, Peccātibus Deus mortem deputauit loco pœnæ. Diabolus autem, velut oſor quiſpiam populi, mortalium vitam perſcrutans, ne minutiſſimum quidem aliquid negligere ſuſtinuit: ſed ipſam naturam morti reddidit obnoxiam. Cum igitur eandem naturam Chriſtum videret indutum, acceſſit ad eum, mortis quærens cauſas: ſicut & ipſe Dominus dixit, Venit princeps mundi, ſed in me nihil inuenit. Veruntamen licet ni-B hil in eo inuenerit, morti tamen eum tradidit. Hæc autem in iuſtitia: potentiam quidem illius deſtruxit, mortalibus verò infernū aperuit: de quibus quidem vbi de prouidentia Dei tractauimus, pluribus eſt dictum.

Baſan.

Dixit Dominus, Ex Baſan conuertam.) Baſan, cōfuſionem ſignificat. Cōfuſio autem peccati fructus eſt. Ab hac itaque conuertet Dominus, & à profundis maris. Quæ eſt autē maris profunditas? Ipſe clamat, Liberer ab his qui oderunt me, &c.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine.) Quoniam oſtendit Deum veluti ſtrenuum quendam victorem hoſtes expugnantem, ſanguinis quoque riuos, & mortuos conculcatos, ac inſepultos proiectóſque ſermone depingit. Hoc autem & per Eſaiam clamat, Torcular, inquit, calcaui prorſus ſolus, nec quiſquam ex Gentibus mecum erat, & conculcaui eos in furore meo, & ad terram ſanguinum eorum effudi: & cum eos vincerem, aſperſa ſunt veſtimenta C mea, &c.

Ingreſſus Dei.

Viderunt ingreſſus tuos Deus.) Ingreſſus Dei, diſpenſationes illius dicit: ſanctum verò, filium ex ſemine Dauid aſſumptū vocat. Manifeſtata eſt, inquit, prouidentia tua, & eximeas diſpēſationes tuas cognouerunt vniuerſi.

Præuenerunt principes, coniuncti pſallentibus.) Ab hoc loco deinceps Eccleſiarum lętitiam docet. Principes verò Apoſtolos dicit, tanquā horum factos architectos. Iuuenculas vocat, virginitatis ſtudium exercentes, ac diuinam Deo melodiam offerentes. Deinde iam dicta manifeſtiora reddit.

In Eccleſiis benedicite Deo.) Veteris Teſtamenti tenuitatem oſtendit. Erat enim vnus Iudæorum populus. Hîc verò de Eccleſiarum multitudine vaticinatur, in quib⁹, ex fontibus Iſraeliticis, propheticis, videlicet libris, Deum laudare præcipit. Quoniam autem propheticos nobis & apoſtolicos fontes largitus eſt Deus, rectè ſubiecit,

Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.) Beniamin adoleſcentior B. eſt Paulus, ex tribu Beniamin ortus. Adoleſcentior autem dicitur, D propterea quòd & poſt reliquos omnes & vocatus eſt & appellatus. Fuit autem & in ecſtaſi aliquādo, vt cognoſceret in cælis eum eſſe quem fuerat perſequutus, ac mortuum putauerat. Quoniā verò non ſolùm Paulus, ſed & reliquus Apoſtolorum chorus, quæ diuina ſunt credentes docet, meritò & horum propheticus ſermo mentionem facit. Nam ex iſtis tribubus reliqui Apoſtoli genus traxerunt.

Manda Deus virtuti tuæ.) Præcipe Deus, inquit Symmachus, in virtute tua. Confirma hoc Deus, quod habitauit in nobis propter templum tuum, cæleſtis videlicet Ieruſalem. Confirma gratiam quam dediſti nobis per templum tuum, quod ex nobis aſſumpſiſti, quod conſtituiſti ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & omne nomen quod nominatur, non modo in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Ieruſalem enim cæleſtem ciuitatem vocat. Petunt itaque propter cognationem quam ad populum hunc habet, vt datam gratiam con- E firmet, largiatúrque, vt conſperſio propter primitias, exhibito dono potiatur. Vaticinatur autem & de Babyloniorum immutatione.

A templo tuo in Ieruſalem.) A perſequutione ſiquidem ceſſantes competentem Deo cultum offerent. Et quemadmodum ipſi tributum accipiunt à ſubditis, ita tanquam ſerui ac ſubditi dona tibi offerent.

Increpa feras harundinis.) Quædā exemplaria feras ſyluæ habēt. Siue ſyluæ legas, ſiue harundinis, ſterilitatem notat. Habent autē ſpiritales feræ idem hoc domicilium, quas vt diuina inuocatione pellamus, propheta nos docuit.

Congregatio taurorum in vaccis populorum.) Tauros multitudinem Iudæorū, propter ferociam dicit: vaccas verò populorum eos, qui ex Gentibus crediderunt, propter recentem vocationem nominat. Tauri. Vaccæ.

Vt excludant eos qui probati ſunt argento.) Prædicit hîc Iudæorum inſultus, initiò prædicatio- F nis contra pios factos. Hoc, inquit, facient, volentes excludere, & data ſalute priuare, eos qui inſtar argenti igne examinati probatique ſunt reperti. Quoniam verò & in Gentibus fuerunt, qui contradicerent, & ſanctorum necem molirentur, de illis quoque loquitur, dicens,

Diſſipa Gentes quæ bella volunt.) Poſtquam ad hunc modum de aduerſariis vaticinatus eſt, ſermonem iam transfert ad credentes.

Venient legati ex Ægypto.) Prioris huius legationis meminit, quādo olim impietas potentiam Dei eſt reuerita. Meminit autē Ægyptio-

rum & hiſtoria Actorum Apoſtoli, vbi eos receoſet, qui in die Pentecoſtes congregati fuerunt.

Æthiopia praeueniet manus eius Deo.) Et huius particulæ videmus effectum. Teſtis etiam eſt, Eunuchus ille Candacis reginæ. Deinde totius orbis regna ad laudem Dei vocat.

Regna terræ cantate Deo.) Quotquot, inquit, orbem inhabitatis, hymnodiam Deo pro beneficentia illius offerte.

A *Qui aſcendit ſuper cælum cæli.)* Chriſtus enim non ſolùm io viſibile hoc cælum aſcendit, ſed & in ſuperius, conſeditque io dextera Maieſtatis io excelſis, radios ſuos omnibus, tanquam Orientis ſolis demittens.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.) Significat his verbis Spiritus ſancti, poſt Chriſti aſſumptionem, deſcenſum: Manete enim, inquit, in ciuitate Ieruſalem, donec induamini virtute ex alto.

Date gloriam Deo.) Æquum enim eſt, vt qui tanta ſunt bona conſequuti, in omnibus benefactorem glorificent.

Super Iſrael, magnificentia eius, &c.) Apoſtoli genus ex Iſraele ducentes, magnificentiam miraculis quæ ediderunt declararunt: ſicut & qui poſt eos docendi chariſma ſunt aſſequuti, velut nubes quædam, attracta è mari Spiritus ſancti pluuia, irrigationem mortalibus proferunt.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis: Deus Iſrael.) Et alij,
B inquit, virtuti operã dantes, efficiunt vt per hęc laudetur Deus. Sic enim, inquit Dominus, luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ, qui in cælis eſt.

Ipſe dabit virtutem, fortitudinẽ plebi ſuæ.) Haud ſimpliciter Iſraelis meminit, ſed quoniam cum Iacob fratrem ſuum Eſaü metueret, diuináque apparitione donaretur, corroboratus animo metum eiecit: docet nos hic ſermo, quòd qui illum robuſtum reddidit, idem ipſe ſit & nouum populum ſuum corroboraturus. Conueniens autem eſt, quòd, cum dicit, Benedictus Deus, pſalmus hic cum laude Dei concluditur.

ARGVMEN. PSAL. LXVIII.

Quandam rerum mutationẽ portendit hic pſalmus. In Iudæos enim qui in Babylonem tranſmigrarunt, dictus eſt, ac velut in perſona illorum orãtium ac liberationem petentiũ figuratus. Vaticinatur autem ſimul &
C *de liberatione à ſeruitute, ac reditu, déque ædificatione Ieruſalem: & in ſumma, de reſtituẽda priore Iudaicæ terræ fælicitate. Habet verò & prophetiam paſſionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarũ gratia Iudæorum nationem erat comprehenſurum.*

Scholia in eundem Pſalmum.

S*Aluum me fac Deus.)* Ei Iudæorum portioni, quæ pia magis erat, orationem hanc deputat. Aquas vocat multitudinem calamitatum. Ex omni parte, inquit, rebus triſtibus velut vndis inuoluimur.

Infixus ſum in limo profundi.) Symmachus ſic, Immerſus ſum gurgitibus, vnde non eſt exitus, nec eſt quo coosiſtam. Metaphora eſt ab illis ſumpta, qui in profundũ maris incidentes, pleruoque ad ima deferuntur, & vix ſolidi quicquam aſſequuntur. Magnitudinem malorum his verbis declarat.

Veni in altitudinem maris.) Sermonem variis imaginibus ornat. Non enim reperit aliquam imaginem, qua dignè res triſtes, quibus occupabantur, exprimat. D

Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.) Sine intermiſſione, inquit, ſupplicans clamo, ita vt & ipſa vocis organa fatigentur. Raucedinem autem, vehementiam ex animo orandi dicit.

Defecerunt oculi mei.) Ex metaphora eorũ, qui familiarem & amicum aliquem extra peregrinationem conſtitutum expectanr, & vias circũſpiciunt. Laboraui (inquit) auxilium tuum expectando. Deinceps quæ hactenus tropicè poſuit, manifeſtius docet.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei.) Et innumerabiles ſunt inimici mei, & potentia circundati, & odio aduerſum me feruntur, cũ nullam illis odij cauſam præbuerim.

Quæ non rapui, tunc exoluebam.) Quibus nihil iniuriæ intuli, immeritas pœnas do.

Deus tu ſcis inſipientiam meam.) Noſti enim, quòd nihil in illos deliquerim. Tuas verò leges tranſgreſſus ſum. Videtur hæc particula ſimilis ei qua dicit, Tibi ſoli peccaui. E

Non erubeſcant in me, qui expectant te Domine.) Ne fiam (inquit) aliis noxium exemplum, ſi, cum ad ſalutem quæ abs te feratur reſpiciens, ſpe mea frauder: ſed per ea quæ mihi accidant, qui te cognoſcunt, addiſcant, quod in te ſperans, non coofuſionis, ſed ſalutis ſit reportaturus fructum.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium.) Subſannãt enim me continuè inimici, metũ meum tuam vocantes imbecillitatem.

Operuit confuſio faciem meam.) Recẽſet doloris ærumnas, benignum Deum ad miſericordiam excitãs. Et primùm impiorum opprobria, deinde cognatorum ac familiariũ defectiooem ponit. Tanquam captiui namque & ad ſeruitutem coacti, non permittebantur, vt pro cognationis iure vnà degerent.

Quoniam Zelus domus tuæ.) Haud parum me, inquit, ſanctæ domus tuæ deſolatio, & impiorum irriſio diſcruciat. Quę namque in illam committuntur, imbecillitati tuæ imputantur. F
Quapropter blaſphemiis quæ aduerſum te eiaculantur ſtimulor, quaſi illarũ ego ſim author. Illud, Comedit me: Symmachus reddidit, Conſumpſit me.

Et operui in ieiunio animam meam.) Horum gratia diſcrutior, & corpus meum ieiuniis macero. Et hoc ipſum cauſa illis factũ eſt ſubſannationis. Conficio autem meipſe ſacci quoque amictu. Et hoc ſanè veluti primitias contumeliæ huius vſurpaui.

Aduerſum me loquebantur.) Et in conuentibus, inquit, & in ſympoſiis adflictationes meas

iactant

iactant olim enim in portis iudicum conſeſſus fiebant.

Ego verò orationem meam.) Oratio verò mea tu es Domine, dum hæc fiunt. Oculos meos ad te dirigo,& auxilium ac velocem opem abs te expecto.

Tempus beneplaciti Deus.) Tempus reconciliationis Deus. Sufficienter puniti ſumus, tempus eſt vt ceſſet hoc ſupplitium, & benignitas tua reluceat: εὐδοκίαν enim bonam vocat vo-
A luntatem.

In veritate ſalutis tuæ.) Ne punias me ſecundum menſuram delictorum meorum, ſed ſecū dum immenſam benignitatis tuæ miſericordiam: vtere autem veritate & iuſto tuo iudicio aduerſum eos, qui tātis me malis adfligunt. Deinde calamitates ſuas iterum tropicè recenſet, narratione hac miſericordiam Dei permouere conatus.

Libera me ab his qui oderunt me.) Similis ſum illis qui in foueam cœnoſam incidunt, mortémque ſuſtinent, quapropter ſalutem abs te expecto.

Ne demergat me tempeſtas aqua.) Oro autem, vt & ab hoſtibus, & à malis quæ ab illis inferuntur, liberer. Aquarum quippe profunditatem, ærumnas vocat, quas illi inferebant.

Neque abſorbeat me profundum.) Ne reddar, inquit, adobrutus ac ſubmerſus multitudine ac magnitudine malorum.

Neque vrgeat ſuper me.) Ne occludas mihi be-
B neuolentiæ tuæ ianuam. Qui namque in puteū incidunt, donec ore ſunt aperto, modicum quid ſpei habent, quòd poſſint è periculo liberari: verùm vbi & hoc occluditur, de ſalute deſperant.

Exaudi me Domine.) Propter tuam benignitatem, non propter meam dignitatem, liberationem adfer è malis, de quibus commemoraui. Solent enim hoc facere irati, poſtquam orationes eorum qui deliquerant, repulerunt.

Secundum multitudinem miſerat.) Propter doloris excellentiam, celerem mihi conſolationē exhibe. Potes enim ſolo intuitu quæ triſtia ſunt diſpellere.

Quoniam tribulor, velociter exaudi me.) Maiora quidem ſunt delicta mea, quàm quæ remiſſionem mereantur: veruntamen propter impiorū hoſtium improperia, da Domine, vt benignitate tua potiar.

Tu ſcis improperium meum.) Nihil te latet eorum quæ fiunt, ſed vides omnia, & illorum
C improperia & meam confuſionem. Confundor namque ſimul & diſcrutior, probris ab illis affectus.

Improperium expectauit cor meum.) Tantis enim vndique doloribus occupatus, & adhuc triſtiora expectans, nullam prorſus habeo conſolationem: ſed qui me diſcrutiant numerari nequeunt: qui verò conſoletur, & mœſtitiæ communicatione anguſtiam animi releuet, nemo comparet.

Et dederunt in eſcam meam fel.) Et ipſum mihi cibum, inquit, amarum reddiderunt. Eſt enim cibus, etiam aliàs delicatiſſimus, iniucūdus his qui cum dolore comedunt. Et eam itaque oblectationem in ærumnas mihi commutarunt. Et incidant in ea quæ contra me ſunt operati. Menſam enim, oblectationem vocauit: ærumnas verò, laqueum. Symmachus verò ſic, Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum & ſupplitium. Vt comprehendātur, induc ſuper eos tenebricoſam calamitatum nubem.

Et dorſum eorum.) Seruitutem eorum decerne Domine, vt incidant in ea quæ aliis conſtru- D
xerunt, nunquam non moleſtæ operationi incumbentes.

Effunde ſuper eos iram tuam.) Omnem, inquit, iræ tuæ pœnam in illos immitte, inférque eis celerem & perennem calamitatem. Per furorem enim celeritatem ſignificauit, per irā verò perſeuerantiam. Furor enim præceps eſt, & modici temporis: ira verò, tardior quidem eſt, ſed perſeuerātior. Furorem igitur iræ, & velox & diu- *Furor.*
turnum ſupplitium vocauit.

Fiat habitatio eorum deſerta.) Per omnia iuſtum iudicium implorat, orátque vt malis ſubijciantur, quæ ipſi fecerunt. Quoniam Ieruſalem, & reliquas terræ Iudaicæ ciuitates vaſtantes deſertas reddiderant, orat vt eadem & ipſorum patria patiatur. Factus eſt quoque voti compos. Eſt enim Babylon in hodiernum vſque diem deſerta. Sciendum ſanè eſt, quòd quæcunque Babylonijs, vt paterentur, imprecati ſunt Iudæi, quòd impiè eos ac malitioſè tractaſſent, eadē ipſis quoq; acciderūt, eo quòd contra be- *Quæ Iudæi Babylonijs ſunt imprecati, ea tandem Iudæis obtigerūt.*
nefactorem inſanierunt. Nam Babylonij quidē E
Iudæorum eſcam reddiderant amaram moleſtiſſima ſeruitute, quod iucundum illi vt erat auferentes: Iudæi verò etiam beneficiis affecti, ipſi benefactori fel & acetum velut vinea noxia, porrexerunt: quocirca iiſdem facti ſunt ſuppliciis obnoxij, & facta eſt mēſa eorū laqueus, & obtenebrati ſunt oculi eorum, vt veram lucem videre nequeant: & dorſum eorū irremiſſa paupertate ac ſeruitute, propter duram ipſorū ceruicem, incuruatur: & habitatio eorum facta eſt deſerta, & in tabernaculis Ieroſolymitanis nemo ipſorum habitat. Subiacent itaque ſuis ipſorum execrationibus quibus Babylonios ſunt execrati, propterea quòd benefactori facti ſunt ingrati.

Appone iniquitatem.) Pœnas de illis propter peccata ſumptas peccatum vocauit. Infer, inquit, illis iniquè viuentibus, meritum ſupplitium.

Et non intrent.) Huic ſimile eſt illud pſalmi primi, Non exurgent impij in iudicio. Delean- F
tur de libro viuentium. Librorum ipſorum meminit & Daniel: Iudicium, inquit, ſedit, & libri aperti ſunt. Quod autē dicit, tale eſt, Haud potiātur quiete, quam nos per tuam ſumus adepti benignitatem.

Pauper & dolens ſum ego.) Ab hoc loco deinceps de rerum mutatione, captiuorum ſolutione ac reditu loquitur. Quapropter & hic pſalmus, In finem pro iis qui commutabuntur, eſt inſcriptus. Duas enim contrarias mutationes accepit. Pœnitentia namque in Babylone vſi, priorem libertatem receperunt: poſtea verò

contra Dominum inſanientes, ad omnimodam condemnati ſunt ſeruitutem. Vtráſque mutationes prædicit hic pſalmus. Quod verò dicit, Panper & dolens ſum ego: hunc ſenſum babet, Cum viderem me, inquit, in paupertate conſtitutum, & anguſtiis examinatum, ſalutem petij. Huius gratia laudabo nomen Dei mei cum cãtico. Non enim ero beneficẽtiæ illius ingratus, ſed hymnis illi gratias rependam, & deprędicatione beneficiorũ amplitudinem eius ignoA rantibus declarabo.

Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum.) Iucundius, inquit, in ſacrificium laudis erit, quàm vituli nouelli ac pinguis recens vngulas & cornua producentis. Dignum fuerit deplorare Iudæorum prænaricationem, qui conſiderare nolunt, quàm puerilis ſit legalis cultus, cum qui in Babylone captiui fuerunt, polliciti ſint ſe Deum hymnis poſt reditum non ſacrificiorum cultibus celebraturos, eo quòd hymnodia illi ſit gratior.

Videant pauperes.) Quotquot, inquit, in conſimiles incidunt adflictiones, argumentum à nobis bonæ ſpei accipiant.

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus.) Hortatur, vt ſpe in Deum & precatione ſalutem adipiſcamur. Suſcepit enim (inquit) deprecationẽ noſtram, paupertatem noſtram vidit, vinculis impeditos (quoniam ipſe nos ſeruituti tradiderat) reſoluit.

Laudent eum cæli & terra.) Ipſam creaturam B ad laudandum Deum voco. Non enim ſufficiẽs ad hoc eſt humana lingua, vt diuina munera deprædicet.

Quoniam Deus ſaluam faciet Sion. Hunc autem illi hymnum offeram, vbi Sion illuſtrem, & Iudaicas ciuitates nunc deſolatas, priorem felicitatem recepiſſe videro. Poſtquam igitur de ciuitatis huius reſtauratione vaticinatus eſt, prædicit & habitatorem illius multitudinem. Qui nunc, inquit, captiui ſunt, reditum adepti, & ciuitates ſuas reſtaurabunt, & in illis ipſi & pueri eorum habitabunt. Nam hoc ſubiecit, dicens: Et ſemen ſeruorum tuorum, &c.

Et inhabitabunt ibi.) Quoniam verò propter furias quibus contra Seruatorẽ inſanierunt, omnimodum paſſuri erant excidium, meritò talem extremam pſalmi partem poſuit.

Et ſemen ſeruorum eius.) Non enim omnes qui ſunt ex Iſraël, Iſraël ſunt: neque propterea quòd ſemen Abrahæ ſunt, omnes mox filij C ſunt. Conſonant autem iſtis & Prophetica: Si numerus filiorum Iſraël fuerit, ſicut arena maris, reliquiæ ſeruabuntur. Hoc & Dauid dixit: Et qui diligũt nomen tuum. Poſt crucem enim illi inſtar canum ſunt expulſi. Qui verò Deum diligunt, in Sion habitantes laudis illi ſacrificium offerunt.

ARGVMENTVM PSAL. LXIX.

Quod in epigrapha eſt, Vt ſeruet me Dominus, nec in aliquo exemplari, nec apud Hebræum, nec apud alios interpretes reperi: conuenit tamen cum pſalmi ſenſu. Orat enim propheta pro ſalute, & vt ab inimicis liberetur. Dixit autem hunc pſalmum Dauid, cum eſſet per Abſalomum pulſus. Rectè autem inſcriptioni adiectum eſt illud, Ad rememorãdum. Memoria ſiquidem peccati vehementius illum, quàm hoſtes, pungebant. Quapropter & clamat.

Scholia in eundem Pſalmum.

DEus ad adiutorium meum attende.) Multis, inquit, calamitatibus velut vndis adobruor, ob quam cauſam celerem opem peto.

Confundantur & reuereantur.) Fruſtrentur, inquit, qui necem meam appetunt, & confuſionem inde reportent: & qui calamitatibus meis delectãtur, in fugam cum pudore, rerum mearum mutationem videntes, vertantur. D

Exultent & lætentur.) Omni lætitia eos reple, qui te diligunt, vt beneficia tua celebrantes tripudient.

Ego verò egenus.) Hoc eſt, Iuſtitia eorum quæ dicta iam ſunt, priuatus ſum, & in paupertate degens diuitias virtutis non habeo, ideóque vt auxilio tuo potiar, oro.

Adiutor meus & liberator meus es tu.) Poritus enim ſum prouidentia tua. Illud, Ne moreris: idem eſt atque, Opem ſuppedita quàm citiſſimè, nec petitionem meam differas.

ARGVMENTVM PSAL. LXX.

In confeſſo eſt, quòd qui epigraphen hanc fecit, in Hebræo illam non repererit, ſed eã ipſe poſuerit. Sciendum autem eſt, quòd filij Ionadab fuerint, qui primi in captiuitatem abierunt. Ieremias enim vinum illis à E *Domino iuſſus eſt proponere, ad redarguẽdum Iudæorũ præuaricationem. Illis autem propter inſtitutionem maiorum ſuorum bibere nolentibus, Iudæorum inobedientiam reprehendit Propheta: quòd cum filij Ionadab humana præcepta ſeruarẽt, ipſi diuinas ſanctiones tranſgrederẽtur. Dictus eſt autem hic pſalmus, in perſona eorum qui in Babyloniam tranſmigrarunt, reditúmque optarunt, ac liberari è captiuitate petierunt. Scripſit autem illum Dauid, ita vt verba eorum parti adaptarit, qui reliquis pij magis erant.*

Scholia in eundem Pſalmum.

IN te Domine ſperaui.) Ne frauder, inquit, ſpe mea, dum auxilium tuum præſtolor, neque diutius improperiis reddat obnoxius.

In iuſtitia tua libera me.) Obſecro, vt mihi & Babyloniis iudices, & iuſtam aduerſum illos ſententiam proferas: nam ita ſeruitute illorum liberabor.

Inclina ad me aurem tuam.) Te, inquit, propugnatorem ac firmam communitionem habeo. F Placidè itaque orationem meam ſuſcipe.

Deus meus eripe me de manu peccatoris.) Oro te, vt ab eorum potentia, qui impiè viuunt, liberer.

Domine ſpes mea à iuuentute mea.) Iuuentutem tempus magni Moyſi vocat, quo poſteaquam Ægyptiis ſeruierãt, libertatem ſunt conſequuti. Ex eo, inquit, tempore ſpem in te habeo, & auxilium tuum expecto.

In te confirmatus ſum ex vtero.) Natiuitatem & partum, egreſſum vocat ex Ægypto. Hoc & Ezechiel

Ezechiel docet. Cum enim impietatem Ieruſalem reprehenderet, dixiſſetque, Pater tuus Amorrhæus,& mater tua Chettæa: ſubiecit, In die qua nata es, Vmbilicus tuus non eſt præciſus,& ſale non es ſalita, & aqua non es lota ad ſalutem. Quoniam enim vmbilicus velut radix quædam infantis eſt (per hunc enim creſcitur & nutritur) Iſraël verò poſt egreſſum ex Ægypto, inſitam adhuc habebat Ægyptiorũ impietatem: rectè dicit, Vmbilicus tuus non eſt præ-
A ciſus. Quoniam, inquit, nutrimentum ex vtero materno trahis, & prioribus ſtudiis immoraris. Piorum itaque portio Deum orans dicit, Quia inde ab initio ſpem in te, & protectionem tuã habeo.

In te cantatio mea ſemper.) Te laudo & glorifico ſine intermiſſione, & per tuam prouidentiã factus ſum illuſtris.

Tanquam prodigium factus ſum multis.) Verùm poſteaquam auxilium tuum illuxit, multam adeptus ſum immutationem, ita vt multis, quæ mihi acciderunt, ſigni cuiuſdam loco reputarentur.

Repleatur os meum laude.) Tranſmuta igitur vrgentem me infelicitatem, & cõmoue ad hymnodiam linguam meã, quo tibi perennem laudem offerã. Illud enim, Tota die, Symmachus, ſingulis diebus, reddidit.

Ne proijcias me.) Oro vt etiamnum eadem tua prouidentia fruar, qua fretus ſum in iuuentute. Quoniam enim exitum ex Ægypto iuuentutẽ
B vocauit, captiuitatis Babylonis tempus ſenectutem appellat, quòd inter vtrumque multum temporis dilapſum ſit.

Quia dixerũt inimici mei mihi.) Omnes, inquit, inimici calamitatibus meis inſultãt, vidẽtes me protectione tua deſtitutum, ſperantẽſque non futurum amplius, vt prouideotiæ tuæ particeps fiam. Quapropter oro, &c.

Deus ne elongeris à me.) Elongare dicit non eſſentiã Dei (nam illa vbique præſtò eſt) ſed prouidentiam eius, & auxilij ipſius operationem.

Confundantur & deficiant.) Symmachus ſic, Confundãtur & cõſimentur, qui aduerſantur animæ meæ. Fruſtreotur peccatis ſuis, & debitam inde confuſionem reportent, iniuſtè mihi exitium parturientes.

Operiantur confuſione & pudore.) Ignominioſi fiant, qui me calamitatibus adobruunt.

Ego autem ſemper ſperabo.) Vbi namque iſta fieri videro, ſpe in te collocata firmabor, & creberrimè hymnodiam offeram.

C *Os meum annuntiabit iuſtitiam tuam.*) Non ceſſabo, quin omnes de eo inſtruam, quomodo inter me & hoſtes meos iudicaris, mẽque illorum ſeruitute liberum reddideris.

Quoniam non cognoui literaturã.) Symmachus ſic: Quoniam adnumerare nequeo, ingrediar in potentia Domini. Quia pollicitus erat narraturum ſe iuſtitiam Dei, & ſalutem in ſe collatam, eſſet autẽ viribus humanis maior hæc promiſſio: rectè ſubiecit, Quoniam connumerare nequeo. Hoc & Pſalmo 39. cum dixiſſet, Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: ſubiunxit, Annuntiaui & loquutus ſum: & quæ ibi ſequuntur. Idem & hîc dicit, Quoniam cõnumerare nequeo. Tales enim ſcripturas natura mea non eſt aſſequuta. Attamen ingrediar in potentia Domini, vt hymnodiam humanæ naturæ poſſibilem reddam.

Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.) Laudabo te Domine, cum & inſtitiam tuam in me declaratam videro, & præceptorum tuorũ recordatus fuero. Nã illa me à pueri docuiſti. Vel hinc patet, quòd tempora Moſaïca iuuentutem vocet. Per hunc enim lex eſt data. D

Et nunc vſque pronuntiabo mirabilia tua.) Ego quidem mirabilia tua ignorantibus declarabo: tu verò ſicut ab initio vocatus es Deus, ita me ſemper protectione tua dignare.

Et vſque in ſenectam ac ſenium.) Prophetiẽ Dauid quæ futura erant prædicit. Senectutem namque, finem legis. Finita eſt autem illa poſt Chriſti aduentum. Et hîc eos qui in Babylone fuerunt docet, dicens, Vſque in ſenecta & ſenium. Deinde vt oſtendat, quam vocet ſenectutem, ſubijcit, Donec annuntiem brachiũ tuum, &c.

Potentiam tuam & iuſtitiam tuam Deus.) Aquila & Symmachus ſic, Deus vſq; ad excelſa, quæ feciſti magnalia. hoc eſt, Excelſa & magnifica; quæ abs te fiunt Domine, ſufficiunt ad hoc vt omnibus perſuadeãt, quo te altiſſimum nomineent.

Quæ feciſti magnalia.) Excellis, inquit, omnes cùm natura tum potentia. Hinc autem de reditu vaticinatur. E

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes.) Tradidiſti me, inquit, multis ac variis calamitatibus, propter præuaricationes meas, atque iterum ad vitam reduxiſti.

Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.) Arbitror me quodammodo præter opinionem humanã reuixiſſe, quòd tantis liberatus ſum ærumnis. Hoc autem & per Ezechielem dicit Dominus: Aperiam monumenta veſtra, & reducam vos è Babylone: hoc eſt, Deſperationem humanam diſſoluam, & præter ſpem hoſtium, reditum vobis elargiar.

Multiplicaſti magnificentiam.) Symmachus ſic: Augebis magnificentiam meam, & circundabis me conſolatione, & alia quæ ſimiliter prædixit. Tua namque erga me prouidentia, bonitas tua declarabitur.

Nam & ego confitebor tibi.) Quòd & hîc multorum populorũ meminit, pat eſt: vt eos ſignificari intelligamus, qui poſt incarnationem Seruatoris, per præcones, qui ex Iudæis ſunt, ſalutem ſunt adepti. F

In vaſis pſalmi veritatem tuam Deus.) Vtar autẽ & conſuetis organis, vt hymnodiam adornem.

Exultabunt labia mea.) Simul & Babyloniorũ interitum, à Cyro Perſarum rege illatum, & Iudæorum reuocationem prædicit. Nam illis, inquit, diſſipatis, ego reditu potiar: illo potitus, lætus tripudiabo, & beneficia tua celebrans, & aſſiduam legis tuæ meditationem faciens.

ARGVMENTVM PSAL. LXXI.

Quod Salomoni nequaquã conueniat hic pſalmus, arbitror

arbitror nec Iudæos inficias ire, modò quæ vera ſunt dicere velint. Primùm enim Salomon, neq; regnauit vſque ad fines terræ, neque ab Orientalibus & Occidentalibus tributum accepit. Deinde vt homo finem accepit, illúmque non ita illuſtrem. Pſalmus verò eum de quo prophetiam texit, & ſole & luna antiquiorẽ eſſe oſtendit, ſicut & eorum quæ dicuntur, expoſitio docebit. Vaticinatur itaque hic pſalmus de Seruatore Salomon enim pacificũ ſonat, ſi interpreteris: ipſe verò Chriſtus Apoſtolis dixit, Pacem meam do vobis. Et Paulus, A *Ipſe eſt, inquit, pax noſtra, qui fecit ex vtroque vnum.*

Scholia in eundem Pſalmum.

Deus iudicium tuum regi da.) Chriſtũ prophetia & regem, & regis filium vocat. Ita illũ & leonem vocauit Iacob, dicens, Catulus leonis Iuda. Ex germine fili mi aſcẽdiſti. Requieſcẽs accubuit vt leo, & ſicut catulus leonis, quis excitabit eum? Non enim rex tantum eſt, ſed & filius regis. Vt Deus enim, ex Deo omnium regum rege Deus eſt: & vt homo, progenitorem habet regem Dauidem. Huic propheticus ſermo, tanquam homini, iuſtitiam à Deo dari obſecrat. Deinde & cauſam huius tradit.

Gen. 49.

Iudicare populum tuũ in iuſtitia) Eos enim qui paupertate peccati detinentur à ſeruitute maligni liberabit, iuſtè de illo, & his qui ab eo detinentur, iudicaturus.

Suſcipiant montes pacem.) Proſopopœia eſt, omnium immutationem oſtendens. Hic, inquit, B populo prædicabit exitum. Montes exultabunt inſtar arietum. Videmus autem & montium & collium immutationem. Qui namque abiecta veteri impietate angelicam vitã amplexi ſunt, angelicæ quoque iuſtitiæ fructum reportant, & pro hominibus intercedentes diuinas conciliationes efficiunt.

Et humiliabit calumniatorem.) Meritò diabolus calumniator eſt dictus. Nam & Deo calumniã intulit, cum diceret eum vſum ligni per inuidiã prohibuiſſe: & aduerſum Iob dixit, Num fruſtra Deum colit? Verùm hunc Dominus humiliauit ac ſubuertit, & eos qui tyrannide illius preſſi erant, libertate donauit.

Et permanebit cum ſole.) Qui iſta, inquit, perfecit, neque initium dierum vt Apoſtolico more loquar, neque vitę finem habet. Sempiternus enim eſt, & immortalis.

Deſcendit ſicut pluuia in vellus.) Humanam nobis natiuitatem his verbis ſignificauit, quæ ſine C ſtrepitu eſt facta.

Orietur in diebus eius iuſtitia.) Verbis res ipſæ aſtipulantur. Humana quippe natura priore impietate repudiata pietatem didicit. Si verò nõnulli credentes delinquunt, ſunt tamen innumeri meliores, in militiis, inter idiotas, inter ſeruos, & operatores manuarios, quibus curæ eſt virtus.

Et abundantia pacis, donec auferatur luna.) Hoc eſt, Per vniuerſum præſentis vitæ tempus. Superfluũ enim fuerit de futuro loqui, in quo vera pax obtinebit.

Et dominabitur à mari, vſque ad mare.) Hoc eſt, Dominabitur omnibus finibus orbis.

Et à fluminibus.) Flumen dicit Iordanẽ, in quo baptizatus eſt Dominus, accepto Spiritus ſancti teſtimonio. Ab eo tempore, inquit Euangeliſta, cœpit prædicare, &c. Ob quam cauſam & propheria dicit, quòd dominaturus ſit à flumine, vſque ad terminos orbis. Deinde & aliunde manifeſtum hoc facit.

Reges Tharſis, & inſulæ, &c.) Tharſin, Carthaginem Libyæ dominantẽ, & Eſaias & Ezechiel nominant.

Reges Arabum & Saba dona adducent.) Saba, gens eſt Æthiopum, Lybies verò & Aphri appellantur & occidentales orbis partes, Æthiopes, Orientales & Auſtrales: Arabes mediam Epirum: Inſulani medium mare, obtinent. Hos autem dicit proſtraturos ſe coram illo, & tanquam Deo adorationem, ſicuti regi verò munera oblaturos. Inimicos verò, aut ipſum dæmonem, maledictionibus contra ſerpentem latis ſubiecturos. Quia uerò trium aut quatuor gentium meminit, & ænigmaticè omnium nationum immutationem pręſignauit, ſermonem clariorem reddit. Alij quidem in hac vita volẽtes, alij verò, imò omnes, poſt reſurrectionem ſubijcientur. Nondum enim, inquit Apoſtolus, omnia illi ſubiecta videmus: verùm tunc ei omne genu flectetur.

Saba.
Aphri.

Omnes Gentes ſeruient ei.) Conueniunt iſta cum vaticinio Iacob, quòd ipſe ſit expectatio Gentium. Videmus autem & huius vaticinij effe- E ctum. Non enim vlla gens eſt, quæ prædicationes Euangelicas non audierit: ſed ſunt in ſingulis nationibus, qui ſplendorem diuinæ cognitionis receperunt.

Euangeliũ vtiq; prædicatum.

Quia liberabit pauperem.) Potentem, diabolum nominauit: pauperem verò & inopem, humanã naturam. quòd aliquãdo ſine Deo deſerta fuerit. Aliàs & diuinis legibus potentes reſtringit, & minis terret, efficitque vt aliquo pacto pauperibus parcant. Hoc enim ſubiecit etiam.

Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum.) Vſuram auaritiam vocauit, quemadmodum & lex vetus: Vſuram, inquit & abundantiam non recipies. Permouebit igitur eos, qui iniuſtitia & auaritia delectati fuerant, vt miſericordia & benigitate vtantur.

Et viuet & dabitur ei de auro Arabiæ.) Vaticinatur innumera fore dona, quæ ab omnibus illi regibus & barbaris ſint adferanda.

Et adorabunt de ipſo ſemper.) Laudabunt eum F aſſiduè. Laudabunt autem & patrem eius, per ipſum ſumptis laudãdi cauſis. Illud enim, Adorabunt, conforme eſt Apoſtolico illi dicto: Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum. Et iterum: Per quem acceſſum habemus ad patrem. Et ipſe Dominus dixit: Nemo venit ad patrem, niſi per me. Adorabunt igitur ad patrẽ omnes, & laudabunt eum, pro bonis in ſe per filium eius collatis. Laudabunt etiam ipſum filium, vt per quem bona illa acceperunt.

Erit firmamentum in terra.) Ipſe (inquit) fundabit & confirmabit in ſe credentes, & ſublimes reddet, velut in ipſis montium verticibus conſtitutos. Et hoc ipſe Dominus dixit, Non poteſt

poteſt abſcondi ciuitas in monte ſita, &c.

Superextolleretur ſuper Libanum.) Quoniam ſublimiorum montium memioit, rectè & libanum ponit, tanquam reliquorum in Paleſtina montium altiſſimum. Dicit autem doctrinam eius, & illius miniſtros fore illuſtriores Libano.

Erit nomen eius benedictum.) Illud Benedictũ, à nullo interprete ponitur. Oſtendit autem, eum & ſole & luna antiquiorem eſſe. Sunt enim ſol & luna eiuſdem temporis. Dicit
A quippe Moſes, Et fecit Deus duo luminaria magna, &c.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ.) Meminit hîc promiſſionis Abrahæ factæ. Tribus enim patriarchis Deus pollicitus eſt, quòd benedicendæ eſſent aliquando quidem omnes terræ nationes, ſingulariter verò omnem naturam nominauit. Hoc & Paulus expoſuit, dicẽs, Abrahæ verò dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit autem ſeminibus, quaſi de multis: ſed tanquã de vno, Et ſemini tuo, qui Chriſtus eſt. De hoc præſens hic pſalmus vaticinatur, per hunc tribus terræ benedicendas diceos.

Omnes Gentes magnificabunt eum.) Quædam propheticus ſermo tanquam de homine, quædam verò tanquam de Deo expoſuit. Reperio ſanè beatitudinis dictionem alicubi de Deo po
1.Tim.6. ſitam. Beatus (inquit) & ſolus potẽs, rex regum. Omnes Gentes beatum (inquit) eum, & laude dignum nominabunt. Deinde vt clarius diui-
B nitatem eius doceat, ſubiungit.

Benedictus Dominus Deus Iſrael.) Hic enim, inquit, qui prophetico ſermone prædicitur, & prædicta miracula facturus eſt, idem ipſe eſt Deus Iſraël, & omniũ Dominus. Quapropter conuenit vt ab omnibus laudetur. Licet enim naturam eius, tanquam inſcrutabilem ignoremus, de ſalutari tamen nomine eius edocti ſumus.

Et replebitur maieſtate eius omnis terra.) Sæpe per totum iſta Pſalmum prædixit, plenámque prophetiam poſuit, ac firmum vaticinium reddidit. Dicit autem, quòd in vniuerſa terra manifeſtus ſit futurus omnium Dominus, cultúmque recepturus ab omnibus, quos diuinæ ſuæ cognitionis radiis illuſtrauerit. Hoc autẽ Propheta cum per ſpiritum ſanctum cognouiſſet, optat vt finem ſuum & effectum hæc prophetia ſortiatur. Vnde & cõcludit dicens, Fiat fiat: aut iuxta Aquilam, Perſuaſi ac certi ſumus. hoc eſt, Vera ſunt prædicta, & omnino effectum
C ſortientur.

Scholia in Pſalmum LXXII.

Q*Vàm bonus eſt Iſraeli Deus.*) Illud quàm, nõ eſt per cõparationem: ſed pro valde poſitum, vt bonitatis Dei ſignificet excellentiam. Quod autem dicit tale eſt, Multum curæ ac prouidentiæ Deus Iſraeli impendit: verùm hoc non omnes agnoſcunt, ſed qui recta ſunt præditi mente. Poſtquam illos ita laudauit, iam conſequenter & ſuarum cogitationum fluctuationem publicat.

Mei autem penè moti ſunt pedes.) Ego ſanè propè de vitæ meæ inſtituto excideram. illud, Penè effuſi ſunt greſſus mei, Symmachus ſic reddidit, Nulla ferè negocio quæ me dirigebant diſſoluta fuiſſent. Vt ſanis, inquit, ac firmis cogitationibus exciderem, periculum mihi fuit. Hoc enim ſignificat quod dicit, Penè effuſi ſunt, &c. perinde atque quod effunditur, diſſoluitur ac diffluit. Pedes verò & greſſus, tropicè cogitationes vocat. Deinde & cauſam horum dicit. D

Quia zelaui ſuper iniquos.) Incendebat, inquit, cum impiè & iniquè viuentes in multa viderẽ felicitate conſtitutos.

Quoniam non eſt reſpectus.) Aquila ſic, Non ſunt anxij deſcruciatus morti eorum. Neque enim, inquit, in periculis examinati, ſeipſos abnegarunt: ἀνάνευσις autem abnegationem ſignificat. Cum enim denegare quidpiam volumus, abnuere ſolemus.

Et firmamentum in plaga eorum.) Modicè, inquit, eos quæ triſtia ſunt attringunt.

In labore hominum non ſunt.) Res illorum pro animi ſentẽtia cadunt, & neque laboribus neque ærumnis nec caſtigationibus perinde atque alij homines ſubijciuntur. Quapropter & ſubiungit.

Ideo tenuit eos ſuperbia.) Hinc, inquit, in inſolẽtiam ac faſtum elati ſunt: & quoniam priorum delictorum pœnas non dederunt, in maiorem iniquitatem abierunt. Illud enim, Operti ſunt iniuſtitia, multitudinem iniuſtitiæ notauit, vt E
quæ illos vndique circundederit.

Prodiit quaſi ex adipe.) Adeps, ſicut ſæpe diximos, proſperitatem ac felicitatem rerum ſignificat. Igitur, inquit, tanquam in tanta proſperitate conſtituti, cum omni ſecuritate iniuſtitiæ temeritati ſtuduerunt.

Tranſierunt in affectum cordis.) Nõ ſufficit illis, quòd in homines iniuſtè deſignarunt: ſed & in ipſum cælum & verbis & cogitationibus eiaculati ſunt. Notat autẽ his verbis, blaſphemias contra Deum, conuitia contra populum, petulantias contra ſacrum Dei templum. Hac de re & Pſalmus 41. dixit. Factæ ſunt mihi, inquit, lachrymæ meæ panes die ac nocte.

Poſuerunt in cælum os ſuum.) Poſuit hæc propheticus ſermo tanquam à Deo, vt mœſtos conſolaretur, dicta. Dum illi, inquit, blaſphemiis contra Deum vtũtur, & nos adflictionibus impetunt, iucunda de nobis omnium Deus decreuit, reditum ac vitam naturæ deſtinatam pollicitus. Et vel hinc liquet, quòd redeuntibus è F
Babylone, & quæ ſibi acciderint narrantibus conueniat hic pſalmus. Dixit enim, Ideo conuertetur populus meus hîc: hoc eſt, in Iudæam. Cum itaque illic agerent, iſta dixerunt· ſiquidẽ in Babylone conſtitutis nullo pacto reſpondẽt. Illud verò, Et dies pleni: idem eſt, atque Reuertentur, & ad ſenectam vſque viuent. Promiſſione Dei ad hunc modum declarata, ad narrandum cùm Babyloniorum blaſphemias, tum cogitationum ſuarum perturbationem regreditur.

Et dixerunt, Quomodo ſcit Deus?) Hîc quidem, inquit,

inquit, illa pollicitus eſt: iſti verò intra ſemetipſos nec videre Deum, nec ſcire quæ fiant, cogitarunt. Deinde, poſtquam iſtis impietatem illorum prodidit, ſuas ipſius profert cogitationes.

Ecce ipſi peccatores.) Qui iniquè viuunt, abundè bonis potiuntur. Illud enim, In ſeculum, de præſenti vita dicit. Nam vitam hominis ſæpenumero ſeculum vocat. Seculum noſtrum, inquit, in illuminatione vultus tui, &c.

A *Et dixi, Ergo ſine cauſa.)* Cum deliciantes viderem cogitabam. Num igitur inanis eſt iuſtitiæ poſſeſſio?

Et laui inter innocentes manus meas.) Quid enim, inquit, emolumenti ex eo accepi, quòd procul ab illis qui malitioſè viuunt, ſemotus fui? Illud enim, Laui inter innocen. &c. idem eſt atque, Non communicaui malis illorum.

Et fui flagellatus tota die.) Cum iuſtitiæ ſtudio, & malitiæ conſortium fugio, ſingulis diebus contumelia afficior & abijcior.

Si dicebam, Narrabo ſic.) Relictis aliis cogitationibus, hoc apud me cogitabam, Nunc teſtamenta ſua erga nos Deus reprobauit? Quòd enim dicit, Ecce nationem filiorum tuorum reprobaſti: perinde eſt ac ſi dicat, Poſita teſtamẽta tráſgreſſus es: filios verò ſeipſos vocát, quòd Deus ipſe eos ita vocarit, dicens, Filius primogenitus meus Iſraël. Verum iſtis cogitationibus relictis, obſeruabam quòd laboribus nos Deus addixerit, delictorum à nobis pœnas exi-
B gens. Reuertar tamen, & ſanctificatum illi templum contemplabor malorúmque iſtorum finem videbo. Deinde prædocetur hoc per diuinam gratiam.

Deiecisti eos dum alleuarentur.) Hæc omnia Babyloniis per Cyrum acciderunt. Nam is eos cæpit, ac ſeruituti ſubiecit: Iudæis verò redeundi copiam largitus eſt. *Proſperitas impiorum.* Proſperitatem autem impiorum ſomnio comparauit. Nihil enim à ſomnio præſentis vitæ ſcena differt. Et hoc in ipſis eſt Babyloniis cognitu facillimum. Illi namque primùm breui tempore inſolentes facti, in extremam poſtea ſeruitutem ac maximam miſeriam inciderunt.

Domine in ciuitate tua.) Imago temporariam venuſtatem habet. Imaginem igitur Babyloniorum potentiam nominat, quæ modico tempore durauit. Hanc, inquit, tu rediges ad nihilum: hoc eſt, eos qui impiè aduerſum ciuitatem tuam egerunt, ſupplicio afficies.

Quoniam inflammatum eſt cor meum.) Hæc, in-
C quit, cogitabam illorum iniquitate incenſus. Quod initio Pſalmi zelum vocauit (Quia zelaui, inquit, contra iniquos) id hîc inflammationem nominat.

Renes. *Et renes mei commutati ſunt.)* Renes hîc cogitationes dicit. Cum pias, inquit, cogitationes haberem, parum abfuit, quin propter illorum inſolentiam ſubuerterer.

Et ego ad nihilum redactus ſum.) Symmachus verò ſic, Eram autem ignarus: & cum paſſionẽ neſcirem, paſſus ſum ex ignorantia, iudicia tua non intelligens.

Vt iumentum factus ſum apud te.) Verùm iſta poſthac non patiar, vt curioſè quicquam eorum quæ à ſapientia tua diſpenſantur ſcruter: ſed quemadmodum iumentum obſequitur ei à quo ducitur, nihil ſcrutans quò ducatur: ita gratia tua gubernatus, ſequar & ego, prouidentiam tuam haud quaquam curioſè inueſtigans.

Tenuiſti manum dexteram meam.) Ab hoc loco quæ reditum concernunt, dicit, Quemadmodum (inquit) blandus pater aberrantis filij dex- D
tera prehenſa domum illum reducit: ita me in patriam terrã reduxiſti, atque ſeruitute liberatum, præſtita tranſcundi per Gentes facilitate, illuſtrem reddidiſti.

Quid enim mihi eſt in cælo?) Neque enim in cælo alium, inquit, habeo Deum, neque in terra alium tibi coniungo.

Defecit caro mea & cor meum.) Ob hanc te cauſam & animo & corpore deſidero, auxiliúmq; tuum expecto. Te namque habeo & patrem, & ſortem ac fruitionem bonorum.

Quoniam ecce qui elongãt ſe à te.) Qui verò procul à gubernatione tua recedunt, & idolorum cultum amplexantur, defectionis ſuæ fructum recipient exitium. Scortationem autem, idololatriam Ieremias quoque vocat, cũ dicit, Abiit ſuper omnem mõtem ſublimem, & ſubtus omnium arborem frondoſam, & ſcortata eſt ibi: & poſteaquam in his omnibus ſcortata eſt, dixi, Reuertere, & non eſt reuerſa. Hoc autem non de Babyloniis dixit, ſed de illis qui propter E
impietatem in captiuitatem traditi ſunt. Hi enim, cum Deum ſponſum haberent, ſcortati ſunt, dæmonum ſeruitutem complexi. Verùm experientia tandem, vt reſipiſcerent edocti, clamarunt.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.) Reipſa náque capta experiẽtia ſeruatori Deo gratus ero, & ſpe in illum confirmabor.

Ponere in Domino Deo ſpem meam.) Per hanc quippe ſpem reditu potitus ſum, & mirabilia tua in Ieruſalem deprædico. Hanc enim filiam Sion nominauit, ſicut filios hominum, ipſos homines vocat. Erat autem ea ciuitas binominis: nam & Sion & Ieruſalem in Scripturis nominatur.

Scholia in Pſalmum. LXXIII.

V*T quid Deus repuliſti in finem?)* Neque enim ſicut captiuis in Babylone 70. annorum tempus ad ſeruiendum deputaſti, neque ſicut ſub Antiocho ſeptem annos cum dimidio, iux- F
ta prophetiam Danielis, ſtatuiſti: ſed in finem nos repuliſti, & diuturnam ſuper oues tuas indignationem retines.

Memor eſto congregationis tuæ.) Iam olim ab initio vocatus es Deus noſter, & populus tuus appelati ſumus. Tuum namque auxilium conſequuti, Ægyptiaca ſeruitute liberati ſumus. Hæreditatem autem eos, & Moſes vocauit. Factus enim eſt, inquit, pars Domini, &c.

Mons Sion in quo habitaſti. Ægyptiaca nos ſeruitute liberatos in terram patribus promiſſam induxiſti, & montem Sion tibi ipſi conſecraſti,

vt in

vt in hoc quaſi Regia quadam babitans populum tuum gubernares. Hæc autem prædixit, antequam templum Ieroſolymitanum ædificaretur. Salomon enim illud poſt Dauidem & Aſaph conſtruxit.

Leua manus tuas.) Sume de illis arrogantiæ pœnas. Quòd verò dicit, Leua manus tuas, ex metaphora poſuit eorum qui delinquentes manibus flagellant. Dixit hoc prophetica gratia, propter hoſtes impiè viuentes. Neque enim
A contra crucifixum zelantes bellum hoc mouerunt, ſed vt orbem ſeruituti ſuæ ſubijcerent. Vſus eſt autem illis Deus tanquam lictoribus, vt per eos de impiis pœnas ſumeret. Neq; Hebræus neque reliqui interpretes, neq; Septuaginta in Hexaplo, plurali numero, In Euangeliis, poſuerunt: ſed, In ſancto: vt manifeſtum ſit, quòd de templo iſta dicant, deplorantes ea quę illi acciderunt, ſicut & in ſequentibus patet.

In medio ſolennitatis tuæ.) In feſto, ſcilicet Paſcatis, cum vniuerſus populus Ieroſolymis congregatus eſſet, metropolim illorum Titus circundatam exercitu vaſtauit. Pœnas autem in Paſcate dederunt, quoniam in eo feſto Seruatorem crucifixerant.

Poſuerunt ſigna ſua ſigna.) Tropæa, inquit, quæ ſigna ſunt ac ſymbola victoriæ, ſuper portas noſtras erexiſti, omnibus poſteris victoriam illam notam faciens. Pilatus autem contra legem regia ſigna vrbi intulit, imaginémque ſuilli capitis lapidibus portæ Romani reges inſculpſe-
B runt. Per hæc autem omnia cognouerunt diuina ſe deſtitutos eſſe protectione. Hæc & Dominus dixit, Quãdo videritis abominationem deſolationis, &c.

In ſecuri & aſcia) Inſtrumentis ſecandi ad hoc vſi ſunt, vt quæ bene excogitata & ſtructa erant, velut quercum ſubuerterent.

Incenderunt igni ſanctuarium tuum.) Non fuêre cõtenti eo, quòd reliquas domos populati ſunt: ſed contra ipſum quoque templum ſeſe furor eorum extendit.

In terra polluerunt.) Magno in nos conſenſu irruerunt, vnum huic ſcopum habentes, vt legem abs te nobis datam peſſundarent. Feſtorum enim commemoratione politiam legis ſignificauit. Hæc autem, inquit, audentes, neque miracula reſpexerunt, quæ maiorum noſtrorum tempore declarata ſunt, neque prophetica ſunt gratia correpti. His enim omnibus confeſtim deſtituti erant. Habebant enim
C olim etiam poſt reditum è Babylone, Prophetas, vtpote Aggeum, Zachariam & Malachiã: & qui iſtis vetuſtiores Prophetæ fuerunt, tam populo quàm Regibus quæ futura erant prædixerunt, hoſtiúmque inſidias manifeſtarunt. id quod ex hiſtoria facilè cognoſci poterit.

Vſquequo Deus improperabit inimicus.) Quouſq; iſtorum nos præuaricationibus exponis, ac blaſphemas eorum voces toleras?

Vt quid auertis manum tuam, &c. de medio ſinu
Manus Dei *tuo.*) Sinus Dei, bonorum theſaurus: manus verò, operatio eſt. Quã igitur ob cauſam, inquit, non ſuppeditas nobis bona ſicut conſueuiſti, ſed aufers manum è ſinu tuo? Poſuit autem hoc ex eorum metaphora: qui cum ſinum babeant repletum, petantúrque, dare nolunt, ſed manũ retrouertunt.

Deus autem Rex noſter ante ſecula.) Scimus hũc ab initio Regem eſſe, & huius donis ſemper, tanquam Regis, fruimur.

Operatus eſt ſalutem in medio terra.) Videntibus enim omnibus, noſtri curam geſſiſti, Hoc enim innuit, quod dicit: In medio terræ. Cum enim Ægyptios fugeremus, inſolitũ nobis illud iter expediuiſti. D

Tu contriuiſti capita draconum in aquis.) Dracones, Ægyptios: capita verò draconũ, duces eorum: & draconem, ipſum Pharaoné vocat, qui multis principibus imperabat. Hos (inquit) omnes vndis ſubmergi feciſti.

Dediſti eum eſcam populis Æthiopum.) Æthiopes cum eſſent Ægyptiis cõtermini, crebra aduerſum eos bella geſſerunt. Cum ergo Pharao cum exercitu ſuo mari traditus eſſet, factum eſt vt Ægyptij deinceps prædæ eſſent Æthiopibus. Quemadmodum enim eſcam eſuriens facilè conſumit, ita Ægyptios prorſus ſine negotio debellarunt Æthiopes.

Tu dirupiſti fontes & torrentes.) Hebræus & reliqui interpretes, Fontem dixerunt. Veruntamen ſiue fontem dicamus ſiue fontes, non ab- Fons.
errabimus à veritate. Fontem enim, aquam illam quæ de petra profluxit vocat: illa verò diuiſa multos aquarũ ſinus effecit, quo facilè multæ illæ populi, myriades potare poſſent. Repe-
rimus autem hoc non ſemel, ſed iterum eſſe fa- E
ctum. Et de primo facto hiſtoria Exodi, de altero liber Numerorũ docet. Rectè igitur aquæ huius fluenta fontem nominauit, torrentes autem eadem quoque appellauit, propterea quòd non ſecundum naturam fluxerunt, ſed tunc primùm data ſunt.

Tu ſiccaſti fluuios Ethan.) Tu ſiccaſti fluuios antiquos, vertit Symmachus. Vbi non erant fontes, in deſerto illos ſcaturire feciſti: & eos qui olim fuerunt, exiccaſti. Hoc & in alio Pſalmo dicit, Poſuit fontes in ſolitudinem, &c. Innuit autem hic ſermo etiam aliud quidpiam, nempe quòd Iudæis Dominus propter præuaricationẽ eorum propheticorum fluminum riuos non amplius producturus: gentes verò, quæ olim deſertæ fuerunt, de petra, quæ Chriſtus eſt, torrentibus irrigaturus eſſet. Omnia verò illa quæ dicta ſunt ab eo loco, Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ eorum beneficiorum, quæ nobis contigerunt, typum babent. Nam & illic liberatio
à ſeruitute per aquas fuit, & hîc per aquas li- F
bertatis eſt initium. Illic draconũ capita vndis ſunt contrita & hîc potentatus dæmonum gratia baptiſmatis deſtruuntur. Illic Ægyptij poſt mare prędę ſunt Æthiopibus facti, & hîc noſtri hoſtes poſt ſanctam illam colymbethram expu-
gnabiles facti ſunt illis, qui olim caliginoſas a- Ioan. 5.
nimas habuerunt. Et alia huiuſmodi facilè fuerit conſiderare, ſi qui mentem attendere volét.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox.) A ſpecialibus beneficiis ſermonem tranſtulit ad communia, docétque Deum omnium eſſe conditorem, ac temporũ moderatorem. Per ver enim & æſta-

ἐστήλωσας. tem, ſolſtitia ſignificauit. Illud, Tu feciſti omnes terminos terrę, Aquila & Theodotion, Erexiſti, reddiderunt. Significar autem hoc verbũ, quòd ipſe Deus terræ: vt ſit, Dedetir.

Æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.) Cum hæc, inquir, omnia feceris, memor ſis huins, congregationis videlicet, quam poſſediſti ab initio. Illi enim particulæ, hanc reddidir.

Inimicus improperauit Domino.) Ne reſpicias ad nos Domine, ſed ad inimicorum blaſphe-
A mias.

Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi.) Nõ orat pro omnibus ſimpliciter propheticus hic ſermo, ſed pro illis qui oomen Dei confitentur. Petit autem bona. Beſtias vocar hoſtes, propter vehementem crudelitatem.

Animas pauperum tuorum.) Pauperes ſint illi, qui animo ſunt humili. Beati enim, inquit, pauperes ſpiritu: hoc eſt, animo.

Quia repleti ſunt obtenebrati.) Qui nãque ſplendore tuo non ſunt potiti, ſed ignorantiæ tenebras dilexerunr, domos habent pleoas iniquitate, & pœnis quæ ex hac oriuotur, boc eſt, omnis genetis malis traditi ſunt.

Ne auertatur humilis.) Oramus autem ne petitis ſuis fruſtrentur, neque cum podore abijciantur, qui propter auxilium ſuum hymnum tibi offerre ſolent.

Exurge Deus iudica cauſam tuam,) Valde competenter pronomen mutauit. Ego enim, inquit, meritò paſſus ſum iſta: illi verò multas contra
B te blaſphemias audacter effuderunt.

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum.) Et hoc loco perſonam ſuam hoſtium arrogantiæ coniunxerunt, non vt propter ſe, ſed vt propter illos, propitiatione aliqua digni haberentur, obſecrantes.

ARGVMEN. PSAL. LXXIIII.

Quoniam vaticinium de iuſto Dei iudicio habet hic Pſalmus, malorúmque operum exitium, & bonas retributiones eorum qui virtutis opera faciunt, prædicit: rectè per Epigraphen præcipit, ne pia cogitationes corrumpantur, ſed ſanæ conſeruentur, incorruptionémque ſortiantur. Dictus eſt autẽ & hic Pſalmus tanquam in perſona eorum qui in Babylone captiui fuerunt, Deúmque laudaturos ſe polliciti ſunt, ſi gratia illius potirentur.

Scholia in eundem Pſalmum.

C *Confitebimur tibi Deus, cõfitebimur tibi.*) Liquet ex bis vetbis, quòd non omnes illi qui redeundi copiam adepti ſunt, iſta dicant. Promittunt autem laudatuťos ſe Deum, ac nomen eius illuſtraturos. Quòd enim dicunt, Et inuocabimus nomen tuum, hoc declarat. Iterũ (inquiunt) nomine tuo appellabimur, tuúſque populus nominabimur.

Cum accepero tẽpus, ego iuſtitias iudicabo.) Aquila verò & Symmachus ſic reddiderũt: Cum accepero ſynagogam. Quando (inquit) reuerremur, & in templum tuum denuò congregabimur, tunc te legitimè laudabimus. Nunc enim clamamus, quomodo cantabimus cãticum Domini in terra aliena? Ita Propheticus ſermo, poſtcaquam ea docuit, quæ captiuis in Babylone dicenda eſſent, oſtẽdit Deum ad factas promiſſiones reſpondentem. Dicit autem, Recta iudicabo. Iuſtè, inquit, ioter vos & Babylonius iudicabo. Totius enim orbis iudex ſum, déque omnibus dignas pœnas ſumam.

Ego confirmaui columnas eius.) Omnipotẽs ſum, inquit. Terram enim ego feci, illámque qnaſi columnis quibuſdam firmaui, & mõtibus meis corroboraui. Præceptum enim illi poſui, nec D
illud tranſibit. Quapropter & cum iudex ſim, non ſtatim punio: ſed ſupplicia prædico, vt cõminationibus meis boſtes ad reſipiſcentiam permoueam & adhorter, eo quòd omnis generis impietas ſuam ſit babitura mercedem, & curæ mihi ſit iuſtus ac modeſtus animus. Hæc enim per ſequentia docet.

Et delinquentibus nolite exaltare cornu.) Hæc enim omnium eſt grauiſſima ac peſſima paſſio, non ſolum peccare, ſed & in eo ſuperbire.

Nolite extollere in altum cornu veſtrum.) Deinde oſtendit, de quo alto loquatur. Animalia ſiquidem cornigeta, cornibus vehementer inſoleſcunt. Edicit autem hic ſermo, ne linguam quis contra Deum moueat, de qua arrogantia hîc loquuntur.

Quia neque ab Oriente.) Εξόδους Orientem dixit. Ita habet & quinta expoſitio. Montes verò deſertos, Auſtrales ac Septentrionales partes vocat. Illi namque propter excellentem ferrorem & frigiditatẽ inhabitabiles manſerunt. E
Docet igitur, quòd impoſſibile ſit iudicium Dei effugere. Nam etiamſi quis Orientem aſſequatur, vel ſi ad Occidentem aufugere conetur, diuinæ tamen ſententiæ ſubiacebit. Deinde, vitæ docet immutationes, quę ex diuina ſententia fiant.

Quia calix in manu Domini.) De calice verò & Ieremias docet. Iubetur enim ille ab omnium Deo calicem ſumere, potaréq; Ieruſalẽ ac principes, & vicinas gentes. Vinum autem ſupplicium vocat, quòd illud inſtar ebrietatis potentiam auferat. Dicit itaque propheticus ſermo: Vinum.
Nunc de nobis, nunc de illis iuſtus iudex pœnas ſumit: & iam hunc exaltat, & alium humiliat, & ærumnas commutat. Hæc autem captiui in Babylone docti ſunt, vt dicerent primùm de Babyloniorũ ſeruitute, deinde & ſua libertate eruditi. Non enim diu poſtea Dominus & illorum potẽtiam deſtruxit, & iſtis priorem libertatem reddidit.

Veruntamen fex eius non eſt exinanita.) Grauiorem pœnam fecem vocauit. Ego (inquit) quod F
liquidius erat bibi, boc eſt, leuioribus malis ſubiectus fui: ipſam verò fecem Babylonij bibent, id eſt, grauiora patientur quàm nobis intulerunt. Ego enim poſt ſeptuaginta annorum ſeruitutem reditu potitus ſum, illi verò continuæ ſeruituti tradentur.

Ego autem annuntiabo in ſeculum.) Sicut enim illi malis noſtris inſultarunt, ita nos malitiam illorum videntes hymnum Deo offeremus: nõ vt illis inſultemus, ſed vt erga beneficia grati ſimus.

Et omnia

Et omnia cornua peccatorum confringam.) His autem verbis edocti ſunt, quòd & hoſtes ſuos, qui ſe poſt reditum impugnarent, peſſundaturi eſſent. Quapropter & dixit, Et omnia cornua peccatorum confringam. Quoniam collecti erant ex omnibus Gentibus, bellum illa contra eos mouerunt. Cornu autem iuſti, excelſum animum vocauit, qui & cælos aſcendat:& eos qui terrena ſapiunt & humi, voluptantur, contemnat. Si verò quis Zorobabelem hîc iu-
A ſtum vocari intelligere volet, quod Deus vſus miniſtro victoriam illam operatus eſt, à veritate haud aberrauerit.

ARGVMENTVM PSAL. LXXV.

Quod in Epigrapha de Aſſyriis adiectum eſt, in Hexaplo non reperi, ſed in aliquot exemplaribus. Habet autem hic Pſalmus idem argumentum. Vaticinatur enim de illis quæ Senacherim acciderũt, & de ſupplicio exercitui illius illato.

Scholia in eundem Pſalmum.

NOtus in Iudæa Deus.) In vna quippe nocte, cum tot hoſtium myriades lethalem plagam per angelum accepiſſent, declaratus eſt Deus omnibus, quòd magnam erga Iſraëlem prouidentiam gereret, & ſeſe in Iudæa manifeſtaret.

Et factus eſt in pace locus eius.) Multitudine nãque perempta qui reliqui erant aufugerunt,
B nunciíque diuinæ potentię facti ſunt. Et huius gratia cũ aliis non interierunt. Hinc ciuitas pacem eſt conſequuta, intellexerúntque vniuerſi, reuera Deo, vt in Sion habitaret, placuiſſe. Deinde oſtendit, quomodo notus ſit factus.

Ibi confregit potentias arcum.) Ante muros ciuitatis, inquit, armatos & ſagittarios hoſtes ſuſtulit, & arma illorum prorſus inania reddidit.

Illuminans tu mirabiliter.) Pro illuminãs, Symmachus reddidit, Splendore magnificentiſſimus excelles, à montibus venationis. In noſtris enim montibus mortis venationi inimicos tradidiſti, magnificentiſſimus & illuſtris apud omnes declaratus. Miraculo namque ignorantes illuminas, téque Deum eſſe doces.

Turbati ſunt omnes inſipientes corde.) Arroganti namq; contra te animo vſi, ſubitã paſſi ſunt perturbationẽ, propter animi ſtultitiam: & cum ſe putarent ſecurè dormituros, ſpe ſua fruſtrati ſunt. Somnium enim mors eſt ſubſequuta. Hoc & hiſtoria docet, quòd cum exurgerent, mor-
C tua inuenerint militum corpora.

Omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.) Symmachus ſic, Omnes viri potentes manibus ſuis. Nihil (inquit) profuit eis robor manuũ, quo ſe omnium opes rapere poſſe ſperabãt. Et vt doceat, quid ex eo cæperint emolumenti ſubdit.

Ab increpatione tua Deus Iacob.) Renuiſti tantum, & confeſtim proſtrati ſunt, qui de equitandi gloriabantur induſtria. Per dormitationem autem facilitatem mortis ſignificauit. Sicut enim dormitans facilè cum vult obdormit: ita & illi, breui compendio finem vitæ ſortiti ſunt.

Tu terribilis es.) Quis ſupplicium per te illatum effugere poterit?

Ex tunc ira tua.) Confeſtim poteras audita blaſphemia punire ſceleſtos: verùm patienter egiſti, reſipiſcentiam eorum expectans.

De cælo auditum feciſti iudicium.) Cælitùs, inquit, decernis contra quos lubet. Symmachus, Auditum inquit, facies.

Terra timuit & quieuit.) Timore, inquit, repleti ſunt omnes, ceſſatúntque ab impetu quo nos adobruebant, eo quòd viderunt te tãquam D
iudicem ſententiam cõtra ipſos proferre: & eos qui opem tuam prædicarunt, haud vulgari potitos eſſe ſalute.

Quoniam cogitatio hominis.) Hæc bona conſequuti, cogitationes noſtras hymnodiæ conſecrauimus, non permittentes vt vel modica illarum portio ad aliud quicquam curandum vacet.

Vouete & reddite.) Hortantur ſeſe mutuò, vt & voueant, & promiſſa adimpleant. Turpe namque eſt, ſi cum id vicini faciant præ metu, qui beneficio Dei potiti ſunt, ingratitudinis morbo laborent. Hoc quippe per ſequentia ſignificauit.

Omnes qui in circuitu eius.) Dona verò adferũt, qui per facta miracula perterriti ſunt: réque ipſa cognouerunt, quòd hic ſit verus Deus, qui & potentibus mortem inferre poteſt.

ARGVMEN. PSAL. LXXVI. E

Et ipſi Idithum Deo pſallentium chorus concreditus erat. Hunc igitur Pſalmum vel Aſaph vel ipſe loquut⁹ Dauidis vaticinio ſubſeruiuit: ac ſimul Iſraelitarum, qui ad Babylonicam coacti ſunt ſeruitutem, cùm cogitationum diſceptationes, tum qui ex illis orituri erant, dolores prædixit. Docet autem, qualem etiam Deo precationem offerre cõueniat illis, qui à malis liberari petunt. Figurauit verò Pſalmum, quaſi poſt reditũ ipſorum eadem hæc ſecum precaturi, Deúmque laudaturi fuerint.

Scholia in eundem Pſalmum.

VOce mea ad Dominum clamaui.) Setiò, inquit, orationem obtuli: & quod petij, celeriter accepi. Deinde & tempus horum oſtendit. Dicit enim, In die tribulationis meæ, &c.

In die tribulationis meæ Deum exquiſiui.) Illud exquiſiui, ſeriam exprimit orationem. Conſequenter & modum orationis declarat.

Manibus meis nocte contra eum.) Symmachus ſic, Manus mea nocte ſine intermiſſione extendebatur. Cum in ſilentio agerem, manus extendi, pro beneuolentia acquirẽda orans, nec ſpe mea fruſtratus ſum. Hoc enim ſignificat cum dicit, Et non ſum deceptus, hoc eſt, non fruſtra vigilaui, ſed orationis fructum vindemiaui.

Renuit conſolari anima mea.) Omnem conſolationis occaſionem abieci. Solam autẽ Dei mei recordationem refocillationis loco habui.

Exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.) Symmachus ſic, Loquutus ſum mihi ipſi, animóque defeci continuè, cum mihi ipſi loquerer: ac de malis quæ me premebant cogitarem, deſperaui

 futu-

futurum,vt ab illis liberarer, & acerba pertuli mœſtitiæ iacula.

Anticipauerunt vigilias oculi mei.) Vigilias vocat, noctis diuiſiones, ſecundum quas cuſtodes vigilias ſuas inter ſe partiuntur & obeunt. Significat autem his verbis, totas ſe vigilaſſe noctes.

Turbatus ſum, & non ſum loquutus.)Hoc & 41. pſalmo dixit, Turbata eſt in meipſo anima mea.Neque enim ſuſtinebam aliis reuelare co-
A gitationes meas.

Cogitaui dies antiquos.) Priorum tuorum, inquit,beneficiorum memoriam renouaui, cogitaníq; quanta ſint à te maiores noſtri beneficia cōſequuti,quomodo è ſeruitute Ægyptiaca liberati ſint, quomodo mare rubrum trāſierint, & quomodo terram promiſſam acceperint.

Et ſcopebam ſpiritum meum.) Illud ἔσκαλλεν: Theodotion reddidit,ἐξηρεύνησεν:id eſt ſcrutatus eſt.Aquila verò ἐσκαλόωσεν dixit, id eſt, fodit.Hæc(inquit)nocte in me ipſo inueſtigaui, quánam ratione Deus tantopere maioribus noſtris prouiderit,nos verò adflictatos cōtemnat. Cogitaui vero præterea & iſta.

Nunquid in æternum proijciet Dominus.)Nū omnino nos abnegauit,& alienos à gubernatione ſua reddidit?

A generatione ad generationem.) Symmachus ſic,Conſumauit dictionem, in ſingulis generationibus. Etiam hoc, inquit, timui, quòd iam olim ſingularum generationum terminos produ-cit.

B *Aut obliuiſcetur miſereri Deus.*)Verùm iterum me nonnihil refocillaui, cogitans Deum ad miſericordiam procliuem,non ſeret vt res noſtras quaſi obliuioni cuidam tradat,ac miſericordiæ ſuæ fontes ira ſua quaſi quadam maceria cohibeat.

Et dixi, Nunc cæpi.) Cum initium malorum habeam(inquit) nunc erudiri cæpi. Ego enim per peccatum hanc mihi ipſe mutationem cōciliaui.

Hæc mutatio dexteræ excelſi.) Quæ videlicet pro prioribus beneficiis ſiniſtra ſupplicia intulit. Mutationem ſiquidem dexteræ excelſi ſupplicium vocauit, quaſi dextera Dei bona ſuppeditare conſueuerit. At neque iſtis cogitationibus contentus fuit. Etenim (inquit)cōmoneſeci me ipſe etiā bonitatis Domini. Hoc enim ſignificat cum dicit, Memor fui operum Domini.

Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.) Vniuerſa tua mirabilia, quæ ab initio in nos
C ſunt declarata,in medium proponam, & in his continua meditatione habita,ſpes meliores nō abijciam.

Deus in ſancto via tua,)Symmachus ſic, Deus in ſanctitate via tua,Aquila verò, In ſanctitate via tua. Sanctus es,inquit,& in ſanctis requieſcis,in illis habitas,& inambulas.

Quis Deus magnus ſicut Deus noſter.)Omnes excellis,inquit,Domine. Solus enim quæcunque vis,mirabilia operaris.

Notam feciſti in populis virtutem tuam.) Omnibus hominibus potentiam tuam manifeſtaſti, quando eos qui populus tuus ſunt appellati, Ægyptiaca ſeruitute liberaſti.

Filios Iacob & Ioſeph.)Progenitorem quidem Iacobum habuerunt,verùm ex Ioſephi cognatione facti ſunt illuſtres.

Viderunt te aquæ Deus) Mari apparuiſti, diuiſúmque eſt pelagus, Symmachus verò, Dedit æther,inquit.Auſtro namque,vt hiſtoria dicit, vehementer flante diuiſum eſt pelagus. Aëre verò conuerſo,& nubibus coactis, ventus gignitur.Supplicia tua,inquit,more iaculorū, con D
tra hoſtes progreſſa ſunt: fragore verò tonitrui Ægyptiorum curruum rotas impediuiſti. Hoc autem & hiſtoria docet.Factū enim eſt,inquit, in vigilia matutina,& adſpexit Dominus ad caſtra Ægyptiorum, in columna ignis ac nubis, & perturbauit caſtra Ægyptiorum,&c.

Apparuerunt fulgura tua orbi.) Lux enim illa miraculorum inſtar fulguris vniuerſum orbem percutit,

Commota eſt contremuit terra.) Timore ſunt omnes audita potentia tua repleti. Hoc & Raab meretrix ad exploratores dixit, Quoniam timor, inquit, ac terror veſter ſuper nos cecidit. Audiuimus enim, quomodo Dominus Deus veſter rubrum mare ante faciem veſtram diuiſerit.

In mari via tua.) Facile tibi eſt & mare diuidere, & in multis aquis inæquitare, vt tamen nulla relinquas veſtigia. Incorpoream e-
nim naturam habes. Hæc autem ſuperioribus E
adiecimus.Inuiſibiliter enim,inquit,populum tuum duxiſti, neque veſtigiū nobis itineris tui oſtendiſti.

Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron.) Per hos enim,inquit,loquutus populū tuū duxiſti,& lege tua erudiuiſti.Horū autem omnium mentionem fecerunt, vt ad miſericordiam Deum excitarent, & vt gubernatione ipſius potirentur,obſecrarent.

ARGVMEN. PSAL. LXXVII.

*Cum legem olim Deus filiis Iſrael daret, præcepit vt in illa & ipſi ſedulò erudirentur, & filios ſuos docerent,ac ſimul etiam feſtorum dierum cauſas filiis ſuis oſtenderent,vt cognitis diuinis beneficiis,grati erga largitorem illorū eſſent. Docebis enim,inquit, ea filios tuos & filios filiorum tuorum,& cuſtodient mandata Do-
mini Dei,vt bene ſit ipſis. Hoc prophetica gratia etiam
per hunc præſentem Pſalmum fecit. Populum namque F
& poſteros eorum de illis admonet,quæ à Deo ſunt facta, déque bonis ab illo præſtitis, ac de ingrata mente eorum qui illa acceperunt.*

Scholia in eundem Pſalmum.

A*Ttendite popule meus legem meam.*) Hoc edico vobis,vt quæ dicuntur, accuratè audiatis. Propoſitam enim adhortationem vobis quaſi legem quandam adſero.

Inclinate aurem veſtram.) Hoc eſt, promptè quæ dicuntur audite. Aperiam in parabolis os meum.Quoniam enim patres ad vtilitatem poſterorum reprehēdit, parabolam hāc narrationē vocauit,quòd ænigmatica eſſet,& occultam

vtilitatem

vtilitatem adferret. Adieeit autem & vetuſta problemata, & vt doeeret, vode illa cogoouerit, ſubiunxir, Quaota audiuimus & cognooimus ea, &e.

Et patresnoſtri annunciauerunt nobis.) Ab initio (inquit)qui miraeula Dei oculis ſuis ipſi videruot, filios ſuos ea docuerunt,& hi turſus doctrinam hane ad filios ſuos tranſmiſeruot. Hoe (inquit) feceruot, diuinæ legi obedientes. Hoc enim ſubieeit dieeos, Et ſtatuit teſtimonium in

A Iaeob,&e.

Et ſtatuit teſtimonium in Iacob.) Teſtimooium voeat taberoaeulum in ſolitudine fixum, quod haberet tabulas teſtimonij. Legem enim, ſieut prædiximus,& mandata voeat & teſtimonia & iudieia,& iuſtifieationes. Et hæc nobis manifeſtius dicta ſunt ſuprà Pſalmum 18. *Lex.*

Et legem poſuit in Iſrael.) Hoe, inquit, per legis poſitionem illam præeepit, vt mirabilium ſuorum narratiooem quaſi quandam hæreditatem parentes tranſmitterent ad filios.

Vt cognoſcat generatio altera.) Nam ad bune modum illi quæ à patribus ſuis eogoouetuot, rurſus eaodem doctrinam filiis ſuis propoſuetuot, atque ita indelebilis conſeruata eſt illorum memotia.

Vt ponant in Deo ſpem ſuam.) Cogoita namque potentia Dei,& quomodo ipſis omnis generis booa ſuppeditet, facilè firmam in illum ſpem obtinebunt, & legibus ab illo poſitis obedient.

B *Ne fiant ſicut patres eorum.*) Cum enim cognitam haheant ingratam pattum mentem, & quomodo Deum tranſgreſſione legis exaeerbarint non ignoreor, ne illorum imitatiooem retineaot.

Generatio praua & exaſperans.) Illi namque firmam in Deum fidem nõ ſunt adèpti, nee recto voluerunt itinere ingredi, ſed mentem habuerunt diuinis legibos eontrariam.

Filij Ephraim.) Tribum Ephraim præeipoè ineuſat, vt quæ eultum idolorum plurimi feeerit. Hoe enim & Iudieum doeet hiſtoria,& Regum tertios. Illi namque & vitulos ſtatuerunt, & à eultu Dei qui ſecundum legem erat, nouem tribos abduxeruot, atque ita defectionis proximi fuerunt. Hoe potiſſimum gratia ſpiritus ſancti præuideos, peeeatum repreheodit, quod nondum erat opere factum: eonueniénſque illis eonſilium adducit, baud qoidem ignorans eos non reeepturos adhortationem, at oihilo minus competentem adferens vtilita-

C tem. Poſtquam autem eos robur & artem ſagittandi doeuit, timorem etiam illorum ineuſat. Conuetſi eoim ſunt(inquit)in die belli. Cũ enim admodum propter bellandi experientiã inſoleſeerent, ad hoſtium apparatiooem in fugam eonuerſi ſunt.

Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.) Rectè notat animi libertatem. Noluerunt(inquit)ſecundum legem viuere, nee legitimam complecti politiam.

Coram patribus eorum fecit mirabilia.) Et vt oſtenderet, quando iſta perpetrarint, ſubiunxir, Coram pattibus eotum, &c. Deinde & tempus & bellum dieit, & quòd omnia mirabilia Dei in Ægypto facta, quorum patres ipſorum ſpectatores fuerunt, aoimo eieeerint.

Interrupit mare & perduxit eos.) Breuiter miraeulorum Dei narrationem inſtituit, & hoe de matis diruptione tanquam reliquorum maximum & exeellens præmittit. Naturam enim aquarũ, quæ decliuia petere ſolet, vtrinque eonſiſtere feeit Deus, verbo ſuo illam velut vtre quodam cohibens. Quoniam enim vtrium ſtructura humidam aquarum naturam eontioere D poteſt, rectè hane de diuiſo mari imaginem, vt diuioi verbi potentiam oſtenderet, poſuit.

Et duxit eos in nube diei.) Nubes enim pet diẽ radiorum ſolarium moleſtiam repellebat, noctu verò ignis vſum præbebat.

Interrupit petram in ſolitudine.) Non enim breuem aliquam deſtillationem, ſed fontem produxit multis myriadibus ſuffieientem. Et hoc manifeſtius per ſeqoentia doeuit: Seaturiens enim aqua in multos eſt. diuiſa torrentes, largam exhibens ſitientibus gratiam.

Et adpoſuerunt adhuc peccare ei.) Veruntamen ne hoe quidem miraeulum ingrati animi malitiam eiecit, ſed etiam poſt taota benefieia diuinæ virtutis experieotiam eapere voluetunt: & eum eibum peterent, noo quòd neeeſſariũ erat vt aeeiperent quæſierunt, ſed Deum tanquam impotentem aeeuſarunt.

Quoniam percuſſit petram.) Eſt enim aquæ natura proeliuis & facilis. Quòd oamque io lumbis terræ abſeonditum erat, in lueem eſt redditum. Cibum autem panis, qui tempore prouenerit, quomodo nobis ſimol præbebit? E

Ideo audiuit Dominus, & distulit.) Quapropter Dominus, inquit, iodignatus,& terram illis pattibus promiſſam dare diſtulit,& variis eos pœnis tradidit. Non intulit autem illis eompendioſum aliquod exitium patienter agens, vt filij eorum ſueereſeerent. Per ignis autem ſupplieium & B. Moyſi ſyngrammatis meminit. Hanc enim paſſi ſunt plagam, inquit, quia non crediderunt in Deo.

Et mandauit nubibus deſuper.) Vetuntamen etiam eum tales eſſent, cibum illis nulla productom agrieultura præſtitit. Hoc enim ſubiecta doeent.

Et ianuas cœli aperuit.) Non enim conſuetos fœtus nubes exhibuerunt, ſed pro pluuia mirabilem eſeam pepererunt. Ianuas autem, ſuppeditationem illam eæleſtem voeauit. Quemadmodum enim nos promptuariorum ianuas aliquid proferre volentes aperimus, ita hie ſermo F Deum quaſi è penu quodam, manna ſuppeditaſſe oſtendit.

Et panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo.) Panem angelorum voeat, quòd per angelos ſubminiſtratus ſit. Angeli namque, ſieuti per diuinam ſeripturam edocti ſumus, nutibus Dei ſubminiſtrant. Dieit enim ad hune modum Apoſtolus: An non omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus,&c. Panem verò eæli taoquã eælitùs delatum voeat. Eteoim & aues aëriuagas, volucres eæli ſacra ſcriptúra appellat.

Cibaria miſit eis.) Ad ſaturitatem vſq; hũe illis

cibum tradidit. Deinde & carnium ſuppeditationem narrat.

Tranſtulit auſtrum de cælo.) Per ventos enim auium genus coëgit, vt circa tabernaculum illorum terram contingerent præcepit, obuiam illis venationem & capturam largitus.

Et deſiderium eorum attulit eis.) Potiti ſunt, inquit, quæ concupiuerant, & gaſtrimargiam repleruntur, verùm inſatiabilis deſiderij pœnas iuxta dederunt.

A *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum.*) Quoniam enim, cum multum diuinæ potentiæ cepiſſent experimentum, Deum non crediderunt eſcam ſuppeditare poſſe: caſtigationem illis intulit, vt ſe vtraque præſtare, & bona exhibere, & pœnas inferre poſſe oſtenderet: veruntamen nihilo minus in delinquendi peruicacia permanſerunt. Hoc enim eſt quod ſubiunxit.

In omnibus his peccauerunt adhuc.) Peccantes enim nullam prorſus earum rerum quæ prodeſſe poterant rationem habuerunt: vanis verò ſtudiis intenti, illáque omni cum diligentia exercentes, ex hac vita exceſſerunt.

Cum occideret eos.) Caſtigationem illis non fruſtra intulit. Haud parum enim vtilitatis ex ea reportarunt. Cum enim bonis fruerentur, non ſenſerunt: puniti verò, diuinam benignitatem orantes acceſſerunt.

Et dilexerunt eum in ore ſuo.) Pollicebantur autem illum ſe dilecturos, mendacibus vſi verbis. Sermonibus enim cogitata contradicebant, cõ-
B traria diuinis legibus conſulentia, nec verbis Dei credere ſuſtinentia.

Ipſe autem eſt miſericors.) Attamen ipſe bonitate ſua vſus, non ſuſtinuit illos omnimodæ dare perditioni.

Et abundauit vt auertat iram ſuam.) Symmachus ſic, Et diu auertit iram ſuam, & non excitauit exitium, furorem ſuum. Nõ intulit eis, inquit, dignum delictis ſupplicium.

Et recordatus eſt quòd caro ſunt.) Vidit enim naturæ illorũ imbecillitatem, & quòd haud procul abeſſet, quem accepturi erant, vitæ finem.

Quoties exacerbauerunt eum in deſerto.) Per hæc omnia diuinam docet patientiam, ſicut & ex hiſtoria cognoſci poteſt. Nam aliquando vitulum erexerunt & coluerunt, aliquando Beelphegor initiati ſunt. Præterea & contra Moſen tyrannidem meditati ſunt: & cum manna conſequuti eſſent, ingrati fuerunt. Cum terram promiſſam occupare iuſſi eſſent, timorem prætexue-
C runt: & præter iſta innumera alia commiſerũt, quæ ne prolixi ſimus, intacta relinquemus.

Non ſunt recordati manus eius.) Noluerunt (inquit) prioris beneficij Dei reputare virtutem, per quam ſeruitute fuerant liberati. Deinceps perpetrata miracula recenſet.

Sicut poſuit in Ægyptis ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.) Tanes vrbs regiam Pharaonis ſedem habebat. Illic autem Moſes pœnas Ægyptiis intulit.

Et conuertit in ſanguinem flumina eorum.) Et fluuiales & ex pluuiis collectas aquas in ſanguinis naturam mutauit, ſiti contradicentes affligens.

Miſit in eos cynomyiam.) Cynomyia verò & ranis iræ ſuæ miniſtris vſus, acerbos illis dolores intulit: ærugine autem & locuſtis fructus terræ diſperdidit.

Occidit in grandine vineas eorum.) Grandine & pruina ipſas etiam arborum radices enecauit: συκαμίνους ſanè alij interpretes συκομόρους, id eſt ficus reddiderunt. Illud, Et tradidit in grãdinem iumenta eorum, &c. Symmachus ſic vertit, Qui expoſuit peſti iumenta eorum, & poſſeſſiones eorum alitibus. Subita ſiquidem mor- D
te comprehenſi, conuiuium carniuoris facti ſunt alitibus.

Miſit in eos iram.) Furorem, iram & tribulationem acerba ſupplicia: Angelos verò malos ſup *Angeli*
plicij miniſtros vocauit. Quòd autẽ malos eos *mali.*
vocat, nec naturæ illorum nec voluntatis nequitiam, ſed pœnarum ſupplicia reſpicit. Symmachus autem, Angelus affligentes dixit.

Viam fecit ſemita iræ ſuæ.) Benignitas eius ſupplicium non cohibuit, ſed locum iuſtæ caſtigationi dedit. Hoc autem & per ſequentia declarauit.

Non pepercit à morte animabus eorum.) Cum enim aduerſariam eorum mentem vidiſſet, ſine miſeratione ſupplicia illis intulit. Tabernacula verò Cham, Ægyptum appellauit. Eſt enim Merom, filius Cham, Merom verò Ægyptus eſt.

Et abſtulit ſicut oues populum ſuum.) Poſtquam eos ad hunc modum caſtigauit, in ſolitudinem populum ſuum duxit, paſtorem gregem minan E
tem imitatus.

Et deduxit eos in ſpe.) Cum enim multa illis potentiæ ſuæ pignora exhibuiſſet, iuſſit eos confidentes eſſe, nec quicquam metuere. Hoc quidẽ ab omnium Deo factum eſt, illi verò potentiæ Dei confidere noluerunt.

Et adduxit eos ad montem.) Illinc igitur liberatis terram dedit quam promiſerat. Per mõtem enim Sion, vniuerſam terram ſignificauit.

Et eiecit à facie eorum gentes.) Terram enim hãc ab illis qui iam olim in ea habitabãt, liberauit, ac dominium eius filiis Iſraël iuxta promiſſiones ſuas dedit. Hoc enim ſignificat quòd dicit, In funiculo diſtributionis. Habitationem enim nacti ſolent eam metiri. Sortes verò ac diſtributiones terræ huius exactius hiſtoria Ieſu Naue docet.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum.) Terram enim iuxta tribus diuiſit. Poſteaquam ad hunc modum incredulitatem eorum quam in ſolitudine oſtenderunt commemorauit, iam etiam præuaricationes eorum in terra promiſſionis narrat.

Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelſum.) Poſt tanta ac talia beneficia in præuaricatione manſerunt.

Et auerterunt ſe & non ſeruauerũt pactum quemadmodum patres eorum.) Patrum præuaricationẽ imitati ſunt, quorum ſupplicium viderant, nihilo inde meliores facti. Arcus enim, ſi quid auerſi & obliqui receperit, tela quæ mittuntur recta dirigere nequit. Sic & illi, quoniam mentis rectitudinem corruperant, non ſunt diuinis beneficiis,

beneficiis,vt oportebat, vſi:ſed & vtilitatis occaſiooes,in cauſas nocumenti mutarunt.

Et in ſculptilibus ſuis.) Cum bona accepiſſent à Deo,ſeruierunt idolis.

Audiuit Deus & ſpreuit.) Hoc eſt,Cum opus habereot prouidentia ipſius, hac illos non eſt dignarus. Hæc autem clarius Iudicum hiſtoria tradit. Tradidit enim eos nunc Ammonitis, nunc Madianitis, pœnas impietatis de illis ſumens.

A *Et ad nihilum redegit valde Iſrael.)* Populum enim hũc nominatum ac celebrem vicinę gentes facilè debellarunt.

Et repulit tabernaculum Silom.) Hæc deinceps înitium Regum docet, de Heli principe ſacerdotum ac filiorum illius præuaricatione commemorans.

Et tradidit in captiuitatem virtutẽ eorum.) Virtutem & pulchritudinem eorum, arcam dicit. Cum enim hanc Ophio & Phinees ad anailiandum cognatos tribus in caſtra extuliſſent, prænaricationis ſuæ pœnas dederunt. Arcam verò Philiſtæi nacti, Dagon deo ſuo velut ſpolium quoddam obtulerunt. Erar autem Dagon idolon,quod colebanr & adorabant.

Et concluſit in gladio populum ſuum.) Tradidit enim eos in manus hoſtium,propter pręnaricationis exceſſum.

Et hæreditatem ſuam ſpreuit.) Hæreditatem eos nominauit, quòd maximè à Deo plurima ſemper potiri eſſent cura & prouidentia. Et Moſes B ſic dicit,Funiculus enim hęreditatis eius. Deinde & ſupplicij genera recenſet.

Iuuenes eorum comedit ignis.) Hos quidem igni tradidit. Virginum verò non eſt ſolitus factus luctus, eo qnòd ſuis ipſius quiſque malis eſſet occupatus. Ophni & Phinees, ſacerdotes eorum qui arcam ipſam attulerant, cæſi ſunt. Docemur his geſtis, non eſſe illis diuinæ confidendum prouidẽtiæ & gubernationi, qui iniquè viuunt.

Et viduæ eorum non plorabuntur.) Veruntamen cum iſtis eos ſuppliciis ſubieciſſet, etiam hoſtes eorum præſtitas ab ipſis cauſas fuiſſe docuit.

Et excitatus eſt tanquam dormiens Dominus.) Patiẽtia namque veluti ſomno qnodam reiecta, Philiſtæis plagam intulit, propter quam coram omnibus facti ſunt ignominioſiſſimi. Dicit autem de paſſione ani, quã & hiſtoria & prophetia tradit. Dicit enim,Percuſſit ioimicos eorum in poſteriora,pudoris partem plagam accepiſſe C oſtendens. Somnum verò, patiẽtiam:crapulam ex vino,indignationem vocauit.

Et repulit tabernaculum Ioſeph.) Iterum reliquis tribubus relictis,ſolius Ephraim meminit, futuram illius tyrannidem præuidens. Ex hac enim Hieroboam ortus eſt, qui decem tribus à regno Dauidico abſcidit:Ioſeph verò & Ephraim eandem tribum dicit. Filius enim Ioſeph, Ephraim eſt. Repulſum autem tabernaculum îllius eſſe dicit,eo quòd arcæ gratia in Silo non manſit:ſed Ieroſolyma tranſlata eſt, vbi poſtea & Salomon diuinum templum conſtruxit.

Tribus Iuda.

Et elegit tribum Iuda.) Tribum Iuda propter virgam quæ ex Ieſſe floritura expectabatur, elegit. De hoc verò germine & Iacub cum Iudam benediceret, vaticinatus eſt. Meminit autem eius & Paulus dicens, Manifeſtum aurem eſt, ex Iuda ortum eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: propter hũc igitur tribum Iuda præ aliis elegit. Quoniam myſterium hoc reliquis admodum erat ignotum, admodum dilucidè ſubiunxit, Montem Sion qnem dileait, vt aliarum tribuum liuorem extingueret;tantùm non dicens,Nullam prorſus zelotypiæ cauſam con- D cipiatis. Propter montem Sion enim tribũ Iuda elegit. Aliàs & ob eam cauſam montem hunc venerabilem eſſe oſtendere volunt, quòd conſtruendum eſſet in eo templum.

Et ædificauit ſicut vnicornis.) Vnicornem vno cornu armatum eſſe dicit. Vnum autem adorandum eſſe Deum,& lex docuit. Rectè igitur vnicorni,vnicum illud templum vni Deo cõſecratum comparauit. *Vnicornis.*

In terra fundauit eam in ſecula.) Symmachus ſic,In terram quam fundauit in ſeculum. Conſimiliter & alij interpretes. Quemadmodum enim,inquit,vnam cõdidit terram:ita & Iudæis vnum conſtruere templum præcepit.

Et elegit Dauid ſeruum ſuum.) Simul & Dauidis virtutem,cum eum ſeruum Dei nominauit, & magnificentiam Dei his verbis declarauit, Sequentem fœtas,inquit. Non enim perfectus paſtor, ſed miniſter paſtoris fuerat, fœtas oues ſequutus.

Paſcere Iacob ſeruum ſuum.) Et hoc diuinæ gu- E bernationis excellentiam oſtendit. Non enim eum quibuſuis ouibus paſtorẽ præfecit,ſed poſteris Iſraelis,qui aui ſui cognomentum accepe runt,quos ſibi ipſi velut hæreditatem attribuit. Neque enim ille erga diuinum beneficium ingratus fuit, ſed ſimplicitate, prudentia mixta, ſecundum normam diuinarum legum eos dire xit & gubernauit.

Et pauit eos in innocentia cordis ſui.) Simile eſt iſtis præceptum Domini,quo dicit,Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ. Etenim vtraque exterminata malicia,illinc ſerpentis verſutia,hinc columbæ ad obſequendum incauta facilitate,laudabilem commiſcuit virtutem.

ARGVMEN. PSAL. LXXVIII.

De Antiochi,cognomento Illuſtris,contra populum Iudæorum furore, propheticus hic ſermo vaticinatur. Oraculum autem in formã orationis figurat, quaſi illa à piis tunc futuris, nondum quidem victis, verùm ad F *huc calamitatibus adobrutis,fuerit proferenda.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus venerunt Gentes in hæreditatem tuam.)* Perſpicuè illos Spiritus ſancti gratia docuit, ne ſuas paſſiones primùm narrarent: ſed impietatem illam quæ in ſanctnm templum audacter erat perpetrata, quòd templum illud nihil contra diuinam legem deliquiſſet. Gentes, inquit, impiè & iniquè viuentes, hæreditatem tuam obtinuerunt. Auſæ ſunt enim adyta

ta templi inuadere, & aris dæmonum ſancta tua polluere.

Poſuerunt Ieruſalem.) Prorſus enim totam vrbem populati, effecerunt vt Ieruſalem veluti cuſtodia pomorum facta, nihil differat à tabernaculo.

Carnes ſanctorum tuorum.) Tanta namque ſunt feritate aduerſum cultores tuos vſi.

Effuderunt ſanguinem ipſorum.) Animum ad homicidia propenſum habentes, iſta ſunt auſi,

A & ne ſepulchris quidem dignati ſunt occiſos.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris.) His de cauſis irriſioni facti ſumus obnoxij apud finitimos. Vicinos auté Philiſtæos, Idumæos & alias finitimas gẽtes vocat, quæ perpetuò Iudæis aduerſæ & hoſtiles erant.

Vſquequò Domine iraſceris, in finem accendetur velut ignis zelus tuus.) Cum legem daret Deus præcepit nẽ quem aliũ Deum adorarent. Quoniam, inquit, ego Dominus Deus tuus zelotes ſum, ignis conſumens. Horum hîc & propheticus ſermo meminit. Accendetur (inquit) velut ignis zelus tuus: quaſi dicat, Ne plurimùm iraſcatis Domine, néue zelum tuũ cõtra nos, propter delicta noſtra inſtar ignis accendas.

Effunde iram tuam in Gentes.) Quoniam de hominibus peccatorum pœnas exigis, oro iram tuam in eos transferas, qui nomen tuum omnino cognoſcere nolunt, ſed extremæ impietati ſeruiunt.

Quia comederunt Iacob.) Eſt & hoc manife-

B ſtum iniquitatis illorum indicium. Cum enim, inquit, nihil ſint mali à nobis paſſi, & nos & ciuitatem & agros perdiderunt. Illud verò, Et locum eius deſolauerunt: Aquila reddidit, Et ſpeciem eius: Symmachus, Et pulchritudinẽ eius: Theodotion, Et decorem eius, quibus potiſſimùm diuina domus ſignificata eſt. Rectè autem populum hunc Iacob vocauit, vt patriarchæ huius mentione Deum ad miſericordiam excitaret.

Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum.) Pij erant qui hanc orationem offerebant. Eſt enim celebris Machabæorum virtus. Rectè igitur orãt, ne priorum peccatorum pœnas de populo exigat. Hoc autem multam illorum virtutem oſtendit, quòd orant, nullam fieri præteritorum peccatorum memoriam, & præſentem abſcondi impietatem.

Citò anticipent nos miſerationes tuæ.) Quàm citiſſimè opem tuam inexpugnabilem porrige Domine. Sumus enim prouidentia deſtituti.

C Te verò ſolum adiutorem habemus ac ſeruatorem.

Propter gloriam nominis tui.) Nuſquã ſuæ ipſorum virtutis recordantur, ſed propter nomen Dei orant, vt diuino potiantur auxilio. Nam blaſphemia eorum qui malicioſè contra nomen tuum agunt, progreditur & augeſcit. Oramus igitur vt neglectis noſtris delictis calamitates iſtas transferas, & potentiam tuam illam non agnoſcentibus oſtendas.

Ne quando dicant Gentes.) Alij interpretes, quaſi hoc iam tum factum ſit, dixerunt, Quare dicũt gentes, Vbi eſt Deus eorum? Hoc eſt, inquit, quod me cruciat, quòd gentes blaſphemiam contra te ſpargere, & ſubſannãdo dicere audent, Vbi eſt Deus veſter, quem Ægyptum flagellaſſe, & reliqua omnia vulgata illa & decantata perpetraſſe dicitis?

Et innoteſcat in Gentibus.) Oramus igitur, vt & ab illis homicidij pœna ſumatur, & reliqui omnes iuſtam tuam ſententiam nobiſcum, & propter occiſos tuos cultores iram videant.

Introeat in conſpectu tuo.) Obſecro vt adſpicias eos qui adhuc ſuperſtites quidem, vinculis tan- D tùm ſubiecti ſunt, ac mortẽ expectant: nec velis omnimodum cõtra genus noſtrum exitium decernere, ſed occiſorum filios quaſi teneram ex illis ſegetem conſeruare.

Redde vicinis noſtris ſeptuplum.) Non ſignificauit his verbis certum quendam numerum, ſed orauit vt maximum de finitimis propter blaſphemiam ſumeretur ſupplicium. Tale eſt & illud, Quoniam ſterilis peperit ſeptem, hoc eſt, multos. Sinum verò, ex eorũ metaphora dixit, qui in ſinu aliquid cautè retinent, ne quid excidat: quaſi dicat, Imple illos calamitatibus ſine intermiſſione vrgentibus. *Sinus.*

Nos autem populus tuus.) Nos autem, inquit, populus tuus appellati, & grex tuus nominati, aſſiduè tibi hymnos offeremus: & gratias iſtas conſcriptas pro accepto beneficio referentes, ad poſteros narrationem iſtorum proferemus. Quod verò dicit, Cõfitebimur tibi, gratiarum actionem ſignificat.

E

ARGVMEN. PSAL. LXXIX.

Quarundam rerum mutationem præſens hic pſalmus dicit. Hoc enim ſignificat & teſtatur mutationis verbum, in epigrapha poſitum. Quapropter & teſtimonium præmiſſum eſt. Vaticinatur autem Spiritus ſancti gratia Iudæorum in Babylone captiuitatem & ſeruitutem. Figuratus eſt verò in orationem ad Deum hic pſalmus, tanquam ab illis ipſis oblatus. Docet enim eos prophetica gratia, qualibus oporteat Deum verbis placari, & ad miſericordiam extitari. Prædicit autem & ſalutem, quæ mortalibus erat per Chriſtum aduentura.

Scholia in eundem Pſalmum.

QVI *regis Iſrael intende.*) Te Domine, qui populo tuo paſtoris in morẽ prouides, precationem meam ſuſcipias oro.

Qui ducis velut ouem Ioſeph.) Cum Ioſeph in fratres veluti lupos quoſdam incidiſſet, ex illorum manibus eum liberaſti. Duxiſti eum in Ægyptum, atque ſuperiorem inſidiatoribus ſuis reddidiſti. Poſtquam ita curã Dei erga illos declaratam expoſuit, ad generaliorẽ poteſtatem F ac prouidentiam tranſit.

Qui ſedes ſuper Cherubim.) Quoniam hos ſolos Moſes vaſculis quibuſdam in ſancto ſanctorum ſuſpenderat, & inter illos propitiatorium collocauerat, pérq; illud diuina quædam ſacerdotibus apparitio fiebat: rectẽ hoc loco & Cherubim meminit, eúmq; qui illis inſidebat, vt appareret orauit.

Coram Ephraim.) Vt populo tuo appareas oro.

oro. Per dictas enim tribus totum populum ſi-
gnificauit. Meminit autem harum tribuum, eo
quòd & Ioſephi mentionem fecit, cuius E-
phraim ac Manaſſe filij: Beniamin verò, vteri-
nus frater fuit.

Excita potentiam tuam, & veni.) Deum velut
patientem ac lenem excitat. Omnem, inquit,
potentiam tuam exere, vt ſalutem noſtram a-
ſtruas.

Deus virtutum conuerte nos.) Libera nos à ſer-
A uitute, ac reditum largire. Deinde & rei huius
facilitatem docet.

Et oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.) Poteris
enim, inquit, calamitates iſtas abundè ſatis diſ-
ſoluere, ſi tantùm compareas.

Domine Deus virtutum.) Quouſque, inquit,
orationes meas negligis, peccatis meis iratus?
Seruum autem eius, populum nominat. Alij ſi-
quidem interpretes, Super orationem populi
tui: pro, Serui tui poſuerunt.

Cibabis nos pane lachrymarum.) Tempus hîc
mutatum eſt. Nam alij interpretes, Cibaſti nos
pane lachrymarum, dixerunt, & potaſti nos la-
chrymis in menſura. Dicit autem, Et cibum &
potum noſtrum lachrymis miſcuiſti. Plorantes
enim, neceſſarium cibum ſumpſimus. Poſuit
autem hoc, pro, Supplicium peccatis noſtris
admenſuraſti. Ita & Dominus, Qua menſura,
inquit, menſi fueritis, menſurabitur & vobis.
Zach. 5. Et Zacharias cum hanc menſuram vidiſſet, de
Babylonis exitio vaticinatus eſt. Dicit enim ſe
B duas vidiſſe mulieres, alas habentes vpupæ, &
amphoram portantes, illámque in Babylonem
deferre iuſſas. Docemur his, quæ ſit diuini iudi-
cij æquitas.

Poſuiſti nos in contradictionem) Probrum facti
ſumus vicinis gentibus, qui inimico erga nos
ſunt animo.

Deus virtutum conuerte nos.) Apparitione tua
nebulam calamitatum diſpelle, & reditum lar-
gire. Es enim potẽs ac Dominus virtutum. De-
inde vetera beneficia recenſet, orans vt conſi-
mili prouidentia potiatur.

Vineam ex Ægypto tranſtuliſti.) Tu Domine
potentatum Ægyptiorum iniuſtè agentium de-
ſtruxiſti, tu Cananæorum gentes omnimodo
excidio tradidiſti: ac populum tuũ, quaſi quan-
dam vineam, ex Ægypto trãſlatum, omnem illi
itineris ſucceſſum largitus, in ipſa Cananæo-
rum terra plantaſti.

Vinea Domini. *Operuit montes vmbra eius.*) Quoniam popu-
lum tropicè vineam nominauit, in eodem tro-
C po pergit, & vicinarum gentium robur mõtes:
potentiam Iſraelis, illis imminentem, vmbram:
ſublimes principes, qui principatus à Deo ſor-
titi fuerant, cedros Dei: arbuſta verò, cedros
contegẽtia, Iſraeliticum regnum, illuſtrius illis
factum vocat. Hoc autem ſub Dauide & Salo-
mone factũ eſſe nouimus. Nam Dauid quidem
non ſolùm à Philiſtæis ac Iudæis, ſed & à Syris
vtriſque tributum accepit. Ad Salomonem ve-
rò etiam Æthiopum regina profecta eſt, ita fa-
ctus erat ille coram omnibus nominatus ac ce-
lebris. Palmites vineæ, multitudinem populi:
propagines verò, proſelytos qui ex gẽtibus ac-
ceſſerant, cognitionémque Dei amplexi fuerãt,
dicit. His autem priorem huius populi proſpe-
ritatem declarauit.

Vt quid deſtruxiſti maceriam eius?) Maceriam *Maceria.*
ſecuritatem vocauit. Quod enim vineæ eſt ma-
ceria, hoc prouidentia Dei illis eſt, qui ea digni
habentur. Viam autem prætergredi ẽtes, hoſtes
dicit. Quemadmodum enim viatores vineam
incuſtoditam pro arbitrio vindemiant: ita &
qui diuina deſtitutus eſt cuſtodia, lędere volen-
tibus redditur expoſitus. D

Vaſtauit eam aper de ſylua.) Præcipuos Aſſy-
riorum incurſus his verbis ſignificauit. Salma-
naſar enim & Sennacherim aliis ciuitates de-
populati ſunt: Nabuchodonoſor verò obſeſſa
Ieruſalem, eos qui mortem fugiebant, captiui-
tati tradidit. Et quoniam Ieruſalem vineam ap-
pellauit, rectè aprum ſyluestrem, hoſtem illius
nominauit. Eſt autem ea beſtia inſidioſa vineę.
Vocat eam ſingularem feram, eo quòd ſingu-
lariter ac ſeparatim agat, & reliquis ſit fero-
cior, ac conſuetudinem illarum auerſetur.
Quoniam igitur & Nabuchodonoſor ferocior
erat aliis regibus, rectè illum ſingularem feram
nominauit.

Deus virtutum conuertere.) Obſecro igitur te
potentem Dominum, vt cælitùs vineæ huius
læſionem videas, ac quod paſſa eſt curare di-
gneris. Tua ſiquidem prouidentia priorem illi
proſperitatem dedit. Dexteram autem, pro-
uidentiam vocat. Quam plantauit (inquit)
dextera tua. E

Et ſuper filium, quem confirmaſti tibi.) Docet hîc
progerminationem ſeruatoris Christi. Orat e-
nim, vt cura digna habeatur hæc vinea, propter *Vinea.*
eum qui vinum erat ex ea ſumpturus, quem
manifeſtè filium hominis appellauit. Et Domi-
nus in Euãgeliis, Deus ſimul & homo exiſtens,
ſe ipſe filium hominis nominat, appellatione à
viſibili natura ſumpta. Docet igitur eos qui ca-
ptiui erant facti, vt Deum orent, quo clemen-
tiam aliquam oſtendat erga hanc vineam, pro-
pter naſcituram ex ea ſalutis radicem. Et Do-
minus, Ego ſum, inquit, vitis vera. Vt homo ſi-
quidem, vinea: vt Deus verò, agricola eſt. Quo-
niam enim ex hac vinea germinauit, quæ inuti-
lis erat facta, vera ipſe factus eſt vitis: & palmi-
tes maximos, credentium in ſe multitudinem,
produxit. Horum vmbra, reuera montes ope-
ruit, & arbuſta cedros: hæc eſt vera vinea. Ex-
tendit palmites ſuos vſque ad mare, & ad flu-
men vſque propagines ſuas. Propter hanc orãt,
vt & illa clementia potiatur, varias illius adfli- F
ctiones recenſentes.

Incenſa igni.) Hinc potiſſimum liquet, quòd
de illis vaticinetur, ſicuti nonnullis videtur,
quæ Iſraeli abs Babylonio & Antiocho ac-
ciderunt. Babylonius quippe & templum
incendit, & maximam vrbis partem igni tra-
didit. Ita & hîc dicit, Non ſolùm vindemia-
to fructu abierunt: ſed & vineam ipſam ſub-
ruerunt, ac radicitùs euulſerunt, ignéque con-
ſumpſerunt.

Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ.) His
enim ex nobis ſumptis primitiis vniuerſa mor-
talium

talium natura, verum Deum agnoſcet, & exhibitam ſibi benignitatem laudabit.

Viuificabis nos.) Hoc autem modo mors quoque deſtruetur, ac nos æternam vitam adipiſcemur, te Deum ſeruatorem adorantes.

Domine Deus virtutum.) Propter ſalutē itaque quæ propter nos eſt futura: adflictiones noſtras ſolue, reditúmque largire. Nam ſi modò apparueris, ſalutem conſequemur.

A Scholia in Pſalmum LXXX.

EXultate Deo adiutori noſtro.) Symmachus, Celebrate, dixit: Aquila, Laudate, Offerte, inquit, Deo hymnum gratiarum actionis, qui nobis prouidentiam ſuam impertiuit.

Iubilate Deo Iacob.) Triumphalis eſt iubilus, ſicuti ſæpenumerò diximus. Hortantur itaque ſe mutuò vt Deo, qui victoriam dedit, hymnodiam adornent.

Sumite pſalmum, & date tympanum.) Variis inſtrumentis vſi diuinam melodiam concinebāt, ſicut hiſtoria Paralypomenon docet. Denunciat igitur hic ſermo choris illis, vt mutuò inter ſe ſuauiſſimum organorū illorum ſonitum reddant: & alij lyris, alij tympanis, alij citharis Deum laudent. Pſalterium verò, Symmachus lyram vocauit.

Buccinate in neomenia tuba.) Præceperat Deus ſacerdotibus, vt tubis vterentur. His autem populum de tubis, quæ in monte clanxerunt, ad-
B monebant. Cum enim Deus in monte Sina illis loqueretur, Vox, inquit, tubæ inſonuit vehementer. Et iſti igitur reditum conſequuti, diuinóque auxilio potiti, meritò cum aliis organis & tubis vti iubent.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud.) Ioſeph hîc totum populum vocat. Quoniam enim Ioſeph illis author ingreſſus in Ægyptum fuit, ob eam cauſam populum ex eo nominauit. Hoc autem eſt quod dicit, quòd hāc iſti populo legem dederit Dominus, cum eos ex Ægypto liberaſſet. Dein exhibita beneficia recenſet.

Linguam quam non nouerat audiuit.) Hactenus enim tanquam diuinam vocem perceperat: ſed hanc primùm in ſolitudine, cum legem acciperet, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorſum eius.) Labores in Ægypto, acerbam ſeruitutem, & operam conficiendorum laterum his verbis ſignificauit. Hinc perſonam Dei inducit, ipſis loquentem: ac quod primùm reliquorū beneficiorum fuit,
C rememorat. Dein admonitionem & conſilium adfert.

In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te.) Ingemiſcebas in Ægypto laboribus miſerè adflictus, vbi te confeſtim benignitate mea dignatus ſum. Hoc & hiſtoria docet. Ingemiſcebant, inquit, filij Iſrael, propter operum duriciem.

Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis.) Symmachus ſic, Exaudiui te per abſconditum tonitruum. Et alij ſimiliter tonitruum poſuerunt. Declarat autem his verbis, quòd cum natura ſit inuiſibilis, omnibus tamē manifeſtam ſalutem velut tonitruum quoddam, per plagas quibus Ægyptios percuſſit, operatus ſit: omnib⁹ ſignificans, quanta Iſraeli cura prouideat.

Probaui te apud aquam contradictionis.) Cum in Matan veniſſent, atque aquam amaram repperiſſent, vociferati ſunt contra Moſen, murmurarúntque cōtra Deum. Igitur ob hanc cauſam hoc nominis locus iſte accepit. Dicit itaq;, Reprehēdi apud aquam illam animi tui ingratitudinem. Qualitatem autē eius facilè mutaui, & ex acerbitate dulcedinem reddidi.

Audi populc meus, & conteſtabor te.) Cum igitur experimentum potentiæ meæ ceperis, accipe quas tibi leges propono. Eſt enim hæc conteſtatio, qua tibi tam inobediētiæ pœnā, quàm obedientiæ vtilitatem prædico. D

Non erit in te Deus recens.) Habet iſta & prooemium legis. Ego enim (inquit) ſum Dominus Deus tuus. Et hîc igitur præcipit dicens, Alienum ac recentem Deum non adorabis. Redarguūt iſta & Arrij & Eunomij inſaniam. Si enim vnigenitus patri, non eſt homouſius, vtique rectè vocabitur alienus. Et ſi fuit tēpus aliquod, quando non erat: ergo recens eſt, & non ſempiternus. Diuinam ergo legem manifeſtè, alienum ac recentem Deum adorantes tranſgrediuntur. Verùm non eſt cōmodum hîc illorum arguere deliria. Sufficiēter tamen & iſta præuaricationem eorum redargunnt.

Dilata os tuum, & implebo illud.) Exhibe, inquit, per obedientiam teipſum morigerum, & accipe bonorum abundantiam. Sermonem autem hîc ad reprehenſionem transfert. E

Et non audiuit populus meus.) Ego quidem hoc illi conſilium obtuli: ipſe verò neq; audire, neque attendere dictis meis ſuſtinuit.

Et dimiſit eos ſecundum deſideria.) Symmachus ſic, Dimiſi igitur eos placito cordis eorum, vt ambulent in ſuis ipſorum cōſiliis: Aquila verò, Eieci eum, inquit, in tortuoſitate cordis eius, ibunt in conſiliis ſuis. Cum enim, inquit, immorigerum eum eſſe viderem, gubernatione mea illum priuaui, permiſique, vt ſuis ipſius feratur cogitationibus. Expoſita eſt autē ob oculos ad contemplandum volentibus, prophetiæ huius veritas. Deſtituti ſiquidē ope diuina Iudæi, vbilibet diſperſi, ac ſerui pro liberis facti ſunt, diuinationibúſque & dæmonum incantationibus vtentes, Deum adorare nolunt.

Si populus meus audiſſet me.) Si verò adhortationibus meis acquieuiſſet, & præceptis meis obediuiſſet, in inſtanti & momento (hoc enim eſt quod dicit, In nihilo) inimicos eius diſſipaſſem. F

Inimici Domini mentiti ſunt ei.) Aquila ſic, Qui Dominum odio habent, negabunt. Chriſtum enim negando ſeipſi hoſtes Domini conſtituerunt, mentientes ei, & inita fœdera tranſgredientes. Poſtquam enim lata eſſet lex, reſpōdit, inquit, omnis populus, Omnia quæcunque dixit Dominus Deus, faciemus & audiemus. Et promiſſiones quidem illorum tales fuerunt, facta verò contraria. Dominum quippe apparentem crucifixerunt. Verùm acceperunt impietatis præmium, perpetuum videlicet excidium. Hoc autem & prophetia expreſſit.

Et erit tempus eorum.) Clarius Symmachus.
Cum enim dixiſſet, Qui Dominum odio ha-
bent, mentientur ei: ſubiunxit, Sed erit tempus
Tempus. eorum in ſeculum. Tempus autem, vocat cala-
mitates. Dicit igitur, In has calamitates Iudæi
non ad certum aliquod tempus incident: ſed
in ſeculum in illis diuina prouidentia deſtituti,
permanebunt.

Et cibauit eos ex adipe frumenti.) Multa, inquit,
ingratitudine laborantes, non ſunt eorum re-
A cordati bonorum, quæ iam ipſis fuerant exhi-
bita. In ſolitudine namq; iucũdiſſimá illis aquá
ex petra produxerat, quam ſitientes mellis in-
ſtar dulcé eſſe arbitrabantur: in terra verò pro-
miſſionis, abundanter illis quos ea terra profe-
rebat, fructus largitus fuerat. Per frumentum
autem, & aliorum fructuum ſuppeditationem
ſignificauit.

Scholia in Pſalmum LXXXI.

D*Eus ſtetit in ſynagoga deorum.)* Iudæorum
principes deos nominauit, vt quibus iudi-
candi poteſtas eſſet concredita. Ita eos & Lex
ipſa vocat: Diis tuis, inquit, non maledices, &
principi populi tui ne detrahas. Quoniam e-
nim Deus verè iudex eſt: homines verò & ipſi
adminiſtrationem iudicij vſurparunt: appellati
ſunt dij, tanquam Deum hac in re imitati. Ve-
rùm eos qui non iuſtè iudicant, nec iudicij lan-
cem immotam retinent, iuſtus hic iudex repre-
B hendit, & de iuſto iudicio, quo ipſe ſit iudica-
turus, prædicit.

Vſquequò iudicatis iniquitatem?) Vſquequò non
profertis ſententiam, quæ muneribus non ſit
corrupta: ſed potẽtium iniuſtitiam redarguere
detrectatis, & pauperes ab illis iniuria adſectos
contemnitis?

Iudicate egeno & pupillo.) Vterque ſiquidem
auxilio opus habet. Cum igitur ad hoc deputa-
tus ſis, vt iſtis manum porrigas, noli acceptum
munus negligere.

Humilem & pauperem iuſtificate.) Ne ſit pau-
per iniuſtè agentibus expoſitus, cum vobis ſit
iudicandi concredita poteſtas.

Neſcierunt neque intellexerunt.) Verùm verbo-
rum meorum luce illuſtrari noluerunt, quapro-
pter velut in nocte ac caligine agentes, rempu-
blicam adminiſtrant.

Mouebuntur omnia fundamenta terræ.) Propter
hanc iniuſtitiam vita eorum perturbatione re-
pleta eſt.

C *Ego dixi, Dij eſtis.)* Ego quidem vobis dedi vt
eodem quo ego nomine appellemini, ac filios
meos vos vocaui.

Vos autem ſicut homines moriemini.) Symma-
chus ſic, Vos autem ſicut homines moriemini,
& ſicut vnus principum cadetis. Honorẽ enim
veſtrum ignorãtibus, idem vobis accidit, quod
diabolo: qui cum principatum à me accepiſſet,
nec illo vellet competenter vti honore illo ex-
cidit. Eandem autem cum aliis hominibus is
ſortẽ ſubiiſtis, nullam omnino gloriã poſt mor-
tem habentes. Vbi ad hnnc modum hic ſermo,
iuſtorum iudicum reprehenſionem exequutus
eſt, verum & iuſtum iudicem orat, vt ipſe or-
bem iudicet.

Surge Deus, iudica terram.) Hoc autem mani-
feſtè Chriſti iudiciũ ſignificat. Ad ipſum enim
ſecũdum humanitatem dixit Pater: Pete à me,
&c. Etenim tale quid Propheta orat, vt veloci-
ter cõpareat, & iuſtè iudicet, ac iniuſti iudices
ceſſent: Iudæorúmque hæreditatem relinquat,
& in huius locũ Gentes ſuſcipiat, atque vniuer-
ſis mortalibus ſalutem ſuppeditet.
D

ARGVMEN. PSAL. LXXXII.

*Poſt reditum è Babylone, cum Gentes vrbi Ieruſa-
lem vicinæ templi renouationem viderent, cõtra Iſrae-
lem congregati ſunt, ac reliquas Barbaras nationes col-
legerunt, bellúmque contra Iudæos mouerunt. Et hæc
Ioel & Ezechiel, Michæas & Zacharias prædixerũt.
Vicerunt autem Iſraelitæ hos omnes, ſub duce Zoroba-
bel, cælitùs auxiliante Deo, ac hoſtium audaciam con-
fringente. & hæc quidem pſalmus iſte prædixit. Eſt
autem prophetia Spiritus ſancti, in formam orationis
figurata, docens eos, qui tum impugnabantur, quomodo
Deum placare oporteat.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus quis ſimilis erit tibi.)* Ne vniuerſa qui-
dem cùm angelorum tum hominum natu
ra potentiæ tuę quicquã damni inferre poterit.
Habet enim illa incõparabilem virtutem. Illud
autem Quis, pro Nullus poſuit.

Ne taceas.) Precamur ne conſueta lenitate E
vtare. Hoc enim eſt quod dicit, Ne placidè a-
gas. Sic enim Symmachus reddidit, Ne man-
ſuetè agas. Docet autẽ & interpellationis huius
cauſam.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt.) Maris, in-
quit, in morem contra nos, arrogantia vſi, in-
ſonant: qui propterea quòd tibi ſunt inimici,
bellum hoc contra nos orſi ſunt. Cõtra te ſiqui-
dem inimicitiam exercentes, populum tibi di-
catum obſident.

Conſiliũ cogitauerunt aduerſus ſanctos ſuos.) Sym-
machus pro Aduerſus ſanctos tuos, Aduerſus,
inquit, abſconditos tuos. Aquila, Aduerſus ab-
ſconditum tuum, ita & Theodotion. Quoniam
ex illis Chriſtus ſecundum carnem naſciturus
erat, veniſſent autem Gentes hoc animo, vt
Iudæorum Gentem radicitùs extirparent: hanc
eos orationem Spiritus ſanctus Deo offerre do-
cet, vt dicant, Non ſolùm in nos inſidiis iſtis
ſunt vſi, ſed & aduerſus abſconditum tuum,
qui in nobis eſt abſconditus, quem ex tribu Iu- F
da oriturum prędixiſti. Hoc autem Deus & per
Eſaiam ſignificauit, dicens, Quemadmodum
ſi inueniatur acinus in racemo, dicunt, Ne diſ-
perdas eum (eſt enim in illo benedictio Do-
mini) ita faciam propter eum qui ſeruiuit mi-
hi. Propterea non perdam omnes, & educam
ex Iacob, & ex Iuda: Semen & tunc, inquit,
quod reliquum eſt, tradam. Igitur propter
vnum acinum totus racemus, imò magis, tota
vinea diuinam eſt prouidentiam conſequuta.
Hoc ſanè & hîc orantes dicunt, Quoniam non
ſolùm contra nos, ſed & contra abſconditum
tuum

tuum inſanire audent. Huic autem & ſequentia conſonant.

Et non memoretur nomen Iſrael vltrà.) Omnimodo excidio & obliuioni Iſraelem tradere volunt. Dein recenſet finitimas Gentes, cum quibus & aliæ nationes vocatæ ad bellum venerunt.

Aduerſum te teſtamentum.) Qui verò bellum contra te concorditer ſuſceperunt, ſunt iſti, Tabernacula Idumæorum, &c. Idumæi genus A ſuum traxerunt ab Eſaü. Edom enim Eſaü nominatus fuit: Iſmaelitæ verò, ſunt Iſmaelis poſteri. Moab, fuit filius Loth. Et ex hoc gens quædam conſtitit, Agareni. At tribus Iſmaelis ab Agar eſt nominata. Fuit autem illa Iſmaelis mater. Gebal verò & Ammon & Amalec, & ipſi ſunt poſteri Eſaü. Et ab his ſanè gens quædam orta eſt, Ammon fuit filius Loth. Sunt autem iſti portio Arabiæ. Gebaleni verò vicini *Allophyli* ſunt Iudææ. Allophylos verò alij interpretes Philiſtæos interpretantur, quos nos Palæſtinos nominamus. Nam hi ſoli è gente Cananæorum in terra relicti, & iuxta Iſraelem habitantes, rectè Allophyli, id eſt, alienigenæ, diſcriminandi gratiam ſunt vocati.

Etenim & Aſſur.) Aſſyrij non regnabant amplius eo tempore. Innuit ergo hic ſermo, Samaritas, exules Aſſyriorum, qui poſt captiuitatem decem tribuum in ciuitatibus illarum habitarunt.

Fac illis.) Priorum beneficiorum recordan- B tur, idémque denuò, grati exiſtentes, auxilium petũt. Hos duces Barac & Debora propheti ſſa diſperdidit.

Pone principes eorum, ſicut Oreb & Zeb, &c.) Et horum hiſtoria Iudicum meminit. Interemit autem eos Gedeon, qui diuina gratia dux belli erat. Orant igitur, vt ad horum exemplum ſui quoque hoſtes diſſipentur, ac cauſam huius docent.

Qui dixerunt, Hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei.) Ferociunt enim confidenter, & templum tibi dicatum occupant. Hoc enim eſt quod hîc ſanctuarium vocat. Symmachus pro ſanctuario δίαιταν, id eſt, aulam dixit. Ex hoc loco totum argumentum pſalmi dilucidum eſt factum. Quoniam enim reuerſi templum reædificarunt, propter hoc autem non omnis perfectus erat legalis cultus, cuius gratia ſecundum legem non licebat duplicem habere cultum: propter legalem autem cultum, Gentes illæ vrbi vicinæ Iudæis erant inimicæ, ideó- C que totum belli impetum vertebant aduerſus templum, vt cum illo ſimul & gentem & legalem cultum è medio tollerent.

Deus meus pone illos vt rotam.) Hoc eſt, iube illos variis calamitatibus circumuolutari ac ſubuerti.

Sicut ſtipulam ante faciem venti.) Diſperde eos inſtar ſtipulæ à vento agitatæ.

Sicut ignis qui comburit ſyluam.) Sicut in ſyluis nonnũquam flamma arboribus à vehemẽtiore vento agitatis & inuicem attritis, attritionéque calorẽ efficiẽtibus, ac paulatim ſeſe incẽdentibus, vltrò exurgit: cõſimili modo orãt, vt & iſti inter ſe mutuò conſumãtur, ſuæq; iniquitati tradantur, ſecũdum prophetiã quæ dicit, Ite in luce ignis veſtri, & in flamma quam incendiſtis.

Imple facies eorum ignominia.) Spe namque eorum quæ voluerunt fruſtrati, ac ignominia repleti, potentiam tuam cognoſcent.

Erubeſcãt & cõturbentur in ſeculum ſeculi.) Apprecãtur inimicis bona, etiam impugnati. Orãt enim vt pro audacia & ignominia diuinæ cognitionis fructum reportent, atque ſimulacris liberati per experientiam diſcant, quòd ipſe ſo- D lus ſit & Deus & Dominus.

ARGVMEN. PSAL. LXXXIII.

Duplex eſt pſalmi huius prophetia. Prædicit enim non ſolùm Iudæorum reuocationem, ſed & totius orbis ſalutẽ, torcularia verò, ſicuti iam prædiximus, Eccleſias vocat. In his enim ſpiritalis vinea fructum ſuum profert, & ſalutis vinum nobis comparamus.

Scholia in eundem Pſalmum.

QVàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.) Docti ſunt iſta etiam illi qui in Babylone fuerunt, vt reditum deſiderarent, & cultum qui ſecundum legem erat concupiſcerent. Quanquã & nos ex diuinis adytis fructum reportamus. Comperit autẽ nobis hæc prophetia bifariam. Prædicit enim multa futura tabernacula, ac multa torcularia, & multorum quoque altarium conſimiliter meminit. Iudæi verò vnum habebãt templum, & vnum ſimiliter al- E tare. Vnaquæque ſanè prædictorũ dictio ad diuinum amorem animũ inflammat. Dicit enim, dilecta eſſe tabernacula Dei: neque ſe ſimpliciter illa deſiderare, ſed & deficere in atria Domini. Conſonant autem iſtis & ſequentia.

Cor meum, & caro mea.) Non ſolùm anima, ſed & corpus iucunditatis huius ſpem reſurrectionis adeptũ particeps factum eſt. Hoc enim innuit hic ſermo. Quapropter & Deum viuũ appellauit, quòd vitæ ſit ſuppeditator.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum.) Aquila ſic, Etenim auicula inuenit ſibi ipſi domũ, & paſſer nidum ſibi vbi repoſuit pullos ſuos. Quemadmodum enim paſſeres oberrant, nidum nõ habentes: vbi autem hunc fixerunt, in eo commorantur, ac pullos ſuos nutriunt: ita & nos olim quidẽ oberrauimus, nunc verò à gratia tua vocati, & tabernacula tua adepti, iuxta altaria tua pullos noſtros inſtituimus, illis cũ pueris noſtris aſſidẽtes, ſpiritalémque cibũ abs te reportãtes. F

Altaria tua Domine virtutum.) Nidus enim noſter, ac pulli bonorúmq; fruitio, ſancta ſunt tua altaria.

Beati qui habitant in domo tua.) Singula iſtorum typicè quidem illis acciderunt, qui in Babylone fuerunt: nobis verò ſecundum veritatem comperunt. Nam & illi quia procul abſunt à ſancto templo, beatos ducunt eos, qui conſolatione ex illo potiuntur: & nos guſtata diuina dulcedine, zelotas eos vocamus, qui aſſiduè Deo adhærent.

Beatus vir, cuius auxilium abs te.) Beatum eum eſſe dicit, qui diuina ſemper prouidentia potitur, &

tur, & mentem habet graria Dei illuminatam, piáſque ſemper in illa cogitationes volutat. Siquidem aſcẽſiones Dei, factas in cordibus, pias de Deo cogitationes nominauit. Qui namque aſcenſiones iſtas in corde ſuo obrinnerit, ſeipſum riſui non dabit, ſed lachrymis, cupiẽs ex hac vita diſſolui. Audiuir enim illud, Beati qui nunc flent, quoniam ridebunt. Vallis enim lachrymarum typicè quidem, is locus eſt, in quo angelus apparens præuaricationem populi re-
A darguit, multitudinémque ad fletum permouit (nam ita locus ille ex eo facto appellatus eſt) propriè verò præſens bæc vita, in qua Adam, vt in ſudore vultus ſui, panem comedat: & Eua, vt in doloribus liberos pariat, cõdemnati ſunt. In hac igitur qui diuinas aſcenſiones accipiunt, & lachrymas profundunt, & laborioſam vitam complectuntur, ac Legiſlatoris benedictionem expectant.

Ibunt de virtute in virtutem.) Virtutem enim augẽt quotidie, qui vitam pietatis exercitio deditam amplexi ſunt. A precatione ad hymnodiam eunt, ab hymnodia ad ſupplicationem, ab hac ad diuinorum oraculorũ lectionem. A virtute igitur ad virtutem trãſeuntes ſingulis diebus diuitias ſuas auctiores reddunt.

Videbitur Deus deorum in Sion.) Hanc igitur rerum operatus eſt immutationẽ, Deus verbum, incarnatione ſuſcepta, primámque ſuam apparitionem in Sion exequutus eſt.

Domine Deus virtutum.) Hæc optat Propheta
B procul humanam ſalutem cõtemplatus, Deúmque orat, vt precatione hac ſuſcepta, diuina ſua prouidentia populum ſeruatum dignetur. Hoc enim faciem Chriſti appellauit. Vos enim eſtis, inquit Apoſtolus, corpus Chriſti, & membra ex membro. Et iterum, Non poteſt oculus dicere capiti, Non es mihi neceſſarium: aut rurſus caput pedibus, Opus vobis non habeo.

Quoniam melior eſt dies vna in atriis tuis.) Populus enim tuus cura tua potitus, templo tuo perpetuò adhæret, ac multum inde vtilitatis reportat. Quæ namque quis vna die ex eo retulerit, aliunde illa non colliget, etiamſi multa dierum millia impendat. Hæc autem & ab illis competenter dici potuerunt, qui in Babylone fuerunt.

Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei.) Conſimiliter & iſta cum illis qui in Babylone fuerũt, tum & nobis apta ſunt & cõmoda. Illos enim Spiritus ſancti gratia docuit, ne domus Dei ſolitudinẽ
C contemnerent: & nos inſtruimur, vt adyta illa Deo conſecrata concupiſcamus.

Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus.) Qui namq; hoc ſunt erga Deum animi affectu, omnibus iſtis bonis potientur, ſiquidem miſericordia & veritas, ex diuinis illis adytis progerminant. Nam illinc bonorũ dogmatum doctrinam accipimus: & vt ſummatim dicã, omnium illinc bonorũ fruitionem, à malicia & verſutia liberati: ſimpliciter verò, & cum veritate viuere volentes, acquitimus.

Domine Deus virtutum.) Omnino extrema hęc pars pſalmo competit. Beatum enim eum dicit, qui quamnis temporariam proſperitatem contemnit, ac ſola ſpe in Deum fiduciam babet.

ARGVMENT. PSAL. LXXXIIII.

Et umbram & veritatem pariter prædicit hic pſalmus. Adumbrauit enim Deus, per ea quæ Iſraeli acciderunt, omnium mortalium ſalutem. Illos enim iam Ægyptiaca, iam Babylonica ſeruitute: omnium vero mortalium naturam ex acerba diaboli, tyrannide & perditione liberauit. Prædicit igitur hic D
pſalmus cum Iudæorum à Babylone reditum, tum orbis vniuerſi ſalutem.

Scholia in eundem Pſalmum.

B*Enedixiſti Domine terram tuam.*) Alij habent fauiſti. Fauere autem, eſt boni aliquid velle. Per fauorem igitur, rerũ triſtium abiectionem ſermo propheticus ſignificauit.

Auertiſti captiuitatem Iacob.) Soluiſti acerba ſeruituris eorum vincula, libertatémque captiuis largitus es, ac peccatis eorum ignoſcere voluiſti. Quòd autem vniuerſa mortalium natura captiua fuerit, libertatémque à Domino acceperit, ipſe teſtis eſt, per Eſaiam clamans, Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, &c. Cum enim prophetiam hanc in Synagoga Dominus legiſſet, dixit ad Iudæos, Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.

Mitigaſti omnem iram tuam.) Soluiſti, inquit,
indignationem tuam contra nos, proſperita- E
témque reſtituiſti.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter.) Videntur & hi & illi Euangelia quidem libertatis accipere, ipſam verò libertatem nondum eſſe aſſequuti. Quapropter & orant, vt perfectè benignitate Dei potiantur.

Nunquid in æternum iraſceris nobis.) Addecet eos qui calamitatibus ſunt liberati, hiſce verbis vti, nec confidentes eſſe propter peccatorum remiſſionem: ſed in timore conſtitutos Iudicem mitigare. Obſecrant igitur & iſti Deum, ne iram ſuam ita extendat, vt & in ſequentem generationem duret, ſed hanc velociter ſoluat.

Deus tu conuerſus.) Benignitatẽ tuam ſcimus, confidimúſq; præſtiturum te nobis & reditum & vitam. Nos verò, vbi iſtis potiti fuerimus, hymnum tibi cum gaudio offeremus.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.) Cum Cyrus rex Perſarũ regnaret, & ſecundum Eſaiæ
prophetiam, redeundi facultatem daret, vrge- F
bat vt patriam repeterent. Quapropter Deum orant, vt velocem ipſis ſalutem benignitate ſua ſuppeditet. Quàm velociſſimè, inquiunt, ô Domine, libertatem ex hac ſeruitute cõſequamur. Poſtquam orationem hanc Propheta ad hunc modum in illorum perſona protulit, reſpõſum Dei recipit, ac dicit,

Audiam quid loquatur.) Obſecrationem, inquit, audiuit benignus Dominus, ac pacis ſententiã protulit: illámq; bis largitus eſt, qui reſipiſcentia vtũtur, ac cogitationes ſuas inſtruxerunt, vt Deo auſcultent. Cordis enim ad Deum

conuerſio, eſt à peccandi procliuitate liberatio, & iuſtitiæ principium. His & ſequentia concordant.

Veruntamen propè timentes eum.) Salus enim illis appropinquat, qui Deum timent: & hanc conſequuntur, quorum propoſitum eſt diuinas implere leges. Intelligo eum, inquit, qnòd nobis teditum dederit, quem cum gloria proſequemur, ac priorem patriæ noſtræ ſplendorem videbimus.

A *Miſericordia & veritas.)* Etenim illis qui peccant, & reſipiſcentia vtuntur, miſericordiam benignitatis torrentes ſuppeditant: veritatem verò complexos miſericordiæ fluenta alluunt. Quapropter dixit, Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. Iudæi ſiquidem & omnis humana natura, attribuunt Deo veritatis cognitionem: miſericordiam verò benignns Deus viciſſim reddidit. Rurſus conſimili modo, quãdo illi iuſtitiam offerunt, ipſe illis viciſſim pacem ac reconciliationem largitur, priorémque inimicitiam diſſoluit, & adhæret iuſtitiæ pax, & veritati miſericordia. Et hoc clarius per ſubiecta expreſſit.

Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.) Cum veritatem eſſent homines amplexi, iuſtorum Dens curam egit, ac diabolum tyrannide ſua eiecit.

Veritas de terra orta eſt.) Eadem iterum cõiunctione vſus eſt. Dicit enim, Deum quidem miſericordia vti: illos verò competentem adferre fructum. Non enim terrenam his verbis ferti-
B litatem, ſed virtutis ſeracitatem & copiam ſignificauit.

Iuſtitia ante eum ambulabit.) Manifeſtè nos potiſſimùm pſalmi finis docet, quòd de cõmuni ſalute propoſita prophetia vaticinetur. Dicit enim, quòd iuſtitia vſus Dominus, quaſi quiſquam peregrinorum dux, miſeriæ noſtræ ſemitam terens, viam virtutis ſuis ipſius quoque veſtigiis manifeſtam reddidit: & nunc quidem ad Ioannem, Sine modò (inquit) nunc verò ad diſcipulos, Diſcite à me, qnia mitis ſum, &c. Ipſe igitur primus iuſtitiæ viam ambulauit, & obliqua mutauit in recta, viáqne nobis factus eſt: ſicut ipſe dicit, Ego ſum via, &c. Et, Nemo venit ad patrem, niſi per me.

ARGVMEN. PSAL. LXXXV.

In Epigrapha quidem B. Dauid orationẽ ad Deum propoſuit, orans vt auxilio aliquo potiretur. Vaticinatur verò & de Aſſyriorum aduerſus Ieruſalem irruptione, & de ſpe Ezechiæ, quam ille ad Deum
C *eſſet habiturus. Prædicit autem & Gentium vocationem ac ſalutem.*

Scholia in eundem Pſalmum.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me.) Submiſſi animi precationem habet hoc procœmium. Quamuis enim vterq; & Dauid & Ezechias, opulentiam iuſtitiæ adepti eſſent, haud tamen in hanc, ſed in naturæ paupertatem reſpicientes Deum orarunt, vt huius cum egeſtate coniunctæ miſereretur. Illud verò, Inclina Domine aurem tuam, ex metaphora ægroti alicuius poſuit: qui qnòd clariore voce loqui nequeat, medicum adigere ſolet, vt aurem dicẽtis ori propius adhibeat.

Quoniam inops & pauper ſum ego.) Nõ eſt Propheta per id contraria loquutus, quòd ſe ſimul & inopem & ſanctum nominauit: ſed quoniam & hîc & illic hoſtes habuerunt, & ſe & Ezechiam, ſanctos nominauit, vt qui nullam dederit hoſtibus cauſam. Quòd autem dicit, tale eſt, Inops quidem ſum & pauper, ſi in meipſo æſti-
mer, nec vllam habeo virtutis facultatem, ho- D
ſtibus verò collatus, ſanctus iudicabor. Illi náque impij ſunt & iniqui, ego verò cognitionem tui habeo. Et illi quidem iniuſtè me inuadunt, ego verò iniuſtam illorum irruptionem ſuſtineo.

Miſerere mei Domine, &c.) Benignitatem tuam mihi exhibe, continuè namque miſericordiam tuam deprędico. Illud enim, Tota die: Symmachus poſuit, Singulis diebus.

Lætifica animam ſerui tui.) Eximè triſtitiã ei qui animum tibi ſeruiendi eſt amplexus, & exhibe lætitiam animæ ad te propendenti.

Quoniam tu Dominus ſuauis & mitis.) Illud Mitis: Aquila & Theodotion, Propitius dixerunt. Et manſuetudo hæc ſanè, patientiam & lenitatem ſignificat.

Auribus percipe Domine orationem meam.) Cum itaque tanta bonitate vtare, deprecationem meam placidè ſuſcipe.

In die tribulationis meæ clamaui ad te.) Quo-
niam manſuetudinis tuæ experimentum ha- E
beo, offero hanc tibi obſecrationem. Etenim cum adhuc obſecrarem, qnæ petebam dediſti.

Non eſt ſimilis tibi in diis Domine.) Quoniam Rapſaces impius arrogãtibus verbis vſus dixit, Non potuerunt dij Gentium ſuum quiſqne locum è manibus meis eripere, & eripiet Dominus Ieruſalem? Ideo Ezechiam propheta clamare docet, Non eſt ſimilis tibi in diis Domine. Nam illi nomen habent reipſa deſtitutum, qnod & per rapinam vſurparũt, tu verò appellationem habes ipſi rei conuenientem. Admodum enim competenter diuino nomini opera ipſa coniunxiſti.

Omnes Gentes quaſcunque feciſti venient.) Hoc ſub Dauide quidem nuſquam factum eſſe cognouimus. Sub Ezechia autem verò ſimile eſt fuiſſe aliquos, qui propter Aſſyriorum occiſionem ſtupefacti ſint, &c. Veritatem verò prophetiæ huius tempus illud qnod incarnationi
Seruatoris ſucceſſit, oſtendit. Poſt crucis enim F
paſſionem miſſi ſunt diſcipnli ad omnes Gentes, quas & inſtruxerunt, vt ſeruatorem Deum adorarent.

Et glorificabunt nomen tuum.) Hymnũ, inquit, offerent tibi, te ſolum eſſe Deum edocti. Mirabilium enim tuorum magnificentia, hanc illis cognitionem ſuppeditabit.

Duc me Domine.) Poſtquam Gentibus liberationem ab errore prędixit, orat vt & ipſe in vita veritatis ingredi valeat.

Et ingrediar in veritate tua.) Religioſam erga Deum mẽtem aſſequutus, legitimam vitæ conuerſationem

Suſpicor legẽdum eſſe, Eſt autẽ timor mater lætitiæ.

uerſationem amplectitur. Eſt autem vita mater lætitiæ. Rectè itaque Propheta, cor ſuum timore Dei exhilarari orauit. Sic enim & alibi dicit, Lætetur cor quærẽtium Dominum. Et iterum, Memor fui Dei, & lætatus ſum.

Confitebor tibi Domine.) Noui, inquit, quod præſtiturus ſis quæ peto, ac res triſtes ſoluturus, effecturúſque vt gratiarum actionis hymnodiam tibi, pro declarata tua in me benignitate offeram.

A *Et eruiſti animam meam ex inferno infimo.)* Magnitudinem periculorum his verbis oſtendit. Talia namque & Dauid ſæpenumero ſuſtinuit, & à Saüle, & à filio Abeshalomo impugnatus, & Aſſyriorum impetus manifeſtum intentabat exitium. Quapropter huiuſmodi pericula, extremam mortem, & infernum infimum nominauit.

Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me.) Et Dauidis hoſtes impij, & Aſſyrij impietatis operatores fuerunt. Et iſti ſanè & illi potẽtiam habuerunt animi maliciæ opitulantem, atque ex eo duplex timor iniuria oppreſſis obortus eſt: quapropter ad Deum confugiunt, & ab illo opem & auxilium petunt.

Et non propoſuerunt te.) Prouidentiam tuam, inquit, animo ſuo expendendam non admiſerunt.

Et tu Domine Deus meus, miſerator & miſericors.) Quoniam fons es benignitatis, & miſerationis ac miſericordiæ fluenta profundis, adiunctam
B autem habes & veritatem, eóſq; pœnis qui malicioſè viuunt: ſtillulas bonitatis tuæ largire, victorémque me hoſtium declara.

Da imperium tuum.) Sum enim & ſeruus tuus, & ancillæ tuæ filius, hoc eſt, Iam olim & à maioribus meis dominationi tuæ cõſecratus ſum, quapropter vt ſeruus ſalutem abs te peto.

Signa varia.

Fac mecum ſignum in bonum.) Signorum alia ſupplicij ſunt, vt quæ in Ægyptios: alia ſalutis, vt quæ in Hebræis declarata ſunt. Quapropter & hac eſt determinatione vſus, dicens, In bonum, hoc eſt, Fac mihi ſignũ quod ſalutem adferat, & mirabili operatione bonorũ mihi prouentum paret.

Et videant, qui oderunt me.) Prouidentiã enim tuam erga me inimici conſiderantes confuſione replebuntur.

ARGVMEN. PSAL. LXXXVI.

Et hic Pſalmus de Gentium ſalute vaticinatur, piámque vitæ cõuerſationem prædicit, quam Dominus
C *Chriſtus homo factus docuit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

Fundamenta eius in montibus ſanctis.) Fundamẽta diuinæ pietatis inſtitutiones: ſancti montes, in quibus locata ſunt hęc fundamenta, Seruatoris ſunt diſcipuli. De iſtis enim Paulus, Superſtructi (inquit) ſupra fundamẽtum Apoſtolorum. Et Dominus ad Petrum, Tu es (inquit) Petrus, & ſupra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Super his ſanctis mõtibus Chriſtus pietatis fundamenta locauit.

Epheſ. 2.

Diligit Dominus portas Sion.) Quæ illa ſit, Paulus indicat, dicẽs, Acceſſiſtis ad montem ac ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem. Et iterum, Quæ verò in cælis eſt Ieruſalem, libera eſt: quæ quidem eſt mater noſtra. Et de patriarcha Abraham, Accepit enim ciuitatem fundamenta habentẽ, cuius opifex & conditor Deus eſt. Docemur itaque eſſe quandam cæleſtem ciuitatem Sion & Ieruſalem nominatam, non lapidum ſplendoribus relucẽtem, ſed choris ſan-
ctorum illuſtrem. Portæ huius, ſanctæ ſunt Eccleſiæ. D
Per has enim in illã ingredi poterimus. Iſtas portas Deo dilectas, ac Iudaicis tabernaculis præpoſitas eſſe dicit.

Ciuitas ſancta.

Glorioſa dicta ſunt de te.) Admiranda quædam & humanam expectationem ſuperantia de te prædicta ſunt. Quod autem iſtã nequaquã Sioni conueniant, ſequentia teſtantur.

Memor ero Raab.) Hęc ſunt, inquit, ô diuina ciuitas dicta de te, quòd qui olim impiè vixerũt, tuam ſint cõuerſationem adepturi, & ob hanc cauſam dictarum gentium meminit. Iſtæ ſanè gentes cum Iudæis Ieroſolymis non ſunt congregatæ, neque legalem cõuerſationem amplexæ. Poſt incarnationem verò Seruatoris, & hãc Ieruſalem inhabitãt, & Eccleſias replent, atque ad cæleſtem Sion tranſeunt, ac fœlicem illam conuerſationem ſortiuntur.

Nunquid (vel mater) Sion.) Sion autẽ quiſque matrem vocat: & omnis homo, matrem eſſe Sion dicet.

Et homo natus eſt in ea.) Quod dicit, Homo natus eſt in ea, ſimul & præcedentem particulam iſti coniungit. Qui namque Sion matrem nominat, confitebitur & hominis eius generationem qui in ea natus eſt. Et ne ſuſpiceris hunc nudum eſſe hominem, ſubiungit, Et ipſe fundauit eam altiſſimus. Etenim homo ille qui in ea natus eſt, & conditor eſt & opifex, altiſſimus & Deus exiſtens. E

Dominus narrabit.) Symmachus ſic, Dominus numerabit ſcribẽs populos, Hic natus eſt illic. Qui namque commorantes in ea populos conſcribere dignatur, ſecundum humanam naturam in illa natus eſt, Dominus exiſtẽs & Deus. Hanc connumerationem etiam Dominus tradidit, vbi ad Apoſtolos dixit, Veſtri etiam capitis capilli numerati ſunt. Et hanc quoque cõſcriptionem diſcipulis manifeſtauit dicẽs, Nolite gaudere, quòd dæmonia vobis ſubijciũtur: ſed magis in hoc gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Sicut lætantium.) Cõuerſatio enim illa quæ in cælis eſt, ob omni ſeparata mœſtitia puram habet lætitiam. In hac autem non peregrini, ſed habitatores in ſempiternum erunt, qui pietatis ſunt alumni. F

ARGVMEN. PSAL. LXXXVII.

Symmachus, Omni ſuper Maeleth choro diuiſo: Aquila, Tripudiũ dixit. Æ Eman choro cuidam canenti, ac Deum laudãti præfuit. Reſponſio verò ordines chororum inter ſe ex oppoſito reſpondentes ſignificat. Prophetia quidẽ de calamitatibus Iudæorũ, ac de ſeruitute Babylonica vaticinatur: verùm ſimul & qui vni-

 uerſa

nerſa natura humana ſunt poſt peccatum dolores docet. Figurata eſt autem pſalmi huius prophetia in forma orationis, cùm ab illis tum communiter ab omnibus Deo oblata. Conuenit autem hæc oratio illis qui reliquis pij magis ſunt.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*omine Deus ſalutis meæ*) Te noui ſalutis meæ Dominum & Deum. Quapropter A noctes ac dies oro, vt precationem meam ſuſcipias.

Quia repleta eſt malis anima mea.) Cum videas multitudinem malorum, qui me quaſi quadam indagine cingunt, (in ipſo namque mortis ſum periculo) obſecro auxilium tuum porrige.

Æſtimatus ſum.) Incidi in quaſdam calamitates haud obſeruatas, ſimiliſque factus ſum in lacum prolapſis, nec emergere valentibus.

Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio.) Omni deſtitutus ſum prouidentia & gubernatione.

Inter mortuos liber.) Cum nondum mortis ſeruituti per obitum factus ſim obnoxius, meipſe mortuis connumero.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris.) Ei quod dixit, Factus ſum ſicut homo, &c. etiam iſta coniuncta ſunt, Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, & mortis ſeruituте nondum obnoxius: factus ſum ſicut vulneribus in bello confoſſus, ac ſepulchro traditus. Nam ad hunc modum & Symmachus, Sicut filij vulnerati, iacētes in ſe-
B pulchro, quorum non recordaris amplius, qui à manu tua exciſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu.) Hæc verba captiuis in Babylone, & omni humanæ naturę conueniūt. Illi ſiquidem malicioſis hominibus ſeruientes doloroſam vitam vixerūt, & iſti poſt peccatum in mille calamitates, tenebras etiam viuētibus inducentes, inciderunt.

Super me confirmatus eſt.) Symmachus ſic; Ingrauatus eſt ſuper me furor tuus, & tempeſtatibus tuis afflixiſti me. Perſeueras, inquit, puniēdo, & omnis generis mihi calamitatū impulſus infers. Ex metaphora eſt nauigātium, & multos fluctuum inſultus ſuſtinentium.

Longè feciſti notos meos à me.) Deſtitutus ſum cùm familiaribus, tum cognatis. Qui namque in Babylone captiui fuerūt, his omnibus deſtituti, quæ ex illis eſſe poterat, cōſolationem non habebant. Et omnes homines impiè viuentes, angelica cura non ſunt potiri.

Traditus ſum, & non egrediebar.) Nullam pror-
C ſus liberationem ab imminentibus mihi malis inuenio.

Oculi mei languerunt præ inopia.) Symmachus ſic, Oculus meus effluxit propter adflictionem. Oculos enim meos lachrymando præ dolore flere coactus conſumpſi.

Clamaui ad te Domine tota die.) Acerbū animæ dolorem hoc ſchema exprimit. Penuria nāque coactus, maiore, ad hunc modum, ſeriò eū precari ſolet, qui dare poterit.

Nunquid mortuis.) Admirabilem tuam operationem mihi adhuc viuenti oſtende, mortuus enim illam non videbo. Neque enim medicus quiſquam eſt, neque pharmacū aliquod, quod à morte liberare queat.

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro, &c.) Num poſſibile eſt, inquit, vt mortui, qui in cinerem ſunt ſoluti, obliuionique traditi benignitatem tuam ſentiant, & miraculorum tuorum ſpectatores conſtituantur.

Et ego ad te Domine clamaui.) Fletus autē meus ad te eſt Domine, & diluculo oratio mea præueniet te. Cupiens namque in hac vita ab vrgē-
tibus me liberari malis, plorās ſupplico, ac pre- D
catione mea diluculum præuenio.

Vt quid Domine repellis.) Quamobrem reijcis me Domine, & benignitatem tuam non impertis?

Pauper ſum ego, & in laboribus, &c.) Iſraelis quidem iuuentus, exitus fuit ex Ægypto: omnium verò mortalium, vita illa, quæ extra paradiſum poſt mandati transgreſſionem eiectos excepit. Et iſti verò & illi vniuerſum medium tempus in miſeria egerūt. Iudæi ſiquidem poſt apparitionem in ſeruitutem inciderunt: & humana natura, cùm ad imaginem Dei facta eſſet, & vita quæ in paradiſo ageretur digna habita, maiora concupiſcens, etiam quæ data erāt amiſit.

In me tranſierunt.) Omnem, inquit, iram tuam contra me moniſti, & horrēdiſſimis me ſupplicijs perturbaſti: itaque illis quaſi aqua quadam ſubmerſum reddidiſti. Ab his igitur ſingulis diebus inuoluor.

Tota die circundederunt me ſimul.) Hæc non ſo- E
lùm Iudæis conuenit dicere, neque omnibus hominibus ante Seruatoris aduentum: ſed & illis qui etiamnum ſimilia patiuntur, accōmoda & correſpondens eſt hæc oratio. Etenim quæcunque præſcripta ſunt, ſecūdum Apoſtolum, ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt, vt per patiētiam & cōſolationem Scripturarum ſpem habeamus.

ARGVMEN. PSAL. LXXXVIII.

Cum falſos deos B. Dauid, templis honorari, arcam verò Dei ſolam honore deſtitui cerneret, pollicitus eſt illi ſe templum ædificaturum. Hunc animū Deus cum probaret, bona promiſſione recompenſauit, pollicitúſque eſt, quod ſpiritale illi templum parare, ac per hoc mortalium perficere ſalutem, immortaléque regnum præſtare vellet. Iſta verò illi per prophetam Nathan promiſit, ſicut hiſtoria Paralipom. docet: Æthan verò, & ipſe concreditum ſibi canentium, ac Deum laudantium chorum habuit.

F

Scholia in eundem Pſalmum.

M*iſericordias Domini.*) Diuinam appetētes miſericordiam, miſericordiā laudant, & promiſſionum Dauidi factarū veritatem videre cupiētes, vnamquámque generationem docturos ſe pollicentur.

Quoniam dixiſti.) Sermo hic Dei eſt ad Dauidem dictus, quòd in æternū miſericordiā ſemini promiſſionis ſit cuſtoditurus. Recordātur ita & huius, Tu, inquiunt, dixiſti, quòd aucturus eſſes. Hoc enim eſt quod dicunt, quòd in æternum

num miſericordia ædificabitur. Firmabitur dixit Symmachus. Præſta hoc, inquiũt, opere ipſo verborum tuorum veritatem confirmans.

Diſpoſui teſtamentum.) Ei quod dixit, Tu dixiſti, & hæc connexa ſunt. Quoniam, inquit, hæc ad electos teſtamenta diſpoſui. Electus verò Abrahamum & hunc ſequentes Patriarchas vocat. His ſe iuraſſe dicit, & quòd ſemen Dauidis, ne intereat, cuſtodire: & ſedem huius in omnem generationem collocare velit. Vbi ad
A hunc modum promiſſiones Dei recenſuerunt, quamuis nõdum rerum iſtarum effectum & finem videbant: nihil tamen abſurdi calamitatibus preſſi dicunt, ſed laudibus etiam omnium gubernatorem celebrant.

Confitebuntur cæli.) Theodotiõ, Et fidem tuam in eccleſia Sanctorum. Te namq; ab omnibus, neque minus etiam ab illis qui cælum inhabitant, qui mirabilia tua exactius cõtemplantur, laudari decet. Cæleſtis huius Eccleſiæ Paulus quoque meminit, Acceſſiſtis enim, inquit, ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtẽ, & Eccleſiam primogenitorum qui ſcripti ſunt in cælis.

Quoniam quis in nubibus.) Symmachus ſic, Quis enim in ethere comparabitur Domino, æquabitur Domino in filiis Dei. Filios autẽ Dei vocat eos, qui apud incredulos putantur eſſe dij: quomodo filij hominum, homines dicũtur. Dicit itaque, Quoniam incomparabilis es & ſuper cæleſtes & ſuper omnes: nec quiſquam ex
B illis qui ſunt, conferri tibi poterit. Redarguitur enim hoc loco mẽdacium eorum, qui ab hominibus pro diis habẽtur: potẽtia verò tua perennis & inexterminabilis eſt. Hæc enim alibi dicit, Et Dominus noſter præ omnibus diis. Faciunt autem hanc Prophetæ comparationem, haud ignorantes excellentiã differentiæ huius, ſed commenſuratam incredulorum infirmitati doctrinam proferentes.

Deus qui glorificatur.) Quoniam eorum meminit qui dij non ſunt, ignorabatur autem ab impiis is qui Deus eſt: rectè ſanctos adduxit, à quibus verus Deus laudatur, quibus & metuẽdus eſt, vt qui illi & appropinquant, & virtutẽ eius cognoſcunt. Conſilium autem ſanctorũ hoc loco, cœtum ſanctorum dicit.

Domine Deus virtutum.) Continuè veritatis mentionem faciunt, promiſſionum certitudinem videre deſiderantes. Dicunt ad Deum, Quis tibi Domine ex iis qui ſunt, cõparari poterit? virtutum es Dominus & Deus. Virtutem
C habes voluntati tuæ coniunctam. Apud te ſunt omnia vera & firma. Dein virtutis illius iudicia recenſent.

Tu dominaris.) Tu es omnium opifex ac Dominus, & facilè tibi eſt excitare mare, & rurſus tranquillum reddere. Maris verò recordatus, etiam eorum quæ in illo ſunt facta, meminit. Superbum enim Pharaonẽ vocat, & inimicos, Ægyptios, quos mari tradidit: vaticinatur autem ſimul & de doctoris arrogantiæ exitio. Et hunc enim (inquit) cum malo exercitu in ſacro Baptiſmate deſtrues.

Tui ſunt cæli.) Non enim terræ duntaxat & maris, ſed & cęlorum tu es conditor. Tua namque ſunt omnia: nec ſolùm viſibile hoc cælum, ſed & quod illo eſt ſublimius. Sunt enim omnia ſerua tua.

Orbem terræ & plenitudinem eius.) Theodotion, Aquilonem & Auſtrum tu creaſti. Et venti, inquit, & orbis climata, tua ſunt opificia. Non autem ſimpliciter duorum iſtorum climatum meminit, ſed quoniam Hieroſolymis ad Auſtrum erant Ægyptij, & ad Aquilonem Aſſyrij, deſtructáque Dominus Ægyptiorum audacia, Iſraeli libertatem dederat: Tam facilè tibi eſt, inquit, vt & iſtos deſtruas, ſicut illos diſperdidiſti. D

Tabor & Hermon.) Per hos mõtes totam promiſſionis terram ſignificauit. Sunt enim iſti terrę huius mõtes. Illud, Exultabunt: Aquila, Laudabunt: Symmachus, Celebrabunt, dixit. Non autem mõtes ipſos, ſed homines illorum habitatores, hoc facturos dicit.

Brachium tuum cum potentia.) Tibi proprium eſt, vt cum virtute facias omnia. Brachiũ enim pro operatione, potentiam verò pro virtute accepit. Etenim & Aquila pro potentia virtutem poſuit.

Firmetur manus tua.) Symmachus ſic, Inuicta eſt manus tua, ſublimis dextera tua. Sæpè diximus, quòd per manum, operationẽ: per dexteram, bonam operationem ſignificet. *Manus.* Cum ergo duplici operatione opus haberent, vtriuſque meminerunt. Et hoſtes enim deſtructos videre quærebãt, & ſe ſalute potiri deſiderabãt. Quapropter & inuictam vocant manum Dei, ſublimem verò illius dexteram, vt quæ & illos punire, & ipſos liberare valeat. Et hæc per ſequentia declarant. E

Iuſtitia & iudicium.) Deum enim orantes, vt inter ipſos & Babylonios iudicet, precantur vt & ſententiam contra illos proferat, & ipſis miſericordiã impendat, ac promiſſionis veritatem oſtendat. Quapropter & iudiciarium thronum iuſtitia & iudicio ornatum eſſe: miſericordiam verò & veritatem, quòd ante multa ſecula facta eſſet promiſſio, Deum præcedere dicunt.

Beatus populus qui ſcit iubilationem.) Iubilus, ſicuti ſæpe diximus, victorum vox eſt. *Iubilus.* Quoniam igitur victi in captiuitatẽ erant abducti, beatos dicũt victores. Vaticinatur autem hic ſermo & de illis populis, qui in omni terra & mari myſticum Deo erant iubilum oblaturi, & victorialem hymnum cantaturi: huic verò ſentẽtiæ, ſequentia quoque conſonant.

Domine in lumine.) Iubilant & plaudunt contra inimicos, & tibi victoriæ datori hymnum offerunt tua apparitione illuminati: & lucem quæ abs te eſt adepti, continuáque lætitia potiti, ac legitimam iuſtitiam exequuti, atque ex ea illuſtres facti. F

Quoniam gloria virtutis eorum.) Magna de tua virtute præſumunt. Hanc enim abs re acceperunt, Nos, inquit, hãc ſpẽ habemus, & auxilium expectamus. Per hãc ſiquidẽ hoſtes vincemus. Cornu enim, virtutẽ & robur vocauit ex metaphora cornutorum animantium, quæ cornibus armata illis aduerſus imminentes vtuntur. *Cornu.*

Quia Domini eſt aſſumptio.) Hac autem ſpe nutrimur, re regem habẽres, & gubernationi tuæ conſecrati.

Tunc loquutus es.) Symmachus, Per viſionem filiis ruis. Nouimns enim promiſſiones tuas per Propheras factas. Hos enim & videntes & ſpeculatores nominamus.

Et dixiſti, Poſui adiutorium.) Tu ſeruo tuo Dauid teſtificatus es, eúmque quem potentem in virtutis operibus reperiſti, anxilio tuo di-
A gnatus es, & elegiſti & vnxiſti, atque regem conſtituiſti.

Manus enim mea.) Dixiſti enim, quòd præſtiturus eſſes illi virtutem, & tuam pronidentiam Impertiturus.

Non proficiet inimicus.) Pollicitus es, declaraturum te vanas eſſe inimicorum inſidias, illúmque victorem eorum qui nocere conantur, conſtituturum.

Et concidam à facie ipſius inimicos eius.) Promiſit autem quòd deſtructurus etiam eſſet omnes illius hoſtes, firmámque tuam illi benignitatem exhibiturus, illuſtrémque eum facturus.

Et ponam in mari.) Dabo illi & in mari & in Epiro imperium. Per flumina ſiquidem Epirum ſignificauit.

Ipſe inuocabit me.) Iſta neque ſub Dauide neque ſub Salomone effectum ſortiti ſnnt. Neque enim mari dominatus tam Dauid quàm Salomon, neque primogenitus Dei eſt nominatus, nec regum omnium poteſtatem accepir. Ita nã-
B que & Aqnila interpretatus eſt, Excelſum Regibus terræ. Si verò nec Dauidi nec Salomoni verba iſta conueniunt, nequit verò mendax eſſe promiſſio Dei: cæci ſunt Iudæi, quòd eum qui ex Dauide ſecundum carnem ortus eſt, adorare nolnnt, qui & terræ & maris habet imperium, & Regibus omnibus eſt ſuperior: ſpõtaneos quidem habens adoratores, contradicentium verò imbecillitatem redarguens. Licet enim innumeris vſi ſint machinis, legum tamen quas ipſe poſuit, victores eſſe non poterũt.

Primogenitus. Primogenitum autem eum etiam B. Paulus nominat, dicens, Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Et, Primogenitus omnis creaturæ. Eſt enim, vt Deus, vnigenitus (ſolus namque ex patre genitus eſt) primogenitus verò, vt homo. Habet enim fratres, in ſe credenres. In ipſo igitur adimpleta eſt hæc prophetia. Teſtantur autem hoc & ſeqnentia.

Et ponam in ſeculum ſeculi.) Oſtendant igitur Iudæi regium Dauidis thronum, vel ad hodier-
C num vſque diem perdnraſſe, quẽ ſe in æternum cuſtoditurum pollicitus eſt Deus. Oſtẽdant & ſemen illius regio decoratum honore. Si verò ne vnumquidem iſtorũ oſtendere poſſunt, duorum iſtorum alterutrũ relinquitur. Aut, vt promiſſionem Dei mendacem vocent, vel vt hanc veracem eſſe confitentes, rerum ipſarum teſtimonium recipiant. Chriſtus enim qui ex Dauide eſt, ſecũdum carnem, ſedit à dextris magnificentiæ in excelſis. Et cuinam angelorum dixit, Filins meus es tu? Et iterum Dauid, Sede à dextris meis. Per Chriſtum itaque ſemen Dauidis in ęternum permanet, & thronus illius diuturnitatem habet. De Chriſto ad hunc modum ſermo hic vaticinatus, ad reges eos tranſit, qui mediis temporibus vixerunt.

Si dereliquerint.) Etiamſi inqnit, innumeras præuaricationes commiſerint, qui genns è Dauide ducũr, ipſos quidem ſuppliciis ſubijciam, promiſſionem verò, ad Dauidem factam firmam cuſtodiam. Illud verò, Ab ipſo, idem eſt atque, à Dauide. Neque omnimodo nocebo: Symmachus, Non tranſibo, dixit. Aqnila, Non mentiar. Haud (inquit) mendaces faciam pro- D
miſſiones meas. Non trãſgrediar pacta, ſed promiſſionum veritatem oſtendam.

Semel iuraui.) Firmam enim reddam promiſſionem meam ad illum factam. Imponam illi finem & effectum. Illud enim, Semel iuraui, cõfirmationis gratia poſuit: ſicut qui pollicentur, iuramento promiſſiones ſuas confirmant.

Semen eius in æternum permanebit.) In 71. quoq; Pſalmo de Chriſto dicit, Ante ſolẽ permanet nomen eius. Et iterũ, Et permanebit cum ſole. Quoniam enim ſol ad temporis menſurationem ſeruit, ortu & occaſu ſuo diem efficiens & noctem: per ſolem verò indiſſolubilitatis exprimi non potuit, ſemen autem Dauidis in æternum duraturum promiſit: qui verò iſta pollicitus ac teſtificatus eſt, in cælo eſt, ac veracibns & fidelibus verbis vtitur, ob id ita eſt loquutus. Poſteaquam hoc pacto de promiſſionibus Dauidi factis loqnuti ſunt, calamitates quæ ipſis accidebant, deplorant.

Tu verò repuliſti.) Symmachns ſic, Tu ipſe ve- E
rò reiecisti ac reprobaſti, iratus aduerſus Chriſtum tuum.

Auertiſti teſtamentum.) In maledictionẽ dediſti pacta ſeruorũ tuorum. Tu ipſe, inquit, qui illis præſtiturũ te pollicitus es, repuliſti Dauidis poſteros: ac viles reddidiſti, ínq; ſeruitutem tradidiſti. Deſtruxiſti autem & regnum eius, & pacta cum illo inita diſſoluiſti. Chriſtum enim hîc regem vocat. Captiui autem abducti ſunt duo Dauidis poſteri, Ieconias & Sedechias. In illis verò deſiit regnum Danidis. Zorobabel ſiquidem, qui poſt captiuitatẽ principatũ geſſit, populi dux fuit, non rex.

Prophanaſti in terra.) Sanctuarium templum vocat, quod Dauid quidem ædificare volebat, ſtruxit autem id Salomon poſt Dauidem. Hoc prophanatum per impetũ Babyloniorum, terrámque factum eſſe dicit. Deſtructum enim eſt, ac terræ vaſtæ aſſimilatum.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius.) Omni enim munitione nudaſti. Vrbium enim quondam muni- F
tionibus confiſus, confidentia illa excidit, & timore circundatus eſt.

Diripuerunt eum.) Moabitę ſcilicet, Ammonitæ, Aſſyrij, Philiſtæi, Iudæi & Babylonij.

Factus eſt opprobrium.) Gaudij materia, & ignominioſus factus eſt finitimis.

Exaltaſti dexteram.) Hoc ęſt, Hoſtes eius potentiores reddidiſti.

Lætificaſti omnes.) Hoc eſt, Irridendum eum inimicis expoſuiſti.

Auertiſti adiutorium.) Etiam arma illi, gubernatione tua deſtituto, inutilia facta ſunt.

Deſtruxiſti

Deſtruxiſti eum.) Symmachus ſic, Ceſſare feciſti puritatem eius. Neque enim aſperſionibus purgari poterit, qui & captiuus eſt, & procul à templo tuo degit.

Sedem eius in terram.) Hoc eſt, Vniuerſum regnum eius deſtruxiſti.

Minoraſti dies.) Cum te regnum eius in æternum cuſtoditurum promiſeris, exiguo illud tẽpore circumſcripſiſti.

Perfudiſti eum confuſione.) Probroſus, inquit, fa-
A ctus eſt, & ignominia repletus. Sedechias quippe, effoſſis oculis vniuerſo reſiduo vitæ ſuæ tẽpore piſtrino datus eſt. Iechonias quoq; & ipſe ſeruiuit. Narratis hoc modo calamitatibus, ad orandum hortatur.

Vſquequò Domine.) Symmachus ſic, Quouſque Domine abſconderis in finem? Accendetur ſicut ignis furor tuus? Quouſque, inquit, Domine, non vis noſtros videre dolores? neque appares, vt calamitates noſtras diſſoloas, ſed furorẽ tuum, memoria peccatorum noſtrorum, velot ignem accendis.

Memorare, quæ mea.) Tu conditor es, & virtutis meæ menſuram oosti.

Nunquid enim vanè.) Non vaoè homines fioxiſti, ſed opificio iſti bonitas tua præfuit. Ne cõtemnas igitur tantis malis occupatum.

Quis eſt homo.) Cuiuſque hominis finis mors eſt. Impoſſibile namque eſt vt mortem vincat: viuentibos itaque beoignitatem tuam impertias. Deum rurſus promiſſionum meminit.

B *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ?*) Rectè verò vbique veritatis teſtimonium profert, ad confirmandum promiſſiones. Deum qui pollicitus erat, excitans. Procemium verò ex miſericordia conflatum eſt. Et in fine iterum miſericotdiæ recordatur. Nam hac potiſſimùm opus habebant.

Memor eſto Domine.) Symmachus ſic, Et portaui in ſinu meo quàm plurimas gentes. Ne contemnas me, inquit, probris affectum, nõ ab vna tantum gente, ſed ab innumeris, Aſſytiis inquam, & finitimis. Non autem me tantum inuadunt, ſed & contra te linguam exerunt, ac blaſphemis verbis vtũtur, meam fortitudinem tuam arbitrãtes eſſe imbecillitatem. Hoc enim ſequentibus declarat.

Quod exprobrauerunt.) Symmachus & Theodotion, Quo exprobauerunt, inquiunt, veſti-
Matt.1. gia Chriſti tui. Veſtigia autem Chriſti, illius tẽporis Reges appellat, quos ſermo de regno Chriſti factus percurrit. Septuaginta verò illos
C ἀντάλλαγμα, id eſt commutationem nominarunt, tanquam ſecundum carnem illius factos maiores, & qui Regnum velut in vmbra quadã adminiſtrarunt. Itaque propter Chriſtum tuũ, cuius illi veſtigia ſunt & commutatio, noſtra Domioe opprobria tolle.

Benedictus Dominus.) Bonæ ſpei eſt hymnodia. Credentes enim petitiones ſuas eſſe ſuſceptas, hunc Deo hymnum offerunt.

ARGVMEN. PSAL. LXXXIX.

Commentatorum alij magnum Moyſen hanc feciſſe orationem, alij B. Danidem eã conſcripſiſſe, ac Moyſi adaptaſſe dixerunt. Habet autem hic Pſalmus duplex oraculum. Non ſolum enim Iudæorum calamitates, ſed & vniuerſa natura humana pariter & illorum ad meliora mutationem docet ac prædicit.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*omine refugium factus es nobis.*) Iudæorum quidem refugium factus eſt, non ſolum in Ægypto, ſed & in ſolitudine. Et ſub Iudicibus, & Dauide, & per prophetas omne illis auxiliũ D impertiuit. Vtitur autem his verbis etiam omnis humana natura, multiuariorum beneficiorum Deum admonens, quemadmodum Enoch tranſtulerit, & Noe ſeminarium humani generis cuſtodierit, quomodo ſuſcepta Abrahamo benedictionem omnibus Gentibus promiſerit. Non enim, vt incredulorum nonnulli dicere audeon, pœnitentia ductus ad hoc peruenit vt Gẽtibus benefaceret: ſed perpetuò in hoc perſeuerauit, vt omnibus mortalibus prouideret. Et hoc nos prophetia iſta docuit, vt dicamus, Domioe refugiũ factns es nobis. Semper enim ſpe tua potiti ſumus Domine. Deinde dicit, Priuſquàm montes fierent, &c. hoc eſt, Omnia quæ ſunt præcedis. Es enim ſempiternus, ſine principio & ſine fine. Quod enim dicit, Tu es, adiungendum eſt ei quod dixit, Priuſquã montes fierent.

Ne auertas hominem.) Obſecro te omnibus modis, ne contemnas nos tantis malis adobrutos. Quooiam enim ipſe contra Adam ſudores ac E
labores decreuit, dicens, In ſudore vultus tui, &c. competenter propheticus ſermo orare docet, ne omnino auertat in humilitatem. etenim & Iudæi ſeruire cogebantur. Hanc autem orationem & captiuitatem & ſeruitutem deplorans profert.

Et dixiſti, Conuertimini.) Aquila ſic, Et dices, Conuertimioi filij hominum. Non fruſtra oramus, ſed ſcientes, quòd ſuſcepturus ſit preces noſtras, & præſentia noſtra mala mutaturus, hortans vt couuertamur, & priorem noſtrã malitiam relioquamus.

Quoniam mille anni.) Quod autem dicit, tale eſt, Quoniam exigua eſt hominom vita, tibi verò æterno ac perpetuo etiam mille annorum numerus vni diei ſimilis eſt. Nocturnam verò cuſtodiam, quartam noctis partem vocauit. In quatuor enim partes illã, quibus cuſtodiæ munus concreditum eſt, diuiſerunt. Et Dominus quarta cuſtodia ad Apoſtolos venit.

Quæ pro nihilo habentur.) Plurimum autem eos F
hac miſeria cõiunxit. Significat ſimul & Iudæorum immutationem poſt Seruatoris paſſionẽ, & poſt multum temporis futuram diuinæ prouidentiæ priuationem.

Manè ſicut herba.) Iudæi ſiquidem mox atque diuina cura digni ſunt habiti, floruerunt & germinarunt, multúmq; ſplẽdoris cõſequuti ſunt: cum verò tempeſtiuum fructum agricolæ reddere nollẽt, corde obturato prorſus exaruerũt. Manè verò, principium Iudaicæ diſpẽſationis: & veſperam, diuinæ prouidentiæ ceſſationem vocat. Sunt autem illa poſt crucem priuati.

Quia defecimus.) Et Iudæis iſta, & omnibus
ſunt conuenientia. Humana ſiquidem natura
præuaricationis pœnas luẽs, omnis generis ſup
pliciis inuoluitur. Et Iudæi propter malitiam
ſuam animi libertate exciderunt.

Poſuiſti iniquitates noſtras.) Symmachus ſic,
Propoſuiſti iniuſtitias noſtras ante te, vt iniqui-
tates noſtræ appareant ante vultum tuum. His
nos ſuppliciis tradidiſti, cum videres nos diui-
narum negligentes eſſe legum, & ad hoc pro-
A penſos, vt iniquitati viueremus.

Quoniam omnes dies noſtri.) Peccatum, inquit,
irã cõtra nos excitauit, ira ſupplicium induxit,
ſuppliciũ dolores incuſſit. In doloribus enim
breuem hãc vitam noſtram conſummauimus.

Anni noſtri ſicut aranea.) Nihil firmi habet hu
mana natura, facilè quippe in morem araneæ
diſrumpitur.

Dies annorum noſtrorum.) Sunt hæc illis ſimi-
lia quæ à Iacob dicta ſunt: Dies, inquit, mei pau
ci ſunt, & mali. Non peruenerunt ad dies pa-
trum meorum, Sunt quidem, qui plus aliquan-
to temporis viuant: verùm hoc paucis contin-
git. Communem verò conditionem, & quæ po-
tiſſimùm obtineat hîc docet. Quemadmodum
enim eorum qui præmatura morte moriuntur,
non meminit: ita & annoſam eorum vitam non
attingit, qui vehementer facti ſunt ſenes. Ve-
runtamen, inquit, etiam breuis hæc vita dolore
eſt referta.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo.) Vide namque
quantis malis propter modicam iram tuam ad-
B obruamur. Manſuetudinem quippe ſuper eos
venientem ſupplicium vocauit.

Quis nouit poteſtatem iræ tuæ?) Symmachus ſic,
Quis nouit robur furoris tui, & ſecundum ti-
morem tuum ira tua. Si moderata indignatio
tantam nobis correptionem intulit, quis con-
ſiderare valebit quanta ſit pœna ab ira tua illa-
ta? Notat autem hic ſermo ſempiternam pœ-
nam.

Dexteram tuam.) Oro, inquit, vt beneficentia
tua potiar, & dona dexteræ tuæ deprædicem,
eóſque imiter, qui per gratiam tuam ſapientes
facti, alios vt te cognoſcant dirigunt.

Conuertere Domine.) Ne diutius Domine do-
lentes contemnas, ſed benignitate ſeruos tuos
proſequi dignare.

Repleti ſumus manè.) Tempus à Septuaginta
mutatum eſt. Aquila enim & alij ſic dixerunt.
Reple nos manè miſericordia tua, & laudabi-
mus & lætabimur omnibus diebus noſtris. Ma-
nè ac diluculum calamitatum mutationem vo-
C cant, & orant vt caligo illa diſpellatur, ac lux
ipſis oriatur: nõ propter virtutem ipſorum, ſed
propter miſericordiam Dei. Etenim ſi hæc con
tingat, inquiunt, omni gaudio repleti cõperen-
tem hymnodiam offeremus.

In omnibus diebus noſtris.) Et hoc loco tempus
eſt mutatum. Symmachus enim & reliqui, Ex-
hilara nos dixerunt. Præſta, inquit, lętitiam pro
mœſtitia, vrgentiſque infelicitatis mutationem
largire.

Et reſpice in ſeruos tuos.) Ex hoc loco patet,
quòd iſta non tanquam facta iam, ſed tanquam
tum adhuc futura dixerunt. Non enim dicit,
Reſpexiſti ſuper ſeruos tuos. Tuum, inquit, fig-
mentum ſumus, & dominationis tuæ dome-
ſtici, propterea oramus vt prouidentia tua po-
tiamur.

Et dirige filios eorum.) Hoc eſt ſeruos tuos. Qui
namque in Babylone fuerunt, mortuis ſeruis il-
lius, Deum orarunt vt filios eorum reduceret.
Et humana natura obſecrat, vt homines illi qui
tẽpore aduentus Seruatoris noſtri futuri erant,
ad veritatem ducantur. D

Et ſit ſplendor Domini.) Et nos lux diuinæ co-
gnitionis illuſtres reddidit, & Iudæi poſt redi-
tum è Babylone ſpectati denuò ſunt facti.

Et opera manuum noſtrarum.) Rectè illud ſuper
nos, adiectum eſt. Noſtrũ enim eſt iuſtitiæ emo-
lumentum. Et Deus quidem cooperatur, fru-
ctum verò horum metunt qui ſeminarunt. Nul-
la enim re Deus opus habet, veruntamen ho-
minum felicitate gaudet.

ARGVMEN. PSAL. XC.

*Epigrapha caret hic Pſalmus. Docet autem quàm
inexpugnabilis ſit ſpes illa quæ in Deum collocatur.
B. enim Dauid, cum ſpiritalibus oculis quæ ſub præ-
claro Ezechia futura erant cerneret, præuideretque,
quomodo ille ſpe in Deum poſita Aſſyriorum diſſipa-
turus eſſet exercitum, hunc Pſalmum compoſuit: do-
cens omnes homines, quantũ ferat emolumenti, ſi quiſ-
quam Deo confidat.*

E

Scholia in eundem Pſalmum.

Q*Vi habitat.*) Qui diuina, inquit, prouiden
tia nititur, Dei cæli cuſtodia potietur, &
hunc mutificè habebit.

Dicet Domino, Adiutor.) Firmam in illum ſpem
habens, & patronum eum & gubernatorem ac
murum indiſſolubilem vocabit.

Deus meus, ſperabo in eum.) Iam deinceps ſer-
monem ad ipſum credentem vertit, ac cum fi-
ducia loquitur: ita vt non ſolum manifeſtè illũ
hoſtium, ſed & inſidiatorum, & occultè inſe-
ctantium ac calumniatorũ fore victorem oſten
dat. Per laqueum enim, occultas inſidias ſigni-
ficauit. Illud verò, A verbo turbulento, Sym-
machus, A contumelia dixit. Tales autem ſunt
calumniatores. Attamen & horum multi ſunt
per ſpem in Deũ facti victores, vtpote magnus
Ioſeph, & Suſanna, & alij quotquot in calum- F
niam inciderunt, coronatique ſunt.

Scapulis ſuis.) Erit enim propugnator tuus,
protegétque te, vbi impugnaberis. Poſuit autẽ
hoc ex eorum metaphora, qui in bellis primi
ſtãt in acie, ac ſcapulis ſuis eos qui à tergo ſunt
protegunt. Alas diuinæ prouidentiæ operatio-
nes vocat. Poſuit verò hoc gallinarum imagine
vſus. Alis enim illæ pullos ſuos obtegunt. Sic
& Chriſtus ciuitati Ieruſalem dixit, Quoties vo
lui congregare filios tuos, ſicut gallina congre-
gat pullos ſuos, &c.

Scuto circundabit te.) Quoniam ſuprà verbi
verbi turbulenti & mendacis meminit, con-
uenienter hîc veritatem illius armaturam fore
pollicitus eſt.

Non

Dæmoniū meridianū

Non timebis à timore.)Non ſolum ſenſibilium,
ſed & ſpiritalium inimicorum victor eris, pér-
que ſpem confidentiam habens,táquam à Deo
cuſtoditus,timorem excuties: & neque medio
die laborabis,ſed dæmonum inſidias effugies.
Dæmonium verò meridianum , iuxta opinionē
quæ apud multos obtinuit, poſuit. Veriſimile
autem eſt,mortalium aliquos poſt cibum & ſa-
turitatem , velut ad paratam prædam inſidioſè
currere,vt hi qui diuina gubernatione deſtitu-
A ti ſunt,facilè ſeruituti ſubijciantur.

Cadent à latere tuo mille.)Symmachus & Aquila,Ex tranſuerſo,dixerunt.Dicit autem,Etiamſi à dexteris & à ſiniſtris infinita te multitudo inuaſerit,nihil tamen prorſus tibi damni accidet. Videbis verò illos diuina plaga proſterni. Hoc autem & ſub Ezechia factum eſt. Etenim decem & octo myriades & millia quinque Aſſyriorum ſine hoſtilibus armis interfecti ſunt. Ita & ſub Gedeone & ſub Ionathan, quinetiam & ſub Ioſaphat & ſub propheta Eliſſæo.

Quoniam tu es Domine ſpes mea.)Hac,inquit,di-
uina prouidentia ſpe in Deum vſus illóque re-
fugij loco electo, potieris. Deficit autem ſer-
monis compoſitio,per id quod dicit,Tu es Do-
mine ſpes mea. Eſt enim hoc propheticæ ſcri-
pturæ peculiare,præſertim in Pſalmis.attamen
amphibolum hoc ſequentium ſerie declaratur.
Quoniam enim,inquit, in Deum ſperas, illiúſ-
que auxilium imploras, confeſtim prouidentiæ
B illius particeps redderis.

Non accedet ad te mala.) Diabolicos inſultus vinces, nec damni quicquam ex illis patieris. Ad hūc modum domum Iob diuina gratia obſepſit. Et teſtis huius eſt hoſtis ipſe clamans, Nunquid tu obuallaſti interiora & exteriora eius? Vt verò Deus permiſit, mox & ſatan malitiam ſuam oſtendit,& athletam iuſtus iudex victoriam conſequutum coronauit.

Quoniam angelis ſuis.)Hoc & Pſalmus 33.dixit, Caſtrametatur angelus Domini,&c. Audimus & Iacob dicentem, Angelus qui eripuit me ex omnibus malis.Et magnus Abraham , vt ſeruū animaret,dicebat, Deus mittet angelum ſuum ante faciem tuam, accipiéſque vxorem Iſaac filio meo ex eo loco. Ex omnibus igitur hiſce locis hoc diſcimus,quòd per angelos quoq; Deus in ſe ſperantes cuſtodiat.

In manibus portabunt te.) Omnis generis pro-
uidentiam ab illo conſequeris , ita vt ne modi-
cum quidem detrimenti aliunde tibi inferatur.
C Modicum enim detrimentum per id ſignifi-
cat,quod dicit , Ne vnquam impingas ad lapi-
dem pedem tuum. Illud verò, In manibus
portabunt te: idem eſt atque , Deducent te,
dirigent te.

Super aſpidem.) Sæuiſſimarum acerbiſſimarúmque beſtiarum meminit,in vnoquoque beſtiarum genere excellentiam exprimere volēs. Per leonem enim & draconem, robur ſignificauit:per alias verò beſtias,extremam malitiam notauit.Nam aſpidi mortiferum virus ineſt,baſiliſcus verò etiam viſu læſionem infert. Et harum quoque beſtiarum multi in Deum credentes, victores facti ſunt. Sic Daniel, ſic Paulus quoque nihil læſionis à vipera accepit.

Protegam eum.)Hæc deinceps Deus loquitur, docens quis ſit ſpei fructus. Eripiam eum (inquit)ex viſibilibus & inuiſibilibus inſidiis,qui ſpe in me obſeptus fuerit. Quapropter illū cuſtodiam & protegam, & orantem iterum audiam,precationémque illius ſuſcipiam.

Cum ipſo ſum.)Etſi inciderit in periculum ali-
quod,adero:nec ſolum triſtibus liberabo , ſed
& illuſtrem efficiam. D

Longitudine dierum.) Præſtabo autem illi etiā hoc,vt ad longæuam ſenectutem pertingat, ac ſalutem ei , quam in futura vita habiturus eſt, præmonſtrabo. Hoc & B. Ezechias conſequutus eſt. cum enim vitæ ſuæ aliquid addi peteret, quindecim annorum numerum accepit. Multum autem celebritatis ex Aſſyriorū quoque interitu nactus eſt. Et huic conuenit illud, Eripiam eum, & cæt. Imò & omnes quotquot in Deum ſperant, omnis generis bonis potientur.

ARGVMEN. PSAL. XCI.

*Sabbatum propter ocium quidem lege ſancitum eſt,
verùm non propter quoduis ocium.Spiritalem namque
ac multiuariam operationē ſacerdos ſabbatis exequu-
tus eſt.Etenim vt aſſiduis precationibus & hymnis o-
peris daretur,Deóque geminis hoſtiis ſacrificaretur cu-
rauit.Lex itaque vt à corporalibus laboribus die Sab-
bati ceſſaretur præcepit. Quoniam igitur hic Pſalmus
honorem ac præmium iuſtorum & iniuſtorum ſuppli- E
cium prædicit,vtraque verò iſta in futura requie ad-
miniſtrabuntur, rectè hanc Epigrapham conſequu-
tus eſt.*

Scholia in eundem Pſalmum.

BOnum eſt confiteri Domino.) Vtile eſt,inquit,te benefactorem noctes atque dies laudare,ac beneficia tua, benignitatē videlicet erga nos, & veritatem contra eos qui iniuſtè agunt celebrare.Hos enim,veritate vſus, legitimè punis: nos verò cognitione tui præditos prouidentia tua dignaris.

In decachordo pſalterio.)Talibus organis Deum laudare ſolebant.Dicit itaque,Æquū eſt vt tibi cùm legalibus organis, tum linguæ melodia hymnum gratiarum actionis efferamus.

Quoniam delectaſti me Domine.) Siquidem vbi
opificia tua & inenarrabilem diſpenſationem
video,exulto & tripudio,præque animi iucun-
ditate linguam ad laudandum te relaxo. F

Quàm magnificata ſunt opera.) Symmachus, Admodum profundæ ſunt cogitationes tuæ, inquit.Siquidem opera tua magna ſunt & præclara.Illud enim, Quāquam magnificata ſunt, per intenſionem poſuit. Sapientia verò tua incomprehenſibilem profunditatem habet. At nos hoc quidem ignorantes docemus. Amentes verò neque conſiderare hoc, neque ab aliis diſcere ſuſtinent. Hæc enim ſubijcit, iſta quæ? Vir inſipiens inquit, non cognoſcet, & ſtultus non intelliget iſta.

Vir inſipiens.) Notanter iſta dixit, quòd qui

mente

mente captus, intelligentiáque deſtitutus eſt,
nibil horum cognoſcir, imò nc audire quidem
quicquam horum ſuſtinet.

Cum exorti fuerint.) Aquila & Symmachus, Et
floruerint omnes, dixerunt. Noluerunt, inquit,
ſtulti intelligere, quòd in more fœni florerent:
& operarij iniquitatis, quòd velut herba è ter-
ra promicarent, ac æternum exitium poſt præ-
ſentis vitæ proſperitaté reportaturi eſſent, ſed
ſeipſi zelotas ac felices vocarunt. Videbunt au
A tem ter miſerum ſuum ipſorum finem.

Tu autem altiſſimus.) Illi quidé perinde atque
fœnum areſcunt, tu verò imperium habes in o-
mnes omnium ſublimior exiſtens, ſuppliciò-
que eos qui amentia tenentur, ſubijciens.

Et diſpergentur omnes.) Nos verò, tui cognitio-
nem habentes, inimicorum diſſipationem vi-
debimus, vtpote multorum deorum errore libe
rati, ac te verè Deũ exiſtentem adorantes. Vni-
cornem ſiquidem iterum adduxit, vt per vnicũ
cornu eos ſignificaret, qui pietas alumini facti,
vnum Deum adorant.

Et ſenectus mea.) Symmachus ſic, Vetuſtas mea
ſicut oliua florida. Florebo namque, ſenectu-
témque deponam, & oliuam fœcundam imita-
bor. Et iuxta Septuaginta, Quaſi oliua, ſic ani-
mi iucunditate vbertim florebo.

Et deſpexit oculus meus.) Symmachus & Theo
dotion ipſe quoque Hebræus, Deſpiciet, dixe-
runt. Sunt enim quæ dicuntur futurorum vati-
cinium. Verùm Septuaginta ſuo more quæ fu-
B tura ſunt, tanquam præterita interpretati ſunt,
etiam hoc loco vaticinij certitudinem, cui con-
tradici nequeat ſignificantes. Quemadmodum
enim impoſſibile eſt non fieri quæ facta ſunt,
ita impoſſibile eſt vt vaticinium ſpiritusſancti
ſine effectu ſuo ac fine permaneat. Dicit itaq;,
Non ſolum videbo futurum iniuſtorum finem,
ſed & audiam omnes de illo annunciantes, ſup
pliciique æquitatem admirantes. Ideirco ad
hunc modum eſt hic verſiculus diſtinguendus,
Et de inſurgentibus in me malignè agentibus.
& hîc ſubdiuidendum eſt: ac dein ſubiungen-
dum, Audiet auris mea. Exitium enim malicio-
ſè viuentiũ, & innumera mihi mala machinan-
tium, multis narrantibus audiam.

Iuſtus vt palma florebit.) Peccatores fœno ſi-
miles ſunt, iuſti verò, quod in cedro denſum,
calidum ac cõtinuè decerptioni paratũ: in pal-
ma verò alticomum ac frugiferum eſt, imitan-
tur. Sunt autem vtræque arbores diuturnæ, ac
longo tempore durantes. Quin palma folia ſua
C nunquam abijcit, ſicut reliquæ arbores, ne ſen-
Virtutis plantatio. ſim quidem ac latenter, ſicut quædam ſolent.
Tempore auté ambæ opus habent, vt creſcant.
Talis verò eſt & virtutis plantatio, quæ multo
cùm labore tum tempore naſcitur; verum vbi
in ſublime ſublata fuerit, maturum ac iucun-
diſſimum fructum adfert, & poſſeſſores ſuos a-
bundè ſatis protegit.

Plantati in domo Domini.) Qui arboribus, in-
quit, iſtis comparati ſunt, plantatorem Deum,
paradiſum verò ſacrum templum habent.

Ad huc multiplicabuntur.) Symmachus, Ad-
huc fructificabũt, inquit. Senes, pingues ac flo-
ridi erunt, annunciantes ac dicẽtes: Quoniam
rectus Dominus, muniens me, nec eſt iniuſtitia
in eo. In futura namque vita promiſſam perfe-
ctionem adepti (hanc enim ſenectutem hîc vo-
cauit) plures ac pingues Deo fructus adferent,
iuſtum illius iudicium laudantes. Diſpenſatio-
nem enim illius, quæ nunc eſt abſcondita, tunc
manifeſtatam videntes, & ſapientiam illius ad-
mirabuntur, & iuſtitiam laudabunt.

ARGVMENTVM PSAL. XCII. D

*Quod in Epigraphe eſt, Pſalmum hunc ſine inſcri-
ptione eſſe apud Hebraos, neque in Hexaplo eſt, neque
apud Euſebium. Vaticinatur autem hic Pſalmus de
mutatione hominum. Deus enim immutabilis & ex-
pers alterationis, perpetuò & eodem modo permanet.
Non enim iam regnat, iam verò regnum non habet: ſed
ſemper quidem natura rex eſt, non auté ſemper id ma-
nifeſtatum eſt hominibus. Plurimo ſiquidem tempore
plures eorum ignorantes ipſum, ſimulacra coluerunt:
poſt incarnationem verò cognitio Dei lucis inſtar totum
orbem peruaſit.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Ominus regnauit.*) Quoniam paſſionis tẽpo-
re triſti & inamœno vultu illis qui timo-
rem ex eo natum experti ſunt, apparuit, ita vt
Propheta clamauerit, Et vidimus eum, & ſpe-
ciem non habuit, neque decorum, &c. Poſt re-
ditum verò in cælos, Deo competẽtes radios e-
miſit: meritò Propheta vociferatur dicens, Do E
minus regnauit. Non enim tum demum quæ
non habuerit accepit, ſed quæ habuit oſtendit.

Indutus eſt Dominus fortitudinem.) Chriſtum eſ-
ſe Dei virtutem & Dei ſapientiam, perſpicuè
nos diuinus Paulus docuit. Non igitur aliunde
aut aliam virtutem oſtendit, niſi quam prius ha
buit: figurat autem eũ Propheticus ſermo qua-
ſi quendam Regem, regalibus armis indutum,
& contra hoſtes pugnantem. Deinde egregia
facta eo veluti procinctu geſta oſtendit.

Etenim firmauit orbem.) Firmum, inquit, red-
didit orbem, veritatis robur habentem. Non e-
nim amplius homines nunc hos nũc illos deos
adorant, ſed vero Deo debitum honorem ex-
hibent.

Parata ſedes tua.) Non, inquit, iam primum re
gni inaugurationem accepiſti, ſed æternum ha-
bes imperium ac regnum ſempiternum.

Eleuauerunt flumina Domine.) Flumina vocat
Apoſtolos, & eos qui Apoſtolis in prædicatio-
ne ſucceſſerunt. Hæc itaque flumina vocem ſuá
eleuauerunt, diuina prędicantia dogmata, itér- F
que ſuum expedientia. fluctus enim hîc, ſemi-
tas vocauit. Hi namque quibus primum verbũ
Euangelij concreditum eſt, viam ſucceſſoribus
ſuis præparauerunt, & expeditam illis doctriná
reddiderunt.

Mirabiles elationes maris.) Quemadmodum e-
nim, cum magna flumina in mare illabuntur,
fluctuúmque contra litoris arenam irruentium *Simile.*
impetum cohibent, fluctus maris fluminum il-
lapſui repugnantes plurimùm eleuantur in al-
tum: ita cum dulcis ac potabilis Apoſtolorum
doctrina.

doctrina, in falſum orbis huius mare illaberetur, maris oriebatur commotio, ac fluctus crebri ſeſe inuicem excipientes exurgebaot. Nam & Dominus dixit, Non veni mittere pacem, &c. Verùm initium quidem prædicationis procellas habuit, nunc verò maris Dominus tempeſtatem increpuit, ſedatáque eſt, ac reddita ſerenitas.

Mirabilis in altis Dominus.) Aquila ſic, Maximus in ſublimi Dominus. Eſt enim maximus &
A altiſſimus Dominus, & virturem babés, neque lingua enarrabilem, neque menre comprehenſibilem.

Teſtimonia tua.) Hæc autem omnia quidem iã olim prædixiſti, ac per ſanctos Prophetas veluti præconio quodam prædicaſti, at veritas illorum re ipſa tandem eſt demonſtrata.

Domum tuam decet.) Hoc autem pulcherrimũ eſt omnium bonorum, quod eorum quæ dono data ſunt, non eſt temporaria tantum fruitio, neque cultus Dei ad certa quædam tempora, ſicuti Iudæorum erat deputatus, ſed diuturnus eſt ac ſempiternus. Domum verò Dei, omnium credentium congregationem vocauit Paulus.

ARGVMEN. PSAL. XCIII.

Perſpicuum eſt, quòd epigrapham hanc alij quidam, & non propheta ipſe, neque qui hunc principio ſunt interpretati, poſuerint. Argumentum autem Pſalmi, hoc eſt, Multi Iudæorum principes ac reges
B *præuaricationem iuſtitiæ complectebantur, atque ab iniuſtè iudicantibus ſententias extorquebant, homicidiáque perpetrabant, ac ſanguinem innoxium venundabant. Hæc cum longè antea Dauid olim futura præuideret, hunc Pſalmum ſcripſit, vt per melodiam quæ in templo Dei exercebatur, aliquando qui tum temporis viuerent, emendationis fructum reportarent. Docet igitur de prouidentia Dei, déque iuſto ſupplicio eorum qui malicioſe viuunt. figurat autem Pſalmum in perſona eorum qui piè educati, ab impiis hãc iniuriam paſſuri erant.*

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus vltionum Dominus.*) Illud, Confidenter egit, Aquila & alij reddiderunt, Appare. Te, inquit, oro omnium Deum, qui creaturam gubernas, ac dignum ſuppliciũ iniuſtis infers, exaudi, precationémque hanc ſuſcipe.

Redde retributionem.) Oſtende omnibus dominationis tuæ ſublimitatem, ac faſtum arrogan-
C tiũ deſtrue, ipſa eos experientia, te eſſe iudicem orbis, docens.

Vſquequo peccatores Domine.) Non orat, vt exitium patiantur præuaricatores: ſed ne dominẽtur, ac poteſtatem ad iuſtitiam prõptam & expeditam habeant.

Populum tuum Domine.) Nullum eſt malitiæ genus, Domine, quod non per audaciam exerceant. Aduenas eos dicit, qui ex gentibus accedebant, & ſecundum diuinas leges viuere cupiebant.

Et dixerunt, Non videbit Dominus.) Hæc eſt impietatis epitaſis. Hæc, inquit, audent, putantes te res humanas nec videre nec curare. Illud verò, Nec intelliget Deus Iacob: non eſt ſimpliciter ac temerè, ſed ad exaggerandam accuſationem adiectum. Cum enim multam eſſe Dei erga populum ſuum prouidentiam & curam, cùm ex prophetis, tum ex ſacerdotibus, ex bello quoque & ex pace didiciſſent: non tamen omnium Deum tanquam cuncta intuentem, reueriti ſunt. Dein conſilium & admonitionem illis adfert.

Intelligite inſipientes.) Vel ſerò tandem ô inſi- D
pientes, rerum naturam cognoſcere velitis.

Qui plantauit aurem.) Syllogiſticum hoc eſt, Qui ex luto, inquit, oculum finxit, videndíque energiam illi indidit, & aurem ſimiliter condidit, an ille nec videt nec audit: ſed cum iſta fecerit, energia illorum quam aliis eſt largitus, deſtitutus eſt?

Qui corripit gentes.) Gentes, inquit, quæ neque legem, neque propheticam diſciplinam conſequutæ ſuot, caſtigationibus ſubijcit, & veſtram præuaricationem non corripiet?

Qui docet hominem ſcientiam.) Atqui hominum naturam ipſe rationalem condidit, & præterea per ea quæ in creaturis videntur, ampliorem ſcientiam ſuppedirat.

Dominus ſcit cogitationes hominum.) Imò non ſolum videt & audit, ſed & cogitationes noſtras nouit, quibus falſò de prouidentia ipſius coniecturamus. Poſtquam adhunc modũ competentem iniuſtis medelam poſuit, ſufficientem illis qui per iniuriam premuntur, couſola- E
tionem adfert.

Beatus homo quem tu erudieris Domine.) Multi namque miſeros eos vocare ſolent, qui pietati ſtudent, & diuinæ legis vtilitatem reportant. Etenim qui vel modicam correptionem in præſenti hac vita tolerat, mitius futurum tribunal ſentiet. Malum enim diem, ſempiternum ſupplicium vocauit.

Malus dies

Donec fodiatur peccatori fouea.) Qui nãque iniquitatem complectuntur, irremiſſo ſupplicio tradentur. Quemadmodum enim impoſſibile eſt, vt qui in profundam foueam incidit, ex illa aſcendat, niſi ſit qui opem ferat: ita fieri non poteſt, vt ſempiternas pœnas quiſquã euadat, niſi hoc benignitas Dei velit.

Simile.

Quia non repellet Dominus.) Etiam in præſenti vita prouidentia Dei potietur, vtpote hęreditas eius appellatus.

Quo ad vſque iuſtitia conuertatur.) Hac prouidẽtia Dei potietur, ſi quãdo iuſtitia Dei de omnibus mortalibus iudicatura apparuerit. Signi- F
ficat autem hic ſermo Seruatoris incarnationẽ, & Iudæorum negationem. Rectè itaque ſubiecit, Donec iuſtitia, &c. Donec enim non fuerit iuſtitiæ apparitio negata, cæleſti prouidentia potietur.

Et qui iuxta illã omnes.) Aquila verò & Theodotion, Et poſt ipſum omnes, dixerunt. Hanc enim ſalutem, quæ iuſtitia nominata eſt, ſequẽtur qui mentem habent ab incredulitate repurgatam, rectíſque cogitationibus vtuntur. Coneoiunt autem cum iam dictis etiam verba Domini, dicens, Venite poſt me, &c. Itaq; Iudæorum,

rum, inquit, curam babet, vſque ad negationem. Quòd autem rectos corde, adhærentes ei vocat, id eſt incumbentes, & derelinquete nō ſuſtinenres, competenter & appoſitè factū eſt.

Quis conſurget mihi.) Symmachus ſic, Quis reſiſtet pro me facinoroſis? Quis contendet pro me contra operatores iniuſtitiæ? Omni, inquit, bumano deſtitutus ſum auxilio. Verùm habeo magnum auxiliatotem, qui facilè aduerſariorum faſtum diſperdete poterit. Hæc enim per

A ſubiecta ſignificauit.

Niſi quia Dominus adiuuit me.) Hoc eſt, Omnino me morti tradidiſſent.

Miſericordia tua Domine.) Acceſſi enim, & prouidentiam tuam implorauì: atque vbi meā oſtendi infirmitatem, benignitate tua ſum potitus.

Secundum multitudinem dolorum meorum.) Conuenientem, inquit, doloribus meis bonitatis tuæ conſolationem adeptus ſum. Et Paulus, In omnibus, inquit, tribulati, ſed non anguſtiati, &c.

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis.) Nūquid coniungetur tibi ſedes violentiæ, qui fingis miſeriam iuxta præceptum. Non patieris, inquit, vt conſors iniuſtitiæ ſis cum illis qui iniquè iudicant. Qui verò ſententiam præceptis tuis cōtrariam ferunt, ſupplicium ſibi quod inde naſcitur, accerſunt. Sedem enim violentiæ & iniquitatis iniuſtos iudices vocauit, qui laborem & miſeriam, iniuſtitiæ fructum metunt.

Sedes violentia.

B *Captabunt in animam iuſti.*) Iniquis iſtis iudicibus hoc operis eſt, vt quauis machina contra iuſtos vtanior, & mortis ſententiam contra innocentes & inſontes ferant.

Et factus eſt mihi Dominus in refugium,) Ego verò Domini potitus ſum prouidentia, ipſúmque murum habeo firmum ac rubuſtum.

Et reddet illis.) Illi verò laborum ſuorum fructus vindemiabunt, ac digna malitiæ ſuæ præmia recipient. Hæc non illis tantum, ſed & omnibus mortalibus ſunt conſcripta, Deus enim omnibus prouidens, omnibus competentem curam adhibet.

ARGVMEN. PSAL. XCIIII.

Ioſias rex admodum pius erat. Hic cum maximam populi partem ſimulachrorum cultum amplexam eſſe videret, omnes ſimulachrorum ſacerdotes occidi, & aras eorum funditùs euerti præcepit. Effoßis verò mortuorum ſacerdotum monumentis, oſſa illorum in ipſis dæmonum aris combußit. Deinde vniuerſum populum

C *collectum pœnitentiam agere, Deúmque placare, atque ita exitium, quod minatus erat Dominus, effugere hortatus eſt. Siquidē Olda prophetiſſa grauia & acerba mala omni populo vaticinata fuerat. Cum hæc igitur propheta Dauid præuideret, hunc Pſalmum cum ad illorum vtilitatem, tum ad mortalium omnium doctrinam conſcripſit: figuratus eſt autem hic Pſalmus velut ex perſona Ioſiæ & ſacerdotum Dei.*

Scholia in eundem Pſalmum.

V*Enite exultemus.*) In communi, inquit, triūphalem bymnum Deo deſtinemus. Iubilus enim vincentium vox eſt. Vicit autem piorum chorus, impiorum faſtum: meritò igitur triumphalem odam Deo offerunt.

Præoccupemus faciem eius) Antequam tempus ſupplicij veniat, agamus pœnitentiam: & priuſquam feratur contta nos ſenrentia, Dominum mitigemus. Offeramus autem illi & competentem hymnodiam. Deinde docet, quomodo vicerit Deus, & ſimulachta proſtrata ſint.

Quoniam Deus magnus Dominus.) Eſt enim inenarrabilis Domini noſtri potentia. Hic verus D Deus eſt, & falſam nominatorum deorum appellationem arguit. Dein, quantū bumanæ naturæ poſſibile eſt, indicia buius oſtendit.

Quia in manu eius.) Omniū eſt conditor, creaturam ſuam in manu continet, & montium vertices ipſius opus ſunt, vtut dæmones inſipientibus mortalibus perſuaſerint, vt ſibi in illis delubra extruerent.

Venite adoremus.) Concurramus igitur alacriter, & decentem illi honorem offeramos, plorantéſque ac lachrymantes miſericordiam expetamus. Hiſtoria verò & de Ioſiæ & de populi lachrymis docet, quas lecto Deuteronomio profuderint.

Quoniam ipſe eſt Dominus Deus noſter.) Noſter, inquit, Dominus eſt, & noſter præcipuè Deus exiſtit: vocat enim nos populum ſuum, & tanquam proprias oues in curam ſuam aſſumpſit. Deinceps pœnas inobedientibus minantur, & patrum eos memoria territantes, & illorum accuſatione vtilitatem eorum procurantes. E

Hodie ſi vocem eius.) Quoniam priori noſtræ impietati Dominus propter benignitatem ſuā conniuendo pepercit, vel nunc ſaltem adbortantem audite, & nolite rebellantem patrum animum imitari. Exacerbationem enim, contradictionem ſæpenumero in ſolitudine factam dicit. Ad hunc modum & in alio Pſalmo, Quoties, inquit, exacerbauerunt eum in ſolitudine. Oſtendit autem & animi libertatem. Nō enim dixit, Ne obduremini: ſed, Nolite obdurare corda veſtra, vt doceat, eos ipſos buiuſmodi cordis eſſe opifices. Dein manifeſtius inobedientiæ patrum meminit.

Vbi tentauerunt me patres veſtri.) Quoniam enim promiſſam terram ingredi nolebāt, vtpote ſtultum timorem prætexentes, ac dicentes, & ſe fore occidendos, & liberos ſuos mancipia futuros: quadraginta annorum tempos eos in ſolitudine degere fecit, donec conſumerentur. Quapropter, inquit, Offenſus fui generationi illi, &c. F

Quadraginta annis offenſus fui.) Aquila & Symmachus pro προσώχθισα, reddiderunt δυσηρεστήθην, id eſt abominatus ſum. Ob hāc cauſam, inquit, generationem banc deteſtatus ſum, cum animi illius leuitatem & inconſtantiam viderem.

Ipſi verò non cognouerunt.) Illi verò comminationibus, iureiurando quoque prolatis attendere, & minas per reſipiſcentiam ſoluere noluerunt: & propter hanc cauſam terra patribus promiſſa potiti non ſunt. Terram enim illam, requiem ſuam appellauit. Quoniam enim in ſoli-

in ſolitudine crebris migrationibus tabernacu-
lo præcedente, in quo Deus habitare putaba-
tur, profecti fuerant, in terra verò promiſſionis,
& ipſi à profectione quieſcebant, & tabernacu-
lum locis deputatis figebatur: meritò terrã pro-
miſſionis requiem vocauit, vias verò, Dei diſ-
penſationes dixir.

ARGVMEN. PSAL. XCV.

Neque David, neque qui primi prophetiam hanc
A *interpretati ſunt, epigrapham iſtam ſcripſerunt: ſed*
alius quiſquam qui mentem Pſalmi ſuperficietenus aſ-
pexit, illam poſuit. Conuenit autem litera ſuperficies
illis qui è Babylone redierunt, ac templũ readificarunt:
ſiquidem in illis omnium eſt mortaliũ ſalus adumbra-
ta. Vaticinatur autem hic ſermo, tam de priore, quàm
de ſecundo Chriſti aduẽtu iudicióque futuro, déque ex-
hibita iam gentibus ſalute.

Scholia in eundem Pſalmum.

C*Antate Domino.*) In rebus ſiquidem cõmu-
nibus cõmuni etiam bymnodia opus eſt.
Cantate Domino & benedicite nomini eius.) Con-
ueniuot hæc Iudæis, ab omoibus bomioibus
impugnatis. Non eoim iucundum illis fuit, cũ
libertatem eorum viderent: ſed in contrarium
abrepti moleſtè tulerunt, omníſque generis ad-
flictionibus eos ſubijcere conati ſunt. Prophe-
ticus autem ſermo vniuerſum orbem ad tripu-
dium vocat.
B *Annũtiate de die.*) Singulis, inquit, diebus ex-
hibitum beneficium deprædicate. Deinde do-
cet etiam, quibus ſit iſta proponeoda narratio.
Annuntiate inter gentes.) Omne genus bomi-
num hac doctrina potiatur, diuinámque & ad-
mirabilem operationem cognoſcat.
Quoniam magnus Dominus.) Inenarrabilem e-
nim magnitudinem habes, & contra falſò no-
minatos eos potentiam tuam declaraſti, & om-
nia illorum redarguiſti. Hoc enim per ſequeo-
tia declarauit.
Terribilis eſt ſuper omnes deos.) Qui namque
dij vocabantur, dæmones eſſe apparuerunt,
Dominus verò cælorum conditor declara-
tus eſt.
Confeſſio & pulchritudo.) Per naturam eoim
humanam hominibus apparens magnificentiæ
ſuæ radios emittit, & omnes ad adorationem
ſui attrahit. Sanctuarium ſiquidem templum
quod aſſumpſit, appellauit: pulchritudiois ve-
rò etiam in 44. Pſalmo memioit, cũ dicit, Spe-
C cioſius, inquit, pulchritudine, &c.
Afferte Domino patria gentium.) Accurrite
igitur omnes homines ad Dominum ſalua-
re volentem, ac nomini eius hymnodiam of-
ferte.
Tollite hoſtias.) Rationales boſtias dicit, quas
à piis offerri, & à ſacerdotibus ſacrificari vide-
mus. Atria verò, Eccleſias dicit. Alioqui ne-
que Iudæis hoc præcipit, vt quiſquam legales
hoſtias reſtituat, ſed familiis Gentium, quæ no-
ui Teſtamenti hoſtias in Eccleſiis offerunt. De
hoc autem & per alium prophetam vaticina-
tus eſt Deus, ad Iudæos diſſerens ac dicens, Nõ
eſt mibi volũtas in vobis, nec boſtias recipiam Mal. 1.
de manibus veſtris. Quoniam ab ortu ſolis vſq;
ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gen
tibus, & in omni loco incenſum mibi & ſacri-
ficium mundum offertur.
Adorate Dominum in atrio ſancto eius.) Aquila,
Parturite, inquit. Sunt autẽ hæc illis quæ à Pro-
pheta dicta ſunt ſimilia, propter timorem tuũ,
&c. Et hîc igitur gentes hortatur, quæ ſalutis
ſeminaria adeptæ ſunt, vt pietatem parturiant
ac pariant, & à priore ſtatu dimoueantur, atque D
in pietate fundentur ac figantur.
Dicite in Gentibus.) Prædicate igitur regnum
Dei, quod orbem errantem olim & iam con-
uerſum, firmum reddidit. Ita & Symmachus,
Dominus regnauit, & firmauit orbem. Immu-
tabile igitor eſt, tãquam æternum regnum Dei.
Demonſtratum verò aliquando eſt per rerum
mutationem.
Iudicabit populos.) Quoniam Deum regem eſ-
ſe oſtendit, rectè iudiciorum quoque meminit,
æquitatem & iuſtitiam illorum prædicans.
Lætentur cali.) Tam cæleſtia quàm terrena læ-
titia repleamini. Si enim propter vnum pecca-
torem reſipiſceorem gaudeot angeli, maiorem
vtique lætitiam ex eo habent, quòd omnes ho-
mines immutantur.
Commoueatur mare.) Theodotion verò & Sym
macbus ſic, Sonabit mare cum plenitudine ſua.
Siquidem vniuerſa mortalium vita maris imi-
tata commotione, diuinarum prædicationum
ſonitum accipiet. Vaticioatur ſimul & de in- E
credulorum rebellionibus, contra præcones
veritatis.
Gaudebunt campi.) Gloriabitur ager, inquit
Symmachus, & omnia quæ ſunt in illo. Domi-
nus verò zizaniorũ parabolã exponens, agrum
mundũ vocauit. Dicit itaque, omoia fore gau-
dio repleta.
Tunc exultabunt.) Aquila verò, Tunc lauda-
bunt, inquit, illum quæ præcipuè Deo laudem
conciliabunt. Sciendum autẽ eſt, proſopopœia
vſum eſſe propbeticum buoc ſermooem. Neq;
enim terra, neque mare, neque ligna, rationalia
ſunt aut aoimata: ſed ij qui in illis ſunt, bymno-
diam Deo offerunt. Mare ſiquidem inſulani:
terram, Epirotæ: cælum angeli inhabitant. Qui
verò ſaltus à ſimulachrorum cultu liberatos eſ-
ſe vident, bymnum Deo offerunt. Ad hũc mo-
dum propheta, etiam vbi profectionem filiorũ
Iſrael ex Ægypto docet, proſopopœia vtitur
dicẽs, Mare vidit & fugit, infértque interroga-
tionem, & reſponſum accipit, lætitiam eorum F
qui ſeruati erant boc pacto exprimens.
A facie Domini) Rectè duo hæc poſuit, quòd
venerit, & quòd venturus ſit. Primus ſiquidem
aduentus cognitionem Dei mortalibus dedit,
ſecuodus verò diſcretionem rerum faciet.
Iudicabit orbem terra.) Tunc enim, tũc inquit,
iuſtum iudicium faciet, noo amplius priore pa-
tiẽtia vſurus: ſed rerum veritatem exquiſiturus,
rectámque ſeotentiam prolaturus.

ARGVMEN. PSAL. XCVI.

Et qui hanc epigrapham poſuit, confeſſus eſt, quòd

cam apud Hebræos non inuenerit, ſed ipſe illam poſuerit. Igitur nec ipſa prophetica eſt, nec ſenſus pſalmi cõuenit. Non enim Iudæa tantum, ſed vniuerſa quoque terra reſtitutionem propheta prædicit. Vaticinatur autem pſalmus etiam de primo & ſecundo Seruatoris aduentu, & de Gentibus cognitionem Dei apprehenſuris, ac de futuro tribunali.

Scholia in eundem Pſalmum.

A D*ominus regnauit.*) Dominum regnare dicit, non quòd regnum aliquãdo acceperit: ſed quòd illud aliquando mortalibus oſtenderit. Et ne eadem dicamus cũ illis qui pſalmos ante nos expoſuerunt, admonemus, vt illos legant, ſi qui exactiora ſcire cupiunt.

Nubes & caligo.) Per caliginem & nubem, inuiſibilem eſſe diuinam naturam docuit. Admonet autem ſimul, eum ipſum eſſe, qui in monte Sina apparitionem ſui per nebulam & nubem oſtenderit: docétque, quòd etiamſi impoſſibile ſit diuinam videre naturam, per operationẽ tamen virtutem illius contẽplari liceat. Iuſtitia ſiquidem mortales erudiuit, & eos qui omnia ſine iudicio agebant, rectò viuere iudicio docuit. Hæc thronus ac regnũ eius effecit.

Ignis ante ipſum.) Sunt hæc ſecundi aduentus Domini vaticinia. Et Daniel iſta vidit.

Illuxerunt fulgura eius.) Fulgetris Dominus aduẽtum ſuum comparauit. Sicut enim fulgur exit, inquit, &c.

B *Vidit & commota eſt terra.*) Quis enim terribile illud tribunal non metuat?

Montes ſicut cera fluxerunt.) Non enim ſubditi tantùm, ſed & hi qui regno potiuntur, appropinquantes illi in modum ceræ, timore diſſoluentur. Quanto namque plurium rerum diſpẽſationem acceperũt, tanto pluribus etiam pœnis ſubiacebunt.

Annuntiauerunt cæli.) Hoc & factum eſt, & fiet. Cum enim natus eſſet Chriſtus, chorus angelorum Deum glorificantium apparuit. Hos enim cælos vocat, ſicut & terram ſæpenumero homines vocat, qui terram inhabitant. Viderũt autem & populi per orbem virtutem Seruatoris per ſuam ipſorum immutationem: ſecundus verò aduẽtus vniuerſos mortales manifeſtè Seruatoris regnum docebit. Tunc omnes angelorum quoque hymnodiam audiemus.

Confundantur omnes.) Vera itaque luce oriente, cedunt tenebræ. Erubeſcant igitur, qui ſimulachra adorant.

C *Adorate eum omnes angeli eius.*) Vbi oſtendit confundendos eos qui ſimulachra adorant, ſuboſtendit etiam innumerabiles eſſe angelorum myriades, Deum noſtrum adorantes.

Audiuit & lætata eſt Sion) Et hîc Sion, piorũ politiam vocat: filias verò Iudæ, Eccleſias per orbem. Ex Iudæis enim genus ſuum duxerunt Apoſtoli, qui illas plantarunt & genuerunt, ſicut & Paulus dicit, Ego vos in Chriſto Ieſu genui, per Euangelium. Quoniã igitur & vna eſt Seruatoris Eccleſia (ſunt enim omnes credentes in vnum corpus initiati) & rurſus multę ſunt illius Eccleſiæ (multæ namque ſunt vnius corporis membra) per Sion, communem piorũ cætum: per filias verò Iudæ, conuentus credentiũ, qui in ciuitatibus & vicis & ſolitudinibus degunt, vocauit. Dicit autem & illos & iſtos lętitia eſſe propter iuſta iudicis iudicia repletos.

Quoniam tu Dominus altiſsimus.) Gaudent autem omnes qui veri Dei notitiam conſequuti ſunt, & eorum qui dij non ſunt, reprehenſionem viderunt. Nam illorum quidem deprehenſa eſt vanitas, tua verò declarata celſitudo. Quoniam verò nobis non fide modò, ſed D
& bonis actibus opus eſt, neceſſariò & hoc cõſilium protulit.

Qui diligitis Dominum, odite.) Si quod bonũ eſt, deſiderabile vobis habetur: quod illi contrariũ eſt, auerſamini. Per malitiam verò, omnia nequitiæ genera appellauit.

Cuſtodit Dominus.) Qui rectam & iuſtam vitæ conuerſationem exercetis, Dominum habetis gubernatorem & cuſtodem, inimicóſque contra vos inſurgentes ſuperabitis.

Lux orta eſt iuſto.) Non enim omnes homines luce potiri voluerunt. Ipſe quidem iuſtitiæ Sol omnibus ſalutis radios emiſit: verùm ſunt qui oculos clauſerunt, lucémque videre noluerunt.

Lætamini iuſti in Domino.) Quotquot igitur lucem conſequuti, virtutiſque ſortem amplexi eſtis, exultate, ac Deum multitudinẽ beneficiorum eius recenſentes, laudate. Confeſſionem Confeſsio.
enim hîc, gratiarum actionem vocauit.

E

Scholia in Pſalmum XCVII.

C*Antate Domino.*) Et hic Pſalmus eandem habet cum priore ſententiam: de vtroque ſiquidem Seruatoris aduentu vaticinatur. verùm plura de priore narrat. Quoniam priſcarũ rerum mutationem prædicat, & nouam politiam prædicit, rectè nouum Deo canticum offerre iubet.

Saluauit ſibi.) Sæpe diximus, quòd manum, operationem: dexteram verò, bonam operationem: & brachium, virtutem vocet. Hominum ſalutem antè, virtutis ipſius opus eſſe dicit. Immenſa verò benignitate vſus, mortalium vitam ſuum ducit eſſe emolumentum. Propterea non dixit, Saluauit eos: ſed, Saluauit ſibi. Ab errore ſiquidẽ ſimulachrorũ eos liberauit, ſalutiſq; ſuæ ſublimitatem oſtẽdit, ac ſalutem illis tribuit. Et hoc in ſequentibus manifeſtius declarauit.

Notam fecit Dominus.) Omnibus hominibus ſalutaria fluenta attulit, ac regnum ſuum genti- F
bus oſtendit.

In conſpectu gentium.) Sũt hæc Eſaiæ vaticiniis ſimilia. Per hunc enim Deus ad Chriſtum Dominum dixit, Dedi te in teſtamentum generis, in lucem gentium, vt ſis ſalus vſque ad extremum terræ. Quoniã enim & patriarchis Deus & Dauidi pollicitus eſt, excitaturum ſe ex ſemine eius Chriſtum ſecundũ carnem, & per hunc omnibus ſalutem daturũ: promiſſionem ad patres factam teſtamentum vocauit. Teſtamentum enim alij interpretes fœdus dixerunt: genus verò ipſius Iſraelem vocauit, eo quòd ex

Iuda ſit Chriſtus ſecundum carnem, ſicut dicit Apoſtolus, Itaque dedi te in teſtamentum generis, vt fœdera cum Iudæis inita impleas: in lucem verò non Iudæis, ſed gentibus. Nam gentes ſalutem per fidem ſortitæ ſunt, Iudæi verò incredulitatis caliginem dilexerunt. Hoc & Dauid hîc dicit, Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, &c. Cum enim promiſſiones ad Iudæos factas adimpleuit, vniuerſi fines terræ ſalutẽ Dei noſtri viderunt. Nõ enim Iudæis duntaxat, ſed &
A vniuerſis mortalibus lux veritatis illuxit.

Iubilate Deo omnis terra.) Quoniam igitur omnes à diabolo liberati eſtis, triumphalem hymnum Seruatori offerte. Quapropter implemus, quod iuſſi ſumus. Hunc enim hymnum iubilantes & cantantes myſterij tempore offerre conſueuimus, Deo canentes, & cum omni alacritate animi tripudiantes.

Cithara ſpiritalis.

Pſallite Domino.) Et hanc legem continuè in eccleſiis impleri videre eſt. Spiritali namque cithara diuinam melodiam ſonamus, facimus autem & nos ora noſtra ſpiritales citharas, ac dentibus vice chordarum: labiis verò pro æramento vtimur, lingua autem quouis plectro ſonorius, commota conſonantem perficit pulſationum ſonitum: mens verò iſta mouet, quaſi quidam muſicus arte flexuram hanc & tranſitionem efficiens. Eſt autem hæc cithara Deo quamuis inanimata gratior.

Et tubis ductilibus.) Et clamorem ſæpenumerò Scriptura tubam vocat. Ita & Dominus
B dicit, Quando eleemoſynam facis, ne tuba canas ante te. hoc eſt, Ne prædices eleemoſynam tuam. Et hic igitur tubam doctrinam vocat, per quam & beneficia à Deo nobis exhibita diſcimus, & in legibus Dei erudimur. Ductiles verò tubas, æneas dicit: corneas, eas quæ è cornu fiebant. His autem ſolebant vti Iudæi. Noſtræ verò tubæ ſunt Apoſtoli, & illorum ſucceſſores.

Moueatur mare.) Præcipuè in frequentibus ciuitatibus videre eſt hanc impleri prophetiam. Multitudo ſiquidem piorũ in Eccleſiis exundans mare imitatur. Talis autem eſt & Pſalmorum ſonitus.

Flumina plaudent manu ſimul.) Iterum flumina eos vocat, qui docendi gratiam ſortiti ſunt, & inſtar fluminum diuina miracula profundunt: quos hîc plaudere, Deúmque laudare dicit.

Montes exultabunt.) Montes eos appellauit, qui animo ſunt ſublimi, in quibus ædificata eſt ciuitas Dei. Hos dicit exultaturos, cognito Ser-
C uatoris noſtri aduentu. Expectantes enim laborum retributiones, iudiciſque iuſtitiam ſcientes, exultabunt.

Quoniam venit ad iudicandum terram.) Prior namque aduẽtus multum habet miſericordiæ, poſterior iuſtitiam habebit. Omnes enim ſiſtemur tribunali Chriſti, &c.

ARGVMEN. PSAL. XCVIII.

Vaticinatur hic Pſalmus de reditu Iudæorum è Babylone, prædicitque Seruatoris aduentum, & Iudæorum incredulitatem.

Scholia in eundem Pſalmum.

DOminus regnauit.) Tam Iudæi quàm Græci audito Chriſti regno inſanierunt. Et cũ Iudæi libertate potiti eſſent, vniuerſæ vicinæ gentes, admirabilem & inopinum eorum reditum videntes dirumpebantur. Declarauit autẽ hoc virtutem eius, quem adorabant.

Qui ſedet ſuper Cherubim.) Hic inquit, qui à nobis prædicatur, & ſupernaturam virtutum Deus exiſtit. Illud verò, Qui ſedes, tanquam ad ipſum D
loquens dixit. Incorporea ſiquidem & incircumſcripta natura, ſeſſione opus non habet. Figurat autem omnino Deum, velut regis in morem ſuper Cherubin inequitantem, vt audientes obſtupefaciat.

Dominus in Sion magnus.) Iudæis reuerſis, ac ſanctum templum reſtaurantibus potentia Dei declarabatur omnibus. Præcipuè verò crucem perpeſſus, orbis Dominus apparuit, cum ſancti Apoſtoli prædicationem ſalutis gentibus attulerunt.

Confiteantur nomini tuo magno.) Competit itaque omnibus vt te laudent, ac beneficia tua recenſeant, inenarrabilem verò naturam tuam curioſè non ſcrutentur. Quod verò honos offertur nomini tuo terribili & ſanctiſſimo, ſanctificat quidem credẽtes, incredulos verò perterrefacit.

Et honor regis iudicium diligit.) Hoc eſt, Honorabilem hoc regem reddit, quòd iuſtitiam diligit. Id verò & quod ſubiungitur, declarat. E

Iudicium & iuſtitiam.) Rectam enim & iuſtã ſententiam, tanquã rex iuſtus protulit: & Iſraelem à potentatu eorum, qui illum ſeruituti ſubiecerant, liberauit. Quod ad aliam verò prophetiam attinet, ita ſentiendum eſt, Promiſſionis tuæ veritatem declaraſti, vbi quæ maioribus Iſraelis pollicitus fueras, adimpleſti, ac ſalutem per ſemen Iſraelis exibuiſti.

Exaltate Dominum Deum noſtrum.) Vicem igitur benefactori, quibus modis poteritis rependite. Exaltate Dominum, inquit, hoc eſt, exaltatum illum prædicate. Scabellum pedum Dei, olim templum Ieroſolymitanũ reputatum eſt: nunc verò Eccleſiæ per vniuerſam terram & mare diſperſæ, in quibus Deo adorationem offerimus.

Moyſes & Aaron.) Non temerè aliis Prophetis omiſſis horum tantùm meminit, ſed ita cognatam Iudæorum rabiem & tyrannidem docere voluit. Sub Moſe namque & Aarone ſacerdotium rapere conabãtur, & ſub Samuele F
diuinum regnum dehoneſtantes, humanũ ſunt cõplexi. Docet itaq; hic ſermo, quòd nihil noui commiſerint, contra Seruatorem inſanientes. Iam olim enim illis conſueta erat hæc inſania.

Inuocabant Dominum.) Multum enim fiduciæ erga Deum habebant. Nam illi obſecrabant, ipſe exaudiebat: & cum illis videntibus omnibus, apparitionem ſuam per nebulam oſtendens, loquebatur. Deinde docet, quòd hanc illis gratiam haud immeritò largitus ſit. etenim ſecundum præcepta ipſius viuentibus hanc gratiam contulit.

Domine Deus noſter.) Tu es, inquit, Domine,
qni à nobis prædicaris, qni tantam illis fidu-
ciam tribuiſti, & multo eos es fauore ac bene-
uolentia dignatus.

Et vlciſcens.) Symmacbus ſic, Et vlciſcens ſu-
per calnmniis eorum. Eos enim qui tyrannidẽ
contra magnum Moyſem exercebant, igni tra-
didiſti: & eos qui flammam euaſerant, viuentes
in apertam foueam tellure hiare iuſſæ demiſiſti,
ac tyrannidis locum, vltroneum illis ſepulchrũ
A reddidiſti: atque eos qui mare tranſierant, in
terra admirandis vndis vſus, ſubmergi feciſti.
Eos verò qui contra Samuelem inſurgebant,
Saulis potentatui tradidiſti, ac multiuariis cala
mitatibus adobruiſti.

Exaltate Dominum Deum noſtrum.) Horum ita-
que præclarorum virorum pietatem imitati,
competentem Deo honorem offerte. Mons ve-
rò ſanctus olim Sion vocabatur, nunc verò di-
uinæ cognitionis celſitudo. Itaque iuſſi ſumus,
ſecundum datam nobis à Deo ſcientiã, vt ado-
rationem illi offeramus.

ARGVMEN. PSAL. XCIX.

Omnes homines propheta ad hymnodiam vocat, adhortans vt per omnia Deum colant.

Scholia in eundem Pſalmum.

IVbilate Deo omnis terra.) Triumphalem hymnũ
Deo omnes homines offerte. Terram enim
B eos vocat, qui terram incolunt.

Seruite Domino.) Sernatoris enim regnum non
eſt acerbæ diaboli tyrannidi conforme, ſed do-
minatus illius placidus eſt ac benignus. Lætan-
tes itaque ad ſeruiendum illi accedite.

Introite in conſpectu eius.) Illud, In exultatione,
Symmachus, Cum bona acclamatione, Aquila
verò, Cum laude dixit. Eſt autem hymnus exul-
tantium ac lætantium.

Scitote quoniam Dominus.) Reipſa cognoſci-
te, qnòd Dominus noſter omnium Deus eſt.
Hanc inſtructionem & gentibus Apoſtolorum
chorus propoſuit, ſicuti Actorum hiſtoria
docet.

Ipſe fecit nos.) Non ſumus nos noſtri ip-
ſorum opifices conſtituti, ſed per ipſum for-
mati ſumus. Ad hunc modum & Paulus Athe-
nienſes docuit dicens, Deus qui mundum &
omnia quæ in illo ſunt fecit, hic cum cæli &
terræ Dominus ſit, &c. Idem & Propbeta bic
docet, Ipſe, inquit, fecit nos, & non nos ipſi.
C Symmachus ſic, Ipſe fecit nos, cum nondum
eſſemus.

Nos autem populus.) His non ſolum domina-
tum, ſed & gubernationem ac protectionem ſi-
gnificauit. Non modò Dominus, ſed & paſtor
noſter eſt, bona nobis paſcua adhibens.

Introite in atria eius.) Eccleſias dicit. Hæ ſiqni-
dem nobis ingreſſum ad Dominum exhibent.

Confitemini illi.) Quomodo namque dignum
non fuerit eum laudare, qui inenarrabili beni-
gnitate vſus eſt, & bonis promiſſionibus finem
& effectum impoſuit? Quæ namqne in maiorũ
noſtrorum generatione pollicitus eſt, ea in hac
noſtra adimplenit: & quam illis ſalutem promi
ſit, hanc nobis præſtitit.

ARGVMENTVM PSAL. C.

*Pſalmi huius argumentum tale eſt, Ioſias rex fun-
ditùs ſimulachrorum aras ſubuertit, & ſacerdotes il-
lorum interemit, populum verò ad priorem pietatem
reduxit. Non ſolum autem doctrinæ ſanæ curam geſſit,
ſed & de virtutis operibus ſollicitus fuit, rectè quod
iuſtum erat indicans. Cum hæc longè antea Dauid vi
diſſet, Pſalmum hunc conſcripſit, vt & illius virtu-
tem deprædicaret, & omnibus mortalibus perfectionis* D
characterem proponeret.

Scholia in eundem Pſalmum.

MIſericordiam & iudicium.) Quoniam enim
adflictorum miſertus eſt præclarus Ioſias,
eos verò qui iniuriam inferebant condẽnauit,
narrationem de illo miſericordiæ & iudicij ce-
lebrationem appellauit.

Pſallam & intelligam.) Symmacbus, Canam,
& intelligam viam immaculatorum. Quam per
gratiam patris immaculatam eſſe viam, & Deo
gratam conſideraui: hanc nunc per melodiam
proponam.

Perambulabam in innocentia.) Tantum enim
præclarus hic vir puritatis acquiſierat, vt confi-
denter ad Deum clamarit, Quando venies ad
me? hoc eſt, Conuenientem tibi regiam con-
ſtitui, deſidero aduentum tuum ô Domine, da
quod deſidero.

Non proponebam ante oculos meos.) In ſimplicita- E
te perſeueranter vixi, & non alius extraneis ap-
patui, in domo verò contraria facere ſuſtinui:
ſed quæ abſconditè geſſi, cum manifeſtis & ap-
parentibns conuenerunt.

Facientes præuaricationes odiui.) Non ſolùm au
tem facta iniqua abominatus ſum, ſed & horũ
cogitationes expuli, cogitationem præ aliis cõ-
ponẽs ac dirigens. Auerſatus verò ſum eos, qui
diuinas leges contemnebant.

Non adhæſit mihi.) Familiares autẽ mihi erant,
quibus quod iuſtum eſt, charum erat.

Declinantem à me.) Si verò quiſquã malitia ſo-
dalium vſus, à conuictu meo deficere voluit, ne
putaui quidem diſceſſionẽ eſſe huiuſmodi ho-
minis diſceſſionem, vſque adeò mihi contem-
ptui erat, quiſquis militiam eſſet amplexus.

Detrahentem.) Delationes occultè factas non
admittebam, ſed qui illas moliebantur abi-
gebam.

Oculi mei ad fideles terræ.) Conſeſſus & cõſilio-
rum meorum conſortes erant, qui fide ornati F
erant, & res diuinas plurimi faciebant.

Ambulans in via.) Non ſolum autem ami-
corum & conſiliariorum, ſed & miniſtrorum
magnam curam geſſi: famulis enim vſus ſum,
virtutem colentibus.

Non habitabi[illegible] medio.) Neminem autem ſu-
perbia vſum, d[illegible]meſticum habere volui: ſi verò
quiſquam iniuſta cõſuluiſſet, aut exqniſiuiſſet,
ſpe ſua fruſtratus diſceſſit.

In matutino interficiebam.) Hoc clarè ex hi-
ſtoria cognouimus. Vniuerſos enim impios ſa-
cerdotes morti tradidit, & ſacram ciuitatẽ re-
purgauit.

purgauit. Si quiſquam verò viri huius virtutem
exactios cognoſcere voluerit, cognoſcer eã ex
ſecundo Paralipomenon, & ex quatto Regum
libro. Per hoc verò quòd dicit, In matutino, ce-
leritatem iuſti iudicij ſigoificauit.

ARGVMEN. PSAL. CI.

Habet quidem hic Pſalmus vaticinium de miſe-
ria populi Iudaeorum in Babylone, déque illius reditu:
ſimul tamen & gentium vocationem ac ſalutem præ-
A *dicit. Competit autem & cuiuis cum quacunque cala-*
mitate luctanti, & vt diuinã opem conſequatur oran-
ti. Pauperes enim vocat, prouidentia diuina egentes.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Omine exaudi.*) Suſcipe oratiooem meam
Domioe, & auxilium tuum deſideranti
porrige. Clamorẽ eoim Symmachus fletũ dixit.

Non auertas faciem.) Sis mihi placidus, iodi-
gn atiooẽmque tuam remitte.

In quacunque die tribulor.) Et hæc Pſalmi ver-
ba maoifeſtum faciuot, quòd hic Pſalmus oon
præteritorum narratio, ſed futurorum ſit vatici
nium. Quoniam in multa proſperitate & ſplen
dore fuit hic populus, ſub Dauidis doctrioa cõ-
ſtitutus, meritò propheta illorum vſus perſona
oratiooem profert: orátq; vt diuina guberoa-
riooe potiatur, vbi calamitatis huius tempus
aduenerit.

Quia defecerunt ſicut dies.) Recẽſet hoc loco fu
B turas ærumnas ſuo more, periode ac ſi tum prę-
teritæ fuiſſent, ac vitæ ſuæ tempus haud ſecus
quàm fumum quendam, conſumptũ, & corpus
ſuũ aridum, velut vltionẽ factum, & quaſi ignis
cuioſdam impulſu conflagratum eſſe dicit. Sic
enim Aquila reddidit, Et oſſa mea ſicut cõbu-
ſtio quædam exaruerunt. Imò ſicut fœnum ex-
cioctus ſum, & priorem florem perdidi.

Quia oblitus ſum.) Omoem edendi appetitum
abieci, & priore proſperitate omoioo priuatus
ſum. Corpore oamque tabe ſum, ex triſtitia coo
tracta, cooſumpto: oſſibus verò nudatis, viocu-
lis ſum ſubiectus.

Similis factus ſum pelicano.) Multis vtitur para-
bolis, dignè volẽs ſuas exprimere calamitates.
Per ſiogulas verò dictas haſce aues metum ſuũ,
& diuioæ curæ deſtitutionẽ ſignificat. Paſſer ſi-
quidem præ anxietate ſomniũ abigit, & oycti-
corax loca habitata fugiens, pro domibus ad
ſolitudines auolat. Illud enim, In domicilio,
Symmachus, In tuioofis reddidit. Ita & altera
C auis in locis ſolitariis verſatur.

Tota die exprobrabãt.) Irriſiooi factus ſum ioi-
micis: & qui aliquaodo zelotes eram, ounc iu-
ramentum factus ſum illis qui me olim admira-
bantur. Iurat enim per ærumoas meas, ne pa-
tiaotur quod quidam ſunt perpeſſi.

Quia cinerem.) Hoc & 79. Pſalmo dixit, Ciba-
bis oos pane lachrymarum, &c. Doloris verò
excellentiam his verbis ſignificat. Si namque
cibi tempus dolore plenus fuit, ægrè videlicet
reliqua dolore libera fueruot. His, inquit, ma-
lis, velut vndis adobruor, quooiam furorem
tuum commouiſti.

Quia eleuans.) Sublimem me & ſpectabilem
reddidiſti, & cooſeſtim fregiſti. Illud eoim, Al-
liſiſti me, ex eorum metaphora poſuit, qui io
ſublime quid extolluot, & mox ad pauimentũ
deiectum confringunt.

Dies mei.) Ad ipſos, inquit, vitæ meæ occaſus
peru eni, ac vmbræ ioclinanti ac deſinenti ſimi
lis effectus ſum. Cæterùm & fœoi ariditatẽ me-
rentium maous proooeaos, imitor.

Tu autem Domine in æternum permanes.) Verùm
ego quidem huiuſmodi naturam habeo, raotíſ- D
que coniuoctus ſum ærumois: tu verò ſempiter
nus & æterous exiſtens, facilè mihi præſentium
malorũ mutatiooem quandam largieris. Hoc e-
oim eſt quod ſubiuogit.

Et memoriale tuum.) Da, inquit, ad meliora ca
lamitatis huius immutationem. Ipſum enim tẽ-
pus miſericordiam efflagitat. Iouuit autem his
verbis, tempus illud ſeptuaginta annorum, ad
calamitatis Babylooicæ finem determinatum.
Et Daniel ad hũc modum captiuitatis tempus
dimenſus orationem profert. Huic autem ſpiri-
tualis melodiæ verba conſonant.

Tu exurgens.) Sion enim vobis deſideratiſſi-
ma eſt, etiam vehementer vaſtata. Sunt autem
& lapides illius diſperſi deſiderabiles, & acer-
ui illorũ ex depopulatione reliqui, ad memoriã
reuocati commiſeratiooem nobis incutiunt.

Et timebunt Gentes.) Reditum enim noſtrum,
& ciuitatis reſtaurationem videntes, qui piorẽ
ooſtram calamitatẽ, ſiue reges ſiue ſubditi, coo-
ſpicati fuerant, potentiam tuam admirabũtur: E
téque metueotes, ſolum eſſe Deum credent.
Hoc verò propriè poſt Seruatoris incarnatiooẽ
factum eſt. Poſt Iudæorum enim reuocatiooem
vicioi quidem admirati ſuot, quod factum erat:
verùm taotum abfuit vt ideo Deo crediderint,
vt bellum etiam contra eos mouerint. Hîc verò
& Gentium omnium & regum commutationẽ
ſermo iſte prædicit, cuius vaticinij quædã facta
videmus, quædam verò futura ſperamus. Dicit
enim Apoſtolus, Nõdum enim illi omoia ſub-
iecta videmus. Verùm idem docuit, quòd illi o-
mne genu flectetur, &c.

Quia ædificauit Dominus Sion.) Quoniam eoim
qui diuinarum diſpeoſationum igoari erant,
Iudæorum ſeruitutem, ac Ieroſolymorum va-
ſtatiooem Dei arbitrantur eſſe infirmitatem:
rectè ciuitatis huius reſtaurationem, Dei glo-
riam vocauit.

Reſpexit in orationem humilium.) Non enim ca-
ptiuos ac ſeruos deſpexit, ſed orationem eorũ
ſuſcepit, ac libertatem dedit. F

Scribantur hæc.) Hoc autẽ beneficiũ io ſempi-
ternum conſcriptum ad poſteros tranſmittam:
populum verò creandum, ex geotibus congre-
gandos dixit. de quo & Apoſtolus, Si qua in
Chriſto noua creatura eſt, ioquit. Et ipſe Da-
uid Pſalmo 21. dicit, Anouotiabitur Domino
generatio veotura. Hic populus & vetera &
noua edoctus, coouenieotem Deo hymoum
offert.

Quia proſpexit de excelſo.) Deus enim omoia
videns & gubernans, lamentantes audiuit, &
libertatis ſeotentiam tulit, vt qui vincti fue-

rant loca occiſorum redirent, ac patriam ci-
uitatem ædificarent, atque in illa conſuetum
cultum ſecundum legis præſcriptum offerrent.
In conueniendo populos.) Vbi reditu potiti fue-
rimus, & populi & reges congregati poten-
tiam tuam admirabuntur. Tunc igitur tanta
perfundemur lætitia, vt bonitatem tuam pre-
caturi ſimus, quo annorum nobis augmentum
largiaris, nec medio nos tempore morti tra-
das. Viam verò virtutis, reditum virtute Dei
A præſtitum vocat.
In generatione & generationem.) Quid enim o-
mnium eſt opifici impoſſibile? Cum hæc itaque
mutationem accipiant, tu permanes immuta-
bilis. Per expoſita autem hæc elementa, quæ no
minat etiam reliquorum illum factorem eſſe ſi-
gnificat.
Et omnes ſicut veſtimentum.) Symmachus ſic,
Et omnia ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſi-
cut indumentum mutabis eos, & mutabuntur.
Omnia ſiquidem viſibilia veteraſcent, & ve-
ſtium vetuſtatem imitabuntur: tu verò illa mu-
tabis ac renouabis, reddéſque incorruptibilia
pro corruptis. Simile autem & illud eſt, Tu au-
tem idem es, & anni tui non deficient. Crea-
turam enim, inquit, diſponis Domine, ſicuti
vis: tu verò naturam habes immutabilem, &
alterationem ſuperiorem. Hæc autem D. Apo-
ſtolus in epiſtola ad Hebræos Domino Ieſu ap-
propriauit. Verùm in filio patrem contempla-
mur. Quæ namque ille facit, eadem ſimiliter
B & filius facit, & eadem in vtroque natura co-
gnoſcitur.
Filij ſeruorum tuorum.) Illud, In ſeculum diri-
getur, Symmachus habet, Permanet. Significat
autem quòd Iudæi quidem ſeruitute liberati
Ieruſalem ædificaturi erant, ſemen verò illorũ
in ſempiternum permanſurum ſit. De hoc ſe-
mine Apoſtolus, Donec, inquit, veniret ſemen,
quod promiſſum erat. Et Abrahæ dictæ erant
promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, Semi-
nibus, quaſi de multis: ſed tanquam de vno, Et
ſemini tuo, inquit, qui eſt Chriſtus. Hoc ſemen
in æternum permanet.

ARGVMEN. PSAL. CII.

*Videtur quidem hic Pſalmus præcedentem ordine,
idque in eodem argumento, conſequi. In illo namque
qui propter Babylonicas ærumnas lamentabantur, Deũ
vt reditu potirentur, orarunt: hic verò, iam quæ petie-
rant conſequuti, benefactorem laudant. Ego verò hym
nodiam hanc omnibus conuenire mortalibus arbitror,
C cùm propter liberationem à ſeruitute acerbiore, tum
propter maiorem acquiſitam libertatem. Et ipſe ver-
borum ſenſus quod dico manifeſtabit, vt hoc verius ſit
Pſalmi huius argumentum.*

Scholia in eundem Pſalmum.

B*Enedic anima mea Domino.*) Qui circa diuina
beneficia grato animo ſunt affecti, ſeipſos
ad hymnodiam excitant, vt benefactori, quan-
tum fieri poteſt, gratitudinem rependant. Hi
omnia interiora ad hoc conſecrant, & omnem
Interiora. cogitatum ad laudem Dei mouent. Interiora
ſiquidem, cogitationes, & affectus, & omnes a-
nimæ motus, vocauit.
Benedic anima mea.) Iterum animam ad ea-
dem excitandam, & obliuionis nebulam diſ-
pellendam, beneficiorúmque Dei memoriam
renouandam eſſe docetur. Symmachus, pro re-
tributionibus, beneficia dixit. Deinde iſta per
partes recenſet.
Qui propiciatur.) Hic enim tibi peccatorum
remiſſionem largitus eſt, hic tibi paſſionum cu-
rationem præſtitit. Eos quidem qui captiui D
in Babyloniam abducti fuerant, ſeruitute libe-
rauit, vita verò corruptibili non liberauit: no-
bis verò per reſurrectionem ſuam vitamq; lar-
gitus eſt.
Qui coronat te.) Gratia enim, vt D. Apoſtolus
inquit, ſaluati eſtis, & hoc non ex nobis. Dei do
num eſt. Et itaq; corona hęc gratiæ ac benigni-
tatis diuinæ. Ita & Eſaias, ex perſona ſpõſæ cla-
mat, Exultet anima mea in Domino. Induit e-
nim me veſtimento ſalutis. Hæc autem omnia
dos ſunt, ac dona ſponſi. Solã enim fidem ſpon-
ſa attulit.
Qui replet in bonis.) Quoniam etiam malum
eſt deſiderium, rectè poſuit illud, In bonis. Bo-
na namque deſideria noſtra Dominus ſeruat.
Petite, inquit, & dabitur vobis, &c.
Renouabitur vt aquila iuuentus.) Hæc nobis Do
minus per baptiſma largitus eſt. Conſona iſtis
Deus & per Eſaiam dicit, Qui expectant me,
mutabunt fortitudinem, pennas aſſument ſicut
aquilæ. Quoniam enim cum primum condere- E
mur, diuinos & regios characteres accepera-
mus, illos verò poſtea peccati ſtudiis corrupi-
mus: pollicetur nobis hic ſermo regni recupe-
rationem. Regia ſiquidem hæc auis eſt, ac re-
gnum inter volucres adepta. Docet autem nos
& diuinæ munificentiæ ingenium.
Faciens miſericordias Dominus.) Non enim pro-
pter iuſtitias, inquit Diuus Apoſtolus, quas fe-
cerimus nos: ſed ſecundum magnam miſericor
diam ſuam ſaluos nos fecit, per lauacrum rege-
nerationis, ac renouationis Spiritus ſancti. Cũ
videret nos per iniuriam ab hoſte veritatis
preſſos, nobis quidem miſericordiæ ſuæ fon-
tes aperuit, contra illum verò iuſtam ſententiã
protulit.
Notas fecit vias ſuas.) Salutem hanc nobis nõ
ex pœnitentia parauit, ſed hæc olim per pro-
phetas ſuos prædixit, & per Diuum Moyſem ſa
lutem noſtram adumbrauit. Mare aſperſionis
typum accepit, petra ſempiternorum fluento-
rum vmbra facta eſt. Ita & reliqua, ne ſingu- F
la recenſeam, ab illis adumbrata eſſe inueni-
re licet.
Miſerator & miſericors Dominus.) Bonorum
iſtorum cauſa eſt, inquit, diuinæ bonitatis a-
byſſus, immenſa miſericordia, ac benignita-
tis pelagus.
Neque ſecundum iniquitates noſtras.) Non eſt
paſſus, vt ſecundum menſuram peccatorum
noſtrorum pœnas de nobis ſumeret, neque in
immenſum indignationem ſuam cõtra nos ex-
tendit.
Quoniam ſecundum altitudinem cæli.) Si remo-
tiora

tiora inter ſe ſpacia & interualla, quàm hæc ſunt, reperiſſet, omnino illa in medium adduxiſſet, contendens ad hoc, vt diuinæ bonitatis infinitam amplitudinem ac latitudinem oſtenderet.

Quomodo miſeretur pater filiorum.) Cum conditor & opifex ſit, eandem erga ſeruos ſuos amoris beneuolentiam oſtendit, quam pater erga liberos ſuos habet.

Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.) No- A nit enim naturæ noſtræ imbecillitatem, nouit etiam vnde formati ſimus, & in quid iterum deſinamus.

Homo ſicut fœnum dies eius.) Homo nihil differt à fœno ac flore.

Quoniam ſpiritus.) Symmachus ſic, Quoniam ſpiritus pertranſit eum: deinde animam non ſubſiſtere dicit, qua præſente, corpus & viuit & operatur, auolante verò corrumpitur, ita vt ne cognoſci quidem priores characteres poſſit: ſicut in ſepulchris eſt videre. Spiritus igitur ad hunc modum, locum ſuum nō cognoſcet, corpus videlicet tum non corruptibile, ſed incorruptibile reſumpturus.

Miſericordia autem Domini ab æterno.) Natura quidē noſtra fragilis eſt, diuina verò benignitas hoc largitur, vt prolixo ſeculo viuamus, & ad nepotes vſque iuſtitiæ retributionem, maioribus debitam, conſeruemus. Ita regnū Iudæorum ad quartam vſque generationem cōſeruauit, cum tamē perfectam pietatem haud eſſent B aſſequuti, ſed mox initio regni æmulationem oſtendiſſent. Ita Dauidi inextinguibilem generis ſcintillam ſeruauit, licet multi impij medijs temporibus ex illo prodierint. Hanc autem miſericordiam, inquit, teſtamentum ſuum ſeruantibus: & non ſimpliciter mandatorum ſuorum recordantibus, ſed verbis ipſa quoque opera coniungentibus præſtabit.

Dominus in cælo.) Simile eſt hoc illis quæ in alio pſalmo dicuntur, nempe, Qui in altis habitat, &c. Docet enim nos hoc loco propheticus ſermo, Dominū in cælo quidem habere ſedem ſuā: verùm deſpicere ac gubernare creaturam, tanquam omnium quæ ſunt, & conditor & rex & Dominus.

Benedicite Domino.) Meritò inuiſibiles virtutes ad communicationem hymnodiæ vocauit. Non enim ſufficiens ad hoc eſt humana natura, vt benefactorem digno præconio celebret. Incorporeæ verò ac ſanctæ naturæ, vtpote vitam paſſionibus liberam habentes, diuina præcepta C ſeruare poſſunt.

Benedicite Domino.) Multi ſunt & varij cæleſtes ordines, vtpote principatus & poteſtates, & quæ alia nomina nobis huius creationis diuus Apoſtolus proponit: verùm omnia illa propheticus hic ſermo duobus iſtis nominibus cōplexus eſt.

Benedicite Domino omnia opera eius.) Neque hoc Iudæis cōuenit. Illi enim cum ab illis qui ipſos captiuos tenebant, aliquid ex cāticis Sion cantare iuberentur, legitimè facientes: reſpondebant, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? nobis verò Apoſtolus denūciat, vt in quouis loco conſtituti puras manus orantes extollamus.

Benedic anima mea Domino.) Finis cum principio Pſalmi conſonat. Cum enim ad hymnodiæ communionem, ſpiritales eſſentias vocauit: docet & nos, vt quantum fieri poſſit factorem honoremus, & gratiarū actionem viribus parem cum hymno offeramus.

ARGVMEN. PSAL. CIII.

Spiritus ſancti gratia, non ſolùm ethicam & dogmaticam doctrinam mortalibus profert: ſed etiam quomodo Deū laudare cōueniat, inſtruit. Quapropter & hunc pſalmum Dauide miniſtro vſa conſcripſit, vt diſcant omnes, quibus hymnis benefactori ſit rependendum: cuius hic communia beneficia recenſet, quēmque omnium factorem ac gubernatorem eſſe oſtendit. D

Scholia in eundem Pſalmum.

B*Enedic anima mea Domino.*) Vnumquēuis pietatis alumnum Deum laudare docet.

Domine Deus meus magnificatus es.) Illud, Magnificatus es, non auxeſim & incremētum Dei: ſed immenſam illius amplitudinem ſignificat. Ita namque & Symmachus dixit, Deus meus magnus es vehementer. Non enim cum paruus eſſet, magnus eſt factus: ſed natura magnus eſt.

Confeſſionem & decorem.) Symmachus ſic, Hymnum & glorificationem proferam. Non enim adhuc ignorant te, qui bonis tuis ſunt potiti: E neque ſimulachris honorem deferunt, ſed te laudant, & tibi glorificationis debitum reddunt.

Amictus lumine ſicut.) His conſona & Apoſtolus habet, Qui ſolus habet immortalitatem, inquit, & lucem inhabitat inacceſſam. Tanta ſiquidem eſt lux illa, vt ne appropinquare quidem quiſquam auſit. Eſt igitur & ipſe quidem lux vera: amicitur verò luce ſicut veſtimento.

Extendens cælum.) Opificij facilitatem his verbis ſignificauit.

Qui tegis aquis.) Hoc & Moſes docuit dicens, Fiat firmamentum in medio aquæ, & diuidat inter aquas & aquas, quæ ſunt ſupra firmamentum.

Qui ponis nubem.) Prouidentiam Dei omnia penetrantem, his verbis ſignificauit. Imminet enim, inquit, & ventis ac nubibus, & ipſe gubernat & moderatur ea. Docet autem ſimul, diuinam vbique præſentem eſſe naturam, & F omnibus imperare. Quoniam verò velociorem naturam in rebus ſenſibilibus quàm ſit venti, non reperit, Deum ſuper pennis ventorum vehi dicit.

Qui facis angelos tuos.) Non viſibilium modo, ſed & inuiſibilium Deum opificem eſſe oſtendit. Eoſdem autem & ſpiritus & ignem appellauit, vtriſque dictionibus potentiam ac velocitatem illorum docens. Velox enim eſt ſpiritus natura, & potens eſt ignis operatio. Angelis autem Deus miniſtris vtens, & dignis benefacit, & aduerſarios punit. Quapropter &

ignis meminit, aptam ad puniẽdum energiam ſignificans.

Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam.) Aquila & Symmachus, Super baſim ſuam dixerunt.

Non inclinabitur.) Non auertetur, non cadet: fundauit enim eam ſuper eam ipſam, deditque illi vt ſit immota: & boc modo permaneat, quãdiu ipſe volet. Sic & alibi dixit, Qui ſuſpendit terram in nihilo.

A *Abyſſus ſicut veſtimentum.*) αὐτῦ poſuit pro αὐτῆς. Sic enim & Aquila & Theodotion reddiderunt, Induiſti eam abyſſo ſicut veſtimento. Abyſſum autem humidam eſſentiam D. ſcriptura vocat. Ita & initio creationis D. Moſes dixit, Terra autem erat inuiſibilis & indiſpoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum. Quoniam igitur aquis terra vndique circundatur, & magna quidem & innauigabilia maria fines illius ſunt: mediam verò alia nauigabilia diuidunt, rectè abyſſum terram velut veſtimentum circumplecti dixit.

Abyſſus.

Super montes.) Vbique prouidẽtiam Dei creaturæ præeſſe docet. Hac enim ratione mare montium imitatum vertices continentem vndis ſuis non inoluit, ſed ſicut nos tonitruum horremus, ita illud præfixum terminum timet. Illud verò, Supra montes ſtabunt aquæ: idem eſt atque, Sicut montes ſtant aquæ. Illud, Aſcẽdunt montes: pro, Aſcendunt in montes, poſitum eſt.

B *Terminum poſuiſti.*) Arenam mare reueretur, & ad illam vſque furens, quaſi freno quodam termino diuino cohibetur, ac rurſus coercetur, retróque cedit.

Qui emittis fontes.) Deinde neceſſitatem huius indicat.

Inter medium montium.) Et hoc maximum eſt diuinæ diſpenſationis & prouidentiæ ſignum, quòd nõ hominum modò, ſed & irrationalium neceſſitati ſatisfacit. Quapropter montes diuiſit, vndíſque peruios reddidit, vt non hominea tantùm, ſed & brutorum genera fluentorum copia potiantur. Illud verò, Vſurpabunt onagri ad ſitim ſuam: Symmachus, Recreabit onager ſitim ſuam, reddidit.

Rigans montes.) Nõ enim infernè ſolum, ſed & ſupernè per nubes irrigationem adfert. Deinde & vtilitatem quæ ex eo eſt indicat.

De fructu operum tuorum.) Naſcitur enim herba, & nutrit iumenta, ad vſum mortalium condita. Aluntur autem & imbribus fructus, homi- C nibúſq; proferuntur: veruntamen propter hominum neceſſitatem, & iumenta hac prouidentia potiuntur.

Et herbam ſeruituti hominum.) Clarius Symmachus ad hunc modum reddidit, Qui germinare facis fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum, vt alimentum ex terra naſcatur. Et vinũ, vt lætificet cor hominis, & vt facies oleo niteat, & panis vt cor hominis confirmet. Ad hoc enim (inquit) imbres terræ ſuppeditat, vt fructus germinent, & corpus pane confirmetur ac nutriatur, oleóque externè niteat.

Saturabuntur ligna campi.) Hebræus & reliqui poſuerunt, Saturabuntur ligna Domini. Poſtea quam de frugiferis diſſeruit, neceſſario & de infrugiferis mentionem facit, quòd & illa neceſſarium mortalibus vſum exhibeãt. Quapropter & Domini illa appellauit tanquam ſponte naſcentia, & non manu cõſita, ſed diuini verbi virtute germinantia.

Cedri libani.) Neque enim hortulani aliqui illas plantarunt, ſed diuinum verbum ingentes illos mõtium vertices conſtituit. Libani autem tanquam inſignis montis, cedrorúmque illius D mentionem faciens, reliquos etiã montes atque arbores eorum ſignificauit.

Illic paſſeres.) Aquila ſic, Ibi volucres nidificabunt: herodij, abietes domus eorum. Arbores enim illæ mortalium ædibus ad ſtruẽdum ſunt accommodæ, auium verò nidos recipiunt.

Montes excelſi ceruis.) Ne minimum quidem animantium abs te neglectum eſt, ſed ceruis quidem montium vertices commorandi gratia, minoribus verò animanculis petrarum luſtra dediſti.

Fecit lunam in tempora.) Poſtquam̃ omnia recenſuit tam viſibilia quàm inuiſibilia, luminarium etiam mentionem facit, quæ quarto ſunt die facta. Dicit autem lunæ opificium ad docẽdum tẽpora factum eſſe. Huius enim variationes temporis menſurationem efficiunt. Ipſa ſiquidem menſuram menſis, totidem diebus creſcens ac decreſcens conſtituit.

Luna docet tempora.

Sol cognouit occaſum ſuum.) Non quòd animatus ſit aut ratione vtatur, ſed quòd iuxta termi- E num, diuinitùs præſcriptum ingrediens, diem illuſtrem reddit, & nocte aſcõditur: ſempérque eundem curſum ſeruat, ac menſuras ſuas cuſtodit, & lucis ſubductione cohibitus refocillationem mortalibus ſuppeditat.

In ipſa pertranſibunt.) Nox enim requiẽ quidem hominibus, beſtiis verò ſecuritatem & confidentiam exhibet, vt famelicos ventres repleant. Illud verò, Vt quærant à Deo eſcam ſibi: idem eſt atque, Et illis diuina prouidentia quæ neceſſaria ſunt præſtat. Siquidem à Deo petere, rationalium: quærere verò, etiam irrationalium eſt.

Ortus eſt ſol.) Sole autem oriente, beſtiæ quidem ad luſtra ſua ſecedunt, homines verò laborem præterito die repoſitum alacriter denuò diurno labore proſequuntur.

Quàm magnificata ſunt opera tua Domine.) Vbi Propheta ſingula quæ recenſuit recogitat, multámque Dei prouidentiam agnoſcit, in medio narrationis hymnodiam Deo deſtinat. Repe- F rit enim & noctem, vehementer vtilem, & infrugifera ligna, alian vtilitatem adferentia: beſtiarúmque genera, ad multa mortalibus accommoda, ab impiis quibuſdam traduci & damnari.

Impleta eſt terra poſſeßione tua.) Creatura: hoc eſt, Omniuariis bonis illam repleſti. A terra autem ad vicinum mare tranſit.

Illic reptilia.) Et hoc diuinæ gubernationis indicium habet, quòd minuta animãtia magnis commorari fecit, & tamen ab illis prorſus conſumuntur.

Illic

Illic naues.) Et hîc maximus eſt mortalium vſus.

Draco. *Draco iſte.*) Per draconem cete grandia ſignificauit,quæ in magno mari frequenter commorantur.Illud verò, Ad illudẽdum ei,de mari dictum eſt. Nam & Hebræus & Syrus mare in maſculino gẽnere vſurpat,Ita magnum eſt, inquit, vt & innumera piſcium genera complectatur, & maxima cete ſecurè in illo natent. Si verò quiſquam draconem hunc & allegoricè
A ſumendum putauerit, propterea quòd in Eſaia gladio magno,ſancto & forti draconem ac ſerpentem & vermem in mari vulneratum legimos; neque nos recuſabimus eam ſententiam, quandoquidem & in Iob hanc beſtiam S. angelis illudentem reperimus, & Dominus poteſtatem ſupra ſerpentes & ſcorpiones calcandi dedit.

Omnia ad te expectant.) Abs te,inquit,omnia ſuo tempore quæ neceſſaria ſunt,reportãt.Irrationalia namq; cibum quidem quærunt,ſuppeditatorem verò illius ignorãt,nihilo tamen minus illum à factore ſuo recipiunt.

Dante te ipſis.) Te copiam illorum exhibente, vnumquodque ſibi accommoda reportat.

Aperiente te manum.) Facilitatem largiendi hac particula expreſſit. Quemadmodum enim in promptu eſt, digitos introrſum vergẽtes extendere,ita facile Deo eſt vberem omnium bonorum dare prouentum.

Auertente autem te.) Quemadmodum autem
B par eſt,vt omni lætitia repleãtur, qui bonis tuis fruuntur:ita te auerſo omnia turbabuntur,metúque replebuntur.

Auferes ſpiritum eorum.) Te ſiquidem volente, anima & corpus ſeparantur, & corpus in patrium ac primitiuum puluerem reſoluitur. Spiritum verò,animam dicit.

Emittes ſpiritum.) Reſurrectionem nobis hîc & vitæ reſtitutionẽ per Spiritum ſanctum perſpicuè prædixit. Ita & Helias filium viduæ reſuſcitauit,poſteaquam puero inſpiraſſet, & per gratiã Spiritus ſancti, quam habebat ad vitam reduxit. Ad hũc modum & Eliſæus,Poſtquam & hanc diuinæ virtutis energiam oſtendit, ſermonem ad hymnodiam transfert.

Sit gloria Domini in ſecula.) Dignũ eſt,inquit, vt perpetuò laudetur ab omnibus.

Lætabitur Dominus.) His verbis futuram inter homines cogitationem Dei ſignificauit,eos videlicet,qui ab errore dæmoniorum liberati, cogitationem Dei acquirunt.Lætatur autem Do-
C minus,non ob id quòd adoratur,ſed quòd mortales ſeruantur.

Qui reſpicit terram.) Rectè iſta adiecit,vt diuinam naturam nullius rei indigam eſſe doceat. Non enim velut egenus in eo delectatur,quòd adoratur:ſed tãquam ſeruare volens,veritatem oſtẽdit:& cum punire poſſit,pœnas tamen non infert, licet ſola apparitione terram concutiat, & montes igne & fumo repleat. Hoc autem & in monte Sina fecit. Cum enim apparitionem ſuam oſtenderet, totum montem fumigantem reddidit.

Cantabo Domino.) Rectè adiecit, In vita mea. Non enim eſt in morte qui memor ſit Dei.

Iucundum ſit.) Symmachus,Sermocinationem: Aquila,Homiliam,reddidit. Opto autem, hymnodiam hanc meam iucũdiſſimam & ſuauiſſimam videri.Si hoc ſit, ego lætitiã inde reportabo.

Deficiant peccatores.) Poſteaquam diuinam pulchritudinem, quantum humanæ naturæ licet, expoſuit,& omnes homines eandem ſcientiam ſortiri cupiuit:precatur vt in vniuerſum pecca- D
torum multitudo deficiat, non vt pereãt orans, ſed vt conuertantur,& faſtus illorum ceſſet, ac immutati diuina cognoſcant.Si verò quiſquam hæc verba aliter intelligere voluerit, quaſi eos Propheta q impiè viuunt,maledictionibus ſubijciant,etiam hoc ſenſu prophetiam hanc Apoſtolicæ doctrinæ conſonam reperiet. Nam & Paulus Corinthiis ſcribens, talem concluſionem poſuit, Si quis non diligit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, anathema ſit. Eſt enim hoc proprium eorum,qui feruenter Dominum diligunt.

Benedic anima mea Domino.) Itaque qui inſanire ac deſipere volunt, quæ dixi patiantur: tu verò,ô anima mea, lauda conditorem ac ſeruatorem tuum.

ARGVMEN. PSAL. CIIII.

Et hic Pſalmus hortatur, vt Dominum laudemus, ſicut & Epigrapha illius declarat. Alleluia ſiquidem ſi interpreteris, idem ſonat atque, laudate Deum. Memorat autem & promiſſiones Patriarchis à Deo fa- E
ctas, & bona quæ maioribus ab illo propter eos erant data. Potẽs enim cùm horum tum illorum memoria ad hoc eſt, vt tantis beneficiis potitos ad paterna virtutis Zelum excitet. Simul autem & pios docet, quòd non iniuria Deus ingratum illum populum gubernatione ac protectione ſua priuauit. Quoniam enim populus Dei appellatus, ac diuina prouidentia potitus fuerat, tandem verò illa prorſus priuatus erat: propoſito hoc Pſalmo mortales omnes docet, quibus & quantis eos beneficiis affecerit, & quomodo tantæ beneficentiæ ingrati fuerint: vt ſimul & prolata contra eos ſententia iuſtitiam & æquitatem cognoſcant vniuerſi, ne & ipſi, qua ſint ingratitudinis præmia videntes, eandem cum illis,ſed Dei viam ingrediantur.

Scholia in eundem Pſalmum.

Confitemini Domino.) Illud,Inuocate: Symmachus,Prędicate,reddidit.Hortatur autẽ hic ſermo, gratitudinis hymnum offerre, diuináque beneficia prædicare. F

Annunciate inter gentes.) Manifeſtum eſt, quòd non ſolùm Iudæis, ſed & gentibus prodeſſe ſatagat.

Cantate ei.) Hymnis illis ac cõcentibus repẽdite,& miracula ab illo facta ignorãtes docete.

Laudamini.) Illud, ἐπαινεῖσθαι, id eſt, laudamini: Aquila reddidit, καυχᾶσθαι,id eſt,gloriamini. Admoneat autẽ hic ſermonem,neq; in diuitiis,neq; in robore, neq; in potentu, ſed in ſciẽtia Dei gloriandum eſſe: ſicut & Apoſtolus dicit,Qui gloriatur,in Domino glorietur.

Lætetur

Lætetur cor.) Lætitia namque ſpei in Deum fructus eſt.

Quærite Dominum.) Et vt doceat, qnomodo hoc ſit faciendum, ſubiungit, non ſemel atque iterum: ſed per omnem vitam cæleſtè conuenit auxilium quærere, vtilitatémque illius reportare. Erunt enim qui hoc quærunt inexpugnabiles & inuicti. Quærite, inquit, & inuenietis, &c.

Mementote mirabilium eius.) Nolite obliuioni
A tradere miracula quæ iuſto iudicio otnata Do-
Iudicia. minus eſt operatus. Iudicia autem hîc miracula illa appellat, quæ iuſtè ſunt à Deo facta. Quoniam enim ea nartat quæ in Ægypto ſunt facta, ptimùm ſupplicij Ægyptiorum iuſtitiam & æquitatem docet.

Semen Abraham.) Eoſdem & Abrabæ ſemen & filios Iacob vocat, vtpote illius nepotes, & huius filios appellatos: electos verò ob id dicit, quòd præ omnibus gẽtibus populus Dei vocati eſſent. Hoc & ſequentibus declarauit.

Ipſe Dominus Deus noſter.) Cum enim ipſe ſit omniũ Deus ac Dominus, hos tamen populum ſibi pecnliarem appellauit.

Memor fuit.) Stahilitatem ac diururnitatem promiſſionum Abrahæ factarum his verbis docet. Non enim hic ſermo, vt quidam putant, hyperbolicus, ſed verus ac diuinus eſt. Pollicitus enim eſt Deus, benedicturũ ſe in ſemine Abtrahæ omnes gentes. Eſt autem ſemen eius Chriſtus, ſecũdum carnem qui ſempiternum habet
B imperium, & regnum nulli perditioni obnoxium. Hoc autem & mille generationum mentio ſignificat. Non enim numerum aliquem, ſed diururnitatem & æternitatẽ multitudo iſta generationum innuit.

Quod diſpoſuit ad Abraham.) Huius iuramenti & Moyſes meminit. Dixit enim Deus ad Abraham, Per memetipſum iuraui, niſi benedicendo benedixero te, &c. De hoc iuramẽto & Iſaacum admonuit & confirmauit, & fœdera ſua cum Iacob renouauit. Et hæc ſanè adimpleuit, per Moſen quidem poſteros eorũ ex Ægyptiorum ſeruitute liberans: per Ieſum verò Naue terrã promiſſam tradens, ac tandem promiſſionem hanc pet Dominum Chriſtum cõcludens & abſoluens.

Funiculum hæreditatis veſtræ.) Tertæ dominatum, funiculum vocauit. Terram enim menſurationi eorum qui hanc acquiſierant, ptopriam ſubiecit.

Cum eſſent numero breui.) Hæc autem patribus
C etiamnum paucis exiſtẽtihus pollicirus fuerat. Declarat autem hoc pacto promittentis potentiam, quòd tam paucis tantæ terræ dominatum largiri poruit.

Pauciſſimi, & incolæ eius.) Incolæ namque & peregrini Patriarchæ petmanſerunt, ídque non vno tãtùm loco, ſed nunc illo nunc alio tabernacula ſua tranſtulerunt.

Non reliquit hominem.) Victores enim eos nocere conantium reddidit.

Et corripuit pro eis reges.) Ita in Pharaonem inquiſiuit inquiſitionibus magnis & hortendis, propter Saram vxotem Abrahæ. Ita noctu Abimelech perterrefecit, dicens, Ecce moriturus es propter Saram vxorem Abrahę. Hahet enim marirum. Ita Iſaacum illiſ qui tum Palæſtinam inhabitabãt, verendum reddidit. Ita Lahan homicidium meditanti comminatus eſt, dicens, Vide ne duri quicquam contra Iacoh ſeruum meum loquaris. Vocat autem eos Chriſtos, non quòd oleo vncti, ſed quòd electi eſſent. Prophetam verò Abrahamum & Deus ipſe appellauit: Redde, inquit, vxorem viro iſti. Eſt enim Propheta, & orabit pro te, & ſeruaberis. D

Et vocauit famem.) Peccarum caſtigationem accerſit, caſtigario verò vitam beſtialem reprehendit, reprehenſio vitæ conuerſionem operatur. Famem itaque induxir propter iniquam mortalium tum temporis viuennum vitam. Veruntamen etiam ſic colentium ſe rationem habuit.

Et omne firmamentum.) Hoc eſt, Quicquid alere poterat, rarum & carum reddidit.

Miſit ante eos virum.) Vtraque ſignificauit, & fratrum nequitiam, & Ioſephi ſapiẽtiam. Malicia namque eorum eompetenter vſus eſt.

In ſeruum.) Non enim ipſe eos ad hoc coegit, vt fratrem venderent: ſed id maliciæ eotũ conceſſit. Ipſe verò conuenienter illa vſus ex ſeruo regem effecit, & deſcẽſum in Ægyptum moderatus eſt. Oportebat enim eos, qui populus Dei appellandi erant, miraculis ab ipſo factis illuſtres reddi. Cura namque & protectio erga eos declarata Deum ipſorũ prædicauit, & audiẽtes luce cognitionis Dei illuminauit. E

Humiliauerunt.) Poſt adulterij namq; calumniam in carcere moratus, & ferteis vinculis innexus eſt. Hoc autem Symmachus ſic dixit, Ad ferrum rtanſiit anima eius: pro eo quod eſt, Ad cædis vſque periculum peruenit.

Eloquium Domini.) Hęc omnia auri in morem probatus pertulit, non vt adulterationem virtutis Ioſeph cognoſceret: ſed vt philoſophiam illius aliis hominibus oſtẽderet, & veritatis archetypum proponeret.

Miſit rex.) Et vt diſpenſationis huius vtilitatem oſtenderet, ſubiecit, Vt erudiret principes eius, &c.

Conſtituit eum dominum.) Inclyrus enim coram rege, propter ſomniorum expoſitionem factus, poteſtatémque adeptus ad diuinam cognitionem & reliquos adduxit: & non verbis modò, ſed & ipſis operibus ad eandem pietatem attraxit.

Et intrauit Iſrael.) Hæc, inquit, erat Patriarchæ occaſio in Ægyptum commigrandi. Ter- F
ram Cham, Ægyptũ nominat. Quoniam Meſrem alter filius Cham fuit. Cham, enim, inquit, genuit Chus primogenitũ, & Meſrem fratrem eius. Chus verò Æthiopiam S. ſcriptura vocat: Meſrem verò Ægyptum. Iacob verò & Iſrael eundem appellat. Illud enim nomen ex patribus ſortitus eſt, hoc verò illi Deus ipſi impoſuit.

Et auxit populum ſuum.) Hoc & Exodi hiſtoria docet. Quanto enim magis illos, inquit, adfligebant Ægyptij, tanto plures reddebantur, & multiplicabat eos terra.

Conuertit

Conuertit cor eorum.) Mentem Ægyptiorũ ipſe non mutauit, ſed libertatem illis arbitrij permiſit: & inſidias non prohibuit, Iſraelitas tamen inſidiatorum victores conſtituit.

Et dolum facerent.) Nunc enim obſtetricibus Ægyptij præceperunt vt Hebræorum infantes maſculos interimerent, nunc verò illos in fluuium abijci mandarunt: veruntamen etiam hoc pacto Iſraeliticum genus mortuis machinamẽta euaſit.

A *Miſit Moyſen.*) Cũ enim iſtos miniſtros & ſeruos liberandorum cognatorum elegiſſet, miraculorum etiam virtutem illis commendauit.

Miſit tenebras.) Non eoim diuinis mandatis beati miniſtri contradicebant, ſed quæ iuſſi erãt faciebãt: prolixiſſimámque Ægyptiis & triduanam noctem, imò caliginoſiores etiam nocte tenebras inducebant. Nox eoim, etiamſi ſine luna ſit, aſtrorũ tamen ſplendorem nonnihil temperatur: illas verò tenebras Scriptura palpabiles vocat.

Conuertit aquas.) Nõ eoim colorem aqoarum tantùm, ſed & ipſam goſtus qualitatẽ mutauit, vt omnia piſcium genera perderentur.

Et dedit terra.) Quoniam enim Hebræorum fœtus fluuio tradiderant, fluuij aquam in ſanguinem mutauit, factum in illo homicidiũ argueos. Ranas verò illic ebullire fecit, in morem occiſorum infantium repentes, ac domus eorum infeſtantes, & vſque ad ipſos regios thalamos penetrantes.

B *Dixit & venit cynomyia.*) Verba ſequuta ſunt opera, & cõfeſtim Deo iubente ac Moſe dicente, & cynomyia & ſcioefes terram replerunt, non aliis hominibus perniciem inferentes, ſed aduerſariis Dei caſtigationem inducẽtes. Hoc ſignificat cũ dicit, In omnibus finibus eorum: hoc eſt, extra terminos Ægyptiorum oihil tale fieri videre licebat.

Poſuit pluuias eorum.) Nubes enim conſuetos partus ſuos mutabãt, & pro plouiis grandinem generabant. Flumina autem & flammæ cum grandine ferebantur, & contrariæ inter ſe naturæ aqua & ignis, ſeſe mutuò non extinguebant: ſed naturali pugna poſita, concordes caſtigationem Ægyptiis inferebant. Et ob eam cauſam voiuerſa ab illis plantarum genera funditùs perdebantur.

Dixit, & venit locuſta.) Per grandinem quidem & ignem, arbores perdidit: per locuſtam verò & bruchum, hortos, prata & ſegetes. Non enim fructum modò, ſed & fœnum illorum
C conſumpſit.

Et percuſſit omne primogenitum.) Hanc poſtremam plagam Ægyptiis inflixit, poſtquã Iudæos ad egrediendum vrſit. Erat enim vnaquæq; domus threnis referta. Plagam ſiquidem deſideratioribus inrulit, acerbius eos pungens, qui erga priores plagas ſtupidi fueraot.

Et eduxit eos.) Quoniam enim Hebræis Ægyptij non permiſerãt, vt res ſuas aſportarẽt, cum ſuis illi etiam Ægyptiorum opes, quaſi quãdam ſeruitutis mercedem, abſumpſerunt. Non enim hoc iniuſtè Deus fieri præcepit, ſed & iniurios corripuit, & iniuria affectos refocillauit.

Et non erat in tribubus eorum infirmus.) Plagarum enim, quæ Ægyptiis ioferebantur, expertes fuerunt.

Lætata eſt Ægyptus.) Variis enim Ægyptij suppliciis perterrefacti, Hebręorum libertatem beoeficij in ſe collati loco ducebant.

Expandit nubem.) Nubes enim eadẽ per diem illis tabernaculi vice erat, & Solis moleſtiã cohibebat: noctu verò ignea facta, lucis vſum ſuppeditabat.

Petierunt, & venit coturnix.) Quoniam eoim D
carnes concupierant, exhibuit illis auium iſtarum capturam: & panẽ petentibus, cælitus per nubes ooo pluuiam, ſed eſcam ſuppeditauit. Et ſitim illorum, admirãdis petræ parturitionibus curauit: fluuios autem, riuos aquarum, perenniter è petra promanantes vocat.

Quoniam memor fuit.) Hæc omnia illis ob eam cauſam tradidit, vt promiſſiones Abrahę factas adimpleret.

Et dedit eis regiones gentium.) Non ſolùm enim eos Ægyptiaca ſeruitute liberauit, ſed & terram Cananæorum dedit, atque alienorum laborum dominos reddidit: & illos iuſtè puniẽs, & promiſſiones ſuas ſtabiliens. Quod autem haud immeritò eos qui terram Palæſtinam inhabitabaot eiecerit, per ea quidem docuit, quæ Iudæis in lege præcepit, vbi eos cauere iuſſit, ne politiam illorum imitarentur: docuit verò & eo loco vbi Abrahæ poſſeſſionem huius terræ pollicitus eſt, quánam ratione non ſtatim dominatum illius dederit, ſed longo tempore E
peregrinari permiſerit. Nondum enim (inquit) impleta ſunt Ammorræorum peccata ad hoc vſque temporis, hoc eſt, Nondum deſignarunt, quòd omoimodo dignum ſit exitio, nec iuſtum eſt vt ſupplicium illis inferatur, oec cõuenit vt propter maiores peccati prę̨ſcientiam ſentẽtiæ condemnationis ſubijciantur, ſed expectandus eſt rerum finis. Menſura nàque & pondere vſus omnia guberno. Quapropter & triũ annorum periodũ expecto. Ita & illos eiecit, & iſtis quæ promiſerat reddidit.

Arbitror legendum eſſe, trium ſeculorum.

Et legem eius.) Dedit autẽ illis & terram promiſſum, & legem quoque, ac ſecundum hanc eos viuere iuſſit.

ARGVMEN. PSAL. CV.

Præcedenti quidem Pſalmo diuina beneficia propheticus ſermo recenſuit, in hoc verò & beneficiorum meminit, & ſupplicia illis illata præcipuè docet. Figuratus autem eſt hic Pſalmus velut in perſona piorũ communes ærumnas deplorantium, & vt miſericordiam F
conſequantur orantium.

Scholia in eundem Pſalmum.

C*onfitemini Domino.*) Et propter priora beneficia Dominum laudate, & ſpes meliores expectate. Bonos & benignus eſt Domious. Deinde, quomodo humanam oaturam miraculorum Dei narratio excellat, docet.

Quis loquetur.) Sermo oon ſufficit ad laudandum Dei omnium opificium.

Beati qui cuſtodiunt.) Senſum peccati virtutis beatifica-

beatificatio excipit. Qui namq; pœnas peccati dat, beatos eos prædicat, qui illo ſunr liberati, & vitam ſuam iuſtitia ornarunt: beatum autem non eum dicit, qui ſemel vſus ſit iuſtitia, ſed qui ſemper veſtigiis illius adhæret.

Memento noſtri Domine.) Nouum populum ſignificat, & Eccleſiam ex Gentibus, quam ſalute dignatus eſt Dominus, cuius communionem multitudo Iudæorum arripere docetur. Conueniunt autem huic ſententiæ, & quæ ſe-
A quuntur.

Ad videndum.) Oramus, inquit, vt nouę gentis tuæ lætitiam ſortiamur, ac bonitatis illi conceſſæ conſortes reddamur.

Patres.

Peccauimus.) Quandam enim veluti ſortem tranſgreſſionis legum tuarũ à patribus accipimus. Patres autem vocat, non ſanctos Patriarchas, ſed eos qui illis ſucceſſerũt. Hoc enim per ſequentia declarat.

Patres noſtri.) Cum tanta propter illos miracula facta ſint in Ægypto, potẽtiam tamẽ tuam conſiderare noluerunt.

Non fuerunt memores.) Cum enim Ægyptios videret inſectantes, & mare fugæ obſiſtere, auxilium tuum expectare nolebant, ſed contra Moſen vociferabantur, dicentes, Quaſi nõ ſint monumenta in Ægypto, eduxiſti nos, vt occidas nos in hac ſolitudine. Veruntamen eos etiã cum ingrati apparerẽt, ſalute dignatus eſt. Hoc enim ſubiecit,

Et ſaluauit eos.) Verbo namque mare nuda-
B tum, ſpacioſum & planum reddidit. Quoniam enim in ſolitudine multa eſt currentibus facilitas, eo quòd neq; plantæ ſint aut arbuſta, quæ tranſeundi copiam negent: per ſolitudinis comparationem hanc tranſeundi maris facilitatem expreſſit.

Operuit aqua.) Eadem enim vnda Hebræis ſalutem, & Ægyptiis ſupplicium attulit.

Et crediderunt verbo eius.) Viris Deum laudantibus Moſes, mulierum verò choro Maria propheteſſa præfuit. Eſt autem ſcripta oda illa.

Citò defecerunt.) Cum tanta ac talia haberent diuinæ potentiæ pignora, non petierunt vt quæ neceſſaria erant acciperẽt: neque diuinum munus expectarunt, ſed conuiciis contra ſanctos miniſtros Dei vſi ſunt.

Et dedit eis petitionem ipſorum.) Petitionem hîc concupiſcentiam vocauit. Non enim petierũt, ſed obloquuti ſunt. Et tamen nihilominus illis abundanter ad cibum omnia dedit.

Et irritauerunt Moſen.) Core ſiquidem & cœ-
C tus illius, ſacerdotium ad ſe rapere conabantur: Dathan verò & Abiron aliam meditabantur tyrannidem.

Quare Deus Dathan, Abiron, & Core percuſſerit.

Aperta eſt terra.) Dathan namque & Abiron, cum vniuerſo ſuo exercitu ſubmerſi ſunt: Core verò & qui cum illo erant, cæleſti igne conflagrarunt. Has autem pœnas de iſtis ſumpſit Deus, vt reliquos rectè ſapere cogeret: verùm nihil emendationis ex eo admittere voluerunt. Et hoc narratio eorum quæ auſi ſunt, declarat.

Et fecerunt vitulum.) Non ſimpliciter montis huius meminit, ſed vt impietatis exceſſum doceret. In hoc enim monte Dominus apparuerat, in hoc mõte terroribus eos, poſt plurimam ignis oſtentationem tubis etiam vſus, ac tonitruis grauiter inſonando, & cum tantis oſtentis legem ferendo repleuerat.

Et mutauerunt gloriam ſuam.) Adorauerunt ſculptile. Et hoc alterius ſtultitiæ accuſationem habet. Admodum conuenienter inſipientiam eorum reprehẽdit. Loco enim eius, qui tãta miracula ediderat, honorarunt imaginem vituli, cuius archetypus cibo opus habet. Cibus autẽ D
vituli non panis eſt, ſed herba & fœnum.

Obliti ſunt Deum.) Sic enim memores erant propriæ ſalutis, ſic ſupplicij de Ægyptiis ſumpti, ſic magni maris rubri miraculi: verùm omnia ſimul reſpuerant.

Et dixit vt diſperderet eos.) Cnm enim dixiſſet Deus, Sine me, & ira accenſus conteram eos, téque faciam in gentem magnam: reſpondit Moyſes, ſiquidem remittis illis, hoc peccatum remitte: ſin minus, dele me de libro quem ſcripſiſti. Vide confidentiam viri. Vſqueadeò ſcilicet familiaris eſt Deo, quę erga ipſum eſt virtus.

Moyſis confidentia.

Et pro nihilo habuerunt terram.) Alterius inobedientiæ recordatur. Deo namque præcipiente, vt potiſſimum terram ingrederentur, timoris paſſionem oſtendentes cõtrà reluctati ſunt, Cananæos dicentes eſſe viros fortes, ſeipſos verò contra illorum aciem nulla præditos eſſe virtute. Erat autẽ hoc manifeſtum incredulitatis in-
dicium. Debebant enim tantorum ac taliũ mi- E
raculorum ſpectatores aduerſum omnia de Seruatoris ſui virtute confidere.

Non audierunt vocem Domini.) Volebat de illis incredulitati pares ſumere pœnas, verùm conſueta benignitate vſus particularem duntaxat pœnam illis inflixit.

Et vt deijceret ſemen eorum.) Iterum ad intẽperantiam exorbitarũt, Moabitarum mulieribus commixti, illarúmq; impietatem edocti. Eſt autem Beelphegor ſimulacrum ab illis cultum, & Phegor ſimulacri huius locus vocatur: Baal verò ipſum ſimulacrum. Dicũt hoc quidam, Græcorum lingua Saturnum vocari. Sacrificia verò mortuorum vocat, inferias apud Gręcos dictas, quas mortuis offerre ſolebant. Nec aberrauerit quiſquam, ſi etiam eos qui dij vocabantur, mortuos appellet.

Beelphegor. Baal.

Et multiplicata eſt in eis ruina.) Rurſus enim mortem illis immiſerat.

Et ſtetit Phinees.) Quaſſationem Symmachus
plagam dixit. Docet autem hoc ipſa hiſtoria. F
Phinees enim Zambri cum Madianitide muliere manifeſtè ſeſe commiſcere auſum, arrepta haſta vnà cum muliere interemit. Huius autem zelo approbato Deus, & ipſum prædicauit, & ſupplicium quod reliquis intulerat, mutata ſententia abrogauit.

Et irritauerũt eum ad aquas cõtradictionis.) Moſen enim, cum propter ſororis mortem lugeret, accedentes, multa cum importunitate, quæ neceſſaria erant, requiſierunt. Ille verò abiecta luctus mœſtitia, conſpectáque iſtorum intemperantia, furore & obliuione occupatus,

non

non vt antea ſolita conuenientia diuino præcepto miniſtrauit: ſed hæſitatione quadam verbis immixta petram percuſſit, & aquam eduxit. Hoc enim ipſa percunctatio declarabat. Dixit enim, inquit, Moſes ad eos, Num ex hac petra aquam vobis educam? Et ob hanc cauſam indignatus Deus, terram illi patribus promiſſam non dedit: ſed hunc mori iuſſit, & per Ieſum Naue promiſſionem ſuam preſtitit. Non autem hoc ideo fecit, vt Moſen puniret, ſicuti

Moyſis hæſitatio.

Quare Moyſes terram promiſſionis non ingreſſus.

A quibuſdam videtur: ſed vt alia quædam diſpẽſaret. Primùm enim, cum Iudæorum inſipientiam ſciret, ne hunc Deum eſſe putarent. Qui namque vituli imaginem erexerunt, quem non cultum ei exhibuiſſent, qui tantorum miraculorum adminiſter fuerat? Quapropter & hoc Deus curauit, vt monumentum eius latêret. Et præterea legem temporariam eſſe per ea quæ ipſi acciderant legiſlatori, oſtendere volebat. Si enim ipſe legiſlator promiſſa terra non eſt potitus, facilè poterat ex eo conſiderari, quòd neque reliqui diu eſſent diuina illa prouidentia vſuri. Poſtquam ad hunc modum ea quæ in ſolitudine acciderant narrauit, conſequenter & eam illorum maliciam, quam in ipſa terra promiſſionis oſtenderunt, reprehendit. Commixtionem enim gentium Deus, propter impietatis communicationem, prohibuerat cum principio finem complectens, & cum radice fructum deſtruens, atque ante minus malum quod peius erat cohibens. Illi verò etiam hic
B diuinam legem tranſgredientes, neque impias gentes exterminarunt, neque commercium illarum vitarunt, ſed peruerſam earum politiam imitati ſunt.

Et immolauerunt filios ſuos.) Colophonem impietatis eorum poſtremo loco reſeruauit, nempe quòd terram ſanguinibus filiorum & filiarum polluerunt, illorúmque ſacrificia cruentis dæmonibus obtulerunt. Deo namque ne legitima quidem, ſimulacris verò etiã liberorum mactationes obtulerunt.

Scortatio.

Et fornicati ſunt.) Scortationem hîc non modò laſciuiam, ſed & ſimulacrorum cultum vocat. Quoniam enim Deo coniuncti, cultum illorum dilexerunt, ſuperſtitionem hanc rectè ſcortationem vocauit.

Et tradidit eos in manus gentium.) Hęc ipſa quoque Iudicum hiſtoria, imò & Regum commentarius docet. Nam aliquando eos Moabitis, aliquando & Amalechitis, nonnunquam & Madianitis, ſæpenumero Philiſtæis tradidit,
C vt hac caſtigatione emendationem eorum procuraret.

Sæpe liberauit eos.) Poſtquam enim eos caſtigauerat, rurſus benignum ſe exhibuit: ipſi verò illi contraria rependerunt.

Et vidit cum tribularentur.) Hoc & hiſtoriæ docent, quòd & Deum neceſſitate adacti, precati: & quòd precantes auditi ſint.

Et memor fuit teſtamenti ſui.) Propter promiſſiones enim ad patres factas, miſericordiã illis impendit: pœnitentiam verò, caſtigationis ceſſationem vocat. Deus enim pœnitẽtiæ paſſioni non eſt obnoxius.

Et dedit eos in miſericordias.) Ita Dominum mitigauerant, & ad miſericordiam flexerant, atque vt captiuis libertatem daret permouerant.

Saluos nos fac Domine Deus noſter.) Et hæc declarant propheticum ſermonem eos docere, quomodo placandus ſit Deus. Et Paulus futuram Iudæorum ſalutem per Eliam Theſbitem prædixit, Veniet enim, inquit lex, & auertet impietatem à Iacob, & hoc ipſis teſtamentum à me eſt, cum abſtulero peccata eorum. Verun- D
tamen expectandum non eſt, vt Ieruſalem denuò ſecundum inſipientiam fabulas reſtauretur, & cultus legalis, & irrationales victimæ, & circuncißio, & ſabbatha, & vmbratilis aſperſio, poſt ſacrum baptiſma reſtituantur (hæc enim anilium ac temulentorum hominum deliramenta ſunt) ſed vocatio, & veritatis cognitio, & fides in Dominum Chriſtum, & noui Teſtamenti politia.

Benedictus Dominus Deus Iſrael.) Laudatus enim in omnibus eſt Dominus, qui Deus Iſraelis appellatus, tantámque mortalium gratia ſalutem operatus eſt. Conuenit autem vt omnis populus ad laudantium vocem, Amen ſuccinat. Illud enim Fiat, Hebræus Amen vocat: vnde & conſuetudo hæc in Eccleſia permanſit, vt ſacerdotis doxologiæ populus per Amen aſtipuletur.

Amẽ quare ſuccinitur in Eccleſia.

ARGVMENT. PSAL. CVI.

E

Sæpenumero vetus Teſtamentum noui vmbram quandam eſſe oſtendimus. Nihilo tamen minus illud ex hoc quoque Pſalmo facile cognoſci poterit. Et Iudæorum enim liberationem, & omnium mortalium ſalutem prædicit. Multum autem conſequentiæ ad præcedentes habet. Centeſimus enim quartus narrationem promißionum ad Patriarchas à Deo factarum, & poſteris illorum exhibitarum habuit. Hunc ſequens, præter beneficiorum commemorationem etiam de Iudæorum ingratitudine, & de ſuppliciis illis propter hanc illatis docuit. Hic præſens de liberatione è captiuitate per inenarrabilem Dei benignitatem facta vaticinatur. Quoniam verò in illis, quæ nos concernunt adumbrata ſunt, videamus in hoc Pſalmo noſtræ ſalutis vaticinia. Maxima nãque prophetiæ huius portio nobis magis quàm illis conuenit.

Scholia in eundem Pſalmum.

Confitemini.) Iterum ad laudandum Deum hortatur, cauſam verò hymnodiæ huius F
benignitatem Dei eſſe dicit.

Dicant qui redempti ſunt.) Et Iudæos Babylonica ſeruitute, & nos diabolica tyrannide liberatos, Deum ſemper laudare conuenit.

Et de regionibus.) De Iudæis quidem hoc ad iſtum modum factum non cognoui. Per orbem enim vniuerſum diſperſi agunt, Eccleſiam verò ex gentibus in omnibus orbis regionibus vocauit & cõgregauit, & huius congregationes vbique terrarum & marium cernere licet.

Errauerunt in ſolitudine.) Neq; enim Iudæi po-

tenriam eorum à quibns capriui detinérur effu-
gere,& patriam ſuam recuperare:neque qui ex
genribus crediderunr, ante Seruaroris incarna-
rionem,piam politiam inuenire potuerunt.

Fames verbi Dei.

Eſurientes & ſitientes.) Diuinæ doctrinæ ſa-
mes & hos & illos adflixir. Iudæi ſiquidem in
Babylone ſeruientes & ſacerdoribus deſtirue-
banıur,& culrum legitimű ſeruare nequıbanr:
gentes verò neque legem Dei acceperant , ne-
que ſpiritalem doctrinam,per quam aluntur a-
A nimæ,conſequebantur. Hanc ſanè famem Iu-
dæis Deus comminatus eſt. Adducam enim,
inquit , ſuper rerram , non famem panis , ne-
que ſitim aquæ , ſed famem audiendi verbum
Domini.

Et clamauerunt ad Dominum.)Qui reliquos in-
ter Iudæos pietare excellebãt,orationem hanc
Deo obrulerunt. Er hoc nos propheria Danie-
lis docer. Ipſe namque & tres pueri pro omni-
bus Deo ſupplicantes miſericordiam quæſie-
runt : gentes verò cum ærumnis conflictantes
ingemuerunr , ac ploratibus inſolabılıbus re-
ſurrectionis ſpem non habentes vſi ſunt. Solu-
tionem quidem vrgériumn malorű apud Deum
omnium non quæſierunr , arramen gementes
vidir benignus Deus , miſericordiámque ex-
hibuit.

Et deduxit eos in viam rectam.) Iudæis quidem
per Cyrum Perſatum regem reditum largitus
eſt , genres verò per ſanctos Apoſtolos direxit,
ſupernámque ciuirarem oſtendir , cuius fabri-
B cator & conditor ipſe eſt.

Confiteantur Domino.)Illud,Er mirabilia eius,
&c.ſic reddidir Symmachus,Portéta eius, quæ
in filios hominum, &c. Gratitudinis hymnum
nec miſericordia, nec mirabilia Dei:ſed qui rá-
tis bonis poriti ſunt , Deo offerunr. Admirabi-
lis quidem erat Iudæorum liberatio , admira-
bilior verò eſt totius orbis ſalus , & ad meliora
conuerſio. Horum autem omnium conciliatrix
eſt miſericordia.Non enim propter iuſtitias no
ſtras quas profecerimus nos , inquir Apoſtolus:
ſed ſecundum multam miſericordiam ſeruauit
nos,&c.

Quia ſatiauit animam.) Et Iudæos fame & ad-
flictione implicaros , ac tabefactos etiam fame,
malis quibus premebãtur, lıberauir, & vniuer-
ſam mortalium naturã diuinis doctrinis aluir,
caliginéque ignorantiæ exemptam luce cogni-
tionis ſuæ illuminauir , ac reſurrectionis ſpem
dedit,deinde & fortia peccatorum vincula diſ-
rupit.Catenis enim ſuorum quiſq; peccarorum
C conſtringitur.Er væ illis qui peccatum ſuum at-
trahunt velut ſune longa , & iniqnitares ſuas
quaſi loro iugalis viruli.

Et clamauerunt ad Dominum.)Harum omnium
moleſtiarum cùm Iudæis rum omnibus morta-
libus canſa peccatnm eſt. Illi namque pœnas
dãres Babylonicæ rraditi ſunt ſeruituti,& vni-
uerſi mortales poſt mãdati rranſgreſſionem la-
borum ſubiecti ſunt miſeriæ. Tantis autem ca-
lamitatibns concluſi , cum nullam omnino vr-
gentium malorum ſolutionem inuenirent, ipſe
idem qui eos illis depurauerar, etiam liberatio-
nem ab illis largitus eſt.

Et eduxit eos è tenebris)Et horum & illorű mi-
ſertus , hos quidem vrgentibus ærumnis , illos
verò ignorãriæ renebris liberauit, ac ſeruitutis
vinculum diſrupit.

Quia contriuit portas.) Portas æreas & vectes
ſerreos de eo poſuir , quòd mala iſta euadi ne-
quirenr.Quemadmodum enim impoſſibile eſt,
vt qni intra rales porras & vectes concluſus te-
netur effugiat:ira & Iudæis impoſſibile erat Ba
bylonicam ſeruiturem, & omnibus mortalıbus
mortis euadere potentiã. Sola miſericordia Dei D
& huius & illius imperiű deſtruere,ac triſtium
ſolutionem largiri valuit.

Propter iniuſtitias enim ſuas,)Neque Iudæi ne-
que omnis humana natura in triſtia immeriıò
inciderunr , ſed & illi & iſti delictorum pœnas
dederunr. Arramen vtroſq; Deus ſalute digna-
tus eſt.

Omnem eſcam.) Iudæi namque multitudine
malorum comprehenſi,ıpſam quoque eſcam a-
uerſabantur. Oblitus enim ſum,inquit, come-
dere panem meum:gentes verò neque philoſo-
photum ſuorum dnctrinis artendere voluerũr.
Quapropter & alij Socrarem morte cődemna-
runt, alij Anaxarchum inſolenris ſupplıcij for-
mam poſuerunt,alij Pythagoræ ſucceſſores fla-
gellarunr , immaturámque mortem illis intule-
runt. Veruntamen & iſtis Deus immortalem ci
bum tradi curauit,perſuaſitque vt ad hanc ani-
mo propenſo accurrerent, & è portis mortis il-
los lıberauit.

Miſit verbum ſuum.) Deinde & modum ſalu- E
tis docer. Deus enim verbum , homo factus &
miſſus, vt homo, (vt Deus enim incircumſcri-
ptus eſt) omnis generis animarum vulnera ſa-
nauit , & corruptas cogitationes incolumes
reddidit.

Confiteantur Domino miſericordia eius.) Pro his
omnibus vtique æquum eſt Deum laudare,
tanta vſum miſericordia , & inopinam nobis
ſalutem largitum : deinde & ignorantes doce-
re , & quoſuis ad hymnodiam excitare. Sacri-
ficium verò laudis Deo offerre præcepit , &
non irrationalium animalium victimas. Nam
& hoc loco legalem cultum reijcit. Hoc ve-
rò ſacrificium , gratiarum actionem reddidit
Aquila.

Qui deſcendunt mare.) Parabolicè iſta poſuit. *Simile.*
Dicit autem,quòd quemadmodum nauigantes
præcipuè diuinam magnificentiam in pericu-
loſos quidem fluctus incidentes vident , præ-
rer omnem verò humanam ſpem ſalute po-
riuntur : ita & Iudæi in illas ſuas calamitates F
inciderunt , liberratémqne diuinitùs conſe-
quuti ſunt , atque ita potentiam Dei cognoue-
runt.Quanquam & omnes homines inopinam
rerum murationem, & priſtini erroris oblatio-
nem,animarum tranquillitatem,ac reſurrectio-
nis portum conſpicati,mortis principem admi-
rati ſunt.

Dixit & ſtetit.)Per hęc docet,quòd nutu Dei
& triſtia & iucunda accidant.

Aſcendunt vſque ad cælos.)Manet in tropo,&
videtur quidé de nauigantibus loqui:ſignificat
autem per hæc multiuarias naturæ ærumnas,
quas

quas nemo humana ſapiẽtia vſus diſſoluere valear. Neque enim naucleri iam hac iam illac temulentorum in morem iactati, quando fluctus ſupereminent, etiamſi vniuerſam nauigandi artem adſerant, pericula illa ſuperare valent.

Et clamanerunt ad Dominum.) Et illis qui nauigantes ſe inuocãt: auxilium ſuum porrigit & annuit, & confeſtim tempeſtas in tranquillam auram conuertitur, & pelagus procellis liberatur: & qui rebus triſtibus conflictabantur, per A ipſius gratiam malorũ mutationem, ſicut & Iudæi ſeruitutis inueniunt.

Et deduxit eos ad portum.) Voluit, & ſolutio facta eſt malorum, & prò fluctibus portus apparuit. Hoc autẽ nobis magis cõgruit, quàm illis. Diuinam enim nobis ſcientiam dedit.

Confiteantur Domino miſericordia eius.) Et hoc à gentibus fidelibus fieri cernere licet. In omnibus enim per orbem Eccleſiis ſacro conſidente cœtu, vniuerſus populus benefactorem admiranda diuinæ benignitatis opera recenſens, laudat.

Nota de cæn populi in Eccleſia.

Poſuit flumina in deſertum.) Laudant autem eum, qui ſalutem conſequuti inopinam mutationem vident. Qui nãmque olim multis propheticis fluuiis irrigabãtur, ac fructum tempeſtiuũ Deo proferebant, iam ne modica quidem humiditate potiuntur.

Poſuit deſertum in ſtagna aquarum.) Gentes autem olim deſertæ, & ne exiguam quidem guttam habentes, doctrinæ iam vndis alluunt, vt B rationalia fluenta plus quàm neceſſe eſt conſequutæ.

Et collocauit illic eſurientes.) Eos enim qui olim fame ſpiritalis cibi contabeſcebant, in fluuiis illis habitare fecit, & piam illis politiam conſtituit.

Et ſeminauerunt agros.) Et hæc omnia tropicè dixit Propheta: & Dominus talibus eſt parabolis vſus, & nunc quidem Apoſtolos meſſores vocauit, nunc verò ſeipſum ſeminatorem & agricolam: & terram bonam, eos qui verbum haud magno negotio ſuſcipiunt, fluenta dicta ſunt, & ſemina. Et Apoſtolus dicit, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus incrementum dedit. Et iterum, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Seminarum itaque D. Apoſtoli diuinas prædicationes ac rationales Deo plantauerunt hortos, illique tempeſtiuum iuſtitiæ fructum attulerũt. Similiter & quotquot poſt illos docendi munus acceperũt, eadem perſeuranter fecerunt.

C *Et benedixit eis.*) Qui namque in benedictionibus ſeminat, in benedictionibus & metet, ſicut D. Apoſtolus dicit, Iumẽta verò eos vocat, qui ab ipſis ſunt paſti, quos & ipſe Domin⁹ virtute patrandorum miraculorum ſubminiſtrata, creſcere fecit. Et Lucas in Actis teſtis eſt dicẽs, Dominus verò Eccleſiæ quotidie addebat qui ſaluabantur. Deinde iterum de malis illis vaticinatur, quæ Iudæis acciderunt.

Et pauci facti ſunt.) Itaque qui olim deſertum & arida loca inhabitarunt, tanta potiti ſunt fœlicitate & benedictione: qui verò propheticorum fluminum irrigationem conſequuti fuerant, poſtea illa propter animi maliciam deſtituti in multiuarias ærumnas inciderunt, & per orbem vniuerſum diſperſi ſunt, ita vt populoſiſſima illorum ciuitas à paucis inhabitetur.

Effuſa eſt contentio.) Teſtantur de hoc vaticinio res ipſæ. Etenim qui videbantur ipſis principes eſſe & doctores, hos nullius fecit eſſe momenti.

Et errare fecit eos.) Symmachus ſic, Et errare D faciet eos in vanitate mẽtis. Deus errorem non inducit, ſed immorigeros gubernatione ſua deſtitutos ferri ſinit. Illi autem inermes & inanes hac illac iactati oberrant. Hoc & Iudæis accidit. Rectam namque vitam deſerẽtes, ſuas ipſorum cogitationes ſequuntur.

Et adiuuit pauperem.) Gentes enim olim pauperes, nunc ſpiritales poſſident diuitias.

Et poſuit ſicut oues.) Aquila ſic, Et leuabit pauperem ex inopia, & ponet ſicut gregem cognationes. Curam enim eorũ, ſicut ouium ſuarum gerit, & illis tanquam cognatis ſecundum carnem prouidet.

Videbunt recti.) Hæc enim videntes, qui recta prædití ſunt mente, lætitia replentur. Qui verò impiè & iniquè viuere volunt, ad terram deſpicere ſilerẽque iuſto iudicio refrenati coguntur.

Quis ſapiens.) Non enim cuiuſuis eſt benignas Seruatoris intelligere & cognoſcere diſpenſationes, ſed eius qui ſapientia & intellectu E vtitur, & ad Dominum clamat, Illumina oculos meos, & conſiderabo mirabilia tua.

ARGVMEN. PSAL. CVII.

Et hic Pſalmus ſimiliter de Iudæorũ è Babylone reditu, & Gentium ſalute vaticinatur. Multum autem cognationis habet cum 55. & 56. Pſalmis.

Scholia in eundem Pſalmum.

P*Aratum cor meum Deus.*) Iam antea diximus, Prophetam gloriam ſuam vocare propheticam gratiã. Prophetica melodia vſus, inquit, dicam tibi Domine, quàm firmo ſim corde, & ad ſuſcipiendam D. gratiam tuam parato.

Exurge Pſalterium & cithara.) Pſalterium & citharam Propheta ſeipſum vocat, velut enim muſico quodam organo, in ſeipſo propheticam melodiam ſonabat: ſeipſum itaque ad hymnodiam excitans, pollicetur ſe hoc diluculo facturum, tanquam aliquando non ipſe ſo- F lus hymnum hunc oblaturus, ſed cum innumeris gentibus & populis diuinam odam ſonaturus. Diluculum autem Seruatoris incarnationem vocat. Illinc enim orta eſt lux veritatis, ex eo tempore B. Dauid per totum orbem Deo canit.

Diluculũ.

Quia magna eſt ſuper cælos.) Omnia miſericordię tuæ magnitudo vincit. Iam antea diximus quòd nubes vocet Prophetas, Apoſtolos, & quotquot docendi gratiam ſunt cõſequuti. Per hos enim Deus, velut quaſdam nubes ſpiritalem irrigationem hominibus profert.

Nubes qui ſunt.

Exaltare ſuper cælos Deus.) Hinc & Abacuc dixit,

dixit, Operuit cęlos virtus eius. & Dauid, Quoniam exáltata eſt, inquit, magnificẽtia tua ſuper cælos. Illud itaque, Exaltare, idem eſt atque, Oſtende te exaltatum & omnibus ſuperiorem, & omnis terra cognoſcat gloriam tuam.

Vt liberentur dilecti tui.) Oſtẽde potentiã tuam mortalibus omnibus, quos tibi coniunctos & charos facere dignatus es. Suſcipe igitur orationem meam, ad dexterã tuam, id eſt, bonam operationem porrige.

A *Deus loquutus eſt.*) Hoc eſt, Loquutus eſt per gratiam Spiritus ſancti.

Exultabo, & diuid[am] Sicimam.) Qund petiit Propheta, id conſequutus eſt. Quoniam dixit, Exaltare: reſpondet iam Dominus dicens, Exaltabor. Deinde & modum exaltationis oſtẽdit,
Sicima. dicens, Diuidam Sicimam. Sicima ciuitas erat Ioſepho peculiariter tradita. Quin & conuallem, quæ paſtorum tabernacula habet, ab integro habitatoribus replebo, redeuntibúſq; ipſis diuidi curabo.

Meus eſt Galaad.) Appropriabo mihi nõ ſolùm
Galaad. Manaſſem, ſed & regionem eius. Galaad enim
Manaſſe. nomen eſt loci Manaſſes: Manaſſe verò appellatio tribus eſt. Sed & Ephraim priorẽ reddam potentiam: Iudam verò inter omnes tribus regnare faciam. Poſt reditũ enim è Babylone tribus indiuiſę manſerunt. Zorobabel autẽ & harum & illarum princeps fuit: propriè verò Dominus Chriſtus, qui ex Iuda ſecundum carnem ortus eſt, omnis creaturæ rex eſt.

B *Moab lebes ſpes mea.*) Tantũ autem virtutis populo meo præſtabo, vt & Philiſtæis dominetur, & Moabitas & Idumæos ſubiectos habeat. Exactius autẽ iſta in Pſal. 59. expoſuimus, quapropter hîc prolixi non ſumus.

Quis deducet me.) Animi iucũditate Propheta ex bonorum vaticinio repletus, deſtructam vrbem reſtitutam, & Idumæos Iudæis ſubiectos videre cupit. Hæc autem, inquit, exhibere nemo poterit, niſi tu ſolus qui nos iam repuliſti, ſeruiréque iuſſiſti.

Et non exibis Deus in virtutibus noſtris.) Symmachus ſic, Nec prodire volens cũ exercitibus noſtris. Neq; enim vnquam te duce victi eſſemus.

Da nobis auxilium.) Fac igitur, vt ceſſent triſtia. Vanum eſt enim, & inutile & nullius momenti, quodcunque humanum auxilium, ſi tu cooperatus non fueris.

In Deo faciemus virtutem.) Quapropter prouidentiam tuam imploramus. Per hanc enim ſolam inimicos vincere poterimus.

C

ARGVMEN. PSAL. CVIII.

De aliquo dictus eſt hic Pſalmus, Spiritu ſancto de Iuda quadam per Dauidem: reliqua verò, de aliis prophetante. Eſt enim hic prophetia modus, & multis illum locis ad hunc modum conſtitutum reperimus. Et proœmia quidem in alium, reliqua verò rurſus in alium ſunt dicta.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Eus laudem meam.*) Ne negligas, inquit, ſupplicium. Quę facta ſunt ad iudicium voca. Tu namque magnus es, & iſta corrigere potes.

Loquuti ſunt aduerſum me.) Hoc enim potiſſimum Deum exacerbat, quãdo quæ praua ſunt, multa circumſpectione faciunt, qui illa exercent. Aliud enim eſt, ſi quiſquam occupatus ſeducatur, vt opus malum faciat: & aliud, ſi quis malignè contra benefaciẽtem agat. Quod enim dicit, Pro eo quod ego diligebam, detrahebant mihi: nihil aliud innuit, quàm quòd benefaueuti contraria rependerint. Deinde dicit, Ego verò orabam. Cum hæc mihi, inquit, D
ad hunc modum accidant, auxilium & opem abs te peto.

Cum iudicatur.) Hoc eſt, Accuſationi ſubijciatur à malis hominibus & inſidiatoribus, nec victor illorũ euadat. Hoc enim eſt, quod dicit, Cum iudicatur, exeat condemnatus. Deinde poſtquam de Iuda dixit, quomodo ſeipſe condemnauerit, quomodo ſtrẽgulatus ſit, quomodo mortis ſententiam cõtra ſeipſum tulerit, quomodo Apoſtolatus eius ad alium tranſlatus ſit: rurſus priori materiæ inhæret. Adumbrata eſt autem hæc prophetia propter ingratitudinem Iudęorũ. Innuitur autem, quòd initio dixi, quẽdam ſacerdotio poſt tempora reditus è Babylone inſidiaturum fuiſſe: quod norunt intelligentiores, qui hiſtoriam inſpiciunt. Et tali magna mala prædicit, priuationémque præſulatus, & omnia illi noxia accumulari, & vt nullam ſortiatur nec patiẽtiam nec benignitatem nec veniam, precatur.

Pro eo quòd non eſt recordatus.) Extremę hoc cru E
delitatis eſt, & multæ inhumanitatis. Quem enim miſereri & ferre ac dirigere oportebat, hunc repulit & ſubuertit.

Et dilexit maledictionem.) Poſteaquam multas illi ærumnas imprecatus eſt, oſtẽdit principium & cauſam harum non ex ſe, ſed ex illo eſſe, qui ipſis operibus opem Dei reſpuerit, ac diuinam plagam ſibi ipſi accerſerit.

Et noluit benedictionem.) Hoc loco & vehemẽtiam plagæ, & ſtabilitatem ſupplicij oſtendit, declarans omnia mala mortalibus ex ipſis & proprij animi vicio accidere, quòd videlicet per opera & actus proprios bona à ſe pellant, ſéque ipſi pœnis ſubijciant.

Et induit maledictionem.) Hoc autem, inquit, inenarrabilem irã Dei oſtendit, quòd tales mala ira occupant ac detinẽt, vt nec mutationem aliquam accipiant, ſed corroborentur & firma in illis permaneant.

Hoc opus eorum.) Hoc eſt, Iſtud ſit ſupplicium, hæc ſit pœna eorum, qui in me inſurgunt, & F
mihi inſidiantur.

Et qui loquuntur mala.) Ergo & verborũ acerbiſſima danda eſt ratio & pœna luenda.

Et tu Domine Domine.) Vide animi gratitudinem. Eſt enim hoc multis videre Scripturarum locis, quòd iniuſtè ab hominibus adfliguntur, multam fiduciæ occaſionem habeant, ad acquirendum à Deo auxilium. Verùm hîc illa neglecta, ad ſolam benignitatem Dei confugit: Fac mecum, inquit, propter nomen tuum: non quòd dignus ſum, ſed propter temetipſum, eo quòd benignus es & miſericors.

Quapro-

Quapropter & ſubijcit, Quoniam bona eſt miſericordia tua. Hominum enim miſericordia talis non eſt·ſit enim aliquando, vt & noxia ſit & pernicioſa: Dei verò vbique ad vtilitatem facit.

Libera me, quoniam egenus.) Non tanquam dignum aut iuſtum, ſed vt ſubuerſum & innumera mala perpeſſum. Talis enim eſt calamitatum potentia, vt non corpus modò, ſed & animum perturbet.

A *Sicut vmbra.*) Inſidiarum vehemétiam dicit, & ſe per iniuriam adfligētium indicendam maliciam, & ſimul quam ipſe in talibus ſedulitatem præſtiterit.

Et ego factus ſum opprobrium illis.) Tales enim ſunt malorum animi, vt non ſolùm non reuereantur, quando iuſtum pietatem intendere vident: ſed & probris afficiant, perſtringant & inſultent.

Et ſciát quòd hac ſit manus tua.) Quid eſt, quòd hæc ſit manus tua? Quòd auxiliũ hoc tuum ſit, quòd tuum ſit adiutorium. Non enim ſeruari tãtùm cupio, ſed & illos cognoſcere, à quo ſim ſeruatus.

Maledicent illi.) Quandam hîc philoſophiam docet, quòd etiamſi mille modis maledictis petant, Deo benedicente non ſolùm nihil ab illis ſit damni, ſed & confuſio ad eos ipſos auertatur.

Qui inſurgunt in me.) Nihil me moleſtiarum perturbare poterit, lætitia nobis quæ abs te eſt, B ſynceta permanente.

Induantur, qui detrahunt mihi.) Petit vt non ſolùm ſupplicio tradantur, ſed & confuſionem & pudorem induant.

Confitebor Domino.) Pro his omnibus gratitudinis loco hymnologiam Deo, & gratiarum actionem offert, & in medio ſe theatri coram illis qui adſint, præconem illius futurum pollicetur.

ARGVMENT. PSAL. CIX.

Non vnius tãtùm perſonæ meminit in hoc Pſalmo, ſed vnius ad alteram loquentis. Aliquando autẽ thronus regni ſymbolum eſt, illic verò regni eſt identitas.

Scholia in eundem Pſalmum.

D*Ixit Dominus.*) Quando audis patrem ponere quoſdam ſub pedes filij, nihil inde turberis. Non enim hęc ita ſunt dicta, quaſi imbecillis ſit filius, Quando igitur audis quòd pa-
C ter ſubiecerit, ne putes filiũ extra hoc opus eſſe ſecluſum: & ſicubi audieris filium ſubieciſſe, ne dicas patrem alienum eſſe ab eo opere. Sunt enim communia illorum opera.

Virgam virtutis.) Virtutem eius dicit, & Sionis meminit, quoniam ex illa principium facta Chriſti ſumpſere. Illic & legem dedit, illic miracula operatus eſt, illinc prædicatio ſumptis initiis per vniuerſum orbem obtinuit.

Et dominare.) In mediis, inquit, Græcis, in mediis Iudæis. Ita namque Eccleſiæ in mediis plantatæ ſunt Græcis, in mediis Iudæis.

Tecum principium.) Non quòd nouiſſimè acceſſerit, ſed quòd ſemper in te ſit. Diem verò virtutis dixerit quiſquam eam quæ fuit, nempe reſurrectionis, ſiue nouiſſimè futuram. Vtraque maximæ virtutis demonſtrationem habet. Indicium enim maximæ virtutis eſt, quòd morte mors euacuata eſt, & quæ alia ſunt ſimilia.

In ſplendoribus.) Etiam hoc de die illo & aduentu Domini futuro diſſerit. Splendorem verò hîc, pulchritudinem ſanctorum dicit, qui ſplēdore ſuo Solem excelluerunt, & adhuc ex- D
cellent.

Ex vtero.) Veram hîc & minimè fucatam filij Dei generationem exprimit. Quemadmodum enim manum dicit, nõ vt ego Deo manum eſſe ſuſpicer, ſed vt opificij virtutem intelligam: ita & vteri meminit, vt exprimat generationis huius veritatem. Illud, Ante Luciferum, non ante ortum, ſed ante naturam Luciferi dicit, antequam fieret Lucifer.

Iurauit Dominus.) Quemadmodum ira non eſt in Deo ita, ſed operatio ſupplicij, & nõ paſſio: ita nec iuramentum. Non enim iurat Deus, ſed quod omnino futurum eſt dicit. Quid eſt autem illud, Secundum ordinem Melchiſedech, niſi propter myſteria, quod & ille Abrahæ panem & vinũ attulit, & quòd ſacerdotium illius fuerit à lege liberum, & propterea quòd nec finem, ſicut & Paulus dicit, nec principium habuit?

Dominus à dextris tuis.) Quoniam diſpenſatio-
nem attigit, ſermonem ad humiliora demittit, E
carni inditũ eſſe auxilium dicens. Viſa eſt enim carnis natura ſudorem & guttas ſanguinis emiſiſſe, & confortationem accepiſſe.

Iudicabit in nationibus.) Non aberrauerit quiſquam, ſi hoc de illis dicat, qui contra Eccleſiam inſurgunt, & de illis qui factorum ſuorũ pœnas daturi ſunt. Vel de Iudæis loquitur, quos funditùs multa cum vehementia perdidit.

De torrente in via bibit.) Hoc dicit, Nec cũ faſtu ingredietur, nec ſatellites habebit, cum aduenerit: ſed tenui ac frugali vitæ ſeipſe tradet, ac tali vt de torrente ſit bibiturus. Qualis enim menſa illius fuit, talis fuit & potus.

Propterea exaltabit caput.) Non ſolùm nihil illi tenuitas iſta nocuit, ſed & eum ad inenarrabilem ſublimitatem euexit.

Scholia in Pſalmum CX.

C*Onfitebor tibi Domine.*) Quid eſt quòd dicit,
In toto corde meo? vt breuiter dicã, Cum F
omni animi propenſione. Cor autem dixit, tanquam non ſimpliciter verbo, aut lingua aut ore tantùm: ſed & ex animo Domino confeſſurus.

In conſilio iuſtorum.) Itaque iudice ſyncero & concilio incorrupto opus eſt. Et manifeſta erũt opera Dei, & multa admiratione referta.

Exquiſita in omnes voluntates eius.) Exactè cõſiderata, ſufficientia & potentia ad faciẽdum voluntates eius, nec mutila nec deficientia. Et aliter, Quoniam ita ſunt perfecta, vt attẽdentibus exactiſſimam rerum ſcientiam adferant.

Confeſſio & magnificentia.) Singula, inquit, opera Dei viſibilia, ſufficiunt ad hoc vt ſpectatorem ad gratiarum actionem, laudandúmque & glorificandum opificem permoueant.

Et iuſtitia eius.) Neq; qui iniuriam infert, neque qui quæuis rapit, neque auarus vitam ſuam in pace finiét. Omnium enim actorum ſuorum Deo rationem reddent. Deus enim eſt ſemper exiſteos, & perpetuam iuſtitiam habens.

Memoriam fecit.) Non defecit, inquit, ſine in-
A termiſſione mirabilia patrando. Hoc enim eſt quod dicit, Memoriam fecit mirabiliũ ſuorum, id eſt, Non ceſſauit, non deſtitit per omnes generationes mirabilia operari, & craſſiores per portenta excitare.

Miſericors & miſerator Dominus.) Annunciat illis mirabilia ſua, & prouidentiam ſuam ipſis operibus oſtendit, quòd hoc non ſui commodi gratia, ſed per miſericordiã & philanthropian faciat.

Eſcam dedit.) Quánam ratione timentes hîc poſuit? Non enim hos ſolos paſcit. Solem quippe ſuum producit ac pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Eſcam mihi hoc loco non corporalem, ſed ſpiritualem dicere videtur. Hæc enim ſolis eſt timentibus ipſum deſtinata.

Memor erit in ſeculum.) Si namque ciuitates ſplendidas ædificaueris, non dices, Hoc tibi propter tuam accidiſſe iuſtitiam: ſed propter teſtamentum cum patribus tuis erectum. hæc Moſes dicit.

B *Virtutem operum ſuorum.*) Tropæa namque inter eos erecta, abundè prædicationis loco ſunt illis qui animum aduertunt. Acciderunt enim illa non humana conſequentia, ſed ſupra rationis captum. Cum enim dicit, Virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo: idem eſt atque, Oſtendit illis potentiam ſuam, non ſolùm gentes eijciendo, ſed tali modo, per quem potiſſimum potentiam Dei perſpicuè cognoſcere poterant.

Opera manuum eius.) Quoniã de potentia eius diſſeruit, diſſerit & de iuſto illius iudicio, quòd non ſolùm potentiam in factis ſuis, ſed & multam philanthropian oſtẽderit. Eſt enim in con-
Veritas. ſueto ſanctæ Scripturæ, vt veritatẽ pro philanthropia vſurpet. Si namque iuſtitiæ tantùm ratione vſus eſſet, omnia perijſſent.

Fidelia.) Poſtquam de portentis, miraculis & operibus eius loquutus eſt, ſermonem iam ad materiam præceptorum eius transfert. Non autem ſimpliciter, omnia mandata dixit, ſed vt
C multa eſſe mandatorum genera admoneat, vtpote creationis, quæ naturæ ab initio ſunt indita, ſcripta quoque & non ſcripta, propterea dictionem hanc poſuit.

Facta in veritate.) Nihil hîc obliqui, nihil tortuoſi, nihil obſcuri, nõ ſicut humanę leges multum habent in ſe incõmodi & obſcuri, ſed omnia ad commoditatem ſunt inſtituta. Illæ namque mendaces, Dei verò veraces.

Redemptionem.) Secundum hiſtoriam quidem Iudæorum, ſecundum anagogen verò totius orbis liberationem dicit, quod & ſequentia declarant.

Mandauit.) Nouum Teſtamẽtum dicit. Quoniam enim mandatorum ac legis meminit, illa verò tranſgreſſionem & iram operata eſt, dixit Dominum liberationem populo ſuo per legem gratiæ miſiſſe, vt vitæ cõuerſationem gratia dignam oſtendamus.

Sanctum & terribile nomen eius.) Quoniam enim virtutem eius conſiderauit, numine quodam adflatur, & attonitus magnificentiæ illius conſideratione redditus, in glorificationem deſinit. D

Initium ſapientiæ.) Initium hîc, fons, radix & argumentum eſt. Quoniam enim tanta de Domino otbis dixit: iam conſequẽter ſubdit, eum qui hunc timet, omni adimpleri ſapiẽtia. Deinde ne dicat quiſquam, ſapientiam hanc in ſola conſiſtere ſcientia, ſubijcit,

Intellectus bonus.) Non enim ſatis eſt fides, niſi & vitæ conuerſatio fidei conueniens accedat.

Scholia in Pſalmum CXI.

BEatus vir qui timet Dominum.) Præcedenti pſalmo timentem Domini ſapientem, hîc verò illum beatum eſſe dixit, eo quòd reliqua omnia vanitas, & vmbra, & res viles ſunt. Deinde quoniam & dæmones Deum timent, ne ſolùm timorem ad ſalutem ſufficere putes, adijcit dicens,

In mandatis eius.) Hoc autem ideo dicit, vt vitam & politiam exactè inſtitutã exigat. Et non ſimpliciter dicit, Mandata eius faciet, ſed cum E
animi propenſione & intẽſione, ita vt qui tales ſunt, vehementer mandata Dei affectent.

Potens in terra erit ſemen eius.) De Iudæis hoc dictũ eſt, ſicuti res ipſa declarat (cum enim illi pleni ſint maledictione, quomodo aliis cauſa benedictionis eſſent) ſed & Eccleſia, quæ propter fidei cõmunicationem ſemen eius hîc appellatur. In terra verò, dicit, quòd virtus in ſeipſa etiam antequam ex hac vita migremus, ſicut dixi, retributionem habet.

Generatio rectorum benedicetur.) Vide hãc ſplendentem, & innumeros præcones ac celebratores habentem: ídque non ſimpliciter quoſuis, ſed prudentes. Non enim poterit eam quiſquam eorum hominum videre, qui adhuc humi repunt.

Gloria & diuitiæ.) Gloriam & diuitias Scriptura bonorũ operum poſſeſſionem vocare ſolet. Quod ſi quiſquam defluxis opibus dixerit, F
ne ſic quidẽ deficiemus. *Quis enim erat Apo- ** Sufficiet legendum, Quis enim non erat Apoſtolis, &c.*
ſtolis in pecunia ditior? Verũ illi pecunia ſublimiores erant.

Et iuſtitia eius manet.) Vniuerſam virtutem dicit ſiue iuſtitiam, ſiue philanthropian, quæ ſanè perpetuò manent.

Exortum eſt in tenebris.) Quoniam beatum deſcripſit eum, qui Deum timet, & res eas dicit, quæ illi in hac vita contingunt, videlicet quòd poſſeſſiones eius ſint immortales, gloriáque potiturus, & in rebus moleſtis multam ſit habiturus ſecuritatem.

Miſericors & miſerator.) Si enim miſericors eſt, & eos qui peccarunt venia dignatur: multò

magis

magis eos qui quæ tecta ſunt faciunt, non deſpicier, nec coronis deſtituet. Si verò iuſtus eſt, vt eſt, quod dignum eſt cuique reddet, etiamſi in hac vita non reddat.

Iucundus homo qui miſeretur.) Vide quomodo præmia benignè ſtatuat, quòd fructus eius perpetuò maneat, quòd tentationibus liberandus, quòd pro Deo zelaturus, quòdque peccatorum ſuorum remiſſionem accepturus ſit. Hoc enim quod dicit, Diſpenſabit ſermones ſuos in iudi-
A cio, vel in futuro die fiet: vel idē eſt atq;, Concinna & diſpoſita erunt illius omnia, nec quicquam erit in verbis eius, quod ſit confuſum.

In memoria æterna erit iuſtus.) Vide, quomodo non ſolum in præſenti vita ſua, ſed & poſt mortem multos doceat & inſtituat. Vt enim illi qui vehementer ſunt increduli, cognoſcant fructū iuſti manere perpetuò, tradit hîc illius experientiam: oſtendens, quòd ſæpe dixi, virtutē ante futura præmia, etiam in ſe ipſa habere retributionem.

Ab auditione mala non timebit.) Quemadmodum ſuprà non dixit, Quia in ſeculum non tentabitur: ſed, quòd etiam ſi tentetur, in ſeculum tamen non moueatur: ita & hoc loco non dixit, Malum nuntium non audiet: ſed, Non timebit, etiamſi audiat.

Paratum cor eius ſperare in Domino.) Nihil eſt, inquit, quòd illum concutere, & præſentibus alligare valeat: ſed totus per omnia Deo addictus eſt, & futuram ſpem ſolam præſtolatur.

B *Confirmatum eſt cor eius.*) Qui Deum propiciū habet, huic vtrinque, quæ ſecuritatis ſunt conſtant: nec quicquam eſt earum tribulationum, quæ in hac vita ſunt, quod illum concutere poſſit.

Donec deſpiciat inimicos ſuos.) Quis autem tali homini inimicus eſt, niſi mali dæmones?

Diſperſit, dedit pauperibus.) Quoniā multiplex eſt miſericordię menſura (alius enim plus, alius minus dat) videamus qualem propheta miſericordem deſcribat: an talem qui de abundanti det, vel talem qui ea quæ habet euacuet. Manifeſtum eſt, quòd euacuantem ea quæ habet, & rebus ſuis non parcè vtentem. Non enim dicit, Diuiſit: ſed, Diſperſit, vt largitatem miſericordiæ exprimat.

Quis miſericors.

Iuſtitia eius manet.) Quòd illum ſplendidum & inclytum eſſe dicit, hoc & in futuro illi ſeculo accidet, & in præſenti multa cum abundantia continget. Nemo enim ita ſplēdidus eſt & glorioſus atque miſericors.

C *Peccator videbit & iraſcetur.*) Vide peccatorem, ne interea quidem dum tabeſit, reprehendere: & contrà alacrem virtutis aſpectum reſpicere audentem, ſed & animo tabeſcentem, & conceptum dolorem dentibus ſignificātem: verbum verò ne vllum quidem proferre audētem, ſed tabeſcentem, ac ſe ipſum conſumentem.

Deſiderium peccatorum peribit.) Quid eſt quod dicit, Nuſquam conſiſtet? Sunt enim deſiderata illi fluxa ac tranſitoria, & deſiderium res ipſas imitatur, extinctum & perditum, & quòd radicem ne vllam quidem habeat.

Scholia in Pſalmum CXII.

Laus quid.

L*Audate pueri Dominum.*) Multa eſt in Scripturis laudum iſtarum commendatio. Laus enim res eſt non cuiuſuis, ſed quoddam ſacrificium & oblatio Deo accepta. Non hoc autem ſolum videndum eſt ex iſto pſalmo, ſed quòd etiam ad conſonātiam inducat. Non enim vni aut duobus loquitur, ſed vniuerſo populo: & numero plurali vtitur, mandátque ſingulis, vt quiſque etiam apud ſe orans, orationem Deo D
pro fratribus offerat. Quid autē ſibi vult, quòd adiicit, Laudate nomen Domini? Significat hęc particula potiſſimum loquentis affectum. Innuit autem & aliud, nempe, vt nomen eius per nos glorificetur, & laudabile oſtendatur. Vult autem laudem eius per noſtram relucere conuerſationem.

Sit nomen Domini benedictum.) Largite nobis vt ſemper in virtute viuamus, quo nomen tuū benedictum ſit & per nos. Quemadmodum enim blaſphematur, ſi malè vixerimus: ita glorificatur, ſi virtutem amplexi fuerimus.

A ſolis ortu vſque ad occaſum.) Non iam in Palæſtina, neque in Iudæa tantùm, ſed vbique per orbem. Quando verò? Quando noſtra floruerunt, ita vt iam olim non ſolum non benedictū ſit nomen Domini in Palæſtina, ſed & blaſphematum.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus.) Quomodo excelſus? Quoniam magnificamus eum, nō ita, vt addamus illi aliquam ſublimitatem, ab- E
ſit: ſed dogmatibus, cultu, & reliquis modis omnibus, nihil de illo quod humile ſit, ſicut Iudæi ſentiētes, ſed multo maiora & ſublimiora.

Et ſuper cælos gloria eius.) Noli eas duntaxat, quæ in terra ſunt, videre creaturas, ſed mente ſupra pulchritudinem illam ſpiritalem, ſupra illuſtrem angelorum politiam conſcende, ac tū ſcies quomodo in cælis ſit gloria eius.

Quis ſicut Dominus.) Quomodo in cælis habitat, qui cælum & terram implet? Quoniam ſermo illi ad Iudæos craſſiores exiſtentes erat, hoc vſus eſt verbo, mētem eorum ſtupidam, & deos locis ac templis incluſos adorantem, paulatim ad cæleſtia ſubuehens.

In cælo & in terra.) Vbique eſt, & illic & hîc. Non enim perinde eſt ac ſi quiſquam in cælo incluſus, procul ea quæ in terra ſunt videat: ſed vbique præſens, & omnibus præſto exiſtens.

Deus vbique eſt.

Suſcitans à terra inopem.) Magnæ admodum & indicendæ virtutis eſt, quæ exilia F
ſunt in altum extollere. Alibi contrarium etiam huius ponit, nempe quòd magna reddat exilia.

Et de ſtercore erigens pauperem.) Vilitatem hîc dicit, & quæ ex illa ſubita fit mutatio, oſtendēs omnia illi eſſe leuia & facilia. Deinde vt oſtendat, quòd non ſolum res, ſed & ipſos naturæ fines transferre queat, ſubiungit.

Vt collocet eum cum principibus,) Ne diffidas homo tantam futuram eſſe mutationem. Non vides quæ quotidie fiant? humiles exaltari, & cū principibus collocari, ipſam naturam immuta-

P * iiij ri, &

ri,& ſterilem matrem fieri. Hoe autem de Ee-
eleſia quoque intelligendum eſt. Deo namque
quæcunque vult,facilia ſunt.

Scholia in Pſalmum CXIII.

I*N exitu Iſrael de Ægypto.*) Hoe eſt,In egreſ-
ſu,in liberatione ab Ægypto. Non ſimplici-
ter ex Ægypro dicens, ſed & è populo barba-
ro,poſito hoſtium nomine virtutem Dei oſten-
A dit:quòd populum tam barbarum eò adegit,vt
nunc voluntarius, nune coactus ſeruos ſuos di-
miſerit.

Facta eſt Iudæa.) Nam antea ea regia immun-
da erat,poſteaquam verò populus iſte rediit, ſa
cta eſt ciuitas iſta ſanctificatio eius,videlicet in
Iudæa propter ſacrificia,& cultum, & reliquã
ſanctimoniam.

Iſrael poteſtas eius.) Hoc eſt, Sub prineipatu
eius. Quanquam totus etiam orbis ſub illius
eſt principatu, iſti tamen alio proprietatis mo-
do illi coniuncti erant, quoniam & prophetas
acceperunt,& reliqua cum ipſis maiora diſpẽ-
ſata ſunt.

Mare vidit & fugit.)Quid, inquit, de barba-
ris & gentibus dico,quando ipſa quoque crea-
tura,ducem hunc verita,ſeſe ſubduxerit ac ceſ-
ſerit? Non dixit, Ceſſit, aut ſeſe ſubduxit:ſed,
Vidit & fugit, fugæ commemoratione veloci-
tatem ceſſionis exprimere volens.

Iordanus conuerſus eſt retrorſum.)Vt enim diſce-
B rent virtutem Dei,vbique eſſe extenſam,nec lo
co incluſam,ſed vbique præſentem ac miracu-
la facientem, nunc in mari,nunc in flumini-
bus: & tum quidem ſub Moſe. poſtea ve-
rò ſub Ieſu Naue populum per flumen tradu-
centem.

Montes exultauerunt.) Animi iucunditatem,ac
miraculorum magnitudinem hyperbolicè ex-
primere volens, inanimata tantum non tripu-
diantia & lætantia inducit.

Quid eſt tibi mare quòd fugiſti.) Quemadmo-
dum iſta non ideo dixit,vt ſenſum daret inani-
matis,ſed vt hyperbolen oſtenderet: ita & in-
terrogationem produxit, non vt elementa reſ-
ponderent, ſed vt rei inſolentiam exprimeret.
Vt enim nouum quid & inſolens eſſe factum,
quod non ſecundum naturæ ſeriem contige-
rit, ſignificaret, interrogationem hanc in-
duxit.

A facie Domini mota eſt terra.)Rurſus hîc com
motionem, obſtupefactionem & ecſtaſim di-
C cit,vt factorum magnitudinem oſtendat.Dein-
de vt ſignificet,quanta ſit vnius hominis virtus
à ſeruo Dominum cognominat.

Qui conuertit petram in ſtagna aquarum.)Quam
excuſationem habebunt duri ac pertinaces,
quando petra dura, & ægrè cedens præcepto
Dei ceſſit.Rupem autem ideò dixit, quòd non
facilè ferro cedat,ſed ægrè ſuperficietenus re-
fringatur.Verùm & illa in aliam eſt mutata na-
turam,& pręcepto conditoris iuſſa fontes emi-
ſit aquarum.

Non nobis Domine.)Nõ vt nos illuſtriores red-
das,ſed vt ipſe potentiam tuam vbique mani-
feſtam facias. Aliàs:Oſtende indignitatem eo-
rum qui ſeruantur(ſumus enim innumeris ma-
lis digni) vt nomen tuum glorificetur.

Super miſericordia tua.) Oportebat quidẽ nos
nomine tuo, cùm vita,tum conuerſatione no-
ſtra dare gloriam: verùm quoniam hoc negle-
ximus, adiuuando nos ipſe hoc per miſericor-
diam & benignitatem tuam effice.

Ne quando dicant.) Audio etiamnum multos
iſta orantes dicere,at timendum erat,ne quan-
do & alij dicant, Vbi eſt Deus eorum quando D
ipſi rapiunt,adfligũt, & innumera mala faciũt?
Deus verò interea patienter agit.

Deus autem noſter in cælo.) Aut cæleſtes virtu-
tes dicit, aut imperia quæ facillimè adimplet.
Quòd enim fortis ſit & potens, quæ in cælo
fiunt oſtendunt. Si verò in terra non habet ad
hunc modum,indignos ſeipſos conſtituũt, qui
in culpa ſunt.

Simulachra gentium.) Suprà de inſania illorũ
commemorans dixit, quòd filios ſuos & filias
dæmoniis ſacrificauerint: hîc verò inſenſatam
eorũ ſtupiditatem notat, quòd inanimatis ma-
teriis adhærendo inrabuerint, & omnia illorũ
membra recenſet,vt ſuggillationem eorum am
plificet.

Similes illis fiant.) Quanquam virtus ſit Deo
eſſe æqualem, hîc verò maledictio eſt. Cogita
igitur qualéſnam ipſi ſint,quando ſimilitudo il
lorum pro extrema maledictione traducitur.

Et omnes qui confidunt.) At dicunt, Non eſt ſi-
mulachrum ipſum Deus,ſed qui in ſimulachro E
habitat.Hoc autem nomine ridiculum eſt, ſta-
tuæ videlicet ad extremi dedecoris argumentũ
eſſe affixum Gentium Deum.

Domus Iſrael ſperauit.) Sermonem diuidit in
Iſraelem, & ſacerdotale genus, & eos qui ex
gentibus acceſſerunt.Impares enim ſunt ſacer-
dos & idiota: ſed amplius quiddam ſacerdos
habet,quocirca & diuiſionem facit.Maiores e-
nim illis facti ſunt ſacerdotes.

Dominus memor fuit noſtri.) Quomodo bene-
dixit eis? Panem eorum,aquam eorum, ingreſ-
ſus & exitus eorum, armenta eorum, & quòd
eos populum peculiarem regnúmque ſacerdo-
tale & alia innumera nominauit.

Puſillis cum maioribus.)Ne vnum quidem illo-
rum genus ſine benedictione erat, ſed hæc ad
omnes pertinuerunt.

Adijciat Dominus ſuper vos.) Hac benedictio-
ne etiam in Ægypto exiſtentes potiti ſunt, ta-
metſi innumera eſſent, quæ illam prohiberẽt,
vtpote ipſorum miſeria, & præfectorum cru- F
delitas:verùm nihil horum verbum Dei ampu-
tauit. At in iſtis quidem tum erat benedictio,
verùm in nouo Teſtamento in multo potiori-
bus exiſtit

Benedicti vos à Domino.) Rectè adiecit Domi-
no.Hoc enim potiſſimum eſt benedictio. Sunt
enim quidam etiam apud homines benedicti.
Verùm humana eſt illorum benedictio. Hæc
verò maxima eſt.

Qui fecit cælum & terram.) Verba enim illius
opera fiunt.Nã & cælũ verbo fecit.Hoc te ver-
bo ſuo quod tanta efficere poteſt benedicat.

Cælum

Cælum cæli Domino.) Sermone ſe ad captum infirmorum demittit, Deú cælo non includens. Neque illud, Cælum & terram ego adimpleo, pro dignitate Dei, ſed & ipſum ad captum imbecillium dictum eſt. Dicitur autem cælum domus eius, propterea quòd is locus omni repurgatus eſt malitia.

Non mortui laudabunt te Domine.) Mortuos hîc non eos dicit, qui ſimpliciter vita functi: ſed qui in impietate mortui ſunt. Illi nāq; ad infer-
A num deſcendunt. Quapropter & propheta dixit, Nos qui viuimus, de illis ſimiliter loquens, qui in virtute viuunt.

Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.) Neque in ſeculum quidem ac præſentem vitam, niſi ſoli illi qui perpetuò & cum gloria viuunt.

Scholia in Pſalmum CXIIII.

DIlexi.) Non eſt quorumuis de hoc gaudere, quòd Deus orantes exaudit, & quæ vtilia ſunt largitur. Sunt enim multi qui noxia volunt, illiſque delectantur. Propheta verò nō ſic. Dilexit enim, quòd ſe Deus exaudiuit, & quæ vtilia erant dedit.

Quia inclinauit.) Iterum humanis verbis aſſenſum Dei exprimit. Non eram, inquit, ego dignus qui exaudirer, & tamen ipſe ad me deſcendit.

Et in diebus meis.) Non reſiliam ab oratione, propterea quòd exauditus ſum: ſed omnibus
B diebus meis hoc opus faciam.

Circundederunt me dolores.) Satis, inquit, mihi ad id, vt à malis, quæ me premunt liberer, hoc ſolum eſt quòd Deum inuoco.

Tribulationem & dolorem inueni.) Vnum hoc tantum quærit vt anima ipſi illæſa permaneat, nec quicquam vnde lętatur, patiatur. Hac enim incolumi exiſtente, nulla eſt reliqua infelicitas quæ nocitura: quemadmodum & nulla proſperitas eſt quæ profutura ſit.

Miſericors Dominus & iuſtus.) Iuſtruit auditorem, tantum non dicens, Ne deſpondeas animum, (eſt enim Deus miſericors) nec animo ſis remiſſo ac ſupino: eſt enim & iuſtus. Atque ita huius quidem ſocordiam amputat, illius verò deſperationem erigit, vtriuſque ſalutem quærens.

Et Deus noſter miſeretur.) Rectè dixit, Deus noſter, ad diſtinctionem gentium, quarum antea meminit: vt qui illos quidem mactare & occidere, erga hos verò miſericors & benignus eſſe
C ſolitus ſit.

Cuſtodiens.) Quoniam enim rationem habemus, cùm quæ cuſtodienda, tum quæ abijcienda ſint erudientem, illius, vetò inſtitutiones inanes ſunt: propterea vbique prouidentiam Dei ponit, qua niſi potiatur homo, ſerpens vtique infantem in cunabulis exiſtentem occideret. Neque enim mater neque quiſquam alius ad auxilium ſufficeret, niſi ſuperno potiretur adiutorio.

Humiliatus ſum.) Gemina hîc eſt gratiarum actio, cùm quòd in pericula incidere permiſit, tū quòd in illa prolapſum non deſeruit. Vtrumq; enim beneficij genus eſt, & prius poſteriori nō cedit.

Conuertere.) De migratione ex hac vita loquitur. Eſt enim ab omnibus malis quæ in terra accidunt, liberatio & refocillatio: nec vltra timore ſubiacebit, qui bona cum ſpe vitam hāc terminat. Licet enim mors ex peccato ſit introducta, attamen ad hoc illa Deus vtitur, vt nobis benefaciat.

Oculos meos à lachrymis.) Non enim eſt illic dolor, neque mœſtitia, neque lamētatio: quoniam D
non ſolum dolore illinc liberati ſumus, ſed & ſubuerſionis & inſidiarum victores enaſimus.

Scholia in Pſalmum CXV.

CRedidi, propter quod loquutus ſum.) Nondum loquutus eſt, ſed hoc quod iam loquitur dicit. Quid eſt autem quod loquitur? Cum, inquit, de omnimoda Iudæorum vaſtatione cogitarem, nō deſperaui de mutatione illius in melius futura, ſed hanc fide inſtructus, & ſperaui & annuntiaui.

Ego autem humiliatus ſum.) Ego quidem vehementer adflictus ſum, animum verò non deſpondi.

Ego dixi in exceſſu meo.) Hoc eſt, In exceſſu calamitatis meæ, in magnitudine malorum. Tanta namque nos tentatio inuaſit, ita vt ecſtaſim paſſus ſim. Ecſtaſim autem hîc, ſtuporem ex ma-
lis inditum dicit. E

Omnis homo mendax.) Quemadmodum de ſegete dicimus, quòd mētita ſit ac fefellerit, hoc eſt nihil attulerit, quòd ſpei de ſe conceptæ reſpondeat: ſic & homo nullius eſt momēti ac vilis. Quapropter & propheta conſiderata illius natura, quam ſit reprehenſibilis, vt vilitatem eius oſtendat, dicit, Omnis homo mendax, hoc eſt, Nihil refert homo, niſi mēdacem exiſtimationem.

Quid retribuā Domino?) Quod me hominē, mēdacium, & nullius momenti, ac vilem exiſtentem tanto dono dignatus es.

Pro omnibus quæ retribuit mihi.) Hoc animi grati eſt, circumſpicere ac quærere, quod benefactori pro acceptis beneficiis repēdat: & poſteaquam omnia expenderit, nihil tanti iudicare, quod dignè retribuat.

Calicem ſalutaris accipiam.) Calicem hîc & victimas, hymnos gratiarum actionis vocat. Hoc igitur eſt quod dicit, Non habeo dignum ali-
quid quod rependam: quòd verò habeo, hoc F
rependo, nempe victimam gratiarum actionis Deo, & propter ſalutem illum celebrabo.

Vota mea Domino reddam.) Promiſſa pollicitationes intelligit. In rebus enim malis ad Deum confugit, ſeque illi obligauit: pollicitus, ſi pericula effugiſſet, has ſe oblaturum hoſtias. Quoniam itaque ſoluta iam eſt calamitas, Vota, inquit, mea reddam.

Precioſa in conſpectu Domini.) Et quæ eſt hîc dictorum conſequentia? Si diligenter inquiſieris, inuenies admodū multam. Quoniam enim dixit, Quid retribuā Domino, vt beneficia ipſius oſtendat:

oſtendat:non ſolū vitam illi, ſed & mortē ſanctorum precioſam eſſe dicit:idque non vulgariter vtcunque, ſed quando ipſe illam diſpenſatione ſua admittit.

O Domine.) Non loquitur de communi ſeruitute,ſed de ea quam multa cū amoris affectione,deſiderio feruens,id quod maximè coronæ eſt,exequebatur.

Ego ſeruus tuus.)Hoc eſt,Iam olim ex progenitoribus meis ſeruituti tuæ ſum addictus, quod
A maximi ornamenti loco poſuit.

Dirupiſti vincula mea.)Nō dixit,Soluiſti:ſed, Dirupiſti,ita vt inutilia ſint facta. Vincula verò hîc tribulationes dicit. Eſt enim vinculum aliquando bonum,vt cum Apoſtolus dicit,In vinculo dilectionis.

Tibi ſacrificabo.) Suprà quidem dixit, Calicem ſalutis accipiam:hîc verò, Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis:hoc eſt, Agam tibi gratias,téq; laudabo.

Et in nomine Domini inuocabo) Hoc autem fecit,non ad oſtentationē,neque ad magnificentiæ gloriam:ſed vt reliquos ad zelum ſuum ſequendum induceret,& conſortes gratiarum actionis reciperet.

Scholia in Pſalmum CXVI.

LAudate Dominum.)Non enim vnam & alteram, ſiue tres gentes vocat: ſed terram & mare in vniuerſum,id quod per Chriſti factum
B eſt aduentum.

Quoniā confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.) Hoc eſt,Robuſta facta eſt, & quauis petra ſolidior.

Scholia in Pſalmum CXVII.

COnfitemini Domino.) Quoſuis ad gratiarum actionis ſuæ communionem propheta,maximam bonorum ſummam in medium proponens,vocat.

Dicat nunc domus Iſrael.)Quid dicit dominus Iſraelis?quum mille captiuitates perpeſſa ſit,& per orbem vniuerſum ad ſeruiendum diſperſa. Etiam,inquit.Hi namque teſtes ſunt bonorum Dei,pluribúſque potiti ſunt quàm alij.

Dicat nunc domus Aaron.) Iterum ſacerdotes ſeparatos à reliquis ad hymnodiam vocat. Maiore etiam admodum illi fuerant honore potiti.

Dicat nunc.) Hi potiſſimum ſunt, qui beni-
C gnitatem Dei videre, & in omnibus bonitatē illius cognoſcere poſſunt. Illud verò,In ſeculū, idem eſt atque continuò,non interruptum,ſed per omnia ſplendidum & declaratum.

De tribulatione inuocaui.) Non dixit,Quia dignus eram:ſed, Quia inuocaui tantum,& oratio tantum valuit,vt calamitatem ſolueret. Nō ſolum autem tribulatione liberauit, ſed & multam ſecuritatem dedit. Hoc enim eſt quod dicit,Et exaudiuit me in latitudine.

Dominus mihi adiutor.) Vides ſublimitatē animi.Non dixit, Nihil patiar:ſed,Etiamſi patiar, non timebo.

Dominus mihi adiutor.) Vides ipſum ſe non vlciſcentem,nec pœnas exigentem, ſed Deo vltionem permittentem.

Bonum eſt confidere in Domino.) Non dicit hoc per collationem. Eſt enim ſacræ Scripturæ in conſueto, tali loquendi modo vti: ſed ad illorum captum ſeſe demittit. Quid enim humana ſpe imbecillius? Spes verò, quæ in Deum eſt,non ſolum fortis eſt, ſed & mutationem nō habet. Non impugnabatur bello aliquo, neque per aduerſarios directè aduerſantibus:ſed D
internè correptus ac veluti ſagena quadam cōcluſus erat, attamen ope Dei hæc omnia perrupit.

Circundederunt me ſicut apes.) Vides quomodo malorum magnitudinem per geminationem loquendo deſcribat. Non enim ſimpliciter circūdederant,ſed ſicut apes,& velut ignis in ſpinis. Per apes innuit,quàm propenſi fuerint inimici & cupidi ad infeſtandū:per ignem verò, quàm intolerabilis fuerit illorū furor, & quàm inextinguibilis.

Impulſus, euerſus ſum vt caderem.) Ita, inquit, inualuerunt hæc mala,atque ita impulſus euerſus ſum, vt propè caſurus ac prolapſurus fuerim. Verùm cum iam in genua inclinaturus eſſem,tum mihi auxilium ſuum Deus oſtendit.

Fortitudo mea & laus mea Dominus.) Fortitudo eius,inquit,mea facta eſt:id eſt, auxilium meū. Quid eſt autem,Laus mea? Gloria mea,inquit, laus mea,illuſtratio mei. Non enim liberat tantum,ſed & ſplendidos & illuſtres facit, & cum E
gloria ſalutem largitur.

Vox exultationis & ſalutis.) Quando namque Deus omnia perficit, exultant illi qui victoria potiuntur: duplici nomine hilares, cùm quòd ſeruati ſunt, tum quòd per Deum ſeruati ſunt. Deinde vt & auxilij cauſam oſtendat dicit, In tabernaculis iuſtorum. Non dicit,In domibus: ſed in tabernaculis,vt vilem & extemporariam illorum habitationem exprimat.

Dextera Domini fecit virtutem.) Poſtquam dixit,Dextera Domini fecit virtutem: ſubiungit, Dextera Domini exaltauit me. Nō ſolum enim me potentem, inquit, ſed & glorioſum reddidit.

Non moriar, ſed viuam.) Mortem mihi abantur pericula, ego verò per te ereptus non moriar, ſed viuam. Quòd ſi quis iſta per anagogen intelligere voluerit, ſunt & de reſurrectione dicta. Illud enim,Non moriar, mortem non eſſe mortem oſtēdit. Qui enim,inquit,credit in me, etiamſi mortuus fuerit,viuet. F

Et narrabo opera Domini.) Hoc potiſſimum viuentium eſt, vt & Deum laudent,& mirabilia eius omnibus annuncient. Opera Domini, inquit. Quæ opera Domini,dic quęſo. Quæ narraturus eſt.

Caſtigans caſtigauit me Dominus.) Non ſolum ob id gratias agit, quòd liberatus eſt à malis, ſed & quòd in illa incidit, maximam expertus gratiam, tentationis quoque vtilitatem prædicat. Morti enim,inquit,non tradidit me. Totū enim in illius eſt poteſtate poſitum.

Aperite mihi portas iuſtitiæ.) Caſtigatis ſpe-
tiuntur

riuntur portę,caſtigationem verò reijcientibus
peccata. Caſtigatus cum fiducia dicit, Aperite
mihi portas iuſtitiæ. Secundum anagogen ve-
rò,per portas cælum intelligẽdum eſt,quæ ma-
lis ſunt occluſæ, quas per eleemoſynam & iu-
ſtitiam pulſare oportet.

Hæc porta Domini.) Sunt portæ perditionis,
ſunt portæ vitæ. Quoniam igitur multæ ſunt,
ideo inſigne Dominicæ portæ dicit. Quapro-
pter hæc eſt,inquit,porta Domini.Inſigne hu-
A ius eſt,quòd caſtigati per eam ingrediuntur.

Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me.)Non ſim-
pliciter exaudiſti,ſed primùm caſtigaſti & emẽ-
daſti. Quapropter & gratias agit, non ſolum
quòd exaudiuit,ſed & quòd caſtigauit.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.) Ædifi-
cantes Iudæos dicit,quoniam illi Chriſtum re-
probauerunt dicẽtes,Samaritanus es tu,& dæ-
monium habes. Verùm qui ab illis reprobatus
eſt, vſque adeò probatus apparuit, vt caput ſit
anguli factus.Non enim quiuis lapis angulo eſt
accommodus,ſed probatiſſimus, & qui vtroq;
latere parietem connectat. Hoc eſt, vtramque
Gentem colligauit.

A Domino factum eſt illud.)Non erat humanũ
quòd factum eſt, nec angelorum nec archan-
gelorum,ſed ipſius Dei opus. Iſtud, inquit, in-
tellige de angulo.

Et eſt mirabile in oculis noſtris.)Credentium ſci-
licet.Non enim omnibus innotuit. Et admira-
bilis eſt etiã anguli hui' inopina ſynodus.Cru-
B cifixores enim in ignominia ſunt, adoratores
verò in gloria.Et doctrina hæc per orbem vni-
uerſum cucurrit.

Hæc eſt dies, quam fecit Dominus.)Diem hîc nõ
ſolis curſum,ſed quæ præclarè in illa ſunt geſta
dicit: ſicut diem malam, mala opera dicimus.
Quod autem dicit:tale eſt,Opera Dei in illa fa
cta,Deus fecit.Solus enim manus illius erat,ta
lia perficere.Exultemus autem,quòd tanta bo-
na conſequuti ſumus. Non enim & hoc opus
exiguum eſt,beneficia Dei cum animi iucundi-
tate complecti.

O Domine ſaluum me fac.)Serua,inquit,eos qui
beneficia tua ſunt conſequuti, viam illis redde
expeditam,vt poſteaquam illis potiti ſunt,tan-
tis bonis non excidant.

Benedictus qui venit.)Quæ nobis contigerunt,
non in illis quæ facta ſunt conſiſtunt: ſed ad a-
lia plura progrediuntur, ad regnum & ſortem
cum Chriſto,&c.quæ omnia exprimere volens,
dixit, Benedictus qui venit in nomine Do-
C mini.

Benediximus vobis de domo Domini.)Vniuerſum
populũ fidelem dicit,benedictionem in domo
domini conſequutũ. Vnde cuius autem gratia
dixit, Benediximus, & vnde eſt iſta felicitas?
Quoniam Deus Dominus eſt,inquit, & illuxit
nobis:loquitur verò de incarnatione, quòd cũ
Deus eſſet,per carnem mundo apparuit. Cum
verò dicit,Et illuxit nobis, de diſpenſatione il-
lius loquitur.

Conſtituite diem ſolennem.) Ad hiſtoriam rur-
ſus relicta propheria regreditur. Quid eſt igi-
tur quod dicit, Conſtituite diem ſolennem,
& cætera. Secundum alium interpretem eſt,
Sacrificate ſacrificia: rurſus ſecundum alium,
Serta & ramos ſuſpendite in templo: verum
autem firmum ſit, feſtum diem & panegyrim
ſignificat.

Deus meus es tu,& confitebor tibi.)Oſtendit hîc
quòd etiam abſque beneficiis agendę ſint Deo
gratiæ.Quod autẽ dicit tale eſt, Quoniã etiam
ſiue bonis, quæ conſequutus ſum, & gratias a-
gam & confitebor,quoniam talem habeo Do-
minum ita magnum,ita ſublimem, Illud verò, D
Exaltabo, idem eſt atque glorificabo, Deinde
cum plures ad hanc vocat,Deíque philanthro-
piam vbique prædicat, perpetuitatem illius &
immortalitatem canens.Quid enim dicit?Con
fitemini,inquit,Domino,&c.

ARGVMEN. PSAL. CXVIII.

Multas ac varias D. Dauid rerum mutationes ha-
buit.Et hoſtes enim fugit, & præ mæſtitia ingemuit.
Rurſus & iucundam vitam habuit,& diuino trami-
te cucurrit,ambulandóque offendit, ac rurſus D. legi-
bus adhæſit.Hæc igitur omnia ſimul præſenti hoc pſal-
mo congeſſit,& preces quas ſingulis temporibus Deo ob
tulit, inter ſe concinnatas, tanquam vnam quandam
mortalibus vtilem doctrinam propoſuit: docétque per
ea quæ dicit,quomodo poſſibile ſit practicam rectè exer-
cere virtutem. Non negligit autem & dogmatum in-
tegritatem, ſed moralibus documentis etiam horum do-
ctrinam adijcit,vt ſufficiat hic pſalmus etiam eos qui
perfectam virtutem aggrediuntur,perfectos in illa red
dere:& ignauiter viuentes, ad diligentiam excitare, E
& abiectos reuocare: & vt ſummatim dicam, omnis
generis medelam variis mortalium paſſionibus ad-
hibere.

Scholia in eundem Pſalmum.

B*Eati immaculati in via.*)Beatos eos prædicat,
qui regiam viam conſtanter ac rectè ingre-
diũtur,nec ad dextram,nec ad ſiniſtram à præ-
ceptis legis exorbitant. Qui verò illi ſint,do-
cet, Qui ambulãt,inquit,in lege Domini. Qui
namque ad normam huius vitæ conuerſationẽ
inſtituunt,inculpatam vitam habẽt.viam enim
vitam vocat.Hanc ſiquidem ab vtero ad ſepul-
chrum vſque ambulamus omnes.

Beati qui ſcrutantur.) Et decimumoctauum
Pſalmum, exponentes diximus, quid diſcrimi-
nis ſit inter legem & teſtimonia, & iuſtifica-
tiones & iudicia & mandatum: recordabimur
tamen hîc eorum ſummatim, quæ illic ſunt di-
cta.Legem vocat,quæ à Deo data eſt per Moy- F
ſen:mandata & præcepta eandẽ intelligit,tan-
quam regia authoritate mandata & præcepta:
iuſtificationem, tanquam quæ ſe rectè ſeruan-
tem iuſtificare valeat: iudicia, vt quæ ſenten-
tias Dei & meritas retributiones, cùm eorum
qui legitimè, tum eorum qui præuaricatè vi-
uunt, oſtendat. Teſtimonia, vt quæ conteſte-
tur, & oſtendat quibus præuaricatores ſup-
pliciis ſint ſubijciendi.Beatos itaque etiam hoc
loco eos dicit, qui teſtimonia Dei ſine inter-
miſſione ſcrutantur, & Deum toto corde ex-
quirunt.

Lex, teſtimonia, iuſtificationes, iudicia, & mandatum.

Non

Non enim qui operantur iniquitatem.) Hanc diuiſionem & in primo Pſalmo fecit. Nam & illic poſteaquam eum, qui in lege Domini meditatur, beatum eſſe dixit, & meditarionis huius fructum oſtendir, ſubiunxir, Non ſic impij, &c. & hîc vbi immaculatos felices prædicauit, docet, quomodo iniquitaris operatores, relicta Dei via, aliam ſibiipſi adornenr

Tu mandaſti.) Per legem & prophetas & ſacra quoque Euangelia hoc prçcipit, & plena eſt
A tota ſancta Scriprura huiuſmodi mandato.

Vtinam dirigantur.) Quapropter oro, inquit, vt via mea lege tua veluti canone quodam dirigatur, vt & iuſtificationes tuas cuſtodiam. Er vt fructum huius oſtendat, ſubijcit.

Tunc non confundar.) Præuaricationis enim fructus eſt confuſio. Sic & Apoſtolus dixit, Quem igitur fructum tunc in illis habuiſtis, de quibus nunc erubeſciris? Qui verò mandata Dei implent, bonæ conſcientiæ fiduciam habenr.

Confitebor tibi in directione cordis.) De gratiarum actione loquitur. Tunc, inquir, illibatum hymnum offerre potero, quando omnia iudicia tua cognouero, & iuxta illa vixero.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam.) Fit ſæpenumero, vt quoſdam D. gratia ad breue tempus derelinquat, ipſorum ex eo commodum procurans. Ita Elias derelictus, in timoris paſſionem incidit, & humanæ naturæ veritaté didicir: verùm mox per diuinam reſtitutus eſt gratiam. Ad húc mo-
B dum & Petrus prolapſus eſt. Iudas verò D. prouidentia deſtitutus, patata eſt iniqui præda factus. Rectè itaque propheta orat, ne vſquequaque derelinquatur, hoc eſt, ne omnibus modis D. prouidentiæ gratia deſtituatur, & alienus ab illa reddatur.

In quo corriget adoleſcentior.) Inſtabilis eſt iuuétus. Variis enim affectionum fluctibus circumuoluitur. Opus itaque illi ductore eſt. Hoc verò eſt diuinorum eloquiorum proprium. Quòd enim armentario pullo eſt frenum & domitor, hoc iuuenibus eſt verbum Dei.

In toto corde meo.) Poſuit hoc ad differentiam eorum, qui Deum non toto corde quærunt, ſed illud in curas ſeculares & concupiſcentias abſurdas partiuntur.

In corde meo abſcondi.) Qui terrenas diuitias poſſidet, non ſinir eas quibuſuis eſſe expoſitas, ſed interioribus penetralibus abdit, quo furum manus effugiant: ita & qui ſpiritales diuitias habet, in animo ſuo illas abſcondit, ne
C has per inanem gloriam animarum deprædatores furentur.

Benedictus es Domine.) Dignum eſt, inquit, vt ab omnibus laudetis. Quapropter oro vt abs te diſcam, quæ me iuſtificare valeant.

In labiis meis.) Quæ abs te didicero, ignorantes ea docebo.

In via teſtimoniorum tuorum.) Laborioſa quidem eſt virtutis via, verùm perfectis deſideratiſſima. Iugum enim meum, inqoit Dominus, ſuaue eſt, & onus meum leue. Hoc & propheticus ſermo dicit, Diuitiis omnibus iucundior mihi eſt teſtimoniorum tuorum poſſeſſio. Illud, Sicut in omnibus diuitiis, non eſt temerè adiectum, ſed omnis generis diuitias ſignificat. Sicut enim multa diuitiarum genera, ſed hæc omnia complexus propheta, cũ diuinis teſtimoniis contulit: itaque ſibi deſiderata & iucunda eſſe teſtimonia Dei dixit, ſicut opum amatoribus omnia diuitiarum genera.

In mandatis tuis exercebor.) Huius, inquit, gratia continuam verborum tuorum meditationé habebo, & in viis tuis iter faciam.

In iuſtificationibus tuis.) Indelebilem eloquio- D
rum tuorum memoriam, in meipſo ſeruabo.

Retribue ſeruo tuo.) Auxilio tuo potitus morté quam infert peccatum, effugiam, & vitam quæ ex verbis tuis eſt lucrifaciam.

Reuela oculos meos.) Nõ omnes qui diuina eloquia legunt, quæ in illis admiranda ſunt conſiderant, niſi illi qui cçleſti ſplendore potiuntur. Ob quam cauſam & Paulus dicit, Quando conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur operculum. Dominus autem ſpiritus eſt. Ipſe quidem diuina luce illuſtratus, meritò clamauit, dicens, Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplamur. Nos verò Dominum orare conuenit, vt operculum à mentis noſtræ oculis auferat, diuinorúmque nobis oraculorum virtutem oſtendat.

Incola ego ſum) Incolam ſeipſe nominat, orátque ne vllo pacto diuina mãdata in diuinis eru ditus ignoret. Nouerat enim vitam hanc eſſe temporariam. At ſunt qui præſentibus bonis,
quaſi diuturnis, inflati, inſoleſcant. E

Concupiuit anima mea.) Qui diuinas leges cõtemnunt, in morbum ſuperbiç incidunt. verùm iuſto iudici pœnas dabunt. Accidit hoc Saüli, accidit Pharaoni, accidit Senacheribus & aliis innumeris. Cum hoc ſciret Propheta, tanquam propheta, ſubiecit.

Increpaſti ſuperbos.) Hanc maledictionem & lex trãſgreſſoribus ponit. Maledictus enim, inquit, omnis homo, qui nõ manet in iis quæ ſunt in libro legis.

Aufer à me.) Probro propbetam affecit Nabal, ſeruum illum fugitiuum vocans: probris illum affecerunt & Chettæi. Horum itaque gratia dolens propheta, orauit vt opprobria hæc abijcerentur, tanquam ab eo qui diuina teſtimonia exquiſierit. Non igitur congruunt præſentia verba probris, quæ Semei in eum coniecit. Nam illa poſt peccatum: quæ verò Nahal intulit, ante illud facta ſunt.

Etenim ſederunt.) Saul, & Abner, & Achitophel. Ego verò dominationem tuam confiten- F
do, in iuſtificationibus tuis meditabar.

Nam & teſtimonia tua.) Omni humana perſuaſione reiecta, tuis conſtitutionibus obedio.

Adhæſit pauimento.) Excellentiam humilitatis his verbis ſignificauit. Vitam autem petit non indefinitè: ſed eam quæ ſecundum legem Deo non ſit dedecori.

Vias meas.) Acta mea tibi Domine manifeſtaui omnia, quapropter precationibus meis annue. Oro autem, vt iuſtificationes tuas exactè cognoſcam.

Viam iuſtificationum.) Diuina nobis opus eſt intelligentia,

intelligentia, vt virtutem ſecundum legem Dei exerceamus, & philāthropia vtitur, ad inanem gloriam non reſpiciat: & qui religioſus eſt, humanam laudem non venetur: & qui caſtus eſt, caſtitatē non propter impudicitiæ turpitudinē, ſed propter caſtitatis amorem exerceat. Rectè itaq; propheta orat, vt diuinam intelligentiam ſortiatur, quo quæ ſit iuſtitiæ via cognoſcat.

Dormitauit anima mea.) Continuus peccati
impulſus cogitationum vigorem ſæpenumero
A diſſoluit, & athletam, vt impudēter quid agat,
adigit, & iniuſtitiam alios adſligentem operatur. Anima autem diſſoluta ſomnum admittit, ſomnus verò mortem infert. Quapropter orat propheta vt confirmetur & corroboretur. Et in alio pſalmo dicit, Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in mortem, &c.

Viam iniquitatis.) Et hæc deprecatio neceſſaria eſt. Conuenit enim vt auxilium à Deo petamus, quo iniuſtitiæ viam auerſemur, & iter veritatis eligamus, indebilémque teſtimoniorum Dei memoriam adferamus.

Adhæſi teſtimoniis.) Non ſimpliciter dicit, Sequutus ſum: ſed, Adhæſi. hoc eſt, Ne modico quidem tempore cogitationem meam ſemoui. Quærit autē & huiuſmodi affectus fructū metere, nempe, vt nullam turpitudinis & confuſionis experientiam capiat.

Viam mādatorum.) Vtriſq; opus eſt, cùm animi
noſtri propoſito, tum prouidentia Dei. Neq; enim diuina gratia bonum non habentibus pro-
B poſitum datur, neq; humana natura virtutē rectè poterit exercere, ſine cæleſti auxilio. Hoc & propheta docet, cū dicit, Viam mandatorū tuorū, accepta abs te currendi facultate, inoffenſè cucurri. Latitudinem enim, facultatē vocauit. Et alibi dicit, In tribulatione dilataſti mihi, &c.

Legem pone mihi Domine.) Symmachus reddidit, Oſtende, Aquila verò & Theodotion, Illumina. Perpetuò, inquit, illuſtratione ac legiſlatione tua opus habeo, vt & cognoſcam viam iuſtificationum tuarum, & hanc obtemperanter ambulem.

Da mihi.) Et Dominus dixit, Scrutamini Scripturas. Verùm ſcrutantibus illas opus eſt cæleſti ſplendore, vt quod quærunt inueniant.

Deduc me in.) Ad decliuia ſolet aquæ natura deferri: & ſi quos egreſſus nacta fuerit, illò ſe totam recipit. Ad hunc modum & humana natura, diabolo viam ad peccatum aperiente, ad id quod peius eſt ſeſe auertit. Ad modum
itaque cōuenienter orat propheta, vt cor ſuum
C ad diuina teſtimonia acclinetur, & vt effugere
poſſit, ne ad vtramuis partem exorbitationem experiatur.

Auerte oculos.) Vanum eſt, quod inutile eſt ac nullius momenti. Et Salomon, Vanitas, inquit, vanitatum. Poſtquam autem de omnibus quæ iucunda ſunt diſſeruit, ſubiunxit, Et ecce omnia vanitas, & præoccupatio ſpiritus. Orat igitur, vt animi ipſius oculi ad aliam cōtemplationem adijciantur, & præſentium vanitate nō delectentur: ſed vt iuxta leges tuas vitæ conuerſationem, inquit, inſtituam.

Statue ſeruo tuo.) Firmū me in verbis tuis, & immotū redde. Cuſtodi me timore tuo, hoc eſt, Præſit mihi timor tuus, terrens, nec ſinēs vt vtaculis tuis excidam. Illud, Quod ſuſpicatus ſum, Aquila reddidit, Quod horrui, Symmachus verò, Quod vereor. Opprobriū autem hîc vocat, quòd à peccato acciderat. Hoc enim & horrebat & verebatur, & ob hoc ſuſpectè viuebat. Et ideo cauſam nō ſubiunxit, ſicut ſolet: quia iudicia tua exquiſiui, aut cuſtodiui. Non ſolū enim
peccantibus comminatur, ſed & reſipiſcētibus
ſalutē pollicetur. Iudicia quippe, iuſtas Dei ſen D
tentias vocat. Cupienti, inquit, vitam, quæ ſit in iuſtitia, largire. Omnes enim D. benignitate indigemus. Et qui extremum cōſequutus eſt virtutis verticem, hac indiget contiuuò.

Et veniat.) Salus tua inquit, ſecundū verbum tuum. Quam oraculis tuis pollicitus es ſalutē, largire, vt illis qui me ſubſannant confidenter loquar. Qui namque in ærumnis eſt, opprobria tū ſilentio tolerat: qui verò pro voto ſuo viuit, malicioſe opprobrantes redarguit.

Et reſpondebo exprobrantibus.) Quia ſperaui, inquit, in verbis tuis. Siquidem à promiſſione tua pependi, & hac ſpe ingredior.

Et ne auferas.) Veritatē nos propheta amare, & hāc à Deo multa cū animi propenſione petere docet. Ita enim, inquit, ad legū tuarū cuſtodiā propenſior ero. Per ſecula autē, & futuram vitā ſignificauit, in qua potiſſimùm omnibus pura & ſyncera diuinarum legum cuſtodia dabitur.

Et ambulabam.) Multa, inquit, cum facultate
ambulans, & iuxta mandata tua viuens, ne te- E
gium quidem potētatum timui: ſed multa cum fiducia corā illo loquutus ſum. Legitima quippe vita, fiduciā procreat. Et teſtis huius eſt Dauid: qui antequam peccaſſet, Saüli confidenter eſt loquutus. Et Elias iuſtitia fretus impietatem Athab redarguit. Et Paulus eadē vſus fiducia, ad Agrippam, & Feſtum & Felicem loquutus eſt. Sic & martyres.

Et leuaui.) Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Et qui fecit & docuit, hic magnus vocabitur. Quapropter & propheta meditationi actionem quoque adiecit. Cum enim dixiſſet, Et meditabar in mandatis tuis: ſubiunxit, Et leuaui manus meas ad mandata tua, &c. Quæ nāque per diuinas leges edoctus ſum, ea & operibus exercui. Non enim auditores legis, ſed factores, iuſti ſunt. Sine intermiſſione namque meditationem illius exerceo.

Memor eſto.) Cum legē Deus poneret, bene-
uolentiā ſuā legis ſeruantibus pollicitus, tranſ-
greſſoribus verò ſuppliciū cōminatus eſt. Orat F
itaque illum, vt promiſſionū ſuarū recordetur. Docuiſti enim me (inquit) vt in illas ſperem. Et vt ſpei huius vtilitatem oſtendat, ſubijcit.

Superbi iniquè.) Superbos vocat Saülem, Abſalom, regem Ammonitarum, qui tam iniqua in legatos ipſius deſignauit. Verumtamen illi quidem ad hunc modum comparati ſunt, ego verò leges tuas ſequutus ſum. Poſſent iſta victores martyres dicere.

Memor fui.) Cum enim recordarer quæ Abelo, quæ Abrahæ, quæ patriarchæ Iacob acciderunt, quomodo in varias tentationes incide-

rint, & qnàm illuſtres eos tandem reddideris,
ſufficientem inde conſolationem lucrifaciebã.

Defectio tennit.) Ego quidem, cum adfligerer,
memotia iudiciorum tuotum refocillabar:
verùm multos videns legis tuæ tranſgreſſores,
contriſtahar.

Cantabiles mihi.)Incola erat Dauid apud Phi-
liſtæos, cum à Saüle pulſus eſſet. Atbitror autẽ
eum hoc loco non incolatus illius tempus, ſed
omnem vitam ſuam peregrinationem vocare.
A Tranſegit enim illam non vt habitator, ſed vt
peregrinus, inque illa iuſtificationes Dei cantã-
do ambulauit. Ad hunc enim modum & reli-
qui interpretati ſunt, Cantica erant mihi præ-
cepta tua in loco peregrinationis meæ.

Memor fui in nocte.) Hoc enim perpetuò ſan-
ctorum chorus facit. Opinor autem noctẽ hîc,
tentationum tempus numinari. Inuadunt enim
homines noctis in morem. Hoc autem tempore
præcipuè opus eſt Dei omnium memoria, quæ
animum recreat, & confidentem reddit, & con
trarias cogitationis expellit.

Hæc facta.)Ita (inquit) vincere, & iuſtifica-
tionum tuarum poſſeſſionem eligere potui.

Portio mea.)Non omniũ portio Deus eſt, niſi
eorũ qui quę ſacra & eximia ſunt amplexantur.
Ita ſacerdotũ & leuitarum portio ac ſors eſt fa-
ctus. Filiis enim Leui, inquit, non erit portio in
medio fratrũ ipſorũ. ego Dominus. Et Pſal. 15.
Dominus (inquit) portio eſt hæreditatis meæ,
&c. Dicit igitur & hoc loco, Quoniá reliquis o-
B mnibus cõtẽptis, te habeo portioné & diuitias,
qua propter & ſatago, vt leges tuas cuſtodiam.

Precatus ſum.)Vbiq; illud, In toto corde meo:
adijcit, Legi etiam in hoc obſequens, Ad hunc
enim modum Deus præcepit dicens, Diliges
Dominum Deum tuum, &c.

Miſerere mei.)Non erat indefinitè, vt miſeri-
cordiam inueniat, ſed ſecundum verbum Dei.
Hoc eſt, Secundum iudicium tuum, inquit, ſe-
cundum voluntatem tuam. Hoc & nos pacto
miſericordiam quærere conuenit.

Cogitaui vias.) Hebræus habet, Vias meas: ſi-
cut & reliqui interpretes reddiderũt. Dicit au-
tem, Cogitaui & expendi vias meas ad teſtimo-
nia tua, direxíque pedes meos.

Paratus ſum.) Diſpoſui enim me ac inſtruxi
aduerſus malorum inſultus, nec paſſus ſum tem
peſtatem ex inopino ac ſubito impulſu. Ita &
martyres cùm ante tum poſt Chriſtum, &c.

Funes peccatorum.)Inſidias ſiue dæmonum ſi-
ue hominum, funes occaſione à nexu ſumpta
C vocauit. Ita & Eſaias, Væ (inquit) qui peccatum
ſuum velut fune longo trahunt. Cum (inquit)
ſunes iſti me ſtringerent, diuinæ legis memo-
riã non excuſſi. Deinde & memoriæ huius cau-
ſam reddit.

Media nocte.) Non enim per diem modò, ſed
& noctu, qua maiore cũ voluptate ſomnus mor
talibus obrepit, in laude tua perſeueraui, iuſtáſ-
que ſententias tuas deprædicaui. Hoc & Pau-
lus vnà cum Sila fecit.

Particeps ego ſum.) Symmachus, Coniunctus
ſum dixit, Syrus verò dicit, Auerſatus enim eos
qui quæ voluntati tuæ ſunt contraria amplexan
tur, eos habui conſortes, qui timorem tui pluri-
mi faciunt, & in lege tua viuere volunt. Hoc &
in alio Pſalmo dicit, Mihi autem vehementer
honorati ſunt amici tui Deus.

Miſericordia tua.) Super omnes (inquit) miſe-
ricordiam largiter effundis, ſolémque vniuerſis
producis: nec iram ſingulis diebus infers, ſed
patienter eos toleras, qui iniqua ſunt auſi. Cum
itaq; tanta benignitate vtaris, & me illa digna-
re, ac iuſtificationum tuarũ ſcientiam largire.

Bonitatem feciſti.) Experientiam bonitatis tuæ D
præſtitiſti. Quapropter iterum oro, vt hac eadẽ
potiar, & iuxta leges tuas viuam.

Bonitatem & diſciplinam.) Sciebat propheta
diſciplinæ vtilitatem, quapropter illam acqui-
rere perit. Bonitate namque vſus, diſciplinam
Deus infert: diſciplina verò ſcientiam ope-
ratur. Ita & Ieremias, Caſtiga nos Domine, in-
quit, ſed in iudicio: & non in furore, ne nos im-
minuas. Deinde vnde diſciplinæ vtilitatem co-
gnouerit docet.

Priuſquam humiliarer.) Ego, inquit, mihi ipſe
diſciplinam hanc cõciliaui. Sententia ſupplicij
libera eſt ab iniuſtitia. Peccatũ conſequuta eſt
diſciplina. Per diſciplinam legum D. cuſtodia
perſtat. Supplicio affectus ſum, & reualui.

Bonus es tu Domine.) Reuera bonus es ac be-
nignus. Quapropter ſumpta fiducia peto, vt
iuſtificationum tuarum abs te ſcientiam acci-
piam.

Multiplicata eſt.)Qui arrogantia vtuntur, om-
ne genus inſidiarum contra me conſarcina- E
runt: verùm ego ad mandatorum tuorum nor-
mam dirigor.

Coagulatum eſt.)Conforme eſt hoc Propheti-
co dicto, Incraſſatum eſt inqnit, cor populi hu-
ius, & auribus grauiter andierunt, & obduratũ
eſt cor eorũ. Igitur illi quidem, inqnit, cor ha-
buerũt rebelle, & teneritudiné eius in duriciẽ
mutarunt ipſi, & ſicut lac cõgelarunt & coagu
latũt. Ego verò legis tuæ meditationi inrabui.

Bonum mihi.)Gratiam propheta petit, & ſani-
tatem quæ ex auſterioribus eſt medici pharma-
cis prædicat.

Bona mihi lex oris tui.) Tametſi per filium re-
gno ſum pulſus, per diſciplinam tamen legem
tuá poſſedi, quam omnibus diuitiis precioſio-
rem æſtimo.

Statio ſecunda.

Manus tua.) Beneuolentiæ erga humanam
naturam factorem admonet. Quoniam enim F
omnia verbo fabricauit, humanam ipſe naturá
finxiſſe dicitur, non manibus vſus (eſt enim in-
corporeus) ſed quod in hac factura hominis ma
iorem oſtenderit animi propenſionem. Orat
igitur plaſmatorem, vt & intellectũ facturæ ſuę
ſuppeditet.

Qui timent te.)Occaſio, inquit, letitiæ futurus
ſum piis, qui in te ſperaui, & miſericordiá con-
ſequutus ſum ſpei correſpondentem.

Cognoui Domine.) Scio, inquit, quòd rectè ac
iuſtè contra me pronunciaſti, & ærumnis me
ſubieciſti.

Fiat

Fiat miſericordia.) Vetum conſulationis iam & benignitatis tempus eſt reſipiſcentibus enim beneuolennam tuam promiſiſti. Hoc & per Eſaiam dicit, Quando conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis. Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos.

Veniant mihi.) Mortuum ſe, diuina beneuolentia deſtitutus putat, quapropter orat, vt diuina benignitate veluti vitæ reſtituatur.

Confundantur ſuperbi.) Non execratur inimi-
A cos, ſed pro illis orat. Confuſio namque ſalutem operatur. Quam igitur ipſe conſequutus erat medelam, eandem vt & illi acquirant, petit.

Conuertantur ad.) Tãquam procul à choro iuſtorum propter peccatum ſemotus, & ab omnibus perinde atque à Deo reiectus, orat iterũ vt ipſis viuatur, & cõmunionem eorum recipiat. Hoc enim Symmachus clarius ſignificauit, dicens, Conuerſentur mecum timentes te.

Fiat cor meum.) Cor enim macula liberum, liberum eſt ab omni confuſione. Quapropter & mox initio pſalmi immaculatos felices prædicauit.

Deficiunt qui. *Defecit in ſalutare.*) Qui vehemẽter quod deſiderant, ſi illo priuentur, deficere dicuntur. Sic qui valde ſitiunt, ſi aqua deſtituantur, ſic qui notum aliquem è peregrinatione reuerſurũ præſtolantur, ſic qui cum calamitatibus luctantes diuinam beneuolentiam expectant, ſi illa differatur, deficiunt.

Oraculum. *Defecerunt oculi.*) Oraculum & promiſſio di-
B uina & à Deo inſpirata, Scriptura vocatur. Deficit itaque non is modò, qui diuinam promiſſionem expectat, & ſolutionem vrgentium malorum præſtolatur: ſed & qui diuina oracula legens ſenſum eorum exactè cognoſcere cupit, & ſi hunc inueniat, conſolationis & refocillationis loco ducit.

Quia factus ſum.) Vter tepefactus laxatur, & inflatus tumet, in pruina verò obduratur & cõgelatur: ita habet & corporis natura. Delitiis la-
Corporis caſtigatio. xatur & intumeſcit, & aduerſus animam inſurgit: religioſa verò adflictione & caſtigatione humiliatur & reprimitur. Et huius Paulus teſtis eſt clamans, Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne quo pacto fiat, vt cum aliis prędicarim, ipſe reprobus efficiar. Quin & ipſe propheta, cum à Saüle pelleretur, affectionum victor erat: pace verò potitus, delitiarum laſciuiis labefactatus eſt. Humiliato itaque corpore diuinarum legum memoriam renouauit.

Quot ſunt.) Exiguum eſt humanæ naturæ tem-
C pus. Dies enim annorum noſtrorũ in ipſis, ſunt ſeptuaginta anni. Quãdo igitur mihi iudicabis, mèque ab inimicis liberabis?

Narrauerunt mihi.) Suadebant quidam prophetæ, vt inimicos ſuos interimeret, ipſe verò diuinæ legi obediẽs, iudicium Dei expectabat. Et nobis vtiliſſima eſt oraculorum iſtorum doctrina. Conuenit enim vt fugiamus, non ſolum Græcorum fabulas, & Iudæorum incredulitatem, ſed & blaſphema hæreticorum dogmata.

Omnia mandata.) Et ob eam cauſam mihi legem tuam elegi.

Paulominus conſummauerũt.) Multa eſt (inquit) inimicorum iniuſtitia & potentia. Parum enim abfuit, quin ipſa me vita priuaſſent.

Secundum miſericordiam.) Animi modeſtia ſermonem ornauit. Vitam enim nõ vt retributionem iuſtitiæ, ſed vt donum miſericordiæ teſtimoniorum Dei cuſtodiam pollicitus petiit.

In æternum.) Præceptum tuum immota cæli conuexa conſeruat. Hoc autẽ & Pſal. 148. dicit, Statuit ea in ſeculũ, &c. Significat autẽ his verbis, angelorũ cœtus cælum inhabitantes diuinã cuſtodire legem, eſſèque à tradirione liberos. D

In generatione & generationem.) Hanc enim & Iudæorum generatio, ei quæ poſt ipſam futura erat, conſeruauit. Loquitur autem de populo Gẽtium, qui per Chriſtum ſeruatorem ſalutem eſt conſequutus.

Fũdaſti terram.) Terræ dediſti vt prolixiſſima diuturnitate perduret, manſirque ſicuti præcepiſti. Diuiſiſti diem à nocte, & illa ſecũdum leges tuas certo itinere pergit. Omnia ſiquidem nutibus tuis obtemperant.

Niſi quòd lex.) Dicat hæc quiſque piorum, vbi in calamitates inciderit. Dauid autẽ illa meritò dixit, à Saüle pulſus, & apud Philiſtæos & impios homines agere coactus. Communicaſſet enim cum illorum impietate, niſi ſecũ diuinarum legum meditationem circumtuliſſet.

In æternum non obliuiſcar.) Experientia ſiquidẽ edoctus iuſtificationes tuas producere vitam, inextinguibilem illarum memoriam ſeruo.

Tuus ſum.) Non omnes hac voce poſſumus vti. Mentitur enim peccator exiſtens, ſi ſe ſerui E
Dei nominet. A quo enim quis victus eſt, illius *Seruus*
eſt & ſeruituti ſubiectus. Itaque ſi peccatis li- *peccati.*
berati diuinas leges amplexi fuerimus, hac vti voce poterimus.

Me expectanerunt.) Quod hîc eſt ὑπέμειναν, id eſt ſuſtinuerunt, Symmachus & Theodotion προσεδόκησαν, id eſt expectanerunt, reddiderunt. Illi quidem, inquit, ſe morti me craditutos eſſe ſperarunt: ego verò teſtimoniis tuis attendens, vitam ex illis reportaui.

Omnis conſummationis.) Symmachus ſic, Omnis conatus vidi finem. Latum eſt mandatum valde. Omnia (inquit) humana finem, cúmque velocem, habent. Mandatum verò tuum latum eſt & indelebile, ac ſeruantibus ſe vitam illam quę finem non habet & bona nullam mutationem admittentia conciliat.

Quomodo dilexi.) Non omnis qui diuinam legem adimplet, amando illam idimplet: ſed alij timore ac formidine ſupplicij, alij verò gloriam quæ ab hominibus eſt venantes, alij ſynceri vir- F
tutis amatores, & ad ea quæ bona ſunt propenſi, diuina præcepta adimplete ſatagunt.

Super inimicos.) Diuinam legem ardenter amare propheta confeſſus, totum hoc diuinæ gratiæ deputat. Abs te enim ſapiẽtiam, inquit, & ſcientiam adeptus, legem tuam dilexi. Ampliorem enim mihi ſcientiam, quàm inimicis, es largitus. Quapropter illi me occidere ſatagunt, ego verò ne vltionem quidem de illis ſumere ſuſtineo. Æternum namque virtutis fructum contemplor.

Super omnes.) Proprium regum eſt, vt doceãt:

ſubditorum verò, vt doceantur. Rex erat Saül, & ætate ſenior: verùm nec regia poteſtas illum, nec ætatis tempus, ad ſapientiam inſtruxerant, ſed benefactores ſuos occidere conabatur. Magnus verò Dauid cũ adhuc inter ſubditos conſtitutus, & ætate iunior eſſet, amorem ſapientię complexus erat, & iniurium erga ſe neq; laceſſere manibus iniuſtis, neque vlciſci ſuſtinuit.

Ab omni via mala.) Nequit enim fieri, vt duas quiſquam vias ſimul ingrediatur, iuſtitiæ videlicet &
A iniuſtitiæ: ſed neceſſe eſt vt contrariam fugiat. Sic enim poſſibile eſt, vt diuinarum legũ cuſtodes reddamur.

A iudiciis tuis.) Cum enim horum te legiſlatorem eſſe ſciam, cum omni illa animi propenſione ſum amplexus.

Guttur organum eſt vocis.

Quàm dulcia.) Non enim ita oris mei guſtum dulcedo mellis delectat, ſicut animam meã eloquiorũ tuorũ meditatio lætificat. Gutturis nãque mentionẽ fecit, tãquam organi vocis. Meditatio verò manifeſta eſt. His vſus animus vtilitatem, quæ ex illis eſt reportat.

A mandatis tuis.) Cum enim intelligerẽ quibus delecteris, omnia malitię genera ſum auerſatus.

Lux qui appellãtur

Lucerna pedibus.) Non enim in tenebris ambulo, lege tua veluti lucerna quadam illuminatus. Sciendum autem eſt, quòd lucerna quidem nominata eſt lex, proptereaquòd ægrè vnam gentem illuminauit, Seruator verò ſol iuſtitiæ dictus eſt, vt qui totum orbem illuſtra-
B rit. Ita & Ioannem Chriſtus lucernam nominauit. Quoniam verò lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, orta iam erat, Apoſtolos quoque lucem appellauit: propterea quòd lucis huius participes facti, cunctos mortales illuminaturi eſſent.

Iuraui & ſtatui.) Firmũ animi ſui iudicium, iuramentum nominauit, eo quòd pleraque humanarum rerum iuramento firmantur.

Humiliatus ſum.) Non ſimpliciter ſe, ſed vehementer humiliatum eſſe dicit: idque cũ rex eſſet & propheta, virtutéque & opulentia decoratus, & hoſtium domator: verùm nullo horum vnquam cõfidere ſuſtinuit, ſed diuina hæc eſſe dona cẽſuit. Vitã verò nõ ſimpliciter petit: ſed quę ſecundum verbum Dei, & legitima ſit.

Sacrificiorum differentia.

Voluntaria oris mei.) Rectè virtutis facta pleraque ipſæ leges edicũt, quædam verò & animus pius adijcit: ita & ſacrificiorum alia quidem legalia, alia verò voluntaria erant. Quæ pro peccatis erant, lege iubebãtur offerri, & illa Deus
C veluti debitum quoddam recipiebat: quæ verò liberalitate quadam animi offerebantur, dona vocauit. Ita & nunc, reſipiſcentiam & iuſtitiam quidem Euangelica doctrina præcepit: virginitas verò & continẽtia poſt nuptias, & paupertas & vita ſolitaria, voluntaria ſunt opera, vltra leges progredientia. Talia igitur propheta voluntaria vocauit. Quæ nãque non ſunt legum ſubiecta neceſſitati, ſed fructus ſunt animi amore Dei præditi, rectè voluntaria appellauit.

Opera voluntatis quæ ſunt.

Anima mea.) A prouidẽtia ſiquidem tua cuſtoditus legum tuarum non obliuiſcar.

Poſuerunt peccatores.) Multas mihi cùm homines tum dæmones inſidias ſtruunt, ego verò mandatorum tuorum viam erroris expertem ad ambulandum elegi.

Hæreditate acquiſiui.) Teſtimonia tua hæreditatem eſſe ſempiternam credens, propter poſſeſſionem eorum exulto.

Inclinaui cor meum) Animæ conſilium lanci eſt ſimile. Continet autem lancem mens imperium nacta. In piis cogitationibus neceſſitas accedit, vt lances ad ea quæ meliora ſunt inclinent. Hoc ſe feciſſe propheta dicit, Inclinaui, D
inquit, cor meum. Conſiderato namque fructu qui inde naſcitur, cupidè illorum gratia certamina ſubiui. Et vt doceat, quomodo diuina elegerit, ſubijcit.

Iniquos odio.) Repulſis namque illis qui iniquè agere conſtituerunt, legem tuam elegi.

Declinate à me.) Hoc autem, inquit, non ſine ope tua perfeci: ſed auxilio tuo potitus, & ſpe in te collocata nutritus. Hæc abſurdis cogitationibus, & illis qui malè conſultabant dixi, ne quod mihi tale conſilium ſuggererent. Mihi namque vitam quæ ſecũdum leges tuas eſt, elegi: & illas omni diligentia ſcrutabor, ne me quicquam illarum fugiat.

Adiuua me.) Hunc itaque ſcopum ſpectantẽ prouidentia tua dignare, ne ſpe fruſtratus confuſione replear.

Adiuua me.) Salutem quippe conſequutus iuſtificationes tuas non negligam, ſed eas perpetuò meditabor. Meditationem verò nõ eam quæ in verbis tantum, ſed & eam quæ in ope- E
ribus ſit dicit.

Spreuiſti omnes.) Hanc habebo erga mandata tua animi propenſionem, reprehẽſibiles eos & ignominioſos factos eſſe ſciens, qui illa ſunt tranſgreſſi.

Præuaricantes reputaui.) Pro præuaricantes, Theodotion, Pro nihilo, Symmachus verò, Scoriam dixit. Propheta autem perinde ſe atq; Deũ tranſgreſſores contemnere ſignificauit. Omnem animi propenſionem ad implendum diuina oracula attulit, vt gnarus quid damni præuaricatio illorum adferat.

Confige timore tuo.) Anima mea legi tuæ incũbit: verùm quoniam corpus aduerſus hãc inſurgit, oro vt mẽbra illius timore tuo configantur, quo peccato mortua animæ ductui obſequãtur. Similis eſt hæc particula Apoſtolico dicto, quo dicit, Mortificate mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram, ſcortationẽ, immũditiã, affectionẽ, &c. Et iterũ, Crucifixus ſum cum Chriſto: viuo autẽ iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus, F

Feci iudicium.) Quoniam tuis obtemperare legibus volo, ne fiat vt inimicis exponar. Quis autem hodie tanta præditus eſt animi puritate, vt cum fiducia verbis iſtis vti poſſit? Gloriatio enim noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

Suſcipe ſeruum tuum.) Aquila verò & Theodotion, Fideiube dixerunt, hoc eſt, vera dicens nõ mentior, crede pollicẽti ſeruo tuo, ipſe fideiuſſor ſis promiſſionis meæ: quoniam leges tuas adimplere ſatago.

Nõ calũnietur me.) Moleſta res eſt calũnia, etiã ſi magnum

ſi magnum adferat præmium. In hanc Ioſeph præclarus incidit,& alij multi. Hortatur autem Dominus, vt oremus ne inducamur in rētationem. Nihil igitur abſurdi ne propheta quidem hanc petitionem faciendo commiſit.

Oculi mei defecerunt.)Iterum hoc verſu eloquiū promiſſionem vocauit. Sine intermiſſione, inquit, ſalutem abs te expecto, promiſſioniſq; tuæ finem præſtolor. Defecerūt, autem dixit, vt deſiderij vehementiam ſignificet.

A *Fac cum.*)Cum tantus eſſet virtutis operator, miſericordiam tamen petiit:& vt ſalutem conſequeretur, illam petiit: nec mercedem exegit, ſed pro ſola henignitate orauit.

Seruum tuum.)Omnes quidem homines natura ſunt ſerui Dei: adoptione verò illi, qui dominationem Dei cupidè ſunt amplexi. Cum de numero iſtorum eſſet, ſeipſe ſeruum Dei nominauit, & vt intellectum ad cognoſcendum teſtimonia Dei conſequeretur orauit.

Tempus faciendi.) Omnia in ſtatera gubernat Deus. Diu quidem fert mortalium peccata: vbi verò patientiæ ipſius intuitu augeri malitiam videt, tum pœnas ſumit. hoc igitut & hîc dicit, Tempus eſt Domine, vt ad auxiliandum adflictis exurgas. Hoſtes enim legem tuam vehementer proculcarunt.

Ideo dilexi.) Illi quidem legem tuam ſpreuerunt, ego verò mandata tua auro & lapidibus

Topaſion. preciosis deſiderabiliora iudico. Per Topaſion quippe lapidem omnes reliquos ſignificauit.

B Eſt etiam veriſimile, hunc illis temporibus reliquis fuiſſe prælatum.

Propterea ad omnia.) Deſiderium enim animi propenſionem operatur, animi verò propenſio hoc efficit, vt via Dei ad finem perducatur, & via iniuſtitiæ odio habeatut.

Mirabilia teſtimonia.)Oſtēdit his verbis, quòd teſtimonia Dei non fruſtra dilexerit. Sūt enim, inquit, deſiderabilia, & quæ illos qui conſiderare ipſa valeant, ad amorem, excitare poſſunt. Et vnde virtutem illorum cognouiſti?

Declaratio ſermonū.) Luce, inquit, tua illuſtratus, hanc accepi ſcientiam. Et omnes eos, qui ignorantia tenentur,& infantibus ſimiles ſunt intellectu, lex tua replet. Et alibi dicit, Cuſtodiens paruulos Dominus.

Os meum aperui.)Os hîc animi propenſionem vocat. Hæc enim gratiam ſpiritusſancti attrahit. Nam alio in loco dicit, Dilata os tuum, & implebo illud. Et Apoſtolus in apertione, oris ſermonem ſibi dari orauit. Hoc etiam propheta dicit, Os meum hîc aperui. Cū enim me man-

C data tua cupere vidiſſes gratia tua dignatus es.

Statio tertia.

Aſpice in me.) Orat vt diuina beneuolentia potiatur, non ſimpliciter: ſed ſicut conſueuiſti, inquit, miſericordiā illis impartiri, qui te diligūt. quod enim dixit, Secundum iudicium: idē eſt atque, Oro vt æquali cum illis ſententia potiar.

Greſſus meos.)Si nos animi propenſionem primùm attulerimus, Deus verò opem ſuam exhibuerit, & iter direxerit, locum peccati dominium non habebit.

Redime me.) Et Chriſtus eos qui probris afficiuntur, felices vocauit: verū præcepit etiam vt oremus, ne in tentationem intremus. Igitur & prophetæ oratio cum legibus Euangelicis conuenit.

Faciem tuam illumina.)Craſſius de Deo S. ſcriptura loquitur, ſermones ad naturam hominū attemperans. Intelligenda eſt igitur diuinæ faciei illuſtratio, triſtium eſſe ſolutionem, & bonorum ſuppeditationem. D

Exitus aquarum.)Et hęc eſt Apoſtolica lex. Si enim (inquit) patitur vnum membrum, compatiuntur illi omnia membra. Euangelicàm itaq; propheta perfectionem exercet, dum aliorum præuaricationes deplorat. Exitus enim aquarū, multitudinem lachrymarum vocauit. Torrentis inſtar, inquit, lachrimas effudi, mortalium præuaricationes conſpicatus.

Iuſtus es Domine.) Omnia iuſtè diſponis Domine,& mortalium curam gerens: & operatores eos iuſtitiæ reddere volens, legem dediſti, ac tranſgreſſores conteſtatus es quas ſint daturi pœnas, promiſſionéſque tuas operibus confirmas. Hoc enim ſignificat propheta, cum dicit, Et veritatem valde.

Tabeſcere me fecit.)Etiam eos propheta deplorat, qui iniquè viuunt, & legem contemptam videns legitimè Indignatur. Hic zelus & Phinees celebrem reddidit,& magnū Eliam. Hūc circumferens Paulus clamabat, Quis infirma- E

tur,& egó non infirmor? &c.

Ignitum eloquium tuum.)Probatum eſt, inquit, & omni macula liberum verbum tuum, & ego ardenti erga illud amore præditus ſum.

Adoleſcentulus ſum.)Quādo B. Samueli Deus vt filium Ieſſe regem conſtitueret præcepit, reliquis filiis omnibus reprobatis, Ieſſe patrē percontatus eſt, num omnes iam filios ſuos exhibuiſſet? quo reſpondēte, Supereſſe adhuc puerum paruulum tanquam ineptum regno: iuſſit hūc propheta adduci, adductúmque confeſtim inunxit. Muneris huius propheta iam recordatus dicit, Cum iunior,& parentibus quoq; modici momēti æſtimatus eſſem, tu me tāta dignatus es gratia. Quapropter cū omni animi propenſione iuſtificationes tuas cuſtodire cupio.

Iuſtitia tua.)Qui humanis legibus obedit, ne in præſenti quidem vita à legiſlatoribus honorem conſequitur: qui verò diuinis obſequitur, laborum mercedem habet vitam æternam. Et homines non omnino omnes quod iuſtum eſt F

præcipiunt, lex verò Dei vt veritas ſplendeſcit. Rectè igitur dixit, Et lex tua veritas.

Tribulatio & anguſtia.) Hæc enim coniuncta ſunt virtutis operatoribus. Ex horum enim doctrina animi fortitudinē addiſco, ac triſtia fortiter fero.

Æquitas teſtimonia tua.) Hoc eſt, Sempiterna bona conciliant. Abs te namque illuminatus, veram vitam conſequar.

Clamaui in toto.) Clamorem rurſus animi votum ac propēſionem vocat. Quapropter & adijcit, In toto corde meo. Ita & Moſes ſilendo

clamauit:ac Deus,Quid,inquit,clamas ad me?

Clamaui ad te.) Etenim ſalute abs te accepta
cuſtos ero legũ tuarum,idq; cum rex ſim,& in-
numeris curis adobrutus. Non ſolum per diẽ,
ſed & noctu orationes ſuas Deo obrulit, vſ-
que adeò ſcilicet deſiderio erga factorem ſuum
Deum accenſus erat. Non autem intempeſta
modò nocte, qno tempore iucundus ſolet eſ-
ſe ſomnus: ſed & diluculo diuinas leges me-
ditabatur.

A *Vocem meam.)* Cum tantis eſſet bonis orna-
tus,vt miſericordiam aſſequeretur orauit: nec
ſimpliciter miſericordiam petiit,ſed ſecundum
D.iudicij commoditatem.

Appropinquauerunt.) Procnl enim ſunt à di-
uinis legibus,qui iuſtum impugnare conanrut.
Qui namque vos reijcit, inquit, me reijcit. Et,
Inimicus ero inimicis ruis, & aduerſarins ad-
uerſariis tuis.

Propè es.) Non enim abſens es Domine, ſed
orbem terræ adimples, & veritate vſus creatu-
ram gubernas. Et per prophetam Dcus alibi di
xit,Deus appropinquans ego ſum, & nõ Deus
procul cõſtitutus. Et Apoſtolus,In illo enim vi-
uimus(inquit)& mouemur & ſumus.

Initio cognoui.) Teſtimonia cælum & terram
vocat. Deſcendens enim(inquit)conteſtate cę-
lum & terram. Quaptopter & Moſes dixir,At-
tende cælum,&c. In illis autem ſine intermiſ-
ſioneD. prouidentia cernitur. Multo enim or-
dine cuncta incedunr. Hinc inquit, Exactè co-
B gnoui quòd prope ſis, & coram illis quæ finnt,
nec te res vlla lateat.

Vide humilitatẽ meam.) Qui ſeipſum humiliat,
iuxta Domini vocem exaltabitur. Et beati ſunt
pauperes ſpiritu. Hac virtute Propheta reliquas
exornauit,& hác pollicitus diuinum auxilium
implorauit.

Iudica iudicium.) Admonet Dominũ promiſ-
ſionum, ſalutémque ab illo petit,& vt inter ſe
& inimicos iudicet,orat.

Longe à peccatoribus.) Salute quæ abs te eſt, ſe-
ipſi qui iniquè viuunt,priuarunt,diſcere nolen-
tes quæ facienda præceperis.

Miſericordia tua.) Multa eſt,inquit, benigni-
tatis tuæ opulentia, iuſtum eſt iudicium tuum:
ex illis ego ſalutem peto.

Multi ſunt qui.) Ne multis quidem ærumnis
cinctus,aliquid eorum quæ tu ſtatuiſti,trãſgre-
di ſuſtinui. Cum de argumento pſalmi age-
remus,diximus B. Dauidem omnia hoc pſalmo
congeſſiſſe,quę ſibi accideraut:& alia illis com
C petere,quę à Saüle triſtia iam fuerat perpeſſus,
alia verò iis quæ Abesbalom intulerat.

Vidi præuaricantes.) Manifeſtum eſt,quòd iſta
à Saüle pulſus,orando dixerit, tunc enim pec-
catum illud nondum fuerat expertus.

Vide quod mandata.) Aſſiduè mandatorum,le-
gum,iuſtificationum & teſtimoniorum memi-
nit,vt deſiderium illorum oſtendat.

Principium verborum.) Principium verborum
Dei,promiſſiones Abrahæ factas vocat. Ex boc
enim genus trahunt Iudæi. Verùm quod promi
ſerat,præſtitit. Et populum hunc auxit,& in ſe-
mine illius iuxta quod promiſerat,omnes Gen-
tes benedixit. Cum enim propbeta eſſet Da-
uid,ſempiternam Chriſti potentiam vidit.

Principes proſequuti.) Hoſtes, inquit, non ti-
mui, timui verò leges ruas: quaptopter & ho-
ſtem meum, cum dormientem illum oſtende-
rem,non ſum auſus occidere: & parricidam fi-
lium, Abeshalomum dico,miſeratus,dicebam,
Parcito pnero meo. O animum generoſiſſimũ,
& patientiam infinitam.

Lætabor ego.) Quoniam boſtium meminit, re-
ctè meminit & ſpoliorum. Dicit antem,Etiam D
ſi omnes boſtes occidiſſem,& tantum abſtuliſ-
ſem ſpoliorum,quantum illi congeſſiſſent: non
tamen ita lætarer, ſicuti in legibus tuis exulto.

Iniquitatem odio.) Et hic ſermo veritas eſt. Qui
namque amore erga diuina feruet,contraria o-
dio proſequitur.

Septies in die.) Illud, Septies,nonnulli Sæpe-
numero,interpretati ſunt. Et boc autẽ & illud
feruẽtem prophetæ amorem exprimit. Etenim
laudando Deum ſaturare non potuit.

Pax multa.) Qui diuino amore velut igne
quodam incenſus, & pacem cum Deo per mã-
datorum eius cuſtodiam adeptus eſt: is etiamſi
ab omnibus impugnetur hominibus, iucũdam
tamen vitam viuit. Et Paulus hnius rei teſtis eſt,
cum dicit, In omnibus tribulatns & tamen nõ
anguſtiatus. Et Dominus ad Apoſtolos, cum in
orbem eos veluti in medium luporũ mitteret,
Pacem meam,inquit,do vobis.

Expectabam ſalutare.) Ne calamitatibns qui-
dem circundatus meliorum rerum ſpes ampu- E
tani: ſed ſalutem tuam expectando, perſeuera-
ui,ac mandatis tuis adhæſi.

Cuſtodiuit anima mea.) Sciens enim te videre
omnia, non ſolum impleui mandata tua,ſed &
ferventi cum amore hoc feci.

Appropinquet deprecatio.) Poſteaquam cunctã
orationẽ ſuam Deo obtulit, orat vt deprecatio
bæc ſuſcipiatur: & obſecrat vt intellectum ac-
quirat,nõ humanum illum, ſed qui diuinorum
oraculorum ſcientiam habeat.

Intret poſtulatio mea.) Ἀξίωμα hîc orationem
vocat. Hoc enim & apnd alios interpretes inne
ni. Variis enim verbis vſus,Dominũ demulcet.

Eructabunt labia mea.) Scripturæ conueniens
eſt Eructationis dictio. Iuſtificationes enim
ruas,inquit,edoctus,tibi talium doctori, laudẽ
offeram.

Pronuntiabit lingua.) Linguam meam medita-
tioni oraculorum ruorum conſecrabo, manda-
ta tua omni iuſtitia ornatas eſſe ſciens.

Fiat manus.) Illud, Quia mandata tua dile- F
xi, Symmacbus, Complexus ſum, Aquila &
Tbeodotion, Elegi,dixerunt. Manum verò,di-
uinam operationem vocat, per quam ſalutem
conſequi orat.

Concupiui ſalutare.) Salutem,inquit,abs te cõ-
ſequi cupio.

Viuet anima.) Scio,inquit,me non frandandũ
eſſe bac ſpe: ſed veram abs te vitam adepturũ,
téque datorem bonorum landaturum.

Erraui ſicut.) Hoc & propberæ poſt peccatũ
& omni humanæ naturæ dicere conuenit.

Quære ſeruum.) Licet enim quædam mãdato-
rum

rum Dei tranſgreſſus eſt, omnimodam tamen illorum obliuionem non admiſit: verùm hanc quidem orationem Propheta obtulit, ſalutem verò vniuerſo mortaliũ natura eſt adepta. Cncurrit enim bonus paſtor ad ouem errãtem, ac mõtes circumeuntem inuenit (nam in illis dæmones colens errauit) & ad paſcua recepit, & lætatus eſt ſuper illa magis quàm ſupra quinqnaginta nouem quæ non errauerunt.

A ARGVMEN. PSAL. CXIX.

Vnicuique pſalmo propria & peculiaris quædam affixa eſt epigraphe, hîc verò multi coniuncti, vnam ſortiti ſunt appellationem, nempe Cãtica graduum dicti. Quapropter iuxta hiſtoriã quidẽ de aſcenſu è Babylone loquũtur, ſecũdum anagogen verò eos de aſcenſu ad virtutem, protulerunt. Via namque ad virtutem tendens, paulatímque philoſophum virum ad cælum ſubducens, gradibus quibuſdam ſimilis eſt.

Scholia in eundem Pſalmum.

A*D Dominum.*) Vides quàm ſit parata Dei benignitas, quòd ſe innocantibus confeſtim annuit, ſicut & in Ægypto fecit. Aliter verò, ſi ad cæleſtem conuerſationẽ occurrere voles, fuge vitæ buins voluptates, & omoino audiet te. Si voles igitur gradus iſtos ſcandere, conoecte te laborioſæ conuerſationi, deſiſte à terrenis rebus. hîc enim primus eſt aſcenſus.

Domine libera.) Vide hîc illuſtre illud Apo-
B ſtolicum mãdatum. Non enim malum aliqnod
iſti ſimile eſt, ſi in doloſum quiſquã homioem
incidar. Quapropter hoc Deum aſſiduè ſurſum
ac deorſum verſans orat. Si verò doloſi & inſidiatores fugiẽdi ſunt, multò magis ſeductores ea peruerſa dogmata, quæ virtutis ſtudium lædant, inducẽtes. Hoc eſt quod Apoſtolus dicit, Colloquia praua corrumpũt bonos mores. Adhærendum itaque nobis eſt, & conuerſandum cum illis qui virtutem exercent.

Quid detur tibi.) Quódnam ſuppliciũ, inquit, hac dignũ malicia inuenietur? Quod & Iudæis Eſaias dixit, Qua in re adhuc percutiemini? Aliter verò, Quę nam fuerit iuſta pœna, inquit? Hîc quidem nulla coram Deo vero plaga erit. Homo quidem te nnllus pro meritis punierit, Deus verò plagam inferet.

Sagitta potentis.) Suprà multitudinem, hîc verò vehementiam ſupplicij exprimit. Deſolatoriis, inquit: id eſt, quæ deſolationem faciant &
conſumant. A b illis enim rebus quæ nobis ſunt
C terribiles, ſupplicia diuina Scripturæ figurant,
ſagittas ea & ignem vocantes.

Heu mihi.) Hæc quidem illi propter Babylonicam captiuitatem lamentabantur, Paulus verò illa de cõuerſatione præſentis vitæ dicit. Etenim in tabernaculo hoc exiſtentes iagemiſcimus, inquit, grauati. Incolatus enim præſens hæc vita dicitur. Quapropter optima doctrina eſt, vt ſciamus nos peregrinos eſſe in bac præſenti vita.

Habitaui cum habitantibus.) Nõ hoc ſolùm deplorant, quòd inter alienos: ſed & qnòd inter barbaros conuerſantnr. Nomen autem barbarorum eſt Cedar, qui in morem beſtiarum animati, & tuguriis & tabernaculis vtuntur.

Multum incola.) Vides quomodo moleſtiam conuerſionis cum barbaris oſtendat? Nõ dixit, Cum his qni pacem non habebant: ſed, Cum iis qui oderunt pacem. Vide vtilitatem tribulationis, vide fructum captiuitatis. Odio namque contrariorum virtutem ſuam magis publicauit.

Cum loquebar.) In ipſo (inquit) colloquij arti-
culo, quando potiſſimùm dilectionis ſpecimen
dabã, ferociebant, & dolos aduerſum me ſtrue- D
bant: ego verò virtutem meam oſtendebam.

Scholia in Pſalmum CXX.

L*Euaui.*) Vide animum perplexum & conſilij ioopem, vtpote in malis conſtitutum. Quoniam enim in mediis boſtibus derelicti erant, nec ciuitas illis erat, nec turris neque murus, oeque aliud huiuſmodi quicquam: ſed captiui ac ſerui inter dominos & hoſtes agebãt. Propter hanc deſolationé philoſophari cœperunt, dicentes,

Auxilium meum.) Non ſimpliciter adiecit, Qui ſicut cælum & terram. Si enim cælum, inquit, & terram ipſe fecit, vbique, & inter alienos & barbaros opem ferre, ac manum porrigere poteſt. Etenim ſi omnia elementa ſolo verbo produxit, multò magis oos à barbaris liberare poteſt.

Non det in commotionem.) Ne pudefias, inquit,
neque offendiculum patiare, & tũc Deum ma- E
num porrigentem habebis. Oportet itaq; principia fieri à nobis. Sic enim Deus non ocioſos, ſed ſatagentes ſaluare conſtituit.

Ecce non.) Si ad hunc modum animatus eſt, inquit, oõ dormitabit: hoc eſt, non deſeret, non omittet. Si enim hoc irremiſſum illius opus eſt, quo iam olim & à maioribus tuis ſecutum te conſtituat, non deſeret opus ſuum, niſi tu ipſe dederis in commotionem pedem tuum.

Dominus cuſtodit te.) Vide quomodo etiã hoc loco ſtrenuum opus exigat, metaphora eorum vſus, qui in acie coonſiſtunt. Ad manum tuam dexteram ſtabit, inqnit, vt inuictus ſis, & ſtrenuus. Eſt enim dextera manus, ea per quam potiſſimum omnia operamur. Non ſolùm autem aſſiſtet, ſed & protector & auxiliator erit. Vniuerſam Dei cnſtodiam, & præſentiſſimum auxilium per dexteram & protectioné exprimere voluit.

Per diem ſol.) Hoc etiã cum ex Ægypto aſcen-
derent, & in ſolitudiné agerent factũ eſt. Mul- F
tam verò hîc ſecuritaté dicit. Veriſimile autem eſt, eos etiã cũ è Babylone redirent, huiuſmodi admirabili poritos eſſe beneficio, ldque alio quodam quàm illic modo. Ex abundanti igitur prouidentiam ſuam oſtẽdere voluit, quòd non ſolùm à grauioribus malis liberat, ſed ne humana quidem pari permittit.

Dominus cuſtodit.) Etenim qui ne modicis qnidem iſtis moleſtiis contriſtari permiſit, ſed prouidentiam ſuam tantopere extendit, multò magis & in aliis te reddet inuictum.

Dominus cuſtodiat.) Quidnam baoc dilectio-

nem adæquare poterit. Per introitum autem &
exitum, totam vitam ſignificat. In his enim illa
conſiſtit. Et vt hoc clarius exprimat, ſubiungit,
Amodò & vſque in ſeculum. Non vno tantùm,
inquit, aut altero aut tribus vel viginti vel cen-
rum diebus, ſed perpetuò: quod inter homines
fieri non poteſt.

Scholia in Pſalmum CXXI.

A L*ÆEtatus ſum.*) Vnde ſunt iſti emẽdati, qui
iam antea relicto templo Dei montibus ac
locis ſyluoſis ſeſe dediderant? A captiuitate vi-
delicet, & moleſtiis quæ ex illa acciderunt.
Quoniam enim in famem audiendi verbi Do-
mini, coniecti fuerãt, maiore cum deſiderio ea
iam exquirunt, quibus antea exciderant.

Stantes erant.) Quoniam enim tũc per totam
eam vrbem deſolatio erat, vtpote turribus deie
ctis ac muris proſtratis: cũ reuerſi eſſent: eámq;
deſolationem cernerẽt, veterem ſplendorem in
memoriam reuocabãt, atq; encomia illius præ-
dicabant dicentes, Quæ olim ſplendida erat &
illuſtris, copioſámque cõcionem habebat, iam
deformi eſt amicta ſchemate.

Ieruſalem quæ.) Denſitatem ac frequentiam
ædificiorũ eius ſignificat, quòd nihil deſolatio-
nis in medio eius, ſed omnia abſoluta & probè
concinnata fuerint.

Cuius participatio.) Hac re potiſſimùm vrbs iſta
ornabatur. Non ita amplitudine ac monumen-
B tis decorabatur, atque per hoc quòd omnes in
ea congregabantur. Non enim licebat alibi pa-
negyres celebrare, ſed illic colligebantur. Hoc
autem propter cognitionẽ Dei retinendam fie-
bat, ne vbilibet errando ad cultum ſimulacro-
rum deflecterent.

Tribus Domini.) Hoc eſt, Maximum eſt proui-
dentiæ Dei teſtimoniũ, argumẽtum & demon-
ſtratio, ita vt reſilientibus nulla prorſus excuſa-
tio relinquatur. Illic enim & lex legebatur, &
innumera illis bona illinc ex eo parabantur,
quòd in templo conueniebant.

Ad confitendum.) Hoc eſt, Ad agendum gra-
tias, ad colendum, & ad offerendũ hoſtias, quæ
illos ad religionem inducebant.

Quia illic ſederunt.) Quia illic regia ſedes erat.
Hoc eſt quod dicit, Illic ſederunt ſedes in iudi-
cio, ſedes in domo Dauidis. Geminus enim prin
cipatus ille ſacerdotum videlicet ac regum, il-
lic cõiunctus erat: illic erant & iudices, ad quos
quæ multitudinis captum excedebant, defere-
C bantur.

Rogate quæ ad pacem.) Precamini & orate, vt
multitudine hoſtiũ liberemur, & ad priſtinam
fœlicitatem reuertamur. Aut hoc dicit, Pax eos
apprehendet.

Et abundantia.) Multa eſt fœlicitatis abun-
dantia, quando bona in illa non conſiſtont: ſed
& his etiam ij potiuntur, qui eam diligunt. Qui
ſunt autem illi? Aut eos, qui cum illis erant ha-
bituri commercium, vel ipſos ciuitatis huius
ciues dicit.

Fiat pax in virtute tua.) Quid eſt quòd dicit,
In virtute tua? In ſubſiſtentia tua, in illis qui te
inhabitãt. Quoniam pernicioſa res eſt bellum,
illúdq; hanc ciuitatem perdiderat, optat vt pax
illi contingat.

Et abundantia.) Alius dicit, in aulis ac regiis
tuis. Abundantia, fœlicitas eſt & tranquilli-
tas. Non enim liberationem tantùm à malis,
ſed & innumerorum bonorum adiectionem
prædicit.

Propter fratres meos.) Proximos eos dicit, qui
propter ipſorum captiuitatem lætabantur. Pax,
inquit, fiat, vt & illi homiliẽtur: aut eos intelli- D
git, qui in vrbe habitabant. Pax, inquit, fiat, vt
ciues tui ab ærumnis recreentur.

Propter domum Domini.) Propter ipſius glo-
riam, vt cultus eius denuò reuocaretur, & plus
eſſet doctrinæ. Ne putarent ob eam ſe cauſam
quæ bona erant recepiſſe, quòd dignas pœnas
dediſſent: ſed propter gloriam Dei ad patriam
ſe reductos eſſe ſcirent, ſubiunxit, Propter do-
mum Domini Dei noſtri, &c.

Scholia in Pſalmum CXXII.

A*D te leuaui.*) Vide captiuitatis vtilitatem
vbique relucẽtem. Qui namque murorum
munitione, & pecuniarum copia confidentes
fuerant, ab omnibus illis auulſi ad Deum con-
fugiunt. Et quoniam templum ipſorum hoſtes
ſubuerterant, è cælo iam Deum aduocant. Di-
citur autem in cælo habitare, non quòd illo ſit
incluſus, abſit (ipſe enim omnia adimplet) ſed
quòd in cæleſtibus virtutibus potius inquie- E
ſcit. Alioqui & in hominibus habitare dicitur,
ſecundum illud, Habitabo in illis, & inam-
bulabo, &c.

Ecce ſicut oculi ſeruorum.) His verbis ſignifi-
cant, quòd haudquaquam aliũde ſpem ſibi ad-
iutorij & auxilij, quàm à Deo conceperint, nec
ad alium quẽquam reſpexerint. Et ancilla quip-
pe & ſeruus vnã hanc occaſionem per alimen-
tum & amictum ac reliquam conuerſationem
habent, vt ad dominos ſuos reſpiciant: nec ceſ-
ſent, donec quod petunt, accipiant: & ſi acce-
perint, gratias agunt: atque etiamſi non acci-
piãt, nihilominus perſeuerat. Quapropter non
dixit, Donec mercedem reddat: ſed, Donec mi-
ſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine.) Per miſericordiam
ſaluari petit. Imò non per miſericordiam tan-
tùm, ſed & propterea, quòd multum pœna-
rum, inquit, dedimus. Sicut & Daniel dicit,
Quoniam imminuti ſumus præ omnibus gen-
ribus. Hoc & iſti dicunt, Extremam calamita- F
rem ſuſtinuimus, quapropter quieſce iam, ac
miſerere.

Multum repleta eſt anima noſtra.) Ipſa, inquit,
deficit ac diſſoluitur. Fieri poteſt vt multi quæ
grauia ſunt patiãtur, ídq; animo forti: nos verò
etiam hoc perdidimus. Defatigamur ac deijci-
mur. Quoniam enim ſuppliciis non ſunt decẽ-
ter vſi, per contraria caſtigauit eos Deus.

Opprobrium abundantibus.) Quoniam iſta in
illos transfert, eadem (inquit) illis contin-
gant, quæ fecerunt, faſtúſque & timor illorum
deprimatur.

Scholia in Pſalmum CXXIII.

N*iſi quia Dominus erat in nobis,dicat nũc Iſrael.)* Magnus eſt captiuitatis fructus,& qui ſufficiat ad pbiloſophiam. Hi namque qui ad ſimulachrorum cultum cucurterant, audi quid iam dicát, quomodo ſalutem ſuam Deo adſcribant. Propheta vero ſicut integet chori moderator, eadem cum illis ſine intermiſſione orat. Poſtquam enim ipſe primus dixit, illis etiam vt A dicant præcipit, & quaſi diſcipulis præceptor quid dicant præfatur dicẽs, Dicat nunc domus Iſrael,niſi Dominus fuiſſet in nobis, vtique viuos deglutiſſent nos. Erát enim ioermes ac nudi, ciuitatémque muris deſtitutam babebant, atque ita omnibus velut obuia quædam præda poſt reditũ erant expoſiti:verùm Deus illis murorum ac turrium loco erat.

Cum exurgerent.) Vides quomodo ferociam eorum à quibus impetebantur,exprimat? Erant enim tales homines,vt crudelitatem beſtiarum exprimerent, imò illis etiam crudelius contribulibus ſuis vterentur.

Torrentem pertranſiuit.) Torrentem hîc & aquam,indicendam hoſtium iram dicit. Non autem calamitatem modò bîc dicit, ſed & tranſitum illius. Itaqoe ne deijciamur animo, ſi mala ingruant. Quodcunque namque malum dixeris,finem habet. Niſi enim finem babuiſſet,oatuta ad ferendum non ſuffeciſſet.

Benedictus Dominus.) Vides quomodo eos in B talibus malis non ſit ſubmergi paſſus. Ob eam enim cauſam mala augeri permiſit, non vt illa nos ſubmergerent: ſed vt nos probatiores redderẽt, & ampliorem nobis ipſe virtutis ſuæ demoostrationem exhiberet. Superbos autem bîc hoſtes fuiſſe dicit.

Anima noſtra ſicut paſſer.) Exprimit boc loco & ſuam infirmitatem,& hoſtium potẽtiam. Illi enim in morem beſtiarum & leooum, vt carnem horum vorarent, irruerunt: iſti vetò quouis paſſerculo imbecilliores erant. In hoc enim potiſſimùm mirabilia Dei declarantur, quòd imbecilles potentibus præualent. Cum igitur vndique, inquit, adflictionibus cincti eſſemus, multa nos cum facultate liberauit.

Laqueus contritus eſt.) Vide & hoc loco defenſionis excellentiam. Ipſas etiam, inquit, occaſiones inſidiarum ſuſtulit. Poterit quis hunc locum etiam pet anagogen de diabolo & bumano genere intelligere, quomodo illum cruce ac morte ſua deprædatus ſit, inſidias illius deſtru-C xerit,& laqueos contriuerit.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.) Vides qualem ducem & qualem regem babeas, nempe vniuerſi buius opificem, qoi tot ac tãta corpora, tantámq; magnitudinẽ verbo ſoo produxit. Perſta igitur fortiter. nihil prohibebit quo minus ſplendidum tropæum ſtatuas.

Scholia in Pſalmum CXXIIII.

Q*VI confidunt in Domino, ſicut mons Sion.)* Quare non ſimpliciter, Mons dixit· ſed, Mons Sion? Vt inſtrueret, ne ſimus animo humili in ærumnis, ſed vt ſpe à Deo pendeamus: quoniam & hic mons deſolatus antea, ad priorem fœlicitatem reuerſus eſt. Oſtendit bis verbis, quàm ſit ſpes in Deum immota. Quemad- *Simile.* modum enim, etiamſi quis innumeras machinas adhibeat, nec concutere tamen, nec conuellere mõtem bunc poterit· ita & ſi quiſquam cum impetat, qui ſpem in Deum collocauit, vacuis manibus abſcedet.

Montes in circuitu eius.) Quid igitur, moti non ſunt tres pueri & Daniel? Partia quidem exciderunt, & captiuitatem ſuſtinuerunt, commo- D tionem tamen nullam vnquam ſunt perpeſſi: ſed in tanta perturbatione ac tempeſtate, nihil illis accidit acerbi. Non aberrauerit autẽ quiſquam, ſi quæ hîc dicuntur per anagogen accipiat. Dicit quidem, Quid vrbi iſti fuerit ſubſidij ex ipſius loci ſitu: verùm non permittit eam illi fidere, ſed ad Deum, inexpugnabile auxilium dirigit. Nam etiamſi montes eam obſepiunt, inquit, hac tamen opus habet ſecuritate. Hæc enim illam inexpugnabilem reddit.

Quia non relinquet.) Quod dicit tale eſt, Tentationibus caſtigati,& bonorum ſuppeditatione emendati, in virtute perſeuerant: nec maliciam contingent, aliunde eruditi, quòd huius gratia totũ hoc ipſis acciderit, vt animus ipſorum cum aduerſis correctus, tum bonis alacris redditus emendaretur.

Benefac Domine.) Vides vbique poſita eſſe principia, cùm vt bonis potirentur, tum vt ſupplicia paterentur · verùm licet à nobis ſint bonorum principia, & ſic tameo multus declaratur E diuinę philantbropię ſplendor. Multa namque *Recti cordè* abũdantia retributionibus ſuis ſuperat. Rectos *qui.* autem corde hîc eos vocat, qui dolo carent, ac ſimplices ſunt. Talis enim eſt virtus, pleoa ac facilis: ſicuti verſutia varia eſt & peruerſa.

Declinantes autem.) Tales ſunt ſanctorum animi. Poſt adhortationem ac conſilium, orationem adijciũt, maximum iuuamen audientibus adferẽtem. Pacem autem non ſenſibilem illam dicit, ſed bac ſublimiorem: qua fit, vt animus non ſit ſeditioſus.

Scholia in Pſalmum CXXV.

I*N conuertendo.)* Captiuitatis nomen quidem ſimplex eſt, habet verò multos ſenſus. Eſt enim booa captiuitas, vt quando Paulus dicit, Captiuantes omnem intellectum in Chriſtum. Eſt mala, vt cum dicit, Captiuantes mulierculas oneratas peccatis. *Captiuitas* Eſt etiam ſenſibilis captiuitas. Rurſus eſt ſpiritalis, de qua præco dicit captiuis dimiſſionẽ. Senſibilis eſt apod hoſtes, F qua prior eſt grauior: quæ Iudam captiuum oacta, proditorem etiam reddidit.

Facti ſumus.) Hoc eſt, Refocillatione, lætitia & iucunditate repleti ſumus.

Tunc repletum eſt.) Haud exiguam mutationem ad meliora habent, quę dicit: vtpote, quòd ſuper liberatione à captiuitate gaudent. Patres enim eorum ex Ægypto liberati murmuraneratt: at nos, inquit, non murmuramus, ſed gaudemus. Cauſam quoque iucunditatis buius dicit.

Tunc dicent inter gentes.) Non eſt temerè adiecta

iecta ingeminatio,ſed multę emphaſis demonſtrationem habet. Tunc dicent ıllı, Quia magnificauit Dominus,&c.Hoc Gentium eſt verbum : alterum verò quod ſubiungitur, ipſins Prophetæ. Non dixit,Eruit:ſed, Magnificauit, vt magnificandi verbo inſolentiam ac nouitatem miraculi exprimeret.

Conuertere Domine.)Quomodo,cum initio dixetit, Dum cõuerteret Dominus iam, Conuertere, inquit, Domine captiuitatem noſtram?
A Quoniam conuetſio iſta initinm ſortita fuerat, at non ſtatim mta initio conſummata erat : ſed multæ factæ ſunt illorum è Babylone aſcenſiones,prima ſcilicet,ſecũda & tertia. Orat igitur vt hæc liberatio tota perficiatur. Multi ſiquidem Iudæorum in Babylonis regione permanete volebant. Quapropter dicit, Conuertere Domine captiuitatem noſtam,ſicut torrens ın Auſtro : hoc eſt, multo cum impetu ac vehementia.

Qui ſeminant)Hoc quidem de Iudęis dictum eſt,ın multis ramen & aliis locum habet. Tale quid enim virtus eſt. Illuſtres habet laborum retributiones. Quod autem dicit,tale eſt,Non ſolùm propter reditum gaudendum eſt, ſed & in ipſa captiuitate, & de vtriſque gratiæ ſunt agendæ. Quemadmodum, inquit, qui ſeminarunt, reditibus potiuntur:ita & nos. Cum migraretis, ſeminatores imitabamini, lachrymas ſeminantes : at ecce iam laborum illorum præmia recepiſtis.

B *Venientes autem venient.*) Inſtruit auditorem, ne in tribulationibus conſtitutus moleſtè ferat. Sicut igitur qui ſeminat, animo non concidıt, etiamſi multum accidat moleſtiæ : ita nec is qui tribulatur, animo debet eſſe abiecto,etiamſi multa triſtia inferãtur : ſed meſſem expectare, gaudium videlicet, quod è tribulatione naſcitur.

Scholia in Pſalmum CXXVI.

N*Iſi Dominus ædificauerit domum.*) Dictus eſt hic Pſalmus, poſt reſtaurationem rerum ad reditum.Quoniam enim captiuitate liberati, & è regione Barbarorum reuerſi ruinoſam ciuitatem & muros illius diſiectos inuenerunt: reſtaurare eam conabantur, multúmque temporis in reſtaurationc illius ac templi inſumebatur,inſtruens eos, vt ad Deum confugerent, dicit,Omnia in vanũ & fruſtra fiunt,niſi opem Dei nobis conciliauerimus. Et quid de ædifi-
C catione ciuitatis dico ? Etiam perfectam & abſolutam nemo cuſtodire poterit,ſi auxilio illius deſtituatur.

Niſi Dominus cuſtodierit.) Etiamſi vigiletis, inquit, etiamſi manè ſurgatis, & tardius quieti vos tradatis, atque omne tempus laboribus inſumatis : niſi cæleſti auxilio potiamini, omnia humana in vanum abibunt, nec vllus erit ſtudiorum ac ſedulitatis finis.

Surgite poſtquam ſederitis.) Laborioſam ſiquidem vitam agebant, & armari ſimul & ædificatores exiſtentes. Quoniam enim vrbs muro carebat, ſubitis hoſtium incurſus metuentes, armati muros ſubſtruebant.

Cum dederit dilectis ſuis.) Quod dicit tale eſt, Niſi ipſi ſuccurrerit,omnia inania erunt & fruſtra:ſi verò opem tulerit,tunc etiam ſomnus iucundus erit, tunc & requies erit. Quando ipſe irruentes hoſtes abegerit,tunc non ſolùm ædificabunt & cuſtodient ciuitatem, ſed multo etiam maiora recipient : patres multorum liberorum erunt, & quæ ad fœcunditatem prolis pertinent,ipſe adijciet.

Merces fructus ventris.) •Et hanc quoque mer- D
cedem accipiẽt, liberorum ſcilicet fœcunditatem, licet enim ea res naturæ ſit opus : quando tamen ipſe cooperatur, etiam hic maior erit ſucceſſus, nam & hæc res diuino indiget ſubſidio.

Sicut ſagittæ.) Sicut ſagittæ non ſimpliciter conſpectæ,ſed in manu potentis (in ſe quippe non ſunt formidabiles ſagittæ) ſed quando à potentæ apprehenſæ mortẽ occurrentibus minantur : ita iſti, inquit, non ſolùm ſecuti intra mœnia,& fœcundi, ſed & hoſtibus formidabiles erunt.

Beatus vir qui implebit.) Quid eſt quod dicit? etiam hæc illis erunt, inquit, robur corporis, fœcunditas prolis, in initio ciuitatis, tropæa in bellis. Quapropter & beatos eos dicit, qui fœlicitate hac potituri erant.

Non confundetur.)Hand pudefient,haud confundentur cõſpectis hoſtibus,ſed multa illis cũ alacritate occurrent. Et hoc autem caput eſt bonorum,de auxilio Dei gloriari poſſe. E

Scholia in Pſalmum CXXVII.

B*Eati omnes.*) Hinc orditur,vnde præcedenti Pſalmo deſiit. Quemadmodum enim illic propterea eos beatos eſſe dixit, quòd haud cõfundantur in eo, quòd Deum adiutorem habent:ita & hîc.Hinc itaque exorſus eſt dicens, Beati omnes qui timent Dominum.Et rectè dixit, Omnes. Etiamſi ſeruus, ſi dominus, ſiue quiſquis ſis, nihil horum fœlicitatem hanc de qua loquitur,impedit.

Qui ambulant in viis eius.) Ne ſcientiam tibi ſufficere putes, propterea adiecit, Qui ambulant in viis eius : hoc eſt, Qui timent & ambulant. Multi namque ſunt, qui cum fide ſatis accurata corruptè viuant, ideóque omnium ſunt miſerrimi. Viæ verò Dei, conuerſationes ſunt ſecundum virtutem,quibus in cælum tendimus.

Beatus es.) Qua de cauſa fœlicitatem inge- F
minat? Quoniam magnitudinem illius ſciebat, & imaginatione rei huius oblectabatur. Et quid eſt quæſo quod dicit,Et bene tibi erit, vxor tua ſicut vitis abũdans. Hæc fœlicitas eſt, & hoc emolumentum, propriis frui laboribus, & liberorum habere multitudinem & vxorem fœcundam.

Filij tui ſicut nouellæ.) Hoc eſt, Aderunt bona, opes, honeſtas, honores, ſecuritas & pax. Hoc enim potiſſimum ſignum eſt,hęc à Deo eſſe data:& quòd nulla ſubeunda mutatio,ſed fœlicitas hæc perpetuò ſit duratura.

Ecce ſic benedicetur homo.) Multi timentes Dei ſine liberis mortui ſunt. Celebritas enim iſta non eſt in præſentibus bonis ſita, ſed in eo ſi Deo probemur: deinde & in ſpe futurorum bo norũ. In veteri quidẽ Teſtamẽto hæc erãt præmia, iam verò cælum & quæ in cælo ſunt.

Et videas filios filiorum tuorum.) Caput bonorum ſubijcit, pacem videlicet, eámque perpetuam, quæ Dei opus eſt: vt illam & det, & ne concidat, conſeruet. Quod ſi interrũpatur, non A Dei eſt, ſed maliciæ illorum culpa.

Scholia in Pſalmum. CXXVIII.

SAEpe impugnauerunt me.) Cohæret hîc præcedenti Pſalmo. Quoniam enim ciuitatis reſtauratio interrumpebatur, vt cœptum opus ad finem deducere nequirent, ducit eos Propheta in ſpem bonam: & vt confidenter agant hortatur, inſtruens eos, vt dicant: quòd licet ſæpenumero irruerint aduerſarij, victores tamen euadere nequiuerint, neque conſummatam victoriam abſtulerint. Atqui captiuos eos abduxerunt, & in terram alienam tranſtulerunt. Verùm non ſua ipſorum virtute, ſed Iudæorũ peccato vicerunt.

Supra dorſum.) Non ſolùm conſultarunt, inquit, ſed & multa ſunt machinati. Illud enim, Supra dorſum meum fabricauerũt, aut dolum ac fraudem ſignificat: aut idem eſt atque, Cum potentia & multa cum vehemẽtia ipſam virtu- B tem meam confringere conati ſunt. Non enim eum vehementia modò irruerunt, ſed & multa eum aſſiduitate, multímq; temporis inſumentes, inſidias in opus perducere tentarunt, ínque eo conatu conſtanter perdurarunt.

Dominus iuſtus.) Id eſt, Inſidias & machinas eorum nõ modò diſſoluit, ſed & amputauit, & conſilia eorum ita reddidit inutilia, vt ad finem perduci nequirent.

Confundantur.) Non ſolùm victi ſunt, inquit, ſed & turpiter & cum riſu. Deinde dicit, Fiant ſicut fœnum tectorum. Atqui etiam fœnũ campi citò corrumpitur, verùm Propheta aduerſariorum vilitatem magis per hoc oſtendit, quòd eos fœno tectorum cõpatat, vt facilem eorum caſum vtrinque cùm ab ipſa fœni natura, tum à loci conditione exprimat. Tales enim ſunt, inquit, aduerſariorũ inſultus, vt qui nec radicem nec ſubſiſtentiam habeant: ſed breui quidem tempore florere videãtur, tandem verò, infirmi C & inualidi deprehendantur.

Scholia in Pſalmum CXXIX.

DE profundis.) Quid eſt de profundis? Non ſimpliciter, inquit, ex ore & lingua, animo aberrante, effunduntur hæc verba: ſed è corde profundiſſimo, ex imis animi ſedib*, ex intimis & abditiſſimis cordis penetralibus. Duo autem hoc loco ponit, & quòd è profundis, & quòd clamauerit. Clamorem verò non vocis intẽſionem, ſed animi affectum dicit.

Domine exaudi vocem meam.) Duo hinc diſcimus. Vnum quòd quæ à Deo ſunt, temerè acquiri nequeant, niſi quæ nos concernunt accedant. Primùm enim dixit, De profundis clamaui ad te Domine, & tum demum ſubiecit, Domine exaudi vocem meam. Alterum quod oratio intenſa & lachrymis plena multum habeat virtutis, ad hoc vt Deum ad annuendum petitis permoueat.

Fiant aures tuæ.) Aures, potẽtiam Dei, ad audiẽdum: & vocem, nõ ſpiritus ſonum, ſed conciſum animi affectum dicit. *Aures Dei*

Si iniquitates.) Quod dicit, Quis ſuſtinebit: D idem eſt quod, Nemo ſuſtinebit. Nemo enim, nemo inquam, miſericordiam ac benignitatem vnquam conſequi poterit, ſi exacta factorum ſit reddenda ratio. Quapropter & nõ temerè adiecta eſt ingeminatio, ſed cum admiratione & ſtupore propter multam benignitatis copiam. Non dixit autem, Quis effugiet, ſed, Quis ſuſtinebit? Ne ſtare quidem tunc quiſquam poterit, inquit.

Propter legem tuam.) Propter benignitatem tuam, propter nomen tuum, & propter legem tuam ſalutem dediſti. Alioqui ſi meipſum conſideraſſem, iam olim deſperaſſem, iam olim animum deſpondiſſem: iam verò legi tuæ, ac verbo tuo attendens, ſpes bonas ſum conſequutus.

Suſtinuit anima mea.) Hoc eſt, Propter promiſſiones tuas ac multa pollicita ſacram benignitatis & bonitatis tuæ anchorã nactus ſum, nec deſperaui.

A cuſtodia matutina.) Omnem vitam dicit: E hoc eſt, noctem ac diem omnem. Nihil enim par huic eſſe poterit, ſi quis ſemper Deum diligat, & ſpe ab illo pendeat.

Quia apud Dominum miſericordia.) Fons illic eſt, inquit, & theſaurus benignitatis ſemper ſcaturiẽs. Vbi verò miſericordia eſt & redemptio, nec ſimplex quædam, ſed multa redemptio: ibi animo concidendum non eſt, nec deſperandum. Hîc enim non exigetur accurata delictorum ratio, propter multam iudicis miſericordiam.

Et ipſe redimet.) Itaq; ſi ad hunc modum vbique magnitudo benignitatis eius effuſa eſt, manifeſtum eſt, quòd populum ſuum non à pœnis modò, ſed & à peccatis liberabit.

Scholia in Pſalmum CXXX.

DOmine non eſt exaltatum cor meum.) Paulus, etiam ſi neceſſe ſit, ſeipſum prædicare, ſtultitiã eſſe dicit. Quomodo igitur Propheta hoc F ignorauit, iámque gloriatur, atque id non coram vno & altero, aut decem, ſed coram vniuerſo mundo? Quãnam ratione hoc facit? Quia res iſta non vbique prohibita, ſed alicubi neceſſaria etiam eſt, vbi & gloriando ſtulti reddimur. Nam qui in cruce & fide non gloriatur, omnium eſt miſerrimus. Eſt etiam vbi malum eſt gloriari, vt in Phariſæo videre eſt. Et nõ dicit, Exaltatus quidem ſum, affectionẽ verò cohibui: ſed quid? Malicia hæc, inquit, ne tetigit quidem cor meum.

Neque elati ſunt.) Hoc eſt, Neque ſupercilia contraxi,

contraxi, neque ceruicem extendi.

Neque ambulaui in magnis.) Hoc eſt, Intet opulentos viros, inter arrogantes & ſuperbos. Et non modò expers ipſe morbi huius fui, ſed huiuſmodi inflatos etiam fugi.

Neque in mirabilibus.) Hoc eſt, Neque in illis quæ me excellunt.

Si non humiliter ſentiebam.) Dictum hoc hyperbaton habet.

Si non humiliter ſenſi.) Sicut quod ablactatum
A eſt: ſed exaltaui cor meum, ita retribuatur animæ meæ.

Speret Iſrael.) Etiã, inquit, ſi accidãt ærumnæ, ſi mœſtitiæ, ſi captiuitates, vel quicquid huiuſmodi inopinorum malorum irruat: tu ſpe in Deum, & expectatione futurorũ nitere, & omnino bono fine potieris.

Scholia in Pſalmum CXXXI.

MEmento Domine.) Quid dicit? De manſuetudine loquutus, omittit ea quæ Saülem, deinde & fratres Dauidis, ac alia plura concernunt, & ad aliam cauſam quæ potiſſimum plena zeli erat, ſermonem conuertit. Cuius igitur gratia hoc facit? Primùm quidem quòd hac potiſſimùm delectatur Deus. Ad quem enim, inquit, adſpiciam, niſi ad manſuetum ac quietum? Deinde verò maximè vrgebat templi reſtauratio ac ciuitatis ædificatio, & priſcæ politiæ redditio.

B *Si dedero ſomnũ.)* Et quid hoc tua intereſt? Quoniam filius illius ſum, inquit, cũ illum ſuſciperes, cõfirmaturum te genus ac regnum eius dixiſti. Et hæc nunc teſtamẽta experiuimus. Non dicit autem, Donec ædificauero: ſed, Donec inuenero locum & tabernaculum. Deinde eum qui ædificauit præterit, & eum qui pollicitus erat, in medium adducit: vt diſcas, quantũ ſitum ſit in voluntate, & quomodo voluntati Deus perpetuò mercedem deputare cõſueuerit. Propterea iterum illius meminit, quoniam ipſe magis ædificator eſt quàm filius. Ipſe namque promiſit, ille verò præcipit.

Ecce audiuimus.) Vetera nunc narrat, ac dicit, Ecce audiuimus eam in Ephrata. Hęc narrauerũt nobis patres noſtri: hęc auditu percepimus. Quoniam & tunc vbique ſiue in campis, ſiue in agris præſtò fuit, poſtea verò fundata & ſta-
Ephrata. bilita eſt. Hoc itaque & nunc fiat. Ephrata verò tribum Iuda dicit, in quam poſt longam periodum eſt inducta.

C *Introibimus in tabernaculum eius.)* Vide quanta dictionis craſſicie, propter auditorum ſtupiditatem vtatur, tabernacula Dei dicens, & pedes & locum, vbi ſteterint. Hæc autẽ omnia de loco arce dicit, quoniam ex illa terribiles voces, quæ in Iudaicis rebus obſcura erant ſoluentes, & de futuris prædicentes, ac peccata remittentes ferebantur.

Surge Domine in requiem tuam.) Multa illinc ſanctitas data eſt, multæque res adiectæ erant, ſanctitatis & virtutis effectrices. Per quas enim Deus multam virtutem oſtendit, arca quoque ſemel atque iterum, ac ſæpius à Philiſtęis intercepta. Quid eſt autem quod dicit, Surge Domine, fac nos, inquit, captiuos, certo loco cõſiſtere, & arcam oberrantem, vel ſerò tandem requieſcere ſinent.

Sacerdotes tui.) Alius interpres, Induãtur (inquit) quod eſt manifeſtius. Dictum enim hoc optantis eſt, non prædicẽtis. Iuſtitiam verò hîc *Iuſtitia*
ſanctitatem, cultum, & ſimul exactam politiam *pro ſancti-*
dicit. Sunt enim iſta potiſſimùm à ſacerdotibus *tate.*
exigenda.

Propter Dauid ſeruum tuum.) His factis, vide D
quomodo non quærat ciuitatis ædificationem, nec aliud quicquam rerum ſenſibilium: ſed arcæ conſtitutionem, ſacerdotum ordinem ac cœtum, veterémque cultum & ſacerdotium. Deinde quoniã iſta petentes peccatis erãt obnoxij, ad genitorem confugit dicens, Propter Dauid ſeruum tuum. Non ſolùm propter virtutem illius, neque propter ſtudium quod erigendo templo impenderat: ſed propter teſtamentum, quod cum illo Deos erexerat.

Ne auertas faciem Chriſti tui.) Cuius Chriſti? Eius qui tunc vnctus erat, populúmque moderabatur ac regebat.

Iurauit Dominus Dauid.) Quoniam enim Dauidis, virtutiſque ac ſtudij illius circa templum meminit, & priſcarũ narrationum mentionem fecit: hoc quod maximum erat rei huius caput, teſtamentum ſcilicet Dei relegens, prætexit.

Si cuſtodierint filij tui.) Teſtamenta non ſunt E
ſimpliciter, ſed cum determinatione quadam facta. Quæ eſt autem determinatio? Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meom, &c.

Quoniam elegit Dominus Sion.) Locum enim illum nõ homo elegit, ſed Deus ipſum, ad illorum ſeſe imbecillitatem demittens, determinauit. Hoc igitur dicit, Quem locum ipſe determinaſti, quem aptum eſſe iudicaſti, ne maledictioni ac perditioni obnoxium eſſe ſinas. Dixiſti enim, Hîc habitabo. Verùm hæc dicta ſunt poſt teſtamenta illa. Quænam illa? Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum.

Hæc requies mea.) Rerum venalium abundantiam & copiam dicit, ita vt omnia illis velut ex fonte quodam adfluant. Hoc igitur dicit, Pollicitus es te viduam eius benedicturum, hoc eſt, rerum neceſſariarum abundantiam illi, multa cum ſecuritate largiturum.

Pauperes eius.) Vide fœlicitatem vndique coaceruatã, ab eo videlicet: quòd nulla ſint rerum neceſſariarum penuria laboraturi, ab eo quòd F
ſacerdotes in ſecuritate ſint, ab eo quòd populus in lætitia agat, ab eo quòd rex in potentia ſit. Lucernam enim regem dicit, aut auxilium, *Lucerna.*
aut ſalutẽ vel lucem. Deinde quod potiſſimum eſt fœlicitatis genus, ab eo qnòd inimici ſint confundendi, nec quiſquam ſit qui bona iſta labefactare poſſit. Nec perditionem ſimpliciter dixit, ſed confuſionem: vt & viuentes confundantur ac pudefiant. Quid eſt autem quòd dicit, Super ipſum verò efflorebit Sanctificatio mea? Mihi videtur de proſperitate, de ſecuritate, de potentia, déque regno loqui: vt quæ

initio

initio illi deſtinata ſunt, florida & copioſa maneant, videlicet ſi cuſtodiant filij tui teſtamentum meum, inquit.

Scholia in Pſalmum. CXXXII.

ECce quàm bonum.) Multæ res bonæ quidem ſunt, at iucundæ non ſunt: aliæ verò bonam quidem iucunditatem habent, eo verò quod optimum eſt carent. At hæc in eo quod hic di-
A citur, vtraque concurrunt, & iucũdum & quod optimum eſt. Hoc enim potiſſimum dilectio poſſidet. Non enim ſimpliciter habitationem, nec eam quoq; quæ iiſdem eſt ædibus, ſed quæ ſimul fit: hoc eſt, quæ cum concordia & dilectione fiat, dicit.

Sicut vnguentum.) Summus ſacerdos hoc vngebatur vnguẽto, quo vndique ſtillabat, admodum gratus conſpicientibus. Quemadmodum igitur ille vnguẽto hoc vnctus, ſplendidus erat aſpectu conſpicientibus: ita & hoc, inquit, animo iucunditatem indit. Oleum illud ſacerdotale ex variis condimentis conſtabat. Verùm nullum illorũ ſeparatim tantam emittebat fragrantiam: verùm mixtura illorum & inunctio maximam reddebat odoris redolentiam. Rectè igitur huic vnguento concordiam comparauit. Multarum enim virtutum coadunatio, perfectæ virtutis fragrantiam operatur. Delicto iſti vnguento ſimilis eſt, quòd quidem in caput Aaronis fundebatur: verùm non ſolùm
B in barbã defluebat, ſed eam quoque tunicæ partem ſanctificabat, quæ circa pectus erat. Oram enim vocat, quod nos vocamus peritracheliũ, hoc Aquila os indumenti dixit. Quemadmodum igitur à capite vſq; ad barbam & ſummitatem indumenti ſacrum vnguentũ decurrens, ſacerdotem bona fragrantia replebat: ita à principe vſque ad ſubditos concordiæ vtilitas deſcendit.

Sicut ros Aermon.) Quoniam ante Babylonicam captiuitatem duodecim tribus diſperſæ erant, etiam illud multæ præuaricationi cauſam dedit, inque ſeditiones eos & contentiones coniecit. Ne denuò iſta fierent, admonuit & conſuluit, ne amplius populus diuelleretur: ſed ſimul habitaret & coniungeretur, & dilectio à capite ad calcem vſque deflueret, perinde atque ros omnia perfluit. Comparat igitur concordiam hanc vnguento & rori: per illud boni odoris fragrantiam, per hunc verò refocillationem ac iucunditatem aſpectus exprime-
C re volens.

Quoniam illic mandauit.) Vbi? In tali cohabitatione, in tali concordia, in tali contubernio. Hæc enim benedictio eſt.

Scholia in Pſalmum CXXXIII.

ECce nunc.) Terminat hic Pſalmos graduum, ſermonem laude ac benedictione concludens. Vult autem eos eſſe ſeruos Domini, non ſolùm ratione dogmatum, ſed & accurata politiæ diligẽtia. Quapropter & adiecit, Qui ſtatis in domo Domini, Immundum enim ac prophanum, ne aſcendere quidem illuc fas eſt. Itaque ſi quiſquam dignus eſt vt illuc aſcendat, dignus eſt etiam vt benedicat: eſt enim domus Dei cælo ſimilis.

In noctibus.) Quare dicit, In nocte? vt inſtruat nos, ne integram noctem ſomno inſumamus: ac doceat, tunc putandas eſſe preces, quando alacrior mens eſt, & plus ocij.

Benedicat te Dominus.) Si hæc feceris, benedictionem à Deo conſequêris: ſi verò dormiendo pernoctaueris, indignè orabis. Quid verò eſt D
quod dicit, Ex Sion? Deſiderabile illis eſt nomen Domini in Sion, & hinc omnis eſt ſanctificationis occaſio. Quapropter apprecatur illis, vt priorem vitæ politiam recuperent, inque illa ſint ſanctificatione, & hac benedictione potiãtur. Deinde vt inſtruat eos, Deum, cum vbique ſit, propter ipſorum imbecillitatem templum illud ædificari præcepiſſe, oportereque illum vbique locorum inuocare, ſubiungit, Qui fecit cælum & terram.

Scholia in Pſalmum CXXXIIII.

LAudate nomen Domini.) Continuè domus & atriorum Dei meminit, loco illos affigens, nec reſilire, neque ad cultum ſimulacrorum vagantes declinare permittens, ſed vno loco congregans: vt vel inuiti ſapiant, ac ſemper canãt, Deúmque laudent. Laudes enim pietatis ipſis argumenta, veterum geſtorum narrationes habentes ſubminiſtrant, Deúm- E
que celebrant, & doctrinæ materiam complectuntur.

Laudate Dominum, quia bonus Dominus.) Quod potiſſimum auditoribus deſiderabile eſt, hoc frequenter ponit, benignitatem videlicet, miſericordiam & bonitatem Dei. Quid eſt autem quod dicit, Quia bonum eſt. Habet hæc res iucunditatem quandam cum vtilitate coniunctam. Emolumentum enim ex vſu pſallendi eſt, quod animam repurgat. Habet autem præterea per melodiam & magnam iucunditatem & conſolationem, canentem quoque pudicum reddit.

Quoniam Iacob.) Non loquitur de communibus beneficiis, quæ cũ aliis à Deo accipiunt: ſed de eo quod ipſis proprium erat & peculiare. Quodnam illud? Quod eos Deus in populum acceptauit, ſibique appropriauit, ac peculiarem quãdam ſeparatã ab aliis prouidentiã erga eos oſtendit. Quid eſt autẽ quod dicit, In poſſeſſionẽ ſibi? In diuitias, in opulentiã, in hæreditatem F
Licet enim exigua hæc gẽs eſſet, hãc autẽ velut opes quaſdam elegit, non paucitati attendens, ſed ad virtutis ſtudium eos inducere volens.

Quia ego cognoui.) Quid dicis? Tu cognouiſti, alij verò ignorant? Sciunt quidem, ſed non vt ego. Eſt enim hoc eorum qui maximè contemplandi dono ſunt præditi, magnificentiam Dei exactius, non quidem vniuerſam, attamen reliquis, quæ'nam ſit dilucidius noſſe. Illud verò, Et Dominus noſter præ omnibus diis: non ad illorum cõparationem, ſed ad imbecillem auditorum captum poſuit.

R * Omnia

Omnia quacunque.) Cælum & mare omiſit,&
quæ illis ſuot poſuit. Et neque hæc omoia , ſed
præteritis quæ in cælo ſunt,licet admiranda,ea
dicit quæ ſub cælo ſunt. Qua de cauſa? Quia
illa licet magna ſiot , obſcura tamen ſuot: hæc
verò, vtvt modica , multos habent ſpectatores.
Quoniam igitur ad homines loquitur , non ita
in fide inſtructos, & inuiſibiliũ amatores, ſicut
ab apparẽtibus ioſtitutos,hinc ſermonem con-
texit.Oſteodit autem etiam hoc loco, nõ vnum
A modò eſſe mare, quod nobis eſt cognitum, ſed
multa ac varia.

Educens nubes.) Mirabile quidem eſt,quòd a-
qua in aere continetur : multo verò mirabilius
eſt, quòd io leui elemento conteota fertur : &
adhuc amplius,quòd ab aere illo cootéta,poſt-
eaquam è nube defluit , non amplius aere qui
ſub nube eſt detinetur , ſed perfluit & ad terrã
fertur:id quod argumentum eſt, rem hanc non
geri naturali conſequétia.aliàs quippe oporte-
bat eam à nube prolapſam in aere contioeri.

Fulgura in pluuiam fecit.) Vide rurſus aliud
paradoxum,ex contrariis oatutis conflatũ. Ne-
que enim fulgure ignitũ magis,neque aqua fri-
gidius quicquam eſt:& tamen iſta commiſcen-
tur, ita vt nec cõfundantur, nec alterũ io alte-
rius naturam tranſeat : ſed ſuos quodque fines
retineat, & nec aquã ignis excicet, neq; ignem
aqua extinguat.

Qui producit.) Quòd dicit,De theſautis ſuis:
non hoc ſignificat , quòd ſint quidam vẽtorum
B theſauri,ſed facultatem præcipientis dicit.

Qui percuſsit.) Poſteaquam de illis loquutus
eſt, quæ vniuerſalia ſunt, ac prouidentiam Dei
in elementis mundi declaratam oſtendit : iam
ad particularia tranſit, quæ Iudæos concernũt.
Qui percuſſit,inquit,primogenita Ægypti. An
noo videntur iſta prnpter Iudæos potiſſimum
eſſe facta? Non ſolùm propter illos,ſed & pro-
pter alios hæc ſunt facta , id quod maximè ipſa
ſententia Dei ſufficienter declarat , cum dicit,
Vt oſtendam in te potentiam meam , & vt an-
nuncietur nomen mrum in omni terra. Ab ho-
mine,inquit, vſque ad pecus. Vt quid & peco-
ra percuſſit? Quoniã illa propter homines ſunt
facta, propter homines & puniuotur, vt timor
augeatur.

Et miſit ſigna.) Quid eſt quòd dicit, In me-
dium tui Ægypte? Aut locum, aut quòd ſignã
hæc & prodigia maoifeſtè ſint facta, ſigoificat.
Quòd enim in mediũ infertur,manifeſtum eſt.
Sunt namque hæc ſigna ad correctionem & ad
C demonſtrationem eorum quæ prodeſſe debe-
bant, ita vt & percutiendo, & miraculoſè per-
cutiendo vtilitati occaſio daretur.

Qui percuſsit.) Per omoem eam viã variis mo-
dis potentiæ ſuæ illis pignora exhibuit , oſten-
dirque, nõ ideo ſe iſta in Ægypto cootra inimi-
cos mouiſſe,quòd elemẽtis indigeret:ſed quòd
variis ac differentibus modis potentiam ſuam
oſtendere vellet , ideo exiſtentibus ad manum
ad eam rem eſſe vſum.

Seon regem Amorræorum.) Non recenſet ciui-
tates , neque vel pauliſper aciei meminit : ſed
iterum magoo animo innumeras miraculorum
cateruas tranſit,cum immorari,& tragœdiæ in
morem iſta amplificare poſſet. Habebat etiam
iuſtam cauſam hoc bellum. Noo enim ipſi Iſ-
raelitæ primi irruerant,ſed illi viam eis obſtru-
xerant.

Et dedit terram eorum hareditatem.) Et hoc ma-
ximum erat miraculum, quòd non ſolùm Gẽtes
haſce eijcere,ſed & terram earum occupare, &
ciuitates diſtribuere potuit.

Domine nomen tuum in ſeculum.) Gloria tua,in-
quit,perennis manet,nihil hanc labefacit,nihil D
excidit:ſed perpetuò immota manet. Similiter
& memoria tui in generationem & generatio-
nem durans,finem ooo habet.

Quia iudicabit Dominus.) Aut hoc dicit,quòd
vltionem ſit ſumpturus , & denuò refocillatu-
rus: aot vtraq; vnum eſſe ſignificat,quòd & ad-
flicturus ſit & cõſolaturus:hoc eſt, vltionem ab
hoſtibus populi ſui gratia ſumpturus.Quod au
tem dicit, Et pro ſeruis ſuis obſecrabitur: recõ-
ciliationem ooo ipſorum dignitati, ſed diuinæ
benignitati deberi oſtendit.

Simulacra Gentium.) Simulacra , ioquit , ro-
rum non ſolùm ex ſe habent , quòd imbecillia
ſunt ac vilia:ſed etiam ex hominibus. Quapro-
pter & adiecit , Opera maouum homioum. id
quod & potiſſimum cultores eorum culpabi-
les reddit.

Os habent,& non loquentur.) Quoniam enim
dæmones ſæpenumero ſimulacra moueot , nu-
dat illorum hypocriſim ac fabulam dicens , Et
non eſt ſpiritus in ore ipſorum. Et quánam ra- E
tione dæmon non ſine illis loquitur? Quooiam
ſimulacrorum columnæ ſcortationis, adulterij,
ac plurimæ maliciæ typos habent : vt ſeductos
ipſo conſpectu ad ea inſtituat , quorum figuræ
ſuot ſimulacra , aſſidet illis , eámque mouet &
dirigit.

Similes illis fiant.) Deinde aliud reprehenſio-
nis genus mouet,dicens, Similis illis fiant, qui
faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis. Vide
hîc,quales ſint dij illi , quorum ſimilitudo ma-
ledictioni ſubiecta eſt. Verùm apud nos talia
non ſunt. Eſt enim hæc extrema virtutis meta,
ad verticem honorum aſcẽdere,ac Deo, quan-
tum licet,aſſimilari.

Domus Iſrael benedicite Domino.) Quare oon ſi-
mul omnes vocat , ſed in ordioes diſcriminat?
Vt diſcas, multam eſſe beoedictionis differen-
tiã. Aliter ſacerdos,aliter leuita, aliter laicus,&
aliter multitudo populi Deo benedicit. Quod
verò dicit, Benedicite,beatam naturam eſſe o-
ſtendit.Benedicite enim,inquit,quòd aduerſa- F
riis liberati,ac talibus bonis donati eſtis.Sionis
autẽ meminit,eo quòd illic quæ politiæ Iſraelis
ſuot, congregata erant , & illinc dirigebantur.
Agnominatione Dei loca illa anguſta reddere
conatur , vt veren da exiſtentia maiore ab illis
ſtudio & religione colantur.

Scholia in Pſalmum CXXXV.

C*Onfitemini Domino quoniam bonus.)* Suprà de
beneficentia Dei loquutus,iam de quanti-
tate eius differit : non vt illam metiatur (quod
fieri

fieri nequit)ſed vt amplitudinẽ eius exprimat.
Et dicit,Cõfitemini,id eſt,gratias agite,& lau-
date eum. Quid eſt autẽ quod dicit, Quoniam
in ſeculum miſericordia eius? Non aliquando
tãtùm miſeretur,poſtea verò deſerit,ſed perpe-
tuò miſeretur,nec vnquam deſerit.

Confitemini Deo deorum.) Præcedenti Pſalmo
dixit, quòd omnes deos excellat: hîc verò am-
plius quiddam dicit, nempe quòd & Dominus
& Imperator eorũ ſit,ſiue de idolis,ſiue de dæ-
A monibus dicas. Licet enim ignominioſi ſint &
rebelles,ſerui tamen ſunt & ſubiecti. Quapro-
pter dicit, Cõfitemini,quoniam Deum habetis
omnium ſupremum, omniũ Dominum & Im-
peratorem.

Qui facit mirabilia.) Multa illius miracula po
nit,vtpote quòd & faciat,& miranda ac magna
faciat,& quòd ſolus faciat.Hæc autem nõ ideo
ſunt dicta, vt filio ac ſpiritui derogetur, ſed vt
dæmones excludantur.

Qui firmauit terram ſuper aquas.) Hæc enim &
potentiam & intellectum eius declarãt, imò &
multam benignitatem oſtẽdunt.Nam quòd ita
magna & diuturna facta ſunt,potentiam ac ſa-
piẽtiam eius deprædicant:quòd autem hæc no-
ſtri ſunt gratia facta,benignitatẽ eius ac peren-
nem bonitatẽ exprimunt. Vides quomodo mi-
ſericordia eius ſit in ſeculum. Non enim iſta ad
determinatum aliquod tempus,ſed per vniuer-
ſam noſtram vitam extendit.

Solem in poteſtatem diei.)Vide & hoc loco be-
B nignitatem Dei. Quoniam enim mortales fa-
cti, & in multis neceſſitatibus cõſtituti ſumus,
intermediũ illud tempus in diuerſorij morem
dedit:ac tãtis terram hanc benignitatis ſuæ de-
clarationibus impleuit, vt ne ſermone quidem
exprimi queat.

Qui percußit Ægyptum.) Irremiſſe miracu-
lum percuſſæ Ægypti verſat, propter multã Iſ-
raelitarum ingratitudinem:& propterea,quòd
eum de illo ſemper audierint,obliti tamen eius
ſint.Deinde & aliud quiddẽ hîc innuit,nempe
quòd & poſt eam plagam,ipſius ſit potentia fa-
ctum,vt moleſta illa ſint ſeruitute liberati.

Qui diuiſit mare rubrum.)Sunt qui dicant,non
vnam tantùm fuiſſe diuiſi maris viã, ſed aquam
ſingulis tribubus ſeorſim fuiſſe inter ſeptem,vt
multi ſint trãſitus facti. Verùm hæc omnia licet
multã potentiã Dei oſtenderint,terribilémque
illum & magnum reddiderint: multam tamen
& benignitatem habuerũt, non modò illis qui
hac ſunt potiti,ſed & aduerſariis,ſi animum ad-
C uertere voluiſſent.

Et eduxit Iſraelem per medium eius.) Et hoc po-
tentiæ Dei argumentum habet. Non enim ſa-
tis erat quòd mare ſubterlababatur, facilémq;
tranſituris viã dabat:ſed & hoc ipſum eos con-
ſternabat,quòd poſt maris receſſum, confiden-
tiam accipiebant inſolentem eam viam ingre-
diundi.Etenim aqua vtrinq; in vertices erecta,
fortis erat animi ad id ſpectaculi nullam cõci-
pere formidinem.

Et excußit Pharaonem.) Rectè hac dictione
eſt vſus, vt ſubmerſionis facilitatem expri-
meret.

Qui traduxit populum ſuum.) Non minoris vir-
tutis eſt, quòd per mare eos duxit, eo quòd a-
quã è dura rupe eduxit. Licet enim terra ſicca,
& quæ exercitum ferre poſſet, ſub pedibus eo-
rum eſſet:multa tamẽ alia mortem ipſis minan-
tia erant. Verùm his omnibus priuati,ac neceſ-
ſariis etiã deſtituti, quaſi in mediis ciuitatibus
in deſerto proficiſcebantur.

Qui percußit reges magnos.) Singulis particulis
hoc adijcit, Quoniam in ſeculum miſericordia
eius.Hoſtes enim hoſtibus ſucceſſerant, & ta- D
men nemo eos cœperat: quapropter dicit,
Quoniam in ſeculum miſericordia eius, quaſi
dicat, Quoniam perpetuò benignitate eius po-
titi ſunt.

Seon regem Amorræorum.) Gemina erat bene-
ficentia: cùm quòd hoſtes vicerant, tum quòd
domini eorum quæ habuerant, facti erãt. Nam
& hoc multæ virtutis erat, non ſolùm eieciſſe
terræ illius habitatores, ſed & alienam terram
occupare potuiſſe.

Quia in humilitate noſtra.) Non in virtutibus,
non in rerũ proſperitate, ſed in humilitate no-
ſtra:hoc eſt,ipſa calamitas quòd malè afficieba-
mur, ſufficiebat ad flectendum eum.

Qui dat eſcam omni carni.) Neque enim ter-
ræ, neque aëris, neque aquarum ſunt fru-
ctuum prouentus: ſed ipſius potentiæ. Aliter,
Neque iuſtis, neque rectè facientibus tantùm:
ſed & peccatorib⁹ & impiis,& vniuerſę huma-
næ naturæ, prouidentiam ipſius potiſſimùm
prædicat. E

Confitemini Deo cœli.)Per hæc enim & illud ſi-
gnificat,quòd & supernè & infernè ipſe Domi-
nus eſt,& prouidentia eius vbique extenſa eſt.

Scholia in Pſalmum CXXXVI.

SVper flumina Babylonis.) Multum erat vi-
ris iſtis ciuitatis huius deſiderium. Donec
enim bona poſſidebant, ingrati & contume-
lioſi manebant: poſteaquam verò eiecti ex illis
erant, tum demum concupiſcentia illius tene-
bantur. Propterea namque eos eiecit etiam, vt
maius deſideriũ induceret. Qua verò ratiõe ad
flumina ſederũt? Tãquã captiui,& terra hoſtili
deterti, extra muros & ciuitates cõmorabantur.

In ſalicibus.) Qua ratione organa in captiui-
tatem abeuntes ſecũ aſportarunt. Diſpenſatum
hoc eſt ob eam cauſam, vt inter alienos conſti-
tuti prioris conuerſationis monumẽtum habe-
rent:& ſymbola cultus illius videntes,amplius
morderentur. F

Quia illic interrogauerunt nos.)Et hinc haud pa
rum emolumenti ceperunt,quòd Barbari ipſos
vrſerunt, & cantica ex ipſis audire cupierunt.
Vide & hinc quantam correctionẽ acceperint.
Qui enim præuaricati fuerant, & de cultu ſuo
reſilierant, iam barbaris vrgentibus, & audire
deſiderãtibus:deſiderio illorum ne ſic quidem
vtuntur,ſed legem præferũt, & accuratè cuſto-
diunt. Illud verò, Qui abduxerũt nos, hoc ſen-
ſu dictum eſt, quaſi dicat, Qui antea nobis in-
ſultauerant, vſque adeò facti ſunt mites, vt &
cantica noſtra audire voluerint.

Quomodo cantabimus.) Qua ratione in terra aliena non cecinerunt? Non licebat prophanis arcana illa audire. Nam etiamſi patria exciderant, legem tamen ſeruare debebant.

Si oblitus fuero tui.) Vide & hinc, quanta fuerit in iſtis immutatio. Qui namque antea ſingulis diebus audierãt, quòd vrbe eſſent eijciendi, nec curauerant: iam ſeipſos diris dououent, ſi illius obliuiſcantur. Quid eſt autem quòd dicit, Obliuioni detur dextera mea? Fortitudo
A mea, inquit, & virtus mea, obliuioni detur: & mutus prę magnitudine malorum reddar, ſi tui oblitus fuero.

Si non propoſuero.) Nõ ſimpliciter, inquit, Tui memor ero: ſed, Et in hymnis & canticis. Hoc enim eſt quod dicit, Si nõ propoſuero: hoc eſt, Si nõ præcinuero: id quod vehementer deſiderantis & accenſi erga illam erat.

Memor eſto Domine.) Pœnas, inquit, de illis ſume, qui nec captiuitate nec ſubuerſione vrbis contenti eſſe volunt: ſed inſtant & dicunt, Euerte, donec non ſit fundamentum in ea, vt ne ſundamenta quidem maneant, ſed funditùs euertantur.

Filia Babylonis.) Quæ vrbi Babel mala euentura erant, Propheta prædicit, & miſeram eam propter mala quæ illam erãt apprehenſura vocat: vt & hoc pacto Iudæos erudiat, & potẽtiam Dei vbique eſſe extenſam oſtendat.

Beatus qui retribuet tibi.) Prophetæ multa quidem de ſuis loquuntur, multa verò & de
B aliorum paſſionibus diſſerunt. Quòd ſi mentem huius quæſieris, audies eum dicentem, Si retribui retribuentibus mihi mala: quando verò aliorum paſſiones exponit, tunc iram & dolorem exprimit. Id quod & Iudæorum deſiderium in medium adducens fecit, qui etiam ad immaturam vſque ætatem iram ſuam extenderunt.

Scholia in Pſalmum CXXXVII.

Confiteber tibi Domine.) Illud, In conſpectu angelorum: alius, In conſpectu Deorum, inquit, pſallam tibi. Quid eſt igitur quod dicit? Si angelus dicit, cũ ipſis, inquit, cæleſtibus virtutibus cantaturum me tibi, cúmque illis etiam certaturum, ac vnà tripudiaturum affirmo. Si verò alteram verſionem receperimus, videtur mihi de Sacerdotibus loqui. Sacerdotem enim & Angelũ & Deum vocat. Quaſi dicat, Sacerdotibus pręſentibus ac pręcinẽtibus ſuccinam,
C ac ſubſequutus eos tibi cantabo.

Quoniam audiſti.) Nõ ſicut inepti quidam iactatores ac diſſoluti ſolent, qui antequam ordinantur, vehementes ac ſeduli ſunt: poſteaquam verò cœperũt, remiſſi redduntur: ſed hîc, etiam antequam incipiat, ſedulus eſt: & poſtquã cœpit, in gratiarum actione perdurat.

Adorabo ad templum.) Neq; hęc virtus exigua eſt, pura cũ conſcientia in templum aſcendere, & illic adorare. Non enim, quod hîc quæritur, ſimpliciter eſt genua flectere, aut templũ ingredi: ſed animo feruenti & cõpoſito, non corpore tantùm, ſed interno animi affectu.

Et confitebor.) Gratias, inquit, agam tibi, quòd plurimum gubernatione tua ſum adiutus. Non enim virtutum mearum meritis vrbem hanc & templũ recepi, ſed miſericordia ac benignitate tua. Super his confitebor tibi, quòd me, cũ ſupplicio dignus eſſem, & meritò inter alienos cõmorater, confeſtim reduxiſti.

Quoniam magnificaſti.) Non modò propter beneficia tua gratias agam, ſed & propter indicẽdam illam gloriam. Magnificaſti enim, inquit, ſuper omnia nomen ſanctum tuum. Siquidem D
per elementa, quæ vt nos iuuaremur, ad vltionem hoſtiũ noſtríque defenſionem conuertiſti, nominis tui amplitudo deprædicatur.

In quacunque die.) Tales enim adflicti ac lugentes animi, quàm velociſſimè malis liberari cupiunt.

Multiplicabis in anima mea virtutem.) Hoc eſt, Implebis me lætitia, & animũ meum ſublimem reddes: nec permittes vt ſublimitas & lætitia mea marceſcant, ſed firmam eam, robuſtam & immotã reddes. Hoc enim eſt quod dicit, Multiplicabis in anima mea virtutem. Id eſt, Virtute tua exaltabis me.

Confiteantur tibi Domine.) Non modò ipſe gratias agit, ſed & potentes omnes ad communionem gratiarũ actionis vocat. Licet enim magna ſit illorum poteſtas, tibi tamen, inquit, vniuerſi gratiarum actionem debẽt, etiam pro illis quæ in alios ſunt collata. Hoc enim eſt quod dicit, Quia audierunt omnia verba oris tui.

Quoniam magna eſt gloria Domini.) Hoc eſt, E
manifeſta omnibus, clara per beneficia erga quoſuis facta. Quod verò dicit, Quoniam excelſus Dominus: excelſus quidem eſt natura, excelſus eſſentia: verùm hîc ſeſe ad captum Iudaici cultus demittendo loquitur,* & magis acerbè. Illud verò quod ſequitur, hoc quoque perficit, & humilem quoq; auditorem magnanimum reddit.

**Et magis acerbè ſuperficit legendum eſſe μικρότερως, id eſt, minus ac ſubmiſſim.*

Et alta à longè cognoſcit.) De præſcientia loquitur, quòd videlicet alta non modò cognoſcat, ſed & ex multo interſtitio antequam fiant, præuideat.

Si ambulauero.) Non dicit, Tribulationes repelles: ſed, In ipſis etiam me adflictionibus cõſtitutum ſeruare, & mortem expectantem viuificare poteris.

Super iram inimicorum meorum.) Nos enim, inquit, etiam in mediis malis ſeruabis, illos verò inſanientes ac moleſtiam inferentes humiliabis: dexteram verò, potentiam dicit. Poteſt enim Deus etiam deploratos ad ſalutem F
reducere.

Dominus retribuet.) Hoc eſt, vltionem ſumet de hoſtibus. Nec dixit, Vlciſcetur: ſed retribuet pro me. Licet, inquit, ego ſubiectus ſim, ipſe tamen eos deijciet ac proſternet, eſt enim benignus. Nam ipſe pro nobis retribuit.

Domine miſericordia tua.) Duas haſce iuſtificationes ponit, quibus benignitas Dei acquiratur. Vnam, quòd miſericors ipſe eſt & bonus: alteram, quòd conditor ac factor eſt. Verùm ſicuti iſtis ſaluari petimus, ita & dignum quid miſericordia oſtendamus.

Scholia in Pſalmum CXXXVIII.

D*Omine probaſti me.*) Quid dicis? An poſtea-
quam probauit, cognouit Deus, antea ve-
rò non cognouit? Abſit. Quomodo enim tũ de-
mum cognoſceret, quia omnia antequam fiant
cognoſcit? Sed quod dicit, Probaſti me: idem
eſt atque, Exactè ſcis, id eſt, cognoſcis me.
Tu cognouiſti ſeſsionem meam.) Seſſionem ac re-
ſurrectionẽ omnem vitam cum actibus ſuis di-
A cit, eo quòd illa nunquam in eodem conſiſtit.
Deinde quoniam exorſus dixit, Probaſti me, &
cognouiſti me: ne quiſquam illum ex probatio-
ne cognouiſſe putet, vide quid ſubijciat.
Intellexiſti.) Vides quòd non probando de-
mum, ſed virtute præſcientiæ cognouerit. Qui
namq; cogitationes in animo motas nouit, pro-
batione quæ ex operibus eſt, non eget, ſed illas
etiam diu antea præſcit. Quare ergo probatio-
nem Deus quæ per opera eſt, inducit? Non vt
ipſe ex illa diſcat, ſed vt ſuſtinentes eam proba-
tiores reddantur.
Semitam meam.) Sicut ſeſſionẽ ac reſurrectio-
nem actus, ita ſemitã & funiculum omnẽ ſuam
vitam dicit. Illud enim, Inueſtigaſti, non inqui-
rẽtis eſt ad hoc vt ſciat, ſed exactè ſciẽtis. Qua-
propter & ſubijcit, Et omnes vias meas præui-
diſti: hoc eſt, Antequam eſſent, nouiſti omnes.
Quia non eſt ſermo.) Non dicit, Dolum quẽ ali-
quando admiſeram reieci: ſed, Nunquam mihi
fuit, neque aſcendit in linguam meam hic mor
B bus: ſed hæc malicia mihi facta eſt inacceſſa.
Ecce Domine.) Non modò cogitata, neq; facta
tantùm: ſed omnia cùm quæ fiunt, tum quæ fu-
tura ſunt, cognoſcis.
Tu formaſti.) Non ſolùm non exiſtentes feci-
ſti, ſed factis etiam dominaris.
Mirabilis facta eſt.) Quod dicit, tale eſt, Tãetſi
prouidentia tua fruor, nouiq; quòd omnia pręſ-
ſcias, & quòd me ex nõ exiſtentibus feceris, ex-
actam tamen omnem tui ſcientiam habere ne-
queo, ſed illa admirabilis eſt facta: hoc eſt, ex-
cellet, & exaltata eſt ſupra me, potentior eſt fa-
cta q̃ quæ cogitationibus meis intelligi queat.
Quò ibo à Spiritu tuo?) Spiritũ & faciẽ, Deum
ipſum dicit: vt idẽ ſit, atque, Quò à te ibo? Om-
nia imples, omnib⁹ ades, non ex parte, ſed om-
nib⁹ ſimul totus. Et cũ dixerit ſuperna, inferna,
latitudinẽ, lõginquitatẽ, profunda & ſublimia,
non dixit, Quocunque abiero audies me: ſed,
Quocunque abiero, illic es, illic te præuenien-
tem me inuenio.
C *Et dixit, Forſitan tenebræ.*) Quod dicit, tale eſt,
Cinctus eram malis, ac dixi in meipſo, Oppri-
ment me iſta. Hoc eſt, quod dixit, Forſan tene-
bræ operient me.
Et nox illuminatio.) Ego quidem iſta à rerum
natura ſumptis argumentis dicebam: verùm ſu-
bitò mala illa in bona ſunt mutata. Imò manẽ-
tibus etiam illis, multa ſum bonitate potitus.
Non enim dixit, Abolita eſt nox: ſed, Manens
nox, id eſt, mala illa & calamitates, conculcare
me nequiuit: ſed facta eſt lux in nocte, id eſt,
auxilium me circundedit.
Quia tenebræ.) Rectè dixit, Apud te. Si volue-
ris, inquit, tenebræ non ſunt tenebræ, ſed quæ
lucis ſunt exhibebunt. Quapropter & ſubiun-
xit, Et nox ſicut dies illuminabitur, vt priorem
particulam clariorem redderet, quòd quæ diei
ſunt, & perinde quæ diei atque quæ ſua ſunt
ipſius, præſtitura ſit nox.
Sicut tenebræ illius.) Hæc quidem de elemen-
tis ſunt dicta, metaphoricè verò de rebus ipſis
loquuntur, quòd videlicet in tribulationibus
Deus tantùm recreationis poſſit adſerre his qui
in eas incidunt, quantum illis tribulationis ac D
deſperationis præfinire poteſt, qui quietè iam
agunt.
Quia tu poſſediſti.) Non eſt hæc modica enco-
mij ac prouidentiæ portio, poſſeſſionẽ eſſe Dei.
Qui namq; poſſidet, curã ac prouidentiã eius
rei gerit, quam poſſidet. Vnde & ſubiunxit, Su-
ſcepiſti me ex vtero matris meę. Semper, inquit,
obſepiuiſti, prouidiſti ac muniuiſti me à prima
ætate, & inde à cunabulis meis.
Confitebor tibi.) Hoc eſt, Admirabilis apparui-
ſti. Et quid de te dico, cum etiã quæ abs te fiũt,
multum habeant admirationis. Et relicta om-
nium deprędicatione, ſua ipſius cognitione cõ-
tentus eſt dicens, Et anima mea admodum co-
gnoſcit. Nõ enim ſimpliciter illa, ſed vehemen-
ter & admodum accuratè cognoſcit.
Non eſt occultatum os meum.) Iterum de præ-
ſcientia Dei loquitur, aut omnia illius arcana
eſſe dicit: aut aliud quid innuit, opificium vide-
licet & figurationem. Quoniam nihil, inquit, in
me eſt quem fingebas, quod ignoratis: ſed om- E
nia cognouiſti, licet in abſcõdito & velut in in-
ferioribus terræ factũ ſit naturæ meæ opificiũ.
Quoniam formatũ me exactè & particulatim,
& ſecundum ſingula membra, & incremẽtum
etiam cognouiſti.
Imperfectum meum.) Aut idem denuò dicit,
quoniam nondum formatum me vidiſti, aut de
actibus ipſis: quoniam (inquit) quod nondum
factũ eſt cognoſcis. Quod dicit, tale eſt, vt cum
priore conſentiat, Informem me viderũt oculi
tui, inquit, cum nullam dum figurã accepiſſem,
atque ita me clarè vidiſti, atque illum qui for-
matus & figuratus eſt: & ne vno quidem die ad
abſolutionem opus habet, cũ illis omnibus qui
in libro tuo ſunt ſcripti. Ac in diebus formatis,
cum illis me vidiſti, inquit, qui formati ſunt in
diebus ſuis. Hæc autem non ideo dicit, quòd li-
ber quiſquam ſit in cælis: ſed vt libri mentione
exactam ſcientiam ſignificet.
Mihi autem valde.) Præſciuiſti, me, inquit.
Cum nondum eſſem, adduxiſti me. Et hoc ego F
viciſſim rependo, vt diligentes te honore pro-
ſequar.
Nimis confortatus eſt principatus eorum.) Hoc
eſt, Ipſi confortati ſunt. Alius verò dicit, Pluri-
mum multiplicati ſunt.
Dinumerabo eos.) Ego quidem, inquit, hono-
ro illos: tu verò eos multiplicas, & arena nu-
meroſiores reddis. Non ſolùm autem vt mul-
ti, ſed & vt fortes ac potentes ſint facis. Hoc
enim eſt quod dicit, Confortati ſunt principa-
tus eorum.
Exurrexi, & adhuc ſum tecum. Multi namque

 proſpe-

proſperitatem, qua vſi fuerant, obliuioni tradiderũt: ego verò nequaquam, ſed poſtquam ſurrexi, id eſt, malis liberatus ſum, ſemper tecũ ero.

Si occideris.) Non dicit, Si occideris, tunc ero tecum: ſed illud quidem ſine hoc commemorat, huc verò fieri petit, non vt hominum eſſentiam aboleat, ſed vt eos ad iuſtitiam conuertat. Non enim dixit, Si occideris homines: ſed, Si occideris peccatores.

Viri ſanguinum.) Viros ſanguinum, truculen-
A tos ac cæde gaudentes dicit. Non eſt autem & hæc via ad virtutem exigua, ſi ab illorum commercio ac commotatione reſiliatur.

Quia dicitis in cogitatione.) Vide quomodo nõ quæ ſua ſunt quærens, ſed propter cõtumeliam aduerſus Deum reſiliat, & cõmercium illorum fugiat. Nam & hoc Iudæis perditionis cauſa fuit, quòd malis ſunt commixti.

Accipient in vanitate.) Alius interpres habet, Quoniam eleuati ſunt in vanũ æmuli tui. Quapropter fugit ac reſilit, eo quòd illi contra gloriam Dei ſunt eleuati.

Nónne qui oderunt te.) Nam & Deus ita præcepit vt inimici eſſent inimicis, & aduerſarij aduerſariis ipſius. Hęc enim potiſſimum ſunt amicitiæ indicia. Et ipſe igitur Deo viciſſim vtroque pacto repẽdit, cùm quòd dicit, Admodum ſunt mihi honorati amici tui Deus: tum quod iam ſubdit, Qui oderunt te Domine oderam. Et hîc cum hyperbola nõ ſimpliciter oderam, inquit: ſed & tabeſcebam.

B *Proba me Deus.)* Atqui initio Pſalmi dixit, Probaſti me, & cognouiſti me. Quomodo igitur hîc rurſus dicit, Proba me Deus? Vides, quòd humanis loquutionum formulis vtatur, ad hoc vt mẽtem Deo competentem adhibentes, ad ſublimes ſenſus conſcendamus. Quod enim hîc dicit, Proba me Deus: idem eſt atque, Vide quòd non ſit in me via iniquitatis, & deduc me in via æterna. Quæ eſt autẽ æterna via? Spiritalis, & finem non habens.

Scholia in Pſalmum CXXXIX.

E*Ripe me Domine.)* Cum multæ ſint ſuper terram venenatæ ac pernicioſæ, maliciámque oſtendentes beſtiæ, relictis omnibus Propheta,
Vir malus. ab homine malo eripi petit. Nam illæ in natura quidem manſuetum quid habent, & facile vitari poſſunt: & quales ſunt, tales apparẽt: homo verò maliciam meditans, beſtia quauis minus caueri poteſt. Generale verò maliciæ no-
C men ponit. Non enim ſimpliciter eũ qui in pecuniis, ſed qui vbique iniuſtus eſt dicit.

Qui cogitauerunt.) Mala ex animo ſtruunt, cogitauerũt enim, inquit, in malicia: nec citò proferunt, ſed parturiẽtes manent: non corripiuntur, ſed rei huius meditationem inſtituunt. Hoc enim eſt quod dicit, Quia cogitauerunt, &c.

Tota die conſtituebant prælia.) Non ea prælia dicit, quæ armis & ænebus, ſed quæ inſidiis ſtruuntur, quibus homines cùm in foro tum in domibus impugnant.

Acuerunt. Vide maliciæ ignobilitatem. Ex hominibus beſtias, aſpicidis ac ſerpẽtes reddit, & linguam ad illam ferociam adaptat. Quemadmodum autẽ ſuprà dixit, Tota die conſtituerunt prælia: ita & hîc, Venenum aſpidum ſub labiis eorum ſemper. Diapſalma ſiquidem hoc *Selach.*
vbiq; ſignificat. Quamuis breuis temporis malicia moleſta res eſt: quando verò aſſiduè illam exercent, quam veniam habebunt?

Qui cogitauerunt ſupplantare.) Quidnam iniuſtius fieri poterit? Et aliis calumniam ſtruere moliuntur. Cogitauerunt enim, inquit, ſubuertere greſſus meos. Quòd verò cogitatio hæc D
in opus non exiit, debetur hoc potentiæ Dei. Et vide maliciam meditatione concinnatam. Et abſconderunt, & iuxta viam tetenderunt: vt & longitudine, & occultatione, & propinqua intentiòne ſtructores maliciæ facti laqueos vbique extenderent, attraherẽntque & caperent.

Dixi Domino, Deus meus es tu.) Poſtquam de prælio & inſidiis dixit, confugit deinceps ad inuictum auxilium, opem cælitùs à Deo petẽs, qui mala iſta diſſoluere poteſt. Et vide quid dicat, Non dicit, Meritus ſum: ſed quid? Deus meus, inquit, es tu. Maximam iuſtificationẽ auxilio prætexit, nempe quòd ad Dominum confugit. Quid eſt autẽ illud, Virtus ſalutis meæ? Virtus apud te eſt & puniẽdi & ſaluandi, mihi verò virtutem ſalutis exhibe.

Obumbraſti ſuper caput meum.) Vide quomodo facultatem Dei oſtendat. Non dicit, Ante bellum: ſed, In ipſo die belli. Quando ſublata ſunt mala, tunc in ſecuritatem me conſtituiſti. Dein- E
de vt victoriæ & ſecuritatis excellẽtiam oſtendat, nõ dicit, Seruaſti me: ſed quid? Obumbraſti ſuper caput meum. Neque vulgarem me afflictionem, aut quantam feruoris æſtus infert, ſuſtinere feciſti: ſed in tantam ſecuritatem conſtituiſti, vt velut in vmbra delicier. Loquitur autẽ de ereptione ac liberatione à malis. Quapropter & dicit, Obumbraſti, &c. vt auxilij facultatem oſtendat.

Ne tradas me.) Quòd dicit, tale eſt, Ne des me, à concupiſcentia quæ contra me eſt, id eſt, quæ concupiſcit contra me, ea ne ſinas illum adimplere.

Cogitauerunt contra me.) Vide animi illius modeſtiam. Non enim dicit, Ne derelinquas me, quia dignus ſum, aut propter vitæ virtutẽ: ſed, Ne fortè exaltentur, ne arrogãtiores fiant, & in maiorem contumaciam erigantur.

Caput circuitus eorum.) Circuitum hîc, cœtum *Circuitus.*
vocat, & conſeſſum. Caput ipſum mali & per- *Caput.*
uerſi animi, eos opprimat ac perdat. Laborem *Labor.*
verò hîc maliciã vocat. Talis enim eſt malicia. F
Ipſi poſſeſſori ſuo pernicioſa redditur.

Cadent ſuper eos.) Quòd dicit, tale eſt, Sufficiens quidem etiã ipſa malicia propter circundantes eam, ad hoc eſt, vt irã diuinitùs illatam ſuſtineat. Carbones verò ignis hîc & ignem, ſupplicium cælitùs illatum dicit.

Deijcies eos.) Vnus quidem interpres, Ita, inquit, eos perdidit, vt amplius non ſurgant: alius verò, Multa, inquit, cum velocitate. Lin- *Linguoſus.*
guoſum verò hîc conuiciatorem, nugatorem, vituperatorem & continuè latrantẽ dicit. Quis

fructus

ſtuctus huius? Nũ proſperabitur, inquit, in terra. hoc eſt, deijcietur ac ſubuertetur.

Virum iniuſtum.) Vide iterum malitiam ad ſubuerſionem habentis ſe ſufficientem. Verùm qua ratione capturæ nomen poſuit, vt oſtendat talem effugere non poſſe. Etiamſi non ſubitò in capturam hanc qui iniuſtè agis incideris, ne ſis ſecurus. Talis eſt enim hæc captura.

Cognoui.

Cognoui quòd faciet Dominus iudicium.) Quoniã dixit, Virum iniuſtum mala capient, &c. nec A confeſtim ſupplicium illatum oſtendit, ne quiſquam craſſioribus iſtis ſegnior fiat, ſubiungit dicens, Adhuc omnino hoc fiet. Nõ enim quæ iniuſtè ſunt illata, inulta manent. Quapropter dicit, Noui hoc futurum prorſus. Pauperes verò hîc non inopes, ſed humiles ac corde contritos vocat.

Veruntamen iuſti.) Quicquid, inqnit, fiat, Illi gratias agunt, etiamſi humiles calumniam ferrè, & reprobos laudari videant, pœnas tamen malefactorum non exigunt.

Et habitabunt recti cum vultu tuo.) Hoc eſt, Quicquid fiat, nunquam ęgreferent: neque vnquam quærentur de his quæ fiunt, ſed tecũ perpetuo erunt.

Scholia in Pſalmum CXL.

D*omine clamaui.*) Clamorem hîc, internum illum dicit, quo & Moſes clamauit, quem cor accenſum, & animus cõtritus parit. Clamo- B rem autem non ſolum talem quærit, ſed vt & ad ipſum oretur.

Intende voci.) Vide & aliam orationis virtutẽ. Non enim propterea tãtum quòd ſedulò orat, audiri petit: ſed & ob id, quòd talem orationẽ exprimit, vt digna ſit vigilantibus oculis. Ipſius namque Dei promiſſio eſt dicens, Adhuc loquente te, ecce adſum.

Dirigatur oratio.) Sacerdotibus ea lex erat, vt de ſuo, pérque ſeipſos, etiam ſi aliàs nemo offerret, matutinum vnnm, veſpertinum alterum agnum ſacrificarent: & illud quidem matutinum, hoc verò veſpertinum ſacrificium vocabatur, ſignificante Deo, quòd aſſiduo ſit, & initio & fine diei colendus. Hoc igitur ſacrificium acceptũ erat. Petit itaque Propheta, vt talis ſit ipſius oratio, quale erat illud ſacrificium, quod nulla erat macula pnllutum. Quare verò non dixit, Matutinum, ſed veſpertinum? Propterea quòd matutinum imperfectum adhuc erat, veſpertinum verò perfectum cultum habebat.

C

Lingua leuitas multorum malorũ cauſa.

Pone Domine.) Vide intelligentiam ac ſapientiam, vnde petitionem ordiatur: nempe à maxima virtutum, quæ quòd omnium malorũ cauſa eſt aſpernatur, & bonis ſtudet. Linguæ ſiquidẽ leuitas innumera mala operatur. Quoniam igitur rem hanc valde iniquam eſſe nouit, & preces adhibet, & Deum ad auxiliandum inuocat.

Non declines cor meum.) Non quòd Deus declinet, abſit: ſed hoc dicit, Ne ſinas vt declinetur, ne ſinas vt ſubuertatur. Qua verò ratione relicto ore ad cor tranſit? vt radices malarum cogitationum euellat.

Ad excuſandas.) Hęc potiſſimum perditionis via eſt, quando animus peccans timorem remittit, ac prætextus quoſdam comminiſcitur. Etenim malum quidem eſt peccare, grauius verò peccatum ex eo redditur, ſi poſtquam delictum eſt negetur.

Cum hominibus.) Hoc potiſſimum eſt, qnod illi prætexunt ne pudefiant. Quaprnpter & Dauid continuè hoc virtutis loco præfert, tales fugere cœtus.

Et non communicabo.) Quod dicit, tale eſt, Cœtuum eorum, qui ad gratiam & noxam loquuntur, nnnquam particeps fuero: perſtringentes verò ac corrigentes elegero, qui veritatis gratia reprehendant. Hoc enim potiſſimum miſericordiæ opus eſt, ſi vulnera curentur. D

Corripiet me iuſtus.) Iuſtorum quidem etiam increpationes perfert, præuaricatorum verò dicta etiam ad gratiam directa repellit. Quanam ratione? Quia illi ſæpenumero etiam miſerando perdiderunt, iſti verò increpantes emendarunt. Si verò malos etiam cum miſerentur auerſari debemus, quãdo ad eos accedendum erit? Certe nunquam, etiamſi omnia faciant, etiamſi omnia exhibeant.

Quoniam adhuc.) Non modò gratiam eorum quæ noxia eſt fugiam, ſed & contra illorum cõcupiſcentias ad orandum ſtabo.

Abſorpti ſunt.) Oſtendit hîc, quàm facilè peccatum capi poſſit, & quàm malitia prona ſit ad præcipitium. Ipſi enim, inquit, potentes, & qui omnia egerunt ac tulerunt, perierunt: nec perierunt tantum, ſed ita perierunt, vt ne veſtigium quidem illorum appareat. E

Audient verba mea.) Hoc eſt, Ipſa experientia rerum iſtarum adhortationis meæ ac conſilij iucũditatem cognoſcent. Quoniam licet extrema paſſi ſimus, ac veluti terra dirupta, & aratro ſciſſa omnino diſperſi perierim*, & ad ipſas mortis portas venerimns: etiam ad hunc tamẽ modum affecti, malumus à iuſtis corripi, quàm à peccatoribus miſericordiam recipere.

Quia ad te Domine.) Etiamſi innumera mala irruant, ſpei tamen in te collocatæ adhærebimus, & relictis omnibus ope tua liberari expectamus.

Cuſtodi me.) Non ſolum inſidias hîc, ſed & occultas & abſconditas dicit, quæ ægrè vitantur, atque ob eam maximè cauſam diuino opus habent auxilio. Ad orationem hîc conuerſus ſermonem terminat, orationẽ orſus, & rurſus orationem finiens.

Cadent in retiaculo eius.) Eius inquit. cuius? Dei hoc eſt. Capiẽtur, cõprehendẽtur. Iuſtorũ quidem adflictiones, ad correptionẽ, & ad philoſophię illorũ excitationem: peccatorum verò, qui incurabiliter ægrotant, ad pœnas & ſupplicia tendunt. Illud verò, Singularis ſum ego, donec tranſeam: Idem eſt atq;, Coadunatus, collectus, non diſperſus, ſed à malis liberatus, & ab illorum commercio, vtpote ſolus ac procul ab illorum cœtu habitans, purgatus ſum. F

Scholia in Pſalmum CXLI.

V*ocem mea.*) Audis quomodo hoc vbique adijciat. Duplex eſt vox, & clamor ac voci- *Duplex vox.*

feratio ad Deum. Duas enim hîc virtutes diſcimus, vigorem ſcilicet voluntatis, & animi compoſitionem. Et præterea aliud quiddam, ipſius ſcilicet eſſe vocem. Neque enim omnes voce, nec omnes ad Deum, nec ſua voce omnes clamant, quæ omnia coire debent.

Effundo.) Non ad homines, ſed ad inniĉtum auxilium, & cæleſtem opem confugit. Deinde & animi compoſitionem & feruorem internè reconditum hac diĉtione declarat, dicens, Ef-
A fundo deprecationem meam, & tribulationem meam ante conſpeĉtum eius pronuncio, Non enim dicit, Virtutes meas: ſed tribulationem meam, vt cuius etiam non ſit modicum patrocinium.

In deficiendo.) Tunc, inquit, ille potiſſimum ſedulus erat.

In via hac.) Intentionem calamitatis hîc, & hoſtium inſidias dicit, quomodo acceſſerint, ac viciniores facti ſubuertere ipſum voluerint: quod & moleſtius erat, quomodo nec adiutores, nec auxiliatores vllos habuerit. Nec adiutores dicit: ſed, nec erat, inquit, qui me cognoſceret, propter deſolationis vehementiam.

Periit fuga à me.) Non ſolum quod laquei in viis erant, nec tantū ob id quòd non erat qui adiuuaret, imò qui vel cognoſceret: ſed quòd nemo etiam erat, qui ad liberationem à malis fugam ſaltem exhibere poſſet, ita in mediis cōprehenſus eram perturbationibus.

B *Clamaui ad te.*) Vide animum ſobrium. Non ſubmet ferunt enim mala, ſed alacriorem etiam reddiderunt. Etiam in malis iſtis exiſtens potētiam Dei cognouit, dicens, Tu es ſpes mea. Humana omnia ceſſerunt: maior auxilij ſpes euanuit, nec vſpiam ſalus comparet: attamen licet apud homines deplorata ſint iſta, tibi tamen omnia ſunt facilia.

Portio mea.) Hoc eſt, Sors mea, theſaur⁹ meus. Terram verò viuentium, patriam ſuam dicit. Sæpenumero enim Babylonicam captiuitatem infernum, & mortem vocare ſolet. Aliter verò, Quoniam cum in terra aliena eſſet, nullum cultum pro conſuetudine præſtabat: hic verò quæ ſanĉtimoniæ ſunt, adimplebat, Portio mea es, inquit, in terra viuētium. Semper me defendis, tibique appropriaſti, multáque mihi tecum facta eſt communicatio.

Intende.) Vides quomodo quod ſuprà dixit, etiam hoc loco patrocinij gratia ponat, nempe quòd humiliatus ſit, ac peccatorum pœ-
C nas abūdè dederit. Illud verò, Admodum non accuſationem habet eorum quæ fiebant: ſed ferentis illa dolorem & imbecillitatem exprimit.

Libera me.) Ecce rurſus aliam cauſam, iniuſtas videlicet calumniatorum inſidias, & quòd ipſe admodum imbecillis eſſet.

Educ de cuſtodia.) Illud hîc, Ad hoc confitendum, idem eſt atque, Ad gratias agendum, libera me (inquit) à malis (Cuſtodiam enim malorum ambitū, ac veluti murum dicit) vt gratias agam nomini tuo.

Me expectant.) Quod dicit tale eſt, Proderit hoc & iuſtis. Nam & illi gaudebunt ac lætabūtur, malis me liberatum videntes.

Scholia in Pſalmum CXLII.

D*omine exaudi.*) Eſt quidem oratio, quæ verbis fit deprecatio: eſt verò oratio & promiſſio. Propterea & dicit, Ne alteres verbum in oratione tua, non vt denuò non oremus (iubemur enim permanete in oratione) ſed ne diffetamus, ſi quid Deo promiſerimus, alioqui alteratores petitionum reddemur. Orationem D verò hîc ſupplicationem ac deprecationem dicit. *Oratio.*

Auribus percipe.) Hoc eſt, Annue petitioni, & in effeĉtum eam perducito, veritate tua vtēre, vt hanc firmes, & quæ peto adimpleas.

Exaudi me.) Quid facis homo? Infrà dicis, Non iuſtificabitur in conſpeĉtu tuo omnis viuens. &, Si iniquitates obſeruaueris, quis ſuſtinebit? & hic ſecundum iuſtitiam exaudiri petis? Quid eſt igitur quod dicit? Iuſtitiam hîc benignitatem Dei dicit. Et hoc multis locis videri poteſt. Et valde meritò. Apud homines enim iuſtitia miſericordia caret, apud Deum verò non ita: ſed iuſtitiæ immixta eſt miſericordia, atque ita immixta, vt ipſa iuſtitia benignitas vocetur. *Iuſtitia immixta miſericordia.*

Non intres.) Quid de vno & altero dico? Non eſt homo ſuper terram, qui coram te iudicatus iuſtificari queat.

Quia perſequutus eſt.) Poteſt hoc etiam de diabolo per anagogen dici. Perſequitur enim ille E nos ſine intermiſſione.

Humiliauit in terra.) Geminam calamitatem, dicit, quòd in obſcuris ſe collocarit, ſicut mortuos ſeculi, captiuitatem innuens. Quoniam enim fieri poteſt vt & in obſcuris quid luce adhibita agatur, vt malorum obfuſionem ſignificaret, mortuorum mentione tragœdiam amplificauit.

Et anxiatus eſt.) Multā tribulationis obieĉtionem, per animi perturbationē eam exprimens, oſtendit. Quid eſt autem quòd dicit, In me? Non datur, inquit, vt ad alios anguſtiam meā transferam, & aliquid conſolationis inueniam.

Memor fui dierum antiquorum.) Non eſt exigua conſolatio, priora & præſentia ſcire. Eſt enim magna cōſolatio in præſentibus præteritorum memoria. Non autem ſimpliciter illorum memor fuit: ſed, Meditatus ſum, inquit, & hoc operis mei loco feci. Reuoluendo apud ſe quæ antea contigerant, multum ſibi ex illorum hi- F ſtoria conſolationis peperit.

Expandi ad te.) Non dicit, Extendi: ſed, Expādi, vt multam cordis propenſionem oſtendat, quæ tantum non ipſum corpus quoque exilire compulerit. Siquidem memoria geſtorum Dei ac benignitatis illius vniuerſæ contemplatione veluti numine adflatus ad te rurſus confugi.

Anima mea.) Et in calamitatibus, inquit, & in proſperitatibus, & in quolibet temporum diſcrimine parem diligentiam oſtendo. Quemadmodum enim terra ſiticuloſa pluuiam deſiderat,

derat,ita ego contiouò apud te eſſe cupio.Hoc
verò deſiderium grauitas tribularionum in-
tendit.

Velociter exaudi me.) Quid dicit? Medicum
vrget vt ſe ſanet? Nequaquam. Sed hîc mos eſt
animis tribulatis, quemadmodú & ægrori me-
dicos obſecrare ſolent, etiam vbi tempus hoc
non exigit, vt velociter mali ſolutionem ad-
feraot. Quapropter & cauſam dicit. Defe-
cit, inquit, ſpiritus meus. Nouit quidem illi
A omnia eſſe facilia, verùm dilationem non ſu-
ſtinet.

Non auertas.) Et vnde eſt auerſio Dei? Ipſe
hoc dicit, Num inualida eſt manus mea? Sed
peccata veſtra diuidunt inter me,& vos. Quã-
do igitur mali quid facimus, auertitur. Per-
ſequamur itaque virtutem, ne in barathra ma-
litiæ incidamus,vbi nos multa caligo occupet.

Auditam fac mihi.) Vide animum tribula-
tum ac perturbatum. Vult enim audire ante-
quam experiatur,vt ſpe erigatur & expectatio-
ne. Erige itaque me,inquit,promiſſione tua.Et
addit, Quia in te ſperaui. Nihil enim Deus ita
requirit,atque vt perpetuò ad ſe ſuſpiremus.

Notam fac mihi Domine.) Quod dicit,tale eſt,
Conſcientia ipſius malitia erat occupata, ideó-
que orat vt illa renouetur. Aut viam hîc multa
hominibus incognita dicit. Non enim ſimpli-
citer dixit, Notam fac mihi Domine viam: ſed
quid? Quoniam ad te, inquit, leuaui aoimam
meam.

B *Eripe me.*) Non dixit ſimpliciter, Doce me
voluntatem tuam:ſed, Doce me facere volun-
tatem tuam, ad opera illam educito. Opus e-
nim eſt cæleſti auxilio, vt in via virtutis ambu-
lemus,non vt nos otiemur: ſed vt noſtra quoq;
conferamus. Vide autem quis ſit hic prophetæ
affectus.Inimicorum perditionem nõ petit,ne-
que aliud quid rerum humanarum, niſi vnum
hoc,vt eripiatur ab inimicis, & volũtatem Dei
perſpicuè diſcat.

Spiritus tuus.) Vide rurſus quomodo per ſpi-
ritum ſanctum iter hoc perficere doceamur.
Terra recta Terram verò rectam, ad literam quidem pa-
triam ſuam: per anagogen verò, viam virtutis
vocat.

Propter.)Vide rurſus ad Deum confugientẽ,
non ſui ipſius fiducia tumultuantem.

In æquitate tua.) Vide quomodo, vt iam an-
tea dixi, multis locis iuſtitiam benignitatem
Dei vocet. Quid enim ſuprà dixit? Exau-
di me in iuſtitia tua. Et iam iterum, In iu-
C ſtitia tua, inquit, educes de tribulatione ani-
mam meam: benignitatem Dei, iuſtitiam vo-
cans.

Et in miſericordia tua.) Non quòd ego dignus
ſim, ſed propter benignitatem tuam libera me
ab his qui me impugnãt, largiréque vt à tribu-
latione reſpirem.

Quoniam ego ſeruus.)Vide rurſus poſitam cau-
ſam.Non enim ſimpliciter impetrari petita poſ
ſunt,ſed conandum eſt,vt nos vndecunque di-
gnos exhibeamos. Noo enim ſatis eſt ſimplici-
ter orationem adferre, niſi ſimul etiã quæ nos
concernunt adiunxerimus.

Scholia in Pſalmum CXLIII.

BEnedictus Dominus.) Quid dicis? Bellánc *Deus docet*
Deus, & prælia docet? Maximè. Non aber- *ad præliũ.*
rauerit quiſquam, ſi etiam in iſtis Deo victoriã
adſcripſerit.Hoc enim eſt quod dicit, Qui do-
cet manus meas ad prælium. hoc eſt, Qui facit
vt vincam & hoſtes ſuperem.

Miſericordia mea.) Vide rurſus benignitate
Dei ſaluari perentem. Immò & aliud quid hoc
loco ſignificat. Ne ipſa quidem miſericordia, D
inquit,dignus eſſem,niſi ipſe annuiſſet. Ipſe e-
nim eſt miſericordia mea, nõ ego illam in ope-
ribus habeo. Conſimili modo & hæc adijcit,
Adiutor & liberator meus.

Qui ſubdis populum. Etenim ad hanc quoque
rem ſuperno opus eſt auxilio, vt ſubditi obe-
diant,& nec ſeditionẽ moueant nec rebellent.
Itaque non ſolum in hoſtibus, ſed in domeſti-
cis opus eſt ſubiectione.

Domine quid.) Oportet ergo magnum eum
eſſe,cui debeat innoteſcere Deus,immò magis
qui Deo cupiat innoteſcere. Non hunc ſolum,
ſed & illum magnum eſſe decet, cui Deus in-
noteſcere velit. Quapropter Septuaginta opti-
mè dixerunt, oſtendentes quòd non ipſi nos
Deum inuenerimus, ſed ipſe nobis inuentus
ſit.Propterea non dixit, Quid eſt homo qui te
innoteſcere fecit:ſed,quid eſt homo, quòd in-
notuiſti ei.

Homo vanitati.)Quid eſt illud, Vanitati ſimi-
lis factus eſt?fragilis eſt,breuis momenti, & tẽ- E
porarius. De corpore hîc diſſerit. Vaoitatem
verò vocat, nullius eſſe momenti, propterea
quòd humana nec durant nec firma ſunt.

Dies eius.) Et quæ eſt hîc verborum conſe-
quentia? Multa & admodum cum præceden-
tibus cohærens. Quooiam enim de humanæ
naturæ vilitate diſſeruit,quàm nihil illa ſit,tur-
ſus hîc expreſſit, vt elatorum arrogantiam re-
ſtringat.

Tange montes.) Neque iis quæ dicis opus ha-
bet Deus,ad hoc vt mõtes fumigare faciat, im-
mò ne nutu quidem,cũ ſola hoc voluntate præ-
ſtare queat.

Fulgura.)Supplicia ita vocat, prolapſum per
ea quæ nota ſunt tremere ac timere faciens. Si
enim fulgur quis, tametſi non puniendi gratia
demiſſum,ferre inquit:ſi potẽtiam ſuam ad pu-
niendum exerere voluerit,quis ſuſtinebit?

Emitte manum tuam.) Non enim ad punien-
dum modò,ſed & ad ſeruãdum potentiam ha- *Manus.*
bet. Manum verò hîc adiutorium & auxilium F
dicit.Quapropter non dixit,Extẽde:ſed,Emit-
te manũ tuam. Si verò etiam hoc alibi dicitur,
idem ſignificat.Et aquas iterum,confuſum ho-
ſtium impetum vocat. Quoniam enim non de
aquis illi ſermo eſt,ſubiungit, De manu filiorũ
alienorum.filiòs autem alienos vocat, qui pro- *Filij alieni*
cul abſunt à veritate. Proprius enim & germa-
nus eſt,qui eundem patrem exprimit, & eiuſdẽ
eſt menſæ particeps: alienus verò eſt, qui pro-
cul eſt ab iſtis remotus.

De manu filiorum alienorum.) Quos autem hîc
alienos filios dicit? Eos qui in malitia viuebãt,
iniuſtitiam

iniuſtitiam diligebant, & qui dextera ad auxiliandum data ad inſidias & iniuſtitiam abutebantur.

Deus canticum.) Quoniam enim dixit, Emitte manũ tuam de alto, pollicetur ſe auxilio illius retributurum retributionem: quæ tametſi Deo nihil amplius adferat, rependenti tamen commodet.

In pſalterio decachordo pſallam.) Hoc eſt, Agam tibi gratias. Tunc quidem organa erant, quibus
A canebant, nunc verò pro organis vtendum eſt corpore noſtro, quãdo membris eius (vt decet) vſi fuerimus.

Qui das ſalutem.) Neque enim exercitus, neq; militum multitudo, ſed auxilium Dei ſeruare ſolet.

Qui redemiſti Dauid.) Poſtquam communia dixit, iam & quod ſe concernit, auxilium commemorat. Et non dicit, Qui redempturus eſt? ſed, Qui redemiſti, vt irremiſſam ac perpetuam illius prouidentiam exprimat.

Quorum filij.) Rerum hîc mundanarum proſperitatem deſcribit. Et diuitias ponit, quæ primæ ſunt: deinde liberos vegetos ac floridos. Ex vtraque natura firmitudinem induxit, & cum iuuentute hîc & opulentiam oſtendit, & coronas eorũ & muliebrem ornatum deſcribit, qui quidem ex multa rerum proſperitate prouenit.

Promptuaria.) Hoc eſt, Anguſtiantur promptuaria, ita vt opes capere nequeant.

B *Oues eorum.*) Et hæc felicitas non eſt viſa modica. Nam in his apud veteres erant diuitiæ, in armentis videlicet, ac gregibus, &c.

Non eſt ruina.) Hoc eſt, Multam conſequuta eſt cuſtodiam etiam agricultura ipſorum, vici, ſepes & vinea circumquaque plantata. Deinde dicit, Neque clamor in plateis eorum. Hoc eſt, Pax illis eſt libertas & ſecuritas. Nemo eſt qui inſidietur, nemo eſt qui impugnet, imò qui turbet aut inquietet.

Beatum dixerunt populum) Poſtquam omnem opulentiam deſcripſit, nõ putauit illos ob eam cauſam quòd diuites ſunt, dignos quos quiſquã æmuletur: ſed præteritis his omnibus ad verum theſaurum felicitatem extendit. Alij quidem, inquit, beatos ducunt talia habentes: ego verò populum illum beatum iudico, cuius Dominus Deus eſt.

Scholia in Pſalmum CXLIIII.

C EXaltabo te.) Diligenter hunc pſalmum conſideremus. Is enim eſt qui verba illa habet, quorum ſi qui meminerint, continuò ſuccinent eadem dicẽtes, Si namque tu dixeris rex meus, & non modò dixeris, ſed eandem quoque dilectionem oſtẽderis, & ipſe idem de te dicet, ſeruus meus & miniſter meus: id quod de Moyſe dictum eſt.

Et benedicam.) Vides quomodo futuræ vitæ procemia ſignificet? Benedictionem autem hîc dicit non eam, quæ verbis tantum, ſed quæ & rebus ipſis conſtat. Sic enim exultatur Deus, ſic magnificatur. Hoc potiſſimũ eſt religioſæ mentis, vt ſecularibus negotiis liberata, hymnis vacet.

Benedictio.

Et laudabo.) Quoniam dixit, Benedicam & laudabo, oſtendit Deum nulla re ex nobis indigere, ſed perfectam eſſe illius eſſentiam, vt nullius egeat.

Magnus Dominus.) Quid eſt quòd dicit, Laudabilis? Dignus qui laudetur ac prædicetur. Nec ſimpliciter dicit, Laudabilis: ſed adiecit, Admodum.

Et magnitudinis eius.) Cum dictione infinitam D
Dei magnitudinem exprimere non poſſet, ſubiunxit, Et magnitudinis eius non eſt finis.

Generatio & generatio.) Quod ſolet propheta, hoc & nunc facit, quando magnificentiam & gloriam Dei admiratur, ad demonſtrationem illius quæ per opera eſt, deſcendit. Neque enim illa vno tantum tempore facta tranſiit, ſed per omnia ſecula extenditur, vt quæcunque generatio opificium eius videat, ipſũmque glorificet.

Magnificentiã.) Tã per beneficia quàm per ſupplicia. Nõ enim ceſſat Deus quouis modo, quæ noſtræ ſunt naturæ diſpenſare.

Et magnitudinem tuam.) Quoniam enim virtutis D. meminit, oſtendit eam cum excellentia: non quod ſimpliciter & vulgaria tantum operata ſit, ſed quòd omnia mirabiliter ſupra humanæ naturæ captum fecerit.

Memoriam abundantiæ.) Ad vtrunque ſiquidem perfecta eſt ipſius potentia, cùm ad beneſaciendum tum ad puniendum. Et horum E
vnumquodque habent omnia quæ connumerata ſunt.

Miſerator.) Quemadmodum illa recẽſuimus, ita neceſſe eſt, & eorum commemorare contraria, conuerſionis dierum, paradiſos, prata, placiditatem noctis: & inter bruta, ceruos, lepores, & quæ ad eſcam ſunt accommoda. Etiam in ipſis videre eſt operibus, non ſolum punientia, ſed & benefacientia, quod multo maius eſt, etiam indignis ne illa inducat quæ non vult.

Suauis Dominus.) Non enim fieri poteſt vt ſaluemur, niſi multa illi ſit benignitas. Non enim miſeretur tantum peccatorum, ſed & aliud benignitatis genus haud exiguam oſtẽdit. Bonus eſt (inquit) Dominus vniuerſis, & peccatoribus, & iis qui in præuaricatione viuunt: non his verò tantum, ſed & brutis. Quin & ſi quis ad ipſos angelos & archangelos conſcenderit, bonitatem illius videbit. Vnumquodque
ſiquidem operum eius multa illius benignitate F
fruitur.

Confiteantur tibi.) Hoc eſt, agant tibi gratias, offerant tibi hymnos, cùm qui ſermonis dono ſunt honorati, tum voce carentia. Nam & muta ita ſunt ſingula condita, vt benedictionem Deo offerre queant.

Et ſancti tui benedicant tibi.) Sanctos hîc vocat, qui præcepta Dei adimplent.

Sancti qui hic ſint.

Gloriam regni tui.) Hoc eſt, ſufficientiam nullius indigam, benignitatem, gubernationem, & quod tantam erga ipſos prouidentiam oſtendit.

Et poten-

Et potentiam tuam.) Potentiam, inquit, inuiſtam & inexpugnabilem. Non quòd laudibus iſtis egeas, ſed propter eos qui te laudant, & vt alios quoque inſtituant, laudíſque tuæ conſortes reddant.

Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam.) Nonſolum preſentium, ſed & futurorum. Eſt enim immortalis.

Et gloriam.) Vide & hîc illius immortalitatem. Vbique terrarum & per omnia tẽpora extenditur. A

Fidelis Dominus.) Poſtquam regni Dei perennitatem dixit, etiam verborum eius ſoliditatem dicit. Quod enim dicit, Fidelis Dominus: idem eſt ac ſi dicat, Omoino futura ſunt, quæ ab illo ſunt dicta. Illud verò Sanctus, idem eſt atque irreprehenſibilis ac rectus, nemini prorſus aliquid de quo queratur operibus ſuis adſerens.

Alleuat Dominus.) Hîc rurſus de benignitate Dei diſſerit, quæ & ipſa maxima eſt regni eius gloria: quòd non ſolum ſtantes, ſed & caſuros conſeruat ne prolabantur, & iacentes erigit: & quod mirabile eſt, non vnum aut alterum, ſed vniuerſos.

Et tu das eſcam illorum in tempore opportuno.) Nõ enim pluuia, inquit, neque terra neque aër: ſed præceptum Dei fructus maturare ac creſcere facit. Quid eſt autem quod dicit, Tempore opportuno? Quoniam temporibus omnia ſunt diſcreta, & hoc potiſſimum ſapientiam illius declarat. B Verùm ſingulis annis alimoniam diſtribuit, vt agricolam quoque recreet.

Manum aperire. *Aperis tu manum tuam.*) Manum operationẽ & virtutem neceſſaria ſuppeditandi dicit, vt inſtruat nos non ex elementis frugum eſſe copiam, ſed ex diuinæ beneuolentiæ, placiditatis ac voluntatis prouidẽtia. Nõ enim ſimpliciter cibum, ſed vnicuique commodum & vtilem largitur: nec largitur modò, ſed ita cumulat, vt nulla ſit penuria.

Sãctus quis *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis.*) Vias hîc Dei, diſpenſationes prouidentiam & gubernationem dicit. Sanctum verò hîc, veracem nec quicquam exhibentem, quod reprehẽdi poſſit, vocat.

Propè eſt Dominus.) Poſtquam communia & quæ omnibus incredulis etiam ad cibum dantur dixit, & ea commemorat quæ fidelibus ſeparatim exhibentur, nempe quòd prope illos ſit Dominus: hoc eſt, quòd adiuuet, guberner ac procuret, eo quòd curam habeat eorũ: quòd C multo eſt amplius quàm quæ impiis largitur.

Voluntatem timentium.) Quoniam enim Paulus ſatanam, hoc eſt, tentationes, auferri à ſe volebat: verùm Deus hoc non fecit. Quoniam enim ſciebat ſe non vtilia petiiſſe, rurſus hoc voluit. Vnde & dixit, Placeo mihi in infirmitatibus meis, in tribulationibus. Sciens enim hoc Deo placere, & ipſe idem volebat. Non enim eſt alia voluntas timẽtibus Deum. Si verò quid aliud tanquam homines aliquando volunt, tandem hoc corrigunt.

Peccatores qui. *Cuſtodit Dominus.*) Et hæc eſt haud modica diuinæ prouidentiæ portio, quòd eos quibus prouidet, munitos reddit. Peccatores verò eos dicit, qui incurabiliter languent, nec ſaluari volunt. Si verò quoſdam diligentium ſe puniri ſinit, eſt hoc animas eorum cuſtodiẽtis, illuſtrioréſque reddentis, etiamſi corpus intereat.

Laudationem Domini.) Non ſolum quibus benefit, ſed & qui puniuntur (eſt enim hoc prouidentiæ Dei) nec homines modò, ſed & reliqua elementa Deum laudare debent. Sunt enim omnia bonitate eius referta. D

Scholia in Pſalmum CXLV.

I*Auda anima.*) Vbi deſiit, illinc & denuò orditur, à laude videlicet ac celebratione Dei. Non enim parum hoc facit ad repurgandã animam. Laudem verò dicit, quod crebrò monui, eam quam quæ ex operibus eſt. Sicut præcedenti pſalmo dixit, Per ſingulos dies benedicam tibi: ita & hîc, Donec, inquit, fuero.

Nolite confidere.) Docet hîc vt relictis omnibus ad Deum confugiamus. Quid eſt autem quòd dicit, Quibus non eſt ſalus? Hoc eſt, Ne ſuæ quidem ipſorum ſaluti præeſſe poſſunt.

Exibit ſpiritus eius.) Etiamſi, inquit, omnia tibi ſecundum animi tui ſententiam ſucceſſerint, etiamſi gratus illi fueris, etiamſi in mediis promiſſionibus illius vitam finias, deſtituet te in vanis ſpebus, eo quòd vita illius diuturna nõ eſt: ſed ita effunditur ac perit, eũ ne dominus quidem illius maneat. Reuertetur enim, inquit, in terram ſuam vnde ſumptus eſt. Et nunc non ſo- E lum in effectum non venient quæ præceperat, ſed & promiſſio eius irrita abibit. Hoc enim eſt quod dicit, In die illa peribunt omnes cogitationes eius.

Beatus cuius.) Quando felicitatem dicit, omnia bona dicit. Et ſecuritatem ſpei huius oſtendit, & beatum eum iam dicit, qui talis eſt, & ſimul adiutoris Dei virtutem ſignificat.

Qui fecit cælum.) Si opera illius diuturna ſunt, quanto magis ipſe diuturnus eſt ac potens? Quid autem eſt quòd potens eſt ac diuturnus, cum ſeruare nolit? Multi ſiquidem inſipiẽtium iſta obijciunt. Sed vide quomodo & hanc ſuſpicionem auferat.

Qui cuſtodit.) Hoc, inquit, opus eius eſt, vt nõ negligat iniuria preſſos, vt nõ deſpiciat calumniis affectos, vt manum porrigat inſidiis obnoxiis, ídque ſine intermiſſione. Quapropter & dicit, In ſeculum.

Dominus ſoluit.) Vides quomodo omnia illius declaret, prouidentiam, gubernatio- F nem, & quod hoc opus eius ſit, vt varias calamitates ſoluat. Verùm iſta & homines ex parte poſſunt: verùm cæcos illuminare & prolapſos erigere, ipſius ſolius eſt potentiæ. Quoniam enim dixit, quòd iuſtos diligat, oſtendit quòd multis ſolius calamitatis gratia ſuccurrerit. Quos enim nutrit, propterea quòd eſuriunt nutrit, quod non eſt alienius virtutis: & compeditos ſoluit, quæ res ſane calamitoſæ ſunt. Si verò in calamitatibus conſtitutos tanti facit, multo maioris eos facit, qui virtuti ſtudent.

Regnabit Dominus.) Itaque ſi perpetuò regnat, non eſt

non eſt hæſitandum, ſed etiamſi non det temporariam retributionem, ad maiora tamen illam cuſtodit.

Scholia in Pſalmum C X L V I.

L*Audate Dominum.*) Supra dixit, Laudate, quoniam Deus ipſe laudabilis eſt admodum: hîc verò dicit, quòd & laus ipſa ſit bona, & pſalmus innumera bona conciliet. Animũ
A enim terræ adimit, & animá ſublimem reddit.

Domino noſtro.) Fiat illi, ioquit, acceptabilis. Itaque non eſt ſatis pſallere, ad hoc vt laus Deo placeat: ſed opus eſt, vt per vitæ quoque mundiciem illi placeamus. Videtnr autem mihi hîc pſalmus, de reditu à Babylone loqui.

Ædificans.) Licet enim Cyrus eos dimiſerit, non tamen voluntate illius, ſed auxilio Dei totum hoc eſt factum. Diſperſiones verò, repulſos ac diſperſos iotelligit.

Qui ſanat.) Quoniam nullam babebant vitæ rectè actæ fiduciam, iterum calamitatem ac cõſuetudinem Dei prætexit. Etiãſi indigni ſumus, inquit, quoniam tamen opus ipſius ſumus, facturam ſuam non derelinquet, nec conſuetudinem ſuam deſeret.

Qui numerat.) Quoniam de multitudine diſperſa, & necdum apparente loquitut, rectè hypodigma boc in medium adducit: nẽpe, quòd & diſperſos congregare queat, qui infinitam aſtrorum multitudinẽ nouit. Et nos igitur qui-
B bus pollicitus eſt, quòd in morem aſtrorũ multiplicandi ſimus, accuratè congregabit.

Et omnibus eis.) Arbitror hoc de Iſraelitis eſſe dictũ, quod & Eſaias alicubi dixit, Omnes eos, inquit, nominatim vocabit: id eſt, Nemo illorũ deſiderabitur, ſed perinde atque ij ſolent, qui nominatim aliquos vocant, ita & ipſe diligenter omnes congregabit.

Magnus Dominus noſter.) Deinde quoniam rem maximam dixit, nempe quòd tot myriades vbique terrarũ diſperſas cõgregaturus eſſet Deus, de potentia eius diſſerit, vt Iudæos vehementer turbatos ad fidem huius rei inducat.

Et intelligentiæ eius.) Ne quæras igitur quomodo ſit iſta facturus. Magnificẽtiæ ſiquidem eius nõ eſt finis, & intelligentia & iudicia eius abyſſus multa. Etenim ne inſipientiũ aliqui dicant, Quid nobis hoc cõducit, quòd aſtra exactè nouit, de prouidentia quoque illius erga bomines loquitur. Et oon dicit, Adiuuaos mãſuetos, ſed ſuſcipiens: boc eſt, Sicut pater tenere amans,
C colligens ac poſſidens.

Humilians.) Vides iterum ad vtrumque abſolutam illius potentiam, cùm ad exaltandum humiles, tom ad bumiliandum multa cum hyperbola in atrogantiam elatos.

Præcinite Domino.) Hoc eſt, Gratias agam multa cum diligẽtia. Etenim ne quis inſenſatorum illorum dicat, Quid ad me cæleſtia illa? confeſtim gratiam humanam ſubijcit. Ob hoc enim cælum nubibus operit, vt tibi pluuiam paret. Et vide ſapientiam, vniuerſalia dicit, quæ omnibus largitur, vt ora illorum obſtruat. Si coim erga incredulos tanta liberalitate vtitur, vt & nubes ciear, & pluuiam moueat: multo magis erga eos, qui populus ipſius peculiaris vocãtur.

Et parat terræ.) Vide iterum abundantiam prouidentiæ eius, quando non ſolum in conuallibus, ſed & in montibus largam alimoniam, & pabulum iumẽtorum exhibet. Vnde & ſubijcit.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum.) Rorſus munificeotia, quaodo non ſolum bomioibus ſubſeruientibus & iumentis eſcam præbet: ſed & reliquis brutis & pullis coruotum inuocantibus D
ipſum. Si verò erga agreſtia bruta & hominibus nibil ſeruientia tanta eſt eius prouidentia: multo magis erga homines quos populum ſuũ peculiarem ac portionem ſuam vocauit.

Scholia in Pſalmum C X L V I I.

L*Auda Ieruſalem.*) Non ad vrbem, ſed ad habitatores illius ſermonem dirigit: & quod per totom bunc librum hortatur, id etiam hîc conſolit, vt ſine intermiſſione pro beneficiis Deo gratias referamus, & neque ædificiis neq; murorum ſecuritate, ſed prouidentia illius oitamur.

Quoniam confortauit.) Quoniam ſecurum te & inuictũ reddidit. Deinde & aliud beneficij genus addir. Benedixit, inquit, filios tuos in te. Hoc eſt, In multitudinẽ creſcere fecit. Et illud, In te, aliud qooque beneficium babet. quaſi dicat, Non diſperſos, ſed cõgregatos & in te exiſtentes: neque oberranter, creſcere fecit.

Qui poſuit fines.) Poteſt enim fieri, vt multi qui- E
dã & in ſecuritate ſint & impugnentur tamen: verùm hîc etiam iſtis eos inſidiis, oec vrbem ſolũ, ſed & ſolitudines liberauit. Quod verò impugnari cos aliquando contigit, nõ illius hoc, ſed illorum peruerſitatis opos erat.

Et adipe.) Non dicit. Et frumẽto: ſed, Et adipe frumenti, vt multam felicitatem & vbertatẽ oſtendat. Adeps enim frumenti, pinguedo eſt fructus, Talia quippe ſont dona Dei, vbera & vtilia. Nec ſimpliciter dicit, Dabit: ſed, Cum largitate. Id enim eſt quod dicit, Satiat te.

Qui emittit eloquium.) Quoniam eoim dixit, Lauda Ieruſalem Dominum, ne quis inſipientium tantum Iſraelitarum Deom curam habere putet, oſtendit prouidentiam eius toti orbi cummunem eſſe, & ad omoia extendi. Quod verò dicit, tale eſt, Non ſolum ooſtri, inquit, curam gerit, ſed & totins orbis. Sermonem verò eius, mandatum & prouidentiæ eios operationem dicit. Deinde & facultatem eius exprimat nõ verbi ſed curſus appellatione illá expri- F
mit, Nec illo contentus eſt, ſed & velocitatem illius adijcit: vt quicquid ille præcipiat, multa ſtatim cum velocirate fieri oſtendat.

Qui dat niuem.) Inexpugnabilem hîc & infinitam Dei potentiam exprimit, qoòd & nondum exiſtentes eſſentias producit, & exiſtentes mutat, & cuicũque rei vult adaptat. Licet eoim immotis naturę finibus ligẽtur, hi tamen quando ei placet ſoluuntur. Et aliquãdo ipſas eſſentias immutat, aliquando manentes ad aliá operationem transfert. Quod autem iſta ſingulis annis, & in noſtro conſpectu fiunt, ne ob eam

causam

cauſam admirationem remittat. Cogita ſiquidem, quantæ ſit virtutis, iam niuem apparere, iam aquam, ſinque tam breui momento tantas fieri mutationes. Ne verò inſenſatorum quiſquam omnia hæc naturæ tribuat, ſubiungit: Emittet verbum ſuũ, & liquefaciet ea. Hoc eſt, Mandatum eius hoc facit, non natura ventorum fidem facit, his verbis Iudæis, quòd quẽadmodum iſta pro placito ſuo conuertit, ita illi facillimum eſt, vt & vos ad priorem felicita-
A rem reducat.

Qui annunciant.) Sermonem hîc ad ſublimiora transfert, de legis poſitione diſſerens, quod beneficij genus maximum eſt. Adducit enim à malitia, & veluti manuducit ad cælum, mentéſque illuminat.

Non fecit taliter.) Legem enim nulli alij genti dedit. Naturalem quidem legem, in corde habebant omnes, Iudæis verò hoc peculiare dedit, vt ipſis per literas etiam legitima manifeſtarentur. Propterea & ipſe propheta non dicit, Quòd non fecerit cuiuis nationi: ſed quòd ſic non fecerit. Tabulas reliquis non dedit, nec literas, nec Moſen legiſlatorem: ſed bis omnibus Iudæi potiti ſunt, lege, diuinis tabulis, & aliis conſimilibus.

Scholia in Pſalmum CXLVIII.

L*Audate Dominum.*) Solent ſancti, quando gratiarum actionem inſtituunt, multos aſ-
B ſumere D. laudis conſortes. Deinde & aliud quiddam molitur. Quódnam illud? Ne inſipiẽtium quiſquam duos eſſe rerum opifices putet. Quoniam enim creaturæ diuerſæ ſunt, alia ſpiritalis, alia corporalis: ne quis ſecundum operum diuerſitatem, diuerſos etiam opifices eſſe cogitet, de omnibus creaturis Deo melodiam offert, hortatúrque vt ille tam à ſuperna quàm ab inferna creatura laudetur. Eſt hoc autẽ animi vehementer accenſi, vniuerſos ad laudandũ Deum excitare cupientis.

Laudate eum ſol.) Quare vbi pauca de cæleſtibus virtutibus dixit, ad viſibilia ſermonẽ transfert, illíſque immoratur? Quia illa manifeſtiora ſunt audientibus, vtpote viſibilia, & ante ipſos oculos conſtituta. Quod verò hîc cælos cælorum dicit, non oſtendit multitudinem. Cælum quippe Hebræa voce cælos Scriptura vocat. Rogauerit autem quiſquam, quomodo hæc cum vocem non habeant Deum laudent. Duos ſcimus glorificandi modos: vnus verbis
C fit, alter aſpectu, tertius adhuc vitæ operibus. Homines enim Deus non ſolum loquentes, ſed & tacẽtes audit. Quando igitur creaturas Deũ laudantes inducit, hoc dicit, quòd quæcunque facta ſunt, factoris ſapientia multa cum admiratione ſunt referta.

Duo glorificãdi modi.

Quoniam ipſe dixit.) Duo hîc, immò tria, quin ſi quis exactius inquiſierit, quatuor ponit. Quòd fecerit quòd facillimè fecerit, quòd facta conſeruet. Quod enim dicit, Ipſe dixit: facillimè eum feciſſe ſignificat. Quod verò facta conſeruet, indicat cum dicit, Statuit ea in ſeculum & in ſeculum ſeculi, præceptũ poſuit, & non præteribunt. Vide iterum & hoc loco poteſtatem Dei.

Laudate Dominum de terra.) Quare ſermonem tranſumit? Vt ex abundantia prouidentiam Dei oſtendat. Si namque quæ videntur inutilia tam ſunt bona, vt & hymnos Deo adferant, cogita qualia ſint reliqua. Recenſeamus igitur ſingula dictorum: dracones, cete, grandia dicit, ſicut & alio Pſalmo, Draco iſte quem formaſti. Quando igitur tantæ beſtiæ magnitudinem vides, quomodo conditorem illius non D
admiraris? Quid verò ſi abyſſi profunditatem conſideres? At digna quidem ſunt hæc quæ admiremur: quod verò de beſtia hac, idem & de aquis cogitandum eſt. Siquidem vtraque immotis vinculis ligantur, nec vltra fines ſuos mouentur.

Ignis, grando, nix, glacies, &c.) Præcedenti quidem pſalmo hoc admiratus eſt, quòd nix breui temporis momento in terram deſcendit: hîc verò, quòd & non exiſtentia facta ſunt, & quòd facta manent, miniſtrorúmque ordinem implent: & quanquam irrationalia ſint, præceptum tamen Dei multa cum obediẽtia in opus deducunt.

Montes & omnes colles.) Frugifera quidem vltrò vtilitatem ſuam declarant, & camporum planicies, & manſueta animantia, & reptentia. Montes verò, & infrugiferæ arbores, quam habent, inquit, vtilitatem? Multam ſanè, & vitæ noſtræ plurimum conducunt. Sunt enim montes, colles & arbores infrugiferæ admodum ad E
ſtructuras vtiles: ita vt niſi iſtis potiremur, nihil impediret quo minus genus noſtrum interiret. Dracones verò & leones, & ſerpẽtes, quid vtilitatis vitæ noſtræ cõferunt? Reuera plurimùm, & indicendis modis proſunt. Nam priora quidem corporum neceſſitati conducunt: iſta verò & timorem tibi, & modeſtiam incutiunt, ſtrenuúmque ac ſedulum reddunt, déque progenitoris peccato admonent. Tales enim antea non erant hæ beſtiæ, ſed demùm poſt præcepti trãſgreſſionem tales ſunt factæ.

Reges terræ.) Etiamſi rex ſis, etiamſi princeps, gratias age benigno Deo, quoniam tantæ curæ ſubſidium accepiſti: etiamſi ſubditus ſis, iterum gratias age benigno Deo, quòd habes qui tui curam gerat: etiamſi ad ſenectam veneris, etiãſi iuuenis ſis, gratias age Deo.

Laudent nomen Domini) Quod dicit, tale eſt, Oſtendimus prouidentiam & gloriam eius in omnibus viſibilibus. Laudandus autem eſt nõ ſolum horum gratia, ſed etiam ſine iſtis. Nam F
& antequam iſta eſſent, & præter iſta, ſublimitas illi & beneficentia adfuit. Rectè autem dixit, Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius: ad diſcriminandum eum ab illis qui non ſunt dij. Auditorem itaque non iterum ad cæleſtia ducit dicens, Confeſſio eius ſuper terram. Cæleſtes enim virtutes à laude eius non ceſſant: non quòd miniſterio illorum egeat, ſed vt bonitatem ſuam oſtendat, ſibi ipſe eos appropriauit. Etenim ne denuò negligẽtes eos reddat, & ne hoc ſolo confiſi virtutem animi abijciant, cũ dicit, Hymnus omnibus: non ſimpliciter hoc

S* dicit,

dicit,ſed addit Sanctis eius:& poſtquam dixit,
Filiis Iſrael,adiecit, Populo appropinquanti il-
li.Quod autem dicit,tale eſt, Si ſancti fueritis,
ſi Deo appropinquaueritis , multam gloriam
conſequemini.

Scholia in Pſalmum CXLIX.

C*Antate Domino.*)Secũdum anagogen, quæ
noui ſunt Teſtamenti dicit . In hoc enim
A omnia noua facta ſunt:ſecundum hiſtoriam ve-
rò canticum nouum dictum eſt, quòd de victo-
tiis , de inſigniter geſtis , & felicitate recepta
cantaturi erant.

Laus eius.) Vides quomodo ante verba eam
gratiarum actionem requirat , quæ eſt ex vitæ
operibus.Non enim ſatis eſt verbis tantum gra
rias agere,niſi & virtus operis accedat.

Lætetur Iſrael.)Gratias age Deo, quòd te non
exiſtentem produxit,& animam inſpirauit. Ali
ter verò , non ſimpliciter de opificio loquitur,
ſed & de appropriatione . Non enim tantum,
tanquam ei qui hominem fecit:ſed & tanquam
ei qui illos populum ſuum fecit , agendæ ſunt
gratiæ.

Et filia Sion.)Hoc ipſum quod dixi innuitur:
proprietas videlicet,quòd peculiaris illi popu-
lus facti ſunt.Non enim propter ſolum opificiũ
rex illius erat,ſed & ob id quòd eos ſibi appro-
priauerat.

Laudent nomen eius.) Vide iterum illuſtrari
B ſymphoniam.Ob id enim ſunt chori, vt cõmu-
niter omnes laudes Deo canant.

In tympano.) Quidam & hunc ſermonem
de organis anagogicè ſumunt, tympanum car-
nis mortificationem,& pſalterium cælorũ con-
templationem ſignificare dicentes.Supernè ſi-
quidem illud pulſatur,non infernè ſicut citha-
ra.Ego verò dixerim,quòd olim his inſtrumen-
tis Deo cecinerint.

Quia beneplacitum eſt Domino.) Iterum & quæ
Dei,& quæ hominum ſunt dicit . Exaltationes
ſiquidem Dei,manſuetudo verò hominum eſt.
Non enim fit à Deo , niſi homines ſequantur.
Nec ſimpliciter dicit, Seruabit: ſed , Exaltabit
in ſalute.

Exultabunt. Sicut illic manſuetos,ita hîc rur-
ſus ſanctos requirit.Nam omnia Deus cum ad-
miratione ſui ipſius oſtendit.

Lætabuntur in cubilibus ſuis.)Multum ſecurita-
tis & multum recreationis oſtendit.Hęc autem
ideo dicit,vt ſciant totum hoc non armis ipſo-
C rum , ſed auxilio Dei eſſe factum , & quòd hoc
conciliandum ſit per animi modeſtiam.

Exultationes Dei in gutture eorum.) Bellum hîc
cum tripudio ſuperandum eſſe oſtendit , quòd
videlicet canentes & laudantes hoſtium ſint vi
ctores euaſuri.Exultationes enim hîc, hymno-
dias & pſalmodias dicit.

Ad faciendam vindictam.) Quid eſt quòd di-
cit,Increpationes in populis? Ad redarguendũ,
inquit,eos,quòd perpetuò probris ipſos affece-
rant:& reipſa oſtendendum,quòd non infirmi-
tas Dei,ſed ipſorum peccata hoc illis dederint,
vt ipſorum dominarentur.

Ad aligandos reges eorum in compedibus.) Vide
excellentiam victoriæ . Non enim pepulerunt
& abegerunt hoſtes, ſed & vinctis regibus eo-
rum potentiam Dei omnibus demonſtrantes,
redierunt.

Vt faciant in eis iudicium.) Talis itaque eſt hæc
victoria & iudicium Dei ſuper hoſtibus, vt om- D
nibus ita manifeſtè liqueat,vt quòd conſcriptũ
ſit,nec vnquam deleri queat.

Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.) Quæ? Non
quòd vicerunt , ſed quòd ita auxilio Dei vice-
runt . Mihi verò videtur non victoriam modò,
ſed & melodiam & hymnos dicere , quòd Deũ
videlicet laudantes,magnam ſibi ipſis gloriam
conciliauerint.

Scholia in Pſalmum CL.

L*Audate Dominum.*) Aut de populo hîc lo-
quitur , aut de vita ſancta ac viris ſanctis.
Mihi autẽ videtur ob id dicere, In ſanctis eius,
quòd talem conuerſationem vitę induxit,& ex
hominibus angelos reddidit.

Laudate eum in firmamento.)Hoc enim diligen
tius Deo quàm illud agitur Cælũ enim propter
homines, non homo propter cælum eſt. Aliter:
Qui in firmamento cæli ſunt angeli , Laudate
eum,&c. E

Laudate eum in virtutibus eius.) Quid eſt quòd
dicit,Laudate eum propter potentiã eius, pro-
pter virtutem,& mirabilia quæ oſtendit.

Laudate eum ſecundum multitudinem magnitu.)
Non hoc dicit , quod ita laudare poſſit, vt ma-
gnitudini eius correſpondeat:ſed quãtum fieri
poteſt,laudem eius extendite.

Laudate eum in ſono tubæ.) Omnia organa re-
cenſet , & per omnia melodiam Deo offerre
hortatur.Sed quemadmodum Iudæi omnis ge-
neris organis , Ita nos omnibus membris no-
ſtris Deum laudare iubemur. Et quoniam om-
nem creaturam,& omnia organa quibus hym-
ni dicebantur,ad hymnodiam excitauit:iam ad
omnem naturam & quamcunque ætatem con-
uertitur,& ad hymnodiam eos & doxologiam
commouet.

*SCHOLIORVM D. BA-
ſilij in Pſalterium Finis.* F

SEQVVN-

SEQVVNTVR XXI. EPISTOLÆ D. BASILII MAGNI.

Occidentalibus Baſilius.

QVoniam in ſe ſperantibus Deus pollicitus eſt, quòd eos ex omnis generis tribulatione velit educere, A quamuis in medio malorū pelago detineamur ac ſæuiſſimis procellis à ſpiritibus malitiæ excitatis agitemur: perduramus tamen in Chriſto; qui nos confirmat: nec vigorē eius ſtudij remittimus, quo curam gerimus Eccleſiarum: neq; veluti de ſalute propter excreſcentem tempeſtatem deſperantes, animi diſſolutionem patimur: ſed adhuc, quoad eius fieri poteſt, omnem operam impedimus ſcientes, etiam eum quem cœtus deuorauerat, quoniam animum non deſponderat, ſed ad Dominū clamauerat, ſalutem eſſe conſequutum. Ad hunc ſanè modum & ipſi licet in extrema mala inciderimus, ſpem tamen quam in Domino collocatam tetinemus, nō abijcimus: ſed vndequaq; auxiliū illius circunſpiciētes requitimus. Vnde eſt quòd ad vos quoq; reſpeximus, fratres venerandiſſimi, quos in præſenti tribulationum tempore frequenter ad nos venturos ſperauimus. Verum ſpe iſta fruſtrati, ipſi quoque illud nobis occinimus. B Expectaui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & nō inueni. Sunt enim eiuſmodi noſtræ adflictiones, vt & ij qui extremum Occidentem incolunt, meritò ad hunc noſtrum orbem ſeſe recipere deberent: &, quoniam vno membro afflicto, reliqua ſimul omnia compatiuntur, conueniebat vt & nobis, iam diu admodū laborantibus, affectu comiſerationis condoleretis. Non enim locorum vicinitas, ſed coninnctio ſpiritus conciliare & propinquos facere ſolet, quā inter nos ac delectionem veſtrā intercedere perſuaſi ſumus. Quî fit igitur, quòd nullas cōſolationis literas, nullam fratrum viſitationem, nec aliud quicquam normæ ac debito dilectionis conuenienens à vobis accepimus? Iam enim tredecimus annus eſt, ex quo nobis hæreticum hoc eſt bellum exortum, in quo pluribus tribulationibus adflictatæ ſunt Eccleſiæ, quàm ab eo tempore commemorari poſſunt, quo primum Euangeliū Chriſti annunciari cœpit. Quarum vobis ſin- C gnlas recenſere nolumus, ne malorum iſtorum euidentiam ſermonis noſtri imbecillicitas ſubobſcuret. Simul etiam haud neceſſarium eſſe iu dicamus, vt hiſce de rebus doceamini, cum veritatem illarum iam olim vel famæ indicio cognoueritis. Summa autem mali huius eſt. Plebs oratoriis relictis, in ſolitudine congregantur. Spectaculum videretis miſerabile. Mulieres, paruuli, ſenes, & aliàs imbecilles, imbrium vehementiſſimorum, niuium, ventorúmque moleſtiam, ſub geln hyemali, conſimiliter & Solis ardorē æſtate ſub dio agentes perferunt. Et hęc propterea patiūtur, ne prauum illud Atrij fermentum recipere cogantur. Quomodo poterit autem fieri, vt iſta vobis ſermone aliquo perſpicua reddantur, niſi ipſa vos experientia, & ſpectaculum in oculos incurrens ad compaſſionis affectum permoueat? Obſecramus itaq; vt vel nunc tandē manū Orientalibus porrigatis Eccleſiis, quæ iam velut in genua depreſſæ inclinant: D ac viros aliquos mittatis, qui illas de præmiis admoneant, quę patientiæ ac paſſionibus pro Chriſto toleratis reſeruantur. Haud enim rantum habet efficaciæ ſermo conſuetus, quantum vox peregrina ad conſolandum deiectos valet: præſertim ſi illa adferatur à viris, qui cum primis gratia Dei inſtructi eſſe cognoſcūtur: quales vos cunctis mortalibus prædicamini, quòd in fide illibati permaneatis, & Apoſtolicum, depoſitum illæſum ſeruetis. Non ſic babent res noſtræ: ſed ſunt apud nos quidam, qui gloriæ deſiderio, & maximè inflatione iſta, qua Chriſtianorum animi ſubuertuntur, percitì verba quædam nouandi ſtudio excogitata indųcere præſumunt, vnde Eccleſiæ debilitatæ quaſi vaſcula quædam laxata influētem hæreſim receperunt. Vos itaque, ô dilecti ac deſiderati fratres, ſitis vulneratorum medici, & eorum qui adhuc ſani exiſtunt pædotribæ, quod morbidum eſt curātes: & quod ſanum, ad pietatem inſtruentes, E

Vox maximè peregrina valet ad conſolādum.

Ciuibus Satalenis Baſilius. II.

ET veſtris & totius populi precibus motus, Eccleſiæ veſtræ curā ſuſcepi: ſūmq; vobis in conſpectu Domini pollicitus, nihil me non factutū eorū quæ virib⁹ meis pręſtari poterūt. Quapropter coactus ſum, iuxta quod ſcriptum eſt, quaſi oculi mei pupillam attrectare. Sic enim excellentia illa honoris, quo vos proſequor, nullius me recordari permiſit, non cognationis, non cōſuetudinis inde à puero cum hoc mihi viro, antequam veſtræ petitiones intercederent, contractæ: ſed omnium eorum quæ mihi familiaritatis ratione in hoc virò propria exiſtunt, oblitus: nec vlla habita ratione neque multorum gemituū quibus plebs aduerſum me ingemeſcit, patrocinio ac cura illius priuata, neque lachrymatū vniuerſæ illius F cognationis, imò ne matris quidē, iam ſenis, & propterea quòd cura illius quam habuit vnicā priuatur, fluctuantis, mœſtitiam commiſerationis affectu expendens: ſed ſimul hæc omnia einſmodi ac tanti momenti exiſtentia contemnēs, in id vnum incubui, vt Eccleſiam veſtram talis viri cura & gubernatione ornarem: & poſt diuturnam iſtam diſertionem ad genua vſque depreſſæ, plurimóque & valido adiumento, vt erigatur, opus habēti ſuccurrerem. Sic quidem nos comparati ſumus: à vobis verò quæ reliqua ſunt expetimus, poſcimúſque ne minora in-

ueniātur quam ſperamus, & quam ſunt ea quæ
virò huic promiſimus,cum ad familiares illum
& amicos mitterem⁹:ſic vt quiſq; veſtrū ſtudio
& dilectione erga eū alios excellere ſatagat. Vt
igitut honeſtā hāc honorificentiā oſtēdatis, per
officij excellentiā cordi illius conſolationē ad-
ferte,quò & patriæ,& cognarorū , ac ſimul po-
puli obliuiſcatur : qui perinde atque infans re-
cens natus maternis vberibus ſic ipſius eſt gu-
bernatiooe priuatus.Præmiſimus autē Niciā,vt
A quæ geſta ſunt reuetentiæ veſtræ manifeſtet: &
ptæuenientes diem feſtum agatis , ac Domino
gratias agaris,qui per nos quod petiſtis imple-
re dignatur.

Paladio & Innocentio.presbyteris ac monachis, Baſilius. III.

QVàm vehementer vos diligam,ar-
gumentum ex eo ipſo colligere
deberis , quòd nos & ipſi diligi-
tis . Et pacis quidem conciliator
eſſe perpetuò deſideraui : verum
voro hoc fruſtratus licer contriſter, nec imme-
ritò , nemini tamen inimicus eſſe poſſum, vel
hanc ob cauſam , quòd bonum pacis nobis
iam olim ſubreptum eſſe ſcio . Quòd ſi alij diſ-
ſidiorum cauſas ſubmioiſtraot , det Dominus,
vt cohibeantnr diſſenſionum authores. Non
hoc à vobis peto , vt perpetuò apod me ſitis.
B Quapropter non eſt quòd hac de re vos excu-
ſetis . Noui enim , eſſe vos viros qui & mole-
ſtum viuendi genus ſitis amplexi , & quæ ne-
ceſſaria ſunt veſtris ipſorum manibus compa-
retis , ideóque à rebus veſtris haud diu abeſſe
poſſitis . Verùm vbicunque locorum ſitis , me-
motes eſte noſtri , & Dominum pru nobis ora-
te , vt vel inter nos & cum Deo pacem ſerue-
mus , nec vlla in cogitationibus noſtris pertur-
batio reſideat.

Ad Eccleſiam Parnaſenum conſolatoria Baſilij. IIII.

VT & veterem morem , qui proli-
xa temporum ſerie inolcuit , ſe-
quamur : & fructum ſpiritus , di-
lectionem videlicet ſecundum
Deum , erga vus demonſtremus,
literis hiſce reuerentiam veſtram inuiſimus, &
C in tribulatione quæ vobis accidit , & præſenti
veſtra cura vobiſcum communicamus . Quod
itaque res triſtes concernit hoc dicimus , quòd
tempeſtiuum ſit ad ea reſpicere , quæ oobis ab
Apoſtolo ſunt præſcripra , ne videlicet contri-
ſtemur, ſicut cæteri qui ſpē non habenr. Hand
quidem exigitut,vr nullo ſenſu eorum quæ ac-
cidunt afficiamini : ſed , vt acceptum quidem
damnum ſentiatis, verùm ſub dolore iſto baud
concidatis : & vt paſtorem propter illius exitū
felicem iudicetis, vt qoi viram hanc ſatis inte-
gra ſenectute abſoluerit , & maximis iam ho-
noribus à Domino recreetur . Quod verò reli-
qua attinet , hortamur , vt omni poſita mœſti-
tia , ſicuti conuenit,ad vos ipſos redeatis,& ad
neceſſariā Eccleſiæ curam exurgaris, quò Deus
& gregis ſui curā gerat , & paſtorem vobis pro
ſna ipſius volūrate largiatur,qui vos cum ſcien-
tia paſcat.

Ad coniugem Arinthæi Prætoris, conſolatoria Baſilij. V. D

COnueniebat quidem , & debe-
barut hoc dilectioni tuæ , vt ipſi
præſentes eorum quæ facta ſunt
participes eſſemus . Nam hoc pa-
ctn & animi noſtri mœſtitiam mi-
rigaſſemus : & honeſtati tuæ , qnoad eius fie-
ri poſſet , conſolationis officium impleſſemus.
Verùm quoniam corpus hoc debile longio-
ris profectionis motum ferre non poteſt , vi-
ſom eſt literarium vſurpate alloquium,ne pror
ſus erga ea quæ acciderunt , animo videamur
eſſe alieno . Quiſnam igitur virum hnnc non
ſnſpiret & ingemiſcat ademptum ? Quis adeò
eſt corde lapideo , vt illius gratia non acer-
bè illachrymerut? Me verò præcipua quædam
mœſtitia repleuir , recogirantem cùm quo me
vir ille ſit honote proſequutus , tum quæ ſit
Eccleſiis communiter adempra gubernatio.
Attameo expendimus , qnòd cum homo eſ-
ſer , & quæ in hac vita obtigerant tempori- E
bos conceſſis adminiſtraſſet , à Deo res noſtras
diſponente eſt reuocatus : quæ vt & prudentia
tua cogitet , & caſum hunc mitius , & quan-
tum fieri poteſt , calamitatem iſtam moderatè
ferat , obſecramus. Ipſum quidem tempus cor
tuum lenire , & cogirationibus tranſitum pa-
rare poteſt : verùm ſuſpectum eſt nobis vehe-
mens illud ſtudium tuum erga maritum,& hu-
manitas erga quæuis relucens , ne fortè pro-
pter morum ſimplicitatem triſtitiæ affectui ob-
noxiam te conſtituas , & profundiorem triſti-
tiæ plagam recipias.Eſt quidem nunquam non
vtilis ea doctrina , quæ ex paſſionibus obue-
nit , præſertim in huiuſmodi occaſionibus .
Quapropter memor eſto ſententiæ conditoris
noſtri , per quam , qnotquot ex terra nati ſu-
mus , ad terram reuertimur. Nec adeò magnus
eſt quiſquam , vt diſſolutionis huius victor eſ-
ſe poſſit . Erat quidem ille honeſtus , magnus,
celebris , & animi virtutem robore corporis
adæqnabat , quod & ipſe fateor , & vtroqne F
nomine excellebat·attamen homo erat,& mor
tuus eſt ſicut Adam, ſicut Abel, ſicuti Noe, ſi-
cut Abraham,ſicuti Moſes:& ſi quem alium e-
iuſdem naturę conſortem nominaueris.Ne igi-
tur moleſtè feramus , qnòd illo priuati ſumus:
ſed ob id potius, quòd illi conuiximus, gratias
agamus ei qui nos initiò coniunxerat.Quòd vi-
rum amiſiſti , commune tibi cum aliis eſt mu-
lieribus.De rali verò cōiugio non arbitror eſſe
aliā quampiam ex mulieribus, quæ pari modo
gloriari poſſit . Etenim virum hunc Deus , qui
nos cōdidit,tanquā ſingulare quoddam huma-
næ naturæ

næ naturæ exemplum conſtituerat, ſic vt omnium oculi in illum dirigerentur, & omnis illum lingua celebraret. Pictores ac figuli formæ dignitatem non expreſſerunt: hiſtorici, viri hellica facta narrantes, ad incredibiles fabulas exorbitant: quapropter etiam plurimi famæ, qua triſte illud nuncium circumfertur, haudquaquã credere ſuſtinent, nec vllo modo recipiunt quòd mortuus ſit Ariuthæus. Verùm paſſus eſt ea, quæ & cælo, & Soli, & terræ contingent.
A Diſceſſit moriens ſplendidè, nec ſenectute decrepitus, nec aliqua parte celebritatis ſuæ diminutionem paſſus: ſed magnus adhuc in præſenti hac vita, & magnus in futura, nec ex præſenti ſplendore damni quicquam in futura ac ſperata gloria expertus: propterea quòd in ipſo vitę exitu cunctam animę maculam lauacro regenerationis accepto repurgauit: cuius rei cum illi cõciliatrix & cooperatrix fueris, maximam ex ea cõſolationem cape, & animum tuũ à pręſentibus ad futurorum curam transferre ſatage, quo digna per bona opera ad hoc reddáre, vt pari cũ illo refocillationis loco potiare. Parce matri iam ſeni, parce filiæ iuuenculę, quibus ſola cõſolationis es gratia relicta ſuperſtes. Eſto reliquis mulieribus fortitudinis exemplum, atque perturbationẽ hanc moderare, vt nec corde concidas, nec dolore ſupprimare. In omnibus ad magnam illam patiẽtiæ mercedem proſpice, quæ à Domino noſtro Ieſu Chriſto in retributione nobis eorum quæ in hac vita geſſi-
B mus, eſt promiſſa.

Terentio Comiti Baſilius. VI.

QVamuis admodum magna diligẽtia in id incubuerim, vt ex parte ſaltem tam regio mandato, quàm amiciſſimis Reuerentiæ tuæ literis obtẽperarem, cuius ego quemcunque ſermonem, & quamuis ſententiam recta voluntate & bona mente plenam eſſe perſuaſus ſum: haud tamen permiſſum mihi eſt, vt animi mei propenſionem in opus perducerem. Cauſa hui⁹ primaria ac veriſſima peccatis meis debetur, quæ nuſquam mihi non occurrunt, & greſſus meos ſubuertunt. Deinde in cauſa eſt, quod alienatus à nobis eſt epiſcopus ille, qui nobis cooperationis eſt gratia datus. Haud enim noui, quid Reuerendiſſimo fratri noſtro Theodoto acciderit: qui cum nobis initio pollicitus eſſet, quòd in cunctis adiu-
C tor eſſe vellet, & à Geraſibus nos Nicopolĩm deduxiſſet, vbi nos in ciuitate vidit, ita eſt abominatus, & ſic ſibi à peccatis noſtris metuit, vt nos nec ad matutinas nec ad veſpertinas preces aſſumere ſuſtinuerit: qua in re, quod nos quidem attinet, iuſtè & vitæ noſtræ conuenienter egit: verùm haud vtiliter communi Eccleſiarum conſtitutioni conſuluit. Huius autem nobis cauſam aſſignauit, quòd venerandiſſimum Epiſcopum Euſtathium in communionem receperimus. Eſt autem, quod nos fecimus, huiuſmodi. Cum ad Synodum, quæ à fratre Theodoto celebrabatur, vocati, illóque profecti eſſemus, vt vocationi propter charitatem obtemperaremus, ne ignaui illic & ociosi videremur, ſtudioſè curauimus, vt colloquium cum prædicto fratre Euſtathio miſceremus: propoſuimúſque illi, quæ in cauſa fidei à Theodoto illi obijciebantur: ac ſimul ab eo petiuimus, vt manifeſtum nobis faceret, rectámne fidem ſequeretur, quo conſortes eſſe poſſimus: ſi verò alienatus eſſet, vt perſpicuè ſciret, nos quoque à ſe fore abalienatos. Igitur cum multis inter nos ea de re contuliſſe- D mus, totúmque diem illum cauſam hanc inquirendo cõſumpſiſſemus, appetente veſpera alius ab alio auellimur, nulla dum certa colloquij noſtri concluſione poſita. Sequenti die rurſus mane conſidentes, iiſdem de rebus diſſerere cœpimus. Cum autem & Pœmenus frater, Sebaſtianæ eccleſiæ presbyter acceſſiſſet, & aduerſariã nobis doctrinam vehemẽter vrgeret, paulatim nos & ea diluimus, quæ nobis obijcere videbatur: & illos ad conſenſionem eorum quæ à nobis quærebantur, induximus, ſic vt per gratiam Domini, ne in minimo quidem à nobis inuicẽ diſſidere deprehẽderemur. Igitur circa nonam horam ad precandum ſurreximus, ac Domino gratias egimus, qui dediſſet nobis idem & ſentire & loqui. Præterea oportebat me ſcriptam quandam ab eo virò confeſſionẽ accipere, quo & aduerſariis illius manifeſtaretur conſenſus, & reliquis ſufficienter viri huius propoſitum monſtraretur. Verùm volebam ipſe multa di- E ligentia cum fratribus, qui circa Theodotum ſunt conuerſans, ſcriptum fidei ab illis accipere, & dicto Euſtathio proponere, vt vtraque iſta fierent: ipſe videlicet rectam fidem confiteretur: & illi de veritate hac perſuaſi, nullam retinerent contradictionis occaſionem, ſi ab ipſis propoſita fuiſſent accepta. At Theodotus, priuſquam cognouiſſet quam ob cauſam conueniſſemus, & quidnam eo colloquio effeciſſemus, dedignatus eſt nos amplius vocare ad Synodum. Itaque é medio itinere reuerſi ſumus triſtes, quòd labores noſtros pro pacandis Eccleſiis ſuſceptos inefficaces reddidiſſet. Poſtea cum in Armeniam neceſſariò proficiſcendum eſſet, ſcirémque viri huius mores & ingenium, ac ſub fide digno teſte & geſtorum reddere rationem, & illi ſatiſfacere vellem, veni Getaſa, in agrum Deo dilectiſſimi epiſcopi Meletij, vbi & ipſe dictus Theodotus comparebat: atque ibi, quoniam ab illo fueramus propter Euſtathij coniunctionem accuſati, quid eo congreſſu effeciſſemus F expoſui, quòd videlicet deprehenderim eum nobiſcum ſentire per omnia. Cũ autem ille affirmaret, eum poſt diſceſſum noſtrum conſenſum hunc abnegaſſe, & ſuis diſcipulis affirmaſſe quòd haudquaquam nobis in cauſa fidei conſenſiſſet: reſpondi ad iſta (tu autem celeberrime virorum conſidera, ánnon iuſtiſſimè & irrefragabiliter reſponderim.) Ego, inquam, hoc mihi perſuadeo, coniectura ex reliqua viri huius conſtantia ſumpta, haud ita leuiter virum illum in cõtrarium mutari, vt iam confiteatur, iã quæ dixerit neget, qui etiam in vulgaribus rebus

Matutinæ & veſpertinæ horæ.

Diſputatio cum Euſtathio.

Hora orationis nona.

mendacium perinde atque rem horrendã auer-
ſatur·tam abeſt, vt in rebus tanti momenti, &
ſic apud quoſuis celebrãtis, veritati vllo pacto
aduerſari velit. Eſto tamen, vera ſint quæ à vo-
bis ſparguntur: oportet illi ſcriptum propone-
re, quod cunctam rectæ fidei apodixim con-
tineat. Quod ſi eum dato ſcripto conſentien-
tem reperero, manebo in illius communione:
ſi verò recuſantem deprehendero, deficiam
ab illius conſortio. Cum iſta probaret Me-
A letius epiſcopus, & frater Diodorus ſympreſ-
byter (nam & ille aderat) conſentiens vene-
randiſſimus frater Theodotus, hortabatur nos
vt Nicopolim deſcenderemus, & Eccleſiam
ipſius inuiſeremus, ac Satalos vſque comitem
ipſum itineris reciperemus, ſic vt nos Geta-
ſis relinqueret. Vbi Nicopolim venimus obli-
tus eorum quæ à nobis audierat, & quæ no-
bis pactus fuerat, contumeliis illis ac probris,
quorum paulo antè mentionem feci, nos ite-
rum affecit, & à ſe dimiſit. Quomodo igitur,
venerandiſſimum caput, fieri potuiſſet, vt ali-
quid eorum quæ iniungebantur efficerem, &
epiſcopos Armeniæ darem, cum ad hunc mo-
dum affectus erga me ſit is, qui curarum de-
bebat eſſe cõſors ac particeps: apud quem ego
me viros aptos & commodos inuenturum ſpe-
rabam, quod ſint in ipſius parœcia & religio-
ſi & prudentes, ac ſimul linguæ huius experti,
& qui reliqua Gentis huius idiomata ſciant:
quorum nomina cognita volens tacebo, ne
B quid impedimenti naſcatur, quo minus alio
ſaltem tempore Armeniæ proſim. Et nunc Sa-
talis cum eiuſmodi corpore conſtitutus, reli-
qua quidem cum gratia Dei pacificatis Arme-
niæ epiſcopis conſtituere viſum eſt, & quæ
conueniant illis proponere, quo conſuetam
negligentiam abijciant, & ſinceram Domini
pro Eccleſiis curam in ſe ſuſcipiant. Simul &
exempla illis propoſui de iis quæ per negligen-
tiam illegitimè ſunt in Armenia geſta, quo-
modo ipſis eorum curam gerere conuenerit.
Et ſuffragia quoque ab Eccleſia Satalorum ac-
cepi obſecrationem habentia, vt detur ipſis à
nobis epiſcopus. Et illud quoque curæ mihi
fuit, vt in blaſphemiam Cyrillo fratri noſtro
epiſcopo Armeniæ obiectam inquirerem: &
per gratiam Domini deprehendimus, illam fal-
ſo ab inimicis illius eſſe motam, quam & ma-
nifeſtè coram nobis ſunt confeſſi. Et populum
quoque Sataleum mediocriter erga illum, ac
placidè ſe gerere, probauimus, ſic vt commu-
C nionem illius non fugiat amplius. Quod ſi hæc
modica & nullius ſunt momenti, haud tamen
amplius quicquam à nobis fieri potuit propter
diſſenſionem illam, quæ inter nos ipſos per
diaboli curioſitatem verſatur. Erant hæc obti-
cenda, ne mea ipſius probra publicare videar:
verùm quoniam nulla alia ratione magnifi-
cẽtiæ tuæ ſatisfacere potui, neceſſariò adactus
ſum, vt cunctam tibi geſtorum veritatem ex-
ponerem.

Ad Nectarium Conſolatoria Baſilij. VII.

CVm nondum triduum aut quatri-
duum prætetiſſet, ab eo quo me
intolerabilis calamitatis rumor
perturbauerat: & adhuc hæſita-
rem, propterea quòd & is qui tri-
ſtem hunc caſum ſignificabat, nihil certi expo-
nere poterat: & quòd vera eſſe deprecandũ, D
ægrè credebam quæ ſpargebantur: literas epiſ-
copi accepi, nimis euidenter auerſandum hoc
nuncium ſignificantes, quibus lectis quantum
ingemuerim, quantúmque lachrymatus ſim,
quid attinet commemorare? Etenim quis adeò
eſt corde lapideo, aut ſic prorſus humanæ na-
turæ expers, vt nullo caſus huius ſenſu tan-
gatur? aut cuius animus mediocri tantum do-
loris affectu corripiatur? Splendidæ domus
hæres, generis fulcimentum, patriæ ſpes, pio-
rum parentum proles, ſub innumeris votis e-
ducatus, in ipſo ætatis flore, è mediis pater-
nis manibus abreptus obiit. Quam adaman-
tinam naturam iſta ad compaſſionem trahere
& inducere non ſufficerent? Quare magnum
non eſt, quod & nos malum hoc nonnihil al-
tius perculit, qui vobis inde ab initio pror-
ſus addicti ſumus: & quæ vobis vel læta vel
triſtia accidunt, communia nobis eſſe duci-
mus. Quanquam ad hoc vſque præſens tempus
modica eſſe videntur, quæ vos triſtia corripue- E
rint, in plurimis verò proſpero rerum ſucceſſu
potiti eſtis. Verum per inuidiam dæmonis ſu-
bitò omnis illa cum domus felicitas, tum ani-
morũ alacritas interiit, factíq; ſumus triſte hu-
ius vitæ exemplum. Igitur, etiamſi quiritari &
illachrymari propter hanc calamitatem volue-
rimus, totum huius vitæ tempus non ſuffecerit:
& ſi cuncti mortales nobiſcum ingemiſcant,
afflictionem hanc planctu adæquare non po-
terunt: immò ſi fluuiorum vndæ in lachrymas
vertantur, caſus huius lamẽta adimplere nequi-
bunt. Si verò donum hoc Dei, quod cordibus
noſtris inditum eſt, proferre voluerimus, ratio-
nem dico, ſobriam illam, quæ & in rerum pro-
ſperitate menſuram animis noſtris præſcribe-
re, & in triſtioribus caſibus in memoriam nos
rerum humanarum inducere, & eorum admo-
nere nouit, quæ tam vidimus quàm audiuimus,
quod videlicet hæc vita huiuſmodi ſit afflictio-
nibus referta: multa ſunt humanarum calamita
rum exempla. Et præter hæc omnia mandatum F
Dei eſt, non eſſe propter eos qui obdormierũt,
lugendũ Chriſti fidelibus propter ſpem futuræ
reſurrectionis. Et præclaræ quoque magnæ pa-
tientiæ ab athlotheta ſunt coronæ gloriæ re-
poſitæ. Quòd ſi rationi iſta nobis occinere
permiſerimus, forſan mediocrem aliquam ma-
li huius ſolutionem conſequemur. Quapro-
pter tanquam generoſum te decertatorem ad-
hortor, vt aduerſus plagæ huius magnitudi-
nem firmus perſiſtas, nec grauitati doloris ſuc-
cumbas, neque animum deſpondeas: illud per-
ſuaſus, quòd etiamſi nos ratio eorũ lateat, quæ
à Deo

Deo diſpẽſantur, prorſus tamen, quicquid à ſapiẽte & nos amãte diſponitur, acceptabile eſt, etiamſi moleſtũ ſit, ac laborioſum. Nouit enim ipſe, quomodo vnicuique quod vtile ſit diſpenſet, & qua de cauſa impares ponat vitæ noſtræ terminos. Eſt enim mortalibus incomprehenſibile, quánam ratione alij citius ex hac vita diſcedãt, alij verò diutius in hac doloroſa vita defatigari permittantur. Debemus itaque in omnibus illius adorare philãthropiam, nec graua- A tim quæ fiunt ferre, memores magnificæ illius & celeberrimæ vocis, quam magnus athleta Iob proloquutus eſt, cum in vno conuiuio decem liberos ſuos exiguo temporis momento contritos cerneret, Dominus, inquit, dederat, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ſic & factũ eſt. Et nobis admirabilem hanc vocem communem faciamus. Æquali mercede à iuſto iudice remunerantur, qui æqualem probitatem ac dexteritatem oſtendunt. Non ſumus filio priuati: ſed reſtituimus illum ei, à quo fuerat accommodato datus. Neque extincta eſt illius vita, ſed ad meliorem tranſlata ſortem: nec tellus dilectum noſtrum obtegit, ſed cælum ſuſcepit. Duremus pauliſper, & vnà erimus cum deſiderato. Nec prolixum eſt quod intercedit temporis ſpatium, quo cuncti in hac vita, quaſi quodam itinere ad vnum diuerſoriũ tendimus: *ſimile.* in quod alij iam diuerterunt, alij acceſſerunt, alij adhuc properant. Omnes autem vno fine comprehendentur. Licet enim citius ille iter B hoc confecerit, omnes tamen eõdem proficiſcimur, & cunctos idem diuerſorium manet. Id tantum nobis contingat, vt per virtutem pares illius puritati reddamur, quo morum & ingenij ſinceritate, eadem cum paruulis in Chriſto refocillatione fruamur.

Ad coniugem Nectarij Conſolatoria, Baſilij. VIII.

ſimile. Silentio erga honeſtatem tuam vti ſtatueram, cogitãs quòd quemadmodum oculo inflammato etiam tenerrima adhibita mitigatio dolorem adfert: ita & animus tribulationis pondere preſſus, etiamſi plurimum cõſolationis adferat ſermo, moleſtus tamen videtur, ſi in ipſo doloris fuerit articulo adhibitus. Verum vbi recogitaui, loquuturũ me eſſe Chri- C ſtianæ, iam olim in rebus diuinis inſtitutæ, & ad ferẽda humana paratæ: haud arbitratus ſum æquum fore, ſi quod me concernit omitterem. Noui quomodo ſint comparata materna viſcera: & vbi peculiariter conſidero, quę tua ſit benignitas & placiditas erga quoſuis, facilè colligo, quantum tibi doloris in præſenti calamitate contingat. Filium amiſiſti, quem cum in hac vita verſaretur, cunctæ matres felicem eſſe prædicabant, & vt ipſorum filij tales eſſent optabant: mortuum verò perinde luxerunt, ac ſi ſuum quæque filium telluri ſepeliendum tradidiſſet. Mors illius vtrique patriæ plagam intulit, noſtræ videlicet, & Cilicum. Magnum illud & illuſtre genus vnà cum illo, quaſi fundamento ſublato, cõcuſſum eſt, & prolapſum. O incurſum malicioſi dæmonis! quantum potuit inferre damni? O tellurem illam, quæ tantum in ſe calamitatis ſuſcipere coacta eſt. Et ſol ipſe ſi quo eſſet ſenſu præditus, tam triſte ſpectaculum exhorruiſſet. Et quõnam pacto quiſquam tantum lamentetur, quantum animi ſuggerit inopia? Verum non ſunt improuiſa quæ nobis accidunt, quemadmodum ex Euan- D gelio didicimus. Neque enim paſſerculus delabitur ſine voluntate patris noſtri. Quare ſi quod nobis accidit, accidit illius voluntate qui nos condidit. Voluntati verò Dei quis reſtitit? Amplectamur igitur, quod accidit. Etenim ſi moleſtè tulerimus, neque quod factum eſt reparabimus, & præterea nos ipſos quoq; ſimul perdemus. Ne culpemus iuſtum Dei iudicium. Inſipiẽtiores ſumus, quàm vt arcana illius iudicia exploremus, Nunc experimentum de te ſumit Dominus, quomodo ſe diligas. Nunc tempeſtiuum eſt, vt per patientiam partem martyrum accipias. Macchabęorum mater ſeptem filiorũ necem ſpectauit, & nec ingemuit, nec ignobiles lachrymas emiſit: ſed Deo gratias egit, cernens eos igne & ferro, & ſæuiſſimis verberibus confectos, carnis liberari vinculis. Et coram Deo probata eſt, & coram hominibus celebris habita. Magna eſt afflictio, fateor & ego. Verum magna eſt etiam patientibus à Domino repoſita merces. Cum mater eſſes facta, & fi- E lium cerneres, gratias agebas Deo: ſciebáſque planè, quòd mortalis exiſtens, mortalem peperiſſes. Quid igitur habet inſolentiæ, quòd mortuus eſt, qui erat mortalis? Sed turbat nos, quòd immatura eſt morte abreptus. Incertũ eſt hoc, an non ſit ſatis opportuno ac maturo tempore mortuus. Etenim noſtræ ſcientiæ non eſt, quæ animabus noſtris conducant eligere, & humanæ vitæ terminos definire. Totum mundum circunſpice, in quo habitas: & cogita, quæcunque videntur eſſe mortalia, & in vniuerſum corruptioni ſubiecta. Suſpice cælum: & illud aliquando ſoluetur. Solem intuẽre: nec iſte manebit. Stellæ vniuerſæ, animantia terreſtria, & aquarilia, & ornatus terræ, ipſa quoque terra, omnia ſunt corruptibilia, omnia paulo pòſt non erunt amplius. Horum conſideratio ſolamen adferat huius quæ accidit calamitatis. Illam nolis in ſeipſa metiri. Sic enim conſiderata, intolerabilis videtur. Verum ſi cunctis illam humanis miſeriis con- F tuleris, mitigationem illius inuenies. Præterea illud abs te ante omnia contendo: Parce marito tuo. Alter alteri ſolamen eſtote. Noli hanc illi calamitatem aggrauare: quod factura es, ſi te ipſa dolore confeceris. Omnino autem arbitror non ſufficere verba ad conſolationem: ſed aduerſum præſentia incommoda opus eſſe precibus iudico. Oro igitur Dominum ipſum, vt inenarrabili ſua virtute cor tuum contingat, & animum tuum bonis cogitationibus illuminet, quò ex te ipſa conſolationis habeas argumenta.

Nicopolitanis Baſilius. IX.

CVm ſanctitatis veſtræ literas conſequutus eſſem, admodū ingemui ac lamētatus eam ſum ob cauſam, quòd mala iſta meis ipſius percepiſſem anribus: vtpote verbera & probra vobis illata, populationem ædium, deſolationem ciuitatis, totius patriæ ſubuerſioné, perſequutionem Eccleſiæ, fugam ſacerdotum, A inſolētiam luporum, ac diſperſionem gregum: verum vbi à gemitibus ac lachrymis quieui, & ad Dominum in cælos ſuſpexi, cognoui perſuaſúſque ſum, qnòd & vobis notum eſſe volo: quòd citò aderit auxilium, nec in finem vſque deſerendi ſumus. Quod enim paſſi ſumus, propter peccata noſtra paſſi ſumus. Auxilium verò ſuum benignus Deus, propter dilectionem & miſericordiam qua erga Eccleſias afficitur, declarabit. Haud tamen negleximus, quo minus ſimul & præſentes illis qui rerum potiuntur, ſupplicaremus: & iis qui nos diligunt, in caſtra ſcriberemus, quò iram inſanientis cobibeant. Et arbitror illum à multis fore reprehendendum: niſi forſan impleium tumultuationis tempus tantum ocij non permittat illis qui rebus gerendis occupantur, vt hiſce de rebus agant.

Nicopolitanis presbyteris Baſilius. X.

B

ACcepi Reuerentiæ veſtræ literas: nec quicquam magis præter opiniunem accidit, quàm vt de illis edocerer, quæ iam antea cognoueram. Nam fama omnem hanc viciniam peruagata eſt, & turpitudinem eius qui apud vos prolapſus eſt diuulgauit. Motus ille inanis gloriæ cupidine fœdiſſimam ſibiipſe contraxit ignominiam: & præterquam quòd præmiis fidei propter philautiam excidit, ipſam quoque infelicem gloriolam, præ cuius deſiderio impietati venundatus fuit, propter iuſtum odium eorum qui Dominum timent, non eſt conſequutus. Verum ille boc ſuo propoſito euidentiſſimum totius vitæ ſuæ ſpecimē protulit: declarauítque, quòd nunquam ſpe repoſitorū ac à Domino promiſſorum bonorum vixerit, ſed ſi quid ſibi rerum bumanarum conſequutus eſt, vtpote verba fidei, & figmēta religionis, omnia illa ad hoc contulit & accommodanit, C vt accedentes ad ſe falleret. Vos autem vt quid iſte fatigat euentus? Vt quid bac in re priores euaditis? Vnus ex albo veſtro defecit, & hunc vnus & alter cōſequutus eſt. Miſerabilis eſt borum caſus. Verum corpus veſtrū adhuc eſt per gratiam Domini integrum. Etenim & quod inutile erat, effluxit, & quod manſit handquaquá eſt mutilatum. Si verò id vos turbat, quòd extra muros eiecti eſtis: at in protectione Dei cæli cō morabimini, & angelus ille Eccleſiarum præſes vobiſcum eſt egreſſus. Quare vacuis ædibus quotidie condemnantur illi, qui propter populi diſperſionem graue ſibiipſis iudicium aſciſcunt. Quòd ſi res iſta moleſtia non caret, confido in Domino, fore illam vobis non inanem: ſic vt quo pluribus tētationibus obnoxij eſtis, hoc precioſiorem mercedem à iuſto iudice expectetis. Quapropter nec moleſtè feratis præſentia, nec ſpe deficiatis. Etenim adbuc admodū modica mora reſtat, & veniet ad vos auxiliator, nec tardabit.

Nicopolitanis presbyteris Baſilius. XI.

D

REctè feciſtis, cum qnòd ſcripſiſtis nobis, tum quòd per hunc virum ſcripſiſtis: qui etiam ſine literis ad hoc ſuffecit, vt & curis noſtris ſolatium adferret, & de rebus geſtis nos accuratè doceret. Erāt enim multa, quæ sb eo quæſituri eramus, qui nos perſpicuè inſtruere poſſet: propterea quòd incerti rumores ad nos deferri ſolent. Omnia autem nobis conſtanter & peritè expoſuit deſideratiſſimus & venerandiſſimus frater noſter Theodoſius cōſeruus. Igitur ea ipſa ad pietatem veſtram ſcribimus, quæ nobis ipſis conſulimus. Quòd iſta videlicet & multis & vobis communiter contigerunt: & non ſolum hoc præſenti, ſed præcedenti tempore innumera talium rerum exempla ſunt edita: qnorum alia nobis hiſtoriæ literis mandata reliquerunt, alia ſine literis memoriæ beneficio ab illis qui ea nouerunt, accepimus: quòd nimirum & viritim, & per ciuitates, perſequutiones propter nomen Domini illatæ, apprehenderint E eos qui in illum ſperabant. Verum tranſierunt *ſimile.* hæc omnia, nec quicquam ex triſtibus dolorem adfert immortalé: ſed perinde ſunt atq; grandines & torrentes, & quęcunq; alia ſubita ſunt ac temporaria, qnæ mollia quidé facilè lædunt ac *Ferenda* diſſipant, à ſolidis verò & reſiſtentibus ſi in illa *eſſe tentationes.* inciderint, magis patiuntur aliquid, quá vt illis incōmodent. Sic & vehementes illæ tētationes contra Eccleſiā motę, imbecilliores depræbēſę ſūnt, quàm vt robur fidei quæ in Chriſtū eſt, infringerēt. Itaq; queādmodum vbi grandinis nubilum præteriit, & torrens alueo ſno effluxit, illud in ſerenitatē diſſoluitur, iſte profundo abſorptus viā qua fluxerat ſiccā & aridā relinquit: ita & tempeſtas illa quæ nos iam apprebendit, paulo pòſt nō erit, modò ſuſtineamus nō inſpicere præſentia, ſed ſpé in ea extēdere quæ paulo ſunt vlteriora. Quare etiamſi grauis ſit tentatio, toleremus, fratres, ea quę ſunt moleſta. Nemo enim coronatur, qui nec percuſſus eſt in certamine, nec luctatus. Si verò lenia ſunt iſta F diaboli ludibria: & qui nobis immiſſi ſnnt, eam quidé ob cauſam moleſti ſunt, quòd talis ſunt hoſtis miniſtri: ob id tamen contēptibiles exiſtunt, quòd malitiæ illorum Dominus impotētiam coniunxit. Caueamus ne condemnemur, tanquá propter res minutas magnopere lugentes. Etenim vnū hoc tantū dolore dignum eſt, quod periit ille qui temporariæ gloriæ gratia (ſi tamen gloria vocari debet, quod pnblico cū dedecore geritur) ſempiterno ſeipſe priuauit honore. Eſtis filij confeſſorum, eſtis filij martyrum, qui ad ſanguinem vſque peccato reſtiterunt.

ſtiterunt. Vtatur propriis quiſque exemplis aduerſus inſtantiam, qua pietas impugnatur. Nemo veſtrûm plagis affectus eſt, nullius ædes publicatæ ſunt, nondum in exilio viximus, nec carceres experti ſumus. Quidnam mali pertulimus? Niſi id forſan triſte eſt quod nihil dũ perpeſſi ſumus, nec digni babiri qui pro Chriſto pariamur. Si verò quod ille domum orationis occupat, vos verò ſub dio Dominũ cęli ac terrę adoraris, id vos turbat: cogitare vndecim quo-
A que Apoſtolos in cœnaculo fuiſſe concluſos, cum interea qui Dominũ crucifixerant in templo celebri Iudaicum cultum perficerenr. Iudas etiam, quoniam ſuffocationis mortem dedecoroſæ vitæ prætulit, illis ſe præferendum oſtendit, qui nullo nunc pudore ab omnibns hominibns damnati afficiũtur, atque eam ob cauſam impudenter quæ turpia ſunt committunt. Id tantùm curetis, ne mendaciis illorum decipiamini, quibus fidei rectitudinem profitẽtur. Non enim Chriſtiani ſunt tales, ſed Chriſtempori: qui magis hoc quærunt, quod ad hãc præſentem illis vitam conducit, quàm vt ſecũdum veritatem viuant. Vbi vanum hunc principatnm adipiſci ſe poſſe iudicarunt, Chriſti ſe coniunxerunt inimicis. Vbi plebem irritari viderunt, rurſus fidei rectitudinem prætexunt. Non agnoſco epiſcopum, nec Chriſti illum ſacerdotibus adnumerarim, qui à prophanis eſt manibus ad fidei deſtructionem pręſul electus. Hæc mea eſt de illo ſententia. Vos, ſi quam no-
B biſcnm partem habetis, eadem etiã nobiſcum ſentietis. Si verò veſtro ipſorum conſilio vtimini, ſuæ quiſque ſententiæ poteſtatem habet, nos inſontes erimns ab hoc ſanguine. Hæc nõ ideo ſcripſi, quòd vobis deffidam: ſed vt quorundam hæſitationem declaratione meæ ſentẽtiæ confirmem, ne quis ad illorum cõmunionem præripiatur: néue, ſi manus illorum impoſitionem quiſquam acceperit, poſt reddita pace Sacerdorali ordini ſeſe accenſere contendat. Clerum vniuerſum, cùm qui in ciuitate, tum qui in parœcia eſt, omni timentium Dominum plebe ſaluramus.

Chriſtemporus eſt, qui quæſtũ & nundinationẽ ſub prætextu Chriſti ſectatur.

Ad clericos Nicopolitanos Baſilius. XII.

QVod ab vno pio factnm eſt opus, certò nobis perſuader, factum eſſe conſilio Spirirus ſancti Etenim vbi nihil quod humanum ſir præ
C oculis eſt, neque proprij oblectamenti grатia ad operandum mouentur ſancti, ſed quòd Deo probatur ſpectant: manifeſtum eſt, Dominum eſſe, qui corda eorum dirigat. Vbi verò ſpirituales viri authores ſunt conſiliorum, & hoſce plebs Domini concordi ſententia conſeqnitur, quis ambiget conſilium eiuſmodi communicatione factum eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſanguinem ſuum pro Eccleſiis effudit? Vnde & ipſi rectè indicaſtis, Deo dilectiſſimum frattem noſtrum & comminiſtrum Pœmenium, ſecundum Deum fuiſſe motum: qui & in tempore vobis ſuccnrrit, & hunc modum conſolandi vos aggreſſus eſt: in quo ego non ſolum vtilitatis adinnentionem laudo, ſed & animi dexteritatem ac fortitudinem celebro, quòd cauſam hanc nulla dilatione protraxit: qua etſi inquiſitorum ſtudium diſſoluiſſet, ſimul tamen & aduerſariis cautionis occaſionem dediſſet, & obſeruatorum inſidias excitaſſet: ſed confeſtim quod bene cæperat cõſilium, ad effectum perduxit. Paneſtium Dominus gratia ſua cuſtodiat, vt Eccleſia ſibiipſi ſimilis permaneat, in concordi cum præceden- D tis traditione & ſucceſſu, nec locum det malo: qui ſi vnquam, nunc iſtum ægerrimè fert Eccleſiarum ſtatum & ordinem. Fratres autem qui ſunt in colonia, & nos literis plurimum adhortati ſumns: & vos quoque illorum diſpoſitionem probare magis debetis, quàm eos quaſi propter tenuitatem contemptibiles irritare, & contemptu ad contentionem prouocare. Solent enim qui cõtendunt, inconſultius pleraque agere, & ſuis malis impenſius affici quo aduerſarios turbent. Nemo autem vſque adeò tenuis eſt, qui iam magnorum malorum occaſionem, bis qui volunt occaſionem, ſubminiſtrare nequear. Et hoc non ex cõiecturis, ſed noſtrorum malorum experientia edocti loquimur: quæ propter preces veſtras auertat Deus. Simul autem & pro ſanitate noſtra orate, vt pręſentes illic apud hunc paſtorẽ veſtrum agamns, & vnà conſolationẽ ſuper obitu communis patris noſtri capiamus.
E

Ciuibus Nicopolitanis Baſilius. XIII.

DIſpenſationes Eccleſiaſticæ ſinnt quidem per eos, quibus eſt illarum cura concredita, verùm à plebe confirmantur. Itaq; quod Deo dilectiſſimos epiſcopos cõcernebar, impletum eſt: quod reliquum eſt, ad vos ſpectat, vt videlicet datum vobis epiſcopum ex animo complecti dignemini, & pericula extrinſecus imminẽtia fortiter repellatis. Nihil enim ſic abſterret tam principes, quàm reliquos pacatum hunc vobis ſtatum innidentes, atq; concors erga traditum vobis epiſcopum dilectio, & infracta reſiſtẽtia. Incutit enim illis omnium malorum conatum deſperationem, ſi nec clerum nec plebem adinuẽtiones ipſorum amplecti viderinr. Igitur quem habetis animum erga bonum, illum ciuitati commnnem efficite: & quæ decora ſunt populis ac cunctis in ea regio- F ne habitantibus proponite, & bona illorũ propoſita confirmate, quo ſincera veſtra Deũ cunctis innoteſcat dilectio. Optamus autem, vt & nos aliquando digni habeamur, qui ad vos veniamus, & Eccleſiam pietatis altricem inuiſamus: quam tanquam rectæ doctrinæ metropolim propterea veneramur, quòd ab honeſtis viris & electis Dei gubernata eſt, qui fideli ſecũdum doctrinam ſermoni adhæſerunt, quibus dignum eſſe hunc præſentem & vos iudicaſtis, & nos conſenſimus: modò per gratiam Dei cuſtodiatur, qui & praua inimicorum conſilia diſ-

S ⁵ v ſipat,

ſipat,& animis noſtris robur & conſtantiam ad
conſeruandum ea quę bene ſunt tradita cõfert.

Theodoto epiſcopo Nicopolitano Baſilius. XIIII.

GRauis tempeſtas eſt,& longiſſimè
extẽta,ſic vt ne literaria quidẽ cõ-
ſolatio facile nobis expediri poſſit.
Vnde me rarò & ad te ſcripſiſſe &
literas abs te accepiſſe ſcio. Verùm
quoniã deſideratiſſimus frater noſter Sageteſi-
mus preſbyter,ad vos vſq; proficiſci ſtatuit,per
A illũ Reuerẽtiã tuã ſalutamus,& vt pro me oret
obſecro : ac ſimul dicto iam fratri aurem ac-
commodet, vt ab illo, quo nunc in ſtatu ſunt
Eccleſiæ, diſcat, & ſtudium pro viribus ad ea
quę proponuntur curanda impendat. Scias au-
tem, veniſſe ad nos Fauſtũ à Papa miſſum cum
literis,quibus petebatur, vt ordinaretur epiſco
pus. Cum autem & Reuerentiæ tuæ & reliquo-
rum epiſcoporum teſtimoniũ poſceremus,con-
temptis nobis abiit ad Anthimum : & ordina-
tione ab illo, ſine noſtra admonitione accepta,
ad ſuos reuerſus eſt.

Theodoto epiſcopo Baſilius. XV.

REctè nos & competenter repre-
hendis,venerandiſſime,& reuera
deſideratiſſime frater : propterea
quòd ab eo tempore, quo à Re-
uerentia tua propoſitiones illas
de fide ad Euſtathium ferentes diſceſſimus, ni-
B hil tibi nec modicè nec magnum de cauſa illius
ſignificauimus. Ego verò id nõ eam ob cauſam
feci, quòd ſuſque deque faciam quaſi contem-
ptibilia quæ in nos ille commiſit : ſed quòd fa-
ma illorum ad quoſuis paſſim peruagata eſt : &
nemo ſit qui opus habeat,vt à nobis quódnam
ſit viri huius propoſitũ diſcat. Nam hoc & ipſe
curauit, veluti metuens, ne paucos habeat ſen-
tentiæ ſuæ teſtes ac conſcios:ideóq; & ad quoſ-
uis cõfines epiſtolas ſuas aduerſum nos ſcriptas
emiſit. Itaque à cõmunione noſtra ſeipſe auul-
ſit, quãdoquidem nec in locum determinatum
conuenire nobiſcum ſuſtinuit : nec diſcipulos
ſuos, quod tum pollicitus fuerat, adduxit : ſed
nos etiam in frequentiſſimia ſynodis perſtrin-
xit, vnà cum Theophilo Cilice, nuda & mani-
feſta blaſphemia, quaſi aliena à doctrina ſua a-
nimis plebis inſinuet dogmata. Sufficiebãt qui-
dem & iſta ad diſſoluendum omnem noſtram
coniunctionem: Poſtquam verò & in Ciliciam
venit,ibiq; cum Gelaſio quodam degens fidem
C illi expoſuit,quæ à ſolo Arrio,vel germano ali-
quo illius diſcipulo conſcribi debuiſſet : tum
adhuc amplius ad ſeparationem ac diſiunctio-
nem obfirmati ſumus:cogitãtes fieri non poſſe,
Hæretici non emendantur.
vt vel pellem ſuam vnquã mutet Æthiops, vel
maculas ſuas pardalis : vel q perverſis eſt dog-
matibus innutritus, malum hæreſeos abſterge-
re queat. Et tamen vltra hæc & illud temerita-
tis auſus eſt. Scripſit contra nos,imò cõſcripſit
ſermones prolixos, omnis generis conuitiis &
ſycophantiis refertos, quibus hactenus nihil
reſpondimus,propterea quod ab Apoſtolo do-
cemur, ne nos ipſi vlciſcamur, ſed locũ iræ de-
mus. Et ſimul vbi de profunditate hypocriſeos
cogitamus, qua ſe nobis toto tẽpore blandiuſ-
cule inſinuauit, ſtupore quodam præ conſter-
natione corripimur. Etiamſi nihil illorum eſſet,
tamen quod iam recens auſus eſt, cui non ho-
norem & omnimodam viri huius abominatio-
nem incuteret ? qui, ſicuti audio (modò verus
eſt rumor, & non figmentum delationis gratia
compoſitum) etiam manum quibuſdam denuò
imponere præſumpſit : quod nemo vnquam ex
hæreticis feciſſe videtur. Itaque quomodo fieri D
poteſt, vt talia placidè feramus, & viri huius
delicta curabilia eſſe putemus ? Quare videte,
ne falſis ſermonibꝰ ſeducamini: néue prætexti-
bus virorum iſtorum, omnia ad malum facilli-
mè excipientiũ,fidem accommodetis. Iſta quo-
modo in nullo diſcrimine ponemus ? Scias ita-
que deſideratiſſime ac venerandiſſime, haud
conſcium eſſe me, quod vnquam tantùm dolo-
ris in animo meo conceperim, quantum nunc
ex eo patior,quòd Eccleſiaſticas leges confun-
di percipio. Verùm id vnicè precare, vt largia-
tur nobis Dominus,nihil ex affectibus iræ mo-
liri:ſed retinere dilectionem,quæ nihil agit in-
decenter, nec inflatur. Etenim vide, quomodo
qui illa carent, ſupra humanæ mediocritatis
menſuram elati,turpiter & indecenter viuant,
ea facere præſumentes, quorum nulla præteri-
tum tempus habet exempla.

Diodoro Baſilius. XVI. E

ALlatæ ſunt nobis literæ, epigra-
pham habentes Diodori : reliqua
verò illarum alteri cuipiam magis
quàm Diodoro competere vide-
bantur. Etenim mihi quiſquam ex
artificioſis perſonam tuam ad hoc induiſſe vi-
detur, vt hoc pacto fide dignum ſe reddat au-
ditoribus,quaſi interrogatus à quoquã,liceátne
de mortuę vxoris ſororem matrimonio ducere,
ab ea quæſtione non abhorruerit,ſed aurẽ pla-
cidè accommodauerit, ac obſcœnam concupi-
ſcẽtiam vnà cum illo admodum fortiter & con-
certatim pertractarit. Miſiſſem hoc ſcriptum
ad te, ſi ad manum fuiſſet, ſuffeciſſéſque vt &
teipſe & veritatem vindicares. Quoniam verò
qui illud oſtenderat mox abſtulit,& tropæi cu-
iuſdam loco aduerſum nos circumtulit, quòd
rem hanc initio prohibuerimus, & ſcriptam ſe
poteſtatem habere dixit, iam ad te ſcripſi, quo
ambabus manibus adulterinum hoc ſcriptum F
deprehendamus : nec aliquid illi roboris re-
linquamus,ne facilè poſſit nocumentum infer-
re legentibus.

Principiò igitur, quod in huiuſmodi rebus
Mos pro lege habendus.
maximum momenti eſt, morem qui apud nos
eſt obijcere poſſumus, quòd is legis vim ha-
beat : propterea quòd ſanctiones iſtæ à ſanctis
nobis ſunt viris traditæ. Eſt autem hic mos ta-
lis. Si quis affectu immunditiæ correptus, ad il-
licitam duarũ ſororum cõmunicationem exor-
bitauerit,

Soror vxorem non eſt ducenda, aut ambarũ nuptiæ ſimul appetendæ.

bitanerit, id neque cõingium eſſe cenſendum:
neque talem ad Eccleſiaſticum cœtum admittendum, priuſquam à ſe innicem dirimantur.
Quare etiamſi nihil aliud dici poſſet, ſufficeret
mos iſte, ad cauendum hoc malum. Quoniam
verò qui Epiſtolam hanc ſctipſit, adulterina argumentatione tantùm malum in vitam humanam inducere conatus eſt: neceſſe eſt, vt nec
nos ceſſemus, qno minus rectæ ratiocinationis
ſubſidium adferamus. Quanquam in illis rebus
quæ admodum ſunt perſpicuæ, maior eſt apud
A vnumquéque prænotio, quàm vlla ſit ſermonis
argumenratio.

Leuit. 18. Æmulã, Græcè ἀντίζηλον, vulgata Latina habet, In pellicatum.

Scriptum eſt, inquit, in Leuitico, Mulierem
ad ſororem eius non accipias æmulam, vt reueles turpitudinem eius, adhuc illa viuente. Manifeſtum ex hoc eſt, inquit, quòd permittitur, vt
mortua illa, accipiatur ſoror eius. Ad hoc primum illud dico: quòd quæcunque lex dicit, iis
qui in lege ſunt dicat: alioqui & citcũciſioni, &
ſabbato, & abſtinentiæ cibotum ſubijciemur.
Etenim non conuenit, vt ſubijciamus nos iugo
ſetuitutis legis, ſi quid qnod voluptatibus noſtris cõſonũ ſit inuenerimus: ſi verò graue quid
in legalibus viſum fuetit, tum ad libertatẽ quæ
in Chriſto eſt confugiamus. Interrogati ſumus,
an ſctiptum ſit, vt accipiatur mulier ad ſororem
ipſius. Diximus, quod & certũ nobis eſt, & verum: videlicet, nnn eſſe ſctiptum. Id verò quod
tacitum eſt, ex illatione conſequẽtiæ colligere,
legiſlatoris eſt, nõ eius qui legem recitat. Alio-
B qui, ſi quis audere velit, etiam viuente adhuc
vxore ſororem eius accipere licebit. Nam hoc
ipſum ſophiſma etiam illi congruit. Scriptum
enim eſt, inquiet, Non accipies æmulam. Ergo
extra æmulationẽ accipere non prohibuit. Qui
affectioni huic patrocinatur, in geniũ ſororum
alienum eſſe à zelotypia affirmabit. Quare ſublata cauſa, propter quam legiſlator ambarũ cõnubium prohibuit, quid impediet, quo minus
duæ ſorores accipiãtur? Verùm iſta ſcripta non
ſunt, dicemus. At nec illa determinata ſunt. Intelligentia verò conſequentiæ vtriſque pariter
libertatem ac licentiam confert. Verùm recurrendum pauliſper erat ad ea quæ legem hanc
præcedunt, quò quæſtio iſta ſolueretur. Apparet enim legiſlatorem non qnaſuis delictorum
ſpecies comprehẽdere: ſed ea peculiariter prohibere, quæ Ægyptiorum, à quibus liberatus erat Iſrael, & quæ Chananæorum erant ad quos
ducebatur. Sic enim ad verbũ dicit, Secundum
ſtudia Ægypti, in qua peregrinati eſtis, non fa-
C cietis: nec ſecundum ſtudia terræ Chanaan facietis, in quam ego vos ducam: neq; in illorum
legitimis ambulabitis. Igitur genus hoc peccati locũ non habet, vbi non habitatur inter gentes: ideóque nec legiſlatori opus erat, vt cauẽdi
illins gratia quicqnam ſtatueret, cum ſola conſuetudo citra doctrinã ad reprehenſionem ſceleris hnins ſufficeret. Qnomodo ergo, cũ qnod
maius eſt prohibuiſſet, de minori tacuit? Quoniam exẽplum patriarchæ Iacob multis carnaliter affectis hominibus hactenus eſſe noxiũ videbatur, vt & ipſi duarum ſororũ adhuc viuentium nnptias appeterẽt. Nobis verò quid faciẽdum eſt? An quæ ſcripta ſunt dicẽdum, vel quæ
ſilentio prætetita ſunt faciẽdum? Mox occurrit
illud, quòd nõ licet patri ac filio vna vti amica.
Id quidem in iſtis non eſt ſcriptũ legibus apud
Prophetam verò, maximoperè reprehenditur.
Filius, inquit, & pater ad eandem puellam ingreſſi ſunt. Quàm multa ſunt autem & alia immundarum affectionum genera, quæ doctrina
dæmoniorum adinuenit, & D. ſcriptura tacuit,
honeſtatem ſuam turpium rerum nomẽclatura
ſœdare nolens, ſed generalibus nominibus im- D
munditias illarum cõplexa eſt, ſicut & Apoſtolus Paulus dicit, Scortatio verò & omnis immunditia nec nominetur in vobis, ſicuti decet
ſanctos. Nomine immũditiæ neſandam maſculorum ac mulierũ obſcænitatem comprehẽdit.
Itaque ſilentium de biſce flagitiis, no adſert licẽtiam & impunitatem voluptuariis. Ego verò
neq; de hac cauſa legiſlatorem tacuiſſe, ſed admodũ vehemẽter interdixiſſe dico. Illud enim,
Non introibis ad omnem carnis tuę affinem, vt
reueles turpitudinem earum, etiam hãc cognationis ſpeciem complectitur. Etenim quid viro
affine magis eſt, quàm ſit illius vxor, imò illius
caro? Nõ enim duo ſunt, ſed vna caro. Per vxorem igitur, & ſoror illius ad affinitatẽ viri trãſit.
Nam ſicuti vxoris ſuæ matrem nõ ducet, nec filiã vxoris, propterea quòd nec matrẽ nec filiam
ſuam accipiet: ita nec ſororẽ vxoris, nb id quòd
nec ſuam ipſins ſororẽ ſibi coniunget. Ac viceuerſa neq; vxori licet, vt viri ſeſe affinibus con-
iungat. Sunt enim vtrinqne cõmunia cognatio- E
nis iura. Ego verò cuilibet de nuptiis conſiliũ
petenti teſtificor, ꝙ mundi huius figura pręterеat, & tempus contractũ exiſtat: ideóque cõducat, vt qui vxores habẽt, ſint tanquã non habẽtes. Quod ſi mihi viciſſim legerit illud, Creſcite & multiplicamini: reſpondebo, eſſe hoc eius
hominis adſerre in mediũ, qui inter legiſlationnm tẽpora non diſcernit. Secũdæ nuptię ſcortationis remedium cenſendæ ſunt, non laſciuię
compendiũ. Si ſe non continẽt, nnbant, inquit:
non dicit, Etiam nubendo illegitimè agant. An
non vel ad ipſam naturam dedecoroſa hac affectione, veluti lippitudine quadam cæcutientes
reſpiciunt, quæ iam olim appellationes generis
diſcreuit? Etenim cuiúſnam cognationis nominibus eos qui ex huiuſmodi cõnubio naſcũtur,
appellabũt? Fratréſne, vel cõſobrinos vocabũt?
Nam vtraque illis appellatio propter confuſio-

Nouercarũ odium.

nem cõgruet. Ne cõmittas, ô homo, vt auuncula ſit mater infantiũ: neque, vt quæ illis matris
loco fonere debebat, implacabili aduerſus illos F
zelotypia armetur. Etenim ſolum hoc nonercarum genus ſic comparatũ eſt, vt odiũ etiam in
mortuas extendat. Imò cũ alij hoſtiliter affecti
mortuis recõſilientur, nouercæ odia poſt mortem incboant. Sit autem hæc ſumma eorũ quæ
diximus, Si quis legitimè ad nuptias aſpirat, patet illi totus orbis. Si verò affectionibus percitus eſt, ob id magis exclndatur & coerceatur,
quò vas ſuum in ſanctimonia & honore, non in
paſſione concupiſcentiæ poſſidere diſcat. Plura
dicturum, epiſtolę modus cohibet. Oro autem,
vt vel admonitio noſtra hãc inordinatam affe-
ctionem

ctionem retundat, vel ſcelus hoc in noſtram regionem non ſerpat: ſed in quibus præſumptum eſt locis, in illis detineatur.

Paregorio presbytero Baſilius. XVII.

LEgi literas tuas magna cum animi lenitate: admiratúſq; ſum, quomodo coneris reb⁹ incurabilibus lõgis mederi ſermonibus, cũ breui-
A ter nobis & facilè reipſa ſatisfacere valẽs, in illis de quibus accuſaris, permanere cõſtitueris. Nec primi, nec ſoli, Paregori, ſanciuimus, nõ debere mulierculas cohabitare viris. Lege Canonẽ à ſanctis patrib⁹ noſtris in Nicena ſynodo conſtitutũ, qui manifeſtè interdixit, Ne quis mulierculã ſubintroductã habeat. Cœlibatus autẽ honeſtatẽ ſuam in eo habet, ſi quis à nexu mulieris ſeceſſerit. Itaque ſi quis cœlibatũ nominetenus ꝓfeſſus, reipſa faciat ea quæ à coniugatis fiunt, manifeſtũ eſt, quòd virginitatis honeſtatẽ nuncupatione quidẽ illius præſtet, verùm interea ab incõuenienti voluptate non deſiſtat. Tãto facilius admonitionĩ noſtræ acquieſcere poteras, quãto magis liberum eſſe te à corporalib⁹ affectionib⁹ affirmas. Neq; enĩ credo virum 70. annos natũ, cum eiuſmodi affectionib⁹ cohabitare mulierculę: neq; propterea iſta determinaui, quòd aliquid abſurdi deſignaueris: ſed quòd ab Apoſtolo edocti ſumus, non eſſe fratri ponendũ offendiculum vel ſcandalũ.

ἀγαμία ὅτι σήμερον, ἀλλ' οὐκ ἀπαρνείας ὕλας ἀγαμίας ἐφόδιον γέγονε πρὸς τὴν πορνείαν.

B Scimus autẽ vſu uenire, vt quod à nonnullis rectè geritur, aliis in occaſionẽ peccati cedat. Ob hanc cauſam, conſtitutionem ſanctorũ patrum ſequuti, præcepimus, vt à muliercula ſepareris. Vt quid igitur Chorepiſcopũ accuſas, & veteris inimicitiæ mẽtionem facis? Imò quid nos quoque, quaſi aures habeamus delationibus admittendis procliues? & non magis teipſum reprehendis, quòd à conſuetudine mulierculæ abſtinere detrectas? Eijce igitur illã ex ædibus tuis, & trade in monaſteriũ. Sit illa cum virginibus, & tu inter viros miniſtra: ne nomẽ Dei propter vos blaſphemetur. Donec iſta feceris, etiãſi innumera per epiſtolas cauſeris, nihil efficies: ſed ocioſus morieris, dabíſque Domino ocij tui rationem. Si verò ſine correctione tuiipſius, auſus fueris ſacerdotij retinere functionẽ, anathema eris omni plebi: & ſi qui te receperint, per omnem Eccleſiam excommunicabuntur.

Chorepiſcopus.

Ocioſus, id eſt, ſine functione preſbyterij.

Presbyteris Antiochiæ Baſilius. XVIII.

C

SOllitudinem illam quam pro Eccleſiis Dei geritis, ex parte recreabit deſideratiſſimus ac religioſiſſimus frater, & conſenior noſter Sactesimus, qui vobis totius Occidentis erga nos charitatem & affectum exponet: & rurſus ex parte animos veſtros excitabit, & adhuc amplius prouocabit, dũ vobis per ſeipſum luculenter declarabit, quantum ſtudij ac diligentiæ res præſentes expoſcãt. Etenim aliorum quilibet veluti dimidiato de ſententiis virorum occidentalium, & ſtatu rerum narrauit: ipſe verò, quoniam ſufficiens ad hoc fuit, vt & voluntatem virorũ cognoſceret, & de ſtatu rerum exactè inquireret, narrabit vobis omnia, ac bonũ veſtrũ ſtudiũ ad cuncta veluti manuducat, quo conuenientem materiã ad hoc habeatis, vt propoſitũ veſtrum perficiatis, quod indeſinenter pro Eccleſiis Dei ſolliciti oſtendiſtis.

Deſideratiſſimis ac religioſiſſimis fratribus & ſympresbyteris, Acacio, AEtio, Paulo, Syluano, & diaconis etiam, & reliquis monachis fratribus, Baſilius epiſc. XIX. D

CVm de graui perſecutione aduerſum vos excitata percepiſſem, & quòd cõfeſtim poſt Paſcha, qui ad iudicia & pugnas ieiunarãt, in tabernacula veſtra irruentes labores veſtros igni tradiderint, cognouiſſem (qui vobis quidem domũ in cælis ſine manibus conſtructam, ſibijpſis verò ignis, quo ad nocẽdum vobis vſi ſunt, theſaurũ pararunt) ingemui quidem ſuper eo quòd accidit, non vt vobis fratres (abſit) ſed vt illis cõdolerẽ, qui vſque adeò abſorpti ſunt à malicia, vt in tãtùm vſque facinus nequitiã ſuam extenderint. Verùm expectabã futurũ, vt cõfeſtim ad humilitatem noſtram, tanquã paratum refugiũ, vniuerſi accurreretis: ſperabámque, daturũ mihi Dominũ indeſinentium dolorũ meorũ refocillationem è veſtro cõplexu, & ſudore illo, quem propter veritatẽ deſtillatis, in corpus hoc ocioſum excepto, habiturũ me cõſortiũ pręmiorum E illorũ, quæ vobis à iudice veritatis ſunt recõdita. Poſtquam autẽ id vobis ne in mentẽ quidem venit, nec aliquid refocillationis à nobis expectaſtis, cõtinuam mihi ad vos ſcribẽdi occaſionem dari optaui: vt quẽadmodum aliqui decertantibus acclamant, ita ego & bono veſtro certamini adhortatiõe aliqua per literas acclamarem. Fuit autẽ nobis ne hoc quidẽ factu facile, idque duabus de cauſis. Vna, quòd ignorabam vbinam locorũ ageretis: altera, quòd non adeò multi ſunt, qui ad vos proficiſcãtur. Nunc verò obtulit nobis Dñs deſideratiſſimũ ac religioſiſſimum fratrẽ Sactesimũ presbyterũ, per quem charitatem veſtrã ſalutamus: obſecramúſque vt pro nobis quoque oretis, lætantes & exultãtes, ꝙ merces veſtra multa eſt in cælis: & quoniã fiduciã habetis in Dño, ne ceſſetis noctes ac dies clamare ad illũ, vt certamẽ hoc Eccleſiarũ cõpeſcat, plebib⁹ paſtores reſtituat, & eccleſiã ad priſtinã ſuã dignitatẽ redire faciat. Perſuaſus enim ſum, ſi vox aliqua reperiatur, quæ optimũ F Deũ flectat, non elongaturũ eum miſerationes ſuas: ſed daturũ nobis poſt hæc vnà cũ tentatione & exitum, vt ferre poſſimus. Cunctã in Chriſto fraternitatem noſtro nomine ſalutate.

Scholaſtici cuiuſdam pueri parenti, conſolatoria Baſilij. XX.

QVoniam nos Dominus in ſecundariũ parentum ordinem Chriſtianis conſtituit, dum nobis puerorũ in ſe credẽtium formationem quæ per pieta-

tem

tem eſt concredidit, calamitatem illam quæ in
obitu beati iam filij tui accidit, etia ad nos pro-
priè pertinere iudicamus. Ingemuimus quidē,
propter immaturū illius diſceſſum: tibi potiſſi-
mum condolentes, ac recogitātes, quàm ſit gra-
uis dolor ei, qui ſecundum naturam parens eſt,
quando & nobis ſecūdum mandatum Dei affi-
nibus tantū ex hoc caſu acciderit mœſtitiæ. Su-
per illo quidē nihil triſte nobis nec patiendum
eſt, nec loquendū: verùm illi miſerabiles, ac re-
A nera multis lachrymis ac ſuſpiriis digni cēſen-
di ſunt, qui ſpe de eo concepta fraudari: & pue-
rum, quem in ipſo ætatis flore ad hoc à ſe dimi-
ſerant, vt in ſtudio diſſerendi exerceretur, ſilen
tem iam, idque ſilentio hoc proliao & auerſan-
do, receperunt. Hæc nos quidem cōfeſtim, tan-
quam homines, commouerūt illacbrymatíque
ſumus immodicè, & inconditos gemitus ex in-
timo cordis emiſimus, propterea quod affectio
iſta rationē noſtram velnti nebula quædam ſu-
bitò occupauit: vbi verò ad nos reuerſi ſumus,
& mētis oculo ad humanarum rerum naturam
reſpeximus, de eo nos coram Domino repurga-
uimus, quòd animus noſter veluti raptu quo-
dam in hoc caſu percitus commiſerat: ac ſimul
nos ipſos admonuimus, eſſe iſta moderatè ferē-
da, quæ vitæ humanæ ſorte hæreditaria ſecun-
dum antiquam Dei ſentētiam contingūt. Mor-
tuus eſt puer, ſecundum ætatem vitalis, in cho-
ris coætaneorū honeſtè ſe gerens, acceptus do-
ctoribus ſimplici alloquio etiam ferociſſimum
B quemque ad beneuolētiam pertrahere valens,
acutus in diſciplinis, māſuero ingenio, & ſupra
ætatem modeſto: & ſi plura quis referat, adhuc
tamen minus quàm veritas expoſcit, narrabit:
verum homo erat, ab homine prognatus. Quid
igitur talis pueri parētem cogitare decet? Quid
aliud, quàm vt ſuiipſius parentis recordetur,
quòd & ille ſit mortuus? Quid habet ergo inſo-
lētiæ, quòd è mortali natus, mortalis filij factus
eſt pater? Quod autem immatura morte, &
priuſquam hac vita ſaturaretur, menſurámque
adultæ ætatis cōſequutus hominib⁹ innoteſce-
ret, & generis ſui ſucceſſorem relinqueret, hinc
eſt abreptus: non faciunt iſta, meo iudicio, ad
augmētum calamitatis, ſed magis ad ſolatium.
Gratiæ ſunt agendæ diuinæ diſpoſitioni, quòd
nullos poſt ſe in hac terra pupillos, nec viduam
proliaæ tribulationi expoſitam, aut alteri viro
cohabitaturam, & priora pignora neglecturam
reliquit. Quòd autem vita illius non eſt in hoc
mundo amplius prorogata, quis adeò eſt inſen-
C ſatus, qui id non maximi boni loco ducat? Et-
enim quo quis diutius in hac vita moratur, hoc
plurium malorum occaſionibus obijcitur. Non
patrauit malum aliquod, non ſtruxit dolos pro-
ximo: non in id neceſſitatis venit, vt malè agen-
tium conuēticulis miſceretur: non eſt malis fo-
renſibus intricatus, non ſuſtinuit peccādi vim,
non mēdacium, non ingratitudinem, non aua-
ritiam, non ſtudium voluptatū, non carnis affe-
ctus, qui imperitis animis innaſci ſolent, exper-
tus eſt, nec vlla vitiorum iſtorum cicatrice in a-
nima notatus hinc migrauit, ſed purus ad me-
liorem ſortem diſceſſit. Tellus dilectum non
operit, ſed cælum ſuſcepit. Deus, qui res noſtras
diſpenſat, & temporum terminos ſingulis con-
ſtituit, inque hanc vitam puerorū induxit, idem
illum etiam tranſtulit. Documentum habemus
ad quod in extremis calamitatib⁹ reſpiciamus,
celebrem illam vocem magni Iob, qua dixit,
Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicuti Domi-
no placuit, ſic factum eſt.

Alia conſolatoria Baſilij. XXI. D

OPtabile quidem erat, vt primam
epiſtolam mittētibus lætius eſſet
ſcribendi argumentum. Nam ſic
nobis res ex animi ſententia ſuc-
ceſſiſſent, propterea quòd cupi-
mus illis qui piæ vitæ præditi ſunt propoſito,
cunctam vitam ad id quod bonum eſt proſpe-
rari. Verùm quoniam Dominus, vitæ noſtræ di-
ſpenſator, ſecundum inenarrabilem ſapiētiam
ſuam iſta prorſus ad animarum noſtrarū emo-
lumentum diſpoſuit, quibus & tibi lugubrem
vitam impoſuit: & nos dilectione, quæ ſecun-
dum Deum eſt, coniunctos, in compaſſionis af-
fectum induait, ea eo quòd à fratribus noſtris,
quid tibi acciderit, percepimus: neceſſarium
iudicauimus, vt te, quo ad eius fieri poſſit, ali-
qua conſolatione erigamus. Quod ſi poſſibile
fuiſſet ad eum quoque locum vſque proficiſci,
in quo generoſitas tua degit, id ſanè ante om-
nia feciſſem. Quoniam verò & corporis infir-
mitas, & multitudo negotiorum, quibus occu- E
pamur, etiam iter illud cuius moleſtiam ſubiui-
mus, multo Eccleſiarum noſtrarum detrimen-
to affecit, honeſtatem tuam literis inuiſere, &
admonere cōſtituimus, tribulationes iſtas non
ocioſè ſeruis Dei inferri à Domino, qui nos in-
uiſit, ſed ad probandum quàm vera ſimus erga
eū dilectione prǫditi, qui nos condidit. Quem-
admodum enim athletas certaminum labores
ad coronas, ſic Chriſtianos exploratio quæ per
tētationes eſt, ad perfectionem adducit, ſi quæ
à Domino diſpenſantur, competenti tolerantia
& cum omni gratiarum actione ferenda ſuſce-
perimus. Bonitate Domini diſponūtur omnia.
Nihil eorum quæ nobis accidunt, tāquam triſte
aliquid accipiendum eſt, etiamſi ad præſens in-
firmitatem noſtrā lædat. Nam etiamſi rationes
ignoramus, propter quas ſingula quæ contin-
gunt, tanquam bona nobis inferuntur: illud ta-
men perſuaſos nos eſſe conuenit, quod omnino
vtile ſit, quod contingit, vel nobis, propter pa-
tiētiæ mercedem: vel animæ quæ hinc abſumi- F
tur, ne diutius in hac vita moretur, malicia quæ
in hoc mundo obtinet repleatur. Quòd ſi ſpes
Chriſtianorum ad hanc eſſet vitam determina-
ta, non immeritò moleſtum videretur, ſi quis
citius à corpore ſeparetur. Si verò ſolutio iſta,
qua à vinculis corporis liberatur anima, illis
qui ſecundum Deum viuunt, verę eſt vitę prin-
cipium: quid contriſtamur, quaſi ſpem non ha-
bentes? Admitte igitur conſolationem, nec
ſubiace affectionibus, ſed celſiorem te illis ac
ſuperiorem oſtende.

tū

Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπικήδεια, εἴτε ἐπιτάφια.

Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος, ἢ ἐμὲ σεῖο,
 Βασίλιε Χριστοῦ λάτρι φίλ' ᾠόμην.
Ἀλλ' ἔτλην, καὶ ζῶμεν. τί μέλλομεν; οὔ μ' ἀναείρας,
 Θήσεις ἐς μακάρων αὐτίκα χοροστασίην,
Μή με λίπῃς, μὴ, τύμβον ἐπόμνυμι, οὔποτε σεῖο
 Λήσομαι, οὐδ' ἐθέλων. Γρηγορίοιο λόγος.
Ἡνίκα Βασιλίοιο θεόφρονος ἥρπασε πνεῦμα
 Ἡ Τριὰς, ἀσπασίως ἔνθεν ἐπειγόμενον,
Πᾶσα μὲν οὐρανίη στρατιὴ γήθησεν ἰόντι,
 Πᾶσα δὲ Καππαδοκῶν ἐστονάχησε πόλις,
Οὐκ οἶον, κόσμος δὲ μέγ' ἴαχεν, ὤλετο κῆρυξ,
 Ὤλετο εἰρήνης δεσμὸς ἀριπρεπέος.
Κόσμος ὅλος μύθοισιν ὑπ' ἀντιπάλοισιν ἀεικῶς
 Κλίνεται, ὁ Τριάδος κλῆρος ὁμοσθενέος.
Ὤ μοι Βασιλείοιο δὲ μεμυκότα χείλεα σιγῇ
 Ἔγρεο, καὶ στῆσον σοῖσι λόγοισι σάλον,
Σοῖς τε θυηπολίησι, σὺ γὰρ μόνος ἶσον ἔφηνας,
 Καὶ βιότῳ μῦθον, καὶ βιοτῆτι λόγον.
Εἷς θεὸς ὑψιμέδων, σοῖο δ' ἄξιον ἀρχιερῆα
 Ἡμετέρη γενεὴ εἶδε σε Βασίλιε,
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐρίηχέα, ὄμμα φαεινὸν
 Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλεσι λαμπόμενον,
Πόντου Καππαδόκων τε μέγα κλέος εἰσέτι καὶ νῦν
 Λίσσεο μὲν ὑπὲρ κόσμου ἵστασο δῶρ' ἀνάγων.
Ἐνθάδε Βασιλίοιο Βασίλειον ἀρχιερῆα
 Θέντο με Καισαρέες, Γρηγορίοιο φίλον.
Ὃν περὶ κῆρι φίλησα, θεὸς δέ οἱ ὄλβια δοίη,
 Ἄλλα τε, καὶ ζωῆς ὡς τάχος ἀντιάσαι
Ἡμετέρης. τί δ' ὄνειαρ ἐπὶ χθονὶ δηθύνοντα
 Τήκεσθ', οὐρανίης μνωομένους φιλίης.
Τυτθὸν ἔτι πνείεσκες ἐπὶ χθονί, πάντα δὲ Χριστῷ
 Δῶκας ἄγων, ψυχὴν, σῶμα, λόγον, παλάμας.
Βασίλιε Χριστοῖο μέγα κλέος, ἕρμ' ἱερήων,
 Ἕρμα πολυσχιδέος νῦν πλέον ἀτρεκίης.
Ὦ λόγοι, ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φίλ' Ἀθῆναι,
 Ὦ θείου βιότου τηλόθι συνθεσίαι,
Ἴστε τόδ', ὡς Βασίλειος ἐς οὐρανὸν, ὡς ποθέεσκε,
 Γρηγόριος δ' ἐπὶ γῆς, χείλεσι δεσμὰ φέρων.
Καισαρέων μέγ' ἄγαλμα φαέντατε, ὦ Βασίλειε,
 Βροντὴ σεῖο λόγος, ἀστεροπὴ δὲ βίος.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἕδρην ἱερὴν λίπες, ἤθελεν οὕτω
 Χριστὸς, ὅπως μίξῃ ὡς τάχος οὐρανίοις.
Βένθεα πάντ' ἐδάης τὰ πνεύματος, ὅσσα τ' ἔασι
 Τῆς χθονίης σοφίης, ζώπνοον ἱρὸν ἔης,
Ὀκτὼ ἔτη λαοῖο θεόφρονος ἡνία τείνας.
 Τοῦτο μόνον τῶν σῶν Βασίλει ὀλίγον.
Χαίροις ὦ Βασίλειε, καὶ εἰ λίπες ἡμέας ἔμπης.
 Γρηγορίου τόδε σοι γράμμ' ἐπιτυμβίδιον,
Μῦθος ὅδ' ὃν φιλέεσκες, ἔχεις χρέος ὦ Βασίλειε
 Τῆς φιλίης, καὶ σοι δῶρον ἀπευκτότατον,
Γρηγόριος Βασιλεῖ τε τὴν κόνιν ἀντίθησι
 Τῶν ἐπιγραμματίων τήνδε δυωδεκάδα.

Eiuſdem B. Gregorij Nazianzeni in magnum Baſilium funebria ſeu ſepulchralia.

Corpus ſine anima prius viuere, quàm me ſine te
 Baſili amice Chriſti cultor, exiſtimabam.
Sed toleraui, & ſuſtineo. Quid moramur? non me ſublatum
 Locabis in beatorum, ſummoque chori ordinem?
Ne me deſeras, ne ſepulchrum adiuro: nunquam tuî
 Obliuiſcar: neque volens. Gregorij oratio hæc eſt.
Cùm Baſilij diuſapi rapuit ſpiritum
 Trinitas, libenter hinc feſtinantis,
Omnis quidem cæleſtis exercitus lætatus eſt euntis,
 Omnis autem Cappadocum lamentata eſt ciuitas.
Nec ſolum, ſed & mundus exerta hac voce vociferabatur: Periit præco,
 Periit pacis vinculum ſane quàm decora.
Mũdus totus à ſermonibus ſibi mutuetur reluctãtibus indecore
 Quatitur, Trinitatis hæreditas æquipotentis.
Heu, heu Baſilij clauſa labia ſilent.
 Excitare, ac ceſſet tuis ſermonibus perturbatio hæc ingens,
Tuiſq; ſacrificiis eã in trãquillitatẽ vertẽtibus. Tu enĩ ſolus ex æquo expreſſiſti
 Et vitã ſermone, & vita formulã ſermonẽ.
Vnus Deus celſipotens, vnum veri dignum Antiſtitem
 Noſtra ætas vidit te, ô Baſili,
Nuntium veritatis magniſonum, oculum clarum
 Chriſtianis animæ pulchritudinibus ſplendentem.
Ponti, Cappadocúmque magna gloria etiam nunc
 Supplica pro mundo: ſtes dona adducens.
Hic Baſilij Baſilium Antiſtitem
 Poſuerunt me Cæſarienſes, Gregorij amicum:
Quem præter cor amans. Deus ei beata det,
 Aliáque, & vitã quàm celerrimè accurrere
Noſtra. Quænam vtilitas in terra morantem
 Abſumi, cæleſtis memorem amicitiæ.
Paulùmper etiam ſpiraſti in terra, omnia autem Chriſto
 Tradidiſti offerens, animam, corpus, ſermonem, manus.
Baſilij magna gloria, firmamentum ſacerdotum,
 Firmamentum multifidæ nunc maximè veritatis.
O ſermones, ô communis amicitiæ domus, ô chara Athenæ.
 O diuinæ vitæ diuturna conſortia,
Scitis hoc, neque Baſilium in cælum profectum, vt optabat,
 Gregorium verò in terra, labiis vincula ferentem.
Cæſarienſium magna gloria, illuſtriſsime, ô Baſili,
 Tonitru tuus erat ſermo, at fulgur vita.
Attamen ſedem ſacram reliquiſti voluit ita
 Chriſtus, vt miſcereris quàm celerrimè cæleſtibus.
Profunda omnia edoctus es ſpiritus, quæcunque ſunt
 Terrenæ ſapientiæ ſpirituale ſacrum eras.
Octo annos populi diuſapi habenas rexiſti.
 Hoc ſolum, tuorum affectorum, ô Baſili exigua pars fuit.
Vale, ô tu Baſili, & ſi liquiſti nos tamen.
 Gregorij eſt hoc tibi ſcriptum ſepulchrale.
Sermo hic quem amabas, Habes debitum, ô Baſili
 Amicitiæ, & tibi donum neutiquam optabile
Gregorius, ô Baſili tuo pulueri dedicans
 Inſcriptiuncularum hanc duodecadem.

EX

EX PRIMO FASTORVM BAPTISTÆ MANTVANI Carmelitarum facilè Antiſtitis, Carmen in laudem D. Baſilij.

Hæc eadem ſacrata dies tibi magne Baſili,
Dies nõ ẽpe domini ex circunci-ſionis. *Atque tuum prima celebrant natale Kalendæ,*
Sed quia cedendum dominis maioribus, illinc
Te trahis, & transfers in idonea tempora, iuxta
Diuerſos hominum mores, vſumq́ locorum.
In tua decurrit Graiuum ſapientia fluxu
Collatio non iuue-nuſtu, κατ' ὑπερβολήν. *Corda redundanti, ſicut decurrere noſtrum*
In mare conſueuit magnis Atlanticus vndis
Oceanus, ſeſeq́ amplum diffundit in æquor.
Nec fuit ambarum diuina ſcientia legum
In te larga minus, nec Graia copia linguæ
Pauperior. Tua relligio quaſi vinea denſis
Palmitibus fruticans, longè latéque per orbem
Eſt vulgata, latens in Cæſarienſibus agris
Trans Phryges & Galatas, & trans Bebrycia regna
Heſperia populis procul apparebat & Indis.
Rumor hic à Libycis traxit regionibus Efren
Inſignem probitate virum, deſerta reliquit,
In quibus à teneris æuum transegerat annis.
Ad ſpectanda tuæ venit miracula vitæ
Iam ſenior, tecúmque loquens exire videbat
Ex labris accenſa tuis atque ignea verba.
Iſte domi notus laudum rumore tuarum,
Orauit per ſignum aliquod ſe illuſtre doceri
Quantus apud ſuperos eſſes, cui nomen apud nos
Ἐφραίμ B. Efren. *Tantùm fama dabat paſſim, viditque columnæ*
In ſpeciem, dum nox claris incederet aſtris,
Ingentem flammam ad cælum caput vſque ferentem,
Et ſimul audiuit vocem, quæ à ſydere labi
Viſa per aurarum tractus, verba iſta ſonantem:
Talis apud ſuperos virtus ac tanta Baſili eſt.
Hæreticis, ac præcipuè quos fecerat impos Optãdum, multos vt ĉias hac ha-beret Baſi-lios.
Cordis, & obſcura mentis torpedine captus
Arrius impugnator atrox, ac malleus ingens
Semper erat. Iuuenem qui cæco illuſus amore
Tradiderat ſeſe Plutoni, & ſanguine demens
Ipſe ſuo ſeruum ſtygio ſe ſcripſerat Orco,
Aſſeruit, populo inſolitum ſpectante duellum.
Nam pater hinc prenſo iuuenem rhenone trahebat,
Inde lemur, longo tandem certamine victus
Cum ſtridore graui fugit per nubilia Dæmon.
Sæpe valens qui tunc extinctis fratribus omne
Romanum ſine conſortis formidine agebat
Imperium, dum vult hominem proſcribere, fractis
Eluſus calamis tandem crudele reliquit
Officium, cum niti odio ſe vidit inani.
Vita viro cùm mox eſſet moriturus, in vnam
Eſt producta diem, quo natum ſemine gentis
Hebraica medicum ſacra perfunderet vnda
Ipſe ſuis manibus, dictu mirabile, poſtquàm
Huic ſatis officio factum, diſceſſit in auras
Spiritus, & clauſo requierunt viſcera ſenſu.
Cæſarea paſtor ſanctiſſimè porrige dextram Luc.7.
His animæ clauſæ in tenebris, & carcere cæco,
Et veluti quondam nurui peccata remiſit
Te impetrante Deus, ſic te impetrante dolores.
Auferat & noſtros, & noſtra piacula ſoluat.

D. Baſilij Magni operum quæ hactenus in ſermonem Latinum tranſlata reperiuntur,

FINIS.

ERRATA QVAEDAM HIC CVRSIM LEGENDO *deprehendimus in hiſce D. Baſilij libris, quæ ne quis hallucinaretur ſic reponenda adiecimus.*

PAgina 2. columna 1. verſu. 16. ſatis. pagina 5. col. 1. verſ. 3. & 14. dubitabis. pag. 7. col. 2. verſ. 21. aliquomodo inueſt. pag. 11. col. 2. verſ. 21. caput. pag. 12. col. 1. verſ. 45. pallam pag. 19. col. 1. verſ. 35. recenſere. pag. 26. col. 1. verſ. 60. firmamentum. pag. 27. col 1. verſ. 31. diuidi diem. pag. 34. col. 1. verſ. 21. *ἀπόνοιαν*. pag. 89. col. 1. verſ. 9. diuerſorium. pag. 99. col. 1. verſ. 2. ſecreuiſſe. pag. 129. col. 1. in margine, abſtinentia maiorum. pag. 143. col. 1. verſ. 3. eaos. pag. 187. col. 2. verſ. 4. ſtructura. pag. 216. col. 1. verſ. 10. non autem. pag. 269. col. 1. verſ. 34. etiam. pag. 317. col. 2. verſ. 11. vnigeniti. pag. 329. dele, finis prioris tomi. Ibidem verſ 55. lege, nimirum ſubiectis. & ver. 57. quid anguſtius pag. 333. col. 1. verſ. penult. viuendi. pag. 335. col. 2. verſ. 59. Qui. pag. 336. col. 2. verſ. 21. habitum. pag. 398. col. 2. verſ. 14. conſtantiáque. pag. 401 col. 1. ver. 39. diuitis. pag. 404. col. 1. ver. 34. alienius. pag 413. col. 1. ver. 3. pſalmodiæ ve. pag. 414. col. 2. verſ. 15. anxios. pag. 419. col. 1. verſ. 6. à fine, maturam. pag. 465. col. 1. verſ. 26. qui conſolari. pag. 486. col. 1. verſ. 44. ſoblodicaos. pag. 492. col. 2. verſ. 28, impendet. pag. 503. col. 1. verſ. 21. propterea. pag. 516. col. 1. repone in margine, pag. 482. pag. 526. col 1. verſ. 2. à fine, itaque. pag. 538. col. 2. verſ. 42. ſeruant. pag. 604. col. 2. verſ. 32. afficere. pag. 825. col. 1. verſ. 40. indicem. pag 852. verſ. 24. vix. pag. 890. col. 1. verſ. 33. qui. pag. 895. col. 2. verſ. 10. immiſcuit. pag. 899. col. 1. verſ. 46. eleemoſynam. &. col. 2. verſ. 49. iuſtorum. pag. 900. col. 1. verſ. 21. proximum. pag. 911. col. 1. verſ. 17. ſacco. pag. 920. col. 1. verſ. 2. ab vltimo vaniorum. pag. 916. col. 2. verſ. 23. ſubiecit. pag 939. col. 1. verſ. vltimo, vt ab aliis liberetur qui ſe iniuſte impugnabant. pag 942. col. 2. verſ. 33. contemptis. pag. 944. col. 2. verſ. 8. nocumentum. pag. 991. col. 1. verſ. 9. mortis. pag. 947. col. 1. verſ. 21. ad hanc. verſ. 43. Deum verò.